G. Halm
18 Ft 72 stud. jur.

CORPUS
JURIS CIVILIS

RECOGNOSCI BREVIBUSQUE ADNOTATIONIBUS CRITICIS INSTRUI COEPTUM
A *D.* ALBERTO ET *D.* MAURITIO FRATRIBUS KRIEGELIIS

CONTINUATUM CURA STUDIOQUE

AEMILII HERRMANNI,
JUR. UTR. DOCTORIS, ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE PROFESSORIS,

QUI INDE AB HAC ALTERA PARTE IN KRIEGELIORUM
LOCUM SUCCESSIT.

EDITIO STEREOTYPA.

OPUS UNO VOLUMINE ABSOLUTUM.

PARS ALTERA
CODICEM CONTINENS.



IMPRESSIO TREDECIMA,
NOVIS CURIS EMENDATIOR.

LIPSIAE.
SUMTIBUS BAUMGAERTNERI.
1870.

Filia Szkoły Pedagogicznej
BIBLIOTEKA GŁÓWNA
w Kielcach

347(094.4)

141184ZH

LECTURIS S. HERRMANNUS.

Quum ante decem annos edendi Codicis provinciam in me susciperem, non ita diutinos labores in hoc opere me consumturum esse sperabam. Verum quod ex studiis, ad quae praeparandi operis causa me accinxeram, non satis didiceram, id ipsi in elaborandum librum impensi labores docuerunt, me scilicet in rem omni difficultatis genere implicatissimam incidisse, quae pervigiles et scrupulosas curas magis desideraret, quam vulgo iurisconsulti opinantur. His autem difficultatibus me deterreri non patiebar, sed ut provinciam susceptam strenue et indefesso studio peragerem, apud me constituebam. Qua quomodo functus sim, ut iam accuratius explanari possit, hanc viam ingrediendam censeo, ut primum de Codicis habitu, quem ex criticis editorum studiis inde ab Haloandro ad nostram usque aetatem induerit, exponam, et deinde de operis mei subsidiis ac proposita doceam.

Verissime Gregorius Haloander editionem suam, quae anno MDXXX. prodiit, ex fide antiquorum exemplarium diligentissime recognitam testatur. Longo post tempore, quam ad pervestiganda vetusta exemplaria animum adiecerat, omnia perlustrans, omnia circumspiciens, dato etiam ad hoc mandato iis, qui commercii causa Constantinopolin usque excurrebant, beneficio *Ioannis Baptistae Egnatii*, Veneti, nactus est vetustum codicem, scripturae integritate et maxime inscriptionum et subscriptionum accurata designatione admirabilem [1]). Cuius codicis fidem praecipue secutus, nec tamen spretis aliis exemplaribus, tam ante quam post Accursium scriptis et impressis [2]), examinatis etiam, qui ad Codicem pertinerent, singulis tractatibus, munere suo strenue perfunctus est. Ac primum quidem *textum* eum exhibuit, qui codicum auctoritate studiose et sagaciter perpensa plerumque nititur, et tantum abest, ut verum sit, quod vulgo circumfertur, Haloandrum genio suo nimis indulsisse, ut, praecipue in rebus maioris momenti, is dici mereatur, qui codicum fide dignorum testimonio plurimum tribuerit. Nec moveor magna illa diversitate, quae Haloandrinam literam et eam intercedit, quam in editionibus vulgatissimis hodie habemus; hanc enim diversitatem ad posteriorum editorum levitatem et incuriam praecipue redire censeo, qui, quod optime ab Haloandro praestitum esset, saepissime neglexerunt. Est sane in homine erudito et classicis studiis enutrito quaedam invidia orationis illius incompositae et graecissantis, qua seriorum principum constitutiones laborant, eaque ductus invidia aliquoties imperatores Byzantinos latine loqui satis audacter docet [3]). Quae, licet reprehensione non careant, ad sensum tamen ipsarum legum nullius sunt momenti, nec ita frequentia, ut genus dicendi Haloandrinis artibus fucatum, et genuinum

---

[1]) *De necessitudine inter Haloandrum et Egnatium legendae sunt Epistolae Egnatii ad Pirkheimerum in Pirkheimeri* Operr. *ed. Goldast. Francof.* 1610. *p.* 207 *sqq.*

[2]) *Inter impressa exemplaria Haloandrum maxime usum fuisse editione, quae* Nurembergae *a. MCCCCLXXV prodiit, multis argumentis certissimum est. Cfr. VI.* 23. 29. (*not.* 6.), *VII.* 16. 12. (*not.* 21.), *IX.* 47. 3. (*not.* 14.), *et pleraeque notae ad libri IX. titulos quinque postremos, ex quibus apparet, Haloandrum, cuius codex in fine defectus erat, in inscriptionibus maxime editionis Nurembergensis fidem secutum fuisse.*

[3]) *Cfr. IV.* 1. 13. (*not.* 8. 9. 10. 12. 13. 15. 16. 17. 19.), *IV.* 18. 2. (*not.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 11. 17. 21. 24. 25.), *IV.* 27. 2. (*not.* 27. 28.), *IV.* 28. 7. (*not.* 30. 31. 33. 36.), *V.* 16. 27. (*not.* 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14.), *V.* 70. 6. (*not.* 17. 19. 22. 23.) *aliique loci.*

num eius habitum detersum iure dixeris. Rarissima autem sunt, quae manifesta Haloandri inconsiderantia in ipsius sententiae commutationem admissa sunt, ea vero ab editoribus post eum religiose plerumque servata [1]). In emendandis *inscriptionibus* restituendisque, quas editiones antea ignorabant, *subscriptionibus* tantum praestitit, ut nemo postea eum aequaverit, et duae circiter tertiae partes omnium subscriptionum solo Haloandri testimonio adhuc nisae sint; nemo enim post eum editor codicibus iis usus est, qui ad Egnatiani illius fidem et sanctitatem in adiecta aetatis per Conss. designatione accederent. Neque tamen hanc restituendi Codicis partem penitus absolvere potuit, quum Egnatii codex tam in principio usque ad tit. De episcop. aud., quam in fine a tit. Ad Senatusc. Turpil. carie consumtus, et in quarto libro magna ex parte, in septimo ferme in totum mutilatus esset. Inter eas autem, quas edidit, rarae sunt, quae scrupulum de fide Haloandro vel codici eius habenda iniiciunt [2]), rarae etiam, quas non ex suo codice, sed ex Theodosiano corpore restitutas esse veritatis speciem habet [3]). In restituendis *graecis constitutionibus* nihil praestitit, si hoc unum excipias, quod deesse graeca paucis locis adnotaverit. Non sine iure autem tam ex neglecta hac graecarum legum causa, quam ex ipsius Haloandri testimonio, quod de codicis sui habitu in celeberrima l. ult. C. ad l. Iul. maiest. profert [4]), coniicimus, codicem Egnatianum inter eos referendum esse, qui in Occidente a librario graecorum ignaro conscripti fuerunt. Accedit, quod dubio caret, codicem illum plus quam novem priores libros non comprehendisse [5]). Eo igitur tempore et loco conscriptus fuisse debet, quo notissima illa Codicis partitio in novem priores et tres posteriores libros iam invaluerat [6]). Quae res etiam indicio est, qui factum sit, ut Haloander laudes illas, quibus iure eum extulisse mihi videor, in prioribus tantum novem libris promeruerit. In *tribus libris* subscriptiones deficiunt fere omnes; textus minus bene compositus est; inscriptiones pleraeque lacunosae, ut desint ii, ad quos datae constitutiones fuerunt; nomina imperatorum plurimis locis omni fide ita destituta, ut, quomodo Haloander ex codice tam insignifer depravato haurire potuerit, non possim intelligere [7]). Coniecturas etiam, quas *Alciatus*, sed raro feliciter, ad tres libros sparsit, persaepe Haloander in textum recepit [8]), tacite quasi confessus, quanta exemplarium fide dignorum penuria laboret.

Referta sunt Iacobi Cuiacii opera critici studii testimoniis, quo praecipue Codicem amplexus est, ita ut maxime dolendum sit, quod parata trium librorum editione eam solum provinciam, qua minus bene functus erat Haloander, in se suscipere, quam universum Codicem edere maluerit Quodsi reputamus, quot vulnera etiam priorum novem librorum Cuiacius passim in *Observationibus*, *Paratitlis*, *Recitationibus* sanaverit, quot collapsa restituerit, quot lacunas expleverit [9]), dubitari profecto nequit, quin etiam ad illos libros subsidiis criticis iis usus fuerit, qui editorum post Haloandrum opes facile superent. Utinam contingeret ab oblivione vindicare illud exemplar Codicis Haloandrinum, quod ante duo saecula, *Nicolao Rigaltio* teste, possedit *Henricus Arnaldus*, Cuiacii manu notisque, etiam criticis, conspicuum [10]). Non dubito, quin larga messis ad perpoliendum

---

[1]) *Dico maxime ea vitia, quae Haloander in Codicem eo ingessit, quod editione Codicis Theodosiani et Novellarum, quae ad eum pertinent,* Sichardina *raro quidem, sed inconsiderate uteretur. Cfr. V.* 27. 3. (*not.* 6.), *X.* 34. 2. (*p.* 657. *not.* 7.). *Ipse de hoc libro ita in praef. loquitur:* Prodiit superiore anno Theodosii codex non solum concisus, sed etiam depravatus *etc.*

[2]) *Cfr. V.* 74. 1. *et* 2. (*not.* 1. 4. 5. 7.) *et notae recogniti operis ad h. l.*

[3]) *Cfr. l.* 1. *C. X.* 14. *ed. Hal. cum l.* 1. *Th. C. X.* 6. *ed. Sichard.; cfr. porro l.* 7. *et* 8. *C. X.* 70. *ed. Hal. cum l.* 1. *et* 2. *Th. C. XII.* 2. *ed. Sichard.*

[4]) *Cfr. IX.* 8. 6. (*not. a.*). *Ibi Haloander graeca in suo cod. ita corrupte scripta arguit, ut cum aliquo sensu describi nequiverint. Librarium itaque graecorum inscium fuisse, nemo dubitabit; operam vero dedit, ut ductus literarum sibi ignotarum, quantum fieri posset, imitaretur. Hoc a librariis saepe factum scio, quum non integra const. graeca esset, sed latina graecis permiscerentur. Cfr. II.* 12. 16. (*not.* 10.), *II.* 12. 17. (*not.* 14.), *II.* 56. 4. (*not.* 13. 14.), *X.* 47. 2. (*not.* 18.). *In praef. ad Novellas diversum testimonium ferre Haloander videtur, ubi ait:* Reliquimus etiam lacunas aliquot in Codice nostro, ubi graecas constitutiones deesse tantum notavimus, quas partim in antiq. exempl. propter vetustae scripturae obscuritatem legere non potuimus, partim ne habuimus quidem.

[5]) *Luculenta ad eam rem est Haloandri praef. ad Novellas vv.* Desideramus adhuc ferme ad quinque Iustinianei Codicis libros fidem antiqui alicuius exemplaris. *Indicari libros IV. VII. X. XI. XII., luce clarius est.*

[6]) *Savigny* Gesch. d. R. R. i. MA. *T. II. p.* 428. 429. 487. (*ed.* 2.); *Biener* historia authentic. *p.* 34. 35.; *E. Spangenberg* Einleitung in d. R. Iust. Rechtsb. *p.* 128.

[7]) *Haec enim solet esse codicum, qui mutilas inscriptiones habent, conditio, ut absint ii, ad quos datae sunt constitutiones, et, si qui plures imperatores in inscriptione fuerunt, omittantur nomina eorum, qui primum insequuntur. Apud Haloandrum autem in inscriptionibus tam saepe ne vestigium quidem veri legislatoris est, ut, qui degenere codice usus fuerit, non divinari possim.*

[8]) *Cfr. XI.* 1. 6. (*not.* 27.), *XI.* 42. 10. (*not.* 13.), *XI.* 47. 9. (*not.* 38.), *XI.* 47. 10. (*not.* 5. 7.)

[9]) *Editores seriores hanc largam messem* fere *spreverunt; nihil enim aliud in suam rem verterunt, quam quod a Cuiacio pro restituendis graecis constitutionibus praestitum esset.*

[10]) *Rigaltii verba in Meermani* nov. Thes. *T. I. p.* 368. *haec sunt:* In Haloandrina Iustinianei Codicis editione plerisque locis Iacobi Cuiacii manum et notas videre est penes Ill. et Rev. S. Nicolai Andeg. Abbatem, Henricum Arnaldum; *et addit ex hoc exemplari duas constitutiones, in quibus subscriptiones Cuiacii manu suppletae sunt* (*II.* 41. 3. *et IV* 49. 5.).

liendum Codicem inde foret redundatura. Quodsi vero ab universo Codice edendo Cuiacius manum abstinere voluit, aptiore profecto consilio ad tres posteriores libros curas suas contulit. Prodiit opus anno MDLXII. Libros, quibus potissimum usus est, bibliotheca Reginae *Catharinae Mediceae* suppeditavit, singulos vero, secutus illius aetatis morem, accuratius non designavit [1]). Res autem ipsa loquitur, criticas opes locupletissimas ei suppetiisse, inter quas haud dubie *Theodosiani Codicis* et *Basilicorum* libris [2]), quotquot habuit, praecipuum locum, si non principem, assignavit. Praestitit autem hoc maxime, ut textus ad fidem antiquorum exemplarium, quae Haloander aegre desideraverat, ad Theodosianum Codicem et Basilicorum libros recognitus et purgatus prodiret. Multas graecas constitutiones, quarum antea nec vola nec vestigium, optime iure restituit [3]); inscriptiones plerasque, subscriptiones permultas tam ex suis codicibus quam ex Theodosiano Corpore primus edidit. Ex Theodosiano autem Codice vel maxime subscriptiones restitutas fuisse, licet ipse Cuiacius nullibi testatus fuerit, tamen satis certo argumento inde coniicimus, quod leges illas permultas, quas et in suis Theodosiani Codicis libris habuit, fere nunquam sine subscriptionibus reliquerit, rarior autem sit temporis, quo prodierunt, designatio in iis, quae Theodosianam collectionem aetate aut superant aut antecedunt. Accedit, quod, quum series aliqua constitutionum ex Theodosiano Codice haustarum interrumpitur interiectis aliis, quarum fontem in hoc Codice non habemus, earum subscriptiones saepissime desint [4]). Idem quoque indicat insignis illa vitiorum et lacunarum communio, qua subscriptiones legum in utroque Codice positarum conspicuae sunt [5]). Quas autem subscriptiones ex nostri Codicis libris manuscriptis, quas ex Theodosiano Codice hauserit Cuiacius, iam diiudicari nequit, quum ipse hoc indicare necessarium non duxerit. Stat subscriptio sola editoris fide. — In publicum iam edito opere, Cuiacius novas curas perpoliendo ei impendit. Succurrebant viro circumspecto novi fontes, ex quibus potissimum inscriptionum non paucas lacunas, nonnullas etiam subscriptiones suppleret. Inde factum est, ut editio, quae inter Cuiacii opera cura Fabroti prodiit, et ex ipsius Cuiacii autographo emendata dicitur, multa sane nova contineat [6]). Quae licet pleraque bono consilio emendata vel suppleta videantur, offendunt tamen nonnulla, quae dubitationem movent, utrum repetitis ipsius Cuiacii curis debeantur, an ex culpa vel improbiore iudicio editorum post Cuiacium fluxerint [7]). Quapropter cordi esse debet iis, qui Cuiacii curas magni pendunt, ut et primam eius editionem, in qua certissime omnia ipsius Cuiacii sunt, et recentiorem illam diligenter examinent.

Transeo ad Ludovicum Russardum. Ipse editionem suam, quae anno MDLXI. prodiit, ex Codicis Theodosiani [8]) et veterum exemplarium collatione repurgatam et perpetuis notis illustratam dicit, inque praefatione testatur, quindecim se nactum fuisse Codicis exemplaria. Ac suppeditavit quidem unum *Jo. Lucius*, Catharinae reginae procurator, duo *Guilelmus Abotus*, tria *Jo. Grenetius*, apud Carnotenses consiliarius, reliqua *Adrianus Pulvaeus*, advocatus Parisiensis. Sed videamus, quid praestiterit. Quod ipsum *contextum* attinet, nullus dubito, quin praeferenda sit editio Haloandrina, quam prae oculis quidem habuit, sed ita, ut in eam se non satis insinuaret. Qui id factum sit, ipse Russardinae editionis notarumque in margine sparsarum habitus docet. Russardus enim adeo alius cuiusdam editionis pedisequus est, ut falsas lectiones, quid quod eius vitia typographica (quae ipse animadvertisset) magis quam veritatem sectetur, ita tamen, ut, quod verum sit, ex codicum suorum et Theodosiani Corporis collatione in margine saepissime adnotet, voces etiam, quae rectius abesse videntur, uncinis non raro includat. Huius sententiae, quam de Russardo cepi, veri-

---

[1]) *In comment. ad l.* 20. *C. X.* 31. *loquitur de* vetustissimo *libro, quo utatur; ad l.* 2. *XI.* 77. *commemorat codicem* Loiselli, *ad l.* 1. *C. XII.* 37. Gallicum *cod.*

[2]) *Cuiacius non solum ad supplendas lacunas, sed etiam ad crisin constitutionum latine conscriptarum Basilicis cum magno fructu utitur (cfr. X.* 47. 7. *not.* 33., *X.* 48. 15. *not.* 18., *X.* 52. 6. *not.* 18., *X.* 64. 1. *not.* 34. *et sqq., X.* 69. 4. *not.* 5. *et sqq., XI.* 7. 2. *not.* 8., *aliaeque multae constitutt.); nemo tamen editorum tum postea hac in re imitatus est.*

[3]) *Dolendum autem est, quod Cuiacius fere semper commemorare praetermisit, si qui codices notam deficientis graecae const. servarent. Obveniunt tamen passim eiusmodi notae, sed eae certe rariores, quam in codd. Cuiacii infuisse censendae sunt. Cfr. p.* 657. *not. a.*

[4]) *Cfr. X.* 31. 30., *XI.* 6. 4., *XI.* 7. 14., *XI.* 8. 3., *XI.* 47. 5—8., *XI.* 47. 10—12., *XI.* 47. 15. *aliaeque multae.*

[5]) *Cfr. subscr. ad X.* 31. 40., *XI.* 42. 2., *XI.* 65. 2., *XII.* 1. 11., *XII.* 38. 5., *XII.* 42. 1.

[6]) *Inscriptiones suppletae X.* 41. 4—6., *X.* 41. 9., *X.* 42. 1., *X.* 43. 2., *X.* 46. 1., *X.* 48. 3., *X.* 50. 1. *et* 2., *X.* 51. 5., *X.* 52. 1—3., *X.* 54. 1. *et* 3., *X.* 63. 3., *X.* 65. 1., *X.* 66. 1., *X.* 68. 1., *XI.* 55. 1., *XI.* 77. 2., *XII.* 1. 4. *et* 5., *XII.* 30. 3, *XII.* 33. 1. *et* 2., *XII.* 33. 5., *XII.* 36. 4., *XII.* 36. 6. *et* 7., *XII.* 37. 4. *et* 5., *XII.* 44. 2., *XII.* 48. 4., *XII.* 50. 12., *XII.* 51. 5—7., *XII.* 51. 10. *et* 11., *XII.* 51. 21—23 *Subscriptiones restitutae X.* 58. 1., *XII.* 51. 5—7., *aliaeque multae in eod. tit.*

[7]) *Sic in l.* 16. §. 1. *C. XII.* 38. (*not.* 33.) *in l.* 3. *C. XII.* 47. (*not.* 30.) *a veriore lectione, quae inest editioni primae, recedit ea, quam paravit Fabrotus. Cfr. etiam ed. meae p.* 717. *not.* 21., *p.* 771. *not.* 20. 21., *p.* 780. *not.* 37.

[8]) *scilicet editionis eius* Tilianae.

veritatem evincunt permultae notae marginales, in quibus ex omnium suorum codicum concentu alius lectionis, quam quae in textu exhibetur, fidem docere studet. Scatet editio Russardi huius rei exemplis; pauca in medium proferam. Sic in l. 14. C. de hered. instit. VI. 24. vv. *ut per medium ipsius personam* Russardus post *ipsius* insertum habet *testatoris*, quam vocem delendam esse margo docet, et quam nec habet Haloander; paulo post vv. *Tunc etenim existimandum est, cum dixisse, si non Plotius heres sibi fuerit,* Russardus edidit *Plotio*, quod sensu caret, in margine autem de hac lectione sic docet: „Plotius *in omnibus exemplaribus, et certe erratum* typographi *esse puto.*" In l. 7 C. de revoc. donat. VIII. 56. vv. *eo die, quo controversiae qualecunque principium* Russardus vitium typographicum editionis magistrae, in qua erat *qualemcunque* retinuit, et in margine tantum testatus est, in omibus esse *qualecunque* [1]). Quae quum ita sint, potissima vis operis Russardi non est in *textu*, sed in *notis*, in quibus apparatum criticum antehac ab editionibus fere alienum primus congessit, et eum quidem largum accuratoque examine dignum. At caute eo utendum esse expertus sum. Quamvis enim, quae Russardus ex codicibus suis, vel omnibus vel pluribus, adnotat, plerumque confirmata vidi meorum codicum vel omnium vel nonnullorum testimonio, haud tamen raro evenit, ut omni aliorum librorum fide destituta intelligerem [2]). Editio autem, cui adeo se mancipavit Russardus, illa est, quae Parisiis anno MDLIII. apud Carolum Guillard et Guilelmum Desboys prodiit, quamque Miraei curis deberi *Hauboldus* et *Spangenbergius* existimant [3]). — Si non eodem modo, similiter certe, provinciam suam egit Russardus in emendandis supplendisque *inscriptionibus* et *subscriptionibus*. Studiose enim repetiit, quicquid in hac re praestiterat editio, si placet, Miraeana [4]); sed quum ipse aliquid proficere posset sive ex suis codicibus, sive ex accuratiore Theodosiani Codicis collatione, sive tandem ex geminationibus, quibus investigandis primus inter editores operam dedit, dubius haesit, num supplendi emendandive periculum faceret. Unde evenit, ut modo spreta videamus inque margine solum relata, quae fontes sui suppeditarent, modo in textum recepta [5]); ac si quo in hac re certo proposito duci se passus est Russardus, hoc fuisse crediderim, ut, quum quid vitiose iam inscriptum esset vel subscriptum, textum ex suis fontibus non mutaret, suppleret autem, quae prorsus deessent. Hac coniectura lucem accipit ridiculus fere Russardinae habitus in constitutionibus per tres libros frequentissimis, quae mutilas vel falsas inscriptiones iam haberent, subscriptiones autem nullas; in his enim editor saepissime ita versatus est, ut subscriptiones intrepide restitueret, maxime ex Codice Theodosiano, inscri-

---

[1]) *Piget paginam congerendis pluribus exemplis consumere, addam tamen nonnullos locos eiusdem rei testes, quos fortuito delectu ex tribus titulis depromo; cfr. edit. meae p.* 386. *not.* 1. 11. 23., *p.* 387. *not.* 4. 36., *p.* 388. *not.* 33., *p.* 389. *not.* 3. 33., *p.* 390. *not.* 13. 18. 19., *p.* 391. *not.* 15. 18. 21. 24. 27. 28. 29., *p.* 392. *not.* 4. 11., *p.* 393. *not.* 4. 7. 8. 14. 17., *p.* 394. *not.* 6. 13.

[2]) *Cfr. e. g. ed. meae p.* 383. *not.* 4., *p.* 385. *not.* 11., *p.* 392. *not.* 9., *p.* 405. *not.* 1. 6.

[3]) *Cfr.* Biener Revision d. Iust. Cod. *p.* 11. *not.* 3. *In praefat. bibliopolae ad lectorem de consilio et subsidiis huius editionis ita narratur:* Praeterquam quod nihil praetermissum est earum castigationum, quae maiusculo illi Codici nostro (*scil. editioni, quae apud eosdem bibliopolasa. MDL. in forma quarta prodiit cum praefatione Miraei*) adhibebantur ex collatione Theodosiani Codicis et exemplarium vetustorum nobis a viris optimis commodatorum, trium quidem a V. C. Ranconneto, unius autem ab Io. Tilio: illud etiam huc accessit, quod —, ubi ubi locus aliquis esset, qui ex Codice Theodosiano profluxisset, id ad marginem summa fide annotandum curavimus, et leges vel adhuc anepigraphas inscriptionibus praenotandas, vel mendose inscriptas emendandas, et consulum nomenclaturis, ubi eae deessent, confirmandas, quae modo illo in Codice extarent. *Utraque itaque editio* (*priorem non vidi*) *eo inter se distabat, quod in posteriore inscriptiones et subscriptiones nonnullae ex Theodosiano Codic correctae vel suppletae sunt. Iam cfr.* Cramer tit. de Verb. Sign. *p. L.*

[4]) *Profecerat autem non pauca. Etenim subscriptiones multae suppletae sunt in libri primi titulis tribus prioribus, aliquae in libro quarto, permultae in libro septimo* (*scilicet centum octoginta octo, inter quas sane multae lacunosae, multae etiam non ex libris manuscriptis, sed ex Theodosiano Cod., aliquoties vitiose, restitutae*) *In tribus posterioribus libris pro explendis multis inscriptionum et subscriptionum lacunis fuit Theodosianus Codex; ubi hoc fonte uti non licuit, certe nomina imperatorum, valde prava apud Haloandrum, ex codd. saepe correcta sunt. Est, quod doleam, sero a me intellectam esse vim, quam in historia literaria Codicis Iustinianei obtinet editio Miraeana; quodsi intellexissem prius, perpetuo eam collaturus fuissem, non ut novi aliquid ad emendandum Codicem inde depromerem, sed ut, quam fieri posset accuratissime, historiam nexumque editionum sub adspectu ponerem in notis.*

[5]) *Sic, ut exemplis utar, Russardus subscriptiones ex codd. in textum recepit IV.* 36. 1., *VII.* 5. 1., *VII.* 15. 1., *VII.* 16. 35. *et* 38., *VII.* 20. 1., *VII.* 29. 1., *VII.* 30. 2., *VII.* 31. 1., *VII.* 33. 5., *VII.* 37. 3., *VII.* 40. 2., *VII.* 41. 1., *VII.* 45. 1., *VII.* 45. 9., *VII.* 45. 12., *VII.* 48. 3., *VII.* 56. 4., *VII.* 57. 5., *VII.* 62. 6., *VII.* 62. 10., *VII.* 62. 36., *VII.* 63. 2., *VII.* 63. 5., *VII.* 64. 5., *in marginem autem reiecit VII.* 13. 2. *et* 3., *VII.* 14. 12., *VII.* 32. 9., *VII.* 33. 4., *VII.* 39. 7., *VII.* 45. 3., *VII.* 50. 3., *VII.* 53. 4., *VII.* 57. 2., *VII.* 64. 10., *VII.* 66. 1., *VII.* 67. 1., *VII.* 71. 1. *Ex Theodosiano Codice Novellisque ad eum pertinentibus in textu restitutae sunt subscriptiones IV.* 41. 16—18., *IV.* 58. 5., *IV.* 61. 4. *et* 6., *V.* 2. 1., *V.* 5. 3., *V.* 7. 1., *VII.* 2. 14., *VII.* 42. 1., *VII.* 51. 3. *et* 4., *VII.* 62. 16. *et* 17., *VII.* 63. 1., *VII.* 71. 6., *in marginem reiectae IV.* 65. 30., *VII.* 41. 3., *VII.* 48. 4., *VII.* 51. 2., *VII.* 52. 6. *Caeterum ex subscriptionibus sive in textu sive in margine Russardinae relatis intelligimus, nullam fuisse inter Russardi codices quindecim, qui integras subscriptiones contineret, in uno tamen passim non ita paucas adscriptas fuisse.*

inscriptiones autem, quas non solum idem Codex sed adeo unus ex libris manuscriptis [1]) veriores vel pleniores contineret, intactas relinqueret [2]). — *Graecarum constitutionum* lacunas perraro adnotavit; nonnullas, quas expleverat editio apud *Hugonem a Porta* Lugduni anno MDLI. typis exscripta, in appendice adiecit.

Ventum est ad Antonium Contium, Codicis Iustinianei plurics editorem, virum in re critica inconstantissimum, a cuius opera Codex multum quidem boni, plurimum tamen mali traxit. Prima editio, quam integram elaboravit [3]), prodiit anno MDLXII., in qua, quod ad ipsa constitutionum verba attinet, *textum* video mixtum ex Haloandrinis et antiquiorum editionum lectionibus. Quem si Contius in praefatione ex magno codicum numero compositum gloriatur, hoc iactatum potius quam praestitum censeo. Tantum enim abest, ut in singularum lectionum delectu attento ad fidem librorum studio rem suam egerit, ut potius passim et quasi erratice codices suos consuluisse dicendus sit [4]). Quodsi accuratam codicum collationem, quae in Haloandro et Russardo laudanda fuit, instituisset, eius rei aut in ipso textu vestigium foret (ut apud Haloandrum), aut in apparatu critico ad notas reiecto (ut apud Russardum). Sed neutrum apparet. Textus est ille mixtus, cuius generis Miraeanum et Russardinum vidimus, qui ab Haloandri praeclaro labore plurimum veritatis habet, sed multa anteriorum editionum vitia inconsulto retinet; notae autem in margine sparsae non apparatus critici studiose congesti indolem prae se ferunt, sed subitaria et nulli certo principio nisa earum est congeries. — Quod ad *inscriptiones et subscriptiones* attinet, nonnullas, quae ab Haloandro abfuerunt, restituit, paucas ex suis codicibus [5]), plures ex Theodosiano Codice [6]), ita ut, quod Russardus tantum in margine addere conetur, saepe a Contio ipsi textui illatum videas [7]). In universum tamen inscriptionum causam, certe in rescriptis, inter adiaphora habuit, quam solum propter quorundam morositatem [8]) non penitus praetermisit. — Bene autem iam in prima sua editione mereri coepit de ea operis parte, quam fere intactam reliquerant Haloander et Russardus, cui autem eodem tempore, quo Contius, iam *Cuiacius* et *Ant. Augustinus* labores fructuosissimos impendebant. Dico *graecarum constitutionum restitutionem*, et, quod proxime cum ea cohaeret, rubricarum vel penitus deperditarum vel cum aliis falso coniunctarum restaurationem. Ut huic editoris provinciae, quantum posset, satisfaceret, pervigili studio elaboravit, codices suos diligenter contulit, et quae suppetebant restitutionum subsidia, sane tenuia, pro explendis lacunis aliquatenus certe convertit [9]).

Potissima ad historiam Codicis literariam est editio glossata, quae curante Contio anno MDLXVI. prodiit; novam enim continet, quam vocant, *textus recensionem*, ac eam quidem, quam ad meam usque editionem tam sancte conservarunt editores, ut meliori iudicio nihil fere tribuerint. Difficillimum

---

[1]) *Russardus certe pro restituendis inscriptionibus a fine libri XI. optimo codice, cuius fidem semper fere tuetur Cuiacii editio, usus, deque eo ad XII.* 3. 2. *ita testatus est:* ita integram inscriptionem ex lib. manuscri. restitui [*sequitur inscr.*] . ex eodem libro pene omnes superiores inscriptiones sunt restitutae [*scil. in margine, non in textu*]. *Ad vim hui. cod. recte pensitandam cfr. p.* 717. *not.* 21. 29., *p.* 718. *not.* 10. 20., *p.* 719. *not.* 23. 34., *p.* 723. *not.* 1. 2., *p.* 724. *not.* 6., *p.* 725. *not.* 31., *p.* 726. *not.* 7., *p.* 727. *not.* 24. *p.* 728. *not.* 9. 13. 20., *p.* 729. *not.* 1. 16. 17. 21., *p.* 730. *not.* 2. 5. 9. 14. 25., *p.* 731. *not.* 2. 5. 10. 13. 14. 22. 23. 24., *p.* 732. *not.* 8. 22., *p.* 733. *not.* 1. 5. 15. 26., *p.* 734. *not.* 2. 17. 29. 36., *p.* 735. *not.* 8. 15. 18. *aliaeque. In tit. XXIX. libri XII. codex ille Russardi terminasse videtur.*

[2]) *Ita rem suam egit Russardus X.* 21. 2., *X.* 39. 9., *X.* 44. 1., *X.* 69. 1., *XI.* 7. 15., *XI.* 8. 5., *XI.* 16. 2., *XI.* 40. 1., *XI.* 58. 4., *XI.* 74. 1., *XII.* 1. 13., *XII.* 8. 1., *XII.* 24. 1., *XII.* 54. 2., *XII.* 58. 5.

[3]) *Iam antea editioni glossatae, quae Parisiis in libraria Nivelliana a. MDLIX. prodierat, inde a libri VI. titulo XXI. operam suam nevaverat.*

[4]) *ad l.* 3. *C. V.* 75. *duos suos codices, ad l.* 12. *C. VIII.* 41. *codicem* S. Stephani Biturigum, *ad l.* 9. *C. VII.* 62. *librum* Noviodunensis ecclesiae *allegat Contius. Notae, quae exemplar* Victorianum *allegant* (*ad X.* 2. 3., *ad X.* 12. *rubr.*), *et exemplar* divae Genevievae (*ad VI.* 22. 9.), *haustae sunt ex editione Miraeana. Caeterum saepius in marg. variae lectiones exhibentur addito tantum* alias *vel* in omnibus meis *vel* in quibusdam meis *vel* in vet.

[5]) *cfr. edit. meae p.* 7. *not.* 10., *p.* 15. *not.* 3. 21., *p.* 16. *not.* 14., *p.* 18. *not.* 13., *p.* 22. *not.* 21., *p.* 28. *not.* 16., *p.* 29. *not.* 34., *p.* 35. *not.* 15., *p.* 264. *not.* 4. *Multae mancae sunt.*

[6]) *cfr. edit. meae p.* 26. *not.* 5., *p.* 27. *not.* 32., *p.* 481. *not.* 35., *p.* 489. *not.* 12., *p.* 490. *not.* 33., *p.* 660. *not.* 10., *p.* 662. *not.* 2., *p.* 694. *not.* 7. *etc.*

[7]) *Contius in praef. sic de hac re docet:* Inscriptiones et subscriptiones, dies et consules, ex eo [*scil. Theodosiano*] codice intrepide restitui. *Gravissime autem in eos invehitur, qui summam hanc emendandi Codicis Iustinianei rationem esse profitentur, si eum ex Theodosiano emendent, aut addant aut detrahant, quae in Theodosiano invenerint detracta aut addita. Haec bene quidem, sed revera contra fictos hostes disputantur. Nemo enim editorum illam legem, in quam Contius increpandum censet, posuerat.*

[8]) *Alludit Contius ad Cuiacii ἀκρίβειαν, a qua sane longissime abest.*

[9]) *Cfr. Witte* Die leges restitutae *p.* 12. 13. 52. 53., *Biener* Revision d. Iust. Cod. *p.* 14. 15.

limum est in Contii propositum, quo ductus hanc editionem elaboraverit, se insinuare. Res ipsa certissima est, ac quaelibet fere operis mei pagina loquitur, Contium in hac editione saepissime desciscere a lectionibus, quas antea amplexus fuit, et post se trahere reliquarum editionum turbam [1]). Litera Haloandrina, cuius magnam partem servaverant editiones Russardina et Contiana prior, iam plurimis locis ita spreta est, ut non amplius de mixto quodam textus genere dicere liceat, sed nova eaque Contiana litera regnare coeperit. Tantum autem abest, ut hac recensione textus repurgatus et ad veriorem formam redactus fuerit, ut potius depravatum eum et plerisque Haloandrinae operae fructibus et incrementis spoliatum censeam. Ab hac editione originem habet, quod in Codice valde deplorandum est, scilicet ut in editionibus vulgatissimis verae lectiones in notis magis, quam n textu quaerendae sint; ac nihil profecto est, quo de seriorum editionum incuria magis persuasus fui, quam quod hanc Contianam literam, ut sanctissimam, amplectuntur. Equidem quum saepe causas anquirerem, quae Contium ad ita edendum librum commoverint, ut a codicum antiquiorum fide plurimum recederet, hanc apud me concepi opinionem. A librario efflagitatam suspicor editionem glossatam, quae, ut huic nomini penitus satisfieret, in ipso etiam textu quam proxime accederet ad literam Bononiensem recentiorem, et sic fere rediret ad habitum editionum saeculi decimi quinti ineuntisque sexti. Cui desiderio Contium annuisse, praetereaque in glossae commentariis [2]) et authenticis [3]) critice recognoscendis studium posuisse censuerim. Alii coniiciant alia; res ipsa extra dubitationem mihi posita esse videtur. — Ad sententiam nostram stabiliendam, ni fallor, aliqua vis inest in ea ratione, qua Contium in supplendis *graecis constitutionibus* usum esse videmus Ex textu enim Codicis sublatas in appendicem reiecit, cui *Praetermissorum* nomen dedit [4]), eo, si quid video, ductus consilio, ut a textu abessent, quae editionis glossatae indoles respueret. Ipsa autem haec Praetermissorum appendix licet in restituendis graecis longe sit copiosior, quam prior editio, pauca tantum incrementa ipsi Contio debet; pleraque hausta sunt ex Cuiacii scriptis, maxime ex eius editione trium Codicis librorum [5]). — Ex eodem fonte desumtas video plurimas *inscriptiones et subscriptiones*, quibus Contiana haec editio, si cum priore eam comparaveris, locupletata est [6]). Sed nec in largis fructibus Cuiaciani operis in suam rem vertendis sibi constans est Contius; multas enim inscriptiones [7]) pluresque adeo subscriptiones [8]), quas suppeditavit Cuiacius, omisit, et quae in ipso textu repurgando magnus vir praestiterat, plerumque spreta sunt [9]), quid quod raro in margine adnotata.

Quae sequuntur editiones, iam summatim attingi possunt. Ac primum quidem Contius Codicis denuo editor exstitit anno MDLXXI. Textus est editionis praecedentis, si paucissimos locos exceperis; subscriptionum lacunae raro expletae [10]); graecae constitutiones in textum relatae partim ex Praetermissis, magis vero etiam ex *Antonii Augustini* Collectione et Interpretatione graecarum constitutionum et ex *Cuiacii* Observationibus [11]). Paucae, quas de suo addere conatus est, falso textui illatae sunt. Ipsa itaque editio, quum reputamus, quid primum in ea praestitum fuerit, haud sane multum pollet; maximi autem momenti est, si nexum respicimus, qui eam inter et seriores Codicis editores, excepto tamen Beckio, obtinet. Hi enim illi Contianae editioni non solum tamquam fundamento nituntur, sed potius totos se illi mancipant, ultra eam sapere fere numquam audent,

---

[1]) *haud raro immutatur lectio, sed nota in margine, quae ad prioris editionis lectionem accommodata fuit, intacta manet.*

[2]) *quantum mihi licuit animadvertere, magna est diversitas inter habitum glossae in antiquis editionibus et in hac ipsa Contiana editione.*

[3]) *authenticas, quas Haloander et Russardus in appendicem reiecerant, iam in priore editione Contius in textu reposuerat.*

[4]) *In titulo editionis huius rei Contius ita meminit:* additis et restitutis plus septuaginta graecis constitutionibus, vel earum argumentis et epitomis, quae antea in omnibus tam impressis quam manuscriptis desiderabantur: quas si non suis locis insertas inveneris, ex *Praetermissorum* classibus seorsum a nobis impressis repetere, lector studiose, non gravaberis. *Ipsa appendix hunc titulum habet:* Praetermissorum in duodecim libris Codicis Iustinianei, Classes duae: quarum prior quidem, ea quae in novem prioribus libris omissa sunt, complectitur: posterior vero, ea quae in reliquis tribus.

[5]) *Witte lib. cit. p.* 13. 47. 55.; *Biener lib. cit. p.* 15.

[6]) *Aliquoties spreta est ed. prior; cfr. p.* 267. *not.* 11., *p.* 269. *not.* 29., *p.* 273. *not.* 8., *p.* 454. *not.* 15.

[7]) *cfr. edit. meae p.* 661. *not.* 1. 2., *p.* 665. *not.* 7. 20. 31., *p.* 691. *not.* 26.; *cfr. praeterea p.* 764. *not.* 1.

[8]) *cfr. edit. meae p.* 632. *not.* 38., *p.* 653. *not.* 7., *p.* 702. *not.* 40., *p.* 711. *not.* 19., *p.* 712. *not.* 4., *p.* 724. *not.* 13. 33., *p.* 725. *not.* 25.

[9]) *cfr. l.* 7. *C. XII.* 24. *not. f.*

[10]) *cfr. l.* 26. *C. IV.* 32., *l.* 7. *C. IV.* 37.

[11]) *cfr.* Witte *lib. cit. p.* 13. 47. 59., Biener *lib. cit. p.* 15.

dent, eiusque textum adeo purum omnibusque numeris absolutum habent, ut ne anteriorum quidem editorum meritis aliquid tribuere voluerint. Hac occoecatis opinione contigit, ut ipsa vitia typographica, quae in Contiana illa insunt, sancte custodirent [1]). — Nova editio, eaque glossata, curante Contio prodiit anno MDLXXVI., quae, si in historia Codicis literaria non magnam vim habet, prae caeteris tamen ad cognoscendam Contii indolem idonea est. In hac editione repetitam videmus priorem glossatam anni MDLXVI. more Contiano, scilicet ita, ut plura, quae antea bene egerat, denuo spreta sint, nonnihil tamen novi accesserit. Itaque vitia, quibus libera erat editio proxima, non pauca redeunt [2]), neque vero supplementa et emendationes desunt, quibus editio novissima anterioribus praestat [3]). Graecas constitutiones, quae ad priores novem libros pertinent, non sine fructu recognovit, atque ex *Cuiacii* Observationibus et ex *Synopsi*, quam interea ediderat *Leunclaius*, auxit; sed quum graeca non in Appendice Praetermissorum (quemadmodum in glossata priore), sed in ipso Codicis textu haberi mallet, in inserendis eis adeo negligenter versatus est, ut, quicquid graecarum constitutionum in tribus posterioribus libris iam restitutum esset, penitus omitteret, et lectores ad Praetermissorum Appendicem ablegaret, quae ab hac novissima editione prorsus abest [4]). Qua Contii temeritate et inconstantia eo magis offendimur, quo certius est, eum in hac editione a tribus libris recognoscendis non omnino abstinuisse; certe enim ex Cuiacii editione non pauca videmus adnotata vel emendata, quae in prioribus editionibus inconsulte praeterierat [5]).

Post Contium saeculo decimo sexto Codicem critice tractasse dicuntur Lud. Charondas et Iul. Pacius, viri saepe quidem laudati, sed raro recte aestimati. Ac quod ad Charondam attinet, cuius editio prodiit anno MDLXXV., non tam in eo elaboravit, ut novis criticis opibus instructus Codicem repurgaret, quam ut notas, quas Russardus et Contius in margine sparserant, suis aliquibus auctas in unam molem coniungeret. Ad augendum apparatum criticum suppetierunt ei duo codices, unus quem *Stephanus Auredanus*, Venetus, obtulerat, *Dionysianus* alter [6]). Raro hunc, saepius illum allegat, verum ita, ut quae ad ipsam antiquam codicis scripturam pertinent, et quae a serioribus eius possessoribus adscripta sunt, promiscue habeat [7]). Textus Contianum anni MDLXXI. tam stricte sequitur, ut paucissimis tantum locis Russardinam literam praeferre ausus fuerit; Haloandri non solum auctoritatem, sed adeo memoriam sprevit. Graecae constitutiones haustae sunt ex Contiana editione, cuius pedisequus est; paucas, quas primus adiecit, ex Cuiacii Observationibus eiusque versione libri sexagesimi Basilicorum repetiit, sed ita, ut hoc fonte plerumque sine debita cautione uteretur [8]). Si quo loco graecae constitutionis deperditae notam haberet codex

---

[1]) *Cfr. edit. meae p.* 15. *not.* 21., *p.* 44. *not.* 10., *p.* 63. *not.* 4., *p.* 65. *not.* 4., *p.* 117. *not.* 3., *p.* 281. *not.* 16., *p.* 314. *not.* 19., *p.* 578. *not.* 12., *p.* 630. *not.* 3., *p.* 631. *not.* 1, *p.* 682. *not.* 33., *p.* 685. *not.* 28., *p.* 701. *not.* 16., *p.* 716. *not.* 25., *p.* 725. *not.* 18. *Si quid novi vitii ex typorum incuria in seriores editiones irrepsit, hoc etiam solet per plures serpere, cfr. ed. meae p.* 62. *not.* 4., *p.* 535. *not.* 14., *p.* 736. *not.* 19.

[2]) *Sic omissae sunt subscriptiones I.* 5. 1. — 3., *I.* 46. 2., *IV.* 37. 7.; *falsae subscriptiones receptae, quas editio proxima emendaverat I.* 11. 3., *VII.* 35. 3.; *vitia typogr. repetita IV.* 32. 4.

[3]) *Sic suppletae sunt subscriptiones I.* 3. 23., *III.* 23. 3., *III.* 25. 1., *IV.* 34. 1., *IV.* 34. 10., *maxime ex Novellis Theodosianis et ex Collatione.*

[4]) *Itaque vereor, ne laudes immeritas huic editioni tribuerit* Witte *lib. cit. p.* 64. *Cfr. etiam ed. meae p.* 69. *not.* 21.

[5]) *Cfr. edit. meae p.* 623. *not.* 7., *p.* 625. *not.* 44., *p.* 628. *not.* 1., *p.* 653. *not.* 8. 14., *p.* 669. *not.* 16., *p.* 728. *not.* 18. 29. *etc. Sed plurimum abest, quin revera constanter et circumspecte Cuiaciani operis fructus in suam editionem transtulerit, cfr. e. g. p.* 632. *not.* 38., *p.* 653. *not.* 7., *p.* 725. *not.* 14., *p.* 748. *not.* 1.

[6]) *Charondas, quum numeri codicum meminit, duos dicit (cfr. IV.* 29. 19. *in marg.). Ad l.* 4. *C. VI.* 23. *vv.* seu agnomine *sic docet:* illa verba, in quib. manus. absunt, in aliis reperiuntur; sed in lib. Auredani et in Dionysiano, qui sancti Dionysii Ecclesiae dicatus est anno MXXXI., ut ex primo illius folio constat, desunt ea verba in textu, sed in glossa interlineari addita sunt. *Etiam in notis ad tres libros Charondas codicis* Auredani *et* Dionysiani *meminit (cfr. e. g. XII.* 8. 2. *in marg.), ita ut censendum sit, utrumque librum Codicem integrum continuisse, aut, quod mihi verosimilius videtur, Auredanum et bibliothecam ecclesiae Dionysianae alia exemplaria trium librorum Charondae suppeditasse.*

[7]) *De fide eorum, quae Charondas ex libro Auredani affert, recte dubitatio oborta est* Dirksenio (Civilist. Abhandl. *II. p.* 519.) *et* Bienero (Revision d. Iust. Cod. *p.* 18.). *Ac certe multa, quae ex illo cod. apud Charondam allegantur, hominis critici coniecturam sapiunt (cfr. ed. meae p.* 118. *not. b. c., p.* 242. *not.* 8., *p.* 730. *not.* 20.), *alia cum coniecturis virorum doctorum, maxime Cuiacii, mirum in modum conveniunt (cfr. ed. meae p.* 719. *not.* 10. 22.), *ita ut prona sit coniectura, doctum illius codicis possessorem lectiones eius passim ex libris recentiorum criticorum correxisse. Cfr. not.* 1. *pag. seq.*

[8]) *Cfr.* Witte *lib. cit. p.* 14. 49. 62.; Biener *lib. cit. p.* 17.; *edit. meae p.* 590. *not. a., p.* 594. *not. e.*

codex Auredani, eius rei mentionem fecit [1]). Iulii Pacii editio anno MDLXXX. in lucem prodiit, non tam suo merito notabilis, quam propterea, quod usu vulgatissimae editiones, scilicet Dionysii Gothofredi, huius Pacianae textum repetunt [2]). Ab ipso Pacio nihil aliud novi ad rem criticam praestitum video, quam quod *Synopsin Basilicorum* et *Adnotationes* Leunclaii contulit; in restituendis autem ex illo fonte graecis constitutionibus totum se Leunclaio mancipavit, qui praeproperum in hac re subtilissima ingenium saepissime prodit [3]).

Iam per duo, quae sequuntur, saecula editores, quod sciam, a critico studio ita alieni sunt, ut non solum codices intacti iaceant, atque nova et gravissima rei criticae subsidia, velut Fabroti editio Basilicorum, editorum manus defugiant, sed adeo memoria hominum criticorum paene intercidisse videatur, qui per saeculum sextum decimum, impari sane laude, in Codice repurgando elaboraverant. Quem enim habitum Codex auctore Contio in editione anni MDLXXI. induerat, a Charonda et Pacio levissime tantum mutatum, editores tam sancte custodiunt, ac si rem universam confecisset Contius, et Haloandrinae Russardinae aliarumque editionum rivuli in Contianum illum alveum omnes derivati essent. Verum sub finem saeculi antecedentis factum est, ut iurisprudentia a dogmatum traditione propagatorum servitute et commenticiarum opinionum arbitrio ad veram scientiae libertatem resuscitaretur, quae ab intellectu maxime historico lumen habet. Quae iuris studii ratio ad fontes iuris accuratius pervestigandos, si qui male haberentur, restituendos, restituendorumque subsidia studiose conquirenda novis stimulis excitavit, et rem literariam nostram multis in omne aevum duraturis fructibus iam locupletavit. Exstiterunt etiam, qui ad Codicem Iustiniani tam male habitum curas suas conferrent, Spangenbergium dico et Beckium, verum ita, ut praecipuam operae criticae partem aliis supplendam relinquerent. Quod enim ad Spangenbergium attinet, cuius editio anno MDCCXCVII. publicata est, hoc sane praestitit, ut Haloandrinae lectionis memoriam in notis instauraret, et, si non collatis, saepe consultis tamen editionibus Russardi, Contii (d. a. MDLXII. et MDLXXI.) atque Charondae notarum criticarum apparatum uberiorem exhiberet, nec non verioris textus indicia, ex libri manuscripti Gottingensis et ex Theodosiani Codicis collatione hausta, saepe adderet [4]). Verum suo iudicio in emendando ex subsidiis illis Codice ita parum confisus est, ut ad ipsum textum, qui ex Contiano opere in Gothofredianas editiones fluxerat, nihil inde emendationis pervenerit [5]). Miratus sane est Spangenbergius, quum codicem Gottingensem conferret, dictionum varietatem creberrimam, scribendi rationem tum veteribus a Contio, Russardo et Charonda inspectis libris maxime consonam, insignem cum Theodosiano Codice concentionem. Sed in hac re admiranda non subsistendum fuit; verum, quum tam gravibus argumentis de textu vulgari suspicio mota esset, ad veritatem cognoscendam, arcessitis si quibus opus erat novis subsidiis, gnaviter ac strenue elaborandum. Hoc autem non suum esse ratus Spangenbergius, pedisequus aliorum adeo esse maluit, ut ne ea quidem corrigere conatus sit, quae admodum recenti tempore vitiose Codici illata fuerunt. Exemplo sunt numeri annorum, quos Gothofredus consulatibus adscripserat, ac saepe quidem maxime per saeculum p.

---

[1]) *Etiam multae huiusmodi notae eae sunt, ut magis a docto quodam libri possessore, quam a librario profectae videantur. Sic ad l. 4. C. VI. 4. cod. Auredani habet:* deficit graeca constitutio, quam legit Bulgarus, sed alii non habent; *ad l. 6. C. IX. 8. autem:* ante has leges legitur a Bulgaro graeca constitutio, sed alii non habent, quia graeca est. *Ex nota marginali ad l. 3. C. I. 12. adeo verisimile est, possessorem codicis restitutas quasdam leges adscripsisse; ad vv. enim τὸν εὐχτήριον ναόν Char. in marg. ita adnotat:* in libro manus. Auredani τὸν εὐχτήριον ναοῦ, ut etiam emendat Cuiacius.

[2]) *Dion. Gothofredus non in re critica, sed in commentariis laudem quaesivit, ita ut hoc loco penitus taceri mereatur. Paucissima, quae ad criticam referri possunt,* commemorat Bienerus (Revision *p.* 18. 19.), *quibus addi potest, Gothofredum nonnullas inscriptiones a Cuiacio in tribus libris restitutas, a Contio autem praetermissas, recepisse.*

[3]) *Cfr.* Witte lib. cit. *p.* 37. 66. *Licet* Leunclaius *serius in secundo* Notatorum *libro (anno MDXCIII.) se ipsum saepe correxisset, tamen, quae a Pacio vitiose Codici illata fuerunt, de suo loco ad nostram usque aetatem non mota sunt.*

[4]) *Haloandri editionem iam in Gebaueri schedis collatam invenit; quae res Spangenbergium non solum movit, ut in praefatione se a Gebauero in hac operis parte adiutum testaretur, sed adeo in singulis notis, quae diversitatem Haloandrinam a Gebauero adnotatam exhibent, huius rei testimonium adiiceret! In Theodosiani Codicis collatione nonnullas quidem constitutiones praetermisit (cfr. III. 27. 2., VI. 62. 5., XI. 47. 10. XII. 60. 4.), sed plerumque accurata et plena eius Codicis collatio dici meretur.*

[5]) *Concedendum sane est, Spangenbergii illa subsidia non ea fuisse, ex quibus multum in re critica proficiscetur. Verum hoc nemo negabit, aliquem tamen fructum ad veriora restituenda inde derivari posse a viro harum rerum satis perito. Ponam exemplum. Codex Gotting. tuetur lectionem, quam et habent Theodosianus Codex, Haloander omnesque codd. Russardi et Contii, et quam internae causae suadent. Quis dubitabit lectioni vulgari substituere illam adeo probatam? Sed Spangenbergius vulgarem retinere satius ducit.*

p. Ch n. tertium minus recte, vitio, ut mihi videtur, fastorum consularium a Contio confectorum; quos errores ut corrigeret, a se non impetravit, sed in notis eos commemorare satius duxit. Hanc unicam notabilem diversitatem textus Spangenbergiani dixerim, quod multos illos cancellos et uncinas eliminaverit quibus voces, quae rectius abesse viderentur vel quarum lectio dubia esset, ab editoribus saeculi decimi sexti notatae fuerant; pravo, ni fallor, consilio. Utut enim verum est, hanc esse critici editoris provinciam, ut dubitationem tollere, et, quid rectum sit, suo iudicio assequi studeat; absonum tamen est ab eius editoris officio, qui textum aliorum stricte sequitur, et ab eo, quod verum est, diiudicando abstinet, signa tantum dubitandi removere, et ita rem dubiam specie certae induere [1]). — Quod attinet ad Beckium, cuius editionem alteram, quae stereotypa vocatur, respicere sufficit, profecto plus, quam Spangenbergius sapit, et hoc quidem ad crisin ipsius *textus* praestitit, ut, deposita illa tralaticia literae Contianae reverentia, aliorum librorum, maxime Haloandrinae editionis et Theodosiani Codicis, per tres libros posteriores etiam editionis Cuiacianae, lectiones in textum aliquoties reciperet. Verum hoc textus emendandi officium vix feliciter cessurum est, nisi a codicum collatione nova eius, quod verum est, argumenta repetantur. Quamquam enim multum pollent in opera critica nunc Codici adhibenda editiones saeculi decimi sexti, tamen, quum saepius sibi invicem adversentur, quam conspirent, stat quaeque litera suo editore, ita ut, si in his editionibus subsistatur, decisio plerumque redeat ad causarum internarum pensationem, quibus criticae eiusmodi quaestiones fere nunquam confici possunt, vel, quod periculosius est, ad veritatis quandam divinationem. Magis autem haec codicum inspiciendorum necessitas valet in Theodosiani Codicis ad Iustinianeum repurgandum usu critico. Iam vero quum Beckius a codicum collatione abstineret, et hoc solum ageret, ut passim Haloandrinas vel Cuiacianas vel Theodosiani Codicis lectiones vulgaribus substitueret, veriora non saepius exhibuit, quam sprevit, ita ut textum vulgarem ab eo non tam retractatum, quam fortuito immutatum dixerim [2]). Legendi intelligendique Codicis facilitatem plurimum eo auxit, quod interpunctionum signa ad sensum quam maxime accommodata ponere studuit; quae res a Spangenbergio male habita, cuius tamen magnam vim in editione ad usum quotidianum aptanda nemo non videt, satis feliciter a Beckio expedita est. Quod attinet ad *inscriptiones et subscriptiones*, Beckius diversa ab editionibus anterioribus, adeoque nova, non raro exhibet, ita tamen, ut iusto liberius hanc suam provinciam egerit. Quamquam enim probo, ex Theodosiano Codice, nostrae aetatis meritis integriore, et ex aliis iuris anteiustinianei fontibus multas eum subscriptiones supplevisse [3]), alia tamen sunt, quae graviter offendunt. Ac primum quidem subscriptiones ab Haloandro aliisque editoribus ex codicibus restitutas immutare solet ex fastis, quantum videre potui, Relandinis, et non tunc solum, quum manifesto vitio librariorum vel editorum aliquid admissum est [4]), sed etiam quum diversitas ad ipsos conditores Codicis redire vide-

---

[1]) *Quantopere hac via a veritate deflectatur, exemplum docebit. In inscr. leg.* 2. *C. XII.* 3. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. ita habent:* Aporatio Dom. [vel com.] et Consuli. *Verba in parenthesi posita denotant, alias haberi* Dom., *alias* com. *Apud Spangenbergium iam legitur inscr. absurda:* Apor. Dom. vel Com. et Consuli, *et ne in nota quidem refertur, verba* vel com. *uncinis inclusa esse in editionibus, ex quibus inscr. hausta est. Uncinas tacite tollere solet Spangenbergius; quae res meo iudicio sufficit, ut eius editio adeo minus commendabilis ad usum censeatur, quam Gothofredianae.*

[2]) *Quam alienus sit Beckius a proposito universi Codicis excutiendi, inde maxime cognoscitur, quod vitia typographica editionis Spangenbergianae repetere solet; sic IV.* 10. 11. crudelitate *pro* credulitate, *IV.* 24. 8. patre *pro* parte, *VI.* 21. 15. suo *pro* sub, *VI.* 51. 18. datio quae *pro* datio est quae, *VI.* 55. 9. *princ.* in *pro* inter, *IX.* 9. 15. occupatis *pro* occuparis, *IX.* 14. 1. terra *pro* tetra, *Auth. ad IX.* 49. 10. sine dolo *pro* sine dote, *X.* 31. 25. provinciae *pro* propriae, *X.* 71. 1. aeque *pro* aequa. *Alia sententiae, quam de Beckiano textu cepi, praesidia quaelibet fere editionis meae notarumque subiectarum pagina exhibet.*

[3]) *Diversis locis diversam vim et auctoritatem horum fontium in restituendis supplendisve inscriptt. et subscriptt. agnitam videmus; quod in opere tam amplo vix opprobrandum est editori, cfr. III.* 29. 4. *et VIII.* 54. 6., *V.* 19. 1., *V.* 37. 21. *et VIII.* 54. 25., *V.* 37. 22. *et V.* 72. 4., *V.* 62. 24. *et XI.* 2. 3., *VI.* 14. 3. *et VI.* 30. 15., *VII.* 51. 4.

[4]) *Huc e. g. pertinent errores duorum nominum similium commutatione admissi* (Dione *et* Dionysio *II.* 12. 13., Pompeiano *et* Pontiano *X.* 11. 3., Aemiliano *et* Aeliano *VII.* 43. 4.); *falsi numeri ex commutatione cum aliis numeris similibus vel cum literis illati* (*sic saepe commutantur II. et V., cfr. VII.* 57. 5., *IX.* 4. 4., *etiam III. et VI. nec non IV. et III., et ex geminatione lit.* A. *oritur falsa adiectio numeri II. vel V., cfr. X.* 3. 3., *V.* 37. 14., *VIII.* 51. 19.); *copula* et *subscriptionibus anni* 212., duobus Aspris Conss., *ab Haloandro ideo illata, quod duo diversa nomina significari crederet, ita ut ab eo editum sit* Duobus et Aspris Coss. *Huc etiam referendum frequens vitium in subscriptionibus constitutionum, quae* Recitatae Septimo *dicuntur; ex hoc enim* Septimo, *quod locum recitationis denotat, librarii et editores effinxerunt* septies, *cfr. I.* 2. 22., *I.* 14. 12., *II.* 56. 4., *IV.* 1. 12., *V.* 12. 30., *V.* 30. 5., *VI.* 4. 3., *VI.* 30. 19., *VI.* 42. 30., *VI.* 61. 6., *VIII.* 54. 34., *XI.* 47. 20. *Verum Beckium in eiusmodi erroribus corrigendis non strenue versatum esse, videbunt ii, qui locos a me in hac nota exempli causa allatos contulerint.*

videtur [1]). Deinde, quod gravius est, inscriptiones immutari videmus ex subscriptionibus ita, ut in inscriptione contra codicum testimonia ii imperatores ex coniectura restituantur, quos eo anno, quem subscriptio demonstrat, sceptra tenuisse fasti perhibent [2]). Quod autem gravissimum est, pertinet ad rationem, quam ingressus est Beckius in usu subscriptionum, quas ei Bienerus ex codice Parisiensi exscriptas communicaverat. Cuius codicis praesidio licet non multum ad supplendas subscriptionum lacunas profici possit, praestat tamen aliquid in ea Codicis parte, in qua propter codicis Haloandrini defectum novi subscriptionum fontes adhuc aegre desiderati sunt; dico libri IV. partem posteriorem. Iam quicunque in illum Parisiensem codicem accuratius se insinuaverit, mox intelliget, eodem eum laborare vitio, quod et codicem Pistoriensem (Parisiensis, quantum video, matrem) inquinat, scilicet ut subscriptiones pleraeque ab iis constitutionibus, ad quas proprie pertinent, ad alias aberraverint. Primum itaque hoc esse debet editori, ut, ad quas constitutiones singulae subscriptiones pertineant, perscrutetur et ex probabilibus causis definiat; quod plerisque locis inscriptionum auxilio satis certo decidi potest. Beckius autem Parisinis illis subscriptionibus ita usus est, ac si suis locis recte positae essent, iamque non solum subscriptiones agglutinavit constitutionibus, ad quas referri non possunt [3]), sed etiam, quum consules quadrare non viderentur, diem recepit omissis consulibus, atque ita dissecavit rem, quae divisionem non fert [4]); quid quod eo se rapi passus est, ut inscriptionem codicum testimoniis certissimam ex ingenio transformaret, ut cum falsa, quam adposuit, subscriptione conveniret [5]). Multo laudabilior Beckii opera mihi videtur in ea operis parte, quae ad *leges*, maxime graecas, *restitutas restituendasve*, et ad *rubricarum ordinem* haud raro in Codice turbatum pertinet [6]). Quae enim *Bieneri*, *Wittii*, *Heimbachii* curis pro hac parte nostro aevo praestita sunt, operam dedit Beckius, ut suo operi perficiendo quam plurimum inservirent; versiones etiam graecarum constitutionum castigavit, multaque earum vitia correxit.

Superest, ut de meae editionis subsidiis atque proposito summatim exponam. Ac quod inter subsidia critica

I. ad codices attinet, sive a me sive ab aliis collatos, primum recensebo eos, qui perpetuo ad crisin auxilio fuerant per novem priores libros vel per tres posteriores. Sunt autem hi:

A.) *Codex bibliothecae Universitatis Lipsiensis Paulinae* membranaceus, sine glossa, constans foliis centum nonaginta septem, signatus numero 883 [7]). Singulae paginae duas columnas habent; linearum numerus impar. Usque ad folii CXCV. columnam quartam mediam exhibentur libri novem priores; reliquum columnae spatium implent aliquae constitutiones libri decimi (X. 7. 1., X. 11. 1. et 6., X. 15. 1.) [8]); in ultimis duobus foliis scriptus est index titulorum perantiquus. Inscriptiones, si paucos locos exceperis, plenae sunt et incorruptae; subscriptiones adsunt in constitutionibus de faciendo confirmandoque Codice et in pluribus tituli *De negotiis gestis*. Constitutionum

---

[1]) *Hoc ausus est Beckius, quum numeros, qui consulatibus in fastis adpositi sunt, addit etiam in subscriptionibus, licet in codd. vel constanter vel crebro desint; exemplo sit tit.* De negotiis gestis (*II.* 19.), *ubi in legg.* 1. 3. 5. 9. 16. *consulibus addere conatus est, quotus eorum consulatus intelligatur. Idem admisit in plurimis subscriptionibus annorum p. Ch.* 196. 199. 203. 204. 213. 216. 224. 225. 240. 250. *Huc etiam pertinet, quod nomina consulum, quae constanter in Codice exhibentur, ex fastis immutaverit, velut in subscriptt. a.* 231., *ub consulem, qui constanter* Pelignus *audit, in* Pelignianum *ex fastis transformavit. Equidem ab initio operis suscepti etiam iusto maiorem auctoritatem fastis nonnullis locis tribui, sed in errore non perstiti.*

[2]) *Exempla ex libro Codicis sexto vide in VI.* 2. 1., *VI.* 4. 2., *VI.* 14. 3., *VI.* 23. 15., *VI.* 28. 1., *VI.* 33. 1., *VI.* 37. 2. *et* 3., *VI.* 39. 1., *VI.* 46. 1. *et* 2., *VI.* 49. 1., *VI.* 50. 1. *et* 2., *VI.* 54. 3. *Sed nec in hac re sibi prorsus constans est Beckius, cfr. VI.* 14. 3. *cum VI.* 30. 15.

[3]) *IV.* 54. 8., *IV.* 65. 1., *IV.* 65. 3., *IV.* 65. 6., *IV.* 65. 12.

[4]) *IV.* 35. 1., *IV.* 39. 7., *IV.* 49. 1., *IV.* 53. 1., *IV.* 60. 1., *V.* 4. 9.

[5]) *V.* 4. 5. *Similia admissa sunt I.* 18. 10., *V.* 4. 19.

[6]) *Quo vero iure Beckius leg.* 10. *C. de feriis tamquam spuriam notavit?*

[7]) *Cfr.* Biener Historia authentic. *p.* 35.; Eiusdem Revision d. Iust. Cod. *p.* 7. 8. 51.; Rössig Elementa iur. Rom. sec. ordin. Cod. *p. VI.*; E. Spangenberg Einleitung *p.* 551.

[8]) *Codex ita habet:* Codicis dni. Iust. lib. nonus explicit. Incipit X. XI. XII., *et iam sequitur ille delectus constitutionum libri X, qui plures fortasse continuit constitutiones; nam quatuor folia abscissa esse videntur.*

tionum graecarum lacunae saepe adnotantur [1]); latinae nonnullae deficiunt; series earum, quae insunt, aliquoties valde conturbata est [2]). Glossae aliquae anteaccursianae vel in margine vel inter lineas adscriptae sunt a manu recentiore, quae et authenticas nonnullas addidit. De aetate universi codicis iudicium ferre difficile est, quum ad reconcinnatos illos referendus sit, in quibus plures membranae deperditae vel defectae subinde suppletae fuerunt. *Bienerus* in Historia authenticarum antiquissimum eum laudat et Irnerii aetatem superantem, alio loco eum tribuit saeculo duodecimo [3]). Totus a me collatus est.

B.) *Codex eiusdem bibliothecae Paulinae* membranaceus, sine glossa, constans foliis ducentis et duobus, signatus numero 884 [4]). Constitutiones de faciendo, confirmando et emendando Codice desunt; graecorum lacunae rarius adnotantur. Exhibentur libri novem priores paene integri, ita ut pauciores constitutiones, ac in codice 883., omissae sint, rarius etiam series legitima turbata sit. Glossae anteaccursianae et pleniores authenticae margini adscriptae sunt. Inscriptiones usque ad tit. *Pro socio* plenae, ab hoc inde tit. tantum nomina imperatorum continere solent, omissis iis, ad quos datae sunt leges. Subscriptiones deficiunt omnes. Aetate codex a priore Paulino superatur; *Bienero* conscriptus videtur saeculo duodecimo exeunte, vel ineunte decimo tertio [5]). Totus a me collatus est.

C.) *Codex bibliothecae publicae quondam Capituli Bambergensis* membranaceus, sine glossa, signatus D. No. 28. [6]), constat foliis ducentis octoginta octo ita, ut usque ad folii CCLXXXVI. columnam quartam mediam Codicis libri novem priores exhibeantur, deinde autem usque ad finem additamenta quaedam ex tit. D. *De testibus* accedant. Elegantissima et accuratissima, qua hic codex excellit, scriptura a libro secundo maxime conspicua est; liber primus alia manu, sed vix recentiore, exaratus videtur [7]). Inscriptiones integrae et diligentissime conscriptae; subscriptiones multae in libri I. titulis 7. 8. 9. et libri VII. titulis 6. 8. 10. 13.; graecarum legum lacunae persaepe adnotatae; glossae antiquae anteaccursianae et authenticae serius additae. Series constitutionum rarius, quam in codice Paulino priore, a veritate deflectit. Aetas fere eadem, quae codicis illius Paulini, esse videtur. Equidem exeunte saeculo undecimo scriptum censuerim. Codicem totum ipse contuli.

D.) *Codex Hafniensis e bibliotheca Magna Regia*, membranaceus, sine glossa, qui uno volumine universum corpus Iustinianeum, ac Codicis quidem libros duodecim non a se divulsos, complectitur [8]). Inscriptiones mancae tantum imperatoris nomen continere solent; subscriptiones desunt; graecarum legum deperditarum rarissima mentio; authenticae, si quid video, eadem manu margini adscriptae, a qua ipse contextus exaratus est. De aetate non dubito, quin medium saeculum decimum tertium non superet [9]). A me collatus est liber ad tres posteriores Codicis libros.

E.) *Codex bibliothecae Universitatis Gottingensis*, membranaceus, cum glossa, cuius collationem per integros duodecim Codicis libros instituit *Spangenbergius*, qui in notis ad suam editionem huius collationis suae fructus congessit. Ipse codex, teste Spangenbergio, saeculo demum decimo quarto conscriptus est, et pro restituendis emendandisve inscriptionibus et subscriptionibus ne hilum quidem praestat [10]).

Inter codices, quorum habitu aut collatione factum est, ut non perpetuum operae criticae subsidium mihi praestiterint, principem locum obtinet

F.)

---

[1]) *In tit.* De iudiciis *adeo ita, ut numerus deperditarum addatur; cfr. edit. meae pag.* 172. *not. d.*

[2]) *Cfr. edit. meae p.* 137. *not. b. d. g. h., p.* 138. *not. d., p.* 139. *not. d.*

[3]) Revision *p.* 51.

[4]) *Cfr.* Bienerum *et* Rössigium *locis in not.* 7. *pag. antec. laudatis.*

[5]) *Illud censet* Bienerus *in* hist. Authent. *p.* 35., *hoc in libro:* Revision d. Iust. Cod. *p.* 51.

[6]) *Cfr.* Läck Vollständige Beschreibung d. öffentl. Bibliothek zu Bamberg *T. I. p.* 105.; Biener Revision *p.* 8. 51.

[7]) *Librum primum cum reliquis libris serius coniunctum fuisse, ipse habitus Codicis docet. Etenim usque ad folium XXXV. habetur liber primus; iam sequitur folium XXXVI., quod ita compositum est. Incipit a vv.* atque originalia rescripta *ex l.* 3. *C. I.* 23., *deinde sequuntur l.* 4. 5. *eod., porro l.* 1. 2. 3. 5. 6. *C. I.* 54.; *et iam transitur ad librum secundum verbis consuetis:* Explicit liber primus. incipit secundus.

[8]) *Accuratius huius codicis indolem enarravit* Cramer *in libro:* De verborum significat. tituli Pand. et Cod. *p. XXIV. sqq.*

[9]) *Cramerus paulo vetustiorem codicem opinatur, nec dubitat, quin minimum ad vertens saeculum duodecimum aut initia sequentis sit referendus. Consentiendum certe est Cramero, eum ex libro optimae notae descriptum esse; cfr. XII.* 25. 10. *not.* 8., *XII.* 31. 1. *not.* 20.

[10]) *Accuratius de hoc codice, qui secundum morem scholae Bononiensis universum Corpus iuris civilis per quinque tomos distributum continet, tractat* Spangenberg *in* Prodromo Codicis repet. prael. typis mandandi *et in Praefat. in Cod. p. III.*

F.) *Codex rescriptus Capituli Cathedralis Veronensis*, inter libros Codicis manuscriptos, quot nostra aetas novit, longe antiquissimus, quem admodum vetere tempore in Oriente conscriptum fuisse, ex graecis constitutionibus genuinis, quas continet, ex adspersis scholiis graecis et ex orthographicis rationibus coniici potest [1]). In foliis autem septuaginta et uno, quibus nunc liber celeberrimus constat, nonnullae tantum Iustinianei Codicis particulae servantur, atque hae quidem:

A l. 2. C. de peric. et comm. rei vend. IV. 48. vv. *pertinet haec omnia* usque ad l. 17. C. de action. emti. IV. 49. vv. *experiendum esse per.*

A l. 9. C. de pactis int. emt. et vend. IV. 54. vv. *ex varia pati* usque ad l. 1. C. de nundinis. IV. 60. vv. *exactione sectentur.*

A l. 7. C. de rerum permutat. IV. 64. vv. *secula condicere* usque ad l. 21. C. de locato. IV. 65. vv. *anni locasti.*

A l. 10. C. de repud. V. 17. vv. *annos computandos* usque ad l. 5. C. soluto matrim. V. 18. vv. *vivit apud hostes.*

A l. 1. C. divortio facto. V. 24. vv. *divorum parentium* usque ad l. 8. C. de natural. lib. V. 27. vv. *matre subsistente natu.*

A l. 11. C. de natural. lib. V. 27. vv. *Id. A. Iul.* usque ad l. 8. C. de testam. tut. V. 28. i. f. vv. *et Festo* $\overline{\text{ɔss}}$.

A l. 8. C. qui petant tut. V. 31. vv. *constitutus a latronibus* usque ad l. 11. C. qui dare tutores. V. 34. vv. *personam nisi inter.*

A l. 3. C. de administrat. tut. V. 37. vv. *ferentur etiam si praetoris* usque ad l. 22. §. 2. C. eod. vv. *mori suis dominis.*

A l. 1. C. si ex plurib. tut. V. 40. vv. *tutoribus vel curatoribus* usque ad l. 9. C. de suspectis. V. 43. in inscr. vv. *AA. et CC. Ham.*

A l. 2. C. de alim. pup. praest. V. 50. vv. *est interim taceri* usque ad l. 5. C. de auctor praest. V. 59. vv. *se dare desiderat.*

A l. 2. C. de praed. minor. V. 71. vv. *consilio emptore* usque ad l. 1. C. de magistr. conven. V. 75. i. f. vv. *duobus Aspris* $\overline{\text{ɔss}}$.

A l. 21. C. de furtis. VI. 2. i. f. vv. *qui liber constitutus* usque ad l. 1. C. de operis libert. VI. 3. vv. *alimentis id extra.*

A l. 4. C. de bonis libert. VI. 4. vv. *χωρις συγγενειας* usque ad l. 3. C. de libertis. VI. 7. vv. *datae sivi liber.*

A l. 1. C. de bonor. poss. contra tab. VI. 13. vv *proponis tamen* usque ad l. 4. C. de collation. VI. 20. vv. *dotem a patre da.*

A l. 4. C. de testam. mil. VI. 21. vv. *nec militibus remissa* usque ad l. 15. C. de testam. VI. 23. vv. *inflexa nec enim inter.*

A l. 7. C. de fideic. libert. VII. 4. vv. *Id. A. Nic.* usque ad l. 17. C. eod. vv. *spatium effluxerit cense.*

A l. 2. C. de annali except. VII. 40. princ. vv. *non ei licentia sit absente* usque ad l. 2. C. quomodo et quando iud. VII. 43. in subscr. vv. *Pio et Pontia.*

A l. 2. C. de usuris rei iudic. VII. 54. vv. *contensimas ei inferebant* usque ad l. 3. C. si ex falsis instrum. VII. 58. vv. *devocatur nisi pro.*

A l. 39. §. 1. C. de appellat. VII. 62. vv. *non deerit adversus libellorum* usque ad l. 5. pr. C. de tempor. appell. VII. 63. vv. *deminui neque adcrescere*

A rubr. C. si pendente appell. VII. 66. vv. *Si pendente* usque ad l. 4. C. quis bonis cedere. VII. 71. vv. *longi temporis praescriptione.*

Ab initio libri VIII. vv. *Incip. lib. VIII.* ℞ *De interdictis.* usque ad l. 7. C. unde vi. VIII. 4. i. f. vv. *restituere compellatur.*

A

---

[1]) *De huius codicis habitu* Göschen *in Ephemerid.* Leipziger Literaturzeitung *d. a.* 1817. *p.* 2645 *sic docuit:* Der Codex No. 60. (Pergam. schmal Fol.) enthaltend Auszüge aus Concilienschlüssen, 71 Blätter, deren je zwey ursprünglich Eins ausgemacht haben, sind rescript, und zwar auf die Weise, dass die neueren Zeilen die älteren durchschneiden. Diese letzteren sind in Columnen zertheilt, deren auf jeder Seite zwey neben einander stehen. Die Hand ist schön und derjenigen, worin die Institutionen des Gaius geschrieben sind, sehr ähnlich. — *Cfr. etiam* Blume Iter Italicum. *T. I. p.* 262.; Biener Revision *p.* 49 — 51.

A l. 4. C. de pignor. VIII. 14. vv. *pecuniam devitam* usque ad l. 27. C. eod. vv. *et adhuc viventium.*

A l. 4. C. quae res pignori. VIII. 17. vv. *satis non facit* usque ad l. 11. C. qui potiores in pign. VIII. 18. vv. *huiusmodi instrumentis vindicare.*

A l. 3. C. de luit. pign. VIII. 31. vv. restitu*i tivi res pacto* usque ad l. 3. §. 5. C. de iure domin. impetr. VIII. 34. vv. *tantummodo reddi quod.*

A l. 3. C. de inutil. stip. VIII. 39. vv. provider*as reddi tivi* usque ad l. 7. C. de fideiussor. VIII. 41. vv. *obligasse intellegaris quam.*

A l. 4. C. de novation. VIII. 42. vv. action*em si cum ei* usque ad l. 16. C. de solution. VIII. 43. vv. *nolentem suscipere.*

A l. 27. C. de eviction. VIII. 45. vv. ign*orans desiderio* usque ad l. 10. §. 3. C. de adoption. VIII. 48. vv. *de aliis adoptivis dixi.*

A l. 23. C. de donation. VIII. 54. vv. *qui acceperat donum* usque ad l. 36. §. 4. C. eod. vv. *quis universitatis faciat.*

A l. 6. C. de fundis patrim. XI. 61. vv. Nebri*dio com. r. priv.* usque ad l. 7. C. eod. i. f. vv. *et Evodio* ss.

A l. 9. C. eod. vv. fund*is emptis* usque ad l. 11. C. eod. vv. *vitiosa vetus.*

A l. 12. C. eod. vv. licen*tia eis concedenda* usque ad l. 14. C. eod. vv. *saltu* fundos *patrimoniales* (ed. meae p. 713. lin. 4.)

A l. 14. C. eod. vv. *solventes pro certo* usque ad vv. *innovatione durare* i. f. eiusd. legis.

A l. 5. §. 2. C. qui militare poss. XII. 34. vv. di*gnitatis quem sollicitudo* usque ad l. 8. C. eod. (cfr. Not. recogn. operis.)

A l. 18. §. 1. C. de re milit. XII. 36. vv. *qualibet machinatione damna* usque ad l. 4. C. de castr. pec. XII. 37. vv. *patri cuius in po.*

Iam quum primum editoris partes suscepissem, operam dedi, ut codicis Veronensis reliquias, quantaecunque sunt, utendas acciperem. Quod ab initio feliciter non cessit, ita ut quinque libri priores sine codicis illius ope elucubrari debuerint. Suasore autem ac patrono Schradero factum est, ut, quum ad librum sextum accederem, apographum codicis ab Ill. Blumio confectum mecum communicaretur. Iam quum conferrem et reputarem, quid huius codicis praesidio in crisi priorum librorum iamiam editorum profici posset, intelligebam, per librum quintum hanc potissimum eius codicis vim esse, ut, quae reliquorum, quae mihi suppetierant, subsidiorum ope emendaveram, nova et sane exoptata codicis vetustissimi auctoritate fulcirentur [1]). Aliam autem rationem eorum esse videbam, quae ad quartum librum perficiendum ex codicis Veronensis fonte profluerent. Libri enim quarti fata tulerant, ut in posteriore eius parte emendanda supplendaque iam Haloander parum proficere potuisset [2]), neque etiam post eum editoribus felicius rem suam agere contingeret. Ita factum est, ut hodieque praesertim subscriptionum plurimarum defectu magna libri quarti pars notaretur. Quum itaque codicem Veronensem eum esse intelligerem, ex quo hae lacunae, si non omnes, permultae tamen expleri possent, piaculum duxi ad notas recogniti operis reiicere, quae inde ad libri quarti restitutionem repetenda essent. Quapropter ab operis mei redemtore impetravi, ut loco plagularum iamiam editarum aliae, libri Veronensis incrementis locupletatae, typis exscriberentur [3]). Quae itaque ex libro Veronensi ad crisin Codicis repetenda esse duxi, iam in ipso editionis meae contextu notisque ei subiectis conspicua sunt, exceptis tantum lectionibus, quas membranae Veronenses ad librum quintum conferunt; has enim in notis recogniti operis recensui, omissis, quae parvi vel nullius momenti esse viderentur.

G.)

---

[1]) *In eo, quod maxime ad incrementum libri quinti Codicis ex ms. Veron. hauriri posse videbatur, scilicet in genuina l. 12. C. de repud. V. 17. permultae lineae literaeque ita evanuerunt, ut, etiamsi prius eius apographum nactus fuissem, tamen ab ea in textu Codicis restituenda abstinuissem. Cfr. notas recogniti operis in Append.*

[2]) *Cfr. supra not. 5. p. IV. Codex enim Egnatianus in hac parte defectus erat.*

[3]) *Si itaque meam editionem cum ultima Beckiana contuleris, per libri quarti titulos 48 — 65. hae constitutiones nunc primum cum suis subscriptionibus apparent: in tit. 48. const. 2. 5. 6., in tit. 49. const. 1 — 16., in tit. 53. const. 1., in tit. 54. const. 9., in tit. 55. const. 1 — 5., in tit. 56. const. 1. 2., in tit. 57. const. 1 — 6., in tit. 58. const. 1. 3., in tit. 59. const. 2., in tit. 64. const. 7., in tit. 65. const. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 12. 13. 14. 16. 17. 19. 20.*

G.) *Codex bibliothecae capitularis Pistoriensis* [1]), signatus E. VI., quem saeculo decimo scriptum esse Bienerus et Blumius consentiunt. Exhibentur in hoc libro Codicis libri priores usque ad mediam l. 6. C. VIII. 49., verum ita, ut permultae constitutiones adeoque integri tituli penitus desint, eorumque etiam, qui libro insunt, titulorum legumque series saepe turbata et confusa sit. Equidem Blumii collatione, quae rubricas, inscriptiones et subscriptiones, nec non deperditarum graecarum constitutionum notas amplectitur, usus sum [2]). Inscriptiones legum, quae libro Pistoriensi insunt, integrae esse solent et incorruptae; secus vero subscriptiones, quae magno quidem numero servatae sunt, sed hoc maxime vitio laborant, ut saepissime a suis constitutionibus ad alias aberraverint, ad quas non pertinent [3]). Quum in hoc vitio constantia quaedam ita inveniatur, ut, quum constitutiones quaedam omissae sunt, subscriptio, quae ad postremam omissarum pertinet, ei agglutinata sit, quam ante huiusmodi omissionem librarius integram descripsit, non sine causa coniicimus, devias illas subscriptiones saepe certe librarii artibus deberi, qui scriptionis suae lacunas velare studeret.

H.) *Codex bibliothecae Montis Casini*, Codicis libros novem priores complectens, saeculo decimo conscriptus [4]). Integras habet inscriptiones, ab initio et quasdam subscriptiones, crebras deperditarum legum graecarum notas. Mihi per magnam Blumii benivolentiam collatione eius uti licuit, quae ad inscriptiones, subscriptiones, rubricas et graecarum legum notas pertinet.

I.) *Codex bibliothecae Vaticanae*, signatus numero 1427., in quo libri Codicis novem priores ita exhibentur, ut inscriptiones integras, paucissimas subscriptiones, multas notas, quibus Graeca excidisse significatur, referat [5]). Etiam huius codicis collatione Blumiana usus sum, quae inscriptiones, subscriptiones, titulorum rubricas graecarumque legum notas amplectitur.

K.) *Codex bibliothecae regiae Parisiensis*, saeculi duodecimi, signatus 4516ᵃ, ex quo multas subscriptiones excerpsit et liberalissime mecum communicavit Bienerus [6]). Ante me iis iam usus est Beckius, verum, ut supra docui, non ea cautione, qua opus est in codice, cuius subscriptiones eodem vitio laborant, quod in codice Pistoriensi notandum erat.

L.) *Codex bibliothecae Universitatis Regiomontanae*, signatus Aaa. 9., qui Corpus Iustinianeum in quinque tomos more solito distributum continet [7]). Hunc librum pro castigandis multis ex universo Codice Iustinianeo locis studiose adiit Dirksen, cuius adnotationibus [8]) equidem usus sum. Idem vir doctus etiam alium

M.) *Codicem Regiomontanum bibliothecae Wallenrodtianae*, qui Volumen parvum continet, pro emendandis nonnullis trium librorum locis contulit [9]). Meum erat et has adnotationes in usum vocare. Caeterum, teste Dirksenio, uterque codex Regiomontanus est membranaceus, cum glossa, et probabili iudicio ad saeculum decimum tertium refertur.

Merito etiam ad hanc classem subsidiorum rei criticae, ex codicibus repetitorum, testimonia illa quam plurima referuntur, quae de codicum suorum lectionibus *Russardus*, *Contius*, *Charondas* in margine suarum editionum sparserunt. Tandem admonere non supervacaneum est, me passim et respexisse codicum testimonia, quae a *Fabroto* in Enarratione ad Cuiacii Paratitla [10]), ab *Ant. Au-*

---

[1]) Zaccaria biblioth. Pistor. *p.* 24.; Blume Iter Italicum. *T. II. p.* 116.; Biener Revision *p.* 4. 7. 8. 51.

[2]) *Quum ab initio Blumii collatione uterer, errore aliquo tenebar, quo factum est, ut pauca quaedam minus recte ex ms. Pist. in notis relata invenias. Quae erravi, haec sunt: Subscr. l.* 1. *C. I.* 1. (*p.* 4. *not.* 15.) *praeter locum et consules et habet diem* D. III. K. Mart.; *subscr. l.* 31. *C. I.* 3. (*p.* 32. *not.* 24.) *non tantum habet* cp. Zenone, *sed et confirmat diem* D. VIII. Id. Mart.; *subscr. l.* 1. *C. I.* 11. (*p.* 84. *not.* 1.) *non consules tantum recenset, sed et diem confirmat* D. Kal. Dec.; *subscr. l.* 6. *C. I.* 11. (*p.* 84. *not.* 32.) *et consules refert, et diem locumque, quos textus habet.*

[3]) *Eodem vitio et aliorum editorum ipsiusque Haloandri codices laboraverunt, cfr. III.* 33. 11. *not.* 35., *IV.* 18. 1. *not.* 25., *V.* 16. 10. *not.* 12.

[4]) Montfaucon biblioth. bibliothecar. *T. II. p.* 221.; Blume Iter Italicum *T. IV. p.* 79. 80.; Biener Revision *p.* 4. 7. 51.

[5]) Biener Revision *p.* 6. 51.

[6]) Catal. codd. mssorum biblioth. reg. Pars tert. *T. IV. p.* 601.; Biener Revision *p.* 226.

[7]) Zeitschr. f. geschichtl. RW. *T. I. p.* 351 — 353.

[8]) *In libro:* Civilistische Abhandlungen (Berlin 1820.) *T. II.* Abh. *III.* Beiträge zur Kritik einzelner Stellen des Iustinian. Cod. *p.* 324. *sqq.*

[9]) *cfr. de hoc cod. libros in not.* 7. 8. *allegatos.*

[10]) *cfr. ed. meae p.* 335. *not.* 21., *p.* 342. *not.* 26., *p.* 597. *not.* 8.

Augustino in Emendationibus [1]), a *Cramero* in suo editionis Spangenbergianae exemplari [2]), a *Cuiacio* in Observationibus, Paratitlis aliisque locis allegantur.

II. Nunc est, quod de editionibus, quas contulerim, paucis exponam. Ac quod primum ad eas editiones attinet, quae ab artis typographicae initiis usque ad Haloandri opus in lucem prodierunt, moverunt me causae a Schradero expositae [3]), ut ad *priores novem libros* utramque conferrem editionem principem anno MCDLXXV. publicatam, alteram *Moguntinam* ex officina Schoefferi, alteram *Nurembergensem* ex officina Sensenschmidi. In Moguntina illa editione [4]) critici studii fere nulla vestigia deprehenduntur, ita ut hoc solum propositum fuisse videatur, ut codex non manu, sed typis exscriptus divulgaretur [5]). Omnis itaque cura nitidissimo libro impensa non ad veritatem et castitatem lectionum, sed ad externum libri habitum relata est, quem officinae industria et typothetae diligentia praestant; haud vero dixerim, in delectu codicis glossati, quem eleganter et fideliter impressis exemplaribus repetere Schoefferus voluit, incuriam ac temeritatem admissam fuisse. Multum autem editioni Moguntinae praestat Nurembergensis [6]) eo, quod plurimis referta est critici iudicii documentis. Praemissa est *Andreae Rumelii*, utriusque iuris doctoris, epistola ad *Ioannem Sensenschmidum* impressorem, quae de laboribus et sumtibus in hanc Codicis editionem impensis ita exponit, ut dubitari non possit, quin et impressor et corrector non tantum externae formae novitatem, sed etiam argumenti veritatem sectati fuerint [7]). Quam intentionem ipse quoque editionis habitus comprobat. Hunc si comparaveris cum editione Moguntina, conspicuus est liber Nurembergensis plenis inscriptionibus, quae, licet passim depravatae, ex vetustiore tamen codice haustae esse censendae sunt, graecarum literarum usu in constitutionibus latinis, quibus graeca intermixta sunt, recta interpungendi distinguendique ratione, lectionum critico delectu satis crebro; quid quod deficientis graecae constitutionis adnotatio non prorsus abest [8]). Ad *libros tres posteriores* ex editionibus ante Haloandrum publicatis collata est editio princeps, ex Schoefferi quoque officina anno MCDLXXVII. cum reliquis Voluminis parvi libris edita, cuius indoli apprime conveniunt, quae supra de Moguntina editione novem priorum librorum docui [9]).

In

---

[1]) *cfr. p.* 666. *not.* 16.

[2]) *cfr. p.* 704. *not. d.*

[3]) *in libro:* Civilistische Abhandlungen *p.* 466.

[4]) *cfr. de ea* E. Spangenberg Einleitung in d. Röm. Iust. Rechtsbuch *p.* 656.; Schrader lib. cit. *p.* 443.; F. C. Conradi Historia Pandect. authentica ex emend. Taur. Theod. Gronovii (Halae 1730) *p. XVIII. XIX. XXII.*

[5]) *Luculenter hoc docet titulus qui in calce libri sic adiectus est:* Anno nativitatis Christi MCCCCLXXV. ad VII. Kalendas Februarias. Sanctissimo in Christo patre ac domino, domino Sixto papa IIII. Illustrissimo nobilissime domus Austrie Friderico III. Romanorum imperatore invictissimo, semper augusto. Reverendissimo in Christo patre ac domino, domino Adolpho archipraesule maguntino. In nobili urbe Maguncia non atramenti calamo cannave, sed arte impressoria (qua quidem etsi antiquitas divino non digna est visa iudicio, nostra nichilominus tempestate indulta) Sacratissimi principis Iustiniani Codicem cunctipotenti favente Deo Petrus Schoyffer de Gernszheym suis consignando scutis feliciter consummavit. Laus Deo.

[6]) *cfr. de ea* E. Spangenberg et Schrader *ll. ll. not.* 4.; Wenckii opuscula ed. Stieber *p.* 373.

[7]) *Ex hac epistola haec habe:* Rogas me — velim tibi epistolam ad caput Codicis imprimendam componere, sicut plerosque correctores fecisse mihi saepenumero narras, existimans aemulos tuos tanto posse facilius codices tuos nota malae correctionis supprimere, quanto magis muti simus, putans itaque, si illa accurata diligentia ingensque labor adhibitus ignorati fuerint, frustra te pergraves sumptus fecisse, eos praecipue, quos iam Papiae, ubi et exemplarium et doctissimorum virorum magna copia est, prima ac secunda codicis correctione, deinde Nurembergae tertia et quarta, quibus et ego ipse desudavi, abunde feceras — Id autem experiri haud melius quisquam poterit, quam si alios quoscunque codices huic nostro compararit, tunc enim aperietur, qua accuratione impertinentes glossae additiones resecuerimus —, quove labore omissa quaeque requisiverimus, et quam ordinate transpositas hac illacque disiectas glossulas circa suum textum collocaverimus, ac quam aptis punctis confusam eorum intricationem distinxerimus, quo etiam modo barbaricam transscriptionem orthographica ratione fugaverimus *etc.* *In calce libri hic adiectus est titulus:* Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto die vicesimo quarto Iunii. Sub imperio divi Frederici principis invictissimi, anno imperii eius vicesimo quarto Insculptum est hoc opus in Nuremberga oppido Germaniae celebratissimo Iussu Andreae Frisner Bunsidelensis, et Ioannis Sensenschmid civis Nurembergensis.

[8]) *cfr. l.* 5. *C. I.* 46. *not. a.*

[9]) *Titulus in calce libri positus sic habet:* Anno incarnationis dominicae MCCCCLXXVII. XII. Kalendis Septembris. Sanctissimo in Christo patre ac domino, domino Sixto $\overline{pp}$. IIII. pontifice maximo. Illustrissimo, nobilissime domus austrie domino, domino Friderico Romanorum Imperatore invictissimo, monarchie christiane dominis. Reverendissimo deoque amabili in Christo patre ac domino, domino Diethero archiepraesule Maguntino, in civitate Maguncia impressorie artis inventrice atque elimatrice prima. X. collacionum triumque librorum Codicum opus egregium, Petrus Schoiffer de Gernszheim, glorioso favente deo suis consignando scutis, feliciter finivit. *Tres libri in hac Volumine a folio* 205 *usque ad fol.* 299. *leguntur.*

In editionum sequiorum delectu nunc legem secutus sum, ut eas conferrem integras, quae propter merita editorum critica, laudibus efferri solita, et ipsae ad iuvandam novam Codicis recensionem comparatae, et dignae esse viderentur, ut, quid revera praestiterint et quo inter se nexu cohaereant, ex perpetua earum collatione constaret. Quapropter contuli editiones Haloandri, Russardi, Contii quatuor de annis MDLXII. MDLXVI. MDLXXI. et MDLXXVI., Charondae, Pacii, Spangenbergii, Beckii. Per libros tres posteriores accessit editio Cuiacii, ac ita quidem, ut non solum prima, quam vir magnus anno MDLXII. emisit, sed ea etiam conferretur, quae inter Cuiacii opera a Fabroto collecta et promulgata habetur.

III. Inter reliqua, quae in usum vocavi, subsidia critica, praeter codices et editiones, principe loco commemorandi sunt. Theodosianus Codex et Basilicorum libri cum Scholiis. Quod ad illum attinet, operam dedi, ut primum omnes constitutiones, quae in utroque Codice leguntur, anquirerem [1]). In ipsa vero collatione usus sum editionibus *Gothofredo-Ritteriana* et *Haeneliana*, si quae huius particula iamiam edita eam constitutionem contineret, in cuius conferendae necessitate versabar; per priores quinque eiusdem Codicis libros *Wenckii* quoque editionem consului. Ipse Theodosiani Codicis usus ad crisin Iustinianei perantiquus est et iam editoribus saeculi decimi sexti inde ab Haloandro vulgaris, maxime autem in Russardo et Cuiacio conspicuus. Caute eo fonte utendum esse, ne Iustiniani Codex in Theodosianum transfundatur, plerumque probe tenuerunt, adeoque veriora, quae Theodosianum librum non tam auctorem quam opitulatorem haberent [2]), in ipso *contextu* saepius spreverunt, quam receperunt; cuius rei causa non in contemtu quodam, quo Theodosiani Codicis auctoritatem in repurgando Iustinianeo habuerint, sed in mira illa lectionum constantia quaerenda est, in qua plerique editores magis, quam in verarum delectu, excellere maluerunt. Quanti enim Theodosianus Codex habitus fuerit, luculenter inde apparet, quod in *inscriptionum* lacunis, multo magis vero in *subscriptionibus* ex eo supplendis ne dubitatio quidem editoribus oborta esse videtur, num eius fides ad huiusmodi supplementa Iustinianeo addenda sufficiat, adeo ut hodie vix ac ne vix quidem diiudicari possit, quae subscriptiones ex libris manuscriptis, quae ex Theodosiano corpore restitutae sint [3]). Quod ita incertum esse, iniucundum quidem est, sed ipsi veritati praeiudicium raro affert. Ut enim de restituendis ex Theodosiano Codice inscriptionibus et subscriptionibus dicam quod sentio, ex collatione librorum manuscriptorum nostri Codicis cum Theodosiano hanc esse regulam intellexi, quam et ipsa rei natura tuetur, conditores nostri Codicis, in argumento ipsarum constitutionum mutando satis libere versatos, neutiquam tamen hoc sibi indulsisse, ut inscriptionum vel subscriptionum transformatione veritati historicae aliquid detraherent. Hac tamen regula caute et circumspecte utendum est. Etenim quod *inscriptiones* attinet, hoc primum notandum est, a Triboniano eiusque cooperatoribus inscriptiones ampliores, sive plurium personarum, ad quas data fuit lex, sive eiusdem personae honorum ac munerum mentione, sive adiecta allocutionis formula, saepe decurtatas fuisse; quapropter si ex codicum fide de breviore inscriptione constat, a supplenda ampliore, quam Theodosianus Codex habet, abstinendum est [4]). Deinde, quod etiam ad inscriptiones quodammodo pertinet, optimorum et anti-

---

[1]) *Videbam enim, ab utriusque Codicis vel certo a Iustinianei Codicis editoribus in hac re nonnulla praetermissa esse, veluti ex l.* 2. *Th. C. de off. com. rei priv. l.* 11. *manasse leg.* 1. *C. de coll. fund. fisc. XI.* 73., *ex l.* 13. *Th. C. de off. praef. praet. l.* 5. *leg.* 2. *C. de coll. fund. fisc. XI.* 73., *ex l.* 133. *Th. C. de decur. XII.* 1. *leg.* 4. *C. de div. offic. XII.* 60., *ex l.* 2. *Th. C. de censitor. XIII.* 11. *leg.* 10. *C. de agric. XI.* 47. *Ipse duos locos praetermisi, scilicet ex l.* 16. *Th. C. de numerar. VIII.* 1. *manasse leg.* 6. *C. de assessor. I.* 51., *et ex l.* 14. *Th. C. de desertor. VII.* 18. *leg.* 2. *C. quando lic. unicuiq. III.* 27. *Alias nonnullas nostri Codicis constitutiones videbam ab editoribus merito quidem derivari ex Theod. Cod., verum non ex eu lege, ex qua revera depromtae sunt, veluti l.* 46. *C. de decur. X.* 31.

[2]) *Quicunque Theodosianum Codicem cum Iustinianeo accuratius contulerit, confestim intelliget, quam libere Tribonianus indulta sibi supplendi, mutandi, corrigendi auctoritate usus fuerit; unde prona est consequentia, ex Theodosiano Codice, nisi aliae auctoritates accedant, mutari lectiones Iustinianei non debere. Plurimam libertatis in Theodosiani Codicis usu critico animadverti apud Cuiacium.*

[3]) *Si certum subscriptionis ex Theod. Cod. restitutae testimonium adesset, equidem in notis hoc commemorandum censui. Certissimum indicium subscriptionis ex libris manuscriptis repetitae hoc est, quod ab Haloandro iam habetur; paucae enim illae, quas ex Theodosiani Cod. editione Sichardina hausit, extra omnem dubitationem poni possunt.*

[4]) *cfr. C. I. I.* 1. 1. *cum Th. C. XVI.* 1. 2., *C. I. I.* 3. 7. *cum Th. C. XI.* 39. 8., *C. I. I.* 3. 13. *cum Th. C. XVI.* 2. 34., *C. I. I.* 11. 3. *cum Th. C. XVI.* 10. 15., *C. I. I.* 18. 12. *cum Th. C. I.* 1. 2., *C. I. I.* 18. 11. *cum Th. C. III.* 5. 3., *C. I. II.* 22. 8. *cum Th. C. II.* 16. 3., *C. I. III.* 28. 27. *cum Th. C. II.* 19. 1., *C. I. III.* 38. 11. *cum Th. C. II.* 25. 1., *C. I. III.* 39. 3. *cum Th. C. II.* 26. 1., *C. I. III.* 39. 5. *cum Th. C. II.* 26. 4., *C. I. IV.* 47. 2. *cum Th. C. XI.* 3. 1., *C. I. VI.* 23. 20. *cum Th. C. IV.* 4. 5., *C. I. VII.* 7. 3. *cum Th. C. IV.* 10. 2., *C. I. VII.* 49. 2. *cum Th. C. I.* 16. 3., *C. I. VIII.* 4. 8. *cum Th. C. II.* 1. 8. *His locis permultisque aliis aut certum est aut ex testimoniis a me allatis verisimile, in Iust. Cod. breviorem esse inscriptionem, quam in Theod. Cod. Certam regulam in decurtandis inscripti. observatam frustra quaesivi.*

antiquissimorum librorum testimoniis edocemur, a Codicis nostri conditoribus verba illa solemnia *Post alia*, quibus constitutiones ex parte tantum in Theodosianum Codicem relatae notari assolent, numquam recepta fuisse; non igitur solum restitui non debent, sed etiam, sicubi falso restituta sunt, tolli [1]). In *subscriptionibus* ex eodem fonte restituendis cautionem suadet quod libri manuscripti docent, conditores scilicet Codicis in iis subscriptionibus, quae non solum datae aut propositae aut lectae aut emissae constitutionis tempus continerent, sed fusiore designatione datae et propositae, datae et acceptae, datae et lectae, propositae et acceptae legis diem amplecterentur, non semper quidem, verum haud raro alterutrum diem omisisse [2]). Maiore etiam, ne quid a nostro Codice alienum ingeratur, attentione opus est in iis constitutionibus, quas conditores Codicis ex pluribus Theodosianae collectionis legibus composuerunt. In hoc constitutionum genere, quas magno numero Codex noster refert, hanc eos regulam secutos esse plurima exempla docent, ut unam constitutionem quasi fundum legis a se effictae haberent, cui tanquam principali reliquae ita accederent, ut ex illa et inscriptio et subscriptio haurirentur [3]). Iam igitur, ne quid falsum ex Theodosiano Codice ingeratur, indagandum est, quam constitutionem principalem habuerint; cuius rei satis certa indicia plerumque suppetunt [4]). — Aliter, ac de Theodosiano Codice, actum est de *Basilicis* eorumque *scholiis*. Si enim Cuiacium exceperis, qui ad suam trium Codicis librorum editionem illo opere sollerter et studiose usus est [5]), intactus fere iacuit locupletissimus criticae operae thesaurus, qui, praesertim quum interpretationem *κατὰ πόδα* exhibet, reliqua omnia subsidia critica, quae hodie in usum vocare licet, dignitate et auctoritate facile superaverit. Equidem operam dedi, ut ad editionem *Fabroti*, *Heimbachii* autem, si qui eius fasciculi in lucem prodiissent, Basilicorum libros et Scholia cum Codice Iustinianeo accurate conferrem, et, quantum per vires meas licuit, in repurgando Codice inde proficerem. — Praeterea si qua constitutio in *Gregoriano* vel *Hermogeniano* Codice, in *Novellis Theodosii* vel *Marciani* [6]), *in Vaticanis fragmentis*, in *Collatione*, in *Consultatione*, vel apud *finium regundorum Auctores* inveniretur, ad incrementum rei criticae eam adhibere studui; nec piguit eodem proposito adire *canonum collectiones* tam impressas (velut *Ivonis Pannormiam*, *Decretum* quod dici solet *Ivonis*, *Gratiani Decretum)* quam typis nondum exscriptas, scilicet *Anselmo dedicatam* et *Anselmi Lucensis collectionem* [7]). Tandem et *glossam* perlustravi, ut varias lectiones ab ipso iam Accursio adnotatas in considerationem vocarem, per tres libros autem illud etiam opus, ex quo ab Accursio variarum lectionum magnam copiam haustam fuisse manifestum est. Dico in tres libros commentariolum, variarum lectionum allegationibus quam maxime

---

[1]) *Maxime Russardus et Contius, praeeunte tam editione Miraeana, hoc saepissime admiserunt, ut inscriptioni vv.* Post alia *ex Theod. Cod. adderent; cfr. II.* 9. 3., *IV.* 19. 24., *V.* 11. 6., *VI.* 61. 1., *VII.* 48. 4., *VII.* 62. 12. *et* 16. *et* 22. *et* 25 — 27. *et* 31., *VII.* 66. 6., *VIII.* 56. 9., *IX.* 2. 15., *IX.* 44. 2., *X.* 19. 4., *X.* 31. 51. *et* 55., *X.* 36. 1., *X.* 37. 1. *aliisque locis. Cuiacius autem numquam ea vv. inseruit.*

[2]) *cfr. e. g. II.* 45. 2., *II.* 53. 5., *IX.* 22. 21., *X.* 16. 10., *V.* 40. 2. *(quo loco male supplevi ex Theod. Cod.). Editores Codicis nostri ampliores subscriptiones Theodosiani Codicis passim receperunt; plurimum in hac re praestitit Beckius.*

[3]) *Obveniunt quidem leges ex pluribus ita conflatae, ut ex alia inscriptio, ex alia subscriptio hausta sit; sed ita rarae sunt, ut magis negligentia, quam proposito id factum fuisse censendum sit; cfr. IX.* 28. 1. *not. c. et* 13., *IX.* 39. 1. *not.* 6.

[4]) *Primum enim de inscriptione legis ex ipsis Iustinianei Codicis libris manuscriptis constare solet, unde iam coniectura satis firma duci potest, eiusdem, ex qua inscriptio manavit, constitutionis subscriptionem quoque conditoribus placuisse. Aliud indicium inde hauritur, quod, si qua const. ex pluribus conflata est, ex ea, quae loco prior est, inscriptio et subscriptio servari soleant (I.* 4. 6., *I.* 5. 2., *I.* 7. 3., *I.* 9. 6., *I.* 47. 1., *II.* 12. 7., *III.* 28. 27., *IV.* 61. 5., *VII.* 62. 21., *VII.* 63. 1., *VIII.* 54. 27., *IX.* 18. 3., *IX.* 24. 1., *IX.* 24. 2., *IX.* 26. 1., *IX.* 36. 1., *IX.* 42. 3. *et complures aliae per tres posteriores libros); a cuius regulae norma tunc tantum deflecti video, quum argumentum constitutionis a conditoribus effictae ex ea, quae loco posterior est, potissimum haustum est, ita ut, quod ex priore addiderint, suapte natura accessorium sit (I.* 4. 3., *I.* 5. 4., *I.* 6. 1., *II.* 12. 8., *IV.* 47. 2., *IX.* 49. 9. *et* 10.). *Caeterum non pauca subscriptionum vitia inde orta sunt, quod editores verum earum fontem in Theod. Cod. non satis indagarent (I.* 10. 1., *VII.* 62. 20., *X.* 70. 4., *XI.* 14 1., *XI.* 16. 2., *XI.* 22. 3., *XI.* 42. 3., *XI.* 44. 1.)

[5]) *Felicissimo eventu accidit, ut Cuiacius ex Basilicorum libris a se possessis, quos hodie aegre desideramus, largam messem ad crisin trium librorum messuerit.*

[6]) *cfr.* Haenel D. de constitutionibus, quas Sirmondus edidit. *p.* 19. *not. aaa.*

[7]) *Inter collectiones canonum plurimum in crisi Codicis valet* Anselmo dedicata, *quippe in quam constitutiones ex codice perantiquo cum integris inscriptionibus, saepe cum subscriptionibus, relatae esse soleant. Equidem subscriptiones ex ea restituere potui aut novas aut integriores aut emendatiores II.* 12. 20, *IV.* 20. 19., *IV.* 65. 3., *V.* 4. 26., *V.* 5. 2., *VI.* 1. 4., *VI.* 2. 2., *VII.* 11. 4., *VIII.* 4. 7. *Quam castas lectiones contineat, exemplo est l.* 2. *C. IV.* 65.

maxime refertum, quem *Antonius Contius* cum *Azonis* Commentario in novem libros coniunctum ita edidit, ut etiam illud in tres libros opus huius Azoniani commentarii partem faceret [1]). Quod quam sit falsum, docuit *Carolus de Savigny*, qui *Hugolinum* eius auctorem valde probabili ratione coniecit [2]). Ipsi, quae ad crisin Codicis ex libro redundare posset, utilitati maxime obest vitiorum et librarii et typothetae farrago, cui ne minuendae quidem operam dedisse Contius videtur.

In crisi constitutionum latine conscriptarum molem librorum a me inspiciendorum eo augere nolui, ut praeter Basilica eorumque scholia etiam alios Byzantini iuris libros conferrem; nam quum raro interpretationem *κατὰ πόδα* in iis exhiberi, sed potius sensum tantum liberiore verborum conceptione plerumque adumbrari viderem, rariorem illorum librorum usum in repurgando ipso contextu Codicis esse censui [3]). Verum magnam eorum vim in *graecis constitutionibus*, quae desunt, indagandis et, quantum fieri potest, restituendis, inque *titulorum rubricis* rectius ordinandis satis a me pensitatam, et virorum, qui in hoc librorum genere perscrutando et edendo elaborant, merita plurimi habita a me esse scio, qui in laboriosa hac muneris mei parte hoc solum aegre tulerim, quod certiora largioraque Codicis restituendi subsidia nondum suppetant [4]). Licet enim nostra aetate, maxime *Bieneri* et *Wittii* egregiis laboribus (ad quos, quicquid in hac re a me praestitum est, gratus refero), mirum quantum in restitutarum legum et in rubricarum causa profectum sit, curiosa tamen rei male hactenus habitae indagatio simul comprobavit, quanta etiamnum fontium penuria laboremus, non solum eorum, ex quibus editor fidenter et intrepide restituere possit, sed eorum adeo, ex quibus satis certa lacunarum indicia repetantur [5]).

Haec de criticis meae editionis subsidiis monuisse sufficiat. Iam quo iis proposito usus fuerim, paucis describere conabor ita, ut ab eo, quod praecipuum esse debet editori, scilicet a crisi ipsius contextus exorsus, de iis muneris mei partibus nonnulla adiungam, quarum causa magis accessoria esse videtur.

I. Ad *contextum* itaque constitutionum quod attinet, in animo habui, ut nulli editorum anteriorum me manciparem, verum omnia et singula constitutionum verba cum codicum testimoniis et editionibus criticis cumque aliis, quae suppeterent, subsidiis ita compararem, ut, quod verum sit, meo quidem iudicio assequi studerem, a recepta autem lectione deflectere impium ducerem, nisi gravibus causis de alius veritate persuasus essem. Quantum hac via in restituendis genuinis Codicis lectionibus praestiterim, aestiment alii. Equidem probe intelligo, dubia non pauca causasque dissensus residere, quas collato maiore vetustorum exemplarium numero aut profligare aut confirmare fortasse contigerit. Operae tamen pretium me fecisse confido, qui locuplete apparatu critico in-

---

[1]) *Editio libri, qua usus sum, hunc titulum habet:* Azonis ad singulas leges XII. librorum Codicis Iustinianei commentarius et magnus apparatus . . . ex bibliotheca Ant. Contii IC. . . In officina Iacobi Stoer et Franc. Fabri Lugdunensis. 1596. 4.

[2]) Gesch. d. R. R. i. MA. T. V. *p.* 19. 20. *Savinii autem sententia de Hugolino auctore non extra omne dubium posita mihi videtur. Causas dubitandi Cramerus suo exemplari editionis Contianae ita inscripsit:* „*Commentarium in lib. X — XII. non esse Azonis plurima manifeste produnt, ut mirum sit id Contium non animadvertisse. Sed nec recte dici potest Hugolinum auctorem esse, quod persuadere instituit Savinius, verumque sit licet maiorem partem commentarii in X. et XI. librum sigla* h. *subscriptam esse. In enim duodecimo neque Hugolini neque alius glossatoris nomen subscriptum legitur. Quare placet statuere, commentarium illum in tres ultim. Cod. libros esse glossam aliquam Anteaccursianam, quam, omisso textu, sibi e nescio quo libro ms. Cod. aliquis descripserit.*“ *Equidem his causis ductus, nec non brevitatis studio, in allegando illo commentario nomen Azonis retinui. Caeterum in eo variae lectiones non raro ita allegantur, ut ipse codex, ex quo haustae sint, significetur; sic provocatur ad librum* Martini (*cfr. ed. meae p.* 625. *not.* 35., *p.* 640. *not.* 20., *p.* 697. *not.* 3. 17., *p.* 700. *not.* 19., *p.* 706. *not. a.*, *p.* 717. *not.* 20., *p.* 725. *not.* 17. 26.), *ad librum* Rogerii *vel* Roffredi (*p.* 649. *not.* 5., *p.* 662. *not.* 24.), *ad librum* Cypriani (*p.* 745. *not.* 5.).

[3]) *Nonnullis tamen locis, quibus augenda verae lectionis testimonia videbantur, passim etiam haec Byzantinae iurisprudentiae opera in usum vocavi; cfr. e. g. I.* 1. 2. *not.* 17., *I.* 3. *rubr. not.* 8., *I.* 9. 11. *not.* 3., *I.* 12. *rubr. not.* 2. *Sed neutiquam contendo, a me haec critica subsidia, quantum valent, exhausta fuisse; tantum ex Basilicis eorumque scholiis nihil praetermittere volui.*

[4]) Zachariaei *Heidelbergensis Anecdota finito demum opere, ipsisque recogniti operis notis fere absolutis, ad me pervenerunt.*

[5]) *De graecarum constitutionum lacunis dubitationes in hisce titulis adhuc resident: De off. praef. praet. I.* 26., *de off. mag. mil. I.* 29., *De off. praet. I.* 39., *De assessor. I.* 51., *De advoc. div. iud. II.* 8., *Ut nemo priv. II.* 16., *De pedan. iud. III.* 3., *De naut. foen. IV.* 33., *De sec. nupt. V.* 9., *Soluto matrim. V.* 18., *De testam. VI.* 23., *De institut. VI.* 25., *De edicto D. Hadr. VI.* 33., *De condit. ins. VI.* 46., *Ad senatusc. Trebell. VI.* 49., *De bonis quae lib. VI.* 61., *Qui manum. non poss. VII.* 11., *De oper. publ. VIII.* 12., *De famos. lib. IX.* 36., *De decurion. X.* 31., *De praed. curial. X.* 33., *De impon. lucr. descr. X.* 34., *De professor. X.* 52., *De suariis XI.* 16., *De venat. ferar. XI.* 44. *Praeterea multis constitutionibus, quae ex probabilibus causis restitutae sunt, adhuc quaestiones status moveri possunt.*

instructus ad veritatem restituendam pro virili parte contenderim. Notae textui subiectae docent, quando et quibus nisus testimoniis a consueta inter nos lectione, quam noviorem Contianam esse supra exposui, recedendum putaverim; itaque, si res levissimi momenti exceperis, literam receptam tacite immutare non ausus sum.

II. *Legum restitutarum*, quae vocantur, causam ita tractavi, ut praecipue ductus *Bieneri*, *Heimbachii* et *Wittii* egregiis libris, leges antehac iam restitutas, si quae falso locum suum obtinerent, tamquam spurias notarem, neque tamen penitus e medio tollerem, ne series legum adhuc consueta nimis turbaretur [1]), et quae nostrae demum aetatis studio restitui possunt, suis locis insererem. Illas vero, quae probabili causa iam antea in Codicem relatae fuerunt, ita sub censuram vocavi, ut lectionem, insignibus vitiis saepe sordidatam examinarem et ad librorum fide dignorum auctoritatem, quantum potui, corrigerem. Diligens cura etiam ponenda fuit in colligendo variae lectionis apparatu, quo ad nostra usque tempora leges restitutas fere penitus caruisse, inter omnes constat. Verum ea in re non ita multum proficere licuit. Quum enim ad libros manuscriptos, aditus in hoc emendationis genere non pateret, acquiescendum erat in pluribus restitutionis fontibus, sicubi erant, comparandis, et congerendis variis lectionibus, quae ab *Augustino* [2]), *Leunclajo* [3]), *Scrimgero* [4]), *Köhlero* [5]), *Zachariaeo* [6]) aliisque viris doctis passim commemorantur. Novas curas flagitabat constitutionum graecarum latina versio, quae, quantis vitiis ac mendis scatuerit, dici vix potest. Equidem aut novas versiones elaboravi, aut, si quae levioribus medelis conservari posse viderentur, emendavi. — Quod ipsos restitutionis fontes attinet, singularum constitutionum singulos fontes in prima notarum textui subiectarum serie recensui, et quem equidem sequar, et unde lectionem meam hauserim, commemoravi, addita brevi notitia, quas restituendi vias ingressi hucusque editores fuerint. In ipso vero inter plures restitutionis fontes delectu eo me duci volui consilio, ut, qui proxime ad deperditae legis verba ac sententiam accedere videretur, caeteris praestaret. Plures eiusdem constitutionis epitomae recipiendae erant, si a se invicem singulae recederent.

III. Quod *rubricarum* ordinem attinet, operam dedi, ut, etiam in hac re Bienero et Wittio ducibus usus, ad librorum meorum Byzantinaeque iurisprudentiae auctorum fidem rectiorem, quantum potui, restituerem vel indicarem. Ne autem elimatior rubricarum habitus ordinem prius consuetum, secundum quem in omnibus fere libris allegari solet, nimis conturbaret, non prorsus eliminandas eas rubricas esse censui, quae reiici merentur, sed retinere eas et cancellis tantum adpositis notare malui; deinde vero numeros titulorum ita continuavi, ut numero hucusque consueto illum adiicerem, qui ex rectiore sententia haberi debet. Eandem regulam et tunc servandam fuisse in aprico est, si quae nova rubrica adhuc receptis esset adiicienda; ab ea scilicet interposita numeros titulorum ita ordinavi, ut numero a veteribus recepto rectiorem adderem.

IV. *Inscriptionibus* et *subscriptionibus* curam pervigilem adhibendam esse cognovi; nam harum vitia quam plurima per editiones serpunt. Ac primum quidem, quod inscriptiones attinet, omnes et singulas ad subsidia mea critica, in hac re uberrima, examinavi, et ubi satis graves emendandarum causae adessent, correxi; varietatem autem, in qua, quid verum esset, non satis certo assequerer, in notis indicavi [7]). Nonnulla inscriptionum vitia, quae saepius redeunt, iam supra commemoravi, quum de Theodosiani Codicis in hac criticae operae parte vi et auctoritate dicerem. Alia posita sunt in crebra inscriptionum cum ipso legis contextu confusione [8]), in figmentis inscriptionum, quas saepe editores graecis constitutionibus de sua coniectura praeposuerunt [9]), in additamentis, quae ab ipso legis sensu flagitari ita censerent, ut de suo ea addere conarentur [10]). Novum vitii genus nostra maxime aetate eo accessit, quod imperatorum nomina liberrime ex fastis im-

---

[1]) *Quum igitur falsa restitutio sine turbatione numerorum nunc in editionibus consuetorum tolli posset, sublata est; cfr. p.* 562. *not. d.*, *p.* 590. *not. a.*, *p.* 594. *not. c.*

[2]) *in* Collectione graecarum constitutionum Codicis.

[3]) *in* Adnotationibus *et* Notatorum libris.

[4]) *in* Editione Novellarum *p.* 509.

[5]) *in* Interpretatt. *et* Emendatt. iur. Rom.

[6]) *in* Editione Prochiri (*cfr. l.* 12. *C. VIII.* 10. *not. a.*) *et* Eustathii.

[7]) *ne paginas in rebus minimi momenti indicandis consumerem, satius duxi, quum in rescriptis nomen eius, ad quem datum est, diversum in codd. haberi viderem, tantum hanc diversitatem indicare, haud vero singulis diversitatibus codices addere, in quibus obveniunt.*

[8]) *cfr. III.* 26. 7. *not.* 27., *IV.* 65. 3. *not.* 24., *IX.* 23. 5. *not.* 33., *IX.* 35. 1. *not.* 4., *X.* 31. 20. *not.* 31., *X.* 31. 42. *not.* 42., *XI.* 7. 2. *not.* 8., *XI.* 42. 1. *not.* 19., *XI.* 48. 1. *not* 32, *XI.* 69. 2. *not.* 17., *XII.* 19. 10. *not.* 5., *XII.* 47. 1. *not.* 35.

[9]) *cfr. I.* 4. 18., *I.* 5. 9., *I.* 5. 12., *I.* 5. 17. *et* 18., *I.* 51. 13., *III.* 1. 11. *et* 12., *VII.* 45. 15., *IX* 4. 6., *XI.* 47. 19. *Ipse ab initio operis hoc vitium, quo epitomae legis species genuinae constitutionis additur, non satis vitavi. Nonnullis locis revera inscriptio genuina conservata est, licet ipsa lex interierit; cfr. IV.* 24. 1., *X.* 3. 7., *X.* 16. 13., *X.* 19. 9.

[10]) *Huc maxime pertinet, quod editores nomini eius, ad quem datum est rescriptum, adderent* et aliis, *quia plures personas alloquitur imperator; cfr. e. g. III.* 28. 3., *IX.* 1. 11. *not.* 11.

immutarentur, praesertim ut cum subscriptione penitus conveniret inscriptio [1]). Quae emendandi ratio licet multis forsitan valde commendabilis visa fuerit, ex duplici tamen causa reiici meretur. Primum enim inscriptiones multorum codicum testimoniis strenue firmatae esse solent, haud vero ita subscriptiones, ita ut, qui ex subscriptionibus inscriptiones immutant, ex incerto certum transformare conentur. Alterum autem hoc est, quod multa inscriptionum vitia ad ipsos conditores Codicis referenda sunt, ultra quos callere nostrum non est; quod enim in Theodosiano Codice condendo accidisse docuerunt Iac. Gothofredus et Haenelius, id a conditoribus nostri Codicis, quorum labor constitutionum farraginem a multo remotiore aevo propagatam amplecteretur, alienum non fuisse, plus quam verisimile est, et codicum testimoniis satis confirmatum. — Quod ad subscriptiones attinet, multas, quae adhuc defuerunt, restituere potui [2]), tam ex opibus criticis, quas supra recensui, quam eo, quod hunc in finem geminationes accuratius pervestigavi, et iureconsultorum opera, maxime *Cuiacii* et *Merillii* perscrutatus sum [3]), in quibus passim subscriptiones ex codicibus restituuntur [4]). In subscriptionibus antea iam restitutis hoc primum ad editoris curam spectat, ut a quo et ex quo fonte illatae sint, cognoscatur; quapropter in qualibet subscriptione, quae non iam ab Haloandro per omnes editiones propagata esset, admonui, quis eam restituerit, et ex quo fonte, si huius etiam aliqua memoria exstaret. Porro editoris curam flagitat subscriptionum dudum restitutarum confirmatio. Magna enim codicum, qui subscriptiones habent, raritate factum est, ut pleraeque sola editoris, qui eas restituit, maxime Haloandri, fide nitantur; multum itaque valet testimonia codicum excitare, quibus illorum editorum, fontiumque, ex quibus hauserunt, fides defenditur [5]). Ad hanc confirmationem plurimum contulerunt codices mei, de quorum congruentia cum subscriptionibus dudum habitis breviter in notis docere meum esse ratus sum [6]). Emendandarum denique subscriptionum alia ratio esse debet in iis, quae ex libris manuscriptis restitutae sunt, alia vero earum, quas ex Theodosiano Codice aliisque iuris anteiustinianei collectionibus editores receperunt. In his enim rectiora ex emendatioribus eiusmodi collectionum editionibus intrepide restitui posse, in aprico est; in illis vero maxima cautione opus est, ut, quod ad librariorum vel editorum vitium redit [7]), accurate ab eo discernatur, quod ipsorum Codicis conditorum errore vel negligentia admissum est. Ipsa autem vitiorum secundum hanc regulam partitio adeo difficilis est, ut plurimis locis dissentiendi causas residere sciam. —

Iam quum ad finem me pervenisse video operis, ad quod brevis huius vitae bonam partem contuli, animum commovet cogitatio humanae imbecillitatis, cuius non solum vestigiis quibusdam, sed multis documentis hoc opus, tanti tamque diutini laboris fructum, immaculatum esse intelligo. Nihilominus tamen operae pretium me fecisse arbitror, qui hunc Iustiniani Codicem, librum, quoadusque iuris studia in orbe terrarum florebunt, in hominum manibus mentibusque versaturum, ita castigaverim et excusserim, ut candidis et liberalibus horum studiorum arbitris opus meum circumspecte propositum et religiose peractum visum iri confidam.

Scribebam Kiliae in Univers. Christiana Albertina d. XXIV. m. Aprilis. a. MDCCCXLIII.

---

[1]) *cfr., quae supra de Beckiana editione dixi. Ipse ab initio mei in Codicem insumti laboris non satis intellexi, in quam reprehensionem haec inscriptionum immutatio cadat.*

[2]) *cfr. supra not.* 75. 93. 103.

[3]) *Quod in* Pithoeorum *Observationes, in quibus pleraeque subscriptiones per libri primi titulos priores restituuntur sero inciderim, valde doleo. Supplementa inde repetenda iam ad notas recogniti operis reiici debuerunt.*

[4]) *cfr. e. g. IV.* 38. 15., *VII.* 7. 2., *VIII.* 26. 11., *IX.* 46. 6.

[5]) *cfr. quae supra de Haloandro exposui.*

[6]) *Praecipua vis itaque harum notarum in eo sita est, ut doceant, subscriptionem fide codicum niti; quapropter necessarium non duxi, ubique describere eam, quae in cod. habetur, sed sufficere visum est testimonium meum, codicis fidem subscriptioni in editionibus habitae adstare.*

[7]) *cfr. supra not.* 4. *p. XI.*

EXPLICATIO SIGNORUM.

ms. Pl. 1. . . . . Codex bibliothecae Universitatis Lipsiensis Paulinae. 883.

ms. Pl. 2. . . . . Codex bibliothecae Universitatis Lipsiensis Paulinae. 884.

ms. Bg. . . . . . Codex bibliothecae publicae quondam Capituli Bambergensis.

ms. Hfn. . . . . . Codex Hafniensis bibliothecae Magnae Regiae.

ms. Gt. . . . . . Codex bibliothecae Universitatis Gottingensis.

ms. Veron. . . . . . Codex rescriptus Capituli Cathedralis Veronensis

ms. Pist. . . . . . Codex bibliothecae capitularis Pistoriensis.

ms. Cas. . . . . . Codex bibliothecae Montis Casini.

ms. Vat. . . . . . Codex bibliothecae Vaticanae.

ms. Paris. . . . . . Codex bibliothecae Regiae Parisiensis.

ms. Rg. . . . . . Codex bibliothecae Universitatis Regiomontanae. *Quum in postremis tribus Codicis libris distinguitur inter ms. Rg.* 1. *et ms. Rg.* 2., *ille denotat codicem Universitatis Regiomontanae, hic autem codicem bibliothecae Wallenrodtianae.*

ed. Schf. . . . . . *in prioribus novem libris denotat* editionem horum librorum principem, quae a. MCDLXXV. ex officina Schoifferiana prodiit; *in posterioribus tribus libris* editionem itidem principem, qua h. libri ex eadem officina a. MCDLXXVII. publicati sunt. *Utrisque editionis forma est fol. max.*

ed. Nbg. . . . . . Editio priorum novem librorum, quae a. MCDLXXV. Nurembergae ex officina Ioannis Sensenschmid prodiit, fol. mai.

Hal. . . . . . Codicis Dn. Iustiniani — ex repet. praelect. libri XII. — a Greg. Haloandro purgati recognitique. Nurembergae 1530. fol. min.

Russ. . . . . . Codicis Dn. Iustiniani — ex repet. praelect. libri XII. — mendis repurgati et — notis illustrati. L. Russardo auctore. Lugduni 1561. fol.

Cui . . . . . Iac. Cuiacii ad tres postremos lib. Cod. Dn. Iustiniani Commentarii. — Lugduni. 1562. 4. *Quum ab hac prima Cuiaciana*

editione discernitur Cui. ed. Fabrot., *sic denotata est* editio quae inter Cuiacii Opera a Fabroto collecta et edita habetur.

Cont. 62. . . . . Codicis Dn. Iustiniani — repet. praelect. libri XII. Antoni Contii — emendationibus repurgati. — Parisiis. 1562. 8.

Cont. 66. . . . . Codicis Dn. Iustiniani — repet. praelect. libri XII. Accursii commentariis et — Antonii Contii annotationibus — illustrati. Parisiis. 1566. fol. *Tres posteriores Codicis libri insunt tomo, quo Volumen parvum continetur.*

Cont. 71. . . . . Codicis Dn. Iustiniani — repet. praelect. libri XII. — (Antonio Contio editore). Lugduni. 1571. 12.

Cont. 76. . . . . Codicis Dn. Iustiniani — repet. praelect. libri XII. Accursii commentariis et — Antonii Contii — annotationibus — illustrati. Parisiis. 1576. fol. mai. *Tres posteriores libri a prioribus seiuncti ei tomo inserti sunt, qui Volumen parvum continet.*

Cont. . . . . . Quatuor Contii editiones d. aa. 1562. 1566. 1571. 1576.

Char. . . . . . Codicis Dn. Iustiniani — repet. praelect. libri XII. — opera et diligentia L. Charondae. Antverpiae. 1575. fol.

Pac. . . . . . Codicis Dn. Iustiniani — repet. praelect. libri XII. — studio ac diligentia Iul. Pacii. (Genevae.) 1580. fol.

Sp. . . . . . Corporis iuris civilis tomus alter. Imp. Iustiniani — Codicem repet. praelect. — complectens. Adornavit ac curavit G. A. Spangenberg. Gottingae. 1797. 4.

Bk. . . . . . Corporis iuris civilis — cura J. L. G. Beck (Lipsiae. 1829. 4.) Sectio II. D. Iustiniani Codicis repet. praelect. Libri I — XII.

Greg. C. . . . . . Gregoriani Codicis fragmenta, ed. in libro: Jurisprudentia vetus Ante-Iustinianea — cum notis Schultingii. Editio nova — praefatus est Ayrer. Lipsiae. 1737. 4. Editione Haeneliana, statim postquam ad me pervenit, usus sum, idque mox post edi coeptum meum opus factum est.

Herm. C. . . . . . Tituli ex corpore Hermogeniani Codicis, quos ad Schultingii, mox ad Haenelii editionem contuli.

Th. C. vel *Theod. C.* . Codex Theodosianus cum perpetuis commentariis Iac. Gothofredi. Editio nova — variorumque observationibus aucta quibus suas adiecit Ioan. Dan. Ritter. Lipsiae. 1736 — 1745 VI. Tomi. fol. Haenelii etiam editionem contuli, simulac aliquis eius fasciculus prodiisset. Ad priores quinque libros Wenckii quoque editio collata est.

Nov. Theod. Marc. . . Novellae Constitutt. Imperatorum — Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Severi, Leonis et Anthemii opera et studio Ritteri, in Theodosiani Cod. edit. Gothofredo - Ritteriana Tomo VI. In numeris singularum Nov. allegandis secutus sum earum seriem in libro: Ius Civile Ante-Iustinianeum — a societate Ictorum curatum. Praefatus est — Hugo. Berolini. 1815. 8. T. II.

Vatic. fragm. . . . . . Iuris civilis anteiustinianei Vaticana fragmenta — recognovit — de Buchholtz. Regimonti Boruss. 1828. 8.

Collatio . . . . . Lex Dei sive Mosaicarum et Romanarum legum collatio — edidit — F. Blume. Bonnae. 1833. 8.

Consultatio . . . Consultatio sive Consultationes veteris cuiusdam Iurisconsulti Cura Eduardi Pugge, in libro: Corpus iuris Rom. Anteiust.

consilio professorum Bonnensium. Fascic. I. Bonnae 1835. 4.

Auct. fin. reg. . . . . Constitutiones Imperatorum ex finium regundorum auctoribus, ed. in libro: Ius civile Anteiust. Praefatus est — Hugo T. II.

Bas. . . . . . Basilicorum libri LX. ed. C. A. Fabrotus. Paris. 1647. VII. Tomi. fol. Libros XII. priores allegavi ad Heimbachianam editionem, qua etiam aliis locis usus sum, si qui plures eius fasciculi, dum Codicem elaborabam, prodirent.

Coll. 25. cap. . . Collectio 25. capitulorum, ex qua constitutiones ex Codice haustas edidit Ant. Augustinus in collect. graec. const. Codicis. Integram Collectionem nunc edidit G. E. Heimbach in Anecdotorum Tomo II. (Lipsiae 1840. 4.) p. 145 sqq., quem librum tantum in Notis recogniti operis respicere potui.

Coll. const. eccl. . . . Collectio constitutionum ecclesiasticarum, ed. in Voëlli et Iustelli Bibliotheca iuris canonici veteris. T. II. p. 1217 sqq.

(Ioannis) Nomoc. . . (Ioannis Scholastici) Nomocanon, ed. in Voëlli et Iustelli Bibliotheca etc. T. II. p. 603 sqq.

Photii Nomoc. . . . (Photii) Nomocanon, ed. in Voëlli et Iustelli Bibliotheca etc. T. II. p. 78 sqq.

Synopsis . . . . . Ex librorum *Βασιλικῶν* — Ecloga sive Synopsis — edita per Ioan. Leunclaium. Basileae. 1575. fol.

Harmenopul. . . . . Constantini Harmenopuli Manuale legum, ed. Reitz in Thesaur. Meerman. T. VII.

Ecloga . . . . . Ecloga (Basilii), ed. in libro: Leunclav. ius Graeco-Romanum. T. II. p. 79 — 134.

Attaliatae Synopsis . Michaëlis Attaliatae opus de iure etc., ed. in libro: Leunclav. ius Graeco-Romanum. T. II. p. 1 — 79.

Eustathius . . . . . Liber Eustathii Antecessoris de temporalibus intervallis — interprete Ioanne Leunclavio in Cuiacii Opp. prior. (ed. Fabrot. T. I. p. 550 sqq. A medio libro III. Codicis usus sum editione quam paravit C. E. Zachariae. Heidelberg. 1836. 8.

Coll. Ans. ded. . . . Collectio canonum Anselmo dedicata, collata ad Ill Haenelii apographum codicis Bambergensis.

Anselm. Lucens. . . . Anselmi Lucensis collectio canonum, collata ad Ill Haenelii apographum codicis Parisiensis ex biblioth. S. Germani

Ivonis Decr. . . . . Ivonis Decretum, ed. in Opp. ed. Fronto. Paris. 1647. fol.

Ivonis Pannorm. . . Ivonis Pannormia ed. Seb. Brant. Basileae. 1499. 4.

Decret. Grat. . . . Decretum Gratiani, ab initio collatum ad editionem I. H Böhmeri, deinde ad Richterianam, postquam haec in lucen integra edita erat.

S. Perus. . . . . . Iustiniani Codicis Summa Perusina, ed. G. E. Heimbach in Anecdotorum tomo II. (Lipsiae 1840. 4.) Haec Summa a libr VI. titulo XXVII. ad editionis meae subsidia accessit.

Petri Except. leg. Rom. Petri Exceptiones legum Romanorum in: v. Savigny Geschichte d. Röm. Rechts im Mittelalter. T. II. p. 321 sqq. (ed. 2.)

M. Vacarius . . . . Vacarii liber ex universo enucleato iure exceptus. Ex hoc eos tantum adhibere potui locos, qui leguntur ap. Wenckium in libro: Magister Vacarius, Lipsiae 1820. 8., et ap. Dirksenium in libro: Civilistische Abhandl. (Berlin. 1820.) T. II. p. 324 sqq.

Azo	Azonis ad singulas leges XII. librorum Codicis — Commentarius. — Ex bibliotheca Ant. Contii. In officina Iacobi Stoer et Franc. Fabri Lugdunensis. 1596. 4.
Alciat.	Alciati in tres posteriores Codicis libros Annotationes, in Opp. T. III. Basileae 1562. fol.
var. l. gl.	varia lectio, ex glossa ordinaria depromta.
ed. Cod. Lugdunensis.	Codicis lib. IX. ad vetustissimorum exemplarium — fidem recogniti —. Adiectae sunt in initio operis leges aliquot Graecae. Lugduni ap. Hugo a Porta. 1551. 4.
Ant. August. Coll. . .	Ant. Augustini — Constitutionum graecarum Codicis Iustiniani Imp. Collectio et Interpretatio. Ilerdae 1567. 8., et in Operum tomo II. (Lucae. 1766. fol.) p. 147 sqq.
Cuiac. Obss.	Iac. Cuiacii Observationum libri XXVIII. in Opp. prior. (ed. Fabrot.) T. III.
Cuiac. in Paratitl. . .	Iac. Cuiacii Paratitla in libr. IX. Cod. Iustiniani in Opp. prior. (ed. Fabrot.) T. II. P. I.
Leunclav. Adnot. ad Cod.	Leunclai Adnotationes ad libros Codicis Iustiniani, ed. cum Synopsi p. 96 sqq.
Leunclav. Notat. . .	Leunclavii Notatorum libri II., ed. in Voëlli et Iuste Bibliotheca etc. T. II. p. 1421 sqq.

[a)][1)] DE NOVO CODICE FACIENDO.[2)]

IMPERATOR IUSTINIANUS AUGUSTUS
ad senatum urbis Constantinopolitanae [3)].

Haec, quae necessario corrigenda esse multis retro principibus visa sunt, interea tamen nullus eorum [4)] ad effectum ducere ausus est, in praesenti rebus donare communibus auxilio Dei omnipotentis censuimus, et prolixitatem litium amputare, multitudine [5)] quidem constitutionum, quae tribus codicibus, Gregoriano, Hermogeniano atque Theodosiano, continebantur, illarum etiam, quae post eosdem codices a Theodosio divinae recordationis aliisque post eum retro principibus, et a nostra etiam clementia positae sunt, resecanda, uno autem codice sub felici nostri nominis vocabulo componendo, in quem colligi tam memoratorum trium codicum, quam novellas post eos positas constitutiones oportet. §. 1. Ideoque ad hoc maximum et ad ipsius reipublicae sustentationem respiciens opus efficiendum [6)] elegimus tanto fastigio [7)] laborum tantaeque sollicitudini sufficientes, Ioannem, virum excellentissimum, exquaestore sacri [8)] nostri palatii, consularem atque patricium, Leontium, virum sublimissimum [9)], magistrum militum [10)], expraefecto praetorio, consularem atque patricium, Phocam, virum eminentissimum, magistrum militum, consularem atque patricium, Basilidem, virum excellentissimum, expraefecto praetorio Orientis atque patricium, Thomam, virum gloriosissimum, quaestorem sacri nostri palatii et exconsule, Tribonianum, virum magnificum, magisteria dignitate inter agentes decoratum, Constantinum, virum illustrem, comitem sacrarum [11)] largitionum inter agentes [12)] et magistrum scrinii libellorum sacrarumque cognitionum [13)], Theophilum, virum clarissimum, comitem sacri nostri consistorii et iuris in hac alma urbe doctorem, Dioscorum et Praesentinum, disertissimos togatos fori amplissimi praetoriani. §. 2. Quibus specialiter permisimus, resecatis tam supervacuis quantum ad legum soliditatem pertinet, praefationibus, quam similibus et contrariis, praeterquam si iuris alia [14)] divisione adiuventur, illis etiam, quae in desuetudinem abierunt, certas et brevi sermone conscriptas ex iisdem tribus codicibus et novellis constitutionibus leges componere et congruis titulis subdere, adiicientes quidem et detrahentes, immo et mutantes verba earum, ubi hoc rei commoditas exigeret [15)], colligentes vero in unam sanctionem, quae variis constitutionibus dispersa sunt, et sensum earum clariorem efficientes, ita tamen, ut ordo temporum earum constitutionum non solum ex adiectis diebus consulibusque, sed etiam ex ipsa compositione earum clarescat, primis quidem in primo loco, posterioribus vero in secundo ponendis, et, si quae earum sine die et consule in tribus [16)] veteribus codicibus, vel in his, in quibus [17)] novellae constitutiones receptae sunt, inveniantur, ita iis [18)] ponendis, nullaque dubietate super generali earum robore ex hoc oriunda, sicut et illas vim generalis constitutionis obtinere palam est, quae ad certas personas rescriptae, vel per pragmaticam sanctionem ab initio datae, eidem novo Codici propter utilitatem sanctionis insertae [19)] fuerunt. §. 3. Haec igitur ad vestram notitiam ferre properavimus, ut sciatis, quanta nos diuturna super rerum communi [20)] utilitate cura sollicitet, studentes certas et indubitatas et in unum codicem collectas esse de cetero constitutiones, ut ex eo tantummodo sub felici nostro nomine nuncupando Codice, recitatio constitutionum in omnibus ad citiores litium decisiones [21)] fiat iudiciis. Dat. Idib. Febr. CP. DN. Iustiniano PP. A. II. Cons. [22)]. [528.]

---

a) *abest h. l. a ms. Pl.* 2.

1) *Hal. Russ. Cont.* 62. *Sp. Bk.*; *praemittunt edd. Nbg. Cont.* 66. 71. *Char. Pac.* in nomine domini Iesu Christi codicis domini Iustiniani sacratiss. principis perp. augusti repetit. prael. incipit const. prima; in — Christi *ms. Pl.* 1.; in — codicis Iustiniani — constitutio *ed. Schf.*; in — incipit liber 1. *mss. Cas. Bg., Cont.* 76., *ita tamen ut paucis verbis inter se discrepent.* Incipit liber dni. Iustiniani. c'. repet. pl'. *ms. Vat.* *Ex magna lectionum varietate rubricam librariorum arbitrio praemissam fuisse coniici potest.* — 2) componendo *mss. Cas. Bg.* — 3) urb. Const. *absunt a mss. Vat. Pl.* 1. *Bg. et edd. Nbg. Schf. Omnis inscr. abest a ms. Cas.* — 4) hoc *addunt mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — 5) multitudinem — resecando *ms. Bg., var. l. gl.* — 6) ad hoc maxime opus efficiendum et ad ips. reip. sust. respicientes *Hal. Russ., var. l. gl.*; ad hoc maximum op. effic. ad ips. — respicientes *ms. Charondae*; ad hoc maximum et — respicientes op. effic. *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf.*; ad hoc maxime et — respiciens op. effic. *ms. Bg.* — 7) fastidio *ms. Bg.* — 8) sacri *abest a mss. Pl.* 1. *Bg., Cont*, 71. *Char. Pac.* — 9) subtilissimum *mss. Bg. Gt.* — 10) mag. mil. *absunt a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — 11) sacrarum *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt. Bg. et edd. Nbg. Schf.* — 12) gentes *var. l. gl.* — 13) constitutionum *ed. Nbg.* — 14) aliqua *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — 15) exigebat *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; exegerit *ed. Schf.* — 16) tribus *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — 17) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Schf. Bk.*; vel in quibus *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; vel in his quibus *Cont.* 62. *Sp.* — 18) *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; his *rell.* — 19) indultae *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — 20) communium *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.* — 21) divisiones *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt. Bg., ed. Nbg., var. l. gl.* — 22) *subscr., restituta a Russardo, quem rell. sequuntur, firmatur mss. Cas. Vat. Pl.* 1.

[a]) DE IUSTINIANEO[1]) CODICE CONFIRMANDO.

IMPERATOR IUSTINIANUS, PIUS, FELIX, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Mennae[2]), praefecto praetorio[3]), expraefecto huius almae urbis Constantinopolitanae ac patricio[4]).

Summa[5]) reipublicae initio[6]) de stirpe duarum rerum, armorum[7]) atque legum, veniens, vimque suam exinde muniens, felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, omnibusque[8]) dominari tam praeteritis effecit temporibus, quam Deo propitio in aeternum efficiet. Istorum etenim alterum alterius auxilio semper egit, et tam militaris res legibus in tuto collocata est, quam ipsae leges armorum praesidio[9]) servatae[10]) sunt. Merito igitur ad primam communium rerum sustentationem nostram sententiam et mentem[11]) laboresque nostros referentes, militaria quidem agmina multiplicibus et omnem providentiam continentibus modis correximus, et tam[12]) veteribus ad meliorem statum brevi tempore reductis, quam novis non solum exquisitis, sed etiam recta dispositione nostri numinis[13]) sine[14]) novis expensis publicis constitutis[15]), primo servando posita, deinde nova[16]) ponendo, firmissima[17]) subiectis effecimus. §. 1. Sed quum sit necessarium multitudinem constitutionum, tam in tribus veteribus codicibus relatarum, quam post earum confectionem posterioribus temporibus adiectarum, ad brevitatem reducendo, caliginem earum, rectis iudicum definitionibus insidiantem, penitus extirpare, ad hoc commune praestandum beneficium, Deo praesule, prono animo nos dedidimus, et electis viris gloriosissimis, tam doctrina legum, quam experientia rerum studioque reipublicae indefesso[18]) et laudabili proposito pollentibus, sub certis finibus magnum laborem commisimus, per quem tam trium veterum, Gregoriani, Hermogeniani atque Theodosiani codicum constitutiones, quam plurimas alias post eosdem codices a Theodosio divinae memoriae ceterisque post eum retro principibus, a nostra etiam clementia positas in unum codicem felici nostro vocabulo nuncupandum colligi praecepimus; tollendis quidem tam praefationibus nullum suffragium sanctioni[19]) conferentibus[20]), quam contrariis constitutionibus, quae posteriore promulgatione vacuatae sunt, similibus etiam, praeter eas, quae eadem paene sanciendo divisionem iuris aliquam facere noscuntur, ex qua dividendo vetera novum aliquid nasci videtur, multis insuper aliis ad rectam huius[21]) Codicis compositionem pertinentibus, iisdem prudentissimis viris a nostro numine mandatis. Et nostro studio pro republica instituto suum praesidium Deus omnipotens annuit. §. 2. Ad istum enim laborem et tanti operis consummationem electi vir excellentissimus, exquaestore nostri palatii, consularis atque patricius, Ioannes, et vir sublimissimus[22]), expraefecto praetorio, consularis atque patricius, Leontius, vir quoque eminentissimus, magister militum, consularis atque patricius, Phocas, etiam vir excellentissimus, expraefecto praetorio per Orientem et patricius, et nunc praefectus praetorio per Illyricum, Basilides, et vir gloriosissimus, quaestor sacri nostri palatii et exconsule, Thomas, imo et vir magnificus, magisteria dignitate inter agentes decoratus, Tribonianus, et vir illustris, comes sacrarum largitionum inter agentes, et magister scrinii[23]) libellorum et sacrarum cognitionum, Constantinus, et vir illustris, exmagistro et iuris doctor[24]) in hac alma urbe, Theophilus, viri etiam disertissimi togati amplissimi fori tuae sublimitatis, Dioscorus atque Praesentinus, omnia, quae eis mandavimus, cum sedula et pervigili industria moderataque digestione cum Dei auxilio ad prosperum tulerunt terminum, et eundem novum Iustinianeum Codicem nobis obtulerunt ita compositum, ut et rebus profuturus esset communibus[25]), et nostro convenisset imperio. §. 3. Hunc igitur in aeternum valiturum iudicio tui culminis intimare prospeximus[26]), ut sciant omnes tam litigatores, quam disertissimi advocati, nullatenus eis licere de cetero constitutiones ex veteribus tribus codicibus, quorum iam mentio facta est, vel ex iis, quae novellae constitutiones ad praesens tempus vocabantur, in cognitionalibus recitare certaminibus, sed solum[27]) eidem nostro Codici insertis constitutionibus necesse esse uti, falsi crimini subdendis his, qui contra hoc facere ausi fuerint, quum sufficiat earundem constitutionum nostri Codicis recitatio, adiectis etiam veterum iuris interpretatorum[28]) laboribus, ad omnes dirimendas lites, nullaque dubitatione emergenda, vel[29]) eo, quod sine die et consule quaedam compositae sunt, vel quod ad certas personas rescriptae sunt, quum omnes generalium constitutionum vim obtinere procul dubio est. Sed et si quae earundem[30]) con-

---

[a]) *Magna pars huius const. legitur apud M. Vacarium (Wenck. p. 70. — Vac.). Tota abest a ms. Pl. 2.*

[1]) novo *ms. Cas.* — [2]) *mss. Cas. Vat. Gt., Cont.* 62. *addunt:* VI., *ms. Bg.:* ve, *utrumque probabiliter oriundum ex compendio scribendi pro:* viro excellentissimo *vel* illustri. — [3]) *mss. Cas. Vat. addunt:* II., *ms. Bg.* II, *utrumque additamentum fortasse derivandum ex siglo verbi* urbis, *ad falsum locum adposito.* — [4]) expraefecto — patricio *absunt a ms. Vat.*; Ex praecepto hui. alm. urbis constantini ac patricii, *ita ut ab his vv. ipsa lex ordiatur, mss. Cas. Pl.* 1. *Gt., edd. Schf. Nbg.* (*haec addito* consulis *post* Constantini); ex praecepto — urbis constantino ac patritio *ms. Bg.* — [5]) summe *mss. Cas. Bg.* — [6]) initio *Vac.* — [7]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.*, 62., *Vac.*; scilicet *addunt Cont.* 66. *et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Schf. Nbg., Vac.*; gentibus *addunt Hal. Russ. Cont. et rell.* — [9]) podio *mss. Pl.* 1. *Gt. Bg., ed. Nbg., Vac.* — [10]) servandae *var. l. gl.* — [11]) sustentationem vel semitam nostram mentem *ms. Gt., ed. Schf., Vac.*; sustent. semitam nostram mentemque *ms. Pl.* 1., *et similiter ed. Nbg. Eleganter ms. Bg.:* ad prima communium rerum sustentationis semina nostram mentem. — [12]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; legibus *addunt Hal. Russ. Cont.* 62. *Sp. Bk.* — [13]) nominis *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Schf. Nbg. Cont. Char. Pac. Sp.* — [14]) sive *edd. Nbg. Hal. Russ.* — [15]) legum vero praesidia *addit ms. Bg.* — [16]) positas — novas *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62. — [17]) firmas *ms. Pl.* 1. *ex recentiore additamento, Cont.* 62. — [18]) indefenso *var. l. gl.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; sanctionibus *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [20]) sanctionis ferentibus *ms. Charondae.* — [21]) huiusmodi *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [22]) subtilissimus *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [23]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. *Bk.*; et *addunt Hal. et rell.* — [24]) doctore *Hal. Russ. Cont.* 62. — [25]) omnibus *Vac.* — [26]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; perspeximus *rell.* — [27]) solis *ms. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [28]) veteris iuris auctorum *ms. Charondae*; veteris *Vac.* — [29]) ex *addunt Cont.* 62. *Sp. Bk.* — [30]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; earum *rell.*

stitutionum detractis, vel additis, vel permutatis certis verbis, quod et ipsum praefatis excellentissimis viris specialiter permisimus, compositae sunt, nullis concedimus ex libris veterum iuris interpretatorum aliter eas habentes [1]) recitare, sed solam iuris interpretatorum sententiam commendare, ut tunc teneat, quum minime adversetur eiusdem nostri Codicis constitutionibus [2]). §. 4. Si quae vero pragmaticae sanctiones, quae minime in eodem nostro Codice receptae sunt, civitatibus forte, vel corporibus, vel scholis, vel scriniis, vel officiis, vel alicui personae impertitae sunt, eas, siquidem aliquod privilegium speciali beneficio indulgent, omni modo ratas manere, si vero pro certis capitulis factae sunt, tunc tenere, quum nulli nostri Codicis adversantur constitutioni, praecipimus. Sed et si qua regesta [3]) in tui culminis iudicio, vel in aliis iudiciis civilibus vel militaribus, vel apud principia numerorum, pro publicis expensis vel quibusonnque titulis ad publicum pertinentibus, posita sunt, ea etiam, prout communis rei commoditas exigit, firma esse censemus. §. 5. Illustris igitur et magnifica auctoritas tua, pro innato sibi circa rempublicam nostrasque dispositiones explendas studio, ad omnium populorum notitiam eundem Codicem edictis ex more propositis pervenire faciat, ipso etiam textu Codicis in singulas provincias, nostro subiectas imperio, cum nostra divina subnotatione mittendo, ut eo modo ad omnium notitiam eiusdem nostri Codicis constitutiones valeant pervenire, et ut extantibus festis diebus [4]), id est ex die sextodecimo Kalendas Maias [5]) praesentis septimae indictionis, consulatu Decii [6]) viri clarissimi, recitationes constitutionum ex [7]) eodem [8]) nostro codice fiant. Data VI. Id. April. CP. Decio viro clarissimo Cons. [529] [9]).

[a]) DE EMENDATIONE CODICIS IUSTINIANEI [10])

ET SECUNDA EIUS EDITIONE. [11])

IMPERATOR CAESAR FLAVIUS IUSTINIANUS, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, senatui urbis Constantinopolitanae S. [12]).

Cordi nobis est, patres conscripti, semper nostri animi curas rebus communibus [13]) avidissime impendere, ut nihil a nobis coeptum [14]) imperfectum relinquatur. Igitur in primordio nostri imperii [15]) sacratissimas constitutiones, quae in diversa volumina fuerant dispersae, et quam plurima similitudine nec non diversitate vacillabant, in unum corpus colligere, omnique vitio purgare proposuimus; et hoc iam per viros excelsos et facundissimos perfectum est, et a nobis postea confirmatum; quod geminae constitutiones nostrae, quae ante positae sunt, ostendunt. §. 1. Postea vero, quum vetus ius considerandum recepimus, tam quinquaginta decisiones fecimus, quam alias ad commodum propositi operis [16]) pertinentes plurimas constitutiones promulgavimus, quibus maximus antiquarum legum [17]) articulus emendatus et coarctatus est, omneque ius antiquum, supervacua prolixitate liberum atque enucleatum, in nostris Institutionibus [18]) et [19]) Digestis reddidimus. §. 2. Sed quum novellae nostrae tam decisiones, quam constitutiones, quae post nostri Codicis confectionem latae sunt, extra corpus eiusdem Codicis divagabantur, et nostram providentiam nostrumque consilium exigere videbantur, quippe quum earum quaedam ex emersis postea factis aliquam meliore [20]) consilio permutationem vel emendationem desiderabant, necessarium nobis visum est, per Tribonianum, virum excelsum, magistrum, exquaestore et exconsule, legitimi [21]) operis nostri ministrum, nec non virum magnificum, quaestorem [22]) et Beryti legum doctorem [23]), Dorotheum, Mennam insuper, et Constantinum, et Ioannem, viros eloquentissimos togatos fori amplissimae sedis, easdem constitutiones nostras decerpere [24]), et in singula discretas capitula, ad perfectaeum constitutionum soliditatem competentibus supponere titulis, et prioribus constitutionibus eas aggregare. §. 3. Supradictis itaque magnificis et prudentissimis viris permisimus haec omnia facere, et, si qua emendatione opus foret, hanc facerent [25]) non titubante animo, sed nostra auctoritate freti [26]), constitutiones vero superfluas, vel ex posterioribus sanctionibus nostris iam vacuatas, vel si quae similes vel contrariae invenirentur, circumducere et a proprii [27]) Codicis congregatione separare, et tam imperfectas replere, quam nocte obscuritatis obductas

---

a) *M. Vacarius ex §§. 3. 4. 5. nonnulla habet (Wenck p. 74.). — Lex tota abest a ms. Pl.2. — Ms. Pl. 1. usque ad mediam §. 3. (v. detegere) legem continet.*

[1]) habentibus *ms. Bg., Cont.* 62. — [2]) conditionibus *Cont.* 76. — [3]) re gesta *ms. Bg., edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *Char. Pac.*; gesta *ms. Pl.* 1. — [4]) paschalibus *addunt ms. Bg., ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1., *Bg. ex recentiore additamento, Gt.*; Kalendas Maii *edd. Nbg. Russ. Cont.* 62.; Kalend. Maii *Hal.*; Kalendis Maii *ed. Schf.*; Kalendarum Maii *Cont.* 66. *et rell. sine sensu.* — [6]) X *ms. Pl.* 1. — [7]) ex *usque ad finem omnia absunt ab ed. Nbg.* — [8]) solo *addunt mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [9]) *subscr. abest ab Hal. et Cont.* 76., *restituta a Russ. et recepta a rell. editoribus, nisi quod, auctore Cont.* 62., *scribunt* Dat. VII. Id. *et variis utuntur scribendi compendiis. Numerum* VI. *tuentur ms. Pl.* 1. *et mss. Charondae.* — [10]) domini Iustiniani *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; domini *abest a mss. Cas. Pl.* 1. *Bg. Cont.* 62. — [11]) de codice emendando et secunda editione *ms. Vat.*; In nomine domini nostri Iesu Christi *addunt mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.* — [12]) S. *abest a mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.* — [13]) omnibus *ms. Bg.* — [14]) ceptum *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; inceptum *rell.* — [15]) primordio nostro *mss. Pl.* 1. *Gt., Cont.* 62. — [16]) ordinis *ed. Schf.*; ordinis vel operis *ms. Bg.* — [17]) rerum *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [18]) constitutionibus *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; Institutionibus *Cont.* 66 *et rell.* — [19]) et *abest ab ed. Schf.* — [20]) meliorem *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Sp. Bk.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; legitimum *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) quaestorium *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; Theophilum *in aliis mss. addi Cont.* 62. 66. 76. *testatur ad marginem.* — [23]) berttelesum (beritilesium) doctorem *mss. Gt. Bg. Pl.* 1.; berithensium doct. *ed. Nbg. Cont.* 62.; berithensium (berytiensium) legum doct. *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell. Variae lectiones probabiliter ortae ex genuina* Beryti legum doctorem. — [24]) digerere vel decerpere *ms. Bg.* — [25]) facere *ms. Bg.* — [26]) fretos *ms. Bg.* — [27]) prioris, *quod probat Russ. in margine, receptum in ed. Bk.*; priori *ms. Bg.*; *vulgarem lect. etiam tuetur Vac.*

nova elimationis [1]) luce detegere, ut undique non solum Institutionum et Digestorum via dilucida et aperta pateat, sed etiam constitutionum nostri Codicis plenum iubar omnibus clareat, nulla penitus nec simili, nec diversa, nec inusitata relicta constitutione [2]), quum nemini venit in dubium, quod repetita praelectio probavit, hoc satis validum, satisque esse formosum. In antiquis etenim libris non solum primas editiones, sed etiam secundas, quas repetitas praelectiones veteres nominabant, subsecutas esse invenimus, quod ex libris Ulpiani, viri prudentissimi, ad Sabinum scriptis promtum erat quaerentibus reperire. §. 4. His igitur omnibus ex nostra confectis sententia, commemoratus Iustinianeus Codex a praedictis gloriosissimis et facundissimis viris purgatus et candidus factus, omnibus ex nostra iussione et circumductis, et additis, et repletis, necnon transformatis, nobis oblatus est, et iussimus, in [3]) secundo eum ex integro conscribi non ex priore compositione, sed ex repetita praelectione, et eum, nostri numinis auctoritate nitentem, in omnibus indiciis solum, quantum ad divales constitutiones pertinet, frequentari ex die quarto Kalendarum Ianuarii, quarti nostri felicissimi consulatus et Paulini, viri clarissimi, nulla alia extra corpus eiusdem Codicis constitutione legenda [4]), nisi postea varia rerum natura aliquid novum creaverit, quod nostra sanctione indigeat. Hoc etenim nemini dubium est, quod, si quid [5]) in posterum melius inveniatur et ad constitutionem necessario sit redigendum, hoc a nobis et constituatur, et in aliam congregationem referatur, quae novellarum nomine constitutionum significetur. §. 5. Repetita itaque iussione nemini in posterum concedimus, vel ex decisionibus nostris vel ex aliis constitutionibus, quas antea fecimus, vel ex prima Iustinianei Codicis editione aliquid recitare; sed quod in praesenti purgato et renovato Codice nostro scriptum invenitur [6]), hoc tantummodo in omnibus rebus et indiciis et obtineat, et recitetur, cuius scripturam ad similitudinem nostrarum Institutionum et Digestorum sine ulla signorum dubietate conscribi iussimus, ut omne, quod a nobis compositum est, hoc [7]) et in scriptura et in ipsa sanctione purum atque dilucidum clareat, licet ex hac causa in ampliorem numerum summa huius Codicis redacta est. §. 6. Ut igitur, sanctissimi et florentissimi patres, nostri labores vobis manifesti fiant, et per omne tempus obtineant, hanc praesentem legem ad frequentissimum ordinem vestrum duximus destinandam. Dat. XVI. [8]) Kalend. Decemb. Constantinopoli, Domino Iustiniano PP. A. IV. et Paulino [9]) V. C. [10]) Conss. [11]). [534.]

---

[1]) eliminationis *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Nbg.*; luminationis *ms. Bg.* — [2]) constitutione *abest a mss. Bg. Gt.*, *ed. Nbg. et ab omnibus mss. Contii.* — [3]) in *a Cont. Char. Pac. cancellis inclusum*, *quippe quod desit in quibusdam mss.* — [4]) eligenda *ms. Bg.*, *ed. Schf.* — [5]) quin si *Hal. Russ. Cont.* 62. — [6]) inveniatur *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [7]) hic *edd. Nbg. Hal.* — [8]) XVII. *Russ* — [9]) *ms. Cas.*, *Cont.* 62.; Paulo *Russ.*; Theodoto Paulino *Cont.* 66. *et rell.* — [10]) viris claris. *Cont.* 71. *Char. Pac.* — [11]) *subscr. abest ab Hal.*

[1]) D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,[2])

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS[3])

LIBER PRIMUS.[4])

Tit. I.

DE SUMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA, ET UT NEMO DE EA PUBLICE[5]) CONTENDERE[6]) AUDEAT.[7])

1. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus, et Theodosius AAA.[8]) ad populum urbis Constantinopolitanae. — Cunctos populos, quos clementiae nostrae regit imperium, in tali volumus religione[9]) versari, quam divinum[10]) Petrum apostolum tradidisse Romanis, religio usque adhuc[11]) ab ipso insinuata declarat, quamque pontificem Damasum sequi claret, et Petrum, Alexandriae episcopum, virum apostolicae sanctitatis, hoc est, ut secundum apostolicam disciplinam evangelicamque doctrinam Patris et Filii et Spiritus sancti unam deitatem sub pari maiestate et sub pia Trinitate credamus. §. 1. Hanc legem sequentes Christianorum catholicorum[12]) nomen iubemus amplecti, reliquos vero dementes vesanosque indicantes haeretici dogmatis infamiam sustinere, divina primum vindicta, post etiam motus[13]) nostri, quem ex coelesti arbitrio sumserimus, ultione plectendos. Dat. III. Kal. Mart. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio[14]) AA. Conss.[15]). [380.]

2. [b]) Iidem AAA.[16]) Eutropio P. P. Nullus haereticis mysteriorum[17]) locus, nulla ad exercendam[18]) animi obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiamsi quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito ab huiusmodi hominum genere impetratum sit, non valere. Arceantur cunctorum haereticorum ab illicitis congregationibus turbae; unius et summi Dei nomen ubique celebretur; Nicaenae fidei dudum a maioribus traditae, et divinae religionis testimonio atque assertione firmatae, observantia semper mansura teneatur[19]). §. 1. Is autem Nicaenae assertor fidei et catholicae religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum et Christum filium Dei uno nomine confitetur, Deum de Deo, lumen de lumine, qui Spiritum sanctum, quem[20]) ex summo rerum parente et speramus et accipimus[21]), negando non violat, apud quem intemeratae fidei sensus[22]) viget et[23]) incorruptae Trinitatis indivisa substantia, quae Graeco verbo οὐσία[24]) recte credentibus dicitur. Haec profecto nobis magis probata[25]), haec veneranda sunt. §. 2. Qui vero non iisdem inserviunt, desinant affectatis dolis alienum verae reli-

---

[a]) *l. 2. Th. C. de fide cathol.* (*XVI.* 1.); *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *II.* 2.; *Bas. I.* 1. 1. — [b]) *l. 6. Th. C. de haeret.* (*XVI.* 5.); *Anselm. Lucens. XII.* 72. (*habet princip. legis et ex magna parte* §. 2.); *Bas. I.* 1. 2.

[1]) In nomine domini nostri Iesu Christi *praemittunt nss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62.; in xpi nomine *ms. Cas.* — [2]) perpetui Augusti *addunt ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Cont. Char. Pac. Sp.* — [3]) *ms. Pl.* 2., *Hal. Russ. Cont. Char. Pac. ante* D. Iustiniani *ponunt* codicis, *ita ut hoc nimis longo spatio distet a vv.* repetitae praelect., *pro quibus sane Hal. Russ. legunt ex* repetita praelectione. — [4]) incipit feliciter *addunt mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Cont. Char. Pac.* — [5]) plus *ms. Pl.* 1. — [6]) contemnere *ms. Pl.* 1.; disputare *ms. Gt.* — [7]) vel contendat *addit ms. Gt.* — [8]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; edictum *addunt Cont.* 66. *et rell., Theod. C., Ans.* — [9]) racione *ms. Bg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C., Ans.*; divum *Cont.* 66. *et rell.* — [11]) nunc *Theod. C. et Ans.* — [12]) catholicorum *abest ab Ans.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., Theod. C., Cont.* 62; animi *addunt edd. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [14]) I. *addunt Russ. Cont.* 62. *Bk.* — [15]) *Subscr. abest a ms. Cas., Hal.*; *est apud Russ. et rell. Ms. Pist. habet:* thesi grat. V et theod. aaa. — [16]) AA. *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [17]) *Bas., coll. constit. eccles. I.* 1. 2. (*Voëlli bibl. II. p.* 1232.), *Theod. C. flagitant* mysteriorum, *quod in plerisque libb. legi Cont.* 62. *testatur ad marginem*; ministeriorum *omnes edd. praeter Bk.* — [18]) exercendi *Theod. C.* — [19]) *mss. Bg. Pl.* 2., *Theod. C.*; observantiam — mansuram teneatis *ms. Pl.* 1., *Ans.*; observantia — mansura teneat *omnes edd.* — [20]) qui id quod *Theod. C.*; a quo id quod *ex coniectura margin. Cont.* 71. — [21]) parente speramus, accipimus, *Theod. C.* — [22]) sensu *Theod. C.* — [23]) et *abest a mss. Pl.* 1. *Gt. Bg., edd. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.* — [24]) *Theod. C., Bas., Cont.* 62. 76., *quorum lectionem etiam firmant graeci verbi vestigia in mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg. et ed. Schf.*; ὁμοιούσιον *ed. Nbg.*; ὁμοούσιος *Hal. Russ.*; ὁμουσία *Cont.* 66. 71. *Char. Pac.*; ὁμοουσία *Sp. Bk.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf., Theod. C.*; δόκιμα *Bas.*; probanda *omnes rell. libri.*

religionis nomen assumere, et suis apertis criminibus denotentur, atque ab omni [1]) submoti ecclesiarum limine penitus arceantur, quum omnes haereticos illicitas agere intra oppida congregationes vetemus. Ac [2]) si quid eruptio factiosa tentaverit, ab ipsis etiam urbium moenibus exterminato furore propelli iubemus, ut cunctis orthodoxis episcopis, qui Nicaenam fidem tenent, catholicae ecclesiae toto orbe reddantur. [3]) Dat. IV. Id. Ian. [4]) CP. Fl. Eucherio [5]) et Fl. Syagrio [6]) Conss. [381.]

3. [a]) *Αὐτοκράτορες Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς* [7]) *ΑΑ. Ὁρμίσδᾳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* — §. 1. *Θεσπίζομεν, πάντα* [8]), *ὅσα Πορφύριος ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ μανίας* [9]) *ἐλαυνόμενος, ἢ ἕτερός τις* [10]) *κατὰ τῆς εὐσεβοῦς* [11]) *τῶν Χριστιανῶν θρησκείας συνέγραψε* [12]), *παρ' οἱῳδήποτε εὑρισκόμενα, πυρὶ παραδίδοσθαι* [13]). *Πάντα γὰρ τὰ κινοῦντα τὸν θεὸν εἰς* [14]) *ὀργὴν συγγράμματα καὶ τὰς ψυχὰς ἀδικοῦντα, οὐδὲ εἰς ἀκοὰς ἀνθρώπων ἐλθεῖν βουλόμεθα.* §. 2. *Ἔτι θεσπίζομεν, τοὺς* [15]) *ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου πίστιν* [16]), *ἢ τῇ* [17]) *ἀθεμίτῳ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἀκολουθοῦντας, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν ἢ κληρικοί, τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι, εἰ δὲ λαϊκοί, ἀναθεματίζεσθαι* [18])· *ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν βουλομένων ὀρθοδόξων τῶν ἑπομένων τῇ εὐσεβεῖ ἡμῶν νομοθεσίᾳ, δίχα φόβου καὶ βλαβῆς δημοσιεύειν αὐτοὺς καὶ ἐλέγχειν.* §. 3. *Ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν εἰς τὰς εὐσεβεῖς ἡμῶν ἀκοάς, ὥς τινες διδασκαλίας τινὰς συνέγραψαν καὶ ἐξέθεντο ἀμφιβόλους* [19]), *καὶ οὐκ ἀκριβῶς συμφωνούσας τῇ ἐκτεθείσῃ ὀρθοδόξῳ πίστει παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τῶν συνελθόντων ἐν Νικαίᾳ καὶ ἐν Ἐφέσῳ ἁγίων πατέρων, καὶ Κυρίλλου τοῦ τῆς εὐλαβοῦς* [20]) *μνήμης, τοῦ γεγονότος τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐπισκόπου, κελεύομεν, τὰ μὲν γεγονότα τοιαῦτα συγγράμματα, ἤ* [21]) *πρὸ τούτου ἢ καὶ νῦν, ἐμπίπρασθαι, καὶ διαφερόντως τὰ Νεστορίου* [22]), *καὶ τελείῳ ἀφανισμῷ* [23]) *παραδίδοσθαι* [24]), *ὥστε μηδὲ* [25]) *εἰς ἀνάγνωσίν τινος ἐλθεῖν· τῶν δὲ* [26]) *τοιαῦτα συγγράμματα ἤτοι βιβλία ἔχειν καὶ ἀναγινώσκειν ἀνεχομένων, τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν ὑφορωμένων· τοῦ δὲ λοιποῦ μηδενὶ ἐξεῖναι, παρὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν, καθάπερ εἰρήκαμεν, τὴν ἐν Νικαίᾳ καὶ ἐν Ἐφέσῳ, λέγειν τι ἢ διδάσκειν.* Dat. XIV. Kal. Mart. CP. Zenone et Postumiano Conss. [448.] [27]).

3. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hormisdae PP.* — §. 1. *Sancimus, ut omnia, quaecunque Porphyrius sua pulsus insania, aut quivis alius contra religiosum Christianorum cultum conscripsit, apud quemcunque inventa fuerint, igni tradantur. Omnia enim scripta provocantia Deum ad iracundiam et pias mentes offendentia, ne ad aures quidem hominum venire volumus.*

§. 2. *Praeterea sancimus, ut qui affectant impium Nestorii fidem, vel nefariam eius doctrinam sectantur, si episcopi vel clerici sint, ab ecclesiis eiiciantur, sin laici, anathematizentur; licentiam habituris orthodoxis, qui volunt et piam nostram legislationem sequuntur, absque metu et damno eos propalare et accusare.*

§. 3. *Quoniam vero pervenit ad pias nostras aures, a quibusdam doctrinas conscriptas fuisse et editas ambiguas neque accurate congruentes orthodoxae fidei, expositae a sancta synodo eorum sanctorum patrum, qui Nicaeae et Ephesi convenerunt, et a Cyrillo piae memoriae, magnae Alexandriae civitatis quondam episcopo, iubemus, huiusmodi scripta, sive antea sive nunc facta, potissimum autem ea, quae Nestorii sunt, comburi et perfecto interitui tradi, ita ut in nullius cognitionem veniant; his qui talia scripta aut tales libros habere aut legere sustinuerint, ultimum supplicium experturis; ceterum nulli patere licentiam, praeter fidem, ut diximus, Nicaeae et Ephesi expositam, aliquid dicere vel docere.*

4.

---

a) *Genuinam legem, quae in Codice fuit, exhibent:* 1. *Coll.* 25. *cap. I.* (*Ant. August. Coll. p.* 1.); 2. *Coll. constit. eccles. I.* 1. 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1233.); 3. *Bas. I.* 1. 3. *Ipsa desumta fuit ex lege ampliore, quae integra servatur in* 4., *Actis synodi Ephesinae* (*Mansi V.* 417.) *et prologum continet atque additamentum in fine, a textu Codicis alienum. Prologus ita se habet: Πρέπειν ἡγούμεθα τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους περὶ τῆς εὐσεβείας ὑπομιμνήσκειν. Οὕτω γὰρ καὶ πλείονα κτήσασθαι τὴν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐμένειαν δυνατὸν εἶναι νομίζομεν, ὅταν καὶ ἡμεῖς τὰ κατὰ δύναμιν αὐτῷ ἀρέσκειν σπουδάζομεν, καὶ τοὺς ἡμῖν ὑπαρχοῦντας εἰς τοῦτο προτρέπομεν·* *additamentum in fine vero ita: δηλαδὴ τῶν παραβαινόντων τοῦτο ἡμῶν τὸ θεῖον θέσπισμα τῇ ἐγκειμένῃ τιμωρίᾳ τῷ ἐκπεμφθέντι περὶ τῆς ἀσεβοῦς πίστεως Νεστορίου νόμῳ ὑποβαλλομένων. Ὥστε δὲ πάντας τῇ πείρᾳ μαθεῖν, ὡς ἡ ἡμετέρα θειότης ἀποστρέφεται τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου πίστιν, θεσπίζομεν, Εἰρηναῖον τὸν παλαι διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην παρ' ἡμῶν ἀγανακτήσει ὑποβληθέντα, καὶ μετὰ τοῦτο, οὐκ ἴσμεν ὅπως, μετὰ δύο γάμους, ὡς μεμαθήκαμεν, παρὰ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας τῆς Τυρίων πόλεως ἐπίσκοπον γεγονότα, τῆς μὲν ἐν Τύρῳ ἁγίας ἐκκλησίας ἐκβληθῆναι, ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ μόνῃ πατρίδι διάγειν ἡσυχάζοντα, παντελῶς τοῦ σχήματος καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἱερέως ἐστερημένον. Ταῦτα τοίνυν ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια, ἀκολουθοῦσα τῷ σκόπῳ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, παραφυλάξαι καὶ πέρατι παραδοῦναι σπουδάσει.* — *Textus* 1. *primum editus in ed. Cod. Lugdunensi* (1551. *ap. Hug. a Porta*), *receptus a Russ. in append., Cont.* 62., 66 (*Praetermissa p.* 2.), 71. *Char. Textus* 4., *simul editus a Russ. et repetitus a Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp. Bk.* — *Noster textus* 1. *sequitur Ant. Augustinum; variae lectt. subiectae ex recensu earum ab August. exhibito* (*Aug. i. n.*), *ex coll. const. eccl.* (*const.*), *ex Bas. et Köhleri interpretatt. et emendatt. iur. Rom. I. p.* 84 (*Khl.*).

[1]) omnium *mss. Pl.* 1. 2., *Theod. C.*, *Ans.*; *verum ἐκ πάντων τῶν τῆς ἐκκλησίας περιβόλων Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Cont.* 62.; *καί Bas.*; haec *ms. Pl.* 2.; at *edd. Schf. Hal. et rell.* — [3]) *Subscr. abest a ms. Pist.*, *edd. Hal. Russ.*; *est apud Cont. et rell.* — [4]) *Iac. Gothofr. ad Theod. C. l. l. scribendum censet* Iun. *vel* Iul. *ob legis occasionem.* — [5]) *Theod. C.*, *ed. Bk.*; Euchario *Cont. cum rell.* — [6]) CC *addunt Cont.* 66. *et rell. praeter Bk.* — [7]) *Augustinus, const.*, *Khl.*; *ὁ Βαλεντινιανός edd. Cod.* — [8]) *ὥστε πάντα Ephes. syn. Aug. i. n.* — [9]) *τῆς αὐτομανίας const.* — [10]) *ἢ ἕτερός τις desunt in Ephes. Aug. i. n.* — [11]) *εὐσεβοῦς post Χριστιανῶν ponunt Bas.* — [12]) *συνέγραψαν Khl.* — [13]) *παραδιδόσθω Aug. i. n.* — [14]) *πρὸς Ephes. Aug. i. n.* — [15]) *ὥστε τοὺς Ephes. Aug. i. n.* — [16]) *δόξαν Ephes. Aug. i. n.* — [17]) *ἤτοι Khl.* — [18]) *κατὰ τὰ ἤδη νομοθετηθέντα παρὰ τῆς ἡμετέρας θειότητος addit syn. Ephes.* — [19]) *Bas., const.*; *ἀμφιβόλως Augustinus.* — [20]) *εὐσεβοῦς Aug. i n., Bas., const.* — [21]) *ἢ καί Ephes. Aug. i. n.* — [22]) *καὶ διαφερόντως τὰ Νεστορίου desunt Ephes. Aug. i. n.* — [23]) *ἀφορισμῷ Aug. i. n.* — [24]) *παραδοθῆναι Ephes. Aug. i. n.* — [25]) *Bas., const., Aug. i. n., Khl.*; *μήτε Augustinus.* — [26]) *ἐλθεῖν· τῶν τά Ephes.*; *ἐλθεῖν· τά Aug. i. n.*; *ἐλθεῖν τῶν Bas.* — [27]) *Subscriptionem ab Aug. l. l. editam et firmatam auctoritate Khl., primus in Cod. supplevit Cont.* 76.; *denuo omissa a Pac. Sp. Bk.*

4. [a]) Imp. Marcianus A. Palladio P. P. [1]) — Nemo clericus, vel militans [2]), vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publice turbis coadunatis et audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus et perfidiae occasionem requirens. Nam [3]) iniuriam facit iudicio reverendissimae synodi, si quis semel indicata ac recte disposita revolvere et publice disputare contenderit, quum ea, quae nunc de Christiana fide a sacerdotibus, qui Chalcedone convenerunt, per nostra praecepta statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones, et instituta sanctorum patrum trecentorum decem et octo [4]), et centum quinquaginta, in hac regia urbe [5]) definita esse noscuntur [6]). Nam in contemtores huius legis poena non deerit, quia non solum contra fidem vere expositam veniunt, sed etiam Iudaeis et paganis ex huiusmodi certamine profanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum removebitur; si vero militia praeditus sit, cingulo spoliabitur; ceteri etiam [7]) huiusmodi [8]) criminis rei, si quidem liberi sint, de hac sacratissima urbe expellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus suppliciis [9]) subingandi, si vero servi, severissimis animadversionibus plectentur. Dat. VIII. Kal. Febr. Constantinop. Sporacio Cons. [452.] [10]).

5. [b]) *Αὐτοκράτωρος Ἰουστινιανοῦ ἔδικτον πρὸς πάντας ὑπηκόους* [11]). — *Τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως, ἥνπερ κηρύττει ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, κατ' οὐδένα τρόπον καινισμὸν δεξαμένης ἀκολουθοῦντες ἡμεῖς τοῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν μετ' ἐκείνους διαπρεψάντων* [12]) *ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις διδάγμασι, δίκαιον ὠήθημεν, ἅπασι ποιῆσαι φανερόν, ὅπως ἔχομεν περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, ἀκολουθοῦντες τῇ παραδόσει, καὶ ὁμολογίᾳ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς* [13]) *ἐκκλησίας.* §. 1. *Πιστεύοντες γὰρ εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι, προσκυνοῦμεν μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, τριάδα ὁμοούσιον. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ὁμολογοῦμεν τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ υἱόν, τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ* [14]) *θεόν, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, τὸν συναΐδιον τῷ πατρί, τόν, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθῆναι ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου* [15]) *Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, σταυρόν τε ὑπομεῖναι, ταφῆναί τε, καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκί* [16]), *γινώσκοντες. Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἐπιστάμεθα· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν* [17]) *κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ἔμεινε γὰρ τριὰς ἡ τριάς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς τριάδος θεοῦ λόγου· οὔτε γὰρ τετάρτου* [18]) *προσώπου προσθήκην ἐπιδέχεται ἡ ἁγία τριάς.* §. 2. *Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ Νεστόριον τὸν*

5. *Imp. Iustinianus ad omnes subditos.* — *Quum recta atque irreprehensibilis fides, quam praedicat sancta Dei catholica et apostolica ecclesia, nullo modo innovationem recipiat, nos sequentes sanctorum apostolorum et eorum, qui post eos in sanctis Dei ecclesiis claruerunt, dogmata, iustum fore existimavimus, cunctis manifestum facere, qualiter de fide, quae in nobis est, sentiamus, sequentes traditionem et confessionem sanctae Dei ecclesiae catholicae.*

§. 1. *Credentes enim in Patrem et Filium et sanctum Spiritum, unam substantiam in tribus personis, adoramus unam deitatem, unam potestatem, Trinitatem consubstantialem. In ultimis autem diebus confitemur unigenitum Dei filium, Deum de Deo, filium ex Deo, ante saecula et sine tempore ex Patre natum, coaeternum Patri, ex quo omnia et per quem omnia, descendisse de coelis, incarnatum esse ex Spiritu sancto et sancta gloriosa et semper virgine Maria, et hominem factum esse, crucem pertulisse, sepultum fuisse et resurrexisse tertia die; unius et eiusdem miracula et passiones, quas sponte carne sustinuit, agnoscentes. Neque enim alium Deum verbum novimus, alium Christum, sed unum et eundem consubstantialem patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem. Trinitas enim mansit Trinitas etiam post incarnatum unum ex Trinitate Deum verbum; neque enim quartae personae adiectionem recipit sancta Trinitas.*

§. 2. *Haec igitur quum ita se habeant, anathematizamus omnem haeresin, praesertim vero Nestorium, hominicolam,*

---

[a]) *Acta conc. Chalcedon.* (*Leunclav. Notata II.* 149., *latine etiam apud Ballerinios, append. ad Leonis M. opp. Tom. III. p.* 238.); *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *IV.* 25.; *Bas. I.* 1. 3. — [b]) *Genuina lex transiit in* 1. *Coll. constit. eccles. I.* 1. *append.* (*Voëlli bibl. II. p.* 1234.); 2. *Bas. I.* 1. 5. *Textus* 1. *primum editus in ed. Cod. Lugdunensi* (1551. *ap. Hug. a Porta*), *est apud Russ. in append. et rell. Noster textus sequitur Ant. Augustinum* (*Coll. p.* 5.); *varietas lectt. subiecta est ex huius notis* (*Aug. i. n.*), *ex Bas.*, *et ex Leunclav. Notat.* 1. 2. (*Lncl.*). *Ms. Vat. lacunam indicat verbis constitutiones grece.*

[1]) *mss. Vat. Pl.* 2. *Bg.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. *Char. Pac. Sp.*; Martianus *ms. Pist. Post* A *addit* et consul *ms. Pl.* 1.; Impp. Valentinianus et Marcianus AA. *etc. Cont.* 62. *Bk. Post* A *interponit* Valentino *Cont.* 76. *Acta conc. Chalc. hanc inscript. habent:* οἱ βασιλεῖς Φλάβιος Οὐαλεντινιανὸς καὶ Φλάβιος Μαρκιανός, αἰώνιοι αὔγουστοι, τοῖς πολίταις ἡμῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. *Cont.* 62. *testatur se legisse in aliis Actor. concil. libris:* Impp. Val. et Marc. AA. universis populis, *quod etiam legunt Ballerinii l. l.* — [2]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Ans.*, *ed. Schf.*; στρατευόμενος *Bas.*; militaris *rell.* — [3]) *ms. Pl.* 1., *Ans.*; et *addunt rell.*; ὕβριν γὰρ ποιεῖ *conc. Chalc.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *edd. Schf. Nbg. Cont.* 62., *Bas.*; in Nicaea *addunt Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; in hac regia urbe *absunt a ms. Pl.* 1., *Cont.* 62., *Bas.*; *ponit haec vv. post* definita *Ans.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *edd. Schf. Nbg.*; noscantur *Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Nbg.*; et *Ans.*; autem *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Ans.*, *ed. Schf.*; τοιούτῳ *Bas.*; huius *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [9]) iudiciis *Ans.* — [10]) *subscr. abest ab Hal.*; dat. VIII. id. Feb. Constantino *in textu* VII. Cal. Februar. Constantinopoli Patritio consule *in margine Russ.*; dat. VIII. Id. Febr. Const. Patr. cons. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. et Sp.*, *qui caeterum ad* Patritio *addit* et Richimer *cum libris lectionis Gothofr.*; dat. — Const. Asporacio et Herculano Conss. *Bk.*; Dat. VII. Kal. Februa. Const. Asporatio et qui fuerit nunciatus conss. *Cont.* 62.; D. VIII. K. Feb. Constantino *ms. Pist.*; Constantino Sporagio *ms. Pl.* 1.; Data VI. Kal. Febr. Const., Sporatio Consule *Ballerinii l. l.* — *Lectio:* Patritio *probabiliter orta ex mutilato Sporacii nomine*, *quem fasti Idatiani* Parracium *nominant. Consulem eius anni Romanum, Herculanum, ne medio quidem anno Constantinopoli nunciatum fuisse apparet ex subscr. l.* 23 *C. de episc. et cler.* (*I.* 3.)— [11]) *Cont.* 76.; *rell. inscribunt* Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός *A.* — [12]) *Augustinus*, *Bas. Lncl.*; διατριψάντων *plurimae edd. Cod.* — [13]) καὶ ἀποστολικῆς *addunt Bas. Lncl.* — [14]) ἐκ θεοῦ *Aug. i. n.* — [15]) καὶ θεοτόκου *addunt Bas.* — [16]) ἐν σαρκί *Aug. i. n.*, *Lncl.* — [17]) τὸν αὐτὸν *absunt a Bas.* — [18]) τοῦ τετάρτου *Aug i. n.*

τὸν ἀνθρωπολάτρην, τὸν διαιροῦντα τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντα κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν [1]) τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπαρθένον Μαρίαν θεοτόκον, ἀλλ' ἄλλον μὲν τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ [2]) πατρὸς θεὸν λόγον λέγοντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου Μαρίας, χάριτι δὲ καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγον θεὸν αὐτὸν γεγενῆσθαι· οὐ μὴν δ' [3]) ἀλλὰ καὶ Εὐτυχῆ τὸν φρενοβλαβῆ, τὸν φαντασίαν εἰσάγοντα, ἀρνούμενόν τε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν, τουτέστι τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντα κατὰ πάντα ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Ἀπολλιναρίον τὸν ψυχοφθόρον, τὸν ἄνουν λέγοντα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, καὶ σύγχυσιν ἤτοι [4]) φυρμὸν εἰσάγοντα τῇ ἐνανθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ πάντας τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας [5]) ἢ φρονοῦντας. Εἰ γάρ τινες μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν προαγόρευσιν [6]) καὶ τὴν τῶν κατὰ τόπον ἡμῶν θεοφιλεστάτων [7]) ἐπισκόπων πληροφορίαν εὑρεθῶσι τοῦ λοιποῦ γνώμης ἐναντίας ὄντες, μὴ προσδοκήσωσι συγγνώμης ἀξιωθῆναι· κελεύομεν γὰρ [8]) τοὺς τοιούτους, ὡς [9]) ὁμολογουμένους αἱρετικούς, τῷ προσήκοντι ὑποβάλλεσθαι σωφρονισμῷ. Dat.... [10]).

6. [a]) Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Κωνσταντινουπολίταις [11]). — Τὸν σωτῆρα καὶ δεσπότην τῶν ὅλων [12]), Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν θεραπεύοντες διὰ πάντων, σπουδάζομεν, ὅσον ἐνδέχεται νοῦν καταλαμβάνειν [13]) ἀνθρώπινον, μιμεῖσθαι τὴν αὐτοῦ συγκατάβασιν. Καὶ εὑρόντες τινὰς τῇ νόσῳ καὶ μανίᾳ [14]) κρατουμένους τῶν ἀσεβῶν [15]) Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς, τῶν ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ἀρνουμένους τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν θεοτόκον εἰπεῖν κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν, ἐσπεύσαμεν [16]) τούτους τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν διδαχθῆναι πίστιν. Οἱ δὲ ἀνιάτως ἔχοντες [17]), κρύπτοντες τὴν ἑαυτῶν πλανήν, περιέρχονται, καθὰ μεμαθήκαμεν, τὰς τῶν ἁπλουστέρων ψυχὰς ἐκταράσσοντες καὶ σκανδαλίζοντες, καὶ ἐναντία τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας λέγοντες. Ἀναγκαῖον τοίνυν ἐνομίσαμεν, καταλῦσαι [18]) μὲν τὰς τῶν αἱρετικῶν ψευδολογίας, σαφηνίσαι δὲ πᾶσιν, ὅπως τε δοξάζει ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, κηρύττουσι δὲ οἱ ταύτης ὁσιώτατοι ἱερεῖς, οἷς καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι, φανερὰ καθιστῶμεν τὰ περὶ τῆς [19]) ἐν ἡμῖν ἐλπίδος [20]), οὐ καινίζοντες πίστιν, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἐλέγχοντες τὴν μανίαν τῶν φρονούντων τὰ τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν· ὅπερ ἤδη καὶ ἐν προοιμίοις τῆς ἡμετέρας βασιλείας πράξαντες, πᾶσι κατάδηλον ἐποιήσαμεν. §. 1. Πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι προσκυνοῦντες, μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, τριάδα ὁμοούσιον. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ὁμολογοῦμεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν μονογενῆ, τὸν [21]) υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ θεὸν

colam, dividentem unum dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, nec diserte et secundum veritatem confitentem sanctam gloriosam semper virginem Mariam Dei genitricem, sed alium esse dicentem Deum verbum ex Deo patre, alium, qui ex sancta semper virgine Maria natus est, hunc autem gratia et coniunctione cum Deo verbo Deum factum esse; nec non anathemate damnamus Eutychem mente captum, phantasiam inducentem et negantem veram ex sancta semper virgine et deipara Maria incarnationem, hoc est nostram salutem, neque confitentem cum per omnia consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem; simili modo et Apollinarium, animicidam, dicentem, dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, animae humanae expertem esse, et confusionem seu perturbationem superducentem inhumanationi unigeniti filii Dei, et omnes, qui idem cum eis senserunt vel sentiunt. Si qui enim post hanc nostram praemonitionem, certo et liquid: id cognoscentibus et comperientibus locorum episcopis Dei amantissimis, inventi fuerint posthac in contraria opinione esse, nullius indulgentiae expectent veniam; iubemus enim tales tanquam confessos haereticos competenti animadversioni subiici.

6. *Idem Imp. Constantinopolitanis. — Salvatorem et dominum omnium, Iesum Christum, verum Deum nostrum colentes per omnia, studemus etiam, quatenus potest humana mens id assequi, imitari eius demissionem. Etenim quum quosdam invenerimus, morbo atque insania detentos impiorum Nestorii et Eutychis, hostium Dei et sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae, nempe qui detrectant sanctam gloriosam semper virginem Mariam deiparam appellare proprie et secundum veritatem, illos festinavimus rectam Christianorum fidem edocere. Hi autem insanabiles, celantes errorem suum, circumeunt, sicut didicimus, simpliciorum animos exturbantes, scandalum eis afferentes et ea dicentes, quae sunt sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae contraria. Necessarium igitur esse putavimus, tam haereticorum mendacia dissipare, quam omnibus insinuare, quomodo sentiat sancta Dei catholica et apostolica ecclesia, et praedicent sanctissimi eius sacerdotes, quos et nos secuti, manifesta facimus ea, quae fidei nostrae sunt, non innovantes fidem, quod absit, sed coarguentes eorum insaniam, qui eadem cum impis haereticis sentiunt. Quod quidem et nos in nostri imperii primordiis pridem egimus et cunctis fecimus manifestum.*

§. 1. *Credimus enim in unum Deum, patrem omnipotentem, et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei, et in Spiritum sanctum, unam substantiam in tribus personis adorantes, unam deitatem, unam potestatem, Trinitatem consubstantialem. In ultimis autem diebus confitemur dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum, Dei filium, ex Deo vero Deum verum, ante saecula et sine tempore ex Patre natum, coaeternum*

---

a) *Genuina lex extat in* 1., *Coll. constit. eccles. I.* 1. *append.* (*Voëlli bibl. II. p.* 1235); 2., *Bas. I.* 1. 6.; 3., *Chronico Paschali ed. Dufresne* (p. 341.). *Textus* 1. *in ed. Cod. Lugdunensi* (1551. *ap. Hug. a Porta*) *primum editus, est ap. Russ. in append. et rell. Nostra lectio sequitur Ant. Augustinum* (*Coll. p.* 8.); *praebuerunt varias lectiones eiusdem notae* (*Aug. i. n.*), *collationes textus* 2. (*Bas.*) *et* 3. (*Chron.*) *et Leunclav. Notat. I.* 3. (*Lncl.*).

[1]) τὴν ἀλήθειαν *Aug. i. n.* — [2]) θεοῦ *abest a Bas.* — [3]) δέ *abest a Bas.* — [4]) ἤ *Aug. i. n.* — [5]) τέ *addunt Bas.* — [6]) μετὰ τὴν ἡμῶν προαγόρευσιν ταύτην *Bas.* — [7]) κατὰ τὸν τόπον θεοφιλεστάτων ἡμῶν *Bas.* — [8]) αὐτοὺς *addunt alii. Aug. i. n.* — [9]) ὡς *omittunt alii. Aug. i. n.* — [10]) *Cont.* 62. 66. 71. *notat, videri subscribendum* Dat. . . . . Iustiniano A. II. Cons., *quod in sequenti edicto Iustinianus dicat, se in primordio imperii sui simile edictum composuisse; quam iusto liberiorem coniecturam Cont.* 76. *revera in textum recipit. Quod non sequuntur edd. rell.* — [11]) Αὐτοκράτωρ καῖσαρ Ἰουστινιανός, εὐσεβής, νικητής, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος, Αὔγουστος, πολίταις ἡμετέροις *inscribit Chron.* — [12]) ἁπάντων *Chron.* — [13]) καταλιμπάνειν *Aug. i. n.* — [14]) νοσομανίᾳ *Aug. i. n.* — [15]) ἀσεβῶν *deest in aliis. Aug. i. n.* — [16]) ἐσπουδάσαμεν *Bas. Chron.* — [17]) καὶ *addit Chron.* — [18]) παραλῦσαι *Chron.* — [19]) *pro* τὰ περὶ τῆς *alii* τάς. *Aug. i. n.* — [20]) ἐλπίδας *Aug. i. n.* — [21]) τόν *deest in Chron. et in aliis, teste Aug. i. n.*

θεὸν ἀληθινόν [1]), τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, τὸν συναΐδιον τῷ πατρί, τὸν, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθῆναι [2]) ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου [3]) Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, σταυρόν τε ὑπομεῖναι ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ταφῆναί τε καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη [4]), ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινεν ἐν [5]) σαρκί, γινώσκοντες. Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἐπιστάμεθα, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν [6]) ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὡς γάρ ἐστιν ἐν θεότητι τέλειος, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος [7]). Τὴν γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν. Ἔμεινε γὰρ τριὰς ἡ τριὰς καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς τριάδος θεοῦ λόγου· οὔτε γὰρ τετάρτου προσώπου [8]) προσθήκην ἐπιδέχεται ἡ ἁγία τριάς. §. 2. Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ Νεστόριον τὸν ἀνθρωπολάτρην, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντάς τε ἢ φρονοῦντας, τοὺς διαιροῦντας τὸν ἕνα [9]) κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν [10]), τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν ἔνδοξον καὶ ἀειπαρθένον [11]) Μαρίαν θεοτόκον, τουτέστι μητέρα θεοῦ, ἀλλὰ δύο υἱοὺς λέγοντας, ἄλλον μὲν τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς θεὸν λόγον, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου θεοτόκου Μαρίας, χάριτι δὲ καὶ σχέσει καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγον αὐτὸν [12]) γεγενῆσθαι, καὶ ἀρνουμένους, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, τὸν σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ σταυρωθέντα, ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος. Οὗτος γὰρ μόνος ἐστὶν ὁ συμπροσκυνούμενος καὶ συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. §. 3. Ἀναθεματίζομεν δὲ καὶ Εὐτυχέα τὸν φρενοβλαβῆ, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντάς τε καὶ [13]) φρονοῦντας, τοὺς φανταστὰν εἰσάγοντας, ἀρνουμένους τε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου ἀληθινὴν γέννησιν [14]) τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τουτέστι τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν [15]) κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα [16]). §. 4. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Απολλινάριον τὸν ψυχοφθόρον, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, τοὺς ἄνουν [17]) λέγοντας τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, καὶ σύγχυσιν ἤτοι φυρμὸν εἰσάγοντας τῇ ἐνανθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ πάντας τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντάς τε καὶ [18]) φρονοῦντας. Dat. Id. Mart. Constant. Dn. Iustiniano. PP. A. III. Cos. [533.]

Τὸ αὐτὸ Ἐφεσίοις, τὸ αὐτὸ Καισαρεῦσι, τὸ αὐτὸ Κυζικηνοῖς, τὸ αὐτὸ Ἀμυδηνοῖς, Τραπεζουντίοις, Ἱεροσολυμίταις, Ἀπαμεῦσι, Ἰουστινιανουπολίταις, Θεουπολίταις [19]), Σεβαστηνοῖς, Ταρσεῦσι, Ἀγκυρανοῖς.

7. [a]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ. — Γινώσκειν βουλόμενοι τὴν σὴν ἁγιωσύνην πάντα τὰ εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρῶντα κατάστασιν, ἀναγκαῖον ἡγησά-

num Patri, ex quo omnia et per quem omnia, descendisse de coelis, incarnatum de Spiritu sancto et sancta gloriosa et semper virgine Maria, et hominem factum, et passum crucem pro nobis sub Pontio Pilato, et sepultum esse, et resurrexisse tertio die, unius ac eiusdem miracula et cruciatus, quos sponte pertulit in carne, agnoscentes. Non enim alium Deum verbum et alium Christum novimus sed unum et eundem consubstantialem Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem; ut enim est in divinitate perfectus, ita idem et perfectus est in humanitate. Nam secundum personam unitatem accipimus et confitemur. Trinitas enim mansit Trinitas et post incarnatum unum ex Trinitate Deum verbum; neque enim quartae personae adiectionem admittit sancta Trinitas.

§. 2. *His ita se habentibus, anathematizamus omnem haeresin, praecipue vero Nestorium hominicolam, et qui eadem cum ipso senserunt vel sentiunt, qui dividunt unum dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, et non confitentur proprie et secundum veritatem sanctam gloriosam et semper virginem Mariam deiparam, hoc est Dei matrem, sed duos filios dicunt, unum ex Patre Deum verbum, alterum ex sancta semper virgine deipara Maria, gratia et nexu et propinquitate, quam cum Deo verbo habet, natum esse; et qui negant, nec confitentur dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum incarnatum et hominem factum et crucifixum, unum esse ex sancta et consubstantiali Trinitate. Ipse enim solus est coadorandus et conglorificandus cum Patre et Spiritu sancto.*

§. 3. *Anathematizamus et Eutychem mente captum, et qui cum eo senserunt aut sentiunt, qui phantasiam inducunt, negantque veram generationem domini et salvatoris nostri Iesu Christi ex sancta virgine et deipara, hoc est, nostram salutem; et qui non confitentur ipsum consubstantialem Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem.*

§. 4. *Similiter autem anathematizamus et Apollinarium animicidam, et qui cum eo senserunt vel sentiunt, qui dicunt animae humanae expertem esse dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, et qui confusionem aut conturbationem introducunt in unigeniti Dei filii inhumanationem, et omnes, qui eadem cum iis senserunt aut sentiunt.*

Idem Ephesiis, idem Caesariensibus, idem Cyzicenis, idem Amydenis, Trapezuntiis, Hierosolymitanis, Apameis, Iustinianopolitanis, Theopolitanis, Sebastenis, Tarsensibus, Ancyranis.

7. *Idem Imp. Epiphanio, sanctissimo et beatissimo archiepiscopo regiae huius urbis et oecumenico patriarchae. — Cognoscere volentes tuam sanctitatem omnia quae ad ecclesiasticum spectant statum, necessarium duximus, hisce ad eam uti divinis literis, et per ea manifesta eidem*

---

[a]) *lex exstat genuina in* 1. *Coll. constit. eccles. I.* 1. *append.* (*Voëlli bibl. II. p.* 1238.); 2. *Bas. I.* 1. 7. *Textus* 1. *primum editus ab Ant. Augustino* (*Coll. p.* 13.) *transiit in Cont.* 71. 76. *et rell. Noster textus est Augustini; variae lectt. adiectae ex notis eiusdem* (*Aug. i. n.*) *ex Bas. et ex Leunclav. Notat.* I. 4. (*Lncl.*). *Caeterum Iustinianus misit ad patriarcham Romanum eiusdem argumenti constitutionem, latine scriptam, quam l.* 8. *h. t. continet; quapropter in Cont.* 71. 76. *et Char. legi* 7. *non est adiecta latina versio.*

[1]) θεὸν ἀληθινόν *absunt a Chron.* — [2]) σαρκωθέντα *Chron.* — [3]) παρθένου καὶ θεοτόκου *Bas., Aug. i. n.* — [4]) *ita recte Bas. Lncl. Chron.*; τά τε πάθη καὶ τὰ θαύματα *Augustinus.* — [5]) ἐν *deest in Chron. et in aliis, teste Aug. i. n.* — [6]) τὸν ἕνα καὶ αὐτόν *Chron.* — [7]) ὡς γάρ ἐστιν — ἀνθρωπότητι τέλειος *absunt a Chron.* — [8]) *Augustinus, Bas. Lncl. Chron.*; τέταρτον πρόσωπον *plurimae edd. Cod.* — [9]) ἕνα *abest a Bas.* — [10]) ὡς ἔφαμεν *addunt Bas.* — [11]) καὶ ἀειπαρθένον *abest a Chron.* — [12]) θεὸν αὐτόν *Aug. i. n.* — [13]) *pro* τε καί *alii* ἢ *Aug. i. n.* — [14]) σάρκωσιν *Bas. Chron.*; γένεσιν *plurimae edd. Cod.* — [15]) τὸν αὐτὸν *addunt Bas.* — [16]) καὶ ὁμοούσιον — ἀνθρωπότητα *absunt a Chron.* — [17]) ἀνθρώπων μόνον *pro* ἄνουν *Chron.* — [18]) *pro* τε καί *alii* ἢ *Aug. i. n.* — [19]) *Bas.*; Θεοπολίταις *Augustinus.*

σάμεθα ταύταις πρὸς αὐτὴν χρήσασθαι ταῖς θείαις συλλαβαῖς, καὶ δι' αὐτῶν τῶν ὑῆλα αὐτῇ καταστῆσαι τὰ κινηθέντα, ἅπερ καὶ αὐτὴν εἰδέναι πεπείσμεθα. Εὑρόντες γὰρ τινας [1]) ἀλλοτρίους τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, τῇ τῶν ἀσεβῶν Νεστορίου καὶ Εὐτυχέος ἀκολουθοῦντας πλάνῃ, καὶ ταῖς τούτων βλασφημίαις κεχρημένους, θεῖον προεθήκαμεν ἔδικτον [2]), ὅπερ καὶ η σὴ γινώσκει ἁγιωσύνη, δι' οὗ τὴν τῶν αἱρετικῶν μανίαν ἠλέγξαμεν, οὐδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες ἢ ἐναλλάττοντες ἢ παρεξελθόντες τῆς μέχρι νῦν σὺν θεῷ κρατούσης [3]) ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, καθὰ [4]) καὶ ἡ σὴ γινώσκει μακαριότης, ἀλλὰ διὰ πάντων φυλάττοντες τὴν κατάστασιν τῆς ἑνώσεως τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τῆς πρὸς τὸν ἁγιώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ πατριάρχην, πρὸς ὃν καὶ τὰ ὅμοια τούτοις γεγράφαμεν. Οὔτε γὰρ ἀνεχόμεθά τι τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρώντων κατάστασιν, μὴ καὶ τῇ αὐτοῦ ἀναφέρεσθαι [5]) μακαριότητι, ὡς κεφαλῇ οὔσῃ πάντων τῶν ὁσιωτάτων τοῦ θεοῦ ἱερέων, καὶ ἐπειδή, ὁσάκις ἐν τούτοις τοῖς μέρεσιν αἱρετικοὶ ἀνεφύησαν, τῇ γνώμῃ καὶ ὀρθῇ [6]) κρίσει τοῦ ἐκείνου σεβασμίου θρόνου καθηρήθησαν. Ἐκ γὰρ παρουσῶν θείων ἡμῶν συλλαβῶν μαθήσεται ἡ σὴ ἁγιωσύνη τὰ παρ' ἡμῶν προτεθειμένα, ἐφ' ᾧ τοὺς ἐπιχειροῦντας πονηρῶς νοεῖν [7]) ἢ ἑρμηνεύειν τὰ παρ' ἡμῶν ὀρθῶς ἐν τῷ [8]) ἐδίκτῳ λεχθέντα ἐκ τῶν παρουσῶν θείων ἡμῶν ἐλέγχεσθαι συλλαβῶν [9]). §. 1. Ὀλίγοι τινὲς ἄπιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἀντειπεῖν Ἰουδαϊκῶς ἐθάρρησαν πρὸς τὰ παρὰ πάντων τῶν ἱερέων ὀρθῶς κρατούμενα καὶ δοξαζόμενα καὶ κηρυττόμενα, ἀρνούμενοι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, τὸν σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ σταυρωθέντα, ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸν σαρκί, τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ θεότητι. Παραιτούμενοι δὲ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, ὁμολογεῖν ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, δῆλοί εἰσι καὶ ἐλέγχονται τῇ τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου ἀκολουθοῦντες πονηρᾷ διδασκαλίᾳ, κατὰ χάριν αὐτὸν λέγοντες υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν λέγοντες, οὓς ἀναθεματίζομεν, καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, ὡς ἀλλοτρίους ὄντας τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ [10]) καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. §. 2. Πάντες γὰρ οἱ ἱερεῖς τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας [11]) καὶ οἱ εὐλαβέστατοι τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων ἀρχιμανδρῖται, ἀκολουθοῦντες τῇ τῶν ἁγίων πατέρων παραδόσει καὶ μηδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες ἢ ἐναλλάττοντες τῆς μέχρι νῦν [12]), καθὰ εἴρηται, ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, συμφώνως ὁμολογοῦσι καὶ δοξάζουσι, κηρύττοντες τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, τὸν πρὸ αἰώνων [13]) καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ σταυρωθέντα, ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος. Ὁμοούσιον γὰρ αὐτὸν ἴσμεν τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸν

dem facere, quae perturbata sunt, quanquam et illa eandem scire sumus persuasi. Quum enim comperissemus quosdam alienos a sancta catholica et apostolica ecclesia impiorum Nestorii et Eutychis secutos deceptionem, divinum promulgavimus edictum, quod et tua novit sanctitas, per quod haereticorum insaniam refutavimus, ita ut nullo modo immutaverimus, immutemus, aut praetergressi simus eum, qui nunc iuvante Deo est, ecclesiasticum statum, quemadmodum et tua novit sanctitas, sed in omnibus servato statu unionis sanctissimarum ecclesiarum cum sanctissimo papa veteris Romae et patriarcha, ad quem similia perscripsimus. Neque enim patimur, ut quicquam eorum, quae ad ecclesiasticum spectant statum, non etiam ad eius referatur beatitudinem, quum sit caput omnium sanctissimorum Dei sacerdotum, et quia, quoties in illis locis haeretici exstiterunt, sententia et recto iudicio illius venerabilis sedis coërciti sunt. Ideoque ex praesentibus divinis nostris literis cognoscet tua sanctitas, quae a nobis proposita sunt, ut, qui prave intelligere vel interpretari tentaverint, quae in edicto recte a nobis dicta sunt, hisce divinis refutentur nostris literis.

§. 1. *Pauci quidam infideles et alieni a sancta Dei catholica et apostolica ecclesia contradicere iudaice ausi sunt adversus ea, quae ab omnibus sacerdotibus recte observantur, probantur et praedicantur, negantes dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum filium Dei et Deum nostrum, incarnatum ex Spiritu sancto et sancta gloriosa semper virgine et Dei genitrice Maria, et hominem factum et crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis, et coadorandum et conglorificandum Patri et sancto Spiritui, consubstantialem Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, passibilem carne, eundem impassibilem deitate. Recusantes autem dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum filium Dei et Deum nostrum, fateri unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis, manifeste deprehenduntur impii Nestorii sequi pravam doctrinam, secundum gratiam eum dicentes filium Dei, et alium Deum verbum, et alium Christum dicentes; quos anathemate damnamus, eorum etiam dogmata et eos, qui eadem cum ipsis senserunt aut sentiunt, ut alienos a sancta Dei catholica et apostolica ecclesia.*

§. 2. *Omnes enim sacerdotes sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae et reverendissimi sacrorum monasteriorum archimandritae, sequentes sanctorum patrum traditionem, quique nihil omnino immutarunt vel immutant ex recepto hactenus ecclesiastico statu, unanimiter fatentur, et cum gloria praedicant dominum nostrum Iesum Christum unigenitum filium Dei esse Deumque nostrum, ante secula et sine tempore ex patre genitum, et novissimis diebus descendisse de coelis, et incarnatum ex Spiritu sancto et sancta gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, et hominem factum et crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis. Consubstantialem enim ipsum scimus Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, passibilem carne, eundem impassibilem deitate. Quemadmodum enim est in deitate perfectus, sic idem in humanitate perfectus; namque eam, quae est secundum per-*

[1]) αὐτοὺς *addunt Bas.* — [2]) *Bas.*; ἴδικτον *Augustinus*; ἤδικτον *Aug. i. n.* — [3]) τῆς *addunt alii. Aug. i. n.* — [4]) καθ' ὃ *Aug. i. n.* — [5]) ἀναγράφεσθαι *Bas.* — [6]) ὀρθῇ *deest in aliis. Aug. i. n.* — [7]) φρονεῖν *Aug. i. n.* — [8]) διατάγματι *addunt Bas.* — [9]) *Augustinus, Bas. Lncl.*; *editores Cod. a verbo* νοεῖν *usque ad finem sine sensu legunt:* ἑρμηνεύειν τὰ παρ' ἡμῶν ὀρθῶς ἐν τῷ ἠδίκτῳ λεχθέντα συλλαβῶν. *Verum Bk. omittit* συλλαβῶν. — [10]) τοῦ θεοῦ *abrunt a Bas.* — [11]) Πάντες — ἐκκλησίας *omissa ab editoribus Cod.*; *addenda tamen esse apparet ex Bas., Coll. const. eccl. et l.* 8. §. 2. *h. t., quae etiam ita orditur:* omnes vero sacerdotes sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae et reverendissimi archimandritae etc. — [12]) κρατούσης *addunt Bas.* — [13]) *ita Bas. et Lncl.*; αἰῶνος *Augustinus. Editores Cod. vv.* τοῦ θεοῦ — αἰώνων *perperam omittunt.*

τὸν σαρκί, τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ θεότητι [1]). Ὡς γάρ ἐστιν ἐν θεότητι τέλειος, οὕτως ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος· τὴν γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁμογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ, ὁ πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθεὶς, αὐτὸς καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθεὶς ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ θεοτόκου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπήσας, τουτέστιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν θεός ἐστί, διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπαρθένον Μαρίαν κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν μητέρα θεοῦ λέγομεν, οὐχ ὡς τοῦ θεοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν ἐξ αὐτῆς λαβόντος, ἀλλ' ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντος ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος καὶ τεχθέντος καὶ ἐνανθρωπήσαντος, ὃν [2]) ὁμολογοῦμεν, καθὰ εἴρηται, ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, τοῦ αὐτοῦ τὰ θαύματα καὶ τὰ πάθη [3]), ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκί, γινώσκοντες. §. 3. Ταῦτα τοίνυν ἐστίν, ἅπερ διὰ τοῦ θείου ἡμῶν εἰρηκότες ἐδίκτυο τοὺς αἱρετικοὺς ἠλέγξαμεν, ᾧτινι θείῳ ἐδίκτῳ καὶ πάντες οἱ εὑρεθέντες ἐνταῦθα ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι καὶ εὐλαβέστατοι ἀρχιμανδρῖται ἅμα τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ καθυπέγραψαν. §. 4. Ἀκολουθοῦντες διὰ πάντων ταῖς ἁγίαις τέτταρσι συνόδοις καὶ τοῖς παρ' ἑκάστης αὐτῶν διατυπωθεῖσι, τουτέστι τῆς τε ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη', καὶ τῆς ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει ὧν ρν', καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ τῆς [4]) προτέρας, καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι, δῆλον πᾶσι καθεστῶτος, ὅτι τὸν πᾶσι [5]) τοῖς ἅμα ἡμῖν πιστοῖς τῆς [6]) ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας παραδοθέντα ὅρον τῆς πίστεως, τουτέστι τὸ ἅγιον μάθημα ἤτοι σύμβολον κρατοῦμέν τε καὶ φυλάττομεν, τὸ παρὰ τῶν τιη' ἁγίων πατέρων ἐκτεθέν, ὅπερ καὶ οἱ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει ρν' ἅγιοι πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν, οὐχ ὡς ἐλλειπῶς ἔχοντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπειδὴπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροί, οἱ μὲν ἀθετεῖν ἐπεχείρησαν τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος θεότητα, οἱ δὲ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σαρκωσιν τοῦ θεοῦ λόγου ἠρνήσαντο. Διὰ τοῦτο γραφικαῖς μαρτυρίαις τὸ αὐτὸ [7]) μάθημα οἱ εἰρημένοι ρν' ἅγιοι πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν. Τοῦτο καὶ αἱ ἄλλαι ἅπασαι [8]) ἅγιαι σύνοδοι, τουτέστιν ἡ ἐν Ἐφέσῳ προτέρα, καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι, τῇ αὐτῇ πίστει ἀκολουθήσασαι ἐδέξαντο καὶ ἐφύλαξαν, τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπαρθένον Μαρίαν θεοτόκον ἐκήρυξαν, καὶ τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὴν θεοτόκον ἀνεθεμάτισαν [9]). Ὁμοίως δὲ ἀνεθεμάτισαν καὶ τοὺς ἕτερον σύμβολον ἢ [10]) ἅγιον μάθημα παραδιδόντας [11]) παρὰ τὸ ὑπὸ μὲν τῶν τιη' ἁγίων πατέρων ἐκτεθέν, σαφηνισθὲν δὲ καὶ τρανωθὲν παρὰ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει ρν' ἁγίων πατέρων. Καὶ ἡ μὲν ἐν Ἐφέσῳ προτέρα τόν τε ἀσεβῆ Νεστόριον καὶ τὰ αὐτοῦ [12]) δόγματα καθεῖλέ τε καὶ ἀνεθεμάτισε, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας ἀνεθεμάτισεν. Ἡ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος καθεῖλέ τε καὶ ἐξέβαλε τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν καὶ ἀνεθεμάτισε καὶ τὸν ἀσεβῆ Εὐτυχέα, καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας, καὶ πάντας τοὺς αἱρετικούς, καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀνεθεμάτισεν [13]). Ὁμοίως δὲ ἀνεθεμάτισε καὶ Νεστόριον, καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ

personam, unionemamplectimur et confitemur. Quoniam igitur unigenitus filius verbum Dei, ante saecula et sine tempore ex patre genitus, in ultimis diebus descendit de coelis, et incarnatus ex Spiritu sancto et sancta gloriosa et Dei genitrice Maria, et homo factus, dominus noster Iesus Christus proprie et vere Deus est, propterea etiam sanctam semper virginem Mariam proprie et vere matrem Dei dicimus; non quod Deus verbum principium ex ipsa sumsit, sed quia in novissimis diebus descendit de coelis, et ex ipsa incarnatus, natus et homo factus est, quem confitemur, quemadmodum dictum est, consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem eundem nobis secundum humanitatem, eiusdem miracula et passiones, quas ultro sustinuit carne, agnoscentes.

§. 3. *Haec igitur sunt, in quibus per divinum nostrum edictum haereticos redarguimus, cui divino edicto omnes hic reperti sanctissimi episcopi et reverendissimi archimandritae cum tua sanctitate subscripserunt.*

§. 4. *Nam sequimur in omnibus sancta quatuor concilia, et quae ab unoquoque eorum constituta sunt, scilicet Nicaenum CCCXVIII, et huius regiae urbis CL patrum, et Ephesinum prius, et Chalcedonense, quum sit manifestum, nos regulam fidei una nobiscum omnibus fidelibus sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae traditam, hoc est sanctam formulam seu symbolum tenere et custodire, a CCCXVIII sanctis patribus expositam, quam et in hac regia urbe CL sancti patres apertius exposuerunt; non quod mancum esset prius, sed quonia veritatis hostes partim subvertere coeperant sancti Spiritus deitatem, partim ex sancta semper virgine Maria, Dei genitrice, veram incarnationem Dei verbi negaverant; qua de causa scriptis testimoniis idem symbolum supradicti CL sancti patres apertius exposuerunt. Idem et aliae omnes sanctae synodi, id est Ephesina prior et Chalcedonensis, eandem fidem sequentes susceperunt et custodierunt, sanctam gloriosam semper virginem Mariam, Dei genitricem praedicarunt, et non ita confitentes anathemate damnarunt. Similiter anathematizarunt eos, qui aliud symbolum, aliamve sanctam formulam traderent, praeter eam, quae a CCCXVIII sanctis patribus exposita esset, explicata autem et corroborata a CL sanctis patribus in hac regia urbe congregatis. Et Ephesina quidem prior synodus impium Nestorium et eius dogma sustulit et anathematizavit; item eos, qui cum eo senserunt vel sentiunt, et qui consenserunt ei vel consentiunt. Chalcedonense vero sanctum concilium profligavit et eiecit e sanctis Dei ecclesiis et anathemate damnavit impium Eutychem eiusque dogmata, et qui eadem cum illo senserunt vel sentiunt, et qui consenserunt eidem vel consentiunt; et omnes haereticos eorumque dogmata, et qui cum illis senserunt vel sentiunt anathemate damnavit. Pariter anathematizavit Nestorium eiusque dogmata et eos, qui cum eo senserunt vel sentiunt, et qui consenserunt eidem vel consentiunt. Chalcedonense idem sanctum concilium magni Procli ad Armenios conscriptam epistolam, quod oporteat dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, dicere unum ex sancta Trinitate, sua relatione suscepit et confirmavit. Quae supradicta quatuor*

[1]) *Bas. addunt:* συμπροσκυνούμενον τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. οὐ γὰρ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἐπιστάμεθα, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸν σαρκί, τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ θεότητι. — [2]) ὃν *omittunt alii. Aug. i. n.* — [3]) παθήματα *Aug. i. n.* — [4]) τῆς *abest a Bas.* — [5]) καθεστῶτος — πᾶσι *in edit. Cod. aut prorsus desiderantur aut mutilata inveniuntur. Adiicienda ea esse docent Bas., Coll. const. eccl.* — [6]) *Bas, coll. const. eccl.;* τοῖς *Augustinus.* — [7]) ἅγιον *addunt Bas.* — [8]) λοιπαί *pro* ἄλλαι ἅπασαι *Bas.* — [9]) *Bas., Coll. const. eccl.;* ἀναθεμάτισαν *Augustinus et eodem modo saepius.* — [10]) ἄλλο *adponunt alii. Aug. i. n.* — [11]) *Bas., Coll. const. eccl.;* παραδιδόντες *Augustinus.* — [12]) τὰ αὐτά *Aug. i. n.* — [13]) *abest a Bas.*

ἢ φρονοῦντας, καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας. Ἡ αὐτὴ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος καὶ τὴν τοῦ μεγάλου Πρόκλου πρὸς Ἀρμενίους συγγραφεῖσαν ἐπιστολὴν περὶ τοῦ χρῆναι λέγειν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν, ἕνα τῆς ἁγίας τριάδος, διὰ τῆς οἰκείας ἀναφορᾶς ἐδέξατό τε καὶ ἐβεβαίωσεν. Εἰ γὰρ τὰς εἰρημένας τέσσαρας ἁγίας συνόδους παρεξέλθομεν [1]), ἢ τὰ παρ' αὐτῶν διατυπωθέντα, δίδομεν ἄδειαν τοῖς καθαιρεθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν αἱρετικοῖς καὶ τοῖς αὐτῶν δόγμασι, τὴν ἑαυτῶν λύμην πάλιν εἰς τὰς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐνδείκνυσθαι. Ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται πραχθῆναι, ποτὲ μὴ γένοιτο, ἐπειδὴ αἱ εἰρημέναι δ' ἅγιαι σύνοδοι διὰ τῶν οἰκείων δογμάτων τοὺς αἱρετικοὺς καὶ τὰ τούτων [2]) δόγματα ἐξέβαλον. Καὶ εἴ τις πρὸς μίαν τῶν εἰρημένων ἁγίων συνόδων ἀμφιβάλλοι [3]), πρόδηλός ἐστιν ἐκεῖνα φρονῶν τὰ δόγματα τὰ παρ' αὐτῶν [4]) ἐκβληθέντα τε καὶ ἀναθεματισθέντα. §. 5. Μηδεὶς τοίνυν μάτην ἡμᾶς [5]) ταραξάτω, ἐλπίδι ματαίᾳ κρατούμενος, ὅτι ἡμεῖς ἐναντίον [6]) τῶν εἰρημένων δ' συνόδων ἐπράξαμεν ἢ πράξομεν ἢ πραχθῆναι παρά τισι [7]) συγχωρήσομεν, ἢ περιαιρεθῆναι τὴν τῶν αὐτῶν ἁγίων δ' συνόδων ὁσίαν μνήμην ἐκ τῶν εἰρημένων [8]) τῆς ἐκκλησίας διπτύχων ἀνεξόμεθα. Πάντας γὰρ τοὺς παρ' αὐτῶν καθαιρεθέντας καὶ ἀναθεματισθέντας, καὶ τὰ τῶν καθαιρεθέντων δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν. §. 6. Ὅθεν εὐχέσθω ἡμῖν τε καὶ τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ μακαριότης σου [9]), πάντας περὶ τοῦ ἡμετέρου σκοποῦ καὶ τῆς περὶ τὴν ἀμώμητον πίστιν σπουδῆς διδάσκουσά τε καὶ πληροφοροῦσα. Dat. VII. Kal. Apr. CP. Dn. Iustiniano PP. A. III. Cons. [10]). [533].

tuor sancta concilia si negligimus, aut ea, quae ab iis constituta sunt, daremus licentiam haereticis per illa damnatis eorumque dogmatibus, suam pestem rursus in sanctis Dei ecclesiis ostendere. Hoc autem quum nondum factum sit, ne umquam contingat, quia dicta quatuor concilia suis dogmatibus haereticos eorumque dogmata expulerunt. Et si quis ab uno supradictorum sanctorum conciliorum dissentiat, palam est, eum amplecti dogmata a sanctis illis patribus expulsa et anathemate damnata.

§. 5. *Nemo itaque frustra nos turbet, spe vana innixus, nos adversus illa quatuor concilia aliquid fecisse vel esse facturos vel ab aliquo fieri permissuros, vel sanctam illarum quatuor sacrarum synodorum memoriam ex ecclesiae tabulis auferri passuros. Omnes enim, qui ab iis profligati et anathemate damnati sunt, et profligatorum opiniones, eosque, qui eadem ac ipsi senserunt aut sentiunt, anathemate damnamus.*

§. 6. *Itaque bene precetur nobis et nostro imperio beatitas tua, et omnes de nostra intentione et nostro erga sinceram fidem studio edoceat et certiores faciat.*

[11]) 8. [a]) Gloriosissimo et clementissimo filio Iustiniano Augusto Ioannes episcopus urbis Romae [12]). — Inter claras sapientiae ac [13]) mansuetudinis vestrae laudes, christianissime principum, puriore luce tanquam aliquod sidus irradiat, quod amore [14]) fidei, quod caritatis studio, edocti ecclesiasticis disciplinis, Romanae sedis reverentiam conservatis, et ei cuncta subiicitis, et ad eius deducitis unitatem, ad cuius auctorem [15]), hoc est apostolorum primum, domino loquente praeceptum est: *pasce oves meas*. Quam [16]) esse vere [17]) omnium ecclesiarum caput, et patrum regulae et principum statuta declarant, et pietatis vestrae reverentissimi [18]) testantur affatus. Patet igitur, in vobis impletum fore, quod scripturae loquuntur: *per me reges regnant, et potentes scribunt iustitiam*. Nihil enim [19]) est, quod lumine clariore praefulgeat, quam recta fides in principe, nihil est, quod ita nequeat occasui subiacere, quam vera religio. Nam quum auctorem vitae vel luminis utraque respiciant, recte et tenebras respuunt, et nesciunt subiacere defectui. Quam ob rem, gloriosissime principum, votis omnibus exorabitur divina potentia, ut pietatem vestram in hoc ardore fidei, in hac devotione mentis, in hoc integrae religionis studio sine defectu sui in longiora tempora conservet; hoc enim et sanctis credimus ecclesiis expedire. Scriptum est enim: *labiis regit rex*, et iterum: *cor regis in manu Dei* [20]), *et ubi voluerit, inclinabit illud*. Hoc est enim, quod vestrum firmat imperium, hoc, quod vestra regna conservat. Nam pax ecclesiae, religionis unitas, auctorem facti in sublime provectum grata sibi tranquillitate custodit. Neque enim parva ei vicissitudo a potentia divina tribuitur, per quem nullis rugis ecclesia divisa secernitur, nullis insertis [21]) maculis variatur. Scriptum est enim: *quia cum rex iustus sederit supra sedem, non adversabitur sibi* [22]) *quidquam malignum*. Proinde serenitatis vestrae apices per Hypatium atque Demetrium, sanctissimos viros fratres et coëpiscopos meos, reverentia consueta suscepimus; quorum etiam relatione comperimus, quod fidelibus populis proposuistis edictum amore fidei pro submovenda haereticorum intentione secundum apostolicam doctrinam, fratrum et coëpiscoporum nostrorum interveniente consensu. Quod, quia apostolicae doctrinae [23]) convenit, nostra auctoritate confirmamus.

Textus

---

[a]) *Anselm. Lucens. (Ans.)* I. 91. (*magna tamen lacuna in media Iustiniani epistola*); *Bas. I.* 1. 8. — *Ipsa lex olim dubia propter silentium, quo in ipsa collect. const. eccl. praeteritur, et notam Azonis, quae eam in aliquibus non haberi refert, hodie per pleniorem Basil. editionem Heimbach. citra dubium posita, legitur etiam in nostris mss. et allegatur in Photii Nomocan.* (*Voëlli bibl. II. p.* 815.) *et in indice ad Coll. const. eccl.* (*Voëlli bibl. II. p.* 1223.).

[1]) παρεξέλθωμεν *Bas.*; παρεξέλθοιμεν *Aug. i. n.* — [2]) αὐτῶν *Bas.* — [3]) ἀμφιβάλλει *Bas.* — [4]) αὐτῆς *Bas.* — [5]) ὑμᾶς *Augustinus.* — [6]) τί *addunt Bas.* — [7]) παρά τινος *Bas.*; παρά τισι *omittit Lncl.* — [8]) ἱερῶν *Bas* — [9]) κύριέ μου πάπα *addunt alii. Aug. i. n.* — [10]) *subscr. ab Augustino primum edita a rell. integra recepta.* — [11]) Epistola Ioannis Archiepiscopi et sanctissimi Patriarchae urbis Romae *Cont. et rell. superscribunt.* Epistola Ioan. Papae ad Imperatorem Iustinianum *Ans.* — [12]) salutem *addit ed. Nbg.*; salutem dicit *ed. Schf.*; S. D. *Hal. Russ.* — [13]) ac *abest a mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.* — [14]) aeternae *addit ed. Schf.* — [15]) principem *addit ed. Schf.* — [16]) quem *ms. Bg., ed. Schf.* — [17]) *ed. Schf.*; omnium vere eccles. *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. et post eum rell.*; omnium eccles. vere *ms. Gt., Ans.*; vere *abest a mss. Pl.* 1. 2., *at* ἀληθῶς *Bas.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., ed. Schf.*; reverendissimi *rell.*; reverendissimae *Char. in marg.*; ἡ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας αἰδώς *Bas.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2., *Ans.*; nihil est enim *rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Ans., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; est *addunt rell.* — [21]) infectis *ed. Schf.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; ei *Cont. et rell.* — [23]) disciplinae *ms. Pl.* 1.

Textus autem epistolae [1]) talis est [2]):

a) Victor Iustinianus, pius, felix, inclytus, triumphator, semper Augustus, Ioanni sanctissimo archiepiscopo almae urbis Romae et patriarchae. — Reddentes honorem apostolicae sedi et vestrae sanctitati, quod semper nobis in voto [3]) fuit [4]) et est, [5]) ut decet patrem, honorantes vestram beatitudinem, omnia, quae ad ecclesiarum statum pertinent, festinamus [6]) ad notitiam deferre vestrae sanctitatis, quoniam semper nobis fuit magnum studium, unitatem vestrae apostolicae sedis et statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire [7]), qui [8]) hactenus obtinet et incommote permanet nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes sacerdotes universi orientalis tractus et subiicere et unire sedi vestrae sanctitatis properavimus. In praesenti ergo quae commota sunt [9]), quamvis manifesta et indubitata sint et secundum apostolicae vestrae sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firme custodita et praedicata [10]), necessarium duximus, ut ad notitiam vestrae sanctitatis perveniant. Nec enim patimur, quidquid [11]) ad ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum et indubitatum sit, quod movetur, ut non etiam vestrae innotescat sanctitati, quia [12]) caput est omnium sanctarum ecclesiarum. Per omnia enim, ut dictum est, properamus honorem et auctoritatem crescere vestrae sedis. §. 1. Manifestum igitur facimus vestrae sanctitati, quod pauci quidam infideles et alieni sanctae Dei catholicae atque apostolicae ecclesiae contradicere indaice atque apostatice [13]) ausi sunt adversus ea, quae ab omnibus sacerdotibus secundum vestram doctrinam recte tenentur et glorificantur atque praedicantur, denegantes dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum filium Dei et Deum [14]) nostrum, incarnatum [15]) de sancto Spiritu et ex sancta atque gloriosissima semper virgine Dei genitrice Maria hominem [16]) factum atque crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis [17]), coadorandum et conglorificandum Patri et Spiritui sancto, consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis eundem [18]) secundum humanitatem, passibilem carne, eundem [19]) ipsum impassibilem deitate. Recusantes enim dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum filium Dei et Deum nostrum [20]), fateri unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis [21]), videntur Nestorii malam sequi [22]) doctrinam, secundum gratiam dicentes [23]) unum filium Dei, et alium Deum verbum [24]), et alium Christum. §. 2. Omnes vero sacerdotes sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae et reverendissimi archimandritae sanctorum monasteriorum, sequentes sanctitatem vestram et custodientes statum et unitatem [25]) sanctarum Dei ecclesiarum, quam habent ab apostolica vestrae sanctitatis sede, nihil penitus immutantes de ecclesiastico statu, qui hactenus obtinuit atque obtinet, uno consensu confitentur et glorificant, praedicantes dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum filium et verbum Dei et Deum nostrum [26]), ante saecula et sine tempore de patre natum, in ultimis diebus descendisse de coelis, et incarnatum de Spiritu sancto et ex sancta atque gloriosa virgine et Dei genitrice Maria natum et hominem factum et crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis, [27]) coadorandum et conglorificandum [28]) Patri et sancto Spiritui. Nec enim alium Deum verbum [29]) et alium Christum cognoscimus, sed unum atque eundem ipsum consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eundem ipsum [30]) impassibilem deitate. Ut enim est in divinitate perfectus, ita idem ipse et in humanitate perfectus est; in una enim substantia deitatem suscipimus et confitemur, quod dicunt Graeci *τὴν καθ' ὑπόστασιν ἑνωσιν* [31]). Et quoniam unigenitus filius et verbum Dei, ante saecula et sine tempore de Patre natus, idem ipse et in ultimis diebus descendens de coelis, incarnatus ex [32]) Spiritu sancto et [33]) sancta atque gloriosa semper virgine et Dei genitrice Maria et [34]) homo factus, dominus noster Iesus Christus proprie et vere Deus est, ideo et sanctam atque gloriosam virginem Mariam proprie et vere Dei matrem esse dicimus, non quia Deus verbum principium ex ipsa sumserit, sed quia in ultimis diebus descendit de coelis, et ex ipsa incarnatus et homo factus et natus est. Quem confitemur et credimus, sicut dictum est, consubstantialem esse Patri secundum deitatem, et [35]) consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem, eiusdem miracula et passiones, quas sponte [36]) carne sustinuit, cognoscentes [37]). §. 3. Suscipimus autem sancta quatuor concilia, id est trecentorum decem et octo sanctorum patrum, qui in Nicaea [38]) congregati sunt, et centum

a) *Cont.* 76. *hic novam legem VIIII. orditur; quae falsa eiusdem legis in duas divisio est etiam in Photii Nomocan.* (*Voëlli bibl. II. p.* 815.).

[1]) imperatoris *addunt Cont.* 66. 76. *Pac. Sp. Bk.*; Iustiniani *adiicit ms. Bg.*; vestrae epistolae *ed. Schf.* — [2]) textus — est *absunt a ms. Gt., edd. Cont.* 71. *Char., Bas.* — [3]) et *addunt Cont.* 66. *et rell.* — [4]) quod semper in vobis notum fuit. *Ans.* [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; et *addunt rell.*; *καθὼς δεῖ sine καὶ Bas.* — [6]) *mss. Pl.* 1. *Gt., Ans., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; *σπεύδομεν Bas.*; festinavimus *rell.* — [7]) custodiri *Ans., ed. Schf.*; *διαφυλάττεσθαι Bas.* — [8]) quae *Hal. Russ. Cont.* 62.; *Bas. habent ὅς, quod se refert ad praecedens θρόνου i. e. sedis.* — [9]) quia haec commoda sunt *Ans.* — [10]) et praedicata *absunt a ms. Pl.* 1. — [11]) *mss. Pl.* 1. *Gt., Ans.*; *ἀνεχόμεθα, τὸ ὅτι — ἀνῆκον Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; *ἐπειδή Bas.*; quae *rell.* — [13]) atque apostatice *absunt a ms. Gt. et a l.* 7. §. 1. *h. t.*; *est etiam lacuna in Bas.*; atque apostolice *Cont.* 76. — [14]) et dominum *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; deum et dominum *Cont.* 66. *et rell.*; *καὶ θεὸν ἡμῶν Bas.*, *et similiter lex gemina* 7. §. 1. *h. t.* — [15]) Iesum — incar *absunt a ms. Pl.* 1. — [16]) incarnatum — hominem *absunt a ms. Bg.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62., *et auctoritas Bas. et l.* 7. §. 1. *cit.*; et *addunt rell.* — [18]) *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Hal. Russ.*; *τὸν αὐτόν Bas.*; eundem *abest a Cont.* 62.; ipsum *addunt Cont.* 66. *et rell.* — [19]) eundemque *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [20]) *ed. Schf*; *θεὸν ἡμῶν Bas., et similiter l.* 7. §. 1. *cit.*; dominum nostrum *rell.* — [21]) Trinitatis — Trinitatis *absunt a ms. Bg.* — [22]) sequentes *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; *δοκοῦσι ἐξακολουθοῦντες Bas.*; sequendo *ms. Pl.* 1. — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., λέγοντες Bas.*; dicentis *rell.* — [24]) *ms. Pl.* 1.; alium Deum verum *ms. Pl.* 2.; *καὶ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον Bas.*; alium dicentes Deum verbum *ms. Bg., edd. Nbg. Schf.*; alium dicentis Dei verbum *edd. Hal. et rell.* — [25]) fidei *addit ms. Bg.* — [26]) *θεὸν ἡμῶν Bas., et similiter l.* 7. §. 2. *cit.*; dominum nostrum *rell.* — [27]) et *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [28]) glorificandum *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [29]) *θεὸν ἀληθινόν Bas., ita ut legendum videatur* Deum verum. — [30]) eundem ipsum *absunt a mss. Pl.* 1. *Gt.* — [31]) *Cont.* 76, *Bas., quae tamen τὴν omittunt, et vestigia literarum graecarum in mss. Pl.* 2. *Bg. Eandem lectionem addito ὁμολογοῦμεν Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac. Sp. Bk.*; Osyam *ms. Pl.* 1. *et similiter ms. Gt., ed. Schf.*; *ὁμοιούσιον ed. Nbg.*; *ὁμοούσιον Hal. Russ.* — [32]) *mss. Pl.* 1 .2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; de *Cont.* 66. *et rell.* — [33]) ex *addunt Cont.* 66. *et post eum rell.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; et *omittunt Hal. et rell.* — [35]) consubstantialem — et *absunt a ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; in *addunt Cont.* 66. *et rell.* — [37]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; *γινώσκοντες Bas.*; agnoscentes *rell.* — [38]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; Nicea urbe *ed. Schf.*; Nicaena urbe *rell.*

tum quinquaginta sanctorum patrum, qui in hac regia urbe convenerunt, et sanctorum patrum, qui in Epheso primo congregati sunt, et sanctorum patrum, qui in Chalcedone convenerunt, sicut vestra apostolica sedes docet atque praedicat. Omnes ergo sacerdotes sequentes doctrinam apostolicae sedis vestrae ita credunt et confitentur et praedicant. §. 4. Unde properavimus hoc ad notitiam deferre vestrae sanctitatis per Hypatium et Demetrium, beatissimos episcopos, ut nec vestram sanctitatem lateat, quae a quibusdam pancis monachis male et iudaice [1]) secundum Nestorii perfidiam denegata sunt. §. 5. Petimus ergo vestrum paternum affectum, ut vestris ad nos destinatis literis [2]) et ad sanctissimum episcopum huius almae urbis et patriarcham, vestrum fratrem, quoniam et ipse per eosdem scripsit ad vestram sanctitatem, festinans in omnibus sedem sequi apostolicam beatitudinis vestrae, manifestum nobis faciatis, quod omnes, qui praedicta recte confitentur, suscipit vestra sanctitas, et eorum, qui iudaice ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam. Plus enim ita et circa vos omnium amor, et vestrae sedis crescit [3]) auctoritas, et quae ad vos est, unitas sanctarum ecclesiarum inturbata servabitur, quando per vos didicerint omnes beatissimi episcopi eorum, quae ad vos relata sunt, sinceram vestrae sanctitatis doctrinam. Petimus autem vestram beatitudinem orare pro nobis, et Dei nobis adquirere providentiam. *Item haec subscriptio* [4]): Divinitas [5]) te servet [6]) per multos annos, sancte ac religiosissime pater [7]).

Liquet igitur, imperator gloriosissime, ut lectionis tenor et legatorum vestrorum relatio patefecit, vos apostolicis eruditionibus studere, cum de religionis catholicae fide [8]) ea sapitis, ea scripsistis [9]), ea populis fidelibus publicastis, quae, sicut diximus, et sedis apostolicae doctrina, et sanctorum patrum veneranda decrevit auctoritas et nos confirmavimus in omnibus. Opportunum est ergo voce proclamare [10]) prophetica: *tibi abundet* [11]) *coelum desuper, et effundant montes iucunditatem, et colles laetitia laetabuntur.* Haec igitur in tabulis cordis fideliter scribere, haec ut pupillas oculorum convenit observare. Neque enim quisquam est, in quo Christi caritas fervet, qui tam rectae, tam verae confessionis vestrae fidei refragator existat, cum evidenter impietatem Nestorii Eutychisque [12]) et omnium haereticorum damnantes, unam veram catholicam fidem domini et Dei nostri, salvatoris Iesu Christi, magisterio institutam, et propheticis apostolicisque praedicationibus ubique diffusam, et sanctorum per totum orbem confessionibus roboratam, patrum atque doctorum sententiis adunatam, et nostrae doctrinae consentaneam inconcusse atque inviolabiliter devota Deo et pia mente servatis. Soli etenim professionibus vestris [13]) adversantur, de quibus divina scriptura loquitur, dicens: *posuerunt mendacium spem suam, et mendacio operiri speraverunt* [14]); et iterum, qui secundum prophetam dicunt domino: *recede a nobis, vias tuas scire nolumus*; propter quod Salomon dicit: *per* [15]) *semitas propriae culturae erraverunt* [16]), *colligunt autem manibus infructuosa.* Haec est igitur vera vestra fides, haec certa religio, hoc beatae recordationis, ut diximus, patres omnes praesulesque Romanae ecclesiae, quos in omnibus sequimur, hoc sedes apostolica praedicavit hactenus et inconvulse [17]) custodivit; huic confessioni, huic fidei quisquis contradictor extiterit, alienum sane [18]) a sancta communione, alienum se ipsum [19]) ab ecclesia indicavit [20]) esse catholica. Nos enim Cyrum cum sequacibus suis in Romana invenimus civitate, qui de Acumitensi [21]) monasterio fuit, quos apostolicis suasionibus ad rectam fidem, et velut oves, quae perierant errantes, ad ovile contendimus revocare dominicum, ut agnoscant secundum prophetam linguae balbutientes loqui, quae ad pacem sunt. Ad non credentes autem per nos primus apostolorum Esaiae prophetae verbum dicit: *pergite* [22]) *in lumine ignis vestri et flammae, quam accendistis* [23]). Sed obduratum est cor eorum, ut scriptum est, ut non intelligerent, et pastoris vocem oves, quae meae non erant, audire minime voluerunt [24]). In quibus observantes ea, quae ab ipsorum sunt statuta pontifice, eos minime in nostra communione recipimus, et ab omni ecclesia catholica esse iussimus alienos, nisi errore damnato doctrinam nostram quantocius sequi, habita regulari professione, signaverint. Aequum quippe est, ut qui nostris minime obedientiam accommodant statutis, ab ecclesiis habeantur extorres. Sed quia gremium suum nunquam redeuntibus claudit ecclesia, obsecro clementiam vestram, ut, si proprio deposito errore et prava intentione depulsa, ad unitatem ecclesiae reverti voluerint, in nostra communione receptis [25]) indignationis vestrae removeatis aculeos, et nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonetis. Deum autem et salvatorem nostrum Iesum Christum exoramus, quatenus longaevis et pacificis vos dignetur custodire temporibus in hac vera religione et unitate et veneratione apostolicae sedis, cuius principatum, ut christianissimi et pii, conservatis in omnibus. Praeterea, serenissime principum, laudamus legatorum vestrorum personas, Hypatii et Demetrii, fratrum et coëpiscoporum nostrorum, quos

---

[1]) indocte *ed. Schf.* — [2]) *ms. Pl.* 2., *ed. Schf. Cont.* 66. *et post eum rell.*; ἰῶν ὑμετέρων πρὸς ἡμᾶς σταλέντων γραμμάτων *Bas.*; vestras ad nos destinetis literas *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2., *Ans.*, *edd. Nbg. Schf. Char. Pac.*; αὐξάνει *Bas.*; crescet *rell.* — [4]) *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Cont.* 62.; *et subscriptio mss. Cas. Pl.* 2.; *item subscriptio edd. Nbg. Hal. Russ.*; *item subscriptio talis fuit edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Ans.*, *ed. Schf.*; Deitas *rell.* — [6]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *Ans.*; conservet *omnes edd.* — [7]) Sequitur residuum epistolae Papae *addit Cont.* 66. *et post eum rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf Hal. Russ. Cont.* 62.; religionis catholicae fidei *ms. Pl.* 2.; religione catholicae fidei *rell.* — [9]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*; ea protulistis *addunt edd. omnes, quod additamentum ex vv. seqq.* ea populis *ortum fuisse docent mss. Pl.* 1., *Gt.*, *Ans.*, *in quibus est* ea protulistis fidelibus publ., *quam sententiam firmat auctoritas Bas.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; exclamare *ms. Bg.*, *Cont.* 66. *et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; τερφθήτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν *Bas.*; iucundetur *ms. Pl.* 2.; iucundetur tibi et abundet *Cont.* 66. *et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *ed. Schf.*; Eutychetisque *rell.*; Εὐτυχοῦς *Bas.* — [13]) nostris *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ταῖς ὑμῶν ὁμολογίαις *Bas.* — [14]) *Hal. et post eum rell.*; *diversissimae lectt. in mss. et edd. princ.*; mendaci operi speraverunt *Ans.* — [15]) per *abest a mss. Pl.* 2. *Gt.*, *Ans.* — [16]) araverunt *ms. Bg.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *Cont.* 62.; inconcusse *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; se ipse *Cont.* 66. *et rell.* — [19]) *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ἑαυτόν *Bas.*; se ipsum *absunt a Cont.* 66. *et post eum rell.*; se ipse *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Ans.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; iudicabit *Cont.* 66. *et rell.*; ἔχρινεν *Bas.* — [21]) *in hoc nomine scribendo multum inter se differunt mss.*; Cumitensi *Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; Acumitensi *Bk.*; ἀκοιμήτων *Bas.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ambulate *Cont.* 66. *et rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; succendistis *Cont.* 66. *et rell.* — [24]) valuerunt *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf.*; me valuerunt *Hal. Russ. Cont.* 62.; verum ἠθέλησαν *Bas.* — [25]) ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κοινωνίᾳ ἀποδεχθῶσι *Bas.*; in nostra communione recepti *mss. Bg. Gt.*, *Ans.*, *ed. Schf.*; in nostram communionem recepti *ms. Pl.* 1.; in vestra communione receptis *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; in vestram communionem receptis *Cont.* 66. *et rell.*

quos clementiae vestrae gratos fore ipsa manifestavit electio. Nam tantae causae pondus non nisi perfectis in Christo potuisset iniungi; tantae [1]) pietatis, tantae reverentiae plenos affatus, nisi per amantes, minime dignaremini destinare. Gratia Domini nostri Iesu Christi, et caritas Dei Patris, et communicatio sancti Spiritus sit semper vobiscum [2]), piissime fili. *Item subscriptio:* Omnipotens Deus regnum vestrum et salutem vestram perpetua protectione custodiat, gloriosissime et clementissime fili, Imperator Auguste. D. Rom. VIII. Kal. Apr. Dn. Iustiniano PP. A. IV. et Paulino V. C. Conss.[3]). [534.] [a])

Tit. II.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS ET DE REBUS ET PRIVILEGIIS EARUM.

1. [b]) Imp. Constantinus A. ad populum. — Habeat unusquisque licentiam, sanctissimo catholico [4]) venerabilique concilio decedens bonorum quod optavit [5]) relinquere, et non sint cassa iudicia [6]). Nihil enim est quod magis hominibus debeatur [7]), quam ut supremae voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stilus, et licitum, quod iterum non redit, arbitrium. PP. V. Non. Iul. Romae, Crispo II. et Constantino II. Caess. Conss.[8]) [321.]

2. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Pancratio P. U. — Nemo apostolorum vel martyrum sedem humandis [9]) corporibus existimet esse concessam. Dat. III. Kal. Aug. Heracleae, Eucherio [10]) et Syagrio Conss. [11]) [381.]

3. [d]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. [12]) Cynegio P. P. [13]). — Nemo martyres distrahat, nemo mercetur. Dat. IV. [14]) Kal. Mart. CP. Honor. N. P. et Evodio Conss. [15]) [386].

4. [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Decio P. U. [16]) — Non plures quam nongenti quinquaginta decani sacrosanctae huius amplissimae urbis deputentur ecclesiae, nullique his addendi, vel mutandi, vel in defuncti locum substituendi pateat copia; nulli alii corporatorum praeter dictum [17]) numerum per patrocinia immunitate concessa, negataque omni novationis [18]) facultate similia vindicandi his, quae in [19]) honorem vel necessaria obsequia sacrosanctae ecclesiae indulta sunt. Dat. VII. [20]) Kalend. Sept. Eudoxiopoli Honorio VIII. et Theodosio Iuniore III. AA. Conss. [21]). [409.]

5. [f]) Iidem AA. Melitio P. P. — Placet, rationabilis consilii [22]) tenore perpenso, districta moderatione praescribere [23]), a quibus specialiter necessitatibus singularum urbium ecclesiae habeantur immunes. Prima quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne praedia usibus coelestium secretorum dedicata sordidorum munerum faece [24]) vexentur. Nil extraordinarium abhinc superindictumve flagitetur, nulla translationum sollicitudo signetur [25]), postremo nihil praeter canonicam illationem, et quam [26]) adventitiae necessitatis sarcina repentina poposcerit, eius functionibus adscribatur. Si quis contra venerit, post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, exilio deportationis perpetuae uratur [27]). Dat. VIII. Kal. Iun. [28]) Rav. Honorio IX. et Theodosio V AA. Conss. [29]) [412.]

6. [g]) Iidem AA. [30]) Philippo P. P. Illyrici. — Omni innovatione cessante, vetustatem et canones pristinos ecclesiasticos, qui usque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici provincias servari praecipimus, ut [31]), si quid dubietatis emerserit, id oporteat non absque scientia viri reverendissimi sacrosanctae legis antistitis [32]) urbis Constantinopolitanae, quae Romae veteris praerogativa laetatur, conventui sacerdotali sanctoque iudicio

---

[a]) *Cont.* 66. *in Praetermissis p.* 4. *huic titulo addit legem* 9., *qua Iustinianus ad patriarcham Ioannem fidei suae professionem conscribit; quam vero, tamquam post Codicem editum compositam, denuo supprimit Cont.* 71. — [b]) *l.* 4. *Th. C. de episc.* (*XVI.* 2.); *Bas. V. l. I.* — [c]) *l.* 6. *Th. C. de sepulcr.* (*IX.* 17.), *quae multo ampliorem exhibet; Bas. V.* 1. 2. — [d]) *l.* 7. *Th. C. de sepulcr.* (*IX.* 17.); *Bas. V. l.* 3. — *Hanc legem quartam et sequentem tertiam faciunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., inscriptionibus tamen non transpositis.* — [e]) *Leunclav.* (*Notat. l.* 51.) *ductus auctoritate Paratitli* (*Voëlli bibl. II. p.* 1251.) *hanc legem geminatam esse censet in l.* 5. *C. de commerc.* (*IV.* 63.). — [f]) *l.* 40. *Th. C. de episc.* (*XVI.* 2.); *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *IV.* 21.; *Decret. Grat. c.* 40. *C.* 16. *q.* 1.; *Bas. V.* 1. 4. *Ex parte legitur in Capitular.* (*ed. Baluz. et Chiniac*) *VI.* 117. 385. — [g]) *l.* 45. *Th. C. de episc.* (*XVI.* 2.); *Bas. V.* 1. 5. *Geminata ex parte est h. l. in l. un. C. de priv. urb. Const.* (*XI.* 20.).

[1]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*; verae *addit ed. Schf.*; vero *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell. Ignorant h. v. Bas., quae caeterum in his vv. plurimum a Cod. recedunt.* — [2]) amen *addunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; amen *post* fili *ponunt Cont.* 66. *et rell.*; *abest ab ed. Schf. et a Bas.* — [3]) *subscr. abest ab Hal. Russ., manca est in Cont.* 62., *plena vero in Cont.* 66. *et rell. Firmat consulum nomina ms. Cas., diem ms. Vat. ex recentiore additamento.* — [4]) catholicae *Theod. C.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Cont.* 62., *Theod. C.*; optaverit *rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Cont.* 62., *Theod. C.*; eius *addunt rell.*, *quod in omnibus mss. deesse testatur Russ.* — [7]) debetur *Theod. C.* — [8]) *Subscr., quae deest in Hal., est in Russ. et rell., aliqua tamen in v.* Caess. *conspicua diversitate. Numerus* V *abest a ms. Cas., quod idem scribit* Constantio. — [9]) *Theod. C. et ms. Charondae*; μηδεὶς — θαπτέτω νεκρόν *Bas.*; humanis *mss. et edd.* — [10]) *ms. Cas., Theod. C., Russ. Bk.*; Euchario *Cont. et rell.* — [11]) *subscr. primum apud Russ., qui scribit* IIII. Kal. *etc. provocans ad Theod. C., qui ex ed. Goth. haud adstipulatur.* — [12]) Iidem aaa *mss. Cas. Vat. Pl.* 2., *Theod. C.*; Id. aa. *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Cont.* 62.; Honorius et Theodosius AA. *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; *nostram lect. habet Bk., et probat Iac. Gothofredus in nota b. ad l. cit.* — [13]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Theod. C., Cont.* 62. *Bk.*; *abest magistratus a rell.* — [14]) *Theod. C., Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*; III. *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.* — [15]) *subscr. abest ab Hal.* — [16]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Etio *ms. Cas.*; Aetio pr. urbis *Cont.* 62.; Niceno P. P. *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell. Probabiliter est idem Decius, ad quem a.* 402. *data est l.* 15. *Th. C. de tiron.* (*VII.* 13.). — [17]) praedictum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Cont.* 62. — [18]) novationi *var. l. gl.* — [19]) ad *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Cont.* 62. — [20]) *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.*; VI. *Cont.* 62. 66. 76.; XII. *ms. Cas.* — [21]) Honor. XXVIIII. et theod. III (*vel* iii) āā. *etc. ms. Cas.*; Dat. — Theod. iuniore VIII. *etc. Cont.* 71. *ex errore probabiliter typogr., quem repetunt Char. Pac. Abest subscr. ab Hal. Russ.* — [22]) concilii *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Ans.* — [23]) perscribere *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Schf.* — [24]) fasce *Theod. C.* — [25]) gignatur *Theod. C.* — [26]) *Cont.* 66. 76.; et praeter quam *ed. Schf.*; quod *Theod. C.*; quam *mss. et edd. rell. male*; *cf. gloss. ad h. l., quam Iac. Gothofr. ad l. cit. sine causa reprehendit.* — [27]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Ans., Theod. C.*; perpetuo uratur *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Schf. Cont.* 62. *et similiter Nbg.*; perpetuo subdatur *rell.* — [28]) *Russ. Cont. Char. Pac. Bk., Theod. C.*; Iul. *Sp.* — [29]) *subscr. abest ab Hal.*; *nostram firmat ms. Cas.* — [30]) et Constantius A. *addendum censet Iac. Gothofr. in nota b. ad l. cit. et Adiniva Grananesius* (*Append. fastor. Almeloveen. p.* 644.), *provocans ad l.* 4. *C. de bon. vac.* (X. 10.). — [31]) tum *Theod. C.*; et *Russ. in nota.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; ecclesiae *addunt Cont.* 66. *et post eum rell.*; sacros. ecclesiae antistitis urbis Const. *ed. Schf.*

indicio reservari. Dat. Prid. Id. Iul. Eustathio et Agricola Conss.[1]) [421.]

7. [a]) Iidem AA. Asclepiodoto P. P. — Ad instructiones itinerum pontinmque etiam divinas domos et venerabiles ecclesias tam laudabili titulo libenter adscribimus, quia non est inter sordida munera numeratum. Dat. XV. Kal. Mart. CP. Asclepiodoto et Mariniano Conss.[2]) [423.]

8. [b]) Imp. Theodosius[3]) A. Isidoro[4]) P. P. Illyrici. — Sacrosancta Thessalonicensis civitatis ecclesia aperte sciat, propriae tantummodo capitationis modum beneficio mei[5]) numinis sublevandum, nec externorum[6]) gravamine tributorum rempublicam ecclesiastici nominis abusione laedendam. Dat. VI. Id. Oct. CP. Victore V. C. Cons.[7]). [424.]

9. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. U. — Qui sub praetextu decanorum seu collegiatorum, cum id munus non impleant, aliis se muneribus conantur subtrahere, eorum fraudibus credimus[8]) obviandum, ne quis sub specie muneris, quod minus exequitur, alterius[9]) oneribus relevetur, ne argentariorum vel numulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodo collegiati vel decani festinant. Ideoque si quis eorum[10]) sub nudae appellationis velamine collegiatum seu decanum se appellat, sciat, pro se alium subrogandum, qui praedicto muneri sufficiens approbetur, subrogatione videlicet[11]) memoratorum vel eorum, qui moriuntur, primatum eius, qui subrogatur, admissa[12]) iudicio; ab hac dispositione nemine se excusante[13]) sacrosanctarum ecclesiarum reverentia. Dat. X. Kal. Apr. Theodosio XVII. et Festo Conss.[14]) [439.]

10. [d]) Iidem AA. Florentio[15]) P. P. — Iubemus, nullam navem ultra duorum millium modiorum capacitatem[16]) ante felicem embolam vel publicarum specierum transvectionem aut privilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut praerogativa personae, publicis utilitatibus subtractam excusari posse; nec si coeleste contra proferatur oraculum, sive adnotatio sit sive divina pragmatica sanctio[17]), providentissimae legis regulas excusare[18]) debebit. Quod etiam in omnibus causis cupimus observari, ut generaliter, si quid huiusmodi contra ius vel utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. Quicquid enim in fraudem istius legis quolibet modo fuerit attentatum, id navigii, quod excusatur, publicatione corrigimus. Dat. VIII.[19]) Id. Apr. CP.[20]) Theodosio A. XVII. et Festo Conss.[21]) [439.]

11. [e]) Iidem AA. ad Taurum P. P. — Neminem ab angariis vel parangariis vel planstris vel quolibet[22]) munere excusari praecipimus, cum ad felicissimam expeditionem nostri numinis omnium provincialium per loca, qua iter arripimus, debeant solita nobis ministeria exhiberi, licet ad sacrosanctas ecclesias possessiones pertineant. Dat. XIII. Kal. Mart. CP. Valentiniano A. V. et Numo[23]) Conss. [445.]

12. [f]) Impp. Valentinianus et Marcianus AA. Palladio P. P. — Privilegia, quae generalibus constitutionibus universis sacrosanctis ecclesiis orthodoxae religionis retro principes praestiterunt, firma et illibata in perpetuum decernimus custodiri. §. 1. Omnes sane pragmaticas sanctiones, quae contra canones ecclesiasticos interventu gratiae vel ambitionis[24]) elicitae sunt, robore suo et firmitate vacuatas cessare praecipimus. §. 2. Et quia humanitatis nostrae est, egenis prospicere ac dare operam, ut pauperibus alimenta non desint, salaria etiam, quae sacrosanctis ecclesiis in diversis speciebus de publico hactenus ministrata sunt, iubemus nunc quoque inconcussa et a nullo prorsus imminuta praestari, liberalitatique[25]) huic promtissimae[26]) perpetuam tribuimus firmitatem. Dat. pridie Id. Novemb. CP. Marciano A. et Adelphio Conss.[27]) [451.]

Nova constitutio Friderici Imperatoris de statutis et consuetudin. contra libertat. eccles. editis[g]). — *Cassa et irrita esse nunciari*[28]) *per totam Italiam praecipit*[29]) *omnia statuta et consuetudines contra libertatem ecclesiae eiusque personas inductas adversus canonicas vel*[30]) *imperiales sanctiones, et ea de capitularibus*[31]) *penitus aboleri mandat nova constitutio, et de cetero similia attentata ipso iure nulla esse decernit; si quid contra fiat, poenae, quae statutae sunt, imminebunt. Sed si per annum huius novellae constitutionis aliqui inventi fuerint contemtores, bona eorum per totum nostrum imperium impune ab omnibus occupentur.*

13. [h]) Iidem AA.[32]) Palladio P. P. — Generali lege sancimus[33]), sive vidua, sive diaconissa, vel virgo Deo dicata, vel sanctimonialis mulier, sive quocunque alio nomine religiosi honoris vel dignitatis foemina nuncupata[34]), testamento[35]) vel codicillo suo, quod tamen

---

[a]) *l.* 6. *Th. C. de itin. mun.* (*XV.* 3.); *Bas. V.* 1. 4. *Ex parte h. l. geminatur in l.* 4. *C. de priv. dom. Aug.* (*XI.* 74.). — [b]) *l.* 33. *Th. C. de annon.* (*XI.* 1.). *Geminatur in l.* 12. *C. de annon.* (*X.* 16.). — [c]) *geminatur in l. un. C. de collegiat.* (*XI.* 17.). — [d]) *Nov. Theod. IX. Geminata legitur in l.* 2. *C. de nav. non exc.* (*XI.* 3.) *Ms. Pl.* 2. *huic legi legem* 11. *anteponit.* — [e]) *Bas. V.* 1. 4. *et* 6. *Geminatur h. l. in l.* 2. *C. de quib. mun.* (*X.* 48.), *ex qua excerpta est l.* 21. *C. de cursu publ.* (*XII.* 51.). — [f]) *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *IV.* 55.; *et principium legis et* §. 1. *geminatum ibid. VII. extr.* — [g]) *addi solet h. const. collationi Nov. X.* (*orig. const.*). *Abest auth. a Cont.* 62. — [h]) *Nov. Marc. LXXXV., ex cuius fine desumta h. l.*

[1]) *Russ. et rell.*; *subscr. abest ab Hal.* — [2]) *Russ. et rell.*; *abest subscr. ab Hal.* — [3]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *Russ. Cont.* 62., *Bk. Theod. C.*; Carus *ed. Nbg. Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [4]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; Praesidoro *ed. Nbg. Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Bg.*, *Cont.* 62., *Theod. C.*; nostri *rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Cont.* 62., *Theod. C.*; extraneorum *rell.* — [7]) *Russ. et rell.*; *abest subscr. ab Hal.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; esse *addunt rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Cont.* 62.; muneris *addunt rell.* — [10]) per fraudem *addit ed. Schf.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; loco *addunt rell.* — [12]) *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp. Bk.*; admisso *mss. et edd. rell.* — [13]) neminem excusante *Hal.* — [14]) *Cont.* 66. *et post eum rell.*; Dat. Valentiniano A. V. et Anatolio Conss. *Cont.* 62.; *subscr. abest ab Hal. Russ.* — [15]) *magna in hoc nomine scribendo est diversitas* Florentino, Florencio, Florenti; *nostram lect. optimis auctoritatibus munitam semper servabimus.* — [16]) *Cont.* 76., *Nov. Theod.*; capacem *mss. et edd. rell.* — [17]) sanctio *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Nov. Theod.* — [18]) expugnare *ms. Pl.* 2.; obpugnare *Nov. Theod.*; expurgare *var. l. gl.* — [19]) *ms. Cas.*; VII. *Nov. Theod.*, *Bk.*; IX. *Cuiacius edit in l.* 2. *C.* (*XI.* 3.). — [20]) *diem et locum ex Nov. Theod. primum supplevit Bk.* — [21]) *omnis subscr. abest ab Hal. Russ.* — [22]) alio *addit ed. Schf.* — [23]) Anatolio *Cont. Char. Pac. Sp.*; Nonio *ex l.* 2. *C.* (*X.* 48.) *Bk.*; Nemo *ms. Cas. At* Numo *scribendum esse vel* Nomo *apparet ex Nov. Valent. LVIII. LIX. LX. LXI. LXIII.* — [24]) et ambitione *Ans. loco secundo.* — [25]) libertatique *ed. Schf.* — [26]) promtissime *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [27]) *subscr. abest ab Hal. Russ.*; Dat. Aëtio et Studio conss. *Cont. et post eum rell. Plenior et emendata subscr. restituta ex. ms. Cas.*, *quod habet:* Dat. pridie id. noveb. CP. Marc. a conss. *Consul Adelphius ob siglum* Conss. *addendus esse videbatur.* — [28]) *ed. Schf.*, *orig. const.*; *denunciari edd. rell.* — [29]) *ed. Nbg.*; *praecipimus edd. Schf. Cont. Char. Pac. Sp. Bk.*; *praecepimus Hal. Russ.* — [30]) *edd. Nbg. Hal. Russ.*, *orig. const.*; *et edd. Schf. et rell.* — [31]) *suis addit ed. Schf.* — [32]) Imp. Martianus A. *Nov. Marc.* — [33]) ut *addit Nov. Marc.* — [34]) nuncupetur *Nov. Marc.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62., *Nov. Marc.*; vel testimonio *ed. Nbg.*; vel testamento *rell.*

men alia omni iuris ratione munitum sit, ecclesiae vel martyrio, vel clero [1]), vel monacho [2]), vel pauperibus aliquid vel ex integro, vel ex parte in quacunque re vel specie credidit [3]) relinquendum, id modis omnibus ratum firmumque consistat, sive hoc institutione, sive substitutione, seu legato, aut fideicommisso per universitatem seu speciali [4]), sive scripta sive non scripta voluntate fuit derelictum; omni in posterum in huiusmodi [5]) negotiis ambiguitate submota. Dat. X. Kalend. Maii CP. Valentiniano VIII. [6]) et Anthemio Conss. [7]) [455.]

Authent. de sanctissimis episc. §. Illud quoque. (Nov. 5. c. 5.) — *Ingressi monasteria ipso ingressu se suaque dedicant Deo; nec ergo de his testantur, utpote nec domini rerum.*

Authent. de sanctissimis episc. §. Si qua. (Nov. 123. cap. 38.) — *Si qua mulier aut vir, liberis non extantibus, monasticam vitam elegerit et monasterium intraverit, monasterio, quod intravit, res eius competere iubemus. Sed si persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret, liceat ei postea inter eos dividere, legitima nulli deminuta; et quod eis non dederit, monasterio competet. Sed si omnem substantiam inter eos filios dividere voluerit, sua persona filiis connumerata, partem sibi retineat, quae monasterio competere debet. Sed si post ingressum monasterii moriatur, antequam inter eos dividat, filii legitimam percipient, reliqua substantia monasterio competente.*

14. [a]) Impp. Leo et Anthemius AA. Armasio [8]) P. P. — Iubemus, nulli posthac [9]) archiepiscopo in hac urbe regia sacrosanctae [10]) ecclesiae praesidenti, nulli oeconomo, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur, esse facultatem, fundos vel praedia [11]) urbana sive rustica, res postremo immobiles, aut in his praediis colonos vel mancipia constituta, aut annonas civiles, cuiuscunque suprema vel superstitis voluntate ad religiosam ecclesiam [12]) devolutas, sub cuiuscunque alienationis specie ad quamcunque transferre personam, sed ea [13]) praedia dividere quidem, colere, augere et ampliare, nec ulli iisdem praediis audere cedere. Verum sive testamento quocunque iure facto, seu codicillo, vel sola nuncupatione, legato, vel [14]) fideicommisso, aut mortis causa donatione, aut alio quocunque ultimo arbitrio, aut certe inter viventes habita largitate, sive contractu venditionis, sive donationis, aut alio quocunque titulo quisquam [15]) ad praefatam venerabilem ecclesiam patrimonium suum partemve certam patrimonii in fundis, praediis sive domibus, vel annonis, mancipiis et colonis, eorumque peculiis voluerit pertinere, inconcussa ea omnia sine ulla penitus immutatione [16]) conservent [17]), scientes, nulla sibi occasione vel tempore, ad vicissitudinem beneficii colorati [18]) aut gratiae referendae, donandi, vel certe [19]) volentibus emere alienandi aliquam facultatem permissam, nec si omnes cum religioso episcopo et oeconomo clerici in earum possessionum alienationem [20]) consentiant. Ea enim, quae ad beatissimae ecclesiae iura pertinent vel posthac forte pervenerint, tanquam ipsam sacrosanctam et religiosam ecclesiam [21]), intacta convenit venerabiliter custodiri, ut, sicut ipsa religionis et fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium ingiter servetur illaesum. §. 1. Sane, si haec nostrae perennitatis statuta audaci spiritu et mente sacrilega quisquam oeconomorum vel hominum temeranda crediderit, ipse quidem [22]), qui protervo ausu ecclesiastica praedia donationis, vel emtionis, seu commutationis [23]), vel cuiuscunque contractus alterius nomine, nisi eo modo, quo nunc statuimus, acquirere vel habere [24]) tentarit, omnem huiusmodi fructum propriae temeritatis amittat, et pretia quidem et munera, quae eius rei [25]) gratia data fuerint oeconomo sive aliis quibuscunque personis, ecclesiae lucris et commodis acquirantur. Praedia autem et in his omnia [26]) constituta, ab ipsis clericis et temporalibus oeconomis cum fructibus seu pensionibus vel accessionibus [27]) totius medii temporis vindicentur, ut tanquam penitus a nullo emta vel vendita teneantur, quia ea, quae contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt. §. 2. Oeconomus autem, qui hoc fecerit, imo fieri passus fuerit, vel in quacunque prorsus huiusmodi venditione, seu donatione, vel commutatione, nisi ea, quam [28]) praesente lege concedimus, postremo in quacunque alienatione consenserit, commissa sibi oeconomatus [29]) administratione privetur, deque eius bonis, quodcunque exinde incommodum ecclesiae contigerit, reformetur, heredesque eius et successores ac posteri super hoc facto sive consensu competenti ab ecclesiasticis [30]) actione pulsentur; §. 3. his tabellionibus, qui huiusmodi contractuum vetitorum ausi fuerint instrumenta conscribere, irrevocabilis exilii animadversione plectendis; §. 4. his quoque iudicibus, vel ius gestorum habentibus, qui huiusmodi donationum vel contractuum [31]) gesta confecerint, dignitatis propriae et bonorum omnium spoliatione damnandis. §. 5. Sane ne omnis religiosis oeconomis commodae provisionis via et occasio venerandis ecclesiis profutura videatur exclusa, id, quod utile plerumque iudicatur, sub [32]) cautelae observatione necessario procedere concedimus. Si quando igitur vir religiosus oeconomus huius regiae urbis ecclesiae prospexerit [33]) expedire, ut desideranti cuiquam

---

[a]) *Ex parte h. l. recepta in Decret. Grat.* (*Decr.*) *c.* 2. 8. *C.* 10. *q.* 2., *qui locus etiam maximam partem authentt. huic legi additarum continet.*

[1]) clerico *ms. Pl.* 2., *Nov. Marc.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Nov. Marc.*; monachis *ed. Schf.*; monachio *rell.* — [3]) *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *Nov. Marc.*; crediderit *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp. Bk.*; credidit seu crediderit *mss. Pl.* 1. *Bg., et similiter mss. Gt. Pl.* 2. *ed. Schf.* — [4]) vel specialiter *Nov. Marc.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Nov. Marc.*; huiuscemodi *rell.* — [6]) *ms. Cas., Sp. Bk.*; Valentiniano VIII. et *absunt a rell., etiam a Nov. Marc.* — [7]) *subscr. abest ab Hal.* — [8]) Harmatio *scribendum censet Leunclav.* (*Notat. I.* 6.). — [9]) post hanc *ed. Nbg., var. l. gl.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; orthodoxae *addunt rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; sive *addunt rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Bg., ed. Schf.*; religiosas ecclesias *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. et rell. Contius vero, quod habet in textu, improbat in marg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; etiam *addunt rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; seu *edd. omnes.* — [15]) quisque *Hal. Russ. Cont.* 62. — [16]) imminutione *ms. Bg.*; diminucione *ed. Schf.* — [17]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Schf. Russ. Cont.* 62.; conserventur *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; collocati *edd. rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; hominibus *addunt edd. rell.* — [20]) alienatione *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Cont. Char. Pac. Sp. Bk. Decr.*; sacros. eccles. et religiosam *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg. et similiter Schf.*; sacros. eccl. et religiosa *Hal. Russ.* — [22]) quidem *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; titulo *addunt rell.* — [24]) vel habere *absunt a mss. Pl.* 2. *Bg.* — [25]) rei *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Bk.* omnibus *Char. Pac. Sp.* — [27]) *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et postea rell.*; et accessionibus *edd. Schf. Cont.* 62.; *sed absunt h. vv. a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [28]) *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Bk.*; quae *rell., improbante tamen Contio in nota quod recepit in text.* — [29]) sibi oeconomatus *absunt a ms. Pl.* 1. — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; personis *addunt rell.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; vetitorum *addunt Cont.* 66. *et rell.* — [32]) sub *abest a mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; perspexerit *Cont.* 66. *et rell.*

cuiquam certarum [1]) possessionum atque praediorum, urbanorum scilicet sive rusticorum, ad ius ecclesiasticum pertinentium, temporalis ususfructus possessio pro ipsius petitione praestetur; tunc eius temporis, quod inter utrosque convenerit, sive in diem vitae suae ab eo [2]), qui desiderat, postuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat oeconomus atque conscribat, per quae et tempus, intra quod hoc praestari placuerit, statuatur et manifestum sit, quod quisque acceperit ad [3]) invicem huiusmodi beneficii gratia, praestando quidem ecclesiastici praedii pro tempore usumfructum [4]), post statutum autem tempus et placitum temporum [5]) redituum [6]) proprietate ad dominium et ius ecclesiasticum recurrente firmiter, ita scilicet ut, sive completo spatio, quod fuerit inter eos constitutum, sive mortis suae tempore, si hoc quoque convenerit, is qui possessionem ecclesiasticam et certorum [7]) redituum usumfructum habendi gratia interveniente pacto susceperit, non minus quam alterius tantae quantitatis, quantae [8]) acceperat [9]) reditus, cum ipsorum [10]) praediorum dominio et rebus immobilibus, eorumque colonis et mancipiis, ecclesiae derelinquat. Nisi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non valere; sed possessionem ecclesiasticam, tanquam nullo iure transcriptam, in iure ipsius atque dominio permanere, et ab ecclesiasticis sive [11]) oeconomis decernimus [12]) vindicari. Dat. CP. Iordane et Severo Conss. [13]) [470.]

Authent. de non alienandis aut permutandis. §. Nos igitur. (Nov. 7. c. 1.) et authent. de alienat. et emphyt. §. Hoc etiam super ipsis. et §. Hoc vero iubemus. (Nov. 120. c. 6. et 7.) — *Hoc ius porrectum est ad omnem venerabilem locum omneque collegium, quod actio pia constituit, ut nec res eorum pignorentur, et* [14]) *perpetuo servetur in his rebus immobilibus, quae ab imperiali domo praedictis locis applicantur. In ceteris eatenus excipitur, si debitum urget. Quod si* [15]) *ex mobilibus solvi non possit, primo res immobiles specialiter dentur* [16]) *pignori, quarum* [17]) *fructus creditor sibi reputet tam in sortem quam in usuras usque ad quartam centesimae. Quod si nolit creditor ita accipere* [18]), *tunc ordinator domus apud eum, a quo ordinatur, habitis absque dispendio gestis, iuret, maiore parte ibidem servientium consentiente, et debitum existere, nec ex mobilibus solvi posse; quo subsecuto, per viginti dies rem ecclesiae venalem esse publice notum sit, ut plus offerenti detur, pretio modis omnibus pro debito dando. Aliter enim res emtori non conceditur; et hoc inscribatur, nihil esse factum in ea re ad damnum divinae domus. Emtore vero non invento, res aestimata districte creditori detur in solutum, addita in pretio universae aestimationis decima parte, et accedente consensu ordinatoris et maioris partis ibidem servientium. Sit tamen ea* [19]) *res mediocris inter ceteras, inspecta ipsius qualitate et quantitate et onere. Et is creditor hic* [20]) *intelligatur, qui quod credidit probat in utilitatem divinae domus processisse.*

Authent. de non alienandis aut permutandis. §. Sicut autem. (Nov. 7. cap. 12.) — *Sicut alienatio rerum ecclesiae interdicitur, ita prohibetur, ne qua sterilis ei detur possessio, aut alioqui* [21]) *onerosa, velut* [22]) *fiscalium nomine vel onere* [23]).

Authent. de non alienandis aut permutandis. §. Quia vero cognovimus. (Nov 7. c. 11.) et authent. de alienat. et emphyt. §. Et quoniam. (Nov. 120. c. 7.) — *Multo magis prohibetur ipsius monasterii alienatio, qua redeat in antiquum statum et secularem usum.*

Authent. de alienat. et emphyt. §. Oeconomis. (Nov. 120. c. 5.) — *Quibuscunque modis hoc ius* [24]) *aliis permittitur, interdicitur certis personis res huiusmodi accipere, ut oeconomo eiusque cognatis* [25]). *Alioqui bona eorum et oeconomorum et ordinatorum, quibus coniuncti sunt, post mortem eorum* [26]) *pervenient ad ecclesiam, de qua rem accipiunt.*

Authent. de non alienandis aut permutandis. §. Quia vero Leonis. (Nov. 7. c. 5.) et authent. de alienat. et emphyt. §. Si vero praeter haec. (Nov. 120. c. 11.) — *Qui res iam dictas non gratuito alienationis titulo citra formam legis accepit, rem quidem cum omni incremento medii temporis restituat; eius autem quod dedit, nullam actionem contra venerabilem locum, sed adversus eum, qui alienavit, habet Donatarius autem et rem cum omni causa* [27]) *et fructum* [28]) *restituat, et aliud tantundem. Creditor quoque, restituta re pignorata, crediti actionem contra solum pignoris* [29]) *datorem* [30]) *habeat. Emphyteusis acceptor et ab ea cadat, nec quod dedit repetat, imo statim solvat, quod solutorus esset unaquoque anno* [31]), *si iure contraxisset. Sed melius dicitur, omnimodo denegandas esse actiones huiusmodi acceptori.*

Authent. de alienat. et emphyt. §. Si vero quaedam sunt. (Nov. 120. c. 1.) — *Si quas ruinas habent memoratae divinae domus, quas reaedificare non valent, et hae in emphyteusin dentur perpetuam, emphyteuta usuro materia habitationis* [32]) *depositae domus* [33]), *ut pensio deminuatur, in tertiam partem ab ea, quae stantibus adhuc habitationibus* [34]) *colligebatur, aut, primitus* [35]) *eo reaedificante, ex adiectis illi per aestimationem pensionibus medietas detur religiosae domui; nam priore casu ab initio emphyteusis praestanda est pensio.*

Authent. de non alienandis aut permutandis. §. Quia vero Leonis. (Nov. 7. c. 3.) et authent. de alienat. et emphyt. §. Licentiam. (Nov. 120. c. 6.) — *Perpetua quoque emphyteusis in his permittitur rebus, si res in eorum geratur praesentia, quibus hoc assignatur lege, iurantibus his, quorum interest, ex eo contractu nihil ad laesionem divinae domus effici, solito reditu ipsius rei, qui fuit quum divino iuri dedicaretur, non minuendo, nisi in sextam partem, aut,*

---

[1]) terrarum *ed. Schf.* — [2]) sive in diem sive vitae suae ab eo *ms. Bg.*, *sed alterum* sive *linea subducta notatum;* sive in d. v. s. sive ab eo *ed. Schf.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ab *rell.* — [4]) ususfructus *mss. Pl.* 1. 2.; usufructu *mss. Bg. Gt.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ipsorum *Cont.* 66. *et rell.* — [6]) redituum *abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. — [7]) cunctorum *ms. Pl.* 2. — [8]) quantam *Hal. Russ. Bk.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; acceperit *Cont.* 66. *et rell.* — [10]) ipso *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [11]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; sive *abest a ms. Pl.* 2., *Cont.* 66. *et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; decernimus *abest a Cont.* 66. *et rell.* — [13]) *subscr. abest ab Hal. Russ.*; *mancam nostram subscr. primus exhibuit Cont.* 62., *quem rell. sequuntur.* — [14]) *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *Et hoc Cont. et rell.* — [15]) *si abest ab edd. Nbg. Hal. Russ.*, *commate posito post urget, et puncto post posit; cui lectioni adstipulatur verborum ordo in Nov.* 120. *c.* 6. — [16]) *res immobilis — detur ed. Schf.* — [17]) *cuius edd. Nbg. Schf.* — [18]) *creditor ita accipere absunt ab ed. Schf.* — [19]) *ea abest ab edd. Nbg. Hal. Russ.* — [20]) *hic abest ab ed. Schf.* — [21]) *alias edd. Nbg. Schf.* — [22]) *vel Hal. Russ.* — [23]) *vel onere abest ab edd. Nbg. Schf.* — [24]) *ius abest ab ed. Schf.* — [25]) *et agnatis et affinibus addit ed. Schf.* — [26]) *eorum abest ab ed. Schf.* — [27]) *fructu ed. Schf.* — [28]) *et fructum absunt ab edd. Nbg. Schf.* — [29]) *vel tutorem vel addit ed. Schf.* — [30]) *contra — datorem absunt ab ed. Nbg.*, *quae loco eorum vv. legit non.* — [31]) *uno quoque anno absunt ab ed. Schf.* — [32]) *habitationis abest ab ed. Schf.* — [33]) *domus abest ab ed. Nbg.* — [34]) *edd. Nbg. Schf.*, *quarum lectionem suadet versio vulg. Nov.* 120. *c.* 1.; *aedificiis Hal. et rell.* — [35]) *prius edd. Nbg. Schf. Hal. Russ*

aut, si ob cladem diminuta fuerit, tunc pro[1]) *constante nunc pensione in emphyteusin detur. Quod si res pretiosa quidem est, parum tamen aut nihil praestat pensionum, res subtiliter aestimanda est, ut ex hac pensio iusta constituatur*[2]). *Ea tamen sola dentur in emphyteusin, quae ad hoc congrua videntur oeconomo et aliis gubernatoribus.*

Authent. de non alienandis aut permutandis §. Sinimus igitur. (Nov. 7. c. 2.) — *Sed et permutare principi licet pro re maiore*[3]) *vel aequali, si respublica hoc exposcit, et pragmatica forma super hoc praecedente.*

Authent. Constitutionem quae ex adscriptitio. §. Quia igitur. (Nov. 54. c. 2.) — *Item sibi invicem recte permutant cum utriusque indemnitate, eorum scilicet consensu interveniente*[4]), *qui supra referuntur.*

Authent. de alienat. et emphyt. § Si vero quis de praedictis. (Nov. 120. c. 7.) — *Item praedium propter onus fiscale inutile alienatur, gestis, ut supra, conficiendis et*[5]) *eodem iuramento praestito, id est, quod alia de causa non alienatur, nisi ut immunitas eiusdem venerandae domus servetur.*

Authent. de alienat. et emphyt. §. Si vero quis aut locator. (Nov. 120. c. 8.) et authent. de non alienandis aut permutandis. §. Scire. (Nov. 7. c. 3.) — *Qui rem huiusmodi conductam vel in emphyteusin acceptam fecerit deteriorem, aut emphyteuticum*[6]) *canonem per biennium non solverit, hac lege repelli potest, ut tamen solvat totius temporis pensionem, et id, in quo rem laesit, resarciat, non*[7]) *repetiturus, si quid impendit nomine meliorationis.*

Authent. de alienat. et emphyt. §. Si vero aliquis voluerit. (Nov. 120. c. 2.) — *Haec usus praestatio locum habet in omni domo religiosa, quo finito, res utraque pleno iure perveniat in domum iam dictam. Nec tributis quidem gravata maioribus sit ea res, quae datur invicem, et eiusdem reditus sit.*

15. [a]) **A.** *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Αὐτοκράτωρ Ζήνων. — *Ἐάν τις δωρήσηταί τι*[8]) *πρᾶγμα κινητὸν ἢ ἀκίνητον*[9]) *ἢ αὐτοκίνητον, ἢ δίκαιον εἰς πρόσωπον μάρτυρος ἢ προφήτου ἢ ἀγγέλου, ὡς αὐτῷ μέλλων εὐκτήριον οἶκον*[10]) *οἰκοδομῆσαι*[11]), *καὶ τὴν δωρεὰν ἐμφανίσει*[12]), *ἐφ' ὧν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀναγκάζεται τὸ ἔργον, κἂν μὴ ἀρχθῇ*[13]), *πληροῦν*[14]) *μετὰ κληρονόμων*[15]), *καὶ πληρωθέντι*[16]) *δοῦναι τὰ τῆς δωρεᾶς· τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ ξενοδοχείων καὶ νοσοκομείων καὶ πτωχείων, ἀδείας οὔσης τοῖς ἐπισκόποις καὶ οἰκονόμοις ἐνάγειν αὐτούς*[17]). *Τούτων δὲ πληρουμένων, ἡ διοίκησις κατὰ τὰ δόξαντα τοῖς φιλοτιμησαμένοις, καὶ τοὺς ἐπιτεθέντας ὅρους, γίνεται.*

B. *Epitome eiusd. ex Bas.*

Ὁ συστησάμενος δωρεασικὸν ἐπὶ τῷ εὐκτήριον οἶκον κτισθῆναι ἢ ξενῶνα ἢ νοσοκομεῖον, ἀπαιτείσθω καὶ αὐτὸς καὶ οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ παρὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ οἰκονόμων τὰ ὑποσχεθέντα διοικούμενα μέντοι κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ.

15. *Imp. Zeno.* — *Si quis donaverit aliquam rem mobilem vel immobilem vel se moventem, aut ius aliquod in honorem martyris aut prophetae aut angeli, tanquam ipsi postea oratorium aedificaturus, et donationem insinuaverit, apud quos necesse est, cogitur opus, quamvis nondum inchoatum fuerit, perficere per se vel per heredes, et perfecto operi dare ea, quae donatione continentur. Idem et in xenodochiis et nosocomiis et ptochiis obtinet, liceatque episcopis et oeconomis convenire ipsos. His vero adimpletis, administratio secundum ea, quae his, qui liberalitatem exercuerunt, visa sunt, et secundum praescriptos fines fiat.*

Qui instrumentum donationis confecit ad aedificandum oratorium vel xenodochium vel nosocomium, conveniatur tam ipse, quam heredes eius ab episcopis et oeconomis de promissis secundum sententiam ipsius administrandis.

16. Idem A.[18]) Sebastiano P. P. — Decernimus, ut antiquatis ac infirmatis funditus[19]), quae contra ipsum orthodoxae religionis Deum quodam modo facta sunt, in integrum restituantur universa et ad suum ordinem revocentur, quae ante profectionem[20]) nostrae mansuetudinis de orthodoxae religionis fide et sanctissimarum ecclesiarum et martyriorum statu firmiter obtinebant; his, quae contra haec tempore tyrannidis innovata sunt tam contra venerabiles ecclesias, quarum sacerdotium gerit beatissimus ac religiosissimus episcopus patriarcha nostrae pietatis pater Acacius, quam contra[21]) ceteras, quae per diversas provincias collocatae sunt, nec non et reverendissimos earum antistites, seu de iure sacerdotalium creationum, seu de expulsione cuiusquam episcopi a quolibet illis[22]) temporibus facta, seu de praerogativa in episcoporum concilio vel extra concilium ante alios residendi, vel de privilegio metropolitano vel patriarchico sub iisdem impiis temporibus, penitus antiquandis, ut cassatis[23]) et rescissis, quae per huiusmodi scelerates iussiones aut pragmaticas sanctiones aut constitutiones impias sive formas subsecuta sunt, quae a[24]) divae recordationis retro principibus ante nostrum imperium, et deinceps a nostra mansuetudine indulta vel constituta sunt super sanctis eccle-

---

[a]) *Genuina l. non exstat. Epitomae leguntur in* 1. *Coll. constit. eccles. I.* 2. 15. (*Voëlli bibl. II. p.* 1245), *quam recepit Photius in Nomoc. II.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 863); 2. *Bas. V.* 1. 7.; 3. *Paratitlis ad I.* 3. *et ad I.* 4. (*Voëlli bibl. II. p.* 1265. *et* 1281.). *Text* 1. *primum editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 21.) *receptus a Cont.* 71. 76. *et rell. Text.* 2., *epitome brevior, adiectus est a Cont.* 76. *Char., Sp. in nota, Bk. Text.* 3. (*Parat. ad I.* 3.), *etiam breviorem epit. continens, simul editus ab August. l. l. Nos exhibemus textum* 1. *secundum August., et textum* 2.; *variae lectt. in illo sunt repetitae ex notis August.* (*Aug. i. n.*) *et ex collatione textus* 1. *cum Photio* (*Nomoc.*). — *Ms. Vat. habet constitutio gca.*

[1]) *pro abest ab edd. Nbg. Hal. Russ.* — [2]) *restituatur ed. Schf.* — [3]) *edd. Nbg. Schf., quarum lectionem commendat Nov.* 7. *c.* 2.; *quae tantum habet πράγματος ἴσου ἢ καὶ πλείονος; meliore addunt Hal. et rell.* — [4]) *interveniente abest ab edd. Nbg. Schf.* — [5]) *edd. Nbg. Schf.; et abest ab Hal. et rell.* — [6]) *emphyteuticum abest ab edd. Nbg. Schf.* — [7]) *non abest ab ed. Nbg., contra tenorem Nov.* 7. *c.* 3. — [8]) *τί abest a Nomoc.; τό Aug. i. n.* — [9]) *ἢ ἀκίνητον abest ab aliis, teste Aug. i. n.* — [10]) *οἶκον omittunt Nomoc. et alii, teste Aug. i. n.* — [11]) *οἰκοδομεῖν Nomoc. Aug. i. n.* — [12]) *ἐμφανίσῃ Nomoc. Aug. i. n.* — [13]) *ἤρχθη Nomoc.* — [14]) *πληρῶσαι Nomoc.* — [15]) *κληρονόμων Nomoc.* — [16]) *πληρωθέντος Nomoc.* — [17]) *αὐτοῖς Aug. i. n.* — [18]) *Bk.*; Iidem AA. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. Char. Pac., quae falsa lectio inde derivanda, quod, omissa lege* 15, *verba* Idem A. *ad duos imperatores, in inscript. legis* 14. *nominatos, referenda esse viderentur; quem errorem probat lectio Sp.:* Impp. Leo et Anthemius AA. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; iis *addunt Hal. Russ.*; his *Cont.* 66. *et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; perfectionem *ms. Pl.* 2.; professionem *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [21]) contra *abest a mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; his *Cont.* 66. *et rell.* — [23]) quassatis *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [24]) autem *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Nbg.*

ciis et martyriis, et religiosis episcopis, et clericis aut monachis, inviolata serventur. Sacrosanctam quoque huius religiosissimae civitatis ecclesiam, [1]) matrem nostrae pietatis et Christianorum orthodoxae religionis omnium, et eiusdem regiae urbis sanctissimam sedem, privilegia et honores omnes super episcoporum creationibus et iure ante alios residendi [2]), et cetera omnia, quae ante nostrum imperium vel nobis imperantibus habuisse dignoscitur, habere in perpetuum firmiter regiae urbis intuitu iudicamus et sancimus. Dat. XVI. Kalend. Ian. Armato V. C. Cons. [3]) [476.]

17. [a]) *Epitomegraece. const. ex coll. const. eccl.*

Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος. — Τὰ προνόμια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῶν ὑπ αὐτῆς διοικουμένων καὶ χορηγουμένων εὐαγῶν οἴκων φυλαττέσθωσαν. §. 1. *Αἱ δὲ ἄλλαι ἐκκλησίαι καὶ* [4]) *μοναστήρια καὶ πτωχεῖα καὶ ξενοδοχεῖα καὶ ὀρφανοτροφεῖα τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ τῆς περιοικίδος αὐτῆς, καὶ τὰ ὑπὸ τὴν χειροτονίαν τοῦ ἐπισκόπου* [5]) *αὐτῆς* [6]) *ἢ* [7]) *τῶν παρ αὐτοῦ χειροτονουμένων μητροπολιτῶν καὶ τῶν ἐξ ἐκείνων χειροτονουμένων, ἀκίνητον ἢ πολιτικὴν σίτησιν οὐκ ἐκποιῶσιν* [8]), *εἰ μὴ ἐπωφελὴς εἴη* [9]) *πράσις ἢ ὑποθήκη ἢ ἀνταλλαγὴ ἢ διηνεκὴς ἐμφύτευσις, τουτέστιν, ὅτε τὸ τίμημα τοῦ πιπρασκομένου ἢ τὸ δανεισθὲν ἐπὶ ὑποθήκῃ μέλλοι προχωρεῖν εἰς ἐκλυτρωσιν* [10]) *χρέους ἐκ διαδοχῆς, ἢ χρείας ἑτέρας ἀναγκαίας ἐπικειμένας τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἢ ἐφ' ᾧ τῶ ἕτερον ἀναγκαιότερον ἐκείσασθαι* [11]) *πράγμα, ἢ εἰς κατεπείγουσαν τοῦ εὐαγοῦς οἴκου ἀνάγκωσιν Καὶ* [12]) *ἀνταλλαγὴν ποιοῦσιν ἐπὶ ἀναγκαιοτέρῳ πράγματι, καὶ πρόσοδον οὐκ ἐλάττονα τοῦ διδομένου ἔχοντι, καὶ ἐμφυτεύσεις μὴ μειουμένης τῆς προσόδου, ἢ παντελῶς ἄπορου ὄντος* [13]) *τοῦ πράγματος· τὰ γὰρ διὰ τὴν ἀπορίαν ἐπιζήμια δωρεῖσθαι καὶ ἐγχωρεῖν δύναται* [14]). §. 2. *Τὸ δὲ γινόμενον οὐκ ἄλλως ἰσχύει, εἰ μὴ μία τῶν εἰρημένων αἰτιῶν ἐν ὑπομνήμασι φανερωθῇ, ἐν μὲν Βυζαντίῳ παρὰ τῷ μαγιστροκήνσῳ* [15]), *ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς ἐκδίκοις, προκειμένων τῶν ἁγίων γραφῶν, καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν παρόντων τῶν οἰκονόμων καὶ τῶν ἐνδημούντων κληρικῶν· ἐπὶ δὲ τῶν μοναστηρίων δεῖ παρεῖναι τοὺς ἡγουμένους καὶ τοὺς ἄλλους μοναχούς, ἐπὶ δὲ τῶν πτωχείων, τοῦ διοικητοῦ καὶ τῶν ὑπουργούντων καὶ τῶν πτωχῶν* [16]), *ἐπὶ δὲ τῶν ξενόνων, τοῦ διοικητοῦ καὶ τῶν εὑρισκομένων πάντων ὑπουργῶν* [17]) *τῆς διοικήσεως, καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ὀρφανοτροφείων, ὥστε κρατεῖν τὸ τοῖς πλείοσιν ἀρέσκον· συναινοῦντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῶν τόπων, ἐν οἷς τοῦτο σύνηθές ἐστι γίνεσθαι, καὶ* [18]) *μὴ δυναμένου τοῦ μαγιστροκήνσου ἢ τοῦ ἐκδίκου παραιτεῖσθαι καταλαμβάνειν τὸν σεβάσμιον οἶκον, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη συνίσταται πράξις ἀζημίως* [19]), *καὶ ἐκδικούντω ναυτὴν* [20]). *Ὑπόκειται γὰρ ἐκ παραβάσεως ποινῇ χρυσίου λιτρῶν κ'. Καὶ μετὰ ταῦτα γίνεται* [21]) *συμβόλαια μνημονεύοντα τῶν αἰτιῶν, καὶ τῆς τῶν ὑπομνημάτων πράξεως, καὶ τῆς προσηγορίας τῶν παραγενομένων, καὶ παρ' ᾧ* [22]) *συνέστη.* §. 3. *Εἰ δέ τι τῶν εἰρημένων παροφθείη* [23]), *ὁ μὲν δανειστὴς καὶ ὁ ἀγοραστὴς ἐκπίπτει τοῦ πράγματος καὶ τοῦ χρέους καὶ τῶν τιμῶν· ὁ δὲ λαβὼν εἰς ἀνταλλαγήν, καὶ οὗπερ ἔδωκε, καὶ οὗπερ εἴληφεν* [24]), *ἐκπίπτει· ὁ δὲ εἰς ἐμφύτευσιν ὑπὲρ τὴν ἰδίαν ζωὴν λαβών, ἢ δωρεὰν ἢ ἐκχώρησιν ἀπηγορευμένην, ἀνα-*

17. *Imp. Anastasius. — Privilegia magnae ecclesiae Constantinopoleos et sub ipsa administratarum et sustentatarum venerabilium domorum custodiuntor.*

§. 1. *Aliae autem ecclesiae et monasteria et ptochia et xenodochia et orphanotrophia eiusdem civitatis et confiniorum eius, et quae sub ordinatione episcopi eiusdem sunt, eorumve metropolitarum, qui ab eo ordinantur aut qui ab illis, immobile quid aut civilem annonam ne alienanto, nisi utilis sit venditio aut hypotheca aut permutatio aut perpetua emphyteusis, hoc est, quando pretium venditae rei aut mutuum, quod sub hypotheca sumitur, profuturum est ad solutionem debiti ex successione aut ad usus alios necessarios a loco venerabili contracti, aut ad aliam magis necessariam rem redimendam, aut ad urgentem venerabilis domus restaurationem. Permutationem autem faciant cum re magis necessaria et reditum non minorem eo, quod datur, habente; et emphyteusim faciant absque reditus diminutione, aut de re prorsus sterili; nam quae ob sterilitatem damnosa sunt, donari et concedi possunt.*

§. 2. *Quod vero gestum erit non aliter valeat, nisi una ex supradictis causis in actis manifestetur, Byzantii quidem apud magistrum census, in provinciis autem apud defensores civitatum, propositis sanctis scripturis, et pro ecclesiis quidem praesentibus oeconomis, et, qui in illis morantur, clericis; pro monasteriis autem praesentia requiritur abbatum et ceterorum monachorum, pro ptochiis vero, administratoris et ministrorum et pauperum, pro xenonibus autem, administratoris et omnium, qui invenientur, ministrorum gubernationis; et similiter in orphanotrophiis observator, ita ut obtineat, quod pluribus placuerit. Consentiat etiam episcopus locorum, in quibus id fieri consuevit nec valeat magister census aut defensor se excusare a suscipienda cura venerabilis domus, in qua tale negotium absque detrimento conficitur, et ab ea defendenda. Subiiciuntur enim propter negligentiam poenae auri librarum viginti. Et postea fiant instrumenta mentionem facientia causarum, et monumentorum confectionis, et appellationis eorum, qui adfuerunt, et apud quem gesta fuerint.*

§. 3. *Si quid autem supradictorum praetermissum fuerit, tam creditor quam emtor excidat ipsa re et credito et pretio; qui vero in permutationem accepit, et quod dedit, et quod accepit, amittat; qui vero emphyteusin ultra propriam vitam accepit, vel donationem vel concessionem prohibitam, reddit quod accepit,*

---

[a]) *Genuina l. non exstat. Epitome legitur* 1. *in Coll. constit. eccles. I.* 2. 17. (*Voëlli bibl. II. p.* 1245.); *et brevior* 2., *in Paratitlis ad l.* 2. (*Voëlli bibl. p. II.* 1266.). *Textum* 1. *et* 2. *primus edidit Ant. August.* (*Coll. p.* 22.); *textum* 1. *recepit Cont.* 71. *et post eum rell. Varietas lecti. repetita ex notis August.* (*Aug. i. n.*), *quem et in textu* 1. *sequimur, et ex Leunclav. Notat.* 1. 8. (*Lncl.*). — *Mss. Vat. et Bg. habent constitutio graeca.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62.; *et addunt rell.* — [2]) sedendi *ms. Charondae.* — [3]) *subscr. abest ab Hal. Russ. Cont.* 62.; *quae in textu est, restituta a Cont.* 66., *dubia parit ob temporis rationem, quum demum hoc ipso anno Basilisci tyrannis profligata fuerit, qua expulsa haec lata lex est.* Dat. XVI. Kalend. Ian. post cons. Armasii V. C. *Bk., nescio qua nisus auctoritate.* — [4]) *καὶ τά Aug. i. n.* — [5]) *ἀρχιεπισκόπου Aug. i. n., Lncl.* — [6]) *Lncl.; ὅταν addit Augustinus.* — [7]) *οἱ vel ἢ vel ἢ Aug. i. n.* — [8]) *ἐκποιοῦσιν Aug. i. n.* — [9]) *εἴη ἢ Aug. i. n., Lncl.* — [10]) *ἐκπλήρωσιν Aug. i. n.* — [11]) *κτήσασθαι Aug. i. n., Lncl.* — [12]) *ἐάν Lncl.* — [13]) *ἀποροῦντος Aug. i. n.* — [14]) *ἐκχωρεῖν δύνανται Aug. i. n., Lncl.* — [15]) *μαγίστρῳ κήνσου Lncl.* — [16]) *τὸν διοικητὴν καὶ τοὺς ὑπουργοῦντας καὶ τοὺς πτωχούς Aug. i. n.* — [17]) *τὸν διοικητὴν καὶ τοὺς εὑρισκομένους ὑπουργοὺς Aug. i. n.* — [18]) *ἐπιγίνεσθαι pro ἐστὶ γίνεσθαι καί. Aug. i. n.* — [19]) *ἀζημίους Aug. i. n.* — [20]) *αὐτῶν Aug. i. n.* — [21]) *γίνεσθαι Aug. i. n.* — [22]) *παρ' ὧν Aug. i. n.* — [23]) *παροφθῇ Aug. i. n.* — [24]) *ἔλαβεν Aug. i. n.*

δίδωσιν ὅπερ εἴληφε, καὶ ποσότητα ἑτέραν, ἧς ἄξιόν ἐστι τὸ δοθέν. §. 4. Χώραν δὲ ἔχει τὰ εἰρημένα καὶ ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γίνεσθαι ἐκκλησιαστικοῖς καὶ τοῖς ἐσομένοις εὐαγέσιν. §. 5. Ὑπόντων δὲ κινητῶν ἔξωθεν τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ ἀρκούντων εἰς τὰς εἰρημένας αἰτίας, ἀργεῖ τῶν ἀναγκαίων ἀκινήτων καὶ τῶν ἄρτων ἡ ἐκποίησις καὶ ἡ ὑποθήκη.

pit, et quantitatem alteram, quanti est id, quod datum est. §. 4. *Locum autem habent praedicta in iis, quae sunt ecclesiastica et sacra aliquando futura.*

§. 5. *Existentibus autem rebus mobilibus extra sacra vasa, et sufficientibus ad dictas causas, cesset necessariarum immobilium rerum et panum tam alienatio quam hypotheca.*

18. [a]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Ὁ αὐτὸς Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος. — Ἡ διαταξις ἀφορίζει [1]) τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως ὁ λίτρας [2]) χρυσίου πρόσοδον εἰς τὸ τὰς κηδείας ἀδαπάνους ἐν Κωνσταντινουπόλει γίνεσθαι, καὶ μέχρι τῶν νέων τείχων καὶ βλαχέρναις· αἱ γὰρ συκαὶ μέρος εἰσὶ τῆς πόλεως. Ὁρίζει κατὰ τῶν παραβαινόντων ποινὴν ἀνὰ ν' χρυσίου λιτρῶν [3]).

18. *Imp. Anastasius. — Constitutio assignat magnae ecclesiae Constantinopoleos septuaginta librarum auri reditum, eam ob causam, ut exequiae gratis fiant in urbe Constantinopolitana et usque ad novos muros et Blachernas; nam Sycae pars sunt urbis. Statuit contra delinquentes poenam quinquaginta auri librarum.*

19. [b]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Illud, quod ex veteribus legibus licet obscure positis [4]) a quibusdam attentabatur, ut donationes super piis causis factae, licet minus in actis intimatae essent [5]), tamen valerent, certo et dilucido iure taxamus, ut in aliis quidem casibus iura vetera super intimandis donationibus intacta maneant. Si quis vero donationes usque ad quingentos solidos in quibuscunque rebus fecerit vel in sanctam ecclesiam, vel in xenodochium, vel in nosocomium, vel in orphanotrophium, vel in ptochotrophium [6]), vel in gerontocomium [7]), vel in brephotrophium [8]), vel in ipsos pauperes, vel in quamcunque civitatem, istae donationes etiam citra actorum confectiones convalescant. Sin vero amplioris quantitatis donatio sit, excepta scilicet imperiali donatione, non aliter valeat [9]), nisi actis intimata fuerit; nulli danda licentia, quacunque alia causa quasi pietatis iure subnixa praeter eas, quas specialiter exposuimus, introducenda, veterum scita super intimandis donationibus permutare. Dat. .... [10])

20. [c]) A. *Epitome graec. const. ex coll. const. eccles.*

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α. — Οὔτε κατὰ τὸν θεῖον τύπον, οὔτε κατὰ πρόσταξιν τῶν ἀρχόντων ἔξεστι μετάγειν στρατιωτικὰς σιτήσεις εἰς εὐαγεῖς οἴκους ἢ κληρικούς.

B. *Epitome eiusd. ex Bas.*

Μηδὲ ἀπὸ θείου τύπου, ἢ ἀρχιεπισκόπου πράξεως [11]), ἢ οἱουδήποτε δικαστηρίου [12]), στρατιωτικὴ σίτησις εἰς εὐκτηρίους οἴκους ἢ κληρικοὺς ἢ μοναστήρια μεταγέσθω, ὡς ἐλλειπόντων δῆθεν τοῖς ἀριθμοῖς σωματείων.

20. *Imp. Iustinianus A. — Neque per sacras formas, neque per iussionem magistratuum licet transferre militares annonas ad pias domos aut clericos.*

Neque ex sacra forma, vel archiepiscopi iussu vel cuiuscunque iudicii annona militaris ad oratoria, vel clericos, vel monasteria transferatur, quasi deficientibus scilicet numero corporibus.

21. [d]) Idem A. Demostheni P. P. — Sancimus, nemini licere sacratissima atque arcana vasa, vel vestem [13]) ceteraque donaria, quae ad divinam religionem necessaria sunt, quum etiam veteres leges ea, quae iuris divini sunt, humanis nexibus non illigari sanxerint [14]), vel ad venditionem, vel hypothecam, vel pignus trahere, sed ab his, qui haec suscipere ausi fuerint, modis omnibus vindicari tam per religiosissimos episcopos, quam per oeconomos, nec non et [15]) sacrorum vasorum custodes; nulla eis actione relinquenda vel super recipiendo pretio, vel foenore exigendo, pro quo res pignoratae sunt, sed omnibus huiusmodi actionibus respuendis, ad restitutionem eorum [16]) omnibus modis coarctari [17]). Sin autem vel conflata sunt vel fuerint, vel alio modo immutata vel dispersa, nihilo minus vel ad ipsa corpora, vel ad ipsa pretia eorum exactionem competere sive per in rem, sive per condictionem, sive per in factum actionem, cuius tenor in multis et variis iuris articulis saepe est admissus, excepta videlicet causa captivitatis [18]) in locis iis, in quibus hoc, quod abominamur, contigerit. Nam si necessitas fuerit in redemtione captivorum, tunc et venditionem praefatarum rerum divinarum, et hypothecam, et pignorationes fieri concedimus, quoniam non absurdum est, animas hominum quibuscunque vasis [19]) vel vestimentis praeferri; hoc obtinente non solum in futuris negotiis, sed etiam in iudiciis pendentibus.

Authent.

[a]) *Epitomen legis genuinae habemus* 1. *in Coll. constit. eccles. I.* 2. 18. (*Voëlli bibl. II. p.* 1246), *et breviorem in* 2. *Paratitlis ad I.* 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1266). *Utrumque textum primus edidit Ant. August.* (*Coll. p.* 27.). *Text.* 1. *inde transiit in Cont.* 71. *et rell. Sequimur August. et varias lectt. repetimus ex eius notis* (*Aug. i. n.*), *et Leunclav. Notat. I.* 9. (*Lncl.*). — [b]) *Bas. V.* 1. 8. — *Russ. Cont.* 62. *et* 66. *huic l. praemittere volunt graecam const. hui. tit. ultimam.* — [c]) *Tantum epitome legis exstat* 1. *in coll. constit. eccles. I.* 2. 20. (*Voëlli bibl. II. p.* 1247.); 2. *in Bas. V.* 1. 9.; 3. *in Synopsi Bas.* (*ed. Leuncl. p.* 458.). *Text.* 1. *editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 27.), *quem et nos sequimur, transiit in Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.*; *textum* 2. *editum a Cuiacio* (*Obss. XII.* 28.), *receperunt Char. Pac. Sp. Bk.*; *text.* 3., *paucis recedens a t.* 2., *legitur in Cont.* 76. *Textui* 2. *variam lectt. adiecimus ex collatione cum t.* 3. (*Syn.*). — *Ms. Bg. habet Constitutio graeca.* — [d]) *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *IV.* 22. *usque ad vv.* sive per in factum actionem.

[1]) *ἐκ βασιλικῆς φιλοτιμίας addit Lncl.* — [2]) *λιτρῶν Aug. i. n., Lncl.* — [3]) *λίτρας χρυσίου Aug. i. n.* — [4]) positum *ms. Pl.* 1. — [5]) sunt *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; *et mox ibidem* valeant. — [6]) brephotrophium *mss. Pl.* 2. *Bg.*; vel in catotrophium *addit ed. Schf., quod mss. Charondae adiiciunt post* brephotrophium. — [7]) vel in curotrophium *addunt Hal. Russ. Cont.* 62. — [8]) vel in ptochotrophium — brephotrophium *absunt a mss. Pl.* 1. *Gt.* — [9]) valet *Char. Pac.* — [10]) Iustiniano *A.* II. cos. *addit Cont.* 76., *haud dubie ex l* 33. *C.* VIII. 54., *quam iungendam censet.* — [11]) *ἀρχόντων προστάξεως Syn ἀρχικῆς προστάξεως mavult Cuiac. l. l.* — [12]) *ἢ οἱουδήποτε δικαστηρίου absunt a Syn.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; vestes *Cont.* 66. *et rell.* — [14]) sanxerunt *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [15]) etiam *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.*; etiam contra *Ans.* — [16]) earum *mss. Pl.* 1. 2., *Ans.* — [17]) debent *addit ed. Schf.* — [18]) *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; et famis *addunt mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [19]) causis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; causis vel vasis *ed. Schf.*

Authent. de alienat. et emphyt. §. penult. in fin. (Nov. 120. c. 10.) — *Praeterea si habeat ecclesia superflua vasa, cum debitrix sit, nec aliunde solvere possit, ne quid immobile alienetur vel distrahatur, integra ea, gestis habitis coram eo, cuius est loci ordinatio, vel aliis locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata cuilibet alii vendantur, quo magis debitum persolvatur. Qui autem acceperit hoc contra hanc observationem, iisdem poenis subiaceat, quae in rebus immobilibus sunt proditae* [1]).

22. [a]) Idem A. Demostheni P. P. — Sancimus, res ad venerabiles ecclesias vel xenones, vel monasteria, vel ptochotrophia [2]), vel brephotrophia [3]), vel orphanotrophia, vel gerontocomia [4]), vel si quid [5]) aliud tale consortium, descendentes ex qualicunque curiali [6]) liberalitate, sive inter vivos, sive mortis causa, sive in ultimis voluntatibus habita, [7]) lucrativorum inscriptionibus liberas immunesque esse; lege scilicet, quae super huiusmodi inscriptionibus posita est, in aliis quidem personis suum robur obtinente, in parte antem ecclesiastica vel aliarum domuum, quae [8]) piis consortiis deputatae sunt, vigorem suum pietatis intuitu mitigante. Cur enim non faciamus discrimen inter res divinas et humanas, et quare non competens praerogativa coelesti favori conservetur? §. 1. Quae [9]) oportet non solum in casibus, quos futurum tempus creaverit, sed etiam in adhuc pendentibus et indiciali termino vel amicabili compositione necdum sopitis obtinere. Recitata Septimo miliario huius inclytae civitatis in novo consistorio palatii Iustiniani.

23. [b]) Idem A. Iuliano P. P. — Ut inter divinum publicumque ius et privata commoda competens discretio sit, sancimus, si quis aliquam reliquerit hereditatem vel legatum, vel fideicommissum, vel donationis titulo aliquid dederit vel vendiderit, sive sacrosanctis ecclesiis, sive venerabilibus xenonibus [10]), vel ptochotrophiis [11]), vel monasteriis masculorum vel virginum, vel orphanotrophiis, vel brephotrophiis [12]), vel gerontocomiis, necnon iuri civitatum, relictorum vel donatorum vel venditorum [13]) eis sit longaeva exactio, nulla temporis [14]) solita praescriptione coarctanda. Sed et si in redemtionem captivorum quaedam pecuniae vel res relictae vel legitimo modo donatae sunt, et earum exactionem longissimam [15]) esse censemus. Et nobis quidem cordi erat, nullis temporum metis huiusmodi actiones circumcludi. Sed ne videamur in infinitum hanc extendere, longissimum vitae hominum tempus eligimus, et non aliter eam actionem finiri concedimus, nisi centum annorum curricula excesserint; tunc enim tantummodo huiusmodi [16]) exactionem evanescere sinimus. Sive itaque memoratis religiosissimis locis vel civitatibus hereditas, sive legatum, sive [17]) fideicommissum fuerit relictum, sive donatio vel venditio processerit, in quibuscunque rebus mobilibus vel immobilibus vel se moventibus, sive pro redemtione captivorum quaedam fuerint derelicta vel donata, sit eorum paene perpetua vindicatio, et ad annos centum, secundum quod [18]) dictum est, extendatur; nulla alia exceptione temporis inhibenda, sive contra primas personas, sive contra heredes vel successores eorum moveatur. §. 1. In his autem omnibus casibus non solum personales actiones damus, sed etiam in rem et hypothecariam secundum nostrae constitutionis tenorem, quae legatariis et fideicommissariis hypothecariam donavit, et supradictis omnibus unum tantummodo terminum vitae suae [19]) imponimus, id est centum metas annorum. §. 2. Haec autem omnia observari sancimus [20]) in iis casibus, qui vel postea fuerint nati, vel iam in iudicium deducti sunt. Data V. Kal. April., Lampadio et Oreste VV. CC Conss. [21]) [530.]

Authent. de eccles. titul. §. Pro temporalibus autem (Nov. 131. c. 6.) — *Quas actiones alias decennalis, alias vicennalis, alias tricennalis praescriptio excludit, hae, si loco religioso competant, quadraginta annis excludantur, usucapione triennii, vel quadriennii praescriptione in suo robore durantibus; sola Romana ecclesia gaudente centum annorum spatio* [22]).

24. [c]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός. — Ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει [23]) *ἐκκλησία πασῶν τῶν ἄλλων ἐστὶ κεφαλή.* §. 1. *Ἡ παροικιακὴ δικαίῳ γινομένη ἔκδοσις ἄκυρός ἐστιν ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ὡς μήτε τῷ νόμῳ γνωριζομένη.* §. 2. *Ἐὰν ἐμπρακτος ἄρχων Κωνσταντινουπόλεως δι' ἑαυτοῦ ἢ μέσου προσώπου παρὰ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀκίνητον ἐκλάβῃ, τὸ πραχθὲν ἄκυρον καὶ δίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν διατίμησιν τοῦ πράγματος. Ὁμοίως καὶ ὁ οἰκονόμος. Εἰ δὲ καὶ*

24. *Imp. Iustinianus. — Constantinopolitana ecclesia omnium aliarum est caput.*

§. 1. *Iure colonario facta concessio irrita est in ecclesiasticis, utpote legibus incognita.*

§. 2. *Si in actu constitutus magistratus Constantinopoleos per se vel mediam personam a magna ecclesia immobile acceperit, quod gestum est, irritum erit et dabit ecclesiae aestimationem rei. Similiter et oeconomus. Si vero alio modo persuasione vel vi effecerit, ut*

---

[a]) *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *IV.* 19.; *Decret. Grat.* (*Decr.*) *c.* 23. *C.* 23. *q.* 8. (*usque ad v.* mitigante); *Bas. V.* 1. 10. — [b]) *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *IV.* 39. — [c]) *Legitur epitome legis in Coll. constit. eccles. I.* 2. 24. (*Voëlli bibl. II. p.* 1247.), *primum edita ab Ant. August.* (*Coll. p.* 28.), *et a Cont.* 71. *et rell. recepta. Nos August. sequimur, et ex eius notis* (*Aug. i. n.*) *varias lectt. repetimus. — Mss. Vat. Pl.* 1. *Bg. habent: constitutio graeca.*

[1]) *ed. Schf. hoc habet mirum additamentum: sed hodie optima rerum donatarum mensura est immensitas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., Decr., ed. Schf.*; orphanotrophia *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., Decr., ed. Schf.*; gerontocomia *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) *Ans., Decr.*; *similiter, sed ita ut absint* vel orphanotrophia, *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; vel ptochotrophia vel nosocomia vel brephotrophia *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac. Sp. Bk.*; vel nosocomia *absunt a Cont.* 76. — [5]) si quid (quod) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Ans., edd. Nbg. Schf.*; denique *ms. Gt.*; denique ad *Hal. et rell.* — [6]) curialis *Hal. Russ. Cont.* 62., *Decr.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; a *addunt Cont.* 66. *et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; quae his *Ans.*; quae huiusmodi *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell., Decr.* — [9]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont* 62.; quam *ms. Pl.* 2., *edd. Cont.* 66. *et rell.* — [10]) xenodochiis *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Ans.* — [11]) vel ptochotr. *absunt ab Ans.* — [12]) vel brephotr. *absunt a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Schf. Cont.* 62.; vel donat. vel vendit. vel relict. *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Ans., ed. Schf.*; temporum *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) benignissimam *Ans.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2 *Bg., Ans., ed. Schf.*; huiuscemodi *rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., ed. Schf.*; vel *rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; iam *addunt ed. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; humanae vitae *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [20]) et *addunt edd. Schf. Hal. et postea rell.* — [21]) *subscr. restituta ex Ans.*; *tota abest ab Hal. Russ.*; Dat. Dn. Iustiniano PP. A. Cons. *Cont. ex mera, ut videtur, coniectura et rell.* — [22]) *ed. Nbg.*; *privilegio cent. annor. ed. Schf.*; *cent. annor. spatio vel privilegio Hal. et rell.* — [23]) *Ἡ Κωνσταντινοπόλεως Aug. i. n.*

καὶ καθ' ἕτερον τρόπον πείσει ἢ ἀναγκάσει περιελθεῖν εἰς αὐτὸν ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα, καὶ τὸ πραχθὲν ἄκυρον, καὶ τὸ δοθὲν ὑπὲρ τούτου εἰς πρόσωπον τῆς ἐκκλησίας, ἀποδίδοται αὐτῇ, καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ὑποκείται ποινῇ κ' χρυσίου[1]) λιτρῶν αὐτός, καὶ ὁ τὸ πρᾶγμα δούς, καὶ ὁ λαβὼν ἐπὶ τὸ παρασκευάσαι γενέσθαι τὸ συνάλλαγμα· τὸ δοθὲν αὐτῷ δίδωσι διπλοῦν, καὶ πάντα προσκυροῦνται τῇ ἐκκλησίᾳ. §. 3. Περαιτέρω τῶν κ' ἐτῶν ἀκίνητον τῇ ἐκκλησίᾳ οὐ μισθοῦται. §. 4. Μόνοις εὐπόροις δεῖ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐμφυτεύειν διὰ τὴν ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως, καὶ μὴ περαιτέρω αὐτοῦ τοῦ ἐμφυτευομένου, καὶ δύο ἕξης κληρονόμων, καὶ μὴ κουφίζειν πλέον τοῦ ἕκτου μέρους τοῦ[2]) σωζομένου κανόνος ἐν τῷ[3]) καιρῷ τῆς ἐκδόσεως. Εἰ δὲ βλάψει τὸ πρᾶγμα ἐνισταμένου τοῦ χρόνου, ἐξεοῦται καὶ τὴν ζημίαν ἀποθεραπεύει. Εἰ δὲ ῥᾳθυμήσει ὁ οἰκονόμος ἢ ἀπόροις ἐκδῷ, ἐπιγινώσκει τὴν βλάβην[4]).

ut ad se perveniret res ecclesiastica, et quod gestum est, infirmum est, et hoc modo praestitum nomine ecclesiae, restituitur ipsi, et praeterea subiicitur poenae viginti auri librarum ipse, qui rem dedit, et qui accepit, ut curaret fieri contractum; datum ipsi reddit duplum, et omnia adquiruntur ecclesiae.

§. 3. *Ultra viginti annos res immobilis ecclesiae ne locator.* §. 4. *Solis locupletibus licet ecclesiasticas res in emphyteusin dare propter restitutionem aspectus, neque autem ultra vitam emphyteutae et duorum deinceps eius heredum, neque relevare amplius sexta parte servati canonis tempore traditionis. Si autem laedatur res proximo tempore, expellitur et damnum resarcit. Si vero negligens fuerit oeconomus, aut minus idoneis in emphyteusin dederit, ipse sentit damnum.*

25. [a]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccles.*

Οἱ χαρτουλάριοι τῆς ἐκκλησίας τῆς μεγάλης οὔτε διὰ μέσου προσώπου δύνανται λαβεῖν ἀκίνητον αὐτῆς κατὰ μίσθωσιν ἢ ἐμφύτευσιν ἢ ἕτερον τρόπον. §. 1. Γίνονται οἱ χαρτουλάριοι ἡγουμένου λιβέλλου καὶ φέροντος ὑπογραφὴν τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ οἰκονόμου. §. 2. Καὶ ἐὰν τὶς αὐτῶν φανῇ κλέπτων ἢ παραδιδοὺς ἢ ἄλλως ἀνεπιτήδειος, ἔξεστι τῷ πατριάρχῃ καὶ τοῖς οἰκονόμοις ἐκβάλλειν αὐτὸν τοῦ καταλόγου. §. 3. Γίνονται δὲ[5]) εἰς σκρινίον τῆς ἀνατολῆς χαρτουλάριοι ιε', εἰς τὸ Ἀσιανῆς[6]) ιε', εἰς τὸ Πόντου ιε', εἰς τὸ ἐνοίκιον[7]) ιε', εἰς τὸ Θράκης η', εἰς τὸ τοῦ Ἀντιόχου ϛ', εἰς τὸ τοῦ Καλοποδίου ϛ', εἰς τὸ τοῦ ἀναλώματος ι', εἰς τὸ τῶν ληγάτων θ'. §. 4. Καὶ λαμβάνουσι λόγῳ συνηθειῶν ἐπὶ μὲν τοῖς ἐμφυτευτικοῖς συμβολαιοῖς πεντηκόστας, ἐπὶ δὲ τοῖς μισθωτικοῖς καὶ λοιποῖς συναλλάγμασιν ἑκατοστήν. §. 5. Εἰ δὲ ὑπὲρ τὸν εἰρημένον ἀριθμὸν γένηται χαρτουλάριος, ἐκπίπτει καὶ δίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ ιε' λίτρας, καὶ ὁ ποιήσας αὐτὸν κ'. §. 6. Μετὰ ζητήσεως ἀκριβοῦς οἱ οἰκονόμοι λογιζέσθωσαν γνώμῃ τοῦ πατριάρχου τὴν γινομένην δαπάνην τοῖς ἐμφυτευταῖς καὶ μισθωταῖς καὶ διοικηταῖς, ἑκάστου μὲν οἰκονόμου ζητοῦντος τὰ τῆς ὑφ' ἑαυτὸν[8]) διοικήσεως, τῶν δὲ λοιπῶν κατὰ[9]) πρόσταξιν ἔγγραφον[10]) τοῦ πατριάρχου τοῖς λογισμοῖς ὑπογράφοντος τὸ Ἀνέγνων· καὶ τὸ χωρὶς τοιαύτης παρατηρήσεως λογιζόμενον οἰκοθεν καὶ[11]) οἱ οἰκονόμοι διδόασιν. §. 7. Τῆς δὲ λογιζομένης δαπάνης καὶ τῶν εἰσκομιζομένων χρημάτων λαμβάνουσιν οἱ χαρτουλάριοι ἑκατοστάς· ὁ δὲ πλέον λαμβάνων, καὶ τῆς ὑπουργίας τοῦ χαρτουλαρίου καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἐκπίπτει παραχρῆμα[12]). §. 8. Δεῖ τοὺς οἰκονόμους κατὰ μῆνα, ἢ τὸ μήκιστον ὑπὲρ δύο, λογοποιεῖν[13]) πρὸς τοὺς ἀρκαρίους, ἐπεὶ κινδυνεύουσιν.

25. *Chartularii ecclesiae magnae nec per intermediam personam possunt accipere rem immobilem ipsius per conductionem, aut emphyteusin, aut alium modum.*

§. 1. *Fiunt chartularii praeeunte libello, et ferente subscriptionem tam patriarchae quam oeconomi.*

§. 2. *Et si quis ipsorum apparuerit surripuisse aut transtulisse, aut alio modo damnosus esse, licet patriarchae et oeconomis eum eiicere ex catalogo.*

§. 3. *Fiunt autem ad scrinium Orientis chartularii XV, ad Asiae XVI, ad Ponti XV, ad domesticorum XV, ad Thraciae VIII, ad Antiochi VI, ad Calopodii VI, ad expensarum X, ad legatorum IX.*

§. 4. *Et accipiunt ex consuetudine pro emphyteuticis quidem instrumentis quinquagesimas, pro conductionalibus vero et ceteris contractibus centesimam.*

§. 5. *Si vero supra praefatum numerum chartularius fiat, eiicitur, et solvit ecclesiae XV libras, et qui fecit illum XX.*

§. 6. *Cum inquisitione diligenti oeconomi computent ex sententia patriarchae factam impensam ab emphyteutis et conductoribus et administratoribus, unoquoque ex oeconomis inquirente in sibi commissa regione; reliquarum vero rationem inquirent ex iussione scripta patriarchae, qui rationibus subscribet hoc: relegi; et si quid rationum citra hanc observationem redditum fuerit, ex suis sumtibus oeconomi praestabunt.*

§. 7. *Computati autem sumtus et illatarum pecuniarum accipiunt oeconomi centesimas; qui autem plus accipit, et ministerio chartularii et sacra dignitate in continenti excidit.*

§. 8. *Oeconomos oportet singulis mensibus, aut ad summum binis, rationes reddere apud arcarios; sin minus, periclitabuntur.*

26. [b]) Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α. Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων[14]). — Ἐπειδήπερ ἐν πολλαῖς ἤδη διαθήκαις εὕρομεν τοιαύτας ἐνστάσεις, καθ'

26. *Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Quoniam in multis iam testamentis invenimus eiusmodi institutiones, quibus aut ex asse quis scripserat dominum*

---

[a]) *Epitome exstat in Coll. constit. eccles. I.* 2. 25. (*Voëlli bibl. II. p.* 1248.), *ex qua hausit Photius in Nomocan. IX.* 1. *et X.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 961. 1030.). *Textus ille primum editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 29.), *quem et nos sequimur, et inde receptus in Cont.* 71. *et rell. Varia lectio hausta ex notis August.* (*Aug. i. n.*), *ex Leunclav. Notat. I.* 10. (*Lncl.*) *et Cuiac. Obss. XII.* 28. (*Cui.*). *Caeterum, quum Photius l. l. hanc legem tamquam l.* 24. *citet, et in aliquibus mss. nostra lex cum praecedente sit coniuncta, non immerito leges* 24. *et* 25. *in unam conflantur.* — [b]) *Lex* 1., *genuina exstat in Coll.* 25. *cap. II.*, 2., *epitomata in coll. constit. eccles. I.* 2. 26. (*Voëlli bibl. II. p.* 1249), *quam recepit Photius in Nomocan.* (*Voëlli bibl. II. p.* 882.). *Text.* 1. *primum editus in ed. Cod. Lugdun.* (*Hugo a Porta.* 1551.), *transiit in Russ. Cont.* (*cfr. not. b. ad l.* 19. *h. t.*) *et rell. Sequimur in textu Ant. August.* (*Coll. p.* 31.); *varia lectio adiecta ex Leunclav. Notat. I.* 11. (*Lncl.*) *et Köhleri interpret. et emendatt. iur. Rom. I. p.* 85. (*Khl.*)

[1]) χρυσῶν *Aug. i. n.* — [2]) τοῦ *abest ab aliis. Aug. i. n.* — [3]) τῷ *in aliis deest. Aug. i. n.* — [4]) καὶ δίδωσιν *addunt alii. Aug. i. n.* — [5]) καὶ *Aug. i. n.* — [6]) τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως *Lncl.* — [7]) τὸ τῶν ἐνοικίων *Lncl.*; τὸ Αἰγύπτου *Cui.* — [8]) ὑφ' ἑαυτῶν; ὑφ' αὐτὸν *Aug. i. n.* — [9]) κατὰ *omittit Lncl.* — [10]) *Lncl. Aug. i. n.*; ἄγραφον *Augustinus, quod ipse improbat.* — [11]) καὶ *abest ab aliis. Aug. i. n.* — [12]) παραχρῆμα *solet in edd. Cod. ad sequentem* §. *referri; qua in re Cont.* 71. *ab August. aberrat.* — [13]) λογοποιεῖσθαι *Lncl., Aug. i. n.* — [14]) Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως περὶ τελευτώντων καὶ καταλιμπανόντων κληρονόμον ἐκκλησίαν οἱανδήποτε Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ *etc. Khl.*

καθ' ἃς ἢ ἐξ ὁλοκλήρου τις ἔγραψε τὸν δεσπότην ἡμῶν Χριστὸν κληρονόμον, μὴ προσθεὶς εὐκτήριον οἶκον μηδένα, ἢ αὐτὸν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξ ἡμισείας ἢ ἐξ ἑτέρων ἀνίσων μερῶν, ἕτερον δέ τινα ἐξ ἡμισείας, ἢ ἄλλης μοίρας (ἤδη γὰρ πλείοσι διαθήκαις κατὰ τοῦτον γενομέναις τὸν τρόπον ἐνετύχομεν), καὶ πολλὴν ἀδηλίαν ἐντεῦθεν οὖσαν κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁρῶμεν νόμους, καὶ τοῦτο ἐπανορθούμενοι, θεσπίζομεν· εἰ μὲν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν γράψειέ τις κληρονόμον, ἢ ἐξ ὁλοκλήρου, ἢ ἐκ μέρους, ἀντικρυς δοκεῖν τὴν κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν ἢ τὴν κώμην ἢ τὸ χωρίον, ἐφ' ἧς καθέστηκεν ὁ τελευτήσας, ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐνίστασθαι κληρονόμον, καὶ εἰς ὁλόκληρον τὴν ἔνστασιν ἀπαιτεῖσθαι παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων αὐτῆς οἰκονόμων, ἢ εἰς τὸ μέρος, καθ' ὅσον κληρονόμος γραφῇ· αὐτοῦ τοῦ κρατοῦντος, εἰ [1]) καὶ ληγάτον ἢ φιδεϊκόμμισσον καταλειφθείη· καὶ ταῦτα διαφέρειν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, ἐφ' ᾧτε εἰς πτωχῶν ἀποτροφὴν [2]) αὐτὰ προχωρεῖν. §. 1. Εἰ δὲ ἑνὸς τῶν ἁγίων ἀρχαγγέλων ἐμνήσθη, ἢ τῶν προσκυνητῶν μαρτύρων, μὴ ποιησάμενος οἶκου μνείαν (τοῦτο ὅπερ ἴσμεν παρὰ τινος διαιυπωθέν, καίτοι τῶν ἐπιφανῶν γεγονότος, καὶ τῇ περὶ λόγους καὶ νόμους [3]) ἐνευδοκιμηκότος παιδείᾳ), εἰ μέν ἐστι κατὰ τὴν πόλιν ἐκείνην ἢ τὴν ἐνορίαν αὐτῆς εὐκτήριος οἶκος εἰς τιμὴν ἐκείνου τοῦ σεβασμιωτάτου ἀρχαγγέλου ἢ τοῦ ἁγιωτάτου μάρτυρος, αὐτὸν δοκεῖν γεγράφθαι κληρονόμον, εἰ δὲ οὐκ ἔστι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν ἢ τὴν ἐνορίαν τοιοῦτος οἶκος, τηνικαῦτα [4]) τοὺς κατὰ τὴν μητρόπολιν σεβασμίους οἴκους· καὶ εἰ κατ' αὐτὴν γοῦν εὑρεθείη τοιοῦτός τις οἶκος, ἐκείνῳ δοκεῖν τὸν κλῆρον [5]), ἢ τὸ προσβεῖον, ἢ τὸ φιδεϊκομμισσον καταλελεῖφθαι· εἰ δὲ μὴ [6]) ἐκεῖσε φανείη τοιοῦτός τις οἶκος ὤν, αὖθις τὰς κατὰ τόπον ἁγιωτάτας ἐκκλησίας καὶ τοῦτο λαμβάνειν. δηλονότι [7]) ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἅπαντες οἱ λοιποὶ δικαίως παραχωροῦσιν οἴκοι, πλὴν εἰ μὴ γένοιτο πρόδηλος ὁ τελευτήσας ἕτερον μέντοι ἐνθυμηθεὶς ὄνομα προσθεῖναι, ἕτερον δὲ εἰπών· διὰ τὸ καὶ τὸ τοιοῦτον ἡμᾶς γνοῦντας κατὰ τινὰ διαθήκην ἐπὶ τοῦ πόντου γενέσθαι κἀκεῖσε πάλιν ἀντὶ τοῦ γεγραμμένου παρασκευάσαι κρατῆσαι τὸ ἀληθές [8]). §. 2. Εἰ μέντοι ὁ μὲν διαθέμενος ῥητὸν μὴ θείη τόπον, εὑρεθείη δὲ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἢ τῇ παροικίδι [9]) εὐκτήρια πολλὰ καθεστῶτα, εἰ μὲν ἐν τινὶ τούτων συχνῶς ὁ τελευτήσας ἐφοίτα, καὶ τινὰ πρὸς αὐτὸ μείζονα εἶχε προσπάθειαν, ἐκείνῳ δοκεῖν καταλελεῖφθαι τὸ πρεσβεῖον· εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτο εὑρίσκοιτο, μᾶλλον ἐκ [10]) τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος ἐνδεεστέρῳ οἴκῳ καὶ δεομένῳ βοηθείας δοκεῖν τὸ τοιοῦτον καταλελεῖφθαι πρεσβεῖον, ἤτοι τὴν κληρονομίαν. Dat. XIII. Kal. Nov. CP. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [11]) [530.]

num nostrum Iesum Christum heredem, nulla adiecta sacra aede, aut ipsum dominum Iesum Christum ex semisse vel aliis inaequalibus partibus, alium vero quempiam ex dimidia, vel alia parte (iam enim in complura huiusmodi testamenta incidimus), et videmus multam inde incertitudinem secundum veteres leges exoriri, nos hoc etiam emendantes sancimus: si quis dominum nostrum Iesum Christum scripsit heredem vel ex asse vel pro parte, manifeste videri ipsius civitatis vel castelli vel agri, in quo erat defunctus, ecclesiam sanctissimam institutam esse heredem, et hereditatem peti debere per Dei amantissimos eius oeconomos ex asse vel pro parte, ex qua heres institutus est; eodem obtinente, si legatum vel fideicommissum relictum sit. Eaque deferantur sanctissimis ecclesiis, ut ad pauperum alimoniam proficiant.

§. 1. *Si vero quis unius ex archangelis meminerit vel venerandis martyribus, nulla facta aedis mentione (quod quidem novimus ab aliquo dispositum, qui ex illustribus erat et in verborum et legum doctrina spectatissimus), si aliquis sit in illa civitate vel vicinia eius venerabilis locus, in honorem illius reverendissimi archangeli vel martyris constructus, ipsum videri scriptum esse heredem, si vero nullus talis locus est in illa civitate viciniave eius, tunc venerabilia loca, quae in metropoli sunt; et si quidem in ipsa inventus fuerit talis aliquis locus, illi videri relictam vel hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum; si vero illic nullus talis locus apparet, denuo sanctissimas loci ecclesias, capere etiam hoc debere. Etenim sanctissimis ecclesiis omnes aliae domus merito cedunt, nisi constet, defunctum aliud nomen sensisse et voluisse adiicere, et aliud dixisse; nam tale quid accidisse et nos scimus in cuiusdam Pontici testamento, et tunc etiam constitutum fuisse, ut contra scriptum veritas obtineret.*

§. 2. *Si autem testator certum locum non apposuerit, multa autem templa eiusdem tituli aut nominis in illa civitate inventa fuerint vel eius vicinia, si quidem in aliquo illorum defunctus frequenter versabatur, et maiorem erga illud habebat affectionem, huic videri legatum relictum; si vero tale non inveniatur, maxime ei ex eodem nomine videatur relictum legatum vel hereditas, quod est ceteris indigentius, et magis ope aliena egens.*

TIT.

---

[1]) *Lncl. Khl.*; ἢ *Augustinus.* — [2]) *Lncl. Khl. Augustinus*; ἀποστροφὴν *mendose in edd. Cod.* — [3]) περὶ νόμους καὶ λόγους *Khl.* — [4]) *post* τηνικαῦτα *aliquid deesse censet Lncl., quod vult supplere ita scribendo* τηνικαῦτα σκοπεῖν δεῖ τοὺς *etc.* — [5]) τὴν κληρονομίαν *Lncl.* — [6]) εἰ δὲ μηδέ *Khl.* — [7]) δῆλον ὅτι *Lncl.* — . [8]) πάλιν τὸ ἀληθὲς ἀντὶ τοῦ γεγρ. παρασκ. κρατ inverso ordine *Khl.* — [9]) *Khl. Augustinus*; παροικίᾳ *edd. Cod.* — [10]) *Khl. Augustinus*; ἐκ τῶν τοῦ *edd. Cod.* — [11]) Dat. XIII. Kal. Nov. CP. Lamp. V. C. Cos. *Augustinus, Russ. Plena subscr. est apud Cont.* 62. *et rell.*

Tit. III.

DE EPISCOPIS, ET CLERICIS, ET [1]) ORPHANOTROPHIIS [2]), ET XENODOCHIIS [3]), ET BREPHOTROPHIIS [4]), ET [5]) PTOCHOTROPHIIS [6]), ET ASCETERIIS [7]), ET MONACHIS, ET PRIVILEGIIS EORUM, ET CASTRENSI PECULIO, ET DE REDIMENDIS CAPTIVIS, ET DE NUPTIIS CLERICORUM VETITIS SEU PERMISSIS [8]).

1. [a]) Imp. Constantius [9]) A. clericis salutem dicit. — Iuxta sanctionem, quam dudum meruistis [10]), et vos [11]) et mancipia vestra nullus novis collationibus obligabit [12]), sed vacatione [13]) gaudebitis. Praeterea neque [14]) hospites suscipietis. Dat. VI. Kalend. Septemb. Placido et Romulo Conss. [15]) [343.]

2. [b]) Imp. Constantius A. Felici episcopo [16]). — Omnis a clericis indebitae conventionis iniuria et iniquae exactionis repellatur improbitas, nullaque conventio sit circa eos [17]) munerum sordidorum. Et quum negotiatores ad aliquam praestationem competentem vocantur, ab his universis istiusmodi strepitus conquiescat. Si quid enim vel parsimonia, vel provisione, vel mercatura, honestati [18]) tamen conscia [19]), congesserint, id in usum pauperum atque egentium ministrari oporteat, aut [20]) id quod ex eorundem ergasteriis vel tabernis conquiri potuerit et colligi, collectum id religionis existiment lucrum. §. 1. Verum etiam hominibus eorundem, qui operam in mercimoniis habent, divi principis, id est nostri genitoris [21]), statuta multimoda observatione caverunt, ut iidem clerici privilegiis pluribus [22]) redundarent. §. 2. Itaque extraordinariorum munerum a praedictis [23]) necessitas atque omnis molestia conquiescat. §. 3. Ad parangariam quoque praestationem non vocentur, nec eorundem facultates atque substantiae. §. 4. Omnibus clericis huiusmodi praerogativa succurrat, ut [24]) coniugia clericorum, ac liberi [25]) quoque et ministeria, id est mares pariter ac feminae, eorumque etiam filii [26]) immunes semper ab huiusmodi muneribus perseverent. Dat. VIII. [27]) Id. Decemb. Mediolani, Lecta V. Kal. Ian. apud acta, Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II. Conss. [28]) [357.]

Nova Constitutio [c]) Friderici Imperatoris de statutis et consuetudin. contra libertat. eccles. editis. §. Item nulla. — *Item nulla communitas* [29]) *vel persona publica vel privata collectas vel exactiones, angarias, vel parangarias ecclesiis vel aliis piis locis aut ecclesiasticis personis imponere* [30]), *aut invadere ecclesiastica bona praesumant. Quod si fecerint, et requisiti ab ecclesia vel imperio, emendare contemserint, triplum refundant, et nihilo minus* [31]) *banno imperiali subiaceant; quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur.*

3. [d]) Idem A. [32]) ad Taurum P. P. — De his clericis, qui praedia possident, sublimis auctoritas tua non solum eos aliena iuga nequaquam statuet excusare, sed etiam pro his [33]), quae ab ipsis possidentur [34]), eosdem ad pensitanda fiscalia perurgeri. Universos namque clericos, possessores duintaxat provinciales, pensitationes fiscalium translationesque faciendas recognoscere censemus [35]). Data epistola prid. Kalend. Iul. Mediolani, Constantio A. X. et Iuliano Caes. III. [36]) Conss. [37]) [360.]

4. [e]) Imp. Constantius A. et Iulianus Caesar [38]) ad Taurum P. P. — Officiales rationalis [39]), si exhibitione cursus seu primipili necessitate neglecta, inter

---

[a]) *l.* 8. *Th. C. de episc. eccl.* (*XVI.* 2.); *Decr. Grat.* (*Decr.*) *c.* 40. *C.* 16. *q.* 1.; *Bas. III.* 3. 2. — [b]) *l.* 14. *Th. C. de episc. eccles.* (*XVI.* 2.); *Bas. III.* 3. 3. — [c]) *addi solita collationi Nov. X.* (*orig const.*). — [d]) *l.* 15. *Th. C. de episc. eccl.* (*XVI.* 2.), *quae in initio ac fine plura continet a Cod. Iust. aliena*; *Bas. III.* 3. 4. — [e]) *l.* 7. *Th. C. de cohortal.* (*VIII.* 4.).

[1]) et *abest a mss. Cas. Vat. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [2]) orphanotrophiis *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [3]) et xenodochis *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; *ponuntur haec vv. post* ptochotrophis *in mss. Cas. Vat. Bg.*; et xenodochiis *mss. Cas. Vat.*, *edd. Nbg. Hal.* — [4]) et brephotr. *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; et brephotrophiis *mss. Cas. Vat.* — [5]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; et *abest a Cont.* 66. *et rell.* — [6]) ptochiis *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *ed. Schf.*; ptochotrophiis *Hal.*; *abest a mss. Pl.* 2. *Gt.* — [7]) *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; assisteriis *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; ascyteriis *mss. Cas. Vat.*; *abest a mss. Pl.* 2. *Gt.*; ascetriis *rell.* — [8]) seu promissis *ms. Vat.* *Caeterum in hac tanta lectionum varietate iuvat perscribere versionem rubricae in Coll. constit. eccl. I.* 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1253.), *quippe cui in castigando textu lat. merito multum fidei tribuatur:* Περὶ ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν, καὶ ὀρφανοτρόφων, καὶ βρεφοτρόφων, καὶ ξενοδόχων, καὶ πτωχείων, καὶ ἀσκητηρίων, καὶ μοναχῶν, καὶ προνομίων αὐτῶν, καὶ κανστριναίου πεκουλίου, καὶ ἀγοραζομένων αἰχμαλώτων, καὶ περὶ γάμων κληρικῶν κεκωλυμένων καὶ ἐπιτετραμμένων. — [9]) *Theod. C.*, *ed. Bk.*; Constantinus *rell.* — [10]) meruisse perhibemini *Theod. C.*, *Decr.* — [11]) fundos *pro* et vos *Decr.* — [12]) obligavit, *ed. Nbg.*, *Theod. C.* — [13]) earum *addunt ms. Bg.*, *ed. Schf.* — [14]) milites *addit ed. Schf.* — [15]) *subscr.*, *quae deest in Hal.*, *restituta a Russ.*, *quem rell. sequuntur.* — [16]) *ms. Pist.*, *edd. Hal. Russ. Cont.* 62.; idem a. Felici episc. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *ed. Nbg.*; Imp. Constantinus A. et Iulianus Caes. Fel. episc. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Imp. Constantius et Iul. Caes. Fel. episc. *ed. Bk.*, *Theod. C.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; contra eos *edd. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *absunt ea vv. a ms. Gt.* — [18]) honestatis *ms. Bg.*, *ed. Schf.* — [19]) conscientia *ed. Schf.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; oportet, at *edd. Hal. Russ. Cont.* 62. *Sp. Bk*; oportet, ad *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; oportet, aut *Theod. C.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; divi princ. id est mei genit. *ed. Nbg.*; divi princ. genitoris mei *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [22]) pluribus *abest a Sp.*; compluribus *Theod. C.*; plurimis *ed. Schf.* — [23]) clericis *addit ed. Schf.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; et *addunt rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C*; eorum *addunt rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; et filiae *addunt rell.* — [27]) *ms. Pist.*, *quod ex subscr. tantum habet:* D. VIII. Id. dec. *Numerum IX. omnes habent, improbante Iac. Gothofr. ad l. cit.* — [28]) *subscr. deest in Hal.*, *restituta a Russ.* — [29]) *potestas orig. const.*, *quod alios etiam legere Cont.* 66. *testatur ad marg.* — [30]) *imponant edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [31]) *edd. Nbg. Schf.*, *orig. const.*; *bona addunt rell.* — [32]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. Russ.*; Idem A. et Caesar *Cont.* 62. *et rell.*, *Theod. C.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; praediis *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [34]) quae ipsi possident *Theod. C.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; iubemus *Cont.* 66. *et rell.*, *Theod. C.* — [36]) IV. *Theod. C.*, *ipso improbante Iac. Gothofr. ad l. cit.* — [37]) *subscr.*, *omissa in Hal.*, *est in Russ. Ms. Pist. tantum habet:* OSS D K iul. — [38]) Idem A. *edd. Hal. Russ. Cont Char. Pac. Sp.*; Idem A. et C. *ed. Bk. Theod. C.*; Impp. Constantinus (Constantius) et Constans *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *quae inscr.*, *licet falsa*, *tamen duo impp. in ea nominandos esse docet. Caeterum*, *Iuliani nomine omisso*, *ex verbo* Caes. *eo facilius* Const. *oriri potuit*, *quo saepius in inscriptt. Constantii et Constantis nomen coniunctum invenitur.* — [39]) *Theod. C. ed. Bk.*; rationales *mss. et edd. rell.*

interversa etiam ratione fiscali, ad clericatus honorem putaverint transeundum, ad priorem conditionem retrahantur. Si vero obnoxii ratiociniis vel necessitatibus non sint, sub notione indicum, officiis consentientibus, si probabilis vitae studium id postulaverit, transferantur, nec cessionem metuant facultatum. Quod si clandestinis artibus putaverint irrependum, duas [1]) concedant liberis aut, si proles defuerit, propinquis ex propria substantia portiones [2]); tertiam sibimet retineant [3]). Sin vero propinquorum necessitudo defuerit, geminae portiones officiis, in quibus militant, relinquantur, portione tertia tantummodo [4]) retenta. Dat. IV. Kalend. Septembr. Tauro et Florentio Conss. [5]) [361.]

Authent. de sanctiss. episcop. §. Sed neque curialem. (Nov. 123. c. 15.) — *Sed neque curialem aut officialem, clericum fieri permittimus, ne ex hoc venerabili clero fiat iniuria. Si vero tales personae in clero constituantur, tanquam nec ad ordinationem perductae, propriae fortunae restituantur, nisi monasticam forsitan vitam aliquis eorum non minus quindecim annis* [6]) *impleverit. Tales enim ordinari praecipimus, quarta propriae substantiae sibi retenta, reliquis partibus curiae et fisco vindicandis, si in clero constituti monasticam et decentem* [7]) *vitam impleverint.* §. 1. *Sed si post clericatus honorem* [8]) *aliquis eorum uxorem aut concubinam acceperit, propriae fortunae reddatur, licet tali ecclesiastico gradu tenebatur, in quo quis constitutus uxorem ducere non prohibetur. Idem est et in omnibus aliis monachis, licet nulli fortunae prius subiecti fuerint. Et generaliter, quicunque in quolibet ecclesiastico gradu constitutus ad secularem vitam redierit, honore nudatus, curiali fortunae propriae civitatis reddatur.*

5. [a]) Imp. Iovianus [9]) A. Secundo P. P. — Si quis non dicam rapere, sed [10]) attentare tantum [11]) iungendi matrimonii [12]) causa sacratissimas virgines [13]) usus fuerit, capitali poena feriatur. Dat. XI. Kalend. Mart. Antiochiae, Ioviano A. et Varroniano Conss. [14]) [364.]

6. [b]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus [15]) AAA. ad Cataphronium [16]). — Presbyteros, diaconos, subdiaconos atque exorcistas et lectores, ostiarios [17]) etiam personalium munerum expertes esse praecipimus. Dat. III. Non. Mart. Gratiano A. IV. [18]) et Merobaude Conss. [19]). [377.]

7. [c]) Pars actorum habitorum in consistorio [20]) apud Imperatores Gratianum, Valentinianum et Theodosium, consulatu Syagrii et Eucherii virorum clarissimorum die IV. Kal. Iul. Constantinopoli [21]). [381.] Imp. Theodosius A. [22]) dixit: Nec honore, nec legibus episcopus ad testimonium [23]) flagitetur. Item dixit: episcopum ad testimonium dicendum admitti [24]) non decet; nam et persona oneratur [25]), et dignitas sacerdotis excepta [26]) confunditur.

Authent. [d]) de sanctiss. episcop. §. Nulli vero indicum. (Nov. 123. c. 7.) — *Sed iudex mittat ad eos quosdam de suis ministris, ut propositis sacrosanctis evangeliis, secundum quod decet sacerdotes, dicant ea quae noverint* [27]).

8. [e]) Idem AAA. [28]) Paulino Praefecto Augustali. — Presbyteri citra iniuriam quaestionis testimonium dicant, ita tamen, ut falsa non simulent. Ceteri vero clerici, qui eorundem [29]) gradum vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges praecipiunt, audiantur. Salva [30]) tamen sit litigatoribus falsi actio, si forte presbyteri, qui suo [31]) nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam sunt praecepti, hoc ipso, quod nihil metuant, vera suppresserint. Multo magis enim poena digni sunt, quibus quum [32]) plurimum honoris per nostram iussionem delatum est [33]), occulte inveniuntur in crimine [34]). Dat. VIII. Kal. Aug. Arcadio A. et Bautone Conss. [35]) [385.]

Authent. de sanctiss. episcop. §. Reverendissimis. (Nov. 123. c. 20.) — *Presbyteri seu diaconi si falsum*

---

[a]) *l.* 2. *Th. C. de raptu vel matr.* (*IX.* 25.); *Decret. Grat.* (*Decr.*) *c.* 6. *de poenit. disc.* 1., *et ibid. c.* 3. *C.* 36. *q.* 2. — [b]) *l.* 24. *Th. C. de episc. eccles.* (*XVI.* 2.); *Bas. III.* 3. 5. — [c]) *l.* 8. *Th. C. de fide test.* (*XI.* 39.). — [d]) *h. authent. non invenitur apud Hal. Russ.* — [e]) *l.* 10. *Th. C. de fide test.* (*XI.* 39.).

[1]) *mss. Pl.* 1. *Gt. Bg., Theod. C.*; partes *addunt mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.*; partes suarum rerum *adiiciunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *ms. Gt., Theod. C.*; portionem *rell. mss. et edd.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., ed. Nbg.*; retenturi *edd. Nbg. Schf. et rell., Theod. C.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; sibi *addunt edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) *subscr. abest ab Hal. et Russ., legitur in Cont.* 62. *et rell.* — [6]) *elegerit et addit ed. Schf.* — [7]) *monachi decentem ed. Nbg.*; *monachi condecentem ed. Schf., et similiter vers. vulg. Nov.* 123. *c.* 15. — [8]) *ordinem ed. Schf.* — [9]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; Iovinianus *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell., Decr.* — [10]) vel *addit Theod. C.* — [11]) tantum *abest a Theod. C.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., Theod. C., Decr.*; iungendi causa matrimonii *rell.* — [13]) vel invitas *addit Theod. C., in quo haec vv. magna lectt. varietate turbantur.* — [14]) *Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; Dat. XI. Kal. Mart. Gratiano A. III. et Merobaude Coss. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp. Ms. Pist. tantum habet:* D. XI. K. *Subscr. abest ab Hal.* — [15]) *mss. Pist. Bg. Gt., Theod. C., in rell. mss. et in edd. nomina vario modo transposita inveniuntur.* — [16]) *ms. Vat., Hal. et post eum rell.*; Captaphronium *ms. Pist.*; Catafronium *ms. Cas., Theod. C.*; Cataformium *mss. Pl.* 1. *ed. Nbg.*; *mutilatum nomen in mss. Pl.* 2. *Bg.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., ed. Nbg., Theod. C.*; et acoluthos *addunt edd. Schf. et rell.*; *sed absunt etiam a Bas.* — [18]) *Iac. Gothofr. in nota ad l. cit., ed. Bk.*; III. *edd. rell.* — [19]) *subscr. abest ab Hal., est in Russ. et rell.* — [20]) in consistorio *absunt a ms. Pist.*; in sacro consistorio *ms. Vat.* — [21]) consulatu — Constantinopoli *absunt a mss. Pl.* 1. *Vat.*; DOSS. siaps et utheriis vv clr. *ms. Pist.*; consul. Siagrii et Eucherii vir. clar. dat. IIII. Kl. Iul. *ms. Cas.*; consul. — die III. Kal. Ianuar. Constantinopoli in consistorio *Russ. in marg. Cont. Char. Pac. Sp.*; Cons. — die III. Kal. Iul. Constantinop. In consistorio *etc. Theod. C., quem in hoc additamento a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *alieno sequitur Bk. Omnis haec inscr. abest a mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [22]) *mss. Pist. Cas. Vat., ed Cont.* 62., *Theod. C.*; A. *abest a rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; dicendum *addunt rell.* — [24]) adduci *ms. Pl.* 2. — [25]) honeratur *ms. Bg. et primitus etiam Pl.* 1.; honoratur *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf., var. l. gl.*; dehonoratur *Theod. C.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Cont.* 62., *Theod. C.*; exemta *rell.* — [27]) *edd. Nbg. Schf.*; *non tamen iurent addunt Cont. et postea rell., quae vv. ne in Nov. quidem* 123. *c.* 7. *leguntur.* — [28]) *ms. Bg., ed. Cont.* 62., *Theod. C.*; Idem A. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell., praeter Bk., quae habet:* Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. — [29]) *mss. Pl.* 1. *Gt. Bg.*; eorum *ms. Bg., ed. Schf., Theod. C.*; eundem *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*; eum deinde *Hal. et rell.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; et salva *ed. Nbg.*; ut salva *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [31]) sub *Theod. C.* — [32]) quum *abest a ms. Bg.* — [33]) si *addunt mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [34]) in occulto inveniatur crimen *edd. Nbg. Hal. Russ.* — [35]) D. VIII. K. aug. aro. *ms. Pist. Subscr. abest ab Hal., restituta a Russ.*

cum testimonium perhibuisse convincantur, si quidem in causa pecuniaria [1]), *a divino ministerio dumtaxat per tres annos separati, monasteriis pro tormentis tradantur, sed si in criminali, clericatus honore nudati, legitimis poenis afficiendi sunt. Ceteri vero clerici, communi iure ab officio ecclesiastico repulsi, sine delectu causae verberibus coërceantur.*

9. [a]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano [2]) P. P. — Nulla, nisi emensis quinqnaginta [3]) annis, secundum praeceptum apostoli ad diaconissarum consortium transferatur. Dat. XI. Kalend. Iul. Mediolani, Valentiniano A. IV. et Neoterio Conss. [4]) [390.]

Authent. de sanctiss. episcop. §. Presbyterum. (Nov. 123. c. 13.) — *Presbyterum minorem triginta quinque annis fieri non permittimus; sed neque diaconum vel subdiaconum minorem viginti quinque annis, neque lectorem minorem annis decem et octo. Item episcopum minorem annis triginta quinque ordinari prohibemus.*

Authent. de sanctiss. episcop. §. Diaconissam vero. (Nov. 123. c. 13.) — *Diaconissam in sancta ecclesia non ordinari praecipimus, quae minor sit annis quadraginta, aut si ad secundas pervenerit nuptias.*

10. [b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Theodoro P. P. — Si quis in hoc genus sacrilegii erruperit, ut in ecclesias catholicas [5]) irruens, sacerdotibus et ministris, vel ipsi cultui locoque [6]) aliquid [7]) importet iniuriae, quod geritur, a provinciae rectoribus animadvertatur [8]). Atque ita provinciae moderator sacerdotum et catholicae ecclesiae ministrorum, loci quoque ipsius et divini cultus iniuriam capitali in convictos seu confessos reos sententia noverit vindicandam [9]), nec expectet, ut episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi [10]) gloriam dereliquit. Sitque cunctis [11]) laudabile, factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis ultionem mereri. Quod si multitudo violenta a civilis apparitionis [12]) executione et administratio ordinum [13]), possessorumve non potuerit [14]) flagitari [15]), quod se armis aut locorum difficultate tueatur, praesides provinciarum etiam militari auxilio per publicas literas appetito, competentem vindictam tali excessui imponere non morentur [16]). Dat. VI. Kal. Maii Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [17]) [398.]

Authent. [c]) de sanctiss. episcop. §. si quis cum sacra. (Nov. 123. c. 31.) — *Sed novo iure pro tali iniuria verberatur aut* [18]) *in exilium mittitur. Sed si sacra ministeria turbaverit vel celebrare prohibuerit capite puniatur. Idem est et in litaniis. Nam pro iniuria verberatus exilio tradatur; si eas concusserit, capite plectatur. Laicis facere litanias interdicimus sine clericis, quae sine orationibus et cruce fieri non debent.*

11. [d]) Iidem AA. Eutychiano P. P. — In [19]) ecclesiis, quae in possessionibus, ut [20]) assolet, diversorum, vicis etiam, vel quibuslibet locis sunt constitutae, clerici non ex alia possessione vel vico, sed ex eo, ubi ecclesiam esse constiterit, ordinentur, ut propriae capitationis onus ac sarcinam recognoscant; ita ut pro magnitudine vel celebritate uniuscuiusque vici ecclesiis certus, indicio episcopi, clericorum numerus ordinetur. Dat. VI. Kal. Aug. Minizo [21]), Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [22]) [398.]

12. [e]) Iidem AA. Eutychiano P. P. — Si quis curialis clericus fuerit ordinatus, nec statim, conventione praemissa, pristinae conditioni reddatur, is vigore et solertia iudicantium ad pristinam sortem, veluti manu mox [23]) iniecta revocetur. Clericis enim ulterius legem prodesse non patimur, quae, cessione patrimonii subsecuta, decuriones clericos esse non vetabat. Dat. VI Kal. Aug. Minizo [24]), Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [25]) [398.]

13. [f]) Iidem AA. Sapidiano [26]) Vicario [27]). — Si venerabilis ecclesiae privilegia cuiusquam fuerint vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta, commissum [28]) quinque [29]) librarum auri [30]) condemnatione plectetur [31]). Dat. VI. Kalend. Iul. Brixiae, Theodoro V. C. Cons. [32]) [399.]

Nova

---

[a]) *continetur primis vv. legis* 27. *Th. C. de episc. eccl.* (*XVI.* 2.). — [b]) *l.* 31. *Th. C. de episc. eccl.* (*XVI.* 2.); *Anselm. Lucens. III.* 93. (*usque ad v.* mereri), *ubi nostra lex tamquam huius tit. undecima laudatur* (*Ans.* 1.) *et ibid. IV.* 23. (*Ans.* 2.); *Gregorii M. epist. XIII.* 45; *Capitul. ed. Baluz. VI.* 115. 406. *usque ad v.* mereri (*Cap.*). — [c]) *h. auth. non legitur in Cont.* 62. — [d]) *l.* 33. *Th. C. de episc. eccl.* (*XVI.* 2.); *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *IV.* 24.; *Bas. III.* 3. 6. — [e]) *l.* 3. *Th. C. de his qui ad eccl.* (*IX.* 45.), *ex qua multis resecatis h. l. desumta.* — [f]) *l.* 34. *Th. C. de episc. eccl.* (*XVI.* 2.), *quae amplior est; Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *IV.* 18.; *Decret. Grat.* (*Decr.*) *c.* 20. *C.* 25 *q.* 2. *In ms. Pl.* 1. *l.* 13. *post l.* 14 *posita est.*

[1]) *pro verberibus addit ed. Schf., ita ut seqq. vv. pro tormentis omittat.* — [2]) Ticiano *ms. Bg., ed. Nbg. et similiter Hal. Russ.* — [3]) sexaginta *Theod. C., tria mss. Russardi et probabiliter olim ms. Pl.* 1., *in quo* quinquaginta *eraso alii numero superscriptum est; suadetur etiam haec lectio per coll. const. eccl.* (*Leunclav. Not. I.* 13.); L. vel LX. *ed. Schf.* — [4]) *subscr. desiderata apud Hal., est in Russ.* — [5]) earumque res *addit Ans.* 2. — [6]) *Ans.* 1. 2., *Cont.* 66. *et postea rell.*; vel ipso cultui locoque *Theod. C., Cap.*; vel in ipso cultu locoque *ms. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; vel in ipso culto loco *ms. Pl.* 2.; vel in ipso occulto loco *ms. Pl.* 1. — [7]) quod non oportet inferre *addunt Cap.* — [8]) a prov. rect. animadv. *absunt a Theod. C., qui aliis verbis alia disponit.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans.* 2., *ed. Schf.*; iudicandum *Ans.* 1.; vindicandum *rell., Theod. C.* — [10]) soli *addunt Theod. C., Ans.* 2., *Cap.* — [11]) non solum liberum, sed et *addunt Theod. C., Ans.* 2. — [12]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt. Ans.* 2., *edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; aparicionibus *ms. Pl.* 2.; apparitoris *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., Ans.* 2., *edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; vel ordinatorum *addunt edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg., Ans.* 2., *ed. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; poterit *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) praesentari *Cont.* 62., *Theod. C.* — [16]) praesides — morentur; *haec vv. aliter se habent in Theod. C.* — [17]) *ms. Pist. ita subscript. habet:* D. VI. K. mai. med., *Ans.* 1. *vero ita:* Data VI. Kal. Maii Mediolani Honorio Aug. quater et Eutyciano consulibus. *Ex utroque fonte emendata subscriptio, quae tota abest ab Hal.* — [18]) *secundum Nov.* 123. *c.* 31. *et legendum esse videtur.* — [19]) *abest in a Theod. C.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., Theod. C.*; fieri *addunt edd. omnes.* — [21]) Minizi *Bk.*; Minzo *Russ.* — [22]) *ex subscr. ms. Pist.* D. VI. K. aug. *datum* III. Kal., *quod a Russ. inde omnes edd. habent, ita correximus, quemadmodum id iam suaserat Iac. Gothofr. in nota h. ad l. cit. Subscr. abest ab Hal.* — [23]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; mox iniecta manu *ms. Pl.* 1.; manu iniecta mox *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) Minizo *Theod. C.*; Minzo *Russ.*; Minizi *Bk.* — [25]) *subscr. abest ab Hal.* — [26]) *ms. Cas., Theod. C., ed. Bk.*; Phidiano *ms. Vat.*; Fidiano *mss. Pl.* 1 *Bg., edd. Nbg. Hal. et rell.*; Fabiano *ms. Pl.* 2. — [27]) Africae *addunt Theod. C., ed. Bk.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg Gt., Ans., Decr., edd. Nbg. Hal. Russ Cont.* 62., *Theod. C.*; commissum hoc *rell.* — [29]) duodecim, *Ans., Decr.* — [30]) sicut etiam prius constitutum est *addunt Theod. C., Ans., Decr.* — [31]) ipsaque privilegia nihilominus plenissimum per omnia obtineant vigorem *addunt Ans., Decr.* — [32]) *ms. Pist. tantum habet ex subscr.* D VI K iul. brixiae, *inde datum correctum fuit, quod Cont.* 62. *et postea rell. habent* VII. Kal. *Subscr. abest ab Hal. Russ.*

Nova constitutio[a]) **Friderici de statutis et consuet. contra libert. eccl. editis.** §. Item quaecunque. — *Item quaecunque communitas vel persona per*[1]) *annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiae fractam et violatam perseveraverit, ipso iure imperiali banno subiaceat, a quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento.*

14. [b]) **Iidem AA. Hadriano P. P.**[2]) — Quicunque residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco et[3]) nomine detrusus, si aliquid contra custodiam vel quietem publicam moliri fuerit deprehensus, rursusque petere sacerdotium, a quo videtur expulsus, procul ab ea urbe, quam conturbaverit, centum millibus vitam agat. Nec nostra adeat secreta, nec impetrare rescripta speret, sed etiam impetratis careat; defensoribus etiam eorum indignationem[4]) subituris. Dat. Prid. Non. Febr. Ravennae, **Stilichone et Aureliano Conss.**[5]) [400.]

Authent. [c]) de sanctiss. episcop. §. Si quis autem episcop. (Nov. 123. c. 11.) — *Si quis episcopus, sacerdotio pulsus, praesumserit ingredi civitatem, ex qua pulsus est, relinquens locum, in quo degere iussus est, iubemus, hunc monasterio in alia regione constituto tradi, ut, quae in sacerdotio deliquit, in monasterio degens corrigat.*

15. [d]) **Iidem AA. et Theodosius A.**[6]) **Studio**[7]) **P. U.** — Conventicula illicita[8]) extra ecclesiam in privatis aedibus celebrari prohibemus, proscriptionis domus periculo imminente, si dominus eius in ea clericos nova ac tumultuosa conventicula[9]) extra ecclesiam celebrantes susceperit. Dat. III. Kalend. Septemb. CP. **Honorio A. VI. et Aristaeneto Conss.**[10]) [404.]

16. **Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P.** — Quisquis censibus fuerit annotatus, invito agri domino temperet ab omni clericatu, adeo ut, etiamsi in eo vico, in quo noscitur manisitare, clericus[11]) fuerit, sub hac lege religiosum assumat sacerdotium, ut et capitationis sarcinam per ipsum dominum agnoscere compellatur, et[12]) ruralibus[13]) obsequiis, quo maluerit subrogato, fungatur[14]), ea scilicet immunitate indulta, quae certae capitationis venerandis ecclesiis relaxatur[15]), nullo contra hanc legem unquam valituro rescripto. Dat. Prid. Kalend. Mart. **Honorio A. VIII. et Theod. A. III. Conss.**[16]) [409.]

17. [e]) **Iidem AA. Monaxio**[17]) **P. P.**[18]) — Placet nostrae clementiae, ut nihil commune clerici cum publicis actionibus vel ad curiam pertinentibus, cuius corpori non sunt annexi[19]), habeant. §. 1. Praeterea his, qui parabolani vocantur, neque ad quodlibet publicum spectaculum, neque ad curiae locum, neque ad iudicium accedendi licentiam permittimus, nisi forte singuli ob causas proprias et necessitates iudicem adierint, aliquem pulsantes lite, vel ab alio ipsi pulsati, vel in communes totius corporis causas[20]) syndico ordinato; sub ea definitione, ut, si quis eorum haec violaverit, et brevibus parabolanis[21]) eximatur, et competenti supplicio subiugetur, nec unquam ad eandem sollicitudinem revertatur. Dat. VIII. Kalend. Octob. CP. **Theodosio A. VII. et Palladio Conss.**[22]) [416.]

Authent. [f]) de sanctiss. episcop. §. Interdicimus. (Nov. 123. c. 10.) — *Interdicimus sanctissimis episcopis, et presbyteris, diaconis, et subdiaconis, et lectoribus, et omnibus aliis cuiuslibet*[23]) *venerabilis collegii aut schematis constitutis ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes esse, aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculum spectandi gratia venire. Si quis autem ex his in hoc deliquerit, iubemus, hunc tribus annis a venerabili ministerio prohiberi, et in monasterium redigi. Sed in medio tempore si se poenitentem ostenderit, liceat sacerdoti, sub quo constitutus est, tempus minuere, et hunc proprio rursus*[24]) *ministerio reddere.*

18. [g]) **Iidem AA. Monaxio**[25]) **P. P.** — Parabolani, qui ad curanda debilium aegra corpora deputantur, sexcentos constitui praecipimus, ita ut per arbitrium viri reverendissimi antistitis Alexandrinae urbis de his, qui antea fuerant, et qui pro consuetudine curandi gerunt experientiam, sexcenti parabolani ad huiusmodi sollicitudinem eligantur, exceptis videlicet honoratis et curialibus. Si quis autem ex his naturali sorte fuerit absumtus, alter in eius locum pro voluntate eiusdem sacerdotis, exceptis honoratis et curialibus, subrogetur, ita ut hi sexcenti viri reverendissimi sacerdotis praeceptis ac dispositionibus obsecundent, et sub eius cura consistant; reliquis, quae dudum latae legis forma complectitur, super his parabolanis vel de spectaculis, vel de iudiciis, ceterisque, sicut iam statutum est, custodiendis. Dat. III. Non. Febr. CP. **Honorio XII. et Theodosio VIII.**[26]) **AA. Conss.**[27]) [418.]

---

[a]) *cf. ad l.* 2. *h. tit. nota c.* — [b]) *l.* 35. *Th. C. de episc. eccl.* (*XVI.* 2.), *immutato paululum in Iust. Cod.*; *Bas. III.* 1. 1. — [c]) *abest h. auth. ab ed. Nbg.* — [d]) *l.* 37. *Th. C. de episc. eccl.* (*XVI.* 2.), *a qu multum receditur in Iust. Cod.* — [e]) *l.* 42. *Th. C. de episc. eccl.* (*XVI.* 2.), *quae in multis mutata in Iust. Cod transiit.* — [f]) *h. auth. legi* 18. *adiecta est in ed. Nbg.* — [g]) *l.* 43. *Th. C. de episc. eccl.* (*XVI.* 2.).

[1]) *edd. Nbg. Schf., orig. const., Hal. Russ.*; *quae per Cont.* 62. *et rell.* — [2]) *Russ. et post eum rell., Theod. C.*; Adriano *mss. Cas. Vat.*; Fidiano *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [3]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; vel *ms. Pl.* 2., *Cont.* 66. *et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; ὁ ὑπερεχδικῶν αὐτὸν ἀγανακτείσθω *Bas.*; nostram indignationem *edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) *subscr. deest in Hal.* — [6]) *Bk. recte, cui suffragatur ms. Vat., quod habet* Idem AAA.; Iidem AA. *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. rell.* — [7]) Stadio *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; etiam *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [9]) novam ac tumultuosam conventiculam *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*, *quae et ab initio legunt:* conventiculam illicitam. — [10]) *ms. Pist. ita subscr. habet:* D̄ III K̄ sep̄ cp̄ hor a, *unde dies* IV. Kal. *emendatus eius subscriptionis, quae caeterum recte inde a Russ. in edd. invenitur, nisi quod in Russ. falso scribitur:* Honorio VII. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; clericatus *rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; in *addunt edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [13]) curialibus *ed. Nbg.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; utatur *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) reservatur *ms. Bg. Sed Leunclav.* (*Notat. I.* 14.) *Coll. const. eccl. fultus legere mavult:* qua certae capitationes venerandis ecclesiis relaxantur. — [16]) *subscr. abest ab Hal. Russ. Cont.* 76.; *consules sunt in Cont.* 62. 66. 71. *Char. et rell., diem supplevimus ex ms. Pist., quod habet* D̄. prid. K̄. mar̄. — [17]) *mss. Cas. Vat., Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; Monachio *ms. Pist.*; Maximo *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) p. u. *ms. Pl.* 1. — [19]) cuius — annexi *absunt a ms. Gt., Theod. C.*; cui. corp. non sunt obnoxii *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [20]) in communi tot. corp. causa *ms. Bg., Theod. C.* — [21]) parabolani *ms. Gt., ed. Schf., Theod. C.* — [22]) *ex ms. Pist., quod habet* D̄. VIII. K̄ oct cp̄ the et palladio ꝺꝺꝺ, *dies emendatus, quem* III. Kal. *omnes exhibent inde a Russ.*; *subscr. abest ab Hal.* — [23]) *edd. Schf. Hal. Russ., et vers. vulg. Nov.* 123. *c.* 10.; *ordinis addunt rell.* — [24]) *ed. Schf., vers. vulg. Nov. cit.*; *priori rursus vel proprio edd. Nbg. Hal. Russ.*; *priori rursus rell.* — [25]) Maximo *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [26]) *Theod. C., Bk.*; X. *Russ. Cont.* 62 66. 71. *Char. Pac. Sp.* — [27]) *subscr. abest ab Hal. Cont.* 76.

19. [a]) Iidem AA. Palladio[1]) P. P.[2]) — Eum, qui probabilem saeculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiae appellationis non decet. Quicunque igitur cuiuscunque gradus sacerdotio fulciuntur, vel clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierum interdicta consortia cognoscant; hac tantum eis facultate concessa, ut matres, filias atque germanas intra domorum suarum septa contineant. In his enim nihil saevi[3]) criminis existimari[4]) foedus naturale permittit. Illas etiam[5]) non relinqui castitatis[6]) hortatur affectio, quae ante sacerdotium maritorum legitimum meruere coniugium; neque enim clericis incompetenter adiunctae sunt, quae dignos sacerdotio viros sui[7]) conversatione fecerunt. Dat. VIII. Id. Maii Ravennae, DN. Theodosio A. IX. et Constantio V. C. III.[8]) Conss.[9]) [420.]

Authent. de nuptiis. §. Sed et si quis inter. (Nov. 22. c. 42.) — *Multo magis ergo cessant eorum coniugia. Soli enim cantores lectoresque nuptias contrahere permittuntur; aliis autem omnibus penitus interdicimus. Verumtamen si et ipsi ad secundas pervenerint nuptias, neuaquam ad sacerdotii culmen ascendant.*

Authent. quomodo oporteat episcopos. § Neque autem. (Nov. 6. c. 5.) — *Episcopo nullam mulierem secum habere permittitur; sed si habere probetur, ab episcopatu deiiciatur, quo se fecit indignum.*

20. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Taurum P. P. et Patricium[10]). — Si quis[11]) presbyter, aut diaconus, aut diaconissa, seu[12]) subdiaconus, vel cuiuslibet alterius loci clericus, aut monachus, aut mulier, quae solitariae vitae dedita[13]) est, nullo condito testamento decesserit, nec ei parentes utriusque sexus, vel liberi, vel si[14]) qui agnationis cognationisve iure iunguntur, vel[15]) uxor extiterit, bona, quae ad eum vel ad eam[16]) pertinuerunt, sacrosanctae ecclesiae vel[17]) monasterio, cui forte[18]) fuerat destinatus aut destinata[19]), omnifariam socientur; exceptis iis facultatibus, quas forte censibus adscripti, vel iuri patronatus subiecti, vel curiali conditioni obnoxii clerici vel monachi cuiuscunque[20]) sexus[21]) relinquunt. Neque enim iustum est, bona seu peculia, quae aut patrono legibus debentur, aut domino possessionis, cui quis eorum fuerat adscriptus, aut ad curias pro tenore dudum latae constitutionis sub certa forma pertinere noscuntur, ab ecclesiis aut monasteriis detineri; actionibus videlicet competentibus[22]) sacrosanctis ecclesiis vel monasteriis reservatis, si quis forte praedictis conditionibus obnoxius, aut ex gestis negotii, aut ex quibuslibet aliis ecclesiasticis actionibus[23]) obligatus obierit. Dat. XVIII.[24]) Kal. Ian. Ariovindo et Aspare[25]) Conss.[26]) [434.]

Authent. de monachis. §. Illud quoque. (Nov. 5. c. 5.) — *Nunc autem cum monachus factus est, hoc ipso suas res omnes obtulisse monasterio videtur, si prius testatus non sit; et exinde de iudicio eius cessante lege disponitur, ut, si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit, eatenus substantiae monasterio destinatae detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum, salvo tamen iure uxoris, et aliorum creditorum*[27]).

21. [c]) Iidem AA. Thomae[28]) P. P. — Ad similitudinem tam episcoporum orthodoxae fidei, quam presbyterorum et diaconorum[29]), ii, qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum curiae muneribus satisfacere non videntur. Dat. V Kal. Mar. Constantinop. Eudoxio et Dioscoro Conss. (a. 449.)

22. [d]) Iidem AA. Florentio[32]) P. P. — Si qua per calumniam postulatio super criminalibus causis apud competentem iudicem deposita, exhibitionis causa, fuerit sacrosanctae religionis antistitis[33]), triginta pondo auri condemnatione, publicis calculis inferenda, ut percellatur, praecipimus. §. 1. Quin etiam omnia privilegia, quae sacrosanctis ecclesiis confugarum aut clericorum, decanorum aut aliorum ecclesiasticorum causa legibus sunt praestita, intacta atque illibata servari. §. 2. Praeterea iubemus, ut omnes clerici atque monachi, qui de suis civitatibus ad hanc almam urbem ecclesiastici negotii vel religionis causa proficiscuntur, literis episcopi, cui unusquisque eorum iter faciens obsequitur, muniti adveniant; scituri, quod, si citra hanc fiduciam accesserint, sibimet imputabunt, quod non clerici vel monachi esse putabuntur. D. Theodosio A. XVII. et Festo Conss.[34]) [439.]

Authent. de sanctiss. episcop. §. Sed neque pro qualibet (Nov. 123. c. 8.) — *Nullus episcopus invitus ad civilem vel militarem iudicem in qualibet causa producatur vel exhibeatur, nisi princeps iubeat. Iudex autem, qui duci vel exhiberi imperaverit*[35]), *post cinguli privationem viginti libras auri ecclesiae illi, cuius episcopus est, persolvat; executore*[36]) *post*

---

[a]) *l.* 44. *Th. C. de episc. eccl.* (*XVI.* 2.); *L. Baiuvar.* (*L. Bai.*) *Tit.* 1. *c.* 13. §. 2. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de bon. cleric.* (*V.* 3.), *cuius pars ultima a Iust. Cod. abest.* — [c]) *geminata in l.* 60. *C. de decurion.* (*X.* 31.), *similis argumenti est l.* 187. *Th. C. eod., ex qua vero nostra lex hausta esse vix dici potest.* — [d]) *Bas. III.* 1. 2.

[1]) Placido *ms. Pl.* 2. — [2]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; P. U. *rell.* — [3]) scaevi *Bk., Theod. C.*; suspecti *L. Bai.* — [4]) nihil fieri criminis existimare *alios legere Hal. Russ. testantur in notis.* — [5]) *Cont.* 66. *et postea rell., Theod. C.*; enim *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; autem *Hal. Russ. Cont.* 62. — [6]) charitatis *Hal. in not. scribere mavult.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; suae *ed. Schf.*; sua *Russ. et rell.* — [8]) III. *abest ab edd. omnibus, addendum tamen esse apparet tam ex temporum ratione, quam ex nota n. Ritteri ad l. cit. Theod. C.* — [9]) *subscr. abest ab Hal.* — [10]) *ms. Pist., Cont.* 62. *et postea rell., Theod. C.*; et Patricium *absunt a mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ.*; *in mss. Pl.* 1. *quod habet* p̄fectum p̄turiū *nostrae lect. vestigia deprehenduntur.* — [11]) episcopus aut *addit Theod. C.* — [12]) aut *Theod. C.* — [13]) dedicata *edd. Nbg. Hal.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; si *abest ab Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) vir et *pro* vel *habet ed. Schf.*; vel nec *ed. Nbg.* — [16]) vel ad eam *absunt a Theod. C.* — [17]) forte *addit ms. Pl.* 2. — [18]) forte *abest a ms. Pl.* 2., *Theod. C.* — [19]) aut destinata *absunt a Theod. C.* — [20]) *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf., Theod. C.*; sint *addunt mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. et rell.* — [21]) vel conditionis *addit Cont.* 62. — [22]) competenter *Theod. C.* — [23]) obligationibus *ms. Pl.* 2.; actibus *Theod. C.* — [24]) *Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; XIV. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [25]) *Bk., Theod. C.*; Aspere *rell.* — [26]) *subscr. abest ab Hal.* — [27]) *salvo — creditorum absunt ab ed. Nbg.* — [28]) Isidoro *Bk.*; *dissentiunt nostra mss. et edd., et l.* 53. *C. h. tit., ubi in princ. nostra lex vocatur* διάταξις — πρὸς Θωμᾶν ἀντιγεγραμμένη; *cfr. etiam l.* 60. *C. X.* 32. — [29]) presbyteri et diaconi *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [30]) *subscr. restitui ex l.* 60. *C. X.* 31.; *multa suam hauserunt ex l.* 187. *Th. C. XII.* 1. *Russ. et postea rell.* — [32]) Thome *ms. Vat.* [33]) antistitis *ms. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk.*; antistiti *rell. Caeterum sacros.* — antistitis *perperam a Sp. ad apodosin referuntur, quod iam dissuadent Bas.*: Ὁ συκοφαντήσας ἐγκληματικῶς ἐπίσκοπον, τριάκοντα χρυσίου λίτρας προστιμάσθω etc. — [34]) *subscr. haec lacunosa et suspecta addita a Cont.* 62. *et rell.* — [35]) *Alioquin si iudex quidem iubere ausus est ed. Schf.* — [36]) *litis executor ed. Schf.*

post cinguli privationem verberibus subdendo [1]), *et in exilium deportando* [2]).

23. [a]) Impp. Valentinianus et Marcianus AA. Palladio P. P. [3]) — Quoniam venerabilis recordationis Flavianus [4]), huius almae urbis episcopus, cum venerabilis synodi innumerabilium paene sacerdotum, qui Chalcedone convenerunt, tanto et tali decoratus est testimonio, ut Eutyches, qui contra senserat, cum sceleratis dictis suis ab omnibus uno ore damnaretur, aboleatur quidem Eutychis [5]) damnosa memoria, Flaviani autem laudabilis recordatio reveletur [6]). Data pridie Nonas Iulias [7]) CP. Sporacio [8]) V. C. et qui fuerit nunciatus Conss. [9]) [452.]

24. Idem [10]) AA. Palladio P. P. — Id, quod pauperibus testamento vel codicillis relinquitur, non ut incertis personis relictum evanescat, sed omnibus modis ratum firmumque consistat. Dat. VII. Kal. [11]) .....

25. [b]) Imp. Marcianus A. Constantino P. P. [12]) — Quum clericis in iudicium vocatis pateat episcopalis audientia, volentibus tamen actoribus, si actor disceptationem sanctissimi archiepiscopi noluerit experiri, eminentissimae tuae sedis examen contra catholicos sub viro reverendissimo archiepiscopo huius urbis clericos constitutos, vel contra reverendissimum oeconomum tam de suis, quam de ecclesiasticis negotiis sibimet noverit expetendum [13]); neque in ullo [14]) alio foro, vel apud quemquam alterum iudicem eosdem clericos litibus irretire, et civilibus vel criminalibus negotiis tentet innectere. §. 1. Memorati autem reverendissimi clerici orthodoxarum ecclesiarum, quae sub viro religiosissimo antistite huius inclytae urbis sunt, in causa [15]), in qua vel ipsi, vel procuratores, quos pro se dederint, sententiarum tuarum auctoritate pulsantur, executoribus, per quos coeperint conveniri, fideiussorem sacratissimae huius urbis ecclesiae oeconomum vel defensorem praebeant, qui usque ad quinquaginta libras auri fideiussor existat. Ipse vero reverendissimus oeconomus almae huius urbis ecclesiae, lite pulsatus, fideiussorem pro se non praebeat, utpote qui et aliorum clericorum fideiussor futurus est, sed fidei suae committatur. Quodsi lis diversorum (excepto reverendissimo oeconomo) clericorum, quae agitanda sit, memoratam summam videatur excedere, clericus lite pulsatus det executori [16]) pro residua quantitate cautionem suam, cui nullum tamen insertum erit iusiurandum, quia ecclesiasticis regulis et canone, a beatissimis episcopis antiquitus instituto, clerici iurare prohibentur. §. 2. Statuimus autem, ut executoribus idem reverendissimus oeconomus vel alii diversi clerici sub beatissimo archiepiscopo huius splendidissimae civitatis, sententiarum tuarum auctoritate commoniti, duos solidos tantummodo dent pro commonitione [17]) sua et pro institutione procuratoris, si per eum voluerint litigare. Quod circa alios quoque diversos apparitores eminentiae tuae in his, quae ex consuetudine praebentur officio, observari in causis praedictorum clericorum iubemus, ut litis sumtus vel expensae a clericis pauciores [18]) humanioresque praestentur. Dat. VIII..... April. Varane [19]) et Ioanne Conss. [20]) [456.]

Authent. de sanctiss. episcop. §. Sportularum. (Nov. 123. c. 28.) — *Sed hodie nulla persona in ecclesiastico officio constituta in qualibet causa criminali vel pecuniaria cuiuscunque quantitatis, vel diaconissa, vel monachus, vel ascetria, vel monacha, amplius quatuor siliquis permittantur dare, nisi quum ex iussione principis ad alias provincias vocantur; ubi non ultra unum solidum accipiet executor. Episcopus pro rebus ecclesiae suae nihil praestet nomine sportularum, actiones contra ecclesias propositas oeconomis suscipientibus vel illis, qui in eam causam sunt ordinati. Qui contra hoc exegerit, in duplum, quod exactum est, reddet, nudandus* [21]) *cingulo, si miles est, si clericus, a consortio clericorum removendus* [22]).

Authent. de litigiosis. §. Ad excludendas. (Nov. 112. c. 2.) — *Generaliter autem iudex providcat, libellum pulsato non porrigi, sportulasve ab eo non exigi, nisi prius et in libello actor per se aut per tabularios conscribat, et actis intervenientibus fideiussorem idoneum* [23]) *periculo competentis officii praestet; quod usque ad finem litis permaneat, eamque vel per se, vel per procuratorem exerceat, et, si convicius* [24]) *fuerit iniuste movisse litem, expensarum sumtuumque nomine decimam partem quantitatis in libello comprehensae pulsato restituat. Aut si fideiussorem dare non valet, super hisdem iuratoriam exponat cautionem, et tactis sacrosanctis evangeliis affirmet* [25]), *se fideiussorem dare non posse; poena iudici et eius officio imminente, si aliter versati fuerint, in denis libris auri. Executoris autem bona publicabuntur, et damnabitur in exilium, nisi causa moveatur ex consensu utriusque partis.*

26. [c]) Imp. Leo A. Iuliano [26]) P. P. — Decernimus, ut posthac neque monachi, aut [27]) quicunque alii cuiuslibet [28]) status atque [29]) fortunae, in aedes publicas vel in quaecunque loca populi voluptatibus fabricata venerabilem crucem et sanctorum martyrum reli-

---

[a]) *h. l. est particularis versio graecae const. amplioris, quae in Actis Conc. Chalced. reperitur (v. Leunclav. Notat. II.* 154.); *Anselm. Lucens. (Ans.) III.* 97. — [b]) *h. l. probabiliter ex eadem desumta, ex qua et manavit l.* 13. *C. de episc. aud. (I.* 4.). — [c]) *de hac lege, num in l.* 3. *C. de oper. publ. (VIII.* 12.) *geminata fuisse videatur, cfr. nota ad l.* 3. *all.; Bas. I.* 1. 10.

[1]) *tormentis subiiciatur ed. Schf.* — [2]) *mittatur ed. Schf.* — [3]) *Act. Conc. Chalc. ita inscribunt:* Οἱ αὐτοὶ βασιλεῖς Παλλαδίῳ τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων, Οὐαλεντινιανῷ ἐπάρχῳ τοῦ Ἰλλυριοῦ, Τατιανῷ ἐπάρχῳ πόλεως, Βιγκομάλῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφικίων καὶ ὑπάτῳ δεσιγνάτῳ. — [4]) *mss. Pl.* 2. *Bg., Bk.;* Flabianus *Ans.;* Fabianus *mss. Pl.* 1. *edd. omnes praeter Bk.;* Φλαβιανός *Acta Conc. Chalc.* — [5]) Εὐτυχοῦς *graece;* Eutyces *Ans.;* Eutycetis (Eutychetis) *mss. et edd. omnes.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., Ans., ed. Schf.;* relevetur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) *Cont.* 76.; Iulias *abest ab edd. omnibus.* — [8]) Sporatio *Cont.* 76.; Asporatio *rell.; cfr. not.* 10. *ad l.* 4. *C. I.* 1. — [9]) *In Act. Conc. Chalc. subscriptio ita audit:* ἐδόθη πρὸ μιᾶς νόνων Ἰουλίων ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπατείᾳ Σφωρακίου τοῦ λαμπροτάτου καὶ τοῦ δηλωθησομένου. *Subscr. omnis abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. — [10]) Impp. var. et mar c. *ms. Pist.* — [11]) *tantum haec pars subscriptionis ex ms. Pist. restitui potest; consules Actium et Studium esse suspicor, quum in l.* 12. *C. I.* 2. *his conss. lata ab iisdem impp. dicatur fuisse egeris prospectum.* — [12]) *In ms. Pist., quod inscriptionem legis* 29. *h. tit. hic repetiit, emendatio erroris facta, et nostra inscr. substituta.* — [13]) exspectandum *ed. Nbg.* — [14]) *ms. Bg.;* neque in nullo *ms. Gt.;* neque ullo *ms. Pl.* 2.; qui in ullo *ms. Pl.* 1.; qui in nullo *edd. omnes.* — [15]) causam *ms. Pl.* 1. — [16]) vel adversario *addit ed. Schf.* — [17]) monitione *ed. Schf. et Hal. in textu;* conventione *var. l. gl.* — [18]) parciores *legere mavult Leunclav. (Notat. I.* 15.), *quod φειδωλότερον habet Coll. const. graec.* — [19]) Varari *Russ. et rell. praeter Bk.; verum* Οὐαρανής *vocatur in Chron. Alex.* — [20]) *subscr. abest ab Hal., restituta a Russ. ex l.* 13. *C. de episcop. aud. I.* 4. — [21]) *nudatus edd. Nbg. Schf.* — [22]) *removeatur edd. Schf. Hal. Russ.; moveatur ed. Nbg.* — [23]) *idoneum abest ab edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [24]) *victus ed. Nbg.* — [25]) *affirmabit edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [26]) Viviano *Bk., quod quidem ut varia lectio a Russ. et Cont.* 62. *in marg. adnotatur, sed nostrorum omnium mssorum auctoritate caret. Idem esse Iulianus videtur, cui inscribitur l.* 61. *C. de decur. (X.* 31.) — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.;* neque *Hal. et rell., licet Cont. in nota marg. in omnibus* aut *legi asseveret.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.;* cuiuscunque *edd. Schf. Russ. et rell.* — [29]) atque *abest ab ed. Schf.;* aut *ms. Gt.*

reliquias illicite inferre conentur, vel occupare audeant ea, quae vel ad publicas causas, vel ad populi oblectamenta constructa sunt. Quum enim religiosae aedes non desunt [1]), possunt ibi, consultis prius, ut oportet, religiosissimis episcopis, reliquias sanctorum [2]) martyrum non quorundam usurpatione, sed arbitrio reverendissimorum antistitum collocare. Ideo patientiam et modestiam suam, quam leges nostrae et publica disciplina, et ipsorum monachorum nomen exposcit, studiose unusquisque tam monachus, quam cuiuslibet alterius professionis retineat, et perpetuo observare procuret.

27. [a]) Idem A. Erythrio [3]) P. P. — Quisquis emensis [4]) militiae suae stipendiis, expletisque officiis sive muneribus, quae cuicunque conditioni [5]) aut consuetudine, aut lege debebantur, ad consortium se contulerit clericorum, et inter ministros verae orthodoxae fidei maluerit et elegerit [6]) numerari, nullius prorsus sententiae acerbitate revocetur, nec a Dei templis, quibus se consecravit, importunis intentionibus abstrahatur, sed in hisdem beatissimis ministeriis securus permaneat et quietus, ad quae post longi laboris lassitudinem ob reliquae vitae requiem consilio meliore protractus est; his actionibus, si quae contra eum eiusque patrimonium legitima intentione competunt, pro iuris ordine responsurus, exceptis primipilaribus, quos praeceptis tui culminis et publicis utilitatibus in perpetuum esse subiectos, sacratissimae constitutionis statuta sanxerunt [7]).

28. Idem et Anthemius AA. [8]) Nicostrato P. P. — Nulli licere decernimus, sive testamento heres sit institutus, sive ab intestato succedat, sive fideicommissarius vel legatarius inveniatur, dispositiones pii testatoris infringere, vel improba mente violare, asserendo incertum esse legatum vel fideicommissum, quod redemtioni captivorum relinquitur, sed modis omnibus exactum pro voluntate testatoris piae rei negotio [9]) proficere. §. 1. Et si quidem testator significaverit [10]), per quem desiderat redemtionem fieri captivorum, is, qui specialiter designatus est, legati vel fideicommissi habeat exigendi licentiam, et pro sua conscientia [11]) votum adimpleat testatoris. Sin autem, persona non designata, testator absolute tantummodo summam legati vel fideicommissi taxaverit, quae debeat memoratae causae proficere, vir reverendissimus episcopus illius civitatis, ex qua testator oritur, habeat facultatem exigendi, quod huius rei gratia fuerit derelictum, pium defuncti propositum sine ulla cunctatione, ut convenit, impleturus. §. 2. Quum autem vir religiosissimus episcopus huiusmodi pecunias pio relictas arbitrio [12]) fuerit consecutus, statim gestis intervenientibus earum quantitatem et tempus, quo eas [13]) susceperit, apud rectorem provinciae publicare debebit. Post unius vero anni spatium et numerum captivorum, et data pro his pretia eum manifestare praecipimus, ut per omnia impleantur tam [14]) piae deficientium voluntates; ita tamen, ut religiosissimi antistites [15]) gratis et sine ullo dispendio praedicta gesta conficiant [16]), ne humanitatis obtentu relictae [17]) pecuniae indiclorum dispendiis erogentur. §. 3. Quodsi testator, qui huiusmodi legatum vel fideicommissum non designata persona reliquit, barbarae sit nationis, et de eius patria aliqua emerserit ambiguitas, vir reverendissimus episcopus civitatis eius, in qua idem testator defunctus est, eiusdem [18]) habeat legati seu fideicommissi petitionem, defuncti propositum modis omnibus impleturus. §. 4. Quodsi in vico vel in [19]) territorio testator mortem obierit, illius civitatis vir reverendissimus episcopus exactionem habebit, sub qua [20]) vicus vel territorium esse dignoscitur. §. 5. Et ne pium defuncti [21]) propositum improba fraudatorum [22]) calliditate celetur [23]), quidquid pro huiusmodi causa a testatore relictum fuerit, universi, qui id quocunque modo cognoverint, vel in viri clarissimi rectoris provinciae, vel in urbis episcopi notitiam deferendi [24]) liberam habeant facultatem; nec delatoris nomen suspicionemque [25]) formident, quum fides atque industria eorum tam laude quam honestate non careat, ac pariter pietate [26]), quum veritatem in publicas aures lucemque deduxerint [27]);

Authent. de ecclesiast. titul. §. Si quis autem pro redemtione. (Nov. 131. c. 11.) — *licet testator vel donator interdixerit ei, aliquod ad hoc participium in ea re habere. Idem est in oeconomo.* §. 1. *Sed si hi, qui facere iussi sunt, neglexerint, semel vel bis ab episcopo vel oeconomo admoniti per publicas personas amittant lucrum, quod eis contingebat ex voluntate defuncti, et episcopus habeat licentiam vindicare illud lucrum, et illud, quod distribui debet, distribuere; quod si non fecerit, rationem reddere debet.*

29. [b]) [28]) *Αὐτοκράτωρες Λέων καὶ Ἀνθέμιος ΑΑ. Ζήνωνι στρατηγῷ. — Οἱ ἐν τοῖς μο-*

29. *Impp. Leo et Anthemius AA. Zenoni Stratego. — Qui in monasteriis degunt, potestatem inde*

---

[a]) *Bas. III.* 3. 7. — [b]) *Genuina l. exstat in* 1., *Coll.* 25. *capit. III.*, *et* 2., *Bas. I.* 1. 9.; *epitome est in* 3., *Coll. constit. eccles. I.* 3. 29. (*Voëlli bibl. II.* 1256.), *ex qua hausit* Photius *Nomoc. XI.* 4. (*Voëlli bibl. II. p.* 1055.), *et* 4., *Bas. IV. I.* 25. *Text.* 1. *primum editus in ed. Cod. Lugdun.* (*Hugo a Porta* 1551.), *receptus a Russ. et postea rell., a Cont.* 62. *male collocatus post l.* 37. *h. tit.* — *Nos sequimur in textu* 1. *Ant. August.* (*Coll. p.* 33.), *variamque lectionem repetimus ex collatione textuum* 1. *et* 2., *et ex* Köhleri *interpretatt. et emendatt. iur. Rom. I. p.* 86. (*Khl.*).

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; desint *Russ. et rell.* — [2]) sanctorum *abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt*, *ed. Nbg. et ab Hal. in textu*; τὰ τῶν ἁγίων λείψανα *Bas.*, *secundum quae potius vox* martyrum *omittenda foret.* — [3]) Eritrio *mss. Pl.* 1. 2.; Eritio *ms. Bg.*; Herithio *ms. Vat.*; Erurio *ms. Cas.*; Entio *ed. Nbg.*; Eutychio *Hal. et rell.* — [4]) emersis *ms. Bg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; conditione *edd. omnes*; sive — debebantur *ita in Bas. versa sunt:* ἢ τὴν ἀπὸ νόμου ἢ ἔθους χρεωστουμένην λειτουργίαν. — [6]) et elegerit *absunt ab ed. Nbg. et ab Hal. in textu.* — [7]) *h. l. probabiliter lata est a.* 466. Leone A. III. cons., *quum anno post iam Anthemius cum Leone regnaverit, et ante a.* 466. *Erythrium P. P. commemoratum non invenerim.* — [8]) Idem A. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2.; Id. AA. *ms. Bg.* — [9]) negotium *mss. Pl.* 2. *Gt.*; negotiis *ed. Schf.*; negotioque *ms. Pl.* 1. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; designaverit *Russ. et rell.* — [11]) scientia *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [12]) pecunias relictas pro arbitrio *ed. Nbg. et Hal. in textu.* — [13]) ea *ms. Pl.* 1. — [14]) tam *abest a ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*, *in ms. Pl.* 1. *recentiore manu additum.* — [15]) religios. antist. *absunt a ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Russ.*; religiosissimus antistes *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [16]) conficiantur *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Russ.*; *idem serius emendatum fuit in ms. Bg.*; conficiat *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [17]) relictae *abest ab ed. Nbg.* — [18]) eiusdem *abest a ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; et idem *ms. Pl.* 1. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; in *abest a Russ. et rell.* — [20]) quo *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *ed. Schf.* — [21]) defunctorum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [22]) gravatorum *var. l. gl.* — [23]) celaretur *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *et similiter Gt.*, *ed. Schf.* — [24]) etiam *addit ms. Pl.* 1. — [25]) suspicione *mss. Pl.* 1. *Gt.*; suspicionem *ms. Bg.*; suppositionemque *ed. Nbg.* — [26]) honestate — pietate, *hunc verborum ordinem habent mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *et similiter Nbg.*; quam honest. ac par. pietate non careat *Hal. et rell.* — [27]) *h. l. videtur lata a.* 468. *Anthemio A. II. Cons.*, *quum omnes constitutiones ad eundem Nicostratum missae*, *quae in Cod. reperiuntur, sint eiusdem a.* 468. — [28]) Λέοντος νόμος περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι, μόναχον ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ μοναστηρίου αὐτοῦ καὶ περιάγειν ἐν πόλει *praemittit Khl.*

μοναστηρίοις διατρίβοντες μὴ ἐχέτωσαν ἐξουσίαν ἐξιέναι τῶν μοναστηρίων, ἢ καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχέων, ἢ καὶ ἐν ἑτέραις πόλεσιν ἀναστρέφεσθαι, ὑπεξαιρουμένων[1]) μόνων τῶν καλουμένων ἀποκρισιαρίων, οἷς ἄδειαν παρέχομεν ἐθέλουσι[2]) διὰ μόνας ἀναγκαίας ἀποκρίσεις εἰςιέναι[3]). Καὶ οὗτοι δὲ αὐτοὶ οἱ ποιούμενοι τὰς εἰςόδους[4]) φυλαττέσθωσαν περὶ θρησκείας ἢ δόγματος διαλέγεσθαι, ἢ συμβουλαῖς τισι πρὸς στάσιν ἢ[5]) ταραχὴν ὁρῶσαις[6]) τὰς ἁπλουστέρας ψυχὰς τοῦ δήμου παρατρέπειν· γινώσκοντες, ὡς ἀμελοῦντες τῶν προςτεταγμένων παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας τῇ τῶν νόμων ὑποβληθήσονται αὐστηρία. Dat. Kal. Iun. CP. Leone A. IV.[7]) et Probiano Conss. [471]

inde exeundi ne habento, vel in Antiochensi civitate seu aliis quibuscunque civitatibus conversandi, exceptis solis apocrisiariis, quibus licentiam damus volentibus ob apocrises necessarias intrare. Caveant autem ingredientes, ne de religione vel doctrina disputent, vel consiliis quibusdam ad seditionem vel tumultum spectantibus simpliciores populi animos seducant, scientes, se, si nostrae pietatis statuta neglexerint, legum severitati subiectum iri.

[30.[a]) *Epitome Nov.* 123. *c.* 11. *ex Attaliatae synopsi.*

Τοὺς ἐπισκόπους ἀπαγορεύομεν μὴ ἀφορίζειν τινὰ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἢ κοινωνίας, ἄνευ τοῦ δειχθῆναι αἰτίαν εὔλογον. Ὁ δὲ ἀναποδείκτως ἀφορίζων, κωλύεται τῆς ἁγίας κοινωνίας ἐπὶ χρόνον.]

[30. *Episcopis interdicimus, ne quem a sacrosancta ecclesia vel communione segregent, nisi iusta causa probata sit. Qui vero citra probationem hanc segregat, a sacra communione quoddam ad tempus arcetur.*]

31. [30.][b]) Idem AA.[8]) Armasio[9]) P. P. — Si quemquam vel in hac regia urbe, vel in ceteris provinciis, quae toto orbe[10]) diffusae sunt, ad episcopatus gradum provehi Deo auctore contigerit, puris hominum mentibus, nuda electionis conscientia[11]), sincero omnium iudicio proferatur. Nemo gradum sacerdotii pretii venalitate mercetur; quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, aestimetur. Profecto enim quis locus tutus, et quae causa esse poterit excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis, aut vallum fidei providebimus, si auri sacra fames[12]) penetralia[13]) veneranda[14]) proserpit[15])? Quid denique cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpitur[16])? Cesset altaribus imminere profanus ardor avaritiae, et a sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Ita[17]) castus et humilis nostris temporibus eligatur episcopus, ut, locorum quocunque[18]) pervenerit, omnia vitae propriae integritate purificet. Non[19]) pretio, sed[20]) precibus ordinetur antistes. Tantum ab ambitu debet esse sepositus[21]), ut quaeratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat. Sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitus, quum sane quisquis[22]) hanc sanctam et venerandam antistitis sedem pecuniae interventu subiisse, aut si quis, ut alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis et laesae maiestatis accusatione proposita a gradu sacerdotii retrahatur. Nec hoc solum deinceps honore privari, sed perpetuae quoque infamiae damnari decernimus, ut eos, quos par facinus coinquinat et aequat, utrosque similis poena comitetur. Dat. VIII. Id. Mart. Constantinop. Marciano et[23]) Zenone Conss.[24]) [469.]

Authent.[c]) de sanctiss. episcop. §. Prae omnibus. (Nov. 123. c. 2.) — *Quod pro hac causa datum est, et pretium, quod expensum est, restituatur ecclesiae, cuius sacerdotium voluit comparare.*

32. [31.] Idem AA.[25]) Dioscoro P. P. — Orphanotrophos huius inclytae urbis, nulla subtilitate iuris obsistente, eos quidem, qui[26]) pupillorum sunt quasi tutores, adolescentium vero quasi curatores, sine ullo fideiussionis gravamine in emergentibus causis tam in iudicio, quam extra iudicium, ut opus exegerit, ad similitudinem tutoris et curatoris, personas[27]) et[28]) negotia eorum, si qua possint habere, defendere ac vindicare inbemus; ita videlicet, ut praesentibus publicis personis, id est tabulariis[29]), aut intervenientibus gestis in hac quidem inclyta urbe apud virum perfectissimum magistrum census, in provinciis vero apud moderatores earum vel defensores locorum, res eorum eis tradantur, a quibus sunt custodiendae; ut, si quas earundem rerum propter foenus forsitan vel aliam urgentem causam, vel eo, quod servari[30]) non possunt, alienare prospexerint[31]), prius habita aestimatione, liceat[32]) eis alienationis inire contractum, ut pretia eorum, quae exinde colligunntur, ab eisdem personis custodiantur. Huiusmodi autem pium atque religiosum officium pro tempore orphanotrophos ita peragere convenit, ut minime ratiociniis tutelaribus seu curationibus

[a]) *hanc ex Nov. epitomen apud Michaël. Attaliatam III.* 6. (*Leunclav. ius Graeco-Rom. II. p.* 6.) *perperam hic interpolare voluit Leunclav.* (*Adnotat. ad Cod.* 7.). *Licet postea cognitum errorem ipse emendaverit* (*Notat. II.* 156.), *tamen eum secuti sunt Pac. et Sp.* — [b]) *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *VI.* 5.; *Decret. Grat.* (*Decr.*) *c.* 4. *C.* 15. *q.* 3. *continet ultimam huius l. partem a verbis* sane si quis. — [c]) *abest h. auth. ab ed. Nbg.*

[1]) ὑφεξαιρουμένων *Augustinus, Khl.*; ὑπεξηρημένων *Bas.* — [2]) θέλουσιν εἰς τὰς πόλεις *Bas.* — [3]) *Augustinus, Bas. Khl.*; ἐξιέναι *edd. Cod.* — [4]) *Augustinus, Bas. Khl.*; ἐξόδους *edd. Cod.* — [5]) *Bas. Khl.*; προςτάσσειν εἰς *Augustinus*; προςτάσσειν ἢ *edd. Cod.* — [6]) *Augustinus, Bas. Khl.*; ταραχῆς ὁρμώσης *edd. Cod.* — [7]) IV. *male omittunt omnes praeter Bk.* — [8]) Imp. Leo ā. *ms. Pist.*; Idem ā *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. — [9]) Nicostrato *ms. Pl.* 1. *repetita per errorem inscriptione legis* 28. *h. tit.* — [10]) terrarum *addit ed. Schf.* — [11]) scientia *ms. Gt. Ans., ed. Nbg.*; *etiam in mss. Pl.* 1. 2. *recentior demum manus* scientia *in* conscientia *mutavit.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Schf. Hal.*; in *addunt Russ. et rell.* — [13]) *et addit ms. Pl.* 2. — [14]) templa *addit ms. Pl.* 2. — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Schf.*; proserpat *Hal. et rell* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Schf.*; corrumpatur *Hal. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Hal.*; itaque *ed. Schf. Russ. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg, Ans., edd. Nbg. Schf.*; quocunque loco*rum Hal. et rell.*; *sed nostra lectio accommodatior est affectato huic dicendi modo.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Hal. Russ.*; nec *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [20]) nec *Russ. Cont.* 62. — [21]) Tantus ambitus debet esse sopitus *Ans.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Ans., Decr., ed. Nbg.*; si quis *edd. Schf. Hal. et rell.* — [23]) Marciano et *absunt a Russ.* — [24]) *subscr. omnis deest in Hal. Ms. Pist. habet* cp Zenone. — [25]) Idem ā *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. — [26]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; eorum quidem, qui *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.*; qui quidem *Hal. et rell.* — [27]) personarum *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. et Hal. ita ut ad* curatoris *referatur.* — [28]) et *abest a mss. Pl.* 1. 2. — [29]) tabulario *var. l. gl.*; id est tabularis *absunt ab Hal.* — [30]) eorum quae servari *ms. Gt.*; eo quod observari *ms. Bg., ed. Schf.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; alienandas esse perspexerint *Russ. et rell.* — [32]) licebit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; *quae lectio si propter tantas auctoritates probatur loco praecedentis* ut *est legendum et vel et.*

bus [1]) obnoxii sint. Grave enim atque iniquum est, callidis quorundam, si ita contigerit, machinationibus eos vexari, qui propter timorem Dei [2]) parentibus atque substantiis destitutos minores sustentare, atque velut affectione paterna educare festinant [3]).

33. [32.] [a]) Idem AA. [4]) Erythrio [5]) P. P. — Omnes, qui ubique sunt vel posthac fuerint orthodoxae fidei sacerdotes et clerici, cuiuscunque gradus sint [6]), monachi quoque, in causis civilibus ex nullius penitus maioris minorisve sententia iudicis [7]) ad extranea iudicia pertrahantur, aut provinciam, vel [8]) locum, aut regionem, quam habitant, exire cogantur. Nullus eorum ecclesias vel monasteria propria, quae religionis intuitu habitant, relinquere miserabili necessitate iubeatur, sed apud suos iudices ordinarios, hoc [9]) est provinciarum rectores, in quibus locis [10]) degunt [11]), ecclesiarum ministeriis obsecundent, omniumque contra se agentium excipiant actiones, ut his horis saltem atque temporibus, quibus religiosos viros a turbulenta observatione praetorii vacare contigerit, quumque eos ad tempus petitorum intentio calumniosa laxaverit, ad sua se monasteria et venerabiles ecclesias conferentes, sapienti animo, precatione sollicita, facilinsque de proximo sacrosanctis altaribus obsecundent, in suis laribus domiciliisque constituti [12]). §. 1. In hac autem regia urbe, si quando cuiuscunque rei causa episcopos vel presbyteros ceterosque clericos, qui sacrosanctis ecclesiis obsequuntur, sive monachos ex aliis quibuscunque provinciis contigerit reperiri, quos tamen in litem quisquam vocare voluerit [13]), in nullo alio sit licitum memoratos cuiquam pulsare iudicio, nisi in tuae sublimitatis duntaxat examine, ubi eis et beatitudinis honor debitus reservetur, et oratorum adfluens in defensionibus copia large praestetur. §. 2. Praeterea quum in provinciis ex eius, qui regit provinciam, fuerint sententia vel interlocutione conventi, sive illi sacerdotes, sive cuiuscunque gradus clerici, sive monachi habeantur, dummodo approbentur orthodoxi, qui in propriis [14]) causis contractibusve pulsantur, non alios, quam ecclesiae propriae defensores, seu quos oeconomos appellant, fideiussores praebeant, ne, dum executoris pertinax et avara protervitas extraneos et idoneos fideiussores flagitat, multiplex innoxiae paupertati infligatur [15]) incommodum. §. 3. In hac autem inclyta urbe inventi ex quacunque provincia venientes, quum in tuae amplitudinis iudicio, quod eis solum delegavimus, lite pulsati fuerint, reverendissimi orthodoxae fidei sacerdotes, seu [16]) certe [17]) oeconomi, aut ecclesiae defensores, seu clerici, in causis civilibus suis sive ecclesiasticis nulla praebendi fideiussores molestentur iniuria, sed aut vicarius fideiussionibus contradantur, quas tamen stipulationum solennis cautela vallaverit, aut cautioni et professioni propriae, aut [18]) facultatum suarum obligationibus committantur; §. 4. hoc nihilo minus observando, ut in causis ecclesiasticis nullum alium conveniri fas sit, nisi eum, quem dispensatorem pauperum, id est oeconomum ecclesiae, episcopi tractatus elegerit. Hunc enim sine dubio a sacerdote convenit ordinari, quem tamen conventum defensoris ecclesiae fidei committi praecipimus. §. 5. Executoribus in minoribus quidem iudiciis omnibus [19]) in ipsa conventione sacerdotum seu clericorum non amplius, quam unum semissem, aut sperantibus aut etiam audentibus accipere. Verum si apparitor tuae magnitudinis ex sententia tuae sedis amplissimae in provincia degentes eos monuerit [20]), iubemus, non amplius eum, quam duos solidos, sportularum [21]) nomine percipere [22]). In hac vero urbe magnifica idem apparitor tuae magnitudinis uno aureo sportularum gratia a provincialibus clericis contentus sit, quantaelibet summae qui conventus fuerit exponatur obnoxius. §. 6. Praeterea nullus executor vexare contumeliis clericos ullos [23]), nullis impulsionibus molestare, nullis exprobrare conviciis, aut corporalibus iniuriis fatigare conetur; his, qui huiusmodi aliquid aggressi fuerint, post amissionem cinguli et patrimonii ultima protinus animadversione plectendis [24]). §. 7. Privilegiis sane singulis quibuscunque sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei, xenodochiis sive ptochotrophiis [25]) tam generaliter, quam specialiter attributis perpetuo reservandis [26]), nullis eas, earumque sacerdotes aut clericos, cuiuscunque gradus sint, aut monachos, ptochotrophos, aut xenodochos orthodoxae fidei deputatos extraordinariis muneribus praecipimus praegravari. Eas etenim sarcinas oneris, quas plerisque personis diversa ratione remittimus [27]), imponi beatissimis viris nostro seculo inconveniens esse indicamus. §. 8. Praeterea, ne cui temeritas sua lucrativa concedatur, et ut impudens [28]) calumniantium refrenetur audacia, iubemus, quotiens ii [29]), qui sacerdotes, seu clericos, seu [30]) monachos, ceterosque superius designatos vel in tuae magnitudinis examine, vel in provinciali iudicio proposita actione convenerunt, si causa cognita convicti fuerint, sine iusta eos et legitima [31]) petitione pulsasse, omnes eis legitimas expensas sumtusque, quos

---

[a]) *Anselm. Lucens. (Ans.) IV.* 20. *habet principium legis ex parte et* §§. 6. 7.

[1]) curatoriis *legere mavult Leunclav. (Notat. II.* 157.), *ob coll. const. eccl., quae habet* κουρατωριχοῖς ἢ ἐπιτροπικοῖς λογισμοῖς. — [2]) a *addunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [3]) *h. l. probabiliter est anni* 469. *Marciano et Zenone conss., quum hoc anno Dioscorum praefectum praet. fuisse appareat ex l.* 35. *h. t., et consuetus legum ordo impediat, quominus nostram leg. ad seriorem annum referamus, quo eundem Dioscorum praefectum praet. fuisse constat.* — [4]) Id. āāā. *ms. Pist.*; idem ā *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. — [5]) Erithio *ms. Pist.*; Eritio *Ans.*; Erurio *mss. Cas. Pl.* 2.; Entrio *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Entio *ms. Vat.*; Euthicio *ms. Bg.*; Eutropio *Hal. et rell. Idem esse nomen, quod et in inscr. legis* 27. *h. t. obvenit, iam ex indole variarum lectt. apparet.* — [6]) cuiusc. sint ordinis *Ans., edd. Nbg. Hal.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., ed. Schf.*; commonitoria *addunt edd. Nbg. Hal et rell., a Cont. tamen cancellis inclusum, utpote quod ex glossa irrepserit.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., ed. Schf.*; aut *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., ed. Schf.*; id *edd. Nbg. Hal. rell.* — [10]) locis quibus *ms. Pl.* 1., *Ans., edd. Nbg. Schf.*; in locis quibus *Hal.*; locis in quibus *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [11]) et *addunt mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; in *adiicit ed. Nbg. Hunc locum depravatum facile emendabit, qui legerit:* in quib. loc. degunt, et eccl. min. obsecundant, omnium contra *etc.* — [12]) statuti *vel* constitutis *varr. ll.* *gl.* — [13]) maluerit *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [14]) cum propriis *ms. Pl.* 1. — [15]) affligat *ms. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; affligatur *ed. Nbg.* — [16]) seu *abest a ms. Pl.* 1. — [17]) certe *abest a ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [18]) ac *ms. Pl.* 2. *Gt., ed. Schf.*; a *ms. Pl.* 1.; sub *legit Leunclav. (Notat. I.* 16.) *ob verba coll. const. eccl.* ἐναγόμενοι ἢ ἄλλοις ἐγγυῶνται ἢ ὁμολογίας ἐνυποθήκους ποιοῦσιν. — [19]) omnibus *abest a ms. Bg.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; commonuerit *Sp. Bk.*; commoverit *edd. Schf. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; conveniri monuerit *Hal. Russ.*; conveniri commonuerit *Cont.* 62. — [21]) gratia a provincialibus *addit ms. Pl.* 1. *ex errore librarii.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; accipere *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [23]) ullos *abest ab Ans., edd. Nbg. Hal.* — [24]) plectendi sunt *Ans. omisso antea* his. — [25]) *pro* ptochotrophia *in mssis nostris et editt. principp.* tochia, thochia, ptochia *tam saepe legitur, ut hanc scripturae diversitatem semper adnotare supersedeamus.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., ed. Schf.*; observandis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [27]) permittimus *ms. Pl.* 1. — [28]) imprudens *edd. Schf. Hal.* — [29]) hi *Cont.* 66. *et postea rell.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; aut *ed. Schf.*; ac *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; eos causa legitima *Hal.*; causa eos in legitima *ed. Nbg.*; eos causa et legitima *Russ. et rell.*

quos ab exordio coeptae controversiae ipsorum vitio tolerasse eos constiterit, reddere [1]) cogantur, ut hac saltem censurae iustissimae formidine revocati [2]), improbis [3]) assidne conflictationibus occupati [4]) acquiescant [5]), iamque [6]) sopitis clamoribus iurgiorum, magistra deinceps necessitate, retinere se adsuescant [7]) [8]).

Authent. apud quos oporteat causas dicere monachos. (Nov. 79. c. 1. et 3.) — *Causa, quae fit cum monacho vel cum muliere qualibet in monasterio consistente, non apud iudicem civilem ventiletur, sed apud episcopum, qui de personae praesentia, quod convenit, statuet, sive per abbatem, vel antistitem, vel per alios hoc fieri debeat; qui secundum legem rem disponat et sacras regulas, salva debita personae reverentia. Si vero contra fiat, poenae, quae statutae sunt, imminebunt. Iudex enim, qui de his sententiam proferre praesumserit, ab administratione depulsus, tanquam divinitati contumeliam faciens, poena decem librarum auri una cum officio suo multabitur, sacratissimo nostro aerario inferenda; executoribus, qui admonitionem facere praesumserint, ab ipsis sanctissimis episcopis in locis decanicis detrudendis, de cetero nullam exactionem facere permittendis.*

Authent. ut clerici apud proprios episcop. conveniantur. (Nov. 83. in pr. et c. 1.) — *Clericus quoque, in lite pulsatus* [9]) *pecuniaria causa* [10]), *prius apud episcopum conveniatur, per quem sine damno causa decidatur. Quodsi natura causae vel alia ratio faciat, ut negotium apud eum decidi non possit, per civilem procedat iudicem, observatis clericorum privilegiis; nec mora circa talia fiat.* §. 1. *Sed in civili crimine civilis praesit iudex, ut lis ultra duos non egrediatur menses; nec tamen puniatur, etiamsi reus sit inventus, priusquam per episcopum sacerdotio spolietur.* §. 2. *Si vero crimen sit ecclesiasticum, episcopalis erit examinatio et castigatio.*

Nova constitutio Friderici Imperatoris de statutis et consuetud. contra libertat. eccles. editis. §. Item statuimus, ut nullus. — *Statuimus, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali quaestione vel civili trahere ad iudicium saeculare praesumat contra constitutiones imperiales et canonicas sanctiones. Quod si actor fecerit, a suo iure cadat, iudicatum non teneat, et iudex ex tunc potestate iudicandi privetur.* §. 1. *Sancimus etiam, ut, si quis clericis vel ecclesiasticis personis iustitiam denegare praesumserit, tertio requisitus iurisdictionem suam amittat.*

34. [33.] [a]) Iidem AA. [11]) Erythrio [12]) P. P. — Sacrosanctae orthodoxae fidei episcopi atque presbyteri, diaconi quoque, qui semel probatis moribus integritate castissima ad hunc gradum meruerint pervenire, ea, quaecunque in eodem clericatus gradu locoque viventes acquirere et habere potuerint, etiamsi in patris aviique aut proavi potestate constituti sint, et adhuc superstites habeantur, tanquam bona propria vindicent; de his, si quando eis [13]) libitum fuerit [14]), testandi vel donandi, vel quolibet alio titulo alienandi libera facultate concessa, ut ea bona quoquo tempore [15]) nunquam fratribus vel sororibus aut ex his genitis conferantur, sed ad eorum filios, posteros et quoscunque extraneos heredes perveniant, nec a patribus, avis, aut proavis, sed ab ipsorum liberis tanquam praecipua vindicentur. Et [16]) certe his [17]) lucro [18]) cedant [19]), quibus ipsi id peculium vel inter vivos alienatione habita, vel mortis tempore ultima et iure [20]) cognita voluntate concesserint. Dat. V. Kal. April. ..... [21])

Authent. const. quae dignitatibus. (Nov. 81.) — *Sed episcopalis dignitas solvit ius patriae potestatis, sicut etiam et consularis, et praefectura sacrorum* [22]) *praetoriorum, et urbicaria, et magisterium militare; et omnis dignitas, valens liberare a curia, liberat a patria potestate, quum hoc quodcumque cingulum suae potestatis praemium honoratis praestet, ita tamen, ut filii eorum post mortem avorum recidant in potestatem, ac si contigisset eos morte parentum, et non ex praesenti lege suae potestatis fieri.*

Authent. de ecclesiast. titul. §. Interdicimus. (Nov. 131. c. 13.) — *Licentiam habeat episcopus, quaecunque ante episcopatum probatus fuerit habuisse, et quaecunque post episcopatum iure cognationis usque ad quartum gradum ad eum pervenerunt, ad quos voluerit, ultima voluntate transmittere; ceteris rebus, alio modo acquisitis ab eo, dominio ecclesiae reservatis, nisi in utilitatem ecclesiae vel opera* [23]) *pietatis consumtae sint; eadem distinctione habita in administratoribus cuiuscunque loci religiosi.* §. 1. *Item si quis episcopus aut minister ecclesiae moriatur sine testamento et successore legitimo vel legitima, successio competit ecclesiae, in qua constituti sunt* [24]).

Authent. de sanctiss. episcop. §. presbyteros. (Nov. 123. c. 19.) — *Presbyteros, et diaconos, et subdiaconos, cantores, et lectores, quos omnes clericos appellamus, res quolibet modo ad dominium eorum venientes habere in* [25]) *sua potestate praecipimus, ad similitudinem castrensium peculiorum, et donare cui volunt* [26]) *secundum leges, et in his testari, licet sub parentum potestate sint; sic tamen, ut horum filii, aut his non extantibus, parentes eorum legitimam ferant partem.*

35.

---

[a]) *Bas. III.* 3. 8.

[1]) *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; reddi debere *ms. Gt.*; redibere *ms. Pl.* 1., *in quo prior scriptura deleta est, ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; redhibere *Cont.* 66. *et postea rell.*; redimere *ms. Bg.* — [2]) territi *var. l. gl.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Cont.* 62.; et improbis *ed. Schf.*; qui improbis *Cont.* 66. *et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; occupanti *ed. Nbg.*; occupantur *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell. Equidem* occupari *legendum esse coniicio.* — [5]) adsuescant *Cont.* 62.; scientes *ms. Gt.* — [6]) se iam *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [7]) se adsuescant *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [8]) *h. l. ad eundem Marciani et Zenonis consulatum* (469.) *referenda videtur, propter aetatem legum* 31. *et* 35. *h. t. et seriem chronologicam in Cod. servari solitam; cui accedit, quod magna legum copia hoc anno ad Erythrium datarum in Cod. invenitur.* — [9]) *pulsatus abest ab ed. Nbg.* — [10]) *causa abest ab ed. Nbg.* — [11]) Idem A. *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2.; Idem Augustus et Caesar *ed. Nbg.*; Idem A. et C. *Hal.* — [12]) Erithirio *ms. Pist.*; Eritrio *ms. Pl.* 2.; Erithio *ms. Pl.* 1.; Erurio *ms. Cas.*; Entrio *ms. Vat.*; Eutrio *ed. Nbg.*; Eutropio *Hal. et rell.* — [13]) eis *abest ab edd. Nbg. Hal.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; eis *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; numquam ad divisionem veniant *addunt edd. Schf. Hal. et rell.*; *sed cancellis haec vv. inclusserunt Russ. Cont. Char. Pac.*, *quippe quae desint in omnibus mssis.* — [16]) Et *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Bg., ed. Nbg.*; sed *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [17]) eorum *Cont.* 62. *quod positum est post* lucro. — [18]) lucro *abest a mss Gt. Bg., etiam a ms. Pl.* 1. *aberat ante recens additamentum*; pro lucro *ms. Pl.* 2. — [19]) procedant *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt. Bg., ed. Schf.* — [20]) vere *mss. Pl.* 1. 2. — [21]) *subscr. abest ab Hal.*; *lacunosa haec est apud Russ. et rell. Annus esse videtur* 469. *ob easdem causas, ob quas ad eum retulimus legem* 33. (*cfr. supra nota* 8. *ad l.* 33. *h. t.*) — [22]) *virorum edd. Nbg. Schf.* — [23]) *operibus edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [24]) *Item — constituti sunt absunt ab ed. Schf.* — [25]) *sub ed. Nbg. et vers. vulg. Nov.* 123. *c.* 19. — [26]) *cui volunt absunt ab ed. Schf. et vers. vulg. Nov. cit.*

35. [34.] [a]) **Idem AA.** [1]) **Dioscoro** [2]) **P. P. —** Omnia privilegia, quae a retro principibus aut a nostra serenitate vel [3]) indiciariis dispositionibus, aut liberalitatibus pro singulis quibuscunque temporibus, vel consuetudine [4]) sive circa ius metatorum, sive in aliis quibuslibet rebus praestita sunt orphanotrophio [5]) sive asceteriis [6]), vel ecclesiis, aut ptochotrophiis, seu xenodochiis, vel monasteriis, atque ceteris hominibus etiam ac [7]) rebus iuris eorum, ad curam Niconis [8]), viri religiosissimi presbyteri et orphanotrophi, vel ad eos, qui post eum loco [9]) eius successerint [10]), pertinentibus, ad similitudinem Zotici [11]) beatissimae memoriae, qui primus huiusmodi pietatis officium invenisse dicitur, per hanc pragmaticam sanctionem firma illibataque in perpetuum custodiri decernimus. Valde etenim hoc videtur esse necessarium, quum exinde sustentatio vel educatio orphanis atque egenis, et usibus ecclesiasticis, ac ptochotrophiis vel asceteriis comparetur. Domus etiam aliasque res superius nominatas ad curam memorati viri pertinentes, vel postmodum quolibet modo ad eius sollicitudinem, vel eorum [12]), qui post eum ad eiusdem orphanotrophii curam vocati fuerint, perventuras, ad instar maioris venerabilis ecclesiae huius inclytae urbis, omnibus privilegiis, quae eadem sancta ecclesia vel nunc adipiscitur, vel postea merebitur, perpotiri [13]) pietatis intuitu decernimus. Dat. Non. Ianuar. CP. Marciano et Zenone [14]) Conss. [15]) [469.]

36. [35.] [b]) **A.** *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Αὐτοκράτωρ Ζήνων [16]). — *Ἑκάστη πόλις ἴδιον ἐπίσκοπον ἐχέτω. Καὶ κἂν διὰ θείας ἀντιγραφῆς* [17]) *τολμήσῃ* [18]) *τὶς ἀφελέσθαι πόλιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἢ τῆς περιοικίδος αὐτῆς, ἤ τινος ἄλλου δικαίου, γυμνοῦται τῶν ὄντων καὶ ἀτιμοῦται. Ἐξῄρηται δὲ ἡ Τομέων Σκυθείας πόλις. Ὁ γὰρ ἐπίσκοπος αὐτῆς καὶ τῶν λοιπῶν προνοεῖ. Καὶ ἡ Λεοντόπολις Ἰσαυρίας ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπόν ἐστιν Ἰσαυροπόλεως.*

B. *Epitome eiusd. const. ex Bas.*

Τὸν ἀφαιρούμενον πόλεως οἱαςδήποτε πάλαι οὔσης ἢ νῦν πολιςθείσης τὸ τῆς ἰδικῆς ἐπισκοπῆς δίκαιον ἢ ἕτερόν τι προνόμιον, κἂν ἀπὸ βασιλικῆς ἀντιγραφῆς ἢ ἐπιτροπῆς, ἀτιμοῖ καὶ δημεύει ἡ διαταξις, ἀκυροῦσα καὶ τὴν ἐγχείρησιν· ὑπεξαιρεῖ δὲ τὰς ἐν Σκυθίᾳ ἐπαρχίας καὶ Λεοντόπολιν τῆς Ἰσαυρίας.

36. [35.] *Imperator Zeno. — Unaquaeque civitas proprium episcopum habeto. Et si quis vel per divinum rescriptum civitatem aliquam suo episcopo aut territorio, aut alio quopiam iure privare audeat, exuitur bonis, et infamis redditur. Excipitur autem Tomensium in Scythia civitas. Huius enim episcopus reliquarum etiam civitatum curam gerit. Item Leontopolis Isauriae subest episcopo Isauropolitano.*

Qui aufert civitati cuicunque iamdudum conditae vel nunc exstructae proprii episcopatus ius vel aliud quoddam privilegium, licet ex principis rescripto vel mandato, cum constitutio infamia notat et bona eius publicat, conatum quoque infamans. Excipit autem provincias in Scythia et Leontopolin Isauriae.

37. [36.] [c]) **Idem A.** [19]) **Sebastiano P. P. —** Inhemus, adscriptitiorum creationes secundum veterem constitutionem, nisi dominorum possessionum, unde gerendi sunt, evidens [20]) concurrerit consensus, nullius penitus esse momenti, sed eisdem fundorum dominis, qui faciendae creationi non, sicut dictum est, evidenter consenserint, ius proprium ad similitudinem ceterorum colonorum [21]) in suos adscriptitios exercendi, tanquam si nulla creatio intercessisset, tribui facultatem. Idemque hoc super illis quoque agricolis decernimus observari, qui quum essent adscriptitiae conditionis nexibus adstricti [22]), solitariam vitam videlicet appetentes, qui huslibet sese monasteriis contra voluntatem dominorum fundorum duxerint offerendos. §. 1. Servos sane sociari clericorum consortiis, volentibus [23]) quoque et consentientibus dominis, modis omnibus prohibemus, quum liceat eorum dominis, data prius servis [24]) libertate, licitum eis ad suscipiendos honores clericorum iter, si hoc voluerint, aperire. §. 2. Omnes praeterea vi-

---

[a]) *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *IV.* 57. *continet hanc l. usque ad vocem* comparetur. — *Ante hanc l. deesse graecam const. falso affirmat Russ.* — [b]) *Tantum epitomae legis exstant in* 1., *Coll. constit. eccles. I.* 3. 35. (*Voëlli bibl. II. p.* 1258.), *quae transiit in Photii Nomoc. VIII.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 928.), 2., *Bas. III.* 1. 3., *et brevissima argumenti expositio in* 3., *Indice ad lib. I. coll. const. eccl.* (*Voëlli bibl. II. p.* 1226.). *Text.* 1. *editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 34.) *receptus a Cont.* 71. *et rell. In Praetermissis Cont.* 66. *iam versionem lat. praebuerat ex Nomoc. In textu* 1. *sequimur Ant. August.*, *ex cuius notis et repetimus variam lect.* (*Aug. i. n.*). *Mss. Vat. Pl.* 1. *habent constitutio graeca.* — [c]) *h. l. in ed. Nbg. ita est divisa, ut* §. 1. *post auth. Adscriptitios, et* §. 2. *post auth. Si servus legatur. In textu Hal. omissa* §. 1. *demum suppleta in notis.*

[1]) Imperator Leo Augustus *Ans.*; Idem a *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [2]) Andioscoro *Ans.*; Andioscoro *ms. Pl.* 1.; Ambliosoro *ms. Vat.*; Discoro *ms. Pl.* 2. — [3]) a *addunt edd. Nbg. Hal.*; in *addit ms. Bg.* — [4]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Hal.*; ex consuetudine *Russ. Cont.* 62.; vel constitutione *ms. Pl.* 1., *Ans.*, *ed. Nbg.*; ex consuetudine vel constitutione *Cont* 66. *et postea rell.*; vel ex consuetudine vel constitutione *ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *quam lectionem et probat Russ. in marg.*; orphanotropho *ms. Pl.* 1.; orphanotrophis *ed. Schf.*; orphanotrophiis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) assisteriis *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; asisteriis *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*, *quae in hoc verbo scribendo diversitas quum eadem saepe recurrat, non semper adnotabitur* (*cfr. etiam nota* 7. *ad rubr. hui. tit.*). — [7]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Ans.*; hominibus ac etiam *ed. Schf.*, *Leunclav.* (*Notat. I.* 18.); hominibus etiam *ms. Gt.*; hominibus ac *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; omnibus ac etiam *Cont.* 66. *et postea rell.* — *Cuiac.* (*Obss. I.* 12.) *pro* hominibus *vel* omnibus *mavult legere* domibus, *quod uno Charondae mso. firmatur.* — [8]) *Quod Cuiac.* (*Obss. I.* 12.) *ex suis mssis docuit, esse legendum* Niconis, *recepimus, freti auctoritate Anselmi, msi. Bg.*, *quod* (*ex confusione cum sequente* religiosissimi) *habet* Niconosissimi, *et msi. Pl.* 1., *in quo ante rasuram et emendationem recentiorem* Niconis *scriptum fuit. Sensus idem flagitat.* Oeconomi *habent omnes rell.* — [9]) locum *ms. Pl.* 1. — [10]) susceperint *ms. Pl.* 1. — [11]) iotyci *ms. Pl.* 1.; iotici *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [12]) eorum *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; perpetuo potiri *Russ. et rell.* — [14]) et Zenone *absunt a Cont. Char. Pac.* — [15]) *subscr. tota abest ab Hal. Russ.* — [16]) *Zenonis esse hanc legem inde coniicitur, quod constitutio sequens in inscr. habet* Idem A., *et Sebastianum, ad quem data est, demum sub Zenone praefectum praet. creatum fuisse constat.* — [17]) *γραφῆς Aug. i. n.* — [18]) *τολμήσειε Aug. i. n.* — [19]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; Idem AA. *ms. Bg. Hal. et rell.* — [20]) eiusdem *edd. Nbg. Hal.* — [21]) ad similit. ceter. colon. *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [22]) conscripti *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; adscripti *edd. Nbg. Hal.*; constricti *ms. Bg.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg Schf.*; volentibus atque *Hal. et rell.* — [24]) data servis propriis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*

virorum clarissimorum provincias moderantium sententiis absque ulla privilegii differentia (qui tamen praesidali iurisdictioni subiecti sunt, sive episcopi, vel quilibet clerici, aut monachi, aut cuiuslibet conditionis sint) pariter [1]) respondere decernimus; nulla in posterum viris clarissimis provinciarum rectoribus ad loca, in quibus incusatae personae consistunt, perveniendi necessitate penitus imponenda, quum non solum legibus, verum etiam naturali quoque iuri conveniat, quos res exegerit, iudicialibus ad iudicium vocari sententiis, non ipsos iudices, quod dici [2]) etiam iniustum est, ad subiectos deduci, sed per datos ab his iudices causae [3]) examinationem in locis, ubi incusati degunt, procedere.

Authent. de sanctiss. episcop. §. Adscriptitios. (Nov. 123. c. 17.) — *Adscriptitios in ipsis possessionibus, in quibus sunt adscripti, clericos etiam praeter voluntatem dominorum fieri permittimus, ita* [4]) *tamen, ut clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant, subrogato aliquo* [5]) *quem maluerint.*

Authent. de sanctiss. episcop. §. Si servus. (Nov. 123. c. 17.) — *Si servus sciente domino et non contradicente in clericum ordinatus fuerit ab episcopo, ex hoc ipso, quod constitutus est, liber et ingenuus erit. Si vero ignorante domino ordinatus fuerit, liceat domino, intra anni unius spatium et servilem fortunam probare, et servum suum accipere* [6]). *Si vero servus sciente vel nesciente domino, sicut dixi-*

39. [38.] [a]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Οἱ τὰ ἴδια μοναστήρια καταλιμπάνοντες οὐ λαμβάνουσιν, ἃ προσήγαγον αὐτοῖς κινητά, ὅσης δήποτε ποσότητος ὄντα, κἂν μὴ συνέστη πρᾶξις ὑπομνημάτων ἐπ' αὐτοῖς. Ἐπὶ δὲ ταῖς δωρεαῖς τῶν ἀκινήτων δεῖ τὰ νόμιμα φυλάττεσθαι, ἐπεὶ οὐκ ἀναιρεῖται τῷ δωρησαμένῳ ἡ ἐκνίκησις. §. 1. Οὐ δεῖ τοὺς ἐπισκόπους ἢ τοὺς κληρικοὺς ἀναγκάζειν τινὰς καρποφορεῖν, ἢ ἀγγαρίας διδόναι, ἢ ἄλλως ἐπηρεάζειν [16]), *ἢ ἀφορίζειν, ἢ ἀναθεματίζειν, ἢ μὴ διδόναι κοινωνίαν, ἢ διὰ ταῦτα μὴ βαπτίζειν, κἂν ἔθος τοιοῦτον ἐκράτησεν. Ὁ δὲ παραβαίνων ἐκπίπτει τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς διοικήσεως αὐτῆς, καὶ δίδωσι δέκα λίτρας. Ταῦτα δὲ κρατεῖ ἐν μόνῃ τῇ βασιλευούσῃ, καὶ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς, καὶ τοῖς τόποις τοῖς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου χειροτονουμένοις μητροπολίταις ἀνήκουσιν, ἢ τοῖς ἐξ ἐκείνων γινομένοις ἐπισκόποις.*

40. [39.] [b]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Τὰ μοναστήρια τελοῦσιν ὑπὸ τοὺς ἐπισκόπους τῶν

mus, ideo quod in clero constitutus est, liber factus [7]) *ministerium ecclesiasticum reliquerit, et ad secularem vitam transierit, suo domino ad serviendum tradatur* [8]).

38. [37.] Idem A. [9]) Sebastiano P. P. — Servis, si dominorum fuerint voluntate muniti, solitariam vitam participandi licentia non denegetur, dum tamen eorum domini non ignorent. Quodsi [10]) servis suis ad monasteriorum cultum migrandi tribuerint facultatem, eorundem servorum dominio, donec [11]) iidem servi in eodem monachorum habitu duraverint, spoliandos esse censemus [12]); alioquin si, relicta forte vita solitaria, ad aliam [13]) sese conditionem transtulerint, certum est, eos ad servitutis iugum, quam monasticae professionis cultu evaserant, reversuros. Dat. Non. Febr..... Alexandriae Eutycheo.....[14]).

Authent. de sanctiss. episcop. §. Sed haec quidem. (Nov. 123. c. 4.) — *Episcopalis ordo liberat a fortuna servili vel adscriptitia, sed non a curiali sive officiali. Nam et post ordinationem durat, ita ut per subiectam vel interpositam personam officium adimpleatur, nisi curiae vel officio restituatur* [15]).

Authent. de monachis. §. Hinc autem. (Nov. 5. c. 2.) — *Verum et si legitimo probatus experimento monachus efficiatur, evadet iugum servitutis. Debent enim per triennium, antequam monachi efficiantur in monasteriis permanere, postea vero, si monachi facti fuerint, liberi erunt.*

39. [38.] *Qui sua monasteria relinquunt, non recipiunt, quas attulerunt ad ea, res mobiles, cuiuscunque quantitatis sint, etiamsi non sint confecta monumentorum gesta super eis. In donationibus autem immobilium oportet iura servari; neque enim adimitur ei, qui donavit, evictio earum. §. 1. Non oportet episcopos aut clericos cogere quosquam ad fructus offerendos, aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathemate damnare, aut denegare communionem, aut idcirco non baptizare, quamvis usus ita obtinuerit. Transgressor excidit ab ecclesia et administratione ipsius, et dat decem libras. Haec vero obtinent in sola regia urbe, et territorio eius, et locis ad metropolitanos, qui a patriarcha ordinantur, pertinentibus, aut ad creatos ab his episcopos.*

40. [39.] *Monasteria censentur sub episcopis ter-*

---

[a]) *Epitomae legis sunt* 1., *in Coll. constit. eccles. I.* 3. 38. (*Voëlli bibl. II. p.* 1258.), *qua usus est Photius in Nomoc. VI.* 1., *IX.* 9., *XI.* 1., *XI.* 4. (*Voëlli bibl. II. p.* 917. 969. 1044. 1056.), *et* 2., *in Schol. Bas. p. ad XLVII.* 1. *et c. ad XLVII.* 3. (*Fabrot. VI. p.* 221. 263.). *Text.* 1. *primum editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 35.), *quem sequimur, receptus a Cont.* 71. *et rell. Praebet Cont.* 66. *in Praeterm. versionem lat. ex Nomoc. VI.* 1. *Ex August. notis hausimus variam lect.* (*Aug. i. n.*). *Ms. Vat. iam post l.* 37. *addit constitutio graeca.* — [b]) *Epitome legis est in Coll. constit. eccles. I.* 3. 39. (*Voëlli bibl. II. p.* 1259.), *qua usus est Photius in Nomoc.* 1. 20., *XI.* 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 838. 1054.). *Illa primum edita ab Ant. August.* (*Coll. p.* 35.), *quem sequimur, et a Cont.* 71. *et rell. recepta. In Praeterm. Cont.* 66. *praebet versionem lat. ex Nomoc. I.* 20.

[1]) patenter *var. l. gl.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; dictu *Hal. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Cont.* 62.; et per causae *ed. Schf.*; causae ad *ed. Nbg.*; ad causae *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [4]) *ita abest a Cont.* 76. — [5]) *aliquo abest ab edd. Nbg. Schf.* — [6]) *recipere ed. Nbg., vers. vulg. Nov.* 123. *c.* 17. — [7]) *ed. Schf., vers. vulg. Nov. cit.*; *constitutus liber est factus Hal. et postea rell.* — [8]) *reddatur var. l. gl.*; *in ed. Nbg. ultima propositio ita audit: si vero servus sciente domino sive ignorante clericus ordinatus liberque factus sit, ecclesiastico officio relicto ad secularem conversationem redierit, suo domino reddatur.* — [9]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; *Idem AA. ms. Bg., edd. Hal. et rell.* — [10]) et si *edd. Nbg. Hal.* — [11]) servorum dummodo nec *ed. Nbg.* — [12]) esse censemus *absunt a ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; *in ms. Pl.* 2. *ea vv. ex recentiore additamento leguntur.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; quamlibet *addunt Russ. et rell.* — [14]) *Ms. Pist. hanc exhibet subscr.* D N' Feb' Alexandri. ā. Euticheo *et similiter ms. Paris.* D. N. Feb. Alexandro A. Euticheo, *unde tantum locum, ubi proposita fuerit constitutio, eruere possumus, qui etiam commemoratur in subscr. l.* 5. *C.* (*I.* 4.), *et illustratur a Iac. Gothofr. ad l.* 1. *Th. C.* (*XIV.* 27.). *Caeterum habet quandam veri speciem, per errorem scribae subscriptionem a l.* 5. *C. cit. ad l. nostram transscriptam fuisse in ms. Pist., in quo insignis est legum ad titt. III. et IV. pertinentium conturbatio.* — [15]) *ita ut per et rell. usque ad fin. absunt ab ed. Nbg.* — [16]) ἐκπηρεᾶσθαι *Aug. i. n.*

τῶν ἐνορίων αὐτῶν· καὶ τοὺς μὲν ἡγουμένους ἐπιβλέπουσιν οἱ ἐπίσκοποι, τοὺς δὲ μοναχοὺς οἱ ἡγούμενοι. §. 1. Οὐ γίνεται δὲ ἡγούμενος δύο μοναστηρίων.

ritoriorum suorum; et episcopi quidem inspiciunt abbates, abbates vero monachos.

§. 1. Non fit vero abbas duorum monasteriorum.

41. [40.][a]) Imp. Iustinus[1]) A. Archelao P. P. — Repetita promulgatione non solum indices quorumlibet tribunalium[2]), verum etiam defensores ecclesiarum huius almae urbis, quos turpissimum insinuandi ultimas deficientium voluntates genus irrepserat, praemonendos[3]) esse censemus, ne rem attingant, quae nemini prorsus omnium secundum constitutionum praecepta, quam[4]) magistro census, competit. Absurdum etenim clericis est[5]), immo etiam opprobrium[6]), si peritos se velint[7]) disceptationum esse forensium; temeratoribus huius sanctionis poena quinquaginta librarum auri feriendis. Dat. XIII. Kal. Decemb. CP. Iustino[8] A. II. et Opilione[9]) Couss.[10]) [524.]

42. [41.][b]) [11]) Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α. Ἀταρβίῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Πᾶσαν ἀεὶ ποιούμενοι[12]) πρόνοιαν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν εἰς τιμὴν τε καὶ δόξαν τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ ὁμοουσίου τριάδος, δι' ἧς σώζεσθαι ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν κοινὴν πολιτείαν πεπιστεύκαμεν, ἀκολουθοῦντες δὲ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων περὶ τοὺς ἀνεπιλήπτους ὀφείλειν χειροτονεῖσθαι τοὺς ἱερέας, οἵ τινες μάλιστα διὰ τῶν οἰκείων εὐχῶν τὴν εὐμένειαν τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τοῖς κοινοῖς περιποιεῖν ἐτάχθησαν πράγμασι, διὰ τοῦ παρόντος νόμου θεσπίζομεν, ὁσάκις ἂν ἐν οἱαδήποτε πόλει ἱερατικὸν θρόνον σχολάσαι συμβαίνῃ[13]), ψήφισμα γίνεσθαι παρὰ τῶν οἰκούντων τὴν αὐτὴν πόλιν ἐπὶ τρισί, τοῖς ἐπὶ ὀρθῇ πίστει, καὶ βίου σεμνότητι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς μεμαρτυρημένοις, ὥστε ἐκ τούτων τὸν ἐπιτηδειότερον εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι. Εἰ γὰρ οἱ ἅγιοι καὶ ἔνδοξοι ἀπόστολοι, οἱ τὴν ἱερωσύνην παρὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, τοῦ[14]) Θεοῦ ἡμῶν, δεξάμενοι, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τὴν γῆν πληρώσαντες, καὶ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν ἅπασι παραδεδωκότες, οὐδὲ αὐτῆς[15]) τῆς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ζωῆς αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐφείσαντο, πῶς οὐ δίκαιόν ἐστι, τοὺς ὑπεισιόντας εἰς τὴν αὐτῶν τάξιν, καὶ ἐγκαθισταμένους τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἱερέας, καθαρὰν κεκτῆσθαι προαίρεσιν, καὶ τῶν μὲν χρημάτων ὑπερφρονεῖν, πᾶσαν δὲ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν εἰς τὸν φιλάνθρωπον ἀνατείνειν Θεόν; §. 1. Ὥστε προσήκει τοιούτους ἐπιλέγεσθαι καὶ χειροτονεῖσθαι ἱερέας, οἷς οὐκ ἔστιν οὔτε τέκνα οὔτε ἔγγονοι, ἐπειδὴ οὐχ οἷόν τέ ἐστι, τὸν[16]) περὶ τὰς βιωτικὰς ἠσχολημένον φροντίδας, ἃς οἱ παῖδες μάλιστα τοῖς γονεῦσι παρέχουσι, τὴν πᾶσαν σπουδήν τε καὶ εὔνοιαν περὶ τὴν θείαν λειτουργίαν καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἔχειν πράγματα. Τινῶν γὰρ διὰ τὴν εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδα, καὶ διὰ τὸ τὰς ἑαυτῶν περισῶσαι ψυχὰς προστρεχόντων ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς ταύταις προσφερόντων καὶ καταλιμπανόντων, ἐπὶ τῷ εἰς πτωχοὺς καὶ πένητας καὶ ἑτέρας εὐσεβεῖς ταῦτα δαπανᾶσθαι χρείας, ἄτοπόν ἐστι, τοὺς ἐπισκόπους εἰς οἰκεῖον ταῦτα ἀποφέρεσθαι κέρδος, ἢ περὶ ἴδια τέκνα καὶ συγγενεῖς καταναλίσκειν. Χρὴ γὰρ καὶ τὸν ἐπίσκο-

42. [41.] *Imp. Iustinianus A. Atarbio P. P — Omnem semper gerentes curam sanctissimarum ecclesiarum in honorem et gloriam sanctae, incorruptae et consubstantialis Trinitatis, per quam et nos, et communem rempublicam salvos fore credidimus, insistentes etiam doctrinae sanctorum apostolorum de creandis irreprehensibilibus sacerdotibus, qui ob id potissimum ordinantur, ut suis precibus benignitatem clementis Dei rebus adquirant communibus, praesente lege sancimus, ut, quoties in qualicunque civitate sacerdotalem sedem vacare contingat, per decretum fiat ab incolis eius civitatis electio trium personarum rectae fidei et honestae vitae aliarumque virtutum testimonium habentium, ut ex ipsis utilior ad episcopatum promoveatur. Si enim sancti et gloriosi apostoli, sacerdotium a domino Christo, Deo nostro, consecuti, et qui bonis omnibus terram repleverunt, et eius doctrinam omnibus impertiti sunt, neque ipsi vitae suae, quam in hoc mundo degebant, salutis nostrae causa pepercerunt, quomodo aequum non fuerit, eos, qui in eorum locum succedunt et instituuntur sanctissimarum ecclesiarum sacerdotes, purum habere propositum, et pecunias contemnere, omnemque vitam suam ad clementissimum applicare Deum?*

§. 1. *Convenit igitur huiusmodi eligi et ordinari sacerdotes, quibus nec liberi sint, nec nepotes; etenim fieri vix potest, ut occupatus quotidianae vitae curis, quas liberi creant parentibus maxime, omne studium omnemque amorem in divina liturgia et rebus ecclesiasticis collocet. Nam quum quidam summa in Deum spe, et ut animae eorum salvae fiant, ad sanctissimas accurrant ecclesias, et eis omnes suas facultates afferant, et derelinquant, ut in pauperes et egentes, et in alios pios usus consumantur, indecens est, episcopos in suum illas auferre lucrum, aut in propriam sobolem et cognatos impendere. Oportet enim episcopum, minime impeditum affectionibus carnalium liberorum, omnium fidelium spiritualem esse patrem. Has igitur ob causas pro-*

[a]) *geminata in l.* 23. *C. de testam.* (*VI.* 23.); *haec tamen paululum amplior est.* — [b]) *Lex est* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. IV.*, *ex qua nonnulla transierunt in* (*Ioannis*) *Nomoc. tit. IV. V.* (*Voëlli bibl. II. p.* 608. 609.), *et* 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 3. 41. *et* 42. (*Voëlli bibl. II. p.* 1259.), *ex qua hausit Photius in Nomoc. I.* 24., *IX.* 1., *X.* 1., *X.* 5. (*Voëlli bibl. p.* 842. 961. 1030. 1034.). *Text.* 1. *primum editus in ed. Cod. Lugdun.* (1551. *ap. Hug. a Porta*), *receptus a Russ. et rell. Nos eundem praebemus ex Ant. August.* (*Coll. p.* 36.), *et varias lect. repetimus ex Köhleri interpretatt. et emendatt. iur. Rom. I. p.* 88. (*Khl.*).

[1]) Iustinianus *mss. Pist. Vat.* — [2]) protribunalium *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [3]) removendos *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; revocandos *ms. Pl.* 2., *sed cfr. l.* 23. *C. VI.* 23. — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Cont.* 62., *l.* 23. *C. cit.*; praeterquam *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) clericis existimo *ms. Pl.* 1. — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62., *l.* 23. *C. cit.*; opprobriosum *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62., *l.* 23. *C. cit.*; ostendere *addunt edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [8]) *Russ. Bk.*; Iustin. *Cont.* 76.; Iustiniano *Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac. Sp.* — [9]) *Russ. Cont.* 62. *Bk.*; Opiliano *Cont.* 66. 71. *Pac. Sp.*; Opil. *Cont.* 76. — [10]) *subscr. abest ab Hal.*, *restituta a Russ. ex l.* 23. *C. VI.* 23. — [11]) Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ τοῦ τρεῖς ἄνδρας χρῆναι δοθεῖναι εἰς ψήφισμα ἐπισκόπου, καὶ (ὅτι) τὸν γινόμενον ἀγύναιον καὶ ἄτεκνον εἶναι χρὴ *praemittuntur in ms.*, *quod contulit Khl.* — [12]) ποιούμενος *Khl.* — [13]) συμβαίῃ *Khl.* — [14]) τοῦ, *quod habent Augustinus et Khl.*, *omittunt Russ. et rell.* — [15]) *Khl.*; οὐ δὲ αὐτῆς *Augustinus*; οὐδ' αὐτῆς *Russ. et rell.* — [16]) *In ms.*, *quod contulit Khl.*, ἐστὶ τόν *linea subducta notatum est, in margine vero adscriptum* εἶδν τῶν.

σκοπον, μὴ ἐμποδιζόμενον προσπαθείᾳ[1]) σαρκικῶν τέκνων, πάντων τῶν[2]) πιστῶν πνευματικὸν εἶναι πατέρα. Διὰ ταῦτα τοίνυν ἀπαγορεύομεν τὸν ἔχοντα τέκνα ἢ ἐγγόνους χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον. §. 2. Τοὺς δὲ νῦν ὄντας ἐπισκόπους ἢ μέλλοντας γίνεσθαι θεσπίζομεν μηδαμῶς ἔχειν ἐξουσίαν διατίθεσθαι, ἢ δωρεῖσθαι, ἢ καθ' ἑτέραν οἱανδήποτε περίνοιαν ἐκποιεῖν τι τῆς ἑαυτῶν περιουσίας, ἣν μετὰ τὸ γενέσθαι ἐπίσκοποι ἐκτήσαντο ἢ ἀπὸ διαθηκῶν ἢ ἀπὸ δωρεῶν ἢ καθ' ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον, πλὴν εἰ μὴ μόνα, ἃ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας ἔσχον[3]), ἢ μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν ἀπὸ γονέων καὶ θείων καὶ ἀδελφῶν εἰς αὐτούς τι περιῆλθεν, ἢ καὶ περιελεύσεται. Πάντα δὲ, ὅσα μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας, καθὰ εἴρηται, χωρὶς ὧν εἰρημένων προσώπων εἰς αὐτοὺς περιῆλθε, τῇ παρ' αὐτῶν ἐπισκοπουμένῃ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ διαφέρειν κελεύομεν, καὶ ἐκδικεῖσθαι παρ' αὐτῆς, οὐδενὸς ἑτέρου προσώπου δυναμένου ἐκ τούτου εἰς οἰκεῖον ἀπενεγκεῖν κέρδος. Τίς γὰρ ἂν ἀμφισβητήσειεν, ὡς οἱ τούτοις τὰς ἰδίας οὐσίας καταλείψαντες ἢ καὶ καταλιμπάνοντες[4]), ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον παραπέμψαντες ἢ καὶ[5]) παραπέμποντες, οὐκ ἀφεωράκασιν εἰς τὴν αὐτὴν ἱερωσύνην, καὶ πιστεύσαντες, ὡς οὐ μόνον τὰ παρ' αὐτῶν καταλειφθέντα εὐσεβῶς δαπανήσωσιν[6]), ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας αὐτῶν οὐσίας προσθήσουσι, τοῦτο ποιοῦσι; §. 3. Τῆς δὲ γενικῆς ἡμῶν ταύτης νομοθεσίας μόνα ἐξαιροῦμεν τὰ περιγινόμενα οἱαδήποτε πράγματα Ἐπιφανίῳ, τῷ ἀρχιεπισκόπῳ[7]) τῆς εὐδαίμονος[8]) ταύτης[9]) πόλεως καὶ πατριάρχῃ ἁγιωτάτῳ[10]) μέχρι τῆς παρούσης ἡμέρας. Ἐπὶ γὰρ τοῖς ἀπὸ τοῦ παρόντος μέλλουσιν αὐτῷ προσγίνεσθαι κρατεῖν τὰ παρ' ἡμῶν διατυπωθέντα, καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ προσήκειν ταῦτα θεσπίζομεν. §. 4. Μετὰ δὲ τὴν τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τελευτὴν τοὺς κατὰ καιρὸν οἰκονόμους λόγους ἀπαιτεῖσθαι τῶν παρ' αὐτῶν καταλελειμμένων πραγμάτων, καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ προσήκειν, ἢ ἐκ ταύτης ἡμῶν τῆς νομοθεσίας ὀφειλόντων[11]). §. 5. Καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς οἰκονόμους κατὰ κρίσιν καὶ δοκιμασίαν γίνεσθαι κελεύομεν, εἰδότας, ὡς παντὶ τρόπῳ καθ' ἕκαστον ἑνιαυτὸν λόγους ὑφέξουσι τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς οἰκείας διοικήσεως· καὶ πᾶν ὅπερ ἂν φανεῖεν[12]) τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα καταβλάψαντες, ἢ κέρδος οἰκεῖον ποιησάμενοι, τοῦτο τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀποδώσουσι πράγμασιν, ὥστε, εἰ μὲν περιόντες τοὺς τοιούτους ὑπόσχοιεν λόγους, γενέσθαι τὰ εἰρημένα, εἰ δὲ τελευτήσειεν[13]) πρὶν τοὺς αὐτοὺς λόγους ὑποσχεῖν, τότε τοὺς αὐτῶν κληρονόμους ὑπαχθῆναι τῇ τοιαύτῃ ζητήσει, καὶ συνελθεῖν πρὸς ἀποκατάστασιν πάντων, ὧν ἂν ἐντεῦθεν φανῶσιν ὀφείλοντες. §. 6. Δεῖν δὲ ᾠήθημεν καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς τὴν φροντίδα ἀναδεδεγμένοις ἢ καὶ ἀναδεξομένοις τῶν τε εὐαγῶν ξενώνων, καὶ νοσοκομείων, καὶ πτωχείων, καὶ ὀρφανοτροφείων, καὶ βρεφοτροφείων διατυπῶσαι. Καὶ γὰρ αὐτοῖς πᾶσαν ἄδειαν ἀναιροῦμεν τοῦ τὰ[14]) κτηθέντα αὐτοῖς μετὰ τὸ παραλαβεῖν τὰ εἰρημένα φροντίσματα ἢ κατὰ διαθήκας, ἢ καθ' ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον ἢ περίνοιαν εἰς ἕτερα μετατιθέναι πρόσωπα, πλὴν εἰ μὴ ὅσα πρώην ἔτυχον ἔχοντες, ἢ μετὰ ταῦτα ἀπὸ γονέων ἢ θείων καὶ ἀδελφῶν εἰς αὐτοὺς περιῆλθε. Πάντα δὲ, ὅσα τοῖς εὐαγέσι οἴκοις προσήκει τοῖς εἰρημένοις[15]), ἢ εἰς τοὺς τούτων προεστῶτας μετὰ τὸ τὴν τοιαύτην ἀναδέξασθαι φροντίδα περιῆλθεν ἢ περιελεύσεται, τοῖς αὐτοῖς εὐαγέσι διαφέρειν οἴκοις, καὶ εὐσεβῶς περὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄντας ἢ θεραπευομένους διοικεῖσθαι βουλόμεθα[16]). Πρόδηλον γάρ ἐστιν, ὅτι ὁ καταλιμπάνων ἢ δωρούμενος

prohibemus, habentem liberos aut nepotes ordinari episcopum.

§. 2. *Qui vero episcopi vel nunc sunt, vel futuri sunt, eos sancimus nullo modo habere facultatem testandi, vel donandi, vel per aliam quamcunque machinationem alienandi quid de rebus suis, quas, postquam facti sunt episcopi, obtinuerunt vel ex testamentis, vel donationibus, vel ex alia quacunque causa, exceptis duntaxat his, quas ante episcopatum habuerunt ex quacunque causa, vel quas post episcopatum a parentibus, patruis vel avunculis, et a fratribus ad ipsos pervenerunt perveniraeque sunt. Quaecunque vero post ordinationem ex quacunque causa, sicut diximus, praeterquam ex praefatis personis, ad ipsos pervenerunt, ea iubemus ad sanctissimam ecclesiam, cuius episcopatum tenebant, pertinere, et ab ea vindicari; neque alia persona possit ex eo sibi auferre lucrum. Quis enim dubitaverit, eos, qui ipsis proprias res reliquerint vel relinquunt, aut alio modo transmiserint vel transmittunt, non respexisse ipsum sacerdotium, et id fecisse opinatos, fore, ut non solum ab ipsis relicta pie consumant, sed et suas ipsorum res adiiciant?*

§. 3. *Ab hac autem generali nostra lege excipimus ea sola, quaecunque in hunc usque diem fuerint Epiphanii, archiepiscopi felicis huius civitatis et sanctissimi patriarchae. Nam super his, quae ab hoc tempore ei adquirentur, quod a nobis constitutum est, obtinere, et ipsa ad sanctissimam magnam ecclesiam pertinere iubemus.*

§. 4. *Post mortem vero Dei amantissimorum episcoporum sancimus, ut ex iis, quae eo tempore sunt, oeconomis rationes exigantur earum, quae ab illis relictae sunt, rerum, idque sanctissimis ecclesiis proficiat, et earum, quae ex hac nostra lege debentur.*

§. 5. *Atque ipsos quidem oeconomos cum iudicio et scrutatione creari praecipimus, sciantque, se singulis annis rationem reddituros sanctissimo episcopo suae administrationis; et quacunque in re videbuntur res ecclesiasticas laesisse, vel sibi lucrum quaesivisse, hoc ecclesiasticis rebus restituent; ita ut, si superstites tales rationes subierint, fiant quae supra dicta sunt, si vero non redditis rationibus defuncti fuerint, tunc ipsorum heredes subiiciantur tali quaestioni, et conveniantur ad restitutionem omnium, quae ex ea causa debere eos appareat.*

§. 6. *Necessarium quoque esse credidimus, etiam super iis aliquid definire, qui curam susceperunt susceptuirve sunt venerabilium xenonum, et nosocomiorum, et ptochiorum, et orphanotrophiorum, et brephotrophiorum. Nam et ipsis omnem licentiam adimimus, de adquisitis rebus post susceptas huiusmodi curationes vel per testamentum, vel per alium quemlibet modum vel machinationem quicquam in alias transferendi personas, exceptis, quae prius habuerant, vel postea a parentibus, vel patruis et avunculis, vel fratribus ad ipsos pervenerunt. Quaecunque vero ad sanctas, quas diximus, domus pertinent, vel quae ad ipsorum praepositos post susceptam huiusmodi curam pervenerunt vel perventura sunt, ad ipsa venerabilia pertinebunt loca, et pie in eos erogari volumus, qui in iis locis sunt vel curantur. Manifestum enim est, eum, qui derelinquit vel donat in scriptis sive sine scriptis xenodocho, vel nosocomo, vel ptochotropho, vel*

---

[1]) *Augustinus, Khl.*; προσπαθείαις *Russ. et rell.* — [2]) τῶν *omittit Khl.* — [3]) ἔχων *Khl.* — [4]) ἢ καταλιμπάνοντες *Khl.* — [5]) *καί abest a Cont. et rell., et Khl.* — [6]) *Augustinus, Khl.*; δαπανήσουσιν *Russ. et rell.* — [7]) τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ *Khl.* — [8]) τῆς εὐδαιμονεστάτης *Khl.* — [9]) ταύτης *abest a ms., quod contulit Khl.* — [10]) ἁγιωτάτῳ *abest a ms., quod contulit Khl.* — [11]) *his verbis male dispositis medela facile adhibetur, si ita concinnetur verborum ordo:* τοὺς οἰκονόμους λόγους ἀπαιτεῖσθαι τῶν καταλελειμμένων πραγμάτων ἢ ἐκ ταύτης ἡμῶν νομοθεσίας ὀφειλόντων, καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ προσήκειν. — [12]) *Augustinus, Khl.*; φανῶσι *Russ. et rell.* — [13]) τελευτήσειαν *Russ. et rell.* — [14]) τοῦ τὰ *linea subducta notatum invenit Khl., et in marg. scriptum* ταῦτα. — [15]) τοῖς εἰρημένοις *abesse docet Khl.* — [16]) κελεύομεν *Augustinus in marg., Khl.*

μενος ἐγγράφως ἢ ἀγράφως ξενοδόχῳ, ἢ νοσοκόμῳ, ἢ πτωχοτρόφῳ, ἢ ὀρφανοτρόφῳ, ὑπὲρ τούτου δίδωσιν, ἵνα εὐσεβῶς δι' αὐτοῦ διοικηθῇ, ὡς καὶ πολλὴν εὐσεβείας ἀφορμὴν αὐτοῦ ἔχοντος διὰ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ φροντιζομένους. Καὶ οὐ δίκαιόν ἐστι, τοῦτον, ἅπερ προφάσει τῶν ὑπ' αὐτοῦ φροντιζομένων λαμβάνει, μὴ περὶ αὐτοὺς ἢ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἀναλίσκειν, ἀλλ' εἰς [1]) ἴδιον αὐτὰ πρόσωπον ἀποφέρεσθαι, καὶ οἰκεῖον ποιεῖσθαι κέρδος, τοῦ φόβου τοῦ [2]) Θεοῦ καταφρονήσαντα. Τίς γὰρ ἂν τὸν τοιαύτην [3]) ἔχοντα φροντίδα μὴ νομίσειε διὰ τοῦτο ταύτην ἀναδέξασθαι, ἵνα μὴ μόνον ὅσα αὐτῷ ἔξωθεν περιγίνεται, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἔτυχεν ἐσχηκὼς περὶ αὐτὴν δαπανήσῃ; §. 7. Ἔτι καὶ τοῦτο κελεύομεν, ὅσα μετὰ τὴν ὀέοντως παρὰ τῶν τοιούτων προσώπων γινομένην περὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ [4]) φροντιζομένους δαπάνην, καὶ ἐπιμέλειαν περί τε τὰ πράγματα καὶ τοὺς οἴκους ἐκπεριτεῦσαι συμβαίη, ταῦτα προχωρεῖν εἰς ἀγορασίαν προσόδων. Παντάχοῦ γὰρ ἡμῖν σκοπός, εἰς ἐπίδοσιν [5]) ἤτοι αὔξησιν ἄγεσθαι τὰ εἰς εὐσεβεῖς ἀφωρισμένα χρείας πράγματα· οὕτως γὰρ ἕκαστος ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τι πράξαι βουλόμενος προθυμότερον ἐπιδώσει [6]), ἐὰν τὰ παρ' αὐτοῦ παρεχόμενα εὐσεβῶς μέλλειν διοικεῖσθαι πιστεύσειεν [7]). §. 8. Εἰ δὲ συμβῇ [8]) τινα τούτων παύσασθαι τῆς φροντίδος, ἧς εἶχε, θεσπίζομεν τὸν [9]) εἰς τόπον αὐτοῦ καθιστάμενον [10]) μετὰ τοῦ φόβου τοῦ δεσπότου Θεοῦ λόγους ἀπαιτεῖσθαι πάσης τῆς παρ' αὐτοῦ γενομένης διοικήσεως, καθὰ τῇ θείᾳ ἡμῶν ταύτῃ περιέχεται νομοθεσίᾳ, εἰδότος καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν καθισταμένου, ὡς τῷ δεσπότῃ Θεῷ τὸν ὑπὲρ τούτου λόγον [11]) ὑφέξει. §. 9. Ἔτι θεσπίζομεν, καθὰ τοῖς θείοις διώρισται κανόσι, μήτε ἐπίσκοπον, μήτε χωρεπίσκοπον, μήτε περιοδευτήν, μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἄλλον οἱαδήποτε ἀξίας κληρικὸν ἐπὶ δόσει [12]) χειροτονεῖσθαι. Ἀλλὰ μηδὲ [13]) οἰκονόμον, ἢ ἐκκλησιέκδικον, ἢ ξενοδόχον, ἢ νοσοκόμον, ἢ πτωχοτρόφον, ἢ ὀρφανοτρόφον, ἢ βρεφοτρόφον, ἢ τὸν ἐπὶ τῆς πτωχείας παρέχοντά τι γενέσθαι, ἀλλὰ κατὰ κρίσιν καὶ δοκιμασίαν τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τούτους προβάλλεσθαι. Εἰ δέ τις εὑρεθείη προφάσει τῶν εἰρημένων χειροτονιῶν καὶ φροντισμάτων διδούς τι ἢ λαμβάνων, εἴτε ἐπίσκοπος εἴη, εἴτε κληρικός [14]), καὶ τὸν παρέχοντα, καὶ τὸν λαμβάνοντα ἔξω τῆς ἱερωσύνης καὶ τοῦ κλήρου γίνεσθαι κελεύομεν, μετὰ τὸ ὑπὸ τὴν κατάκρισιν αὐτοὺς εἶναι τοῦ δεσπότου Θεοῦ. Εἰ δέ τις διὰ προστασίας γένοιτο [15]) καὶ εὑρεθείη διδούς τι, τὸν γινόμενον ἔξω τοῦ κλήρου γίνεσθαι κελεύομεν. Εἰ δὲ [16]) οἰκονόμος, ἢ ἐκκλησιέκδικος, ἢ χωρεπίσκοπος, ἢ περιοδευτής, ἢ ξενοδόχος, ἢ νοσοκόμος, ἢ πτωχοτρόφος, ἢ ὀρφανοτρόφος, ἢ ὁ καλούμενος [17]) ἐπὶ τῆς πτωχείας φανείη παρασχών τι [18]) ἐπὶ τῷ τὴν τοιαύτην [19]) αὐτῷ περιποιῆσαι φροντίδα, καὶ τοῦτον ἀποκινεῖσθαι τῆς τοιαύτης φροντίδος κελεύομεν. §. 10 Ἔτι θεσπίζομεν, παντὰς τοὺς κληρικοὺς τοὺς ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ δι' ἑαυτῶν [20]) ψάλλειν τά τε νυκτερινὰ καὶ τὰ ὀρθρινὰ καὶ τὰ ἑσπερινά, καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ δαπανᾷν τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα κληρικοὺς φαίνεσθαι, ὄνομα μὲν ἔχοντας κληρικῶν, μὴ ἐπιτελοῦντας [21]) δὲ τὸ πρᾶγμα τοῦ κληρικοῦ πρὸς τὴν λειτουργίαν τοῦ δεσπότου Θεοῦ. Ἄτοπον γὰρ ἐστιν, ἀντ' αὐτῶν γραπτοὺς, ἀνάγκης ἐπαγομένης αὐτοῖς, ψάλλειν. Εἰ γὰρ πολλοὶ τῶν λαϊκῶν, διὰ τὸ τὴν οἰκείαν ὠφελῆσαι ψυχήν, ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις προεδρεύοντες σπουδαῖοι περὶ τὴν ψαλμῳδίαν δείκνυνται [22]), πῶς οὐκ ἄτοπον, τοὺς κληρικοὺς

vel orphanotropho, dare idcirco, ut pie per ipsum dispensetur, quippe qui multas pietatis exercendae occasiones habeat propter eos, quorum curam gerit. Neque vero iustum est, ipsum ea, quae sub praetextu eorum, qui sub eius cura sunt, accipit, non in ipsos vel pro ipsis impendere, sed in propriam personam auferre, et proprio lucro applicare, timore Dei contemto. Quis enim tali curae praepositum non existimet idcirco eam suscepisse, ut non solum quae extrinsecus ad eum perventura sint, sed etiam omnia, quae forte habuerit, in eam rem impendat?

§. 7. *Amplius id quoque praecipimus, ut quaecumque post necessarios sumtus ab his personis erogatos in eos, qui ipsis curae commissi sunt, et post debitam curam rerum et aedificiorum superesse contigerit, ea ad reditnum comparationem proficiant. Undique enim nostra intentio est, ad incrementum et augmentum adducere res ad pios usus destinatas; namque ita, quisquis pro suae animae salute quidquam facere volet, promtius erogabit, si ea, quae ab ipso data fuerint, pie administratum iri crediderit.*

§. 8. *Si autem contigerit aliquem ab administratione cessare, quam habuit, sancimus eum, qui in eius locum constitutus est, cum timore domini Dei rationes exigere gestae ab eo administrationis, sicut divina nostra lege continetur; sciente et eo, qui post ipsum constitutus est, se domino Deo rationem esse hac de causa redditurum.*

§. 9 *Praeterea sancimus, quemadmodum divinis canonibus definitum est, ne quis episcopus, aut chorepiscopus, aut visitator, aut circuitor, aut presbyter, aut alius cuiuscunque dignitatis clericus per largitionem ordinetur. Sed nec oeconomus, nec ecclesiae defensor, nec xenodochus, nec nosocomus, nec ptochotrophus, nec orphanotrophus, nec brephotrophus, nec ptochii praefectus per talem fiat largitionem, sed per iudicium et inquisitionem eorum, qui in illis locis sunt, Dei amantissimorum episcoporum praeponantur. Si vero quis inventus fuerit ob ordinationem et administrationem aliquid dedisse vel accepisse, sive episcopus sit sive clericus, et eum qui praebuit, et qui accepit, sacerdotio et clero eiici iubemus, praeter domini Dei condemnationem, cui obnoxii sunt quoadsi quis per patrocinium factus sit et dedisse aliquid compertus fuerit. eum clero eiici iubemus. Si vero oeconomus, vel ecclesiae defensor, vel chorepiscopus vel periodeuta vel xenodochus, vel nosocomus, vel ptochotrophus, vel orphanotrophus vel ptochio praepositus comperietur praebuisse quid, ut sibi cura illa committeretur, et hunc removeri ab huiusmodi cura iubemus.*

§. 10. *Praeterea sancimus, ut omnes clerici per singulas ecclesias constituti per se ipsos nocturnas et matutinas et vespertinas preces canant, ne ex sola ecclesiasticarum rerum consumtione clerici appareant, nomen quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici circa ministerium domini Dei. Turpe enim est, pro ipsis scriptos, necessitate ipsis inducta, canere. Si enim multi laicorum, ut suae animae consulant, ad sanctissimas ecclesias confluentes studiosos circa psalmodiam se ostendunt, quomodo indecens non fuerit, clericos ad id ordinatos non implere suum munus? Quapropter omnimodo clericos canere iubemus, et ipsos inquiri*

---

[1]) ἀλλ' ἴσως εἰς *Khl.* — [2]) τοῦ *abest a Russ. et rell.* — [3]) τίς γὰρ τὸν τὴν τοιαύτην *in textu*, τὸν τίς γὰρ τὴν τοιαύτην *ex emendatione in marg. habet ms. collatum a Khl.*; *hoc ultimum probat Khl.* — [4]) *pro* αὐτοῦ *legendum videtur* αὐτῶν. — [5]) ἐπίδοσιν *Augustinus.* — [6]) *Augustinus, Khl.*; ἐπιδιδώσει *Cont. et postea rell. praeter Bk.* — [7]) πιστεύσοιεν *Augustinus.* — [8]) *Augustinus, Khl.*; ἢν δὲ συμβῇ *Russ. et rell.* — [9]) τοῦτον *Augustinus, Khl.* — [10]) *Augustinus*; καθισταμένου *Khl.*; κατασταθησόμενον *Cont. et rell.* — [11]) *Augustinus, Khl.*; ὑπὲρ τούτων λόγον *Russ. et rell.* [12]) *Augustinus, Khl.*; ἐπιδόσει *Cont. et rell.* — [13]) μὴ δέ *Augustinus.* — [14]) ἢ κληρικός *Khl.* — [15]) γένηται *Augustinus.* — [16]) *Augustinus, Khl.*; δή *edd. Cod. inde a Char.* — [17]) ἢ καλούμενος *Khl.* — [18]) παρασχών τι φανείη *Khl.* — [19]) ἐπὶ τὸ τὴν τοιαύτην *Augustinus*; ἐπὶ τὴν τοιαύτην *Khl.* — [20]) *Augustinus, Khl.*; δι' αὐτῶν *Russ. et rell.* — [21]) ἐκτελοῦντας *Khl.* — [22]) γίνονται *Augustinus in marg.*

λαλύσεσι, καὶ τοῦτο ἐμφανὲς ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων κατασταίη, ἀργεῖν τὴν ἀπαίτησιν τοῦ ἀνναλίου ληγατου κατὰ τοῦ ταύτῃ βεβαρυμένου θεσπίζομεν, αὐτὴν δὲ τὴν πρόσοδον ἀντὶ τοῦ πρεσβείου καθιστάναι διηνεκῶς εἰς τοῦτο ἀφωρισμένην, καὶ ἐκποιεῖσθαι παρ' οὐδενὸς καθ' οἱονδήποτε ἐκποιήσεως σχῆμα δυναμένου. Οὐδενὸς δὲ τοιούτου παρακολουθοῦντος, ὑποκεῖσθαι διηνεκῶς κατὰ τὸ ἔμπροσθεν παρ' ἡμῶν εἰρημένον τῇ δόσει τῶν ἀνναλίων πρεσβείων τοὺς τοιούτους βεβαρυμένους θεσπίζομεν, ὥστε τὸ ὄνομα καὶ τὴν μνήμην τοῦ τελευτήσαντος τοῦ τε ἀνναλίου πρεσβείου ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων διηνεκῶς διασώζεσθαι. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. Lampadio et Oreste[1]) Conss. [530.]

47. [46.] [a]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν νόμοις οἰόμεθα χρῆναι καὶ τοῦτον προσθῆναι τὸν ἐξ ἀρετῆς, ἀλλ' οὐκ ἐκ χρόνων τὰς εὐαγεῖς ἡγεμονίας παρέχοντα, ὥστε ἐπὶ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων ἢ ἀσκητηρίων μὴ πάντως, τελευτῶντος τοῦ ἡγουμένου ἢ τῆς ἡγουμένης, τὸν ἐφεξῆς ἢ τὴν δευτέραν γενέσθαι. Συνίσμεν γὰρ τῇ φύσει οὔτε πάντας ὁμοίως ἀγαθούς, οὔτε πάντας ἐν ἴσῳ ποιοῦσῃ κακούς, ἀλλ' ὃν ἂν ὅ τε ἀγαθὸς βίος, καὶ σεμνὸς[2]) τρόπος, καὶ ἡ περὶ τὴν ἄσκησιν συντονία, καὶ τὸ κοινὸν τῶν λοιπῶν μοναχῶν πλήρωμα, ἢ τὸ πλεῖστον αὐτῶν ἐπιτήδειον πρὸς τοῦτο νομίσειε, καὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προκειμένων ἕλοιτο, ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν καλεῖσθαι, ὥστε, εἰ μὲν ὁ πρῶτος μετὰ τὸν τελευτήσαντα χρηστὸς εἴη καὶ μοναχῶν ἄρχειν ἄξιος, ἐκεῖνον τῶν ἄλλων προκρίνεσθαι, εἰ δὲ ὁ μετ' ἐκεῖνον, ὁμοίως ἐπ' αὐτὸν φέρεσθαι τὴν τοῦ ἡγουμένου ψῆφον. Εἰ δὲ οὐδεὶς τούτων ἄξιος φαίνοιτο, τηνικαῦτα τὸν[3]) ἐκ πάντων ἐπιτήδειον, οἱουδήποτε ἂν εἴη βαθμοῦ, προχειρίζεσθαι ἡγούμενον, βίου τε ὄντα σεμνοῦ καὶ πολιτείας σεμνῆς, καὶ περισώζειν τοὺς πιστευθέντας αὐτῷ δυνάμενον· προσῆκον ὄν, πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἀνθρώπων ἐπιστασίαν οὐκ ἐκ χρόνων, οὐδὲ ἐκ κλήρων, οὐδὲ ἐκ τυχηρῶν περιστάσεων, ἀλλ' ἐπιλογῆς καὶ ἐκ τοῦ καλλίονος γίνεσθαι, καὶ τὴν παρὰ πάντων μαρτυρίαν εἶναι τῷ τάγματι τάξιν. §. 1. Γνώριμα δὲ ταῦτα γίνεσθαι τῷ κατὰ τόπον θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ, ὥστε αὐτὸν μανθάνοντα τὸν ἐπιλεχθέντα, καὶ ὀρθῶς ἔχειν τοῦτο δοκιμάζοντα, σύμψηφόν τε γίνεσθαι τοῖς ἐπιλεξαμένοις, καὶ προάγειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν τοῦ ἡγουμένου τάξιν. Δοκιμάζειν δὲ δεῖ τὴν αὐτῶν ἐπιλογὴν τὸν κατὰ καιρὸν πατριάρχην, καὶ τοὺς κατὰ τόπον θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, ἔχοντας καὶ αὐτοὺς τὸ κρίμα τοῦ δεσπότου Θεοῦ, καὶ τὴν μέλλουσαν κρίσιν εὐλαβουμένους, εἰ μὴ κατ' ἐκλογήν[4]), ἀλλὰ πρός τι πάθος ἀποβλέψαντες ἀνθρώπινον, τὴν προβολὴν ποιήσονται· ἐχόντων αὐτῶν καὶ ἐν τούτῳ τῷ βίῳ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ ποινήν, οἵα τῆς αὐτῶν ἀμελείας ψυχαῖς πολλαῖς ἁμαρτημάτων αἰτίας παρεχομένης· §. 2. τούτων πάντων καὶ ἐπὶ τῶν εὐλαβεστάτων γυναικῶν ἢ παρθένων τῶν ἡγουμένων εὐαγῶν μοναστηρίων[5]) κρατούντων· §. 3. τῆς λοιπῆς ἱερατικῆς τάξεως ἁπάσης τῆς τοῦ Θεοῦ λειτουργίας κατὰ τοὺς ἑαυτῆς βαθμοὺς προϊούσης, καὶ οὐδὲν ἐκ τοῦ παρόντος ἡμῶν καινιζομένης νόμου. Dat. XV. Kalend. Decemb. CP. Lampadio et Oreste[6]) Conss. [530.]

48. [47.] [b]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Θεσπίζομεν, μηδένα εἰς ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι, πλὴν εἰ μὴ τά τε ἄλλα χρηστὸς καὶ ἀγαθὸς εἴη, καὶ μήτε γυναικὶ συνοικείη, μήτε παί-

dictum est, dationi annuorum legatorum eos, qui his gravati sunt, sancimus, ut et nomen et memoria defuncti et annui reditus in ipsis operibus perpetuo conservetur.

47. [46.] *Idem A. Iuliano P. P. — Sacris nostris legibus existimavimus oportere et hanc addi, quae ob virtutem, non autem ob temporis lapsum religiosas praefecturas tribuit, ita videlicet, ut in piis monasteriis aut asceteriis non omnimodo, mortuo abbate vel abbatissa, sequens vel secunda eligatur. Consentimus enim naturae, neque omnes similiter bonos, neque omnes in aequo facienti malos; sed quem utique et vita optima, et mores honesti, et circa pium exercitium constantia, et conspirans reliquorum monachorum accessio, aut maxima eorum pars idoneum ad hoc putaverit, et sacris evangeliis propositis elegerit, ad praefecturam vocetur; ita ut, si quidem primus post defunctum utilis sit et monachis praeesse dignus, ille aliis praeferatur; si vero qui post illum est, similiter in ipsum feratur futuri praefecti suffragium. Si vero nullus horum dignus videatur, tunc is, qui ex omnibus idoneus erit, cuiuscunque gradus sit, praeficiatur abbas, qui sit videlicet et vitae honestae, et honestae conversationis, et qui servare creditos sibi possit, quum sit conveniens, omnem principatum, et omnem hominum praefecturam, non ex temporibus, neque ex sortibus, neque ex fortuitis casibus, sed ex electione et praestantia fieri, et bonum apud omnes testimonium esse huic ordinationi ordinem.*

§. 1. *Manifesta autem haec fiant Dei amantissimo loci episcopo, ut cognoscens electum, et hoc se recte habere approbans, consentientem electoribus calculum ferat, et promoveat ipsum ad abbatis ordinem. Approbare vero oportet hanc ipsam electionem et pro tempore patriarcham et episcopos illorum locorum Dei amantissimos, habentes et ipsos iudicium Dei, et futuram condemnationem metuentes, si non per electionem, sed ad aliquam affectionem respicientes humanam, promotionem fecerint. Habeant ipsi et in hac vita et in futura a Deo immissam poenam, quoniam ipsorum negligentia animabus plurimis peccatorum causas praebuit.*

§. 2. *Haec omnia et in reverendissimis feminis aut virginibus, quae piis monasteriis praesunt, obtineant.*

§. 3. *Reliqui omnes sacri ordines divini ministerii secundum suos gradus praeficiantur et nihil in ea re per praesentem nostram innovetur legem.*

48. [47.] *Idem A. Ioanni P. P. — Sancimus neminem ad episcopatum ordinari, nisi et in aliis rebus utilis et probus sit, et neque mulieri cohabitet, neque liberorum sit pater, sed loco uxoris adhaereat sancti-si-*

---

[a]) *Lex exstat* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. IX.*, 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 3. 47. (*Voëlli bibl. II. p.* 1262.), *ex qua hausit Photius in Nomoc. XI.* 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1054.). *Text.* 1. *primum editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 65.), *quem et rell. inde a Cont.* 71. *sequuntur, et nos sequimur. Varia lectio desumta ex notis August.* (*Aug. i. n.*). — [b]) *Lex superest* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. X.*, 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 3. 48. (*Voëlli bibl. II. p.* 1262.), *quam laudat Photius in Nomoc. I.* 6. (*Voëlli bibl. II. p.* 825.), *ex quo vestigium legis eruit Cont.* 66. *in Praeterm. p.* 11. *Text.* 1. *editus demum ab Ant. August.* (*Coll. p.* 67.) *et receptus in edd. inde a Cont.* 71. *Nos Augustini lectionem repetimus.*

[1]) et Oreste *absunt ab Augustino.* — [2]) καὶ ὁ σεμνός *Aug. i. n.* — [3]) τῶν *Augustinus.* — [4]) κατ' ἐπιλογὴν *Aug. i. n.* — [5]) *haec verba pleniora ex Coll. const. eccl. reddere conatur Leunclav.* (*Notat.* 1. 20.) ἢ τῶν ἡγουμένων εὐαγῶν μοναστιριῶν ἤτοι ἀσκητριῶν. — [6]) et Oreste *absunt ab Augustino.*

§. 2. Εἰδότος τοῦ ταῦτα ὑπερβαίνοντος, καὶ τὴν ὀρθῶς καὶ ὁσίως εἰςενεχθεῖσαν παρ' ἡμῶν ἐπὶ τῇ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τιμῇ παραφυλακὴν παρεξιόντος, ὡς [1]) οὐ μικρᾶς ἀγανακτήσεως πειραθήσεται. Ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀφορισμὸν γενήσεται, εἰ μὲν μητροπολίτης εἴη, ὑπὸ τῆς σῆς μακαριότητος, εἰ δὲ τῶν ὑπὸ τὸν μητροπολίτην πόλεων, δι' αὐτοῦ τοῦ μητροπολίτου. Χρηματικὴν γὰρ ποινὴν ὁρίσαι κατὰ τῶν ὑπερβαινόντων τὴν θείαν ἡμῶν ταύτην διατύπωσιν, οὐκ ἀναγκαῖον ᾠήθημεν, ὡς ἂν μὴ εἰς τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας ἡ ἐντεῦθεν περισταίη βλάβη, ὧν τὰ πράγματα πάσης μειώσεως ἐλεύθερα μένειν σπουδάζομεν. §. 3. Ταῦτα τοίνυν εἰς τὴν ἑκάστου γνῶσιν τῶν ὑπ' αὐτῇ τεταγμένων θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν ἐπισκόπων ἀγαγεῖν ἡ σὴ ὁσιότης σπουδασάτω, καὶ τὰς παρ' ἑκάστου πεμπομένας ἀποκρίσεις διά τε τῶν μητροπολιτῶν, καὶ δι' αὐτῶν τῶν λοιπῶν τῆς ἐπαρχίας πόλεων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ἃ περὶ τούτων [2]) μεμαθήκασιν, εἰς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν ἀνενεγκεῖν [3]). Dat. X. Kal. Mart. CP. Dn. Iustiniano PP. A. II. Cons. [528.]

44. [43.] [a]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς [4]) Μηνᾷ [5]), ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Τῆς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων προνοοῦντες σεμνότητος, ἀπαγορεύομεν πᾶσι τοῖς οἰκοῦσι μοναστήρια συνδιαιτᾶσθαι γυναιξὶ μοναστρίαις, ἢ πρόφασίν τινα ἐπινοεῖν τοῦ κοινωνίαν τινὰ πρὸς αὐτὰς ἔχειν (τοῦτο γὰρ δικαίαν ὑποψίαν εἰςάγει τοῦ συνεχῶς καὶ ἡνίκα ἂν βούλοιντο, συντυγχάνειν αὐταῖς), ἀλλ' οὕτω κεχωρισμένους εἶναι, ὥςτε μηδεμίαν μετουσίαν πρὸς ἀλλήλους καθ' ὁλανοῦν αἰτίαν ἔχειν αὐτούς, μηδὲ ἐξευρίσκεσθαί τινα πρόφασιν ἢ τούτοις ἢ ἐκείναις τῆς μετ' ἀλλήλων διαγωγῆς· ἀλλὰ μόνους μὲν καθ' ἑαυτοὺς ἄνδρας ἐν ἑκάστῳ μοναστηρίῳ διαγειν, τῶν καθ' ὁλανοῦν αἰτίαν πλησιαζουσῶν αὐτοῖς μοναστριῶν κεχωρισμένους, μόνας δὲ καθ' ἑαυτὰς γυναῖκας οὐκ ἀναμιγνυμένας ἀνδράσιν, ὑπὲρ τοῦ πᾶσαν ὑπόνοιαν ἰσέμνου συνδιαγωγῆς παντελῶς ἀναιρεθῆναι. Ἀλλ' εἰ μὲν ἄνδρες εἶεν οἱ πλείονες, προςήκει προνοίᾳ τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τὰς γυναῖκας εἰς ἕτερον ἐπιτήδειον τόπον μεθίστασθαι, καὶ δοθῆναι μοναστήριον αὐταῖς, ἐν ᾧ δεήσει καθ' ἑαυτὰς τοῦ λοιποῦ σεμνῶς διαιτᾶσθαι. Εἰ δὲ πλείονες εὑρεθεῖεν αἱ γυναῖκες οὖσαι, ἢ καὶ ἰσάριθμοι, τοὺς μὲν ἄνδρας μεθίστασθαι, τὰς δὲ γυναῖκας ἐν τῷ μοναστηρίῳ μένειν, ὥςτε μέντοι τὰ πράγματα τοῦ αὐτοῦ μοναστηρίου κινητὰ καὶ ἀκίνητα καὶ αὐτοκίνητα τοὺς ἐξιόντας πρὸς τοὺς μένοντας κατ' ἀναλογίαν μερίζεσθαι. Ταῖς δὲ ἀναγκαίαις ἀποκρίσεσι τῶν καθ' ἑαυτὰς μοναζουσῶν γυναικῶν ἕνα γέροντα παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς πόλεως ἀφορίζεσθαι, εἰς δὲ τὸ τὰς θείας ἐκτελεῖσθαι λειτουργίας, καὶ τῆς ἁγίας αὐταῖς μεταδίδοσθαι κοινωνίας, ἕνα πρεσβύτερον καὶ ἕνα διάκονον σεμνοῦ βίου τυγχάνοντας δίδοσθαι, τοὺς μόνα τὰ εἰρημένα πράττειν ὀφείλοντας, οὐ μὴν διαιτᾶσθαι καὶ συνοικεῖν αὐταῖς. Τούτων γὰρ δὴ φυλαττομένων, καὶ αὐτοῖς εὐδαίμων ὁ βίος ἔσται τοῖς μονάζειν αἱρουμένοις, καὶ τὰ τῆς κοινῆς ἡμῶν πολιτείας πράγματα ἑτοιμοτάτης τεύξεται τῆς φιλανθρώπου Θεοῦ βοηθείας. Ἃ μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν κοινῶν πραγμάτων καὶ νῦν καλῶς ἔχειν ἐδοκιμάσαμεν, ταῦτά ἐστι, καὶ πεποιθαμεν [6]), ὡς οὐ μικρὰ κἀνταῦθα διαφανήσεται προςτιθεμένη τούτοις ἐκ τῆς θείας ἡμῶν διατάξεως ὠφέλεια. §. 1. Δεῖ δὲ παραφυλακῆς ἀκριβεστάτης εἰς τὸ κατὰ μηδένα τρόπον ὑπερβαίνεσθαι ταῦτα, ἤτις οὐκ ἄλλως ἂν γένοιτο, ἢ τῶν θεοφιλεστάτων ἑκάστης πόλεως ἐπισκόπων ἐφορώντων ἐπιμελῶς τὰς τῶν μοναχῶν τῶν διαγόντων ἐν μοναστηρίοις

§. 2. *Sciente horum transgressore, et recte ac pie introductam a nobis pro sanctissimarum ecclesiarum honore observantiam praetercunte, se non parvam indignationem experturum. Sed et ab ecclesia separabitur, siquidem metropolites sit, a tua beatitudine, si vero civitatis sit episcopus, quae metropolitae subiecta est, ab ipso metropolita. Pecunariam enim poenum definire contra transgressores divinae nostrae dispositionis, non necessarium putavimus, ne ad sanctissimas ecclesias, quod inde evenerit damni, redundet, quarum res ab omni deminutione liberas manere cupimus.*

§. 3. *Haec igitur tua sanctitas ad omnium notitiam, qui sub ipsa Dei amantissimi metropolitani episcopi ordinati sunt, perferre studeat, et ab unoquoque missas responsiones tam a metropolitis, quam ab ipsis reliquarum provinciae civitatum Dei amantissimis episcopis de his, quae hac de re didicerint, ad nostram pietatem referre.*

44. [43.] *Idem A. Mennae P. P. — Sanctissimarum ecclesiarum et piorum monasteriorum decori consulentes, interdicimus omnibus habitantibus monasteria, conversari cum mulieribus monastriis, aut occasionem aliquam excogitare, qua communicationem aliquam cum ipsis habeant (hoc enim iustam suspicionem introducit, assidue eos et quum voluerint, cum ipsis congredi), sed ita segregatos esse, ut nullum commercium inter se ob ullam causam habeant ipsi, neque excogitari aliquam occasionem vel illis vel his mutuae inter se commorationis; sed soli per se viri in quolibet monasterio degant, a vicinis sibi per quamcunque causam monastriis segregati; solae item per se mulieres non commistae viris, ut omnis suspicio indecorae conversationis penitus tollatur. Sed si viri fuerint plures, oportet providentia singularum civitatum episcoporum feminas in alium convenientem locum transferri, et dari monasterium ipsis, in quo oporteat per se ipsas in posterum honeste conversari. Sin plures inveniantur feminae, aut etiam pari numero, viros quidem transferri, feminas autem in monasterio manere, ita ut res ipsius monasterii mobiles et immobiles et se moventes hi, qui exeunt, cum his, qui manent, pro rata dividant. Ad necessarius autem decisiones apud se degentium separatim mulierum unus senex a Dei amantissimo episcopo civitatis designetur; ad divina vero peragenda ministeria, et sanctam communionem ipsis praestandam unus presbyter et unus diaconus honestae vitae constituantur, qui sola supradicta agere debeant, non etiam convesci aut cohabitare cum ipsis. His enim servatis, et ipsis felix vita erit, qui solitariam vitam elegerint, et communis nostrae reipublicae res paratiorem consequentur a Deo clementissimo opem. Quae igitur super communibus rebus et nunc recte se habere existimavimus, haec sunt, et credidimus, non parvam hinc visum iri additam iis ex divina nostra constitutione utilitatem.*

§. 1. *Sed custodia diligentissima opus est, ne ullo modo haec migrentur; quae non aliter continget, quam si Dei amantissimi cuiusque civitatis episcopi inspiciant diligenter monachorum degentium in monasteriis sub sua cura ordinatis conversationes, et, si quid senserint huius-*

---

[a]) *Lex legitur* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. VI.*, 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 3. 44. (*Voëlli bibl. II. p.* 1260.). *Text.* 1. *ab Ant. August.* (*Coll. p.* 48.) *editus, secundum quem nostrum exhibemus, et a Cont.* 71. *et rell. receptus est.*

[1]) *ὡς recte additum a Bk.; abest ab Augustino, Cont. et rell.* — [2]) *τούτοις scribere mavult Cont.* 76. *in marg.* — [3]) *ἐνεγκεῖν Cont.* 76. *in marg.* — [4]) *Augustinus, Bk.; Ὁ αὐτὸς A. Cont.* 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [5]) *Augustinus; τῷ Μηνᾷ Cont.* 71. 76. *et rell.* — [6]) *πεπείθαμεν Augustinus et edd. Cod. praeter Bk.*

φοις τεταγμένοις ὑπὸ τὴν αὐτῶν φροντίδα διαριβάς, καὶ εἴ τινος αἴσθοιντο τοιούτου πταίσματος, πᾶσι τρόποις εἰργόντων τὸ παρ' αὐτῶν ἐγχειρουμενον, καὶ ποιναῖς μὲν ὑπαγόντων τοὺς [1]) μετὰ τὴν ἡμετέραν ἀπαγόρευσιν ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνεχομένους, ἀναγκαζόντων δὲ τὰς αὐτῶν διαριβὰς καθαρὰς καὶ κεχωρισμένας εἶναι γυναικείας συνδιαγωγῆς. Καὶ αὐτοῖς γὰρ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, εἰ μέλλοιεν ὀρθῶς τὰ περὶ τούτου διαλογίζεσθαι, γνώριμόν ἐστιν, ὡς ἐκ τοῦ φυλάττεσθαι τὴν σεμνὴν ταύτην τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν διαγωγὴν, καὶ μηδὲν ἀπρεπὲς ἢ ἄσεμνον αὐτῇ [2]) προσγίνεσθαι, τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν εὐμενῆ τὰ κοινὰ πράγματα τῆς ἡμετέρας ἕξει πολιτείας. §. 2. Ἀλλ' ὡς ἂν μηδ' αὐτοὶ οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι πάρεργον ἡγήσωνται τὸ θεῖον ἡμῶν τοῦτο παράγγελμα, γινώσκειν αὐτοὺς βουλόμεθα, ὡς, εἴ τις αὐτῶν φανείη μὴ σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ ταῦτα διερευνώμενος, ἢ διαφανὲν τὸ πταῖσμα μὴ κατὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους ἐπανορθῶν, ἔνοχος μὲν ἔσται τῷ κρίματι τοῦ δεσπότου Θεοῦ, καὶ νῦν δὲ ἐπ' αὐτὸν ἥξει τὰ τῆς βασιλικῆς ἡμῶν κινήσεως, καὶ περὶ αὐτὴν κινδυνεύσει τὴν ἱερωσύνην, οὐδὲ ἄλλης μείζονος ἐνδεύσης ἀγανακτήσεως. §. 3. Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὴν θείαν ἡμῶν ταύτην νομοθεσίαν φανερὰν κατασησάτω τοῖς ἐν ἑκάστῃ μητροπόλει θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, καὶ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν, προστιθέμενος τὸ καὶ αὐτούς, εἰ δέησοι, πᾶσαν διδόναι βοήθειαν εὐλαβεστάτοις τῶν πόλεων ἐπισκόποις, ἐφ' ᾧ ταῦτα κωλύειν, ἅπερ ἀναιρεθῆναι προσειάξαμεν. Καὶ εἴ τινι ῥᾳθυμίᾳ χρωμένους αὐτοὺς εὕροιεν, φανερὰν ἡμῖν ταύτην δι' οἰκείας ποιεῖν μηνύσεως, ὡς ἂν πάντες εἰδεῖεν τὰ παρ' αὐτῶν ὀφείλοντα διαφυλάττεσθαι, καὶ τὴν ἐξ ἀμελείας διωρισμένην ποινήν [3]). Φροντίσειεν τε οἱ θεοφιλέστατοι μητροπολῖται τοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις [4]) εὐλαβεστάτοις τῶν πόλεων ἐπισκόποις τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ποιῆσαι φανερὸν τὸν θεῖον ἡμῶν τοῦτον νόμον, καὶ παρεγγυῆσαι πᾶσι ἀγούπνῳ σπουδῇ ταῦτα φυλάττειν, δεδιόσι τὸ ὁρισθὲν ἐπιτίμιον. §. 4. Ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ παρελκυσθῆναι τὴν ἀποπλήρωσιν τῆς θείας ἡμῶν ταύτης νομοθεσίας, ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὺς τοὺς εὐλαβεστάτους μοναχοὺς τοὺς ἐπὶ τοῦ παρόντος συνδιαιτωμένους μοναστρίαις ὀλίγον νομίσαι χρόνον αὐτοῖς ἐνδεδόσθαι πρὸς τὸν ὀφείλοντα γενέσθαι χωρισμόν, ἐνιαυσιαῖον τοῦτον ὁρίζομεν ψηφιζόμενον, ἀφ' οὗπερ ἂν ἐμφανὴς ὁ θεῖος ἡμῶν νόμος οὗτος γένηται, ὥστε μετὰ τὴν τοῦ ἔτους παραδρομὴν, εἰ φανείη τὰ τῆς κοινῆς διαίτης ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μένοντα σχήματος, ἁρμόσαι παντὶ τρόπῳ τὰς ἐγκειμένας τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ τούτῳ ποινάς. **Dat. XV. Kal.** [5]) **Febr. CP. Decio V. C. Cons.** [529.]

45. [44.] [a]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Τῶν ἱερῶν κανόνων μηδὲ τοῖς θεοφιλεστάτοις πρεσβυτέροις, μηδὲ τοῖς εὐλαβεστάτοις διακόνοις ἢ ὑποδιακόνοις γαμεῖν μετὰ τὴν τοιαύτην χειροτονίαν ἐφιέντων, ἀλλὰ μόνοις τοῖς εὐλαβεστάτοις ᾠδαῖς τε καὶ ἀναγνώσταις τοῦτο συγχωρούντων, ὁρῶμεν τινὰς περιφρονοῦντας μὲν τῶν ἱερῶν κανόνων, παιδοποιουμένους δὲ ἐκ τινῶν γυναικῶν, αἷς ἁρμοσθῆναι κατὰ τὸν ἱερατικὸν θεσμὸν οὐ δύνανται. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ ποινὴ τοῦ πράγματος ἐν μόνῃ τῆς ἱερωσύνης ἦν ἐκπτώσει, τοὺς δὲ θείους κανόνας οὐκ ἔλαττον τῶν νόμων ἰσχύειν, καὶ οἱ ἡμέτεροι βούλονται νόμοι, θεσπίζομεν, κρατεῖν μὲν ἐπ' αὐτοῖς τὰ τοῖς ἱεροῖς δοκοῦντα κανόσιν, ὡς ἂν εἰ καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἐνεγέγραπτο νόμοις, καὶ πάντας αὐτοὺς τῆς τε ἱερωσύνης, τῆς τε θείας λειτουργίας, τῆς τε ἀξίας αὐτῆς, ἣν ἔχουσι, γυμνοῦσθαι. Καθάπερ γὰρ τοῖς

huiusmodi lapsus, omnibus modis compescant tale inceptum, et poenis subiciant eos, qui post nostram prohibitionem adhuc talia perpetrant, et cogant, ut eorum conversationes sint purae et separatae ab omni commercio muliebri. Nam et ipsis Dei amantissimis episcopis, si hoc recte aestimare voluerint, perspicuum est, propter observationem honestae huius devotissimorum monachorum conversationis, et si nihil indecens aut inhonestum acciderit, clementem Deum propitium res communes nostrae reipublicae acturum esse.

§. 2. *Sed ne vel ipsi Dei amantissimi episcopi supervacuum ducant hoc nostrum praeceptum, nosse ipsos volumus, quod, si quis ipsorum non cum omni diligentia haec investigare, aut manifestum lapsum non secundum praedictos modos emendare videatur, obnoxius quidem erit iudicio domini Dei, et nunc in ipsum veniet ex imperiali nostro motu ultio, et circa ipsum periclitabitur sacerdotium, ita ut alio maiore malo non indigeat.*

§. 3. *Tua igitur excellentia divinam nostram hanc constitutionem manifestam faciat cuiuscunque metropoleos Dei amantissimis episcopis, et clarissimis praesidibus provinciarum, addens, quod et ipsi, si opus sit, omne ferant auxilium religiosissimis civitatum episcopis ad haec coërcenda, quae tolli iussimus. Et si qua negligentia eos usos esse invenerint, manifestam eam nobis facient suis relationibus, ut utique omnes cognoscant, quaenam ab ipsis servari debeant, et definitam in contemnentes poenam. Curent autem Dei amantissimi metropolitae etiam aliis reverendissimis civitatum episcopis eiusdem provinciae facere manifestum divinam hanc nostram legem, et denuntiare omnibus, ut vigili studio haec custodiant, verentes definitam poenam.*

§. 4. *Ac ne protrahatur plena observatio divinae nostrae huius legis, neve ipsi reverendissimi monachi, qui nunc sub eodem tecto vivunt cum monastriis, parvum putent tempus sibi dari ad debitam separationem faciendam, annale ipsis definimus, computandum ab eo die, quo manifesta divina nostra lex haec facta fuerit; ita ut post anni curriculum, si apparerant ea, quae ad convictum attinent, in eodem manere statu, locus sit omnimodo insertis divinae huic nostrae legi poenis.*

45. [44.] *Idem A. Iuliano P. P. — Sacris canonibus neque Dei amantissimis presbyteris, neque reverendissimis diaconis aut subdiaconis nuptias contrahere post huiusmodi ordinationem permittentibus, sed solis reverendissimis cantoribus et lectoribus id concedentibus, animadvertimus quosdam despicere sacros canones, et liberos generare ex mulieribus, quibus coniungi secundum sacerdotalem regulam non possunt. Quoniam vero poena facinoris huius in sola sacerdotii erat amissione, sacros autem canones non minus, quam leges valere, etiam nostrae volunt leges, sancimus, ut obtineant in illis, quae sacris visa sunt canonibus, perinde ac si civilibus inscripta essent legibus, et ut omnes istiusmodi homines tam sacerdotio, quam divino ministerio, atque etiam dignitate ipsa, quam habent, priventur. Quemadmodum enim sacris canonibus prohibita sunt talia, sic et secundum nostras leges eadem vetantur, et praeter*

[a]) *Legem habemus* 1., *genuinam in Coll.* 25. *cap. VII.*, 2, *epitomatam in Coll. constit. eccles. I.* 3. 45. (*Voëlli bibl. II. p.* 1260.), *quam recepit Photius in Nomoc. IX.* 29. (*Voëlli bibl. II. p.* 1001.). *Cont.* 66. *in Praeterm. latinam versionem praebet ex Photio. Text.* 1. *demum editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 53.), *ex quo nostrum hausimus, receptus est a Cont.* 71. *et rell. Varia lectio ex August. notis depromta* (*Aug. i. n.*).

[1]) *τοὺς addit Augustinus, a Cont. et rell. omissum.* — [2]) *Augustinus; αὐτοῖς idem in marg.; receperunt ea Cont. et rell.* — [3]) *ποινὴν abest ab Augustino in textu, sed scribit in marg. λείπει ποινήν.* — [4]) *Augustinus; μητροπολῖται σὺν τοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις Cont.* 71. 76. *Char. Pac. Sp.; μητροπολῖται καὶ τοῖς ἄλλοις Bk.* — [5]) V. Kal. *alios legere Augustinus in marg. notat.*

τοῖς εὐαγέσι κανόσιν ἀπηγόρευται τὰ τοιαῦτα, οὕτω καὶ κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους τὸ πρᾶγμα κεκωλύσθαι, καὶ πρὸς τῇ εἰρημένῃ τῆς ἐκπτώσεως ποινῇ μηδὲ εἶναι γνησίους τοὺς ἐκ τῆς τοιαύτης ἀτόπου συνδιαφθορᾶς τεχθέντας ἢ τικτομένους, ἀλλὰ τῆς ἐκ τῶν τοιούτων σπερμάτων μετέχειν αἰσχύνης. Τοιούτους γὰρ αὐτοὺς τίθεμεν, ὁποίους οἱ νόμοι τοὺς ἐξ ἰγκέστων ἢ νεφαρίων τεχθέντας γάμων διορίζουσι, ὥστε μηδὲ φυσικοὺς ἢ νόθους νοεῖσθαι, ἀλλὰ πανταχόθεν ἀπηγορευμένους, καὶ διαδοχῆς γονέων ἀναξίους, οὔτε δωρεὰν λαμβάνειν παρ' αὐτῶν δυναμένους [1]), οὐδὲ αὐτούς, οὐδὲ τὰς τούτων μητέρας, οὐδὲ παρενθέτων προσώπων, ἀλλὰ πασῶν τῶν εἰς αὐτοὺς γινομένων παρὰ τῶν πατέρων φιλοτιμιῶν ὑπὸ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν, ἐξ ἧς εἰσὶν οἱ τοῦτο ἁμαρτάνοντες, ἐρχομένων. Ὅπερ γὰρ οἱ ἱεροὶ κανόνες κωλύουσι, τοῦτο καὶ ἡμεῖς διὰ τῶν ἡμετέρων εἴργομεν νόμων. Εἰ δὲ καὶ ἐσχηματισμένη τις δῆθεν ἐνοχὴ ἐν προσποιήσει δανειακῶν ἢ ἄλλων συμβολαιῶν, ὑπεύθυνον ποιοῦσα δῆθεν τὸν τῆς τοιαύτης φθορᾶς μετασχόντα, καὶ ταύτην ἀνίσχυρον εἶναι βουλόμεθα, καὶ τὴν τῶν τοιούτων δόσιν οὐκ εἰς τὸ πρόσωπον, εἰς ὅπερ ἐκτίθεσθαι [2]) τὰ τῆς συγγραφῆς, ἀλλ' εἰς τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἔρχεσθαι. Dat. XV. Kalend. Novembr. CP. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

ter supradictam excidendi a ministerio poenam, ne legitimis quidem sint ii, qui ex huiusmodi inordinata coniunctione nascuntur aut nati sunt, sed eam, quae ex talibus seminibus oritur, participent turpitudinem. Tales enim eos esse disponimus, quales leges ex incestis aut nefariis natos nuptiis definiunt, ita ut ne quidem naturales aut spurii intelligantur, sed undequaque illiciti, et successione genitorum indigni, neque donationem ab illis capere possint, neque ipsi, neque horum matres, ne per interpositas quidem personas, sed omnibus in hos collatis a patribus beneficiis ad sanctam ecclesiam, ex qua sunt, qui talia deliquerunt, revertentibus. Quod enim sacri canones prohibent, id etiam et nos per nostras vetamus leges. Si vero simulata quaedam obligatio sub specie mutui vel alterius contractus fiat, quae obligatum faciat eum, qui huiusmodi stuprationis particeps factus est, tum hanc infirmam esse volumus, tum talium rerum dationem non ad eam personam, in quam concepta sunt scripta, sed ad sanctissimam ecclesiam pervenire.

46. [45.] [a]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Θεσπίζομεν, εἴ τις τελευτῶν εὐσεβῆ ποιεῖτο διατύπωσιν ἢ κατὰ ἐνστάσεως τρόπον, ἢ κατὰ ληγᾶτον, ἢ κατὰ φιδεϊκόμμισσον, ἢ κατὰ μόρτις καῦσα δωρεάν, ἢ καθ' ἕτερον οἱονδήποτε νόμιμον, εἴτε ἐπισκήψειε τῷ κατὰ καιρὸν ἐπισκόπῳ προνοιαν τίθεσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰ παρ' αὐτοῦ βεβουλευμένα, εἴτε καὶ σιγήσειε τοῦτο, εἴτε καὶ τοὐναντίον ἀπαγορεύσειεν, ἀνάγκην ἔχειν τοὺς κληρονόμους τὸ ἐπιταχθὲν ποιεῖν καὶ πληροῦν ἐκ τρόπου παντός· εἰ δὲ τοῦτο ἑκόντες μὴ ποιήσαιεν, τηνικαῦτα τους κατὰ τόπον θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους περιεργάζεσθαι ταῦτα, καὶ ἀπαιτεῖν αὐτοὺς πάντα πληροῦν κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ τελευτήσαντος. Ἀλλ' εἰ μὲν οἰκοδομὴν ἐκκλησίας ἐπιτάξει ἂν ὁ διαθέμενος [3]), εἴσω τριετίας πάντως παρασκευάζειν αὐτὴν πληροῦσθαι, εἰ δὲ ξενῶνος ποίησιν, εἴσω ἑνὸς ἐνιαυτοῦ μόνον τοῦτο ποιεῖν ἀναγκάζεσθαι, ὡς ἱκανοῦ τοῦ χρόνου τούτου καθεστῶτος πληρῶσαι τὰ βεβουλευμένα τοῖς τετελευτηκόσι. Δυνατὸν οὖν [4]) καὶ οἶκον μισθώσασθαι, καὶ τοὺς ἀῤῥώστους ἐγκατακλῖναι, ἄχρις οὗ τὰ τῆς οἰκοδομίας τοῦ ξενῶνος περαιωθείη. Εἰ δέ τινα δοῦναι πρὸς ἅπαξ εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας προσταχθεῖεν, παραχρῆμα καταναγκάζειν [5]) αὐτοὺς τοῦτο ποιεῖν, τουτέστι μετὰ τὴν τῆς διαθήκης ἐμφάνησιν, καὶ τὸ καταδέξασθαι τὸν κλῆρον ἢ τὸ πρεσβεῖον τοὺς τούτοις τετιμημένους. §. 1. Εἰ δὲ παρέλθοι ὁ εἰρημένος χρόνος, καὶ μήτε ἡ ἐκκλησία ἢ ὁ ξένων οἰκοδομηθείη, μήτε ξενοδόχος ἢ [6]) ὁ τοῦτο ἐπιτεταγμένος, τηνικαῦτα αὐτοὺς τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀπαιτεῖν τὰ ὑπὲρ τοῦτο καταλελειμμένα, καὶ εἰς τοῦτο προσηκόντως ἐπιζητούμενα, καὶ ποιεῖσθαι τὰς οἰκοδομίας τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ξενώνων, ἢ γεροντοκομείων ἢ ὀρφανοτροφείων κατασκευήν, ἢ πτωχοτροφείων ἢ νοσοκομείων ποίησιν, ἤτοι τῶν αἰχμαλώτων ἀγοραστίαν, ἢ ἑτέραν οἱανδήποτε πρᾶξιν εὐσεβῆ τῷ τελευτήσαντι δόξασαν, προβαλλεσθαι δὲ τοὺς ταῦτα διοικήσαντας ξενοδόχους, ἢ ὀρφανοτρόφους, ἢ βρεφοτρόφους, ἢ γεροντοκόμους, ἢ ἁπλῶς τῶν εὐσεβῶν πράξεων διοικητάς τε καὶ ἐπιμελητάς, οὐκ ἔτι δυναμένων μετὰ τὴν

46. [45.] *Idem A. Iuliano P. P. — Iubemus, si quis moriens piam fecerit dispositionem vel per institutionis modum, vel per legatum, vel fideicommissum, vel mortis causa donationem, vel alium quemcunque modum legitimum, sive iniunxerit pro tempore episcopo curam agere, ut impleantur, quae ipse voluit, sive et hoc reticuerit, sive contra id prohibuerit, necessitatem habere heredes id, quod ordinatum est, facere et adimplere omnimodo; quod si id sponte non fecerint, confestim Dei amantissimos episcopos loci curiosos esse circa haec et expostulare, ut illi omnia impleant secundum voluntatem defuncti. Sed si quidem ecclesiae aedificationem iniunxerit testator, intra triennium ut perficiatur, operam dent, si vero xenonis exstructionem, intra unum annum duntaxat id fieri cogant, quum sufficiat tempus hoc constitutum ad perficienda, quae placuerunt testatoribus. Namque potest et domus conduci, et infirmi illic in lectis sterni, donec opus aedificandi xenonis compleatur. Si vero quaedam dare simul ad pias causas iussi fuerint, hos confestim cogant id facere, hoc est post testamenti insinuationem et post apprehensum hereditatem vel legatum ab iis, qui honorati sunt.*

§. 1. *Si autem transierit praedictum tempus, ac neque ecclesia, neque xenon aedificatus fuerit, neque xenodochus adsit, qui hoc ordinet, mox ipsi Dei amantissimi episcopi exigant ea, quae hac de causa relicta sunt, et in id recte adquisita, faciantque exstructiones sanctissimarum ecclesiarum et xenonum, vel gerontocomiorum vel orphanotrophiorum ordinationem, aut ptochotrophiorum vel nosocomiorum institutionem, aut captivorum redemtionem, aut aliam quamlibet actionem piam, a testatore ordinatam. Designent etiam, qui haec administrent, xenodochos, vel orphanotrophos, vel brephotrophos, vel gerontocomos, vel denique piarum actionum dispensatores et curatores; nec amplius valeant post dicti temporis lapsum et dictam oblivionem ii, qui ista non*

[a]) *Lex servatur* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. VIII.*, 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 3. 46. (*Voëlli bibl. II. p.* 1260.), *ex qua hausit Photius in Nomoc. II.* 1. (*Voëlli bibl. II. p.* 863. 885.). *Cont.* 66. *in Praeterm. latinam versionem ex Photio habet, et nonnulla ex Eustathio* (*annus n.* 8.). *Textum* 1. *primus edidit Ant. August.* (*Coll. p.* 56.), *quem secuti sunt Cont.* 71. *et rell. Noster textus est Augustini, variaque lectio ex eiusdem notis repetita* (*Aug. i. n.*).

[1]) *verba* οὔτε δωρεὰν — δυναμένους *pleniora reddere ex Coll. const. eccl. studet Leunclav.* (*Notat. I.* 20.), *qui ita legit:* οὔτε δωρεὰν inter vivos ἢ ἐν διαθήκῃ λαμβάνειν παρ' αὐτῶν δυναμένους. — [2]) ἐκτιθέσθαι *Aug. i. n.* — [3]) ἐπιτάξειεν ὁ διαθέμενος *Aug. i. n.*; ἐπιτάξαι ἂν ὁ διαθ. *Bk.* — [4]) δυνατὸν ὂν *legendum esse Cont.* 71. 76. *in marg. coniiciunt.* — [5]) κατ' ἀναγκάζειν *Augustinus.* — [6]) *Augustinus in marg.*; ξενοδόχου ἢ *idem in textu.*

τὴν τοῦ εἰρημένου χρόνου διαδρομὴν καὶ τὴν εἰρημένην ἀγνωμοσύνην τῶν τοῦτο μὴ ποιησάντων ἐμβάλειεν ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν εἰρημένων πραγμάτων διοίκησιν, ἢ τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀφιστᾷν τῆς αὐτῶν διοικήσεως. §. 2. Τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν ἀνάγκην ἐπιτιθέντων τοῖς κληρονόμοις ἐκ τρόπου παντὸς ταῦτα πληροῦν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῖς παλαιοῖς διηγόρευται νόμοις, ἀνάγκην ἐπιτιθῆναι [1]) πληροῦν τὰς τῶν τελευτώντων βουλὰς τοὺς ἔχειν ἐφιεμένους, ἅπερ ἐκεῖνοι κατέλειπον [2]). §. 3. Τοὺς δὲ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, εἰ μέν τινας ῥητῶς οἱ τελευτῶντες ἐπιστήσαιεν τοῖς πράγμασιν, οἷον ξενοδόχους, ἢ πτωχοτρόφους, ἢ νοσοκόμους, ἢ βρεφοτρόφους, ἢ ὀρφανοτρόφους, ἢ γεροντοκόμους [3]), ἢ παραμοναρίους, ἢ οἰκονόμους, ἢ ἁπλῶς τῶν εὐσεβῶν πράξεων διοικητάς, ἐκείνους μὲν ἐᾷν ἔχεσθαι τῆς διοικήσεως, αὐτοὺς δὲ μὴ διοικεῖν μέν, τὴν δὲ διοίκησιν αὐτῶν ἐποπτεύειν, καὶ ὀρθῶς μὲν ἔχουσαν ἐπαινεῖν, κατά τι δὲ παραβαινομένην ἐπανορθοῦν, κακίστης δὲ τῆς διοικήσεως γινομένης, καὶ ἀπελαύνειν ἐκείνους, καὶ ἑτέρους ἐγκαθιστᾷν ἐννοοῦντας τὸ τοῦ μεγάλου Θεοῦ δέος, καὶ τὴν φοβερὰν τῆς μεγάλης καὶ ἀτελευτήτου κρίσεως ἡμέραν, πρὸς ἣν αὐτοὺς ἀποβλέποντας προσῆκει πάντα πράττειν μετὰ τῆς πρὸς Θεὸν συντεταγμένης [4]) γνώμης. Εἰ δὲ μὴ ῥητῶς τινὰς οἱ τελευτῶντες ἐπιστήσαιεν ταῖς διοικήσεσιν, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν κληρονόμων ἐξουσίᾳ τὸ πᾶν ἀπόθοιντο, εἰ δὲ ῥαθυμήσαιεν, τηνικαῦτα αὐτοὺς τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους καὶ διοικεῖν καὶ προβάλλεσθαι τὰ προγεγραμμένα [5]) πρόσωπα, οἷον πτωχοτρόφους, ἢ νοσοκόμους, καὶ τοὺς ἑξῆς, κἀνταῦθα τὸ πρὸς τὸν μέγαν Θεὸν ἔχοντες σέβας [6]) κατὰ νοῦν [7]), ὥστε ἐκ τρόπου παντός, καὶ ἐκ πάσης ὁδοῦ, καὶ ἐκ πάσης μηχανῆς εἰς ἔργον ἄγεσθαι τὰ εὐσεβῶς διατεταγμένα. §. 4. Ὑπὲρ δὲ τοῦ χρόνου παντός, ὃν ἂν ὑπέρθοιντο πρᾶξαι τὰ διατυπωθέντα οἱ γεγραμμένοι κληρονόμοι, ἀπαιτεῖσθαι αὐτοὺς καὶ καρπούς, καὶ προσόδους, καὶ πᾶσαν νόμιμον ἐπαύξησιν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς τοῦ διαθεμένου [8]) τελευτῆς θεσπίζομεν, οὐ σκοπουμένης τῆς moras ἀπὸ προκαταρξέως ἢ αἰτιάσεως, ἀλλ' αὐτῷ τῷ νόμῳ δοκούσης γίνεσθαι τῆς καλουμένης moras, χώραν λαμβανούσης τῆς τῶν καρπῶν καὶ τῆς τῶν τοιούτων προσθήκης. §. 5. Αὐτοῦ τούτου κρατοῦντος, εἰ καὶ μὴ παρὰ κληρονόμου, ἀλλὰ φιδεϊκομμισσαρίου ἢ ληγαταρίου καταλειφθείη τὸ τοιοῦτο εὐσεβὲς πρεσβεῖον, καὶ τοῦτο καταδέξηται ὁ τῷ πρεσβείῳ τετιμημένος· καὶ τηνικαῦτα δὲ ἄδειαν εἶναι τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἀπαιτεῖν τοὺς τοιούτοις τισὶ τετιμημένους πρᾶξαι τὰ διαταχθέντα. §. 6. Εἰ δὲ ῥαθυμήσαιεν οἱ κατὰ τόπον θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τοῦτο πρᾶξαι, ἴσως ἐκθεραπευθέντες παρὰ τῶν γεγραμμένων κληρονόμων, ἢ ληγαταρίων, ἢ φιδεϊκομμισσαρίων, ἐπ' ἀδείας ἔσται [9]) καὶ τῷ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας, ἢ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς ἐκεῖσε διοικήσεως ταῦτα μανθάνοντι ἀναζητεῖν καὶ καταναγκάζειν, τὸ εὐσεβὲς ἔργον ἢ τὴν εὐσεβῆ φιλοτιμίαν ἐκ τρόπου πληροῦσθαι [10]) παντός, καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ τῶν πολιτῶν τοῦτο πράττειν. Κοινοῦ γὰρ ὄντος τοῦ τῆς εὐσεβείας λόγου, κοινὰς προσήκει καὶ τὰς σπουδὰς τῆς τούτου καθεστάναι [11]) πληρώσεως, ἔχοντος παντὸς ἄδειαν ἐκ τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου κινεῖν τὸν ex lege condictition, καὶ ἀπαιτεῖν τὰ καταλελειμμένα πληροῦσθαι, εἰδότος τοῦ ῥαθυμοῦντος τούτων θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου, ὡς καὶ αὐτὸς πρὸς ταῖς ἐξ οὐρανοῦ ποιναῖς καὶ βασιλικῆς κινήσεως ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ἀμελείας πειραθείη.

§. 7.

non fecerint, immiscere se praedictarum rerum administrationi, aut Dei amantissimos episcopos impedire ab illarum rerum administratione.

§. 2. *Clarissimi praesides provinciarum necessitatem imponant heredibus omnimodo ea perficiendi. Namque et veteribus definitum est legibus, necessitatem imponi implendi deficientium voluntates eis, quibus permittitur habere, quae illi reliquerunt.*

§. 3. *Sed Dei amantissimi episcopi, si testatores diserte aliquos praeposuerint rebus, veluti xenodochos, vel ptochotrophos, aut nosocomos, aut brephotrophos aut orphanotrophos, aut gerontocomos, aut paramonarios, aut oeconomos, aut denique piarum actionum administratores, illis quidem permittant habere administrationem, ipsi vero non administrent, sed administrationem illorum inspiciant, et recte gestam laudent, ullo autem respectu negligentem corrigant; administratione vero pessime gesta, etiam eos expellant, et alios instituant, qui animo concipiant magni Dei timorem, et terribilem magni et aeterni iudicii diem, ad quam respicientes convenit omnia facere ex mente in Dei voluntatem directa. Si vero neminem diserte hi, qui moriuntur, praestituerint administrationi, sed in heredum potestate totum posuerint, hi autem rem neglexerint, tunc ipsi Dei amantissimi episcopi et administrent, et praeponant suprascriptas personas, ut ptochotrophos, aut nosocomos, et ceteros, qua etiam in re magni Dei honorem mente teneant, ut omni modo et via et arte ad effectum perducantur, quae pie ordinata sunt.*

§. 4. *De omni autem tempore, per quod distulerint facere disposita scripti heredes, eos cogi solvere a fructus, et reditus, et omnem legitimam accessionem a tempore mortis testatoris sancimus, non habita ratione morae a litis contestatione aut conventione, sed ipso iure fieri videatur mora, quae dici solet, et locum habeat fructuum et aliarum rerum accessio.*

§. 5. *Hoc idem obtineat, si non ab herede, sed a fideicommissario aut legatario relictum fuerit huiusmodi pium legatum, atque hoc susceperit is, qui legato honoratus est; tunc etiam liceat Dei amantissimis episcopis poscere ab his honoratis, ut faciant disposita.*

§. 6. *Si vero neglexerint Dei amantissimi episcopi id agere, forte illecti a scriptis heredibus, vel legatariis, vel fideicommissariis, licentia erit aut metropolitano provinciae, aut archiepiscopo eiusdem dioecesecos haec cognoscenti, inquirere et cogere, ut pium opus aut pia liberalitas omnimodo impleatur; et cuicunque civium volenti idem etiam facere licebit. Quum enim sit communis pietatis ratio, communes etiam debent esse curae, ut hoc ad finem perducatur; et habeat unusquisque licentiam, ex nostra hac lege movere ex lege condictitiam, et exigere, ut relicta adimpleantur. Sciat autem, qui haec neglexerit Dei amantissimus episcopus, se praeter imminentes de coelo poenas etiam imperialem indignationem ob huiusmodi incuriam experturum esse.*

§. 7.

---

[1]) *Bk.*; ἐπιθῆναι *Augustinus*; ἐπιτιθῆναι *Cont.* 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [2]) κατέλιπον *Cont.* 71. 76. *et rell.* — [3]) ἢ βρεφοτρόφους, ἢ ὀρφανοτρόφους ἢ γεροντοκόμους *absunt a Cont.* 71. 76. *Char. Pac.*; *licet in versione latina exstent.* — [4]) *Augustinus*; συντετριμμένης *idem in marg.*, *Cont.* 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; συντετραμμένης *Bk.* — [5]) *Augustinus*; τὰ προτεταγμένα *Cont.* 71. 76. *et rell.* — [6]) καὶ προβάλλεσθαι πτωχοτρόφους ἢ νοσοκόμους ἢ ξενοδόχους ἢ ὀρφανοτρόφους ἢ βρεφοτρόφους ἢ γεροντοκόμους ἢ οἰκονόμους ἢ διοικητὰς κἀνταῦθα τὸ πρὸς τὸν μέγαν Θεὸν ἔχοντας σέβας *Aug. i. n.* — [7]) *Fortasse legendum:* κἀνταῦθα τὸ πρὸς τὸν μέγαν Θεὸν ἔχοντας σέβας κατανοεῖν, *scilicet* ἐπισκόπους. — [8]) διατιθεμένου *Aug. i. n.* — [9]) ἄδεια ἔσται *Aug. i. n.* — [10]) *Augustinus*; πληροῦσθαι *apud Cont.* 71. 76. *probabiliter ex typographi errore omissum, abest a Char. Pac. Sp. Bk. Addere enim Contium* πληροῦσθαι *voluisse apparet ex versione eiusdem: liberalitatem omnimodo impleri.* — [11]) *Augustinus, Bk.*; κατεστάναι *Cont.* 71. 76. *Char. Pac. Sp.*

§. 7. Ὅπως δ' ἂν ἔτι μείζονι φόβῳ κατασχεθέντες οἱ κληρονόμοι τῶν τελευτώντων, ἢ οἱ ταῖς τοιαύταις ὅλως ἄγεσθαι πράξεσι βεβαρυμένοι [1]), μὴ τὴν τούτων ποίησιν διαναβάλλοιντο, καὶ τοῦτο θεσπίζομεν, ὥςτε ἐνοχληθέντες παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων οἱ τούτοις τετιμημένοι εἶτα διαναβάλλοιντο, ὡς καὶ τῆς τῶν ἀρχόντων εἰςπράξεως δεηθῆναι, τηνικαῦτα μὴ μόνον αὐτοὺς ἁπλοῦν τὸ καταλελειμμένον εἰςπράττεσθαι, ἀλλὰ πάντως [2]) διπλάσιον [3]). Εἰ γὰρ ἐν τοῖς παλαιοῖς ἦν τινα θέματα, ἐφ' ὧν ἐξ ἀρνήσεως διπλάσια [4]) τὰ τῆς καταδίκης ἐπείγετο, πῶς οὐ κἀνταῦθα [5]) τοὺς μηδ' ἑκόντας ποιήσαντας, ἀλλὰ καὶ χρόνον ἀναμείναντας, καὶ ὕστερον ὀχληθέντας παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, εἶτα μηδὲ τούτοις εὐθὺς εἴξαντας, δεηθέντας δὲ καὶ ἀρχικῆς ὀχλήσεως, τῇ τοῦ διπλασίονος ἀπαιτήσει προςήκει σωφρονίζεσθαι;

§. 8. Εἰ δὲ οἱ τελευτῶντες τοὺς ἑαυτῶν κληρονόμους βουληθεῖεν, ἡνίκα μέλλοιεν τελευτᾷν, πρᾶξίν τινα πληροῦν εὐσεβῆ, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ αὐτῶν ζωῇ, καὶ τοῦτο φυλάττεσθαι, καὶ μὴ ἐν μέσῳ τοὺς κληρονόμους ἀναγκάζεσθαι πράττειν τι [6]), ὧν ὁ διαθέμενος μετὰ τὴν αὐτῶν τελευτὴν βουληθῇ γενέσθαι· τελευτῶντας δὲ αὐτοὺς ἀνάγκην ἔχειν ἐκ τρόπου παντὸς ταῦτα πληροῦν. Ἀναβολῆς δέ τινος παρὰ τῶν ἐκείνου κληρονόμων γενομένης, ἀνάγκη ταῦτα γίνεσθαι, ἅπερ ἔμπροσθεν διετυπώσαμεν.

§. 9. Εἰ δέ τινα τῶν καλουμένων ἀνναλίων πρεσβείων καταλειφθείη, ἢ δωρηθείη κλήρῳ τυχὸν ἢ μοναστηρίῳ, ἢ ἀσκητρίαις, ἢ διακονίσσαις, ἢ πτωχείοις, ἢ ξενῶσιν, ἢ νοσοκομείοις, ἢ βρεφοτροφείοις, ἢ τοῖς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν πτωχοῖς, ἢ ἁπλῶς συστήμασί τισιν εὐαγέσιν, ἢ ὅλως οὐκ ἀπηγορευμένοις τῶν ἐκ πλήθους ἠθροισμένων, βουληθεῖεν δὲ κατά τινα καιρὸν οἱ τηνικαῦτα εὑρισκόμενοι χρυσίον ὑπὲρ τῆς τοιαύτης πράξεως λαβόντες διαλυέσθαι, μὴ ἐξέστω τοῦτο ποιεῖν, μηδὲ τὸ γινόμενον κύριον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἔκπτωσιν τῶν χρημάτων ὁ ταῦτα ὠνησάμενος ἢ διαλυσάμενος ὑπομενέτω. Ἐπείτοιγε ἀνάγκη τοῖς μὲν ἔν τινι μέρει τοῦ χρόνου γενομένοις εἶναι χρημάτων ἀφθονίαν, τοῖς δέ γε ἐπιγενομένοις παντελῆ τῶν καταλελειμμένων στέρησιν, οὐ φυλαχθήσεται δὲ οὐδὲ αὐτὸ τὸ [7]) ἀνναλίων ὄνομα, οὐδὲ ἡ διηνεκὴς τοῦ τελευτήσαντος μνήμη, δι' ἣν καὶ τὸ ἀνναλίου τοῦτο καταλέλοιπεν, ἀλλ' εὐθὺς ἀποσβεσθήσεται τῇ τῶν καταλελειμμένων συναπολλύμενον ἐκποιήσει. Μένειν τοίνυν διηνεκῶς αὐτοὺς ἐνεχομένους ταῖς τοιαύταις δόσεσι θεσπίζομεν, ὥςτε καὶ εἴ τις γένοιτο [8]) ἐκποίησις, καὶ ταύτην ἄκυρον εἶναι, καὶ τοὺς ὅτε δήποτε προστησομένους τῶν εὐαγῶν οἴκων ἄδειαν ἔχειν κινεῖν καὶ ἀπαιτεῖν ταῦτα, οὐδεμιᾶς χρόνου παραγραφῆς ἀντικειμένης αὐτοῖς, διὰ τὸ καθ' ἕκαστον ἔτος τὴν τοιαύτην τίκτεσθαι ἀγωγήν· ἀλλ' ὑποθήκην εἶναι τὰ τοῦ καταλείψαντος πράγματα τοῖς τοιούτοις πρεσβείοις, ὥςτε ἄδειαν ἔχειν ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὸ ἱκανὸν ταῖς εὐαγέσι πράξεσι περιγίνεσθαι οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς καταλελειμμένοις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ καρποῖς αὐτῶν καὶ προςόδοις καὶ πάσῃ νομίμῳ ἐπαυξήσει, χρονίας, καθὰ προείρηται, οὐδὲ τοῖς κατέχουσι παραγραφῆς ἁρμόζειν δυναμένης, ὁπόσον ἂν τις ἀριθμήσειε χρόνον, πλὴν εἰ μὴ μεταξὺ τοῦ τε τῷ ἀνναλίῳ πρεσβείῳ βεβαρυμένου, τοῦ τε κατὰ τοὺς ἱερατικοὺς κανόνας καὶ τοὺς ἡμετέρους [9]) νόμους προεστῶτος τῆς τοιαύτης ἀπαιτήσεως, γένοιτο σύμφωνον, βουλόμενον πρόςοδον ἀντὶ τοῦ ἀνναλίου πρεσβείου δοθῆναι παρὰ τούτου τοῦ βεβαρυμένου εὐθαλῆ καὶ δημοσίοις πολλοῖς οὐχ ὑποκειμένην, ἀλλὰ καὶ προςθήκην ἔχουσαν πάντως μὲν οὐκ ἐλάττονα [10]) τοῦ τετάρτου μέρους τῆς καθαρᾶς προςόδου, ἐπείτοιγε ὁπόσον ἂν μεταξὺ αὐτῶν ἐπὶ τὸ πλέον δόξειεν. Εἰ μὲν γὰρ τι τοιοῦτο ἔγγραφον γένοιτο [11]) σύμφωνον, καὶ δοθείη ἡ τοιαύτη πρόςοδος, καὶ ἀναλειφθείη ἐγγράφοις συνθήκαις καὶ διαπαντὸς ἐν τοῖς ἱεροῖς τῶν ἀνναλίων Augustinus. — [8]) γένηται Aug. i. n. — [9]) τοὺς ἱεροὺς Aug. i. n. — [10]) ἔχουσαν οὐκ ἐλάττονα omissis πάντως μὲν Aug. i. n. — [11]) γένοιτο Aug. i. n.

§. 7. Ut autem adhuc maiore metu terreantur heredes morientium, vel harum rerum faciendarum onere gravati, ne ea facere differant, et hoc sancimus, ut, si a Dei amantissimis episcopis conventi his rebus honorati in mora perseveraverint, ita ut praesidium exactione opus fuerit, confestim non solum simplum, quod relictum est, sed omnino duplum exigatur. Si enim apud veteres erant quaedam causae, in quibus ex inficiatione dupla condemnationis inducebantur, quomodo non etiam hic eos, qui non solum non sponte fecerint, sed tempus praeterea protraxerint, et postremo compulsi a Dei amantissimis episcopis, ac neque ipsis statim parentes, opus habuerint etiam praesidali exactione, dupli exactione convenit castigari?

§. 8. Si vero testatores voluerint, ut ipsorum heredes aliquando morituri actionem aliquam implerent piam, non autem intra vitae tempus, et hoc observetur, et non intra id tempus heredes cogantur facere quid eorum, quae testator post ipsorum mortem voluerit fieri; quum vero morientur, necesse habeant omnimodo ista implere. Dilatione autem aliqua ab ipsorum heredibus facta, tunc necesse est illa fieri, quae ante disposuimus.

§. 9. Si vero quae vocantur annua legata relicta fuerint aut donata clero forte aut monasterio, aut ascetriis, aut diaconissis, aut ptochiis, aut xenonibus, aut nosocomiis, aut brephotrophiis, aut sanctissimarum ecclesiarum pauperibus, aut simpliciter coetibus quibusdam piis, aut omnino non prohibitis ex plebe collegiis, velint autem aliquo tempore hi, qui tunc reperiuntur, auro accepto super tali actione transigere, non liceat id agere, neque quod factum fuerit, ratum sit, imo et privationem rerum qui haec redemit vel transegit, sustineat. Quoniam vero necessario iis, qui aliqua parti temporis fuerint, magna erit pecuniarum copia, ii autem, qui futuri sunt, omnimodo relictis privantur, nec ipsum annuorum nomen, neque perpetua defuncti memoria, ob quam et annuum hoc reliquit, conservabitur, sed statim extinguetur una interiens cum ipsa relictorum alienatione. Manere igitur perpetuo ipsos obnoxios huiusmodi dationibus sancimus, adeo ut, si qua fiat alienatio, et ipsa irrita sit, et qui quandoque praeerunt piis locis, licentiam habeant persequendi et exigendi ipsa, nulla temporis praescriptione opponenda ipsis, quum per unumquemque annum talis nascatur actio. Quin imo hypothecae subiecta sint eius, qui reliquit, bona huiusmodi legatorum causa, ita ut liceat ex ipsis bonis satisfieri piis operibus non solum pro relictis, sed et pro fructibus ipsorum, et reditibus, et omni legitima accessione, temporis, ut dictum est, praescriptione minime retinentibus competente, quantumcunque quis numeraverit tempus; nisi inter hunc annuo legato oneratum et eum, qui secundum sacros canones et nostras leges praefectus est istiusmodi exactioni, initum fuerit pactum, quo placuerit, ut reditus pro annuo legato detur a gravata persona perpetuus, et non multis publicis oneribus obnoxius, sed et accessionem habens, omnino non minorem quarta parte puri reditus, aut quantum inter eos agere placuerit. Si enim tale in scriptis fiat pactum, et datus fuerit talis reditus et receptus in scriptis pactionibus et transactionibus, et id manifestum per gesta monumentorum constitutum fuerit, cessare exactionem annui legati contra eum, qui eo oneratus est, sancimus, eum vero reditum pro legato constitui perpetuo ad id deputatum, et qui alienari a nemine quocunque alienationis modo possit. Si autem nihil horum subsecutum fuerit, subiacere perpetuo, ut antea a nobis dictum

[1]) βεβαρημένοι Bk., servato saepius eodem scribendi genere. — [2]) Augustinus; παντός edd. Cod. — [3]) διπλάσειον Augustinus. — [4]) διπλάσεια Augustinus. — [5]) Augustinus; πῶς οὐκ (οὐ) κἀν ταῦτα Cont. 71. 76. Char. Pac. Sp.; πῶς οὐκ ἂν ταῦτα Bk. — [6]) τί omittunt edd. Cod. — [7]) τὸ τῶν ἀνναλίων Augustinus. —

κοὺς τοὺς ἐπὶ τούτῳ τεταγμένους μὴ πληροῦν τὸ οἰκεῖον ἐπάγγελμα; Διὸ παντὶ τρόπῳ τοὺς κληρικοὺς ψάλλειν κελεύομεν, καὶ καταζητεῖσθαι αὐτοὺς παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ δυο πρωτοπρεσβυτέρων ἑκάστης ἐκκλησίας, καὶ τοῦ καλουμένου ἄρχοντος ἤτοι ἐξάρχου, καὶ τοῦ ἐκδίκου ἑκάστης ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, καὶ τοὺς μὴ εὑρισκομένους ἀμέμπτως ταῖς λειτουργίαις προσκαρτεροῦντας ἔξω τοῦ κλήρου καθίστασθαι. Οἱ γὰρ καταστήσαντες ἤτοι κτίσαντες τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καὶ τῆς κοινῆς πολιτείας, κατέλιπον αὐταῖς οὐσίας, δι' ὧν ὤφειλον[1]) αἱ θεῖαι λειτουργίαι γίνεσθαι, ἐφ' ᾧτε διὰ τῶν λειτουργούντων ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις εὐλαβεστάτων κληρικῶν θεραπεύεσθαι τὸν δεσπότην Θεόν. Ἄδειαν δὲ παρέχομεν παντὶ προσώπῳ τῷ γινώσκοντι τούτων τι παραβαινόμενον, τοῦτο προσαναγγέλλειν[2]) καὶ φανεροῦν. §. 11. Τὰ δὲ παρ' ἡμῶν[3]) θεσπισθέντα πέρατι παραδοῦναι καὶ εἰς ἔργον ἀχθῆναι μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ εὐμενείας κελεύομεν, ὑφορωμένων τῶν παραβαίνειν ταῦτα τολμώντων, πρῶτον μὲν τὸν ἐκ τῆς τοῦ δεσπότου Θεοῦ κρίσεως κίνδυνον, ἔπειτα δὲ καὶ τὰς ἐγκειμένας τῇ αὐτῇ νομοθεσίᾳ ποινάς. Dat. Kal. Mart. CP. Dn. Iustiniano PP. A. II. Cons. [528.]

43. [42.][a]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως καὶ πατριάρχῃ. — Πᾶσαν ἀεὶ ποιούμενοι πρόνοιαν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιων, δι' ὧν καὶ τὴν ἡμετέραν βασιλείαν κρατύνεσθαι, καὶ τὰ κοινὰ πράγματα τῇ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ χάριτι τειχίζεσθαι πεπιστεύκαμεν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς ἡμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ψυχὰς σπουδάζοντες περισώζεσθαι, καὶ τούτου χάριν ἐπιμελούμενοι διὰ παντὸς τοῦ μήτε τὰ συμφέροντα ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις καθ' οἱαν οὖν πόλιν οὔσαις τρόπῳ τινὶ κατολιγωρεῖσθαι, μηδὲ τὰς ἐν αὐταῖς θείας λειτουργίας ἐκ τῆς τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων ἀπουσίας ἐμποδίζεσθαι, ἢ μὴ προσηκόντως ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλὰ μηδὲ τὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἐκδαπανᾶσθαι πράγματα διά τε τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ διὰ τῶν ἐνταῦθα περί τε τοὺς ἀνιόντας ἱερέας καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ὄντας κληρικοὺς ἢ οἰκέτας δαπανωμένων, ὥςτε πολλάκις καὶ δανείων γίνεσθαι χρείαν, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἔρχεσθαι βάρος ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, πρὸς τὸ μηδὲ τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων δέοντως προϊέναι διοίκησιν παρὰ τὸν τῆς ἀποδημίας τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων καιρόν, ταύταις πρὸς τὴν σὴν μακαριότητα ταῖς θείαις συλλαβαῖς χρήσασθαι δεῖν ᾠήθημεν[4]). §. 1. Δι' ὧν αὐτῇ παρακελευόμεθα, καταστῆσαι πᾶσι φανερὸν τοῖς κατὰ τὰς μητροπόλεις ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπ' αὐτῇ τεταγμένοις ὁσιωτάτοις ἱερεῦσιν, ὡς[5]) οὐ προσήκει τινὰ τούτων, ἢ τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις τῆς ἐπαρχίας πόλεσι ταῖς ὑπὸ τῷ μητροπολίτῃ τεταγμέναις θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων κατ' οἰκείαν γνώμην δίχα θείας ἡμῶν ἰδικῆς προστάξεως ἀπολιμπάνειν μὲν τὴν παρ' αὐτοῦ διοικουμένην ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν, εἰς δὲ τὴν εὐδαίμονα ταύτην ἀνιέναι πόλιν, οἱουδήποτε πράγματος ἀνακύπτοντος, ἀλλὰ πέμπειν ἐνταῦθα ἕνα ἢ δύο τοῦ ὑπ' αὐτὸν εὐαγοῦς κλήρου, καὶ ποιεῖν φανερὰ τῇ ἡμετέρᾳ εὐσεβείᾳ, περὶ ὧν δέονται, ἢ δι' αὐτῶν ἐξ εὐθείας προσιόντων ἡμῖν, ἢ διὰ μέσης τῆς σῆς μακαριότητος, οὕτω τε τυγχάνειν δικαίας τε καὶ συντόμου τῆς ἡμετέρας βοηθείας. Εἰ γάρ τι τῶν εἰς ἡμᾶς φερομένων τοιοῦτον ἡμῖν εἶναι φανείη, ὡς δεῖσθαι τῆς αὐτῶν τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων παρουσίας, τηνικαῦτα παραγενέσθαι προστάξομεν αὐτούς. Δίχα δὲ τοιαύτης θείας κελεύσεως οὐδένα παραγίνεσθαι συγχωροῦμεν. §. 2.

quiri a suis episcopis Dei amantissimis, et duobus protopresbyteris in singulis ecclesiis, et ab archonte sive exarcho, quem vocant, et a defensore cuiusque sanctissimae ecclesiae, et eos, qui inventi non fuerint sine reprehensione in ministerio perseverare, extra clerum constitui. Nam qui constituerunt vel fundarunt sanctissimas ecclesias pro sua salute et communis reipublicae, reliquerunt illis facultates, ex quibus deberent sacra ministeria fieri, ut a piis clericis ecclesiarum ministris Deus colatur. Licentiam autem concedimus omni personae, quae quid horum praetermissum esse cognoverit, ea denuntiare et publicare.

§. 11. Ea vero, quae a nobis sancita sunt, finit tradi et ad effectum perduci cum Dei benignitate, iubemus; eis vero, qui aliquid horum ausu temerario praetermiserint, primum quidem ex domini Dei iudicio periculum, ac deinde positas in hac lege poenas imminent.

43. [42.] Idem A. Epiphanio archiepiscopo Constantinopolitano et patriarchae. — Omnem semper adhibentes providentiam circa sanctissimas ecclesias, per quas et nostrum imperium sustineri, et communes res clementissimi Dei gratia muniri credidimus, nec non tam nostras quam ceterorum omnium animas studentes salvari, et eam ob rem solliciti assidue, ne commoda sanctissimarum ecclesiarum, in quacunque civitate sint constitutae, aliqua ratione minuantur, neve quae in ipsis fiunt divina ministeria, ex Dei amantissimorum sacerdotum absentia impediantur, aut non convenienter curentur, ac ne etiam sanctissimarum ecclesiarum consumantur res tam propter itinerum, quam etiam commeantium huc sacerdotum et comitantium clericorum et famulorum impensas, unde saepe pecuniae sub foenore sumendae necessitas emergit, et ex ea re onus ad ipsas sanctissimas ecclesias venit, praeter neglectam ecclesiasticarum rerum administrationem convenientem per absentiae Dei amantissimorum sacerdotum tempus; his ad tuam beatitudinem divinis apicibus uti oportere existimavimus.

§. 1. Per quos ipsi iubemus, fieri manifestum omnibus sacerdotibus, per singulas metropoles uniuscuiusque provinciae ipsi subiectis, non decere aliquem ipsorum aut eorum, qui in aliis provinciarum civitatibus sub metropolitano ordinati sunt, episcoporum secundum propriam voluntatem, absque divina nostra speciali iussione, relinquere quidem gubernatam a se sanctissimam ecclesiam et in hanc felicem commeare civitatem, qualiscunque emergat res, sed mittere oportere huc unum aut duos ex sibi subiecto pio clero, et facere manifesta nostrae pietati ea, quibus opus habent, aut ipsis recta ad nos venientibus, aut per intermediam tuam beatitudinem, sicque perfrui iusta et compendiaria nostra ope. Si enim quippiam eorum, quae ad nos relata fuerunt, tale nobis visum fuerit, ut indigeat ipsorum Dei amantissimorum sacerdotum praesentia, tunc adesse iubebimus ipsos. Absque vero tali divina iussione neminem venire concedimus.

§. 2.

---

[a]) *lex superest* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. V.*, *et* 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 3. 43. (*Voëlli bibl. II. p.* 1260.), *ex qua hausit Photius in Nomoc. VIII.* 2. (*Voëlli bibl. II. p.* 934.), *quam Photii epitomen latine versam praebet Cont.* 66. *in Praeterm. Text.* 1. *primum editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 45.), *quem sequimur, et receptus a Cont.* 71. *et rell.*

[1]) ὄφειλον *Augustinus; abest h. vox a ms., quod consulit Khl.* — [2]) *Augustinus, Khl.;* προσανακαλεῖν *Russ. et rell.* — [3]) *Augustinus, Khl.;* περὶ ἡμῶν *Russ. et rell.* — [4]) ᾠήθειμεν *Augustinus.* — [5]) *superiora hui leg. verba abfuisse a Cod. contendit Contius, qua ratione non intelligo.*

παίδων εἴη πατήρ, ἀλλ' ἀντὶ μὲν γυναικὸς προσκαρτερείν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, ἀντὶ δὲ παίδων ἅπαντα τὸν χριστιανικὸν καὶ ὀρθόδοξον ἔχοι λαόν, γινώσκων, οὕτως ἐξ ἀρχῆς τὰ περὶ τῆς διαδοχῆς τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἡμᾶς διατυπῶσαι, καὶ μετὰ ταύτης τῆς ἐννοίας προελθεῖν τὸν νόμον, καὶ τοὺς παρὰ ταῦτά τι πράττοντας ἢ πράξαντας [1]) ἀπάσης ἐπισκοπῆς ἀναξίους εἶναι. Οἱ γὰρ μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν διάταξιν ποιῆσαί τινας ἐπισκόπους παρὰ τὴν ταύτης δύναμιν ἢ γενέσθαι θαρρήσαντες, οὔτε ἐν ἐπισκόποις ἔσονται, οὔτε μενοῦσιν ἐπὶ τῶν ἱερῶν, ἀλλ' ἐξελαθέντες αὐτῶν ἑτέροις δώσουσι χώραν χειροτονίας ἀκριβοῦς τε καὶ τῷ Θεῷ διὰ πάντων ἀρεσκούσης. Dat. IV. Kalend. Sept. CP. post Cons. Lampadii et Orestae [2]). [531.]

simae ecclesiae, loco vero liberorum omnem Christianum et orthodoxum habeat populum; cognoscatque, sic ab initio de successione Dei amantissimorum episcoporum nos disposuisse, et cum eiusmodi cogitatione processisse nostram legem, eos vero, qui praeter haec quid faciunt aut fecerunt, omni episcopatu indignos esse. Qui enim post hanc nostram constitutionem, facere aliquos episcopos contra eius vim aut fieri ausi fuerint, neque in episcopis numerabuntur, neque manebunt in sacerdotio, sed expulsi aliis dabunt locum ordinationis diligentis et Deo per omnia placentis.

49. [48.] Idem A. [3]) Ioanni P. P. — Si quis ad declinandam legem Falcidiam, quum desiderat totam suam substantiam pro redemtione captivorum relinquere, eos ipsos captivos scripserit heredes, ne videatur, quasi incertis personis heredibus institutis, iudicium suum oppugnandum reliquisse, sancimus, huius talem [4]) institutionem pietatis intuitu valere, et non esse respuendam. §. 1. Sed et si pauperes quidem [5]) scripserit heredes, et non inveniatur certum ptochotrophium vel certae ecclesiae pauperes, de quibus testator cogitaverit, sed sub incerto [6]) vocabulo pauperes fuerint heredes instituti, simili modo et huiusmodi institutionem valere decernimus. §. 2. Et si quidem captivos scripserit heredes, civitatis, in qua testator larem fovere ac degere noscitur, episcopus et oeconomus hereditatem suscipiant, et omni modo in redemtionem captivorum procedat hereditas sive per annuos reditus, sive per venditionem mobilium seu se moventium rerum [7]); nullo penitus ex hoc lucro vel oeconomo, vel episcopo, vel sacrosanctae ecclesiae relinquendo. Si enim propter hoc a speciali herede recessum [8]) est, ut non Falcidiae ratio inducatur, quomodo ferendum est, hoc, quod in sacrum [9]) venerit, per Falcidiam vel aliam occasionem minui? §. 3. Ubi autem indiscrete [10]) pauperes scripti sunt heredes, ibi xenonem eius civitatis omnimodo hereditatem nancisci, et per xenodochum in aegrotantes fieri patrimonii distributionem, secundum quod in captivis [11]) constituimus, vel per reditum annalium erogationem, vel per venditionem rerum mobilium vel sese moventium, ut ex his res immobiles comparentur, et annuus victus aegrotantibus accedat [12]). Quis enim pauperior est hominibus [13]), qui et inopia tenti sunt, et in xenone repositi, et suis corporibus laborantes, necessarium victum sibi non possunt afferre? §. 4. Licentia omnino danda et in priore et in secunda specie, et actionem movere, et debita exigere, ut in captivos vel in aegrotantes consumantur. Si enim heredum eis [14]) et ius et nomen dedimus, sine Falcidiae tamen legis emolumento, necesse est eos debita exigere, et creditoribus respondere. §. 5. Sin autem ampliores in civitate xenones vel ptochotrophia sint, ne incerta videatur pecuniarum datio, tunc ei xenoni vel ptochotrophio, qui pauperior esse dignoscitur, easdem res vel pecunias assignari sancimus [15]); hoc videlicet discutiendo [16]) a viro reverendissimo locorum antistite et sub eo constitutis clericis. §. 6. Sin autem nullus xenon in civitate inveniatur, tunc secundum de captivis sanctionem pro tempore oeconomus sacrosanctae ecclesiae vel episcopus hereditatem accipiat, et sine Falcidiae ratione pauperibus, qui in civitate sunt vel penitus mendicantes, vel alia sustentatione egentes [17]), eaedem pecuniae distribuantur. §. 7. Haec tamen omnia locum habere sancimus, quando non certi xenonis vel certi ptochotrophii vel certae ecclesiae nominatio a testatore subsecuta est, sed incertus est eius sensus. Sin autem in personam certam [18]) venerabilemve certam [19]) domum respexerit, ei tantummodo hereditatem vel legatum competere sancimus, nulla Falcidia nec in hac parte intercedente. §. 8. In omnibus autem huiusmodi casibus coelestes iracundias sacrosanctarum rerum administratores exspectent, si qualecunque lucrum ex huiusmodi gubernationibus sibimet acquisierint, vel si hoc committi ab alio senserint [20]) et non gravissima poena et interminatione, quod perperam factum est, studeant corrigere.

Authent. ut cum de appellat. cognosc. §. Si unum de praedictis. (Nov. 115. c. 3.) — *Si captivi alicuius liberi seu cognati redemtionem eius neglexerint, non solum exheredari possunt, sed etiam lege denegatur eis successio, et si fuerint scripti heredes, tantum valeat testamentum in aliis capitulis. Haec ergo successio defertur ecclesiae civitatis eius, expendenda scilicet in captivorum redemtionem; multo magis, si extraneos instituerit, qui redimere supersedeant. Excipitur minor octodecim annis. Qui autem redimere student, si proprias non habeant pecunias, super quibuslibet rebus ipsius in eam causam recte contrahunt, etiam si minores viginti quinque annis sint, maiores tamen octodecim, qui tamen pro maioribus viginti quinque hic accipiuntur. Et captivi, si reversi fuerint, coguntur habere ratum contractum. Eadem poena est parentum, si redemtionem neglexerint liberorum* [21]).

50.

[1]) *Augustinus*, *Cont.* 71. 76.; πράξοντας *Char. Pac. Sp. Bk.*, *quod cum servata Contii versione minime congruit.* — [2]) et Orest. *absunt ab Augustino*, *Cont.* 71. 76. *Char. Pac.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; id. aa. *ms. Bg.*; Imp. Martianus A. *Cont.* 62.; Imp. Iustinianus A. *Hal. Russ. Cont.* 66. *et postea rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt. et Bg. ex emendata lectione, ed. Schf.*; huiusmodi talem *ed. Nbg.*; eiusmodi talem *Cont.* 62.; eiusmodi et talem *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) quidam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [6]) sed incerto *ms. Pl.* 1.; sed sic incerto *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sed si incerto *Cont.* 62. — [7]) *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; sit *addunt ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) relictum *ms. Bg.* — [9]) sacro *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *var. l. gl.*; indistincte *edd. Schf. Cont* 66. *et rell.* — [11]) captivos *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [12]) succedat *ms. Bg.* — [13]) omnibus *mss. Pl.* 1. 2. — [14]) episcopis et oeconomis *addunt mss. Pl.* 1. *Bg.*, *in Bg. vero linea serius perducta haec vv. notantur.* — [15]) *ed. Schf.*, *Hal. in notis*, *Russ. Cont.* 62.; *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; censemus *Cont.* 66. *et rell.* — [16]) distribuendo *ed. Schf.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Hal. in textu*; vendicantes vel al. sust. egentes *ed. Nbg.*; mendicantibus vel al. sust. egentibus *Russ. et rell.* — [18]) in ecclesiam certam *Leunclav.* (*Notat. I.* 21.), in xenonem certum *Köhler.* (*interpretatt. etc. iur. Rom. II.* 124.), *uterque ob Coll. const. eccl. I.* 3. 49., *quae habet εἰ δὲ εἰς πρόσηλον, οὐκ ἄδηλον ὄνομα ἐκκλησίας ἢ εὐαγοῦς οἴκου ἀπιδών etc.* — [19]) vel in certam venerabilem *mss. Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel certam venerab. *mss. Pl.* 1. 2. — [20]) *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf., Russ. in marg.*; consenserint *rell. mss. et edd.* — [21]) *etiam si minores — liberorum absunt ab ed. Schf.*

50 [49.] [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Quum lege Leoniana [1]) viris reverendissimis episcopis et presbyteris et diaconis peculium habere quasi castrense concessum est, eo addito, ut [2]) in ipso testari possint, dubitabatur, si huiusmodi testamenta debeant [3]) de inofficioso querela expugnari, quum de omnibus personis, quae huiusmodi peculium [4]) meruerunt, eadem fuerat quaestio exorta. Sancimus itaque, viris reverendissimis episcopis et presbyteris et diaconis, qui tale peculium, id est quasi castrense [5]), possident, super his tantummodo rebus, quae quasi castrensis peculii sunt, non solum ultima condere secundum leges [6]) elogia licere, quod ex Leoniana constitutione descendit, sed etiam eorum ultimas voluntates, super his tantummodo habitas, de inofficioso querelae minime subiacere. Dat. Non. Febr. CP. post Cons. Lampadii et Orestae anno II. [7]) [532.]

51. [50.] [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Si quis in conscribendo instrumento sese confessus fuerit non usurum fori praescriptione propter sacerdotii praerogativam, sancimus [8]) non licere ei adversus sua pacta venire et contrahentes decipere, quum regula sit iuris antiqui, omnes licentiam habere his, quae pro se indulta [9]) sunt, renuntiare. Quam generalem legem in omnibus casibus obtinere sancimus, qui necdum per iudicialem sententiam vel amicabilem conventionem sopiti sunt. Dat. Kal. Septemb. CP. post Cons. Lampadii et Orestae VV. CC [10]) [531.]

52. [51.] [c]) Idem [11]) A. Ioanni P. P. — Generaliter sancimus, omnes viros reverendissimos episcopos, nec non presbyteros, sen [12]) diaconos, et subdiaconos [13]), et praecipue monachos, licet non sint clerici, immunitatem ipso iure omnes habere tutelae, sive testamentariae, sive legitimae, sive dativae; et non solum tutelae eos esse expertes, sed etiam curae, non solum pupillorum et adultorum, sed et furiosi, et muti, et surdi, et aliarum personarum, quibus tutores vel curatores a veteribus legibus dantur. §. 1. Eos tamen clericos et monachos huiusmodi habere beneficium sancimus, qui apud [14]) sacrosanctas ecclesias vel monasteria permanent, non devagantes [15]) neque circa divina ministeria desides, quum propter hoc ipsum beneficium eis indulgemus [16]), ut, aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministeriis inhaereant. §. 2. Et hoc non solum in vetere Roma vel in hac regia civitate, sed [17]) in omni terra, ubicunque Christianorum nomen colitur [18]), obtinere sancimus.

Authent. de sanctiss. episcop. §. Deo autem amabiles. (Nov. 123. cap. 5.) *Presbyteros, diaconos aut subdiaconos, iure cognationis ad tutelam vel curam vocatos, suscipere permittimus, si tamen intra quatuor menses, ex quo vocati sunt, apud iudicem competentem in scriptis declaraverint, talem administrationem propria* [19]) *voluntate suscepisse* [20]). *Si quis autem sic fecerit, nullum ex hoc praeiudicium circa alienam tutelam vel curam patiatur.* §. 1. *Episcopos autem vel monachos tutelam alicuius personae subire non permittimus.*

53. [52.] [d]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Θεσπίζομεν, μηδένα παντελῶς μήτε βουλευτὴν μήτε ταξεώτην ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι, οὐδὲν ἐφαπτομένου τοῦ δὲ τοῦ νόμου τῶν τοιαύτης ἱερωσύνης πρότερον ἠξιωμένων, τοῦ λοιποῦ δὲ μηδένα παντελῶς, ἐκ τῆς εἰρημένης ὄντα τύχης, εἰς τὰς ῥηθείσας ἱερατείας ἀναβαίνειν, καὶ μάλιστα εἰ καὶ ἤδη λειτουργήσας ἢ τοῖς ταξεωτικοῖς ὑπηρετήσας ἔτυχεν ἐπιτάγμασι. Τὸν γὰρ ἐντεθραμμένον εἰςπράξεσι [21]) σφοδραῖς καὶ τοῖς διὰ τοῦτο ὡς εἰκὸς ἐπισυμβαίνουσιν ἁμαρτήμασι, οὐκ ἂν εἴη δίκαιον, ἄρτι μὲν εἶναι ταξεώτην καὶ βουλευτήν, καὶ πράττειν τὰ πάντων νικρότατα, εὐθὺς δὲ ἱερέα χειροτονεῖσθαι, περὶ φιλανθρωπίας τε καὶ ἀνεξικακίας ὑφηγούμενον δόγματα, πλὴν εἰ μὴ ἐκ νηπίας ἡλικίας καὶ οὔπω τὴν ἔφηβον ἐκβάσης ἔτυχε τοῖς εὐλαβεστάτοις μοναχοῖς ἐγκαταλελεγμένος, καὶ διαμείνας ἐπὶ τούτου τοῦ σχήματος. Τηνικαῦτα γὰρ ἐφίεμεν αὐτῷ καὶ πρεσβυτέρῳ γενέσθαι, καὶ εἰς ἐπισκοπὴν ἐλθεῖν, πρό-

53. [52.] *Idem A. Ioanni P. P. — Sancimus, neminem omnino neque curialem, neque taxeotam episcopum aut presbyterum amplius fieri, nihil attingente hac lege eos, qui ante eam huiusmodi sacerdotio digni habiti sunt, posthac vero neminem omnino, qui supradictae sit fortunae, ad praedicta sacerdotia ascendere, praesertim si et iam antea ministraverat, aut taxeoticis servierat iussionibus. Eum enim, qui enutritus est in executionibus asperis, et his, quae ex ea re accidunt, peccatis, non utique aequum fuerit, modo quidem esse taxeotam et curialem, et facere omnium acerbissima, mox autem sacerdotem ordinari, de humanitate et innocentia exponentem dogmata, praeterquam si ab infantia, et aetate pubertatem nondum excedente, ei contigit inter reverendissimos monachos connumerari, et permanere in eo ipso statu. Tunc enim permittimus ipsi, ut et presbyter fiat, et ad episcopatum veniat, quum sit manifestum, simulatque tale quid evenerit, et dignus sacerdotio apparuerit, tunc ipsum licentiam habere*

---

[a]) *Cont.* 66. 71. 76. *Char. suspicantur hanc legem partem esse legis ult. C. de inoffic. test.* (*III.* 28.). — [b]) *Bas. III.* 3. 9. *Desumta esse videtur ex l.* 29. *C. de pact.* (*II.* 3.); *propria tamen nostrae legi est pars eius ultima.* — [c]) *Decret. Grat.* (*Decr.*) *c.* 40. *C.* 16. *q.* 1. — [d]) *Lex exstat* 1. *genuina in Coll.* 25. *cap. XI.*, 2. *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 3. 53. (*Voëlli bibl. II. p.* 1263.), *unde hausit Photius in Nomoc. I.* 6., *II.* 1., *IX.* 32. (*Voëlli bibl. II. p.* 825. 888. 1014.). *Eustathius* (*annus n.* 9.) *aliquid habet ex §.* 3., *quod legitur apud Cont.* 66. *in Praeterm.*, *addita versione ex Phot. IX.* 32. *Text.* 1. *primum editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 68.), *quem et secuti sunt Cont.* 71. *et rell.*, *et nos sequimur. Variae lectiones desumtae sunt ex eiusd. notis* (*Aug. i. n.*).

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; Leonina *Hal. et rell.*, *quod in paucis tantum exemplarr. legi Cont.* 62. *testatur ad marg.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; ut et *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) deberent *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [4]) peculia *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; pecunias *ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; id est *absunt ab edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *rell.* — [6]) tamen *addunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *fortasse oriundum ex siglo verbi* testamenta, *quod ex nota in textum irrepsit.* — [7]) *subscr. abest ab Hal.*; *tantum diem habent Russ. Cont.* 62.; *plena est apud Cont.* 66. *rell. Caeterum diem confirmant mss. Pist. et Paris.*, *quae habent:* d. non. Feb. *Sed num reliqua in subscr. recte se habeant, dubitari potest, quum sequentem const. anno* 531. *emissam esse certum sit. De genitivo* Orestae *v. notam ad subscr. l.* 29. *C. de pact.* (*II.* 3.). — [8]) et sancimus *Cont.* 76. — [9]) inducta *ms. Pl.* 2. — [10]) *subscr. abest ab Hal.*, *suppleta a Russ. ex l.* 29. *C. de pact. II.* 3., *quae cfr. Ad* Orest. *Bk. addit* anno II. — [11]) *Falso haec l. Leoni tribuitur in Decr.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Decr.*; seu *abest a Russ. et rell.* — [13]) et subdiaconos *absunt ab ed. Nbg.* — [14]) ad *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; divagantes *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; indulgeamus *Russ. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sed quoque *ms. Pl.* 2.; sed et *Russ. et rell.* — [18]) excolitur *edd. Nbg. Hal.* — [19]) *edd. Schf. Hal. Russ.*, *vers. vulg. Nov.* 123. *c.* 5.; *propria se Cont. et rell.* — [20]) *in scriptis manifestaverint, quod hoc munus sponte sua susceperint ed. Nbg.* — [21]) *Augustinus*; εἰς πράξεσι *Cont.* 71. 76. *Char. Sp.*; ἐν πράξεσι *Bk.*

πρόσθηλον ὄν, ὡς, ἡνίκα τοιοῦτό τι γένηται, καὶ ἄξιος τῆς ἱερατείας φανείη, τηνικαῦτα ἄδειαν ἕξει μένειν ἐπὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ τοῦ λειτουργεῖν ἀπηλλαχθαι, τὴν τετάρτην μέντοι μοῖραν τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἁπάσης παρέχων τοῖς βουλευταῖς καὶ τῷ δημοσίῳ, κατὰ τὸν ἔναγχος ἐπὶ τοῖς τεταρτημορίοις τεθέντα παρ' ἡμῶν νόμον, ἢ μόνῳ τῷ δημοσίῳ, εἴ γε ταξεωτικῆς τύχης ἐτύγχανεν ὤν. Εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖς εὐλαβεστάτοις ἀρχιμανδρίταις ταχθείη, καὶ διαμείνῃ ἐν αὐτοῖς, καὶ οὕτως αὐτῷ δίδομεν τὴν τῆς τύχης ἀμέλειαν, τὴν τετάρτην κἀνταῦθα μοῖραν τῆς αὐτοῦ περιουσίας, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, παρεχομένῳ· ἄλλως δὲ οὔτε ἐκείνῳ χειροτονεῖσθαι συγχωροῦμεν, οὔτε τῷ χειροτονοῦντι τοιοῦτό τι πράττειν ἐφιέμεν, γινωσκούσης τῆς σῆς ὑπεροχῆς, ὡς ταῦτα παραφυλακτέον ἅπασι τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, ποινὴν ὑφορωμένοις περὶ αὐτὴν τὴν ἱερωσύνην, εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, πρὸς τὸ μηδὲ τὸν χειροτονούμενον τῆς ἱερωσύνης ἀπολαύειν, κἂν εἰ πρότερον οἱονδήποτε βαθμὸν ἱερατείας ἐπεῖχεν, ἀλλ' ἐν ἰδιώταις τετάχθαι, καὶ τὰς λειτουργίας ἐκτελεῖν, αἷς ὑπέκειτο πρότερον. Ἅπερ ἅπαντα κρατεῖν εἰς τὸν ἐφεξῆς βουλόμεθα χρόνον, ἐπειδὴ τοίνυν πρῶτον ὑφ' ἡμῶν ἐξεύρηται, οὐ προσαπτομένου παντελῶς τοῦδε τοῦ νόμου, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, τῶν ἅπαξ τοιαύτης ἱερωσύνης ἀξιωθέντων, ἀλλ' ἐξουσίαν ἐχόντων αὐτῶν δι' ὑποκαταστάτων λειτουργεῖν κατὰ τὴν Θεοδοσίου καὶ Οὐαλεντινιανοῦ [1]) τῶν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξιν [2]) τὴν πρὸς Θωμᾶν ἀντιγεγραμμένην. §. 1. Πρὸς τούτοις κἀκεῖνο δίκαιον εἶναι καὶ κρατεῖν καὶ πολιτεύεσθαι θεσπίζομεν, ὅπερ τεθὲν ἐξαρχῆς καὶ πολιτευσάμενον, οὐκ ἴσμεν ὅπως, παρῶπται. Μεμνήμεθα γὰρ Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου τῶν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἐντυχόντες διατάξει [3]), βουλομένη τοὺς κληρικοὺς, εἴπερ ἀμελήσαντες τύχοιεν τῆς ἑαυτῶν τάξεως, καὶ εἰς οἱανδήποτε ἔνοπλον στρατείαν παραγγείλαιεν, ἢ καὶ καθῃρημένοι [4]) παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων στρατεύεσθαι τολμήσαιεν, ἐκβάλλεσθαι μὲν αὐτοὺς τῆς στρατείας, ἧς ἔτυχον, παραδίδοσθαι δὲ ταῖς τῶν πόλεων βουλαῖς, ὑπουργήσοντας τὸ λοιπὸν τῷ δημοσίῳ, ἐπειδὴ καὶ τῇ τοῦ δεσπότου Θεοῦ λατρείᾳ κατὰ τὸν τῆς στρατείας τρόπον ἔτυχον ἀπειπόντες. Ἅπερ κρατεῖν ἐκ τούδε ἡμῶν θεσπίζομεν τοῦ νόμου, κελεύοντες αὐτοὺς εὐθὺς καὶ παραχρῆμα τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐξ ἧς εἰσί, γίνεσθαι βουλευτάς, εἰ μὴ σφόδρα εὐπορίαν ἔχει βουλευτῶν ἡ πόλις, ἐπείτοιγε τῆς γείτονος, ἢ καὶ πορρωτέρω, μέχρι μιᾶς ἐπαρχίας ἑτέρας, ἔνθα μάλιστα βουλευτῶν καθέστηκεν ἀπορία. Εἰ δὲ ἀφανεῖς, ὡς εἰκός, γένοιντο, ἄδειαν δίδομεν τοῖς βουλευταῖς εὐθὺς ἐπιβαίνειν τῶν προσηκόντων αὐτοῖς πραγμάτων, καὶ ταῦτα κατέχειν, καὶ τὸ ἱκανὸν ἑαυτοῖς κατὰ τὸν νόμον ἐντεῦθεν ποιεῖν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς οἱονδήποτε βαθμοῦ κρατεῖν εἰς τὸ διηνεκὲς θεσπίζομεν, καὶ ἐπὶ τοῖς ἤδη πεπλημμεληκόσι κρατεῖν τὸν νόμον βουλόμενοι, διότι καὶ πρότερον ἦν. Ἐπειδὴ δὲ καί τινα διάταξιν [5]) εὕρομεν περὶ μοναχῶν διαλεγομένην, καὶ βουλομένην αὐτοὺς μὴ καταλιμπάνειν τὰ οἰκεῖα μοναστήρια, μηδὲ θορυβεῖν τὰς πόλεις, ἤν καὶ πρός τινα νενομοθετῆσθαι κωλῦόν τινὲς ὑποπτεύουσι, δεῖν ᾠήθημεν, ἀφορμὴν ἐντεῦθεν λαβόντες, τελειότερόν τε καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον καὶ τοῦτο ἐπανορθῶσαι, ὥστε μηδενὶ τοῦ λοιποῦ τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν ἄδειαν εἶναι τὸ τοιοῦτό τι πράττειν, καὶ καταλιμπάνειν μὲν τὸ μοναχικὸν σχῆμα, περιβάλλεσθαι δὲ τὴν οἱανοῦν στρατείαν ἢ ζώνην ἢ ἀξίαν, ἢ τῶν [6]) ἐν δικαστηρίοις μεταδιώκειν βίον, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας τὰς ἀνθρωπίνας ἀσχολίας ἀνθαιρεῖσθαι, ἢ γινώσκειν, ὡς [7]) καὶ ὁ τοιοῦτό τι

habere manendi in sacerdotio, et abstinenat a muneribus, dummodo quartam partem suae substantiae universae praebeat decurionibus et fisco, secundum legem nuper de quarta parte a nobis positam, aut soli fisco, si quidem taxeoticae conditionis ei esse contigerit. Si vero inter reverendissimos archimandritas constitutus est, et manserit inter ipsos, et hoc etiam modo damus fortunae liberationem, quartam et tunc partem suae substantiae, ut praediximus, praebituro; aliter autem neque illi ordinari concedimus, neque ordinanti tale quid agere permittimus; et noverit tua excellentia, haec observari debere ab omnibus Dei amantissimis episcopis, poenam exspectaturis circa ipsum sacerdotium, si quid tale fecerint, praeterquam quod etiam nec ipse ordinatus sacerdotio fruetur, licet fuerit antea in aliquo gradu sacerdotii ordinatus, sed inter privatos redigetur, et ministeria exsequetur, quibus subiacebat prius. Quae omnia obtinere in futurum volumus tempus, quoniam nunc primum a nobis inventa sunt; non pertinente ullo modo hac lege, ut diximus, ad eos, qui semel tali dignitate sacerdotali decorati sunt; sed licentiam habeant ipsi per substitutos ministrare, iuxta Theodosii et Valentiniani piae memoriae constitutionem, quae ad Thomam rescripta est.

§. 1. *Ad haec et illud iustum esse et obtinere et in usu esse sancimus, quod positum ab initio et usu observatum, nescimus quonam modo, in desuetudinem abiit. Meminimus enim, nos in Arcadii et Honorii piae memoriae constitutionem incidisse volentem, clericos, si neglexerint suum ordinem, et in qualemcunque armatam militiam transierint, vel depositi a Dei amantissimis episcopis militare ausi fuerint, eiici quidem ipsos a militia, quam consecuti sunt, et tradi civitatum curiis, ministraturos in posterum publico, quum et domini Dei servitio, quamdiu militarunt, se abdicaverint. Quae omnia obtinere ex hac nostra sancimus lege, iubentes, ipsos statim et confestim civitatis illius, ex qua sunt, fieri curiales, nisi vehementer curialibus abundet civitas, alioquin vicinae, vel ulterioris etiam, usque ad unam provinciam alteram, ubi maxime curialium est penuria. Si vero latitantes, ut probabile est, fiant, permittimus curialibus statim ingredi res eorum, et eas detinere, et sibi secundum legem inde satisfacere. Haec igitur super reverendissimis clericis cuiuscunque gradus obtinere in perpetuum sancimus, in his, quae iam perpetrata sunt, obtinere legem eam volentes, quae et prius erat. Quoniam autem et quandam constitutionem invenimus de monachis disserentem, et volentem ipsos non relinquere propria monasteria, neque turbare civitates, quam ad quoddam sancitam esse tempus quidam suspicantur, oportere existimavimus, occasionem inde accipientes, perfectius et in omne tempus etiam hoc reformare, ita ut nemini postea reverendissimorum monachorum liceat tale quid agere, et relinquere monachicum habitum, et circumcingere qualemcunque militiam aut cingulum aut dignitatem, aut eorum, qui in iudiciis versantur, sequi vitam, et Dei servitio humanas occupationes praeferre; quin potius noverint, quod is, qui tale quid fecerit, tradetur curiae civitatis eius, ex qua est, aut alius, ut praedictum est; si quidem locuples sit, etiam pecuniaria subiturus munera, sin minus, corporalia; et hic licentia danda curiis, ut praediximus, si latitent, occupandi bona, et sibi ex his satisfaciendi secundum legem. In omnibus autem casibus, in*

[1]) *Augustinus;* Βαλεντινιανοῦ *edd. Cod., cfr. nota 7. ad. l. 3. C. I. 1.* — [2]) *videtur referenda ad l. 21 C. h. tit.* — [3]) *innuitur l. 39. Th. C. de episc. (XVI. 2.).* — [4]) καθαιρημένοι *Aug. i. n.* — [5]) *respicitur ad l. 29. C. h. tit.* — [6]) *ita Augustinus in textu; in recensu autem vitiorum typograph. corrigit ἢ τόν. Textus tamen lectionem retinuimus, tam propter eius praestantiam, quam propter ipsam Augustini versionem: eorum, qui in iudiciis versantur, vitam.* — [7]) *male a plerisque post* γινώσκειν *olene interpungitur. Verum iam vidit Augustinus in vers.*

τι πράττων ἐπιδοθήσεται τῇ βουλῇ τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐξ ἧς ἐστίν, ἢ ἑτέρας, καθὰ πρότερον εἰπόντες ἐφθημεν, εἰ μὲν χρημάτων εὐπορήσει, καὶ χρηματικὰς ὑποστησόμενος λειτουργίας, ἐπιτίοιγε τὰς εἰς σῶμα φερούσας [1]· κἀνταῦθα ἀδείας οὔσης ταῖς βουλαῖς, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, εἰ ἀφανεῖς γένοιντο, ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ ἱκανὸν ἑαυταῖς κατὰ τὸν νόμον ποιεῖν. Ἐν ἅπασι δὲ τοῖς θέμασιν, ἐφ' ὧν λαμβάνειν ἀπὸ τῶν τοιούτων τὰ βουλευτήρια προστάττομεν αἰτιῶν, βουλόμεθα τὴν μὲν ἡμίσειαν τούτων μοῖραν τοὺς βουλευτὰς κομίζεσθαι μὴ ἐν χρυσίῳ, ἀλλ' ἐν ἀκινήτῳ κτήσει, ἢ οὔσῃ, ἢ ὠνουμένῃ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν φοιτήσαντα παρ' ἡμῶν νόμον [2]), τὴν δὲ ἡμίσειαν τῇ γενικῇ τραπέζῃ τῆς σῆς ὑπεροχῆς εἰσφέρεσθαι, ὥςτε καὶ τὸν σὸν θρόνον προνοεῖν ἀγρύπνως, μηδὲν τοιοῦτο διαλαθεῖν, ἀλλ' ἅμα τῷ γίνεσθαί τι τὴν προσήκουσαν ὑπὲρ τούτου ποιεῖσθαι θεραπείαν, πλὴν εἰ μὴ νῦν γοῦν ἑκόντες οἱ τοιοῦτοι ἀπόθοιντο μὲν ἰην στρατείαν, ἢ ἁπλῶς ὅπερ ἔχουσι σχῆμα, εἰς δὲ τὸν μοναχικὸν αὖθις ἀκριβῶς τε καὶ ἀληθῶς ἐπανέλθοιεν βίον, καὶ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς ἐγγραφῆναι σπεύσαιεν. Εἰ γὰρ τοῦτο πράξαιεν εἴσω ἐνιαυτοῦ ἑνός, ἀφ' οὗπερ ὁ παρὼν ἡμῶν θεῖος γέγονε νόμος, ἀφίεμεν αὐτοῖς τὴν ποινήν, ἀρκεῖν αὐτοῖς τὸν ἐκ τῆς ἀσκήσεως ἡγούμενοι σωφρονισμόν. Ταῦτα δὲ κρατεῖν εἰς τὸν ἐφεξῆς βουλόμεθα χρόνον, οὐ δὲ ἐκείνους ἔξω τῆς εἰρημένης καταλιμπάνοντες ποινῆς, ὅσοι ἀπὸ τῆς ἡμῶν βασιλείας καίτοι μοναχοὶ καθεστῶτες τοιοῦτό τι πεπράχασι. Τὸ γὰρ ἔμπροσθεν ἅμα μὲν διὰ φιλανθρωπίαν, ἅμα δὲ τὸν χρόνον ἐρυθριῶντες ἀφίεμεν. ἐπεὶ μηδὲ σαφῶς νενομοθετημένον ἔμπροσθεν ἦν. §. 2. Ἔτι τοῦτο θεσπίζομεν, εἴτε πατήρ, εἴτε μήτηρ, εἴτε ἕτερός τις ἐξ ἀπαιδίας ἀποκατάστασιν ἢ ὑποκατάστασιν ἐπαγάγοι τισίν, εἴτε ἄρρεσιν εἴτε θηλείαις, οἱ δὲ πρὸς γάμον ἐλθεῖν διὰ τὸν τῆς ἀσκήσεως οὐχ ἕλοιντο τρόπον, περιαιρεῖσθαι τὰς τοιαύτας ἀποκαταστάσεις ἢ ὑποκατασταθείσας, καὶ ἔχειν αὐτοὺς ἐξουσίαν, εἰ, ὃν βούλονται τρόπον, εὐσεβῆ μέντοι, τὰ ἐντεῦθεν ἀφιεροῦν, καὶ ἢ δαπανᾶν περιόντας [3]), ἢ καταλιμπάνειν τελευτῶντας, ὥςπερ καὶ ὑπὸ αἵρεσιν παιδοποιίας αὐτοῖς τι καταλειφθείη, δεῖ καὶ τοῦτο αὐτὸ ἔχειν αὐτούς, παιδοποιεῖν οὐκ ἀναγκαζομένους. Τὴν αὐτὴν δὲ νομοθεσίαν καὶ ἐπὶ γυναιξὶ παρθενευούσαις, καὶ ἐπὶ τοῖς γαμεῖν ὅλως κεκωλυμένοις εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς ἐπεκτείνομεν, καὶ ἀνατίθεμεν καὶ ταύτην τὴν χάριν τῷ θεῷ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἀξίαν. §. 3. Ἔτι θεσπίζομεν, εἴτε ἀνὴρ ἐπὶ μονήρη βίον ἐλθεῖν βουληθείη, εἴτε γυνὴ τὸν ἄνδρα καταλιποῦσα πρὸς ἄσκησιν ἔλθοι, μὴ τοῦτο αὐτὸ [4]) ζημίας παρέχειν προφάσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν οἰκεῖα πάντως λαμβάνειν, ὥςτε τῇ γυναικὶ τὴν προῖκα εἶναι λαβεῖν τὴν αὐτῆς, καὶ τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν τῷ συνοικήσαντι, τὸ δὲ ἐκ τούτου κέρδος, μὴ κατὰ τὴν ἐν ῥεπουδίῳ διαζευξιν ἐκδικεῖν, ἢ μένειν παρὰ τῷ μὴ ἀποταξαμένῳ, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐκ θανάτου [5]) σύμφωνον, οἷα δοκοῦντος τοῦ ἀφισταμένου τῷ τῆς μετὰ τῶν ἄλλων διαίτης ἀνοχωρεῖν, τῷγε ἐπὶ τῷ συνοικεσίῳ τεθνᾶναι, διὰ τὸ τῷ συνοικήσαντι παντελῶς ἄχρηστον εἶναι. Καὶ ὅπερ ἂν ἡ τῶν προικίων [6]) συμβολαίων δείξειεν [7]) δύναμις ἐκ τῶν ἀπὸ τελευτῆς συμφώνων, ὀφειλόμενον, τοῦ μὴ θαρρεῖν τὴν γυναῖκα, πρὶν ἐνιαυτὸν διελθεῖν, εἰς ἕτερον ἰδεῖν συνοικέσιον διὰ τὴν τῆς γονῆς ἀδηλίαν· ἀλλ' εἴ τι μέλλοι γίνεσθαι τοιοῦτο, τηνικαῦτα στέλλεσθαι διαίσιον κατὰ τοῦτο δὴ τὸ καλούμενον bona gratia, παρὰ τοῦ μὴ τὴν ἄσκησιν ἑλομένου προσώπου, οὕτω τε πράττειν, ἃ βούλεται, τῶν κερδῶν κατὰ τὸν ἔμπροσθεν εἰρημένον τρόπον προσγινομένων [8]) αὐτῷ, δηλαδὴ τοῦ κερδαινομένου ἐκ τῆς

in quibus capere ex his causis curias iubemus, volumus mediam quidem horum partem curiales accipere non in auro, sed immobili possessione, vel quae subsit, vel quae sit comparanda secundum prius a nobis emissam legem, aliam vero dimidiam generali mensae tuae excellentiae inferri, ut tua etiam sedes provideat vigilanter, ne quid tale lateat, sed simulatque quid factum fuerit, conveniens super hoc fiat medela, praeterquam si nunc ipsi sponte militiam reliquerint vel habitum, quo utuntur, et ad monachicam rursus serio et vere revertantur vitam, et inter reverendissimos clericos connumerari festinent. Si enim hoc fecerint intra annum unum ab hac lege lata, remittimus eis poenam, sufficere ipsis ex vitae suae genere putantes emendationem. Haec autem obtinere in sequens volumus tempus: neque tamen illos extra dictam relinquimus poenam, quotquot inde a nostro principatu monachi facti tale quid fecerunt. Id enim, quod praecessit, tam ob humanitatem, quam etiam in temporis honorem indulgimus, quandoquidem nihil diserte statutum prius erat.

§. 2. *Item hoc statuimus, ut, sive pater, sive mater, sive alius quis ob defectum liberorum restitutionem aut substitutionem iniunxerit sive masculis, sive feminis, hi autem nuptias contrahere propter religiosae exercitationis causam noluerint, tales restitutiones aut substitutiones rescindantur, et habeant ipsi potestatem, in quem voluerint modum, pium tamen, ea conservare, et aut consumere superstites, aut relinquere morientes; sicut etiam, si sub conditione liberorum ipsis quid relictum fuerit, oportet eos et hoc ipsum habere, liberos suscipere minime coactos. Eandem quoque legis sanctionem, et in mulieres virginitatem professas, et reverendissimos clericos, quibus matrimonia penitus prohibita sunt, extendimus, et Deo hanc etiam gratiam nostris temporibus dignam referimus.*

§ 3. *Ad haec sancimus, sive vir ad solitariam vitam venire voluerit, sive mulier viro relicto ad exercitationem monachicam venerit, ne hoc damni causam praebeat, sed ut sua omnimodo recipiat, ita ut liceat uxori dotem recipere suam, et propter nuptias donationem ei, qui cum ea cohabitaverat; quod vero inde venit lucrum, non uti in ea, quae per repudium fit, dissolutione vindicetur, aut maneat apud eum, qui non divertit, sed ex pacto, in casum mortis facto, ac si videatur is, qui divertit a communi alterius convictu, mortuus esse in alterius contubernio, quum cohabitanti sit omnino inutilis. Quicquid autem in dotalibus instrumentis receptum fuerit pactorum in casum mortis, id debitum sit, non audente muliere ante anni lapsum in aliud respicere matrimonium propter generationis incertitudinem. Sed si quid tale futurum sit, statim mittatur divortium, quod idcirco bona gratia vocatur, ab ea, quae asceticam vitam non eligit, persona, atque ita agat, quod voluerit, lucris, ut ante dictum est, ad ipsam pertinentibus; sane eo, quod lucrandum est ex tali causa, omnimodo, si et in prioribus nuptiis vel vir vel*

---

[1]) εἰς τὰ σώματα φερούσας *Aug. i. n.* — [2]) *innui legem hucusque nondum restitutam, quae ad tit. C.* Quando et quib. quarta (*X.* 34.) *pertinuerit, opinatur Augustinus.* — [3]) περιῶντας *Augustinus et rell. praeter Bk.* — [4]) αὐτῷ *probabiliter scribendum; vertit Augustinus: non hoc ei damni occasionem praebeat* — [5]) ἐκ τοῦ θανάτου *Aug. i. n.* — [6]) προικῴων *Aug. i. n.* — [7]) δέξειεν *Pac. Sp. Bk.* — [8]) *ita correximus Pacii coniecturam secuti;* προσγινομένου *rell.*

τῆς τοιαύτης αἰτίας, ἐκ τρόπου παντός, εἰ καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων γάμων ἢ ἡ γυνή, ἢ ὁ ἀνὴρ μείνειε [1]), ἐν τοῖς κοινοῖς παισὶ τοῖς ἐκ τοῦ γάμου γενομένοις, εἴ τινες [2]) εἶεν [3]), φυλαττομένου. Dat. V. Kalend. Decemb. CP. post Cons. Lampadii et Orestae anno II. [532.]

vel mulier mansissent, communibus liberis ex eo matrimonio natis, si qui fuerint, conservando.

54 [53.] [a]) Idem A. Hermogeni, magistro officiorum. — Raptores virginum, vel viduarum, vel diaconissarum, quae Deo fuerint dedicatae, pessima criminum peccantes, capitis supplicio plectendos esse [4]) decernimus, quod non solum ad iniuriam hominum, sed ad [5]) ipsius omnipotentis Dei irreverentiam [6]) committitur. Qui itaque huiusmodi crimen commiserint, et qui eis auxilium tempore invasionis praebuerint, ubi inventi fuerint in ipsa rapina et adhuc flagrante crimine comprehensi [7]), a parentibus sanctimonialium virginum, vel viduarum, vel diaconissarum, aut earum consanguineis, vel tutoribus, seu curatoribus convicti interficiantur. Sin autem post commissum tam detestabile crimen aut potentatu raptor se defendere, aut fuga evadere [8]) potuerit, in hac quidem regia urbe tam viri excelsi [9]), praefecti praetorio, quam gloriosissimus praefectus [10]) urbi, in provinciis autem tam viri eminentissimi, praefecti praetorio per Illyricum et Africam [11]), quam magistri militum per diversas nostri orbis regiones, nec non vir spectabilis, praefectus Aegypti, et vicarii, et proconsules, et nihilominus viri spectabiles duces, et viri clarissimi, rectores provinciarum, nec non alii cuiuslibet ordinis iudices, qui in locis illis [12]) inventi fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, ut eos possint comprehendere, et comprehensos in tali crimine post legitimas et iuri cognitas probationes, sine fori praescriptione, durissimis poenis afficiant, et mortis condemnent supplicio. Bona autem eorum, si hoc commissum fuerit in sanctimonialem virginem, quae vel in asceterio vel monasterio degit, sive eadem virgo diaconissa constituta sit, sive non, eidem monasterio vel asceterio, ubi consecrata est, addicantur, ut ex his rebus et ipsa solatium habeat, dum vivit, sufficiens, et res omnes sacrosanctum asceterium seu monasterium pleno habeat dominio. Sin autem diaconissa, cuiuscunque ecclesiae sit, in [13]) nullo tamen monasterio vel asceterio [14]) constituta est [15]), sed per se degit, raptoris eius substantia ecclesiae, cuius diaconissa est, assignetur, ut ex his facultatibus ipsa quidem usumfructum, dum superest, ab eadem ecclesia consequatur, ecclesia vero omnem proprietatem et plenam possessionem earundem rerum nostro habeat beneficio; nemine vel iudice vel quacunque alia persona haec audente contemnere. Poenas autem, quas praediximus, id est mortis et bonorum amissionis [16]), constituimus non tantum adversus raptores, sed etiam contra eos, qui hos comitati in ipsa invasione et rapina fuerint. Ceteros autem omnes, qui conscii et ministri huiusmodi criminis reperti et convicti fuerint, vel eos susceperint, vel quamcunque opem eis tulerint [17]), sive masculi sive feminae sint, cuiuscunque conditionis vel gradus vel dignitatis, poenae tantummodo capitali [18]) subiicimus, ut huic poenae omnes subiaceant, sive volentibus sive nolentibus sanctimonialibus virginibus, sive aliis supradictis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum. Dat. XV. Kalend. Decemb. CP. Dn. Iustiniano PP. A. III. [19]) Cons. [20]) [533.]

[55.] [b]) *Idem A. — Ut non liceat parentibus impedire, quominus liberi eorum volentes monachi aut clerici fiant, aut eam ob solam causam exheredare; sed si ipsi testamentum condant, necesse habento quadrantem illis relinquere, sin autem hoc non fecerint, locus sit ab intestato. §. 1. Quod si illi monasteria aut ecclesias relinquant, atque mundani fiant, omne ipsorum ius ad monasterium aut ecclesiam pertinet.*]

56. [54.] Idem A. Ioanni P. P. — Deo nobis auxilium praebente, omnia, quae pro honore sanctae [21]) ecclesiae catholicae ad Dei placitum fieri properamus, legibus constituere, et operibus adimplere desideramus. Et iam quidem multa cum eius auxilio statuimus, quae ecclesiasticae doctrinae statui [22]) conveniunt, in praesenti vero hoc pia deliberatione duximus corrigendum, quod hactenus contra Dei timorem fiebat. Cognitum etenim nobis est, quod, si quis sponsus vel sponsa post datas et acceptas arrhas voluisset [23]) se divino deputare servitio, et a seculari conversatione recedere, ac sanctimonialem vitam [24]) vivere, atque in Dei timore permanere, compellebatur vir quidem ea, quae arrharum nomine dederat, amittere, sponsa vero in [25]) duplum id, quod acceperat, reddere. Quod nostrae mansuetudini religioni contrarium esse [26]) visum est. Unde per praesentem legem in perpetuum valituram iubemus, ut, si quis sponsus vel sponsa desideraverit saeculi istius vitam contemnere, et in [27]) sanctimonialium conversatione vivere, sponsus quidem omnia, quae arrharum no-

---

[a]) *Geminatur in l. un. C. de raptu virg.* (IX. 13.). — [b]) *Versio latina ex Nomocan. Photii IX.* 32. (*Voëlli bibl. II. p.* 1016.), *quam falso hic interposuerunt Cont.* 71. *et rell. Photius hausit ex legis sequentis* Deo nobis *epitome, quae est in Coll. constit. eccles. I.* 3. 55. (*Voëlli bibl. II.* 1264.). *Graecus textus, quem cancellis inclusum exhibet Bk., ita se habet:* Οὐκ ἔξεστι τοῖς γονεῦσι βουλομένους τοὺς παῖδας μονᾶσαι ἢ κληρωθῆναι κωλύειν, οὔτε διὰ τοῦτο μόνον ἀποκληρονόμους ποιεῖν· ἀλλ' εἰ μὲν τὸ καθ' ἑαυτοὺς διατυποῦσιν, ἀνάγκην ἔχουσι τρεῖς ὀγγίας ἐᾶν αὐτοῖς, εἰ δὲ μὴ διατυπώσωσι, χώρα τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου. Εἰ δὲ τὰς ἐκκλησίας ἢ τὰ μοναστήρια καταλίπωσι, καὶ κοσμικοὶ γένωνται, πάντα τὰ δίκαια αὐτῶν τῷ μοναστηρίῳ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ διαφέρειν.

[1]) *mendosam lect.* μείνῃ *ipse Augustinus emendat in recensu mendarum; sed sequuntur illam edd. Cod.* — [2]) εἴπνα *Augustinus in textu, sed in mendarum recensu corrigit in* εἴ τινες; *illud habent edd. Cod.* — [3]) εἴη *Augustinus et edd. Cod.*; *sed* εἴ τινες *flagitat* εἶεν. — [4]) *fuisse mss. Pl.* 1. *Bg.* — [5]) *ms. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sed *omisso* ad *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; sed et ad *Russ. et rell.*; sed in *alios legere Russ. in marg. notat.* — [6]) reverentiam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; deprehensi *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) aut fuga evadere *absunt ab ed. Nbg.* — [9]) excellentissimi *edd. Nbg. Hal.* — [10]) gloriosissimi praefecti *ed. Schf.* — [11]) et Africam *absunt a mss. Pl.* 1. *Gt.* — [12]) illis *abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [13]) in *abest a mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [14]) vel asceterio *absunt ab ed. Nbg. et Hal. in textu.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; est *absunt ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) amissionem *edd. Nbg. Hal.* — [17]) intulerint *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; attulerint *Hal.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; poen. capit. tantumm. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) II. *omnes praeter Bk.*; *cfr. nota ad subscr. l. un. C. IX.* 13. — [20]) *subscr. abest ab Hal.*; *Russ. eam restituit ex l. un. C. IX.* 13. — [21]) sacrosanctae *ms. Pl.* 1. — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; doctrinae atque statui *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [23]) voluerit *ed. Nbg. et Hal. in textu.* — [24]) sanctimoniali vita *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; in sanctimoniali vita *edd. Nbg. Hal.* — [25]) in *abest a mss. Pl.* 1. *Gt. et ante recent. emendat. a Bg., ed. Schf.* — [26]) mansuetudini satis contr. esse religioni *ms. Pl.* 1. *et similiter Bg.*; mansuet. satis et religioni esse contr. *ms. Pl.* 2.; mansuetudinis religioni satis esse contr. *ed. Schf.*; mansuetudinis satis religioni esse contr. *ed. Nbg.* — [27]) contemnere in *ed. Schf.*

nomine futuri causa coniugii dedisset [1]), sine ulla deminutione recipiat, sponsa autem non duplum, sicuti hactenus, sed hoc tantummodo sponso restituat, quod arrharum nomine acceperat, et nihil amplius reddere compellatur, nisi quod probata fuerit accepisse. Nam et maritis et uxoribus, qui saeculo renuntiant, iam anteriore lege [2]) a nobis provisum est, ut, sive maritus sive uxor religionis causa a coniugio recesserit, et solitariam vitam elegerit, unusquisque eorum res suas recipiat, quas pro dote vel ante nuptias donatione praestiterat, et hoc tantummodo lucri nomine consequatur ab eo, qui solitariam vitam elegerit [3]), quod debuit legitime vel ex pacto [4]) per casum mortis exigere. §. 1. Hoc etiam cognitum nobis correctione nostra dignum esse iudicamus, ut, si quis in parentum potestate constitutus vel constituta, vel forsitan [5]) huiusmodi iure [6]) absolutus vel absoluta elegerit se vel [7]) monasterio vel clero sociare, et [8]) reliquum vitae suae tempus sanctimonialiter degere voluerit, non liceat parentibus eosdem vel easdem [9]) quocunque modo abstrahere, vel propter hanc tantummodo causam quasi ingratum vel ingratam a sua hereditate vel successione repellere, sed necesse sit eis omnimodo, quum ultimam voluntatem suam sive per scripturam sive alio legitimo modo perficiunt, quartam quidem portionem secundum leges nostras eis relinquere; sin autem et amplius voluerint eis largiri, hoc eorum voluntati concedimus. Sin vero ultimam voluntatem parentes neque testamento, neque alio ultimo elogio declarasse monstrati fuerint, omnem parentum substantiam heredes, quibus ab intestato competit, secundum leges nostras sibi defendant; nullo eis impedimento ex sanctimoniali conversatione generando, sive soli sive cum aliis [10]) ad successionem vocantur. §. 2. Huius autem perpetuae nostrae legis beneficia eos volumus obtinere, qui in monasterio vel clericatu perseveraverint. Nam si qui eorum, de quibus praesentem legem posuimus, sanctimonialem vitam elegerint, ad saecularem autem conversationem [11]) remeaverint, inbemus omnes eorum res ad iura eiusdem ecclesiae vel monasterii, a quo recesserint, pertinere. §. 3. His ita dispositis, repetita lege inbemus, ut nullus Iudaeus, vel paganus, vel haereticus servos Christianos habeat. Quodsi inventi in tali reatu fuerint, sancimus, servos omnibus modis liberos esse secundum anteriorem nostrarum legum tenorem. In praesenti autem hoc amplius decernimus, ut, si quis de [12]) praedictis Iudaeis, vel paganis, aut haereticis habuerit servos nondum catholicae fidei sanctissimis mysteriis [13]) imbutos, et praedicti servi desideraverint ad orthodoxam fidem venire, postquam catholicae ecclesiae sociati fuerint, in libertatem modis omnibus ex praesenti lege eripiantur; et eos tam iudices provinciarum, quam sacrosanctae ecclesiae defensores, nec non beatissimi episcopi defendant, nihil pro eorum pretio [14]) penitus accipientibus dominis. Quodsi forte posthac etiam ipsi domini eorum ad orthodoxam fidem conversi fuerint, non liceat eis ad servitutem reducere illos, qui eos ad fidem orthodoxam praecesserunt. Sed si quis talia usurpaverit, poenis gravissimis subiacebit. Haec igitur omnia, quae pietatis intuitu nostra sanxit aeternitas, omnes iudices et religiosissimi antistites, sive Africanae dioeceseos, in qua maxime huiusmodi vitia frequentari cognovimus, sive aliarum provinciarum, gnaviter et studiosissime observari procurent. Nam contemtores [15]) non solum pecuniaria multa, sed etiam capitis supplicio ferientur.

57. [55.] [a]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Ὁ παρὼν νόμος εἰς ἑτέρου νόμου [16]) γεγραμμένου παρ' ἡμῶν ἀναφέρεται μνήμην, ὃν δὴ [17]) καὶ αὖθις ἐπικυρῶσαι μετά τινος καλλίονος ᾠήθημεν χρῆναι προσθήκης, μείζονα πληγὴν [18]) κατὰ τῶν πλημμελούντων ἐκφέροντες, οὐχ ὅτι ταῖς αἰτήσεσι χαίρομεν τῶν ποινῶν (οὐδὲν γὰρ ἡμῖν οὕτως, ὡς φιλανθρωπία, καταθύμιον [19])), ἀλλ' ἵνα τῷ δέει τῆς τιμωρίας τοὺς ἁμαρτάνειν προηγουμένους [20]) τοῦ πλημμελεῖν εἴρξωμεν. Ἴσμεν τοίνυν γράψαντες νόμον, λέγοντα, μηδεμίαν εἶναι παρρησίαν τοῖς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν οἰκονόμοις, ἤτοι προεστῶσι ξενώνων, ἢ νοσοκομείων, ἢ πτωχείων, ἢ μοναστηρίων, εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν, ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων συστημάτων, ὧν ἡ προλαβοῦσα διάταξις μέμνηται, τὰ διηνεκῶς αὐτοῖς καταλελειμμένα, ἅπερ ἀννάλια καλοῦσιν οἱ νόμοι, κατά τι σύμφωνον ἢ χρυσίου διαπιπράσκειν ῥητοῦ, ἢ ἐκποιεῖν ἄλλως καθ' οἱονδήποτε τρόπον, καὶ τοῖς ἐφεξῆς ἀναιρεῖν τὴν ἐντεῦθεν παραψυχήν. Καὶ τοὺς πρέποντας τῷ νόμῳ προστεθείκαμεν λογισμούς, ὡς οὐκ ἔτι διὰ ταύτην τὴν ἐγχείρησιν οὐδὲ τῆς προσηγορίας τοῦ ἀνναλίου σωζομένης, εἰ μὴ μέλλοι δίδοσθαι κατ' ἔτος, ἀλλὰ πρὸς ἅπαξ καταβληθέν, εἶτα τελείως ἐξαπόλλοιτο. Τοῦτον αὖθις μετά τινος προσθήκης ἀνανεούμενοι τὸν νόμον θεσπίζομεν, εἴ τις ἢ τῶν εὐλαβεστάτων οἰκονόμων, ἢ ξενο-

57. [55.] *Idem A. Ioanni P. P. — Praesens lex in alius legis a nobis scriptae refertur mentionem, quam et denuo confirmare cum quadam meliore adiectione putavimus oportere, maiorem poenam contra delinquentes proferendo, non quia augmentis delectemur poenarum (nihil enim nobis tam gratum est, quam humanitas), sed ut metu poenae eos, qui ad peccandum proclives sunt, a peccando arceamus. Scimus igitur, nos scripsisse legem, dicentem, nullam esse licentiam sanctissimarum ecclesiarum oeconomis, aut antistitibus xenonum, aut nosocomiorum, aut ptochiorum, aut monasteriorum, sive virorum sive mulierum, aut aliorum talium corporum, quorum praefata constitutio meminit, ea quae in perpetuum illis relicta sunt, quae annalia vocant leges, ex aliquo pacto aut auro distrahere certo, aut alienare aliter per quemcunque modum, et posteris adimere solatium, quod eis exinde obveniret. Convenientes etiam legi adiecimus rationes, quod non amplius post tale commentum ne appellatio quidem annui conservatur, nisi per singulos annos contingat praestari, sed semel solutum postea penitus pereat. Hanc iterum cum aliqua adiectione renovantes legem sancimus, si quis aut reverendissimorum oeconomorum, aut xenodochorum, aut nosocomorum, aut ptochotrophorum, aut gerontocomorum, aut brephotrophorum, aut orphanotrophorum, aut archimandritarum, aut aliarum personarum, priore nostra divina*

---

[a]) *Lex servatur* 1., *genuina in coll.* 25. *cap. XII.*; *epitomata in* 2., *Coll. constit. eccles. I.* 3. 56. (*Voëlli bibl. II. p.* 1265.), *et* 3., *Photii Nomoc.* (*Voëlli bibl. II. p.* 886.). *Ant. August.* (*Coll. p.* 76.) *edidit textum* 1. *receptum a Cont.* 71. *et rell. Nos August. sequimur in textu et notis* (*Aug. i. n.*). *Mss. Vat. Bg. lacunam indicant verbis const. graeca.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; dedit *Hal. et rell.* — [2]) *est haec lex* 52. §. 3. *h. tit.* — [3]) unusquisque — elegerit *absunt a textu ms. Pl.* 1., *serius tamen margini adscripta.* — [4]) legitime ex hoc pacto *ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; vel etiam *ms. Bg.*; vel forsan *Russ. et rell.* — [6]) iure huius *edd. Nbg. Hal.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; vel *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.*; velle *ms. Bg.* — [8]) per *addunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [9]) parentibus vel easdem personas *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [10]) conversatione — aliis *absunt a textu ms. Pl.* 1., *margini serius sunt adscripta.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; postea *addunt Russ. et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*; ex *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [13]) ministeriis *mss. Bg. Gt.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; pretiis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) huius legis *addunt mss. Bg. Gt.*; huius adiicit *ed. Nbg.* — [16]) *intelligitur l.* 45. §. 9. *h. tit.* — [17]) οὐ δή *Aug. i. n.* — [18]) ποινήν *Augustinus in textu, sed emendatum in mendarum catalogo; illud sequuntur edd. Cod.* — [19]) καταθύμενον *Aug. i. n.* — [20]) προηγουμένους *Aug. i. n.*

ξενοδόχων, ἢ νοσοκόμων, ἢ πτωχοτρόφων, ἢ γεροντοκόμων, ἢ βρεφοτρόφων, ἢ ὀρφανοτρόφων, ἢ ἀρχιμανδριτῶν, ἢ τῶν ἄλλων τῶν περιεχομένων τῇ προτέρᾳ ἡμῶν θείᾳ διατάξει προσώπων τὸ διηνεκῶς καταλειφθὲν τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις, ὧν προΐστανται, εἴτε ἐν χρυσίῳ, εἴτε ἐν ἄλλοις πράγμασι, πειραθείη μεθιστᾶν εἰς τὸ μὴ δοκεῖν εἶναι διηνεκές, ἀλλ' ἐπὶ διαλύσεσιν, ἢ πράσεσιν, ἢ τισὶν ἄλλαις μηχαναῖς τοῦ διηνεκὲς αὐτὸ μένειν παῦσαι πειραθείη παρὰ τὴν δύναμιν τοῦ παρ' ἡμῶν ἤδη φοιτήσαντος ἐπὶ τοῖς τοιούτοις θείου νόμου, μηδεμίαν ἔχειν παντελῶς ἄδειαν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλά, κἂν εἰ πράξειε, ἄκυρον εἶναι τὸ γενόμενον, καὶ ἄδειαν εἶναι τῷ μετ' αὐτὸν τῆς αὐτῆς ἀντιληψομένῳ φροντίδος, ἢ καὶ τούτου ῥαθυμήσαντος, ὡς εἰκός, τοὺς ἐφεξῆς ἅπαντας εὐθὺς ἀνακαλεῖσθαι τὸ γενόμενον, καὶ οὕτως ἄκυρον ἀποφαίνειν, ὡς ἂν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἔτυχε προελθόν, ὥςτε καὶ τοὺς ἐν μέσῳ καρποὺς, καὶ τόκους, καὶ πᾶσαν ὠφέλειαν ἐπὶ τὸν εὐαγῆ φέρεσθαι πάντως οἶκον, τῶν ἐν μέσῳ τολμηθέντων κατὰ πάντα τρόπον ἀργούντων. Ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἑκάστῳ δρόμος εἷς ἐστι τοῦ βίου παρὰ τοῦ δημιουργοῦ δεδομένος, οὗ τέλος ἐστὶ πάντως ὁ θάνατος· τοῖς δὲ εὐαγέσιν οἴκοις καὶ ταῖς αὐτῶν συστάσεσι, ἀτελευτήτοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φυλαττομέναις, οὐκ ἔνεστιν οὐδὲ κατὰ τὰς κτήσεις ἐπάγεσθαί τι πέρας, ἀλλ' ἕως ἂν διαμένωσιν οἱ εὐαγεῖς οἶκοι (μένουσι δὲ ἄχρι παντός, καὶ μέχρι γε αὐτοῦ τοῦ τῶν αἰώνων τέλους, ἕως οὗ τὸ Χριστιανῶν ὄνομα παρ' ἀνθρώποις ἔστι τε καὶ προσκυνεῖται), δίκαιον μένειν καὶ τὰς διηνεκῶς καταλιμπανομένας χωρηγίας ἢ προσόδους ἀθανάτους ἀεὶ ταῖς εὐσεβέσι πράξεσι ταῖς μηδὲ πώποτε παυσομέναις ὑπηρετουμέναις. Τὸν δὲ τοιοῦτό τι πλημμελήσαντα καὶ ἀποδόσθαι τὸ πρᾶγμα χρυσίου ἢ κατ' ἄλλην τινὰ πρόφασιν θαῤῥήσαντα, βλάβην μὲν μηδεμίαν ἐπάγειν κατὰ τὸ ἐμπροσθεν εἰρημένον τοῖς, καθ' ὧν ταῦτα ἔπραξεν [1]), οἴκοις, ἀλλ' ἐκείνους μὲν καὶ τὸ χρυσίον ἢ τὸ πρᾶγμα κερδαίνειν, ὅπερ εἰλήφασι, καὶ οὐδὲν ἧττον τὸ καταλελειμμένον ἀπαιτεῖν δίχα τῆς οἰαοῦν ἐλαττώσεως, αὐτὸν δὲ τὸν τοῦτο πράξαντα, κληρονόμους τε αὐτοῦ καὶ διαδόχους καὶ τὰ τούτου πράγματα ἐνέχεσθαι τῷ πρὸς αὐτὸν συναλλάξαντι, καὶ περιποιεῖν αὐτό [2]) τόγε ἐπὶ τῷ οἰκείῳ προσώπῳ καὶ τοῖς πράγμασι τοῖς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν συμβάλλοντα τὸ ἀζήμιον, ὅπως ἂν πρὸς μὲν τὸν εὐαγέστατον οἶκον, ὅνπερ [3]) οὐ δέον κατέβλαψε, μηδεμίαν ἐλπίζοι τῶν διδομένων ἀνάληψιν ἢ τοῦ γεγονότος σύστασιν. Ὅσον δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν συμβάλλοντα, πᾶσαν ἔχοι παρὰ τῶν νόμων ἄδειαν χωρεῖν ἐπ' αὐτόν, καὶ κληρονόμους αὐτοῦ, καὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα καὶ τὸ δεδομένον, εἰ ἰσχύσειεν, εἰςπράττειν, ἵνα, εἰ μὴ τῇ πρὸς Θεὸν εὐλαβείᾳ, τῷ δέει γοῦν τῷ τῆς ἰδίας αὐτῶν περιουσίας καὶ τῶν οἰκείων κληρονόμων ὀκνηρότεροι γένοιντο πρὸς τὰς τοιαύτας συνθήκας, ἃς ὡμολογημένως ἐπ' οὐδενὶ χρηστῷ πράττουσιν, ἀλλ' ἢ χρήμασι διαφθαρέντες, ἢ παθῶν τινῶν ἐλάττους γεγονότες. Ἅπερ ἅπαντα διὰ τοῦδε τοῦ θείου νόμου κωλύοντες, καὶ τοῦτον τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν ἐγγραφῆναι νόμοις θεσπίζοντες, ἀνατίθεμεν αὐτὸν τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων Θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, καλήν τινα καὶ πρέπουσαν αὐτῷ θυσίαν καὶ ταύτην προσάγοντες. Dat. prid. Id. Septemb. CP. Dn. Iustiniano PP. A. IV. et Paulino V. C. Conss. [534].

vina constitutione contentarum, id, quod in perpetuum relictum est venerabilibus domibus, quibus praesunt, sive in auro, sive in aliis rebus, tentaverit permutare in id, quod non videatur esse perpetuum, sed transactionibus, aut venditionibus, aut quibusdam aliis machinationibus ut, quod perpetuum manere debebat, terminetur, tentaverit, contra auctoritatem a nobis nuper profectae in huiusmodi rebus divinae legis, nullam habeat ullo modo licentiam hoc faciendi, sed, etsi fecerit, irritum sit, quod actum fuerit, et licentia sit ei, qui post ipsum eundem suscipiet curam, vel etiam eo fortasse negligente, ceteris deinceps omnibus statim revocandi id, quod fuerit actum, et ita infirmum videatur, ac si ab initio non processisset, ut et fructus medii temporis, et usurae, et omnis utilitas omnimodo ad pium pertineat locum; omnibus, quae medio tempore patrata sunt, nihil penitus valentibus. Homini etenim cuique cursus unus est vitae a creatore datus, cuius finis omnino est mors; venerabilibus vero domibus et earum congregationibus, quae immortales a Deo conservantur, non decet ne secundum earum possessiones quidem inducere aliquam metam; sed quousque utique permanserint venerabiles domus (manent autem in perpetuum et usque ad ipsum saeculorum finem, quousque Christianorum nomen apud homines erit et coletur), aequum itidem est, manere et in perpetuum relictas erogationes aut reditus, immortales semper piis actionibus nunquam cessaturis servituros. Is igitur, qui tale quid deliquerit, et transferre rem auro accepto aut per aliam occasionem praesumserit, damnum quidem nullum secundum ea, quae praedicta sunt, afferat iis, contra quas talia perpetravit, domibus, sed eae domus et aurum et rem lucrentur, quam acceperunt, et nihilominus relictum exigant absque ulla quacunque deminutione; ipse etiam, qui hoc egit, et eius heredes et successores illiusque bona obligentur ei, cum quo contraxit, et praestet indemnitatem ex persona sua et bonis suis respectu contrahentis, neque contra venerabilem domum, quam contra fas fraudavit, ullam speret datorum recuperationem, aut eius, quod factum est, instaurationem. Quod autem ad ipsum, quocum contraxit, attinet, omnem habeat a legibus licentiam regrediendi contra ipsum et heredes eius, et eius res et quod datum est, si possit, exigendi, ut, si minus ob Dei metum, metu saltem propriae ipsorum substantiae et suorum heredum tardiores fiant ad huiusmodi pactiones, quas in confesso est eos nullius boni causa celebrare, sed vel pecuniis corruptos, vel affectionibus quibusdam superatos. Quae omnia per hanc divinam legem prohibentes et ipsam sacris nostris inscribi legibus sancimus, offerimus eam domino universorum Deo et salvatori nostro Iesu Christo, pulchrum quoddam et conveniens ipsi sacrificium et ipsam adducentes.

Tit. IV.

DE EPISCOPALI AUDIENTIA, ET DE [4]) DIVERSIS CAPITULIS, QUAE AD IUS CURAMQUE [5]) ET REVERENTIAM [6]) PONTIFICALEM [7]) PERTINENT [8]).

1. [a]) Impp. Valentinianus et Valens AA. Secundo P. P. [9]) — Negotiatores, si [10]) qui ad domum no-

[a]) *probabiliter desumta ex l. 5. Th. C. de lustr. collat. (XIII. 1.), ex qua et manavit l. 1. C. de commerc. (IV. 63.).*

[1]) *ita emendavimus ob praecedens τὸν πλημμελήσαντα; ἔπραξαν Augustinus et edd. Cod.* — [2]) *Aug. i. n.; αὐτῷ idem in textu et edd. Cod.* — [3]) *οὗπερ Sp. Bk.* — [4]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.; de abest ab Hal. et rell.* — [5]) ad eius curam *ms. Pl. 1.*; ad curam *ms. Pl. 2., Hal. Russ.*; ad curam iusque *ed. Schf.*; *M. Vacarius (ap. Wenck. p. 161.).* — [6]) et reverentiam *abest a mss. Pist. Gt., edd. Hal. Russ.* — [7]) pontificalem *abest a ms. Pl. 1.* — [8]) *mss. Pist. Cas Vat. Bg Gt.*; pertinent pontificalem *edd. Nbg. Schf. Hal. et rell.* — [9]) *Theod. C., Bk.*; ad Iulianum comitem Orientis *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Hal. et rell.*; *videtur haec inscr. demum serius interpolata fuisse, quod non obscure indicat ms. Pist., cuius in textu omnis inscr. abest, in marg. tamen serius additum* Imp̄ valens aa ad. *Iulianus iam a. 362. decessit.* — [10]) *si abest a mss. Pl. 1. 2. Bg., cancellis inclusum a Cond.*

nostram pertinent, ne modum [1]) mercandi videantur excedere, Christiani [2]), quibus verus cultus est adiuvare pauperes et positos in necessitate, provideant episcopi [3]). Dat. XV. Kalend. Maii Constantinop. Ioviano et Varroniano AA. Conss.[4]) [364.]

2. [a]) Idem AA. et Gratianus [5]) ad Claudium P. P. [6]) — Si clericus ante definitivam sententiam frustratoriae dilationis causa ad appellationis auxilium convolaverit, mulctam quinquaginta librarum argenti, quam contra [7]) huiusmodi appellatores sanctio generalis imponit, cogatur [8]) expendere. Hanc autem non fisco nostro volumus accedere, sed pauperibus fideliter erogari. Dat. VIII. [9]) Id. Iul. Valentiniano N. P. et Victore [10]) Conss. [369.]

3. [b]) Imppp. [11]) Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Neotherio [12]) P. P. — Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostrae perennitatis [13]) exspectet; exsequantur iudices, quod indulgere consuevimus; ubi primum [14]) dies paschalis exstiterit [15]), nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula dissolvantur. Sed ab his secernimus eos, a quibus contaminari potius gaudia laetitiamque communem, si dimittantur, animadvertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? quis adultero, vel stupri [16]) incestive reo tempore castitatis ignoscat? quis non raptorem virginis [17]) in summa quiete et gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem vinculorum [18]), qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit; patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulter violatorque [19]) monetae; homicida parricidaque [20]), quod fecit, semper exspectet; reus etiam maiestatis de domino, adversus quem talia molitus est, veniam sperare non debet. His ergo, tali sub adstrictione [21]) damnatis, indultum nostrae serenitatis eo praecepti fine concludimus, ut remissionem veniae crimina nisi semel commissa non habeant, nec in eos liberalitatis Augustae referatur humanitas, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quam consuetudini deputarunt [22]). Dat. V. Kal. Mart. [23]) Arcadio [24]) A. et Bautone V. C. Conss. [385.] [c])

4. [d]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino P. P. — Mimae, et quae [25]) ludibrio corporis sui quaestum faciunt, publico [26]) habitu earum virginum, quae Deo dicatae sunt, non utantur. Dat. III. Kalend. Iul. [27]) Heracleae, Arcadio A. III. et Honorio A. II. Conss. [28]) [394.]

5. [e]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Gennadio, Praefecto Augustali [29]). — Archigerontes et dioecetae [30]) ergasiotanorum [31]) non nisi Christiani dirigantur [32]). Quod officium tuum sollicitis [33]) observet excubiis. Dat. Non. Februar. Constantinop. PP. Alexandriae Eutycheo, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [34]) [396.]

6. [f]) Idem AA. Eutychiano P. P. [35]) — Addictos [36]) supplicio et pro criminum immanitate damnatos nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos synoditas [37]) vocant [38]), per vim atque usurpationem vindicare liceat ac tenere, sed [39]) reos ad locum poenae sub persecutione [40]) pergentes nullus teneat aut defendat. Sed sciat se cognitor triginta librarum auri mulcta, et primates officii capitali esse sententia feriendos, nisi usurpatio ista aut protinus vindicetur, aut [41]), si tanta clericorum vel [42]) monachorum audacia est, ut

---

[a]) *desumta videtur ex l.* 20. *Th. C. quorum appellat.* (*XI.* 36.); *geminata est in l.* 4[b]. *C. quorum appellat.* (*VII.* 65.), *et legitur apud Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *II.* 3. — [b]) *h. l. conflata est ex l.* 8. *et* 6. *Th. C. de indulgent. crim.* (*IX.* 38.); *Bas. VII.* 17. 26. — [c]) *edd. Schf. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Pac. Sp. huic legi addunt initium legis* 2. *C. de offic. praet.* (*I.* 39.) *inscriptione et subscriptione vacuum, cui Russ. et Cont. adeo numerum legis* 4. *tribuunt. Omittendum illud esse, apparet ex argumento, aetate, Coll. const. eccl. et mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., a quibus abest. Cont. scribit, se in uno tantum exemplari hoc additamentum invenisse, authenticae more marginis adscriptum.* — [d]) *desumta ex l.* 12. *Th. C. de scenic.* (*XV.* 7.). — [e]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de Alexandr. pleb. primat.* (*XIV.* 27.), *valde mutata per emblema Triboniani. In ms. Pl.* 2. *inscriptionem huius legis sequitur textus legis* 6. *h. t.* — [f]) *ex parte geminata in l.* 29. *C. de appellat.* (*VII.* 62.); *hausta ex l.* 16. *Th. C. de poenis* (*IX.* 40.), *et l.* 57. *Th. C. de appellat.* (*XI.* 30.).

[1]) commodum *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [2]) Christianos *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *var. l. gl.* — [3]) episcopi *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *et ab omnibus adeo mss. secundum notas Russ. et Cont.*; episcopos *var. l. gl.* — [4]) *Bk.*, *Theod. C.*, *l.* 1. *C. IV.* 63.; D. XV. Kal. Mart. CP. Valentiniano et Valente AA. Conss. *Hal. et rell. praeter Bk.* — [5]) *Bk.*, *Theod. C.*, *l.* 4[b]. *C. VII.* 65.; Iidem AA. *nostra mss. et edd. rell.*; Imperatores Valentinus et Valens augusti ad Iulianum comitem Orientis *Ans. repetita inscriptione vulgari legis* 1. *h. tit.* — [6]) P. U. *Cont.* 62., *Theod. C. improbante Iac. Gothofredo.* — [7]) circa *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Ans.* — [8]) cogantur *edd. Nbg. Hal.* — [9]) *Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; VI. *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [10]) Valente II. *alios legere Russ. in marg. notat.* — [11]) Gratianus *praemittitur in mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; *sed cfr. Iac. Gothofr. in nota h. ad l.* 8. *Th. C. cit.* — [12]) *insignis est librorum in hoc nomine scribendo diversitas, nostram lectionem confirmant mss. Cas. Pl.* 2., *Theod. C.* — [13]) serenitatis *ms. Bg.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; primus *edd. Nbg. Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) dies paschales exstiterint *ms. Pl.* 2., *Cont.* 62. — [16]) stupri *abest a Theod. C.* — [17]) virginis *abest a Theod. C. et ms. Charondae*; *idem omittendum censet Russ.*, *sed male*; *etenim* παρθένων ἅπαξ *Bas.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; vinculor. req. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) maleficus adulteratorque monetae *Theod. C.*; *consentiunt Bas.* πάντες — ἀπολυέσθωσαν, εἰ μὴ — φαρμακός, ἢ μονίταν πλαστὴν ἐστι καταδεξάμενος. — [20]) parricidaque *deest in Theod. C.*; *sed* φονεὺς ἢ πατροκτόνος *Bas.* — [21]) tali quoque sub absolutione *Theod. C.*; tali quoque sub adstrict. *ed. Schf.*; tali sub districtione *ms. Pl.* 2. — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; deputaverint *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [23]) *Theod. C.*, *Bk.*; d. k. mar *mss. Pist. Paris.*; D. Kal. Mart *Hal. et rell.* — [24]) Arcadio *firmatur auctoritate ms. Pist.* — [25]) qui *Theod. C.* — [26]) publico *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *etiam Pl.* 1. *ex recent. emendat.*, *edd. Nbg. Schf.*; *alios in* publico *legere monet Russ.* — [27]) Iun. *legere maluit Iac. Gothofr. in nota* 1. *ad l.* 12. *Th. C. cit.* — [28]) *Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; *abest subscr. ab Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [29]) Gennadio praef. august. *absunt a ms. Pl.* 1.; Genadio pp. *mss. Pl.* 2. *Bg.*; Gana pp. *ms. Vat.*; Emadio pp. *ed. Nbg.*; Eutychiano pp. *Hal*; Al. P. U. *addunt inscriptioni Cont. Char.* — [30]) *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; et ducetae *ms. Pl.* 1.; dioecetaeque *Russ. et rell.* — [31]) ergasiotarum *legendum censent Russ. in marg. et Leunclav.* (*Notat. l.* 25.); ergasiotatonarum *ms. Pl.* 1.; ergasioctonorum *Hal. et Russ. in textu.* — [32]) ergasiot. numero deligantur *Theod. C.* — [33]) sollicite *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; licite *ms. Gt.* — [34]) *subscr. abest ab Hal. Cont.* 66. 71. 76. — [35]) *Bk.*, *Theod. C.*, *l.* 29. *C. VII.* 62.; Rufino pp, *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; Eutychiano *omissis* P. P. *Cont.* 66. *et rell.* — [36]) Additos *Cont.* 76. — [37]) coenobitas *Theod. C. in. l.* 16. *cit.*, *sed* synoditas *in l.* 57. *cit.* — [38]) vocavit *ed. Nbg.* — [39]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sed et *Hal. et rell.* — [40]) per subsecutionem *ms. Pl.* 1.; sub prosecutione *Hal.*, *Theod. C.*, *et Contio teste veteres aliquot libri.* — [41]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Nbg Schf*; usurp. ista aut vindicetur aut *Cont.* 62.; usurp. ista vindicetur; at *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [42]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; aut *Russ. et rell.*; *a Theod. C.*

ut bellum potius, quam iudicium futurum esse existimetur, ad clementiam nostram commissa referantur, ut arbitrio nostro mox severior ultio procedat. Ad episcoporum sane culpam, ut cetera, redundabit, si quid forte in ea parte regionis, in qua ipsi populos [1]) Christianae religionis doctrinae insinuatione moderantur, ex iis, quae fieri hac lege prohibnimus, a monachis perpetratum esse cognoverint, nec vindicaverint. Quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendae provocationis copiam non negamus [2]). Dat. VI. Kal. Aug. Myyzo [3]), Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [4]) [398.]

7. [a]) Iidem AA. Eutychiano P. P. — Si qui ex consensu apud sacrae legis antistitem litigare voluerint, non vetabuntur, sed experientur illius, in civili duntaxat negotio, more arbitri sponte residentis iudicium. Quod his obesse non poterit nec debebit, quos ad praedicti cognitoris examen conventos [5]) potius abfuisse [6]), quam sponte venisse constiterit. Dat. VI. Kalend. August. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

8. Impp. [7]) Honorius et Theodosius AA. Theodoro P. P. — Episcopale iudicium ratum sit omnibus, qui se audiri a sacerdotibus elegerint, eamque illorum iudicationi adhibendam esse reverentiam iubemus [8]), quam vestris deferri [9]) necesse est potestatibus, a quibus non licet provocare [10]). Per iudicum quoque officia, ne sit cassa episcopalis cognitio, definitioni executio tribuatur. Dat. Idib. Decembr. Basso et Philippo Conss. [408.]

Authent. de sanctiss. episcop. §. Si quis autem litigantium. (Nov 123. c. 21.) — *Si quis litigantium intra decem dies contradicat his, quae iudicata sunt, tunc locorum iudex examinet causam* [11]), *et si invenerit iudicium recte factum, etiam per sententiam suam propriam hoc confirmet, et executioni propriae tradat, quae iudicata sunt, et non liceat victo iterum* [12]) *in tali causa appellare. Si vero sententia iudicis contraria fuerit, tunc licet a sententia iudicis appellare. Si tamen ex imperiali iussione aut iudiciali praecepto episcopus iudicat inter quascunque personas, appellatio aut ad principem, aut ad eum, qui transmisit negotium, transferatur.*

9. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Caeciliano P. P. [13]) — Iudices dominicis [14]) diebus productos reos [15]) de custodia carcerali videant et [16]) interrogent, ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur. Victualem substantiam non habentibus faciant ministrari, libellis duabus [17]) aut tribus diurnis, vel quot existimaverint commentariensis [18]), decretis, quarum [19]) sumtibus proficiant alimoniae pauperum, quos ad lavacrum sub fida custodia duci oportet; mulcta iudicibus viginti librarum auri, et officiis eorum eiusdem ponderis constituta, ordinibus quoque trium librarum auri mulcta proposita, si saluberrima [20]) statuta contemserint. Nec deerit antistitum Christianae religionis cura laudabilis, quae ad observationem constituti iudicis hanc ingerat monitionem [21]). Dat. VIII. Kal. Februar. [22]) Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III. [23]) AA. Conss. [24]) [409.]

10. [c]) Iidem AA. Caeciliano P. P. — Mathematicos, si non [25]) parati sunt [26]), codicibus erroris proprii sub oculis episcoporum incendio concrematis, catholicae religionis cultui fidem tradere, nunquam ad errorem praeteritum [27]) redituri [28]), non solum urbe Roma, sed etiam omnibus civitatibus pelli [29]) decernimus. Quod si hoc non fecerint, et contra clementiae nostrae salubre [30]) constitutum in civitatibus fuerint comprehensi, vel secreta erroris sui et professionis insinuaverint, deportationis poenam excipiant. Dat. VIII. Kalend. [31]) Februar. Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

11. [d]) Iidem AA. Theodoro P. P. — Christianos proximorum locorum volumus sollicitudinem gerere, ut Romanos captivos, qui reversi fuerint, nemo teneat, nemo iniuriis aut damnis afficiat. Dat. III. [32]) Idus Decemb. Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

12. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. — Si lenones patres et domini suis [33]) filiabus [34]) vel ancillis peccandi necessitatem imposuerint, liceat filiabus et ancillis, episcoporum implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolvi. Dat. XI. Kal. [35]) Maii, Felice et Tauro Conss. [36]) [428.]

13. [f]) Imp. Marcianus A. Constantino P. P. — Decernimus, ut, quicunque catholicarum ecclesiarum, quae sub viro religioso archiepiscopo huius almae urbis sunt, reverendissimum oeconomum [37]), sive de ecclesiasticis, sive de propriis et ad ipsum solum pertinentibus causis, vel quemcunque alterum earundem ecclesiarum clericum aliqua voluerit lite pulsare, apud memoratum beatissimum archiepiscopum causam dicat. In

---

[a]) *sumtam multi censent ex l.* 10. *Th. C. de iurisdict.* (*II.* 1.). — [b]) *l.* 7. *Th. C. de cust. reor.* (*IX.* 3.). *Bas. VI.* 3. 39. — [c]) *l.* 12. *Th. C. de malef. et mathem.* (*IX.* 16.); *Bas. I.* 1. 21. *Cfr. tit. C. de malef.* (*IX.* 18.). — [d]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de postlim.* (*V.* 5.), *quae in hoc Cod. est l. ult. de postlim. rev.* (*VIII.* 51.). — [e]) *sumta ex l.* 2. *Th. C. de lenon.* (*XV.* 8.), *quae in Cod. Iust. est l.* 6. *de spectac.* (*XI.* 40.). — [f]) *cfr. nota b. ad l.* 25. *C. de episc.* (*I.* 3.).

[1]) populo *Theod. C.* — [2]) deneganus *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [3]) Minizi *Bk.* — [4]) *subscr. abest ab Hal. Ms. Paris. firmat diem* D. VI. Kal. Aug., *ms. Pist. locum* Myyzo. — [5]) coactos *Hal.* — [6]) affuisse *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Schf. Hal. Cont.* 62., *var. l. gl.* — [7]) Arcadius *praemittunt mss. et edd., sed minus recte, quum hoc ipso anno, sed ante emissam hanc const., obierit Arcadius.* — [8]) iubemus *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — [9]) nostris referre *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; nostris referri *ed. Schf.*; vestris referre *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.* — [10]) provocari *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [11]) *sive litem addit ed. Schf.* — [12]) *secundo edd. Nbg. Schf.* — [13]) Post alia *addunt Russ. Cont.* 62., *secuti Theod. C.* — [14]) omnibus dominicis *Theod. C.* — [15]) reos *abest a Cont.* 76. — [16]) et *abest a Theod. C.*; ut *ed. Nbg.* — [17]) *ita Cont. invenit in mss.*; duobus, *quod habent nostra mss. et edd., prorsus abhorret ab huius legis argumento* (*v. Iac. Gothofr. ad l.* 7. *Th. C. cit.*); *sed male intellecta haec adeo sunt in Bas.*, δεύτερον καὶ τρίτον ἀφορίζομένων τῶν κομενταρησίων λίβελλον. — [18]) quod aestimaverint commentariensi *Theod. C.*; quot exist. commentariensi *Bk.*, *quod in aliquibus mss. invenit Char.* — [19]) *ita legendum ob praecedens* duabus; quorum *mss. et edd.* — [20]) saluberrime *Theod. C.* — [21]) admonitionem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [22]) *Russ. Cont.* 62., *Bk., Theod. C.*; Dat. VII. Idus Februar. *Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [23]) VI. *Russ. Cont.* 62., *Theod. C. in textu.* — [24]) *Subscr. in ms. Pist. haec est* D. VIIII K. Feb. ravenne Honor. VIIII et theod. III. ãã. ss. — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; nisi *Russ. Cont.* 66. *et rell., Theod. C.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sint *Russ. et rell., Theod. C.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; primum *Hal. et rell.*; πρὸς τὴν προτέραν πλάνην *Bas.* — [28]) reversuros *ms. Pl.* 1. — [29]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; depelli *ms. Pl.* 2., *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [30]) saluberrime *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; saluberrima *ms. Pl.* 2.; *sed* τὸ ὑγιῶς ἐκτεθὲν *Bas.* — [31]) *Bk., Theod. C.*; Dat. Kal. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac. Sp.*; Dat. III. Kal. *Cont.* 76. — [32]) IV. *Cont.* 62., *Theod. C.* — [33]) filiis *loco* suis *ms. Gt.* — [34]) filiis *Theod. C.* — [35]) *Bk., Theod. C.*; Dat. Kal. *Hal. et rell.* — [36]) *ms. Pist. subscr. hanc habet* D. XIII K. aug. — [37]) defensorem *ante* oeconomum *praemittunt ms. Bg., edd. Nbg. Schf.*

in negotiis audiendis fidem ac sinceritatem geminam praebiturum [1]), et sacerdotis, et iudicis. Volentibus tamen actoribus pateat episcopale iudicium; ac nullus, qui huiuscemodi intendit in sacrosanctas ecclesias vel in praedictos clericos actionem, ad religiosissimum antistitem cognitorem [2]) ducatur invitus. Dat. VIII.... April. Varane [3]) et Ioanne Conss. [456.]

14. [a]) *Αὐτοκράτωρ Λέων αὐτῷ δήμῳ. — Μήτε δοῦλον μήτε ἐλεύθερον σῶμα τολμάτω τις εἰς πορνείαν προάγειν ἢ προϊστάναι, μηδὲ εἰ θυμελικὸς εἴη, ἢ ἄλλως σκηνικός. Εἰ δὲ δοῦλον εἴη τὸ προσταχθέν, ἐκδικείσθω εἰς ἐλευθερίαν παρὰ παντὸς προστίονιος δίχα τινὸς δαπάνης τοῖς κατὰ τόπον ἄρχουσιν ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις. §. 1. Οἷς μελήσει τὸ μηδὲ ἄκουσαν γυναῖκα, δούλην ἢ ἐλευθέραν, συνεῖναι συγχωρεῖν μίμοις ἢ χοροῖς, ἢ ἄλλην θέαν ἐν τοῖς θεάτροις ἐκτελεῖν ἀναγκάζεσθαι.*

14. *Imp. Leo ad populum. — Neque servum neque liberum corpus quisquam audeat in meretriciam vitam producere aut prostituere, sive thymelicus fuerit, sive alio modo scenica persona. Si autem mancipium sit, quod prostat, in libertatem vindicetur a quocunque sine ullis sumtibus apud eius oppidi magistratum aut episcopum. §. 1. Quibus curae erit, ne invitam mulierem, liberam aut ancillam, coniungi patiantur mimis aut choris, aut aliud spectaculum in theatro agere invitam.*

15. [b]) Impp. Leo et Anthemius [4]) AA. Nicostrato P. P. — Nemo vel in foro magnitudinis tuae, vel in provinciali iudicio, vel apud quemquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis catholicae religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo vel quadam [5]) machinatione factum vel attentatum fuerit, officium quidem sublimitatis tuae centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat, idem vero, quicunque ausus fuerit contra providum nostrae serenitatis decretum officium advocationis per subreptionem arripere, et prohibitum patrocinium praestiterit, ab advocationis officio remotus, stilum proscriptionis ac perpetui exilii specialiter sustinebit; sciturus etiam provinciarum rectoribus, quod is, sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiae proscriptionem et poenam exilii per quinquennium sustinebit. Dat. pridie Kal. April. [6]) Constantinop. Anthemio A. II. Cons. [468.]

16. [c]) Idem AA. Erythrio P. P. — Si legibus prohibitae non sint speratae nuptiae, et post arrhas sponsalitias sponsa coniugium sponsi propter religionis diversitatem recusaverit, si quidem probatum fuerit, ante datas easdem sponsalitias arrhas hoc idem mulierem vel parentes eius cognovisse, sibi debeant imputare. Si vero horum ignari sponsalitias arrhas susceperint, vel post datas arrhas talis causa poenitentiae intercesserit, iisdem tantummodo redditis, super alterius simpli [7]) poena liberi custodiantur. Quod simili modo etiam de sponsis super recipiendis nec non [8]) arrhis praestitis custodiri censemus. Dat. Kal. Iul. Marciano et Zenone Conss. [469.]

17. [d]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Ἐπιλογῇ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρώτων κτητόρων γίνεται ὁ σιτώνης ἀπὸ τῶν στρατευομένων ἐν τῇ ἐπιχωρίῳ τάξει, ἢ τῶν πληρωσάντων, ἢ τῶν μελλόντων στρατεύεσθαι· καὶ ὁ παραβαίνων τριάκοντα [9]) λίτρας προστιμᾶται.

17. *Per electionem episcopi et primorum ut possessores constituitur frumenti curator ex iis, qui in eius regionis officio militant, vel ex iis, qui impleverunt militiam, vel ex militaturis; et qui hoc transgreditur, triginta libris multatur.*

18. [e]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος [10]). — Οἱ ὑφεστῶτες [11]) καὶ τῇ παραφυλακῇ [12]) προσκαρτεροῦντες στρατιῶται ἐν τοῖς σεβέτοις αὐτῶν τὸ προσφερόμενον εἶδος ἐκ τῶν ἐν τῇ πόλει ἢ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς γεωργουμένων δεχέσθωσαν ὑπὲρ τῶν ἀννόνων αὐτῶν δοκιμασίᾳ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ ἄρχοντος, ἢ τοῦ ἐκδίκου ἐξ ἀπολείψεως τοῦ ἄρχοντος, καὶ οὐκ ἀναγκάζεται ὁ συντελεστὴς ἀπαργυρισμὸν διδόναι.

18. *Milites, qui missi sunt et custodiam agunt, in suis stationibus species, quae sibi praebentur a civitatis vel eius regionis agricolis, accipiant in suas annonas arbitratu episcopi et magistratus, aut defensoris, si desit magistratus, neque cogitur collator numeratam pecuniam praestare.*

19. [f]) Idem A. [13]) Eustachio P. P. — Iubemus eos tantummodo ad defensorum curam peragendam ordinari, qui sacrosanctis orthodoxae religionis imbuti mysteriis [14]), haec inprimis sub gestorum [15]) testificatione, praesente quoque religiosissimo fidei orthodoxae an-

---

[a]) *lex superest* 1., *genuina in Coll.* 25. *Cap. XIII.*, 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 4. 14. (*Voëlli bibl. II. p.* 1274.). *Textum* 1. *restituit Ant. August.* (*Coll. p.* 81.), *quem et nos sequimur et secuti sunt Cont.* 71. *et rell. Ms. Vat. habet const. graeca. Caeterum hausta h. l. est ex l.* 7. *C. de spectac.* (*XI.* 40.), *quae integra non exstat.* — [b]) *geminatur in l.* 8. *C. de postul.* (*II.* 6.). — [c]) *pars legis* 5. *C. de sponsal.* (*V.* 1.). — [d]) *h. l. epitomata tantum servatur in Coll. constit. eccles. I.* 4. 17. (*Voëlli bibl. II. p.* 1275.), *restituta ab Ant. August.* (*Coll. p.* 81.), *quem sequimur, et recepta a Cont.* 71. *et rell. Pars est legis* 3. *C. ut nemini liceat* (*X.* 27.). *Ms. Vat. habet const. graeca.* — [e]) *Solum epitome servata est in Coll. constit. eccles. I.* 4. 18. (*Voëlli bibl. II. p.* 1275.), *restituta ab Ant. August.* (*Coll. p.* 82.), *quem sequimur, et recepta a Cont.* 71. *et rell. Hausta h. l. esse videtur ex l.* 19. *C. de erog. milit. annon.* (*XII.* 38.). — [f]) *geminata esse videtur in l.* 11. *C. de defensor. civ.* (*I.* 55.); *similis lex et fere consona Honorii et Theodosii est l.* 8. *C. eod.*

[1]) praestiturum *ed. Schf.*; presbyterum *var. l. gl.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; cognitorem *abest ab Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [3]) Varari *Hal. et rell. praeter Bk., qui habet* Varare; *sed cfr. nota* 19. *ad l.* 25. *C. I.* 3. — [4]) Im. Lucius et Anto. *ed. Nbg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., l.* 8. *C cit.*; quoquo modo aliqua *Hal.*; quoquo modo vel quadam etiam *Russ. et rell.* — [6]) August. *Hal. et rell.*; *sed* April. *flagitat ms. Pist., quod subscribit* d pd̃ k̃ apl̃ cp, *et geminata l.* 8. *C. cit.* — [7]) simplici *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [8]) nec ne *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [9]) *πεντήκοντα alios habere August. in notis refert*; *sed cfr. l. geminata* 3. *C. cit.* — [10]) *Ut Anastasio hanc const. tribuamus, movemur fide omnium mssorum, quae sequenti legi* 19., *ab Anastasio verissime profectae, inscribunt* Idem A. *vel* id. āā. — [11]) *ἐφεστῶτες Leunclav.* (*Notat. I.* 29.) *et August. in not.* — [12]) *φυλακῇ August. in not.* — [13]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *edd. Nbg.*; id. āā. *mss. Pl.* 2. *Bg.*; Imp. Anastasius A. *Hal. et rell. Alios hanc const. Marciano tribuere, Cont. in marg. monet.* — [14]) ministeriis *ms. Pl.* 1. — [15]) subiectorum *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg. Hal. in textu. Glossa habet*: subiectorum *alias* subditorum, *cui recentiores edd. gloss. addunt alias* sub gestorum.

antistite, per depositiones cum sacramenti religione celebrandas patefecerint. Ita enim eos praecipimus ordinari, ut reverendissimorum episcoporum, nec non clericorum, et honoratorum, ac possessorum, et curialium decreto constituantur. Dat. XIII. Kal. Maii, Sabiniano et Theodoro Conss. [505.]

Authent.[a]) de defensor. civitat. §. Interim. (Nov. 15. c. 1.) — *Praesides gentium per unamquamque civitatem praeparent homines non vilissimos, sed nobiliores civitatum habitatores, quibus aliqua ratio est bonae opinionis constituta, nominare* [1]) *defensores per circulum, ut eo expleto rursus ad* [2]) *eandem sollicitudinem revertantur, decreto facto cum iureiurando omnium possessorum in ea civitate consistentium; electione facienda a Deo amabili episcopo, et venerabili clero, et aliis in civitate bonae opinioni studentibus. Et nulli liceat defensoris ordinationem declinare, alioqui quinque librarum auri poena coërcebitur, quae in opera civitatis impendetur, et post poenae solutionem nihilominus defensoris officium suscipere cogetur, et iurabit, omnia secundum leges et ius agere. Et confirmabitur ex praecepto gloriosissimorum praefectorum nostrorum, et in biennio solo administrabit, et iudex potius, quam defensor esse videbitur, ut etiam testamenta et donationes apud hunc insinuentur, et acta apud eum componantur; et habeat unum exceptorem, et duos officiales ex provinciali officio, et iudicet in causis pecuniariis usque ad trecentos aureos. Praeterea habeat defensor publicam habitationem, in qua monumenta recondat* [3]), *et unum hominem, qui acta conservet.*

Nova constitutio Friderici Imperatoris de statutis et consuetud. contra libertat. eccles editis. §. Statuimus etiam. — *Statuimus hoc edicto in perpetuum valituro, ut potestates, consules* [4]), *sive rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defensione fidei praestent publice iuramentum, quod de terris suae iurisdictioni subiectis universos haereticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus suis exterminare* [5]) *studebunt, ita ut a modo, quandocunque quis fuerit in potestatem seu perpetuam seu temporalem assumtus, hoc teneatur capitulum firmare iuramento. Alioqui neque pro potestatibus, neque pro consulibus, neque pro rectoribus habeantur, eorumque sententias ex tunc irritas iudicamus et inanes.*

20.[b]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

[6]) *Οὐδεὶς στρατεύεται* [7]), *εἰ μὴ ἐν ὑπομνήμασι μαρτυρηθῇ ἐπὶ τριῶν ἐπὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων Χριστιανὸς ὀρθοδόξος, συνισταμένης τῆς πράξεως παρὰ τῷ ἄρχοντι, ἔνθα μέλλει στρατεύεσθαι, δύο νομισμάτων ὑπὲρ αὐτῆς διδομένων. Εἰ δὲ τοῦτο παραμεληθῇ, δίδωσιν ὁ ἄρχων πεντήκοντα λίτρας, καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ κ', καὶ ὁ στρατευσάμενος* [8]) *ι', καὶ ἐκβάλλεται, καὶ οἱ ψευδομαρτυρήσαντες σωματικῶς τιμωροῦνται, καὶ ποιναὶ* [9]) *τοῖς πριβάτοις* [10]) *εἰςάγονται κινδύνῳ τοῦ κόμητος.*

20. *Nemo militet, qui non apud acta testificatus cum tribus testibus sit propositis sacrosanctis evangeliis, se esse Christianum orthodoxum; fiantque acta apud eum magistratum, sub quo militaturus est, et duo tantum aurei pro ea re praebeantur. Si vero id neglectum sit, dabit libras quinquaginta magistratus, eiusque officium viginti, qui vero militavit, decem, atque a militia eiicietur. Testes, qui peieraverint, in corpus punientur, et mulctae comitis periculo rebus privatis inferentur.*

21.[c]) Imp. Iustinianus A.[11]) Mennae P. P. — Si praesens quidem [12]) sit, qui pecuniam numerasse vel alias res dedisse scriptus est, aliquam vero administrationem in provinciis gerat, ut difficile esse videatur, denuntiationem eidem non numeratae pecuniae mittere, licentiam damus ei, qui memorata exceptione uti velit, alios iudices adire, et per eos manifestare [13]) cui [14]) exceptionem huiusmodi obiicit, factam a se super non numerata pecunia querelam esse. Quod si non sit alius administrator civilis vel militaris, vel per aliquam causam ei sit difficile, qui memoratam querelam opponit, eum adire et ea, quae dicta sunt, facere [15]), licentiam damus, etiam per virum reverendissimum episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare, et ita tempus statutum interrumpere. §. 1. Quod etiam in exceptione non numeratae dotis locum habere, receptum est. Dat. Kal. Iul. Constantinop. Dn. Iustiniano A. II. Cons. [528.]

22.[d]) *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς* [16]) *Μηνᾷ, ἐπάρχῳ* [17]) *πραιτωρίων. — Οὐδένα ἐμβάλλεσθαι ἐν φυλακῇ δίχα προςτάξεως τῶν κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν ἢ ἐν ἐπαρχίᾳ ἐνδόξων ἢ περιβλέπτων ἢ λαμπροτάτων ἀρχόντων, ἢ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐκδίκων, βουλόμεθα. §. 1. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐμβληθέντων ἢ ἐμβαλλομένων τοὺς θεοφιλεστάτους τῶν τόπων ἐπισκόπους μίαν ἑκάστης* [18]) *ἑβδομάδος ἡμέραν, τὴν τετράδα ἢ τὴν παρασκευήν, τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς διερευνᾶσθαι, καὶ σὺν ἀκριβείᾳ μανθάνειν τὰς τῆς αὐτῶν* [19]) *κατοχῆς αἰτίας, καὶ εἴτε οἰκέται τυγχάνοιεν* [20]) *ὄντες, εἴτε*

22. *Imp Iustinianus A. Mennae P. P. — Neminem volumus in custodiam coniici absque iussu gloriosissimorum vel illustrium vel clarissimorum magistratuum huius felicissimae urbis vel provinciarum, aut defensorum in civitatibus.*

§. 1. *De his autem, quicunque coniecti sunt aut coniiciuntur, Dei amantissimos locorum episcopos iubemus una cuiusque hebdomadis die, quarta aut sexta, eos, qui in custodia habentur, visitare, et diligenter inquirere causam, ob quam detinentur, et sive servi sint, sive liberi, sive ob pecunias, sive ob alias criminationes, sive*

---

[a]) *Haec auth. in ed. Nbg. posita est post auth. sequentem Statuimus et rubricam habet alias in hac edit. omissam:* Ex titulo de defensoribus civitatum. — [b]) *Epitomata tantum h. l. superest in Coll. constit. eccles. I.* 4. 20. (*Voëlli bibl. II. p.* 1275.), *restituta ab Ant. August.* (*Coll. p.* 82.), *recepta a Cont.* 71. *et rell. In textu et notis* (*Aug. i. n.*) *sequimur August.* — [c]) *geminata in l.* 14. §. 4. *C. de non num. pec.* (*IV.* 30.). — [d]) *Lex servatur* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. XIV.*, 2., *epitomata in Coll. constit. eccles.* (*Voëlli bibl. II. p.* 1276.). *Text.* 1. *primum editus a Cuiac. de div. temp. praescriptt. cap.* 3., *atque inde receptus a Cont.* 66. *et rell. Noster textus* 1. *est Augustini* (*Coll. p.* 83.). *Lacunam legum graecarum indicat ms. Vat.* — *Caeterum desumta h. l. fuit ex l.* 6. *C. de custod. reor.* (*IX.* 4.).

[1]) *opinionis, constitutos nominari edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [2]) *ad abest a Cont.* 76. — [3]) *quae instrumenta recondat ed. Nbg.* — [4]) *consulares ed. Nbg.* — [5]) *exstirpare ed. Nbg.* — [6]) *h. l. tribuenda est aut Iustino aut Iustiniano, quod apparet ex Nov.* 109. *princ.* — [7]) *στρατεύηται Bk.* — [8]) *ὁ στρατεύομενος Aug. i. n.* — [9]) *αἱ ποιναὶ Aug. i. n.* — [10]) *Augustinus, Cont. Char. Pac; περιβάτοις Sp. Bk.* — [11]) Idem A. *mss. Cas. Pl.* 1.; Id. *aa. mss. Vat. Pl.* 2. *Bg.* — [12]) si praesens sit *edd. Nbg. Hal.*; si pr. quis sit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; ei manifestare *edd. omnes.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; quia *Hal. et rell.*; *cfr. l.* 14. §. 4. *C. cit.* — [15]) *s. intra biennium addit ms. Bg.* — [16]) *Augustinus; Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός edd. Cod.* — [17]) *ὑπάρχῳ alios scribere monet August. in not.* — [18]) *ἑκάστην edd. Cod. praeter Bk.* — [19]) *Augustinus; τῶν αὐτῶν edd. Cod.* — [20]) *Augustinus; τυγχάνειεν edd. Cod. praeter Bk.*

εἴτε ἐλεύθεροι, εἴτε ἐπὶ χρήμασιν, εἴτε ἐπὶ ἄλλοις ἐγκλήμασιν, εἴτε ἐπὶ φόνοις ἐμβεβλημένοι, παρασκευάζειν τοὺς ἐνδοξοτάτους καὶ περιβλέπτους καὶ λαμπροτάτους ἄρχοντας ταύτης τε τῆς εὐδαίμονος πόλεως καὶ τῶν ἐπαρχιῶν [1]), ἐκεῖνα πράττειν ἐπ' αὐτοῖς, ἅπερ ἡ πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους περὶ τούτου καταπεμφθεῖσα θεῖα ἡμῶν διαγορεύει διάταξις, ἀδείας διδομένης τοῖς κατὰ καιρὸν θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, εἴ τινα ῥαθυμίαν ἴδοιεν γινομένην παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν ἐνδοξοτάτων καὶ μεγαλοπρεπεστάτων καὶ λαμπροτάτων ἀρχόντων, ἢ παρὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων, ταύτην μηνύειν, ὡς ἂν ἡ προσήκουσα κατὰ τῶν ῥαθυμούντων ἐνεχθείη κίνησις. Dat. XVII. Kal. [2]) Febr. CP. Decio Cons. [529.]

sive ob homicidia conjecti, illustrissimos et spectabiles et clarissimos magistratus admonere, tam eos, qui sunt in hac felicissima urbe, quam qui sunt in provinciis, ut ea exequantur circa ipsos, quae divalis nostra constitutio ad illustres praefectos ea de re emissa praecipit; licentia data Deo carissimis pro tempore episcopis, si quam negligentiam admissam cognoverint ab illustrissimis et magnificentissimis atque clarissimis pro tempore magistratibus, vel iis, quae illis parent officiis, eam indicandi, ut conveniens adversus negligentes animi nostri motus insurgat.

23. [a]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Ἰδιωτικὰς φυλακὰς πᾶσι τρόποις ἐν πόλεσιν ἢ ἐν κώμαις ἀπαγορεύομεν καθίστασθαι, αὐτῶν δηλαδὴ τῶν κατεχομένων προνοίᾳ τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῆς κατοχῆς ἀφιεμένων. Dat. XII. Kal. Feb. CP. Decio Cons. [529.]

23. *Idem A. Mennae P. P. — Privatos carceres modis omnibus in urbibus atque in vicis constitui vetamus, ipsis, qui custodiuntur, videlicet custodia liberandis diligentia episcoporum eius regionis.*

24. [b]) Idem A. Demostheni P. P. — Nemini licere volumus, sive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, sive a libertina progenie, sive servili conditione maculatus expositus sit, eum puerum in suum dominium vindicare, sive nomine dominii [3]), sive adscriptitiae, sive colonariae conditionis. Sed neque his, qui eos nutriendos sustulerint, licentiam concedimus [4]) penitus cum quadam distinctione eos tollere. Sed nullo discrimine habito hi, qui ab huiusmodi hominibus educati, vel nutriti, vel aucti sunt, liberi et ingenui appareant, et sibi acquirant, et in posteritatem suam velextraneos heredes omnia, quae habuerint, quo modo [5]) voluerint, transmittant; haec observantibus non solum praesidibus provinciarum, sed etiam viris religiosissimis episcopis. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [6]) [529.]

25. [c]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Δημοσθένει, ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Ὅσα περὶ τῶν καλουμένων κύβων ἤτοι κόττων καὶ τῆς τούτων κωλύσεως ἡμῖν νενομοθέτηται, ταῦτα ἄδειαν δίδομεν καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ ἀνερευνᾷν, καὶ γινόμενα παύειν, καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας διὰ τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν πατέρων καὶ τῶν ἐκδίκων τῶν πόλεων ἐπὶ σωφροσύνην ἐπανάγειν. Dat. X. Kal. Octob. CP. Decio Cons. [529.]

25. *Idem A. Demostheni P. P. — Quae de tesserarum sive cottorum ludo, ut vocant, ac de eorum prohibitione a nobis sancita sunt, ea liceat Dei amantissimis episcopis et perscrutari, et admissa cohibere, et flagitiosos per clarissimos praesides provinciarum et patres defensoresque civitatum ad rectam rationem reducere.*

26. [d]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ταῖς πόλεσι προσιουσῶν πολιτικῶν προσόδων ἢ πόρων ἐκ δημοσίων ἢ ἐξ ἰδιωτικῶν χρημάτων, παρά τινων αὐταῖς ἢ καταλιμπανομένων, ἢ δωρουμένων, ἢ ἄλλως ἐπινοουμένων ἢ περιποιήσασθαι, εἴτε εἰς ἔργα, εἴτε εἰς σιτωνίαν, εἴτε εἰς δημόσιον ὁλκόν, εἴτε εἰς ἐγκαύσεις βαλανείων, εἴτε εἰς λιμένας [7]), εἴτε εἰς τειχῶν ἢ πύργων οἰκοδομάς, ἢ γεφυρῶν ἢ ὁδοστρωσιῶν ἐπανόρθωσιν, ἢ ἁπλῶς εἰς τὰς τῶν πολιτικῶν χρείας προχωρούντων, εἴτε ἀπὸ δημοσίων, εἴτε ἀπὸ ἰδιωτικῶν, ὡς εἴρηται, προφάσεων, θεσπίζομεν, εἰς ταὐτὸν συνιόντας τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τρεῖς τε τῶν εὐ ὑπολήπτων καὶ ἐν ἅπασι προεχόντων κατὰ τὴν πόλιν, ἔτους ἑκάστου ἐποπτεύειν τὰ γενόμενα ἔργα, καὶ παρασκευάζειν μετρεῖσθαι καὶ λογοθετεῖν τοὺς ταῦτα

26. *Idem A. Iuliano P. P. — De iis, qui singulis annis ad civitates perveniunt, civilibus reditibus sive fructibus ex publicis aut privatis pecuniis, quae ab aliquibus eis aut relinquuntur, aut donantur, aut alio pacto excogitantur vel comparantur, sive ad opera, sive ad rem frumentariam, sive ad publicos aquaeductus, sive ad balneorum calefactionem, sive ad portus, sive ad murorum aut turrium aedificationem, sive ad pontium aut viarum refectionem, sive ad publicam denique utilitatem ullam pertineant, tam ex publicis, quam ex privatis, ut dictum est, causis, sancimus, ut in unum conveniant religiosissimus episcopus, ac tres bonae existimationis, et qui ceteris praestant in ea civitate, ac singulis annis inspiciant opera facta, et curent, ut et metiantur et rationem conficiant qui ea administrant aut administraverunt, et in monumentorum gestione ostendant*

---

[a]) *Lex superest* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. XV.*, *epitomata* 2., *in Coll. constit. eccles. I.* 4. 23. (*Voëlli bibl. II. p.* 1276.) *et* 3., *in Bas. III.* 1. 4. *Text.* 1. *primum editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 84.), *transiit in Cont.* 71. *et rell. Nos sequimur August. Desumta h. l. est ex l.* 2. *C. de priv. carcer.* (*IX.* 5.). — [b]) *pars legis* 3. *C. de infant. expos.* (*VIII.* 52.). — [c]) *Lex est* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. XVI.*, 2., *epitomata in Coll. const. eccles. I.* 4. 25. (*Voëlli bibl. II. p.* 1276.), *et in Bas. III.* 1. 5. *Text.* 1. *restitutus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 84.), *quem sequimur, et receptus a Cont.* 71. *et rell. Hausta h. l. est ex pleniore l.* 1. *C. de aleator.* (*III.* 43.). *In ms. Vat. legitur const. graeca.* — [d]) *Superest lex* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. XVII.*, 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 4. 26. (*Voëlli bibl. II. p.* 1276.). *Cont.* 66. *principii partem habet ex Eustathio* (*annus n.* 48.). *Text.* 1. *primum editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 85.), *ex quo nostrum hausimus, et receptus a Cont.* 71. *et rell. Caeterum variis titulis subiectae inveniuntur partes hui. leg.*, *et quidem princ. in l. ult. C. de oper. publ.* (*VIII.* 12.), §§. 1. 3. 4. 5. *in l.* 4. *C. de discussor.* (*X.* 30.), §§. 2. 7. *in l.* 2. *C. public. laetit.* (*XII.* 64.), §§. 6. 7. *in l.* 4. *C. de sportul.* (*III.* 2.), §. 8. *in l.* 12. *C. de metatis* (*XII.* 41.). *Varia lectio passim repetita ex Augustini notis* (*Aug. i. n.*).

[1]) *Augustinus*; τὸ τῶν ἐπαρχιῶν *edd. Cod. praeter Rk.* — [2]) *Augustinus*; XV. Kal. *edd. Cod.* — [3]) domini *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [4]) licentia competit *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [5]) quoquo modo *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [6]) *hanc subscr. restituimus ex l.* 3. *C. VIII.* 52., *abiecta ea, quae ab Hal. inde in edd. est:* Dat. Chalcedone VIII. Kalend. Iul. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.] *Pertinet enim potius ad l.* 26. *h. tit.*, *et nostrae legi addita seriem legum ordinariam, ex ostensi ipsarum definitam, valde esset turbatura.* — [7]) εἰς λίμνας *Aug. i. n.*

ταῦτα διοικοῦντας ἢ διοικήσαντας, καὶ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων φανερὸν γίνεσθαι τὸ πεπληρῶσθαι τὰ ἔργα, ἢ δεδιοικῆσθαι τά τε σιτωνικὰ χρήματα, τά τε λουτρωνικά, ἢ περὶ ὁδοστρωσίας, ἢ περὶ ὀλκοὺς ὑδάτων, ἢ ἕτερα τοιαῦτά τινα. Ἅπερ ἅπαντα ἀμείωτα μένειν εἰς τὸν ἅπαντα βουλόμεθα χρόνον, καὶ [1]) ἐπὶ τῆς πράξεως τῶν ὑπομνημάτων δηλοῦσθαι, ὡς ἀνεύθυνός ἐστιν ὁ ταῦτα διοικήσας, ἢ καὶ ὑπεύθυνος μὲν ὤφθη, τὸ δὲ ὀφειλόμενον ἀπέδωκε· καὶ οὕτως ἔχειν ἀσφάλειαν τὸν ταύτης τετυχηκότα τῆς πράξεως. Στελοῦμεν γὰρ ἡμεῖς, ἡνίκα ἂν βουληθείημεν, τὸν ἡμῖν δοκοῦντα, ὃς ἐποπτεύσει τὰ παρ' αὐτῶν γενόμενα λογοθέσια, καὶ εἴπερ ὀρθῶς ἔχοντα εὕροι, ψῆφον [2]) ποιήσεται τὸ ἀσφαλὲς αὐτοῖς καὶ κληρονόμοις αὐτῶν καὶ διαδόχοις τελείως περιποιοῦσαν, ἐφ' ᾧ μηκέτι δευτέρων λόγων ἢ ζητήσεων ἀφορμὰς ἐπιλείψειν πάντων ἐπὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων οὕτω σὺν ἀκριβείᾳ πραττομένων, ὡς τῆς ἡμετέρας αὐτοῖς ἐπιστησομένης, ἡνίκα ἂν βουληθείημεν, ἐξετάσεως. Χρὴ μέντοι σπεύδειν τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ποιουμένους τοὺς λογισμούς, ὅπως ἂν τὰ ἔργα εἰς ἀπέραντα τῆς δαπάνης ἀφορισθῇ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπιμελῶς γένοιτο ἐκ τῶν πολιτικῶν ἀνανεούμενα πόρων τε καὶ προσόδων. Εἰ μέντοι γε μὴ βουληθείη λογισμοὺς ὑποσχεῖν ὁ ταῦτα διοικήσας, μηδὲ ἀνάσχοιτο τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου καὶ τῶν κτητόρων τῶν πρὸς τοῦτο ἀφωρισμένων, εἰς λογισμοὺς αὐτὸν καλούντων, τηνικαῦτα ἀναγκάζεσθαι τοῦτο πράττειν διὰ τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος, καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως, ζημίας πάσης χωρὶς συνωθούμενον, ἐφ' ᾧτε πᾶσι τρόποις λογισμοὺς ὑπέχειν τῷ θεοφιλεστάτῳ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρωτεύουσι τῶν πόλεων, καὶ τὸ φαινόμενον ἐποφείλεσθαι παρ' αὐτοῦ ἀποδοῦναι τῇ πόλει. §. 1. Πᾶσαν δὲ ἄδειαν ἀναιροῦμεν τοῖς ἡμετέροις ἄρχουσι πέμπειν ἐν ταῖς χώραις discussores [3]), ἢ λογοθέτας, ἢ ἐξισωτὰς ἐπὶ ταῖς τῶν δημοσίων λογισμῶν ἐξετάσεσιν. Ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν παρὰ γνώμην ἡμετέραν, τηνικαῦτα, εἰ μὲν θεῖός τισι τύπος κατὰ συναρπαγὴν πορισθείη, ἄδειαν εἶναι τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως προσδέχεσθαι μὲν τὸν θεῖον τύπον, μηνύειν δὲ εἰς ἡμᾶς, ὅπως ἂν ἡμεῖς γνοίημεν, εἴτε κατὰ θείαν ἡμῶν πρόσταξιν [4]) πρὸς αὐτὴν τὴν ἀρχὴν γεγραμμένην, εἴτε κατὰ συναρπαγὴν γέγονε, ὥστε εἰ κατά τινα γενόμενος φανείη συναρπαγὴν, τηνικαῦτα τὸ γενόμενον ἄκυρον εἶναι, κίνδυνόν τε ὑποστῆναι τὸν τοῦτο πορισάμενον. Εἰ δέ τινος τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων πεμφθείη ψῆφος, ἢ καὶ κομμονιτώριον, ἢ πρόσταγμά τι, καὶ λογοθέσιον περὶ τούτων δὲ τῶν προειρημένων κεφαλαίων ἐπιτραπείη, παντὶ βουλόμεθα τρόπῳ, τὸν θεοφιλέστατον τῆς πόλεως ἐπίσκοπον καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει πρωτεύοντας μὴ προσίεσθαι ταῦτα, ἀλλ' ἄδειαν εἶναι καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ, καὶ αὐτοῖς γε δὴ τοῖς κτήτορσι, καὶ πολίταις διωθεῖσθαι τὰς τοιαύτας προστάξεις καὶ μηδὲ ὀβολὸν [5]) ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας παρέχειν. Εἰ δὲ τοῦτο ῥαθυμήσαιεν ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος, ἕξει μὲν δυσμενῆ τὸν δεσπότην Θεόν, καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν ἀναμενέτω, ὅτι σιγὴν ἐσίγησεν ἀνελευθέραν τε καὶ ἱερατικῆς παῤῥησίας ἀναξίαν. §. 2. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἐμφανίζει κατὰ χώραν ἢ ἀρχόντων οἱωνδήποτε ἢ ὑπάτων προαγωγὰς, ἢ γενικοὺς τύπους τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων ἢ καὶ ἑτέρου τινὸς τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, ἢ διατάξεων, ἢ θείων κομμονιτωρίων, ἢ γραμμάτων γενικῶν μέντοι ἐμφανίσεις ποιοῖτο, ἢ καὶ ἀνδριάντων βασιλικῶν καθιδρύσεις, μὴ εἶναι τούτῳ παῤῥησίαν περαιτέρω ἐξ νομισμάτων ἐφ' ἑκάστῃ μηνύσει, ἢ ἐφ' ἑκάστῳ τύπῳ, ἢ ἐφ' ἑκάστῃ διατάξει, ἢ θείῳ κομμονιτωρίῳ, ἢ γράμματι γενικῷ, ἢ ἀνδριάντων καθιδρύσει κομίζεσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, εἰς ἣν ταῦτα παρέλαβεν, ὥστε, ὁπόσας ἂν ἔχοι πόλεις ἡ ἐπαρχία, μηδὲν αὐτῷ

dant impletionem operum, aut administrationem sitonicarum et balneariarum pecuniarum, sive quae in viis muniendis, aut aquaeductibus, aut aliis rebus consumuntur. Quae omnia imminuta manere in omne tempus volumus; et in monumentorum gestione appareat, sitne solutus, an obligatus qui ea administravit, et an, quod debuit, solverit; atque ita erit cautum ei, qui eam curam suscepit. Mittemus enim nos, quum placuerit, quem commodum erit, ut inspiciat rationes ab eis factas; et quum recte factas repererit, calculum feret, securitatem et ipsis heredibusque eorum et successoribus praestiturum, ex quo neque aliarum rationum aut inquisitionum occasio relinquatur. Omnia vero propositis sanctis evangeliis diligenter fiant; nam inquisitio nostra quum libuerit, ipsis instabit. Oportet itaque studere religiosissimum episcopum, et qui cum eo rationes conficiunt, ut opera, quae ingentes sumtus requirunt, singulis annis diligenter fiant, ex publicis fructibus atque reditibus reparanda. Sin autem noluerit rationibus subesse qui ea administrat, neque ferat sanctissimum eius loci episcopum, et illos possessores, qui ad eam rem constituuntur, et qui ad rationes reddendas eum vocant, cogatur id agere per clarissimum provinciae praesidem et cohortem, quae ei paret, ac sine ullo damno compellatur, ut modis omnibus rationes submittat religiosissimo episcopo et primoribus civitatis, quodque appareat ab eo deberi, civitati reddatur.

§. 1. *Omnem vero libertatem adimimus nostris praesidibus mittendi in agros discussores, seu ratiocinatores, aut exaequatores ad publicarum rationum inquisitionem. Sed si quid huiusmodi nobis ignorantibus fiet, si quidem sacra forma ad aliquos per subreptionem emanaverit, liceat religiosissimo episcopo eius civitatis suscipere quidem sacram formam, renuntiare tamen nobis, ut nos cognoscamus, utrum ex nostra ad illum praesidem iussione, an per subreptionem facta sit, ut, si per subreptionem facta esse videatur, quod factum sit, inutile fiat, et periculum subeat, qui eam quaesivit. Si vero ab aliquo e nostris praefectis emissum decretum aut commonitorium sit aut praeceptum aliquod, et rationum inspectio in praedictis capitibus permittatur, omni modo volumus, ut eius urbis episcopus et primores civitatum hoc non admittant; sed liceat etiam provinciae praesidi, et ipsis possessoribus ac civibus tales iussiones reiicere, ac ne obolum quidem ea de causa praestare. Si vero in ea re sanctissimus episcopus negligens fuerit, habebit et dominum Deum nostrum infensum, et imperialem vindictam exspectabit, quod ea servili silentio sacerdotalique potestate indigno praeterierit.*

§. 2. *Si quis autem in provincia renunciaverit magistratuum aut consulum processiones, sive generales formas gloriosissimorum praefectorum aut alicuius alterius e nostris magistratibus, sive constitutionem, sive sacrum commonitorium, sive generales literas, sive erectionem imperialium statuarum indicaverit, non liceat amplius sex nummis aureis in singulas nuntiationes, aut in singulas formas, aut constitutiones, aut sacra commonitoria, aut generales literas, aut statuarum erectiones accipere in singulis provinciis, ad quas haec attulit, ita ut, quantaecunque sint in ea provincia urbes, nihil intersit, sed tantum sex nummos accipiat. Si quid vero*

[1]) εἰ καὶ Bk. — [2]) *male in edd. Cod. comma, post* εὕροι *deletum, post* ψῆφον *ponitur.* — [3]) discordias *Cont.* 76. *vitio typorum.* — [4]) *Augustinus;* πρόστασιν *male edd. Cod.* — [5]) μηδὲ ὀβολὸν ἕνα *Aug. i. n., quod fortasse rectum; cfr. l.* 4. §. 3. *C.* (*X.* 30.), *in qua verba ad nostrum locum referenda ita se habent:* μηδὲ ἄχρις ἑνὸς ὀβολοῦ ὀφείλοντα κερδᾶναι.

αὐτῷ διαφέρειν, ἀλλὰ τοὺς ἐξ μόνους κομίζεσθαι χρυσοῦς. Εἰ δέ τι πλέον κομίσοιτο, τοῦτο τετραπλάσιον ἀποδοῦναι, ἄδειαν ἔχοντος καὶ τῶν τῆς πόλεως ἐπισκόπου τοῦτο κωλύειν, κἀνταῦθα τῶν ἴσων ἐπικειμένων ποινῶν, τοῦτ' ἔστι τῶν ἀνὰ δέκα τοῦ χρυσίου λιτρῶν, τῷ τε τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ, τῇ τε πειθομένῃ τάξει, καὶ τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ, εἴπερ ἐνδοῖεν αὐτοῖς ὑπεραπαιτεῖν βουλομένοις, ἀλλὰ μὴ πᾶσι τρόποις τοῦτο κωλύωσιν. §. 3. Οὐδενὶ γὰρ παντελῶς ἐφιέμεν τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων τοιούτους τινὰς τύπους περὶ τῆς ἐπαρχίας ἐκπέμπειν περὶ τῆς ὑδρορόων ἤτοι ὑπονομῶν ἀναχαθάρσεως [1]), ἢ περὶ τῆς τῶν οἰκοδομημάτων πρὸς τοῖς τείχεσι καθαιρέσεως, ἢ τῶν ἐν ταῖς στοαῖς γενομένων καταλύσεων, ἢ [2]) τῶν καλουμένων προδουλείων [3]) καὶ ἐριπίων τόπων, ἤτοι μεσοστύλων ἀνατροπῆς, ἢ περὶ εἰκόνων, ἢ τοιοῦτον τρόπον [4]) ὅλως ἐπινοιῶν, ἢ πολιτικῶν ἁπλῶς ζητήσεων. Ἀλλ' ἐξέστω τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσι, καὶ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένοις, καὶ κτήτορσι, καὶ πολίταις, τοιούτου τινὸς ἐμφανισθέντος τύπου, μὴ προσίεσθαι τοῦτον, ἀλλὰ κωλύειν καὶ διωθεῖσθαι πάντα ἐκβιβασμὸν καὶ πᾶσαν εἰςπραξιν ἐντεῦθεν ἐπαγομένων, τῆς αὐτῆς ἐπούσης ποινῆς καὶ κατὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, εἰ μὴ τοῦτο κωλύσαιεν. §. 4. Δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον, τόν τε πατέρα, τούς τε λοιπούς ἐν ὑπολήψει κτήτορας προνοεῖν τοῦ μηδένα τόπον πολιτικὸν ἢ δημόσιον πρὸς τῷ τείχει, ἢ ταῖς δημοσίαις στοαῖς, ἢ πλατείαις [5]), ἢ ὅπου δήποτε κείμενον συγχωρεῖν ὑπό τινος ἀλόγως κατέχεσθαι, μηδὲ ἐκδιδόναι πολιτικόν τινα τόπον χωρὶς ἡμετέρου θείου τύπου τισί. §. 5. Τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ τὰ περὶ τῶν καλουμένων νομῶν τοῦ ὕδατος δηλαδὴ τῶν ἐκ θείου τύπου τισὶν ὑπηργμένων ἀναζητεῖν, καὶ μὴ τὸν μὲν πλέον, τὸν δὲ ἔλαττον τοῦ προσήκοντος ἔχειν. §. 6. Ἀλλ' οὐδὲ προφάσει ἐγγυητικῶν [6]) ζημίαις τοὺς ἡμετέρους ὑποβάλλεσθαι συγχωροῦμεν ὑποτελεῖς ἢ ὑπὲρ στάσεως ἐντολῆς [7]). Ἀλλ' εἰ μὲν ἀκίνητον ἔχοιεν οὐσίαν ἀξιόχρεον, οἱ ὑπομνησθέντες ὅρκου γραμματεῖον ἐκτίθεσθαι μόνον, εἰ δὲ οὐκ ἔχοιεν, τηνικαῦτα μὲν ἐγγύην ἄχρι τῆς ἤδη κρατούσης ποσότητος παρέχειν, χωρὶς μέντοι ζημίας ἁπάσης. Εἰ δὲ ἀμφισβητοῖεν οἱ πράκτορες περὶ τῆς τῶν ἐγγυητῶν ἀξιοπιστίας ἢ τῆς διωμοσίας [8]), κοινῇ συνιόντα εἰς ταὐτὸ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον, τόν τε πατέρα, τόν τε ἔκδικον τῆς πόλεως, κρίνειν τὸν ἀξιόπιστον φαινόμενον ἐγγυητὴν πρὸς τὴν τῆς ἐναγωγῆς ποσότητα, καὶ ἀνάγκην ἔχειν τὸν πράκτορα δέχεσθαι τοῦτον ἐγγυώμενον, μηδὲν κομιζόμενον ὑπὲρ ἐγγυητικοῦ ἢ ἐξωμοσίας [9]), πλὴν εἰ μὴ ἐξ ἰδικῆς ἡμῶν ἤ τινος τῶν μεγίστων ἀρχόντων προστάξεως κελευθείη τὸ πρόσωπον ἀγαγεῖν, ἐγγυητὴ μὴ καταπιστεύσας [10]). Τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια ἔσται τῷ πράκτορι ἐγγυητὴν μὴ κομίζεσθαι, καὶ τοῦτο μέντοι πράττειν χωρὶς ἁπάσης ζημίας. Κἀνταῦθα τῶν αὐτῶν κρατούντων ἐπιτιμιῶν κατά τε τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου καὶ τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος, εἴ τι τούτων παραβαθῆναι συγχωρήσαιεν, ἢ παραβαινομένου τινὸς μὴ θᾶττον ταῦτα μηνύσαιεν. §. 7. Δηλαδὴ μὴ συγχωρούντων αὐτῶν, μηδὲν πλέον τι τοῦ διωρισμένου μέρους τῇ ἡμετέρᾳ διατάξει [11]) προφάσει σπορτούλων κομίζεσθαι, μηδὲ διαγραφὴν ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας ἐν ταῖς πόλεσι ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι, πλὴν ἢ μόνων ἐκείνων τῶν αἰτιῶν, ἃς περὶ τὰς ἐμφανίσεις τῶν προαγωγῶν, καὶ τῶν διατάξεων, καὶ θείων ἢ γενικῶν κομμονιτωρίων, ἢ τύπων, ἢ γραμμάτων, καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων, περὶ ὧν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐνομοθετήσαμεν, καὶ ἅπερ ἂν ὑπὲρ ἰδίας ὠφελείας καὶ σωτηρίας οἱ τῆς πόλεως βουληθεῖεν εἰς ἔργα πολιτικὰ τυχόν,

vero amplius acceperit, eius quadruplum restituet, liceatque eius urbis episcopo hoc prohibere; et tunc eadem poena, scilicet decem librarum auri, et provinciae praesidi, et ei subdito officio, et episcopo imponitur, si illis permittant plus petere, neque id modis omnibus prohibuerint.

§. 3. *Nemini enim omnino permittimus nostrorum magistratuum huiusmodi formas circa provincias emittere de rivorum vel cloacarum purgatione, aut de amolitione aedificiorum a muris, aut de destructione porticuum vel eorum, quae produlia appellantur, et ruderum, aut de dimidiatarum columnarum eversione, aut de imaginibus, aut si quid alio pacto sit excogitatum, aut etiam de civilibus quibuscunque controversiis. Sed liceat episcopo et iis, qui primi sunt in civitate, et praesidibus provinciarum, et possessoribus, ac civibus, insinuata tali aliqua forma, eam quidem non admittere, sed prohibere ac coërcere omnem exactionem omnemque vim, quae ex eo eveniat; eademque poena afficiat sanctissimos episcopos, nisi id prohibuerint.*

§. 4. *Sed et oportet episcopum, ac patrem civitatis, et ceteros bonae opinionis possessores providere, ne locus aliquis civilis aut publicus iuxta muros urbis, aut in publicis porticibus, aut in plateis, aut in quocunque alio loco situs ab aliquo sine titulo possideatur, neve publicus locus alicui sine nostra sacra forma elocetur.*

§. 5. *Iidem inquirant de aquarum distributione ut vocant, quae ex sacra forma ad aliquem pertineat, ut ne hic plus, ille minus habeat, quam ei competit.*

§. 6. *Neque vero fideiussionis causa nostros subiectos damno affici patimur aut ob procuratoris constitutionem. Sed siquidem immobiles res habeant idoneas, iureiurando praestito tantum scripturam exponant, sin autem non habeant, usque ad dudum constitutam quantitatem fideiussionem sine ullo damno praebeant. Si vero dubitaverint exactores de fideiussorum fide vel de iuratoria cautione, in eundem locum religiosissimus episcopus et patres civitatis ac defensor conveniant, et decernant, an idoneus esse fideiussor videatur usque ad quantitatem, de qua agitur, et necesse habeat exactor suscipere eum fideiussorem, qui nihil pro fideiussione aut sacramento accipiet; praeterquam si privata nostra aut cuiusquam magistratus maioris iussione personam ducere, fide non habita fideiussori, iussus fuerit. Tunc enim licebit exactori fideiussorem non accipere, id vero agere sine ullo detrimento. Ceterum eadem mulcta adversus religiosissimum episcopum et clarissimum provinciae praesidem imponitur, si quid eorum migrari passi fuerint, aut, si quis transgressus fuerit, non id statim renuntiaverint.*

§. 7. *Neque etiam patiantur, ut plus definita parte a nostra constitutione pro sportulis accipiatur, neve descriptio ob aliquam causam in civitatibus coacta fiat, nisi ob illas tantum causas, quales sunt renuntiationes processionum, constitutionum, sacri vel generalis commonitorii, aut formae, aut literarum, et huiusmodi omnium rerum, de quibus antea sanximus, item quae propter suam utilitatem atque salutem cives voluerint ad opera forte publica, vel ad sitoniam, vel ad aliam quamvis causam, quae omnibus placeat, propter urbis honorem fieri, ex quo respublica adiuvetur. Contra eos vero,*

---

[1]) ἢ ἀναχαθάρσεως *Augustinus et edd. Cod.; sed ex errore adiectum ἢ fuisse tam ex sensu quam ex versione August. apparet; cfr. etiam l.* 4. §. 7. *C. X.* 30. — [2]) ἢ *omittendum censeo, nam l.* 4. §. 7. *C. cit.* τῶν ἐν ταῖς — στοαῖς γενομένων τῶν καλουμ. προδουλείων. — [3]) *sunt qui* **produlia** (προυδωλίων) *legunt, alii* **proluvia scribunt, alii** **proludia.** *Aug. i. n. Sed. cfr. l.* 4. §. 7. *C. cit.* — [4]) *Bk.;* τοιοῦτο τρόπων *Augustinus, rell. edd. Cod.;* ἤτοι αὐτοτρόπων *l.* 4. §. 7. *C. cit.* — [5]) *fortasse legendum* λατρείαις *ut in l.* 4. §. 8 *C. cit.* — [6]) ἐγγυῶν *l. gemina* 4. §. 1. *C. III.* 2. — [7]) ἐντολέως *l.* 4. §. 1. *C. cit.* — [8]) ἐξωμοσίας *l.* 4. §. 1. *C. cit.* — [9]) ἐξ ὠμοσίας *falso August. et edd. Cod. praeter Bk.* — [10]) καταπιστεῦσαι *Pac. Sp. Bk.* — [11]) *innuitur l.* 2. *C. III.* 2.

τυχόν, ἢ εἰς σιτωνίαν, ἢ εἰς ἑτέραν ἀρέσκουσαν ἅπασαν αἰτίαν κατὰ φιλοτιμίαν ποιήσασθαι, ἐξ ὧν τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ὠφεληθήσεται· φυλαττομένων κατὰ τῶν παραβαίνειν ταῦτα ἐπιχειρούντων, καὶ μὴ εἰς ἡμᾶς ὀγόντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν ἐπειλημένων. §. 8. Δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον ἑκάστης πόλεως, πάντα γινώσκοντα τὰ παρ' ἡμῶν ἐπὶ τούτοις διατεταγμένα, καὶ μὴν καὶ ἀπαγορισμοῦ μητάτων [1]), καὶ κωλύσεως αφοπλισμῶν, καὶ τούτων, ὅσα περιέχεται τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει [2]) τῇ περὶ τούτων ἐν κοινῷ γεγραμμένῃ, πέρας ἐκτιθέναι [3]) προσῆκον. Dat. VIII. Kalend. Iul. Chalcedone, Lampadio et Oreste [4]) Conss. [530.]

vero, qui haec transgredi tentaverint, et religiosissimos episcopos, qui ad nos id non retulerint, ea serventur, quae antea a nobis commonita sunt.

§. 8. *Oportet autem singularum urbium Dei amantissimos episcopos, quum omnia cognoverint, quae a nobis de his rebus disposita sunt, et de metatorum adaeratione, et de armorum privatione prohibita, ac de ceteris rebus, quae nostra sacra constitutione continentur, quae super his in publicum edita est, finem competentem imponere.*

27. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — De creationibus curatorum, qui furiosis utriusque sexus dantur, necessarium [5]) nobis visum est constituere, quemadmodum eas celebrari oporteat. Et si quidem pater curatorem furioso vel furiosae in ultimo elogio heredibus institutis vel exheredatis dederit, ubi [6]) et fideiussionem cessare necesse est, paterno testimonio [7]) pro [8]) satisdatione sufficiente, ipse [9]), qui datus est, ad curationem perveniat, ita tamen, ut in provinciis apud praesides earum, praesente [10]) etiam [11]) tam viro religiosissimo locorum antistite, quam tribus primatibus, actis intervenientibus, tactis sacrosanctis scripturis, depromat, omnia se recte et [12]) cum utilitate furiosi gerere, neque praetermittere, quae utilia esse furioso putaverit, neque admittere, quae [13]) non utilia [14]) esse existimaverit; et inventario cum omni subtilitate publice conscripto, res suscipiat, et eas [15]) secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad similitudinem tutorum [16]) et curatorum adulti. Sin autem testamentum quidem parens non confecerit, lex autem curatorem [17]) utpote [18]) agnatum vocaverit, vel, eo cessante aut non idoneo forsitan existente, ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit, tunc scilicet et in provinciis apud praesides cuiuscunque provinciae, et virum religiosissimum, episcopum civitatis, necnon tres primates creatio [19]) procedat, ita ut, si quidem curator substantiam idoneam possidet et sufficientem ad fidem gubernationis, sine aliqua satisdatione nominatio [20]) procedat. Sin autem non talis census eius inveniatur, tunc et fideiussio, in quantum possibile est, ab eo exploretur, creatione omnino sacrosanctis scripturis propositis in omni causa celebranda, ipso autem curatore, cuiuscunque substantiae vel dignitatis sit, praefatum sacramentum pro utiliter rebus gerendis praestante, et inventarium publice conscribente, et hypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibenda, quatenus res possint furiosi undique utiliter gubernari. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

28. [b]) Idem A. [21]) Iuliano P. P. — Tam dementis quam furiosi liberi cuiuscunque sexus possunt legitimas contrahere nuptias, tam dote quam ante nuptias donatione a curatore eorum praestanda; aestimatione tamen in hac quidem regia urbe excellentissimi praefecti urbi, in provinciis autem virorum clarissimorum earum praesidum vel locorum antistitum, tam opinione personae, quam dotis moderatione [22]) et ante nuptias donationis statuenda, praesentibus tam curatoribus dementis, quam furiosi, nec non his, qui ex genere eorum nobiliores sunt, ita tamen, ut nulla ex hac causa oriatur vel in hac regia urbe vel in provinciis iactura substantiae furiosi, vel dementis, vel mente capti, sed gratis omnia procedant, ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento praegravetur. Dat. Kal. Octobr. Lampadio et Oreste Conss. [23]) [530.]

Authent. ut cum de appellat. cognosc. §. Si quis de praedictis parentibus furiosus. (Nov. 115. c. 3.) — *Liberi furiosi, qui curam ei [24]) negligunt praebere, tam exheredatione digni sunt, quam aliis poenis legitimis. Nam si quis alius, attestatione ad eos missa, quum adhuc negligant, in domum suam eum susceperit et procuraverit, ex hoc erit eius successor legitimus, licet testatus esset etiam in liberos forte, manentibus tamen aliis testamenti capitulis.* §. 1. *Eadem poena parentibus imponenda, si quidem de liberis in furore constitutis curare neglexerint.*

29. [c]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Θεσπίζομεν, μηδένα τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν, εἴτε παρά τινος συγκληρικοῦ, εἴτε παρὰ τῶν καλουμένων λαϊκῶν τινος, εὐθὺς καὶ ἐκ πρώτης ἐν αἰτιάσει γίνεσθαι παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις πατριάρχαις διοικήσεως ἑκάστης, ἀλλὰ πρῶτον κατὰ τοὺς

29. *Idem A. Iuliano P. P. — Sancimus, ut nemo venerabilis clericus ab aliquo sive clerico sive laico statim et ab initio apud beatissimum provinciae patriarcham accusetur, sed prius iuxta sacra instituta apud episcopum civitatis, in qua clericus versatur; tum, si hunc suspectum habet, apud metropolitanum episcopum rem*

---

[a]) *desumta ex l. 7. §. 4 — 6. C. de curat. fur. (V. 70.). —* [b]) *amplior lex, in qua nostra geminatur, est l. 25. C. de nupt. (V. 4.); Bas. XXVIII. 1. 19. (Fabr. T. IV. p. 216.). —* [c]) *legem habemus 1., geminam in Coll. 25. cap. XVIII., 2., epitomatam in Coll. constit. eccles. I. 4. 29. (Voëlli bibl. II. p. 1278.), et in Bas. III. 1. 6. Cont. 66. in Praeterm. p. 11. habet fragmentum ex Photii Nomoc. IX. 1. (Voëlli bibl. II. p. 955.). Text. 1. editus ab Ant. August. (Coll. p. 93.), receptus a Cont. 71. et rell. Nos sequimur August. in textu et notis (Aug. i. n.). Ms. Vat. const. graecas deesse notat.*

[1]) *μιτάτων in textu August. ex vitio typorum in append. emendato, quod vero servarunt edd. Cod. praeter Bk. —* [2]) *l. 12. C. XII. 41. —* [3]) *ἐπιτιθέναι Aug. i. n. —* [4]) *et Oreste absunt ab August. et edd. Cod. praeter Bk. —* [5]) *necesse mss. Pl. 1. 2. —* [6]) *ibi mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. —* [7]) *testamento ms. Pl. 1. —* [8]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.; pro eius Hal. et rell. —* [9]) *ut ipse mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.; et ipse ed. Nbg. —* [10]) *praesentibus ms. Gt., ed. Schf. —* [11]) *l. 7. §. 5. C. V. 70.; eis mss. Pl. 1. 2., edd. Schf. Hal. et postea rell.; abest a ms. Bg., ed. Nbg. —* [12]) *et abest a mss. Pl. 1. 2. Gt., edd. Nbg. Schf.; recte et absunt a ms. Bg. —* [13]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., l. 7. §. 5. C. cit.; ea quae edd. Nbg. Hal. et rell. —* [14]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., l. 7. §. 5. C. cit.; furioso addunt edd. Nbg. Hal. et rell. —* [15]) *mss. Pl. 2. Bg., ed. Schf., l. 7. §. 5. C. cit.; et ea mss. Pl. 1. Gt.; et edd. Nbg. Hal. et rell. —* [16]) *pupilli addunt edd. Nbg. Schf. —* [17]) *tutorem ed. Schf. —* [18]) *ut puta ms. Pl. 2. —* [19]) *curatio ms. Pl. 1. —* [20]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf., l. 7. §. 6. C. cit.; creatio Hal. et rell. —* [21]) *Imp. Mar ā ms. Pist. —* [22]) *tam opinione quam moder. personae dotis ms. Pl. 1. —* [23]) *subscr. abest ab omnibus; d ē oct ms. Pist. Consules Lampad. et Orest. recte additos fuisse, comparatis subscriptt. legum 27. et 29. dubitare non licet. —* [24]) *edd. Schf. Hal. Russ. Bk. eius rell.*

τοὺς ἱεροὺς θεσμοὺς παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ, καθ' ἣν ὁ κληρικὸς διάγει· εἰ δὲ ὑπόπτως ἔχει πρὸς ἐκεῖνον, παρὰ τῷ τῆς μητροπόλεως [1]) ἐπισκόπῳ τοῦτο πράττειν· εἰ δὲ ὡς εἰκὸς οὔτε τὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτῷ ἀρέσκοι, τηνικαῦτα πρὸς τὴν εὐαγῆ σύνοδον τὴν τῆς χώρας [2]) ἄγειν αὐτὸν δικαζόμενον, τριῶν ἅμα τῷ μητροπολίτῃ συνιόντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τῶν κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας πρωτευόντων, καὶ τὴν δίκην ἐν τάξει τῆς ὅλης συνόδου ἐξεταζόντων. Καὶ εἰ μὲν στερχθείη τὰ κεκριμένα, πραγμάτων ἀπηλλάχθαι, εἰ δὲ οἰηθείη βεβλάφθαι, τηνικαῦτα ἐπικαλεῖσθαι τὸν μακαριώτατον πατριάρχην τῆς διοικήσεως ἐκείνης, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ κρινομένοις πάντως ἐμμένειν, ὡσανεὶ ἔτυχεν ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς ῥηθέντος δικασθῆς. Κατὰ γὰρ δὴ τῶν τοιούτων ἐπισκόπων ἀποφάσεων οὐκ εἶναι χώραν ἐκκλήτῳ, τοῖς πρὸ ἡμῶν νενομοθέτηται. Τοῦ αὐτοῦ τούτου φυλαττομένου, καὶ εἴπερ ἐπίσκοπος ὁ μεμφθεὶς [3]) εἴη, εἴτε παρά τινος τῶν καλουμένων λαϊκῶν, εἴτε παρά τινος τῶν θεοφιλεστάτων κληρικῶν, εἴτε καὶ παρ' ἑτέρου τινος θεοφιλοῦς ἐπισκόπου. Τὸ γὰρ εὐθὺς τὰς αἰτιάσεις ἀποτίθεσθαι παρὰ τοῖς ἁγιωτάτοις πατριάρχαις, καὶ τοὺς αἰτιωμένους εἰς ἑτέραν ἀπάγεσθαι χώραν, παντελῶς ἀπαγορεύομεν, πλὴν εἰ μὴ τὴν αἰτίασίν τις ἐπὶ τούτῳ θείη, ἐφ' ᾧτε παραπεμφθῆναι τὴν ὑπόθεσιν τῷ τῆς χώρας θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ· τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια μὲν ἔσται τὴν αἰτίασιν ἀποτίθεσθαι καὶ παρὰ τοῖς θεοφιλεσιάτοις πατριάρχαις, γράμματα δὲ γίνεσθαι πρός τινα τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ὥςτε αὐτὸν ἀκροάσασθαι τῆς ὑποθέσεως κατὰ τὸν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν ὑπηγορευμένον τρόπον. §. 1. Οὐ μὴν τούτῳ ἄδειαν παρέχειν τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς κατιέναι, καὶ ἀμετρίᾳ τῶν καλουμένων σπορτούλων τοὺς ὑπομιμησκομένους ἐπιτρίβειν, ὁποῖόν δή τι μέχρι τοῦ νῦν ἁμαρτάνεσθαι μεμαθήκαμεν. Ἐφ' ἑκάστῳ γὰρ προςώπῳ τῶν ἐγκαλουμένων οὐ περαιτέρῳ [4]) τὴν ἕκτην τοῦ νομίσματος μοῖραν κατὰ πρόφασιν σπορτούλων δίδοσθαι συγχωροῦμεν τοῖς παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων πατριαρχῶν καὶ μητροπολιτῶν στελλομένοις, ἢ εἴπερ ἐπίσκοπος εἴη ὁ πεμφθείς, ἄχρι νομισμάτων ἐξ ἑφ' ὅσῃ δήποτε ποσότητι καὶ οἱαδήποτε αἰτία παρέχεσθαι μόνον, καὶ πλέον τούτου μηδέν. Αὐτοῦ τούτου κρατοῦντος καὶ ἐπὶ τῶν μητροπολιτῶν, ὅταν παρ' αὐτοῖς ἀποτεθείη τις αἰτίασις κατά τινος ἢ [5]) τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων, ἢ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης κληρικῶν. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν δικῶν συστεῖλαι τὸ τῶν σπορτούλων καὶ δαπανημάτων μέτρον ἐσπεύσαμεν, καὶ τοῦτο νομοθεσίᾳ [6]) παραδοῦναι συνείδομεν, πόλλῳ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν μέμψεων τὴν συμμετρίαν φυλάττεσθαι νομοθετοῦμεν. §. 2. Εἰ μέντοι παραπεμφθείσης τῆς ὑποθέσεως παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου πατριάρχου ἢ τινι τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν, ἢ ἄλλῳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ἐνεχθείη ψῆφος, καὶ μὴ στερχθείη παρὰ θατέρου μέρους, ἐκκλητός τε γένηται, τηνικαῦτα ἐπὶ τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον φέρεσθαι τὴν ἔφεσιν, κἀκεῖσε κατὰ τὸ μέχρι νῦν κρατοῦν ἐξετάζεσθαι. §. 3. Εἰ δέ τις τολμήσειε παρὰ ταῦτα πρᾶξαι [7]) ἀναδώσει μὲν πᾶν, ὅσον εἴληφε, τῷ ὑπὲρ πραχθέντι διπλάσιον, γενήσεται δὲ καὶ ὑπὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν ἁγιωτάτου πατριάρχου ἢ τοῦ θεοφιλεστάτου μητροπολίτου, τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκβαλλόμενος καταλόγων. §. 4. Τὰς δὲ αἰτιάσεις, εἰ μὲν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὀρφὴ τὸ πρᾶγμα κατάστασιν, καὶ ἐξ ἀνάγκης παρὰ μόνοις γίνεσθαι τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, ἢ μητροπολίταις, ἢ παρὰ ταῖς εὐαγέσι συνόδοις, ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις πατριάρχαις κελεύομεν· εἰ δὲ πολιτικὰ τὰ τῶν ἀμφισβητήσεων εἴη, ἑκόντας αὐτοὺς τὰς τοιαύτας ζητήσεις παρὰ τοῖς εἰρημένοις θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις προτιθέναι συγχωροῦμεν, ἄκοντας δὲ οὐκ ἀναγκάζομεν, ὄνιων αὐτοῖς τῶν πολιτικῶν δικαστηρίων, εἴπερ ἐκεῖνα

rem agat; sed si forte ne apud eum quidem accusatio placuerit, ad sacram eius regionis synodum accusatum deducat, tribus cum metropolitano convenientibus religiosissimis episcopis, qui ceteris propter ordinationem praeferuntur, et iustitiam in pleno synodi consessu explorant. Et si quidem ei, quae iudicata sunt, placuerint, ab accusando discedat; si vero se laedi existimaverit, tunc provocet illius provinciae beatissimum patriarcham, atque iis, quae ipse iudicaverit, omnino pareat, perinde ac si eum ab initio iudicem esset consecutus. Nam contra horum antistitum sententias non esse locum appellationi a maioribus nostris constitutum est. Hoc idem servandum est, si episcopus sive ab aliquo laico, sive ab aliquo clerico, sive ab altero religiosissimo episcopo accusatus sit. Nam ut statim accusatio ad sanctissimos patriarchas deferatur, et ut accusati in aliam provinciam mittantur, omnino prohibemus, praeterquam si accusationem quis ob eam rem intulerit, quod causa ad regionis religiosissimum episcopum transmissa fuerit; quo casu licet ad ipsos quoque sanctissimos patriarchas deferre accusationem; literae tamen conficiantur ad aliquem ex episcopis eorum locorum, ut is causam audiat, uti antea a nobis dictum est.

§. 1. *Non vero propterea liceat venerabilibus clericis adesse et immodicis sportulis accusatos affligere, qua in re hucusque peccatum esse cognovimus. Neque enim in singulas reorum personas plus sexta aurei nummi parte pro sportulis dari concedimus iis, qui a sanctissimis patriarchis ac metropolitanis mittuntur; aut, si episcopus missus est, sex tantum aurei ex quacunque quantitate ac causa, neque amplius, praebeantur. Hoc in metropolitanis etiam teneat, quum ad eos accusatio contra episcopum, qui sub iis est, aut eius provinciae clericum defertur. Nam si in civilibus iudiciis moderari sportularum et sumtuum modum curavimus, idque lege definire prospeximus, multo magis in ecclesiasticis accusationibus modum servari sancimus.*

§. 2. *Si vero, remissa causa a sanctissimo patriarcha aut ad aliquem ex religiosissimis metropolitanis, aut ad alium Dei amantissimum episcopum, sententia lata sit, quae alicui parti displiceat, ac provocetur, ad archiepiscopalem sedem referatur appellatio, in qua, ut adhuc servatum est, cognoscatur.*

§. 3. *Si vero quis ausus fuerit adversus haec agere, is quidem omne, quod accepit, cum altero tanto ei, a quo plus iusto sumtum est, praestabit, et ecclesiasticae mulctae subiicietur apud sanctissimum patriarcham aut religiosissimum metropolitanum, qui tunc erit, ecclesiasticorum numero eiiciendus.*

§. 4. *Has autem accusationes, si quidem res ad ecclesiasticum statum pertinet, necesse esse iubemus, ut fiant apud solos religiosissimos episcopos, aut metropolitanos, aut apud sacras synodos, aut sanctissimos patriarchas; si vero civilium rerum controversia sit, volentes quaestionem apud antistites instituere patimur, invitos tamen non cogimus, quum ipsis etiam iudicia civilia sint, si ea adire malint, apud quae licet etiam de criminibus cognoscere.*

§. 5.

[1]) τῆς πόλεως *Aug. i. n.* — [2]) σύνοδον τῆς χώρας *Aug. i. n.* — [3]) ὁ πεμφθείς *Aug. i. n.* — [4]) ὑπεραιτέρῳ *ex vitio typorum Pac. Sp. Bk.* — [5]) *ita Augustinus in marg.*; κατά τινος καὶ τῶν *idem in textu, et odd. Cod.* — [6]) *est haec l. 2. C. III. 2.* — [7]) παρὰ ταῦτα τι πρᾶξαι *Aug. i. n.*

ἐκεῖνα μᾶλλον ἂν θέλοιντο, παρ' οἷς ἔξεστι καὶ ὑπὲρ ἐγκλημάτων δικάζεσθαι. §. 5. Ἐπειδὴ δέ τινες τῶν θεοφιλεστάτων πατριαρχῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ἐν αἷς εἰσί, καὶ μητροπολιτικὸν ἔχουσι σχῆμα, τινὲς δὲ καθ' ὅλην τὴν διοίκησιν τὰς χειροτονίας ποιοῦνται τῶν ὑπ' αὐτοὺς θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, εἴτε μητροπολιτῶν, εἴτε τῶν ἄλλων, ἐπ' αὐτοῖς ἐκεῖνα θεσπίζομεν, ἅπερ ἐπὶ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν ἤδη διετάξαμεν. Αὐτὸς γὰρ ἂν καὶ μητροπολίτης δικαίως [1]) καλοῖτο, ὁ τὴν ἐξουσίαν τῶν ὑπὸ τὴν μητρόπολιν ἐπισκόπων ἐκ τῶν θείων ἔχων κανόνων. Dat. XV. Kal. Nov. CP. Lampadio et Oreste [2]) Conss. [530.]

Eaque magis ea velimus, quibus licet et pro delictis litigare. §. 5. Quoniam vero quidam sunt sanctissimi patriarchae, qui in provinciis, in quibus sunt, et metropolitanorum officium gerunt, et alii per totam dioecesin episcoporum, tam metropolitanorum quam aliorum, ordinationes faciunt, de iis eadem sancimus, quae de metropolitanis antea disposuimus. Is enim iure metropolitanus vocatur, qui in episcopos minores ex sacris regulis potestatem habet.

30. [a]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων. — Θεσπίζομεν, ταῖς κηδεμονίαις τῶν νέων, εἴτε τῆς πρώτης, εἴτε τῆς δευτέρας εἶεν ἡλικίας, ἢ καὶ ἕτεροί τινες, οἷς ὁ νόμος δίδωσι κηδεμόνας, εἴπερ ἄχρι πεντακοσίων χρυσῶν καὶ [3]) μόνον τὰ τῆς περιουσίας εἴη τῶν νέων, μὴ ἰὴν τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν παραμένειν χειροτονίαν, μηδὲ δαπάναις μεγάλαις περιβάλλεσθαι, τῶν ἀρχόντων ἴσως οὐδὲ ἐνδημούντων ταῖς πόλεσιν ἐκείναις, ἐν αἷς προϊέναι τὴν κηδεμονίαν συμβαίνει, ἀλλὰ παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐκδίκῳ ἢ στρατηγῷ, κατὰ τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων παρὰ τῷ ταύτης iuridico, ἅμα τῷ θεοφιλεστάτῳ ταύτης ἐπισκόπῳ, ἢ καὶ δημοσίοις προσώποις, εἴγε εὐποροῖη τούτων ἡ πόλις, γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν κηδεμόνων, ἐγγυητοῦ τε πρὸς τὸ μέτρον τῆς οὐσίας διδομένου κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων προσώπων κρίσιν [4]), καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων προϊόντων, ὁπόσα ἐπὶ τῶν κηδεμόνων ἐγγυητοῦ τε πρὸς τὸ μέτρον εἴθισται, μόνης τῆς τῶν προσώπων ἐναλλαγῆς, παρ' οἷς ταῦτα πράττεται, διὰ τὸ τῶν νέων χρήσιμον ἀπὸ τῆς παρούσης νομοθεσίας εἰσαγομένης· πάντων δηλονότι ἐπὶ μόνῃ δυὸ νομισμάτων δόσει πραττομένων, διόπερ καὶ μάλιστα ἡ τοιαύτη τέθειται διάταξις, ποινῆς ἐπικειμένης, εἴ τις πλέον λαβεῖν θαῤῥήσειεν, ἢ ἀναβαλλοῖτο κατασῆσαι τὴν κηδεμονίαν ἐλπίδι μείζονος κέρδους· καὶ οὐ μόνον τριπλάσιον [5]) ἀναδιδόντος πᾶν, ὅπερ ἂν λάβοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ φρονήματος ἀποκινουμένου. Ἡνίκα δὲ ἂν παρὰ ἐκδίκῳ γίνοιντο αἱ τῶν κηδεμόνων προβολαί, παρόντος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου τῆς πόλεως ἐπισκόπου, ἐν αὐτοῖς τοῖς τῆς [6]) ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀρχείοις ἀποτίθεσθαι τὰ πραττόμενα θεσπίζομεν, ὥστε εἶναι διηνεκῆ τοῦ πράγματος μνήμην, καὶ μὴ παραπόλλυσθαι τοῖς τυχοῦσι τῆς κηδεμονίας τὴν ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν. Τῶν ἐπὶ τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως [7]) κηδεμονιῶν παρὰ μόνῳ τῷ λαμπροτάτῳ πραίτωρι πραττομένων, καθάπερ ἤδη νενομοθέτηται. Dat. V. Kalend. Aug. CP. post consulatum Lampadii et Orestae [8]). [531.]

30. *Idem A. Ioanni P. P. — Sancimus, in curationibus iuniorum, sive primae sive secundae sint aetatis, aut aliorum, quibus lex dat curatores, si quidem usque ad quingentos aureos solummodo facultates sint iuniorum, non praesidum provinciarum exspectari creationem, neque impensis maximis illos subiici, praesidibus forte non morantibus in urbibus illis, in quibus prospiciendum est curationi, sed apud civitatis illius defensorem aut strategum, vel in Alexandrina civitate apud eius iuridicum, una cum religiosissimo eius episcopo, aut aliis etiam publicis personis, si harum copiam habeat civitas, fieri creationes curatorum et tutorum, fideiussore ex mensura facultatum dato secundum dictarum personarum iudicium, et aliis omnibus procedentibus, quaecunque super tutoribus et curatoribus et fideiussione eorum modum secundum facultatum consueta sunt; solaque personarum transmutatio, per quas haec fiunt, propter minorum utilitatem a praesenti sanctione introducta sit. Omnia videlicet haec pro sola duorum solidorum datione conficiantur, quapropter vel maxime haec posita est constitutio; poena imminente, si quis plus accipere ausus fuerit, aut distulerit constituere tutelam seu curationem spe maioris lucri, non enim solum triplum reddat omne, quidquid acceperit, sed etiam ab ipsa administratione removeatur. Quum autem apud defensorem factae fuerint tutorum aut curatorum creationes, praesente etiam religiosissimo civitatis episcopo, in ipsis sanctissimae ecclesiae archivis deponi gesta sancimus, ut sit perpetua rei memoria, et non intercidat casibus fortuitis curationis exinde quaesita cautela. Quae vero in magna hac urbe sunt tutelae aut curationes apud solum clarissimum praetorem gerantur, uti iam sancitum est.*

31. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Sancimus, si [9]) quando abfuerit is, qui res alienas vel creditori obnoxias detinet, et desiderat [10]) dominus rei vel creditor suam intentionem proponere, et non ei licentia sit, absente adversario suo, qui rem detinet, vel infantia vel furore laborante, et neminem tutorem vel curatorem habente, vel in summa potestate constituto, eandem rem auctoritate sua usurpare [11]), licentia [12]) ei detur adire praesidem provinciae, libellumque ei [13]) porrigere, et haec in querimoniam deducere intra constituta tempora, et interruptionem [14]) facere. Sin autem nullo poterit modo praesidem adire, saltem ad episcopum locorum eat, et suam manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Dat. Kalend. Octob. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae VV. CC. [15]). [531.]

32.

---

[a]) *Lex servatur* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. XIX.*, 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 4. 30. (*Voëlli bibl. II. p.* 1279.), *et in* §. 5. *I. de Atil. tut.* (*I.* 20.). *Text.* 1. *demum editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 98.), *quem et secuti sunt Cont.* 71. *et rell., et nos sequimur.* — [b]) *Bas. VII.* 4. 3. *Geminatur in l.* 2. *C. de annali exc.* (*VII.* 40.), *quae amplior est.*

[1]) ἀξίως *Augustinus in marg. addito signo* †. — [2]) et Oreste *absunt ab Augustino et edd. Cod. praeter Bk.* — [3]) *καὶ merito omittitur.* — [4]) *Augustinus*; χρῆσιν *Cont.* 71. *cum rell., probabiliter ex vitio typorum, quum ipse vertat: iudicium.* — [5]) *Augustinus*; διπλάσιον *Cont.* 71. *ex vitio typothetae, quod sequuntur rell.; vertit enim: triplum.* — [6]) *Augustinus*; ἐν αὐτοῖς τῆς *Cont.* 71. *et rell.* — [7]) *Augustinus*; ταύτης τῆς πόλεως *Cont.* 71. *et rell.* — [8]) et Orest. *absunt ab Augustino et edd. Cod. praeter Bk.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*, 1. 2. *C. VII.* 40.; *ut si edd. Nbg Hal.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. in textu*; desideret *rell.* — [11]) eand. rem auct. sua usurp. *absunt a mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Nbg. et a multis Cont. et Russ. mss.*; *etiam glossa hanc lacunam in plerisque esse refert.* — [12]) sed per se ipsum licentia *ms. Pl.* 2. — [13]) ei *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; *sed* λίβελλον αὐτῷ ἀποδοῦναι *Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*, 1. 2. *C. VII.* 40., *etiam Bas.* εἰς μέμψιν ἀγαγεῖν ἐντὸς τοῦ ὡρισμένου χρόνου; in querim. deduc. et int. const. temp. interrupt. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) Coss. *add. Hal. et rell. praeter Bk.*

32. [a]) A. *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Ὁ αὐτὸς βασιλεύς. — Ἀναβαλλομένου τοῦ δεσπότου δέξασθαι τὸ ἐμφύτευμα, ἄδειαν ὁ ἐμφυτευτὴς ἔχει σφραγίζειν αὐτό, καὶ ἐν μὲν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ πέρατι τῆς τριετίας ἐκμαρτύρασθαι [1]) τοῦτο παρὰ τοῖς ὑπάρχοις, ἢ τῷ ἐπάρχῳ, ἢ παρὰ τῷ προσφόρῳ τοῦ παραιτουμένου ἄρχοντι, ἢ παρὰ τῷ πατριάρχῃ, τοῦ δεσπότου δυνάστου ὄντος, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τῷ ἄρχοντι, ἢ μὴ ἐνδημοῦντος αὐτοῦ, παρὰ τῷ ἐκδίκῳ ἢ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, καθ' ἣν ἐστὶν ὁ παραιτούμενος, καὶ τὴν τοῦ ἑνὸς αὐτῶν προσλαβεῖν μαρτυρίαν· καὶ, εἰ μὴ δὲ οὕτως [2]) δέξηται, οὔτε τὸ ἐμφύτευμα λύεται, καὶ κερδαίνει τὸ τέλος ὁ ἐμφυτευτὴς καὶ τοῦ ἑξῆς χρόνου, ἕως ἂν ὁ δεσπότης στείλῃ διαμαρτυρίαν [3]) ἀπαιτῶν· ἐξ ἐκείνου γάρ, οὐ μὴν ὑπὲρ τοῦ προλαβόντος χρόνου λήψεται, καὶ ἐπὶ τριετίαν μετὰ τὴν διαμαρτυρίαν ἀγνωμονοῦντα τὸν ἐμφυτευτὴν ἐξεοῦσθαι δύναται.

32. *Idem A. — Differente domino recipere canonem, licet emphyteutae eum signare, et Constantinopoli quidem in fine triennii contestari id ipsum apud praefectos praetorio, aut praefectum urbis, aut apud competentem recusantis magistratum, aut patriarcham, si dominus homo sit potens, in provinciis autem apud praesidem, aut, eo absente, apud defensorem aut episcopum civitatis, in qua est recusans, et unius ipsorum testimonium assumere; ac si ne ita quidem accipiat, non solvitur emphyteusis, et lucratur pensionem emphyteuta etiam sequentis temporis, donec dominus mittat et attestationem petat. Exinde etenim, non autem ex praeterito tempore accipiet, et post triennium post attestationem contumacem emphyteutam expellere poterit.*

B. *Epitome eiusd. ex Bas.*

Ἐὰν ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς ὁ μὲν ἐμφυτευτὴς προσφέρῃ τῷ δεσπότῃ τὸν τῆς ἐμφυτεύσεως κανόνα, ὁ δὲ δεσπότης ἀναβάλληται δέξασθαι αὐτόν, ἢ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει διάγων ἢ ἐν ἐπαρχίαις, ἐξεῖναι τῷ ἐμφυτευτῇ προσάγειν αὐτῷ τὸ ἐμφύτευμα, καὶ μελλουσης περαιοῦσθαι τῆς τριετίας, εἰ μὴ ἀνάσχοιτο λαβεῖν, σφραγίζειν αὐτό, καὶ ἐπιμαρτύρασθαι περὶ τούτου ἢ τὸν ἐνδοξότατον ἔπαρχον τῆς πόλεως, ἢ τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους τῶν ἱερῶν πραιτωρίων, ἢ τὸν πρόσφορον ἄρχοντα, ᾧτινι ὑπόκειται ὁ τοῦ χωρίου δεσπότης, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις ἢ παρὰ τῷ ἄρχοντι, ἢ ἐν ἀπουσίᾳ τοῦ ἄρχοντος παρὰ τῷ ἐκδίκῳ τῶν τόπων, ἢ παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, καθ' ἣν ὁ δεσπότης τοῦ κτήματος διάγει, πράττειν περὶ τούτου, ὥστε καὶ τὴν ἐξ ἑνὸς τῶν εἰρημένων προσώπων προστεθῆναι τῷ πράγματι μαρτυρίαν. Καὶ εἰ μὴ δὲ οὕτως ἔλοιτο λαβεῖν προσαγόμενον τὸ ἐμφύτευμα ὁ δεσπότης, κερδαινέτω μὲν αὐτὸ ὁ ἐμφυτευτής, μηδεμίαν ἀγωγὴν ἔχοντος εἰς ἀπαίτησιν αὐτοῦ τοῦ δεσπότου. Μήτε δὲ ἡ ἐμφύτευσις λυέσθω παρατρεχούσης τῆς τριετίας, μήτε τῶν ἑφεξῆς ἐνιαυτῶν ἀπαιτείτω τὸν εἰωθότα κανόνα ὁ δεσπότης, ἕως ἂν αὐτὸς ἄνωθεν ὀχλήσας τῷ ἐμφυτευτῇ, καὶ διαμαρτυρίαν αὐτῷ στείλας ἄρξηται αἰτεῖν τὸν ἐμφυτευτικὸν κανόνα· τότε γὰρ οὐ μὴν προλαβόντος χρόνου παντὸς ἀπαιτείτω τὸν κανόνα ὁ δεσπότης, ὡς αὐτὸς αἴτιος τοῦ μὴ λαβεῖν αὐτὸν γεγονώς, τοῦ δὲ τρέχοντος χρόνου μετὰ τὴν διαμαρτυρίαν αὐτοῦ ἀπαιτείτω τὸ ἐμφύτευμα. Ἐὰν δὲ ἐπὶ τριετίαν μετὰ τὴν διαμαρτυρίαν τοῦ δεσπότου μὴ καταβάλῃ ὁ ἐμφυτευτὴς εὐγνωμόνως τὸν κανόνα, ἀκολούθως ἐξωθείτω αὐτὸν ὁ δεσπότης τῆς ἐμφυτεύσεως κατὰ τὴν β' τούτου τοῦ τίτλου διάταξιν [4]).

Si per triennium emphyteuta canonem emphyteuticum domino afferat, dominus autem eum accipere moretur in hac regia urbe vel in provinciis degens, licere emphyteutae ei canonem offerre, et sub finem triennii, si recuset accipere, obsignare illud, idque attestari vel apud gloriosissimum praefectum urbi, vel gloriosissimos praefectos sacrorum praetoriorum, vel competentem magistratum, cui dominus praedii subest, in provinciis autem id agere apud praesidem, vel absente praeside apud defensorem locorum, vel episcopum civitatis, in qua dominus rei degit, ita ut unius ex supradictis personis testationem adiiciat. Quodsi ne ita quidem maluerit accipere dominus oblatum canonem, lucretur eum emphyteuta, domino nullam ad eum exigendum actionem habituro. Neque vero emphyteusis solvatur exacto triennio, neque canonem praestari solitum deinceps petere liceat domino, donec ipse rursus emphyteutam inquietet, et missa attestatione canonem emphyteuticum petere incipiat; tunc enim non totius quidem praeteriti temporis canonem exigat dominus, quum ipsius culpa, ne eum acciperet, factum fuerit, currentis autem post suam attestationem temporis canonem petat. Si vero post triennium ab attestatione domini emphyteuta iuste non solverit, propterea eum dominus emphyteusi expellat secundum alteram huius tituli constitutionem.

33. [b]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις. — Θείαν ἐποιησάμεθα διάταξιν [5]), οὐδενὶ συγχωροῦντες οὐδὲ ἄκουσαν γυναῖκα, δούλην ἢ ἐλευθέραν, εἰς σκηνὴν ἢ ὀρχήστραν [6]) καθέλκειν, οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλομένην κωλύειν, τούς τε ἐγγυητὰς [7]) τῆς [8]) αὐτῆς, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου χρυσίου [9]) ῥητὸν ὁμολογήσαντας, ἀπαιτεῖν. Ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο γένηται [10]), κωλύεσθαι ταῦτα παρά τε τῶν λαμπροτάτων τῶν ἐπαρχιῶν ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων

33. *Idem A. ubique terrarum constitutis episcopis. — Sacram fecimus constitutionem, nemini permittentes neque invitam mulierem, ancillam aut liberam, in scenam aut orchestram pertrahere, neque discedere volentem prohibere et eius fideiussores, qui super hoc ipso certum auri modum promiserint, convenire. Sed si quid tale factum fuerit, prohiberi haec et a clarissimis provinciarum praesidibus, et a civitatum religiosissimis episcopis constituimus, dantes licentiam religiosissimis episcopis una cum clarissimo pro-*

---

[a]) *Tantum epitome legis servatur* 1., *in Coll. constit. eccles. I.* 4. 32. (*Voëlli bibl. II. p.* 1280.), 2., *in Bas. XX.* 2. 4. (*Fabr. T. II. p.* 494.). *Text.* 1. *restitutus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 100.), *receptus a Cont.* 71. *et rell. Text.* 2. *simul editus a Bk. Nos quoque utrumque edimus, illum ex August., cuius et notis* (*Aug. i. n.*) *utimur. Ms. Vat. indicat lacunam constt. graecarum. Caeterum geminatur h. l. in l.* 4. *C. de iure emphyt.* (*IV.* 66.). — [b]) *Lex superest* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. XX.*, 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 4. 33. (*Voëlli bibl. II. p.* 1280.). *Text.* 1. *restitutus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 100.), *receptus a Cont.* 71. *et rell. Nos in textu et notis* (*Aug. i. n.*) *sequimur August. Eiusdem, cuius haec lex, argumenti fuit l.* 29. *C. de nupt. V.* 4.

[1]) ἐκ μαρτύρας *Aug. i. n.* — [2]) *Aug. i. n., Pac. in marg., Bk.*; μὴ δὲ οὔτε *August. in textu et rell.*; *cfr. epitome eiusd. const. ex Bas.* — [3]) διὰ μαρτυρίαν *Augustinus.* — [4]) *haec const. est l.* 2. *C. de iure emphyt. IV.* 66. — [5]) *scilicet l.* 29. *C. V.* 4., *quam innui apparet ex* §. 1. *infra.* — [6]) ἢ εἰς ὀρχήστραν *Aug. i. n.* — [7]) *ex nostra coniectura*; ἢ τοὺς ἐγγ. *Bk.*; τοὺς ἐγγ. *Augustinus et rell.* — [8]) τοὺς *Augustinus in marg. cum signo* †. — [9]) χρυσίον *Aug. i. n.* — [10]) γένοιτο *Aug. i. n.*

τῶν διεταξάμεθα, δόντες ἄδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἅμα τῷ λαμπροτάτῳ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, καὶ ἄκοντας ἄγειν πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς βιασαμένους, ἢ τοὺς ἀπαλλαττεσθαι τῆς ἐργασίας κωλύοντας, καὶ δημοσίαν μὲν αὐτῶν ποιεῖν τὴν οὐσίαν, ἐκείνους δὲ τῆς πόλεως ἐξελαύνειν. Εἰ δὲ ὁ τὴν ἐπαρχίαν διοικῶν αὐτὸς ὁ βιαζόμενος εἴη, ἢ τὴν ἐκ τῆς εἰρημένης ἐργασίας ἀπαλλαγὴν κωλύων, δίδομεν [1]) ἄδειαν καὶ μόνοις τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις προσιέναι τὴν ταῦτα πάσχουσαν [2]) ἢ τὸν αὐτῆς ἐγγυητήν, τὸν δὲ ἐναντιοῦσθαι τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι, καὶ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν, ἢ εἰ μὴ [3]) γένοιντο πρὸς τοῦτο ἱκανοί, μηνύειν εἰς τὴν βασιλείαν, ὥστε ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἐξενεχθῆναι ποινήν, τῶν ἐγγυῶν καθάπαξ λυομένων, καὶ τῶν ἐγγυητῶν ἀζημίων φυλαττομένων· ἄδειαν δίδοντες ταῖς ἀπαλλαττομέναις τοιαύταις γυναιξίν, ἐλευθέραις καὶ εὐγενέσιν οὔσαις, πρὸς γάμον χωρεῖν νόμιμον, καὶ εἰ τυγχάνοιεν ταῖς σεμνοτάταις ἀξίαις οἱ ταύτας λαμβάνοντες κεκοσμημένοι, μηκέτι δεομέναις βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν τὸν γάμον πραττούσαις, γαμικῶν μέντοι συμβολαίων ἐκ τρόπου παντὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων, τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν θυγατέρων τῶν σκηνικῶν διαταξάμενοι. §. 1. Τὴν μὲν εἰρημένην διάταξιν καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ τῶν πασῶν διατάξεων τούτου δὴ τοῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπωνύμου βιβλίου πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ἀντιγεγραμμένην τεθείκαμεν. Ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν διὰ τῆς παρούσης νομοθεσίας καὶ ὑμῖν [4]) τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ταῦτα ποιῆσαι φανερά, διὰ τοῦτο συνελόντες [5]) τὰ κατ' ἐκείνην ἀφηγήσει πλατυτέρᾳ νομοθετηθέντα, τήνδε τὴν [6]) θεῖαν διάταξιν ποιούμεθα καὶ πρὸς ὑμᾶς, ὅπως τὴν ἱερατικὴν διασώζοντες σεμνότητα, καὶ σωφροσύνης ἀντεχόμενοι ταῦτα φυλάττοιτε τότε ἐκ τοῦ μεγάλου Θεοῦ δέος καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν, εἴ τι τούτων παραβαίνοιτε, λογιζόμενοι. Dat. Kal. Novemb. CP. Dn. Iustiniano PP. A. IV. et Paulino Conss. [534.]

34. [a]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ, τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ. — Σφόδρα πιστεύομεν, ὡς ἡ τῶν ἱερέων καθαρότης τε καὶ εὐκοσμία, καὶ ἡ πρὸς τὸν θεσπότην Θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συντονία, καὶ αἱ παρ' αὐτῶν ἀναπεμπόμεναι διηνεκεῖς εὐχαὶ πολλὴν εὐμένειαν τῇ καθ' ἡμᾶς πολιτείᾳ καὶ αὔξησιν παρέχονται, δι' ὧν ἐστὶν ἡμῖν καὶ βαρβάρων κρατεῖν, καὶ γινώσκεσθαι κυρίοις ἐκείνων, ἃ πρόσθεν οὐκ εἴχομεν. Καὶ ὅσῳπερ ἂν τὰ τῆς αὐτῶν αὔξηται σεμνότητός τε καὶ κοσμιότητος, τοσούτῳ καὶ τὴν ἡμετέραν πολιτείαν ἐπιδιδόναι πιστεύομεν. Εἰ γὰρ οἱ μὲν παρέχοιντο βίον σεμνόν τε καὶ πανταχόθεν ἀνεπίληπτον, τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα λαὸν νουθετοῖεν, ὥστε πρὸς τὴν αὐτῶν σεμνότητα βλέποντα, τῶν πολλῶν ἁμαρτημάτων ἀπέχεσθαι, πρόδηλον, ὡς ἐντεῦθεν αἵ τε ψυχαὶ [7]) πᾶσι βελτίους ἔσονται, καὶ ῥᾴδιως ἡμῖν ἐνδοθήσεται παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπία προσήκουσα. §. 1. Ταῦτα τοίνυν ἡμῖν ἀνασκοπουμένοις προσήγγελται, παραδόξως τινὰς τῶν εὐλαβεστάτων διακόνων, ἔτι γε μὴν καὶ πρεσβυτέρων (τὸ γὰρ ἔτι ποῤῥωτέρω τούτου καὶ εἰπεῖν ἐρυθριῶμεν, φαμὲν δὴ τὸ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων), ὡς τούτων τινὲς οὐκ αἰσχύνονται οἱ μὲν αὐτόθεν κύβων ἅπτεσθαι, καὶ τὴν οὕτως ἀσχήμονα καὶ αὐτοῖς τοῖς ἰδιώταις παρ' ἡμῶν κατὰ τὸ πλεῖστον ἀπηγορευμένην [8]) θέαν μετιέναι, οἱ δὲ τὴν τοιαύτην παιγνίαν οὐ κατηγοροῦσιν, ἀλλ' ἢ κοινωνοῦσι τοῖς πράττουσιν, ἢ κάθηνται θεαταὶ πράξεως ἀτόπου, καὶ θεῶνται μὲν σὺν ἐπιτιμίᾳ πάσῃ τὰ πάντων ἀτοπώτατα, λόγων τε [9]) ἀκούουσι βλασφήμων, οὓς ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνάγκη γίνεσθαι, μο-

provinciae praeside, etiam invitos trahere ad se eos, qui compulerint, aut qui discedere ab eo quaestu prohibuerint, et publicari quidem eorum substantiam, ipsos vero civitate expelli. Si vero qui provinciam regit, ipse sit, qui eas compulerit, aut a praedicto quaestu conversionem prohibuerit, damus licentiam, ad solos religiosissimos episcopos accedere eam, quae talia patitur, aut eius fideiussorem; hic vero episcopus sese opponat magistratui, et non permittat iniuriam, aut, si minus fuerint ad id idonei, indicent id nostro imperio, ut a nobis competens exerceatur poena, fideiussionibus simul solvendis, et fideiussoribus indemnibus conservandis; et licentiam damus conversis huiusmodi mulieribus, liberis et ingenuis, ad matrimonium transire legitimum, neque, si gravissimis dignitatibus qui illas duxerint decorati sint, indigeant imperialibus rescriptis, sed ex suo arbitrio nuptias celebrent, nuptialibus nimirum instrumentis omnimodo inter ipsos factis; eademque et de filiabus scenicarum constituimus. §. 1. Hanc autem dictam constitutionem et in quinto libro omnium constitutionum huius scilicet nostrae pietatis cognominis libri, ad civiles magistratus rescriptam, posuimus. Quoniam enim oportebat per praesentem sanctionem et vobis ubique terrarum positis religiosissimis episcopis haec facere manifesta, propterea comprehendentes, quae ad ipsam pertinent expositione latiore sancita, etiam divinam constitutionem fecimus ad vos, ut sacerdotalem conservantes reverentiam et continentiae studiosi haec custodiatis, tam magni Dei metum, quam imperialem indignationem, si quid horum praetermiseritis, considerantes.

34. *Idem A. Epiphanio, sanctissimo archiepiscopo huius felicissimae urbis et universali patriarchae. — Certissime credimus, sacerdotum puritatem et decus, et ad dominum Deum et salvatorem nostrum, Iesum Christum, animi affectionem, et ab ipsis missas perpetuas preces magnum favorem nostrae reipublicae et incrementum praebere, et per haec nobis licuisse et barbaros subiugare, et domini agnosci ab illis, quae antea non obtinuimus. Et quanto plus rebus illorum accedit honestatis et decoris, tanto magis et nostram rempublicam augeri credimus. Si enim hi praetulerint vitam honestam et undique irreprehensibilem, et reliquum populum instruxerint, ut is ad illorum honestatem respiciens multis peccatis abstineat, planum est, quod inde et animae omnibus meliores erunt, et facile nobis tributur a maximo Deo et salvatore nostro, Iesu Christo, clementia conveniens.*

§. 1. *Haec igitur nobis respicientibus nunciatum est, praeter exspectationem quosdam ex reverendissimis diaconis, quid quod etiam presbyteris (nam quod amplius est, addere erubescimus, dicimus vero Dei amantissimos episcopos), quosdam ex his non vereri, alios quidem temere tesseras contrectare, et ad adeo pudendum atque ipsis etiam laicis a nobis frequenter interdictum spectaculum accedere, alios vero talem ludum non accusare, sed vel communicare cum ludentibus, aut sedere spectatores actus indecori, et spectare quidem cum omni aviditate res omnium importunissimas, et sermones audire blasphemos, quos in talibus necesse est fieri, et polluere suas manus et oculos et aures*

[a]) *Const. legitur* 1., *genuina in Coll.* 25. *cap. XXI.*, 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 4. 34. (*Voëlli bibl. II. p.* 1280.), *ex qua hausit Photius in Nomoc. IX.* 27. *et* 39. (*Voëlli bibl. II. p.* 992. 1025.). *Cont.* 66. *in Praeterm. habet latinam versionem ex Photio IX.* 27. *Text.* 1., *restitutus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 103.), *transiit in Cont.* 71. *et rell. Nos in textu et notis* (*Aug. i. n.*) *sequimur August.*

[1]) *διδοῦσαν Aug. i. n.* — [2]) *παρασχοῦσαν Aug. l. m.* — [3]) *Bk., Pac. in marg.; ἢ μὴ Augustinus et rell.* — [4]) *Augustinus; ἡμῖν Cont.* 71. *ex vitio typorum a rell. servato.* — [5]) *Bk.; συνελθόντες Augustinus et rell.* — [6]) *τὴν δέ Cont.* 71. *et rell.* — [7]) *αἱ ψυχαί Aug. i. n.* — [8]) *scilicet in l.* 1. 2. *C. III.* 43. — [9]) *λόγων δέ Aug. i. m.*

μολύνουσί τε τὰς ἑαυτῶν χεῖρας, τάς τε ὁράσεις, τάς τε ἀκοὰς οὕτω κατεγνωσμένοις καὶ ἀπηγορευμένοις παιγνίοις. Οἱ δὲ καὶ ἀπαρακαλύπτως ἢ ταῖς τῶν ἵππων ἀυλλαις παραβάλλουσιν, ἢ καὶ προκαλοῦνταί τινας ὑπὲρ τῆς τῶν ἵππων ἥττης ἢ νίκης, ἢ δι' ἑαυτῶν ἢ διά τινων ἑτέρων οὐκ εὐσχημόνως τὰ τοιαῦτα παίζοντες, ἢ τῶν ἐν σκηνῇ καὶ θυμέλαις θεαταὶ γίνονται παιγνίων, ἢ ταῖς ἐν θεάτροις [1]) τῶν μαχομένων πρὸς τὰ θηρία μάχαις παραγίνονται, καὶ οὐκ ἐννοοῦσιν, ὡς καὶ τοῖς ἄρτι μυουμένοις καὶ τῶν προσκυνητῶν ἀξιουμένοις μυστηρίων αὐτοὶ προκηρύττουσιν ἀποτάττεσθαι τῇ τοῦ ἀντικειμένου δαίμονος λατρείᾳ καὶ πάσῃ πομπῇ, ἧς οὐκ ἐλάχιστον μέρος τὰ τοιαῦτα καθέστηκε. §. 2. Πολλάκις μὲν αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα φυλάττεσθαι προηγορεύσαμεν· ὁρῶντες δὲ τὴν περὶ τούτων γινομένην ἡμῖν προσαγγελίαν, εἰς ἀνάγκην ἠλθομεν ἐπὶ τὸν παρόντα νόμον διὰ τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀφικέσθαι σπουδήν, καὶ ἅμα μὲν ὑπὲρ τῆς ἱερωσύνης αὐτῆς, ἅμα δὲ ὑπέρ τε τοῦ κοινῇ τῇ πολιτείᾳ συμφέροντος. §. 3. Καὶ θεσπίζομεν, μηδένα μήτε διάκονον, μήτε πρεσβύτερον, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἐπίσκοπον (ὅπερ καὶ ἄπιστον ἴσως ἂν δόξειεν, ὧν ἐν ταῖς χειροτονίαις εὐχαί τε εἰς τὸν δεσπότην ἀναπέμπονται Χριστόν, τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ ἐπίκλησις τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ γίνεται πνεύματος, καὶ ταῖς αὐτῶν κεφαλαῖς ἢ ταῖς χερσὶν ἐπιτίθεται τὰ ἁγιώτατα τῶν παρ' ἡμῖν [2]) μυστηρίων, ὅπως ἂν αὐτοῖς τὰ αἰσθητήρια πάντα καθαρά τε γένοιτο, καὶ καθιερωθείη Θεῷ) μηδένα τοίνυν τούτων τολμᾷν τοῦ λοιποῦ μετὰ τόνδε τὸν θεῖον ἡμῶν νόμον ἢ κυβεύειν τὴν οἱανοῦν τῶν κύβων παιδιάν, ἢ τοῖς τοῦτο πράττουσι κοινωνεῖν, ἢ παρακαθῆσθαι καὶ τέρπεσθαι καὶ συνδιατίθεσθαι τοῖς γινομένοις, ἢ παραβάλλειν ταῖς δημώδεσι ταύταις θέαις, ἃς ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, καί τι τῶν ἐπ' αὐταῖς ἀπηγορευμένων ποιεῖν, ἀλλὰ πάσης πρὸς ταῦτα μετουσίας τὸ λοιπὸν ἀπέχεσθαι. Τὸ γὰρ ἤδη προειληφός, εἰ καὶ ἀναζητεῖν ἔχοῃ, καὶ μὴ μετιέναι προσηκόντως, ὅμως διὰ φιλανθρωπίαν συγχωροῦμεν, τὴν ἐκ τοῦ παρόντος νόμου παρατήρησιν ἅπασιν εἰς τὸν λοιπὸν ἐπιτιθέντες χρόνον. Προσῆκον γὰρ ἐστὶν αὐτοῖς νηστείαις τε καὶ ἁγνείαις [3]), καὶ ταῖς ἀσκήσεσι τῶν θείων λογίων, καὶ ταῖς ὑπὲρ πάντων σχολάζειν εὐχαῖς, ἀλλὰ μὴ ταῦτα καταλιμπάνοντας, τῶν πανταπασι βεβήλων τε καὶ ἀπηγορευμένων ἅπτεσθαι. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο θεσπίζομεν καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν, ὑποδιακόνων τε καὶ ἀναγνωστῶν φαμέν, εἴπερ [4]) καὶ αὐτοὶ τῆς τε ἱερᾶς τραπέζης καὶ παντὸς τοῦ περὶ τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας κόσμου καθεστῶσιν ὑπουργοί τε καὶ ὑπηρέται, καὶ τὰ θεῖα μεταχειριζόμενοι λόγια, τὰς ἱερὰς ἡμῖν ἐκ τῶν εὐαγῶν ἡμῶν βιβλίων οἱ μὲν ἀναγινώσκουσιν γραφάς, οἱ δὲ ὑμνοῦσιν ᾠδάς. §. 4. Εἰ δέ τις τοῦ λοιποῦ τοιοῦτό τι πράττων φανείη, καὶ προσαγγελθείη τοῦτο ἢ κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ, ἢ κατὰ τὰς ἐπαρχίας τοῖς ὑπ' αὐτὴν τεταγμένοις θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις, ὧν τὴν χειροτονίαν ὁ τῆς σῆς μακαριότητος ποιεῖται θρόνος, καὶ τοιαύτη τὶς ἐπέλθοι μέμψις ἢ διακόνῳ, ἢ πρεσβυτέρῳ, καὶ πολλῷ μᾶλλον τινι τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τὴν σὴν ἐνταυθοῖ μακαριότητα, καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τοὺς ὑπό σε θεοφιλεστάτους μητροπολίτας, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπους ταῦτα σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ κατὰ τὴν τῆς ἱερωσύνης τάξιν ζητεῖν καὶ ἀνερευνᾶν, μηδὲ παρεργον ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν, ἀλλὰ καὶ μαρτύρων ἀξιοπίστων ἀκούειν, καὶ διὰ πάσης ὁδοῦ χωρεῖν, ὥστε τὸ ἀληθὲς λαβεῖν. Ὥσπερ γὰρ αὐτοὺς τῶν τοιούτων εἴργομεν, οὕτω καὶ συκοφαντεῖσθαι παρά τινων κωλύομεν. Καὶ εἰ, πανταχόθεν τῆς ἐξετάσεως τῶν θείων προκειμένων λογίων γινομένης, ἀληθῶς ἔχειν ἡ μέμψις φανείη, καὶ ἀποδειχθείη διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἢ κυβεύων, ἢ κοινωνῶν τοῖς κυβεύουσιν, ἢ ταῖς ταύταις παρακαθήμενος ματαιότητι, ἢ ταῖς εἰρημέναις παραβάλλων θέαις, ἢ καὶ ἴσως τις τῶν θεοφιλεστάτων ἐπι-

aures sic damnatis et prohibitis ludis. Alii vero non obscure aut equorum certaminibus se immiscent, aut etiam provocant aliquos super equorum profligatione aut victoria, vel per se ipsos, vel per alios quosdam non decenter talia ludentes, aut scenicorum vel thymelicorum spectatores fiunt ludorum, aut eis, quae in theatris certantium ferarum pugnae fiunt, intersunt, neque cogitant, quemadmodum ipsi iis, qui recens initiati sunt, et adorandis mysteriis dignati, ipsi praecipiant, ut renuntient adversarii daemonis cultui, et omnibus pompis eius, quarum non minimam partem haec ipsa constituunt.

§. 2. *Saepe quidem ipsos talia agere vetuimus; videntes autem de his factam nobis relationem, in necessitatem incidimus ad praesentem veniendi legem, tum propter nostrum super religione studium, tum etiam propter sacerdotii ipsius simul et communis reipublicae utilitatem.*

§. 3. *Et sancimus, neminem neque diaconum, neque presbyterum, et multo magis episcopum (quod quidem et incredibile forte videri possit, ut quorum in ordinationibus preces ad dominum mittuntur Christum, Deum nostrum, et invocatio sancti et adorandi fit Spiritus, et eorum capitibus aut manibus imponuntur sanctissima, quae apud nos sunt, mysteria, ut scilicet ipsis sensoria omnia instrumenta pura fiant, et consecrentur Deo) neminem igitur horum audere de cetero post divinam nostram legem aut ludere quocunque aleae genere, aut ita ludentibus communicare, aut assidere ac delectari et consensum applicare iis, quae fiunt, aut interesse plebeiis huiusmodi spectaculis, quae prius diximus, aut quid eorum, quae in his prohibentur, facere, sed omni in iis communione in posterum abstinere. Quod enim praecessit iam, licet etiam inquirendum fuisset, nec commode ignoscendum, tamen propter humanitatem indulgemus, praesentis legis observationem omnibus in posterum iniungentes tempus. Decet enim ipsos ieiuniis et vigiliis, et exercitationibus in divinis oraculis, et precibus pro omnium salute vacare, neque vero his neglectis omnium maxime profana et prohibita contrectare. Idem etiam sancimus et in reliquos clericos, subdiaconos nempe et lectores, quum et ipsi sacrae mensae et omnis circa sanctissimas ecclesias ornatus constituti sint ministri et operarii, et divina tractantes eloquia religiosas nobis ex sacris nostris bibliis alii legant scripturas, alii hymnos canant.*

§. 4. *Si vero quis de cetero tale quid faciens deprehendatur, et hoc delatum fuerit vel in hac felici civitate tuae sanctitati, vel in provinciis iis, qui sub ipsa constituti sunt, Dei amantissimis metropolitis et ceteris episcopis, quorum ordinationem tuae beatitudinis sedes facit, et talis quaedam supervenerit accusatio diacono, aut presbytero, et multo magis cuidam episcoporum Dei amantissimorum, tua beatitudo hic, et in provinciis positi sub te Dei amantissimi metropolitae, et subiecti ipsis episcopi haec cum diligentia omni secundum sacerdotii ordinem quaerant et perscrutentur, neque defunctoriam faciant inquisitionem, sed et testes fide dignos audiant, et per omnem viam procedant ad eruendam veritatem. Sicut enim ipsis talia interdicimus, ita et calumniam fieri a quibusdam vetamus. Et si, undique discussione divinis propositis eloquiis facta, vere se habere accusatio apparuerit, et convictus fuerit diaconus aut presbyter, vel aleator esse, vel aleatorum particeps, aut talibus assidere vanitatibus, vel praedictis interesse spectaculis, aut etiam forte aliquis Dei amantissimorum episcoporum (quod quidem neque eventurum esse confidimus) talis cuiusdam particeps sit spectaculi, aut cum aleatoribus una sedere*

[1]) *in amphitheatris mavult Aug. i. n.* — [2]) τῶν ἀπορρήτων ἡμῖν *Aug. i. n.* — [3]) ἀγρυπνείαις *Augustinus in marg. addito signo* †. — [4]) οἵπερ *Aug. l. c.*

ἐπισκόπων (ὅπερ οὐδὲ ἔσεσθαι πιστεύομεν) ὅλως τοιαύτης τινὸς ἀνάσχηται θέας, ἢ τοῖς κυβεύουσιν ἢ προσκαθεσθῆναι καὶ συνδιατίθεσθαι τοῦ λοιποῦ θαρρήσειε, τὸν τοιοῦτον εὐθὺς ὑπὸ τῆς σῆς μακαριότητος, ἢ ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου, ἢ τοῦγε θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου, ὑφ' ὃν [1]) τέτακται, εἴπερ τις τῶν εἰρημένων εἴη κληρικῶν, τῆς ἱερᾶς ἀφορίζεσθαι λειτουργίας, ἐπιτίθεσθαί τε αὐτῷ κανονικὸν ἐπιτίμιον, καὶ ὁρίζεσθαι χρόνον, οὗπερ ἐντὸς προσῆκόν ἐστιν αὐτὸν νηστείαις τε καὶ ἱκεσίαις χρώμενον τὸν μέγαν ἐξιλάσκεσθαι θεὸν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου πλημμελήματος. Καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τὸν ὁρισθέντα χρόνον ὁ τοιοῦτον ἐπιτίμιον δεχόμενος μείνει, δάκρυσί τε καὶ μετανοίᾳ καὶ νηστείᾳ καὶ τῇ πρὸς τὸν δεσπότην Θεὸν εὐχῇ ἄφεσιν τοῦ πλημμελήματος ἐξαιτῶν, τηνικαῦτα τόν, ὑφ' ᾧ τέτακται, ταῦτα ἀκριβῶς μανθάνοντα καὶ περιεργαζόμενον, κοινὴν μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖν εὐχὴν γίνεσθαι, σὺν πάσῃ δὲ ἀκριβείᾳ παρεγγυᾶν αὐτῷ [2]), τοῦ λοιποῦ τῆς τοιαύτης ἱερωσύνης ὕβρεως ἀπέχεσθαι· καὶ εἰ νομίσειεν, αὐτὸν αὐτάρκως πρὸς μετάνοιαν ἐλθεῖν, τηνικαῦτα τῆς ἱερατικῆς αὐτῷ μεταδιδότω φιλανθρωπίας. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸν ἀφορισμὸν εὑρεθείη μήτε γνησίως τῇ μετανοίᾳ χρώμενος, περιφρονῶν τε τοῦ πράγματος, καὶ καθαρῶς ὑπὸ τοῦ ἀντικειμένου κατειλημμένος τὴν ψυχήν, τοῦτον μὲν αὐτὸς [3]) ὁ ἱερεύς, ὑφ' ᾧ τελεῖ, τῶν ἱερῶν ἐξωθείτω καταλόγων, παντάπασιν αὐτὸν καθαιρῶν, ὁ δὲ οὐκ ἔτι παντελῶς ἄδειαν ἕξει πρὸς ἱερατικὴν ἐλθεῖν τάξιν· ἀλλ', εἰ μὲν ἔχοι περιουσίαν, τὸ τῆς πόλεως ἐκείνης βουλευτήριον, καθ' ἣν ἱεράτο πρότερον, ἢ εἴπερ οὐκ ἔχοι βουλευτήριον ἡ πόλις, ἕτερον βουλευτήριον τῆς ἐπαρχίας, ὅπερ μάλιστα χρῄζει βουλευτοῦ, παραλήψεται τοῦτον, τοῦ λοιποῦ ἅμα τῇ περιουσίᾳ βουλεύοντα [4])· εἰ δὲ οὐσίαν οὐκ ἔχοι, ταξεώτης τὸ λοιπὸν ἔσται τῆς ἐπιχωρίου τάξεως ἀντὶ τοῦ πρόσθεν ἱερέως, καὶ ἐπειδὴ τὴν τοῦ Θεοῦ τάξιν ἐκλέλοιπεν, ἔσται ταξεώτης ἐπιχώριος, ταύτην ἑαυτῷ τὴν αἰσχύνην ἀντὶ τῆς ἐμπροσθεν τιμῆς ἐπιθείς. §. 5. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα θεσπίζομεν ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως τὴν σὴν φυλάττειν ἁγιωσύνην, καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐκδίκους τε καὶ οἰκονόμους, οἷς ἐπιμελὲς [5]) ἔσται τὰ τοιαῦτα ἀναζητεῖν καὶ προσαγγέλλειν, καὶ τοὺς ἀλισκομένους ἀφαιρεῖσθαι τῆς διδομένης αὐτοῖς παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν σιτήσεώς τε καὶ χορηγίας· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις οἵ τε ὑπὸ τῇ σῇ τεταγμένοι μακαριότητι θεοφιλέστατοι μητροπολῖται, καὶ πρός γε οἱ ὑπ' αὐτοὺς θεοσεβεῖς ἐπίσκοποι, καὶ οἱ τούτων ἐκκλησιέκδικοι καὶ οἰκονόμοι, καὶ αὐτοὶ τὸν ἴσον τρόπον, καθ' ὃν ἔμπροσθεν εἴπομεν, τῷ πράγματι χρώμενοι, καὶ τὸ ἱερὸν σέβας πανταχόθεν ἀνεπίληπτόν τε καὶ ἀμώμητον φυλάττοντες. Παραφυλάξουσι δὲ ταῦτα καὶ οἱ ἐνδοξότατοι τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων ὕπαρχοι, ἀμὲν δὲ τοὺς τῆς Ἑῴας ἐπὶ τοῖς ὑποτεταγμένοις [6]) ἔθνεσι τῇ αὐτῶν δικαιοδοσίᾳ, οἵ τε τῆς Ἰλλυρίδος, οἵ τε τῶν Ἄφρων προεστῶτες διοικήσεως, καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς, καὶ οἱ λαμπρότατοι τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, καὶ οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι, αὐτοὶ μέν, οἱ τὰς μεγάλας ἀρχὰς ἄρχοντες, ἀγανάκτησιν ἡμετέραν ὑφορώμενοι, αἱ δὲ μὴ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς δέκα χρυσίου λιτρῶν ἀγωνιῶσαι ποινήν, ἄρχοντες δὲ ἐπιχώριοι, μείζους τε καὶ ἐλάττους, καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς, καὶ πρός γε οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι, ἀνὰ πέντε χρυσίου λιτρῶν ποινὴν εὐλαβούμενοι, εἰ ταῦτα μαθόντες μὴ προσαγγείλαιεν καὶ αὐτοὶ τοῖς ἱερεῦσι, τουτέστιν ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, ἢ τοῖς ὁσιωτάτοις μητροπολίταις, ἢ τοῖς ἑκάστης διοικήσεως ἁγιωτάτοις πατριάρχαις, καθ' ἣν ἂν ἕκαστος τελοίη χώραν, ὥστε ἐκείνους ταῦτα μαθόντας κατὰ τὸ ἔμπροσθεν διωρισμένον ἅπασιν ἐπεξελθεῖν, καὶ ἐπειδὰν παρ' αὐτῶν ὁ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἁλοὺς καθαιρεθείη, μὴ τῇ βουλῇ τῆς

sedere et conversari de cetero ausus fuerit, eum mox a tua beatitudine, aut a metropolita, aut a Dei amantissimo episcopo, sub quo ordinatus est, si quidem aliquis praedictorum sit clericorum, a sacro separari ministerio, imponi autem ipsi canonicam poenam, et definiri tempus, intra quod conveniat ipsum, ieiuniis et supplicationibus deditum, magnum propitiare Deum super tali peccato. Et si per definitum tempus qui talem poenam suscepit, mancat lacrimis, et poenitentia, et ieiunio, et ad dominum Deum oratione remissionem delicti exorans, confestim is, cui subiectus est, hoc diligenter cognito et investigato, communem pro ipso precationem fieri curabit, et cum omni diligentia iniunget ipsi, ut postea a tali sacerdotii labe abstineat; et si putaverit ipsum sufficienter ad poenitentiam venisse, tunc sacerdotali eum restituat clementiae. Si vero et post definitum tempus inventus fuerit neque vera poenitentia usus, et aspernatus eam rem, et manifeste a diabolo mentem occupatus, ipsum quidem sacerdos, sub quo degit, sacris eximat catalogis, omnino eum deponens, ei autem non amplius ullo modo liceat ad sacerdotalem venire gradum; sed si quidem habeat facultates, civitatis illius curia, in qua sacra prius faciebat, aut si non habet curiam ea civitas, alia curia provinciae, quae maxime indiget curiali, accipiet illum, in posterum cum suis facultatibus curiae addictum. Si vero facultates non habet, officialis in posterum fiat provincialis officii loco sacerdotii, quod antea habuit, et eam ob rem, quod Dei officium dereliquit, erit officialis provincialis, quum hoc sibi dedecus pro pristino honore imposuerit.

§. 5. *Haec igitur omnia sancimus in hac quidem felici civitate tuam custodire sanctitatem, et singularum ecclesiarum defensores et oeconomos, quibus curae erit haec inquirere et denunciare, et convictos privare data eis a sanctis ecclesiis annona et alimentorum praestatione; in provinciis autem qui sub tua ordinati sunt beatitudine Dei amantissimi metropolitae, simulque qui illis subsunt religiosissimi episcopi, et ecclesiarum defensores apud eos et oeconomi, et ipsi ad eundem modum, qui praedictus est, in ea re versabuntur, et sacram venerationem undique irreprehensibilem et sinceram custodient. Conservabunt autem ista et gloriosissimi sacrorum nostrorum praetoriorum praefecti, scilicet et Orientis apud subditas suae iurisdictioni gentes, et qui Illyrici atque Afrorum praesunt dioecesi, et parentia ipsis officia, et clarissimi provinciarum praesides, et civitatum defensores; ipsi quidem, qui maximos magistratus gerunt, indignationem nostram verentes, officia autem non obsecundantia ipsis, decem auri librarum expertura poenam, praesides vero provinciales maiores pariter et minores, et obtemperantia ipsis officia, et insuper civitatum defensores quinque auri librarum poenam metuentes, si haec cognoscentes non nunciaverint et ipsi sacerdotibus, id est aut Dei amantissimis episcopis, aut sanctissimis metropolitis, aut uniuscuiusque dioeceseos sanctissimis patriarchis, secundum suam cuique regionem, ut ipsi haec intelligentes secundum antea definita, omnibus se opponant, et postquam ab eis is, qui harum rerum convictus est, depositus fuerit, non curiae civitatis aut officio eum tradi curaverint. Etiam gloriosissimus praefectus huius felicis urbis haec custodiet, si quidem in hac peccetur regia nostra urbe, una cum obediente ipsi officio, ipse quidem indignationem*

[1]) *Augustinus*; ὑφ' ὧν *edd. Cod.*; *rectius fortasse legitur* ὑφ' ᾧ, *ut statim infra.* — [2]) παράγουσαν αὐτῷ *Aug. i. n.* — [3]) οὗτος μὲν αὐτόν *vel etiam* οὕτως μὲν αὐτόν *Aug. i. n.* — [4]) *Augustinus, Cont.* 71. 76.; δουλεύοντα *Char. Pac. Sp. Bk., commoti fortasse falsa Contii versione, scribentis: in posterum — serviturum.* — [5]) ἐπιμελέον *Augustinus.* — [6]) *Augustinus*; ἐπιτεταγμένοις *Cont.* 71. *et reli.*

τῆς πόλεως, ἢ τῇ τάξει τοῦτον παραδοθῆναι παρασκευάσαιεν. Καὶ ὁ ἐνδοξότατος ὕπαρχος τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ταῦτα παραφυλάξει, εἴπερ ἐπὶ ταύτης ἁμαρτάνοιτο τῆς βασιλίδος ἡμῶν πόλεως, ἅμα τῇ πειθομένῃ αὐτῷ τάξει, αὐτὸς μὲν ἀγανάκτησιν ἡμετέραν ὑφορώμενος, ἡ δὲ αὐτοῦ τάξις δέκα χρυσίου λίτρων εὐλαβουμένη ποινήν. §. 6. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ταῦτα νομοθετικῶς πεπράχαμεν. Ἐκεῖνο δὲ τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, ὡς ἡμῖν μὲν ἀφωσίωται πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν τῶν ἱερέων σεμνότητος. Εἰ δὲ αὐτοὶ παραβαίνοιεν τῶν τεταγμένων, καὶ παραπροσποιοῖντο, καὶ μὴ ἐπεξίοιεν, ἀλλά τινα δήθεν φιλανθρωπίαν οὐκ ἐπαινετὴν ἕλοιντο, πρὸς ταῖς ἐξ οὐρανοῦ ποιναῖς ἕξουσι καὶ τὴν ἐκεῖθεν κρίσιν, ἥτις αὐτοῖς ἐν αὐτῷ τῷ τοῦ Θεοῦ παραστήσεται βήματι, τὴν οὐκ εὐπρεπῆ παραπροσποίησιν ἐλέγχουσά τε καὶ μετιοῦσα. Εἰ δὲ καί τις τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων, μειζόνων τε καὶ ἐλαττόνων, ταξεωτῶν ἢ ἐκδίκων, ἢ μαθὼν ταῦτα μὴ μηνύσειεν, ἢ ἐπεξελθεῖν ἐξὸν ῥαθυμήσειεν, ἢ καὶ τὸ πρᾶγμα μισθοῦ καταπροδοίη, ἔστω, ὡς πρὸς ταῖς ἠπειλημέναις παρ' ἡμῶν ποιναῖς ἕξει καὶ τὴν παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ ἡμῶν τιμωρίαν ἑπομένην, καὶ ἔνοχος ἔσται ταῖς ἀραῖς ἁπάσαις, ταῖς τοῖς ἱεροῖς περιεχομέναις βίβλοις. §. 7. Ὥςπερ δὲ ταῦτα ἡμῖν δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ διὰ τὴν τοῦ δεσπότου νενομοθέτηται θεραπείαν, οὕτω κἀκεῖνο προςτίθεμεν, ὥςτε τὰς ἐξετάσεις συν ἀκριβείᾳ γίνεσθαι, καὶ μηδένα συκοφαντεῖν ἐπανίστασθαί τισι, καὶ ψευδοκατηγορεῖν, ἢ ψευδομαρτυρεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις. Καθάπερ γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν, εἴ τι τοιοῦτο πράξοιεν, τηλικαύτας ἐπεθήκαμεν ποινάς, οὕτω καὶ τοῖς συκοφαντεῖν αὐτοὺς πειρωμένοις ἐξ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἡμετέρων νόμων ποινὰς ἐπικεῖσθαι βουλόμεθα, εἰ προςαγγείλαντες εἴτε ἐπεξελθεῖν μὴ βουληθεῖεν, ἢ συστῆναι ταῖς τοιαύταις κατηγορίαις οὐκ ἰσχύσαιεν. Dat. Prid. Non. Novemb. CP. Iustiniano PP. A. IV. et Paulino V. C. Conss. [534.]

nem nostram veritus, ipsius autem officium decem librarum auri metuens poenam.

§. 6. *Verum ista quidem legislationis modo confecimus. Illud vero in confesso est, a nobis ea consecrata esse Deo propter sacerdotum ipsius honestatem. Si vero ipsi transgressi fuerint ea, quae sunt ordinata, et conniveant, nec vindicent, sed quadam forte humanitate non laudabili capti fuerint, praeter coelestes poenas habebunt et illinc condemnationem, quae illis in ipso Dei infligetur tribunali et indecentem conniventiam arguet et vindicabit. Si vero et aliquis civilium magistratuum, maiorum aut minorum, officialium vel defensorum, aut quum haec didicerit, non indicaverit, aut quum vindicare liceret, neglexerit, aut rem mercede prodiderit, sciat, se praeter definitas a nobis poenas et a maximo Deo nostro poenam esse passurum, et obnoxium fore exsecrationibus omnibus, quae sacris continentur libris.*

§. 7 *Ut autem haec a nobis ob nihil aliud, quam ob Domini sancita sunt cultum, sic et hoc addimus, ut inquisitiones cum diligentia fiant, et ne quis calumniator insurgat in aliquos, aut falso accusaturus, aut falsum testimonium laturus his de rebus. Sicut enim sacerdotibus, si quid tale egerint, tales imposuimus poenas, ita et his, qui calumniari ipsos tentarint, ex coelo et legibus nostris poenas imminere volumus, si, denuntiatione facta, aut persequi noluerint, aut perseverare in huiusmodi accusationibus non valuerint.*

Tit. V.

DE HAERETICIS ET [1]) MANICHAEIS ET SAMARITIS [2]).

1. [a]) Imp. Constantinus A. [3]) ad Gracilianum [4]). — Privilegia, quae contemplatione religionis indulta sunt, catholicae tantum legis observatoribus prodesse oportet. Haereticos non solum his [5]) privilegiis alienos esse volumus, sed [6]) adversis [7]) muneribus constringi et subiici. PP. Kal. Septemb. [8]) Generasti [9]), Constantino A. VII. et Constantio Conss. [10]) [326.] [11]).

Authent. de privileg. dot. haeret. mulier. §. Quia enim dedimus. (Nov. 109. c. 1.) — *Item privilegium dotis, quo mulier creditoribus tempore prioribus anteponitur, nec non de tacitis hypothecis, et alia omnia mulieribus a lege data clauduntur his, quae catholicam non participant communionem.*

2. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hesperium [12]) P. P. — Omnes vetitae legibus divinis et imperialibus [13]) constitutionibus [14]) haereses perpetuo conquiescant [15]), et nemo [16]) ulterius conetur quae repererit profana praecepta vel docere, vel discere. Nec antistites eorundem audeant fidem insinuare, quam non habent, et ministros [17]) creare, qui non sunt [18]), nec per conniventiam [19]) indicantium omniumque, quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, eiusmodi audacia negligatur et crescat. §. 1. Haereticorum autem vocabulo continentur, et latis adversus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel levi argumento a iudicio catholicae religionis et tramite detecti fuerint deviare. Dat. III. Non. August.

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de haeret.* (*XVI.* 5.); *Ans. Lucens.* (*Ans.*) *IV.* 56.; *Bas. III.* 3. 10. — [b]) *l.* 5. 24. *et* 28. *Th. C. de haeret.* (*XVI.* 5.); *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *XII.* 69.; *Bas. I.* 1. 22.

[1]) et *abest a mss. Pist. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [2]) samaritanis *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; et scismaticis *addit ed. Schf.*, *quod se non reperisse in mss. Cont. in marg. asseverat.* — [3]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *Theod. C.*; Constantius et Constans *addunt Russ. Cont. Char. Pac. Sp.* — [4]) *ms. Vat.*, *Ans.*, *Hal. Russ. Cont.* 62. 66.; Gracillianum *mss. Cas. Pl.* 2. *Bg.*, *Cont.* 76.; Gratilianum *mss. Pist. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Dracilianum *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.*; P. U. *addunt Russ. et postea rell. praeter Bk.*; pfectum pturio *addit ms. Pl.* 1. — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; ab his *Russ. et rell.*, *Theod. C.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66.; sed etiam *Cont.* 71. *et rell.*, *Theod. C.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66.; diversis *Cont.* 71. *et rell.*, *Theod. C.*; *διαφόρους Bas.* — [8]) Dat. prid. Kal. Sept. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66.; D. pp k ser *ms. Pist.* — [9]) *Bk.*; Gerasti *ms. Pist.*, *Russ. Cont.* 62. 66.; Generasto *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.*, *Theod. C.*; *abest locus ab Hal.* — [10]) Constantio II. et Constante Coss. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66.; cst ã et cstant. oss *ms. Pist.* — [11]) *omnis subscr. abest a Cont.* 76. — [12]) Hesperidum *Hal. Russ. Cont.* 66. 76. — [13]) et divinis imperialibus *ms. Gt.*, *Ans.*, *Theod. C.*; et divinis et imperialibus *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.* — [14]) constitutionibus *abest a Theod. C.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *Ans.*, *Cont.* 62., *Theod. C.*; acquiescant *ed. Schf.*; quiescant *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf.*; Nemo *omisso et Hal. et rell.*; *καὶ μηδείς Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.*, *Theod. C.*; nec ministros *Char. et rell* — [18]) quod non sunt *mss. Pl.* 1. *Bg. Bg.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*, *var. l. gl.*; quia non sunt *Ans.*; *μηδὲ ὑπηρέτας χειροτονεῖν αὐτοὶ μὴ κεχειροτονημένοι Bas.* — [19]) convenientiam *ms. Gt.*, *Ans.*, *ed. Nbg.*; conhibentiam *Theod. C.*

August.[1]) Mediolani[2]), Ausonio et Olybrio Conss. [379.][3])

3.[a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Clearcho P. U.[4]) — Cuncti haeretici procul dubio noverint, omnia sibi loca adimenda[5]) esse, sive sub ecclesiarum nomine teneantur, sive diaconica appellentur, vel etiam decanica, sive in privatis domibus[6]) vel locis[7]) huiusmodi coetibus copiam praebere videantur; his aedibus vel locis privatis ecclesiae catholicae vindicandis[8]). §. 1. Ad hoc interdicatur his omnibus ad litaniam faciendam[9]) nocte vel die profanis coire conventibus[10]); statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tuae, vel praesidale quinquaginta[11]), si quid huiusmodi fieri vel in publico[12]) vel in privatis aedibus concedatur. Dat. V. Non.[13]) Mart. Constantinop.[14]) Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [396.][15])

4.[b]) Iidem et Theodosius[16]) AAA. Senatori[17]) P. P.[18]) — Manichaeos seu Manichaeas vel Donatistas meritissima severitate persequimur. Huic itaque hominum generi nihil ex moribus, nihil ex legibus[19]) commune sit cum ceteris. §. 1. Ac primum quidem volumus esse publicum crimen, quia quod in religionem divinam committitur, in omnium fertur[20]) iniuriam. Onos[21]) bonorum etiam[22]) publicatione persequimur. §. 2. Ipsos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate et successione quolibet titulo veniente[23]). §. 3. Praeterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremo contrahendi cuiquam convicto relinquimus facultatem. §. 4. In mortem quoque inquisitio tendatur[24]). Nam si in criminibus maiestatis licet memoriam accusare defuncti, non immerito et hic debet subire iudicium[25]). §. 5. Ergo et suprema illius scriptura irrita sit, sive testamento, sive codicillo, sive epistola, sive quolibet alio[26]) genere reliquerit voluntatem, qui Manichaeus fuisse convincitur. §. 6. Sed nec[27]) filios heredes eis existere aut adire permittimus, nisi a paterna pravitate discesserint. Delicti enim veniam poenitentibus[28]) damus. §. 7. In eos etiam auctoritatis nostrae aculei dirigantur, qui eos domibus suis damnanda provisione defendunt. §. 8. Servos insuper extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum evitantes[29]), ad ecclesiam catholicam servitio fideliore transierint. Dat. VIII. Kal. Mart.[30]) Romae, Honorio VII. et Theodosio II. AA. Conss. [407.]

Nova constitutio Friderici Imperatoris de statutis et consuetudin. contra libertat. eccl. editis. §. Si vero dominus. — *Si vero dominus temporalis, requisitus et admonitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab haeretica pravitate, post annum a tempore monitionis elapsum terram ipsius exponimus catholicis occupandam, qui eam exterminatis haereticis absque ulla contradictione possideant, et in fidei puritate conservent, salvo iure domini principalis, dummodo super hoc nullum praestet obstaculum, nec aliquod impedimentum apponat. Eadem nihilominus lege observata contra eos, qui non habent dominos*[31]) *principales.*

Nova constitutio Friderici Imperatoris de statutis et consuetudin. contra libertat. eccl. editis. §. Credentes. — *Credentes praeterea receptatores, defensores et fautores haereticorum damnamus, firmiter statuentes, ut, si, postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contemserit intra annum, ex tunc ipso iure sit infamis, nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendum aliquos adhibeatur*[32]), *neque ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testandi*[33]) *liberum habeat facultatem*[34]), *nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus praeterea ei super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte iudex exstiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causae aliquae ad eius audientiam perferantur. Si vero fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur; si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius penitus momenti censeantur.*

5.[c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. et CC.[35]) Florentio P. P. — Ariani et Macedoniani, Pneumatomachi, Apollinariani, Novatiani seu Sabatiani[36]), Eunomiani, Tetraditae seu Tessarescaedecadita-

---

[a]) *l.* 30. *Th. C. de haeret.* (*XVI.* 5.); *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *XII.* 70.; *Bas. I.* 1. 23. — [b]) *l.* 44 *et* 35. *Th. C. de haeret.* (*XVI.* 5.); *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *XII.* 71.; *Bas. I.* 1. 24. *Caeterum post* persequimur *in fine* §. 1. *haec vv. in l.* 40. *Th. C. cit. sequuntur:* quae tamen cedere iubemus proximis quibusque personis, ita ut adscendentium, vel descendentium, vel venientium ex latere cognatorum usque ad secundum gradum, velut in successionibus, ordo servetur. Quibus ita demum ad capiendas facultates esse ius patimur, si non et ipsi pari conscientia polluuntur. *Item post* convincitur *in fine* §. 5. *haec vv. addit Theod. C.:* hoc quoque casu eadem illa circa gradus superius comprehensos conditione servata. *Quae bina additamenta, quum in Bas. etiam legantur, per incuriam librariorum ex textu Cod. Iust. excidisse probabile multis videtur; quod iam ita visum est Cuiacio Obss. XII.* 30. — [c]) *l.* 65. *Th. C. de haeret.* (*XVI.* 5.); *Anselm. Lucens.* (*Ans.*) *XII.* 68.; *Bas. I.* 1. 25.

[1]) August. *abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. 66. — [2]) Accep. XIII. Kalend. Sept. *addit l.* 5. *Th. C. cit., ex qua subscr. desumta.* — [3]) *omnis subscr. abest a Cont.* 76. — [4]) Clearcho *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Cleaco *ms. Pl.* 2.; Clearchorio *Ans.* — [5]) adempta *ms. Pl.* 1. — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; aedibus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [7]) vel in locis *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [8]) fisco nostro adcorporandis *Theod. C.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., Ans., ed. Schf., Theod. C.*; litanias faciendas *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [10]) conventionibus *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Hal.* — [11]) vel praes. quinquag. *absunt a Theod. C.*; quinquag. *abest ab edd. Nbg. Schf.* — [12]) publicis *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [13]) Kal. *Hal.* — [14]) Constantinop. *abest ab Hal. Cont.* 66. *et postea rell. praeter Bk.* — [15]) *omnis subscr. abest a Cont.* 76. — [16]) et Theodosius *absunt a mss. Cas. Vat., Ans.* — [17]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2., *Ans., Theod. C.*; Senetioni *ed. Nbg.*; ad Senatum *ms. Bg.*; ad Senatorem *Hal. et rell.* — [18]) *mss. Cas. Pl.* 2. *Bg., Bk., Theod. C.*; P. U. *mss. Vat. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) vel legibus *pro* nihil ex legibus *ms. Bg., Hal.* — [20]) infertur *mss. Pl.* 1 *Bg., ed. Schf.*; ἀναφέρεται *Bas.* — [21]) *Ab hoc verbo usque ad finem* §. 3. *omnia absunt a Cont.* 76. — [22]) *mss Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; omnium *addunt edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [23]) adveniente *ms. Bg.*; venientes *Hal. Russ.*; οὐ συγχωρεῖ ἡ διάταξις — πρὸς κληρονομίαν καλεῖσθαί τινος ἐξ οἱουδήποτε *Bas.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Ans., edd. Nbg. Hal.*; extendatur *edd. Schf. Russ. et rell.*; tendit *Theod. C.* — [25]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Hal. Cont.* 62., *Theod. C.*; tale iudicium *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [26]) alio *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.*; sed ἄλλην οἱανδήποτε βούλησιν *Bas.* — [27]) nec *abest a Cont.* 76. — [28]) petentibus *ms. Bg., ed. Schf.*; se μετανοοῦντας *Bas.* — [29]) revelantes *Theod. C.*; se φεύγοντας *Bas.* — [30]) Kal. Maii *Hal.* — [31]) *edd. Nbg. Schf.*; *domos Hal. et rell.* — [32]) *ad elig. aliq. a huiusmodi omisso adhibeatur const. Friderici*; *ve ad elig aliq. vel ad huiusmodi ed. Schf.* — [33]) *testamenti ed. Nbg.* — [34]) *factionem edd. Nbg. Schf.* — [35]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*; Impp. Theod. et Val. CC. *mss. Va Pl.* 1.; Imp. Theod. A. et Val. C. *ms. Cas., edd. Nbg. Ha Russ. Cont.* 62. 66.; Impp. Theod. et Val. Caes. *Cont.* 7 *Char. Pac. Sp.*; Impp. Theod. A. et Val. Caesari *Cont.* 76. Impp. Theod. et Val. AA. *Bk., Theod. C.* — [36]) *ms Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; Sabbatia *Bk., Theod. C.*; Sebatiani *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell*

ditae, Valentiniani [1]), Papianistae, Montanistae seu Priscillianistae, vel Phryges, vel Pepuzitae, Marcionistae, Borboriani [2]), Messaliani, Euchitae sive Enthusiastae, Donatistae, Audiani, Hydroparastatae, Tascodrogitae, Batrachitae, Hermogeniani, Photiniani, Pauliani [3]), Marcelliani, Ophitae, Encratistae, Carpocratitae, Saccophori, et qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerunt, Manichaei nusquam in Romano solo [4]) conveniendi orandique [5]) habeant facultatem; Manichaeis etiam de civitatibus [6]) expellendis [7]), et ultimo supplicio tradendis, quoniam his nihil relinquendum loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat iniuria, cunctisque [8]) legibus, quae contra eos ceterosque, qui nostrae fidei refragantur, olim diversisque temporibus latae sunt [9]), semper viridi observantia valituris, sive de donationibus in haereticorum conventicula, quae ipsi audacter ecclesias nuncupare conantur, factis, sive ex ultima voluntate rebus qualitercunque relictis, sive de privatis aedificiis, in quae domino permittente vel connivente convenerint, venerandae nobis catholicae ecclesiae vindicandis, sive de procuratore, qui hoc nesciente domino fecerit, decem librarum auri mulctam vel exilium, si sit ingenuus, subituro, metallum vero post verbera, si servilis conditionis sit; ita ut nec in publicum convenire locum [10]), nec aedificare sibi quasi ecclesias, nec ad circumscriptionem legum quidquam meditari valeant, omni civili et militari, curiarum [11]) etiam, et defensorum, et iudicum sub viginti librarum auri interminatione prohibendo [11*]) auxilio. Illis etiam omnibus in sua manentibus firmitate, quae de militia, poenisque variis, deque diversis sunt haereticis promulgata, ut nec speciale quidem beneficium adversus leges valeat impetratum [12]). Dat. III. Kal. Iun. [13]) Constantinop. Felice et Tauro Conss. [428.]

6. [a]) Idem AA. Leontio [14]) P. U. [15]) — Damnato portentosae [16]) superstitionis auctore Nestorio, nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, ne [17]) Christianorum appellatione abutantur; sed quemadmodum Ariani [18]) lege divae memoriae Constantini ob similitudinem impietatis Porphyriani a Porphyrio nuncupantur, sic ubique participes nefariae sectae Nestorii Simoniani [19]) vocentur, ut, cuius scelus sunt in deserendo Deum imitati, eius vocabulum iure esse videantur sortiti. §. 1. Nec vero impios libros nefandi et sacrilegi [20]) Nestorii adversus venerabilem orthodoxorum sectam decretaque sanctissimi coetus antistitum Ephesi habiti scriptos habere, aut legere, aut describere quisquam audeat; quos diligenti studio requiri ac publice comburi decernimus, ita ut nemo in religionis disputatione aliquam supradicti nominis [21]) faciat mentionem, aut quibusdam eorum habendi concilii gratia in aedibus, aut villa, aut suburbano suo, aut quolibet alio loco conventiculum clam aut aperte praebeat. Quos omni conventus [22]) celebrandi licentia privari statuimus; scientibus universis, violatorem huius legis publicatione bonorum esse coërcendum. Dat. III. Kal. August. [23]) Constantinop. Theodosio XV. et Valentiniano IV. [24]) AA. Conss. [435.]

7. [b]) Idem AA. Florentio P. P. — Curiales omnium civitatum, onerosis, quin etiam militiae, seu diversis officiis facultatum et personalium munerum obligatos, suis ordinibus, cuiuscunque sectae sint, inhaerere censemus, ne videamur hominibus exsecrandis contumelioso ambitu immunitatis beneficium praestitisse, quos volumus huius constitutionis auctoritate damnari. Dat. Prid. Kal. Febr. Constantinop. [25]) Theodosio A. XVII. [26]) et Festo [27]) Conss. [439.]

8. [c]) Impp. Valentinianus et Marcianus AA. Palladio P. P. [28]) — Quicunque in hac sacra urbe, vel Alexandrina civitate [29]), vel in omni Aegyptiaca dioecesi, diversisque aliis provinciis Eutychis [30]) profanam perversitatem sequuntur, et ita non credunt, ut trecenti decem et octo sancti patres tradiderunt, catholicam fidem in Nicaena civitate fundantes, centum quoque et quinquaginta alii venerabiles episcopi, qui in alma urbe Constantinopolitana postea convenerunt, et sicut Athanasius, et Theophilus, et Cyrillus sanctae recordationis, episcopi Alexandrinae civitatis, credebant, quos etiam Ephesina synodus, cui beatae memoriae Cyrillus praefuit, in qua Nestorii error expulsus est, in universii secuta est, quos et nuper venerabilis Chalcedonensis synodus est secuta [31]), prioribus conciliis sacerdotum ex omni prorsus parte consentiens, nihilque adimens sacrosancto symbolo neque adiiciens, sed Eutychis dogmata funesta condemnans, sciant se esse haereticos Apollinaristas. Apollinaris enim facinorosissimam sectam

[a]) *l.* 66. *Th. C. de haeret.* (*XVI.* 5.); *Bas. I.* 1. 26. *Caeterum hausta est h. const. ex graeca et ampliore, quae superest in Actis conc. Ephes.*, *edita ab Ant. August.* (*Coll. p.* 114). — [b]) *hausta h. const. ex Nov. Theod. VIII.* — [c]) *Bas. I.* 1. 27. *Hausta est ex const. graeca*, *quae est in Actis conc. Chalcedon.* (*Mansi VII.* 501.).

[1]) Pauliani *addunt Russ. et postea rell. praeter Bk.* — [2]) Borboritae *Russ. et deinde rell.* — [3]) Pauliniani *Russ. et postea rell. praeter Bk.* — [4]) *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*, *Theod. C.*; ἐν Ῥωμαϊκῷ ἐδάφει *Bas.*; in Romano loco *ms. Pl.* 1., *Ans.*, *ed. Nbg.*; in Romanum locum *ms. Bg.*, *Hal. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *ed. Schf.*; τοῦ — προσεύχεσθαι *Bas.*; morandique *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) facultatibus *var. l. gl.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Theod. C.*; pellendis *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Ans.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Theod. C.*; cunctis quoque *Hal. et rell.* — [9]) olim latae sunt, diversis prolatae temp. *ms. Pl.* 1., *Ans.*, *ed. Schf.*; olim lat. s. diversisque prol. temp. *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; olim lat. s. diversisque promulgatae temp. *Theod. C.*; οἳ — ἤδη εἰςηνέχθησαν ἐν διαφόροις χρόνοις *Bas.* — [10]) in publico conv. loco *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Ans.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; εἰς δημοσίους τόπους συνιέναι *Bas.* — [11]) curialium *ms. Bg.*, *ed. Schf.*; τῶν ἐκ τοῦ βουλευτηρίου *Bas.* — [11*]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; prohibendi *rell. mss. et edd.* — [12]) impetrari *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Ans.*, *ed. Nbg.* — [13]) Kal. Iul. *Hal.* — [14]) *mss. Cas. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *Theod. C.*; Leonti *mss. Vat. Pl.* 1.; ad Leontium *Hal. et rell.* — [15]) P. P. *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [16]) portentuosae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Theod. C.* — [17]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; nec *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; ἵνα μή *acta conc. Ephes.* — [18]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *Theod. C.*; ab Ario *addunt ms. Pl.* 2., *edd. omnes*; *sed falso ea vv. addi, apparet ex act. conc. Ephes.*, *quae ita habent*: ὃν τρόπον Ἀριανοὶ νόμῳ — Κωνσταντίνου Πορφυριανοὶ — προσαγορεύονται. — [19]) *Cont.* 76., *Theod. C.*; Σιμωνιανοί *acta conc. Ephes. et Bas.*; Nestoriani *omnia mss. et omnes rell. edd.* — [20]) nefandi sacrilegii *Theod. C.*; *sed* τοῦ ἀθεμίτου τε καὶ ἱεροσύλου *acta conc. Ephes.* — [21]) aliquam supradicto nomine *Theod. C.*; *fortasse legendum* alius, quam supradicti nominis; *hoc enim dicere legislatorem voluisse, patet ex act. conc. Ephes.*, *quae habent* μηδὲ μνήμην τῶν — ἀνθρώπων ἔν τινι τῆς θρησκείας διαλέξει ἑτέρῳ ἢ τῷ Σίμωνος ὀνόμαι ποιεῖσθαι. — [22]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt. Bg.*, *Theod. C.*; τοιούτους ὁρίζομεν πάσης συνόδου ἀδείας *acta conc. Chalc.*; omnis coetus *ed. Schf.*; omneis coetus *Hal. Russ. Cont.* 62.; omnes coetus *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [23]) Non. Aug. *Theod. C. et Augustin. in Coll. p.* 80. — [24]) Theod. A. XV. et qui fuerit nunciatus *Theod. C. et Augustin. l. cit.* — [25]) *Nov. Theod.*; Constantinop. *abest ab Hal. et rell.* — [26]) *Nov. Theod.*; XVI. *Hal. et rell.* — [27]) *Bk.*; Fausto *perperam Hal. et rell.*, *quum Faustus a.* 438. *cum Theod. consul fuerit*; et qui fuerit nunciatus *Nov. Theod.* — [28]) *inscr. in Act. conc. Chalc. eadem est*, *quae et superscripta legitur ei const.*, *ex qua fluxit l.* 23. *C. I.* 3.; *cfr. nota* 3. *ad l. cit.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; civitate *abest ab Hal. et rell.* — [30]) Εὐτυχοῦς *acta conc. Chalc.*, *Bas.*, *in quo scribendi genere iam persevero, omisso variarum lectt. recensu*; Eutychetis *mss. et edd.*; *cfr. nota* 12. *ad l.* 8. *C. I.* 1. *p.* 14. — [31]) est, quos — secuta *omnia absunt a Cont.* 76. *ex vitio typorum.*

ctam Eutyches et Dioscorus mente sacrilega sunt secuti [1]). §. 1. Ideoque hi omnes [2]), qui Apollinaris vel Eutychis perversitatem sequuntur, illis poenis, quae divorum retro principum constitutionibus contra Apollinaristas, vel serenitatis nostrae postmodum sanctiones contra Eutychianistas, vel hac ipsa augustissima lege contra eosdem decretae sunt, noverint se esse plectendos. §. 2. Idcirco Apollinaristae, hoc est Eutychianistae [3]), quibus etsi est in appellatione diversitas, tamen est in haeresis pravitate coniunctio, et dispar quidem nomen, sed idem sacrilegium, sive in hac alma urbe diversisque provinciis, sive in Alexandrina civitate, sive intra Aegyptiacam dioecesin sunt, et neque ita credunt, ut praedicti venerabiles patres credebant, neque viro reverendissimo, Alexandrinae urbis antistiti, Procerio [4]), fidem orthodoxam tenenti, communicant, episcopos et presbyteros aliosve clericos creare et habere prohibemus; scientibus tam his Eutychianistis et Apollinaristis, qui ausi fuerint cuiquam episcopi vel presbyteri vel clerici nomen imponere, quam his, qui passi fuerint impositum sibi nomen sacerdotale retinere, poenam exilii cum facultatum suarum amissione se subituros. §. 3. Universi praeterea Apollinaristae vel Eutychianistae non ecclesias, non monasteria sibi construant, parasynaxes et conventicula tam diurna quam nocturna non contrahant, neque ad domum vel possessiones [5]) cuiusquam, neque ad monasterium vel quemcunque alterum locum operaturi [6]) sectae funestissimae congregentur. Quod si fecerint, et hoc factum fuisse domino volente constiterit, post rem in examine iudicis approbatam, domum vel possessionem [7]), in qua convenerint, vel monasterium eius civitatis orthodoxae ecclesiae, in cuius territorio est, iubemus addici. Si vero ignorante domino, sciente vero eo, qui pensiones domus exigit, vel actore [8]) vel conductore [9]) praedii, parasynaxes et conventicula interdicta collegerint, conductor, vel procurator, sive actor, vel quicunque eos in domum, vel possessionem, vel monasterium receperint ac passi fuerint illicitas parasynaxes [10]) conventusque celebrari, si vilis et abiectae sint conditionis, fustibus publice et in poenam suam, et in aliorum coërceantur exemplum; si honestae vero sint personae, decem libras auri mulctae nomine fisco nostro cogantur inferre. §. 4. Nullum praeterea Apollinaristam vel Eutychianistam ad aliquam iubemus adspirare militiam [11]). Si inventi fuerint [12]), militari cingulo soluti, honestorum hominum et palatii communione priventur, nec in aliqua, nec in qua nati sunt, civitate, vel vico, aut regione versentur. Si qui vero in hac alma urbe nati sunt, tam sacratissimo comitatu, quam omni per provincias [13]) metropolitana civitate pellantur. §. 5. Nulli insuper Eutychianistae vel Apollinaristae publice vel privatim convocandi coetus, vel circulos contrahendi, et de errore haeretico disputandi, ac perversitatem facinorosi dogmatis asserendi tribuatur facultas. Nulli etiam contra venerabilem Chalcedonensem synodum liceat aliquid vel dictare, vel scribere, vel edere, atque emittere, aut aliorum dicta vel scripta super eadem re proferre. Nemo huiusmodi habere libros, et sacrilega scriptorum audeat monumenta servare. Quod si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione damnentur. Eos vero qui discendi studio audierint [14]) de infausta haeresi disputantes, decem librarum auri, quae fisco nostro inferendae sunt, iubemus subire dispendium. Ultimo etiam supplicio coërceantur, qui illicita docere tentaverint. Omnes vero huiuscemodi chartae ac libri, qui funestum, Eutychis scilicet et Apollinaris [15]), complexi fuerint dogma, incendio concrementur, ut facinorosae perversitatis vestigia flammis combusta depereant. Aequum namque est, ut immanissima sacrilegia par poenae magnitudo percellat. Scientibus moderatoribus provinciarum eorumque apparitionibus [16]), defensoribus etiam civitatum, quod, si ea, quae legis huius religiosissima sanctione custodienda decrevimus [17]), aut neglexerint, aut aliqua permiserint temeritate violari, denarum librarum auri mulctam fisco [18]) inferre cogantur; insuper etiam existimationis suae periculum sustinebunt. Dat. V. Kal. August. Constantinop. Sporacio V. C. et qui fuerit nunciatus Conss. [19]) [452.]

9.[a]) A. *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Imp. Leo A. [20]) — *Οἱ αἱρετικοὶ κατὰ τὸ νενομισμένον θάπτονται* [21]). Dat. CP. Id. Aug. Constantino et Rufo Conss. [22]) [457.]

9. *Haeretici more consueto sepeliuntur.*

B. *Epi-*

[a]) *Epitome legis superest* 1., *in Coll. constit. eccles. I.* 5. 9. (*Voëlli bibl. II. p.* 1286..), *ex qua hausit Photius in Nomoc. XII.* 2. (*Voëlli bibl. II.* 1062.), 2., *in Bas. I.* 1. 28., *quibus usus est Balsamon ad Phot.* (*Voëlli bibl. II. p.* 1064.). *Cont.* 66. *in Praeterm. habet ex Photio l. cit. versionem latinam. Text.* 1. *restitutus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 116.) *exhibetur a Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk. Text.* 2. *primum editus a Cuiacio* (*Obss. XII.* 30.) *transiit in Cont.* 76. *Pac. Sp. Bk.*

[1]) *alia horum verborum est sententia in Bas.: Ἀπολλιναρίου γὰρ τὰ δόγματα καὶ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου ἐζήλωσαν.* — [2]) *ms. Bg., Russ. in marg.; ἅπαντες Bas*; hi homines *mss. Pl.* 1. 2. *et edd. omnes.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; Apollinaristas, hoc est Eutychianistas *Russ. et rell. Sed illud anacoluthon tuentur Bas.* — [4]) Proterio *mss. Pl.* 2. *Bg.*; Praetorio *ms. Pl.* 1.; pro certo *edd. Schf. Hal.*; *Προκερίῳ Bas.* — [5]) neque ad possess. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; *μήτε ἐν οἴκῳ ἢ κτήματί τινος Bas.* — [6]) operarii *ms. Bg.*; operatum *ms. Pl.* 1.; operatores *Cont. in marg.*; conventuri *quaedam mss. Charondae*; oraturi *liber Auredani apud eundem*; *λειτουργήσαντας Bas.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; eius *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed τὸ χωρίον, ἐν ᾧ συνῆλθον Bas.* — [8]) auctore *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [9]) vel conductore *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; *εἰδότος τοῦ ἐνοικιολόγου ἢ τοῦ μισθωσαμένου τὸν τόπον ἢ τοῦ προχουράτωρος Bas.* — [10]) *edd. Nbg. Hal. Bk.*; parasynaxis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; parasynaxeis *Russ. et rell.* — [11]) *εἰ μή τι ἄρα τὴν τῶν χορταλίνων ἢ τῶν λιμηταινέων addunt acta conc. Chalc.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; Et si inventi fuerint *Hal. et rell.*; *Εἰ δὲ καί τις ἐν ἑτέρᾳ — εὑρεθείη στρατείᾳ acta conc. Chalc.* — [13]) omni provincia *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; *πάσης μητροπόλεως ἑκάστης ἐπαρχίας κωλυέσθωσαν Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; adierint *edd. omnes*; *εἰ δέ τινες ἐπιθυμίᾳ — τοῦ μαθεῖν ἀκούσουσι Bas.* — [15]) Eut. hoc est Apoll. *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; Eut. et Apoll. *ms. Pl.* 2.; Eut. hoc est et Apoll. *ed. Nbg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; apparitoribus *ms. Pl.* 2., *edd. omnes*; *sed ἄρχοντες καὶ αἱ τούτων τάξεις Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; decernimus *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; nostro *edd. Nbg. Hal. et rell., recte tamen omitti censet Russ. in marg.* — [19]) *Ἐδόθη πρὸ πέντε καλανδῶν Αὐγούστων ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπατείας Σφωρακίου τοῦ λαμπροτάτου καὶ τοῦ δηλωθησομένου acta conc. Chalc.*; Dat. Const. V. K. Aug. Asporatio et Herculano Conss. *Bk.*; Dat. Const. Id. Aug. Constantio et Rufo Conss. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac. Sp., quae subscr. ex lege sequente male ad nostram relata fuit*; Dat. sub die Kal. Aug. Valentiniano A. VIII. et Anthemio V. C. Coss. *Cont.* 76. *secutus Cuiacium* (*Obss. XII.* 30.). — [20]) Impp. Leo et Maiorianus AA. *Bk.*; Imp. Martianus *Cont.* 76. *Pac. Sp., secuti Cuiac. l. cit.*; *Augustinus superscribit: Epitome IX. Const. Martiani, Leonis, Zenonis aut Anastasii Imp.* — [21]) *οὐ θάπτονται coll. const. eccl.*; *refragantur autem Bas., Photius et Balsamon ad Phot. l. cit.* — [22]) *subscr. restituta a Cuiac. l. cit., transiit in Cont.* 76. *Sp. Bk.*

B. *Epitome eiusd. ex Bas.*

Ἀνθρώπινον καὶ ὅσιον εἶναι λογισάμενοι τοὺς αἱρετικοὺς ἐπιτρέπομεν θάπτεσθαι ταῖς νενομισμέναις ταφαῖς.

Humanum et pium esse arbitrati, haereticos permittimus sepeliri consuetis sepulcris.

10. Imp. Anastasius A.[1]) Erythrio P. P. — Si qui orthodoxae religionis emtione, vera vel fictitia, aut quocunque alio iure vel titulo praedia vel possessiones resque immobiles, in quibus orthodoxae fidei ecclesiae vel oratoria constituta sunt, in haereticae sectae et contraria[2]) orthodoxae fidei sentientem quamcunque personam transferre voluerint, nullam huiusmodi vel inter vivos habitam, vel secreto indicio compositam valere volumus voluntatem, etiamsi ab orthodoxae fidei venditore, vel quocunque modo alienatore commentitio sub qualibet occasione fuerint assignata. Sed irrita omnia huiusmodi documenta, et tanquam penitus nec[3]) scripta esse[4]) censemus. Haec enim praedia et possessiones, quae in haereticas personas quocunque modo translatae fuerint vel collatae, fisci nostri iuribus decernimus vindicari. Sive enim apud dominos possessoresve orthodoxos[5]) ea praedia maneant, sive ad fisci nostri iura pervenerint, necesse est in his ecclesias et oratoria constituta diligentius et sollicitius instaurari. Nostrae enim serenitatis undique ad hunc exitum providentia ducit, ut omnipotentis Dei templa, in quibus nostrae fidei instituta perdurant, cultu assiduo per omnia saecula rediviva[6]) serventur. Neque enim dubitari potest, si[7]) in haereticos tales veniant possessiones, in quibus verae fidei ecclesiae vel oratoria constituta sunt, et integritas colitur, omnimodo ab his deseri atque destitui, et omni cultu vacare, omnibus sacris et solitis viduari mysteriis, omni splendore privari, nullis populorum[8]) conventionibus[9]), nullis clericorum observationibus[10]) celebrari, et ex hoc sine dubio easdem ecclesias perire, ruere, complanari. Neque enim de earum instauratione haeretici potuerunt aliquando cogitare, quas penitus esse nolebant. Quae omnia resecantes ad praesentem legem pervenimus. Dat. V. Id. August. Boëthio V. C. et Eutharico[11]) Coss. [510.]

11.[a]) A. *Epitome graec. const.*[12]) *ex coll. const. eccl.*

Ὁπουδήποτε οἱ Μανιχαῖοι εὑρισκόμενοι κεφαλικῶς τιμωροῦνται.

B. *Eadem ex Bas.*

Θεσπίζομεν τοὺς τὴν ὀλεθρίαν τῶν Μανιχαίων αἱρουμένους πλάνην, μηδεμίαν ἔχειν παῤῥησίαν ἢ ἄδειαν καθ' οἱονδήποτε τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας διάγειν τόπον, εἰ δέ ποτε φανεῖεν ἤτοι εὑρεθεῖεν, ὑπάγεσθαι κεφαλικῇ τιμωρίᾳ.

11. *Manichaei ubicunque reperti capitali poena plectuntur.*

Sancimus, ut qui perniciosum Manichaeorum amplectuntur errorem, nullam habeant licentiam aut facultatem in ullo reipublicae nostrae degendi loco, et si quando apparuerint vel inventi fuerint, capitali poenae subiiciantur.

12.[b]) Αὐτοκράτωρ Ἰουστινός[13]). — Τοὺς αἱρετικοὺς ἡμεῖς μὲν διὰ τοῦτο καὶ συνιέναι καὶ προσηγορίαν ἔχειν ἰδίαν συνεχωρήσαμεν, ἵνα τὴν καρτερίαν ἡμῶν αἰσχυνθέντες σωφρονήσωσιν, καὶ ἑκόντες πρὸς τὰ καλλίω μεταβάλωσιν. Τοὺς δὲ εἰσῆλθέ τις οὐκ ἀνεκτὴ τόλμα, καὶ τῆς τῶν νόμων ἀμελήσαντες παραγγελίας στρατείαις, ὧν οὐκ ἔᾳν μετεῖναι τοῖς τοιούτοις αὐτὰ τὰ τῶν βασιλικῶν συμβόλων δηλοῖ γράμματα, παρενέβαλον αὐτούς. Αἱρετικοὺς δὲ καλοῦμεν τοὺς ἄλλους, ὡς τούς γε καταράτους Μανιχαίους καὶ τοὺς τούτοις παραπλησίους. Οὐδὲ ὀνομάζεσθαι γοῦν ταύτῃ δέον, οὐδὲ φαίνεσθαί που παντελῶς, οὐδὲ χαίνειν, ὧν ἂν ἐφάψωνται[14]), ἀλλὰ τοὺς μὲν Μανιχαίους, ὡς παρειρήκαμεν, οὕτω καὶ ἀπελαύνεσθαι δεῖ, καὶ μήτε τὴν προσηγορίαν αὐτῶν ὑπομένειν μηδένα, μηδὲ περιορᾶν, εἴπερ ἐν τῷ αὐτῷ διάγοι τοῖς ἄλλοις ὁ τὴν ἀθέαν ταύτην νοήσας[15]) ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ ταῖς εἰς ἔσχατον τιμωρίαις ὑπάγεσθαι τὸν ὁποιδὴ γῆς φαινόμενον Μανιχαῖον. Ἐπὶ δὲ τοῖς ἄλλοις αἱρετικοῖς, ὁποίας ἂν ὦσί ποτε πλάνης ἢ προσηγορίας (αἱρετικὸν γὰρ πάντα καλοῦμεν, ὅστις μὴ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἁγίας ἡμῶν ὑπάρχει πίστεως), ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς τὴν

12. *Imp. Iustinus.* — *Haereticos nos quidem propterea et convenire et appellationem habere propriam concessimus, ut patientiam nostram venerati sanae mentis fierent, et sponte ad meliora transirent. Hos autem incessit audacia quaedam haud ferenda, et neglecta legum sanctione militiis, quarum participes eiusmodi homines esse non permittunt imperatorum rescripta, sese immiscuerunt. Haereticos autem vocamus reliquos, ut exsecrabiles Manichaeos et his similes. Neque vero appellari eos oportet, nec ubique prorsus apparere, neque tangere ea, quae illi apprehenderint; sed Manichaeos, ut praediximus, sic etiam expellere oportet, et neminem appellationem eorum sustinere, neque negligere, si quidem eodem loco degat cum aliis homo impietatem eam amplexus, sed et ultimis suppliciis subiici Manichaeum, ubicunque terrarum inventum. De reliquis autem haereticis, cuiuscunque tandem erroris sint vel nominis (haereticum enim dicimus, quicunque catholicae ecclesiae et orthodoxae et sanctae fidei nostrae non est), ac de paganis, qui plurium Deorum cultum introducere conantur, nec non de Iudaeis et Samaritis constituimus apud nos, non solum renovare leges iamiam latas, et hac lege reddere firmiores, sed etiam plura disponere, quibus*

---

[a]) *Superest h. l.* 1., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 5. 11. (*Voëlli bibl. II. p.* 1286.), 2., *in Bas. I.* 1. 29., *utrum genuina an epitomata, quaeritur. Text.* 1. *primum editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 116.), *receptus a Cont.* 71. *et rell. Text.* 2. *restitutus ab Heimbach.* (*Bas. cum iure Iust. collat. spec. I. p.* 21.) *receptus a Bk. Restitutio ex Synopsi perperam tentata a Leunclav.* (*in ed. Synops. p.* 4. *et Notat. II.* 158.), *probata et suscepta fuit a Cont.* 76. *Pac. Sp. In ms. Vat. legitur const. graecae.* — [b]) *Lex servata est* 1., *genuina in Bas. I.* 1. 30., 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 5. 12. (*Voëlli bibl. II. p.* 1286.). *Cont.* 66. *in Praeterm. mancam restitutionem hausit ex Balsamone ad Nomoc. XII.* 2. (*Voëlli bibl. II. p.* 1064.). *Text.* 2. *haud plene editus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 117.) *transiit fere idem in Cont.* 71. *et rell. praeter Bk. Text.* 1. *restitutus ab Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. etc. p.* 4.) *repetitur a Bk. et a nobis. Notas hausimus ex Heimb. notis ad Bas. I.* 1. 30. (*Hmb. i. n.*).

[1]) Id. aā *mss. Cas. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; Id. ā *ms. Vat.*; Id. *ms. Bg.* — [2]) *edd. Nbg. Schf.*; contrarie *Hal.*; contrariae *Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; tamq. nec penitus *Russ. et rell.* — [4]) essent *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [5]) possessores sive orthod. *edd. Nbg. Hal.* — [6]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; reditiva *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [7]) quod si *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [8]) episcoporum *ms. Bg.* — [9]) nullis popul. convent. *absunt a ms. Pl.* 2. — [10]) nullis cler. observat. *absunt ab ed. Schf.* — [11]) Boëtio (Boëthio) V. C. Cos. *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [12]) *const. est Anastasii aut Iustini.* — [13]) *hanc legem Iustini esse colligitur ex Nov.* 109. *pr.* — [14]) ἐφάψωνται *Bk.* — [15]) *fortasse legendum* νοσήσας *Hmb. i. n.*

τὴν πολυθεΐαν πειρωμένοις εἰςάγειν Ἕλλησι, καὶ ἔτι τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς Σαμαρείταις οὐκ ἀνακτήσασθαι μόνον τὰ τῶν ἤδη κειμένων νόμων συνείδομεν, καὶ ποιήσαι τῷ νῦν τούτῳ νόμῳ βεβαιότερα, ἀλλὰ δωρίσασθαι καὶ πλέω, δι' ὧν ἀσφάλεια μὲν περιέσται μείζων καὶ κόσμος καὶ τιμὴ τοῖς τῆς εὐαγοῦς ἡμῶν πίστεως. Αἰσθέσθαι δὲ ὑπάρξει πᾶσιν, ἔφαμεν, ὅτι τοῖς μὴ τὸν θεὸν ὀρθῶς προσκυνοῦσι καὶ τὰ τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἀπέχεται [1]), Οὐδένα τοίνυν τῶν ἤδη ῥηθέντων οὔτε μετέχειν ἀξιώματος καθάπαξ οὐδενός, οὔτε ζώνην περιβάλλεσθαι, οὔτε πολιτικὴν οὔτε στρατιωτικήν, οὔτε εἰς τάξιν τελεῖν οὐδεμίαν, πλὴν τῆς τῶν καλουμένων κοορταλίνων· ταύτῃ γὰρ ἐκ γένους ὑποκειμένους αὐτοὺς ἐνέχεσθαι βουλόμεθα, ὥςτε μένοντας αὐτοὺς ἐπ' αὐτῆς, καὶ πάντα πληροῦνιας ἐξ ἀνάγκης, καὶ πᾶν βάρος ὑπομένοντας, ὅπερ ἐστὶ τῆς αὐτῆς στρατείας, ἔρχεσθαι. Τοῦτο μὲν προσκοπῆς [2]), τοῦτο δὲ τοῦ κατὰ τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν ἐκβιβασμοῦ δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν ἕνεκεν χρεῶν προςτάιτομεν (τῆς ἐξ αὐτῶν γονῆς ὑποκειμένης δηλονότι τῇ τοιαύτῃ τύχῃ, καὶ αὐτῶν μέντοι, εἰ μεταξὺ διαλαθεῖν ἐδυνήθησαν, εἰς ταύτην ἀγομένων), ἐκ τῆς κακῆς αὐτῶν δόξης ἔχειν τινὰ παραίτησιν. Τοὺς δὲ αὐτοὺς αἱρετικοὺς οὔτε ἐκδίκου, οὔτε πόλεως πατρὸς μετέναι φροντίδα συγχωροῦμεν, ὥςτε μὴ προφάσει τῆς ἐντεῦθεν ἀδείας ἐπηρεάζειν τοῖς τε ἄλλοις Χριστιανοῖς καὶ διαφερόντως τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, καὶ τοῦ δικάζειν ἑαυτοῖς ἢ ψηφίζεσθαί τινα περιποιεῖν ἐξουσίαν, καθὰ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν νενομοθέτηται. Οὐ μὴν οὐδὲ τοῖς σοφωτάτοις συντετάχθαι τῶν δικῶν ῥήτορσιν αὐτοὺς ἐῶμεν, οἷς οἰκειότερόν ἐστιν, ἢ κατὰ τοὺς πολλούς, τὸ τῶν θείων δογμάτων ὀρθῶς αἰσθάνεσθαι, ὅσῳπερ καὶ τὸν βίον ἐν λόγοις ἔχουσεν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ὄντας μὲν αἱρετικούς, καὶ ἔτι πρὸ τούτων Ἕλληνας ἢ Ἰουδαίους ἢ Σαμαρείτας καὶ τοὺς τούτοις ὁμοίους, μετασχόντας δέ τινος ἤδη τούτων, ὧνπερ ἐμνήσθημεν, καὶ τυχόντας ἀξιώματος ἢ τοῦ καταλόγου τῶν τὰς δίκας ἀγορευόντων, ἢ στρατείαν περιβεβλημένους ἢ ζώνην ὁποιανοῦν, ἐκβληθῆναι τῆς πρὸς ταῦτα μετουσίας παραχρῆμα παρακελευόμεθα. Καθαρεύειν γὰρ τὰ ῥηθέντα πάντα τῆς τῶν τοιούτων νῦν τε καὶ διὰ παντὸς βουλόμεθα κοινωνίας, οὐκ ἐπὶ μόνης ταύτης τῆς ἐνδόξου πόλεως, ἀλλ' ἐπὶ πάσης ὅλως ἐπαρχίας καὶ τόπου παντός· ὅπερ ἐστὶν οὐ καθάπαξ καινόν. Τὰ γοῦν ταῖς πλείσταις τῶν στρατειῶν θεῖα διδόμενα τῆς ζώνης σύμβολα προςκείμενον ἔχει τὸ δεῖν ὀρθόδοξον εἶναι τὸν ταύτης μεταλαμβάνοντα. Πλὴν ἀλλ' ἡμέτερον ἂν εἶναι καὶ τοῦτο δοκοίη, τῶν ἀνακτησαμένων αὐτὸ καὶ μὴ περιϊδόντων, καθάπερ ἔμπροσθεν, ἀμελοῦμενόν τε παρ' ἑνίων καὶ μέχρι μόνων γραμμάτων κείμενον (τὰ πράγματα γὰρ οὐχ οὕτως νομίζοιτο ἂν ἴδια τῶν τὴν ἀρχὴν εὑρόντων, ὡς τῶν τοῖς εὑρεθεῖσι χρωμένων ἄριστα)· εἰ δὲ παρὰ τὸ προςτεταγμένον ὑφ' ἡμῶν ἁμαρτηθείη τι, τὸν μὲν τῶν κεκωλυμένων ἐφαψάμενον οὐκ ἀνόνητον μόνον τῆς ἐγχειρήσεως ἀποδείκνυμεν, καὶ παντελῶς μετέχειν αὐτὸν κωλύομεν, ἀλλὰ καὶ λ' χρυσίου λιτρῶν [3]) ποινῇ ζημιοῦμεν· οἷς δὲ διαφέρει τὸ τοὺς τοιούτους ἐγγράφειν τῷ δημοσίῳ καὶ ἀπογράφεσθαι, τούτοις, εἰ μαθόντες τὸ πεπλανημένον αὐτοῦ τῆς δόξης ὁμοίως [4]) προςήκαντο, καὶ οὐκ ἀνείπον, οὐδὲ ἀπήλασαν, ποινὴν ἐπιτίθεμεν χρυσίου λιτρῶν ἡ [5]). Οὐ μὴν οὐδὲ τὰς ἀρχὰς ἀθώους ἀφίεμεν, εἴπερ, οὓς ἐκ τῶν κεκωλυμένων ὑφ' ἡμῶν ὄντας γινώσκουσι, τούτους ἀνάσχοιντο ταῖς οἰκείαις ἐναριθμεῖσθαι τάξεσιν.....[6]) ὑπεξῃρημένης δηλονότι τῆς τῶν κοορταλίνων στρατείας, ἀλλὰ ποινὴν καὶ παρ' αὐτῶν ν' χρυσίου λιτρῶν εἰςπράττομεν. Ἐφ' ὁπόσοις δὲ ἂν τῶν εἰρημένων κεφαλαίων ἁρμόσαι συμβαίη τὴν ποινήν, ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης τοῦ ἱερωτάτου ταμείου τὴν ἀπαίτησιν αὐτῆς

quibus securitas maior et ornamentum et honor erit sanctae fidei nostrae consortibus. Animadvertere autem licebit omnibus, diximus, eos, qui Deum non recte venerantur, bonis omnibus humanis privari. Neminem ergo eorum, quos iam diximus, dignitatis ullius participem omnino esse patimur, vel cingulo civili vel militari cingi, vel in ordinem venire quemquam, excepto ordine cohortalium, qui vocantur; huic enim in genere subiectos teneri eos volumus, ut in eo manentes, et omnia ex necessitate implentes, et omne onus sustinentes, quod est eiusdem militiae, incedant. Tam propter offensionem, quam propter executionem publicorum et privatorum debitorum ab orthodoxis Christianis, iubemus (liberis eorum videlicet eidem conditioni subiiciendis, et ipsis, si interea latere potuerint, in eam abducendis) competere ex mala eorum existimatione exceptionem. Eosdem haereticos neque defensoris neque patris civitatis munus suscipere permittimus, ut ne praetextu potestatis inde competentis reliquis Christianis, et praecipue religiosissimis episcopis noceant, et iudicandi sibi vel decernendi sumant licentiam, quemadmodum a nostris antecessoribus constitutum est. Sed ne sapientissimis quidem causarum patronis eos sociari patimur, quos magis, quam multos alios, decet divina dogmata recte intelligere, quum vitam in literis transigant. Verum haereticos, et prae his paganos vel Iudaeos vel Samaritas, et his similes, participes factos alicuius eorum, quae commemoravimus, et nactos dignitatem vel matriculam advocatorum, aut ornatos militia vel quocunque cingulo, communione eorum confestim expelli iubemus. Liberare enim volumus omnia, quae diximus, nunc et in sempiternum eiusmodi hominum communione, non solum in hac celeberrima urbe, sed in omni omnino provincia et omni loco; quod prorsus novum non est. Divina igitur, quae plurimis militiis dantur, cinguli signa adiectum habeant, orthodoxum esse debere eius participem. Praeterea vero et hoc nostrum esse videtur, qui id confirmaverimus neque negligamus, sicuti ante nos factum est, quum id a multis praetermitteretur atque solis literis contineretur (res enim non ita propriae habebuntur eorum, qui primum eas invenerunt, quam eorum, qui inventis optime utuntur); si scilicet contra statuta nostra commissum quid fuerit, eum quidem, qui prohibita ausus fuerit, non solum utilitatis ex hoc conatu expertem statuimus et participem esse prorsus prohibemus, verum etiam XXX librarum auri poena multamus; illis autem, quorum est eiusmodi homines publico inscribere et describere, si cognita eius perversa opinione tamen admiserint, et non contradixerint, neque repulerint, poenam VIII librarum auri imponimus. At ne magistratus quidem impunitos dimittimus, si, quos ad personas a nobis prohibitas pertinere cognoverint, eos adnumerari suis officiis sustinuerint..... excepta videlicet cohortalium militia, sed poenam L auri librarum et ab iis exigimus. Ex quocunque autem dictorum capitum inferre poenam contigerit, illustrissimus comes sanctissimi aerarii exactionem eius perficiet, eamque divinis rebus privatis inferet. Verum reputantes, nos saepe Gothos adscripsisse devotis foederatis, quibus neque natura neque vita antecedens eiusmodi cogitationes imposuit, de severitate remittere aliquid iis decrevimus, et pati eos foederatos, et honoribus eos decorari, quemadmodum nobis visum fuerit. Scientes autem, diversas saepe parentum non orthodoxorum esse sententias, patre vel matre ad fidem orthodoxorum perducere liberos communes volente, alterutro autem contradicente, firmiorem esse et omnibus potiorem

[1]) *Hmb. i. n., Bk.*; ἐπέχεται *Bas.* — [2]) προκοπῆς *ms. Bas. Coislin. In Coll. const. eccl. item variae sunt lectt.:* μὴ προςκόπτοντες δὲ μήτε τοὺς ὀρθοδόξους ἐκβιβάζοντες *Augustinus*, μὴ προκόπτοντες *etc. Leunclav.* (*Notat. I.* 33.). — [3]) κ' λίτρας *Coll. const. eccl.*; λ' λίτρας *Paratitl. in Voëlli bibl. II. p.* 1295., *sed* εἴκοσι λίτρας *Leunclav. in eodem Parat. legit* (*Notat* I. 33.). — [4]) *legendum videtur* ὅμως *Hmb. i. n.* — [5]) εἴκοσι *Coll. const. eccl.* — [6]) *haec lacuna fortasse expleri potest addito verbo* μόνης.

αὐτῆς ποιήσεται, καὶ τοῖς θείοις εἰςκομίσει πριβάτοις. Ἐννοιαν μέντοι λαμβάνοντες, ὅτι Γότθους πολλάκις τοῖς καθωσιωμένοις ἐγγράφομεν φοιδεράτοις, οἷς οὔτε ἡ φύσις οὔτε ὁ φθάσας βίος τοὺς τοιούτους ἐνέθηκε λόγους, συγχωρῆσαί τι ἀκριβείας αὐτοῖς συνείδομεν, καὶ γινομένων ἀνέχεσθαι φοιδεράτων καὶ τιμωμένων[1]), ὃν ἂν ἡμῖν παρασταίη τρόπον. Εἰδότες δέ, ὡς διάφοροι πολλάκις τοῖς οὐκ ὀρθοδόξοις γονεῦσιν αἱ γνῶμαι γίνονται, τοῦ μὲν πατρὸς ἢ τῆς γε μητρὸς τῇ τῶν ὀρθοδόξων πίστει προςενεγκεῖν τοὺς κοινοὺς παῖδας βουλομένου, θατέρου δὲ ἀντιτείνοντος, ἰσχυροτέραν εἶναι καὶ τοῖς ὅλοις ἐπικρατεστέραν τὴν γνώμην προςτάττομεν, τοῦ πρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν τοὺς παῖδας ἄγοντος· μεθέξει τε γὰρ ἐν μέρει τὸ γινόμενον τῆς τῶν τεκόντων γνώμης, καὶ προςέσται τὸ τὰ βελτίω νενικηκέναι. Βοηθοῦντες δὲ κἀκείνοις τοῖς παισίν, οὓς οἱ μὴ μετέχοντες τῆς εὐαγοῦς ἡμῶν πίστεως μισοῦσι πατέρες, ἁμάρτημα μὲν οὐδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι τῶν ἐν τοῖς νόμοις κεκωλυμένων, διότι δὲ τῆς τῶν γονέων αἰσθανόμενοι πλάνης τῆς εὐαγοῦς ἡμῶν μετέχοντες[2]) πίστεως, διὰ τόνδε τοῦ θείου πραγματικοῦ νόμου θεσπίζομεν, καὶ τροφῆς τὸν πατέρα τοῖς τοιούτοις μεταδιδόναι πρὸς τὸ τῆς οὐσίας τῆς ἑαυτοῦ μέτρον, καὶ τῶν ἀναγκαίων εἰς τὴν ἄλλην δίαιταν, ἀλλὰ μὴ καθάπερ τιμωρίαν ἀπαιτοῦντα, διότι τὴν ψυχὴν ἐπηνορθώθησαν, λιμώττοντας περιορᾷν καὶ τῶν εἰς τὸν βίον ἀπορροῦντας, καίτοι δι' ἔνδειαν ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν ἔμπροσθε πλάνην, ὃ μηδὲ[3]) λέγειν καλόν, ἀναγκαζομένους. Ἀλλὰ προῖκα ταῖς διὰ τοῦτο λελυπηκυίαις θυγατράσι καὶ τὰς πρὸ τῶν γάμων δωρεὰς τοῖς ἄῤῥεσιν, οἷς οὐδὲν ἕτερον ἐγκαλεῖν δύνανται τῶν ἐν τοῖς νόμοις ἀπηγορευμένων, ἐκ παντὸς ἐπιδιδότωσαν τρόπου, καθάπερ ὁ τῆς οὐσίας αὐτῶν λόγος ἐφίησι, καὶ συνοικίζειν τὰς μὲν ἀνδράσι, τοὺς δὲ γυναιξὶ κατὰ τὸν νόμον, ὀρθοδόξοις μέντοι προςώποις καὶ τοῦ πράγματος ἀξίοις. Δεινὸν γὰρ καὶ παντελῶς ἀνόσιον, τοὺς ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὑπὸ τῶν παίδων θεραπευομένους ἐκ τοιαύτης χαλεπαίνειν αὐτοῖς προφάσεως, ἣν ἀμείνους ἦσαν ζηλοῦντες, οὐκ ἀμυνόμενοι. Προνοήσουσι δὲ τῶν προςτεταγμένων τούτων ὑφ' ἡμῶν ἐπὶ μὲν τῆς μεγίστης ταύτης πόλεως οἱ τὰς ἐνδόξους ἔχοντες ἀρχάς, καθάπερ ἑκάστῳ διαφέρει, κατὰ δὲ τὰς ἐπαρχίας οἱ τούτων ἡγούμενοι, εἴτε μείζους εἴτε ἐλάττους, καθάπερ ἑκάστῳ πρόςφορον. Ἐπιμελὲς δὲ καὶ τῷ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ τῆς μεγίστης ταύτης πόλεως καὶ τοῖς ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις ἔσται τῶν ἄλλων πόλεων, τοῖς τε τοὺς πατριαρχικοὺς καὶ τοῖς τοὺς μητροπολιτικοὺς ἔχουσι θρόνους, καὶ τοῖς ἐλάττοσι, τὸ συμπαρατηρεῖν καὶ συνεπισκοπεῖν, εἰ βεβαίως ταῦτα διασώζεται, καὶ μηνύειν ἐφ' ἡμᾶς, ὅπως καὶ μετὰ πλείονος, εἰ δέοι, σφοδρότητος τοῖς ῥᾳθυμοῦσι τῶν περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως διορισθέντων ἐπεξερχώμεθα[4]).

13.[a]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.* Οἱ ὀρθόδοξοι παῖδες τῶν αἱρετικῶν, μὴ ἁμαρτήσαντες κατ' αὐτῶν, ἀμείωτον λαμβάνουσι τὸ ἐξ ἀδιαθέτου αὐτοῖς ἁρμόζον· καὶ ἡ παρὰ ταῦτα γενομένη τελευταία βούλησις ἀκυροῦται, φυλαττομένων τῶν ἐλευθεριῶν, εἰ μὴ κατά τινα νόμον κωλύονται. Εἰ δέ τι πλημμελήσουσιν[5]) εἰς τοὺς γονεῖς, κατηγοροῦνται καὶ τιμωροῦνται. Ἔχουσι δὲ καὶ ἡμαρτηκότες τὸ τέταρτον[6]) τῆς οὐσίας αὐτῶν κατὰ διαθήκας. §. 1. Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρειτῶν.

14.[b]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.* Οἱ αἱρετικοὶ συναχτήρια ποιεῖν οὐ δύνανται, ἢ παρασυνάξεις, ἢ συνόδους, ἢ χειροτονίας, ἢ βαπτίσματα,

potiorem sententiam eius iubemus, qui ad orthodoxam fidem liberos perducit; sic, quod fit, ex parte sententiae parentum conveniet, et accedet victoria melioris. Auxilium vero ferentes et illis liberis, quos patres sanctae fidei nostrae non participes oderunt, non quod delicti legibus prohibiti accusare eos possint, sed quia liberi errore parentum cognito sanctae fidei nostrae participes sunt, hac divina pragmatica lege sancimus, ut pater victum talibus liberis praebeat secundum sui patrimonii modum, et ad reliquam sustentationem necessaria, neque vero, quasi poenam impositurus, quoniam animum ad meliora converterunt, esurientes et victu egentes negligat, et propter inopiam ad pristinum errorem, quod neque dicere fas est, redire coactos. Sed dotem filiabus propterea lugentibus, et ante nuptias donationem masculis, quibus nihil aliud legibus prohibitum exprobrare possunt, omni modo constituant, quatenus id patrimonii modus admittit, et coniungant illas viris, hos autem uxoribus secundum legem, personis scilicet orthodoxis et ea re dignis. Horrendum enim et prorsus impium est, parentes in omnibus aliis rebus a liberis cultos his tali ex causa irasci, quam si imitarentur et non aversarentur, meliores essent. Curam autem habebunt eorum, quae a nobis sancita sunt, in hac quidem amplissima urbe gloriosissimi magistratus, uti cuique competit, in provinciis autem praesides earum, sive maiores sive minores, sicuti ad quemlibet pertinet. Curae vero etiam erit beatissimo archiepiscopo et patriarchae amplissimae huius urbis, et sanctissimis reliquarum civitatum episcopis, tam patriarchicas quam metropoliticas sedes obtinentibus, et minoribus, ut simul observent et inspiciant, num haec firmiter custodiantur, et ad nos referant, ut maiore, si opus sit, severitate eos, qui haec de orthodoxa fide statuta negligunt, persequamur.

13. *Orthodoxi filii haereticorum, qui nihil deliquerunt in parentes, indeminutum accipiunt, quod eis ab intestato competit; et quae praeter haec facta ultima voluntas fuerit, infirmatur, conservatis libertatibus, nisi aliqua lege prohibeantur. Si vero quid deliquerint in parentes, accusantur et puniuntur. Habent autem, licet deliquerint, quartam facultatum ipsorum partem ex testamento.* §. 1. *Eadem et in Iudaeis et Samaritis obtinent.*

14. *Haeretici conventicula celebrare non possunt, aut parasynaxes, aut synodos, aut ordinationes, aut baptismata,*

[a]) *Epitomata lex servatur in Coll. constit. eccles. I.* 5. 13. (*Voëlli bibl. II. p.* 1287.), *restituta ab Ant. August.* (*Coll. p.* 118.).; *sed falso praemittit finem epitomae legis* 12. *h. t., in hac ipsa restituenda antea ab ipso omissum. Secuti sunt August., etiam in hoc errore Cont.* 71. *et rell. praeter Bk. Nos eundem August. sequimur in notis* (*Aug. i. n.*) *et in textu, quatenus is, quem praebet, ad nostram legem pertinet.* — [b]) *Epitome legis superest in Coll. constit. eccles. I.* 5. 14. (*Voëlli bibl. II. p.* 1287.), *restituta ab Ant. August.* (*Coll. p.* 119.) *ex quo hauserunt Cont.* 71. *et rell. Nos August. eundem sequimur.*

[1]) *fortasse legendum* τιμωρουμένων, *cui coniecturas favet varia lectio, quam Augustinus ad Coll. const. eccl. refert.* — [2]) μετέχουσι *Hmb. i. n.* — [3]) *Bk.*; μήτε *Bas.* — [4]) *Bk.*; ἐπεξερχόμεθα *Bas.* — [5]) πλημμελήσουσιν *Aug. i. n.* — [6]) τὸ δ' *Augustinus et edd. praeter Bk.*

σματα, ἢ ἐξάρχους ἔχειν, ἢ πατερίας ἢ ἐκδικίας ἐγχειρίζεσθαι, ἢ φροντίζειν ἢ διοικεῖν χωρία δι' ἑαυτῶν ἢ διὰ παρενθέτων προσώπων [1]), ἤ τι τῶν ἀπηγορευμένων ποιεῖν. Ὁ δὲ παραβαίνων ἐσχάτως κινδυνεύει.

15.[a]) Τῶν ἀτυχησάντων τὴν τῶν Μανιχαίων ἀσεβῆ πλάνην οὐ μόνον, ἐφ' ὅσον περίεισι, ποινῆς ἀξίων ὄντων, ἀλλὰ καὶ τοῦ μετὰ τὴν αὐτῶν τελευτὴν μή, οἷς ἐκεῖνοι βούλονται, μηδέ, οἷς ἐξ ἀδιαθέτου δίδωσιν ὁ νόμος, τὴν οὐσίαν αὐτῶν δίδοσθαι, τῷ παρόντι θείῳ πραγματικῷ νόμῳ χρώμεθα πρὸς τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν, δι' οὗ προσιάττομεν, διερευνᾶσθαι τὰς οὐσίας τῶν ταύτῃ.....των [2]) τῇ νόσῳ, καὶ εἰ μὲν παῖδες αὐτῶν εἶεν ἤ τινες τῶν κατιόντων ἐλεύθεροι τῆς τοιουτοτρόπου μανίας ὑπάρχοντες, ἐᾶσαι τούτοις τῆς ἐκ τοῦ νόμου δεδομένης αὐτοῖς οὐσίας μετέχειν· εἰ δὲ ἕτεροί τινες συγγενεῖς τῶν τελευτησάντων κατὰ τελευταίαν ἐκείνων (ὅπερ ἀπηγόρευται) βούλησιν εἰς τὸν κλῆρον αὐτῶν καλοῖντο, ἢ δωρεὰν παρὰ τοιούτου προσώπου περιόντος ἔτυχον κομισάμενοι, ἢ καὶ ληγάτῳ δῆθεν παρ' αὐτοῦ τιμηθέντες, πάντως αὐτῶν ἀφελέσθαι τὴν οὐσίαν ἢ τὰ δεδωρημένα ἢ τὰ ληγατευθέντα πράγματα, καὶ τῷ δημοσίῳ προσκυρῶσαι λόγῳ.

16.[b]) Εἴ τις ἐκ τῆς ἀσεβοῦς τῶν Μανιχαίων θρησκείας εἰς τὴν ὀρθὴν καὶ ἀληθινὴν πίστιν μετέλθοι, καὶ μετὰ τοσαύτην ἡμῶν φιλανθρωπίαν, καὶ τὰς πολλὰς προσαγορεύσεις, καὶ τοὺς ἐνδεδομένους ἐπὶ τῇ μεταμελείᾳ καιροὺς εὑρεθείη τοῦ λοιποῦ τὰ τῆς προτέρας πλάνης διαπραττόμενος, ἢ συνδιαγων καὶ τὴν τυχοῦσαν ὁμιλίαν πρός τινα τῶν τῆς αὐτῶν ὀλεθρίας πλάνης ποιούμενος, καὶ μὴ παραχρῆμα τοῦτον ὁ συσχὼν παραδῷ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις ἢ περιβλέπτοις ἢ λαμπροτάτοις ἄρχουσιν, ἢ μηνύσει, ταῖς ἐσχάταις ἔσται τιμωρίαις ὑπεύθυνος, οὐκ ἀναχωρῶν εἴς τινα σκῆψιν, οὐδὲ περινοίαις τισὶν ἀναβάλλεσθαι ἃς ἐπικειμένας αὐτῷ ποινὰς δυνάμενος. Πᾶση δὲ σπουδῇ χρησάσθωσαν οἱ ἐν ἀξίαις ἢ στρατείαις ἢ συστήμασί τισι καταλεγόμενοι διερευνήσασθαι, μή τις ἐν αὐτοῖς τῆς ἀπηγορευμένης ταύτης μανίας ἐστί, καὶ τὸν εὑρισκόμενον φανεροῦν, εἰδότες, ὡς, εἴποτε τοιοῦτός τις ἐν αὐτοῖς εὑρεθῇ, καὶ ποιναῖς ὑποβαλλόμενος κατάθηται, ὡς ἐγινώσκετο τοιοῦτος ὢν ἐκείνοις, οὐδὲ αὐτοὶ τὴν ἁρμοδίαν τιμωρίαν ἐκφεύξονται, εἰ καὶ μὴ τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ πλάνης ἐτύγχανον ὄντες. Τὰ αὐτὰ γὰρ ἁμαρτάνειν δοκοῦσιν οἱ γινώσκοντες μὲν τὸν ἁμαρτάνοντα, μὴ ποιοῦντες δὲ τοῦτον κατάδηλον. Γινωσκέτωσαν τοίνυν ἅπαντες, ὡς οὐδεμιᾶς τεύξονται φιλανθρωπίας οἱ μετὰ τὴν μετάνοιαν καθ' οἷον δήποτε τρόπον γινομένην πάλιν ἐν ταῖς τῶν Μανιχαίων μυσαραῖς βλασφημίαις ἁλισκόμενοι, καὶ σπουδαζέτωσαν καθαρᾷ καὶ ἀμεταβλήτῳ γνώμῃ τήν τε τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν ἐκ τῆς τῶν κρειττόνων ἐπιλογῆς καὶ τὴν ἡμετέραν εὐμένειαν ἐφελκύσασθαι. Κἀκεῖνο δὲ θεσπίζομεν, εἴ τις ἔχων βιβλία τῇ πανταχόθεν ἀσεβεῖ τῶν Μανιχαίων πλάνῃ προσήκοντα μὴ ταῦτα δῆλα ποιήσειεν, ἐφ' ᾧ καταφλεχθῆναι καὶ παντελῶς ἐξ ἀνθρώπων ἀφανῆ γενέσθαι, ἢ καὶ καθ' οἱανοῦν πρόφασιν εὑρεθείη παρ' αὐτῷ τὰ τοιαῦτα βιβλία, ὁμοίως καὶ αὐτὸν ποινὴν ὑποστῆναι τὴν προσήκουσαν. Ἐκείνους δὲ μάλιστα τῶν ἐσχάτων τιμωριῶν ἀξίους εἶναι κρίνομεν, ὅσοι προσποιησάμενοι τὸ ἀπολιμπάνειν τὴν ἀσεβῆ ταύτην πλάνην καὶ εἰς τὸ σωτηριῶδες τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν μετιέναι δόγμα, μετὰ ταῦτα χαίροντες φαίνονται τῇ τῶν ὀλεθρίων ἀνθρώπων συνδια-

smata, aut exarchos habere, aut officia patrum vel defensorum instituere, aut curare seu administrare villas per se ipsos vel per interpositas personas, aut quid prohibitorum facere. Qui transgressus haec fuerit, capitis periculum facit.

15. *Quum ii, qui impium Manichaeorum errorem sectantur, non solum, quamdiu vivunt, poena digni sint, verum etiam, ut post eorum mortem neque iis, quibus velint, neque iis, quos ab intestato lex vocat, patrimonium eorum concedatur, praesente divina pragmatica lege utimur ad magnificentiam tuam, qua praecipimus, ut bona eorum, qui hoc morbo [laborant], exquirantur, et si quidem liberi eorum adsint vel descendentes quidam tali furore vacui, his liceat obtinere patrimonium ex lege ipsis datum; sin autem alii quidam cognati defunctorum secundum ultimam eorum (quod vetitum est) voluntatem ad hereditatem vocentur, vel donationem a tali persona vivente forte acceperint, vel etiam legato ab ea fuerint honorati, omnino patrimonium eorum vel res donatae vel legatae auferantur et aerario adiudicentur.*

16. *Si quis ex impia Manichaeorum superstitione ad rectam et veram fidem pervenerit, et post tantam nostram humanitatem et multas admonitiones et tempora ad poenitentiam concessa deprehensus fuerit diucius ea, quae sunt pristini erroris, facere, vel conversari et commercium habere cum aliquo ex perniciosi erroris sectatoribus, et non confestim eum socius tradiderit illustrissimis vel spectabilibus vel clarissimis magistratibus, vel detulerit, ultimo supplicio obnoxius erit, ita ut neque ad excusationem aliquam refugiat, neque ullis machinationibus poenas sibi impositas differre queat. Omni autem studio utantur qui in dignitatibus vel militiis vel collegiis quibusdam constituti sunt, ut perquirant, ne quis ipsorum pertineat ad prohibitum hunc furorem, et repertum manifestent, scientes, sese, si quando talis homo inter eos repertus et poenis subiectus fuerit, tamquam quem talem noverint, neque ipsos competentem poenam evitaturos esse, etiamsi eundem cum illo errorem non habuerint. Eadem enim peccare videntur qui reum criminis noverunt, neque vero eum manifestant. Sciant igitur omnes, nullius clementiae participes fore eos, qui post poenitentiam ullo modo adductum denuo in sceleratis Manichaeorum blasphemiis deprehendantur, et studeant pura et immutata voluntate Dei clementiam electione meliorum et nostram benignitatem allicere. Verum illud etiam sancimus, si quis libros habeat, ad Manichaeorum errorem omni ex parte impium pertinentes, neque eos manifestet, ut comburantur et ex hominibus plane tollantur, vel etiam sub quocunque praetextu inventi fuerint apud eum tales libri, similiter eundem competentem poenam sustinere. Illos autem potissimum ultimis suppliciis dignos esse iudicamus, quicunque simulantes deserere hunc impium errorem, et ad salubre orthodoxorum Christianorum dogma transire, postea gaudere deprehenduntur perditorum hominum consuetudine, et fovere, quae eorum sunt, et omni modo cum iis impietates celare. Nam qui olim in impiis coetibus versati, postea venerabili Christianorum dogmate digni habiti sunt, tunc in securitate manebunt, si cum nullo illorum impiorum hominum consuetu-*

[a]) *Lex superest* 1., *genuina in Bas. I.* 1. 31.; *epitomata* 2., *in Coll. constit. eccles. I.* 5. 15. (*Voëlli bibl. II. p.* 1288.), 3., *in Synopsi* (*Leuncl. p.* 4.). *Text.* 2. 3. *restituti ab Ant. August.* (*Coll. p.* 119.), *text.* 3. *receptus a Cont.* 71. 76. *Char. Pac. Sp.*, *additamento ex textu* 2. *in notis adiecto. Text.* 1. *restitutus ab Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. etc. p.* 13.) *transiit in edd. Bk. et nostram.* — [b]) *Lex servatur* 1., *genuina in Bas. I.* 1. 32., 2., *epitomata in Coll. constit. eccles.* 1. 5. 16. (*Voëlli bibl. II. p.* 1288.), *ex qua hausit Photius in Nomoc. XII.* 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1066.). *Ex Photio hausit Cont.* 66. *in Praeterm. Text.* 2. *restitutus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 120.), *receptus a Cont.* 71. *et rell. excepto Bk. Text.* 1. *restitutus ab Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. etc. p.* 14.) *transiit in edd. Bk. et nostram.*

[1]) ἢ διὰ παρενθέτου προσώπου αὐτῶν *Aug. i. n.* — [2]) *Heimbach. ad Bas. I.* 1 31. *explet lacunam verbo* κατασχεθέντων; νοσούντων *Bk.*

διαγωγῇ, καὶ τὰ ἐκείνων θάλποντες, καὶ πάντα τρόπον αὐτοῖς τὰ ἀσεβήματα συγχρύπτοντες. Οἱ γὰρ πάλαι μὲν ἐν τοῖς ἀσεβέσι κατατριβέντες συλλόγοις, μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ σεπτοῦ τῶν Χριστιανῶν ἀξιωθέντες δόγματος οὕτως ἂν ἐν ἀσφαλεῖ μένοιεν, εἰ μηδενὶ τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων ἐκείνων φανεῖεν κεκοινωνηκότες τῆς γοῦν τυχούσης ὁμιλίας, ἤ, εἴ τισιν αὐτῶν ὡμίλησαν, τοῦτον εὐθὺς ἐκφαίνοντες καὶ παραδιδόντες νομίμῳ δικάσῃ. Διὰ τούτου γὰρ μόνου δείξουσιν ἅπασιν, ὡς οὐ κατά τινα δυσσεβῆ προσποίησιν, ἀλλ' ὀρθῇ διανοίᾳ τῷ ἁγίῳ καὶ προσκυνητῷ δόγματι προσκεχωρηκασιν, ὡς, εἴγε τούτων ἀμελήσαντες, ἐντυγχάνοντες μὲν τοιούτοις ἀσεβέσιν ἀνθρώποις ἁλοῖεν, σπουδάζοντες δὲ λανθάνειν αὐτοὺς καὶ μὴ παραδίδοσθαι τοῖς νόμοις, ἀναξίους ἑαυτοὺς πάσης συγγνώμης ἐντεῦθεν ἀποφαίνοντες τὰς προσηκούσας καὶ τοῖς πρωτοτύπως ἠσεβηκόσι δικαίως ἐπενεχθείσας ποινὰς ὑφέξουσιν.

17.[a]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός[1]). — Αἱ τῶν Σαμαριτῶν συναγωγαὶ καθαιροῦνται, καὶ ἐὰν ἄλλας[2]) ἐπιχειρήσωσι ποιήσαι, τιμωροῦνται. §. 1. Οὐ δύνανται δὲ διαδόχους ἔχειν ἐκ διαθήκης ἢ ἐξ ἀδιαθέτου, πλὴν ὀρθοδόξων, οὔτε δωροῦνται, ἢ ἄλλως ἐκποιοῦσι τοῖς μὴ οὖσιν ὀρθοδόξοις· ἀλλὰ ὁ φίσκος αὐτὰ ἐκδικεῖ προνοίᾳ τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἀρχόντων.

18.[b]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Ὁ αὐτὸς βασιλεύς. — Τὰ περὶ τῶν Σαμαριτῶν[3]) νομοθετηθέντα ἐπὶ ταῖς συναγωγαῖς καὶ ταῖς διαδοχαῖς κρατεῖ καὶ ἐπὶ τοῖς Μοντανίστοις, καὶ τοῖς Ἀσκωδρούγοις[4]), καὶ Ὀφίταις. Μόνοι γὰρ ὀρθόδοξοι κληρονομοῦσιν αὐτους ἐκ διαθήκης καὶ ἐξ ἀδιαθέτου. καὶ ληγάτα λαμβάνουσιν· οἱ δὲ λοιποὶ αἱρετικοί, τουτέστιν οἱ μὴ ὀρθόδοξοι, καὶ οἱ Ἕλληνες, καὶ οἱ Σαμαρεῖται[5]) οὐ στρατεύονται, οὔτε ἀξιωματικοὶ γίνονται, οὔτε δημόσιον μετέρχονται φρόντισμα, οὔτε παιδεύουσιν, οὔτε συνηγοροῦσιν. Εἰ δέ τις ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν τινὸς τούτων προσποιήσηται τὸν ὀρθόδοξον[6]), καὶ φανῇ ἔχων γυναῖκα ἢ παῖδας αἱρετικούς, καὶ μὴ προσαγάγῃ αὐτοὺς τῇ ὀρθοδοξίᾳ, ἐκβάλλεται. Εἰ δὲ καὶ λάθοι, οὐ δύναταί τι τῶν αὐτοῦ δωρεῖσθαι ἢ ἄλλως ἐκποιεῖν αἱρετικῷ, ἀλλὰ ταῦτα καὶ τὴν αἱρετικὴν καταφερομένην αὐτοῦ κληρονομίαν ἐκδικεῖ τὸ δημόσιον. Καθόλου γὰρ οἱ μετασχοντες στρατείας, ἢ ἀξίας, ἢ συνηγορίας, ἢ δημοσίας φιλοτιμίας, ἢ συγκροτήσεως παρὰ μόνων ὀρθοδόξων κληρονομοῦνται, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ὅπως οὖν.[7]) εἰς αἱρετικὸν ἐρχόμενα τὸ δημόσιον ἐκδικεῖ. §. 1. Ἐὰν ἕτερος τῶν συνοικούντων ὀρθόδοξος εἴη, καὶ ὁ[8]) ἄλλος αἱρετικός, δεῖ γενέσθαι τοὺς παῖδας αὐτῶν ὀρθοδόξους. Εἰ δὲ οἱ μὲν ὀρθόδοξοι γένωνται, οἱ δὲ μείνωσιν αἱρετικοί, μόνοι κληρονομοῦσιν ἑκατέρου γονέως οἱ ὀρθόδοξοι. Εἰ δὲ πάντες εἰσὶν αἱρετικοί, συγγενεῖς ὀρθόδοξοι κληρονομοῦσιν, ἢ μὴ ὄντων αὐτῶν, ὁ φίσκος. §. 2. Ἔχει διαφόρους ποινὰς κατὰ τῶν ῥαθυμούντων καὶ μὴ ἐξιόντων[9]) ἢ μηνυόντων[10]) ἀρχόντων, καὶ τάξεων πολιτικῶν καὶ στρατιωτικῶν, καὶ ἐπισκόπων, οἵτινες καὶ[11]) περὶ τῶν ῥαθυμούντων[12]) ἀρχόντων ἀναφέρουσι τῷ βασιλεῖ. Αἱ δὲ ποιναὶ τῷ φίσκῳ ἁρμόζουσιν.

suetudinem ullam habuisse videantur, aut, si eam cum nonnullis eorum habuerint, statim eum detulerint et legitimo iudici tradiderint. Hoc enim solo ostendent omnibus, se non ex impia quadam simulatione, sed recta voluntate sancto et venerabili dogmati accessisse, ita ut, siquidem his neglectis cum impiis eiusmodi hominibus versari deprehensi fuerint, et operam dare his celandis et legibus non tradendis, indignos sese omni venia inde reddant, et competentes poenas etiam iis, qui ab initio impii fuerint, merito impositas sustinere debeant.

17. *Imp. Iustinianus A. — Samaritanorum synagogae destruuntur, et si alias tentent facere, puniuntur. §. 1. Non possunt successores habere ex testamento vel ab intestato, praeter orthodoxos, neque donant aut aliter alienant his, qui non sunt orthodoxi; sed fiscus ipsa vindicat providentia episcoporum et praesidum.*

18. *Idem A. — Quae de Samaritis lege statuta sunt circa synagogas et successiones, obtinent et in Montanistis, et Ascodrogitis, et Ophitis. Soli enim orthodoxi succedunt ipsis ex testamento et ab intestato, et legata capiunt; ceteri autem haeretici, id est qui non sunt orthodoxi, et pagani, et Samaritae non militant, neque ulla dignitate decorantur, neque ullam adipiscuntur publicam curam, neque docent, neque advocationibus funguntur. Si vero quis ad ea obtinenda simulet se orthodoxum, et appareat uxorem habens aut liberos haereticos, et non adducat ipsos ad orthodoxiam, eiicitur. Si vero etiam lateat, non potest quid suarum rerum donare aut aliter alienare haeretico, sed haec et haereticam delatam ipsius hereditatem vindicat fiscus. In universum enim qui participes sunt militiae, aut dignitatis, aut advocationis, aut publicae liberalitatis, aut collegii, solos orthodoxos habent successores, et res ipsorum quocunque modo ad haereticum delatas fiscus vindicat.*

§. 1. Si alter coniugum orthodoxus sit, et alter haereticus, oportet fieri liberos eorum orthodoxos. Quod si alii orthodoxi fiant, alii haeretici maneant, soli succedunt utrique parenti orthodoxi. Si vero omnes sint haeretici, cognati orthodoxi succedunt, aut, si tales non adsunt, fiscus.

§. 2. Habet constitutio diversas poenas contra negligentes, et non persequentes aut indicantes praesides, et officia civilia vel militaria, et episcopos, qui et de negligentibus praesidibus referunt principi. Poenae vero fisco competunt.

19. Idem A. Demostheni[13]) P. P. — Cognovimus multos esse orthodoxos liberos, quibus nec pater nec mater orthodoxae sunt religionis. Et ideo sancimus,

---

[a]) *Epitome superest in Coll. constit. eccles. I. 5. 17. (Voëlli bibl. II. p. 1288.), restituta ab Ant. August. (Coll. p. 120.), ex quo hauserunt Cont. 71. et rell. et nos haurimus. —* [b]) *Epitomen legis habemus in Coll. const. eccles. I. 5. 18. (Voëlli bibl. II. p. 1288.), ex qua hausit Photius in Nomoc. I. 10. X. 8. XII. 13. (Voëlli bibl. II. p. 831. 1038. 1071.). Cont. 66. in Praeterm. hausit ex Phot. XII. 13. Textus ex coll. cit. restitutus ab Ant. August. (Coll. p. 121.) transiit in Cont. 71. et rell. Nos August. sequimur in textu et notis (Aug. i. n.).*

[1]) *Iustiniani hanc legem esse apparet ex Nov. 129. pr. et Nov. 144. pr. i. f. —* [2]) *Augustinus, Bk.; ἄλλως Cont. 71. et rell. —* [3]) *Bk., coll. const. eccl. apud Voëllium II. p. 1288.; Σαμαριτῶν Augustinus, Cont. 71. et rell. —* [4]) *Augustinus, Bk.; καὶ ταῖς διαδοχαῖς addunt Cont. 71. et rell. —* [5]) *καὶ οἱ Σαμαρεῖται perperam abeunt a Cont. 71. et rell. praeter Bk. —* [6]) *τὸ ὀρθόδοξον Aug. i. n. —* [7]) *ὁπωσοῦν Bk. —* [8]) *ὁ abest a Bk. —* [9]) *ἐπεξιόντων Aug. i. n. —* [10]) *ἢ μὴ μηνυόντων Aug. i. n. —* [11]) *καὶ omittunt alii. Aug. i. n. —* [12]) *καὶ μὴ ἐξιόντων addunt aliqui. Aug. i. n. —* [13]) *mss. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.; Iuliano Hal. et rell.*

mus, ut[1]) non tantum in casu, ubi alter orthodoxae[2]) religionis est[3]), sed etiam in his casibus, in quibus uterque parens alienae sectae sit, id est pater et mater, hi tantummodo liberi ad eorum successionem, sive ex testamento sive ab intestato, vocentur, et donationes seu alias liberalitates ab iis accipere[4]) possint, qui orthodoxorum venerabili sunt nomine decorati; ceteris liberis eorum, qui non Dei omnipotentis amorem, sed paternam vel maternam impiam affectionem secuti sunt, ab omni beneficio repellendis. Liberis autem orthodoxis non existentibus, ad agnationem vel cognationem eorum, orthodoxos[5]) tamen, easdem res vel successiones pervenire. Quod si vel agnatio[6]) vel cognatio recta non inveniatur[7]), tunc easdem res fisci nostri iuribus vindicari. §. 1. Sed ne videamur morientibus quidem genitoribus liberis providere, viventibus autem nullam inferre providentiam, quod etiam ex facto nobis cognitum est, necessitatem imponimus talibus genitoribus, orthodoxos liberos secundum sui patrimonii quantitatem[8]) alere, et omnia eis praestare, quae ad quotidianae vitae conversationem sufficiant, sed et dotes pro filiabus et neptibus dare, et ante nuptias donationes pro filiis vel nepotibus perscribere, in omni casu secundum vires patrimonii huiusmodi liberalitatibus aestimandis, ne propter divini amoris electionem paterna vel materna sint liberi provisione defraudati; omnibus videlicet, quae nostrae constitutiones de poenis paganorum, et Manichaeorum, et Borboritarum, et Samaritarum, et Montanistarum, et Ascodrogitarum[9]), et Ophitarum, ceterorumque haereticorum causa constituerunt[10]), ex hac nostra lege confirmandis et in perpetuum valituris. Dat. Constantinop. X. Kal. Decembr. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Authent. ut quum de appellat. cognosc. §. Generalem. (Nov. 115. c. 3. §. 14.) — *Idem est de Nestorianis et Acephalis, quia, si quis ex his liberos habet ecclesiae sanctae*[11]) *communicantes, his solis ex testamento vel ab intestato*[12]) *hereditatem transmittere potest. Si vero permixti sunt, portio infidelium interim resident penes orthodoxos, ipsis, si conversi fuerint, restituenda quidem, sed absque ratione fructuum et administrationis. Permanebit*[13]) *autem apud orthodoxos, si ipsi perseverent in nequitia. Si autem omnes liberi perversi sint, vocentur agnati*[14]) *rectae fidei. Quibus non inventis, si clericus fuerit, ecclesia*[15]) *intra annum admittatur, quo transacto*[15*]), *si non fuerit clericus, succedat fiscus.*

Nova Constitutio Friderici Imperatoris de statutis et consuetudin. contra libertat. eccl. editis. §. Gazaros. — *Gazaros, Patarenos, Leonistas, Speronistas, Arnoldistas, Circumcisos et omnes haereticos utriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes, ut omnia bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius revertantur, ita quod filii*[16]) *ad successionem eorum pervenire non possint, quum longe gravius sit aeternam, quam temporalem offendere maiestatem. §. 1. Qui autem inventi fuerint sola suspicione*[17]) *notabiles, nisi ad mandatum ecclesiae iuxta considerationem suspicionis qualitatemque personae propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tanquam infames et banniti ab omnibus habeantur; ita quod, si sic per annum permanserint, ex tunc omnes tanquam haereticos condemnamus.*

20.[a]) Ἔγνωμεν, τοὺς ἀνοσίους αἱρετικοὺς καὶ μετὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους καὶ τὴν γενομένην ἐπ' αὐτοῖς κίνησιν ἔτι τολμᾷν καὶ ἀθροίζεσθαι καὶ προβάλλεσθαί τινας τῆς ἑαυτῶν μανίας, ἡγουμένους δὲ τούτους καὶ ἔξαρχους καλεῖν καὶ βαπτίσματα ποιεῖν, καὶ βούλεσθαι χρῆσθαι προνομίοις τισίν, ἡνίκα[18]) ἱῶν ἁγίων περιβόλων καθέστηκεν αὐτῶν τὰ ἐργαστήρια, οἷς μόνους τοὺς τὴν ὀρθὴν τιμῶντας πίστιν χρήσασθαι προσήκει. Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπίζομεν, τὴν σὴν ὑπεροχὴν καὶ νῦν αὐτοῖς ἀπειπεῖν, μάλιστα μὲν μηδὲ ἐν ἄλλῳ τινὶ τόπῳ, διαφερόντως δὲ ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, μηδέ τινας συνάξεις μηδὲ βαπτίσματα ποιεῖν, μηδὲ τολμᾷν τοῦ τῆς προσκυνητῆς κοινωνίας ὀνόματος ἢ πράγματος ἅπτεσθαι, ἅπερ μόνων καθέστηκεν ἴδια τῶν τὴν ὀρθὴν πρεσβευόντων δόξαν καὶ τὸ προσκυνητὸν τῶν Χριστιανῶν ὄνομα προσηκόντως θεραπευόντων. Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἔχοντας ἐργαστήρια ἔσω τῶν ἁγίων περιβόλων χρῆσθαί τισι προνομίοις προφάσει τῶν ἐργαστηρίων συγχωροῦμεν, γινώσκοντας, ὡς, εἰ καὶ μετὰ τοῦτο τὸ θεῖον ἡμῶν κήρυγμα φανεῖεν οἱουδήποτε τῶν ἀπηγορευμένων ἁπτόμενοι, ἢ ἐν τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει ἢ ἐν ἑτέραις χώραις, ἢ παρασυνάξεις ἢ βαπτίσματα τολμῶντες ποιεῖν, ἢ τὴν ἄῤῥητον αὐτοῖς διδόναι κοινωνίαν, ἢ

20. *Cognovimus, impios haereticos et post leges nostras et nostrum in eos motum adhuc audere et congregari et promovere quosdam, eosque hegumenos et exarchos vocare, et baptismata celebrare, et velle uti quibusdam privilegiis, quum intra sacra septa suas tabernas habeant, quibus eos tantum uti convenit, qui rectam fidem colunt. Propterea igitur sancimus, ut magnificentia tua et nunc eos prohibeat, quominus in alio quodam loco, praesertim vero in hac felicissima urbe, conventicula et baptismata celebrent, et nomen vel rem venerabilis communionis attingere audeant, quae solum eorum propria sunt, qui rectam fidem venerantur, et venerabile Christianorum nomen, ut decet, colunt. Neque vero iis, qui tabernas intra sacra septa habent, uti quibusdam privilegiis nomine tabernarum concedimus, scientibus, si etiam post hanc divinam nostram sanctionem inventi fuerint aliquid prohibitum attingentes, vel in hac regia urbe vel in aliis regionibus conventicula aut baptismata celebrare audentes, vel nefandam sibi dare communionem, vel prohibitum quid facientes, sese poenis subiectum iri competentibus,*

[a]) *Lex superest* 1., *genuina in Bas. I.* 1. 33., 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 5. 20. (*Voëlli bibl. II. p.* 1289.). *Text.* 2. *restitutus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 122.) *transiit in Cont.* 71. *et rell. Text.* 1. *primum editus ab Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. p.* 17.) *receptus in edd. Bk. et nostram. Ms. Vat. habet const. graeca.*

[1]) ut *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; alter non orthod. *Hal. et rell.* — [3]) et alter non *addunt mss. Pl.* 2. *Bg.*; alter alienae *addit ed. Nbg.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf.*; aliae liberalitates iis accedere *Hal. et rell.* — [5]) orthodoxam *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; orthodoxorum *ed. Schf.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; quodsi nec agn. *Hal. et postea rell.*; quodsi agn. *ed. Schf.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; recte inven. *Hal. Russ. Cont.* 62.; recta inven. *Cont.* 66. *et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; secundum vim patrimonii *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [9]) *Hal. Bk.*; Tascodrogitae *rell.*; *graece tam* Ἀσκωδροῦγοι (*l.* 18. *C. h. tit.*), *quam* Τασκοδρουγῖται (*Thalelaeus ad Bas. XXI.* 1. 44.) *vocantur*; et Samarit. — Ascodrog. *absunt a ms. Pl.* 1. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; iam const. *Russ. et rell.* — [11]) *recte edd. Schf. Hal. Russ.* — [12]) *ex test. vel ab int. absunt ab edd. Nbg. Schf.* — [13]) *Permanebunt edd. Nbg. Schf.* — [14]) *cognati ed. Nbg.* — [15]) *ed. Nbg.*; *ab ecclesia edd. Schf. Hal. et rell.*; *sed nostram lectionem flagitat Nov.* 115. *cit.* — [15*]) *vel inserendum videtur aut et.* — [16]) *edd. Nbg. Hal. Russ.*; *eorum addunt Cont. et rell.* — [17]) *superstitione ed. Nbg.* — [18]) ἔσω *deesse videtur Heimbach in acta ed Bas. I.* 1. 33.

ἤ τι τῶν κεκωλυμένων ποιοῦντες, ὑπαχθήσονται ποιναῖς προσηκούσαις καὶ ἃς ὑπομένειν ἀνάγκη τοὺς ἐναντιουμένους τοῖς νόμοις καὶ τὴν αὐτῶν μὴ φυλάττοντας δύναμιν· εἰδότων τῶν τοὺς ἑαυτῶν οἴκους εἰς τὸ παρασυνάξεις ποιεῖν παρεχόντων αὐτοῖς, ὡς ταύτην ὑφέξουσι τὴν ποινήν, ἣν αἱ προλαβοῦσαι θεῖαι λέγουσι διατάξεις. Καὶ ταῦτα μὲν κοινῇ περὶ πάντων τῶν αἱρετικῶν. Ἰδικῶς δὲ ἐπὶ τοῖς ἀνοσίοις Μονταναισταῖς θεσπίζομεν, ὥστε μηδένα συγχωρεῖσθαι τῶν καλουμένων αὐτῶν πατριαρχῶν καὶ κοινωνῶν ἢ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἢ ἄλλων κληρικῶν, εἴπερ ὅλως αὐτοὺς τοῖς ὀνόμασι τούτοις καλεῖν προσήκει, κατὰ ταύτην διατρίβειν εὐδαίμονα πόλιν, ἀλλὰ πάντας ἐξελαύνεσθαι, ὅπως ἂν μὴ τῶν ἀτόπων αὐτῶν μύθων τινὲς τῶν ἁπλουστέρων κατακούσαντες καὶ ἀκολουθοῦντες ταῖς ἀσεβέσιν αὐτῶν διδασκαλίαις τὰς ἑαυτῶν διαφθείροιεν ψυχάς. Ἀλλ' οὐδὲ εἴσω τῶν εὐαγῶν δρων πραγματεύεσθαι ὅλως συγχωροῦμεν, ὥστε μὴ τὰ εὐαγῆ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως μυστήρια γίνεσθαι αὐτοῖς ἔκπυστα, βεβήλοις τε οὖσι καὶ καθαρᾶς πάσης εὐαγοῦς ἀκοῆς ἀναξίοις. Κωλύεσθαι δὲ θεσπίζομεν αὐτῶν καὶ τὰ ἀσελγῆ δυσσίτια καὶ τὰ ἀσεβῆ καὶ κατεγνωσμένα συμπόσια, ἐν οἷς συνιόντες τὰς τῶν ἁπλουστέρων θηρεύειν πειρῶνται ψυχάς. Δεῖ γὰρ καθάπαξ κεκωλύσθαι τούτους, τοὺς ἐξ αὐτῶν εἰς τὴν ὀρθὴν μεταστάντας πίστιν, αὖθις ἀσεβῶς διαιτᾶσθαι τοῖς τὰ αὐτὰ νοσοῦσιν, καὶ ἴσως ἐκ τῆς συνδιαγωγῆς καὶ διαίτης πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανιέναι κακοδαιμονίαν. Κωλύομεν δὲ αὐτοὺς καὶ ἀνδράποδα ἐμπορεύεσθαι, μήποτε ταῦτα τοῖς συνθηκευταῖς ἀποδόμενοι παρασκευάσαιεν αὐτὰ τῆς ἑαυτῶν κακοδοξίας γενέσθαι. Ὁμοίως δὲ κωλύομεν τοῖς ἐκ τῆς τῶν αὐτῶν Μονταναισταῖς οὖσι θρησκείας δίδοσθαί τινα παραψυχὴν κατὰ πρόφασιν τῶν καλουμένων ἀξιωματικῶν, οἷς ἐκ τῶν μεγίστων δικαστηρίων [1]) τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας εἰωθέ τι χορηγεῖσθαι προφάσει τῆς συνεχούσης αὐτοὺς πενίας, ἣν οὐκ ἂν εἴη προσῆκον τοῖς ἐκ τῆς εἰρημένης χορηγεῖσθαι θρησκείας, ὑγιὲς μὲν ἢ μέτριον οὐδ' ὁτιοῦν ἔχούσης, παρὰ πάντων δὲ δικαίως μισουμένης τε καὶ κατεγνωσμένης, ὥστε καὶ εἴτις αὐτοῖς ἄλογον νέμει προστασίαν, καὶ τοῦτον σωφρονίζεσθαι δέκα χρυσίου λιτρῶν ποινῇ θεσπίζομεν. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα παραφυλάττεσθαι βουλόμεθα παρά τε τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ τῶν τὰς ἀρχὰς τῶν ἐθνῶν ἐχόντων, τὴν αὐτὴν ποινὴν ὑποροωμένης καὶ τῆς πειθομένης σοι τάξεως καὶ τῶν ἐπιχωρίων τάξεων, εἰ μὴ ταῦτα φυλάξαιεν· ἐπικειμένης οὐδὲν ἧττον ἀγανακτήσεως καὶ τοῖς ἀεὶ τὴν ἀρχὴν ἕξουσιν, ἧς νῦν ἡ σὴ προεστήκει ὑπεροχή, εἴ τι τῶν θεσπισθέντων ἢ αὐτοὶ παραβαῖεν ἢ παραβαθῆναι συγχωρήσαιεν, καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐθνῶν, εἰ τούτου ῥαθυμήσαιεν, ὁμοίως δέκα χρυσίου λιτρῶν σωφρονιζομένων ποινῇ [2]).

bus, et quas sustinere debent legum violatores et qui vim earum non observant; scientibus iis, qui aedes suas ad conventicula habenda illis praebent, se esse subituros poenam, quam priores divinae constitutiones denunciant. Et haec quidem simul de omnibus haereticis. Specialiter autem contra impios Montanistas sancimus, ut nulli concedatur ex patriarchis eorum, quos vocant, vel sociis, vel episcopis, vel presbyteris, vel diaconis, vel aliis clericis, siquidem omnino hisce nominibus eos appellare decet, in hac felicissima urbe versari, sed omnes expellantur, ne simpliciores quidam, auditis fabulis eorum absurdis sequentes impias, eorum doctrinas suas mentes corrumpant. Verum nec intra sacra septa negotiari omnino permittimus, ut ne sancta orthodoxae fidei mysteria nota fiant profanis istis et omni pura sanctaque eruditione indignis. Prohiberi autem sancimus etiam impias eorum commessationes et impia damnataque convivia, in quibus congregati simpliciorum mentes venari conantur. Prorsus enim prohiberi oportet hos, qui ab iis ad rectam fidem migrarunt, quominus denuo impie conversentur cum iis, qui eodem vitio laborant, et fortasse propter hanc consuetudinem et vivendi rationem denuo ad pristinum errorem revertantur. Prohibemus autem eos, quominus mancipia mercentur, ne quando ea fidei suae sociis tradant, et ad malam suam doctrinam perducant. Similiter autem prohibemus, quominus Montanistarum superstitionis sectatoribus recreatio quaedam nomine axiomaticorum, quae dicuntur, quibus ex maximis iudiciis sanctissimae magnae ecclesiae praeberi aliquid solet nomine urgentis egestatis, concedatur, quam non conveniret praeberi sectatoribus dictae superstitionis, sanum quidem et rectum nihil plane habentis, sed ab omnibus merito exosae et damnatae; ita ut, si quis sine ratione iis praebeat auxilium, hunc decem librarum auri poena plecti iubeamus. Haec igitur omnia observari volumus et a magnificentia tua et a rectoribus populorum, eadem poena imminente et officio tibi subiecto et officiis provincialibus, si haec non custodierint; instante praeterea indignatione etiam iis, qui umquam magistratum habebunt, cui nunc tua magnificentia praeest, si quid sancitum vel ipsi migraverint, vel migrari permiserint, et rectoribus populorum, si hoc neglexerint, similiter decem librarum auri poenam plectendis.

21. [a]) **Idem A. Ioanni P. P. — Quoniam multi iudices in dirimendis litigiis nos interpellaverunt, nostro indigentes oraculo, ut eis reseretur** [3]), **quid de testibus haereticis statuendum sit, utrumne accipiantur eorum testimonia, an respuantur, sancimus, contra orthodoxos quidem litigantes nemini haeretico, vel his etiam, qui Iudaicam superstitionem colunt, esse in testimonia communionem, sive utraque pars orthodoxa sit, sive altera. Inter se autem haereticis vel Iudaeis, ubi litigandum existimaverint, concedimus foedus** [4]) **permixtum, et dignos litigatoribus etiam testes introduci** [5]), **exceptis scilicet his, quos vel Manichaicus** [6]) **furor, cuius partem et Borboritas esse manifestissimum** [7]) **est, vel pagana superstitio detinet, Samaritis nihilo minus, et qui illis non absimiles sunt, id est** [8]) **Montanistis, et Ascodrogitis** [9]), **et Ophitis, quibus pro reatus similitudine omnis legitimus actus interdictus est. Sed his quidem, id est Manichaeis, Borboritis, et paganis, necnon Samaritis, et Montanistis, et Ascodrogitis, et Ophitis, omne testimonium, sicut et alias legitimas conversationes, sancimus esse interdictum. Aliis vero haereticis tantummodo iudicialia testimonia contra orthodoxos, secundum quod constitutum est, volumus esse iu-**

[a]) *Bas. I. 1. 34.*

[1]) *videntur hic verba excidisse ἢ ἐκ. Nam coll. const. eccl. l. cit. ita habet οὐ χορηγοῦνται οἱ πενόμενοι αὐτῶν τὰ — ἀξιωματικὰ ἐκ τῶν δικαστηρίων ἢ τῶν ἐκκλησιῶν.* — [2]) *hanc const. ad aliquem comitem rerum privat. datam fuisse ex coll. const. eccl. l. cit. coniici potest.* — [3]) resonetur *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; respondeatur *Hal.*; *ὅπως αὐτοῖς ἀποκριθῶμεν Bas.* — [4]) foedus *h. l. idem est quod* dedecus (*cfr. l. 47. D. 23. 2.*), *quod apparet ex Bas. αἶσχος ἐπίμικτον.* — [5]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; induci *ms. Pl. 2*; introducere *Hal. et rell.*; *εἰσάγεσθαι Bas.* — [6]) Manicheticus *mss. Pl. 1. Bg., ed. Schf.*; Manicheus *ed. Nbg.*; inmanis hereticus *ms. Pl. 2*, *Μανιχαϊκὸς θυμός Bas.* — [7]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt. ed. Schf.*; manifestum *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; id est *non legitur apud Buss. et rell.*; *τοῦτ' ἔστι Μονταναισταί Bas.* — [9]) *cfr. nota 9. ad l. 19. C. h. tit.*

inhibita. Ceterum testamentaria testimonia eorum, et quae in ultimis elogiis vel in contractibus consistunt, propter utilitatem necessarii usus eis sine ulla distinctione permittimus, ne probationum facultas angustetur. Dat. V. Kal. August. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae VV. CC. [531.]

22.[a]) Idem A. Ioanni P. P. — Divinam nostram sanctionem, per quam iussimus, neminem errore constrictum haereticorum hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum accipere, etiam in ultimis militum voluntatibus locum habere praecipimus, sive communi iure, sive militari testentur. Dat. Kal. Septemb. post consulatum Lampadii et Orestae VV. CC. anno secundo [1]). [532.]

Tit. VI.

NE SANCTUM BAPTISMA ITERETUR.

1.[b]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus[2]) AAA. ad Flavianum[3]), vicarium Africae[4]). — Antistitem, qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminaverit, sacerdotio indignum esse censemus. Eorum enim condemnamus errorem, qui apostolorum praecepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos alio rursus baptismate non purificant, sed incestant, lavacri nomine polluentes. Dat. XVI. Kal. Nov. Constantinop.[5]) Gratiano A. IV. et Merobande Conss.[6]) [377.]

2.[c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. — Si quis rebaptizare quempiam de mysteriis[7]) catholicae sectae fuerit detectus, una cum eo, qui piaculare crimen commisit (si tamen criminis per aetatem capax sit, cui persuasum sit[8])), ultimo supplicio percellatur. Dat. XII.[9]) Kalend. April. Constantinop. Lucio V. C. Cons.[10]) [413.]

3.[d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. — Nulli haereticorum danda licentia est, vel ingenuos vel servos proprios, qui orthodoxorum sunt initiati mysteriis[11]), ad suum rursus baptisma deducendi, nec vero[12]) illos[13]), quos emerint vel qualitercunque habuerint, necdum suae superstitioni coniunctos, prohibendi catholicae sequi religionem ecclesiae. Quod qui fecerit, vel, quum sit ingenuus, in se fieri passus sit, vel factum non detulerit, exilio ac decem librarum auri mulcta damnabitur; testamenti et donationis faciendae utrisque deneganda licentia. Quae omnia ita custodiri decernimus, ut nulli iudicum liceat delatum ad se crimen minori aut nulli coërcitioni mandare, nisi ipse id[14]) pati velit, quod aliis dissimulando concesserit. Dat. III. Kalend. Iun.[15]) Constantinop. Felice et Tauro Conss. [428.]

Tit. VII.

DE APOSTATIS.

1.[e]) Impp. Constantius[16]) A. et Iulianus Caesar[17]) ad Thalassium P. P. — Si quis lege venerabili constitutus[18]), et[19]) ex Christiano Iudaeus effectus, sacrilegis coetibus aggregetur, quum accusatio fuerit approbata, facultates eiusdem dominio fisci iubemus vindicari. Dat. V.[20]) Non. Iul. Mediol.[21]) Constantio A. IX.[22]) et Iuliano Caes. II.[23]) Conss. [357.]

2.[f]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hypatium[24]) P. P. — Si quis defunctum violatae atque desertae Christianae religionis accusat, eumque vel ad sacrilegia templorum, vel in[25]) ritus Iudaicos transisse contendit, eaque gratia testari minime potuisse confirmat, intra quinquennium iuge[26]), quod de[27]) inofficiosis actionibus constitutum est, proprias exigat[28]) actiones, futurique indicii huiuscemodi sortiatur exordium. Dat. XV. Kal. Ianuar.[29]) Patavi, Merobande II. et Saturnino Conss.[30]) [383.]

3.[g]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius[31]) AAA. Flaviano P. P. — Hi, qui sanctam

---

[a]) *Bas. I.* 1. 35.; *XXI.* 1. 44. *Sch. g—p.* (*Fabr. T. II. p.* 524. 579.). *Caeterum ante hanc const. abesse graecam sine iure ms. Bg., Russ. Cont.* 62. *affirmant.* — [b]) *conflata ex l.* 1. 2. *Th. C. ne sanct. bapt.* (*XVI.* 6.); *Bas. III. I.* 6. — [c]) *l.* 6. *Th. C. ne sanct. bapt.* (*XVI.* 6.). — [d]) *l.* 65. *i. f. Th. C. de haeret.* (*XVI.* 5.); *Bas. I.* 1. 36.; *LX.* 54. 22. (*Fabr. VII. p.* 889.). — [e]) *l.* 7. *Th. C. de Iudaeis* (*XVI.* 8.), *Bas. LX.* 54. 23. (*Fabr. VII p.* 889.). — [f]) *l.* 3. *Th. C. de apostat.* (*XVI.* 7.); *Bas. LX.* 54. 24. (*Fabr. VII. p.* 889.). — [g]) *l.* 4. *Th. C. de apostat.* (*XVI.* 7.) *et l.* 11. *Th. C. de excusat. mun.* (*XI.* 39.); *Bas. LX.* 54. 25. *Sch. a.* (*Fabr. VII. p.* 900. 906.).

[1]) *Cont.* 62.; D. Kal. Sept. Lamp. et Orest. VV. CC. II. Coss. Anno VI. imperii Iustiniani *Hal. in textu*; Sept. post consulat. Lamp. et Orest. VV. CC. anno secundo *Hal. in notis*; Sept. post cons. Lamp. et Orest. VV. CC. anno secundo imperii Iustiniani *Russ. Cont.* 66. *et rell. praeter Bk., verbis tamen* imp. Iust. *a Cont. et sequentibus edd. improbatis*; Sept. post cons. Lamp. et Or. VV. CC. anno sec., imperii Iustiniani anno sexto *Bk.* — [2]) *mss. Pl.* 2. *Bg., l.* 2. *Th. C. cit.*; Valent. Grat. et Val. *mss. Cas. Vat., ed. Nbg.*; Valentinus *ms. Pl.* 1.; Valentin. Val. et Grat. *Hal. et rell.* — [3]) Florianum *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Florenti *ed. Nbg.*; Iulianum *Bk. ex l.* 1. *Th. C. cit., minus recte, quum ex l.* 2. *Th. C. cit., ex qua maxima nostrae legis pars hausta est, tam inser. quam subscr. in Cod. Iust. transierit.* — [4]) vicar. Asiae *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Proc. Africae *Bk.* — [5]) Constantinop. *vitiose scribi censet lac. Gothofr. ad l.* 2. *Th. C. cit. et in Chronologia C. Th. p. CI.*; *hoc ult. loco pro* Dat. *legi* proposita *vel* accepta *mavult Ritter.* — [6]) Dat. X. Kal. Mart. Trev. Valentiniano IV. et Valente IV. AA. Conss. *Bk. ex l.* 1. *Th. C. cit.; sed cfr. nota* 2. *supra.* — [7]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Theod. C.*; ministeriis *ms. Pl.* 2.; ministris *ms. Bg.* (*ex recent. emendatione*), *edd. Nbg. Schf. Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 2. *Gt., ed. Schf., Theod. C.*; si tamen — cui persuaserit *ms. Bg.*; si tamen — capax sit, et hic, cui persuasum sit *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *absunt h. vv. a contextu ms. Pl.* 1., *haeae tamen superscripta* si tamen — capax. — [9]) IIII. *mavult lac. Gothofr. in Chronologia C. Th. p. CLXXIX.* — [10]) *In ms. Pist. subscr. ita se habet* d XII k ap cap̄ lucio ɔss.; Dat. XV. Kal. Apr. CP. Lucio et Herodiano VV. CC. Coss. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [11]) ministeriis *Cont.* 76. — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62. *Bk, Theod. C.*; nec non *Russ. Cont.* 66. *et rell.*; μηδέ *Bas.* — [13]) ullos *ed. Schf.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; idem *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) Kal. Ianuar. *Hal.* — [16]) Constantinus *ms. Pl.* 1., *Hal. Sp.* — [17]) et Iulianus Caesar *absunt a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [18]) constituta *Russ., Theod. C.* — [19]) et *abest a Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.* — [20]) V. *abest ab Hal. Cont.* 66. 76. — [21]) Mediol. *abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [22]) VIII. *Hal. Cont.* 66. 76. — [23]) II. *abest ab Hal. Cont.* 66. 76. — [24]) Cipathium *ms. Vat.*; Cypaphium *ms. Pl.* 1.; Ipatum *ms. Bg.*; Ipichium *ed. Nbg.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; vel ad *Cont.* 66. *et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., Theod. C.*; intra iuge quinq. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [27]) de *abest ab edd. Nbg. Hal., Theod. C.* — [28]) exerat *mss. Pl.* 2. *Gt., Theod. C.* — [29]) *ms. Bg., Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; dat. XII. Kal. Iun. *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk., Theod. C.* — [30]) Gratiano IV. et Merobaude coss. *Hal. in textu* (*subscr. ab ipso in not. improbata*) *Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Nostram lect. tuetur Theod. C. et ms. Bg., quod hanc subscr. habet* dt XV k ian patavi merobalde et sat̄nino ɔss. — [31]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Bk., Theod. C.*; Theod. Val. et Arc. *edd. Nbg. Hal. et rell.*

ctam fidem prodiderunt, et sanctum baptisma haeretica superstitione profanarunt, a consortio omnium segregati sint, a testimoniis alieni, testamenti, ut ante iam sanximus [1]), non habeant factionem, nulli in hereditate succedant, a nemine scribantur heredes. Quos etiam praeciperemus [2]) procul abiici ac longius amandari [3]), nisi poenae visum fuisset esse maioris, versari inter homines, et hominum carere suffragiis. Sed nec unquam in statum pristinum revertantur, non [4]) flagitium morum [5]) obliterabitur poenitentia, neque umbra aliqua exquisitae [6]) defensionis aut muniminis obducetur [7]), quoniam quidem eos, qui fidem, quam Deo dedicaverant, polluerunt, et prodentes divinum mysterium in profana migraverunt, tueri ea, quae sunt commentitia et concinnata, non possunt. Lapsis etenim et errantibus subvenitur, perditis vero, hoc est sanctum baptisma profanantibus, nullo remedio poenitentiae, quae solet aliis criminibus adesse [8]), succurritur. Dat. V. Id. Maii Concordiae, Tatiano et Symmacho Conss. [9]) [391.]

4. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Basso [10]) P. P. — Apostatarum sacrilegum nomen singulorum vox [11]) continuae accusationis [12]) incesset [13]), et nullis finita temporibus huiuscemodi criminis arceatur indago. Quibus quamvis praeterita interdicta sufficiant, tamen etiam illud iteramus, ne, postquam a fide deviaverint, testandi aut donandi quippiam habeant facultatem. Sed nec venditionis specie facere legi frandem sinantur, totumque ab intestato Christianitatem sectantibus propinquis potissimum deferatur. In tantum autem contra huiuscemodi sacrilegia perpetuari [14]) volumus actionem, ut, universis ab intestato venientibus etiam post mortem peccantis absolutam vocem insimulationis [15]) congruae non negemus; nec illud [16]) patiemur obstare, si nihil in contestatione [17]) profano dicatur vivente productum. Sed ne huius interpretatio criminis latius incerto [18]) vagetur errore, eos praesentibus insectamur oraculis, qui nomine Christianitatis induti [19]) sacrificia [20]) vel fecerint, vel facienda mandaverint; quorum etiam post mortem comprobata perfidia hac ratione plectenda est, ut donationibus testamentisque [21]) rescissis hi, quibus hoc deferret [22]) legitima successio, huiusmodi personarum hereditate potiantur. Dat. VII. Id. April. Ravennae, Theodosio A. XII. et Valentiniano A. II. Conss. [23]) [426.]

5. [b]) Idem [24]) AA. Florentio P. P. — Eum, quicunque [25]) servum sive ingenuum, invitum seu suasione plectenda, ex cultu Christianae religionis in nefandam sectam ritumve transduxerit, cum dispendio fortunarum capite puniendum esse censemus. Dat. prid. Kalend. Febr. Constantinop. Theodosio A. XVII. cons. et qui fuerit nuntiatus [26]). [439.]

6. [c]) Impp. Valentinianus et Marcianus AA. Palladio P. P. — Eos, qui catholicarum ecclesiarum clerici, vel orthodoxae fidei monachi, relicto vero orthodoxae religionis cultu, Apollinaris vel Eutychis [27]) haeresin et dogmata abominanda secuti fuerint, omnibus poenis, quae prioribus legibus adversus haereticos constitutae sunt, iubemus teneri, et extra ipsum quoque Romani imperii solum repelli, sicut de Manichaeis praecedentium legum statuta sanxerunt. Dat. V. Kal. August. Constantinop. Sporacio V. C. et qui fuerit nunciatus Conss. [28]) [452.]

Tit. VIII.

NEMINI LICERE SIGNUM SALVATORIS CHRISTI HUMI [29]), VEL IN SILICE, VEL IN MARMORE AUT INSCULPERE [30]), AUT PINGERE [31]).

1. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Eudoxio P. P. — Quum sit nobis cura diligens per omnia superni numinis religionem tueri, signum salvatoris Christi nemini licere vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere, vel pingere, sed quodcunque [32]) reperitur, tolli, gravissima poena mulctando eo, si quis [33]) contrarium statutis nostris tentaverit, specialiter imperamus. Dat. XIII. Kal. Iun. [34]) Hierio et Ardaburio Conss. [35]) [427.]

TIT. IX.

---

[a]) *l. 7. Th. C. de apostat. (XVI. 7.); Bas. LX. 54. 26. Sch. b. (Fabr. VII. p. 900. 906.).* — [b]) *Nov. Theod. VIII.; Bas. LX. 54. 27. (Fabr. VII. p. 900.).* — [c]) *Acta conc. Chalcedon. (Mansi VII. p. 503.); Bas. LX. 54. 28. (Fabr. VII. p. 900.).* — [d]) *Bas. I. 1. 11.*

[1]) *mss. Pl. 1. Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. Bk., Theod. C.;* sancimus *Char. Pac. Sp.;* sanctimus *ms. Pl. 2.* — [2]) praecepissemus *ms. Pl. 1., Theod. C.;* praecipimus *edd. Nbg. Schf.* — [3]) mandari *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf.* — [4]) *mss. Pl. 1. Bg., ed. Schf., Theod. C.;* nec *ms. Pl. 2., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) *mss. Pl. 1. Bg., edd. Nbg. Hal., Theod. C.;* eorum *ms. Pl. 2.;* horum *edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) exquisita *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [7]) nummis adducetur *ed. Schf.* — [8]) prodesse *Theod. C.* — [9]) D. V. Id. Iul. Titiano et Symmacho Coss. *Hal. Russ.;* dē VI id̄ mar̄ concordia et tatiano et sumacho *ms. Bg.* — [10]) Basio *ms. Bg.;* Florentio *ms. Cas.* — [11]) voce *ms. Pl. 1.;* voces *Hal.* — [12]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.;* continua accusatione *Russ. et rell.* — [13]) incessent *Hal.;* incessat *Cont. 66. 76.* — [14]) perpetrari *ms. Pl. 1.* — [15]) simultacionis *ms. Pl. 1.;* simulationis *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* in simulationis *Russ.* (*vitio, ut videtur, typorum*); insimulationi *Theod. C.* — [16]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C.;* id *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) contestationem *Cont. 71. Char. Pac., Theod. C.* — [18]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont. 62., Theod. C.;* in incerto *Hal. Russ. Cont. 66. et rell.* — [19]) inducti *edd. Nbg. Schf.;* imbuti *Russ. in marg.* — [20]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.;* sacrilega *addunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [21]) testimoniisque *edd. Nbg. Hal.* — [22]) deferet *mss. Pl. 1. Bg.;* defert *ms. Gt., Theod. C.* — [23]) D. VIII. Id. April. Ravennae Theodosio XIIII. A. et Maximo Coss. *Hal. Russ.;* dē. x. VIII. id apr et rav th̄. ā. x̄. et valent̄. c̄ II ass. *ms. Bg.* — [24]) Impp. Theod. et Val. *mss. Cas. Vat. Pl. 1., ed. Nbg.;* Imp. Val. et th. *ms. Bg.* — [25]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Nov. Theod.;* qui *Russ. et rell.* — [26]) *Nov. Theod.;* D. prid. Kal. Febr. Theodosio XV. et Valentiniano IIII. AA. Coss. *Hal. et rell.;* d XVII k̄ mac̄. mēd. merobalide II. et saturnino *ms. Pist., quae si vera esset subscr., plane aberratum foret a consueta legum seria, secundum aetatem plerumque definita. Sed videtur a l. 5. C. I. 9. ad nostram ex errore fuisse transscripta.* — [27]) *cfr. nota 12. ad l. 8. C. I. 1. p. 14.* — [28]) *Acta conc. Chalcedon.;* D. Kal. August. Valentiniano A. VII. et Avieno (Aviano) Coss. *Hal. in textu, Russ. Cont. 66. et postea rell. praeter Bk.;* D. Kal. Aug. Valent. A. VIII. et Anthemio *Hal. in not., Cont. 62.;* Dat. V. Kal. August. Constant. Asporatio et Herculano Conss. *Bk.* — [29]) humo *mss. Pist. Cas. Pl. 1., edd. Nbg. Schf.* — [30]) sculpere *mss. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Hal.* — [31]) impingere *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.* — [32]) quocunque *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.;* ἀλλὰ καὶ εὑρισκόμενον τοῦτο *Bas.* — [33]) *mss. Pl. 1. Bg., ed. Schf.;* mulctando eos si quis *ms. Pl. 2.;* mulct. eum si quis *ms. Gt.;* multandis si qui *Hal.;* mulct. eo qui *Russ. et rell.;* ἀπειλουμένης τιμωρίας εἴ τις *Bas.* — [34]) Iun. *abest a Cont. 76.* — [35]) *subscr. paulisper immutata ex mss. Pist. et Bg.; illud habet* d XIII k̄ iuñ ardaburio ass̄, *hoc vero* dē XIII k iuñ ardaburio ass̄.

Tit. IX.

DE IUDAEIS ET COELICOLIS.

1. Imp. Antoninus A. Claudio[1]) Triphonino. — Quod Cornelia Salvia universitati Iudaeorum, qui in Antiochiensium civitate constituti sunt, legavit, poti non potest. Dat. prid. Kalend. Iul. Antonino A IV. et Balbino II.[2]) Conss.[3]) [213.]

2.[a]) *Epitome graec. ex Eustathio de tempor. interr.*

Μὴ φιοτάσθω Ἰουδαῖος σωματικὰς λειτουργείας ἤτοι ἀγγαρείας ἐν ἀπράκτῳ ἤγουν ἑορτασίμῳ αὐτοῦ ἡμέρᾳ.

2. Iudaeus die suo feriato sive festo functiones corporales sive angarias non sustineat.

3.[b]) Imp. Constantinus A. ad Evagrium P. P. — Iudaeis[4]) et maioribus eorum et patriarchis volumus intimari, quod, si quis post hanc legem aliquem, qui eorum feralem fugerit sectam, et ad Dei cultum respexerit, saxis aut alio furoris genere, quod nunc fieri cognovimus, ausus fuerit attentare, mox flammis dedendus[5]) est, et cum omnibus suis participibus concremandus. Dat. XV. Kal. Novemb. Mursillo[6]), Constantino A. IV.[7]) et Licinio IV.[8]) Conss.[9]) [315.]

4.[c]) Impp. Valentinianus et Valens AA. Remigio, magistro officiorum. — In synagogam Iudaicae legis veluti hospitii merito irruentes[10]) iubeas emigrare, quos privatorum domus, non religionum[11]), loca habitationum merito convenit attingere[12]). Dat. prid. Non. Maii[13]) Treviris[14]), Valentiniano et Valente II.[15]) AA.[16]) Conss. [368.]

5.[d]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Hypatio P. P. — Iussio, qua sibi Iudaicae legis homines blandiuntur, per quam eis curialium munerum dabatur[17]) immunitas, rescindatur. Dat. XVIII.[18]) Kalend. Maii Mediolani, Merobaude II. et Saturnino Conss.[19]) [383.]

6.[e]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio P. P. — Ne quis Christianam mulierem in matrimonium Iudaeus accipiat, neque Iudaeae Christianus coniugium sortiatur. Nam si quis aliquid huiusmodi admiserit, adulterii vicem commissi huiusmodi crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata. Dat. prid. Id. Mart. Thessalonicae[20]), Theodosio A. II. et Cynegio Conss.[21]) [388.]

7.[f]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Infantio, Comiti Orientis. — Nemo Iudaeorum morem suum in coniunctionibus retineat, nec inxta legem suam nuptias sortiatur, nec in diversa sub uno tempore coniugia conveniat. Dat. III. Kal. Ianuar. Constantinop., Theodosio A III. et Abundantio Conss.[22]) [393.]

8.[g]) Impp. Arcadius et Honorius[23]) AA. Eutychiano P. P.[24]) — Iudaei, communi Romano iure viventes, in his causis, quae tam[25]) ad superstitionem eorum, quam ad forum et leges hc iura pertinent, adeant solemni more[26]) iudicia, omnesque Romanis legibus conferant et excipiant actiones. Si qui vero ex his communi pactione ad similitudinem arbitrorum apud Iudaeos in civili duntaxat negotio putaverint litigandum, sortiri eorum iudicium iure publico non vetentur. Eorum etiam sententias iudices exsequantur, tanquam ex sententia cognitoris arbitri fuerint attributi[27]). Dat. VI. Non.[28]) Febr. Constantinop.[29]) Honorio A. IV et Eutychiano Conss. [398.]

9.[h]) Iidem AA. ad Iudaeos. — Nemo externa religionis Iudaeorum Iudaeis pretia statuet, quum venalia proponentur[30]). Iustum est enim sua cuique committere. Itaque rectores provinciarum vobis nullum discussorem aut moderatorem esse concedent. Quod si quis sumere sibi curam praeter vos proceresque vestros audeat, eum, velut aliena appetentem, supplicio coërcere festinent. Dat. IV.[31]) Kal. Mart. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [396.]

10.[i]) Iidem AA.[32]) Eutychiano P. P. — Quicunque ex Iudaeis obnoxii curiae comprobantur, curiae man-

---

[a]) *Epitomata lex superest in* 1., *Coll. constit. eccles. I.* 9. 2. (*Voëlli bibl. II. p.* 1294.), *et* 2., *paululum amplior in Eustathio* (*dies n.* 6.). *Text.* 1. *restitutus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 123.), *receptus a Cont.* 71. *et rell. Nos praebemus textum* 2. *secundum Cuiac.* — [b]) *l.* 1. *Th. C. de Iudaeis* (*XVI.* 8.). — [c]) *l.* 2. *Th. C. de metatis* (*VII.* 8.); *Bas. I.* 1. 37. — [d]) *l.* 99. *Th. C. de decurion.* (*XII.* 1.). — [e]) *l.* 2. *Th. C. de nupt.* (*III.* 7.) *et l.* 5. *Th. C. ad l. Iul. de adult.* (*IX.* 7.); *Bas. I.* 1. 38. — [f]) *Bas. I.* 1. 39. — [g]) *l.* 10. *Th. C. de iurisdict.* (*II.* 1.); *Bas. I.* 1. 40. *Caeterum Russ. Cont.* 62. *hanc l. demum post l.* 9. *collocant.* — [h]) *l.* 10. *Th. C. de Iudaeis* (*XVI.* 8.); *Bas. I.* 1. 41. — [i]) *l.* 165. *Th. C. de decurion.* (*XII.* 1.).

[1]) Imp. Ant. et Claudius *mss. Vat. Pl.* 2., *ed. Nbg.*; Imp. Ant. et Claudio *ms. Pl.* 1. — [2]) *Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.* — [3]) pp. k iul ant a IIII albino ɔss *ms. Bg.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62., *Theod. C.*; et coelicolis *addunt Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Theod. C.*; tradendus *ms. Bg.*; dandus *Hal. et rell.* — [6]) *Iac. Gothofr. ad l.* 1. *Th. C. cit.*; Murgillo *Cont.* 62. 71. *Char. Pac. Sp.*; Mursillae *Bk.*; *abest a Russ. Cont.* 66. 76.; Const. *Hal.* — [7]) II. *Hal.*; VIII. *Russ. Cont.* 66. 76. — [8]) Licinio Caes. II. *Hal.*; Licinio A. IV. *Bk.*; Constantino Caes. VI. *Russ. Cont.* 66. 76. — [9]) d. k. XV. non cp cstā. ā. iul. et latinio VII ɔss *ms. Pist.*; dt. XV. k. nov. con. ā. iul. et lacinio VII. c̄. ss. *ms. Bg.* — [10]) *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; ὡσανεὶ τοὺς ξενίας λόγῳ ἐφορμῶνιας *Bas.*; hospitii velut mer. irr. *Theod. C.*; hospitio velut mer. irr. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; veluti hospitii mer. irruentes milites *Russ. et rell. Verum* milites *oriundum ex* merito, *quod patet ex glossa:* merito irruentes *alias* milites irruentes. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; religiosarum *Russ. et rell.*; τὰς τῶν ἰδιωτικῶν οἰκίας — οὐ τὰς τῶν θρησκειῶν *Bas.* — [12]) attinere *Theod. C.* — [13]) *Theod. C.*, *Bk.*; Mart. *Hal. et rell.* — [14]) *Theod. C.*, *Bk.*; Treviris *abest ab Hal. et rell.* — [15]) *Iac. Gothofr. ad l.* 2. *Th C. cit.*; II. *abest ab Hal. et rell.* — [16]) dī. pr̄. non. mai. valēt et val̄. aā ɔss. *ms. Bg.* — [17]) debebatur *mss. Bg. Gt.*; debeatur *ed. Nbg.*; datur *Theod. C.* — [18]) XIIII. *Theod. C.*; XVII. *Cont.* 62. — [19]) dī XVIII k. mai̇. mediol̄. merobalid. II. et satnio ɔss. *ms. Bg.* — [20]) Mart. Thessal. *absunt ab Hal.* — [21]) *Ms. Pist. ex subscr. habet* d XIIII k nov. *Sed videntur haec transscripta esse ex l.* 15. *h. tit.*, *quae in ms. Pist. nostram legem excipit.* — [22]) dt̄. III. k. th. ā III cī. habundantio ɔstitutores *ms. Bg.* — [23]) *Theod. C.*, *Russ. et rell.*; Grat. Val. et Theod. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Arcad. Honor. et Theod. *Hal.* — [24]) *Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; P. P. *absunt a mss. et a rell. edd.* — [25]) quae non tam *Theod. C.*; *sed* ἅτινα πρὸς τὴν θρησκείαν αὐτῶν *Bas.* — [26]) iure *Theod. C.*; τρόπῳ *Bas.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; dati fuerint *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [28]) d. VI. non. *ms. Pist.* — [29]) *Bk.*, *Theod. C.*; Const. *abest ab Hal. et rell.* — [30]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; proponerentur *mss. Pl.* 1. *Gt.*; proponantur *ed. Nbg.*; proponunt *Hal. et rell.* — [31]) III. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [32]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*, *Theod. C.*; Iidem AAA. *Hal. in textu*; Iid. AA. et Theodosius A. *Hal. in not.*, *Russ. et rell.*

mancipentur. Dat. III. Kal. Ianuar. Theodoro V. C. Cons. [1]) [399.]

11.[a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. — Iudaeos quodam [2]) festivitatis suae solemni, Aman [3]), ad poenae quondam recordationem incendere [4]), et sanctae crucis assimulatam speciem in contemtum Christianae fidei sacrilega mente exurere, provinciarum rectores prohibeant, ne [5]) locis [6]) suis fidei nostrae signum immisceant, sed ritus suos citra contemtum Christianae legis retineant, amissuri sine dubio permissa hactenus, nisi ab illicitis temperaverint. Dat. IV. [7]) Kal. Iun. Constantinop. [8]) Basso et Philippo Conss. [408.]

12.[b]) Iidem AA. Iovio [9]) P. P. — Coelicolarum nomen, inauditum quodammodo, novum crimen superstitionis vindicavit. Hi, nisi ad Dei cultum venerationemque Christianam conversi fuerint, iis legibus, quibus praecipimus haereticos adstringi, se quoque noverint adstringendos [10]). Aedificia autem eorum, quae nescio cuius novi dogmatis conventus habent, ecclesiis vindicentur. Certum enim est, quidquid a fide Christianorum discrepat, legi Christianae esse contrarium. Dat. Kal. April. Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [11]) [409.]

13.[c]) Iidem AA. Ioanni [12]) P. P. [13]) — Die sabbato [14]) ac reliquis, sub tempore, quo Iudaei cultus sui reverentiam servant, neminem aut facere aliquid, aut ulla ex parte conveniri debere praecipimus, ita tamen, ut nec illis detur licentia eodem die Christianos orthodoxos convenire, ne Christiani forte [15]) ex interpellatione Iudaeorum ab officialibus praefatis diebus aliquam sustineant molestiam, quum fiscalibus commodis et litigiis privatorum constat [16]) reliquos dies posse sufficere. Dat. VII. Kal. Aug. Ravennae, DD. NN. Honorio VIII. et Theodosio III. [17]) AA. Conss. [409.]

14.[d]) Iidem AA. Philippo P. P. per Illyricum [18]). — Nullus tanquam Iudaeus, quum sit innocens, obteratur, nec expositum eum ad contumeliam religio qualiscunque perficiat; non passim eorum synagogae vel habitacula concrementur, vel perperam sine ulla ratione laedantur, quum alioquin, etiam si sit aliquis sceleribus implicitus, idcirco tamen indiciorum vigor iurisque publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem. Sed ut in hoc [19]) personis Iudaeorum volumus esse provisum, ita illud [20]) quoque monendum esse censemus, ne Iudaei forsitan insolescant, elatique sui securitate quicquam praecipites in Christianam reverentiam ultionis [21]) admittant. Dat. VIII. Id. Aug. Constantinop. Honorio IX. [22]) et Theodosio V. [23]) AA. Conss. [412.]

15.[e]) Iidem AA. Aureliano [24]) P. P. [25]) — Si qua inter Christianos et Iudaeos sit contentio [26]), non a senioribus Iudaeorum, sed ab ordinariis iudicibus dirimatur. Dat. XIII. Kal. Novemb. Constantinop. [27]) Honorio X. et Theodosio VI. [28]) AA. Conss. [415.]

16.[f]) Iidem AA. Asclepiodoto P. P. — Iudaei et bonorum proscriptione et perpetuo exilio damnabuntur, si nostrae fidei hominem circumcidisse eos, vel circumcidendum mandasse constiterit. Dat. V. Id. April. Constantinop. Asclepiodoto et Mariniano Conss. [29]) [423.]

17.[g]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Ioanni, Comiti sacrarum largitionum. — Iudaeorum primates, qui in utrinsque Palaestinae synedriis nominantur [30]), vel in aliis provinciis degunt, periculo suo anniversarium canonem de synagogis omnibus palatinis compellentibus exigant ad eam formam, quam patriarchae quondam coronarii auri nomine postulabant; et hoc, quod de occidentalibus partibus [31]) patriarchis conferri consueverat, nostris largitionibus inferatur. Dat. III. Kal. Iun. Constantinop. Florentio et Dionysio Conss. [32]) [429.]

[18.[h]) A. *Lex* 19. (18.) §. 2. *i. f. C. h. tit. ex Photii Nomoc.*

Ἰουδαῖος τὸν μὴ ὄντα τῆς αὐτοῦ θρησκείας ἐναντίᾳ διδασκαλίᾳ μεταγαγὼν εἰς αὐτήν, δημεύεται καὶ κεφαλικῶς τιμωρεῖται.

B. *Eadem*

[18. *Iudaeus, qui eum, qui Iudaicae religionis non esset, contraria doctrina ad suam religionem traducere praesumserit, bonorum proscriptione damnetur, miserumque in modum puniatur.*

Si

---

[a]) *l.* 18. *Th. C. de Iudaeis* (*XVI.* 8.). — [b]) *l.* 19. *Th. C. de Iudaeis* (*XVI.* 8.); *Bas. I.* 1. 42. — [c]) *l.* 26. *Th. C. de feriis* (*II.* 8.) *et l.* 8. *Th. C. de executor.* (*VIII.* 8.); *Bas. I.* 1. 43. — [d]) *l.* 21. *Th. C. de Iudaeis* (*XVI.* 8.); *Bas. I.* 1. 44. — [e]) *l.* 22. *Th. C. de Iudaeis* (*XVI.* 8.); *Bas. I.* 1. 45. — [f]) *l.* 26. *i. f. Th. C. de Iudaeis* (*XVI.* 8.); *Ivonis Decr. L. XIII. c.* 109.; *Bas. I.* 1. 46. — [g]) *l.* 29. *Th. C. de Iudaeis* (*XVI.* 8.). — [h]) *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. huic loco haud lacunoso perperam immiscent versionem ex Photii Nomoc. IX.* 25. (*Voëlli bibl. II. p.* 986.), *in quo nihil nisi ultima propositio legis seq.* 19. §. 2. *continetur. Eiusdem textum graec. ex Synopsi Bas.* (*ed. Leunclav. p.* 3.) *exhibuerunt Pac. et Sp. Eundem cancellis inclusum praebet Bk.*

[1]) *Theod. C.*, *Bk.*; Theodosio A. I. et Rumoridio Conss. *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Theod. A. iuniore et Rumorid. Conss. *Cont.* 62. — [2]) *Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; quidam *ms. Pl.* 1.; quosdam *rell. mss. et edd.* — [3]) *Russ. Cont.* 62. 76., *Char. in marg. ex ms. Auredano, Theod. C.*; solemnia *omisso* Aman *mss. nostra et edd. rell.*; *Οἱ Ἰουδαῖοι μὴ ἐν σχήματι τοῦ Ἀμὰν Coll. constit. eccl. I.* 9. 11. (*Voëlli bibl. II. p.* 1294.). — [4]) incedere *ms. Pl.* 1.; intendere *ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; ne vel *ms. Bg.*; nec *ed. Schf.*; neve *Cont.* 66. *et rell.* — [6]) iocis *Cont.* 76. *ex sua coniect.* — [7]) III. *Hal.* — [8]) Const. *abest ab Hal.* — [9]) Ionio *ms. Vat.*, *ed. Nbg.*; Iunio *ms. Bg.*; Iovino *Hal.* — [10]) attingendos *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; attinendos *Hal.*, *Theod. C.* — [11]) *subscr. abest ab Hal. Cont.* 66. 76. — [12]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Cont.* 62. 76., *Theod. C.*; Ionio *ed. Nbg.*; Iovino *Hal.*; Iovio *rell.* — [13]) Post alia *addunt Cont.* 76., *Theod. C.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk*, *l.* 8. *Th. C. VIII.* 8.; sabbati *edd. Nbg. Schf Cont.* 66. *et rell.* — [15]) forte *abest ab Hal.*, *sed* τυχὸν *Bas.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62., *Theod. C.*; constet *Russ Cont.* 66. *et rell.* — [17]) Honor. IX. et Theod. V. *Hal. et similiter Russ.* — [18]) per Illyr. *absunt a mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [19]) ut hoc *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; hoc ut *ms. Bg.*; ut haec *ed. Nbg.*; *ὥσπερ ἐν τούτοις Bas.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; ita id *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *οὕτως ἐκεῖνο Bas.* — [21]) cultionis *Theod. C.*; *κατὰ τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας ἁμαρτάνωσιν Bas.* — [22]) X *Hal.*; XVIIII *male Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac* [23]) VI. *Hal.* — [24]) Impp. hon̄ et theōd. aā Aurelio *ms. Pist.* — [25]) II. *addit Theod. C.* — [26]) intentio *ms. Pl.* 1., *Hal.*; *φιλονεικία καὶ δίκη Bas.* — [27]) *Bk.*, *Theod. C.*; Const. *abest ab Hal. et rell.* — [28]) *Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C. et fere consona subscr. in ms. Pist.* d XIIII k nov cp honō X et theō V āā. ōss.; Honor. XII. et Theod. VIII. *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [29]) *Theod. C.*, *Bk.*; D. Kal. Decemb. superioribus Coss. *Hal.*; Dat. prid. Kal. Februar. Theodosio XVII. et Festo Conss. *Russ. et rell.*, *quam subscr. ex parte tuetur ms. Pist.*, *in quo est* .... theod. XIII. et Festo ōss. — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; dominantur *Hal. et rell.* — [31]) *ms. Bg.*, *Theod C.*; partibus *abest a rell. mss. et edd. omnibus.* — [32]) *subscr. abest ab Hal.*

B. *Eadem ex Synopsi Bas.*

Ἐὰν Ἰουδαῖος Χριστιανὸν πρὸς τὴν οἰκείαν θρησκείαν ἐφελκύσαι τολμήσῃ, δημεύεται καὶ τὴν δι' αἵματος τιμωρίαν ὑφίσταται.]

Si Iudaeus pertrahere Christianum ad religionem suam ausus fuerit, proscribitur et sanguinis poenam sustinet.

19. [18.] [a]) Idem AA. Florentio P. P. — Hac victura [1]) in omne aevum lege sancimus, neminem Iudaeorum, quibus omnes administrationes et dignitates interdictae sunt, nec defensoris civitatis fungi saltem officio, nec patris [2]) honorem arripere concedimus, ne [3]) adquisiti sibi officii auctoritate muniti, adversus Christianos et ipsos plerumque sacrae religionis antistites, veluti insultantes fidei nostrae, indicandi vel pronuntiandi quamlibet habeant potestatem. §. 1. Illud enam pari consideratione rationis arguentes praecipimus, ne qua Iudaica synagoga in novam fabricam surgat, fulciendi veteres permissa licentia, quae ruinam minantur. §. 2. Quisquis igitur vel infulas ceperit [4]), quaesitis dignitatibus non potiatur, vel si ad officia vetita subrepserit [5]), ab his penitus repellatur, vel si synagogam extruxerit, compendio catholicae ecclesiae noverit se laborasse; et qui ad honores et dignitates irrepserit, habeatur, ut antea, conditionis extremae, etsi honorariam illicite promeruerit dignitatem; et qui synagogae fabricam coeperit non studio reparandi, cum damno quinquaginta librarum auri fraudetur ausibus suis. Cernat praeterea bona sua proscripta, mox poenae sanguinis destinandus, qui [6]) fidem alterius expugnavit [7]) perversa doctrina. Dat. prid. Kal. Febr. Constantinop. [8]) Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [9]) [439.]

Tit. X.

NE CHRISTIANUM MANCIPIUM HAERETICUS, VEL PAGANUS, VEL IUDAEUS [10]) HABEAT VEL POSSIDEAT, VEL CIRCUMCIDAT.

1. [b]) Imp. Constantius [11]) A. ad Evagrium [11]) P. P. — Iudaeus servum Christianum nec comparare debebit, nec largitatis vel alio quocunque titulo consequetur. Quodsi aliquis Iudaeorum mancipium vel Christianum habuerit, vel sectae alterius seu nationis crediderit ex quacunque causa possidendum, et id circumciderit, non solum mancipii damno mulctetur, verum etiam capitali sententia puniatur, ipso servo pro praemio libertate donando. Dat. Idib. Aug. Constantinop. Constantio II. et Constante Conss. [339.] [12])

2. [c]) A. *Epit. graec. const. Iustiniani* [14]) *ex coll. const. eccl.*

Ὁ Ἕλλην [15]) *καὶ Ἰουδαῖος καὶ Σαμαρείτης καὶ πᾶς μὴ ὢν ὀρθόδοξος οὐ δύναται Χριστιανὸν ἀνδράποδον ἔχειν, ἐπεὶ καὶ αὐτὸ ἐλευθεροῦται, καὶ ὁ κτησάμενος δίδωσι τοῖς πριβάτοις λ' λίτρας* [16]).

B. *Epit. eiusd. ex Bas.*

Πᾶς μὴ Χριστιανὸς οἰκέτην ἔχων Χριστιανὸν τριάκοντα χρυσοῦ καταθήσει λίτρας τῷ δημοσίῳ, εἰς ἐλευθερίαν ἁρπαζομένου τοῦ οἰκέτου.

2. *Paganus, et Iudaeus, et Samaritanus, et quicunque non est orthodoxus, non potest Christianum mancipium habere; nam et ipsum fit liberum, et qui id comparavit, rebus privatis triginta libras infert.*

Quicunque non Christianus servum habens Christianum triginta auri libras publico inferet, ipso servo in libertatem vindicato.

Tit. XI.

DE PAGANIS, SACRIFICIIS, ET TEMPLIS [17]).

1. [d]) Imp. Constantius A. ad Taurum P. P. — Placuit omnibus locis atque urbibus universis claudi protinus templa, et accessu vetito [18]) omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari. §. 1. Volumus etiam cunctos sacrificiis abstinere. §. 2. Quodsi aliquid forte huiusmodi perpetraverint, gladio ultore sternantur [19]). Fa-

---

[a]) *Nov. Theod. VIII.; Bas. I.* 1. 47.; *LX.* 54. 31. (*Fabr. T. VII. p.* 900.). *Caeterum in fine legis ms. Pl.* 2. *habet const. graeca.* — [b]) *conflata ex l.* 1. 2. 4. *Th. C. ne Christ. mancip.* (*XVI.* 9.) *ita tamen, ut inscr. et subscr. ex l.* 2. *servata fuerit.* (*cfr. Not.* 11. 12. 13.); *Bas. I.* 1. 51.; *LX.* 54. 32. *et Sch. c.* (*Fabr. T. VII. p.* 901. 906.). — [c]) *Epitomata lex servatur* 1., *in Coll. constit. eccles. I.* 10. 2. (*Voëlli bibl. I. p.* 1296.), 2., *in Bas. LX.* 54. 33. (*Fabr. T. VII. p.* 901.), 3., *in Schol. Bas. c. ad LX.* 54. (*Fabr. T. VII. p.* 906.), 4., *in Glossis nomicis s. v.* πριβάτον (*Otto Thes. T. III. p.* 1788.). *Ant. August.* (*Coll. p.* 124.) *restituit textum* 1. *et exhibet alium ex Synopsi Bas.* (*ed Leunclav. p.* 3.) *a nostra lege alienum. Cont.* 71., *quem secuti sunt rell. praeter Bk., utrumque Augustini text. in unum conflavit. Bk. habet textus* 1. *et* 2. *Nos eosdem praebemus, illum secundum August. Lacunam const. graec. adnotant mss. Pist. Vat. Bg.* — [d]) *l.* 4. *Th. C. de pagan. sacrif.* (*XVI.* 10.).

[1]) *mss. Pl.* 1. *Gt., Nov. Theod. et meliores libri teste Cont.* 62. *ad marg.*; valitura *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. omnes.* — [2]) patriae *mss. et edd., sed Bas.* μηδὲ ἔκδικοι πόλεως μηδὲ πατέρες γίνεσθαι. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; nec *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.*; ἵνα μή *Bas.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Nov. Theod.*; acceperit *Hal. et rell.*; ἔλαβεν *Bas.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; irrepserit *Cont.* 66. *et rell.*; ὑπεισῆλθε *Bas.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Nov. Theod.*; quasi qui *Hal. et rell., ita tamen, ut Russ. Cont. Char. Pac.* quasi *cancellis includant.* — [7]) expugnaverit *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*; expugnant *Cont.* 71. *Char. Pac.* — [8]) *Cont.* 62., *Nov. Theod.*; Constant. *abest a rell.* — [9]) Theod. A. XVII. Cons. et qui fuerit nunciatus *Nov. Theod.*; *cfr. l.* 7. *C. I.* 5. — [10]) *mss. Pist. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; haeret. vel Iud. vel pag. *edd. Schf. Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; Imp. Constantinus *ms. Pl.* 1., *Hal., l.* 2. *Th. C. cit., improbante Iac. Gothofr., qui* Constantius *scribendum esse affirmat*; Impp. Honorius et Theodosius *Russ. et rell., l.* 4. *Th. C. cit.* — [12]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62., *l.* 2. *Th. C. cit.*; Monaxio *Russ. Cont.* 66. *et rell., l.* 4. *Th. C. cit. Caeterum Russ. in marg. nostram inscr. constanter in omnibus mss. inveniri et ab iis demum mutatam esse affirmat, qui hanc l. ex l.* 4. *Th. C. manasse censerent. cfr. nota b.* — [13]) *Hal. in textu, l.* 2. *Th. C. cit. ex emendat. Iac. Gothofr. in nota d. ad l. cit.*; dat. IV. Id. April. Constantinopoli Honorio A. XI. et Constantio V. C. II. Conss. *Russ. et rell., qui ex l.* 4. *Th. C. cit. restituunt. Ms. Pist. ex subscr. habet* d IIII. k iul. cōst. — [14]) *hanc esse Iustiniani legem colligitur ex l.* 56. [54.] *C. I.* 3. — [15]) *Ἕλλην omisso* ὁ *August. in not.* — [16]) *in Glossis nom. l. cit legitur* δίδουσι τοῖς πριβάτοις λη' χρυσίου. — [17]) *rubr. Th. C. XVI.* 10. de sacrif. pag. et templ. *mss. Pist. Cas.*; de pag. sacrif. *ms. Pl.* 1.; de pag. sacrif. et templ. eorum tollendis *ms. Bg.*; de pag. et templ. et eorum sacrif. *ed. Nbg.*; de pag. et sacrif. et templ. eorum *ed. Schf.*; de sacrif. paganorum et templ. *Hal.*; de pag. et sacrif. et templ. *Russ. et rell.*; *rubr. deest in ms. Pl.* 2. — [18]) vetitis *Theod.* — [19]) feriantur *ms. Bg.*

Facultates etiam peremti fisco decernimus vindicari, et similiter puniri rectores provinciarum, si facinora vindicare neglexerint. Dat. Kal. Decembr. Constantio A. VI. et Constante II. Conss.[1]) [353.]

2.[a]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius[2]) AAA. Cynegio[3]) P. P. — Ne quis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam, ut inspectione iecoris extorumque praesagio vanae spem promissionis accipiat, vel, quod est deterius, futura sub exsecrabili consultatione cognoscat. Acerbioris etenim imminebit supplicii cruciatus ei, qui contra vetitum praesentium vel futurarum rerum explorare tentaverit veritatem. Dat. VIII.[4]) Kal. Iun. Constantinop.[5]) Arcadio A.[6]) et Bautone V. C.[7]) Conss. [385.]

3.[b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Macrobio, P. P. Hispaniarum[8]), et Procliano[9]), Vicario quinque provinciarum[10]). — Sicut sacrificia[11]) prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta servari. Ac ne sibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur evertere, si quod rescriptum, si qua lex forte praetenditur, abreptae[12]) huiusmodi chartae ex eorum manibus ad nostram scientiam referantur. Dat. IV. Kal.[13]) Febr. Ravennae, Theodoro V. C. Cons.[14]) [399.]

4.[c]) Idem AA.[15]) Apollodoro, Proconsuli Africae. — Ut profanos ritus iam salubri lege submovimus, ita festos conventus civium et communem omnium laetitiam non patimur submoveri. Unde absque ullo sacrificio atque ulla superstitione damnabili exhiberi populo[16]) voluptates[17]) secundum veterem consuetudinem, iniri[18]) etiam festa convivia, si quando[19]) exigunt publica vota, decernimus. Dat. XIII. Kal.[20]) Sept. Patavio[21]), Theodoro V. C. Cons.[22]) [399.]

5.[d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. populo Carthaginiensi[23]). — Omnia loca, quae sacris error veterum deputavit, nostrae rei[24]) iubemus sociari. Quod autem ex eo iure ubicunque ad singulas quascunque personas vel praecedentium principum largitas vel nostra maiestas voluit pervenire, id in eorum patrimoniis aeterna firmitate perduret. Ea vero, quae multiplicibus constitutis ad venerabilem ecclesiam voluimus[25]) pertinere, Christiana sibi merito religio vindicabit. Dat. III. Kal. Septembr. Ravennae, Honorio X. et Theodosio VI. AA. Conss. [415.]

6.[e]) Idem AA. Asclepiodoto P. P. — Christianis, qui vere sunt vel esse dicuntur, specialiter demandamus, ut Iudaeis ac paganis, quiete[26]) degentibus, nihilque tentantibus turbulentum legibusque contrarium, non audeant manus inferre religionis auctoritate abusi. Nam si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non ea sola, quae abstulerint, sed convicti[27]) in duplum quae rapuerint restituere compellentur. Rectores etiam provinciarum, et officia, et principales[28]) cognoscant, se, si non ipsi talia vindicent, sed fieri a popularibus haec permiserint, ut eos[29]), qui fecerint, puniendos. Dat. VI.[30]) Id. Iun. Constantinop.[31]) Asclepiodoto et Mariniano Conss.[32]) [423.]

7.[f]) Impp. Valentinianus et Marcianus AA. Palladio P. P. — Nemo venerantis adorantisque[33]) animo delubra, quae olim iam clausa sunt, reseret. Absit a saeculo nostro, infandis exsecrandisque simulacris honorem pristinum reddi, redimiri sertis templorum impios postes, profanos aris[34]) accendi ignes, adoleri in hisdem thura, victimas caedi, pateris vina libari, et religionis loco existimari sacrilegium. Quisquis autem contra hanc serenitatis nostrae sanctionem et contra interdicta sanctissimarum veterum constitutionum sacrificia exercere tentaverit, apud publicum iudicem reus tanti facinoris legitime accusetur, et convictus proscriptionem omnium bonorum suorum et ultimum supplicium subeat. Conscii etiam criminis[35]) ac ministri sacrificiorum eandem poenam, quae in illum fuerit irrogata, sustineant, ut hac legis nostrae severitate perterriti, metu poenae desinant sacrificia interdicta celebrare. Quod si vir clarissimus, rector provinciae, post accusationem legitimam et post crimen in cognitione convictum tantum scelus dissimulaverit vindicare, quinquaginta libras auri ipse index, quinquaginta[36]) etiam officium eius confestim[37]) fisco nostro inferre cogatur. Dat. prid. Id. Novemb. Marciano A. et Adelphio Conss. [451.]

8. Impp.

---

[a]) *l.* 9. *Th. C. de pagan. sacrif.* (*XVI.* 10.); *Bas. I.* 1. 12. — [b]) *l.* 15. *Th. C. de pagan. sacrif.* (*XVI.* 10.); *Bas. I.* 1. 13. — [c]) *l.* 17. *Th. C. de pagan. et sacrif.* (*XVI.* 10.); *Bas. I.* 1. 14. — [d]) *l.* 20. *Th. C. de pagan. et sacrif.* (*XVI.* 10.); *Bas. I.* 1. 15. — [e]) *l.* 24. *Th. C. de pagan. et sacrif.* (*XVI.* 10.); *Bas. I.* 1. 16. — [f]) *Bas. I.* 1. 17.

[1]) D. prid. Non. Mart. Arbitrione et Lolliano Coss. *Hal.*; Dat. Kal. Decemb. Constantio IV. et Constante AA. Coss. *Russ. et rell. praeter Bk.*; const. a. VIII. et const. IIII. Oss. *ms. Pist.*, *unde patet*, *quum Taurus demum a.* 353. *ad praefecturam praet. pervenerit*, *numeros consulatuum aut VI. et II. aut VII. et III. constituendos esse*; *illud probant Bk. et Iac. Gothofr. ad l.* 4. *Th. C. cit.* — [2]) *Iac. Gothofr. in not. ad l.* 9. *Th. C. cit.*, *Bk.*; Imppp. Gratian. Val. et Theod. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; Imp. Theod. *Hal. in not. Russ. Cont.* 66. 76.; Imppp. Theod. Grat. et Val. *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.* — [3]) Oratio *ed. Nbg.* — [4]) *Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; VII. *Hal. et rell.* — [5]) *Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; Constant. *abest ab Hal. et rell.* — [6]) *Cont.* 62. *Bk.*; A. *abest ab Hal. et rell.*; A. I. *Theod. C.* — [7]) *Theod. C.*; V. C. *absunt ab Hal. et rell.* — [8]) P. P. Hispan. *absunt a mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [9]) Praeliano *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [10]) vic. quinq. prov. *absunt ab edd. Nbg. Hal. Russ.*; quinq. prov. *absunt a mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Cont.* 62. 66. 76. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; sacrif. templorum *Russ. et rell.*; *sed* ὥςπερ τὰς θυσίας κωλύομεν *Bas.* — [12]) acceptae *ms. Bg.*, *ed. Schf.*; erutae *Theod. C.*; ἀφαιρείσθω *Bas.* — [13]) XIII. Kal. *Hal. Russ. Cont.* 62.; XIV. Kal. *Cont.* 66. 76. — [14]) Constantinop. Theodosio et Rumoridio Coss. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [15]) et Theod. A. *addunt Hal. in not. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [16]) *Theod. C.*; τῷ δήμῳ *Bas.*; populorum *mss. et edd.* — [17]) voluntates *mss. Pl.* 1. *Bg.*; *sed* τέρψεις *Bas.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; inire *Theod. C.*; ministerii *ed. Schf.*; ministrari *Hal. et rell.* — [19]) *mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Theod. C.*; εἴποτε *Bas.*; quando *omisso* si *mss. Pl.* 1. 2. *Hal. et rell.* — [20]) VIII. Kal. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [21]) Pat. *abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Patavii *Sp. Bk.* — [22]) Honorio VII. et Theodosio II. AA. Conss. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [23]) populo Carthag. *absunt a Theod. C.*, *neque adiicienda ea vv. sunt ex sententia Iac. Gothofr. ad l.* 20. *Th. C. cit.* — [24]) rei publicae *mss. Bg. Gt.*; *sed* τῇ ἰδίκῇ ἡμῶν οὐσίᾳ *Bas.* — [25]) *ms. Bg.*, *Theod. C.*, ἠβουλήθημεν *Bas.*; volumus *mss. Pl.* 1. 2., *edd. omnes.* — [26]) in quiete *ms. Pl.* 1., *Theod. C.*; ἐν ἡσυχίᾳ *Bas.* — [27]) conventi *Theod. C.*; *sed* ἐλεγχόμενοι *Bas.* — [28]) officia provincialia *ms. Pl.* 2.; officia et provinciales *Theod. C.*; *sed* ἡ τάξις αὐτῶν καὶ οἱ πρωτεύοντες *Bas.* — [29]) et eos *Theod. C.*; *sed* ὁμοίως τοῖς ποιήσασι *Bas.* — [30]) VII. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [31]) Constant. *abest ab Hal.* — [32]) *Ms. Pist. ex subscr. habet* Aspiodoto et Marciano. — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; ἐν διαθέσει καὶ ψυχῇ προςκυνοῦντος *Bas.*; venerandi adorandique *Russ. et rell.* — [34]) profanis aris *ms. Pl.* 2.; τοῖς βεβήλοις βωμοῖς *Bas.* — [35]) criminis *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; *in ms. Bg. serius additum*; οἱ συνειδότες τούτῳ *Bas.* — [36]) quinquaginta *abest ab ed. Nbg.* — [37]) confestim *abest a ms. Pl.* 1., *Hal.*; *sed* παραχρῆμα *Bas.*

8. [a]) Impp. Leo et Anthemius AA. Dioscoro P. P. — Nemo ea, quae saepius paganae superstitionis hominibus interdicta sunt, audeat pertentare, sciens, quod crimen publicum committit, qui haec ausus fuerit perpetrare. In tantum autem huiusmodi facinora volumus esse resecanda, ut, etiamsi in alieno praedio vel domo aliquid tale perpetretur, scientibus videlicet dominis, praedium quidem vel domus sanctissimis iuribus aerarii addicetur [1]), domini vero pro hoc solo, quod scientes concesserint [2]), sua loca talibus contaminari sceleribus, si quidem dignitate vel militia quadam decorantur, amissione militiae vel dignitatis, nec non rerum suarum proscriptione plectentur, privatae vero conditionis vel plebeiae constituti, post cruciatus corporis operibus metallorum perpetuo [3]) deputabuntur exilio.

9. [b]) *Προστάττομεν τοὺς ἡμετέρους ἄρχοντας, τούς τε κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν ταύτην καὶ κατὰ τὰς ἐπαρχίας, διὰ πάσης χωρεῖν προθυμίας, οἴκοθέν τε καὶ παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τὰ τοιαῦτα διδασκομένους, πάντα τὰ τῆς Ἑλληνικῆς θρησκείας ἀσεβήματα νομίμως ἀναζητεῖν, ὡς ἂν μήτε γένοιτο καὶ γενόμενα τιμωροῖτο· εἰ δὲ ὑπερβαίνει τὰς ἐπιχωρίους ἀρχὰς ἡ τούτων ἐπανόρθωσις, εἰς ἡμᾶς ταῦτα φέρεσθαι, ὥςτε μὴ ἐπ' αὐτοὺς τὴν τῶν ἁμαρτημάτων αἰτίαν καὶ κίνησιν ἐλθεῖν. Μηδενὶ δὲ ἐξέστω, μήτε ἐν διαθήκῃ μήτε κατὰ δωρεὰν καταλιμπάνειν ἢ διδόναι τι προςώποις ἢ τόποις ἐπὶ συστάσει τῆς τοῦ Ἑλληνισμοῦ δυσσεβείας, εἰ καὶ μὴ τοῦτο ἰδικῶς τοῖς τῆς βουλήσεως ἢ διαθήκης ἢ δωρεᾶς περιέχοιτο ῥήμασιν, ἄλλως δὲ σὺν ἀληθείᾳ καταληφθῆναι παρὰ τῶν δικαζόντων δύναται. Τὰ δὲ οὕτω καταλιμπανόμενα ἢ δωρούμενα ἀφαιρείσθω μὲν ἐκείνων τῶν προςώπων ἢ τόπων, οἷς δέδοται ἢ καταλέλειπται· προςκυρούσθω ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς τὰ τοιαῦτα πρόςωπα οἰκεῖ, ἢ καὶ ὑφ' ἃς οἱ τοιοῦτοι διάκεινται τόποι, ὥςτε καθ' ὁμοιότητα τῶν πολιτικῶν δαπανᾶσθαι προςόδων* [4]).

10. [c]) *Πάντων τῶν ἐπιτιμίων, ὅσα παρὰ τῶν προβεβασιλευκότων κατὰ τῆς Ἑλληνικῆς ἠπείληται πλάνης, ἢ ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως εἰςενήνεκται, κυρίων καὶ βεβαίων διηνεκῶς ὄντων τε καὶ διὰ τῆς παρούσης εὐσεβοῦς νομοθεσίας φυλαττομένων, ἐπειδή τινες εὕρηνται τῇ τῶν ἀνοσίων καὶ μυσαρῶν Ἑλλήνων κατεχόμενοι πλάνῃ, κἀκεῖνα πράττοντες, ἅπερ εἰς δικαίαν ὀργὴν κινεῖ τὸν φιλάνθρωπον θεόν, οὐδὲ τὰ περὶ τούτων ἀδιόρθωτα καταλιπεῖν ὑπέστημεν, ἀλλὰ νενόντες, ὡς τὴν τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου θεοῦ καταλιμπάνοντες προςκύνησιν, εἰδώλοις ἀλογίστῳ πλάνῃ θυσίας προςέφερον, καὶ πάσης ἀνοσιότητος μεστὰς ἑορτὰς ἐπετέλουν, τοὺς μὲν ἤδη ταῦτα ἡμαρτηκότας μετὰ τὸ ἀξιωθῆναι τοῦ ἁγίου βαπτίσματος πρὸς τὰ ἐλεγχθέντα αὐτῶν ἁμαρτήματα ἐκδικήσει τῇ προςηκούσῃ, καὶ ταῦτα φιλανθρωπότερον, ὑπεβάλομεν· τοῦ δὲ λοιποῦ διὰ τοῦ παρόντος νόμου ἀπαγορεύομεν ἅπασιν, ὡς οἱ μὲν γινόμενοι* [5]) *Χριστιανοὶ καὶ τοῦ ἁγίου καὶ σωτηριώδους ἀξιούμενοι καθ' οἱονδήποτε χρόνον βαπτίσματος, εἰ φανεῖεν ἔτι τῇ τῶν Ἑλλήνων ἐμμένοντες πλάνῃ, τιμωρίαις ἐσχάταις ὑποβληθήσονται. Ὅσοι δὲ μηπω τοῦ προςκυνητοῦ βαπτίσματος ἠξιώθησαν, τούτους προςήκει καταδήλους ἑαυτοὺς ποιεῖν, ἢ κατὰ τὴν βασιλεύουσαν ταύτην πόλιν ἢ ἐν ἐπαρχίαις διάγοντας, καὶ προιέναι ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἅμα γαμεταῖς καὶ παισὶ καὶ παντὶ τῷ κατ' αὐτοὺς οἴκῳ, καὶ διδάσκεσθαι τὴν ἀληθινὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν, οὕτω δὲ ἐκδιδαχθέντας καὶ καθαρῶς ἀποβαλόντας τὴν προτέραν πλάνην, ἀξιοῦσθαι τοῦ σωτηριώδους βαπτίσματος, ἢ τούτων ὀλιγωροῦντας εἰδέναι, ὡς οὔτε μεθ-*

9. *Iubemus, nostros magistratus, tam in hac regia urbe quam in provinciis, omnem curam gerere, ut, tam per se quam per religiosissimos episcopos de his certiores facti, omnes paganae superstitionis impietates legitime perquirant, ut ne committantur et commissae puniantur; sin autem earum emendatio excedat potestatem magistratuum, qui in loco sunt, haec ad nos referri, ne in ipsos causa et incitatio delictorum cadat. Nemini autem liceat vel testamento vel donatione relinquere vel dare aliquid personis vel locis ad sustentandam paganorum impietatem, etiamsi hoc specialiter voluntatis vel testamenti vel donationis verbis non comprehendatur, aliter autem cum veritate manifestari a iudicantibus possit. Quae autem ita relicta vel donata sunt, auferantur illis personis vel locis, quibus data vel relicta sunt; addicantur ea civitatibus, in quibus eiusmodi personae habitant, vel etiam sub quibus eiusmodi loca sita sunt, ita ut ad instar redituum civitatis erogentur.*

10. *Omnibus poenis, quae a retro principibus paganorum errori denuntiatae sunt et ad orthodoxam fidem firmandam introductae, validis et firmis in perpetuum futuris, et ex hac quoque pia legislatione servatis, quum quidam reperti sunt, qui impiorum et scelerorum paganorum errore imbuti, ea faciunt, quae ad iustam iram movent clementem Deum, ne ea quidem, quae ad hos pertinent, inordinata relinquere sustinuimus, sed compertum habentes, eos deserta veri et unius Dei adoratione simulacris insano errore sacrificia obtulisse, et solemnitates omni impietate plenas celebrasse, hos, qui haec iam commiserunt post impetratum sanctum baptisma, animadversioni delictorum, quorum convicti sunt, congruae, et id quidem benignius, subiecimus; in futurum autem praesente lege praedicimus omnibus, eos, qui Christiani facti et sanctum ac salutare baptisma quocunque tempore nacti sunt, si adhuc paganorum errori inhaerere videantur, ultimis suppliciis fore obnoxios. Qui autem nondum venerabile baptisma nacti sunt, eos decet sese manifestare, sive in hac regia urbe sive in provinciis habitent, et adire sanctissimas ecclesias una cum uxoribus et liberis et tota sua familia, et veram Christianorum fidem edoceri, sic autem edoctos, prorsus abiecto priore errore, salubre baptisma accipere, aut haec contemnentes scire, se neque ullius rei in imperio nostro*

---

[a]) *Bas. I.* 1. 18. — [b]) *Lex exstat* 1., *genuina in Bas. I.* 1. 19., 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 11. 9. (*Voëlli bibl. II. p.* 1298.), *ex qua hausit Photius in Nomoc. VI.* 3. *XII.* 9. (*Voëlli bibl. II. p.* 918. 1069.). *Cont.* 66. *in Praeterm. p.* 12. *aliquid habet latine versum ex Photio. Text* 2. *restitutus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 124.) *transiit in Cont.* 71. *et rell. praeter Bk. Textum* 1. *restituit Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. etc. p.* 22.), *quem et nos sequimur, et secutus est Bk. Lacunam constitutionum graece commemorat ms. Vat.* — [c]) *servatur l.* 1., *genuina in Bas. I.* 1. 20., 2., *epitomata in Coll. constit. eccles. I.* 11. 10. (*Voëlli bibl. II. p.* 1298.), *ex qua hausit Photius Nomoc. I.* 10. *IV.* 4. *et* 7. (*Voëlli bibl. II. p.* 831. 906. 908.). *Cont.* 66. *in Praeterm. p.* 12. *nonnulla habet ex Photio I.* 10. *et IV.* 4. *in latinum versa. Text.* 2. *restitutus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 125.), *receptus a Cont.* 71. *et rell. praeter Bk. Text.* 1. *restitutus ab Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. etc. p.* 23.), *quem nos sequimur, legitur ap. Bk.*

[1]) *ms. Gt., ed. Schf.*; addicatur *ms. Bg.*; addicantur *ms. Pl.* 2.; addicentur *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *προςκυρωθήσεται Bas.* — [2]) *Hal.*; *εἰδότες συνεχώρησαν Bas.*; consenserint *mss. et edd. rell.* — [3]) *mss. Pl* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; metall. aut perpetuo *Hal. et rell.*; *τοῖς ἔργοις τῶν μετάλλων διηνεκῶς παραδοθήσονται Bas.*, *ita ut sequens* exilio *ex textu removendum esse merito quis censuerit.* — [4]) *τῶν βασιλικῶν — προςόδων Coll. const. eccl. l. cit. ex lectione August., minus tamen recte.* — [5]) *γενόμενοι Bk.*

μεθέξουσί τινος τῶν [1]) τῆς ἡμετέρας πολιτείας, οὔτε οὐσίας κινητῆς ἢ ἀκινήτου κύριοι εἶναι συγχωρηθήσονται, ἀλλὰ παντὸς ἀφαιρεθέντες πράγματος ἐν ἐνδείᾳ καταλειφθήσονται, πρὸς τῷ καὶ ταῖς ἁρμοδίαις ὑποβληθήσονται ποιναῖς. Πᾶν δὲ μάθημα παρὰ τῶν νοσούντων ἡμῶν τῶν ἀνοσίων Ἑλλήνων μανίαν διδάσκεσθαι κωλύομεν, ὥςτε μὴ κατὰ τοῦτο προςποιεῖσθαι αὐτοὺς παιδεύειν τοὺς εἰς αὐτοὺς ἀθλίως φοιτῶντας, ταῖς δὲ ἀληθείαις τὰς τῶν δήθεν παιδευομένων διαφθείρειν ψυχάς· ἀλλὰ μηδὲν ἐκ τοῦ δημοσίου σιτήσεως ἀπολαύειν αὐτούς, οὐκ ἔχοντας παρρησίαν, οὐδὲ ἐκ θείων γραμμάτων ἢ πραγματικῶν τοιούτου τινὸς ἄδειαν αὐτοῖς ἐκδικεῖν. Εἴτε γὰρ ἐνταῦθά τις, εἴτε κατὰ χώραν φανείη τοιοῦτος ὤν, καὶ μὴ προςδραμὼν ταῖς ἁγιωτάταις ἡμῶν ἐκκλησίαις μετὰ τῶν οἰκείων, ὡς εἴρηται, παίδων καὶ γαμετῶν, ταῖς προδηλουμέναις ὑποπεσεῖται ποιναῖς, καὶ τὰς μὲν αὐτῶν οὐσίας ἐκδικήσει τὸ δημόσιον, αὐτοὶ δὲ ἐξορίᾳ παραδοθήσονται. Εἰ δέ τις ἐμφωλεύων τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ θυσίας καὶ εἰδωλολατρίας ἁμαρτάνων ἀλῷ, οὗτος ταῖς ἐσχάταις ὑπαχθήσεται τιμωρίαις, ἃς οἱ Μανιχαῖοι, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν ἐστί, καὶ Βορβορῖται δικαίως ὑφίστανται· καὶ γὰρ καὶ τούτους ὁμοίους ἐκείνοις εἶναι κρίνομεν. Κἀκεῖνο δὲ νομοθετοῦμεν, ὥςτε καὶ τὰ τούτων τέκνα μικρᾶς ἡλικίας ὄντα καὶ δίχα τινὸς ἀναβολῆς τυγχάνειν τοῦ σωτηριώδους βαπτίσματος, ὡς τῶν ἤδη τὴν ἡλικίαν προβεβηκότων δεομένων τοῦ προςεδρεύειν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις κατὰ τοὺς θείους κανόνας καὶ τὰς θείας ἐκδιδάσκεσθαι γραφάς, οὕτω τε γνησίας ἀντιλαμβάνεσθαι μετανοίας, καὶ τὴν παλαιὰν ἀποπεσαμένους πλάνην τοῦ προςκυνητοῦ τυγχάνειν βαπτίσματος. Τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον βεβαίως ἂν δέξαιντο καὶ διαφυλάξαιεν τὴν ἀληθινὴν τῶν ὀρθοδόξων πίστιν, καὶ οὐ πάλιν ἐπὶ τὴν παλαιὰν μεταβάλοιεν πλάνην. Ὅσοι δὲ ἂν προφάσει τοῦ στρατείαν ἢ ἀξίωμα ἢ οὐσίαν ἔχειν αὐτοὶ μὲν ἐσχηματισμένως προςήλθον ἢ προςέλθοιεν τῷ σωτηριώδει βαπτίσματι, τὰς δὲ αὐτῶν γαμετὰς ἢ παῖδας ἢ τοὺς ἄλλους, τοὺς κατὰ τὸν αὐτῶν ὄντας οἶκον, ἐπὶ τῆς Ἑλληνικῆς καταλείψαιεν πλάνης, τούτους προςτάττομεν δημεύεσθαί τε καὶ καθάπαξ μὴ μετέχειν τῆς ἡμετέρας πολιτείας, ἀλλὰ καὶ τιμωρίαις ὑποβάλλεσθαι ταῖς αὐτῶν ἀξίαις, ὡς αὐτόθεν ὄντας φανερούς, μὴ καθαρᾷ πίστει τοῦ ἁγίου τυγχεῖν βαπτίσματος. Ταῦτα τοίνυν ἐπὶ τοῖς ἁλιτηρίοις Ἕλλησί τε καὶ Μανιχαίοις, ὧν Μανιχαίων μέρος εἶναι καὶ Βορβορῖτας δεδήλωται, νομοθετοῦμεν.

stro fore participes, neque patrimonii mobilis vel immobilis possidendi licentiam habituros, sed omnibus rebus ablatis in inopia relinquendos, et praeterea competentibus poenis subiiciendos. Omnem autem doctrinam ab iis, qui impiorum paganorum furore laborant, doceri prohibemus, ut ne hoc modo simulent, se eos, qui misera sorte ad ipsos veniant, erudire, sed revera animos erudiendorum corrumpant; neque magis aliquid annonae ex publico percipiant, non habentes licentiam, ne ex divinis quidem rescriptis vel pragmaticis sanctionibus eiusmodi ius sibi vindicandi. Sive enim hic aliquis, sive rure apparuerit eiusmodi homo, qui non accesserit ad sanctissimas nostras ecclesias cum liberis suis, ut dictum est, et uxoribus, poenis antea denuntiatis subiicietur, et bona fiscus vindicabit, ipsi autem exilio tradentur. Si quis autem in imperio nostro absconditus sacrificiis et simulacrorum adorationi deditus captus fuerit, hic ultimis suppliciis subiiciatur, quae Manichaei et, quod idem est, Borboritae subeunt; etenim et hos illis similes esse iudicamus. Illud etiam sancimus, ut liberi quoque eorum tenerae adhuc aetatis sine ulla frustratione salubre baptisma accipiant; illi vero, qui iam primam aetatem excesserunt, inesse debent sanctissimis ecclesiis, ut divinos canones et divinas scripturas edoceantur, et sic veram poenitentiam accipiant, et errore pristino abiecto venerabile baptisma adipiscantur. Hoc enim modo firmiter accipient et servabunt veram orthodoxorum fidem, et in pristinum errorem non recident. Qui autem militiae vel dignitatis vel patrimonii habendi praetextu ipsi quidem simulate accesserunt vel accessuri sunt ad salutare baptisma, uxores autem suas vel liberos vel reliquos, qui ad ipsorum familiam pertinent, in paganorum errore reliquerint, hos iubemus confiscatione puniri et nostrae civitatis prorsus esse expertes, sed etiam poenis competentibus subiici, quum ita manifestaverint, se non sincera fide sanctum accepisse baptisma. Haec igitur de sceleratis paganis et Manichaeis, quorum Manichaeorum partem etiam Borboritus esse ostensum est, sancimus.

Tit. XII.

DE HIS, QUI AD ECCLESIAS [2]) CONFUGIUNT, VEL IBI [3]) EXCLAMANT [4]).

1. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Archelao, Praefecto Augustali. — Iudaei, qui reatu aliquo vel debitis [5]) fatigati simulant, se Christianae legi velle coniungi, ut ad ecclesias confugientes evitare possint crimina vel pondera debitorum, arceantur, nec ante suscipiantur, quam debita universa reddiderint, vel fuerint innocentia demonstrata purgati. Dat.

XV. [6]) Kal. Iul. Constantinop. Caesario et Attico Conss. [7]) [397.]

2. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Iovio [8]) P. P. — Fideli devotaque praeceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas ecclesias confugientes abducere; sub hac videlicet definitione, ut, si quisquam contra hanc legem venire tentaverit, sciat se maiestatis crimine [9]) esse retinendum. Dat. Kal. Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [10]) [409.]

3. Αὐτο-

---

[a]) *l. 2. Th. C. de his qui ad eccl. (IX. 45.); Bas. I. 1. 48.* — [b]) *l. 19. Th. C. de Iudaeis (XVI. 8.); Gregor. M. Epist. XIII. 45.; iungenda l. 12. C. de Iudaeis. I. 9.*

[1]) *τῶν fortasse omittendum, nam οὐ μετέχουσί τινος τῆς πολιτείας Coll. const. eccl. l. cit.* — [2]) *mss. Pist. Pl. 2. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. Bk., Theod. C. IX. 45. in rubr.; περὶ τῶν ἐν ἐκκλησίαις προςφευγόντων Coll. const. eccl. I. 11. in rubr. (Voëlli bibl. II. p. 1299.); ecclesiam mss. Pl. 1. Bg., edd. Schf. Cont. 66. et rell.* — [3]) *ibi abest a mss. Pl. 1. 2. Gt., Hal.* — [4]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., M. Vacarius (Wenck. p. 161.); et ne quis ab ecclesia extrahatur addunt edd. Nbg. Hal. et rell., testante tamen Cont. ad marg., abesse hoc additamentum ab omnibus mss.* — [5]) *debito ms. Gt.; χρέει Bas.* — [6]) *Hal. Russ. Cont. Bk., Theod. C.; V. Char. Pac. Sp.* — [7]) *Ms. Pist. ex subscr. habet* d v. kl ap Valeriano; *videtur haec subscr. a. l. 4. h. tit. ad hunc locum fuisse transscripta.* — [8]) *Hal. Russ. Cont. 62. Bk., Theod. C.; Iobio mss Cas. Pl. 2. Bg.; Iohi ms. Pl. 1., Iffm ms. Vat.; Ionio ed. Nbg.* — [9]) *ad maiestatis crimen Theod. C.* — [10]) *Theod. C.;* Dat. X. Kal. Apr. Constantio et Constante Conss. *rell.*

3.[a]) Αὐτοκράτορες Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς ΑΑ.[1]) Ἀντιόχῳ, μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐπάρχῳ καὶ ὑπάτῳ. — Ἀνεῳχῶσαν τοῖς αἰδέουσιν[2]) οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου Θεοῦ· οὐ γὰρ μόνα[3]) τὰ θεῖα θυσιαστήρια καὶ τὸν εὐκτήριον ναὸν[4]), τὸν τεττάρων τῶν τειχῶν περιβολῇ τειχιζόμενον, εἰς ἀσφάλειαν συντελεῖν τῶν προσφευγόντων θεσπίζομεν, ἀλλ' εἴ τι καὶ περαιτέρῳ τούτου τυγχάνει, ἄχρι τῶν τελευταίων θυρῶν τῆς ἐκκλησίας[5]) ἐλέου βωμὸν τοῖς προσφυγοῦσιν εἶναι προστάττομεν, ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ, ὃν τῷ προειρημένῳ τρόπῳ περιπεφράχθαι διεγράψαμεν, ἄχρι τῶν πρώτων[6]) μετὰ τοὺς δημοσίους τόπους τῆς ἐκκλησίας θυρῶν, πᾶν τὸ παρεγκείμενον, εἴτε ἐν οἰκίαις, ἢ κήποις, ἢ αὐλαις, ἢ λουτροῖς, ἢ ἐν στοαῖς τυγχάνει, τοὺς εἰςδύνας πρόςφυγας καθ' ὁμοιότητα τοῦ ναοῦ φυλάττειν, καὶ μηδένα τούτοις[7]) ἱεροσύλους ἐπιβάλλειν χεῖρας, ἵνα μὴ ὁ τοῦτο τολμῶν ἐν συμφορᾷ σεαυτὸν ἰδὼν[8]), καὶ αὐτὸς ἐξαιτῶν βοήθειαν, καταφύγῃ. Τοῦτο δὲ τῶν διασημάτων πλάτος διὰ τοῦτο συνεχωρήσαμεν, ἵνα μή τινι τῶν προςφευγόντων ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ ναῷ, ἢ ἐν τοῖς ἄγχος[9]) θυσιαστηρίοις μένειν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν, ἢ παννυχίζειν ἕξῃ, τῶν μὲν κληρικῶν τῆς θρησκείας χάριν τοῦτο κωλυόντων, τῶν προςφύγων δὲ τῆς εὐσεβείας ἕνεκα φυλαττόντων. §. 1. Ὅπλα δὲ ἢ ἐν σιδήρῳ ἢ ἐν ἑτέρῳ ἀμυντηρία[10]) τοὺς προςφεύγοντας οὐδαμῶς ἔχειν ἢ ἐπιφέρεσθαι ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας προςτάττομεν, οὐ μόνον ἐκ τῶν θείων ναῶν καὶ θυσιαστηρίων, ὡς τὰ λοιπά, τοῦτα κωλύοντες, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκημάτων, καὶ διαιτῶν, καὶ κήπων, καὶ λουτρῶν, καὶ αὐλῶν, καὶ στοῶν. §. 2. Τοὺς τοίνυν δίχα ὅπλων τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ καὶ εἰς τὸ ἅγιον[11]) θυσιαστήριον, ἐν οἱῳδήποτε ἔθνει ἢ κατὰ ταύτην τὴν πόλιν, προςφεύγοντας ὑπνοῦν ἐν τῷ ναῷ ἤτοι τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ τροφῆς μεταλαμβάνειν παρὰ τῶν κληρικῶν προςήκει κεκωλῦσθαι ἐκτός τινος ὕβρεως, δεικνύντων τὰ διαστήματα ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς περιβόλοις διὰ τὴν τῶν προςφύγων ἀσφάλειαν καὶ ἡσυχίαν ἀφορισθέντα, καὶ διδασκόντων, τιμωρίαν κεφαλικὴν κατὰ τῶν προπετῶς ἐπιόντων αὐτοῖς ὡρίσθαι. Οἷς ὁ προςφεύγων εἰ μὴ πείθοι, τότε προτιμάσθω τῆς φιλανθρωπίας[12]) ἡ θρησκεία, καὶ ἐκ τῶν θείων εἰς τοὺς προλεχθέντας τόπους χωριζέσθω θρασύτης[13]). §. 3. Τοὺς δὲ μετὰ ὅπλων τὰς ἁγίας ἐκκλησίας καταλαμβάνοντας προηγουμένως μὲν μὴ ποιεῖν τοῦτο ὑπομιμνήσκομεν· ἐὰν δὲ ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἐκκλησίας, ἢ ἐντὸς τοῦ ναοῦ, ἢ περὶ τὸν ναόν, ἢ καὶ ἐκτὸς τούτου τυγχάνωσιν, παραχρῆμα τὰ ὅπλα αὐθεντίᾳ τοῦ ἐπισκόπου παρὰ μόνων τῶν κληρικῶν αὐστηρότερον[14]) ἀναγκαζομένους ἀποτίθεσθαι προςτάττομεν, διδομένης αὐτοῖς ἐλπίδος καὶ ὅρκου[15]), ὡς τῇ θρησκείᾳ μᾶλλον, ἢ τῇ τῶν ὅπλων ἐπικουρίᾳ ὀχυρωθήσονται. Ἐὰν δὲ τῇ ἐκκλησιαστικῇ φωνῇ ὑπομνησθέντες μετὰ τοσαύτας καὶ τηλικαύτας παραγγελίας τὰ ὅπλα μὴ ἀποθῶνται, ἐξευμενισθείσης τῆς θρησκείας, παρά τε τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, καὶ τῶν ἐπι-

3. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Antiocho P. P. — Pateant summi Dei templa timentibus, nec sola altaria et oratorium templi circumiectum, quodecclesiasquadripertito intrinsecus parietum septa concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita; sed usque ad extremas fores ecclesiae, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram salutis esse praecipimus, ut inter templum[16]), quod parietum descripsimus cinctu, et post loca publica et iamvas primas ecclesiae quicquid fuerit interiacens, sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere, ne qui hoc ausus sit, quum discrimen suum videat, ad expetendam opem ipse quoque confugiat[17]). Hanc autem spatii latitudinem ideo indulgemus, ne in ipso Dei templo et sacrosanctis altaribus confugientium quemquam manere vel vescere[18]), cubare vel pernoctare liceat, ipsis hoc clericis religionis causa vetantibus, ipsis, qui confugiunt, pietatis ratione servantibus.

§. 1. Arma quoque in quavis teli ferrive specie[19]) eos, qui confugiunt, minime intra ecclesias habere praecipimus, quae non modo a summi Dei templis ac divinis altaribus prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus.

§. 2. Proinde ii, qui sine armis ad sanctissimum Dei templum aut ad sacrosanctum altare, sive usquam gentium sive in hac alma urbe, confugiunt, somnum intra templum sive ipsum altare vel omnino cibum capere, absque aliqua eorum iniuria, ab ipsis clericis arceantur, designantibus spatia, quae in ecclesiasticis septis eorum tuitioni sufficiant, ac docentibus[20]), capitalem poenam esse propositam, si qui eos conentur invadere. Quibus si perfuga non annuit neque consentit, praeferenda humanitati religio est, et a divinis ad loca, quae diximus, turbanda temeritas.

§. 3. Hos vero, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, praemonemus; dehinc, si telis cincti quovis ecclesiae loco, vel ad templi septa vel circa vel extra sint, statim eos, ut arma reponant, auctoritate episcopi a solis clericis severius conveniri praecipimus, data eis fiducia, quod religionis nomine melius, quam armorum praesidio muniantur. Sed si ecclesiae voce moniti, post tot tantorumque denuntiationes noluerint arma relinquere, iam clementiae nostrae apud Deum et episcoporum causa purgata, armatis, si ita res exegerit, intromissis, trahendos se abstrahendosque

---

[a]) *servatur lex talis, qualis fuit ante receptionem in Cod. Iust.* 1., *in Actis synodi Ephesinae* (*Mansi V.* 437.), 2., *brevior in l.* 4. *Th. C. de his qui ad eccl.* (*IX.* 45.), *ubi textus et graecus et latinus exhibetur; epitomata legitur* 3., *in Coll. constit. eccles. I.* 12. 3. (*Voëlli bibl. II. p.* 1299.), 4., *in Bas. V.* 1. 11. *Text.* 1. *et* 3. *restituti ab Ant. August.* (*Coll. p.* 126.). *Cont.* 66. *in Praeterm. p.* 12. *textum* 2. *graece et latine edidit, receptum a rell., excepto Bk., qui graecum tantum retinuit. Nos eundem text.* 2. *secundum Iac. Gothofr. exhibemus, variamque lect. haurimus ex notis Gothofr. ad l.* 4. *Th. C. cit.* (*Gothofr. i. n.*), *et ex collatione textus August.* (*syn. Ephes.*). *Ms. Vat. habet const. graeca. Caeterum num praeter textum graec. et latinus in Cod. Iust. receptus fuerit, merito dubitatur, quum nullum eius vestigium in libris mss. adhuc reperiri potuerit.*

[1]) Idem AA. *Theod. C.* — [2]) τοῖς δεδίοσιν *syn. Ephes.* — [3]) οὐ μόνον *syn. Ephes.* — [4]) καὶ τὸ εὐκτήριον τοῦ λαοῦ *syn. Ephes.* — [5]) ὧν τοῖς εὔξασθαι προηρημένοις πρῶτον ἐπιβαίνειν συμβαίνει *adduntur in syn. Ephes.* — [6]) τοῦ ναοῦ, ἐν τῷ προειρημένῳ τόπῳ πρόςφυγας διεγράψαμεν, καὶ τῶν πρώτων *syn. Ephes.* — [7]) εἰς τὸ ἐξωθεῖσθαι τούτους *syn. Ephes.* — [8]) *syn. Ephes.*; εἰδὼν *Theod. C.* — [9]) ἁγίοις *Gothofr. i. n.* — [10]) ἐν ἑτέρῳ εἴδει ἀμυντηρίῳ *syn. Ephes.*; ἐν ἑτέρῳ ἀμηντήρια *Theod. C.* — [11]) καὶ εἰς τὸ ὁσιώτατον *syn. Ephes.*; εἰ καὶ εἰς τὸν ἅγιον *Theod. C.* — [12]) τῆς πραότητος *syn. Ephes.* — [13]) διωκέτω ἡ θρασύτης *syn. Ephes.* — [14]) μὴ αὐστηρότερον *in nonnullis exemplar. syn. Ephes.* — [15]) καὶ θαρσοῦς *syn. Ephes.* — [16]) *Gothofr. i. n.*; templi *idem in textu.* — [17]) *Gothofr. i. n.*; ipsi quoque confugiant *idem in textu.* — [18]) *Gothofr. i. n.*; mane vel vespere *idem in textu.* — [19]) *Gothofr. i. n.*; in quovis telo, ferro, vel specie *idem in textu.* — [20]) abducentibus *Theod. C.*, *sed* καὶ διδασκόντων *graece.*

ἐπισκόπων τῷ θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης, ἐνόπλων εἰςπεμφθέντων, ἀποσπασθήσονται, καὶ πάσαις ταῖς συμφοραῖς ὑποβληθήσονται. Οὐ μὴν δίχα γνώμης ἢ κελεύσεως τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ἡμῶν, τῶν τε δικαστῶν, τῶν κατὰ τὴν δεῖνα πόλιν[1]) καὶ ὁπουδήποτε τυγχανόντων, τὸν ὡπλισμένον ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν χρὴ παραδιδόσθαι, ἵνα μή, πολλοῖς κατα τῶν ἀθλίων τοιαύτης ἀδιαφόρως ἐξουσίας δοθείσης, σύγχυσίς τις ἐκ τούτου γίνεσθαι μέλλῃ καὶ ταραχή. Dat. X. Kal. April. Constantinop. Antiocho V. C. Cons. et qui fuerit nuntiatus[2]). [431.]

dosque esse cognoscant, et omnibus casibus esse subdendos. Sed neque episcopo inconsulto, nec sine nostra sive iudicum, in hac alma urbe vel ubicunque, iussione, armatum quemquam ab ecclesiis abstrahi oportebit, ne, si multis passim hoc liceat, confusio generetur. Dat. X. Kal. April. Constantinop. Antiocho V. C. Cons. et qui fuerit nuntiatus. [431.]

4.[a]) Idem AA.[3]) Hierio[4]) P. P. — Si servus cuiusquam ecclesiam[5]) altariave armatus, nullis hoc suspicantibus, inopinatus irruerit, exinde protinus abstrahatur, vel[6]) continuo domino, vel ei, unde eum tam furiosa formido proripuit, indicetur, eique mox abstrahendi copia non negetur. Sed si armorum fiducia resistendi animos insania impellente conceperit, abripiendi extrahendique eum domino, quibus id potest efficere viribus, concedatur. Quod si illum etiam configi in concertatione pugnaque contigerit, nulla erit eius noxa[7]), nec conflandae criminationis[8]) relinquetur occasio, si is, qui ex statu servili in hostilis et et homicidae conditionem transiliit, sit occisus. Dat. V. Kal.[9]) April. Constantinop.[10]) Valerio et Aetio[11]) Conss. [432.]

cogitatione atque tractatu ausi fuerint tentare, capitali et ultimi[15]) supplicii animadversione plectendis. Ex his ergo locis eorumque finibus, quos anteriorum legum praescripta sanxerunt, nullos expelli aut eiici aliquando patimur, nec in ipsis ecclesiis reverendis ita quemquam detineri atque constringi, ut ei aliquid aut[16]) victualium rerum, aut vestis negetur, aut requies. §. 1. Sed si quidem ipsi refugae appareant[17]) publice, et se in sacris locis offerant quaerentibus conveniendos, ipsis, servata locis reverentia, iudicum, quibus subiacent, sententiis moneantur, responsum daturi, quale sibi quisque perspexerit[18]) convenire. §. 2. Quodsi in finibus ecclesiasticis latitant, religiosus oeconomus seu defensor ecclesiae, vel certe quem his negotiis commodiorem auctoritas episcopalis elegerit, reconditam latentemque personam decenter sine ullo incommodo monitus intra fines ecclesiae, si invenitur, praesentet. §. 3. Quum autem monitus fuerit in publico privatove contractu actione civili, in eius sit arbitrio sive per se, sive, si magis elegerit, instructo solemniter procuratore directo, in[19]) eius iudicis, cuius pulsatur sententiis, examine respondere. §. 4. Sed si hoc facere detrectet aut differat, iudiciorum legumque solitus ordo servetur. Itaque si res immobiles possidet, post edictorum solemnium citationem[20]) ex sententia[21]) iudicantis usque ad modum debiti bonorum eius sive praediorum traditio sive venditio celebretur. Quodsi res mobiles habet, easque extra terminos occultat ecclesiae, sententia iudicantis et exsecutoris sollicitudine perquisitae, quocunque[22]) occultentur, eruntae, pro aequitatis[23]) tramite modoque debiti publicis rationibus privatisque proficiant. Sane si intra fines habentur ecclesiae, vel apud quemlibet ex clericis absconditae sive depositae fuisse firmantur, studio et providentia viri reverendissimi oeconomi sive defensoris ecclesiae diligentia inquisitae, quolibet[24]) modo ad sacrosanctam ecclesiam pervenientes[25]) proferantur, ut pari aequitatis ordine iisdem ex bonis fisco, vel reipublicae, sive creditoribus, et quibuscunque iustis petitoribus ad modum debiti consulatur. Sicubi depositae[26]) vel commodatae[27]) dicuntur, inquirendi

5.[b]) Imp. Marcianus A. ad populum. — Denuntiamus vobis omnibus, ut in sacrosanctis ecclesiis et in aliis quidem venerabilibus locis, in quibus cum pace et quiete vota competit celebrari, abstineatis ab omni seditione. Nemo conclamationibus utatur, nemo moveat tumultum, aut impetum committat, vel conventicula collecta multitudine in qualibet parte civitatis vel vici vel cuiuscunque loci colligere ac celebrare conetur. Nam si quis aliquid contra leges a quibusdam sibi[12]) existimet perpetrari, liceat ei adire iudicem, et legitimum postulare praesidium. Sciant sane omnes, quod, si quis contra huius edicti normam aut agere aliquid, aut seditionem movere tentaverit, ultimo supplicio subiacebit. Dat. III. Id. Iul. ipso Marciano A. et Adelphio Conss. [451.]

6.[c]) Imp. Leo A. Erythrio P. P. — Praesenti lege decernimus per omnia loca valitura (excepta hac urbe regia, in qua nos divinitate propitia degentes, quoties usus exegerit, invocati, singulis causis atque personis praesentanea constituta praestamus), nullos penitus, cuiuscunque conditionis sint[13]), de sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei expelli, aut tradi[14]), vel protrahi confugas, nec pro his venerabiles episcopos vel religiosos oeconomos exigi, quae ab ipsis debeantur; his, qui hoc moliri aut facere aut nuda saltem

[a]) *l.* 5. *Th. C. de his qui ad eccl.* (*IX.* 45.); *Bas. V.* 1. 13. — [b]) *Bas. V.* 1. 15. — [c]) *Gregor. M. Epist. XIII.* 45.; *Bas. V.* 1. 14.

[1]) τῶν κατὰ τήνδε τὴν πόλιν *syn. Ephes.* — [2]) *Cont. Char. Pac. Sp.*; Proposita indictione XIIII. Pharmuthi mensis XII. Dat. X. Kal. April. CP. Antiocho V. C. Cos. et qui fuerit nuntiatus *Ephes. syn.*; Dat. X. K. Apr. CP. Ant. V. C. et Basso Coss. *Theod. C.*, *Bk.* — [3]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Impp. Theodos. et Valentin. AA. *Hal. et rell.* — [4]) *Theod. C.*, *Cont.* 62. *Bk. et liber Auredani apud Char.*; Erinio *ms. Vat.*; herinio *ms. Pl.* 2.; Crineo *ms. Pl.* 1.; Crimo *ed. Nbg.*; iperio *ms. Bg.*; imerio *ms. Cas.*; Imperio *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; ad eccles. *ms. Pl.* 2.; in eccles. *Russ. et rell.* — [6]) vel certe *ms. Gt.*, *Theod. C.* — [7]) noxia *mss. Pl.* 1. 2. — [8]) conflandi criminis *mss. Pl.* 2. *Bg. Bg.*, *Hal.*, *var. l. gl.*; conflanda criminationis *Cont.* 71. *Char.* — [9]) X. Kal. *Cont.* 62. — [10]) *Theod. C.*, *Cont.* 62. *Bk.*; Constant. *abest ab Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [11]) et qui fuerit nuntiatus *Theod. C.* — [12]) sibi *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [13]) sint *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; *sed* οἱαςδήποτε τύχης ὄντας *Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf Hal. Bk.*; tradi *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [15]) ultimo *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; aut *abest ab Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*. *edd. Nbg. Hal.*; in ecclesia *addunt edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed videtur hic* non *excidisse, si fidem habeamus Bas., in quibus legitur* εἰ μέντοι οἱ πρόσφυγες μὴ φαίνωνται δημοσίως. — [18]) prospexerit *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; οἷον — συνίδοι συμφέρον *Bas.* — [19]) in *abest a Cont.* 76. — [20]) recitationem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* (*in hoc* re *serius expunctum*) *Gt.*, *ed. Schf.* — [21]) sententia *omisso* ex *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.*; et sententiam *mss. Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; τῇ προφάσει τοῦ κρίνοντος *Bas.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; quocunque loco *Cont.* 66. *et rell.*; ὅπου δ' ἂν ὄντα φανῇ *Bas.* — [23]) equitis *ed. Nbg.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; et quolibet *ed. Nbg.*; hae quolibet *Russ. et rell.* — [25]) pertinentes *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [26]) positae *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; posita *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; ἐναποτεθειμένα *Bas.* — [27]) commendatae *ms Pl.* 2.; commendata *ed. Schf.*; commodata *ms. Pl.* 1.

rendi talem volumus esse cautelam [1]), ut, si sola suspicione apud aliquem asserantur absconditae, de sua etiam conscientia satisfacere auctoritate venerabilis antistitis iubeatur; adiicientes, quod ea, quae de principalibus personis decrevimus [2]), etiam in fideiussorum [3]), sive mandatorum, seu rerum ad eos pertinentium, vel familiarium, et sociorum seu participum, et omnino in iisdem causis obnoxiorum personis praecipimus observari, scilicet si ipsos quoque secum confugae intra ecclesiarum terminos habere voluerint, ut ex eorum [4]) quoque bonis publica debita privataque solvantur, et per eos rerum ubicunque depositae sunt, procedat inquisitio. Et haec quidem de ingenuis liberisque personis. §. 5. Sane si servus, aut colonus, vel adscriptitius, familiaris sive libertus, et huiusmodi aliqua persona domestica vel conditioni subdita, conquassatis [5]) rebus certis atque subtractis aut se ipsum furatus, ad sacrosancta se loca contulerit, statim a religiosis oeconomis sive defensoribus, ubi primum hoc scire potuerint, per eos videlicet, ad quos hoc pertinet [6]), ipsis praesentibus pro ecclesiastica disciplina et qualitate commissi, aut ultione competente, aut intercessione humanissima procedente, remissione veniae et sacramenti interventione securi, ad locum statumque proprium revertantur, rebus, quas secum habuerint, reformandis. Diutius enim eos in ecclesiis non convenit morari, ne patronis seu dominis per ipsorum absentiam obsequia iusta denegentur, et ipsi per incommodum ecclesiae egentium et pauperum alantur expensis. §. 6. Inter haec autem, quae sedulo ad religiosi oeconomi sive defensoris ecclesia sollicitudinem curamque respiciunt, erit etiam illud ob servandum, ut singulorum intra ecclesias confugientium personas causasque incessanter conquirant, deinde [7]) iudices vel eos, ad quos causae et personae pertinent, instantius instruant, ut aequitatis convenientiam [8]) diligentius exsequantur. Dat. prid. Kal. Mart Constantinop. [9]) Leone A. III. Cons. [466.]

7.[a]) *Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.*

Ὁ ἔχων ἀγωγὴν ἢ πρᾶγμα πρός τινα, μὴ θορυβείτω τὰς ἐκκλησίας δι' ἑαυτοῦ η δι' ἑτέρου, ἀλλὰ προείτω τοῖς ἄρχουσιν. Εἰ δὲ τοῦ βασιλέως ἐπὶ ἁμαρτήμασι [10]) χρῄζει, διὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου αὐτὸν [11]) διδασκέτω. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν σωφρονίζεται.

8.[b]) A. *Epit. graec. const. ex coll. const. eccl.*

Ὁ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἐν ἑορτῇ προϊόντος ἐκβοήσεσι χρώμενος, ἐκπίπτει τοῦ πράγματος, καὶ διὰ τοῦ ἐπάρχου ἐκβαλλόμενος σωφρονίζεται. §. 1. *Ὁ δὲ διὰ δυνατὸν πρόσωπον τῇ ἐκκλησίᾳ προσφεύγων, διδασκέτω τὴν βασιλείαν [12]) διὰ τοῦ πατριάρχου [13]) καὶ τῶν ἐκκλησιεκδίκων.*

B. *Epitome eiusd. ex Bas.*

Ὁσάκις ἐξ ἔθους κατὰ τὰς μεγάλας ἑορτὰς ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίᾳ ἢ ἐν ἄλλαις ἐκκλησίαις προΐεμεν, ἐπιτρέπομεν τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἡμῶν κοιαίστωρι, τὰς αἰτήσεις τῶν δεομένων δέχεσθαί τε καὶ ἡμῖν φέρειν. Ὁ δὲ ταραχαῖς καὶ ἐκβοήσεσι χρώμενος κατὰ τὸν τῶν ἑορτῶν καιρὸν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἢ καὶ ἐν ἄλλαις μεγάλαις ἐκκλησίαις, ἐκπεσεῖται μὲν εὐθέως τοῦ πράγματος, κἂν εὔλογον ἔχειν τι δόξειεν, ἐκβληθήσεται δὲ παρὰ τοῦ ἐπάρχου καὶ τιμωρίαις ὑποβληθήσεται. Δυνατὸν δὲ πρόσωπον δεδιὼς διὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῖν προείτω ἢ τῶν ἐκκλησιεκδίκων.

7. *Qui habet actionem aut controversiam adversus aliquem, ne turbet ecclesias per se aut alium, sed adeat magistratus. Si vero imperatore propter crimina opus habeat, per archiepiscopum ipsum instruat. Adversus haec faciens castigatur.*

8. *Qui, imperatore ad magnam ecclesiam in festo procedente, exclamationibus utitur, excidit causa et per praefectum eiectus castigatur.*

§. 1. *Qui vero propter potentem personam ad ecclesiam confugit, doceat imperatoriam maiestatem per archiepiscopum et ecclesiae defensores.*

Quoties ex more magnis diebus festis in sanctissima magna ecclesia Constantinopolis vel in aliis ecclesiis procedimus, gloriosissimo quaestori nostro permittimus, ut postulationes supplicantium accipiat et a nos deferat. Qui vero feriarum tempore tumultibus et clamoribus in magna ecclesia vel etiam in aliis magnis ecclesiis utitur, causa statim cadet, licet iustam rationem habere videatur, et eiicietur a praefecto et poenis subiicietur. Qui vero potentem personam timet, per archiepiscopum vel ecclesiae defensores nos adeat.

Tit. XIII.

DE HIS, QUI IN ECCLESIIS MANUMITTUNTUR [14]).

1.[c]) Imp. Constantinus A. ad Protogenem [15]) Episcopum. — Iam dudum placuit, ut in ecclesia catholica libertatem domini suis famulis praestare possint, si sub aspectu plebis assistentibus Christianorum antistitibus id faciant, ut propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiscunque scriptura, in qua ipsi vice testium signent. Unde a vobis quoque ipsis non

[a]) *Epitome legis exstat* 1., *in Coll. constit. eccles. I.* 12. 7. (*Voëlli bibl. II. p.* 1300.), 2., *brevior in Bas. V.* 1. 15., *et* 3., *brevior etiam in Schol. Bas. c. ad LX.* 61. 2. (*Fabr. T. VII. p.* 922.). *Noster text.* 1. *sequitur Ant. August.* (*Coll. p.* 139.), *qui primus hanc leg. restituit; secuti sunt Cont.* 71. *et rell. Lacunam const. graec. adnotant mss. Pist. Vat. et Bg., hoc vero ad rubr. sequentis tit.* — [b]) *Epitomata lex servatur* 1., *in Bas. V.* 1. 16., 2., *in Coll. constit. eccles. I.* 12. 8. (*Voëlli bibl. II. p.* 1300.). *Text.* 2. *restitutus ab Ant. August.* (*Coll. p.* 139.) *et receptus a Cont.* 71. *et rell. Text.* 1. *simul editus a Bk. Nos utrumque edimus, illum secundum August.* — [c]) *Bas. XLVIII.* 14. 2. (*Fabr. T. VI. p.* 510.).

[1]) inquirendas tal. vol. esse caut. *ms. Pl.* 2.; inquirendas (inquirenda) tanta vol. esse cautela *mss. Bg. Pl.* 1.; inquirendis (inquirendi) tantam vol. esse cautelam *edd. Nbg. Schf.* — [2]) decernimus *ed. Nbg., Hal. in textu*; ἐνομοθετήσαμεν *Bas.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; fideiussorum *omissis* etiam in *Cont.* 62.; etiam fideiussorum *ms. Gt.*; in causis fideiussorum *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; καὶ ἐπὶ τῶν ἐγγυητῶν *Bas.* — [4]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; et ex eorum *ms. Pl.* 1.; ut eorum *Hal. et rell.*; ἵνα καὶ ἐκ τῶν τούτοις ὑπαρχόντων *Bas.* — [5]) convasatis *Cont.* 62. 66. 76. *ad marg. legendum esse censet*; ἀποσυλήσας τινὰ τῶν πραγμάτων *Bas.* — [6]) ad quos causa pert. *ms. Pl.* 2.; ad quos pertinet *mss. Pl.* 1. *Bg.*; *sed verius legi videtur* ad quos pertinent, *quam coniect. firmant Bas.* πρὸς οὓς ἀνήκουσιν. — [7]) denique *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; ἔπειτα δὲ *Bas.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg., Hal. in textu*; et aequit. conv. *ed. Schf.*; et aequitati convenientia *Hal. in not., Russ. et rell.* — [9]) Constantinop. *abest ab omnibus edd. Equidem supplevi subscr. ex ms. Pist., in quo est* d. pd. k. marc. cap. Leone ass. — [10]) ἐπί τινι ἁμαρτήματι *August. in not.* — [11]) αὐτό *August. in not.* — [12]) βασιλίδα *Augustinus.* — [13]) τοῦ ἐπάρχου *August. in not.* — [14]) *omnis rubr. abest ab ed. Schf.* — [15]) Protegenem *mss. Pist. Pl.* 2.; Proteginem *mss. Vat. Pl.* 1.; Protoginensem *ms. Bg.*

non immerito dandae et relinquendae sunt libertates, quo quisque vestrum pacto voluerit, dummodo vestrae voluntatis evidens appareat testimonium. Dat. VI. Id. Iun. Sabino et Rufino Conss.[1]) [316.]

2.[a]) Idem A. Osio[2]) Episcopo[3]). — Qui religiosa mente in ecclesiae gremio servis[4]) suis meritam concesserint libertatem, eandem eodem iure[5]) donasse videantur, quo civitas Romana solemnitatibus decursis dari consuevit. Sed hoc duntaxat his, qui sub aspectu antistitum dederint, placuit relaxari. Clericis autem amplius concedimus, ut, quum suis famulis tribuunt libertatem, non solum in conspectu ecclesiae ac religiosi populi plenum fructum libertatis concessisse dicantur, verum etiam quum postremo indicio dederint libertates seu quibuscunque[6]) verbis dari praeceperint, ita ut ex die publicatae voluntatis, sine aliquo iuris teste vel interprete, competat directa libertas. Dat. XIV. Kal. Maii Crispo II. et Constantino II. Conss.[7]) [321.]

Tit. XIV.

[b]) DE LEGIBUS, ET CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM, ET EDICTIS[8]).

1.[c]) Imp. Constantinus A. Basso[9]) P. U.[10]) — Inter aequitatem iusque[11]) interpositam interpretationem nobis solis et oportet et licet inspicere. Dat. III. Non. Decemb. Sabino et Rufino Conss. [316.]

2.[d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA.[12]) ad Senatum. — Quae ex relationibus[13]) vel suggestionibus iudicantium vel consultatione[14]), in commune florentissimorum sacri nostri palatii procerum auditorium introducto negotio, statuimus, vel quibuslibet corporibus, aut legatis, aut provinciae, vel civitati, vel curiae donavimus, nec[15]) generalia intra sint, sed leges faciant[16]) his duntaxat negotiis atque personis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur; notam infamiae subituro eo, qui vel astute ea interpretari voluerit, vel impetrato impugnare rescripto, nec habituro fructum per subreptionem eliciti, et iudice[17]), si dissimulaverit, vel ulterius litigantem audierit, vel aliquid allegandum admiserit, et sub quodam ambiguitatis colore ad nos retulerit, triginta librarum auri condemnatione plectendo[18]). Dat. VIII. Id. Novemb. Ravennae[19]), Theodosio A. XI. et Valentiniano Caesare Conss. [425.]

3.[e]) Idem AA. ad Senatum[20]). — Leges ut[21]) generales ab omnibus aequabiliter[22]) in posterum observentur, quae vel missae[23]) ad venerabilem coetum oratione conduntur, vel inserto edicti vocabulo nuncupantur, sive eas nobis spontaneus motus ingesserit, sive precatio, sive relatio, vel lis mota legis occasionem postulaverit. Nam satis est edicti eas nuncupatione censeri, vel per omnes populos iudicum programmatibus[24]) divulgari, vel expressius continere, quod principes censuerint[25]), ea, quae in certis negotiis statuta sunt, similium quoque causarum fata[26]) componere. Sed et si generalis lex vocata est, vel ad omnes iussa est pertinere, vim obtineat edicti; interlocutionibus, quas in uno negotio iudicantes protulimus vel postea proferemus, non in commune praeiudicantibus, nec his, quae specialiter quibusdam concessa sunt civitatibus, vel provinciis, vel corporibus, ad generalitatis observantiam pertinentibus. Dat. VIII. Id. Nov. Ravennae, Theodosio A. XII. et Valentiniano A. II.[27]) Conss. [426.]

4.[f]) Idem AA. ad Volusianum P. P. — Digna vox est[28]) maiestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri; adeo de auctoritate iuris nostra pendet auctoritas[29]). Et revera maius imperio est, submittere legibus principatum; et oraculo praesentis edicti, quod nobis licere non patimur, indicamus[30]). Dat. III. Id. Iun. Ravennae, Florentio et Dionysio Conss. [429.]

5.[g]) Idem AA. Florentio P. P.[31]) — Non dubium est, in legem committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. Nec poenas insertas legibus evitabit, qui se contra iuris sententiam saeva[32]) praerogativa verborum fraudulenter excusat. Nullum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes, tam veteres quam novellas, trahi generaliter imperamus, ut legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat, ceteraque[33]) quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere, hoc est ut ea, quae lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, iuntile esse debere quod factum est. Sed et si quid[34]) fuerit subsecutum ex eo vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum atque in-

---

[a]) *l. 1. Th. C. de manum. in eccl.* (*IV. 7.*); *Bas. XLVIII. 14. 3.* (*Fabr. T. VI. p. 510.*). — [b]) *Dig. I. 3. 4.* — [c]) *l. 3. Th. C. de divers. rescr.* (*I. 2.*); *Bas. II. 6. 6.* — [d]) *Bas. II. 6. 7.* — [e]) *Bas. II. 6. 8.* — [f]) *Bas. II. 6. 9.* — [g]) *Nov. Theod. X.*; *Gregor. M. Epist. IX. 7.*; *Bas. II. 6. 10.*

[1]) *ms. Pist. ex subscr. tantum habet* d. VI. d. — [2]) Asio *mss. Cas. Pl. 1.*; Rufino *nonnullos legere Cont. 66. 76. in marg. referunt.* — [3]) *Theod. C., Bk.*; episcopo *abest a mss. et edd. rell. Cod. Iust.* — [4]) servulis *mss. Pl. 1. Gt., Theod. C.* — [5]) *mss. Pl. 1. 2., Hal. Russ. Cont. 62., Theod. C.*; eo iure *ms. Bg., edd. Nbg. Schf. Cont. 66. et rell.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Cont. 62., Theod. C.*; quibuslibet *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. et rell.* — [7]) *Russ. in marg. Bk., Theod. C.*; *eadem subscr., omisso tamen numero XIV., est apud Cont. Char. Pac. Sp.*; D. Kal. Mart. *tantum est apud Hal., Russ. in textu.* — [8]) dictis *mss. Cas. Pl. 1.*; *omnis rubr. abest ab ed. Schf.* — [9]) Septimio Basso *Theod. C.* — [10]) P. U. *abest a mss. Pl. 2. Bg.*; P. P. *ms. Cas., ed. Nbg.* — [11]) et ius *mss. Pl. 1. 2. Bg., Hal.* — [12]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.*; Imp. Theod. (A.) et Valent. Caesar *Hal. et rell., quam lectionem iam dissuadet chronologia.* — [13]) iudicum *addit ed. Nbg.* — [14]) per consultationem *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Schf. Cont. 62.* — [15]) ea nec *mss. Pl. 2. Bg. Gt.*; non haec *ed. Schf.* — [16]) fiant *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont. 62.* — [17]) iudices *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; *ibidem et postea* dissimulaverint, audierint, admiserint, *qui numeri plurales et sunt in ms. Pl. 1.* — [18]) plectendi sunt *mss. Pl. 2. Bg., edd. Nbg. Schf.*; plectendis *ms. Pl. 1. Singularem num. firmant Bas.* τὸν δικασὴν — καταδικαζέσθω. — [19]) Ravennae *abest ab omnibus edd., suppletur ex ms. Pist.* — [20]) Senatus *ms. Pl. 1.* — [21]) Ut leges generales *Hal.*; *sed* διατάξεις — ὡς γενικὰς *Schol. Bas. ad II. 6. 7.* — [22]) aequaliter *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Hal. in textu.* — [23]) missa *mss. Pl. 2. Bg., Cont. 62.*; emissae *ed. Nbg.*; a nobis *addunt edd. Nbg. Russ. Cont. 66. et rell.*; *sed* αἱ πρὸς τὴν — σύγκλητον ὁρατίωνος γενομένης κατεπέμφθησαν *Schol. Bas. cit.* — [24]) programmate *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [25]) consueverunt *ms. Pl. 2.*; censuerunt *ms. Pl. 1., edd. Nbg. Hal.* — [26]) facta *ms. Pl. 2., edd. Nbg. Hal., var. l. gl.* — [27]) Valent. Caesare *Hal. in textu, emendatum in not.* — [28]) est *abest a mss. Pl. 1. Bg. Gt., Hal.* — [29]) de auct. nostra iuris pendet auct. *Cont. in marg.* — [30]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Hal. in textu, Cont. 62.*; aliis indic. *Hal. in not., Russ. Cont. 66. et rell.* — [31]) Orientis et exconsule *addit Nov. Theod.*; *inscr. abest a Cont. 76.* — [32]) sola *Nov. Theod.* — [33]) cetera *Nov. Theod., et ita in plurimis legi Cont. 62. in marg. refert*; *quod verum non est.* — [34]) Sed si quid *ms. Pl. 1.*; Sed et quod *Hal.*

inutile esse praecipimus. §. 1. Secundum itaque praefictam regulam, qua [1]) ubique [2]) non servari [3]) factum lege prohibente censuimus, certum est, nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum ullius esse momenti, nec sacramentum admitti. Dat. VII. [4]) Id. April. Constantinop. Theodosio A. XVII. [5]) et Festo [6]) Conss. [439.]

6. [a]) Iidem AA. Florentio P. P. — Quod favore quorundam constitutum est [7]), quibusdam casibus ad laesionem eorum nolumus inventum videri. Dat. Kal. August. Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [439.]

7. [b]) Iidem AA. Cyro P. P. et Consuli designato. — Leges et constitutiones futuris certum est dare formam negotiis, non ad facta praeterita revocari, nisi nominatim et de praeterito tempore et [8]) adhuc pendentibus negotiis cautum sit. Dat. Non. April. Constantinop. Valentiniano A. V. et Anatolio Conss. [440.]

8. [c]) Iidem AA. ad Senatum. — Humanum esse probamus, si quid de cetero in publica vel privata [9]) causa emerserit necessarium, quod formam generalem et antiquis legibus non insertam exposcat, id ab omnibus antea [10]) tam proceribus nostri palatii, quam gloriosissimo coetu vestro, patres conscripti, tractari, et si universis tam iudicibus, quam vobis [11]) placuerit, tunc legem [12]) dictari, et sic ea denuo collectis omnibus recenseri, et quum omnes consenserint, tunc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari, ut universorum consensus nostrae serenitatis auctoritate firmetur. Scitote igitur, patres conscripti, non aliter in posterum legem a nostra clementia promulgandam, nisi supradicta forma fuerit observata. Bene enim cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri imperii et ad nostram [13]) gloriam redundare. Dat. XVI. Kal. Nov. Aetio III. et Symmacho [14]) Conss. [446.]

9. [d]) Impp. Valentinianus et Marcianus AA. ad Palladium P. P.— Leges sacratissimae, quae constringunt omnium [15]) vitas, intelligi ab omnibus debent, ut universi, praescripto earum manifestius cognito [16]), vel inhibita declinent, vel permissa sectentur. Si quid vero in iisdem legibus latum fortassis obscurius fuerit, oportet id imperatoria [17]) interpretatione patefieri, duritiamque legum nostrae humanitati incongruam emendari. Dat. prid. Non. April. Constantinop. Aëtio et Studio VV. CC. [18]) Conss. [454.]

10. [e]) *Epitome graec. const. Leonis et Anthemii ex Bas.*

[19]) *Πάντες καὶ τοὺς νόμους πολιτευέσθωσαν, κἂν εἰ τῷ θείῳ διαφέροιεν οἴκῳ.* Dat. VIII. Idib. Febr. Anthemio A. II. [20]) Cons. [468.]

10. *Omnes legibus regantur, etiam si ad divinam domum pertineant.*

11. [f]) Impp. Leo et Zeno AA. — Quum de novo iure, quod inveterato usu non adhuc stabilitum est, dubitatio emergat, necessaria est tam suggestio iudicantis, quam sententiae principalis auctoritas. Dat. X. Kal. Maii Leone iuniore A. Cons. [474.]

12. [g]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Si imperialis maiestas causam cognitionaliter examinaverit, et partibus cominus constitutis sententiam dixerit, omnes omnino iudices, qui sub nostro imperio sunt, sciant, hoc [21]) esse legem non solum illi causae, pro qua producta est, sed et [22]) omnibus similibus. Quid enim maius, quid sanctius imperiali est maiestate? vel quis tantae superbiae fastidio tumidus est, ut regalem sensum contemnat, quum et veteris iuris conditores, constitutiones, quae ex imperiali decreto processerunt, legis vim [23]) obtinere, aperte [24]) dilucideque definiant? §. 1. Quum igitur et hoc in veteribus legibus invenimus dubitatum, si imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat huiusmodi regiam interpretationem obtinere, eorum quidem vanam subtilitatem tam risimus, quam corrigendam esse censuimus. Definimus autem omnem imperatoris [25]) legum interpretationem, sive in precibus, sive in iudiciis, sive alio quocunque modo factam, ratam et indubitatam haberi. Si enim in praesenti leges condere soli imperatori concessum est, et leges interpretari solo dignum imperio esse oportet. Cur autem ex suggestionibus procerum, si dubitatio in litibus oriatur, et sese non esse idoneos vel sufficientes ad decisionem litis illi existiment, ad nos decurritur [26]), et quare omnes [27]) ambiguitates iudicum, quas ex legibus oriri evenit, aures accipiunt nostrae, si non a nobis interpretatio mera procedit? vel quis legum aenigmata solvere, et omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is, cui soli [28]) legislatorem esse concessum est? Explosis itaque huiusmodi [29]) ridiculosis ambiguitatibus, tam conditor quam interpres legum solus imperator iuste existimabitur; nihil hac lege derogante veteris iuris conditoribus, quia et eis hoc maiestas imperialis permisit. Recitata Septimo milliario urbis

---

[a]) *Bas. II.* 6. 11. — [b]) *Bas. II.* 6. 12. — [c]) *Bas. II.* 6. 13. — [d]) *Nov. Marc. LXXXIV.*; *Bas. II.* 6. 14.; *Petri Except. leg. Rom.* (*Petr.*) *I.* 1. — [e]) *Epitomata l. servatur in Bas. II.* 6. 15., *restituta a Cuiacio* (*Obss. XII.* 31.), *recepta a Char. Cont.* 76. *Pac. Sp. Bk. In mss. Pist. Vat. legitur const. graeca.* — [f]) *Bas. II.* 6. 16. — [g]) *Bas. II.* 6. 17.

[1]) quam *mss. Gt. Bg.*, *Hal. Russ.*, *var. l. gl.*, *Nov. Theod.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *ed. Schf.*, *Hal. in not.*, *Cont.* 62., *Nov. Theod.*; ubicunque *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*, *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [3]) servari *omisso* non *Hal.*, *var. l. gl.*, *Nov. Theod.* — [4]) XVII. *Nov. Theod.*; *sed nostram lect. firmat ms. Pist.*, *quod ex subscr. habet* d. VII. id. apr. — [5]) XVI. *Cont.* 62. — [6]) et Festo *absunt a Nov. Theod.* — [7]) introductum est et constitutum *Cont. in marg.* — [8]) et *abest a ms. Pl.* 1., *quod concordat cum Bas.* εἰ μὴ ἰδικῶς περὶ τῶν προλαβόντων πραγμάτων ἔτι ἠρτημένων. — [9]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; vel in privata *ms. Pl.* 1.; privatave *Russ. et rell.* — [10]) antea *abest a ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [11]) nobis *ed. Schf.* — [12]) *ms. Pl.* 2., *Cont. in marg.*; lecta *Russ. et Char. in marg.*, *hic ex ms. Auredano*; allegata *idem Russ. in marg.*; legata *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. omnes in textu.* — [13]) vestram *mss. Pl.* 1. 2., *Hal.* — [14]) Aëtio et Studio *Hal. in not.*, *quod ipsi praeplacet.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal. Cont.* 62. *Bk.*, *Nov. Marc.*, *Petr.*; hominum *ms. Bg.* (*sed* omnium *lineae superscriptum*), *edd. Nbg. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [16]) praecognito *Petr.* — [17]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.*, *Nov. Marc.*; id ab imperat. *ms. Bg.* (*in quo* ab *serius additum*), *edd. Nbg. Hal. et rell.*; ἑρμηνείᾳ τοῦτο — βασιλικῇ *Bas.* — [18]) *Cont.* 62. (*in quo tamen absunt* VV. CC.) *Bk.* (*a quo* Constant. *omissum est*), *Nov. Marc.*; Dat. VI. Id. Febr. Anthemio Cons. *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. *Char. Pac. Sp.*; Dat. VI. Id. Febr. Aëtio et Studio Conss. *Cont.* 76.; d. VI. *ex subscr. habet ms. Pist.* — [19]) Αὐτοκράτωρ Λέων καὶ Ἀνθέμιος ΑΑ. *inscribit Cont.* 76. — [20]) A. XI. *Cuiac. l. cit.*, *Char. Cont.* 76. *Pac.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; hic *ed. Nbg.*; hanc *Cont.* 66. *et rell.* — [22]) et *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [23]) vicem *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [24]) apte *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; imperatorum *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; discurritur *ed. Schf.*; decurratur *Hal. et rell.* — [27]) omnes *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Hal. Cont.* 62. — [28]) soli *abest ab ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; his *Hal. et rell.*

urbis Constantinopol. in novo consistorio palatii Iustiniani. Dat. VI. Kal. Nov. Decio V. C. Cons. [1]) [529.]

Tit. XV.

[a]) DE MANDATIS PRINCIPUM.

1. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Eusignium [2]), Proconsulem Africae [3]). — Si quis asserat, cum mandatis nostris secretis se venisse, omnes sciant, nemini quicquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri, sive ille [4]) tribuni, sive notarii, sive comitis proferat [5]) dignitatem, sed sacras nostras literas esse quaerendas [6]). Dat. XVI. Kal. [7]) Iul. [8]) Veronae [9]). Acc. prid. Kal. Aug. [10]) Merobaude II. et Saturnino Conss. [11]) [383.]

2. [c]) *Epitome graec. const. Iustini et Iustiniani* [12]) *ex Bas.*

Θεσπίζομεν, μηδένα τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἀρχόντων, μεγίστων ἢ μέσων, ταῖς οἰκείαις ἐγγράφειν ψήφοις, ὡς θεῖῳ ῥήματι προσετάξαμεν, ἀγώγιμον γενέσθαι τινὰ ἢ διάξιμον, ἢ ἄλλο τι ψηφισθῆναι [13]) *τῶν ὅσα πράττεται παρ' αὐτοῖς, πλὴν ὅσον ἐν ταῖς τῶν δικαστῶν ἢ* [14]) *συνδικαστῶν δόσεσιν ὀρθῶς φέρεσθαι τὰς ψήφους, τὰς μνημονευούσας, ἄγραφον ἡμετέραν γεγενῆσθαι θεῖαν κέλευσιν τὸν δικαστὴν διδοῦσαν ἢ συνδικαστήν· ὡσαύτως καὶ τὸν ἐνδοξότατον κοιαίστωρα τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου, καὶ τοὺς περιβλέπτους ῥεφερενδαρίους τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ὀρθῶς τὴν ἄγραφον ἡμῶν* [15]) *θεῖαν κέλευσιν, τὴν γινομένην* [16]) *ἐπὶ τοῖς προσιοῦσιν, καὶ δικαστὴν ἤτοι συνδικαστὴν αἰτοῦσιν, ἢ ἄλλο τι τῶν εἰς τὰς δίκας τεινόντων, διὰ καταθέσεως παρασχεύαζειν γίνεσθαι φανεράν. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ δὴ καὶ μόνῳ τὴν τῆς ἀγράφου* [17]) *κελεύσεως μνήμην γίνεσθαι συγχωροῦμεν.*

2. *Sancimus, ne quis clarissimorum nostrorum magistratuum maximorum vel mediorum in suis sententiis adscribat, nos divino verbo iussisse, aliquem in ius duci aut exhiberi, aut aliquid diversum iudicatum fuisse ab iis, quae apud ipsos fiunt, nisi quod de iudicum vel assessorum datione recte sententia feratur, quae meminerit, sine scripto processisse nostram divinam iussionem de datione iudicis eiusve assessoris. Similiter clarissimus quaestor divini nostri palatii et spectabiles referendarii pietatis nostrae divinam iussionem nostram sine scripto factam occasione eorum, qui accedunt, et iudicem vel assessorem vel aliud quid eorum, quae ad lites pertinent, petunt, per depositionem manifestam fieri curent. In hoc enim tantum iussionis sine scripto factae mentionem fieri concedimus.*

Tit. XVI.

[d]) DE SENATUSCONSULTIS [18]).

1. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [19]) AAA. ad Senatum [20]). — Quamvis senatusconsultum perpetuam per se obtineat firmitatem, tamen nostris legibus etiam idem prosequimur, adiicientes, ut, si quisquam speciali supplicatione eliciendum aliquod rescriptum tentaverit, ut transire ei formam liceat statutorum, tertia patrimonii parte mulctetur [21]), et damnatus ambitus crimine maneat infamis. Dat. VII. Kal. Aug. Heracleae, Richomere et Clearcho Conss. [384.]

Tit. XVII.

[e]) DE VETERE IURE ENUCLEANDO, ET DE [22]) AUCTORITATE IURIS PRUDENTIUM, QUI IN DIGESTIS REFERUNTUR [23]).

1. [f]) IMPERATOR CAESAR FLAVIUS IUSTINIANUS, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Triboniano, quaestori suo, salutem [24]).

Deo auctore nostrum gubernantes [25]) imperium, quod nobis a coelesti maiestate traditum est, et bella feliciter peragimus, et pacem decoramus, et statum reipublicae sustentamus, et ita nostros animos ad Dei omni po-

---

[a]) *Dig. I.* 4. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de mand. princ.* (*I.* 3.); *Bas. II.* 6. 18. — [c]) *Epitome superest* 1., *in Bas. II.* 6. 19., 2., *brevior in Nov. CXXIV. c.* 4. *Text.* 1. *restitutus a Cuiacio* (*Obss. XII.* 31.), *receptus a Char. Cont.* 76. *Pac. Sp. Bk. Universam Nov. XVII. hoc loco inserunt Cont.* 71. *Char. — Mss. Pist. Vat. adnotant const. graeca.* — [d]) *Dig. I.* 3. — *Ms. Bg. ad rubr. indicat const. graecae lacunam; Cont.* 71. *idem notat in fine tit.* — [e]) *Dig. I.* 2. — [f]) *Haec const., etiam Digestis praefixa, in ms. Pand. Florentino exscripta legitur; quapropter et ipso utor fundamento in textu hui. const. castigando. Textus ex ms. Flor. accurate repraesentatus legitur in libro: Historia Pandectarum authentica sive D. Iustiniani Imp. de Pandectis epistolae III. una cum indice Iurisconsultorum Florentino ex emendatione Laur. Theod. Io. Fr. F. Gronovii novaque opera Francisci Caroli Conradi. Halae* 1730. 8. (*ms. Flor.*) *Cfr. Dig. prooem. const.* Deo auctore. — *Caeterum M. Vacarius* (*Wenck. p.* 75.) *multa continet ex princ. et prioribus* 6. §§. (*Vac.*).

[1]) *pleniorem edidi hanc subscr. ex ms. Pist., in quo legitur* Recitata septimo mif̄. urb̄. const̄. in novo consistorio palatio iustiniani d. III. k. novb̄. *Similem subscr. Cont. in marg. refert.; cfr. l.* 22. *C. I.* 2. — [2]) *ms. Pist., Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Sp., Theod. C.;* Fusignium *Cont.* 71. *Char. Pac. Bk.;* Ysignium *ms. Vat.;* Eusigium *mss. Pl.* 1. *Bg.;* Eusignum *mss. Cas. Pl.* 2.; Eugenium *edd. Nbg. Hal.* — [3]) *Theod. C., Bk.;* P. P. *mss. nostra et rell. edd.* — [4]) ullius *edd. Nbg. Hal.* — [5]) praeferat *Cont.* 62., *Theod. C.;* proferant *edd. Nbg. Hal.* — [6]) credendas *Char. in marg.;* sacris nostris literis esse credendum *Theod. C.* — [7]) d. vi. k. *ms. Pist.;* Dat. XV. Kal. *Theod. C., Bk.;* Dat. VIII. Kal. *Russ. in marg.* — [8]) Maii *Russ. in marg.* — [9]) *Theod. C., Bk.;* Romae *alii* Constantinopoli *Russ. in marg.;* Heracleae *Hal. et rell.* — [10]) *Theod. C., Bk.;* acc. prid. Kal. Aug. *absunt ab edd. rell.* — [11]) Antonio et Siagrio Conss. *Russ. in marg.* — [12]) *Iustino et Iustiniano tribuendam esse hanc const. apparet ex Nov. CXXIV. c.* 4. *pr.* — [13]) *ψηφίζεσθαι Cuiac. l. cit., edd. Cod.* — [14]) *δικαστῶν ἢ abest a Cuiac. l. cit. et edd. Cod.* — [15]) *ἡμῶν abest a Cuiac. l. cit. et edd. Cod. praeter Bk.* — [16]) *γενομένην Cuiac. l. cit., edd. Cod.* — [17]) *τῆς θείας ἀγράφου Cuiac. l. cit., edd. Cod.* — [18]) Senatusconsulto *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [19]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg. Gt., Hal. in textu, Bk.;* Impp. Val̄. c̄c lent. theod. et archad. *ms. Pist.;* Impp. Gracianus Theod. et Valent. *ms. Pl.* 1.; Im. Val. et Theod. *ed. Nbg.;* Imppp. Grat. Valent. et Theod. *Hal. in not., Russ. et rell.* — [20]) ad Eusignum de senatuconsulto *ms. Pl.* 1., *sed cfr. l.* 1. *Th. C. XV.* 9.; ad Senem *ed. Nbg.* — [21]) mulctatus *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [22]) de *abest a mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.* — [23]) leguntur *ms. Pl.* 2.; constringuntur *Russ. in marg.;* reperiuntur *Cont.* 62. *in marg.;* et ex quibus libris debet sententia recitari *addit ms. Bg.* — [24]) *ms. Flor.;* Imp. Iustinianus (A.) Triboniano (Tribun.) (viro) eminentissimo quaestori sacri palatii *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2 *Bg., Hal. et rell.;* Imp. Iust. Tribun. magistro quaest. sacr. pal. *ed. Nbg.* — [25]) *ms. Flor.;* gubernante *mss. et edd. Cod.*

potentis erigimus [1]) adintorium [2]), ut neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio, sed omnem spem ad solam referamus summae provi'entiam Trinitatis [3]), unde et mundi totius elementa processerunt, et eorum [4]) dispositio in orbem terrarum producta est. §. 1. Quum itaque nihil tam studiosum in omnibus rebus invenitur, quam legum auctoritas, quae et divinas et humanas res bene disponit et omnem iniquitatem expellit, reperimus autem omnem legum tramitem, qui ab urbe Roma [5]) condita et Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, ut in [6]) infinitum extendatur, et nullius humanae naturae capacitate concludatur, primum nobis fuit studium, a sacratissimis retro principibus initium sumere, et eorum constitutiones emendare, et viae dilucidae tradere, quatenus in unum codicem [7]) congregatae, et omni supervacua similitudine et iniquissima [8]) discordia absolutae universis hominibus promtum suae sinceritatis [9]) praebeant praesidium. §. 2. Hocque opere consummato, in [10]) uno volumine, nostro nomine praefulgente, coadunato, quum ex paucis et tenuioribus relevati [11]) ad summam et plenissimam iuris emendationem pervenire properaremus [12]), et omnem Romanam sanctionem et colligere et emendare, et tot [13]) auctorum dispersa volumina uno codice [14]) indita ostendere (quod nemo [15]) neque sperare, neque optare ausus est), res quidem nobis difficillima, immo magis impossibilis videbatur. Sed manibus ad coelum erecti, aeterno [16]) auxilio invocato, eam quoque curam nostris reposuimus animis, Deo freti, qui et res penitus desperatas donare et consummare suae [17]) virtutis magnitudine potest. §. 3. Et ad tuae sinceritatis [18]) optimum respeximus ministerium, tibique primo et hoc [19]) opus commisimus, ingenii tui documentis ex nostri Codicis ordinatione acceptis, et iussimus, quos probaveris [20]), tam ex facundissimis antecessoribus, quam ex viris [21]) disertissimis togatis fori amplissimae sedis, ad sociandum laborem eligere. His itaque collectis, et in nostrum palatium introductis, nobisque tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus, ita tamen, ut tui vigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur. §. 4. Iubemus igitur [22]) vobis, antiquorum prudentium, quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi principes praebuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes et legere et elimare, ut ex his omnis [23]) materia colligatur, nulla, secundum quod possibile [24]) est, neque similitudine, neque discordia derelicta, sed ex his hoc colligi, quod unum pro omnibus sufficiat [25]). Quia autem et alii [26]) libros ad ius pertinentes scripserunt, quorum scripturae nullis [27]) auctoribus receptae nec usitatae sunt, neque nos eorum volumina nostram inquietare [28]) dignamur sanctionem [29]). §. 5. Quumque haec materia summa nostri numinis [30]) liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere exstruere, et quasi proprium et sanctissimum [31]) templum iustitiae consecrare, et in libros quinquaginta et certos titulos totum ius [32]) digerere [33]) tam secundum nostri constitutionem Codicis, quam edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis [34]) commodius esse patuerit [35]), ut nihil extra memoratam consummationem possit esse derelictum, sed his quinquaginta libris totum ius antiquum, per millesimum et quadringentesimum paene annum [36]) confusum, et a nobis purgatum, quasi quodam muro vallatum, nihil extra se habeat; omnibus auctoribus iuris aequa dignitate pollentibus, et nemini quadam praerogativa servanda, quia non omnes in omnia, sed certi per certa vel meliores vel deteriores [37]) inveniuntur. §. 6. Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius et aequius est, iudicatote, quum possit unius forsitan [38]) et deterioris sententia et multas [39]) et maiores in aliqua parte superare. Et ideo ea, quae antea [40]) in notis Aemilii Papiniani ex Ulpiano et Paulo, nec non [41]) Marciano adscripta sunt, quae antea nullam vim obtinebant [42]) propter honorem splendidissimi Papiniani, non statim respuere, sed si quid ex his ad repletionem summi ingenii Papiniani laborum vel interpretationem [43]) necessarium esse perspexeritis, et hoc [44]) ponere legis vicem obtineus nos moremini, ut omnes, qui relati fuerint in hunc codicem [45]) prudentissimi viri, habeant auctoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus constitutionibus profecta et a nostro divino fuerint ore profusa. Omnia enim merito nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas; nam qui subtiliter [46]) factum emendat, laudabilior est eo, qui primus invenit. §. 7. Sed et hoc studiosum vobis esse volumus, ut, si quid in veteribus non bene positum libris inveniatis, vel aliquod superfluum, vel minus perfectum, [supervacua longitudine [47]) semota, et quod imperfectum [48])] est repleatis, et omne opus moderatum et quam pulcherrimum ostendatis; hoc etiam nihilominus observando, ut

---

[1]) *mss. et edd. Cod.; ms. Flor.* erigimus. — [2]) adiutoriam *ms. Flor.* — [3]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.;* ad sol. provid. refer. summae Trin. *Hal. et rell.* — [4]) rerum *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [5]) urbe Romana *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Vac.;* urbe *omisso* Roma *mss. Pl.* 1. *Gt., Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [6]) in *abest a ms. Flor.* — [7]) in uno codice *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [8]) nequissima *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [9]) serenitatis *edd. Schf. Hal.* — [10]) et in *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.* — [11]) revelati *ed. Schf., Vac.* — [12]) properamus *mss. Pl.* 1. *Bg., Bk.;* properaremur *ed. Schf.;* properemus *ed. Nbg., Vac.* — [13]) tota *ms. Flor.* — [14]) uni codici *mss. Pl.* 2. *Gt., Hal. Russ. Cont. Char. Pac., Vac.* — [15]) *ms. Flor.;* nemo alius *mss. et edd. Cod., Vac.* — [16]) *ms. Flor.;* erectis et aeterno *mss. et edd. Cod., Vac.* — [17]) suae *abest ab Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [18]) sanctitatis *ms. Bg.* — [19]) primum hoc *Russ. Cont. Char. Pac.* — [20]) probavimus *Vac.;* probares *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [21]) iuris *edd. Schf. Hal.* — [22]) iugetur *ms. Flor., quod emendatum est in* iugiter *aut in* igitur; *hoc ultimum confirmant mss. et edd. Cod.* — [23]) *ms. Flor., Sp. Bk.;* omnibus *mss. et edd. rell. Cod.* — [24]) sibile *ms. Flor., quod emendandum est in* scibile *aut in* possibile; *hoc ultimum comprobant mss. et edd. Cod.* — [25]) sed quod ex his unum pro omnibus sufficiat *Hal.* — [26]) qui autem et alios *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.;* qui autem alios *ms. Bg.;* quod autem alios *ms. Gt.* — [27]) *ms. Flor., Cont.* 62.; a nullis *mss. et edd. rell. Cod.* — [28]) inquinare *Cont. in marg.* — [29]) nostra inquiet. dignanctione *ms. Pl.* 2., *Russ. in marg.* — [30]) a summi numinis *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Vac.;* a summi nostri nominis *ms. Pl.* 2.; a summi nostri numinis *ed. Schf.;* summi numinis *Hal. Russ. Cont.* 62. — [31]) sacratissimum *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [32]) ius *in ms. Flor. serius additum.* — [33]) dirigere *ms. Pl.* 1., *Russ. in marg.* — [34]) nobis *edd. Schf. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char.* — [35]) potuerit *Russ. Cont. Char. Pac.;* apparuerit *ed. Nbg.* — [36]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Cont.* 62., *et idem fere in mss. Bg. Gt., Nbg.;* per mille et quadringentos paene (fere) annos *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [37]) doctiores *Vac.* — [38]) cum possit an *ms. Flor. contra auctoritatem omnium mss. et edd. Cod.* — [39]) *ms Flor., Sp.;* multos *mss. et edd. Cod. rell.* — [40]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Sp.;* antea *abest ab Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.* — [41]) *mss. Flor. Pl.* 2. *Bg., Cont.* 62. *Sp. Bk.;* et *addunt mss. Pl.* 1 *Gt. et edd. rell.* — [42]) partim *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [43]) interpretationum *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [44]) hic *ed. Nbg.* — [45]) in hoc codice *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.* — [46]) *ms. Flor., edd. Schf. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.;* qui non subtiliter *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Sp., Vac., var. l. gl.;* qui non insubtiliter *var. l. gl.* — [47]) similitudine *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.;* multitudine *ms. Pl.* 2.; longitudine *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [48]) *verba cancellis inclusa absunt a ms. Flor.; sum genuina sint, merito dubitatur.*

ut si aliquid in veteribus legibus vel constitutionibus, quas antiqui in suis libris imposuerunt[1]), non recte scriptum inveniatis, et hoc reformetis, et ordini moderato tradatis, ut hoc videatur esse verum et optimum et quasi ab initio scriptum, quod a vobis electum et ibi positum fuerit, et nemo ex comparatione veteris voluminis quasi vitiosam scripturam arguere andeat. Quum enim lege antiqua, quae regia nuncupabatur, omne ius omnisque potestas populi Romani in imperatoriam translata sunt potestatem, nos vero sanctionem omnem non dividimus[2]) in alias et alias conditorum partes, sed totam nostram esse volumus, quid[3]) possit antiquitas nostris legibus abrogare? Et in tantum volumus eadem omnia, quum reposita sunt, obtinere, ut, etsi[4]) aliter fuerant[5]) apud veteres conscripta, in contrarium autem in positione[6]) inveniantur, nullum crimen[7]) scripturae imputetur[8]), sed nostrae electioni hoc adscribatur. §. 8. Nulla itaque in omnibus praedicti codicis membris antinomia (sic enim a vetustate graeco vocabulo nuncupatur) aliquem sibi vindicet locum, sed sit una concordia, una consequentia, adversario nemine constituto. §. 9. Sed et similitudinem, secundum quod dictum est, ab huiusmodi consummatione volumus exsulare, et ea, quae sacratissimis constitutionibus, quas in Codicem nostrum redegimus, cauta sunt, iterum poni ex vetere iure non concedimus, quum divalium constitutionum sanctio sufficit[9]) ad eorum auctoritatem, nisi forte vel propter divisionem, vel propter epletionem[10]), vel propter pleniorem indaginem hoc contigerit, et hoc tamen perraro, ne ex continuatione huiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum. §. 10.[a]) Sed et si quae leges in veteribus libris positae iam in desuetudinem[11]) abierunt, nullo modo vobis easdem ponere permittimus, quum haec tantumpodo obtinere volumus[12]), quae vel indiciorum frequentissimus ordo exercuit, vel longa consuetudo huius almae urbis comprobavit, secundum Salvii Iuliani scripturam, quae indicat[13]), debere omnes civitates consuetudinem Romae sequi[14]), quae caput est orbis terrarum, non ipsam alias civitates. Romam autem intelligendum est[15]) non solum veterem, sed etiam regiam nostram, quae Deo propitio cum melioribus condita est auguriis. §. 11. Ideo[16]) iubemus, duobus istis codicibus omnia gubernari, uno constitutionum, altero iuris enucleati et in futurum codicem compositi[17]), vel si quid aliud a nobis fuerit promulgatum institutionum vicem obtinens, ut rudis animus studiosi[18]), simplicibus[19]) enutritus, facilius ad altioris prudentiae redigatur scientiam. §. 12. Nostram autem consummationem, quae a vobis[20]) Deo annuente componetur, Digestorum vel Pandectarum nomen habere sancimus, nullis iuris peritis in posterum audentibus commentarios illi applicare, et verbositate sua supradicti codicis compendium confundere, quemadmodum in antiquioribus temporibus factum est, quum per contrarias interpretantium sententias totum ius paene conturbatum est; sed sufficiat, per indices tantummodo et[21]) titulorum subtilitatem, quae παραπιτλα[22]) nuncupantur[23]), quaedam admonitoria eius[24]) facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo. §. 13. Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio, iubemus, non per siglorum[25]) captiones et compendiosa aenigmata, quae multas per se et per suum vitium antinomias induxerunt, eiusdem codicis textum conscribi, etiamsi numerus librorum significetur, aut aliud quidquam; nec etenim haec[26]) per specialia sigla[27]) numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus. §. 14. Haec igitur omnia Deo placido facere tua prudentia una cum aliis facundissimis viris studeat, et tam subtili quam[28]) celerrimo fini tradere, ut codex consummatus et in quinquaginta libros digestus nobis offeratur in maximam et aeternam rei memoriam, Deique omnipotentis prudentiae argumentum[29]), nostrique[30]) imperii vestrique ministerii gloriam. Data octavo decimo Kalendas Ianuarias[31]), Lampadio et Oreste viris clarissimis Conss. [530.][32])

2.[b]) IMPERATOR CAESAR FLAVIUS IUSTINIANUS, Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper[33]) Augustus, ad Senatum et omnes populos.

Tanta circa nos divinae humanitatis est providentia, ut semper aeternis[34]) liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim Parthica aeterna pace sopita, postque Vandalicam gentem ereptam, et Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano imperio iterum sociatam, et leges antiquas iam senio praegravatas per nostram vigilantiam praebuit in novam[35]) pulchritudinem et moderatum pervenire compendium; quod nemo ante nostrum imperium

---

[a]) *Bas. II.* 6. 20. — [b]) *in hac const., quum et ipsa in ms. Dig. Florentino inter prooemia exscripta sit, tamquam fundamento textus utor lectione Florentina, quam repeto ex* Gronovii *hist. Pand. authent.* (*v. Nota f. ad l.* 1. *h. tit.*). — *Eadem const. et graece promulgata, const.* Δέδωκεν, *legitur in Dig. prooemiis p.* 60. — *Magna pars hui. leg. est apud M.* Vacarium (*Wenck. p.* 80. — *Vac.*).

[1]) imsuerunt *ms. Flor.*, *quod corrige in* insuerunt *aut* imposuerunt; *hoc ult. habent Sp. Bk.*; posuerunt *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Russ. Cont. Char. Pac.*; posuerint *Hal.* — [2]) *ms. Flor.*, *Sp. Bk.*; divisimus *mss. et edd. rell. Cod.* — [3]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2., *Sp. Bk.*; ne quid *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. et rell.*; ut nil *ms. Gt.* — [4]) *ms. Flor.*, *Cont.* 62.; ut si *mss. et edd. rell. Cod.* — [5]) *mss. Flor. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg Schf.*; fuerint *ms. Pl.* 1., *Hal. et rell.* — [6]) in compositione *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.*; in compositionem *ms. Bg.*; in compositione nostra *Hal. et rell. praeter Sp. et Bk.* — [7]) non pro nullum crimen *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [8]) imputetur *abest ab Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [9]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; sufficiat *Hal. et rell.* — [10]) *mss. et edd. Cod.*; propter lectionem *ms. Flor.* — [11]) per desuet. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* (*sed in hoc in lineae superscriptum*), *edd. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [12]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; velimus *Hal. et rell.* — [13]) iudicat *ms. Bg.*, *ed. Nbg.* — [14]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2., *Hal. Cont.* 62. *Bk.*; et legem *addunt ms. Bg.*, *ed. Nbg.*; et leges *edd. Schf. Russ. et rell.*; τῇ συνηθείᾳ τῆς Ῥώμης ἀκολουθεῖν *Bas.* — [15]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; intelligimus *Russ. Cont.* 66. *et rell.*; νοητέον *Bas.* — [16]) *ms. Flor.*, *Hal. Sp. Bk.*; Ideoque *mss. et edd. Cod. rell.* — [17]) componendo *ms. Pl.* 1.; componendi *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [18]) studiose *Bk.* — [19]) simpliciter *Hal.* — [20]) *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Bk.*; quae vobis *ms. Flor.*; quae a nobis *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Schf. Hal. et rell.* — [21]) et *abest a ms. Flor.* — [22]) naraticia *mss. Pl.* 1. 2. *et similiter Bg.*, *ed. Schf.*; παραιτήκα *ed. Nbg.* — [23]) quae παραιτ. nuncup. *absunt a ms. Flor.* — [24]) eis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; ei se *ms. Gt.* — [25]) *Cont.* 62. *in marg.*, *Bk.*; sinplorum *ms. Flor.* (*cfr. nota* 27.); simplorum *Sp.*; signorum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. et rell.* — [26]) haec *abest a ms. Flor.* — [27]) *ms. Flor.*; signa *mss. et edd. Cod.* — [28]) quamquam *ms. Flor.* — [29]) providentiam et argum. *mss. Pl.* 1. *Bg.*; providentiam et augmentum *ms. Pl.* 2.; providentiam augmentum *ed. Nbg.*; providentia augmentum *ms. Gt.*; providentiae argum. *edd. Schf. Hal. et rell praeter Sp.* — [30]) nostri *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Nbg.* — [31]) Kal. Ianuariis *ms. Flor.*, *Sp.*; D. XIIII. Kal. Ianuar. Constantinop. *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; D. XVIII. Kal. Ian. Constantinop. *Cont.* 62. — [32]) *Lege feliciter addit ms. Flor.*; *Feliciter additum in Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [33]) *ms. Flor.*; Alamannicus — semper *absunt a mss. et edd. Cod.* — [34]) semper extra ius *Vac.* — [35]) navam *ms. Flor.*

perium unquam speravit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimavit. Erat enim mirabile, Romanam sanctionem ab urbe condita usque ad nostri imperii tempora, quae paene in mille et quadringentos [1]) annos concurrunt, intestinis praeliis vacillantem, hocque et in imperiales constitutiones extendentem, in unam reducere consonantiam, ut nihil neque contrarium, neque idem, neque simile in ea inveniatur, et ne geminae leges pro rebus singulis positae usquam appareant. Namque hoc coelestis quidem providentiae peculiare fuit, humanae vero imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus praesidium, et summo numine invocato Deum auctorem et totius operis praesulem fieri optavimus, et omne studium Triboniano, viro excelso, magistro officiorum et [2]) exquaestore sacri nostri palatii et exconsule, credidimus, eique omne ministerium huiuscemodi ordinationis imposuimus, ut ipse una cum aliis illustribus et prudentissimis viris [3]) nostrum desiderium adimpleret. Nostra quoque maiestas semper investigando et perscrutando ea, quae ab his componebantur, quicquid dubium et incertum inveniebatur, cum numine coelesti recte [4]) emendabat, et in competentem formam redigebat. §. 1. Omnia igitur confecta sunt, domino et Deo nostro Iesu Christo possibilitatem tam nobis quam nostris in hoc satellitibus praestante. Et principales quidem constitutiones duodecim libris digestas iam ante in Codicem nostro nomine praefulgentem contulimus. Postea vero maximum opus aggredientes ipsa vetustatis studiosissima opera, iam paene confusa et dissoluta, eidem viro ex celso permisimus tam colligere, quam certo moderamini [5]) tradere. Sed quum omnia percontabamur, a praefato viro excelso suggestum est [6]), duo paene millia librorum esse conscripta, et plus quam trecenties decem millia [7]) versuum a veteribus effusa, quae necesse esset omnia et legere et perscrutari, et ex his, si quid optimum fuisset [8]), eligere. Quod coelesti fulgore et summae Trinitatis favore confectum est secundum nostra mandata, quae ab initio ad memoratum virum excelsum fecimus, et in quinquaginta libros omne, quod utilissimum erat, collectum est, et omnes ambiguitates decisae [9]), nullo seditioso relicto, nomenque libris imposuimus Digestorum seu Pandectarum, quia [10]) omnes disputationes et decisiones in se habent [11]) legitimas, et quod undique fuit collectum, hoc in sinus suos [12]) receperunt, in centum quinquaginta paene millia versuum totum opus consummantes, et in septem partes eos digessimus, non perperam neque sine ratione, sed in numerorum naturam et artem respicientes, et consentaneam eis divisionem partium conficientes. §. 2. Igitur prima quidem pars totius contextus, quae graeco vocabulo πρῶτα [13]) nuncupatur, in quatuor libros seposita est. §. 3. Secundus autem articulus septem libros habet, qui de iudiciis appellantur [14]). §. 4. In tertia vero congregatione omnia, quae de rebus nominantur, contulimus, octo libris eis [15]) deputatis. §. 5. Quartus autem locus, qui et totius compositionis quasi quidam invenitur umbilicus [16]), octo libros suscepit, in quibus [17]) omnia, quae ad hypothecam pertinent, reposita sunt, ut non a [18]) pignoratitia actione, in libris de rebus posita, multum distarent. Alio libro, eodem inserto volumine [19]), qui aedilicium edictum, et redhibitorium actionem, et duplae stipulationem, quae de evictionibus proposita [20]) est, continet, quia haec omnia titulis emtionum et venditionum consentanea sunt, et praedictae actiones quasi pedisequae illarum ab initio processerunt, in vetustioris quidem edicti ordinatione in loca devia et multo distantia devagantes, per nostram autem providentiam his congregatae, quum [21]) oportuerat ea, quae de eodem paene loquuntur, in confinio ponere. Alius itaque [22]) liber post duo primos nobis excogitatus est de usuris et traiectitiis pecuniis, et de instrumentis, et testibus, et probationibus [23]), nec non praesumtionibus; et memorati tres singulares libri iuxta compositionem de rebus positi sunt. Post hos si qua de sponsalibus, vel nuptiis, vel dotibus legibus [24]) dicta sunt, reposuimus, tribus librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem et curationibus geminos libros conscripsimus. Et memoratam ordinationem octo librorum mediam totius operis reposuimus, omnia undique tam utilissima quam pulcherrima iura continentem. §. 6. Quintus autem exoritur nobis Digestorum articulus, in quem [25]) de testamentis et codicillis tam privatorum quam militum omne, quidquid antiquis dictum [26]), inveniat quis repositum, qui de testamentis appellatur. De legatis autem et fideicommissis quinque librorum numerus aggregatus est. Quumque nihil tam peculiare fuerat, quam ut [27]) legatis quidem legis Falcidiae narratio [28]), fideicommissis autem [29]) senatusconsulti Trebelliani, singulis libris utrique eorum applicatis, tota pars quinta in novem libros coadunata est. Solum autem senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimavimus; captiosas etenim et ipsis veteribus odiosas

---

[1]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. *Sp. Bk.*; trecentos *Hal. et rell., quod in veteribus mss. legi contendit Char. in marg.*; χίλια καὶ τετρακόσια *const. Δέδωκεν ante emendat. Cont.*; *cfr. l.* 1. §. 5. *h. tit.* — [2]) et *abest ab Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; καὶ ἀπὸ κουαιστόρων *const. Δέδωκεν.* — [3]) *mss. et edd. Cod., si excipias ed. Nbg., in qua est* aliis illustribus viris, *omissis* et prudent.; aliis viris illustribus et prudentissimis IIIIRIS (i. e. iuris) *ms. Flor.*; *sed* ἄλλοις ἐνδόξοις τε καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν *const. Δέδωκεν.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* (*nisi quod* hoc τῷ cum *praemittat*), *edd. Nbg. Schf. Hal.* (*transpositis tamen vv.* coel. num.), *Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Bk.*; hoc nomine caelesti erecta *ms. Flor.*; cum numine coel. erecta *Cont.* 62.; hoc numine coel. erecta *Sp.* — [5]) moderamine *ms Flor., Sp.* — [6]) et *ms. Flor.*; et (est) *Cont.* 62. — [7]) *ms. Flor., Sp.*; tricies centena *Hal.*; tricies centena millia *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Russ. et rell., Vac.*; μυριάδων τριακοσίων *const. Δέδωκεν.* — [8]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; si quid opt. esset *Cont.* 62., *Vac.*; si quid opt. sit *Sp.*; quod opt. fuisset *Hal.*; quod opt. esset *Russ.* Cont. 66. 71. 76. *Char. Pac.*; quod opt. sit *Bk.* — [9]) dicisac *ms. Flor.*; sunt *addunt edd. Nbg. Russ. Cont. Char. Pac.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; qui *ms. Flor.*; quod *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [11]) habeant *edd. Nbg. Russ. Cont. Pac. Sp.* — [12]) suos *abest a ms. Flor.* — [13]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. (*in hoc tamen v.* πρῶτα *valde mutilata*) *Bg., edd. Nbg. Cont.* 62. *Sp. Bk.*; quae graeco voc. τὰ πρῶτα *Hal.*; quae graece τὰ πρῶτα *Russ. Cont.* 66. *et rell.*; quae graece .... *omisso* πρῶτα *ed. Schf.* — [14]) appellatur *ms. Gt., edd. Schf. Hal. et rell. praeter Sp.* — [15]) *mss. Flor. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf. Sp.*; ei *mss. Pl.* 2. *Gt., Hal. et rell.* — [16]) quoddam inven. umbilicum *ms. Flor., Sp.* — [17]) in quorum primo *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Bk.*; ἐν οἷς ἐστὶ μὲν ἡ ὑποθηκάρια *const. Δέδωκεν.* — [18]) ut non *omisso* a *ms. Flor.*; non ut a *ms. Pl.* 1. — [19]) *ms. Flor., Sp. Bk.*; in eod. ins. vol. *ms. Bg.*; eid. inserto volumine *ed. Schf.*; eid. inserto volumini *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Hal. et rell.* — [20]) quae evictionibus adposita est *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [21]) congregare eum *ed. Nbg.* — [22]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; denique *Hal. et rell.* — [23]) seu probat. *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; καὶ ἀποδείξεων *const. Δέδωκεν.* — [24]) vel dotibus vel legibus *ed. Schf.*; de dotibus et legibus earum *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; τὰ περὶ μνηστρῶν — καὶ προικὸς νενομοτεθημένα *const. Δέδωκεν.* — [25]) in quo *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Russ. Cont. Char. Pac.* — [26]) *ms. Flor., Sp. Bk.*; antiquis dictum est *Cont.* 62.; antiquitus dictum est *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. et rell.* — [27]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. *Sp.*; ut *abest ab Hal. et rell.* — [28]) aggregetur *addit ms. Bg. ex recentiore emendat.* — [29]) quam *inserit Hal. Russ. Cont* 66. 71. 76. *Char. Pac.*

odiosas Pegasiani senatusconsulti ambages, et utrinsque senatusconsulti ad se [1]) tam supervacuas quam scrupulosas diversitates respuentes, totum ius super his positum Trebelliano senatusconsulto adiudicavimus. Sed in his nihil de caducis a nobis memoratum est, ne causa, quae in rebus non prospere gestis et tristibus [2]) temporibus Romanis increbruit [3]) calamitatibus, bello coalescens civili, nostris maneat [4]) temporibus, quae favor coelestis et pacis vigore [5]) firmavit, et omnes gentes in bellicis periculis superposuit [6]), ne luctuosum monumentum laeta secula inumbrare concedatur. §. 7. Sexta deinde pars Digestorum exoritur, in quibus [7]) omnes bonorum possessiones positae sunt, quae ad ingenuos, quae [8]) ad libertinos respiciunt, ut et ius omne, quod de gradibus et affinitatibus descendit, legitimaeque hereditates [9]), et omnis ab intestato successio; et Tertullianum et Orphitianum senatusconsultum, ex quibus mater et filii invicem sibi heredes existunt, in geminos libros contulimus, bonorum possessionis [10]) multitudinem in compendiosum et manifestissimum ordinem concludentes. Post haec ea, quae de operis novi nuntiationibus, damnique infecti, et pro aedificiis dirutis, et eorum insidiis, et quae de aqua pluvia [11]) arcenda veteribus auctoribus placita sunt, nec non de publicanis, et donationibus, tam inter vivos quam mortis causa conficiendis, cauta legibus invenimus, in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem et de liberali causa alius liber respondit; quemadmodum et de adquisitione tam dominii quam possessionis, et titulis, qui eam inducunt, multae et variae lectiones [12]) uni sunt insertae volumini, alio libro deputato his, qui indicati vel in iure confessi sunt, et de bonorum detentionibus et venditionibus, et ut ne quid in fraudem creditorum fiat. Postque haec omnia interdicta glomerata sunt et deinceps exceptiones; et de [13]) temporum prolixitatibus [14]), et de obligationibus et actionibus liber iterum singularis extenditur [15]), ut praefata sexta pars totius Digestorum voluminis octo libris definiatur. §. 8. Septimus autem et novissimus articulus Digestorum sex libris formatus est, quo [16]) de stipulationibus seu verborum obligationibus [17]), et fideiussoribus, et mandatoribus, nec non novationibus, et solutionibus, et acceptilationibus, et de praetoriis stipulationibus omne, quod [18]) ius invenitur, gemino volumine inscriptum est [19]), quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hoc duo terribiles libri positi [20]) sunt pro delictis [21]) privatis et extraordinariis, nec non publicis criminibus, qui omnem continent severitatem poenarumque atrocitatem. Quibus permixta sunt ea, quae de audacibus hominibus cauta sunt, qui [22]) se celare conantur et contumaces existunt, et de poenis, quae condemnatis infliguntur vel conceduntur, nec non de eorum substantiis. Liber autem singularis pro appellationibus nobis excogitatus est contra sententias, tam civiles quam criminales causas finientes. Cetera autem omnia, quae ad municipales [23]), vel de decurionibus, et muneribus, vel publicis operibus, vel nundinis, et pollicitationibus, et diversis cognitionibus, et censibus [24]), vel significatione [25]) verborum veteribus inventa sunt, quaeque regulariter definita, in sese recepit [26]) quinquagesimus totius consummationis perfectus [27]). §. 9. Quae omnia confecta sunt [28]) per virum excelsum, nec non prudentissimum magistrum, exquaestore et exconsule, Triboniannm, qui similiter eloquentiae et legitimae scientiae artibus decoratus, et in ipsis rerum experimentis emicuit, nihilque maius nec carius nostris nunquam iussionibus duxit; nec non per alios viros magnificos et studiosissimos perfecta sunt, id est Constantinum, virum illustrem, comitem sacrarum largitionum et magistrum scrinii libellorum sacrarumque cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione et gloria sese commendavit; nec non Theophilum, virum illustrem, magistrum iurisque peritum, in hac splendidissima civitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem; et Dorotheum, virum [29]) illustrem et facundissimum quaestorium, quem in Berytiensium [30]) splendidissima civitate leges discipulis tradentem propter eius optimam opinionem et gloriam ad nos deduximus, participemque huius operis fecimus; sed et Anatolium, virum illustrem, magistrum, qui et ipse apud Berytienses [31]) iuris interpres constitutus ad hoc opus allectus [32]) est, vir ab antiqua stirpe legitima procedens, quum et pater eius Leontius, et avus Eudoxius [33]), qui [34]) post Patricium, inclytae recordationis quaestorium et antecessorem, et [35]) Leontium, virum gloriosissimum praefectorium [36]), consularem, atque Patricium, filium [37]) eius, optimam sui memoriam in legibus reliquerunt; nec non Cratinum, virum illustrem, et comitem sacrarum largitionum, et optimum antecessorem

[1]) inter se *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [2]) tristis *ms. Flor.* — [3]) incubuit *ms. Bg.*; increpuit *ed. Nbg.*; increvit *ms. Gt.* — [4]) *ms. Flor., Cont.* 62.; in nostris remanet *ed. Nbg.*; in nostris remaneat *rell. mss. et edd. Cod.* — [5]) *ms. Flor.*; vigor *mss. et edd. Cod.*; καθ' οὗς ὁ Θεὸς εἰρήνην — δέδωκεν ἡμῖν ἄγειν *const. Δέδωκεν.* — [6]) *ms. Flor.*; et super omnes gentes in bellicis victoriis posuit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; et super omnes gentes in bell. victori periculis superposuit *Sp.*; et super — bellicis periculis superposuit *Bk.* — [7]) *mss. Flor. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; in qua *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [8]) quae tam ad ing. quam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [9]) hereditatis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *refragatur huic lect. const. Δέδωκεν* §. 7. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; possessionus *ms. Flor.*; possessionum *Sp. Bk.* — [11]) pluviali *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [12]) actiones *ms. Flor.* — [13]) *mss. Flor. Pl.* 2., *edd. Nbg. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; de *omisso* et *edd. Schf. Hal. Bk.*; sed de *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [14]) praescriptionibus *Char. in marg. ex libro Auredani.* — [15]) ostenditur *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [16]) *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; quos *mss. Flor. Pl.* 2. (*sed in hoc ante emendat. recent. fuit* quo); in quo *Hal. et rell.* — [17]) seu verbor. obligat. *absunt ab edd. Nbg. Hal.*; *in ms. Flor. sunt a recentiore manu addita*; *nec in const. Δέδωκεν* §. 8. *est eorum vv. vestigium.* — [18]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg., Sp. Bk.*; omne in quod *ed. Schf.*; omneque *Hal.*; omne quidem *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [19]) esse *edd. Nbg. Hal. et postea rell. praeter Sp. Bk.* — [20]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Sp. Bk.*; positi *abest ab edd. Schf. Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; pro delictisunt pro delictis *ms. Flor.*, *ut videtur, ex errore scribae*; de delictis *Hal. et rell.* — [22]) et qui *edd. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [23]) *ms. Flor., Cont.* 62. *Sp.*; pro municipalibus *mss. Pl.* 1. 2. *ed. Schf.*; de municipalibus *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [24]) et censibus *absunt a ms. Pl.* 1., *in ms. Flor. demum a recentiore manu addita.* — [25]) *mss. Flor. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Cont.* 62. *Sp. Bk.*; significationibus *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [26]) *ms. Flor., edd. Nbg. Sp. Bk.*; recipit *mss. Cod. et edd. rell.*; περιέχει *const. Δέδωκεν* §. 8. — [27]) perfectio *Hal. Russ.* — [28]) confecta sunt *absunt ab Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [29]) virum *in ms. Flor. serius additum.* — [30]) *Hal. et postea rell. praeter Sp.*; beritensium *mss. Pl.* 2. *Bg.*; berritensium *ms. Pl.* 1.; berithensium *ed. Nbg.*; berytensium *ed. Schf.*; verutiensium *ms. Flor.*; Berutiensium *Sp.*; τῶν Βερυτίων *const. Δέδωκεν* §. 9. — [31]) verutienses *ms. Flor.*; *cfr. nota praecedens.* — [32]) adiectus *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Russ.*; electus *Hal.* — [33]) et avus Eudoxius *absunt ab Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [34]) qui *abest ab Hal. Russ. Bk.* — [35]) avus eius Eudoxius post *inserunt Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [36]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; praefectorem *ms. Flor.*; praefectorum *ms. Pl.* 1.; praetorium *Russ. Cont.* 66. *et rell.* τὸν παντεύφημον ἀπὸ ὑπάρχων *const. Δέδωκεν* §. 9. — [37]) filios *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*

sorem huius almae urbis constitutum. Qui omnes ad praedictum opus electi sunt una cum Stephano, Menna [1]), Prosdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Constantino, Ioanne, viris prudentissimis, qui patroni quidem sunt causarum apud maximam sedem praefecturae, quae Orientalibus praetoriis praesidet, omne [2]) autem suae virtutis testimonium undique accipientes, et a nobis ad tanti operis consummationem electi sunt. Et quum omnes in unum convenerunt, gubernatione Triboniani, viri excelsi, ut tantum opus nobis auctoribus possint conficere, Deo propitio in praedictos [3]) quinquaginta libros opus consummatum est. §. 10. Tanta autem a [4]) nobis antiquitati habita est reverentia, ut nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo, sed unusquisque eorum, qui auctor legis fuit, nostris Digestis inscriptus est; hoc tantummodo a nobis effecto, ut, si quid in legibus eorum vel supervacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum visum est, vel adiectionem, vel deminutionem necessariam accipiat, et rectissimis tradatur regulis. Et in [5]) multis similibus vel contrariis, quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus positum est, unaque [6]) omnibus auctoritate indulta, ut, quidquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat, et ex nostra voluntate compositum; nemine audente comparare ea, quae antiquitas habebat, et quae [7]) nostra auctoritas introduxit, quia multa et maxima sunt, quae propter utilitatem rerum transformata sunt; adeo ut, etsi principalis constitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus [8]), sed et hoc corrigendum [9]) esse putavimus, et in melius restaurandum [10]). Nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorum et necessarium fuerat, hoc nostris emendationibus servavimus, et propter hanc causam et si quid inter eos dubitabatur, hoc iam in tutissimam pervenit quietem, nullo titubante relicto. §. 11. Sed quum prospeximus [11]), quod ad portandam tantae sapientiae molem non sunt idonei homines rudes, et qui in primis legum vestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant, et aliam mediocrem emendationem [12]) praeparandam [13]) esse censuimus, ut sub ea colorati, et quasi primitiis [14]) omnium imbuti, possint ad penetralia eorum intrare, et formam legum pulcherrimam non conniventibus oculis accipere [15]). Et ideo Triboniano, viro excelso, qui ad totius operis gubernationem electus est, nec non Theophilo et Dorotheo, viris illustribus et facundissimis antecessoribus, accersitis mandavimus, quatenus libris, quos veteres composuerunt, qui prima legum argumenta continebant, et Institutiones vocabantur, separatim collectis, quidquid ex his utile et aptissimum et undique sit [16]) elimatum, et rebus, quae in praesenti aevo in usu versantur, consentaneum invenitur [17]), hoc et capere studeant, et quatuor libris reponere [18]), et totius eruditionis prima fundamenta atque elementa ponere, quibus iuvenes suffulti possint graviora et perfectiora legum scita sustentare. Admonuimus autem eos, ut memores etiam nostrarum fiant constitutionum, quas pro emendatione iuris promulgavimus, et in confectione [19]) Institutionum etiam eadem emendatione [20]) ponere non morentur, ut sit manifestum, et quid antea vacillabat, et quid postea in stabilitatem redactum est. Quod opus ab his perfectum, ut nobis oblatum et relectum [21]) est, et prono suscepimus animo, et nostris sensibus non indignum esse indicavimus, et praedictos libros constitutionum vicem habere iussimus; quod et in oratione nostra, quam eisdem libris proposuimus [22]), apertius declaratur. §. 12. Omni igitur Romani iuris dispositione composita, et in tribus voluminibus, id est Institutionum, et Digestorum seu Pandectarum, nec non Constitutionum, perfecta, et in [23]) tribus annis consummata, quae, ut primum separari [24]) coepit, neque in totum decennium [25]) compleri sperabatur, omnipotenti Deo et hanc operam ad hominum sustentationem piis obtulimus animis, uberesque gratias maximae Deitati reddidimus, quae nobis praestitit et bella feliciter agere, et honesta pace perpotiri [26]), et non tantum nostro, sed etiam omni aevo, tam instanti quam posteriori, leges optimas ponere. §. 13. Omnibus itaque hominibus eandem sanctionem manifestam facere, necessarium esse perspeximus, ut sit eis cognitum, quanta confusione et infinitate [27]) absoluti, in quam [28]) moderationem et legitimam veritatem pervenerunt [29]), legesque in posterum habeant tam directas, quam compendiosas, omnibusque in promtu positas, et ad possidendi libros earum facilitatem idoneas, ut non mole divitiarum expensa possint homines supervacuae legum multitudinis adipisci volumina, sed vilissima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam ditioribus, quam tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda [30]). §. 14. Si quid autem in tanta legum compositione [31]), quae ab immenso librorum numero collecta est, simile forsitan raro inveniatur, nemo hoc vituperandum existimet, sed primum quidem imbecillitati humanae, quae naturaliter inest, hoc inscribat [32]), quia omnium habere memoriam, et penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quam mortalitatis est (quod et a maioribus dictum est); deinde sciat, quod similitudo in quibusdam, et his brevissimis, assumta non inutilis est, et nec [33]) citra nostrum propositum hoc subsecutum. Aut enim ita lex necessaria erat, ut diversis titulis propter rerum cognationem [34]) applicari eam oporteat [35]), aut, quum fuerat aliis

[1]) Mena *ms. Flor.*; Moena *Hal.* — [2]) omnes *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Bk.* — [3]) *ms. Flor., Sp. Bk.*; praedictos *abest a mss. Cod. et edd. rell.* — [4]) a *abest a mss. Pl.* 1. 2., *etiam in ms. Flor. serius demum additum.* — [5]) et ex *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; Sed et ex *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [6]) una *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [7]) *ms. Flor., edd. Schf. Sp. Bk.*, his (iis) quae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; cum iis (his) quae *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [8]) pepercerimus *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Bk.*; *iidem et postea* putaverimus. — [9]) *ms. Flor., Sp. Bk.*; hanc corrigendam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. et rell.* — [10]) *ms. Flor., edd. Schf. Sp. Bk.*; restaurandam *mss. Cod. et edd. rell.* — [11]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Sp. Bk.*; perspeximus *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; perspexerimus *Hal. Russ. Cont.* 62. — [12]) *ms. Flor., Sp. Bk.*; eruditionem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Cod. rell.* — [13]) properandam *ed. Nbg.* — [14]) primitus *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Pac.* — [15]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; aspicere *ms. Bg., Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [16]) sit *abest ab Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [17]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; inveniatur *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [18]) imponere *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [19]) confessione *Cont.* 76.; constitutione *ms. Bg.* — [20]) *ms. Flor., Cont.* 62. *Sp. Bk.*; eandem emendationem *mss. et edd. Cod. rell.* — [21]) relictum *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Russ.*; ἡμεῖς — καταασκεψάμενοι καὶ διακρίναντες *const.* Δέδωκεν §. 11. — [22]) *mss. Flor. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; praeposuimus *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [23]) in *abest a ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [24]) separari *abest ab Hal.*; sperari *mss. Cod. et edd. Nbg. Russ. Cont. Char. Pac.*; superari *rectam lect. esse coniicio et maxime congruam constitutioni* Δέδωκεν §. 12. — [25]) in toto decennio *Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.* — [26]) potiri *mss. Cod. et edd. praeter Cont.* 62. *Sp. Bk.* — [27]) iniquitate *ms. Pl.* 1., *Hal. Bk.* — [28]) *ms. Flor., Cont.* 62. *Sp. Bk.*; quantam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Cod. rell.* — [29]) *mss. Flor. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; pervenerint *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [30]) comparanda *ms. Bg., Bk.* — [31]) Si quid aut. legum in tanta compos. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [32]) adscribat *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Bk.* — [33]) nec *abest ab Hal.*; *sed* τὴν τῶν ὁμοίων παραδεξάμεθα θέσιν *const.* Δέδωκεν §. 13. — [34]) cognitionem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [35]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Sp.*; oportuerit *Hal. et rell.*

aliis diversis permixta, impossibile erat, eam[1]) per partes detrahi[2]), ne[3]) totum confundatur[4]), et in his partibus, in quibus perfectissime[5]) visiones[6]) veterum expositae fuerant, quod particulatim in eas fuerat sparsum, hoc dividere ac separare penitus erat incivile, ne tam sensus, quam aures legentium ex hoc perturbentur[7]). Similique modo, si quid principalibus constitutionibus cautum est, hoc in Digestorum volumine poni nullo concessimus modo, quasi constitutionum recitatione sufficiente, nisi et hoc raro ex hisdem causis, quibus[8]) similitudo assumta est. §. 15. Contrarium autem aliquid in hoc codice positum nullum sibi locum vindicabit, nec invenitur, si quis subtili animo diversitatis rationes excutiet, sed est aliquid novum inventum vel occulte positum, quod dissonantiae querelam dissolvit, et aliam naturam inducit discordiae fines effugientem. §. 16. Sed et si quid forsitan praetermissum est, quod in tantis millibus quasi in profundo positum latitabat, et quum idoneum fuerat poni, obscuritate involutum necessario derelictum est, quis hoc apprehendere[9]) recto animo possit? primo quidem propter ingenii mortalis exiguitatem, deinde propter ipsius rei vitium, quod multis inutilibus permixtum, nullam sui ad eruendum[10]) praebuit copiam[11]), dein quod multo utilius est, panca idonea effugere[12]), quam multis inutilibus homines praegravare. §. 17. Mirabile autem aliquid ex his libris emersit, quod multitudo antiqua praesente brevitate paucior invenitur. Homines etenim, qui antea lites agebant, licet multae leges fuerant positae, tamen ex paucis lites perferebant[13]), vel propter inopiam librorum, quos comparare eis impossibile erat, vel propter ipsam inscientiam[14]); et voluntate[15]) iudicum magis, quam legitima auctoritate lites dirimebantur[16]). In praesenti autem consummatione nostrorum Digestorum e tantis leges collectae sunt voluminibus, quorum et nomina antiquiores homines non dicimus nesciebant, sed nec unquam audiebant. Quae omnia collecta sunt substantia amplissima congregata, ut egena quidem antiqua multitudo inveniatur, opulentissima autem brevitas nostra efficiatur. Antiquae autem sapientiae librorum copiam maxime Tribonianus, vir excellentissimus, praebuit, in quibus multi fuerant et ipsis eruditissimis hominibus[17]) incogniti, quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc semotum in optimam nostram compositionem pervenit. Sed huius operis conditores non solum ea volumina perlegerunt, ex quibus leges positae sunt, sed etiam alia multa, quae[18]), nihil vel utile vel novum in[19]) eis invenientes, quod exceptum[20]) nostris Digestis applicarent, optimo animo respuerunt. §. 18. Sed quia divinae quidem res perfectissimae sunt, humani vero iuris conditio semper in infinitum[21]) decurrit[22]), et nihil est in ea[23]), quod stare perpetuo possit (multas etenim formas edere natura novas deproperat), non desperamus, quaedam postea emergi negotia, quae adhuc legum laqueis non sunt innodata[24]). Si quid igitur tale contigerit, augustum imploretur remedium, quia ideo imperialem fortunam rebus humanis Deus praeposuit, ut possit omnia, quae noviter contingunt, et emendare, et componere, et modis et regulis competentibus tradere. Et hoc non primum a nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia, quum et ipse Iulianus, legum et edicti perpetui subtilissimus conditor, in suis libris hoc retulit[25]), ut, si quid imperfectum inveniatur, ab imperiali sanctione hoc repleatur; et non ipse solus, sed et divus Hadrianus in compositione edicti et senatusconsulto[26]), quod eam secutum est, hoc apertissime definivit, ut, si quid in edicto positum non inveniatur[27]), hoc ad eius regulas eiusque coniecturas et imitationes[28]) possit nova instruere[29]) auctoritas. §. 19. Haec igitur omnia scientes, patres conscripti, et omnes orbis terrarum homines gratias quidem amplissimas agite summae Divinitati, quae vestris[30]) temporibus tam saluberrimum opus servavit. Quo enim antiquitas digna divino non est visa iudicio, hoc vestris[31]) temporibus indultum est. Hasce itaque leges et adorate[32]) et observate[33]), omnibus antiquioribus quiescentibus, nemoque vestrum andeat vel comparare eas prioribus, vel, si quid dissonans in utroque est, requirere[34]), quia[35]) omne, quod hic positum est, hoc unicum et solum observari censemus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, ubi leges necessariae sunt, ex aliis libris, nisi ab iisdem Institutionibus nostrisque Digestis et constitutionibus, a nobis compositis vel promulgatis, aliquid vel recitare vel ostendere conetur, nisi temerator velit falsitatis crimini[36]) subiectus una cum iudice, qui eorum audientiam patiatur[37]), poenis gravissimis laborare. §. 20. Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris haec consummatio ordinata est[38]), iussimus et hoc in primordiis Digestorum nostrorum inscribi, ut manifestissimum[39]) sit, ex quibus legislatoribus quibusque libris eorum et quot[40]) millibus[41]) hoc iustitiae Romanae templum aedificatum est. Legislatores autem vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant[42]), et quos et anteriores piissimi principes admittere non sunt indignati[43]), omnibus uno dignitatis apice impertito, nec sibi

[1]) eam *in ms. Flor. a seriore manu adiectum.* — [2]) distrahi *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [3]) ius *inserunt Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. — [4]) confunderetur *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [5]) perfectissimae *ms. Flor., edd. Nbg. Cont.* 62. *Sp.* — [6]) *ms. Flor., Cont.* 62. *Sp.*; iussiones *mss. Cod. et edd. rell.*; *alios* decisiones, *alios* divisiones *legere, Russ. et Char. in marg. referunt*; τὸ τῆς ὅλης ἀκριβείας συνεχές *const.* Λέδωχεν §. 13. — [7]) perturbarentur *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Bk.* — [8]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. *Sp.*; ex quibus *Hal. et rell.* — [9]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2., *Cont.* 62. *in marg.*; reprehendere *ms. Bg.* (*ex recent. emendationes*), *edd. omnes.* — [10]) sibi ad eruendum *ms. Pl.* 1.; sibi ad erudiendum *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [11]) curam *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [12]) idonee effundere *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; idonea effundere *ms. Gt., ed. Schf.*; idonee efficere *ms. Pl.* 2; idonea efficere *ms. Bg.*; idonee effingere *Hal.*; idonee effugere *Cont.* 62. — [13]) proferebant *ms. Bg., ed. Nbg.*; perferebantur *Hal.* — [14]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; inscitiam *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) et voluntatem *edd. Nbg. Schf. Cont.* 76. — [16]) detinebantur *Pac.* — [17]) hominum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Hal.* — [18]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; qui *ms. Bg., ed. Schf.*; quae isti *Hal. et rell.* — [19]) in *abest a ms. Flor.*; in eis *absunt a ms. Pl.* 2. — [20]) exceptum *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [21]) semper infinitum *ms. Flor., Cont.* 62. — [22]) decurret *ms. Flor., ex mutatione duarum literarum* e *et* i *creberrime in ipso obvia.* — [23]) eo *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [24]) enodata *ms Pl.* 1.; innovata *ms. Flor.* — [25]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Sp.*; retulerit *Hal. et rell.* — [26]) senatusconsulti *mss. Gt. Pl.* 2. (*ex emendat. recentiore*), *ed. Nbg.* — [27]) *mss. et edd. Cod.*; inveniatur *ms. Flor.* — [28]) mutationes *ed. Nbg.* — [29]) constituere *edd. Nbg Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; construere *Russ.* — [30]) *ms. Flor., Cont.* 62. *Sp. Bk.*; nostris *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* (*per correctionem recentiorem*), *edd. Nbg. Schf. Hal. et rell.*; ὑμετέροις χρόνοις *const.* Λέδωχεν §. 19. — [31]) nostris *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [32]) et orate et salvate *ms. Pl.* 2. — [33]) servate *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [34]) quaerere *ms. Pl.* 2., *Hal.* — [35]) quia *in ms. Flor. a seriore manu insertum.* — [36]) crimine *ms. Flor.*; *cfr. nota* 22. — [37]) ei audientiam accommodaverit (accommodavit) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont Char. Pac., Pac.* — [38]) sit *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [39]) manifestum *ms. Bg., Russ. Cont. Char. Pac.* — [40]) quod *ms. Flor.* — [41]) quibusque — millibus *absunt a ms. Pl.* 1. — [42]) *mss. et edd. Cod.*; operant *pro* opere fuerant *ms. Flor.* — [43]) dedignati *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. *Char. Pac.*; dignitati *Cont.* 76.

sibi quoquam [1]) aliquam praerogativam vindicante. Quum [2]) enim constitutionum vicem et has leges obtinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas, quid amplius aut minus in quibusdam esse intelligatur, quum una dignitas, una potestas omnibus est indulta? §. 21. Hoc autem, quod et ab initio nobis visum est [3]), quum hoc opus fieri Deo annuente mandabamus, tempestivum nobis videtur et in praesenti sancire, ut nemo neque eorum, qui in praesenti iuris peritiam habent [4]), neque postea fierent [5]), audeat commentarios hisdem legibus annectere, nisi tantum si velit eas in graecam vocem transformare, sub eodem ordine eaque [6]) consequentia, sub qua et voce Romana [7]) positae sunt (hoc, quod Graeci κατὰ πόδα [8]) dicunt), et si quid [9]) forsitan per titulorum subtilitatem annotare maluerint, et ea, quae paratitla [10]) nuncupantur, componere. Alias autem legum interpretationes, immo magis perversiones, eos iactare [11]) non concedimus, ne verbositas eorum aliquod legibus nostris afferat ex confusione dedecus; quod et in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus moderate confectum huc atque illuc in diversas sententias producentes [12]) in infinitum detraxerunt [13]), ut [14]) paene omnem Romanam sanctionem esse confusam [15]). Quos [16]) si passi non sumus, quemadmodum posteritatis admittatur vana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint, ipsi quidem falsitatis rei constituantur, volumina autem eorum omnimodo corrumpentur. Si quid vero, ut supra dictum est, ambiguum fuerit visum, hoc ad imperiale culmen per iudices referatur, et ex auctoritate augusta manifestetur, cui soli concessum est leges et condere et interpretari. §. 22. [a]) Eandem autem poenam falsitatis constituimus et adversus eos, qui in posterum leges nostras per siglorum [17]) obscuritates ausi fuerint conscribere. Omnia enim, id est [18]) et nomina prudentium, et titulos, et librorum numeros per consequentias literarum volumus, non per sigla [19]) manifestari; ita ut qui talem librum sibi paraverit, in quo sigla [20]) posita sunt in qualemcunque locum [21]) libri vel voluminis, sciat inutilis [22]) se esse codicis dominum; neque enim licentiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacunque sua parte siglorum [23]) habet malitias. Ipse autem librarius, qui eas [24]) inscribere ausus fuerit, non solum criminali poena, secundum quod dictum est, plectetur, sed etiam libri aestimationem in duplum domino reddat, si et ipse dominus ignorans talem librum vel comparaverit, vel confici curaverit; quod et antea a nobis dispositum est et in latina constitutione, et in graeca, quam [25]) ad legum professores dimisimus. §. 23. [b]) Leges autem nostras, quae [26]) in his codicibus, id est Institutionum seu Elementorum et Digestorum vel Pandectarum, posuimus, suum obtinere robur ex tertio nostro felicissimo sancimus consulatu praesentis duodecimae indictionis, tertio Kalendas Ianuarias, in omne aevum valituras, et una cum nostris Constitutionibus pollentes, et suum vigorem in iudiciis ostendentes [27]) in omnibus causis, sive quae postea emerserint, sive quae in iudiciis adhuc pendent, nec eas iudicialis vel amicalis [28]) forma compescuit. Quae enim iam vel iudiciali sententia finita sunt, vel amicali pacto sopita, haec resuscitari [29]) nullo volumus modo. Bene autem properavimus in tertium nostrum consulatum [30]) et has leges edere, quia maximi Dei et domini nostri, Iesu Christi, auxilium felicissimum eum [31]) nostrae reipublicae donavit, quum in hunc [32]) et bella Parthica abolita sunt, et quieti perpetuae tradita, et tertia pars mundi nobis adcrevit. Post Europam enim et Asiam et tota Libya nostro imperio adiuncta est, et tanto operi [33]) legum caput impositum est [34]); omnia [35]) coelestia dona nostro tertio consulatui indulta [36]). §. 24. Omnes itaque iudices nostri pro sua iurisdictione easdem leges suscipiant [37]), et tam in suis iudiciis, quam in hac regia urbe habeant et proponant, et praecipue vir excelsus, huius almae urbis praefectus. Curae autem erit tribus excelsis praefectis praetoriis [38]), tam Orientalibus quam Illyricis nec non Libycis, per suas auctoritates omnibus, qui suae iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. Data septimo decimo Kalendas Ianuarias [39]) Iustiniano domino nostro ter [40]) Consule. [533.] [c])

TIT. XVIII.

---

[a]) *Bas. II.* 6. 20. — [b]) *Bas. II.* 6. 21. — [c]) *Const.* Δέδωκεν, *in qua geminatur const.* Tanta, *huic titulo tamquam l.* 3. *primum addita fuit in ed. Cod. Lugdunensi* (1551. *ap. Hug. a Porta*); *quae restitutio comprobata Ant. Augustino* (*Coll. p.* 140.), *et placuit Contio et rell., ita tamen, ut Cont.* 62. 66. *non universam const. hoc loco praebeat, sed lectorem ableget ad prooemia Dig., inter quae etiam nostra ed. eam exhibet. Mss., quae hucusque innotuerunt, nullam h. l. indicant graecae const. iacturam.*

[1]) *ms. Bg., Hal. Russ. et postea rell.; abest ab ed. Schf.;* quodam *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Nbg.;* cuidam *ms. Flor.* — [2]) Dum *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [3]) iustum visum est *Russ. Cont. Char. Pac.* — [4]) nec qui postea habebunt *addit ms. Bg.* — [5]) *ms. Flor.;* neque qui postea fierent *Sp. Bk.;* nec qui postea fuerint *mss. Cod. et edd. rell.* — [6]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.;* eadem *ed. Nbg.;* eademque *Hal. et rell.* — [7]) *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Sp. Bk.;* voce Romanae *ms. Flor., Cont.* 62.; voces Romanae *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) *in mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg. sunt graeci verbi vestigia, quae absunt ab ed. Schf.;* κατὰ πόδας *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [9]) *Bk.;* vel si quis *ms. Pl.* 1.; vel si quid *edd. Nbg. Russ. Cont. Char. Pac.;* et si qui *mss. Flor. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Sp.;* καὶ εἴ τι *const.* Δέδωκεν §. 21. — [10]) παράτιτλα *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.; graeci verbi vestigia sunt in mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [11]) tractare *mss. Pl.* 2. *Gt., ed. Nbg.* — [12]) contrahentes *addit ms. Flor., quod abest a mss. et edd. Cod. praeter Sp., qui cancellis inclusum textui inseruit.* — [13]) et factum est *inserit ms. Bg.* — [14]) ut *abest a ms. Bg.* — [15]) *mss. Flor. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg Schf. Sp.;* cerneres *addunt edd. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk., a Russ. Cont. Char. et Pac. in marg. improbatum;* quis duxerit *superadditum in ms. Gt.;* quis fateatur *vel* intelligimus *vel* crederes *alios addere Russ. in marg. refert;* ὥςτε — βραχύτατον αὐτὸ καθέστος — εἰς ἐναρίθμητον ἐκταθῆναι πλῆθος *const.* Δέδωκεν §. 21. — [16]) *mss. Flor. Bg., Sp.;* Quod *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. rell.* — , *ms. Flor., Cont.* 62. *Sp. Bk.;* signorum *mss. Cod. et edd. rell., Vac.; in qua scribendi diversitate perseveratur.* — [18]) id est *absunt ad edd. Nbg Hal.* — [19]) *cfr. nota* 17. — [20]) *cfr. nota* 17. — [21]) in qualicunque loco *ms. Bg., Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk., Vac.* — [22]) inutilem *ms. Bg., ed. Nbg.* — [23]) *cfr. nota* 17. — [24]) qui ea *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Schf. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [25]) dispos. est (in) constitutione, quam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. 76.; *sed* ταῖς τε τῇ Ῥωμαίων προελθούσαις φωνῇ, τῇ τε τῶν Ἑλλήνων γλώττῃ *const.* Δέδωκεν §. 22. — [26]) *mss. Flor. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Sp.;* quas *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [27]) extendentes *mss. Pl.* 1. 2. — [28]) amicabilis *edd. Nbg. Schf. Russ.; ibidem paullo post* amicabili. — [29]) recitari *alios legere Russ. in marg. monet; sed* ἀνακινεῖν *const.* Δέδωκεν §. 23. — [30]) in tertio nostro consulatu *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [31]) aevum *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [32]) in hoc *ms. Bg.; Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [33]) opere *ms. Flor.; cfr. nota* 22. *ad p.* 98. — [34]) et *inserunt ms. Bg., Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.* — [35]) omniaque *edd. Nbg. Schf.; sed cfr. const.* Δέδωκεν §. 23. *i. f.* — [36]) sunt *addunt mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [37]) *mss. et edd. Cod.;* suspiciant *ms. Flor.; sed* ἄρχοντες — ταύτην δεχόμενοι διάταξιν *const.* Δέδωκεν §. 24. — [38]) praetorio *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [39]) calendis Ianuariis *ms. Flor., Sp.;* Constantinopoli *addunt Hal. et postea rell. praeter Sp.; abest vero a ms. Flor.* — [40]) Iustiniano P. P. A. III. *Hal. Russ. Cont.* 62.; Iustiniano praefecto praetorio (?) A. III. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*

Tit. XVIII.

[a]) DE IURIS ET FACTI IGNORANTIA.

1. Imp. Antoninus A. Maximo, militi. — Quamvis, quum causam tuam ageres, ignorantia iuris, propter simplicitatem armatae militiae, allegationes [1]) competentes omiseris, tamen si nondum satisfecisti, permitto tibi, si coeperis ex sententia conveniri, defensionibus tuis uti. Dat. VII. Kal. Maii duobus Aspris [2]) Conss. [212.]

2. [b]) Imp. Gordianus A. [3]) Iuvenali [4]). — Quum ignorantia iuris excusari facile non possis, si maior annis [5]) hereditati matris tuae renuntiasti [6]), sera prece subveniri tibi desideras. PP. [7]) XV. Kal. Novemb. [8]) Arriano et Papo Conss. [243.]

3. [c]) Imp. Philippus A. Marcellae [9]). — Si emancipata a patre, intra annum bonorum [10]) possessionem petere cessasti, praetendere iuris ignorantiam nullis rationibus potes. PP. [11]) XVI. Kal. Iul. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

4. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Iuliano [12]). — Si post divisionem factam testamenti vitium in lucem emerserit, ex his, quae per ignorantiam confecta sunt, praeiudicium tibi non comparabitur. Ostende igitur [13]) apud correctorem [14]), virum clarissimum, amicum nostrum, testamentum vel fide veri deficere, vel iuris ratione stare non posse, ut infirmata scriptura, quae testamenti vice prolata est, solidam successionem obtineas. PP. VIII. Id. Iul. [15]) Diocletiano IV. et Maximiano III. AA. Conss. [290.]

5. [e]) Iidem AA. et Constantius et Maximianus nobilissimi Caess. [16]) Martiali [17]). — Quum falsa demonstratione mutari substantia veritatis minime possit, respondendo id, quod paternum erat, ex maternis esse bonis, nihil egisti. PP. [18]) prid. Kalend. Ianuar. Diocletiano V. et Maximiano IV. AA. Conss. (293.]

6. [f]) Iidem AA. et CC. Tauro et Pollioni [19]) — Si non transactionis causa, sed indebitam, errore facti, olei materiam vos Archantico stipulanti [20]) spopondisse rector provinciae animadverterit, reddito, quod debetis, residui liberationem condicentes audiet. Dat. V. Kalend. Maii Caess. Conss. [294.]

7. [g]) Iidem AA. et CC. Zoae. — Error facti, necdum finito negotio, nemini nocet; nam causa decisa velamento tali non instauratur. Dat. VI. Non. Iul. Caess. III. Conss. [21]) [300.]

8. [h]) Iidem AA. et CC. [22]) Dionysiae [23]) — Quum testamentum nullo iure constiterit, ex eius, qui [24]) ab intestato successit, professione sola, veluti ex testamento libertos [25]) per errorem profitentis, orcini vel proprii liberti, si non ipsius accessit iudicium, quum errantis voluntas nulla sit, effici non potuerunt. Dat. V. Kalend. Septemb. Caess. IV. Conss. [302.]

9. [i]) Iidem AA. et CC. Gaio [26]) et Anthemio. — Non idcirco minus, quod a vobis velut a liberis debitam accepisse pecuniam Sanius dicitur, quum nullus sit errantis consensus, movere status quaestionem prohibentur eius heredes. Dat. VI. Id. Decemb. Caess. IV. Conss. [27]) [302.]

10. [k]) Iidem AA. et CC. [28]) Araphiae [29]). — Quum quis ius ignorans indebitam pecuniam persolverit [30]), cessat repetitio. Per ignorantiam enim facti tantum repetitionem indebiti soluti competere, tibi notum est. Dat. V. Kal. Ianuar. Caess. V. Conss. [31]) [305.]

11. [l]) Imp. Constantinus A. Valeriano, Agenti vicariam praefecturam [32]). — Quamvis in lucro nec feminis ius ignorantibus subveniri soleat, tamen [33]) contra aetatem adhuc imperfectam locum hoc non habere, retro principum statuta declarant. Dat. III. Kal. [34]) Maii Gallicano et Symmacho Conss. [35]) [330.]

12. [m]) Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [36]) AAA. Flaviano P. P. Illyrici et Italiae [37]). — Constitutiones principum nec ignorare quemquam nec dissimulare permittimus. Dat. III. Kal. Iul. [38]) Vincentiae [39]), Tatiano et Symmacho Conss. [40]) [391.]

13. Impp.

---

[a]) *Dig. XXII.* 6. — [b]) *l.* 1. *Greg. C. de famil. ercisc.* (*III.* 5.); *Bas. II.* 4. 11. — [c]) *Bas. II.* 4. 12. — [d]) *Bas. II.* 4. 13. — [e]) *Bas. II.* 4. 14. — [f]) *Bas. II.* 4. 15. — [g]) *Bas. II.* 4. 16. — [h]) *Bas. II.* 4. 17. [i]) *Bas. II.* 4. 18. — [k]) *Bas. II.* 4. 19. — [l]) *l.* 3. *Th. C. de sponsal.* (*III.* 5.); *Bas. II.* 4. 20. *Caeterum h. l. in mss. Pl.* 1. 2. *post l.* 12. *sequitur.* — [m]) *l.* 2. *Th. C. de const. princ.* (*I.* 1.); *Bas. II.* 4. 21.

[1]) compensationes *ms. Bg.* — [2]) Asperis *Hal. et rell. praeter Bk.* — [3]) *Hal. Russ. Cont.* 66. *et postea rell., Greg. C.*; Idem ā *mss. Vat. Cas. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Cont.* 62.; Id. āā. *ms. Bg.*; Imp. ant. ā. *ms. Pist.* — [4]) Sextio Iuvenali *Greg. C.*; Iuvenili *ms. Pist.*; Iuliano *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *Greg. C.*; viginti quinque *addunt Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *μείζων τῶν κε ἐτῶν Bas.* — [6]) frustra *inserit Greg. C.* — [7]) *ms. Pist., Greg. C.*; Dat. *Hal. et rell.* — [8]) *Greg. C.*; XIV. Kal. Nov. *Bk.*; XIII. Kal. Maii *Hal. et rell.* — [9]) Marcello *ms. Pl.* 2., *Russ. in marg.* — [10]) bonorum *abest ab edd. Nbg. Hal.*; *τὴν διαθήκην Bas.* — [11]) Dat. *Hal. et rell.*, *quod emendavi ex ms. Pist., in quo subscriptum est* pp XVI. k iul. — [12]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; Iulianos *ms. Bg.*, *prima litera verbi initialis ipsius reser. per errorem ad inscr. translata*; Iulianae *Hal. et rell.*, *quod falsum esse ostendunt Bas.*, *in quibus ἀποδείκνυς — διελόμενος — παθών.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; hoc *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) praetorem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; rectorem *edd. Nbg. Schf.* — [15]) pp. VIIII. id. iul. *ms. Pist.*; Dat. VIII. Id. Iul. *Hal. et rell.* — [16]) Id. AA. et CC. *mss. Pist. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Id. AA. *ms. Cas.*; nobilissimi *abest a ms. Bg., Hal. Russ. Cont.* 76. — [17]) Marcello *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Marceliani *ms. Pist.*; Maritali *ms. Bg.* — [18]) *ms. Pist.*; Dat. *Hal. et rell.* — [19]) Lauro ipollioni *ms. Cas.*; Tauro et Pallioni *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Tauro et Apollini *ms. Bg.* — [20]) dari *inserunt mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; dare *addunt mss. Pl.* 2. *Gt., Cont.* 62. — [21]) XV. k. mar. cc oss *ms. Pist.* — [22]) CC. *abest a ms. Cas.* — [23]) Dionysio *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [24]) quae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [25]) liberos *mss. Pl.* 1. *Bg., Hal. Russ. Cont.* 62.; liberos manumissos *ms. Pl.* 2.; libertas *ed. Nbg.*; *τοὺς — τιμηθέντας ἐλευθερίᾳ ἐλευθέρους — ἀπογραψάμενος Bas.* — [26]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; Caio *Hal. et rell.* — [27]) *Bk.*; V. Coss. *Hal. et rell.*; *sed verior est nostra lectio, quia Idibus Decembr. a.* 305., *in quem incidit quintus Caesarum consulatus, iam imperio abdicaverant Diocl. et Maxim., quorum tamen mentionem facit inscr.* — [28]) Impp. Constantius et Maximianus AA. *Bk. contra mssorum fidem.* — [29]) Amphiae *mss. Pist. Vat. Cas.*; Amphi *ms. Bg.*; Philippae *ms. Pl.* 1.; Philippo *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; solverit *Hal. et rell.* — [31]) CC. VI. Conss. *Hal. et rell.*; ipsis AA. VI. Conss. *Bk.*, *cuius liberiores in inscr. et subscr. coniecturas haud probo. Ms. Pist. ex subscr. habet* D. V. — [32]) Valer. vicario *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., Hal. Russ.*; Valeriano, *omissa dignitate, ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; attamen *edd. Schf. Russ. et rell.* — [34]) IV. Kal. *Theod. C.* — [35]) D.V. k. iun. cc. oss *ms. Pist.*, *ut mihi videtur, subscriptione legis* 10. *ad l.* 11. *per errorem transscripta.* — [36]) et Arcad. *absunt a mss. Pist. Cas. Pl.* 2. *Bg., Hal. in textu*; *inscr. legis* 11. *huic l. tribuitur in ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [37]) Illyr. et Ital. *absunt a mss. Cod., Hal. Russ.* — [38]) *ms. Pist., Hal. Russ.*; Dat. VI. Kal. Iun. *Theod. C., Cont. et rell.* — [39]) Vincentiae *abest ab Hal. et Russ.* — [40]) *subscr. in ms. Pist. ita se habet* D. III. K. iul. zaciano.

13. [a]) Impp. Leo et Anthemius AA. Erythrio[1]) P. P. — Ne passim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare in his, quae praetermiserint vel ignoraverint, statuimus, si per ignorantiam iuris damnum aliquod circa ius vel substantiam suam patiantur, in his tantum casibus[2]), in quibus praeteritarum legum auctoritas eis suffragatur, subveniri. Dat. Kal. Iulii Marciano et Zenone Conss.[3]) [469.]

Tit. XIX.

DE PRECIBUS IMPERATORI OFFERENDIS, ET[4]) DE[5]) QUIBUS REBUS[6]) SUPPLICARE[7]) LICEAT[8]), VEL NON[9]).

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Firminae[10]). — Licet servilis conditio deferendae precis facile capax non sit, tamen admissi sceleris atrocitas et laudabilis fidei exemplum super vindicanda[11]) caede domini tui[12]) hortamento fuit, ut praefecto praetorio iuxta annotationis nostrae decretum demandaremus (quem adire cura), ut auditis his, quae in libello contulisti, et[13]) reos investigare, et severissimam vindictam iuxta legum censuram exigere curet. Dat. VIII. Id. Octobr. Diocletiano IV.[14]) et Maximiano III. AA. Conss. [296.]

2. [c]) Imp. Constantinus A. Severo P. U.[15]) — Quoties rescripto nostro moratoria praescriptio remittitur[16]), aditus supplicandi[17]) pandatur. Quod autem totius negotii cognitionem tollit, et vires principalis negotii exhaurit, sine gravi partis alterius dispendio convelli non potest. Nec praescriptionis igitur peremtoriae relaxatio petatur. Dat. X. Kal. Iun.[18]) Niceae[19]), Paulino et Iuliano Conss. [325.]

3. [d]) Idem A.[20]) ad populum. — Nec damnosa fisco, nec iuri contraria postulari oportet. Dat. VIII. Kal. Octobr. Romae, Constantino A. VII. et Constantio Caes. Conss.[21]) [326.]

4. [e]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Floro[22]) P. P. — Universa rescripta, quae in debitorum causis super praestandis dilationibus promulgantur, non aliter valeant, nisi fideiussio idonea super debiti solutione praebeatur. Dat. VIII. Kal.[23]) Mart. Constantinop. Antonio et Syagrio[24]) Conss. [382.]

5. Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Volusianum P. P.[25]) — Si quis adversus praefectorum praetorio sententias duxerit supplicandum, victusque fuerit denuo[26]), nullam habebit licentiam iterum super eadem causa supplicandi. Dat. XV. Kalend. Octobr. Romae, Valentiniano et Valente AA. Conss. [365.]

Authent. ut sponsalitia larg. §. Aliud. (Nov. 119. cap. 5.) — *Quae supplicatio gloriosissimis praefectis, vel eorum consiliariis, vel causas introducentibus intra decem dies post sententiam offerenda est. Quo subsecuto sententia non aliter executioni*[27]) *mandabitur, nisi victrix pars dignam fideiussionem praebuerit, tantum restituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione*[28]), *si legitima retractatione sententia resolvatur. Nisi sub hac forma supplicatio porrigatur, executio causae sine fideiussione procedet; retractationis iure illi servando, qui se gravatum putaverit, ut intra biennium supplicare possit imperatori*[29]).

6. [f]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Isidoro P. P.[30]) — Universis simul hanc observantiam remittimus[31]), ut, a quocunque liberae conditionis constituto vel servo supplicante impetratum fuerit rescriptum, minime requiratur, per quem preces oblatae sint. Dat. III. Id. Nov. Theodosio A. VII. et Palladio Conss. [416.]

7. [g]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum. — Rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus refutari praecipimus, nisi forte aliquid est[32]), quod non laedat alium et prosit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat. Dat. VIII. Id. Novemb. Ravennae, Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss.[33]) [426.]

8. [h]) Idem AA. Florentio P. P. — Instrumentorum exempla non prosit precibus adiunxisse, sed necesse sit eorum in supplicatione vim exprimi, ut responsuro principi vera precatio rem aperiat cognoscendam[34]), [35]) solis, quum necessitas exegerit, verbis pre-

---

[a]) *Bas. II.* 4. 22. — [b]) *Bas. II.* 5. 1. *Ordo legum hui. tit. in mss. Bg. et Pl.* 2. *valde turbatus est.* — [c]) *l.* 5. *Th. C. de divers. rescr.* (*I.* 2.); *Bas. II.* 5. 2. — [d]) *Decret. Grat. c.* 14. *C.* 25. *q.* 2.; *Bas. II.* 5. 3. — [e]) *l.* 8. *Th. C. de divers. rescr.* (*I.* 2.); *Bas. II.* 5. 4. *Caeterum ap. Hal. Russ. Cont.* 62. *haec l. demum sequitur post. l.* 5. *h. tit.* — [f]) *Bas. II.* 5. 6. — [g]) *Decret. Grat.* (*Decr.*) *c.* 15. *C.* 25. *q.* 2.; *Bas. II.* 5. 7. — [h]) *Bas. II.* 5. 8.

[1]) *de diversis huius nominis scribendi modis cfr. note* 3. *ad l.* 27. *C. I.* 3. — [2]) casibus *abest ab ed. Nbg., Hal. in textu.* — [3]) D. ē. iul̄ marciali ss̄ *ms. Pist.* — [4]) et *abest a ms. Pl.* 2. — [5]) ex *mss. Pl.* 1. 2. — [6]) rebus *abest a mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [7]) supplicari *ms. Cas.* — [8]) licet *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. — [9]) et ubi *edd. Nbg. Russ.*; vel non *absunt a ms. Pl.* 1., *Hal. in textu. Omnis rubr. deest in ed. Schf.* — [10]) Firmino *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [11]) indicanda *legere mavult Cuiac.* (*Obss. XVIII.* 22.); *sed ἐκδικῆσαι τὸν φόνον Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; nobis *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [13]) et *abest a Cont.* 76. — [14]) *Hal. Bk.*; Diocl. VI. *Russ. et rell.* — [15]) Severo P. U. *absunt a ms. Pl.* 1.; Severo P. P. *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., etiam Gt. ex correctione, edd. Nbg. Schf., liber Auredani ap. Char., Theod. C.*; permittitur *Hal. et rell.*; *μόνην τὴν τεμπορωλίαν ἀναιρείτω παραγραφὴν ἢ τοῦ βασιλέως ἀντιγραφή Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk., Theod. C.*; supplicanti *Russ. et rell.* — [18]) D. Kal. Iul. *Hal. Russ.* — [19]) Nicaeae *Cont.* 62. 66. 76.; Niciae *Theod. C.*; *locus abest ab Hal. Russ.* — [20]) Im. Diocleci. et maxi. aa. et cc. *ed. Nbg.*; Imp. Constantius A. *Bk. contra fidem mssorum, quae scribunt* Id. a. *aut* Id. aā. — [21]) Dat. VIII. Kal. Octobr. Constantio II. et Constante CC. Coss. *Hal. in textu*; Dat. — Oct. Constantio A. VII. et Constantino Caes. IV. Coss. *idem in not., Russ. et rell. praeter Bk.*; Dat. — Caes. III. Coss. *Bk. Equidem subscr. emendare studui tam ex ms. Pist., in quo est* pp. VIII. ē. oct. rome, *quam ex ipsa inscr. Quum enim Constantino sit h. l. tribuenda* (*v. not.* 20.), *et idem Imp. a.* 326. *usque ad V. Kal. Oct. Romae versatus fuerit, numquam vero postea eo reverterit* (*Inc. Gothofr. Chronolog. C. Th. p. XXVIII.*), *hanc const. ad a.* 326. *referre et leviter mutare diem et consules non dubitavi.* — [22]) *ms. Pist., Bk., Theod. C.*; Florum *ms. Bg.*; Flo. *ed. Nbg.*; Florentio *mss. Vat. Pl.* 1. 2.; Florentino *ms. Cas.*; Floriano *Hal. et rell.* — [23]) VII Kal. *Theod. C.*; *sed nostram lect. firmat ms Pist.* — [24]) VV. CC. *addit Theod. C.* — [25]) p̄f. u. *ms Pl.* 2. — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; fuerit de uno *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; detuerit *Cont.* 71. (*vitio typorum*) *et rell.*; *καὶ πάλιν ἡττηθείς Bas.* — [27]) *ex equo uni ed. Schf.* — [28]) *fuerit condemnatio edd. Nbg. Schf.* — [29]) *ut — imperatori absunt ab ed. Nbg.* — [30]) P. U. *mss. Cas. Vat., Hal.*; pp. u. *ms. Pl.* 2. *dignitas abest a ms. Pl.* 1.; *in ed. Nbg. superscripta est inscr. legis* 5. *h. tit.* — [31]) permittimus *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Decr.*: sit aliquid *edd. Schf. Russ. et rell.* — [33]) *cfr. not.* 19. *ad l.* 3. *C. I.* 21. — [34]) spem aper. cognoscendi *Hal.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; iis his) *inserunt edd. Nbg. Schf. et rell., sed iudice Russardo ex glossa adiectum.*

precibus inserendis, quorum de sensu inter partes ita dubitari contigerit, ut etiam merito nostrum exspectetur iudicium. Dat VI. Kalend. April. Constantinop. Florentio et Dionysio Conss. [1]) [429.]

Tit. XX.

QUANDO LIBELLUS PRINCIPI DATUS LITIS CONTESTATIONEM FACIAT [2]).

1. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Remigio, Praefecto augustali [3]). — Dubium non [4]) est, contestationem [5]) intelligi etiam, si nostrae fuerint tranquillitati preces oblatae, easque adversus heredem quoque eius, in quem porrectae sunt, vel ab herede eius, qui meruit [6]), exerceri. Dat. XII. Kal. April. [7]) CP. [8]) Arcadio IV. et Honorio III. AA. [9]) Conss. [396.]

2. [b]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Temporales actiones, quae per oblationem precum et ad eas rescriptionem perpetuantur, definire necessarium esse duximus, ne quis putet ad alias etiam, quae certis taxantur temporibus, hoc pertinere. Sciant igitur omnes, eas tantummodo per oblationem precum et ad eas rescripta perpetuari, quae a praetore constitutae annali tempore coarctatae sunt. Dat. Kal. April. Constantinop. Decio V. C. Cons. [529.]

Tit. XXI.

UT LITE PENDENTE, VEL POST PROVOCATIONEM, AUT DEFINITIVAM SENTENTIAM NULLI LICEAT IMPERATORI [10]) SUPPLICARE.

1. [c]) Imp. Alexander A. Caperio. — Licet, postquam supplicasti, prius quam rescriptum impetrares, praeses provinciae vir clarissimus pronuntiaverit, quum tamen a sententia non provocaveris, rescriptum, quod postea secutum esse suggeris, ad retrahenda ea, quae decreto terminata sunt, non patrocinatur. Dat. Kal. Mart. Lupo et Maximo Conss. [232.]

2. [d]) Imp. Constantinus A. Probiano suo [11]) salutem. — Supplicare causa pendente non licet, nisi vel actorum [12]) vel pronuntiationis editio denegetur. Qui autem terminatam rescripto vel consultatione quaestionem exquisito suffragio refricare conabitur, in omnem litis aestimationem adversario suo [13]) protinus condemnetur; omni venia deneganda, si quis contra haec supplicare [14]) tentaverit. Dat. Id. August. Arelate [15]). PP. Id. Octob. Thebeste, Sabino et Rufino Conss. [16]) [316.]

3. [e]) Idem A. ad universos provinciales. — Qui licitam provocationem omiserit, perpetuo silere debebit, nec a nobis impudens [17]) petere per supplicationem auxilium [18]). Quod si fecerit, desiderio suo carebit, et ignominiae poena notabitur. Dat. Kal. August. PP. [19]) Kal. Septemb. Basso et Ablavio Conss. [331.]

Tit. XXII.

SI CONTRA IUS, VEL UTILITATEM PUBLICAM, VEL PER MENDACIUM [20]) FUERIT ALIQUID POSTULATUM VEL IMPETRATUM.

1. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [21]) Gregorio [22]). — Non idcirco minus is, cui a [23]) nostro rescripto cognitio delata est, indicare potest, quod ex gestis quaedam in precibus omissa proponis. Dat. V. Non. Maii Diocletiano IV. et Maximiano III. AA. Conss. [290.]

2. [g]) Iidem AA. et Constantius et Maximianus CC. [24]) Statiae [25]). — Praescriptione mendaciorum opposita, sive in iuris narratione mendacium reperiatur, sive in facti, sive in tacendi fraude, pro tenore veritatis, non deprecantis affirmatione [26]), datum iudicem cognoscere debere, et secundum hoc de causa [27]) convenit ferre sententiam. Dat. Kalend. Decembr. Sirmii Caess. Conss. [294.]

3. [h]) Imp. Constantinus A. ad Bassum P. P. [28]) — Puniri iubemus decem librarum auri mulcta iudices, qui vetuerint precum argui falsitatem. Dat. Kalend. Octobr. Constantino A. III. et Licinio [29]) III. Conss. [313.]

4. [i]) Idem A. ad Pompeianum [30]), Consularem Campaniae. — Etsi non cognitio, sed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet, ut, si fraus intervenerit, de omni negotio cognoscatur. Dat. III. Id. Novembr. Aquis [31]), Dalmatio et Zenophilo [32]) Conss. [333.]

5. [k]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum. — Etsi legibus consentaneum sacrum

---

[a]) *l.* 10. *Th. C. de divers. rescr.* (*l.* 2.); *Bas. II.* 5. 9. — [b]) *Bas. II.* 5. 10. — [c]) *Bas. II.* 5. 11., *Sch. ad VIII.* 1. 42. — [d]) *l.* 6. *Th. C. de appellat.* (*XI.* 30.); *Bas. II.* 5. 12. — [e]) *l.* 17. *Th. C. de appellat.* (*XI.* 30.); *Bas. II.* 5. 13. — [f]) *Bas. II.* 5. 14. — [g]) *Decret. Grat.* (*Decr.*) *c.* 16. *C.* 25. *q.* 2.; *Bas. II.* 5. 15. — [h]) *Decret. Grat. c.* 16. *C.* 25. *q.* 2.; *Bas. II.* 5. 16. — [i]) *l.* 6. *Th. C. de divers. rescr.* (*l.* 2.); *Decret. Grat. c.* 16. *C.* 25. *q.* 2.; *Bas. II.* 5. 17. — [k]) *Decret. Grat.* (*Decr.*) *c.* 16. *C.* 25. *q.* 2.; *Bas. II.* 5. 18. *et Sch. ad II.* 5. 14. *Caeterum videtur esse pars amplioris edicti, ex quo et manavit l.* 7. *de prec. Imp. off.* (*I.* 19.).

[1]) *in ms. Pist. ad l.* 7. *relata est subscr., legi* 8. *tribuenda* D. VI. K. apl. estant. horentio et dionisio oss. — — [2]) facit *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [3]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1., *Cont. in marg., Bk.*; pp. augustali *mss. Cas. Pl.* 2. *Bg., Theod. C.*; P. P. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) non *abest ab ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; litis *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) meruerit *ms. Bg., Theod. C.*; *sed* moeruerit *legere mavult Iac. Gothofr. in not. k. ad l.* 10. *Th. C. cit.* — [7]) *ms. Pist., Hal. Russ.*; Dat. III. Kal. Apr. *Cont. et rell., Theod. C.*; Dat. XIII. K. A. *Russ. in marg.* — [8]) CP. *abest ab Hal. Russ.* — [9]) Arc. et Hon. AA. *Hal.*; Arc. et Hon. AA. V. *Russ.*; Gratiano IV. et Theod. II. AA. *Russ. in marg.*; arch. III. et hon. *ms. Pist.* — [10]) Imperatori *abest a ms. Vat., ed. Nbg., Hal. in textu.* — [11]) suo *abest a mss. Vat. Bg.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Hal.*; actorum communium *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed εἰ μὴ ὁ τὰ τῶν ὑπομνημάτων — λαβεῖν κωλυόμενος Bas.* — [13]) adversario suo *absunt a Theod. C.*; *sed τῷ ἀντιδίκῳ αὐτοῦ Bas.* — [14]) venire *edd. Nbg. Hal.* — [15]) Arelato *Theod. C.*; Arelati *Bk.*; *sed nostram lect. firmat ms. Pist.* — [16]) PP. Severo et Rufino Coss. *Hal., Russ. in textu.* — [17]) imprudens *ms. Bg.*; debet *addunt mss. Bg. Gt.* — [18]) tentet *addunt mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.* — [19]) Kal. August. PP. *absunt ab Hal. et a Russ. in textu. In ms. Pist. ex recentiore emendat. ita subscriptum legitur* D. VIIII. id. nov. rav. theod. XII. et val. II. aa. oss., *quae subscr. ad l.* 7. *C. I.* 19. *pertinet.* — [20]) vel per mendac. *absunt a mss. Pist. Cas.* — [21]) *ms. Pl.* 2., *Hal Russ. Cont.* 62. *Bk.*; AA. et CC. *mss. Pl.* 1. *Bg., edd Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [22]) Gregorio cc. *ms. Pl.* 2.; Consulibus Graecorum *Hal* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., ed. Schf.*; cui ex *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) Iid. AA. et CC. *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; Imp. Diocl. et Maxim. et Constantius *Decr.* — [25]) Statio *ms. Pl.* 2, *Hal. Russ.* — [26]) adfirmationem *Hal.* — [27]) et secundum causam *Hal.* — [28]) ad Bassum P. P. *absunt a ms. Pl.* 1.; P. P. *absunt a mss. Pist. Vat. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.* — [29]) Caes. *inserunt Hal. et rell. praeter Bk.*; *rectius fortasse scribitur* Constantino A. V. et Licinio Caes.; *cfr. Iac. Gothofr. in Prosopogr. C. Th. s. v. Bassus Ms. Pist. ex subscr. habet* D. V. K. — [30]) Pontianum *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Barbarum Pompei. *Theod. C.* — [31]) Aquis *abest ab Hal., Russ. in textu.* — [32]) VV. CC. *addit Theod. C.*

crum oraculum mendax precator attulerit,[1]) careat penitus impetratis, et si nimia mentientis inveniatur improbitas, etiam severitati subiaceat iudicantis. Dat. VII. Id. Novembr.[2]) Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss. [426.]

6. Imp. Anastasius A. Matroniano[3]) P. P. — Omnes cuiuscunque maioris vel minoris administrationis universae nostrae reipublicae iudices monemus, ut nullum rescriptum, nullam pragmaticam sanctionem, nullam sacram adnotationem[4]), quae generali iuri vel utilitati publicae adversa esse videatur, in disceptatione[5]) cuiuslibet litigii patiantur proferri, sed generales sacras constitutiones modis[6]) omnibus non dubitent observandas. Dat. Kal. Iul. Constantinop. . . . .[7]).

Tit. XXIII.

[a]) DE DIVERSIS RESCRIPTIS ET PRAGMATICIS SANCTIONIBUS.

1.[b]) Imp. Alexander A. Supero. — Si libellum de communi causa tu fraterve tuus dedisti[8]), quamvis rescriptum ad unius personam directum sit, utrique tamen prospectum est. Dat. Id. Iul.[9]) Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

2.[c]) Imp. Claudius A.[10]) Epagatho. — Falso asseveratur, auctoritatem rescriptorum devoluto spatio anni obtinere firmitatem suam non oportere, quum ea, quae ad ius rescribuntur, perennia esse debeant, si modo tempus, in quo[11]) allegari vel audiri debent, non sit comprehensum. Dat. VII. Kalend. Novembr. Antiochiano et Orphito Conss. [270.]

3.[d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Crispino[12]), Praesidi provinciae Phoeniciae. — Sancimus, ut authentica ipsa atque originalia rescripta et nostra[13]) etiam[14]) manu subscripta, non exempla eorum, insinuentur. Dat. prid. Kal. April. Annibaliano et Asclepiodoto Conss. [292.]

4.[e]) Imp. Constantinus A. ad Lysitanos[15]). — Si qua beneficia personalia sine die et consule fuerint deprehensa, auctoritate careant. Dat. V. Kal.[16]) August[17]) Sabariae[18]), Probiano et Iuliano VV. CC. Conss. [322.]

5.[f]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Nicentium[19]), Praefectum annonae. — Sacrilegii instar est, super quibuscunque administrationibus vel dignitatibus promulgandis[20]) divinis obviare beneficiis[21]). Dat. Kalend. Febr. Mediolani, Arcadio A. et Bautone Conss.[22]) [385.]

6.[g]) Imp. Leo A.[23]) Hilariano[24]), Magistro officiorum et Patricio. — Sacri affatus, quoscunque nostrae mansuetudinis in quacunque parte paginarum scripserit auctoritas, non alio vultu penitus aut colore, nisi purpurea tantummodo scriptione[25]) lustrentur, scilicet ut cocti muricis et triti conchylii ardore signentur; eaque tantummodo fas sit proferri vel dici rescripta in quibuscunque iudiciis, quae in chartis sive membranis subnotatio nostrae subscriptionis impresserit. Hanc autem sacri encausti confectionem nulli sit licitum aut concessum habere, aut quaerere, aut a quoquam[26]) sperare[27]); eo videlicet, qui hoc aggressus fuerit tyrannico spiritu, post proscriptionem bonorum omnium capitali non immerito poena plectendo. Dat. VI. Kal. April. Iordane et Severo Conss. [470.]

7.[h]) Imp. Zeno A. Sebastiano P. P.[28]) — Universa rescripta, sive in personam precantium, sive ad quemlibet iudicem manaverint, quae vel[29]) adnotatio vel quaevis[30]) pragmatica sanctio nominentur, sub ea conditione proferri praecipimus, si preces veritate nituntur[31]), nec aliquem fructum precator[32]) oraculi percipiat[33]) impetrati, licet in iudicio asserat[34]) veritatem, nisi quaestio fidei precum imperiali beneficio monstretur inserta. Nam et vir magnificus quaestor, et viri spectabiles magistri scriniorum, qui sine praefata adiectione qualecunque divinum responsum dictaverint, et iudices, qui susceperint, reprehensionem subibunt, et qui illicite dictata scribere ausi fuerint cuiuscunque scrinii memoriales, seu pragmaticarii, vel adiutores primicerii, amissione cinguli feriantur. §. 1. Pragmaticas praeterea sanctiones non ad singulorum preces super privatis negotiis proferri[35]), sed si quando corpus, aut schola, vel officium, vel curia, vel civitas, vel provincia, vel quaedam[36]) universitas hominum ob causam publicam fuderit preces, manare decernimus, ut in[37]) his etiam veritatis quaestio reservetur. Dat X. Kalend. Ianuar. Constantinop. post consulatum Basilisci II. et Armati[38]). [477.]

[1]) Authent. ut divinae iussiones subscriptionem habeant gloriosiss. quaestoris. (Nov. 114. c. 1.) — *Gloriosissimi quoque quaestoris subscriptio est necessa-*

---

[a]) *ordo const. hui. tit. in mss. Pl.* 1. 2. *valde turbatus.* — [b]) *Bas. II.* 5. 20. — [c]) *Bas. II.* 5. 21. — [d]) *Decret. Grat. c.* 16. *C.* 25. *q.* 2.; *Bas. II.* 5. 22. — [e]) *l.* 1. *Th. C. de const. princ.* (*I.* 1.); *Decret. Grat. c.* 16. *C.* 25. *q.* 2.; *Bas. II.* 5. 23. — [f]) *Bas. II.* 5. 24. — [g]) *Bas. II.* 5. 25. — [h]) *Decret. Grat. c.* 16. *C.* 25. *q.* 2.; *Bas. II.* 5. 26. *et* 27. — [1]) *haec authent., ab Accursio non glossata et recepta, demum a Cont.* 62., *qui eam in unico exemplari invenerat, immerito textui inserta est. Sequuntur Contium rell.*

[1]) precator *praemittunt edd. Nbg. Hal., Decr.* — [2]) Dat. VIII. Id. Nov. Ravennae *rectius fortasse et plenius subscribitur, cfr. not. k. ad h. l. et subscr. l.* 17. *C. I.* 19. — [3]) Maxuminiano *ms. Bg.*; Martino *ed. Nbg.* — [4]) admonitionem *ms. Bg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; disceptationem *Hal. et rell.* — [6]) modis *abest ab ed. Nbg., Hal. in textu.* — [7]) *subscr. omnis abest ab Hal.; haec lacunosa est ap. Russ. et rell. Addendum esse videtur* Olybrio Cons. (491.), *quia omnes constt., ad eundem Matronianum datae, ad hunc cons. referuntur.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt, edd. Nbg. Schf. Hal. Cont. Char. Pac.*; dedistis *Russ. Sp. Bk.* — [9]) III. pp. id. iul. *ms. Pist.* — [10]) Id. (Imp.) k. (aa.) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [11]) intra quod *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf.* — [12]) Kruspino *ms. Bg.* — [13]) ex nostra *mss. Pl.* 1. 2., *Cont.* 62.; τὰ μεθ' ὑπογραφῆς — αὐθεντικά *Bas.* — [14]) etiam *abest a mss. Pl.* 1. *Bg.* — [15]) Lisitanos *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; Lusitanos *Theod. C., Bk.*; ad Bassum P. P. *alios inscribere Cont. in marg. refert.* — [16]) VII. Kal. *Theod. C.* — [17]) D. VII. Kal. April. *Hal., Russ. in textu*; D. VI. k. apr. *ms. Pist.* — [18]) Sabariae *abest ab Hal. Russ. in textu.* — [19]) Vincentium *mss. Pist. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Nicetium *ms. Cas.*; Nicenitium *ms. Bg.*; Nicenum *mss. Vat. Pl.* 2., *Russ.*; Nicaenum *Hal.* — [20]) promulgatis *ms. Pl.* 2. — [21]) *verborum ordo in mss. et edd. perrario modo dispositus invenitur.* — [22]) D. V. k. a. l. theod. a. VIII. *mss. ms. Pist., cui subscr. refragantur imperatorum in inscr. nomina, missorum fide munita.* — [23]) Impp. Leo et Anthemius AA *Bk.* — [24]) Iuliano *ms. Cas* — [25]) *mss. Pl.* 2. *Bg., Hal., et veteres omnes, teste Cont. ad marg.*; scriptiones *ms. Pl.* 1.; subscriptione *ms. Gt. et unum Cont. ms., cui adiecta h. lectio*; inscriptione *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; quocunque *ms. Pl.* 2., *edd Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [27]) aspirare *ed. Schf.* — [28]) P. P. *absunt a ms. Cas.* — [29]) quamvis *Hal. Russ. pro* quae vel. — [30]) quaevis *abest a ms. Gt., Hal. Bk.*; *in ms. Bg. serius additum.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; nitantur *Cont.* 66. *et rell.* — [32]) mendax precator *ms. Bg., edd. Nbg. Schf, Russ. in marg.*; μηδεμίαν ὠφέλειαν ὁ δεηθεὶς — λαμβανέτω. — [33]) praecipiat *ms. Bg., Cont.* 76. — [34]) asseverat *ms. Bg., Vacarius apud Dirksen (civ. Abh. II.* 357.); asseveret *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.* — [35]) praecipimus *addunt edd. Nbg. Hal. Russ.* — [36]) provincialis quaedam *ed. Schf.* — [37]) in *abest ab edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ἐπὶ τούτων *Bas.* — [38]) Armatii *Hal. et rell.*

cessuria, in qua contineatur, et inter quos, ad quem iudicem, et per quem sacrum dirigatur oraculum; alioquin a nullo iudice suscipiatur, et qui contra fecerit, viginti libris auri plectatur, et eius officium simili poena percellatur.]

Tit. XXIV.

DE STATUIS ET IMAGINIBUS [1]).

1. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Theodoro P. P. — Si quis iudicum accepisse aeneas, vel argenteas, vel marmoreas statuas, extra imperiale beneficium, in administratione positus detegetur, emolumenta, quae accepit in ea positus dignitate, quam polluit, cum extortis titulis vel praesumtis, in quadruplum fisco nostro inferat, simulque noverit existimationis suae poenam se subiturum. Nec eos sane a periculo pudoris haberi volumus immunes, qui adulandi studio aut metu inconstantis ignaviae [2]) transire, quae sunt interdicta, tentaverint. Dat. XII. Kal. [3]) Ianuar. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

2. [b]) Impp. [4]) Theodosius A. et Valentinianus C. Aëtio P. P. [5]) — Si quando nostrae statuae vel imagines eriguntur, sive diebus, ut adsolet, festis, sive communibus, adsit index sine adorationis [6]) ambitioso fastidio [7]), ut ornamentum diei vel [8]) loco nostrae recordationis [9]) sui [10]) probet accessisse [11]) praesentia [12]). Dat. III. Non. Maii Theodosio A. XI. et Valentiniano Caes. Conss. [13]) [425.]

3. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. [14]) Florentio P. P. — In nostrae serenitatis imaginibus ac statuis erigendis privatae collationis [15]) iniuriam propulsari praecipimus, ne quid [16]) in eis suum collator [17]) cognoscat. Dat. III. Non. April. Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [439.]

4. Iidem AA. [18]) ad Nomum [19]), Comitem et Magistrum officiorum. — Et virtutum praemia tribui merentibus convenit, et aliorum honores aliis damnorum [20]) occasionem fieri non oportet. Idcirco, quoties vel iudicibus nostris, vel cuilibet alii statua fuerit a quocunque collegio seu officio vel in hac sacratissima civitate, vel in provinciis postulata, nequaquam ex descriptione [21]) sumtus colligi patimur, sed eius, cuius ad honorem petitur, expensis propriis statuam collocari praecipimus. Dat. V. Kalend. April. Theodosio A. XVIII. et Albino Conss. [444.]

Tit. XXV.

DE HIS, QUI AD STATUAS CONFUGIUNT.

1. [c]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio P. P. — Qui ad statuas vel vitandi [22]) metus vel creandae [23]) invidiae causa confugerint, si certas habuerint causas, quibus confugere ad imperatoria simulacra debuerint, iure ac legibus vindicentur. Sin vero probati [24]) fuerint artibus suis invidiam inimicis creare voluisse, ultrix in eos sententia proferatur. Dat. prid. Non. Iul. Constantinop. Honorio N. P. et Evodio V. C. Conss. [25]) [386.]

Tit. XXVI.

[d]) DE OFFICIO PRAEFECTI [26]) PRAETORIO [27]) ORIENTIS ET ILLYRICI [28]).

1. [e]) Imp. Alexander A. Theodoro. — Libellus praefecto praetorio datus pro litis [29]) contestatione haberi non potest. Dat. prid. Kal. Octobr. Agricola et Clementino Conss. [230.]

2. [f]) Idem A. Restituto. — Formam a praefecto praetorio datam, si [30]) generalis [31]) sit, minime legibus vel constitutionibus contraria, si [32]) nihil postea ex auctoritate mea [33]) innovatum [34]) est, servari aequum est. Dat. Idib. August. [35]) Severo et Quintiano Conss. [235.]

3. [g]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano P. P. — Si quos iudices vel propter adversam et longinquam corporis valetudinem, vel propter negligentiam, aut furtum, vel simile aliquod vitium sublimitas tua inutiles esse repererit, his ab administratione remotis, et vice [36]) eorum aliis subrogatis, furibusque poenis legitimis subactis, ad nostrae mansuetudinis scientiam [37]) non crimina, sed vindicta referatur. Dat. V. Id. Decemb. Constantinop. Arcadio et Bautone Conss. [38]) [385.]

4. [h]) Iidem AAA. [39]) Addeo, Comiti et Magistro utriusque [40]) militiae [41]). — De ordinario iudice semper il-

---

[a]) *ex eodem edicto desumta, ex quo et manavit l.* 13. *C. de oper. publ.* (*VIII.* 12.). — [b]) *l.* 1. *Th. C. de imag. imper.* (*XV.* 4.). — [c]) *l.* 1. *Th. C. de his qui ad stat.* (*IX.* 44.) — [d]) *Dig. I.* 11. — [e]) *Bas. VI.* 4. 6. — [f]) *Bas. VI.* 4. 7. — [g]) *l.* 9. *Th. C. de off. reff. praet.* (1.5.) *cujus subscr. ad nostram ey. rectius applicatur. Bas. VI.* 4. 8. *Ms. Pl.* 1. *bis exhibet hanc const., scil. et hoc loco, et inter l.* 6. *et* 7. *tit. XXIII.* — [h]) l. 10. *Th. C. de off. praef. praet.* (*I.* 5.); *Bas. VI.* 4. 9.

[1]) *rubr. abest a ms. Pl.* 2. — [2]) inconstanti ignavia *ms. Pl.* 1. — [3]) Dat. Kal. *l.* 13. *C. cit.* — [4]) Imp. *Char. Sp. Bk.* — [5]) Pf. *ms. Pl.* 2., *Theod. C.* — [6]) adortationis *ms. Pl.* 2; orationis *Russ. in marg.* — [7]) fastigio *Theod. C.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.*; et *Russ. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; et nostrae recordationis *ed. Nbg.*; et nostrae recordationi *edd. Schf. Hal. et rell., Theod. C.*; recordationis *in omnibus Cont. mss.* — [10]) sua *Hal. Russ.* — [11]) accepisse *ed. Schf.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; praesentiam *Cont.* 66. *et rell., Theod. C.* — [13]) D. III. Kal. Maii Theod. XIII. et Valentin. III. AA. Coss. *Hal.* — [14]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *Bk*; Imp. Th. et Val. CC. *ms. Bg.*; Imp. The. A. *ed. Nbg.*; Iidem AA. *Hal.*; Iidem A et C. *Russ. et rell.* — [15]) collectionis *Hal.*; collocationis *Russ. in marg.* — [16]) quis *ms. Pl.* 2. — [17]) collatorem *ed. Nbg.* — [18]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal. Bk.*; I. et C. *ed. Nbg.*; Iidem A. et C. *Russ. et rell.* — [19]) *mss. Vat. Pl.* 2., *Hal. et postea rell.*; Anomum *ms. Cas.*; Novum *mss. Pl.* 1. *Bg.*; Notum *ed. Nbg.*; Numum *Russ. in marg.* — [20]) damnatorum *ed. Nbg.*, *a qua et absunt vv. sqq.* fieri non oportet. — [21]) ex his repetitione *ms. Pl.* 1.; ex dirreptione *ms. Pl.* 2. — [22]) evitandi *ms. Bg., ed. Nbg., Theod. C.* — [23]) non creandae *Char. in marg. ex ms Aured.* — [24]) proditi *Theod. C.* — [25]) d. prid. non. Iul. cap. hōn. nōv. et evodi css. *ms. Paris.*; d. — cap. bōn. nōv. *omissis, quae sequuntur, ms. Pist.* — [26]) Praetorum *mss. Pist. Pl.* 1. 2. — [27]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; praetorii *ed. Schf.*; praetoriorum *Hal. et postea rell.*; praet. *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.* — [28]) et Illyrici *absunt ab ed. Schf.* — [29]) litis *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; etsi *edd. Nbg. Hal. et rell.*; οἱ — τύποι γενικοὶ ὄντες *Bas.* — [31]) generalibus *ms. Gt., Russ. in marg.* — [32]) vel si *ms. Pl.* 1. — [33]) in ea *ed. Nbg.* — [34]) invocatum *Cont.* 76. — [35]) *videtur h. l. ad mensem Ianuar. vel Februar. referenda esse, quum iam Martio mense, occiso Alexandro, Maximinus imperaverit.* — [36]) in vicem *edd. Nbg. Hal. Russ.* — [37]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., omnia Cont. mss.*; sententiam *ms. Pl* 2., *Russ. et rell.* — [38]) *Russ. et postea rell.*; *accedit auctoritas mss. Pist. et Paris., quorum consona est subscr.*; Dat. VII. Non. Maii Mediol. Timasio et Promoto Coss. *Hal.*; D. VI. Non. Mart. Med. Tim. et Prom. Coss. *Theod. C., Bk.* — [39]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Sp., Theod. C.*; Iid. AA. *ms. Pl.* 2., *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. *Bk., recte quidem, si chronologiam spectes, sed contra omnium librorum fidem.* — [40]) utriusque *abest a ms. Bg.* — [41]) et Mag. — militiae *absunt a ms. Pl.* 1.

illustris est cognitio praefecturae, licet militari viro ab eo facta fuerit iniuria. Dat. prid. Kal. Ian. [1]) Constantinop. Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [393.]

5. [a]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Anthemio P. P. — Si qui posthac, velut indebitis oneribus gravati [2]), ad preces crediderint convolandum, sive de navicularis rationibus sive [3]) transvectionibus, rescripta, quae de omnibus his atque huiusmodi ordinationibus emitti contigerit, ad sedem sublimitatis tuae rescribantur. Dat. Idib. [4]) Decembr. Constantinop. [5]) Stilicone II. et Anthemio Conss. [405.]

[6. [b]) *Epitome Nov.* 62. *ex Synopsi Bas.*
Οἱ ἔπαρχοι προκαθεζέσθωσαν ὅλων, καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ συγκλητικοί.]

[6. *Praefectorum prima sit ante universos sedes, post eos senatorum.*]

Tit. XXVII.

[c]) DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIO [6]) AFRICAE, ET DE [7]) OMNI [8]) EIUSDEM DIOECESEOS STATU.

[9]) 1. [d]) IMPERATOR CAESAR FLAVIUS IUSTINIANUS, Alamannicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus [10]), Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus Archelao, Praefecto praetorio Africae.

Quas gratias aut quas laudes domino Deo [11]) nostro, Iesu Christo, exhibere debeamus, nec mens nostra [12]) potest concipere, nec lingua proferre. Multas quidem et antea a Deo meruimus largitates, et innumerabilia circa nos eius [13]) beneficia confitemur, pro quibus nihil dignum nos egisse cognoscimus; prae omnibus tamen hoc, quod nunc omnipotens Deus per [14]) nos pro sua laude et pro suo nomine demonstrare dignatus est, excedit omnia mirabilia opera, quae in saeculo [15]) contigerunt, ut Africa per nos tam brevi tempore reciperet libertatem, antea nonaginta quinque [16]) annos a Vandalis captivata, qui animarum fuerant simul hostes et corporum. Nam animas quidem, diversa tormenta atque supplicia non ferentes [17]), rebaptizando ad suam perfidiam transferebant; corpora vero, liberis natalibus clara, iugo barbarico durissime subiugabant. Ipsas quoque Dei sacrosanctas ecclesias suis perfidiis maculabant; aliquas vero ex eis stabula fecerunt. Vidimus venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis poenas suas mirabiliter [18]) loquebantur; alii vero post diversa tormenta per diversas dispersi provincias vitam in exilio peregerunt. Quo ergo sermone aut quibus operibus dignas Deo gratias agere valeamus, qui [19]) per me, ultimum servum suum, ecclesiae suae iniurias vindicare dignatus est, et tantarum provinciarum populos a iugo servitutis eripere? Quod beneficium Dei antecessores nostri non meruerunt, quibus non solum Africam liberare non licuit, sed et ipsam Romam viderunt ab eisdem Vandalis captam, et omnia imperialia ornamenta in Africam exinde translata. Nunc vero Deus per suam misericordiam non solum Africam et omnes eius provincias nobis tradidit, sed et ipsa imperialia ornamenta, quae capta Roma [20]) fuerant ablata, nobis restituit. Ergo post tanta beneficia, quae nobis divinitas contulit, hoc de domini Dei nostri misericordia postulamus, ut provincias, quas nobis restituere dignatus est, firmas et illaesas custodiat, et faciat nos eas secundum voluntatem suam ac placitum gubernare, ut [21]) universa Africa sentiat omnipotentis [22]) Dei misericordiam, et cognoscant eius habitatores, a quam durissima [23]) captivitate [24]) et iugo barbarico liberati, in quanta libertate sub felicissimo nostro imperio degere meruerunt. Hoc etiam deprecantes exoramus precibus [25]) sanctae et gloriosae semper virginis et Dei genitricis Mariae, ut, quicquid minus est reipublicae nostrae, per nos, ultimos servos suos, restituat in suo nomine Deus, et dignos nos faciat servitium eius adimplere. §. 1. Deo itaque auxiliante, pro felicitate reipublicae nostrae per hanc divinam legem sancimus, ut omnis Africa, quam nobis Deus praestitit, per ipsius misericordiam optimum suscipiat ordinem, et propriam habeat praefecturam, ut, sicut Oriens atque Illyricum, ita et Africa praetoriana maxima potestate specialiter a nostra clementia decoretur. Cuius sedem iubemus esse Carthaginem, et in praefatione publicarum chartarum praefecturis aliis eius nomen adiungi, quam nunc tuam excellentiam gubernare decernimus. §. 2. Et ab ea, auxiliante Deo, septem provinciae cum suis iudicibus disponantur, quarum Zeugi [26]), quae [27]) proconsularis antea vocabatur, Carthago et Byzacium [28]) ac Tripolis rectores habeant con-

---

[a]) *l.* 14. *Th. C. de off. praef. praet.* (*I.* 5.). — [b]) *Leunclav.* (*Adnotatt. ad Cod.* 11.) *censuit, lacunam graecae const. h. l. desideratae expleri posse ex Synopsi p.* 43., *ubi epitome Nov.* 62. *exhibetur. Licet errorem suum postea ipse revocaverit* (*Notat. II.* 5. *et* 161.), *tamen falsam illam restitutionem receperunt Cont.* 76. (*qui eam inter numerum et rubricam tituli seq. collocat*), *Pac. Sp.*; *Bk. eam praebet cancellis inclusam. Mss. Vat. Bg.*, *Cont.* 71. *Char. ad calcem hui. tit.*, *Cont.* 62. 66. *in fronte tit. seq. graecam const. desiderant.* — [c]) *Dig. I.* 11. — [d]) *Notitia, quae sequitur post §.* 7., *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — *Quum itaque nova subsidia, ex qua eam notitiam emendem, mihi non suppetant, repetam tantum textum Cont. et notas ab eodem in marg. sparsas.*

[1]) Dat. Id. Ian. *Theod. C.* — [2]) gravati *abest ab ed. Nbg. Hal. in textu.* — [3]) sive de *Theod. C.* — [4]) D. VII. Id. *Theod. C.* — [5]) *Theod. C.*; Constantinop. *abest ab Hal. et rell.* — [6]) praetorii *ms. Pl.* 1.; praet. *abest a ms. Gt.* — [7]) de *abest a mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [8]) omnis *ms. Bg.* — [9]) In nomine domini nostri Iesu Christi *praemittunt ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. et rell. praeter Bk.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; German., Franc. *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *cfr. const.* Cordi, *l.* 2. *C. I.* 17. *in inscr.* — [11]) et Deo *ed. Schf.* — [12]) nec mensuram *ms. Pl.* 1. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.*; eiusdem *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) per *abest ab ed. Nbg.* — [15]) saecula *Russ. in marg.* — [16]) centum et quinque *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf.*; centum et quinquaginta *mss. Bg. Gt.*; centum quinquaginta quinque *vel* centum LVI. *alios legere, Cont. Char. in marg. referunt.* — [17]) suppl. conferentes *ms. Pl.* 1. — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt. Bg.* (*in hoc per seriorem emendat.* miserabiliter), *ed. Schf.*; miserabiliter *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) quod *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [20]) captiva a Roma *ms. Pl.* 1.; captiva Roma *ms. Gt.*, *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [21]) et *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [22]) omnipotentis *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; *in ms. Bg. serius superadditum.* — [23]) quam ad durissimam (durissima) *mss. Pl.* 1. 2.; quam a durissima *edd. Nbg. Schf.*; quam a dura *ms. Gt.*, *Hal.*; a quam dura *Russ.*; quam dura *Cont.* 62. — [24]) civitate *ms. Pl.* 1. — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; precibus *hoc loco omittunt et post* Mariae *collocant edd. Schf. Russ. et rell.* — [26]) Zeizi *mss. Bg. Gt.*; Zeigi *ed. Schf.*; Zegi *ms. Pl.* 1.; Zergi *ms. Pl.* 2.; Cengi *ms. Bg.*; Tingi *edd. Schf. Hal et rell.*; Zeigi *vel* Zeugi *omnia Contii mss.* — [27]) *edd. Nbg. Hal.*, *omnia mss. Contii*; et quae *nostra mss. et edd. rell.*, *ita tamen, ut* et *a Cont. Char. Pac. cancellis includatur.* — [28]) Bizantium *mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *similiter mss. Pl.* 1. 2.; Byzantium *Hal. Russ.*

consulares; reliquae vero, id est Numidia et Mauritania et Sardinia, a praesidibus cum Dei auxilio gubernentur. §. 3. Et in officio quidem tuae magnitudinis, nec non pro tempore viri magnifici praefecti [1]) Africae, trecentos nonaginta sex viros per diversa scrinia et officia militare decernimus. In officiis vero consularium ac praesidum quinquaginta homines per singula officia esse sancimus. §. 4. Quae vero emolumenta sive magnificentia tua, sive consulares et praesides, et quod unusquisque ex officio eorum de publico consequi debeat, notitia subter annexa declarat. §. 5. Optamus ergo, ut omnes iudices nostri secundum voluntatem et timorem Dei et nostram electionem atque ordinationem, sic suas administrationes gubernare studeant, ut nullus eorum aut cupiditati [2]) sit deditus, aut violentias aliquas vel ipse inferat, vel iudicibus, aut officiis eorum, aut quibuscunque aliis collatoribus inferre permittat. Licet enim per omnes provincias nostras Deo iuvante festinemus, ut illaesos habeant collatores, maxime tamen tributariis dioeceseos Africanae consulimus, qui post tantorum temporum captivitatem meruerunt Deo iuvante per nos [3]) lumen libertatis adspicere. Ergo iubemus, omnes violentias et omnem avaritiam cessare, et iustitiam atque veritatem circa omnes nostros tributarios reservari. Sic enim et Deus placatur [4]), et ipsi possunt celerius, sicut collatores alii nostrae reipublicae, relevari atque florere. §. 6. Sportulas etiam ab officio tam viri magnifici, praefecti praetorio [5]) Africani, quam reliquorum iudicum, sic exigi iubemus, quomodo in nostris legibus est dispositum, et ab omni republica nostra custoditur, ut [6]) nullus audeat quocunque tempore vel quocunque modo earum excedere quantitatem. §. 7. Hoc etiam praesenti sanctione credimus ordinandum, ut [7]) non multa dispendia pro completione chartarum vel codicillorum vel in nostro laterculo, vel in scriniis praefecti praetorio per Africam iudices sustinere videantur, quia, si ipsi dispendiis laesi non fuerint, nullam habebunt [8]) necessitatem eiusdem nostrae Africae tributarios praegravandi. Iubemus ergo, ut iudices dioeceseos Africanae, tam civiles quam militares, in nostro laterculo pro codicillorum atque chartularum promotionis suae consuetudinibus nihil ultra [9]) sex solidos praebeant, at vero in scrinio praefectorum non ultra duodecim solidos cogantur inferre. Quem modum si quis excesserit, ipse quidem iudex triginta librarum auri dispendio subiacebit, officium vero eius non solum simile dispendium, sed et capitale periculum sustinebit. Nam si aliquis ex quacunque parte ausus fuerit iussiones nostras excedere, et non festinaverit cum Dei timore eas servare, non solum dignitatis aut substantiae periculum sustinebit, sed etiam ultimo supplicio subiacebit.

Et est notitia Deo auxiliante: Pro annonis et capitu pro tempore praefecto praetorio per totam Africam auri libras centum. Pro annonis consularium [10]) auri libras XX. Pro annonis cancellariorum auri libras VII. Idem officiis eius ita. In scrinio primo hominibus decem pro annonis XVIII., pro capit. sol. XII., fiunt sol. CXLVIII. Item numerario pro annonis solid. V., et pro capitu sol. IV., fiunt solid. XLVI. Secundo [11]) pro annon. III. annuos sol. V., et pro capit. VII. cap. sol. V., et pro capit. II. capit. solid. IV., fiunt solid. XVI. III. vero et IV. ad ann. L. ann. solid. V., et ad cap. L. capit. solid IV., fiunt XXIV. Reliquis III. ad ann. L. ann. solid. V., et ad capit. L. capit. solid. IV., fiunt solid. XXVIII. In scrinio secundo, ut supra scriptum est In scrinio tertio, ut supra scriptum est. In scrinio quarto, ut supra scriptum est. In scrinio primi scrinii, quod est subadiuvae, hominibus X. ann. XIV. capit. XII., fiunt solid. CXVI. [12]). Ita primiscrinio pro ann. III. ann. solid V., et pro capit. II. capit. solid. IV, fiunt solidi XXIII. Secundo pro ann. III. ann. solidi, ut supra scriptum est, et pro capit. capit. solid., ut supra scriptum est, et fiunt solidi XVI. Tertio et quarto pro ann. I. annona, solidorum, ut supra scriptum est, et pro capitu I capit. solidorum, ut supra scriptum est, fiunt sol. XXIII. Reliquis hominibus VI. ad ann. I. annona solidi V., et pro capitu capit. solidi IV., fiunt solidi LVIII. In scrinio [13]) commentariensis hominibus XII. ann. XVII capit. IV., fiunt solidi CLIII. Primo commentariensi ann. III. solid V., pro capitu II. capit. sol. IV., fiunt solidi XXIII. Sequentes homines III. ad ann. II. ann. solid. V., pro capitu II. capit. solid. IV., fiunt solidi XLVIII. Reliqui homines VIII. ad ann. I. ann. solid. V., et capit. I. capit. solid. IV., fiunt solid. XXVII. In scrinio ab actis hominibus X. ann. XIV. capit. XII. solid. CXVIII. Ita primo ann. III. pro ann. I. solid. VI., capit. II. capit. solid. IV., fiunt solid. XXIII. Secundo et tertio ad ann. II. ann. solid. V., et ad capit. II. capit. solid. IV., fiunt solidi XXXII. Reliquis XVII. ad ann. I. solid. V., ad capit. I. capit. solid. VIII., fiunt solidi LXIV. In scrinio libellorum hominibus VII. ann. VI. capit. VI., fiunt solidi V., pro capitu II. capit. solid. IV., fiunt solid. XVI. Secundo II. pro ann. solid. X., pro capitu I. solid. IV., fiunt solid. XII. Reliquis hominibus IV. ad ann. I. ann. solid. V., et ad capit. I. solid. IV., fiunt solid. XXXVI. In schola exceptorum hominibus LX. ann. LXXIV. capit LXII. solid. DCXVIII. Ita primo et secundo anno. III. pro ann. solid. V., et ad capit. capit. solid. IV., fiunt solid. XLVI. [14]). Aliis hominibus VI. ad ann. II. ann. solid. V., ad capit. I. capit. solid. IV., fiunt solid. CXVI. Reliquis hominibus X. [15]) ad ann. I. ann solid. V., et ad capit. I. capit. solid. IV., fiunt solid CXV Reliquis hominibus XLIV. ad ann. I. solid V., et ad capit. solid. IV., fiunt solid. CCCLXXXVI. In schola singularium hominibus L. ann. III. capit. I. solid. CCCCLXXIII. Ita I. ann. II. ann. solid. V., capit. I. capit. solid. III., fiunt solid. XXXIV. Secundo, tertio et quarto ad ann. V. ann. solid V., et ad capit I capit. solid. IV., fiunt solid. XXXIV. S. Reliquis XLVI ad ann. I. solid. V., et capit. I. capit. solid. IV., fiunt solid CCCCXVIII. In schola mittendariorum hominibus L. ann. LII. S., capit. L. solid. CCCCXLII. [16]). Ita primo anno. II. ann. solid. V., et ad capit. I. capit. solid. IV., fiunt solid. XIV. Secundo, tertio et quarto ad ann. I. S. ann. solid. V. et ad capit. I capit. solid. IV., fiunt solid. XXXIV. S. Reliquis hominibus XLVI. ad ann. I. ann. solid. V., et ad capit. I. capit. solid. IV., fiunt solid. CCCXXIV. [17]). In schola cursorum hominibus XXX. ann. XXII. S., capit XXX. solid. CCXXXII. Ita primo anno. ann. solid. V., capit. I. capit. solid IV., fiunt solidi XVII. Secundo, tertio et quarto ad ann. I. S. ann. solid. V., et ad capit. I. capit. solid. IV., fiunt solidi XXXIV. S. Reliquis hominibus XXVI. ad ann. I. ann. solid. V, et ad capit. I. capit solid. IV., fiunt solidi CCXXXIV. In schola nomenculatorum hominibus XXII. ann. solid. V., capit. XII. solid IV., fiunt solidi CXV. Ita primo anno. ann. solid. V., capit. I. S. capit. solidos IV., fiunt solidi XVI. Reliquis hominibus XI. ad ann. I. ann. solid. V., et ad capit. I. cap. solid. IV., fiunt solidi XCIX. In schola stratorum [18]) hominibus VI. ann. VII. capit. VI.

---

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; praetorio *addunt Hal. et rell.* — [2]) eorum ad cupiditatem *ed. Schf.* — [3]) per nos *absunt ab ed. Nbg. Hal. in textu.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*; placabitur *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.* — [5]) praetorio *abest a mss. Pl.* 1. 2 *Bg. Gt., ed. Schf.*; *a Russ. et postea rell. praeter Sp. Bk. cancellis includitur.* — [6]) et ut *ms. Bg.* — [7]) et *Cont.* 76. — [8]) habeant *mss Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; habent *ms. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [9]) quam *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [10]) consiliariorum centum viginti *Cont. in marg.* — [11]) In scrinio secundo, ut supra scriptum est. In scrinio tertio, ut supra scriptum est *Cont. in marg.* — [12]) s. *addunt Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac.*, solid. *adiicit Cont.* 76.; scilicet *additum a Sp. Bk.* — [13]) scrinio commentariensi *Cont. in marg.* — [14]) CCCLXXX. *Cont. in marg.* — [15]) XLIII. *Cont. in marg.* — [16]) CCCXLII. *Cont.* 76. — [17]) CCCXIX. *Cont. in marg.* — [18]) statorum *Cont. in marg.*

VI. solid. LIX. Ita primo anno ann. solid. V., capit. I. capit. solid. IV., fiunt solidi XIV. Reliquis hominibus V. ad ann. I. ann. solid. V., et ad capit. I. capit. solid. IV., fiunt solid. XLV. In schola praetorianorum [1]) hominibus decem ann. XII. capit. XI. solid. XCVII. Ita primo anno. [2]) pro ann. II. solid. V., pro capit. solid. IV., fiunt solid. XVI. Reliquis hominibus IX. ad ann. I. pro ann. solidi V., capit. I. pro capit. solid. IV., fiunt solidi LXXI. [3]). In schola dracoariorum hominibus X. ann. XI. capit. X. S. solid. CCVI. Ita primo anno. pro ann. solid. XIV., capit. I. pro capit. I. solid. IV., fiunt solidi XVI. Reliquis hominibus IX. ad ann. I. pro ann. solid. V., capit. I. pro capit. solid. IV., fiunt solidi LXXX. In scrinio operum hominibus XX. ann. XXIV. capit. XXI. solid. CCXXIV. Ita primo ann. III. pro ann. solid. V., capit. II. pro capit. solid. VIII., fiunt solid. XXIV. Reliquis hominibus III. ad ann. II. pro ann. solid. V., et ad capit. I. pro capit solid. IV., fiunt solidi LXII. Reliquis aliis hominibus VI. ad ann. I. pro ann. solid. V., et ad capit. I. pro capit. solid. IV., fiunt solid. XC. In scrinio arcae hominibus XX. anno XXVIII. capit. XXI. solid. CCXXIV. Ita primo anno. III. pro ann. solid. V., capit. II. pro capit. solid. IV., fiunt solid. XXIII. Reliquis hominibus IV. ad ann. II. pro ann. solid. V., et ad capit. I. pro capit. sol. IV., fiunt solidi XLII. Reliquis aliis hominibus VI. ad. ann. II. solid. V., et ad capit. I. pro cap. sol. IV., fiunt solidi LXVIII. Reliquis aliis hominibus CX. ad ann. I. pro ann. sol. V., et ad cap. I. pro capit. sol. IV., fiunt sol. XC. In schola chartulariorum hominibus L. ann. LVIII. cap. II. pro cap. sol. IV., fiunt sol. XXIV. Ita primo anno. III. pro ann. sol. V., cap. II. pro cap. sol. IV., fiunt sol. XXIII. Reliquis hominibus III. ad ann. II. pro ann. sol. V., et ad cap. I. pro cap. sol. IV., fiunt sol. XLVIII. Reliquis aliis hominibus VI. ad ann. I. pro ann. sol. V., et ad cap. I. pro cap. sol. IV. Fiunt sol. XLIX. Reliquis hominibus XL. ad ann. I. pro ann. sol. V., et ad cap. I. pro cap. sol. IV., fiunt sol. CCCLX. Fiunt homines CCCXCVI. ann. CCCCXCIX. sol. II. CCCCXC. cap. CCCCXX., fiunt sol. IV. LXXIII. III. DCLXXXII. Item pro ann. et capit. censualium [1]) solid. CCCCXLVIII. Officiorum eius solidi CLX. potest [5]) medi hominibus V. ann. XLVIII. capit. XVIII. solidi CCCCXVIII. Ita primo anno. pro ann. XV. capit. V. sol. V. Secundo pro ann. X. capit. V. solid. LXX. Reliquis hominibus III. ad ann. VIII., et ad capit. II. solid. CL. Grammaticis hominibus II. ad. ann. X., et ad capit. II. ad solid. LXX. sortitas [6]). Oratoribus hominibus II. ad ann. X. cap. V. ad solid. LXX. Haec igitur, quae pro dispendiis civilibus indicibus Africae eorumque officiis, id est tam scriniariis amplissimae eius praefecturae, quam cohortalibus, per hanc divinam constitutionem statuimus, tua magnitudo cognoscens, ex Kal. Septemb. futurae tertiae decimae indictionis effectui mancipari observarique procuret, atque edictis publicis omnibus innotescat; his scilicet, qui ordinati fuerint a tua sublimitate secundum praesentem divinam constitutionem, firmitatem sui status in perpetuo habituris. Nam Deo iuvante de militaribus iudicibus, et de officiis eorum, et de alio nostro exercitu per aliam sanctionem statuemus. Dat. Constantinop. domino nostro Iustiniano IV. et Paulino Conss. [534.] [7])

2. [a]) Idem A. Belisario [8]), Magistro militum per Orientem. — In nomine domini nostri Iesu Christi ad omnia consilia omnesque actus semper [9]) progredimur [10]). Per ipsum enim iura imperii suscepimus, per ipsum pacem cum Persis in aeternum confirmavimus [11]), per ipsum acerbissimos hostes et fortissimos tyrannos deiecimus, per ipsum multas difficultates superavimus, per ipsum Africam defendere et sub nostrum imperium redigere nobis concessum est, per ipsum quoque, ut nostro moderamine recte gubernetur et firme custodiatur, confidimus. Unde [12]) per eius gratiam etiam [13]) civilium administrationum iudices et officia singulis Africanis provinciis constituimus, attribuentes quidem emolumentum, quod [14]) unusquisque percipere debeat. Ad eius igitur providentiam et nunc [15]) animum nostrum referentes, et armatas militias, et duces militum ordinare disponimus. §. 1. Sancimus itaque, ut dux militum Tripolitanae provinciae in Leptimagnensi [16]) civitate sedes interim habeat, dux vero Byzacenae provinciae [17]) in Capsa et altera Lepte [18]) civitatibus interim sedeat, dux vero Numidiae provinciae in Constantinensi civitate sedes interim habeat, dux autem Mauritaniae provinciae in Caesariensi civitate interim sedeat §. 2 Iubemus etiam, ut in traiectu [19]), qui est contra Hispaniam, qui Septa [20]) dicitur, quantos providerit tua magnitudo, de militibus una cum tribuno [21]) suo, homine prudente et devotionem servante reipublicae nostrae, per omnia constituas [22]), qui possint et ipsum traiectum semper servare, et omnia, quaecunque in partibus Hispaniae vel Galliae seu Francorum aguntur, viro spectabili duci nuntiare [23]), ut ipse tuae magnitudini referat. In quo traiectu [24]) etiam dromones [25]), quantos provideris, ordinari facias. §. 3. In Sardinia autem iubemus ducem ordinari, et eum iuxta montes, ubi Barbaricae gentes [26]) videntur sedere, habentem milites pro custodia locorum, quantos et ibi tua magnitudo providerit. §. 4. Et omnes dili-

---

[a]) *Notitiae, quae sequuntur a §. 19.—25., tam altera (a §. 19.—22.) genuina, quam altera (a §. 23.—25.), quae veterem continet prioris epitomen, absunt a mss. Pl. 1. 2., ed. Schf.; genuinae notitiae initium est in ms. Bg.; epitomata notitia legitur in edd. Nbg. Hal., genuina in Cont 62., genuina et epitomata in Russ. Cont. 66. et rell. Universa lex abest a ms. Gt. Glossa i. f. §. 18. ad v.* percipiant *haec adnotat: Quidam finiunt hanc legem hic; quidam habent plus, scilicet quantum quilibet dux cum suis hominibus capiat, et sic est notitia, de qua supra fecit mentionem.*

[1]) praetorianorum *asteriscis notatum a Russ. Cont.* — [2]) anno *Russ. Cont.* 76.; annonae *Cont.* 62. 66. 71. *Char. et rell.* — [3]) LXXXI. *Cont. in marg.* — [4]) *al.* consularium sol. CCCXLVIII., officior. eius sol. CCCCXVIII. Ita primo pro anno XV. cap. VI. sol. C. Secundo pro anno X. cap. V. sol. LXX. reliquis hominibus *etc. ut hic. Cont. in marg.* — [5]) *Cont.* 76., *sed* potest *asteriscis notatum;* *pt.* *Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. et rell.* — [6]) *asteriscum inserunt Russ. Cont. Char. Pac.* — [7]) *ita manca ante Bk. subscr. est supplenda ex sententia Contii, scilicet quod Iustinianus sub finem legis commemorat futuram XIII. indictionem, quae incidit in a.* 535. — [8]) Basiliano *edd. Nbg. Hal.*; Blisiano *ms. Pl.* 1.; Bilisario *mss. Vat. Pl.* 2.; Vilisario *ms. Cas.*; Basilario *ms. Bg.* — [9]) per Deum *inserunt edd. Nbg. Hal. Russ.* — [10]) progrediamur *ms. Bg.* — [11]) per ipsum pacem — confirmavimus *absunt ab ed. Schf.* — [12]) Unde iam *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ut iam *ed. Nbg.* — [13]) etiam *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [14]) attribuentes, quid emolumentorum *mss. Pl.* 1. *Bg., Hal. Russ. Cont.* 62.; attr. quid molumentorum *ed. Nbg.* — [15]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*; etiam nunc *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; et *omisso* nunc *ed. Nbg.*; etiamnum *Hal. et rell.* — [16]) Legitimanensi *ms. Bg.*; Cesariensi *ms. Pl.* 1.; Leptimagnesi *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.*; Leptis magnae *Char. in marg. ex suo et Auredani libro.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; et *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) et Alepte *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.*; et Lepte *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [19]) traiecto *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [20]) septem *mss. Pl.* 1. *Bg.*; Septes *ms. Pl.* 2.; Septe *ed. Schf.* — [21]) tribuniano *ms. Bg., quod placet Russardo in marg. propter sequens* constituatis, *quod plurimi legunt;* Triboniano summo *Char. in marg. ex libro Aured.* — [22]) constituatis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [23]) *mss. Pl* 1. *Bg., ed. Schf.*; denuntiare *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) traiecto *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [25]) demones *ms. Pl.* 1. — [26]) Barbaricinae *omisso* gentes *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Barbaritae *omisso* gentes *ed. Schf.*

diligenter pro commissis suae custodiae provinciis invigilent, et ab omni hostium incursione subiectos nostros tueantur illaesos, et [1]) festinent, die nocteque [2]) Dei invocando auxilium et diligenter laborando, usque ad illos fines provincias Africanas extendere, ubi ante invasionem Vandalorum et Maurorum respublica Romana fines habuerat, et ubi custodes antiqui servabant, sicut ex clausuris et burgis ostenditur. Maxime autem civitates, quae prope clausuras et fines [3]) antea tenebantur, quum essent sub Romano imperio constitutae, auxiliante divina misericordia, quum hostes per partes expelluntur, festinent [4]) comprehendere atque munire [5]); et in illis locis [6]) duces et milites per partes accedant, ubi antea fines et clausurae provinciarum erant, quando integrae Africanae servabantur sub Romano imperio provinciae, quod Deo annuente, cuius auxilio nobis restitutae sunt, speramus cito nostris provenire temporibus, ut et in [7]) securitate [8]) et pace provinciae cum antiquis finibus integrae serventur, et vigiliis ac laboribus devotissimorum militum et cura spectabilium pro tempore ducum custodiantur illaesae, quoniam ita convenit, ut semper custodes fines provinciae servent, ne detur hostibus licentia incurrendi aut devastandi loca, quae nostri subiecti possident. §. 5. Quantos autem milites, sive pedestres [9]) sive equites, per unumquemque limitem collocari oportet ad [10]) custodiendas provincias et civitates, tua magnitudo, prout consideraverit [11]), ordinet, et nobis referat, ut, si praeviderimus sufficientem esse ordinationem, confirmemus eam, sin autem perspexerimus et aliquid amplius fieri, ut eam augmentemus. §. 6. Quid autem dux stipendiorum nomine pro se suisque hominibus, et quid eius officium consequetur, hoc in subdita declaratur notitia. §. 7. Sicut ergo praedictum est, interim nunc duces ac milites secundum nostram dispositionem in locis seu civitatibus, in quibus iussimus, sedeant, donec, Deo auxiliante nobis ac reipublicae nostrae, per labores nostros in illis locis constitui possint, in quibus uniuscuiusque provinciae antiquus limes constitutus erat, quando florente Romana republica memoratae provinciae integrae tenebantur. §. 8. Pro limitaneis vero ordinandis quia [12]) necessarium nobis esse videtur, ut extra comitatenses milites [13]) per castra [14]) milites [15]) limitanei [16]) constituantur, qui possint et castra et civitates limitis [17]) defendere, et terras colere, et ut alii provinciales, videntes eos per partes, ad illa loca se conferant, [18]) exemplum fecimus unius numeri limitaneorum, ut secundum exemplum, quod nos misimus, per castra et loca, quae providerit tua magnitudo, eos ad similitudinem nostri exempli ordinet, sic tamen, ut, si inveneris de provinciis idonea corpora, aut de illis, quos antea milites habebant, limitaneorum constituas numero in unoquoque limite, ut, si aliqua forsitan commotio fuerit, possint ipsi limitanei sine comitatensibus militibus una cum [19]) ducibus suis adiuvare loca, ubi dispositi fuerint, non longe limitem [20]) exeuntes nec ipsi limitanei, nec duces eorum, ut nullum etiam dispendium a ducibus vel ducianis praedicti limitanei sustineant, nec aliquas sibi consuetudines de eorum stipendiis per fraudem ad suum lucrum convertant. Haec autem non solum in limitaneos volumus observari, sed etiam in comitatenses milites. §. 9. Et unumquemque ducem et tribunos eorundem militum iubemus, ut semper milites ad exercitationem armorum teneant [21]), et non concedant eos divagari, ut, si quando necessitas contigerit, possint inimicis resistere; et nullum audeant duces aut tribuni commeatalem de ipsis dimittere, ne, dum sibi lucrum student conficere, incustoditas nostras relinquant provincias. Nam si usurpaverint memorati duces vel officia eorum seu tribuni commeatalem de militibus relinquere, aut aliquod lucrum de eorum emolumentis sibi acquirere, hoc non solum in quadruplum [22]) iubemus publico dependere [23]), sed etiam dignitate eos privari. Magis enim debent et duces et tribuni supra deputata sibi emolumenta secundum labores suos de nostra largitate remunerationem sperare, et non de commeatis militum aut eorum stipendiis lucrum sibi acquirere, quoniam ideo ordinati sunt milites, ut per ipsos provinciae vindicentur, praecipue quum sufficienter et ipsis ducibus et eorum officiis emolumenta praestitimus, et semper providimus [24]), unumquemque secundum labores suos ad meliores gradus et ad maiores dignitates perducere [25]). §. 10. Postquam vero Deo placuerit, et per tuam magnitudinem limes omnis in antiquum statum pervenerit, et bene ordinatus fuerit, tunc, ubicunque necessitas emerserit, viri spectabiles duces invicem sibi, quando usus exegerit, auxilium praebeant, ut provinciae seu limites [26]) eorum [27]) vigiliis et laboribus Deo iuvante illaesi custodiantur. §. 11. Sicut autem iubemus audaces et feroces contra inimicos [28]) iudices [29]) ac milites nostros esse, sic volumus eos mites et benevolos circa collatores nostros existere, et nullum damnum nullamque laesionem in eos efficere. Sin autem quisquam de militibus ausus fuerit [30]), quamcunque laesionem tributariis nostris inferre, periculo viri spectabilis ducis seu tribuni et [31]) principis digna vindicta afficiatur [32]), ut [33]) indemnes tributarii nostri custodiantur. §. 12. Si vero pro quibusdam causis interpellatio apud nostros indices facta fuerit, iubemus non amplius sportularum nomine, quam nostris legibus definitum est, executores accipere, poenam eisdem legibus insertam ex transgressione formidantes. §. 13. Quum autem Deo annuente Africanae nostrae provinciae per tuam magnitudinem secundum nostram dispositionem ordinatae, et limites in antiquum statum reducti, et omnis Africa sic detenta fuerit, sicut erat, quum ergo haec omnia, Deo iuvante, praesente tua magnitudine, disposita et perfecta fuerint, et per labores tuos antiquos [34]) fines omnis [35]) Africa receperit, et docuerit [36]) nos de omni ordinatione totius Africanae dioeceseos, id est quanti et qui milites, in quibus locis vel civitatibus constituti sunt,

---

[1]) ut *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [2]) noctuque *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [3]) fines *abest ab ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [4]) festinate *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; festinare *ms. Pl.* 2.; festinante *ms. Bg.* — [5]) manere *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; locis *abest a Cont. et rell.* — [7]) *edd. Nbg. Hal. Russ. Bk.*; et in *ms. Pl.* 1.; ut in *ms. Pl.* 2.; et ut in *ms. Bg.*, *edd. Schf. Cont. et rell.* — [8]) obscuritate *ms. Pl.* 1. — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; pedites *Hal. et rell.* — [10]) limitem qui debent ad *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; lim. qui debent vigilare ad *ms. Bg.*; lim. qui mitti debent ad *ed. Schf.* — [11]) ut tua magnitudo conspexerit *ms. Bg. ex emendat.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; quia *abest a Russ. et rell.* — [13]) qui *inserunt ms. Bg.*, *edd. Nbg. Russ. et postea rell.* — [14]) sunt *inserunt Russ. et postea rell.* — [15]) limitis *ms. Bg.*, *ed. Schf.*; limitis milites *ms. Pl.* 2. — [16]) sunt *inserit ms. Bg.* — [17]) et civ. et limites *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [18]) *ms. Pl.* 2., *Hal.*; et *inserunt mss. Pl.* 1. *Bg. et edd. rell.* — [19]) militibus et *inserunt edd. Nbg. Hal.* — [20]) limitum *ms. Pl.* 1. — [21]) tendant *edd. Nbg. Hal.*; teneantur *ms. Bg.*, *in quo a v.* Iubemus *nova propositio orditur, quod fit in plerisque veteribus libris.* — [22]) quadruplo *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [23]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Russ. in marg. ex tribus mss.*; deprendere *ed. Schf.*; reprehendere *ms. Pl.* 2.; rependere *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) providemus *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [25]) producere *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [26]) milites *ed. Nbg.* — [27]) earum *edd. Nbg. Hal.* — [28]) iniquos *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [29]) *fortasse rectius* duces *legitur*, *quod saepe cum v.* iudices *in mss. commutatum inveni.* — [30]) ausus fuerit usurpare *ms. Bg.*, *sed* usurpare *serius expunctum*; se usurpaverit *ms. Pl.* 1.; usurpaverit *var. l. gl.*, *quod probat Russ. in marg.* — [31]) ex *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [32]) efficiatur *ms. Pl.* 1.; efficiantur *ms. Pl.* 2. — [33]) et *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [34]) antiquos *cancellis inclusum a Cont. Char. Pac.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.*; omnes *Cont. et rell.* — [36]) docueris *Russ. in marg.*

sunt, et quanti limitanei, et in quibus locis et militiis collocati [1]) sunt [2]), tunc iubemus tuam magnitudinem ad nostram clementiam remeare. §. 14. Interea vero si aliquas civitates seu castella per limites constituta providerit tua magnitudo nimiae esse magnitudinis, et propter hoc non posse [3]) bene custodiri, ad talem modum ea construi disponat, ut possint per pancos bene servari. §. 15. Quum autem magnitudo tua, omnibus dispositis, ad nos remeare iussa fuerit [4]), tunc duces uniuscuiusque limitis, quotiens pro componendis civitatibus aut castris, et pro stipendiis suis, ac [5]) pro annonis aliquod opus habuerint, celerius ad virum magnificum, praefectum per Africam, significent, ut ipse, quae necessaria fuerint, festinet facere, ne aliqua protractio provinciis noceat. §. 16. Ea vero, quae ipse fecerit, vel quae adhuc necessario procuranda sunt postea, et memoratus vir magnificus, praefectus praetorio [6]) Africae, et viri spectabiles duces, et de aliis omnibus, quae ibi agnntur, frequenter ad nos referant, ut bene facta confirmemus, et, quae opportunius debent fieri, ex nostra dispositione peragantur. §. 17. Hoc etiam decernimus, ut iudices, qui ordinandi sunt per Africanos limites, nihil amplius in sacratissimo palatio cuilibet personae aut dignitati, vel in [7]) praetorio per Africam praefecturae et [8]) magisteriae potestati [9]) praebeant, nisi quantum subter annexa declarat notitia. Nam si quis amplius, quam in subdita notitia taxatum est, usurpaverit seu acceperit [10]), triginta libras auri mulctae dependat nomine, quum [11]) et periculo indignationis [12]) nostrae serenitatis subiacebit; nulla alia qualibet persona, aut dignitate, aut officio accipiente aliquid ab eis praeter illos, quorum nomina in subiecta notitia continentur. §. 18. Ad hoc iubemus, ut Deo iuvante unusquisque dux seu eorum officia, secundum quod notitia subter annexa continet [13]), emolumenta sua ex tributis Africanae provinciae ex Kalendis Septembris instantis felicissimae tertiae decimae indictionis [14]) percipiant. §. 19. Et haec notitia [15]) Deo volente debet delegari ducibus et eorum officiis, in Africa constitutis, pro annonis et capitu [16]) per singulos annos praebendis.

Ita: Clarissimo viro, duci Tripolitanae provinciae, et hominibus eius singulis solid. V. capit. CLIX. singulis capit. solid. DCCLXXXIII. [17]). Assessori ducis et officio ac hominibus eius XL. ann. XCVI. [18]) S., singulis annis capit. solid VI. [19]). Simul fiunt pro ann. et capit. solid. DCLXXIV. [20]). Dividuntur sic: assessori in ann. VIII. capit. IV. [21]), primicerio in ann. VIII. [22]) cap. II., ducenariis III. ad ann. VI. solidi, fiunt ann. capitis fiunt capitum capit., centenariis VI. ann. V. sunt, fiunt ann. IV., et ad capit. I. fiunt ann. XVI., et ad capit. III. fiunt cap. VIII.; circitoribus IX. semis.; aliis XI. ad ann. I. S., fiunt ann. XIV. sunt et ad capit. III. fiunt capit. XI. [23]). Item viro clarissimo, duci Byzacenae provinciae, et hominibus eius ann. CXC. singulis in [24]) ann. solid. V. [25]) capit. CLVIII. singulis capit. solid. X. Simul fiunt pro ann. capit. solidi DCLXX. Omnes dividuntur sic: assessori in [26]) ann. VII. capit. IV.; primicerio in ann. V. capit. II.; numerario in ann. VI. [27]) capit. VIII.; ducenario IV. ad ann. III. [28]), fiunt capit. III.; centenariis VI. ad ann. [29]) ann. XV., et cap. I., fiunt cap. VII.; circitoribus IX. ad ann. [30]), fiunt ann. XIII., et ad cap. III., fiunt cap. VII.; circitoribus [31]) IX. ad ann. II., fiunt XVIII., et ad capit. fiunt ann. XIII. [32]) capit. IX. semis.; aliis XI. ad ann. III. [33]), fiunt ann. XIII. S. et ad capit. XI. [34]). Item viro clarissimo, duci Numidiae provinciae, et hominibus eius ann. CXC., singulis ann. solid. VIIII. [35]), capit. CLVIII., singulis capit. solid. IX. [36]). Simul fiunt pro ann. et capit. solid. CCCLI. XXXIV. [37]). Assessori ducis et officio eius hominibus XL. ann. et capit. solid. V. capit. XLIX., singuli capit. solid. V. capit. XLVII. II. singulis capit. solid. III. Simul fiunt pro ann. et capit. solid. CLXIV. S. [38]). Dividuntur sic: assessori in ann. XIII. capit VI. [39]); primicerio [40]) ann. [41]) capit. III. [42]), numerario in ann. IV., fiunt ad ann. XVI. et ad capit. V.; centenariis [43]) ad ann. II. S., fiunt duodecim, et ad capit. capita VI.; biarchis VIII. [44]); circitoribus IX. ad ann. II., fiunt ann. CXXVII. [45]), et ad capit. III., fiunt capit. VIII. semis. [46]); aliis XI. ad ann. II., fiunt ann. XVI. [47]), sunt XV. [48]), et ad capit. III., fiunt capit. XI. [49]). Item viro clarissimo, duci Mauritaniae provinciae, et hominibus eius ann. CXC. singulis ann. solid. V. capit. solid. CC. CLX. XXXV. Assessori ducis et officio eius hominibus XL. ann. XCVI. S. [50]) III.

---

[1]) et in quib. loc. et mil. coll. *absunt ab ed. Schf.* — [2]) et quanti limitanei — coll. sunt *absunt a mss. Pl.* 1. *Bg. et a quatuor mss. Russ.*; vel vicis *addit ms. Pl.* 2. — [3]) posse *abest ab ed. Nbg., Hal. in textu.* — [4]) visa fuerit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; aut *edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) praetorio *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [7]) in *abest a ms. Bg.* — [8]) et *abest a ms. Bg.* — [9]) magisteriae potestatis *ms. Pl* 2., *ed. Schf.*; magisterio potestatis *ms. Bg.*; magisterii potestatis *ms. Pl.* 1. — [10]) usurpaverit se accipere *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* (*in hoc se serius expunctum*), *ed. Nbg.*; usurpaverit accipere *probatur a Russ. in marg.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; cum quo *Russ. et rell.* — [12]) dignitatis *ms. Pl.* 1.; indignantis *ms Pl.* 2. — [13]) detinet *mss Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal.*; detinetur *ed. Nbg.*; detur *ms. Bg.* — [14]) ex Kal. — indictionis *absunt a ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [15]) et ex notitia *ms. Bg.* — [16]) ex capite *ms. Bg.* — [17]) et homin. eius ann. CX. C. singula ann. solid. V. capit. CLVIII. singuli capit. MDI. XXXII. *ms. Bg.* — [18]) XCVII. *ms. Bg.* — [19]) singulis ann. solid. V. cap. XLXIII. singulis capit. sol. IIII. *ms. Bg.* — [20]) DCLXXXIII. *ms. Bg.* — [21]) III. *ms. Bg.* — [22]) V. *ms. Bg.*; *idem hic ita pergit:* capit. II. numerario I. ann. IIII. capit. ducenariis IIII. ad ann. III. et fiunt ann. XIIII. et a capite III. centenari VI. ad ann. III. fiunt ann. XI. et ad capit. I. fiunt capit. VI. Biarchis VIII. ad ann. II. fiunt ann. XVI. ad cap. I. fiunt capit. VIII. *Videntur itaque in textu Cont. plura excidisse; quae vero illa sint, ex unius ms. collatione colligi vix potest.* — [23]) circitoribus VIII. ad ann. II. fiunt ann. XVIII. et ad capit. VIII. semi aliis XI. ad ann. II. fiunt XI. et ad capit. I. fiunt I. cap. XI. *ms. Bg.* — [24]) in *abest a ms. Bg.* — [25]) VIII. *ms. Bg.*; *idem pergit:* singulis cap. sol. IV. simul pro ann. et cap. sol. DLXIIII. — [26]) in *abest a ms. Bg.* — [27]) ann. VI. *absunt a ms. Bg.* — [28]) IIII. *ms. Bg.*; *idem ita pergit:* fiunt ann. XIIII. et ad cap. I. fiunt capit. VI. centen. etc. — [29]) *Russ. Cont. et rell. inserunt asteriscum, lacunae signum.* — [30]) *asterisco inserto hic lacunam indicant Russ. Cont. et rell.* — [31]) *ms. Bg. a v.* centenar. *usque ad v.* circitor. *ita habet:* centenarii VI. ad ann. fiunt capit. VI. centenarii VI. ad ann. III. fiunt ann. XV. et ad cap. I. fiunt VI. fiunt capit. biarchis IX. ad ann. II. fiunt ann. XIII. et ad capit. I. fiunt capit. VIII. circitoribus. — [32]) *post* ann. *et* XIII. *asteriscos inserunt Russ. Cont. et rell.* — [33]) *et hic asteriscum habent Russ. Cont. et rell.* — [34]) *in ms. Bg. a* circitor. — capit. XI. *ita legitur:* circitoribus IX. ad ann. II. fiunt ann. XVIII. et ad capit. IX. et aliis XI. ad ann. II. fiunt ann. XVII. et ad cap. I. fiunt capit. XI. — [35]) solid. V. *ms. Bg.* — [36]) solid. IIII. *ms. Bg.* — [37]) solid. MDI. XXXIII. — [38]) *ms. Bg. a v.* hominib. XL. — CLXIV. S. *ita habet:* hom. XL. ann. XVII. singulis sol. V. cap. XLVIII. singuli capit. sol. IIII. simul fiunt per ann. et cap. CLCLXXXIIII. S. — [39]) ann. VIII. cap. III. *ms. Bg.* — [40]) *asterisco interposito lacunam indicant Russ. Cont. et rell.*; I. *inserit ms. Bg.* — [41]) ann. V. *ms. Bg.* — [42]) cap. II. *ms. Bg.* — [43]) *a v.* numerar. — centenar. *ita legitur in ms. Bg.*: nus I. ann. IIII'. cap. duocenariis VII. ad ann. III. fiunt ann. XIIII. ad capit. II. fiunt capit. Centenariis VI. — [44]) biarchis VIII. ad ann. II. fiunt VIII. *ms. Bg.* — [45]) fiunt XVIII. *ms. Bg.* — [46]) et ad cap. I. fiunt cap. IX. *ms. Bg.* — [47]) fiunt XI. *ms. Bg.* — [48]) sunt XV. *absunt a ms. Bg.* — [49]) et ad cap. I. fiunt h. capit. *ms. Bg.* *Reliqua usque ad finem absunt a ms. Bg* — [50]) *asteriscum inserunt, lacunae signum, Russ. Cont. et rell.*

III. S., fiunt simul pro ann. et capit. sol. DCLXX. III. S. Dividuntur sic: assessori in ann. IX. capit. IV.; primicerio in ann. V. capit. I.; numerario in ann. capit. III.; ducenariis III. ad ann. III. S., fiunt ann.[1]) et capit. III., fiunt capit. II.; centenariis IX. ad ann. X. et ad caput III., fiunt capita V.; biarchis VIII.; circitoribus ad ann. VIII., fiunt ann. XVIII., et ad cap. III., fiunt capit. III., fiunt capit XI. Item viro clarissimo, duci Sardiniae insulae, et hominibus eius ann. CXC, singulis ann. solidi CCLXXXII.; assessori ducis et officio eius hominibus XL. ann. XCVI. S., singulis ann. solid.[2]) capit. XLVIII., singulis capit. solid. IX. Simul fiunt pro ann. et capit. CL. CLXXXVI. Dividuntur sic: assessori ann. IX. et capit. III.; primicerio in ann.[3]) II. capit. III.; numerario in annum capit. III.; ducenariis IV. ann. III., sunt ann. XVI. et capit. III. sunt et capit. IX.; circitoribus IX. ann. III., fiunt ann. XXVIII., et capit. III., fiunt capit. IX.; circitoribus IX. ann. III., fiunt ann. IV. cap. IX. semis.; aliis XI. ad ann. XVI. sunt, et ad capit. III., fiunt capit. XI. §. 20. Notitia consuetudinum, quas in sacro laterculo, et in praetorio amplissimae praefecturae per Africam, et in officio magistri militum pro tempore dux praebere debet uniuscuiusque limitis sic: In sacro laterculo solid. VI.; in officio magisteriae militum potestatis pro insinuandis administrationis suae divinis nostrae serenitatis affatibus solid. XII.; in officio amplissimae praefecturae per Africam pro insinuandis eiusdem chartis solidi XII. §. 21. Gloria itaque tua, quae per hanc pragmaticam sanctionem nostra statuit aeternitas, effectui ea mancipari observarique praecipiat. §. 22. Emissa lex Idib. April. CP. DN. Iustiniano PP. A. IV. et Paulino V. C. Conss. [534.]

Eiusdem notitiae vetus epitome.

§. 23. *Et haec notitia Deo volente debet delegari iudicibus et eorum officiis, in Africa constitutis, pro annonis et capitu per singulos annos praebendis*[4]). *Ita*[5]): *viro clarissimo*[6]), *duci Tripolitanae provinciae, et hominibus eius anno*[7]) *nonagesimo singula annona solidos quinque cap. centum quinquaginta novem singuli cap. solidos ducentos octoginta duos; assessori ducis, et officio ac hominibus eius quadraginta ann.*[8]) *nonaginta et septem. Item viro clarissimo, duci Byzacenae, et hominibus eius similiter*[9]). *Item viro clarissimo, duci Numidiae, et hominibus eius similiter. Item viro clarissimo, duci Mauritaniae provinciae, et hominibus eius similiter*[10]). *Item duci Sardiniae et hominibus eius similiter.* §. 24. *Item notitia consuetudinum, quas*[11]) *in sacro laterculo, et in praetorio amplissimae praefecturae per Africam, et in officio magistri militum pro tempore dux praebere solet*[12]) *uniuscuiusque limitis sic: In sacro laterculo sex solidos; in officiis magisteriae militum potestatis pro insinuandis divinis administrationibus seu divinae serenitatis affatibus*[13]) *solidos duodecim; pro*[14]) *officio amplissimae praefecturae per Africam pro insinuandis eius chartis solidos duodecim.* §. 25. *Gloria itaque tua, quae per hanc pragmaticam sanctionem nostram statuuntur, aeternitatis effectui mancipari observarique praecipiat.*

Tit. XXVIII.

[a]) DE OFFICIO PRAEFECTI URBI[15]).

1. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Volusianum P. U.[16]) — Studentibus nobis statum urbis et annonariam rationem aliquando firmare, in animum[17]) subiit[18]), eiusdem annonae curam non omnibus deferre[19]) potestatibus. Et ne praefectura urbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium annonarium[20]) redundasset, eidem[21]) praefecturae sollicitudinis necessitatem mandamus, sed non ita, ut lateat officium annonariae praefecturae, sed ut ambae potestates, in quantum sibi negotii est, tueantur civilem annonam, sitque societas muneris[22]) ita, ut inferior gradus meritum superioris agnoscat, atque[23]) ita superior potestas se exserat, ut sciat ex ipso nomine, quid praefecto debeatur annonae. Dat. II. Non. April. Mediolani, Valentiniano et Valente AA Conss.[24]) [365.]

2. Idem AA. ad Ampelium P. U. — Quod promulgatis sanctionibus tua sinceritas rescriptum[25]) esse non nescit, etiam ex praecepto nostro competenter observet, nec quasdam personas de provincia existimet advocandas[26]), nisi tantummodo suos officiales, et homines populares huius almae urbis seditioni obnoxios.

3. [c]) Impp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Rufinum P. U.[27]) — Praefectura[28]) urbis cunctis, quae intra urbem sunt, antecellat dignitatibus[29]), tantum ex omnium[30]) parte derivans[31]), quantum sine[32]) iniuria ac detrimento honoris alieni[33]) usurpat. Dat. III. Id.[34]) Iul. Valente A.[35]) V. et Valentiniano iun.[36]) Conss. [376.]

4. [d]) Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius[37]) AAA. Severino, Comiti sacrarum largitionum. — Omnia corporatorum genera, quae in Constantinopolitana civitate versantur, universosque[38]) cives atque[39]) populares praefecturae urbanae regi moderamine co-

---

[a]) *Dig. I.* 12. — [b]) *l.* 5. *Th. C. de off. praef. urb.* (*I.* 6.). — [c]) *l.* 7. *Th. C. de off. praef. urb.* (*I.* 6.). — [d]) *l.* 5. *Th. C. de off. com. sacr. larg.* (*I.* 10.).

[1]) *insertus hic est asteriscus a Russ. Cont. et rell.; item ante v.* centenariis, *quod statim sequitur.* — [2]) *et hic asteriscum inserunt Russ. Cont. et rell.* — [3]) in annum *Cont.* 62. 76. — [4]) *et haec notitia — praebendis absunt a Russ.* — [5]) *edd. Nbg. Hal. Russ.; Item Cont.* 66. *et rell.* — [6]) *vero omisso clarissimo edd. Nbg. Hal. Russ.* — [7]) *asteriscum hic inserunt Hal. et rell.* — [8]) *edd. Nbg. Hal. Russ.; annis Cont.* 66. *et rell.* — [9]) *Item viro — similiter absunt ab ed. Nbg., Hal. in textu.* — [10]) *Item viro clar. duci Maurit. — similiter absunt ab ed. Nbg., Hal. in textu.* — [11]) *quae ed. Nbg.* — [12]) *oportet ed. Nbg.* — [13]) *cfr.* §. 20. *i. f.* — [14]) *in rectius fortasse; v.* §. 20. *i. f.* — [15]) urbis *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Nbg.*; urbis Romae *ed. Schf.* — [16]) pp. urb. *mss. Vat. Pl.* 1. 2.; Volusiano P. P. *Hal. Russ.* — [17]) in animo *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [18]) subiit *abest a Theod. C.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2., *Theod. C.*; deferri *ms. Bg., edd. Cod. omnes.* — [20]) annonarum *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [21]) eiusdem *Cont.* 76. — [22]) in numeris *ed. Nbg.* — [23]) ita ut infer. — atque *absunt a ms. Pl.* 1. — [24]) *Theod. C., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [25]) scriptum *mss. Pl.* 1., *Hal.*; perscriptum *ed. Schf.* — [26]) vocandas *ms. Pl.* 2.; avocandas, evocandas, devocandas *Russ. in marg.* — [27]) *ms. Pl.* 2., *Cont. et postea rell.*; P. U. *absunt a ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Russ.*; pp. *mss. Cas. Bg.*; Rufinum Pompeium *Theod. C. Omittendae dignitati* P. U. *ipsa verba, a quibus lex orditur, ansam praebuisse videntur.* — [28]) Praefectus *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; Praefectus autem *ed. Schf.* — [29]) dignitatibus potestatibus *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; dignitat. et potestatibus *edd. Nbg. Hal. Russ.*; potestatibus *Theod. C.* — [30]) *ms. Bg., ed. Schf. Cont. in marg.*; omni *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [31]) *ms. Bg., Cont. in marg.*; delibans *Theod. C., Bk.*; derivatis *mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal., Theod. C.*; omni *inserunt edd. Nbg. Russ. et rell.* — [33]) alieno *ms. Pl.* 1. — [34]) *Theod. C., Bk.*; Dat. VI. Kal. *Hal. et rell.* — [35]) A. *omittit Theod. C., Bk.* — [36]) AA. *inserit Theod. C., Bk.*; *sed addenda ea esse, ex inscr. neutiquam colligitur.* — [37]) *Hal. Russ. Bk., Theod. C.*; Val. et Arc. et Theod. *ms. Cas.*; Theod. Val. et Arc. *rell. mss. et edd.* — [38]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ.*; universos quoque *edd. Schf. Cont. et rell., Theod. C.* — [39]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.* ac *Hal. et rell.*

cognoscas [1]). Dat. XVII. Kal. Mai. Mediolani, Tatiano et Symmacho Conss. [2]) [391.]

5. [a]) Imp. Theodosius A. Constantio [3]) P. U. [4]) — Primicerius, adiutor tuae sedis officii [5]), per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine priscae ordinationis meruit, curam insuper personarum [6]), usurpatione omni atque ambitione cessante, suscipiat; hoc etiam adiecto, ut, si quis ex [7]) memorato ordine vel conditionis humanae fine praeventus, vel alia quacunque ratione militiae gradum propriae amisisse monstrabitur, solitae ambitionis iniuria vacante, locum is, qui iuxta matriculae veritatem sequitur, obtineat. Dat. XIII. Kal. Ian. Constantinopoli, Victore V. C. Cons. [8]) [424.]

Tit. XXIX.

DE OFFICIO MAGISTRI [9]) MILITUM.

1. [b]) Imppp. Valentinianus, Gratianus [10]) et Theodosius AAA. ad Eusignium [11]) P. P. — Viri illustres, comites et magistri peditum et equitum, in provinciales nullam penitus habeant potestatem, nec amplissima praefectura in militares viros.

2. [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Hypatium, Magistrum militum per Orientem [12]). — Apparitores per Orientem [13]) statutos officii tui ad aliud iudicium trahi minime oportebit. Sciat igitur illustris magnificentia tua, sub te, sive civiliter sive criminaliter appetantur, eos litigare debere. Dat. Id. Dec. Constantinopoli, Constantio et Constante VV. CC. Conss. [14]) [414.]

3. [d]) Imp. Zeno A. Sebastiano P. P. — Eos, qui ultra statutos in officio magisteriae per Orientem potestatis militant, civilium quoque iudicum sententiis super quolibet negotio subiacere praecipimus [15]); ipsis quin etiam [16]) statutis in tributariis collationibus civilium quoque iudicum dispositionibus procul dubio parituris.

4. [e]) Imp. Anastasius A. Ioanni, Magistro militum per Illyricum. — Milites de locis, in quibus consistunt, ad alia loca sine speciali nostrae serenitatis auctoritate nullatenus transferri praecipimus, nec [17]) eorum expensae in locis, in quibus consistunt, minuantur. Sed si forte quaedam urgens et necessaria causa emerserit, utilitati ac securitati publicae tam amplissimam praetorianam praefecturam, quam tuam sedem sine ulla procrastinatione [18]) prospicere protinus [19]) oportet et suggestiones ad nostras aures destinare, indicantes [20]) tam loca, de quibus milites transferendi sunt, quam ea, ad quae pervenire eos oportet, nominaque fortissimorum numerorum, in quibus iidem milites referuntur, nec non quantitatem annonarum, et ante omnia causam, ob quam iidem milites transferendi sunt, ut post talem suggestionem a nostra auctoritate competentia procedant.

5. Imp. Iustinianus A. Zetae [21]), viro illustri, Magistro militum per Armeniam [22]) et Pontum Polemoniacum et gentes [23]). — Quum propitia divinitate Romanum nobis sit delatum imperium, sollicita cura, cauta diligentia pertractantes perspeximus, oportere etiam partibus Armeniae, et Ponto Polemoniaco, et gentibus proprium magistrum militum per hanc legem constituere, tuamque magnitudinem, quae nobis ex ante gestis optime commendata est, idoneam ad talem fore dignitatem [24]) confidentes elegimus, certasque provincias, id est magnam Armeniam, quae interior dicebatur, et gentes, Anzitenam [25]) videlicet, Ingilenam [26]), Astyanenam [27]), Sophenam [28]), Sophanenam [29]), in qua est Martyropolis, Balabitenam [30]), et primam et secundam Armeniam, et Pontum Polemoniacum tuae curae cum suis ducibus commisimus, comite Armeniae penitus sublato, cunctosque [31]) subdidimus [32]) numeros, non modo quos in praesenti novos constituimus, sed etiam de praesentalibus et Orientalibus et aliis agminibus segregatos, non tamen eorum quantitatem agminum minuentes; sed quia plures eis addidimus [33]) sine reipublicae gravamine et sine augmento sumtuum, aliquantos subtraximus, ita tamen, ut post hanc subtractionem ampliores remanserint, quam usque ad nostra felicia fuerant tempora [f])

Tit. XXX.

[g]) DE OFFICIO QUAESTORIS [34]).

1. [h]) Imp. Theodosius A. Sallustio [35]), Quaestori. — Totius minoris laterculi curam [36]) scias ad tuae

---

[a]) *l.* 12. *Th. C. de off. praef. urb.* (*I.* 6.). — [b]) *Bas. VI.* 4. 14. *In ms. Pl.* 1. *h. l. ad praecedentem tit. relata legitur.* — [c]) *l.* 4. *Th. C. de off. mag. mil.* (*I.* 7.). — [d]) *Bas. VI.* 4. 15. — [e]) *Bas. VI.* 4. 16. — [f]) *Ms. Vat. in fine hui. tit. lacunam graecae const. indicat.* — [g]) *Dig. I.* 13. — [h]) *l.* 2. *Th. C. de off. quaestor.* (*I.* 8.); *Bas. VI.* 6. 3.

[1]) cognoscant *ms. Bg.*; recognoscas *Theod. C.* — [2]) *Theod. C., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [3]) Constantino *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell. praeter Bk.* — [4]) P. P. *ms. Bg., Hal. Russ.* — [5]) Primiceriis adiutorum tuae sed. officiis *mss. Pl.* 1. 2.; Primicerium adiutorium tuae sed. officiis *ms. Bg.*; *in ed. Nbg. haec vv. cum sqq. permixta ita leguntur:* Primicerius adiutor quod in eodem gradu tuae sed. officium. — [6]) ipsorum *Russ. in marg.*; epistolarum *Char. in marg. ex libro Auredani, Cuiac.* (*Obss. XIII.* 1.). — [7]) ex *abest ab edd. Nbg. Hal.* — [8]) *Theod. C., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [9]) magistratuum *ms. Pl.* 1.; magistrorum *ms. Bg.*; magistratus *ms. Gt.* — [10]) Gratian. Valent. *ms. Cas., Bk.* — [11]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Cont.* 62. *Bk.*; Eusignum *mss. Pl.* 1. *Bg.*; Eugenium *Hal. Russ.*; Ensignium *Cont.* 66. *et rell.* — [12]) *a vv.* Per Orientem *ipsam legis orationem ordiuntur mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*, *eadem vv. absunt ab edd. Nbg. Hal. Russ.* — [13]) per Orient. *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Nbg.* — [14]) *Theod. C., Bk., subscr. abest ab Hal. et rell.* — [15]) praecipimus *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; *abfuisse idem et a Bononiensi lectione docet glossa* eos, *quae subaudiendum esse* praecipimus *censet.* — [16]) quin etiam ipsis *ms. Pl.* 1.; quin etiam *omisso* ipsis *ed. Schf.* — [17]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; ne *ms. Pl.* 2., *edd. omnes*; *sed* μηδεὶς ἢ μεταφερέτω στρατιώτας —, ἢ τὰς ἀνώνας μειούτω *Bas.* — [18]) procastigacione *ms. Pl.* 1. — [19]) penitus *ed. Nbg., Hal. in textu.* — [20]) iudicantes *edd. Nbg. Schf., Hal. in textu.* — [21]) Zitte *mss. Vat. Pl.* 1. 2.; Zite *ms. Bg., ed. Nbg.*; Zittte *ms. Cas.* — [22]) *a vv.* Per Armen. *ipsius legis oratio incipit in mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [23]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; et gentes *absunt ab ed. Nbg.*; et ceteras gentes *Hal. et rell., improbante Contio, qui* ceteras *in veteribus deesse contendit.* — [24]) quae nobis — dignitatem *absunt ab ed. Nbg., Hal. in textu.* — [25]) Anzitonam *mss. Pl.* 2. *Bg.*; Anticenam *ed. Schf.*; ante Nicenam *ed. Nbg.*; Ἀνζητηνή *Nov.* 31. *c.* 1. — [26]) Inligenam *ms. Pl.* 2.; Ingelenam *ms. Bg.*; Ingelinam *ed. Nbg.*; Acilisenam *Hal. Russ.* — [27]) Arthiveniam *ms. Pl.* 1.; Aytinenam *ms. Pl.* 2.; Antimenam *ms. Bg.*; Ythimeniam *ed. Schf.*; Archimenam *ed. Nbg.*; Hobordenam *Hal. Russ.*; Ἀσθιανηνή *Nov.* 31. *c.* 1. — [28]) Sophenam *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Sophonam *ed. Nbg.*; Τζοφανή *Nov.* 31. *c.* 1. — [29]) Sophaneniam *ms. Pl.* 1.; Sophaniam *ed. Schf.*; Τζοφανηνή *Nov.* 31. *c.* 1.; Sophonenam *Char. Pac. Sp. Bk.*; Sophanen. in qua est Martyr., Balabit. *absunt ab edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [30]) vel Ambithenam *ms. Pl.* 1.; vel Abitenam *ms. Bg.*, *et idem fere ms. Pl.* 2.; Βαλαβιθηνή *Nov.* 31. *c.* 1.; Belabitenam *Cont.* 66. *et postea rell.* — [31]) ceterosque *ms. Pl.* 1.; certosque *ed. Schf.* — [32]) *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.*; subditos *ms. Pl.* 1.; subdimus *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [33]) addimus *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; audimus *ms. Pl.* 2. — [34]) *rubr. deest in ms. Pl.* 2. — [35]) viro illustri, Comiti et *inserit Theod. C.*; Comiti et *insertum a Bk.* — [36]) Laterculi curam totius *Theod. C.*

tnae sublimitatis sollicitudinem pertinere, ita ut tuo arbitratu ex scrinio[1]) memoriae totius minoris laterculi dignitates, hoc est praepositurae[2]) omnes, tribunatus et praefecturae[3]) castrorum[4]), iuxta consuetudinem priscam clementiae meae auctoritate deinceps mittantur. Dat. VI. Kal.[5]) Maii Constantinop. Castino et Victore Conss.[6]) [424.]

2.[a]) Idem A. Helioni, Comiti et Magistro officiorum. — Omnes minoris laterculi dignitates, quae sub cura quidem ac sollicitudine viri illustris quaestoris esse antea videbantur, postea vero, vel universae vel mediae, ad magistrorum militum potestatem dispositionemque transierant, placuit nunc clementiae meae, vetusti temporis more renovato[7]), ad prisca deinceps iura revocare. Dat III. Kal.[8]) Maii, suprascriptis Conss.[9]) [424.]

3.[b]) Imp. Anastasius A. Euebio, Magistro officiorum. — Officia et conditiones, quae pertinent ad viros devotos, in sacro scrinio memoriae militantes, nemini liceat sub quacunque occasione sine ulla[10]) divinae subscriptionis liberalitate peragere; eo, quicunque in hoc fuerit postea facinore convictus, publicatione bonorum suorum mulctando, officio quoque rectoris provinciae, in qua, non allegato super gerenda sollicitudine sacro rescripto, aliquis ausus fuerit eandem curam sibimet usurp re, trium librarum auri dispendio feriendo. Dat. Ka. Mart. Constantinop. Anastasio A. et Rufino[11]) Jonss. [492.]

Tit. XXXI.

DE OFFICIO MAGISTRI[12]) OFFICIORUM.

1.[c]) Imp. Constantius A.[13]) ad Agentes in rebus. — Privilegiis, dudum scholae vestrae[14]) indultis[15]), integris reservatis, ad ducenam[16]) etiam et[17]) centenam[18]) et biarchiam nemo suffragio, nisi labore[19]) unusquisque perveniat, principatum vero adipiscatur matricula decurrente, ita ut ad curas agendas et cursum illi exeant[20]), quos ordo militiae vocat et laborum. Adiutor[21]) praeterea, in quo totius scholae status et magistri securitas constituta est, idoneus probitate morum ac bonis artibus praeditus nostris per magistrum obtutibus offeratur, ut nostro ordinetur arbitrio. Dat. et[22]) PP. Romae in foro Traiani[23]), Kal. Novemb. Eusebio et Hypatio Conss.[24]) [359.]

2.[d]) Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Principium[25]), Magistrum officiorum. — Nemo agentium in rebus ordinem militiae atque stipendia praevertat[26]), etiamsi nostri numinis per obreptionem detulerit indultum; ac si quis formam admissi[27]) istiusmodi docebitur obtulisse, in locum, ex quo indecenter emerserat, revertatur, ut is gradu ceteros antecedat, quem stipendia meliora[28]) vel labor prolixior fecerit anteire. PP. Hadrumeti[29]), VII. Id. Mart. post. cons. Arcadii A. I. et Bautonis V. C.[30]) [386.]

3.[e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio[31]), Comiti[32]) et Magistro officiorum. — Scholarium nostrorum devotio, probata a nostris parentibus, circa nostrae maxime serenitatis[33]) affectionem enituit; unde, quidquid ad fovenda servandaque eorum privilegia postulatur, statim credimus[34]) admittendum. Ideoque suggestionem tui culminis approbantes, viris spectabilibus, comitibus scholarum, verberandi degradandive[35]) senatores et ducenarios licentiam denegamus. Ea namque, quae tali commotione digna sunt, ad tuae sublimitatis volumus referri notitiam. Dat. XV. Kal. Mai. Constantinop. Cyro V. C. Cons.[36]) [441.]

4.[f]) Idem AA. Nomo[37]), Magistro officiorum. — Curae perpetuae tui culminis[38]) credimus iniungendum, ut

---

[a]) *l.* 3. *Th. C. de off. quaestor.* (*I.* 8.); *Bas. VI.* 6. 3. — [b]) *Bas. VI.* 6. 4. — [c]) *l.* 1. *Th. C. de off. mag. offic.* (*I.* 9.); *Bas. VI.* 1. 57. — [d]) *l.* 2. *Th. C. de off. mag. offic.* (*I.* 9.); *Bas. VI.* 1. 58. — [e]) *ex parte geminata in l.* 1. *C. de privil. scholar.* (*XII.* 30.); *Nov. Theod. XXIX.*; *Bas. VI.* 1. 59. — [f]) *Nov. Theod. XXXIII.*; *Bas. VI.* 1. 60.

[1]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *Cont.* 66. 71. 76. *in marg.*, *Bk.*, *Theod. C.*; ἐκ τοῦ σκρινίου *Bas.*; et scrinio *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [2]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; praeposito *ms. Pl.* 1.; praefecturae *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; praefecturae *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) castrorum *abest a Theod. C.* — [5]) VII. Kal. *Theod. C.* — [6]) Constantinop. Victore V. C. Cos. *omisso Castini nomine, quod praeter hanc legem et l.* 2. *h. tit. semper omissum invenitur, quum in aliqua subscr. huius consulatus mentio fit. Cfr. Iac. Gothofr. in Chronol. Th. C. p. CXCII.* — [7]) *ms. Bg.*, *edd. Schf. Bk.*, *Russ. Cont. in marg.*, *Theod. C.*; remoto *mss. Pl.* 1. 2.; revocato *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) IV. Kal. *Theod. C.* — [9]) Castino et Victore Conss. *Bk.*; Victore V. C. Cos. *Theod. C.* — [10]) ulla *abest a ms. Pl.* 1. — [11]) Rufo *scribendum est, si marmoribus et Graecis fidem habeamus.* — [12]) magistrorum *ms. Pl.* 1.; *in ms. Bg. superscriptum:* vel magistratuum. — [13]) Constantinus A. *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal et rell. praeter Bk.*; et Iulianus Caes. *addunt Theod. C.*, *Bk.* — [14]) nostrae *edd. Nbg. Schf.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; et *inserunt Hal. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Theod. C.*; ducenciam *ms. Pl.* 1.; ducenariam *Hal. et rell.*, *perperam*; *cfr. inter alia l.* 3. *Th. C. VIII.* 4. *et Iac. Gothofr. ad h. l.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; etiam *omisso* et *ed. Nbg.*; et *omisso* etiam *ms. Bg.*; etiam et *absunt ab Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Theod. C.*; centenariam *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 16. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sed labore *Russ. et rell.*; sed per laborem *Theod. C.*; μηδεὶς — ψήφῳ, εἰ μή *Bas.* — [20]) exerceant *mss. Pl.* 1. 2. — [21]) *ed. Schf.*; vocat eius laborum adiutor *mss. Pl.* 1. 2.; vocat eorum laborum adiutorio *ms. Bg.*; vocat, et eius laborum adiutor, *edd. Nbg. Hal. et rell. praeter Bk.*; vocat et labor. Adiutor *Theod. C.*, *Bk. Sed verior videtur nostra lectio, quum* laborum *omnibus auctoritatibus muniatur. Consentiunt Bas.:* καταβαθμὸν — τῆς κούρας καὶ τοῦ δρόμου φροντιζέτωσαν· ὁ δὲ βοηθός. — [22]) Dat. et *Theod. C.*; *abest ab edd. Cod.* — [23]) PP. — Traiani *absunt ab Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [24]) *Theod. C.*, *Bk.*; Kal. — Conss. *absunt ab Hal. et rell.* — [25]) *mss. Cas. Vat.*, *Theod. C. ex lect. cod. Ambros.*; Principem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Patricium *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) pervertat *mss. Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; pervertatur *ms. Pl.* 1., *quod et antea legit* ordine. — [27]) admissi *abest a ms. Gt.*, *Hal. Russ. Cont.* 62.; amissi *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [28]) longiora *Theod. C.*, *Hal. Bk.*; *firmat hanc lect. l.* 1. *C. XII.* 20., *quae ad similes locos pertinet.* — [29]) P. P. Hadrum. *absunt ab Hal.* — [30]) *Theod. C.*, *Bk.*; VII. Id. — V. C. *absunt ab Hal. et rell.*; Coss. *addit Theod. C.* — [31]) *Nov. Theod.*, *Cont.* 76. *Bk.*; Plegitio *mss. Cas. Vat.*; Pleitio *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; Plegio *ms. Pl.* 2.; Negotio *ms. Bg.* — [32]) Comiti *abest a Nov. Theod.*, *Cont.* 76. — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Bk.*, *Nov. Theod.*; circa maxime serenitatis nostrae *ed. Nbg.*; circa maximae seren. nostr. *Russ. et rell.* — [34]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *Cont.* 76., *Nov. Theod.*; credidimus *ms. Pl.* 2. *et edd. rell.* — [35]) regradandive (que) *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 76., *Nov. Theod.*; redintegrandi (ve) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; regradumdive *ms. Pl.* 2.; *fortasse legendum* degrassandive, *etenim* ἢ καταβιαζέτωσαν *Bas.* — [36]) *Nov. Theod.*, *Cont.* 76. *Bk.*, *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [37]) Mono *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed Nbg.*; Numo *Nov. Theod.* — [38]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg*, *Hal.*, *Cont. in marg.*, *Nov. Theod.*; lure perpetuae tui culminis *ed. Schf.*; Curae tui perpetui culminis *edd. Nbg. Russ. et rell.*

ut super omni limite, sub tua iurisdictione constituto, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorumque ac clausurarum [1]) cura procedat, quotannis significare nobis propria suggestione procuret. Dat. prid. Id. [2]) Septembr. Constantinop. Maximo II. et Paterio Conss. [443.]

5. [a]) Impp. Iustinus et Iustinianus AA. [3]) Tatiano [4]), Magistro officiorum. — Iubemus, eum ad militiam devotissimorum scholarium de cetero pervenire, qui nostrum meruit iudicium, nec licere pro tempore tui culminis administrationem habenti, sine huiusmodi probatoria aliquem inter eosdem viros devotos scholares suis referre praeceptionibus [5]); sed sciat is, qui sine sacro rescripto ad eandem pervenire militiam ausus fuerit, non solum ea se privari, verum etiam poenae viginti librarum auri subiici. §. 1. Illud etiam observari de cetero volumus, ut, si quis locus statusve [6]) scholarium in quacunque schola vacaverit, ille subrogetur, quem nostra pietas per sacrum rescriptum vacantem subire locum praeceperit. §. 2. Ad haec quadrimenstruos breves eorundem scholarium cura tuae sublimitatis et pro tempore viri excellentissimi, magistri officiorum, conscribi volumus, et eos sacro scrinio laterculi praestari, ibi deponendos, ut semper notitia eorundem scholarium certa sit, neque publico damnum aliquod infligatur. Dat. X. Kalend. Maii Constantinop. Mavortio V. C. Cons. [527.]

Tit. XXXII.

DE OFFICIO COMITIS SACRARUM LARGITIONUM.

1. [b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Limenio, Comiti sacrarum largitionum [7]). — Palatinis haec cura debet esse praecipua, ut, periculo proprio notariis destinatis, super negligentia iudicum, si ita res exegerit, conquerantur, ne eorum sit impunita desidia. §. 1. Iudices quoque de eorum nominibus referre convenit, quos commodis propriis magis, quam utilitatibus publicis studere providerint. Breves etiam quadrimenstruos ad officium palatinum noverint dirigendos, aurumque exactum ad sacras largitiones [8]) sine ulla dilatione esse mittendum. Dat. III. Kal. Mart. Mediolani, Vincentio et Fravitta Conss. [9]) [401.]

[2. [c]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

Μηδὲ παρὰ τοῦ κόμητος τῶν θησαυρῶν ἡμῶν τις ἢ σφραγὶς ἢ ἀναγραφὴ προσερχέσθω πρὸ τῆς τοῦ πράγματος διακρίσεως ἐπὶ τοῖς προσαγγελθεῖσι πράγμασι· καὶ ἐνταῦθα τὰ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνον ποιοῦντες δαπανήματα, καὶ μὴ δυναμένου πρὸ τελείας ἐκκαλέσασθαι ψήφου.]

[2. *Neque a comite thesaurorum nostrorum sigillum quoddam vel descriptio rebus fisco nuntiatis ante rei disquisitionem imponatur; et ille hoc casu solummodo per se impensas ferat et ante definitivam sententiam appellare nequeat.*]

Tit. XXXIII.

DE OFFICIO COMITIS RERUM PRIVATARUM [10]).

1. [d]) Impp. Valentinianus et Valens [11]) AA. ad Honoratum, Consularem Byzacii [12]). — Si quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiscalis appareat, ad officium [13]) rei privatae tua gravitas acta transmittat, ut instructione percepta, quid sibimet iuris auxilio debeatur, agnoscat. Dat. VI. Kal. Ianuar. Valentiniano et Valente AA. II. Conss. [368.]

[*Epitome legis 5. hoc tit. ex Bas.*

2. [e]) *Μήτε ὁ κόμης τῆς ἰδικῆς περιουσίας, μήτε τις ἕτερος τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἢ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων τὸν περὶ θησαυρὸν καταμηνύοντα προσδεχέσθω· εἰ δὲ περί τινος ἑτέρου προσαγγέλλει, ὑπὸ ἐγγύην εὐθὺς οὐχ ἧττον πέντε λιτρῶν γινέσθω· καὶ μηδέ τις σφραγὶς ἢ ἀναγραφὴ καὶ καινισμὸς ὁ τυχὼν ἐπὶ τοῖς προσαγγελθεῖσι προσερχέσθω πράγμασι πρὸ διακρίσεως ἐγγράφου. Καὶ εἰ μὲν ὁ κατηγορούμενος ἄπεστι, κρινέσθω παρὰ τῷ κόμητι τῆς ἰδικῆς περιουσίας τὸ πρᾶγμα, εἰ δὲ ἐν ἐπαρχίᾳ διάγει, παρὰ τῷ ἄρχοντι ἢ τῷ ἀφοριζομένῳ δικαστῇ, τῶν φισκοσυνηγόρων ἤ, ἐν ἀπορίᾳ τούτων, ἑτέρων ὑπὲρ*

[2. *Neque comes rerum privatarum, neque alius quis magistratuum, qui Constantinopoli vel in provinciis sunt, de thesauro deferentem admittat; sin autem de alia quadam re defert, sub fideiussione mox non minus quinque librarum id fiat; et ne quod signum vel descriptio vel ulla innovatio super rebus nuntiatis interveniat ante sententiam ex scripto latam. Et si quidem accusatus absit, causa apud comitem rerum privatarum diiudicetur, sin autem in provincia degat, apud praesidem vel apud iudicem ad hoc constitutum, advocatis fisci vel, si copia eorum non sit, aliis pro accusatore causam gratis orantibus. Fiat autem advocatorum ex-*

---

[a]) *Bas. VI.* 1. 61. — [b]) *l.* 7. *Th. C. de off. com. sacr. larg.* (*l.* 10.); *Bas. VI.* 31. 1. — [c]) *Bas. VI.* 1. 104. *exhibent hanc const., quae aut ex hoc tit. excidisse, aut in tit. de off. com. sacri patrim. collocata fuisse, aut denique numquam in Cod. Iust. locum obtinuisse potest. Primum edita est ab Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. p.* 39.), *recepta a Bk.* — [d]) *Bas. VI.* 1. 105. — [e]) *Epitomen graec. const., servatam* 1., *ampliorem in Bas. VI.* 1. 109., *et* 2., *breviorem in Synopsi* (*ed. Leunclav. p.* 46.), *ex Synopsi restituit Cuiac. ad l.* 7. *C. de delator. Ad tit. de off. com. sacri patrim. eam pertinere censuit Cont.* 66. (*Praeterm. fol.* 12.), *sed Cont.* 71. *eandem hic collocavit, quod secuti sunt rell. praeter Bk. Verum eam const. ad finem hui. tit. relegandam esse, apparet ex capitum serie, in Bas. servata et nunc demum per pleniorem Bas. ed. Heimbach. accurate intellecta. Textus* 1. *integer restitutus ab Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. p.* 42.), *legitur apud Bk., qui eam in fine hui. tit., ad quem proprie pertinet, collocavit.*

[1]) clusurarum *ms. Pl.* 1.; clusarum *ms. Pl.* 1.; claustrarum *ms. Bg.*; clausarum *ed. Nbg.*; lusuriarum *Nov. Theod.*; κλεισουρῶν *Bas.* — [2]) *Nov. Theod.*; Dat. II. Id. *Hal. et rell.*; *sed cfr. l.* 3. *C. XII.* 59., *ex eadem Nov. desumta.* — [3]) Imp. Iustinianus A. *ms. Bg.*, *quod probat Hal. in not.* — [4]) Ticiano *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [5]) praescriptionibus *ms. Bg.*, *edd. Schf. Hal.* — [6]) locus statutorum *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; loco statutorum *ms. Pl.* 1.; locus statuendorum *ed. Schf.*; locus statutus *Cont.* 62. — [7]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2., *Bk., Theod. C.*; sacrar. largit. *absunt a mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. rell.* — [8]) religiones *var. l. gl.* — [9]) *Theod. C., Bk.*; Dat. III. Kal. Maii Honorio VII. et Theodosio II. AA. Conss. *Hal. et rell.*, *quae subscr. non convenit inscriptioni, in qua, si illa vera esset, fuisset addendum Theodosii nomen.* — [10]) sacri palatii sacrique patrimonii *addit Hal.* — [11]) et Gratianus *addit Bk.*, *contra fidem mss. et edd.*; *profecto tamen Gratianus a.* 367. *iam Augustus renuntiatus fuerat.* — [12]) *Byzacii nomen pervariis modis scriptum et cum Byzantio saepe confusum in mss. et edd. obvenit.* — [13]) ab officio *ms. Pl.* 1.

ὑπὲρ τοῦ κατηγόρου προῖκα λεγόντων. Γινέσθω δὲ τῶν συνηγορων ἐξίσωσις, καὶ ἀναιρείσθω τὸ καὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ κατηγόρου δαπανήματα τὸν ἐναγόμενον ποιεῖν, τούτου φυλαττομένου καὶ ἐπὶ τοῦ δίκας τινὰς τῷ φίσκῳ κινοῦντος· καὶ μηδεὶς αὐτῶν πρὸ τελείας ἐκκαλείσθω τοῦ πράγματος κρίσεως.]

exaequatio, et cesset sumtuum pro accusatore a reo facta subministratio, eodem custodiendo etiam respectu eius, qui lites quasdam fisco movet; nec quisquam eorum ante finitam causae decisionem appellet.]

[Tit. XXXIV.

DE OFFICIO COMITIS SACRI PALATII [1]).]

1. [2.][a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Minervio, Comiti rerum privatarum [2]). — Ad palatinorum curam et rationalium officia omnium rerum nostrarum et totius perpetuarii, hoc est emphyteuticarii, iuris exactio revertatur. Dat. Kal.[3]) Ianuarii Mediolani, Caesario et Attico Conss. [397.]

2. [3.][b]) Impp. Honorius et Theodosius AA.[4]) Ursatio, Comiti rerum privatarum [5]). — Si quis iudicum vir illustris vel praefectus urbi cognitionem, comitis [6]) rerum privatarum examini debitam, sibimet vindicandam censuerit, vel tuitionem contra eiusdem statuta sedis praestiterit, ad quinquaginta librarum auri illationem poenae nomine officium eius teneatur, quam decet in articulo exigi, mansuetudinis nostrae aerario sociandam. Dat. VI. Id. Aug. Ravennae, Constantio et Constante[7]) Conss. [414.]

Epitome graec. const. ex Bas.

4. [c]) *Μὴ διαγέτω τινὰ τῶν ἐπαρχεωτῶν προφάσει δημοσίων πραγμάτων ὁ κόμης τῆς ἰδικῆς περιουσίας δίχα θείας ἐπιτροπῆς, μηδὲ τῷ μηνύοντι τὴν κρίσιν καταπιστευέτω τοῦ πράγματος.*

Epitome graec. const. ex Bas.

5. [c]) *Μήτε ὁ κόμης τῆς ἰδικῆς περιουσίας* etc.
Lege hanc const. in l. 2. de off. com. rer. privat.

4. *Neminem provincialium praetextu rerum fiscalium comes rei privatae sine sacra iussione deducat, neque delatori causae cognitionem permittat.*

5. *Neque comes rerum privatarum etc.*
Lege hanc const. in l. 2. de off. com. rer. privat.

Tit. XXXIV.

DE OFFICIO COMITIS SACRI PATRIMONII [8]).

Epitome graec. const. Imp. Anastasii[9]) *ex Bas.*

1. [d]) *Τῆς ἰδικῆς ἐφευρεθείσης οὐσίας τῷ δημοσίῳ ἢ ἐφευρεθησομένης προβεβλήσθω ἢ καλείσθω κόμης τῆς ἰδικῆς κτήσεως, κατὰ μίμησιν τοῦ κόμητος τῆς ἰδικῆς περιουσίας αὐτὴν διοικῶν· πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτὸν οὖσι γεωργοῖς ἢ παροίκοις ἢ ἐμφυτευταῖς τῶν αὐτῶν ὄντων προνομίων, ὧν οἱ ὑπὸ τὸν πραιπόσιτον καὶ τὸν κόμητα τῶν οἰκείων ἀπολαύουσι, καὶ παρὰ μόνῳ κόμητι τοῦ τῆς ἰδικῆς κτήσεως κινείτωσαν καὶ ἐναγέσθωσαν. Οἱ δὲ τοῦ τῆς ἰδικῆς κτήσεως ταξεῶται τοῦ κόμητος τῆς ἁπανταχοῦ ἰδικῆς περιουσίας ἐχέτωσαν προνόμια.*

Epitome graec. const. Imp. Anastasii[10]) *ex Bas.*

2. [d]) *Φροντιζέτωσαν οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες καὶ αἱ τούτων τάξεις οἰκείῳ κινδύνῳ, μηδεμίαν τὰ τῆς ἰδικῆς κτήσεως κτήματα βλάβην ὑφίστασθαι, ἢ τὴν ἐξ αὐτῶν μειοῦσθαι πρόσοδον ἢ ἐμπαίζεσθαι. Ἐξέστω δὲ τῷ κόμητι τῆς ἰδίας κτήσεως καὶ προστιμᾶν αὐτοῖς, καὶ μετὰ τὴν ἀρχὴν τὴν γενομένην ἀνασῶσαι βλάβην· ἀλλὰ μηδεμίαν δεχέσθωσαν ἀπόρων ἢ ὁμοκήνσων ἐπιβολή.* TIT. XXXV.

1. *Patrimonio fiscali acquisito vel acquirendo praeficiatur et nominetur comes sacri patrimonii, ad similitudinem comitis rei privatae illud administrans; et omnibus, qui ei subsunt, agricolis vel colonis vel emphyteutis, eadem sint privilegia, quibus illi, qui praeposito et comiti rerum privatarum subsunt, fruuntur, et coram solo comite sacri patrimonii agant et conveniantur. Officiales autem sacri patrimonii comitis rerum, ubicunque fuerint, privatarum habeant privilegia.*

2. *Curent provinciarum praesides et officia eorum suo periculo, ne ullum res sacri patrimonii damnum sustineant, neve reditus ex iis minuatur aut defraudetur. Liceat autem comiti sacri patrimonii et mulctam iis imponere, et post depositum munus damnum illatum resarcire; sed nullam sterilium vel eorum, qui eodem censu sunt, adiectionem permittant.*

TIT. XXXV.

---

[a]) *l. 1. Th. C. de off. com. rei priv. (I. 11.); Bas. VI. 1. 106.* — [b]) *Bas. VI. 1. 107. Abest h. l. a ms. Pl. 2., sed loco eius legitur suppositia quaedam lex, quae, eidem Ursatio inscripta, conflata est ex hac ipsa lege* Si quis *et l. 2. C. I. 31. In ms. Pl. 1. eadem interposita est inter l. 1. (2.) et 2. (3.) h. tit., minus tamen prolixa; eadem ex magna parte legitur apud Cont. 62., qui in quibusdam libris eam invenit.* — [c]) *Ms. Vat. graecas const. abesse docet, quarum epitomae servantur in Bas. VI. 1. 108. et 109., restitutae ab Heimbach. (ungedr. Const. des Justinian. Cod. p. 42.), receptae a Bk. Alteram restitutionem ex cap. 109. Μήτε ὁ κόμης etc., iam a prioribus editoribus ex Synopsi tentatam, iidem minus recte voluerunt legis 2. h. tit. locum occupare (p. 113. not. e.), quo loco equidem eam collocavi.* — [d]) *Epitomas graecarum const., ex hoc tit., ut testantur ms. Vat. et Cont. 62, deperditarum, restituit Heimbach (ungedr. Const. des Justinian. Cod. etc. p. 34.) ex Bas. VI. 1 102. et 103.; easdem iam recepit Bk.*

[1]) *abest haec rubr. a mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62, Bk.; legitur quidem in Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac., addita tamen nota, male eam rubr. interponi, quippe quae ab omnibus mssis absit.* — [2]) Comiti pp. (pf.) *mss. Vat. Pl. 1. 2.;* pp. *ms. Bg.;* Comiti et pp. *ed. Nbg.* — [3]) Dat. X. Kal. *Theod. C.* — [4]) *mss. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., Bk.;* Arcad. et Honor. AA. *edd. Nbg. Hal.;* Iidem AA. *Russ. et rell.* — [5]) Comiti pp. *mss. Vat. Pl. 1.;* Consuli pp. *ms. Bg.;* Comiti *ed. Nbg.* — [6]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt, edd. Nbg. Schf.;* comitivae *Hal. et rell.;* τὴν ἀνήκουσαν τῷ κόμητι *Bas.* — [7]) Constantino *Hal. et rell. praeter Bk.* — [8]) *Haec rubr. est in ms. Vat. ante l. 1. C. I. 35., in ms. Bg. in fine l. 1. C. I. 35. ad marg., ab Hal. cum rubr. tit. XXXIII. coniuncta, a Russ. post tit. de officio procons. ita posita, ut l. 2. h. tit.* Officium Hellesp. *dubiae nostrae rubr. subdatur; idem servatum in Cont. 66. et rell. praeter Bk. Hoc tamen loco rubr. restituendam esse, docet index tit. in ms. Pl. 1., item index tit. in ms. Bas. Coislin., Cont. 62. (qui hic reposuit ex duobus veterr. libris nostrum tit. sine legibus) Dictatum pro consiliariis (in quo est:* lege primum lib. Cod. anastatianes const. subiectas titulo de off. patrimonii, *Zeitschr. f. gesch. RW. T. V. p. 343.) aliaque multa testimonia.* — [9]) *Hanc esse Anastasii const., apparet ex Dictato de consil. (not. 8.) et ex glossis nomicis s. v.* Πατριμονιάλια *(Otto Thes. T. III. p. 1776.).* — [10]) *cfr. not. 9.*

Tit. XXXV.

a) DE OFFICIO PROCONSULIS ET LEGATI [1]).

1. b) Imp. Constantinus A. Aeliano, Proconsuli Africae. — Legati non solum civiles, sed etiam criminales causas audiant, ita ut, si sententiam in reos ferendam providerint [2]), ad proconsules eos transmittere non morentur. Dat. Kal. Oct. Constantino A. VI. et Constantino Caes. Conss. [3]) [320.] [4]).

2. c) Impp. Arcadius et Honorius [5]) AA. Simplicio, Proconsuli Asiae. — Officium Hellesponti consularis aeternae recordationis patrem serenitatis nostrae adiit, et expositis suis incommodis, quibus a vicariania apparitoribus urgebatur, oravit sub [6]) tuae sublimitatis agere potestate [7]). Cuius allegationes humanae proclivius pium principem commoverunt; quod et nos obtinere censemus. Dat. VIII. Kal. April. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [8]) [396.]

Tit. XXXVI.

DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS.

1. d) Imp. Leo A. Pusaeo [9]) P. P. — Titulos, qui alytarchiae [10]) et syriarchiae muneribus in prima Syria deputati sunt, per officia tam viri spectabilis, comitis Orientis, quam viri clarissimi, rectoris provinciae, flagitari praecipimus. Alytarchiae quidem Indi cura viri spectabilis, comitis Orientis, et eius officii [11]), syriarchiae vero sollicitudine viri clarissimi, moderantis provinciam, eiusque apparitionis [12]) exerceantur, nulliquе penitus curialium, nec si voluerint, idem munus vel honorem subeundi licentia permittatur. Dat. V. Id. Novembr. CP. Basilisco et Herminerico Conss. [13]) 465.]

Tit. XXXVII.

e) DE OFFICIO PRAEFECTI AUGUSTALIS.

1. f) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Florentio, Praefecto augustali. — Omnia tributa per Aegyptiacam dioecesim [14]) cura et providentia claritatis tuae a moderatoribus provinciarum exigi iubemus. Si qui tamen ex possessoribus, sive militaribus sive non militaribus, ad inferenda, quae debent [15]), audaces exstiterint, eos per militare etiam auxilium, si opus exegerit, ad solutionem compelli censemus [16]). Dat. XIII. Kal. Mart. Constantinop. Honorio N. P. et Evodio Conss. [17]) [386.]

2. g) Impp. [18]) Arcadius et Honorius AAA. Rufino P. P. — Praefectus [19]) augustalis [20]) ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia et super his referendi, non amovendi vel puniendi habeat potestatem. Dat. prid. Non. Dec. Constantinop. Olybrio [21]) et Probino Conss. [22]) [395.]

Tit. XXXVIII.

DE OFFICIO VICARII [23]).

1. h) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus [24]) AAA. Antonio P. P. — In civilibus causis vicarios comitibus militum convenit anteferri, in militaribus negotiis comites vicariis anteponi, quotiensque [25]) societas in indicando contigerit, priore loco vicarius ponderetur [26]), comes adiunctus accedet; siquidem [27]) praefecturae meritum ceteris dignitatibus antestet, et [28]) vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere indicet [29]) portionem, et sacrae cognitionis habeat potestatem, et indicationis nostrae [30]) soleat repraesentare reverentiam. Dat. VIII. Id. Ian. Gratiano A. IV. et Merobaude Conss. [31]) [377.]

2. i) Idem AAA. ad Hesperium P. P. — Relationes vicariorum, si quando usus attulerit, ad nostram mansuetudinem referantur [32]). Relationes enim iudicum libenter [33]) audimus, ne administratorum decrescere videatur auctoritas, si eorum consulta, veluti profanorum preces, a nostris adytis repellamus. Dat. XII. Kal. Febr. Gratiano A. IV. et Merobaude Conss. [34]) [377.]

Tit. XXXIX.

k) DE OFFICIO PRAETORUM [35]).

1. l) Imp. Constantius A. ad Senatum. — Praetori defertur haec iurisdictio sancientibus nobis, ut liberale negotium ipse disceptator examinet. Sane inter-

---

a) *Dig. I.* 16. — b) *l.* 3. *Th. C. de off. proc. et leg.* (*I.* 12.); *Bas. VI.* 2 19. — c) *l.* 5. *Th. C. de off proc. et leg.* (*I.* 12.); *Bas. VI.* 2. 20. — d) *Bas. VI.* 1. 73. — e) *Dig. I.* 17. — f) *l.* 1. *Th. C. de off. praef. august.* (*I.* 14.); *Bas. VI.* 1. 91. — g) *l.* 2. *Th. C. de off. praef. august.* (*I.* 14.); *Bas. VI.* 1. 92. — h) *l.* 7. *Th. C. de off. vicar.* (*I.* 15.); *Bas. VI.* 1. 112. — i) *l.* 8. *Th. C. de off. vicar.* (*I.* 15.); *Bas. VI.* 1. 113. — k) *Dig. I.* 14. — l) *l.* 16. *Th. C. de praet. et quaest.* (*VI.* 4.); *Bas. VI.* 7. 6.

1) legatis *ms. Pl.* 2. — 2) si sententia mox reos feriendos non providerint *Russ. in marg.*; *refragantur Bas.* — 3) *Theod. C., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — 4) *de falsa, quae hic intermisceri solet, rubr.* de officio com. sacri patrim. *cfr. p.* 114. *nota* 8. — 5) *mss. Cas. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg., Hal. in textu, Bk., Theod. C.*; Arc. et Theod. *ms. Bg.*; Honor. et Theod. *Hal. in not. et rell. edd.* — 6) imperio *inserunt edd. Nbg. Hal.* — 7) potestates *ms. Pl.* 1.; potestatem *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — 8) *Theod. C.* (*in quo tamen post* Arcadio *lit.* A. *interponitur*) *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — 9) *Cont.* 62. *in marg. ex suo ms., Bk., l.* 3. *C. X.* 43. *eodem die ad eundem data*; Piseo *mss. Cas. Vat.*; Iseo *ms. Bg.*; Useo *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 10) Lyciarchiae *Hal. Russ.*; ἀλυταρχίας *Bas.* — 11) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Bk.*; officio *edd. Nbg. Hal et rell.* — 12) *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; apparitiones *ms. Pl.* 2.; apparitionibus *mss. Bg. Gt.*; apparitoris *Russ. et rell.*; ὁ ἄρχων ἅμα τοῖς ἰδίοις ταξεώταις *Bas.* — 13) *Cont.* 62. *Sp. Bk.*; Dat. V. — et Armeri Coss. *Russ.*; Dat. V. — et Armerico Coss. *Char. in marg. ex libro Auredani*; *subscr. abest ab Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — 14) in *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — 15) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; debentur *Hal. et rell.* — 16) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sancimus *Russ. et rell.* — 17) *Theod. C., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — 18) *Theodosium etiam in inscr. memorant mss. et edd. praeter Bk., cuius tamen nomen, si subscr. vera, ex inscr. cedere debet.* — 19) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Bk., Theod. C.*; praetorii *inserit ed. Nbg.*; praetorio *addunt edd. Schf. Hal. et rell.* — 20) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Bk., Theod. C.*; augustali *Hal. et rell.*; ὁ Αὐγουσιάλιος *Bas.* — 21) Olibrio *Theod. C., minus recte.* — 22) *Theod. C., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — 23) et praefecti *addit ms. Pl.* 1. — 24) Val. Val *ms. Bg.*; Val. et Val. et Grat. *ms. Pl.* 2.; Val. Valent. (et) Grat. *mss. Vat. Pl.* 1.; Valent. et Arcad. *ms. Cas.*; Valentin. Valens et Grat. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 25) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Theod. C.*; quotienscunque *ms. Gt., edd. Nbg. Schf.*; quoties *Hal. et rell.* — 26) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; ponetur *ms. Bg., Hal. et rell.* — 27) cum *inserit Theod. C.* — 28) et *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C.* — 29) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Bk., Theod. C.*; indicat *Hal.*; iudicet *edd. Nbg. Russ. et rell.* — 30) *rectius fortasse* vestrae, *nam Bas.* ἐν τάξει τοῦ ἄρχοντος δικάζων *i. e. loco praefecti iudicans.* — 31) *Theod. C., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — 32) deferantur *Theod. C.* — 33) libenter *abest a Sp.* — 34) *Theod. C., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — 35) praetoris *edd. Nbg. Schf. Russ.*

interponi ab eo decreta conveniet [1]), ut, sive in integrum restitutio deferenda [2]) est, probatis duntaxat causis, ab eodem etiam [3]) interponatur decretum, seu tutores dandi, seu ordinandi curatores [4]), impleatur ab eo interpositio decretorum; quippe quum apud eum quoque adipisci debeat patronorum iudicio sedula servitus libertatem. Nec sane debita filiorum votis patrum vota cessabunt, ut patente copia liberos suos exuant potestate, magis propriis obsequiis mancipatos [5]), quum sese intelligant his obsequii [6]) plus debere, a quibus se meminerint sacris vinculis [7]) exutos. Dat. VI Kal. [8]) Ianuar. Eusebio et Hypatio Conss. [359.]

2.[a]) Impp. Valentinianus et Marcianus AA. Tatiano P. P. [9]) — Tres tantummodo praetores electae opinionis in hac urbe per singulos annos iudicio senatus praecipimus ordinari, qui competentes causas et debitos actus integre disceptare atque tractare debebunt, ut hi tamen [10]) tres ex his, qui proprium larem in hac alma urbe habeant, non ex provinciis eligantur. Nec si [11]) quis forte propter alias causas ad hanc urbem de provinciis venerit, ad praeturae munus vocetur [12]), sed hi tantummodo, ut dictum est, qui hic domicilium fovent, ita tamen [13]), ut nec ipsi sumtus quosdam inferre cogantur inviti, sed habeant spontaneum liberalitatis arbitrium. Dat. XV. Kal. Ianuar. Constantinop. Valentiniano A. VII. et Avieno Conss. [14]) [450.] [b])

Tit. XL.

[c]) DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE [15]).

1.[d]) Imp. Alexander A. Iuliano. — Potest de falso causam cognoscens [16]) praeses provinciae incidentem proprietatis quaestionem dirimere. Dat. VI. Kalend. April. Maximo II. et Urbano Conss. [17]) [234.]

2.[e]) Imp. Constantinus A. ad Maximum [18]), Praesidem provinciae [19]). — Praesides provinciarum oportet, si quis potentiorum exstiterit insolentior, et ipsi vindicare non possunt, aut examinare aut pronuntiare nequeunt, de eius nomine ad nos, aut certe ad praetorianae praefecturae scientiam referre; quo providea-tur, qualiter publicae disciplinae et laesis tenuioribus consulatur. Dat. V. Kal. Ian. [20]) Treviris [21]), Ianuario et Insto [22]) Conss. [328.]

3.[f]) Idem A. ad provinciales. — Iustissimos et vigilantissimos indices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem, ut honoris eis auctiores proferamus processus, et e contrario iniustos et maleficos querelarum vocibus accusandi, ut censurae nostrae vigor eos absumat. Nam si verae voces sint, nec ad libidinem per clientelas effusae, diligenter investigabimus; praefectis praetorio et comitibus, qui per provincias constituti sunt, provincialium nostrorum voces ad nostram scientiam referentibus. Dat. [23]) Kalend. Novemb. Constantinop. [24]) Basso et Ablavio Conss. [25]) [331.]

4. Idem A. ad Periclem, Praesidem [26]). — In officiales praefectorum, cursum publicum laniantes, vel prava contra utilitatem publicam molientes, vindicandi tibi dedimus potestatem, ita ut praefectos de eorum culpa facias certiores. Dat. X. Kal. Novemb. Nicopoli, Constantio et Albino Conss. [335.]

5.[g]) Impp. Valentinianus et Valens [27]) AA. ad Aproniannum [28]) P. U. — Potioris gradus iudicibus ab inferioribus competens reverentia tribuatur. Sed ubi publica tractatur utilitas, etsi minor iudex veritatem investigaverit, nulla maiori irrogatur iniuria [29]). Sane qui insignia dignitatis ad hoc exercet, ut indignis iniuriis existimet afficiendos eos, qui officia cum potestate moderantur, non declinabit nostrae indignationis aculeos. Dat. V. Kal. Iun. Arintheo et Modesto Conss. [30]) [372.]

6.[h]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [31]) AAA. Cynegio P. P. — Civitas Rhodiorum [32]) iniuriam suam non tam decenter, quam sero conquesta est; unde inviolabili observatione sancimus, ut, quoniam tempore hiemis navigatio saepe periculosa est et [33]) semper incerta, in illis quinque urbibus, quae potiores esse ceteris asseruntur, vicissim hiemandum sibi iudices recognoscant. Quod si cuiquam tale existat ingenium, ut praeoepta nostra contemnat, quinquaginta ab eo argenti librae, centum ab eius officio, si aliter factum fuerit, fisci nostri viribus [34]) inferantur [35]).

7. Imppp.

---

[a]) *Bas. VI.* 7. 7. — [b]) *deesse hic graecam const., monent Cont.* 66. 76.; *Cont.* 62. *hanc lacunam ad initium sequentis tit. refert.* — [c]) *Dig. I.* 18. — [d]) *Bas. VI.* 1. 74. — [e]) *l.* 4. *Th. C. de off. rector. prov.* (*I.* 16.); *Bas. VI.* 1. 75. — [f]) *l.* 6. *Th. C. de off. rector. prov.* (*I.* 16.); *Bas. VI.* 1. 76. — [g]) *Bas. VI.* 1. 77. — [h]) *Bas. VI.* 1. 78.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; convenit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Bk., Theod. C.*; referenda *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) etiam *abest a mss. Bg. Gt.* — [4]) *ita emendavi, ut haberet praecedens* sive, *quod ipsi responderet*; seu tutoris dandi, seu ord. curatoris *mss. et edd., excepto ms. Pl.* 2., *in quo est* curatores. — [5]) emancipatos *ed. Schf.* — [6]) obsequiis *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.* — [7]) vinculis curiae (*scr.* curae) *omisso* sacris *Theod. C.* — [8]) III. Kal. *Theod. C.* — [9]) P. U. *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal. Bk.*; tantum *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell., improbante Cont. in marg.* — [11]) nisi *pro* nec si *ms. Pl.* 1. — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; efferatur *Hal. et rell.* — [13]) tamen *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [14]) *subscr. abest ab Hal. Russ. Cont.* 62.; Dat. — Valentin. VII. et Albieno Conss. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [15]) et ut nulli patriae suae administratio sine speciali permissu principis permittatur *addunt edd. Nbg. Hal. Russ., monente tamen Russardo, hanc rubricae partem a veterr. abesse* — [16]) cognoscere *M. Vacarius* (*Dirksen Civ. Abh. II. p.* 359.); *apud eundem et abest v.* provinciae. — [17]) *mss Pist. et Paris. ex subscr. habent*: pp. D. II. K. — [18]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., Theod. C., edd. Schf. Bk.*; Maximianum *ms. Pl.* 1., *Hal. et rell.* — [19]) Praesidem prov. *absunt a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Bk.*; *iis omittendis facile occasionem praebere potuerunt verba, a quibus lex orditur.* — [20]) *mss. Pist. Paris.*; Dat. V. Kal. Mai. *Hal. et rell. praeter Bk.*; Dat. IV. Kal. Ian. *Theod. C., Bk.* — [21]) *Theod. C., Bk.*; Trev. *abest ab Hal. et rell.* — [22]) Probiano et Iuliano *Hal. et rell. praeter Bk., qui, ut equidem, sequitur Theod. C.* — [23]) PP. *Theod. C.* — [24]) D. prid. Kal. *Hal., omisso* Constantinop. — [25]) *subscr. confirmatur per mss. Pist. Paris., in quibus est eadem, nisi quod* et Ablav. *absunt.* — [26]) ad pdem praes. *ms. Vat.*; ad praesidem provinc. *ms. Bg.*; ad ipericlem praesidem *ms. Pl.* 2.; ad eosdem *ms. Bg.*; ad paridem provinc. *ed. Schf.* — [27]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. et rell. praeter Bk.*; Val. et Hon. *ms. Bg.*; Val. Valentin. et Gratian. *Bk.* — [28]) Aproniatum *ms. Pist.*; Provintianum *mss. Vat. Pl.* 2.; Pronianum *ms. Cas.*; Provianum *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; Ampelium *legendum esse coniicit Iac. Gothofr. in Prosopogr. C. Th. p.* 40. — [29]) poena *var. l. gl.* — [30]) *mss. Pist. Paris. ex subscr. habent*: D. V. K. iuf. ancyrodi; *hoc ultimum nomen ex* Arintheo *depravatum esse videtur.* — [31]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., Bk.*; Valent. Grat. et Theod. *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [32]) *Hal. Russ., Cont. in marg., Bk.*; τῶν Ῥοδίων *Bas.*; Phodiorum *mss. et edd. rell.* — [33]) et *abest a mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [34]) *mss. Pl.* 2. *Bg., Bk., Cuiac. Obss. XXVIII.* 1.; iuribus *edd. Nbg. Schf. Hal. et rell. Saepe in mss. dubia est scriptura, uti h. l. in ms. Pl.* 1. — [35]) *h. l. data esse videtur a.* 381. *Eucherio et Syagrio Conss.*; *nam Cynegius Praef. Praet. sub imperatoribus, in inscr. laudatis, hoc uno anno fuisse perhibetur* (*l.* 1. *C. V.* 20.); *serius eum praefecturam gessisse ab a.* 384., *aliis tamen impp., certum est.*

7.[a]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio P. P. — Qui ordinariam gesserit potestatem[1]), quicquid ex venturae[2]) delegationis titulis profligaverit, cum dispendio pudoris atque fortunae de propriis facultatibus intra provinciam[3]) positus inferre debebit. Dat. VII. Kalend. Iun. Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio Conss. [386.]

8.[b]) Iidem AAA. Cynegio P. P. — Ne quis indicum in provincia sua praefectianum, vel palatinum, vel militem, vel ex his etiam omnibus, qui antea in huiusmodi officiis fuerint commorati, intercessorem, id est executorem, cuiusquam litigatoris petitione in quolibet seu privato seu publico negotio, putet esse tribuendum. Nam peccantem contra[4]) consulta coelestia cum officio suo non solum detrimentum famae, sed etiam patrimoniorum damna comitentur. Dat. Non. Aug. Constantinop. Honorio N. P. et Evodio Conss. [386.]

9.[c]) Iidem AAA. Polemio P. P. Illyrici. — Nullus provinciae moderator augustissimam urbem sine iussione nostra[5]) adire audeat. Nam si quem patuerit[6]) contra decreti nostri praecepta venisse, is congrua condemnatione plectetur. Dat. X. Kal. Ian. Mediolani, post consulatum Timasii et Promoti[7]). [390.]

10.[d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Limenio, Comiti sacrarum largitionum. — Nullum palatinis tibi obsecundantibus cum provincialibus volumus esse commercium, sed iudices scire debebunt[8]), hoc sibi praecipue esse commissum, ut ipsi a provincialibus exigant et consueta deposcant. Palatinum vero possessor non horreat, qui non sibi, sed iudicibus atque officiis praeceptus est imminere. Dat. VI. Kal. April.... [9]).

11.[e]) Impp. Honorius et Theodosius[10]) AA. Theodoro P. P. — Moderatores provinciarum curam gerere iubemus, ne quid potentum procuratores perperam iniusteque[11]) committant. Dat. VI. Kal.[12]) Decemb. Ravennae, Basso et Philippo[13]) Conss. [408.]

12.[f]) Iidem AA.[14]) Monaxio[15]) P. P. — Omnes provinciarum apparitores pro inveterata auctoritate iuxta motum iudicis nudatos verberibus, si ita res tulerit, subiacere praecipimus, ut et facilis executio rerum publicarum sit, et officiorum insolentia comprimatur, et iudicum severitati[16]) competens reddatur auctoritas. Dat. VI. Kalend. Ianuar. Honorio IX. et Theodosio V. AA. Conss. [412.]

Epitome graec. const. ex Bas.

13.[g]) *Μὴ γινέσθωσαν κεχαρισμένα περὶ*[17]) *τοὺς ἄρχοντας ψηφίσματα, ἀλλὰ κωλυέσθωσαν παρ' αὐτῶν, καὶ πρὸς μιᾶς καὶ μόνης ἡμέρας ἐν τῷ μέλλειν ἐπιβαίνειν τῆς ἐπαρχίας τὸ μηνύον αὐτὸν πεμπέσθω διάταγμα. Ἐπὶ κλοπῇ δὲ ἀλοὺς ἢ ἐγκλήματί τινι, οὐ μόνον περὶ τὴν ἐπιτιμίαν, ἀλλὰ γὰρ καὶ περὶ αὐτὴν τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν οὐσίαν κινδυνεύσει.*

13. *Decreta magistratibus gratificantia ne fiant, sed prohibeantur ab iis; et unum solummodo diem, antequam provinciam ingressurus est, edictum ipsum denuntians mittatur. In furto autem vel crimine quodam deprehensus, non solum famae, verum etiam salutis et patrimonii periculum subibit.*

13. [14.][h]) Imp. Leo A.[18]) Constantino P. P. — Si quis, cohortalibus adhuc obsequiis obligatus, regimen provinciae vel cingulum cuiuslibet militiae dignitatisve quoquo modo meruerit, contra licitum usurpatis impetratisve careat, etiamsi ultronea[19]) nostra liberalitate ius gerendae[20]) provinciae, vel militiae, seu dignitatis cuiuspiam sibi iactaverit delatum fuisse. Dat. VII. Id. August.[21]) CP.[22]) Leone A. IV. et Probiano Conss. [471.]

14. [15.][i]) Imp. Anastasius A.[23]) Constantino[24]) P. P. — Nulli indicum, qui provincias regunt, in civitatibus, in quibus sacra palatia aut praetoria sunt, liceat his relictis privatorum sibi domos ad habitandum veluti praetoria vindicare, sed sacratissima modis omnibus inhabitare palatia seu praetoria[25]), ut hac necessitate compellantur eorum reparationi providere. Ubi autem et palatium est et praetorium, palatium quidem habitationi praesidis, praetorium autem vel suscipiendis conservandisque speciebus publicis, horreorum vice, vel alii necessariae rei[26]) deputetur. Quod si quis aliquando dissimulare tentaverit, protinus eum atque officium eius[27]) quinquaginta librarum auri mulctam ad reparandum sacrum, quod neglexerit, palatium solvere sancimus. Dat. VI. Id. Feb. Clementino et Probo Conss. [513.]

16. *Epi-*

---

[a]) *Bas. VI.* 1. 79. — [b]) *Bas. VI.* 1. 80. — [c]) *Bas. VI.* 1. 81. — [d]) *Bas. VI.* 1. 82. — [e]) *l.* 14. *Th. C. de off. rector. prov.* (*l.* 16.); *Bas. VI.* 1. 83. — [f]) *Bas. VI.* 1. 84. — [g]) *excidisse hic graecam const. et monet ms. Bg.*, *et apparet ex Schol. r. ad Bas. LX.* 45. (*Fabr. T. VII. p.* 774.). *Restituit eius epitomen Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. etc. p.* 27.) *ex Bas. VI.* 1. 85., *recepit Bk.* — [h]) *h. l. geminatur in l.* 14. *C. de cohortal.* (*XII.* 58.); *Bas. VI.* 1. 86. — [i]) *Bas. VI.* 1. 87.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *var. l. gl*, *M. Vacarius* (*Wenck. p.* 190.); dignitatem *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [2]) ex venturae *absunt a ms. Pl.* 2.; ex vetere iure *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*; ex veteris *ms. Gt.*; ex vetere delegationis titulo *M. Vacarius* (*Wenck. p.* 190.); *τὰ τοῦ μέλλοντος ἐνιαυτοῦ — δημόσια Bas.* — [3]) provinciarum *Cont.* 71. *ex vitio typorum*, *repetito a Char. et Pac.* — [4]) circa *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [5]) nostra *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; *ἄνευ θείας — κελεύσεως Bas.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; si patuerit quem *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) *hic annus suis consulibus*, *Valentiniano A. IV. et Neotherio*, *in aliis subscr. significari solet.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; debebunt *edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) *in locum lacunosae huius subscr. fortasse recte substituitur subscr. ex l.* 7. *Th. C. I.* 10., *quae eidem Limenio inscripta ad nostrae legis argumentum quam proxime accedit:* Dat. III. Kal. Mart. Mediolani, Vincentio et Fravitta Conss.; *cfr. l.* 1. *C. I.* 32. — [10]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*, *Theod. C.*; Imppp. Arcadius Hon. et Theod. *Hal. et rell.* — [11]) incesteque *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; illiceteve *Hal. in not.*, *Theod. C.* — [12]) VIII. Kal. *Theod. C.* — [13]) VV. CC. *addit Theod. C.* — [14]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*; Arc. et Honor. et Theod. *ms. Cas.*; Honor. et Theod. *Hal. et rell.* — [15]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*, *Cont.* 62. *Bk.*; Oronasio *ms. Pl.* 1. *et similiter ed. Nbg.*; Monachio *Hal. et rell.* — [16]) securitati *mss. Pl.* 1. 2.; serenitati *ed. Nbg.* — [17]) *πρός Bk.* — [18]) Impp. Leo et Anthemius AA. *Bk.*, *cui refragantur mss. et lex gemina* 14. *C. XII.* 58. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*, *l.* 14. *C. cit.*; ultro in eum *Hal.*; ultronea a *Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*, *l.* 14. *C. cit.*; regendae *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) Dat. VI. Kal. Ianuar. *l.* 14. *C. cit.* — [22]) CP. *abest ab edd.*, *supplendum ex l.* 14. *C. cit.* — [23]) *Hal. Bk.*; Idem A. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* Imp. Anast. *saepe in mss. commutatum fuisse in* Idem A., *multis exemplis doceri potest.* — [24]) *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *et similiter ms. Vat.*, *ed. Nbg.*; eidem *Russ. et postea rell. praeter Bk.*; Viviano *Hal. Bk.*; *sed quum Constantinum sub Anast. praefectum praet. fuisse constet ex l.* 3. *C. II.* 8., *eius nomen retinendum censui.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; cogantur *addunt Russ. et rell.* — [26]) alii rei publicae *ms. Bg.* — [27]) eius *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; *sed μετὰ τῆς οἰκείας τάξεως Bas.*

16.[a]) *Epitome graec. const. ex Bas.*
Μὴ περιοράτω ἢ αὐτὸς ζημιούτω ἢ ἄλλως βλαπτέτω τὸν συντελεστὴν ὁ ἄρχων, κίνησιν βασιλικὴν ἀγωνιῶν καὶ τὴν γενομένην ἐπιγνῶναι ζημίαν.

17.[a]) *Epitome graec. const. ex Bas.*
Τοὺς ληστεύοντας ἢ παραπλήσια πταίοντας συλλαμβανέτωσαν καὶ ἁρμοδίως οἱ ἄρχοντες τιμωρείτωσαν· τοὺς ἐν στρατείᾳ δὲ ὄντας οἱ πρωτεύοντες αὐτῶν παραδιδότωσαν, δέκα τοῦ παραβαίνοντος καταβάλλοντος λίτρας.

16. *Magistratus ne negligat vel ipse damno afficiat vel aliter laedat collatorem, indignationem principis metuens et damni illati reparandi necessitatem.*

17. *Latrocinantes vel similia peccantes comprehendant magistratus et competenti poena afficiant; in militia autem constitutos tradant ii, qui ipsis praesunt, et decem libras is, qui transgressus est legem, solvat.*

Tit. XLI.

[1]) UT NULLI PATRIAE SUAE ADMINISTRATIO SINE [2]) SPECIALI PERMISSU [3]) PRINCIPIS PERMITTATUR.

1.[b]) *Epitome graec. const.*[4]) *ex Bas.*
Μηδεὶς αὐγουσταλιος ἢ ἀνθύπατος ἢ βικάριος ἢ κόμης ἀνατολῆς εἰς τὴν οἰκείαν ἐπαρχίαν γινέσθω, ἰδικῆς ἐπὶ τοῦτο χηρεύων κελεύσεως.

1. *Nemo praefectus augustalis vel proconsul vel comes Orientis in sua provincia fiat, si careat speciali in eam rem iussu.*

Tit. XLII.

[5]) DE QUADRIMENSTRUIS [6]) TAM CIVILIBUS [7]) QUAM MILITARIBUS [8]) BREVIBUS [9]).

1.[c]) *Epitome graec. const.*[10]) *ex Bas.*
Οἱ ἄρχοντες καὶ αἱ τούτων τάξεις ἀνυπερθέτως μετὰ τῆς ἀληθείας καὶ ἀκριβείας ἐκπεμπέτωσαν τὰ τετραμηνιαῖα βρέβια, πεντήκοντα λίτρας χρυσίου καὶ τῆς ζώνης καὶ τῆς ἀξίας ἀφαίρεσιν ὑφορώμενοι, εἴ τις γένοιτο μέμψις κατὰ τοῦτο τὸ μέρος. Τὸ δὲ αὐτὸ ἔστω καὶ κατὰ τοῦ τρακτευτοῦ πρόστιμον, μὴ ἀναφέροντος ἐγγράφως ἐπὶ τὸν ἔπαρχον τὴν γενομένην ῥαθυμίαν.

1. *Magistratus eorumque officia sine frustratione cum veritate et diligentia quadrimenstruos breves emittant, quinquaginta librarum auri mulctam et cinguli et dignitatis amissionem metuentes, si in hac parte reprehensio quaedam facta sit. Eadem etiam mulcta tracteutae immineat, negligentiam commissam ad praesidem in scriptis non deferenti.*

2.[c]) *Epitome graec. const. ex Bas.*
Μόνος ὁ τριβοῦνος ἢ ὁ τὴν τάξιν αὐτοῦ πληρῶν βικάριος μετὰ τοῦ δομεστίκου καὶ τοῦ ἀκτουαρίου καὶ τῶν ὀπτιώνων καὶ τοῦ νουμεραρίου ἤτοι τοῦ βοηθοῦ τὰ τετραμηνιαῖα βρεβεῖα ὑπογράφων καὶ ὅρκον ἔγγραφον ὑποτελῶν, ὡς ἀληθῆ ἐμήνυσαν, ἐκπεμπέτω.

2. *Solus tribunus vel, qui vices eius sustinet, vicarius cum domestico et actuario et optionibus et numerario vel adiutore quadrimenstrua brevia subscribat, et firmata iureiurando scripto, quo veritas nuntiata esse asseveratur, emittat.*

Tit. XLIII.

[d]) DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILUM.

Imppp. Valentinianus [11]), Theodosius et Arcadius AAA. Nebridio [12]) P. U. [13]) — Praefecti vigilum huius urbis nihil de capitalibus causis sua auctoritate statuere debent, sed si quid huiusmodi evenerit, culmini tuae potestatis referre, ut de memoratis causis celsiore sententia iudicetur [14]).

TIT. XLIV.

---

[a]) *duarum graecarum const. epitomas ex Bas. VI.* 1. 88. *et* 89. *restituit Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. p.* 28. 29.), *recepit Bk. Lacunam in fine hui. tit., ante Heimbach. a nemine animadversam, indicat ms. Vat., in quo legitur: constitutiones gce.* — [b]) *Unicam const. hoc tit. olim comprehensam fuisse, docet Schol. Bas. f. ad XXIII.* 1. 34. (*Fabr. T. III. p.* 298.). *Restituta est eius epitome ex Bas. VI.* 1. 90. *ab Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. p.* 29.), *recepta a Bk. Lacunam graecae const. indicant mss. Vat. Bg. et liber Auredani apud Char., in cuius libri marg. additum legitur: Haec lex repetitur in l. ult. i. de crim sacrileg. Illa mssorum testimonia impediunt, quominus lex in hoc tit. deperdita latino sermone concepta esse censeatur.* — [c]) *graecarum const. lacunam, in ms. Vat. indicatam, primus supplevit Heimbach.* (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. p.* 44. 45.) *ex Bas. VI.* 1. 110. *et* 111., *recepit utramque epitomen Bk. Refert Char., non graecae const. lacunam in libro Auredani indicari, sed inveniri inscriptionem:* Imppp. Theodos. Arcad. et Honor. AAA. Rufino P. P., *unde, nisi valde dubia esset illius libri fides, facile aliquis crederet, excidisse l. un. Th. C. de quadrim. brev.* (*XI.* 25.). — [d]) *Dig. I.* 15.

[1]) *haec rubr. legitur in mss. Vat. Bg., in libro Auredani apud Char., in edd. Cont. et postea rell., et confirmatur indice titul. in ms. Bas. Coislin.* (*de quo cfr. Heimbach. in nota m. ad Bas. VI.* 1. 90.), *nec non Schol. Bas. f. ad XXIII.* 1. 34. (*Fabr. T. III. p.* 298.) *et Schol. Bas. a. ad LX.* 45. 19. (*Fabr. T. VII. p.* 775.). *Eandem rubr. post rubr.* De off. praef. vigil. *commemorat index titul. in ms. Pl.* 1.; *cum rubr.* De off. rector. prov. *eam coniungit Hal.; tamquam lex eiusdem tit. ultima legitur apud Russ. ita:* Idem A. Nulli — permittatur, *quod in quibusdam codd. se invenisse, refert etiam Hal. in not.* — [2]) si non *ms. Vat.* — [3]) permissione *ms. Bg.* — [4]) *haec. const. a Cuiacio* (*Interpr. in Pauli sentent. V.* 12. *et multis aliis locis*) *et a Cont. tribuitur Imp. Anastasio.* — [5]) *haec rubr. est in mss. Vat. Bg., in libro Auredani apud Char., in edd. Cont.* 71. 76. *et postea rell., et confirmatur indice titul. in ms. Bas. Coislin.* (*v. Heimbach. in nota i. ad Bas. VI.* 1. 110.). *Deesse hanc rubr. monent Cont.* 62. 66. (*Praeterm. fol.* 12.) — [6]) quadrumentariis *Cont.* 62. 66.; cedirumtariis *ms. Bg.* — [7]) tam civilibus *absunt a ms. Vat.* — [8]) tam civil. quam militar. *absunt a Cont.* 71. 76. *Char. Pae. Sp.* — [9]) brevibus *abest a mss. Vat. Bg., Cont.* 62. 66. *Bk.; sed addendum esse suadent veteres libri, ad quos provocat Cont.* 71. 76., *et index titul. in ms. Bas. Coislin.* (*v. not.* 5.). — [10]) *In ms. Vat. post const. gce. legitur* an aā., *quibus siglis fortasse auctor huius aut utriusque in hoc tit. const. indicatur Anastasius.* — [11]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.;* Valentinianus *male abest ab edd. Nbg. Hal et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Bk.;* Nebrideo *ed. Nbg.,* Nepridio *ms. Vat.;* Nephridio *Hal. et rell.;* Neindrio *ms. Cas., in quo verba ipsius const. initialia* Praefecti — urbis *ad inscr. trahuntur.* — [13]) Praefecto vigilum *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; *sed perperam ita inscribi ipsum docet legis argumentum.* — [14]) *videtur haec lex Constantinopoli data pertinere ad Honorii N. P. et Evodii consulatum* (386.), *quia omnes leges ad eundem Nebridium datae ad hunc cons. referuntur.*

Tit. XLIV.

[1]) DE OFFICIO PRAEFECTI ANNONAE.

1.[a]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

Ἡ διάταξις φανερὸν προςιθεῖσα μέτρον τῇ χορηγίᾳ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει πολιτικῶν ἀννόνων διορίζει καὶ πῶς τὰς μεταθέσεις δεῖ τῶν σιτηρεσίων προβαίνειν, πρόςτιμον τοῖς μὴ πειθομένοις ποιοῦσα.

2.[a]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

Ἀναιρεῖ τὴν ἐκ παλαιοῦ γενομένην ἐπὶ τοῖς πολιτικοῖς ἄρτοις μείωσιν ἡ διάταξις, καὶ κυροῖ τοὺς μὴ ὑπόντας μέν, πρὸ τούτου πραθέντας δὲ κατὰ τὴν ἀπάτην τῶν ἀννονεπάρχων καὶ τῶν λογογράφων τῶν ῥεγεώνων.

1. *Constitutio, certum modum praestationi civilium annonarum Constantinopoli proponens, definit etiam, quomodo in transferendis annonis procedendum sit, mulctam non parentibus imponens.*

2. *Constitutio deminutionem panium civilium ex longo tempore factam tollit, et confirmat eos, qui nunc quidem non adsunt, sed antea per fraudem praefectorum annonae et logographorum regionum vendebantur.*

Tit. XLV.

DE OFFICIO CIVILIUM IUDICUM.

1.[b]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Curtio P. P. — Honorati, qui litem habere noscuntur, his horis[2]), quibus causarum[3]) merita vel facta[4]) panduntur, residendi cum iudicibus[5]) non habeant facultatem. Dat. III. Non. Febr.[6]) Romae[7]), Basso et Philippo Conss. [408.]

2.[c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. — Si quis pro publicis functionibus[8]), quae flagitantur, aliquo se defendere tentet munimine, adeat iudicem et promat, quae duxerit asserenda. Quem si iudex, quod non arbitramur, minus audire maluerit, ipse quidem administrator triginta[9]) librarum auri, apparitio[10]) vero eius quinquaginta feriatur dispendio. Dat. XIII. Kal. August. Constantinop. Honorio VIII et Theodosio III. AA. Conss.[11]) [409.]

Tit. XLVI.

DE OFFICIO MILITARIUM IUDICUM.

1.[d]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius[12]) AAA. Comitibus et Magistris[13]) utriusque militiae. — Nunquam omnino in negotiis privatorum vel tuitio militaris vel exsecutio tribuatur. Dat. prid. Id. Februar. Constantinop. Theodosio A. III. et Abundantio Conss.[14]) [393.]

2.[e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio[15]) P. P. — Praecipimus, ne quando curiales vel privatae conditionis homines ad militare exhibeantur indicium, vel contra se agentium actiones excipiant, vel litigare in eo cogantur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri adversus comitianum officium proponi decernimus, si quid contra hoc aliquando tentaverit. Dat. VI. Kal. Sept. Theodosio A. VII. et Palladio Conss.[16]) [416.]

3.[f]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Anatolio, Magistro militum. — Nemo de his, qui in virorum spectabilium ducum officiis militaverint[17]), scholae[18]) agentium in rebus quacunque subreptione post completam militiam societur, nec agendi vices viri clarissimi principis accipiat facultatem. Si quis autem adversus haec[19]) nostrae perennitatis decreta venire conetur, militia spoliatus proscriptionis poena pro parte bonorum tertia constringatur. Dat. V. Kalend. Februar. Constantinopoli, Maximo II. et Paterio Conss. [443.]

4.[g]) Idem AA. Nomo[20]), Magistro officiorum[21]). — Duces limitum[22]), et praecipue quibus gentes, quae maxime cavendae sunt, appropinquant, in ipsis limitibus commorari, et milites ad proprium[23]) redigere numerum, imminentibus magisteriis potestatibus, diuturnisque eorum exercitationibus inhaerere praecipimus. Castrorum quinetiam refectionis clusurarumque[24]) curam habeant. Quibus cum principibus[25]) castrorumque praepositis pro laborum vicissitudine limitaneorum militum duodecimam annonarum partem, distribuendam videlicet inter eos magisteriae potestatis arbitrio, deputamus. Dat. prid. Id.[26]) Septemb. Constantinop. Maximo II. et Paterio Conss. [443.]

5. *Epi-*

---

[a]) *graecae const. sub hoc tit. lacunam indicant ms. Bg., liber Auredani apud Char. et index titul. in ms. Pl.* 1. *Ex ms. Vat. (in quo post rubr. legitur constitutiones civilium iudicum) plurium lacuna coniici potest. Duarum const. huc referendarum epitomas restituit ex Bas. VI.* 1. 99. *et* 100. *Heimbach. (ungedr. Const. des Justinian. Cod. p.* 32.), *recepit Bk.* — [b]) *l.* 1. *Th. C. de off. iudic. civil. (I.* 17.); *Bas. VI.* 1. 114. — [c]) *Bas. VI.* 1. 115. — [d]) *l.* 1. *Th. C. de off. iudic. milit. (I.* 18.); *Bas. VI.* 1. 93. — [e]) *Bas VI.* 1. 94. — [f]) *Bas. VI.* 1. 95. — [g]) *Nov. Theod. XXXIII.; Bas. VI.* 1. 96.

[1]) *haec rubr. legitur in mss. Vat. Bg., in libro Auredani apud Char., in indice titul. in ms. Pl.* 1., *in edd. Cont.* 71. 76. *et rell., et confirmatur indice titul. in ms. Bas. Coislin. (v. Heimbach. not. p. ad Bas. VI.* 1. 99.); *Cont.* 66. (*Praeterm. fol.* 12.) *huius rubr. lacunam notat; Cont.* 62. *censet deesse tit. de off. praef. Augustal.* — [2]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Theod. C.*; atque temporibus *addunt ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*; vel temporibus *additum in edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; vel *inserunt Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Schf. Cont.* 66. 71. 76. *Char., Theod. C.*; fata *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Pac. Sp. Bk.* — [5]) iudice *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.*; iudicem *ms. Pl.* 1.; iudicio *ms. Bg.* — [6]) *diem firmant mss. Pist. Paris.; reliqua pars subscr. ab iis abest.* — [7]) *Theod. C., Cont.* 62. *Bk.*; Ravennae *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [8]) sanctionibus *ms. Bg., ed. Schf.* — [9]) viginti *edd. Nbg. Hal.*; *τριάκοντα Bas.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Bk.*; apparitor *edd. Nbg. Russ. et rell.*; *sed ἡ τούτου τάξις Bas.* — [11]) Dat. XIV. k. aug. cap. honr. *ms. Paris.*; D. IIIIX. aug. cap. honr. *ms. Pist.* — [12]) *Theod. C., Bk.*; Valent. Theod. et Honor. *mss. Pist. Cas.*; Val. Theod. et Max. *ms. Bg.*; Val. Theod. et Arc. et Hon. *ms. Pl.* 2.; Val. Theod. et Arc. *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Theod. C.*; mag. et comit. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) *subscr. firmatur ms. Pist., si locum exceperis, qui ab illo abest.* — [15]) *Bk.*; Monasio *ms. Cas.*; Maximo *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; Maximiano *ms. Pl.* 2.; Monachio *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 17. *ad l.* 17. *C. I.* 3. — [16]) *subscr. abest a Cont.* 76. — [17]) militaverit *ms. Bg., edd. omnes.* — [18]) scalae *ed. Nbg.* — [19]) hoc *ms. Bg.*; huius *var. l. gl.* — [20]) Nemo *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [21]) mag. com. offic. *ms. Vat.*; com. offic. *ms. Pl.* 2.; magistro et comiti offic. *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; *cfr. l.* 4. *C. I.* 24. *in inscr.* — [22]) *Russ. Cont. in marg., Nov. Theod.*; militum *mss. et edd.*; *crebra est in mssis utriusque voc. commutatio.* — [23]) antiquum *Nov. Theod.*; *ἐπὶ τοὺς οἰκείους ἀριθμοὺς Bas.* — [24]) *Russ. in marg. ex vet. cod.*; clusurar. *abest a ms. Pl.* 2.; clusoriarum *Cont. in marg.*; luxuriarum quae *ms. Pl.* 1.; luxuriarumque *mss. Bg. Bg., ed. Nbg., Nov. Theod., Cont. in marg.*; lixiriarum *vel* lustriarumque *Cont. in marg.*; lustrationisque *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; illustrationisque *Cont.* 62.; *φροντιζέτωσαν δὲ καὶ τῆς τῶν κάστρων κλουσοριῶν διορθώσεως Bas.* — [25]) principe *mss. Pl.* 1. 2., *Nov. Theod.* — [26]) *Nov. Theod., Bk.*; Dat. II. Id. *Hal. et rell.*

5.[a]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

Ἀρκείσθω τοῖς ἐξ ἕθους σιτηρεσίοις ὁ δοὺξ καὶ τοῖς ἐκ τῆς δωδεκάτης τῶν ἐκ τῶν πολεμίων ληφθέντων μοίρας, ἐν χρυσῷ διδομένης παρὰ τῶν ἐνδόξων ἐπάρχων, καὶ μηδὲν ἕτερον ἢ κατὰ ἀπαίτησιν ἢ κατὰ ἐκουσίαν τοῦ διδόντος προαίρεσιν κομιζέσθω.

5. *Contentus sit dux annonis praeberi solitis et iis, quae ex duodecima praedae hostibus ablatae parte, in auro ab illustribus magistratibus data, ad eum perveniunt, neque aliud quid vel poscendo vel ex mera dantis voluntate percipiat.*

Tit. XLVII.

NE COMITIBUS REI MILITARIS[1]) VEL TRIBUNIS LAVACRA PRAESTENTUR.

1.[b]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Anthemio P. P. — Omnem inquietudinem a curiis et civitatibus praecipimus prohiberi, nec ulla privata ab his succendi balnea ad tribunorum vel ducum aliorumve[2]) militarium comitum usus, nec adaerationem[3]) aliquam pro hac causa profligari[4]). Illustribus enim tantummodo viris, comitibus ac magistris militum, (si tamen id volnerint) hoc ministerium indulgemus; duplí poena violatoribus huius sanctionis imminente. Dat. V. Kal. Decemb. Constantinop.[5]) Arcadio A. VI. et Probo Conss. [406.]

Tit. XLVIII.

DE OFFICIO DIVERSORUM IUDICUM.

1.[c]) Imp. Constantinus A. ad Domitium[6]) Celsum, Vicarium[7]). — Nemo iudex officialem[8]) ad eam domum, in qua materfamilias degit[9]), cum aliquo praecepto existimet esse mittendum, ut eandem in publicum protrahat, quum certum sit, debita eius, quae intra domum considerato sexu semet contineat, domus eius vel cuiuscunque rei habita distractione, publicis necessitatibus posse servari. Quodsi quis in publicum matremfamilias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra ullam indulgentiam capitali poena plectetur. Dat. III. Id. Iannar.[10]) Treviris[11]), Sabino et Rufino Conss. [316.]

[a]) Authent. ut nulli iudicum. §. Necessarium. (Nov. 134. c. 9.) — *Sed hodie novo iure pro fiscalibus vel privatis debitis nulla mulier debet includi, sed ad iudicem veniet per se vel per procuratorem suum, vel mittat unum vel alterum, quatenus negotium legitime exsequantur. Si contra factum fuerit, maiores iudices viginti libris auri, minores decem puniantur. Obedientes autem eis cingulo spoliabuntur, et poenis subiacebunt corporalibus, et in exilium damnabuntur.*

2.[e]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Principium[12]) P. U. — Singuli quique iudices sciant, celsioribus viris et his, quorum nonnunquam iudicio provehuntur, honorificentiam debitam esse praestandam, nec in subscriptionibus[13]) suis fratres audeant nominare, apparitione mulctanda, cuius haec est cura. Dat. Id. Februar. Richomere et Clearcho Conss.[14]) [384.]

3.[f]) Iidem AAA. Constantino[15]), P. P.[16]) Galliarum[17]). — Sciant principes, et cornicularii, et primates officiorum, et[18]) iudices etiam, ternas libras auri a suis facultatibus eruendas[19]), si honoratis viris, quibus etiam consistorium nostrum ingrediendi facultas praebetur, secretarii iudicum non patuerit ingressus, aut reverentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum iudice societas denegata. Dat. VI. Id.[20]) Novembr. Treviris[21]), Timasio et Promoto Conss.[22]) [389.]

Tit. XLIX.

UT[23]) OMNES[24]) IUDICES[25]), TAM CIVILES QUAM MILITARES, POST ADMINISTRATIONEM DEPOSITAM PER[26]) QUINQUAGINTA[27]) DIES IN CIVITATIBUS VEL[28]) CERTIS[29]) LOCIS PERMANEANT.

1.[g]) Imp. Zeno[30]) A. Sebastiano P. P. — Nemo ex viris clarissimis praesidibus provinciarum, vel con-

---

[a]) *graecae const. lacunam, indicatam in mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. et edd. Nbg. Hal. et rell., primus supplevit* Heimbach. (*ungedr. Const. des Justinian. Cod. p.* 31.) *ex Bas. VI.* 1. 97., *quem secutus est Bk. Maluit* Cuiac. (*Paratitl. in Cod. I.* 46.) *hic interpolare integrum tit.* de officio tribuni et comitis rei militaris. — [b]) *h. l. conflata est ex l.* 1. *et* 2. *Th. C. ne comit. et tribun.* (*VII.* 11.), *verum ex l.* 1. *cit. desumta inscr. et subscr.; Bas. VI.* 1. 98. — [c]) *l.* 1. *Th. C. de off. iudic. omn.* (*I.* 19.). — [d]) *pars est amplioris Auth.* Hodie *novo iure ad l.* 3. *C. de cust. reor.* (*IX.* 4.). — *Cont.* 76. *ampliorem habet nostram auth., quum i. f. haec addat: scilicet nec pro crimine gravissimo in carcerem mittitur sed in gyneorium aut custodiam mulierum, ut ibidem continuo dicitur.* — [e]) *Bas. VI.* 1. 116. — [f]) *h. l. geminatur in l.* 2. *C. de prox. sacr. scrin.* (*XII.* 19.), *desumta est ex l.* 5. *Th. C. de proximis* (*VI.* 26.); *Bas. VI.* 1. 117. — [g]) *Bas. VI.* 3. 9. *A media hac lege usque ad finem libri I. omnia absunt a ms. Pl.* 1.

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; rei milit. comitibus *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) vel ducum aliorum vel *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [3]) ad rationem *mss. Bg. Gt.*; exactionem *ed. Nbg., var. l. gl.*; ad orationem *ed. Schf.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp*; infligi *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; proflagitari *Cont. in marg.*; ἀργυρισμὸν τούτου χάριν ἀπαιτῶν *Bas.*; *equidem legendum censeo* flagitari. — [5]) *Theod. C.*; Constantinop. *abest ab edd.* — [6]) Domitianum *ms. Pist.*; Dominicum *ms. Vat.* — [7]) *haec. inscr., de qua dubitat Russ. in marg., confirmatur mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; aliquem *inserunt edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [9]) agit *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf., Theod. C.* — [10]) *mss. Pist. Paris., Theod. C., Bk.*; Dat. III. Id. August. *Hal. et rell.* — [11]) *Theod. C., Bk.*; Treviris *abest ab Hal. et rell.* — [12]) principem pum *ms. Pist.*; principum pp. (pf.) *mss. Bg. Pl.* 2.; principum *ms. Vat.*; principes populi *ms. Cas., Hal.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Russ. et Cont.* 62. *in marg.*; scriptionibus *Russ. in marg.*; superscriptionibus *Cont. in marg.*; proscriptionibus *Hal. et rell.*; μηδέποτε τούτοις ἀναφέρονιες *Bas.* — [14]) Dat. Id. Febr. chomere *ex subscr. habent mss. Pist. et Paris.* — [15]) Constantio *Theod. C.*; *cfr. inscr. l.* 2. *C. XII.* 19. — [16]) Praeposito *Hal.* — [17]) Galliarum *abest a Theod. C., legitur autem in omnibus mssis nostris et edd.* — [18]) et *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [19]) servandas *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [20]) *mss. Pist. Paris., Hal., Theod. C.*; V. Id. *Russ. et rell.* — [21]) *Theod. C., Bk.*; Tyberiade *Hal. et rell.* — [22]) *Mss. Pist. et Paris. ex subscr. habent* D. VI. id. nov. mſa. (missa) ad antiochum; *quae postrema subscr. pars videtur esse addita ex inscr. l.* 2. *C. I.* 50., *quae in ms. Pist. statim sequitur hanc leg.* 3. *I.* 48. — [23]) Ut *abest a ms. Pl.* 2. — [24]) cunctos *ms. Pl.* 2. — [25]) iudices *post* militares *positum in mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.* — [26]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; per *abest ab Hal. et rell.* — [27]) XL. *ms. Pl.* 2. — [28]) vel *abest ab Hal. Bk.* — [29]) caeteris *mss. Vat. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; aliis *ms. Pl.* 2. — [30]) Leo *Russ. et Cont.* 62. 66 76. *in marg.*

consularibus, aut correctoribus [1]), neque [2]) qui administrationis maioris infulas meruerint, id est viri spectabiles proconsules, aut praefectus augustalis, aut comes Orientis, aut cuiuslibet tractus vicarius, aut quicunque dux vel comes cuiuslibet limitis [3]), vel divinarum comes domorum, postquam sibi successum fuerit, audeat excedere de locis, quos rexisse noscitur, antequam quinquaginta dierum constitutus numerus finiatur. Sed per id tempus praesides quidem, et consulares, nec non correctores in metropoli, spectabiles vero iudices, tam civiles quam militares, in civitatibus administratae dioeceseos illustrioribus publice, non [4]) domi vel intra sacrosanctos terminos vel regiones [5]) aut potentes domos [6]) latitantes, sed in celeberrimis locis ante omnium, quos nuper gubernaverant, ora versentur, ut pateat omnibus facultas libera super furtis aut criminibus querimoniam commovendi, ita ut, ab omni defensus iniuria, provisione post eum administrantis ac periculo officii, nec minus curialium et defensoris civitatis, iuratoriae tantum cautioni commissus, postquam fuerit in querimoniam devocatus, pulsare volentibus (ut dictum est) pro legum ratione respondeat; nec ullam ante praefinitum tempus de provincia discedendi excusationem ei tribuat vel divinae vocis copia [7]), vel codicilli alterius administrationis oblati [8]), vel praeceptum [9]) amplissimae tuae sedis, ut alterius provinciae moderatoris vices obtineat, aut praeceptum [10]) praefatae vel alterius [11]) civilis [12]) vel militaris cuiuscunque potestatis, ut quamcunque [13]) sollicitudinem publicam gerat, aut exhibeatur, vel deducatur, aut postremo cuiuslibet artis astutia, cuiuscunque [14]) occasionis excogitata calliditas [15]) excludatur, ut modis omnibus quae pro universarum provinciarum salute sancimus, sortiantur effectum. Quodsi quis temeritate punienda saluberrimam legem circumscribendam vel violandam crediderit, licet et maiestatis reus non immerito iudicetur [16]), attamen quinquaginta librarum auri multam publicis calculis inferre cogetur; simili poena plectendo [17]), qui post eum administratione suscepta minime eum curaverit honeste retinendum [18]) aut super eius fuga protinus referendum [19]). §. 1. Administrationem autem deponere non volumus decessorem, antequam successor ad provinciae fines pervenerit, licet literis ad eum, seu programmate vel edicto ad officium t provinciales [20]) usus fuerit. §. 2. Ipse autem, qui praesentem fugiens non observaverit legem, ubicunque repertus fuerit, licet in hac florentissima civitate, ad provinciam sine ullo penitus obstaculo praeceptione tui culminis, cura etiam viri clarissimi rectoris provinciae, in qua repertus fuerit, deducetur, per sex mensium curricula ibidem moraturus, quatenus interea minime crimina possint vel furta celari. Officium etiam, quod eum, debito tamen honore servato, non prohibuerit contra legis tenorem discedere, triginta librarum auri dispendio feriatur. §. 3. Quodsi intra quinquaginta dierum numerum fuerit forte pulsatus, et praefato tempore elapso necdum finita lis fuerit, civiliter quidem super furtorum sceleribus pulsatus, dato procuratore instructo, post quinquaginta dies protinus habeat licentiam discedendi; accusatione [21]) vero super criminibus facta, per inscriptionum [22]) laqueos irretitus, usque ad terminum causae ibidem necessario perdurabit. §. 4. Sciant autem universi iudices, apud quos vel administrationis iure, vel ex praecepto amplissimae tuae sedis huiusmodi controversiae civiliter [23]) vel criminaliter ventilentur, intra viginti dierum spatium debere se praefata litigia, postquam orta fuerint, terminare. Nam si supersederint, ipsos quidem decem librarum aur. condemnationem subire censemus, accusationem vero seu civilem intentionem, semel in iudicium deductam, praefato modo legitime terminari. Dat. V. Id. Octob. Constantinop. Zenone A. II. Cos. [475.]

Authent. ut iudices sine quoquo suffr. §. Necessitatem (Nov. 8. c. 9.) — *Si vero antequam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur, detineatur a provincialibus, et omne, quod datum fuit ea occasione, furti actione exigatur, praesente tamen Deo amabili episcopo, et causam ex non scripto examinante.*

TIT. L.

[a]) DE OFFICIO EIUS, QUI [24]) VICEM ALICUIUS IUDICIS VEL [25]) PRAESIDIS [26]) OBTINET.

1. Imp. Gordianus A. [27]) Domitio [28]) P. P. [29]) — In causa, quae spectat ad utilitatem reipublicae, eum, qui vice praesidis provinciam [30]) administrat, potuisse cognoscere, in dubium non venit. Sane si in aliquo captum est ius reipublicae, iuxta scita [31]) divorum principum defensores reipublicae (si [32]) modo adesse fiduciam negotio putant) restitutionis auxilium possunt flagitare. Dat. III. Non. Nov. Sabino II. et Venusto Couss. [240.]

2. Mandata Impp. Theodosii et Valentiniani AA. [33]) missa ad Antiochum P. P. [34]) per referendarium [35]), quae sic habent [36]): Suggerente magnificentia vestra docta imperialis aeternitas, debere eos, qui praeceptione principali seu vestrae sedis amplissimae, tueri locum rectorum provinciarum noscuntur, auctoritatem habere, tutores seu curatores petentibus dare, decretum etiam interponere ad alienandas minorum similiumque eis personarum seu curialium facultates [37]), emancipationes quoque legibus celebrare, et omnia, quae ad iurisdictionem rectoris provinciae pertinent, actitare, praecipere dignata est pro dispositione vestrae celsitudinis praefatas huiusmodi sollicitudines peragendi habere licentiam. Dat. prid. Id. Octobr. Constantinop. Hierio et Ardaburio [38]) Coss. [427.]

TIT. LI.

---

[a]) *Dig. I.* 21.

[1]) rectoribus *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Russ. in marg.*; neve *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Cont.* 62. 66. 76. *in marg.*; vel *Hal. et rell.* — [3]) *Russ. et Cont. in marg.*, *Bk.*; ordinis *ms. Gt.*; miliciae *ms. Pl.* 2.; militis *rell. mss. et edd.*; *cfr. not.* 22. *ad l.* 4. *C. I.* 46. — [4]) vel *ms. Bg.*; non vel *ms. Pl.* 2. — [5]) religiones *ms. Pl.* 2., *et ex correct. recent. etiam ms. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Russ.* — [6]) penates domus *Russ. Cont. in marg.* — [7]) vel divina revocatoria *edd. Schf. Hal.*, *var. l. gl.*; vel divina revocatione *ms. Bg.* — [8]) codicillis alt. admin. oblatis *Hal.* — [9]) praecepto *Hal.* — [10]) praecepto *Hal.* — [11]) provinciae vel *inserit ms. Bg.* — [12]) provinciae *inserit ms. Pl.* 2. — [13]) aut quamcunque *mss. Bg. Pl.* 2. *Gt.*, *ed Schf.* — [14]) artis astutia cuiuscunque *absunt ab edd. Nbg. Hal.* — [15]) calliditate *edd. Schf. Hal.* — [16]) vindicetur *ms. Pl.* 2. — [17]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; eo, *quod Russ. in uno gloss. tantum invenit*, *addunt Russ. et rell.* — [18]) requirendum *mss. Pl.* 2. *Bg.*; retinendo *ed. Nbg.* — [19]) requirendum *Hal.* — [20]) militares *ms. Bg.* — [21]) actione *ms. Bg.* — [22]) per insubscriptionum *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; *rectius* per subscriptionum. — [23]) civiliter *abest ab ed. Schf.* — [24]) causam vel *inserit ms. Pl.* 2. — [25]) alicuius iudicis vel *absunt a ms. Bg.* — [26]) vel praesidis *absunt a mss. Pist. Cas. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.* — [27]) Imp. Augustus *Cont.* 62. — [28]) Dominiano *ms. Bg.*; Domicino *ms. Pl* 2.; Domitiano *Cont. in marg.* — [29]) P. P. *absunt a mss. Cas. Vat. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [30]) provinciae *mss. Bg. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.* — [31]) scripta *ms. Gt.*, *ed. Schf.* — [32]) si *abest a Cont.* 76. — [33]) Impp. Theodos. et Valentin. AA. *absunt a ms. Pist.* — [34]) *mss. Pist. Vat. Bg. Pl.* 2. *Gt.*, *Cont.* 62.; missa Antiocho (Antiochio) P. P. *ms. Cas.*, *ed. Nbg.*; missa Antiocho caeterisque P. P. *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [35]) per ferendarium *mss. Vat. Bg. Pl.* 2.; perferenda *ed. Nbg.* — [36]) per referend. — habent *absunt a ms. Cas.* — [37]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; et *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [38]) Ardabure *Russ. Cont. in marg.*; *sed cfr. not.* 35. *ad l.* 1. *C. I.* 8.

Tit. LI.

) DE ASSESSORIBUS, ET [1]) DOMESTICIS, ET CANCELLARIIS IUDICUM.

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Paulino [2]). — Studiorum labor meretur, ut hi, qui in publicis administrationibus constituti sociari sibi consiliorum participes cupiunt, spe praemiorum atque honorificentia sua provocent eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam, non metu terribili et necessitate incongrua libertati. Dat. prid. Id. Iul. [3]) Tiberiano et Dione Conss. [4]) [291.]

2. [c]) Imp. Constantinus A. ad Bassum P. U. [5]) — Praesides non per assessores, sed per se subscribant libellis [6]). Quodsi quis assessori subscriptionem inconsultis nobis permiserit, mox assessor, qui subscripsit, exilio puniatur. Praesidis vero nomen ad nos referri iubemus, ut in eum severius vindicetur. Dat. XV. Kal. Septemb. Constantino A. VI. et Constantino Caes. Conss. [320.]

3. [d]) Impp. Arcadius et Honorius [7]) AA. Messalae P. P. — Consiliarios iudicum, et cancellarios, et eos, qui domesticorum funguntur officio, post depositam administrationem quinquaginta dies in provinciis [8]) residere praecipimus. Pro confesso autem tenebitur, qui accusatus [9]) huiusmodi personam subtraxerit [10]); eaque in quadruplum restitui iubemus, quae desiderantur [11]) ablata, ut duplum spoliatus accipiat, et duplum noster fiscus adquirat. (Dat. VI. Kal. Ianuar. Mediolani, Theodosio et Rumorido Conss. [12]) [403.])

4. [e]) Idem et Theodosius AAA. ad Caecilianum [13]), Vicarium. — Domesticus iudicis a publicis actibus arceatur. Quodsi necessitatibus publicis sese convictus fuerit miscuisse, statim eum ad maioris potestatis examen deduci oportet, ut competens in eum vindicta promatur. Dat. VI. Id. April. Honorio A. VI. et Aristaeneto Conss. [404.]

5. Impp. Honorius et Theodosius AA. Seleuco [14]) P. P. — Nemo in provinciis, qui semel domestici vel cancellarii ministerium gesserit, ad eandem observationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur. Dat. III. Id. Decemb. Ravennae, AA. X. et VI. [15]) Conss. [415.]

6. [f]) Idem AA. Vitaliano, Duci Libyae. — Nemo de domesticis ducum vel comitum militarium, officiis eorum connumeratus [16]), post completum sui temporis actum ad eandem rursus sollicitudinem audeat adspirare; decem librarum auri condemnatione proposita, si quis hanc violare voluerit sanctionem; eadem poena officio quoque [17]) coërcendo, si per ambitionem vel avaritiam ex his aliquid temerari [18]) concesserit [19]). Dat. VIII. Kal. Nov. Constantinop. Honorio A. XI. et Constantio II. Conss. [417.]

7. [g]) Idem AA. Eustathio [20]) P. P. — Velut castrense peculium filiifamilias assessores etiam [21]) post patris obitum vindicent, qui consiliis propriis administratores invare consueverunt, si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerint. Dat. X. [22]) Kal. April. Constantinop. DD. NN. [23]) Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss. [422.]

8. [h]) Idem AA. Asclepiodoto P. P. — Nullus iudicum ad provinciam sibi commissam quemquam secum ducere [24]) audeat, cui domestici vel cancellarii nomen imponat, nec profectum ad se undecunque [25]) suscipiat, ne famae nota cum bonorum publicatione plectatur. Periculo enim primatum officii cancellarios, sub fide gestorum ex eodem officio [26]) electos, iudicibus applicari iubemus, ita ut post depositam administrationem [27]) nec militiam deserant, et provincialibus praesentiam sui exhibeant, quo volentibus sit accusandi eos facultas [28]). Si enim idonea causa exegerit, ad detegenda iudicis flagitia et quaestioni eos subdi oportet. Dat. prid. Kal. Iun. [29]) Constantinop. [30]) Asclepiodoto et Mariniano Conss. [423.]

9. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Taurum P. P. [31]) — Si post depositam administrationem iudicum praesentiam vel exhibitionem domesticorum querimonia provincialium aut curialium vel aliqua [32]) publica necessitas postulaverit, per eosdem administratores, quorum domestici fuerint, iudicio legibusque tradantur. Dat. V. Non. Iul. Constantinop. Theodosio A. XIV. et Maximo Conss. [433.]

10. [i]) Idem AA. Florentio P. P. — In consiliariis observari censemus, ut in eum, qui in sua provincia ultra quatuor menses moderatoribus assedet, adversus leges antiquas et divorum retro principum scita [k]), proscriptio bonorum et accusatio publici criminis immineat, nisi per coeleste oraculum vel amplissimae tuae sedis praeceptionem sese defendat. Dat. XIII. Kal. Februar. Theodosio. [33]) XVII. et Festo Conss. [439]

11. [l]) Idem AA. Zoilo, P. P. Orientis. — Non

---

[a]) *Dig. I.* 22. — [b]) *Bas. VI.* 1. 62. — [c]) *Bas. VI.* 1. 63. — [d]) *Bas. VI.* 3. 13. — [e]) *Bas. VI.* 1. 64. — [f]) *l.* 16. *Th. C. VIII.* 1. — [g]) *l.* 2. *Th. C. de assessor. domest. I.* 21.; *Bas. VI.* 1. 66. *et Schol. ad VIII* 1. 19. *Videtur nostra lex communem fontem habere cum l.* 4. *C. de advoc. divers. iudicior. II.* 7. — [h]) *l.* 3. *Th. C. de assessor. domest. I.* 21.; *Bas. VI.* 1. 67. — [i]) *Bas. VI.* 1. 68. — [k]) *cfr. l.* 1. *Th. C. de assessor domest. I.* 21. — [l]) *Bas. VI.* 1. 69. *Geminatur in l. un. C. de magistr. sacr. scrin. XII.* 9.

[1]) et *abest a ms. Cas.*; *a Cont.* 71. *Char. Pac. cancellis includitur.* — [2]) Comiti * *addit Cont.* 62. — [3]) Iun. *Cont.* 76. — [4]) *Hal. et Sp. in not., Russ. Cont. Char. Pac. in marg., Bk.*; Tiberio et Maximo Coss. *Hal. et postea rell. in textu, excepto Bk.* — [5]) P. P. *mss. Cas. Bg., ed. Nbg.* — [6]) libellos *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*; τοὺς λιβέλλους *Bas.* — [7]) et Theodosius *addit Bk. contra fidem codd., qui omnes demum in inscr. legis* 4. *Theodosium commemorant.* — [8]) in provincia *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; in provinc. *absunt a ms. Pl.* 2., *quam omission. muniunt Bas.* — [9]) qui accusabitur si *ed. Schf.* — [10]) subtexerit *ed. Schf.*; ὁ ἀποκρύψας αὐτούς *Bas.* — [11]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; docebuntur *Russ. et rell.* — [12]) *haec subscr., ab Hal. restituta et a rell. edd. recepta, dubia parit. Nam abest ab inscr. Theodosius, qui iam a.* 402. *Augustus creatus fuit, neque umquam imperatores a.* 403. *Mediolani versati sunt. Merito itaque Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p. CLX. monet, nostram legem his consull. non convenire. Equidem* Theodoro V. C. Cons. (399.) *legere malim, quod suadent permultae constitutt., eo anno ad Messalam Mediolano datae* (*v. Iac. Gothofr. Prosopogr. p.* 67.), *et insignis illa inter Theodorum et Theodosium nominis similitudo.* — [13]) Celianum *mss. Bg. Pl.* 2. — [14]) Seleucio *ms. Bg.* — [15]) Honorio X. et Theodosio VI. AA. *Bk.* — [16]) connumeratis *Russ. Cont. in marg., sed* μηδεὶς — τῆς — τάξεως — ὧν *Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; eius *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) *edd. Schf. Hal.*; temerare *mss. Bg. Pl.* 2.; temerarie *rell.* — [19]) *ms. Bg, Hal. Cont.* 62., *Bk.*; consenserit *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Russ. Cont* 66. *et rell.*; μετὰ τῆς συγχωρούσης τάξεως ποιεῖν ὑφορώμενος *Bas.* — [20]) Eustasio *ms. Cas., Theod. C.*; Eustachio *mss. Pist. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. Cont. Char. Pac.*; Eustacio *ms. Bg.*; Eustatio *ms. Vat.* — [21]) etiam *abest a Theod. C.* — [22]) *Theod. C.*; X. *abest ab Hal. et rell.* — [23]) *Cont.* 62., *Theod. C.*; DD. NN. *absunt ab Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [24]) deducere *ms. Pl.* 2. — [25]) unumquemque *ms. Bg.* — [26]) ex eodem officio *absunt a Theod. C.* — [27]) per continuum triennium *inserit Theod. C.* — [28]) facilitas *ed. Schf., Hal. in not., Theod. C.* — [29]) *Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*, Kal. Iul. *Hal. et rell.* — [30]) *Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; Constantinop. *abest ab Hal. et rell.* — [31]) P. P. *absunt a mss. et edd. praeter Bk.* — [32]) alia *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.* — [33]) A. *insertum a Bk., omissum a rell.*

Non parum [1]) assessoribus maiorum magistratuum, quam ipsis iudicibus, nostrae benevolentiae liberalitas tribuenda est. Ideoque consiliarios virorum illustrium praefectorum, tam praetorio [2]) quam huius inclytae urbis, eminentissimorumque magistrorum militum, nec non etiam viri illustris magistri officiorum, sive praedicto officio iam functi sunt, seu fungentur in posterum, post depositum etiam officium ab omni indictionis [3]) onere, seu civilium seu militarium iudicum, prorsus immunes esse praecipimus, ut nec ab [4]) amplissima quidem sede tui culminis eis ulla molestia super suscipiendo quolibet gravamine penitus iniungatur; quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione [5]) multando, si quid adversus statuta clementiae nostrae innovari concesserit. Dat. V. Kal. Mart. Theodosio A. XVIII. et Albino Conss. [444]

12. [a]) Impp. Valentinianus et Marcianus AA. Palladio P. P. — Liceat omnibus iudicibus, illustri praeditis potestate, consiliarios sibi eosdem secundo ac tertio et saepius adiungere [6]), quia qui semel recte cognitus est, non debet ob hoc solum, quod iam probatus est, improbari. Dat.... Valentiniano A Cons. [455.] [7])

Epitome graec. const. ex Bas. eorumque schol.

13. [b]) *Αὐτοκράτωρ Ζήνων.* [8]) — *Μηδέποτε χωρὶς τῶν ἀρχόντων οἱ συμπόνοι αὐτῶν δικαζέτωσαν τὰ ἐκείνων τιθέντες ὀνόματα· μήτε τὰς προκαταάξεις ποιείτωσαν, μήτε τὰς ἀποφάσεις.* Dat. VI. Kal. Iul. post consulatum Decii et Longini [9]) [487.]

13. *Imp. Zeno. — Nunquam sine iudicibus assessores eorum ius dicant, nomina illorum ponentes; neque litis contestationes apud eos fiant, neque sententias ferant.*

14. [c]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Nemo ex iis, qui advocati causarum constituti sunt vel fuerint, etiam in hac regia urbe in quocunque iudicio deputati, et in aliis omnibus provinciis nostro subiectis imperio, audeat in [10]) uno eodemque tempore tam advocatione uti, quam consiliarii cuiuscunque magistratus, quibus respublica gerenda committitur, curam arripere, cum satis abundeque sufficiat, vel per advocationem causis perfectissime patrocinari, vel assessoris officio fungi, ne, quum in [11]) utrumque festinet [12]), neutrum bene peragat; sed sive advocatus esse malnerit, hoc cum debita sollertia implere possit, vel si assessionem elegerit, in ea videlicet permaneat, ita tamen, ut post consiliarii sollicitudinem depositam, liceat ei ad munus advocationis reverti. §. 1. Nec sit concessum cuiquam duobus magistratibus assidere, et utriusque iudicii curam peragere (neque enim facile credendum est, etiam duabus necessariis rebus unum sufficere, nam quum uni iudicio affuerit, alteri abstrahi necesse est, ficque nulli eorum idoneum in totum inveniri), sed altera assessione penitus semota, unius magistratus esse contentum [13]) iudicio. §. 2. Nec callidis machinationibus huiusmodi legem putet quis esse circumscribendam, etsi non consiliarii signum, quod solitum est, chartis imponat, sed alias quasdam literas excogitatas assimulaverit, existimans ei licere fungi quidem memorato officio, sub huiusmodi tamen umbra latere, quum in legem committant [14]) ii, qui vigorem eius scrupulosis et excogitatis artibus eludere festinant. Neque sibi blandiri quemquam oportet, quod praesentis etiam legis aculeos possit evadere, quemadmodum et anteriores leges, super hac re positas, deludebat. Si quis etenim in tali commisso fuerit inventus, sciat, se de matriculis advocatorum penitus esse delendum, et decem librarum auri mulctam nostris privatis largitionibus illatarum, per virum illustrem comitem rerum privatarum exigendam, et aliam maiorem regalis culminis subitarum offensam, quum nec ipse iudex, qui hoc fieri passus est, et sciens prudensque hoc commiserit, sine imperiali commotione remanebit; eidem poenae [15]) subiiciendo etiam eo vel eis, qui in his causis, quarum patrocinium adepti sunt, quibusque advocationem suam praestiterunt, assessiones cuiuscunque magistratus colore [16]) audeat vel audeant indicare [17]), ne, affectionis suae vel [18]) advocationis memor, incorrupti iudicis non possit nomen perferre. Dat. V. Kalend. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [529.]

TIT. LII.

[a]) *Bas. VI.* 1. 70. — [b]) *Epitomen graecae const., quam excidisse iam Hal. notavit, restituere licet* 1., *ex Bas. VII.* 1. 1., *qui locus fere verbotenus repetitur in Bas. VI.* 1. 71. *et in Synopsi* (*ed. Leuncl. p.* 55.), 2., *ex Schol. Bas. ad VII.* 1. 1. *Text. ex Synopsi restitutus a Leunclav.* (*Adnot. ad Cod.* 12.), *receptus a Cont.* 76. *Pac. Sp. Ex Bas. VII.* 1. 1. *hausit Bk., quem text., iunctum tamen textui* 2., *equidem exhibeo. Caeterum etiam Iustiniani quandam const., cuius argumentum ad hanc Zenonianam proxime accedit, ex hoc tit. excidisse, ex Nov.* 60. *cap.* 2. *non sine causa colligit Cuiac.* (*Exposit. Novell.* 60.) — [c]) *Bas. VI.* 1. 72. *et VII.* 1. 2.

[1]) *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. et omnes veteres codd. teste Contio*; Non minus *Hal. et rell.* — [2]) *ms. Bg., edd. Nbg. Schf.*; tam praet. *absunt a ms. Pl.* 2.; tam praetoriorum *Hal. et rell.* — [3]) *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; *haud vero nostrae lect. favent Bas. καὶ μετὰ τὸ ἀποθέσθαι τὴν συνεδρίαν ἀπηλλάχθαι παντὸς ὑβριστικοῦ ἐπιάγματος ἢ βάρους ἀπὸ — ἄρχοντος ἐπαγομένου αὐτοῖς*, *rectius forte* indignationis *ms. Bg., ed. Schf., sed cfr. l. un. C. XII.* 9. — [4]) ab *abest a mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [5]) damnatione *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [6]) iniungere *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.; sed προσλαμβάνεσθαι Bas.* — [7]) *Cont. et postea rell.*; Valentiniano A. VIII. et Anthemio *scribendum esse videtur, quum durante imperio utriusque imperatoris, in inscr. laudati, semel tantum, ac cum Anthemio quidem, Valentinianus consulatum gesserit; Hal. et Russ. subscriptionem graecae const., quae sequitur, perperam huic legi tribuunt, quod et ipsi improbant in notis.* — [8]) *Hanc esse Zenonis const., iam commemorat Hal. in not. et liber Auredani apud Char., et colligi potest ex Nov.* 60. *cap.* 2. — [9]) *haec subscr., quam Hal. Russ. Pac. Sp. in notis, Cont.* 62. 66. 76. *in textu nostrae legi tribuunt, non solum optime convenit inscriptioni, sed etiam confirmatur libro Auredani apud Char.* — [10]) in *abest ab ed. Schf.* — [11]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; ad *edd. Schf. Russ et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; festinat *Russ. et rell.* — [13]) contemptum *ms. Pl.* 2. — [14]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*: et *inserunt Hal. et rell.* — [15]) eadem poena *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; quidem *addunt edd. Nbg. Hal. et postea rell., abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [16]) colere *ms. Bg.* (*in quo autem linea superscriptum* colore) *ms. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [17]) *ms. Bg., edd. Schf. Cont.* 62., *var. l. gl.*; vindicare *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *sed. Bas. διχάζων.* — [18]) vel *abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; *equidem loco* vel *legere malim* sive, *quod ob praecedens* suae *perfacile excidere potuit.*

Tit. LII.

DE ANNONIS ET CAPITU [1]) ADMINISTRANTIUM [2]), VEL [3]) ASSESSORUM, ALIORUMVE PUBLICAS SOLLICITUDINES GERENTIUM, VEL EORUM, QUI ALIQUAS CONSECUTI SUNT DIGNITATES [4]).

1. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. — Omnibus, tam viris spectabilibus quam viris clarissimis, indicibus, qui per provincias sive militarem sive civilem administrationem gerunt, nec non comiti commerciorum, magistro aeris sive privatae rei, rationali per Ponticam atque Asianam dioecesin, item [5]) et assessoribus iudicum singulorum in praebendis solatiis annonarum [6]) hic fixus ac stabilis servabitur modus, ut ea pro annonis et capitu [7]), dignitati [8]) suae debitis, pretia consequantur, quae particularibus delegationibus [9]) solent contineri. Dat. III. Kal. Iun. Constantinop. Theodosio XVII. et Festo Coss. [439.]

Tit. LIII.

DE CONTRACTIBUS IUDICUM, VEL EORUM, QUI SUNT CIRCA EOS, ET [10]) INHIBENDIS DONATIONIBUS IN EOS FACIENDIS, ET [11]) NE ADMINISTRATIONIS TEMPORE PROPRIAS AEDES AEDIFICENT SINE SANCTIONE PRAGMATICA [12]).

1. [a]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Quicunque administrationem in hac florentissima urbe gerunt, emere quidem mobiles res vel immobiles, vel domos exstruere non aliter possunt, nisi specialem nostri numinis hoc eis permittentem divinam rescriptionem [13]) meruerint. §. 1. Donationes vero omnimodo recusent [14]), scientes non esse validas eas in quibuscunque rebus et quacunque aestimatione, nisi post administrationem depositam vel specialiter in scriptis donator eandem donationem ratam habuerit, vel tempus quinquennale praeterierit, in quo nulla querela super iisdem donationibus vel ab ipso donatore, vel ab eius successoribus facta sit. §. 2. Provincias vero moderantibus non solum donationes, sed etiam emtiones quamcunque mobilium vel immobilium rerum praeter eas, quae ad alimoniam [15]) vel vestes pertinent, et aedificationes, licet sacri apices aliquid eorum permiserint, penitus interdicimus. Nec ratum sit, quod his donatione vel venditione datum est, licet quinquennale tempus post depositam administrationem excesserit, vel consensus donatoris vel venditoris post eandem administrationem adiectus sit. §. 3. Haec autem etiam ad domesticos et consiliarios eorum trahi necessarium duximus [16]), illud etiam adiicientes, ut nec per interpositam personam aliquid eorum sine periculo possit perpetrari. § 4. Quae etiam ad praeterita negotia referri sancimus, nisi transactionibus vel indicationibus sopita sint [17]). Dat. V. Id. Decembr. Constantinop. DN. Iustiniano A. II. Cons. [528.]

Tit. LIV.

DE MODO MULCTARUM, QUAE A IUDICIBUS INFLIGUNTUR [18]).

1. Impp. Severus et Antoninus AA. Firmo. — Mulcta damnum famae non irrogat. Dat. V. Id. April. Antonino A. et Geta [19]) utrisque II. Conss. [20]) [205.]

2. Imp. Alexander A. Decimio [21]) P. P. [22]) — Procuratores meos vel rationales [23]) mulctae iudicendae [24]) ius non habere, saepe rescriptum est. Dat. XIII. Kal. Septemb. Modesto et Probo Conss. [228.]

3. Imp. Gordianus A. Celeri P. P. [25]) — Curator reipublicae, qui graeco vocabulo logista nuncupatur, mulctandi ius non habet. Dat. Id. Septemb Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

4. [b]) Imppp. Gratianus [26]) Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. — Illustres viros praefectos praetoriis usque ad quinquaginta librarum auri mulctam, quum peccatum gravissimum erit, pervenire sinimus [27]). Dat. VIII. Id. Ian. Gratiano V. et Theodosio AA. Conss. [380.]

5. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Praetextatum [28]) P. P. — Mulctarum severa compendia aerario nostro protinus esse quaerenda, nullus ignoret, nisi ipse iudex id, quod ad poenam admissi facinoris exsculpitur [29]), vel publicis operibus, vel cursui publico, vel aliis necessariis causis specialiter deputaverit. Dat. V. Id. Septembr. Aquileiae, Richomere et Clearcho Conss. [384.]

6. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae P. P. [30]) — Eos, qui ordinario provincias iure moderantur, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, ultra duarum unciarum auri summam [31]) condem

---

[a]) *Bas. VI.* 3. 51. — [b]) *Bas. XLIII.* 7. 1. (*Fabr. T. V. p.* 751.) — [c]) *Bas. XLIII.* 7. 2. (*Fabr. T. V. p.* 751.)

[1]) *mss. Cas. Vat.*, *Hal. Cont.* 62.; capit *ms. Bg.*; capitatione *edd. Nbg. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [2]) ministrantium *ed. Schf.*; administrationum *mss. Vat. Gt.* — [3]) *mss. Cas. Vat. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; et eorum *Russ. et postea rell.*; eorum *ed. Schf.* — [4]) *rubr. deest in ms. Pl.* 2. — [5]) item *abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [6]) annorum *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [7]) *mss. Pl.* 2. *Gt. Bg.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62. *var. l. gl.*; capit *ms. Bg.*; capite *edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [8]) dignitatis *mss. Pl.* 2. *Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [9]) delargitionibus *ms. Gt.* — [10]) de *inserunt mss. Vat. Pl.* 2. — [11]) *hic finit rubr. in ms Pl.* 2. — [12]) sine sanctione pragmatica *absunt a mss. Cas. Vat.*, *Hal.* — [13]) subscriptionem *mss. Pl.* 2. *Gt. et ante correct. etiam Bg.* — [14]) recusentur *ed. Schf.* — [15]) alimonias *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; ἀποτροφὴν *Bas.* — [16]) ducimus *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [17]) Quae etiam — sopita sunt *ab Hal. includuntur cancellis et in marg. notatur, haec vv. alias deesse.* — [18]) intelliguntur *ed. Nbg.*; et defensoribus civitatum *ex rubr. tit. LV. addunt mss. Pist. Gt.*; *omnis rubr. deest in ed. Schf.* — [19]) Caes. *inserit Bk.*; *sed ex fastis ita supplere subscriptt. vix licet.* — [20]) *Ex errore Geta consul iterum vocatur, quippe qui primum a.* 205. *consulatum gesserit. Frequens tamen hic error in legibus aliisque auctoribus deprehenditur, cuius caussa ea est, quod iam a.* 203. *alius Geta consulatu functus est.* — [21]) Decimo *mss. Vat. Bg.*, *ed. Nbg.*; Decumio *ms. Pl.* 2.; Deciovo *ms. Cas.* — [22]) P. P. *absunt a mss. Vat. Bg. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [23]) id est rationales *ms. Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; idem ration. *ms. Pl.* 2. — [24]) inducendae *Cont.* 71. *Char.* — [25]) P. P *absunt a mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [26]) Gordian. *mss. Cas. Vat. Bg. Pl.* 2. — [27]) sancimus *ms. Bg.*, *ed. Schf.*; faciamus *ms. Pl.* 2. — [28]) Praestatum *mss. Vat. Bg. Pl.* 2.; Tempestatum *ed. Nbg.* — [29]) exculpetur *ed. Schf.* — [30]) *inscr. huius leg. et subscr. inter se pugnant. Arcadii enim et Honorii commune regnum demum ab a.* 396. *incipit, quo etiam anno Messala ad praefecturam praet. pervenit. Ut inscriptionem falsam censeamus, movet argumentum legis, quod de Comite Orientis et Praefecto August. agit; ut de subscriptionis veritate dubitemus facit omnium codd. commune suffragium, quod inscriptionem tuetur. Fortasse et inscr. et subscr. recte se habent, atque h. l. est de earum numero, quae Tribouiani manum passae et non ex una lege conflatae sunt* (*v. Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p. CXXIX. et in Prosopogr. p.* 67. 68.). — [31]) mulctam *ed. Schf.*, *in ms. Bg. lineae superscriptum*; mulctas *ms. Pl.* 2.

demnare non patimur. §. 1. Proconsularem vero potestatem, si mulctandi necessitas imminebit, senarum unciarum auri summa cohibebit; in qua forma etiam comes Orientis atque praefectus augustalis erit. §. 2. Ceteri vero spectabiles indices, et qui vice vestra [1]) administrationis gubernacula susceperunt [2]), ultra tres auri uncias sibi intelligant licentiam denegatam. §. 3. Id quoque observandum a moderatore esse censemus, ut in unius correptione [3]) personae, si ad id continuatio peccati impulerit, trinae tantummodo in anno [4]) condemnationis sub praestituta summa severitas exerceatur [5]). §. 4. Quod si quis praedictum modum excesserit, huius auctor [6]) admissi condemnato [7]) ad dupli restitutionem; fisco vero nostro ad inferendam eam quantitatem, quam mulctae nomine inflixerit, tenebitur. §. 5. Nec tamen ad huius legis moderationem pertinere se credant, qui in peculatibus aut manubiis, id est depraedationibus, aut concussionibus, furtis, aliisque flagitiis, quae coërceri severius convenit, fuerint deprehensi, scilicet ut scripta per iudices memoratos, in cuiuslibet fuerit dirigenda dispendium, sententia proferatur. §. 6. Nec putent factu [8]) facile esse, ut aut praecipiti persuasione condemnent, quem culpa non ingravat, aut erubescenda varietate iudicii pro arbitrio proprio immutandum esse, quod lex iusserit [9]), nisi paupertas condemnati hoc persuaserit. Dat. XII. Kal. Septemb. Theodosio A. II. et Cynegio Conss. [10]) [388.]

Tit. LV.

a) DE DEFENSORIBUS CIVITATUM [11])

1. b) Impp. Valentinianus et Valens AA. [12]) Senecae, Defensori. — Si quis de tenuioribus ac minuscularibus [13]) rebus interpellandum te esse crediderit, in minoribus causis, id est usque ad quinquaginta solidorum summam, acta iudicialia [14]) conficias, scilicet ut, si quando quis vel debitum iustum, vel servum, qui per fugam fuerat [15]) elapsus, vel quod ultra delegationem dederat, postulaverit, vel quodlibet huiusmodi, tua disceptatione restitutus. Ceteras vero, quae dignae forensi magnitudine videbuntur, ordinario insinuato rectori. Dat. XV. Kal. Ianuar. Terici, Valentiniano et Valente AA. Conss. [365.]

2. c) Iidem AA. [16]) ad Probum P. P. — Defensores civitatum non ex decurionum seu cohortalium corpore, sed ex aliis idoneis personis huic officio deputentur. Dat. III. Non. Novemb. Iisdem Conss. [365.]

3. d) Iidem et Gratianus [17]) AAA. ad Senatum. — Utili ratione prospectum [18]) est, ut innocens et quieta rusticitas peculiaris patrocinii, id est defensoris locorum, beneficio perfruatur, et [19]) apud eum in pecuniariis causis litigandi habeat facultatem. Dat. IV. Id. August. Hierapoli [20]), Valentiniano et Valente AA. utrisque II. Conss. [368.]

4. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [21]) AAA. Theodoro, Defensori civitatis [22]). — In defensoribus universarum provinciarum [23]) erit administrationis haec forma, et tempus quinquennii spatii [24]) metiendum: scilicet ut inprimis parentis vicem plebi exhibeas, descriptionibus rusticos urbanosque [25]) non patiaris affligi, officialium insolentiae et iudicum procacitati, salva reverentia pudoris, occurras, ingrediendi, quum voles, ad iudicem liberam habeas facultatem, superexigenda [26]) damna vel spolia plus petentium ab his, quos liberorum loco tueri debes, excludas, nec patiaris quidquam ultra delegationem solitam ab his exigi, quos certum est, nisi tali remedio, non posse reparari. Dat. . . . Non. [27]) Ian. Constantinop. Arcadio [28]) et Bautone Conss. [385.]

5. e) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. [29]) Potamio, Praefecto Augustali. — Defensores nihil sibi insolenter, nihil indebitum vindicantes, nominis sui tantum fungantur officio. Nullas infligant mulctas, saeviores non exerceant [30]) quaestiones, plebem vel decuriones ab omni improborum insolentia et temeritate tueantur, ut id tantum, quod esse dicuntur, esse non desinant. Dat. III. Non. Mart. [31]) Constantinop. Arcadio A. II. et Rufino [32]) Conss. [392.]

6. f) Iidem AAA. Tatiano P. P. — Per omnes regiones, in quibus fera et periculi sui nescia latronum fervet insania, probatissimi quique [33]) et districtissimi [34]) defensores [35]) adsint disciplinae, et quotidianis actibus praesint, qui non sinant crimina impunita [36]) coalescere [37]), removeant patrocinia, quae, favorem [38]) reis et auxilium scelerosis impertiendo [39]), maturari scelera fecerunt. Dat. V. Id. [40]) April. Constantinop. [41]) Arcadio A. II. et Rufino [42]) Conss. [392.]

7. Impp.

---

a) Dig. 1. 2. 4. — b) l. 1. Th. C. de defens. civ. l. 30. (Haenel) — c) l. 8. Th. C. eod. — d) l. 5. Th. C. eod. — e) l. 7. Th. C. eod. — f) l. 8. Th. C. eod. —

[1]) Hal.; vestrae ms. Gt., ed. Nbg.; nostrae mss. Bg. Pl. 2., ed. Schf.; nostra Russ. et rell.; οἱ ἐν τάξει τῶν ἐπιτροχῶν ὄντες Bas. — [2]) mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Hal.; susceperint edd. Nbg. Russ. et rell. — [3]) correctionem mss. Bg. Gt.; correctione edd. Nbg. Hal. Bk. — [4]) annum mss. Pl. 2. Bg. Gt. — [5]) exeratur mss. Bg. Gt., ed. Schf., Hal. in not. — [6]) huiusmodi actore ed. Schf.; actor Accurs. in gl., uti monet Cont. in marg. — [7]) condemnatus ms. Bg., ed. Nbg. — [8]) factum mss. Pl. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. — [9]) mss. Pl. 2. Bg., ed. Schf.; quod iusserit ed. Nbg.; quod iusserint Hal. et rell. — [10]) cfr. not. 30. ad h. l. — [11]) De officio defensorum ms. Cas. — [12]) et Valens A. absunt a ms. Cas. — [13]) minusculis et lineae superscr. ve' minuscularibus ms. Bg.; munuscularibus edd. Nbg. Schf — [14]) vicaria ms. Pl. 2. — [15]) fuerit et postea lederit mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. — [16]) Id. A. ms. Cas.; Id. et Grac. aaa. ms. Bg.; Iidem et Gratianus A. ed. Nbg. — [17]) et Gratianus absunt a mss. Cas. Bg. Pl. 2. — [18]) mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Bk.; perspectum Hal. et rell. — [19]) ut mss. Pl. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. — [20]) loco Hierapolis substituere Martianopolin mavult Iac. Gothofr. (Chronol. Cod. Theod. p. LXXXIV.), quia h. l. tum non esset ad a. 368. sed potius ad a. 370. referenda. — [21]) haec nomina impp. suadet subscriptio; Impp. Gratianus Valentinianus et Theodosius mss. et edd. praeter Bk.; facile autem Gratianus, in inscr. legis 3. a mssis plerumque omissus, ad hanc l. referri, et Arcadii nomen in literis AAA. exstingui potuit. — [22]) mss. Cas. Pl. 2. Bg., Cont. 62.; Theodoro P. P. ed. Nbg.; Theod. defensori Hal. Russ. Cont. 66. et rell. — [23]) in defensor. civitatum univers. provinc. ms. Gt., Cont. 62.; in def. singularum civitatum liber Auredani apud Char.; in def. universarum civitatum ms. ipsius Char. — [24]) spatiis ms. Pl. 2., ed. Schf. — [25]) suburbanosque ms. Bg., ed. Nbg. — [26]) Hal.; super exhibenda ms. Pl. 2., ed. Schf.; super exhibendi mss. Bg. Gt. Bg.; superexigendi ed. Nbg., Hal. in not., Russ. et rell.; Accurs. in gl. adnotat: exigendi, alias exibenda, alias exigenda. — [27]) Dat. Non. Bk.; Dat. XI. Non. Hal. et rell.; II. vel IV. Non. scribendum esse censet Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p. CXX. — [28]) A. inserit Bk. — [29]) Iidem AAA. Bk. contra fidem mss. et edd. — [30]) severiores non exerc. mss. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf.; nullas exerc. Theod. C. — [31]) Non. Maii scribere mavult Iac. Gothofr. in not. h. ad l. 2. Th. C. I. 11. — [32]) V. C. inserit Theod. C. — [33]) quoque ms. Gt., ed. Nbg., Hal. in textu. — [34]) discretissimi ed. Nbg. — [35]) defensoris edd. Nbg. Hal. — [36]) impunitate Theod. C. — [37]) calescere al. convalescere Cont. in marg. — [38]) fervorem ms. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. — [39]) impartiendo Char. Pac. Sp. — [40]) VI. Id. Theod. C. — [41]) Theod. C.; Constantinop. abest ab Hal. et rell. — [42]) V. C. inserit Theod. C.

7. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. [1]) Caeciliano P. P. — Defensores civitatum oblatos sibi reos, in ipso latrocinio, vel congressu violentiae, aut perpetrato homicidio, [2]) stupro, vel raptu, vel adulterio deprehensos, et actis publicis [3]) sibi traditos, expresso crimine cum his, a quibus fuerint accusati, mox sub idonea persecutione [4]) ad iudicium dirigant. Dat. XII. Kal. Febr. Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [5]) [409.]

8. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Caeciliano [6]) P. P. — Defensores ita praecipimus ordinari, ut sacris orthodoxae religionis imbuti mysteriis [7]), reverendissimorum episcoporum, nec non clericorum, et honoratorum, ac possessorum, et curialium decreto constituantur; de quorum ordinatione referendum est ad illustrissimam praetorianam potestatem, ut literis eiusdem magnificae sedis eorum solidetur auctoritas. §. 1. Quodsi quid a qualibet persona contra publicam disciplinam in laesionem possessorum fieri cognoverint defensores [8]), referendi habeant potestatem ad illustres et magnificos viros, praefectos praetoriis [9]), et illustres viros, magistros equitum et peditum, magistros etiam officiorum, et comites tam sacrarum largitionum, quam rerum privatarum. Dat. XII. Kal. [10]) Februar. Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

9. [c]) Iidem AA. Caeciliano [11]) P. P. — Iubemus, cura ac solertia defensorum minime possessores maioribus mensuris et ponderibus a susceptoribus praegravari, sed eos deprehensos ad iudicium dirigi cum ipso commissae fraudis indicio. §. 1. Illud etiam fieri permittimus, ut, si provincialibus nostris, contestari iniurias seu laesiones [12]) suas cupientibus, actorum confectio a defensoribus denegetur, licentia eis tribuatur querelae propriae libellum conscriptum eo tenore [13]), quo fuerat contestandum, in frequentioribus civitatum locis proponendi, conveniendique scribas, tabularios et cetera officia publica commonendi [14]), per quae libellum colligi oportebit, atque invitis supra memoratis personis sub actorum confectione ingerendi, quorum quaestione fides possit inquiri; qua probata, in eos, quos gestorum petitam confectionem negasse constiterit, vior iudiciarius exseratur [15]). Dat. XII. Kal. [16]) Februar. Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

10. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro [17]) P. P. — Nulli defensorum licere decernimus, si de publica sollicitudine se voluerit liberare, nisi divinos afflatus [18]) intimaverit tuae sublimitatis iudicio, triginta librarum auri poenam tam moderatoribus provinciarum, quam ceteris iudicibus vel temeratoribus sacri nostri oraculi subituris, si neglecta fuerit auctoritas principalis. Dat. XV. Kal. Septembr. Constantinop. Cyro V. C. Cons. [441.]

[11. [d]) Imp. Anastasius A. Eustachio P. P. — Iubemus, eos tantummodo ad defensorum curam peragendam ordinari, qui sacrosanctis orthodoxae religionis imbuti mysteriis, haec inprimis sub gestorum testificatione, praesente quoque religiosissimo fidei orthodoxae antistite, per depositiones cum sacramenti religione celebrandas patefecerint. Ita enim eos praecipimus ordinari, ut reverendissimorum episcoporum, nec non clericorum, et honoratorum, ac possessorum, et curialium decreto constituantur. Dat. XIII. Kal. Maii, Sabiniano et Theodoro Conss. (505.)]

Tit. LVI.

[e]) DE MAGISTRATIBUS MUNICIPALIBUS [19]).

1. [f]) Imp. Constantinus A. ad Florentium [20]) P. P. [21]) — Decuriones ad magistratum vel exactionem [22]) annonarum ante tres menses vel amplius nominari debent, ut, si querimonia eorum iusta videatur, sine impedimento in absolvendi locum alius subrogetur. Dat. Id. April. Constantinop. [23]) Severo et Rufino Conss. [323.]

2. [g]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Germanianum [24]). — Magistratus conficiendorum actorum habeant potestatem. Dat. XIII. Kal. Ianuar. Gratiano N. P. et Dagalaipho Conss. [366.]

Tit. LVII.

[h]) DE OFFICIO IURIDICI [25]) ALEXANDRIAE.

1. Impp. Leo et Anthemius AA. Alexandro, Duci et Praefecto Augustali. — Iubemus, apud Alexandrinae duntaxat clarissimae civitatis iuridicum licitum et concessum esse, singulis quibuscunque volentibus donationis conscriptae solemniter instrumenta reserare [26]), eisdemque robur adiiciet gestorum series apud eundem [27]) confecta, tamquam si apud virum clarissimum moderatorem provinciae, vel magistratus, vel defensores plebis habita fuisse dicerentur [28]). Dat. Kal. Sept. Constantinop. Zenone et Marciano Conss. [29]) [469.] D. IUSTI-

---

[a]) *l. 5. Th. C. de exhib. et transmitt. reis IX. 2.* — [b]) *similis lex Anastasii est l. 19. C. de episcop. aud. l. 4.* — [c]) *l. 3. Th. C. de superexact. VIII. 3.* — [d]) *Excidisse legem 11. hui. tit. apparet ex Paratitlis ad Coll. const. eccl. I. 3. (Voëlli bibl. II. p. 1269.). Deperditam autem eam legem esse l. 19. C. de episcop. aud. I. 4., ex multis causis verisimillimum est. Etenim Paratitl. cit. tale deperditae legis argumentum refert, quod cum l. 19. C. cit. apprime congruit; deinde universus fere tit. de episcop. aud. I. 4. constat ex legibus geminatis, ita ut mirum sane foret, si l. 19. C. cit., quae ad episcopos pariter ac defensores spectat, in tit. de defensor. non denuo legeretur; ac denique facillime evenire potuit, ut nostra l. 11. in magna eius cum l. 8. hoc tit. similitudine a librariis in hoc tit. omitteretur. Ex quibus causis, suadente etiam Leunclav. (Notat. I. 47.), legem 11. hui. tit. ex l. 19. C. de episcop. aud. repetere non dubitavi.* — [e]) *Dig. L. 1. 2. 4.* — [f]) *l. 8. Th. C. de decurion. XII. 1.* — [g]) *in ed. Schf. h. l. relata est ad tit. LVII.* — [h]) *Dig. I. 20.*

[1]) *Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.;* Arcadius et Honorius AA. *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.;* Val. Theod. et Arcad. *ed. Nbg.;* Arcadius Honorius et Theodos. *Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C.;* aut *inserunt edd. Nbg. Hal. et postea rell.* — [3]) municipalibus *Theod. C.* — [4]) prosecutione *Theod. C.* — [5]) *Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.;* Dat. prid. Kal. Ianuar. Mediol. Stilichone II. et Anthemio Conss. *Hal. et rell.* — [6]) *ms. Bg., Bk.;* Caecilio *rell. mss. et edd.* — [7]) ministeriis *mss. Bg. Gt.; cfr. l.* 19. *C. I.* 4. — [8]) possessores *ms. Pl.* 2. — [9]) praetoriorum *ms. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [10]) *Bk., suadente Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p. CLXXII., ac recte quidem, quum tam h. l. quam l.* 7. *et* 9. *hoc tit. ex eadem ampliore const., de defensoribus lata, verisimiliter haustae fuerint;* XV. Kal. *Hal. et rell.* — [11]) *Theod. C., Bk.;* Celliano *ms. Bg.;* Caecilio *mss. et edd. rell.* — [12]) iniuriae laesiones *ms. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [13]) *Theod. C., Bk. et aliqui codd., teste Cont. in marg.;* eo tempore *mss. et rell. edd.* — [14]) commonenda *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [15]) exerceatur *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [16]) *Cont.* 62. *Bk., Theod. C.* (*v. not.* 10. *ad l.* 8 *hoc tit.*); XI. Kal. *Hal. et rell.* — [17]) Caro *ms. Cas.* — [18]) affectus *ms. Bg.* — [19]) *deest haec rubr. in mss. Cas. Vat.* — [20]) Florentinum *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [21]) P. P. *abest a ms. Bg., ed. Nbg., Theod. C.* — [22]) exactorem *ed. Schf.* — [23]) *ridet hanc voc.* Constantinop. *Iac. Gothofr. in not. e. ad l.* 8. *Th. C. cit.; neque enim dum Constantinop. erat.* — [24]) *dignitas eius, scilicet praefectura praet., abest a mss. et edd.* — [25]) iudicis *mss. Pl.* 2. *Gt., ed. Schf.* — [26]) reservare *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [27]) eundem virum *mss. Bg. Pl.* 2., *ed. Nbg.;* eum virum *Hal.* — [28]) viderentur *ms. Pl.* 2.; diceretur *ed. Schf. et mss. Bg. Bg. ex recent. correct., probante Cont. in marg.* — [29]) *S. Perus.; subscr. om. rell.*

[1]D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER SECUNDUS.[2]

Tit. I.

[a]) DE EDENDO.

1. [b]) Imp. Antoninus Pius A.[3]) Manilio[4]). — Ipse dispice, quemadmodum pecuniam, quam te deposuisse dicis, deberi tibi probes. Nam quod desideras, ut rationes suas adversaria tua[5]) exhibeat, id ex causa ad indicis officium pertinere solet. PP. III. Kal.[6]) Octob. Sabiniano II.[7]) et Severo Conss. [155.]

2. [c]) Imp. Severus A.[8]) Fausto. — Is, apud quem res agitur, acta publica, tam civilia quam criminalia, exhiberi inspicienda ad investigandam veritatis fidem iubebit. PP. Non. Iulii Severo A. et Albino Conss.[9]) [194.]

3. [d]) Impp. Severus et Antoninus AA.[10]) Valenti. — Edita actio speciem[11]) futurae litis demonstrat, quam emendari vel mutari licet, prout edicti perpetui monet auctoritas, vel ius reddentis decernit aequitas. Dat. III. Kal.[12]) Septemb. Severo III. et Antonino AA. Conss. [202.]

4. [e]) Imp. Antoninus A. Epaphrodito. — Qui accusare volunt, probationes habere debent, quum neque iuris, neque aequitatis ratio permittat, ut alienorum instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat. Actore enim non probante, qui convenitur, ets nihil ipse praestiterit[13]), obtinebit[14]). PP. V. Id Mart. duobus[15]) Aspris Conss.[16]) [212.]

5. [f]) Imp. Alexander A. Valentinianae. — Non est novum, eum, a quo petitur pecunia, implorare rationes[17]) creditoris, ut fides veri[18]) constare possit. PP. VII. Id. Mart. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

6. [g]) Idem A. Uranio. — Iustum est desiderium eius, a quo pecunia[19]) petitur, licet nomine publico, ut rationibus publicis exhibitis constet, quantum sub nomine suo solutum sit. PP. XVI. Kal. Decemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

7. [h]) Idem A. Valenti. — Procurator privatae rationis instrumentorum, quae communia tibi esse cum fisco dicis, describendorum facultatem secundum morem fieri iubebit, et si quando res exegerit, ad fidem petitionis

---

[a]) *Dig. II.* 13. — [b]) *Bas. VII.* 18. 14. — [c]) *Bas. VII.* 18. 15. — [d]) *Bas. VII.* 18. 16. *Cfr. l.* 1. *C. de litis cont. III.* 9., *cum qua nostra l. communem habere fontem videtur.* — [e]) *Bas. VII.* 18. 17. — [f]) *Bas. VII.* 18. 18.; *ibid. XXIII.* 1. 36. *et Schol. k.* (*Fabr. T. III. p.* 229. 299.) — [g]) *Bas. VII.* 18. 19.; *ibid. XXIII.* 1. 37. *et Schol. l.* (*Fabr. T. III. p.* 229. 300.) — [h]) *Bas. VII.* 18. 20.

[1]) Explicit lib. I. *praemittunt mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; Expl. lib. pm. d. Iustiniani imp. *ms. Vat.*; Explicitus est lib. I. Cod. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; Dom. Iustiniani (princ.) repet. praelect. I. liber explicit *mss. Pist. Pl.* 2. *et similiter*, *paulo tamen amplius Cont.* 62. — [2]) Incipit lib. II. *ms. Pist.*, *ed. Nbg.*; Inc. sec. rep. prael. *ms. Pl.* 1.; inc. sec. *mss. Bg. Pl.* 2.; incip. capitula scdi *ms. Vat.*; Cod. lib. sec. inc. *ed. Schf.*; *de lectionibus rell. cfr.*, *quae ad rubr. libri I. adnotavi.* — [3]) Imp. Pius A. *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. *Gt.*; Imp. Pius et Antoninus āā *ms. Vat.*; Imp. Pius Antoninus *ms. Bg.*, *ed. Nbg.*; ἐν τῇ πρώτῃ — διατάξει Πίος, ὁ καὶ Ἀντωνῖνος, ἐνομοθέτησεν *Bas. VII.* 18. 21. — [4]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2.; Anlilio *ms. Pl.* 1.; Anilio *ms. Bg.*; Aemilio *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) adversarius tuus *ms. Bg.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen p.* 365.); ἡ ἀντίδικος *Bas.* — [6]) *mss. Pist. Paris.*, *in quibus consona subscr. haec est:* PP. III. K. Oct. Sabiniano II. et Sev. ccss. (css.) — [7]) *mss. Pist. Paris.* (*v. not.* 6.); Sabiniano *Bk.*; Sabino II. *Hal. et rell.* — [8]) *Hal. Bk.*; Severus Antoninus AA. *ms. Vat.*; Sev. et Anton. AA. *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*, *Hal. in not.*, *Russ. et rell. edd.*; Sev. et Ant. āā. cc. *ms. Bg.* — [9]) pp. nov iul. albino css. *mss. Pist. Paris.* — [10]) *Hal. Bk.*; Iidem (id.) AA. *mss. et edd. rell.* — [11]) spem *mss. Pl.* 1. 2., *Hal. Russ.*; *sed* τὸ εἶδος *Bas.* — [12]) *mss. Pist. Paris.*, *in quibus subscr. legitur haec:* dat. III. K. Sept. Severo III. (II.) et Anton. css. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; praestat *Hal. et rell.*; παρασχῇ *Bas.* — [14]) obtineat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [15]) et *male inserunt Hal. et rell. praeter Bk.* — [16]) pp. V. id. mart. duobus asris css. *mss. Pist. Paris.* — [17]) probationem *ms. Bg.*; *sed* τοὺς λόγους *Bas.* — [18]) veri *abest a ms. Bg.*, *Hal.*, *recte*, *ut videtur*; *etenim Bas.* ἵνα ἡ πίστις δυνηθείη συστῆναι. — [19]) pecunia *abest a mss. Pl.* 1. *Gt. Bg.*, *ed. Schf.*, *M. Vacario* (*ap. Dirksen p.* 365.).

tionis tuae apud alium iudicem praebendam [1]) aliquod eorum proferri, desiderante eo, qui convenitur [2]), ut id fiat, praecipiet. PP. X. Kal. Mart. Fusco [3]) et Dextro Conss. [225.]

Authent. ut sponsalitia largitas. §. Et hoc insuper. (Nov. 119. c. 3.) — *Si quis in aliquo documento mentionem faciat alterius documenti, nulla ex hac memoria fiat exactio, nisi aliud documentum, cuius memoria in secundo facta est, proferatur, aut alia secundum leges quantitatis debitae probatio exhibeatur, quia et quantitas* [4]), *cuius memoria facta est, pro veritate debeatur; hoc enim et in veteribus legibus invenitur.*

8. [a]) Idem A. Floro. — Et quae a divo Antonino, patre meo, et quae a me rescripta sunt [5]), cum iuris et aequitatis rationibus congruunt. Nec enim diversa sunt vel discrepantia, quod multum intersit, an ex parte eius, qui aliquid petit quique doli exceptione submoveri ab intentione petitionis suae potest, rationes promi reus desideret, quibus se posse instruere contendit, quod utique ipsa rei aequitas suadet, an vero ab eo, a quo aliquid petitur, actor desideret rationes exhiberi, quando hoc casu non oportet originem petitionis ex instrumentis eius, qui convenitur, fundari. PP. Kalend. Octobr. Fusco [6]) et Dextro Conss. [225.]

4. [f]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

Ὁ ἅπαξ αἰτιασάμενός τινα ἐν τῇ βασιλίδι πόλει ἢ ἐν ἐπαρχίαις, μετὰ ὑπόμνησιν προσενεχθεῖσαν αὐτῷ μηκέτι τὸν αὐτὸν ὑπεύθυνον μηδὲ ἐγγράφως, μηδὲ ἀγράφως αἰτιάσθω, τουτέστι μὴ ποιείτω κατ' αὐτοῦ προσελεύσεις ἀγράφως, ἀλλὰ τῷ πρώτῳ δικαστῇ παραμενέτω. §. 1. *Ὁ δὲ τὴν ὑπόμνησιν δεξάμενος, εἰ καὶ εἰς ἑτέραν μετασταίη τάξιν, στρατευσάμενος τυχὸν ἢ κληρικὸς γενόμενος, ἀποκρινέσθω πάντως ἐν ᾧ πρώτῳ δικαστηρίῳ, τῷ κατὰ τὴν προτέραν αὐτοῦ ἄξιν νομισθέντι προσφόρῳ, μηδεμίαν ἔχων φόρου παραγραφήν.* §. 2. *Ὁ δὲ ἅπαξ αἰτιασάμενος, ἐὰν μετὰ τὸ προσενεχθῆναι τὴν ὑπόμνησιν τῷ αἰτιασθέντι εἰς ἕτερον αὐτὸν καλέσῃ δικαστήριον ἐπὶ ταῖς αὐταῖς αἰτίαις, καὶ τὸ ἀζήμιον ποιείτω τῷ αἰτιασθέντι, καὶ τῆς δίκης ἐκπιπτέτω, εἰ καὶ δικαίαν εἶχεν ἀγωγήν*

Tit. II.

b) DE IN IUS VOCANDO [7]).

1. [c]) Imp. Alexander A. Trophinio. — Sicut bonis moribus convenit, reverentiam manumissoris uxori praeberi, ita re exigente in ius eam sine permissu praetoris vocari, prohibitum est. PP. III. Kal. [8]) April. Agricola et Clementino Conss. [230.]

2. [d]) Imp. Gordianus A. Nocturno. — Venia [9]) edicti non petita, patronum seu patronam, eorumque parentes et liberos, heredes insuper, etsi extranei sint, a libertis seu liberis eorum non debere in ius vocari, ius certissimum est; nec in ea re rusticitati venia praebeatur, quum naturali ratione honor huiusmodi personis debeatur. Quum igitur confitearis, patroni tui filium sine permissu praesidis te [10]) in ius vocasse, poenam, edicto perpetuo praestitutam, rescripto tibi concedi temere desideras. PP. VIII. Id. Novembr. Gordiano A. et Aviola Conss. [11]) [239.]

3. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [12]) Rosanae. — Qui in potestate patris [13]) agunt, adversus eum [14]) experiri non possunt. Si igitur emancipata es, venia edicti petita hoc facere non prohiberis. Quod et in matris persona observandum est. PP. VIII. Id. Novembr. Diocletiano III. et Maximiano AA. Conss. [287.]

4. *Qui semel in ius vocavit aliquem in regia urbe vel in provinciis, post libellum ei oblatum, amplius eundem reum ex scripto vel sine scripto ne conveniat, hoc est ne iudicem alium sine scripto adversus eundem adeat, sed apud primum iudicem permaneat.*

§. 1. *Qui libellum accepit, etiamsi in aliud officium translatus sit, miles forte vel clericus factus, respondeat omnino in primo foro, quod secundum priorem eius conditionem censetur competens, nullam habens fori praescriptionem.*

§. 2. *Qui autem semel in ius vocavit, si post commonitionem reo oblatam eum ad alium iudicem ob easdem causas vocaverit, et indemnem reum praestet, et causa cadat, etsi iustam habuit actionem.*

Tit. III.

c) DE PACTIS.

1. Imp. Severus A. [15]) Philino. — Conditionis incertum inter fratres non iniquis rationibus conventione finitum est. Quum igitur verbis fideicommissi petitum a patre tuo profitearis, ut, si vita sine liberis decederet, hereditatem Licinio Frontoni restitueret, pactum eo tempore de sextante Licinio [16]) Frontoni dando, quum liberos Philinus non sustulerit [17]), interpositum, non idcirco potest iniquum videri, quod facta, sicut placuit, divisione, diem suum, te filio eius superstite, functus esset. PP. VII. Kal. Decemb. Severo A. II. et Albino Conss. [18]) [194.]

2. Impp.

---

[a]) *Bas. VII.* 18. 21. — [b]) *Dig. II.* 4. — [c]) *Bas. VII.* 8. 26. — [d]) *Bas. VII.* 8. 27. — [e]) *Bas VII.* 8. 28. — [f]) *Epitome servatur* 1., *in Bas. VII.* 8. 29., *et* 2., *brevior in Synopsi* (*ed. Leuncl. p.* 84.). *Text.* 1. *restitutus a Cuiacio* (*Obss. VIII.* 11.), *text.* 2. *ab eodem* (*Obss. X.* 10.); *illum receperunt Char Cont.* 76. *Pac. et rell. Lacunam graecae const. adnotant mss. Cas. Pl.* 2. *Bg. De usu huius restitutae legis in foris Germaniae cfr. Glück* (*Pand. Commentar Tom. III. ed.* 2. *p.* 403. *not.* 31.). — [g]) *Dig. II.* 14.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62., *Hal. in not.*; praebendam *abest ab Hal. in textu*; probandam *edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *sed πρὸς πίστιν — τὴν ὀφείλουσαν παρ' ἄλλῳ δικαστῇ παρασχεθῆναι Bas.* — [2]) convenerit *Russ. in marg., sed ἐπιζητοῦντος τοῦ ἐναγομένου Bas.* — [3]) II. *inserit Bk., recte, si fastos spectes, sed qua nisus fide cod. vel ed., nescio.* — [4]) *qualitas ed. Schf., in qua reliqua auth. pars deest.* — [5]) *l.* 1. *et* 5. *hoc tit.* — [6]) II. *inserit Bk.*; *v. not.* 3. — [7]) *abest rubr. ab ed. Schf.* — [8]) *mss. Pist. Paris.*, *in quibus universa subscr. haec est:* pp. III. K. apr. agricolis et clemen. css.; IV. Kal. *Hal. et rell.* — [9]) gratia *Hal.*; *τῆς χάριτος Bas.* — [10]) te *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [11]) *hanc subscr. firmant mss. Pist. Paris.* — [12]) et CC. *addunt mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf.*; patrum *Hal. et rell.*; *sed οἱ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατρός Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf., M. Vacarius* (*ap. Dirksen p.* 366.); eos *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. rell.*; *sed κατ' αὐτοῦ Bas.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Cas. Vat., edd. Nbg. Hal.*; Impp. Severus et Antoninus AA. *Russ. et rell.* — [16]) Licinio *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [17]) sustulerat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [18]) PP. VII. Kal. Decemb. Severo A. II. et Victorino Conss., *Hal. et rell., etiam Bk.*, *nisi quod hic* A. II. *omittit. Hanc esse falsam subscr., colligitur ex inscr., quae hanc l. secundum omnia mss. tribuit soli Severo, Victorino autem et Severo* (200.) *conss. iam cum Severo regnavit Caracalla, cuius fuisset in inscr. iniicienda mentio. Docet etiam Haloandri lectio* Severo A. II. *non ad Claudii Severi* (200.), *sed ad Septimii Severi Augusti consulatum nostram legem pertinere.*

2. [a]) Impp. Severus et Antoninus AA. [1]) Claudio. — Post venditionem hereditatis a te factam, si creditores contra emtores actiones suas movisse probare potueris [2]), eosque eas spontanea voluntate suscepisse, exceptione taciti pacti non inutiliter defenderis. PP. prid. Kal. [3]) Februar. Severo III et Antonino AA. Conss. [202.]

3. [b]) Iidem AA. [4]) Restituto. — Servus creditoris meliorem causam domini facere potest; in deterius autem reformare novo pacto non potest obligationem recte constitutam. PP. VIII. Kal. April. Severo III. et Antonino AA. Conss. [5]) [202.]

4. [c]) Iidem AA. Valeriae. — Postquam liti de praedio motae renuntiasti, causam finitam instaurari posse [6]), nulla ratio permittit. PP. IV. Id. Feb. Albino et Aemiliano Conss. [7]) [206.]

5. [d]) Imp. Antoninus A. Demagorae. — Creditori tuo si partem pecuniae exsolvisti, de parte vero non petenda inter te et eum convenit ob causas negotiaque eius, tuo patrocinio fideque defensa, ea obligatione partim civili iure, partim honorario liberatus es. Nam exceptio perpetua pacti conventi vel doli residui petitionem repellit, quum et solutum per ignorantiam repeti potuisset. PP. VIII. Kal. Aug. Romae, Antonino A. IV. et Balbino [8]) Conss. [213.]

6. [e]) Idem A. Basiliae [9]). — Pacta, quae [10]) contra leges constitutionesque vel contra bonos mores [11]) fiunt, nullam vim habere, indubitati iuris est. PP. V. Kal. Aug. [12]) Antonino A. IV. et Balbino Conss. [13]) [213.]

7. [f]) Idem A. Maximo [14]). — Debitori tuo si heres exstitisti, actio, quam contra eum habuisti, adita hereditate confusa est. Sed si eam hereditatem [15]), posteaquam in iudicio [16]) obtinuisti, ei tradidisti, quem sententia superaveras, ea conditione pactoque, ut tam ceteris creditoribus, quam tibi in eo, quod tibi deberetur, si eam hereditatem non adisses, satisfaceret, pacti conventionisque fides servanda est. Quae si non servatur, ex stipulatu, si modo pacto subiecta est [17]), dabitur actio [18]). PP. III. Kal. [19]) August. Antonino A. IV. et Balbino [20]) Conss. [21]) [213.]

8. [9.] [g]) Imp. Alexander A. Dionysio [22]). — Quum, posteaquam adversarius matris tuae victus esset, matrem tuam circumvenerit, ut ei caveret, nullam se [23]) controversiam de servis moturam, id pactum mala fide factum irritum est, et quum ex ea conventione cum matre tua agi coeperit, iudex eam liberabit. PP. prid. Id. Sept. Alexandro A. [24]) II. et Marcello Conss. [226.]

9. [8.] [h]) Idem A. Mucatraulio. — Si pascenda pecora partiaria, id est ut foetus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum et pastorem dividantur, Apollinarem suscepisse probabitur, fidem pacto praestare per iudicem compelletur. PP. IV. Kal. Octob. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [25]) [226.]

10. [i]) Idem A. Nicae. — Legem, quam dixisti, quum dotem pro alumna dares, servari oportet. Nec obesse tibi poterit [26]), quod dici solet, ex pacto actionem non nasci. Tunc enim hoc iure utimur, quum pactum nudum est. Alioquin quum pecunia datur, et aliquid de reddenda ea convenit, utilis est condictio. PP. III. Kal. Mart. Albino [27]) et Maximo Conss. [227.]

11. [k]) Idem A. Capitoni. — Ex conventione quidem, qua pactam novercam tuam cum patre tuo dicis, quum fundum in dotem daret, ut creditoribus, quibus fuerant praedia obligata, usuras solveret, actio tibi adversus eam competere non potest, etsi pactum in stipulationem deductum probetur. Sed si fundus aestimatus ita, ut pars instrumenti significat, in dotem datus est, ex vendito actio, ut placitis stetur, competit. PP. Non. Decemb. ipso A. III. et Dione II. [28]) Conss. [29]) [229.]

12. [l]) Idem A. Flacillae. — Pacta novissima servari oportere, tam iuris quam ipsius rei aequitas postulat. Quapropter si conventione, quae praecessit, diversa pars usuram se non esse consensit, et maxime si, ut proponis, id etiam apud acta praesidis asseveravit, actionem, quae super prima conventione fuerat, exer-

---

[a]) *Bas. XI.* 1. 63. — [b]) *Bas. XI.* 1. 64. — [c]) *Bas. XI.* 1. 65. — [d]) *Bas. XI.* 1. 66. — [e]) *l.* 2. *Greg. C. de pact. et transact. I.* 2.; *Consultatio I.*; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 98.; *Bas. XI.* 1. 67. — [f]) *l.* 1. *Greg. C. de pact. et transact. I.* 2.; *Bas. XI.* 1. 68. — [g]) *l.* 4. *Greg. C. de pact. et transact. I.* 2 *Consultatio I. et X.*; *Bas. XI.* 1. 70. *Haec lex in mss. et edd. praeter Hal. legi* 9. Si pascenda *postponitur Ordinem tamen, qui nobis placuit, unice verum esse, apparet tum ex legum serie, secundum aetatem plerumque definita, tum ex inscr. legis* 9., *quae ad inscr. legis* 8. Quum posteaq., *tamquam praecedentis, respicit* (Idem A. *scil.* Alexander), *tum vel maxime ex Bas.*, *quae in hoc tit. vestigia Cod. Iust. presse sequuntur, atque secundum cod. Coislin. nostrae de ordine legum sententiae egregie adstipulantur. Cfr. Bas. ex ed. Heimbach. T. I. p.* 648. *not. s.* — [h]) *Bas. XI.* 1. 69.; *cfr. nota g. ad l.* 8. *hoc tit.* — [i]) *lex consona est l.* 1. *C. de pact. conv. V.* 14.; *Bas. XI.* 1. 71. — [k]) *geminatur in l.* 1. *C. sine censu vel rell. IV.* 47.; *Bas. XI.* 1. 72. — [l]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 101 *et P. XI. c.* 5.; *Bas. XI.* 1. 73.

[1]) Iidem AA. *Bk. contra fidem mss. et edd.*; Impp. Sev. et Ant. āā. cc. *ms. Bg.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; poteris *ms. Bg.*, *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* ἀποδείξαι δυνηθείης *Bas.* — [3]) *mss. Pist. Paris.*, *in quibus haec est subscr.*: pp. prid. K. Febr. Severo ā III. css. — [4]) *In ms. Bg. hic et in permultis aliis inscr. ad honorem Augusti etiam Caesaris dignitas adiicitur, semper fere sine iure.* — [5]) pp. VIII K. aprilis Severo ī IIII. css. *mss. Pist. Paris.*; *sed quum quartus Severi consulatus non obveniat, iure sequor consuetam subscr.* — [6]) posse *deest in libro Auredani, teste Char.*; *sed* δύνασθαι ἀνανεωθῆναι *Bas.* — [7]) pp. IIII. idus Febr. Sabino css. *mss. Pist. Paris.*; *recte autem* Albino *Hal. et rell. propter impp.*, *in inscr. memoratos.* — [8]) II. *inserit Bk.*, *haud recte*, *quum in omnibus subscr.*, *quae hos consules prae se ferunt*, *Balbinus sine numero obveniat.* — [9]) Iuliae Basiliae *Greg. C.*, *Consultat.* — [10]) ab invitis *inserit Greg. C.*, *Consultat.* — [11]) vel — mores *absunt a Greg. C. et a Consultat.* — [12]) *Greg. C.*, *Consultat.*; IIII. Kal. aug. *Coll. Ans. ded.*, *a qua desunt rell.*; Kal. Aug. *Hal. et rell.* — [13]) Iisdem Conss. *Hal. et rell.*; *repetita autem fuisse consulum nomina, patet ex mss. Pist. et Paris.*, *quae habent*: pp. K. aug. anton. ā IIII et bāb. css.; Ant. A. VI. et Albino Coss. *Consultat.* — [14]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66.; Iulio Maximo *Cont.* 71. *et postea rell.*, *Greg. C.* — [15]) eam hereditatem *absunt a Greg. C.* — [16]) quoque *inserit Greg. C.* — [17]) modo transactio facta est *Greg. C.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Greg. C.*; vel praescriptis verbis actio, si stipulatio non intervenit *addunt edd. Schf. Russ. Cont. et rell.*, *ita tamen, ut Russ. et rell. illa verba, tamquam spuria, notent, et quae ex glossa in text. irrepserint.* — [19]) VII. Kal. *Greg. C.* — [20]) II. *inserit Bk.*; *v. not.* 8. *ad l.* 5. *hoc tit.* — [21]) pp. IIII ā anton. iul. (i. e. IIII) et balb. css. *mss. Pist. Paris.*; *cfr. not.* 9. *ad l.* 3. *C. I.* 9. — [22]) Aurelio Dionysio *Greg. C.*, *Consultat. X.* — [23]) se *abest ab edd. Nbg. Hal.* — [24]) A. *abest ab edd.*, *suppletur autem ex mss. Pist. Paris.*, *quae habent*: pp. prid. id. sept. alex ī css.; PP. II. Id. (prid. Id.) Sept. Alexandro Aug. Cons. *Consultat.* — [25]) pp. IV. K. oct. alex. ī. css. *mss. Pist. Paris.* — [26]) potuit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; δύναται *Bas.* — [27]) Balbino *Bk.* — [28]) et Dionysio *Hal.* — [29]) pp. non. dec. ipso ī IIII et Dione II cse. *mss. Pist. Paris.*

exercere non prohiberis. PP. III. Kal. Mart. Agricola et Clementino [1]) Conss. [2]) [230.]

13. [a]) Imp. Maximinus A. Mario. — In bonae fidei contractibus ita demum ex pacto actio competit, si ex continenti [3]) fiat; nam quod postea placuit, id non petitionem, sed exceptionem parit. PP. V. Id. Ianuar. Maximino A. et Africano Conss. [236.]

14. [b]) Imp. Gordianus A. Caelio, militi [4]). — Si pacto, quo poenam adversarium tuum promisisse proponis, si placito non stetisset, stipulatio subiecta est [5]), ex stipulatu agens vel id, quod in conventionem devenerat [6]), ut fiat, consequeris, vel poenam stipulatione comprehensam more iudiciorum exiges. Nam bona adversarii tui in te transferri citra solemnem ordinem [7]), frustra deprecaris. PP. Kal. April. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [8]) [241.]

15. [c]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus nobiliss. Caes. Pactumeio [9]). — Pactum, quod dotali instrumento comprehensum est, ut, si pater vita fungeretur, ex aequa portione ea, quae nubebat, cum fratre heres patri suo [10]) esset, neque ullam obligationem contrahere, neque libertatem testamenti faciendi mulieris patri potuit auferre. PP. X. Kal. Mart. Aemiliano et Basso Conss. [259.]

16. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Diaphanto. — Quum proponas, filios testamento scriptos heredes rogatos esse, ut qui primus rebus humanis eximeretur, alteri portionem hereditatis restitueret, quoniam precariam substitutionem fratrum consensu remissam asseris, fideicommissi persecutio cessat. PP. IV. Id. Feb. Maximo II. et Aquilino [11]) Conss. [12]) [286.]

17. [e]) Iidem AA. Deximacho. — Pactum, quod bona fide interpositum docebitur, etsi scriptura non exsistente, tamen, si aliis probationibus rei gestae veritas comprobari potest, praeses provinciae secundum ius custodiri efficiet. PP. Non. Iul. Maximo II. et Aquilino Conss. [13]) [286.]

18. [f]) Iidem AA. Iulio et Aemilio. — Si creditores vestros ex parte debiti admisisse quemquam vestrum pro sua persona solventem [14]) probaveritis, aditus rector provinciae pro sua gravitate, ne alter pro altero exigatur, providebit. PP. VIII. Id. [15]) Ianuar. Diocletiano III. et Maximiano [16]) AA. Conss. [287.]

19. [g]) Iidem AA. Victoriano, militi. — Licet inter privatos huiusmodi scriptum, quo comprehenditur, ut is, qui supervixerit, alterius rebus potiatur, ne donationis quidem mortis causa [17]) gestae efficaciter speciem ostendat, tamen quum voluntas militum, quae super ultimo vitae spiritu deque familiaris rei decreto quoquo modo contemplatione mortis in scripturam deducitur, vim postremi indicii obtineat, proponasque, te ac fratrem tuum, ad discrimen praelii pergentes, ob communem mortis fortunam invicem esse pactos, ut ad eum, qui superstes fuisset, res eius, cui casus finem vitae attulisset, pertinerent, exsistente conditione intelligitur, ex fratris tui indicio, quod principalium constitutionum promto favore firmatur, etiam rerum eius compendium ad te delatum esse. PP. XIII. Kal. [18]) Decemb. Sirmii, ipsis IV. [19]) et III. AA. Conss. [290.]

20. [h]) Iidem AA. et Constantius et Maximianus Caess. [20]) Martiali. — Traditionibus et usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur. PP. Kal. Ian. ipsis V. et IV. AA. Conss. [21]) [293.]

21. [i]) Iidem AA. et CC. Eusebio. — Quum proponas, inter vos sine scriptura placuisse, fratrum tuorum successiones aequis ex partibus dividi, et transactionis causa probari possit hanc intercessisse conventionem, exceptione te tueri potes, si possides. Quodsi adversarius tuus teneat, ex hoc placito nullam actionem natam esse, si tibi stipulatione non prospexisti, debes intelligere; nec adversario tuo transactione uti concedendum est, nisi ea, quae placita sunt, paratus est adimplere [22]). PP. Kal. Maii Fausto II. et Gallo Conss. [23]) [298.]

22. [k]) Iidem AA. et CC. Archelao. — Pactum curatoris, recipere minorem quantitatem paciscentis, adultae aetatis suffragium, ne noceat, efficiet. Tutores enim et curatores exigentes pupillis et adultis debitum, non etiam [24]) remittentes, praestant obligationis liberationem. PP. XVIII. Kal. Decembr. Sirmii, ipsis VII. et VI. AA. Conss. [299.]

23. [l]) Iidem AA. et CC. [25]) Honorato. — Filius paciscendo aut debitum accipiendo nihil detrahit patris obligationi. PP. [26]) VIII. Kal. Decembr. [27]) Sirmii, ipsis VII. et VI. [28]) AA. Conss. [299.]

24. [m]) Iidem AA. et CC. Dominae. — Si actionem legati vel fideicommissi, quam adversus heredes mariti quondam tui habuisti, te affectione heredum aliis remisisse probetur, exceptionem pacti contra debitores instituenti actiones nocere tibi minime posse, intel-

---

[a]) *Bas. XI.* 1. 74. — [b]) *Bas. XI.* 1. 75. — [c]) *Bas. XI.* 1. 76. — [d]) *Bas. XI.* 1. 77. — [e]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 112.; *Bas. XI.* 1. 78. — [f]) *Bas. XI.* 1. 79. — [g]) *Bas. XI.* 1. 80. — [h]) *Coll. Ans. ded. p. VII. c.* 98.; *Bas. XI.* 1. 81. *Caeterum h. l. in mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. post l.* 25. *hoc tit. legitur.* — [i]) *Bas. XI.* 1. 82. — [k]) *Bas. XI.* 1. 83. — [l]) *Bas. XI.* 1. 84. — [m]) *Bas. XI.* 1. 85.

[1]) *Hal. Bk.*; Clemente *Russ. et rell.* — [2]) pp. K. IIII (IIII. K.) mār. agricola et clemente css. *mss. Pist. Paris.*; pp. III Kl. martias *Coll. Ans. ded. VII.* 101. — [3]) *mss. Pl* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; in continenti *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἐξ κοντινέντι *Schol. Bas. loc. cit.* — [4]) militi *abest ms. Vat.* — [5]) si placito — subiecta est *absunt a ms. Pl.* 2. — [6]) in conventione convenerit *ms. Bg.* — [7]) iuris *inserit ms. Pl.* 1. — [8]) pp. Kal. apr. gōrd. et pōpeiano *mss. Pist. Paris.* — [9]) AA. et valeriano nobili caesari *ms. Pist.*; AA. Exvaleriano nobili caesar. *ms. Cas.*; AA. et val. nobilis cesarumenio *ms. Vat.*; AA. et val. nobilis cesar *mss. Pl.* 1. 2., *idem*, *adiecto tamen* Pactumeio, *ms. Bg.*; AA. et val. nobil. c. Menio *ed. Nbg.*; AA. et Val. Nobilis (Nobiliss.) Caesar Pactumeio (Pactumenio) *Hal. et rell. Videtur in plurimis mss. Pactumeii nomen propter magnam eius nominis cum primo ipsius const. verbo similitudinem excidisse.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Bk. M. Vacar.* (*ap. Dirksen p.* 367.); patris sui *rell.* — [11]) Aquiliano *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [12]) pp. IIII id. Febr. marx et aquilino css. *ms. Pist. et similiter Paris.* — [13]) pp. IX. Kal. Iul. iisdem Conss. quibus supra *Hal. et rell.*; *sed* pp. non. iul. mār II. et aquilino *mss. Pist. Paris.*; *videtur autem* non. iul. *perfacile in* IX. K. iul. *immutari potuisse.* — [14]) persolventem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd Nbg. Schf.* — [15]) *mss. Pist. Paris.*; VII. id. *Hal. et rell.* — [16]) et Alex. *ms. Paris.*; *in ceteris et hoc et ms. Pist. tuetur nostram subscr.* — [17]) donationis mortis quidem causa *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [18]) *Hal.*; XV. Kal. *Russ. et rell.* — [19]) *Hal. Bk.*; ipsis XV. *Russ. ex vitio probabiliter typorum, a plurimis edd. postea servato.* — [20]) Iidem AA. et CC. *mss. nostra praeter Pl.* 2., *Hal. et postea rell.*; *saepe quidem Caesarum nomina expressa non fuisse, ex multis inscr. liquet; sunt tamen hoc loco nominum vestigia in ms. Pl.* 2. Id āā et cō, *et in Coll. Ans. ded.* id āā et con cc. *Cfr. l.* 5. *C. I.* 18., *quae etiam ad Martialem quendam et eodem fere die data utriusque Caess. nomen in inscr. habet.* — [21]) *Hal. Bk.*; pp. — AA. CC. Conss. *Russ. et rell.*; pp. Kl. Ian. aa conss. *Coll. Ans. ded.*; pp. K. Ian. aa cc css *mss. Pist. Paris.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; adimplere paratus sit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [23]) pp. K. mai *mss. Paris. Pist.*; *in hoc additum est* thirallo II. css. — [24]) etiam non *male Cont.* 66 71. 76. *Char.* — [25]) et CC. *absunt a ms. Cas.* — [26]) PP. *abest a ms. Paris.*; S. *ms. Pist.* — [27]) *mss. Pist. Paris.*; XVII. Kal. Dec. *Hal. et rell.* — [28]) ipsis VII. et VI. *absunt a mss. Pist. Paris.*

intelligis. PP. XVII. Kal. Ianuar. Sirmii [1]), Caess. III. [2]) Conss. [300.]

25. [a]) Iidem AA. et CC. Euhemero. — Debitorum pactionibus creditorum petitio nec tolli nec mutari potest. S. IV. Kal. Maii Sirmii [3]), Caess. III. Conss. [300.]

26. [b]) Iidem AA. et CC. Corneliae. — Pactum [4]) successorum debitoris ex lege duodecim tabularum [5]) aes alienum hereditarium, pro portionibus quaesitis [6]) singulis ipso [7]) iure divisum, in solidum unum obligare creditori non potest; quod et in honorario succedentibus iure locum habet. De chirographis itaque communibus [8]) exhibendis coheredem [9]), vel non perfectis in divisione placitis, convenire, quanti tua interest, potes. PP. III. Id. Octob.* [10]) Variani, Caess. Conss. [11]) [300 — 302.]

27. [c]) Iidem AA. et CC. Aurelio Chresimo. — Petens ex stipulatione, quae placiti servandi causa secuta est, seu antecessit pactum seu post [12]) statim interpositum [13]) sit, recte secundum se ferri sententiam postulat. S. VI. Id. Novembr. Heracleae, Caess. Conss. [14]) [300 — 302.]

28. [d]) Iidem AA. et CC. Leontio. — Si certis annis quod nudo pacto convenerat, datum fuerit, ad praestandum in posterum indebitum solutum obligare non potuit eum, qui pactum fecit, nisi placitis stipulatio intercesserit. S. III. Non. Decemb. Burtodixi [15]), ipsis VIII. et VII. AA. Conss. [16]) [303.]

29. [e]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Si quis in conscribendo instrumento sese confessus fuerit, non usnrum fori praescriptione propter cingulum militiae suae vel dignitatis, vel etiam sacerdotii praerogativam, licet antea dubitabatur, si [17]) oporteret eandem scripturam tenere, et eum, qui hoc pactus est, non debere [18]) adversus suam conventionem venire, vel licentiam ei praestari [19]), discedere quidem a scriptura, uo autem iure uti; sancimus, nemini licere adversus pacta sua venire et contrahentes decipere. Si enim et [20]) ipso praetoris edicto pacta conventa, quae neque contra leges, neque dolo malo inita sunt, omnimodo observanda sunt, quare et in hac causa pacta non valeant, quum alia regula est [21]) iuris antiqui, omnes licentiam habere his, quae pro se introducta [22]) sunt, renuntiare? Omnes itaque iudices nostri hoc in litibus observent, et huiusmodi observatio et ad pedaneos iudices, et ad compromissarios, et arbitros electos perveniat, scituros [23]), quod, si neglexerint, etiam litem suam facere intelligantur. Dat. Kal. Septemb. [24]) Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae [25]) VV. CC. [26]) [531.]

30. [f]) Idem A. Ioanni P. P. — De quaestione tali a Caesariensi advocatione interrogati sumus: Duabus vel pluribus personis spes alienae hereditatis fuerat ex cognatione forte ad eos devolvendae, pactaque inter eos inita sunt pro adventura hereditate, quibus specialiter declarabatur, si ille mortuus fuerit et hereditas ad eos pervenerit, certos modos in eadem hereditate observari, vel, si forte ad quosdam ex his hereditatis commodum pervenerit, certas pactiones [27]) evenire. Et dubitabatur, si huiusmodi pacta servari oporteret [28]). Faciebat autem eis quaestionem, quia adhuc superstite eo, de cuius hereditate sperabatur, huiusmodi pactio processit, et quia non sunt ita confecta, quasi omnimodo hereditate ad eos perventura, sed sub duabus conditionibus composita sunt, si ille mortuus fuerit, et si ad hereditatem vocentur hi, qui [29]) pactionem fecerunt. Sed nobis omnes huiusmodi pactiones odiosae [30]) videntur et plenae tristissimi et periculosi eventus. Quare enim, quodam vivente et ignorante, de rebus eius quidam paciscentes conveniunt? Secundum veteres itaque regulas sancimus, omnimodo huiusmodi pacta, quae contra bonos mores inita sunt, repelli, et nihil ex his pactionibus observari, nisi ipse forte, de cuius hereditate pactum est, voluntatem suam eis accommodaverit, et in ea usque ad extremum vitae suae spatium perseveraverit. Tunc etenim, sublata acerbissima spe, licebit eis illo sciente et iubente huiusmodi paction servare; quod etiam anterioribus legibus et constitutionibus [31]) non est incognitum, licet a nobis clarius est introductum. Iubemus etenim, neque donationes talium rerum, neque hypothecas penitus esse admittendas, neque alium quemquam contractum, quum in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri vel pacisci secta temporum nostrorum [32]) non patitur [33]). Dat. Kal. Novemb. Constantinopoli, post consulatum Lampadii et Orestae [34]) VV. CC. [35]) [531.]

Tit. IV.

ε) DE TRANSACTIONIBUS.

1. [h]) Imp. Antoninus A. Celerio. — Neque pactio, neque transactio cum quibusdam ex curatoribus sive tuto-

---

[a]) *Bas. XI.* 1. 86.; *Petri Except. leg. Rom. III.* 38. — [b]) *Bas. XI.* 1. 87. — [c]) *Bas. XI.* 1. 88. — [d]) *Bas. XI.* 1. 89. — [e]) *geminata in l.* 51. *C. de episc. I.* 3.; *Bas. XI.* 1. 90. — [f]) *Bas. XI.* 1. 91. — [g]) *Dig. II.* 15. — [h]) *Bas. XI.* 2. 18.

[1]) Sirmii, *quod est in mss. Pist. Paris.*, *abest ab Hal.* — [2]) CC. III. *absunt a mss. Pist. Paris.* — [3]) Sirmii *abest ab Hal.*; *in mss. Pist. Paris. haec est subscr.:* S. IIII K. maī Sir. cc css. — [4]) *Hal.*; pacto *mss. et edd.*; *sed Schol. Bas. loc. cit.* τὸ πάκτον τῶν διαδόχων τοῦ χρεώστου. — [5]) ad *inserit Hal. in textu*, *reiicit in not.* — [6]) quaesitum *Hal. in textu*, quaesitis *id. in not.* — [7]) ipsoque *Hal. in textu*, *sed* ipso *in not.* — [8]) convenientibus *Hal. in textu*, communibus *in not.* — [9]) cum coherede *mss. Pl.* 2. *Bg. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; coheredes *ms. Pl.* 1.; contra heredem *vel* cum herede *varr. ll. gl.*; ἐνάγειν — τῷ συγκληρονόμῳ *Bas. Omnis obscuritas tollitur si* coheredem *post* placitis *posueris.* — [10]) *haec stellula ab Hal. Russ. Cont. Char. Pac. adiecta omittitur a Sp. Bk.* — [11]) *potest haec const. et ad tertium* (300.) *et ad quartum* (302.) *pertinere Caesarum consulatum.* — [12]) pactum *inserit Hal.*; *si quid autem adiiciendum foret*, *rectius secundum Bas.* μετὰ τὴν ἐπερώτησιν stipulationem *insereretur.* — [13]) interposita *Hal.*; *quod etiam reprobant Bas.* — [14]) *cfr. not.* 11. *ad l.* 26. *hoc tit. Firmant nostram subscr. mss. Pist. Paris.* — [15]) Burtodis *Hal. sed v. not seq.* — [16]) SD. III Non. Dec. Burtodixi cc css. *mss. Pist. Paris.*; *quorum si vera esset subscr.*, *ad a.* 300. *vel* 302. *vel* 305. *haec foret const. reiicienda.* — [17]) sive *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *edd. Nbg. Schf.* — [18]) nec deberet *Hal.*; non deberet *Russ.*; *sed* μὴ ὀφείλειν *Schol. Bas. loc. cit.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; praestare *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) et *abest a mss. Pl.* 1. 2.; ex *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit regula *Hal. et rell.* — [22]) indulta *ms. Pl.* 1., *l.* 51. *C. I.* 3.; *sed* εἰςενεχθέντα *Schol. Bas. loc. cit.* — [23]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; scituri *ms Pl.* 1., *Hal. et rell.*; *sed* γινώσκοντας *Bas.* — [24]) dat. K. sept *mss. Pist. Paris.* — [25]) *Hal. Russ. Cont.* 62 *et rell.*; Orestis *rell. edd.*; *sed genit.* Orestae *etiam defendit ms. Pist.* — [26]) *mss. Pist. Paris. tuentur nostram subscr.* — [27]) portiones *alii*, *teste Cont. in marg.*; *sed* σύμφωνα *Bas.* — [28]) oportet *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; oporteat *ed. Nbg.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; huiusmodi *inserunt edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *sed nostram lect. etiam tuentur Schol. Bas. loc. cit.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; odiosae esse *edd. Nbg. Hal. et rell.*; μεμισημένα δοκοῦσιν *Schol. Bas. loc. cit.* — [31]) *l.* 2. *Th. C. Famil. hercisc. II.* 24. — [32]) meorum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; horum *Hal.*; ἡμετέρων *autem Schol. Bas. loc. cit.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; patiatur *Cont.* 66. *et rell.*; ὁπότε — οὐκ ἀνέχεται *Schol. Bas. loc. cit.* — [34]) *Hal.*; Orestis *rell.*; *cfr. not.* 25. *ad l.* 29. *hoc tit.* — [35]) *nostram subscr. firmant mss. Pist. Paris.*

tutoribus facta auxilio ceteris est in his, quae separatim communiterve gesserunt vel gerere debuerunt. Quum igitur tres curatores habueris, et cum duobus ex his transegeris, tertium convenire non prohiberis. Dat. Kal. Maii Gentiano et Basso Conss. [1]) [211.]

2. [a]) Idem A. Luctatiae [2]). — Quum te proponas cum sorore tua de hereditate transegisse, et ideo certam pecuniam ei te debere cavisse, etsi nulla fuisset quaestio hereditatis, tamen propter timorem litis transactione interposita, pecunia recte cauta intelligitur; ex qua causa si fisco solvisses, repetere non posses, et si non solvisses [3]), tamen iure convenireris. PP. III. Id. Aug. Antonino A. IV. et Balbino [4]) Conss. [5]) [213.]

3. [b]) Imp. Alexander A. Tulliae. — Age cum Geminiano, quod pater eius curator tibi datus negotia tua gesserit, et si apud iudicem negabit, se [6]) actione teneri, quoniam transactio et Aquiliana stipulatio interposita est, index contemplatione iudicii, quod bonae fidei est, quaeret, de quanta pecunia nominatim transactum sit; et si apparuerit de minore transactum, quantam pecuniam reliquam ex [7]) administratione curae deberi probatum fuerit, solvere eum inhebit, quod non in stipulationem Aquilianam obligationis curae [8]) tantum deductum est, quanta [9]) erat quantitas pecuniae, quae debebatur. Dat. prid. Id. August. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. [c]) Idem A. Numidio [10]). — Actione administratae curae ab eo, qui legitimae aetatis annos complevit, in Aquilianam stipulationem deducta, et per acceptilationem exstincta, nullam aliam superesse, nisi de dolo intra concessa tempora, non ambigitur, nisi specialiter etiam de dolo transactum sit [11]). PP. II. Non. Mart. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

5. [d]) Idem A. Evocato. — Quum te transegisse cum herede quondam tutoris tui profitearis, si id post legitimam aetatem fecisti, frustra desideras, ut a placitis recedatur. Licet enim, ut proponis, nullum instrumentum intercesserit, tamen si de fide contractus confessione tua constet, scriptura, quae probationem rei gestae continere solet, necessaria non est. PP. Kal. Mart Albino et Aemiliano Conss. [227.]

6. [e]) Idem A. Pomponiis. — Quum mota inofficiosi querela matrem vestram cum diversa parte transegisse ita, ut partem bonorum susciperet et a lite discederet, proponatis, instaurari quidem semel omissam querelam per vos, qui matri heredes exstitistis, iuris ratio non sinit. Verum si fides placitis praestita non est, in id, quod interest, diversam partem recte convenietis; aut enim, si [12]) stipulatio conventioni subdita est [13]), ex stipulatu actio competit, aut, si omissa verborum obligatio est, utilis actio, quae praescriptis verbis rem gestam demonstrat, danda est. PP. VIII. Id. Ian. Agricola et Clementino [14]) Conss. [15]) [230.]

7. [f]) Imp. Gordianus A. Licinio [16]). — Transactionis placitum ab eo interpositum, cui causae actionem, non decisionem litis mandasti, nihil petitioni tuae derogavit. PP. X. [17]) Kal. Ianuar. Pio et Pontiano Conss. [18]) [238.]

8. [g]) Idem A. Iunio, militi [19]). — De alimentis praeteritis, si quaestio defertur [20]), transigi potest, de futuris autem sine praetore seu praeside interposita transactio nulla auctoritate iuris censetur. PP. XIV. Kal. Ian. Gordiano A. et Aviola Conss. [21]) [239.]

9. [h]) Idem A. Agrippino. — Si super possessione, quae tibi quaesita est, quum quaestionem patereris a fratre uxoris tuae, pactum conventum et stipulatio inter vos, ut allegas, interposita est, ut, si intra diem certum idem adversarius tuus decem aureos tibi numerasset, possessione [22]) ei cederes, vel, si eam inferre quantitatem non curasset, ulterius quaestionem non patereris, et is, qui ita spopondit, promisso satis non fecit, consequens est, te, ad quem res pertinet, vim ab eo pati non debere; cuius rei gratia vir clarissimus, praeses provinciae, interpellatus vim [23]) prohibebit, praecipue quum, etiamsi in rem diversae parti actio competeret, huiusmodi pactione propter utilem exceptionem posset submoveri. PP. VI. Id. April. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

10. [i]) Imp. Philippus A. [24]) Apollophaniae. — Fratris tui filiis de paterna successione ac statu etiam nunc, contra fidem sanguinis itemque placitorum, quaestionem inferre parum probe postulas. Nullus etenim erit litium finis, si a transactionibus bona fide inter-

---

[a]) *Bas. XI.* 2. 19. — [b]) *Bas. XI.* 2. 20. — [c]) *Bas. XI.* 2. 21. — [d]) *Bas. XI.* 2. 22. — [e]) *Bas. XI.* 2. 23. — [f]) *l.* 6. *Greg. C. de pact. et transact. l.* 2.; *Bas. XI.* 2. 24. *Caeterum h. l. cum l.* 8. De aliment. *multifariam in edd. conturbatur. Hal. Russ. Cont.* 62. *legem* De aliment. *anteposuerunt legi* Transactionis, *ita tamen, ut inscriptionum et subscriptionum seriem simul non inverterent. Cont.* 66. *et rell. legem* Transactionis *recte quidem anteposuerunt legi* De alim., *sed, quod fieri non debuisset, inverterunt simul ordinem inscriptt. et subscriptt., qui antea iamiam recte se habebat. Itaque apud Hal. Russ. Cont.* 62. *falso loco textus, iusto inscriptt. et subscriptt., apud Cont.* 66. *et rell. iusto loco textus, falso autem inscriptt. et subscriptt. utriusque legis collocantur. Quas equidem sequar in concinnando ordine auctoritates, v. in not.* 16. 18. 19. — [g]) *Bas. XI.* 2. 25. *Cfr. nota f. ad l.* 7. *hoc tit. In ms. Pl.* 1. *h. l. post l.* 9. *hoc tit. collocatur.* — [h]) *Bas. XI.* 2. 26. — [i]) *Bas. XI.* 2. 27.

[1]) D. K. mai gestiniano *ms. Pist., ac fere idem ms. Paris.* — [2]) Luctatio *Hal. et postea rell.*; *sed mss. Cod. et Bas. ad mulierem rescribi docent.* — [3]) si noluisti *ms. Bg.* — [4]) II. *inserit Bk.*; *sed v. not.* 8. *ad l.* 5. *C. II.* 3. — [5]) *hanc subscr. totam firmant mss. Pist. Paris.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Rg., edd. Schf. Hal., M. Vacarius* (*ap. Dirksen p.* 369.); hac *inserunt edd. Nbg. Russ. et rell.*; *sed τῇ ἀγωγῇ κατέχεσθαι Bas.* — [7]) transactum esse quantitate pecuniae quam ex *Hal., cui etiam Bas. refragantur.* — [8]) *var. l. gl., M. Vacarius* (*ap. Dirksen p.* 369.); purae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; iure *edd. Schf. Hal. et rell.*; *sed* curae *flagitant Bas.* ἐπειδὴ οὐ τοσοῦτον εἰς τὴν ἐπερώτησιν τὴν Ἀκουιλιανὴν ἐκ τῆς ἐνοχῆς τῆς κουρατωρείας κατηνέχθη. — [9]) quanti *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.*; *sed* ὅση ἦν ὁ ποσότης *Bas.* — [10]) Numidiae *ms. Vat.* — [11]) est *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Rg., edd. Nbg. Schf.*; si *abest ab Hal. et rell.*; *sed* εἰ γὰρ ἐπερώτησις ἐπηνέχθη *Bas.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; et *inserunt Hal. et rell.*; *nostrae lect. favent Bas.* — [14]) *Hal. Bk.*; Clemente *Russ. et rell.* — [15]) pp VIII id ian agricola et clemente cas *ms. Paris., cum quo fere concordat ms. Pist.* — [16]) *mss. Cas. Bg. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; Lucinio *ms. Pist.*; Cilinio *ms. Vat.*; Licunio *ms. Pl.* 1.; Licinio Timotheo, Evocato *Greg. C.*; Iunio militi *Cont.* 66. *et rell.*, *v. not. f. ad h. l.* — [17]) X. *abest a Greg. C.* — [18]) *hanc subscr. legi* 7. *h. tit. tribuunt mss. Pist. Paris., Hal. Russ. Cont.* 62.; PP. XIV. Kal. Ianuar. Gordiano A. et Aviola Conss. *ex subscr. legis* 8. *hoc tit. huc trahunt Cont.* 66. *et rell.*; *sed cfr. subscr. l.* 6. *Greg. C. cit.* — [19]) *mss. Cas. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *ac similiter mss. Vat. Bg.*; Licinio *Cont.* 66. *et rell.*; *cfr. not. f. ad l.* 7. *hoc tit.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Rg., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; deferatur *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [21]) PP. X. Kal. Ian. Pio et Pontiano Conss. *Cont.* 66. *et postea rell.*; *sed v. not. f. et* 18. *ad l.* 7. *hoc tit.* — [22]) possessionem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [23]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Hal.*; fieri *inserunt ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.*; *sed* ὁ ἄρχων — τὴν βίαν κωλύσει *Bas.* — [24]) Impp. Gordianus ἢ et philippus *mss. Pl.* 1. 2.; Idem A. Philippo *ed. Nbg.*

interpositis coeperit facile discedi. PP. prid. Kal. April.[1]) Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

11.[a]) Impp. Valerianus, Gallienus AA. et Valerianus, nobiliss. Caesar, Gaiano, militi. — De fideicommisso, a patre inter te et fratrem tuum[2]) vicissim dato, si alter vestrum sine liberis excesserit vita, interposita transactio rata est, quum fratrum concordia, remoto captandae mortis alterius voto improbabili, retinetur. Et non potest eo casu rescindi, tanquam circumventus sis, quum pacto tali consenseris, quum[3]) neque eam, cui subvenirl solet, aetatem agere te proponas, nec, si ageres, iisdem illis de causis in integrum restitutionis auxilium impetrare deberes. PP. XV. Kal. Decemb. Valeriano et Gallieno AA. utrisque II.[4]) Conss. [255.]

12.[b]) Iidem AA.[5]) Primo[6]). — Praeses provinciae aestimabit[7]), utrum de dubia lite transactio inter te et civitatis tuae administratores[8]) facta sit, an ambitiose id, quod indubitate deberi posset, remissum sit. Nam priore casu ratam manere transactionem iubebit, posteriore[9]) nocere civitati gratiam[10]) non sinet. PP. XVI. Kal. Mart.[11]) Aemiliano et Basso Conss. [259.]

13.[c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA.[12]) Proclae[13]). — Interpositas metus causa transactiones ratas non haberi, edicto perpetuo continetur. Nec tamen quilibet metus ad rescindendum[14]) ea, quae consensu terminata sunt, sufficit, sed talem metum probari oportet, qui salutis periculum vel corporis cruciatum contineat. Ad vim tamen vel dolum arguendum qualitas causae principalis non sufficit; unde si nihil tale probari potest, consensu quaestiones terminatas minime instaurari oportet. Sed quoniam eum, cum quo te transegisse commemoras, ex ancilla tua natum, servum esse[15]) asseveras, si vera sunt, quae precibus complexa[16]) es, alia ratio pactum reformat; nec enim dubii iuris est, dominos cum servis suis paciscentes ex placitis teneri atque obligari non posse. S. IV. Non. April.[17]) Byzantii, ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

14.[d]) Iidem AA.[18]) Sopatrae. — Si diversa pars contra placitum agere nititur, aequitatis ratio suadet, refusa pecunia, quum et tu hoc desideras, causam ex integro agi. PP. IV. Non. Iul.[19]) ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

15.[e]) Iidem AA.[20]) Pontio. — Ut responsum congruum[21]) accipere possis, insere pacti exemplum; ita enim intelligemus, utrum sola conventio fuerit, an etiam Aquiliana stipulatio, nec non et acceptilatio secuta fuerit; quae si subdita[22]) esse illuxerit, nullam adversariae tuae petitionem hereditatis vel in rem specialem competere palam fiet[23]). PP. XV. Kal. Aug. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

16.[f]) Iidem AA. et CC.[24]) Caecilio. — Causas vel lites transactionibus legitimis finitas imperiali rescripto resuscitari non oportet. S. V. Id. Mart. ipsis V. et IV. AA. Conss.[25]) [293.]

17.[g]) Iidem AA. et CC. Marcello. — Quum proponas ab ea, contra quam supplicas, litem, quam tecum habuit, transactione decisam, eamque acceptis iis, quae negotii dirimendi causa placuerat dari, nunc de conventione resiluisse, ac petas, vel pacto stari vel data restitui, perspicis, si quidem de his reddendis manente transactionis placito statim stipulatione, si contra fecerit, prospexisti, et viginti quinque annis maior fuerit, quod exceptionem pacti et actionem datorum habeas; quodsi nihil tale convenit, exceptio tibi, non etiam eorum, quae dedisti, repetitio competit, parta securitate. PP. V. Id. Iun. ipsis AA. V. et IV. Conss. [293.]

18.[h]) Iidem AA. et CC. Valentiniano[26]). — Transigere vel pacisci de crimine capitali excepto adulterio prohibitum non est. In aliis autem publicis criminibus, quae sanguinis poenam non ingerunt, transigere non licet citra falsi accusationem. S. III. Kal. Septemb.[27]) AA. Conss. [293 — 304.]

19.[i]) Iidem AA. et CC. Irenaeo. — Sub praetextu instrumenti post reperti transactionem bona fide finitam rescindi, iura non patiuntur. Sane si[28]) per se vel per alium, subtractis instrumentis[29]), quibus veritas argui potuit, decisionem litis extorsisse probetur, si quidem actio superest, replicationis auxilio doli mali pacti exceptio removetur, si vero iam peremta est, intra constitutum tempus tantum actionem de dolo potes exercere. Dat. IV. Kal. Octobr. Sirmii, AA. Conss.[30]) [293 — 304.]

20.[k]) Iidem AA. et CC. Antistiae. — Non minorem auctoritatem transactionum, quam rerum iudicatarum esse, recta ratione placuit, siquidem nihil ita fidei congruit humanae, quam ea, quae placuerant, custodiri. Nec enim ad rescindendum pactum sufficit, quod

---

[a]) *Bas. XI.* 2. 28. — [b]) *l.* 9. *Greg. C. de pact. et transact. l.* 2.; *Consultatio IX.*; *Bas. XI.* 2. 29. — [c]) *Bas. XI.* 2. 30. — [d]) *Bas. XI.* 2. 31. *In mss. Cas. Pl.* 2. *huic legi anteponitur l.* 15. *hoc tit.* — [e]) *Bas. XI.* 2. 32. — [f]) *Bas. XI.* 2. 33. — [g]) *Bas. XI.* 2. 34. — [h]) *Bas. XI.* 2. 35. — [i]) *Bas. XI.* 2. 36. — [k]) *Bas. XI.* 2. 37.

[1]) Apr. *abest a mss. Pist. Paris., quae reliquam subscr. vel maxime firmant.* — [2]) tuum *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; quum *abest ab Hal. et rell.* — [4]) Valeriano III. et Gallieno II. AA. *Bk.*; *sed obstat Haloandri fides. Accedit quod primus Valeriani consulatus fuit suffectus, qui saepe non numeratur.* — [5]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus Caes. *Greg. C.*; Id ⊼ et c̄ *ms. Bg.*, *sed v. not.* 4. *ad l.* 3. *C. II.* 3.; Impp. Valentinian. et Galienus AA. et Valerius Caesar *Consultat.* — [6]) Aurelio *Greg. C.*, *Consultat.* — [7]) *ms. Bg.*, *edd. Schf. Bk.*, *Greg. C.*, *Consultat.*; διακρίνει *Bas.*; extimabit *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; existimabit *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [8]) ordinem *Greg. C.*, *Consultat.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*; posteriore vero *ed. Schf.*; poster. vero casu *edd. Nbg. Russ. et rell.*; *sed Bas.* ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ. — [10]) noceri civitati gratia *Hal.* — [11]) III. Kalend. Iun. *Greg. C.*, *Consultat.* — [12]) et cc *addunt mss. Vat. Bg.* — [13]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Probae *Hal. et rell.* — [14]) rescindenda *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [15]) *ms. Pl.* 1.; ἐπειδὴ τοῦτον —, ὡς ἐκ δούλης γεννηθέντα, δοῦλον εἶναι διαβεβαιοῦσαι *Bas.*; ex anc. tua natum tuum servum esse *ms. Bg.*; ex anc. tua servum natum esse tuum *ms. Pl.* 2.; ex anc. tua serv. tuum natum *ed. Nbg.*; ex anc. serv. nat. *Hal.*; ex anc. tua nat. serv. tuum esse *edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2.; amplexa *ms. Gt.*; complexus *edd. omnes.* — [17]) SD. III. non. aprl. *mss. Pist. Paris.*; *eadem reliquam subscr. tuentur.* — [18]) et cc *addunt mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [19]) pp. iul non iul *mss. Pist. Paris.*; *sed illud primum* iūl *oriundum ex num. III. vel IIII.*; *reliquam subscr. utrumque ms. firmat.* — [20]) et cc *inserunt mss. Vat. Bg.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; congrue *ed. Schf.*; congruens *Hal. et rell.* — [22]) quam si subditam *ms. Pl.* 1.; *fortasse* quas si subditas, *nam Bas.* ἅστινας — εἰ ὑποβεβλημένας. — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; palam est *Hal. et rell.*; *sed* φανερὸν γίνεται *Bas.* — [24]) et CC. *absunt a mss. Pist Pl.* 1. 2.; *excidisse Caesarum*, *Constantii et Maximiani*, *nomina palam est*, *quod perfacile evenire potuit. Cfr. not.* 20. *ad l.* 20. *C. II.* 3. — [25]) SD. VI id mai ag css *mss. Pist. Paris.* — [26]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; Valenti *Russ. et rell.* — [27]) SD. IIII K. sept *mss. Pist. Paris.*; *in reliqua subscr. cum nostra concinunt.* — [28]) eam *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; adversarius *inserere mavult Leunclav.* (*Notat. II.* 146.). — [29]) instrumentis *abest a ms. Gt.*, *Hal.*, *in ms. Bg. lineae superscriptum*; *sed* ὑφείλετο τὰ δικαιώματά σου *Bas.* — [30]) S. XIIII K. oct. sirmi ⊼ css *mss. Pist. Paris.*

quod hoc [1]) secunda hora noctis intercessisse proponas, quum nullum tempus sanae mentis maioris viginti quinque annis consensum repudiet. S. IV. Kal. Octob. ipsis AA. Conss. [2]) [293 — 304.]

21. [a]) Iidem AA. et CC. [3]) Geminiano. — Quum ea, quae transactionis causa dari aut retineri convenit, velut emtorem eum, quem accipere placuerat, obtinere praescribitur, his, quae simulate geruntur, pro infectis habitis, frustra ficti pretii postulatur numeratio. S. V. Non. Octob. ipsis AA. Conss. [293 — 304.]

22. [b]) Iidem AA. et CC. Alexandro. — Si maior transegisti, ad rescindendam transactionem de dolo contestatio non sufficit. S. Kal. Decemb. ipsis AA. Conss. [4]) [293 — 304.]

23. [c]) Iidem AA. et CC. [5]) Tatiano. — Nec intentio creditorum Archimedori, cui alios successisse profiteris, si obligatus pro eo non fuisti, tenere te [6]) potest, sed hoc integro negotio tractari convenerat. Nam quum iam quaestionem transactione decisam, et a te dari placitam numeratam pecuniam proponas, huius indebiti soluti praetextu improbe tibi petitionem decerni postulas, quum, etsi tantum in stipulationem fuisset deducta, indebiti promissi velamento defendi non posses. Dat. VIII. Id. Mart. Caess. Conss. [294 — 305.]

24. [d]) Iidem AA. et CC. Victorino. — Si quidem ex causa transactionis acceptis [7]) his, quae instrumento continentur, nihil amplius peti convenit, adversariam tuam exceptionis auxilio defendi perspicis. Sin vero certam quantitatem, quasi solam ab ea debitam, reddere se debere [8]) sine litis decisione confessa est, tam eam, quam residuam debiti partem petere minime prohiberis. S. V. Non. April. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

25. [e]) Iidem AA. et CC. Marcellae et Quirillae. — Si maiores viginti quinque annis cum patruo sive avunculo vestro transegistis, vel ei debita donationis causa sine aliqua conditione remisistis, non idcirco, quod hoc huius [9]) hereditatis captandae causa, id est spe futurae successionis, vos fecisse proponatis, aliis ei succedentibus instaurari finita debent. S. II. Id. April. Caess. Conss. [10]) [294 — 305.]

26. [f]) Iidem AA. et CC. Dionysiadae. — Transactione matris filios eius non posse servos fieri, notissimi iuris est. S. Id. April. Caess. Conss. [11]) [294 — 305.]

27. [g]) Iidem AA. et CC. Catoni. — Sanum mente, licet aegrum corpore, recte transigere, manifestum est, nec postulare debueras improbo desiderio, placita rescindi valetudinis corporis adversae velamento. S. VII. Id. Maii, Caess. Conss. [12]) [294 — 305.]

28. [h]) Iidem AA. et CC. Sapparitae. — Sive apud acta rectoris provinciae sive sine actis, scriptura intercedente vel non, transactio interposita est, hanc servari convenit. Sed quoniam, ut certum quid accipias, convenisse te, licet sine scriptura, proponis, nec huius rei causa stipulationem secutam esse, quamvis ex pacto non potuit nasci actio, tamen rerum vindicatione pendente, si exceptio pacti opposita fuerit, doli mali vel in factum replicatione usa [13]), poteris ad obsequium placitorum adversarium tuum urgere. Dat. III. Non. Iul. Caess. Conss. [294 — 305.]

29. [i]) Iidem AA. et CC. Martiae. — Sub praetextu specierum post repertarum generali transactione finita rescindi, prohibent iura. Error autem circa proprietatem rei, apud alium extra personas transigentium tempore transactionis constitutae, nihil potest nocere. S. IV. Kal. Octob. Caess. Conss. [14]) [294 — 305.]

30. [k]) Iidem AA. et CC. Antonino. — Transactione finita, quum ex partibus tuis magis dolum intercessisse, quam eorum, contra quos preces fundis, confitearis, instaurari grave, nec non criminosum tibi est. S. V. Id. Octob. [15]) Caess. Conss. [294 — 305.]

31. [l]) Iidem AA. et CC. Proculo. — Si de certa re pacto transactionis interposito hoc comprehensum erat, nihil amplius peti, etsi non additum fuerat, eo nomine, de ceteris tamen quaestionibus integra permaneat actio. PP. IV. Id. Octob. Byzantii, Caess. Conss. [16]) [294 — 305.]

32. [m]) Iidem AA. et CC. Cyrillo. — Si causa cognita prolata sententia, sicut iure traditum est, appellationis vel in integrum restitutionis solemnitate suspensa non est, super indicato frustra transigi, non est opinionis incertae. Proinde si non Aquiliana stipulatione et acceptilatione subsecuta competentem tibi actionem peremisti, praeses provinciae usitato more legum rebus pridem indicatis effectum adhibere curabit. S. VIII. Kal. Novemb. Caess. Conss. [17]) [294 — 305.]

33. [34.] [n]) Iidem AA. et CC. Cyrillo [18]) et Ptolomaidi. — Quum donationis seu transactionis causa administratae tutelae debiti scientes vos obligationem fratri vestro remisisse proponatis, nec unquam volenti [19]) dolus inferatur, frustra de dolo queremini, nec ad implendum promissum hereditatis propriae pollicitatione quisquam adstringitur. PP. VI. Id. Novemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

34. [33.] [o]) Iidem AA. et CC. Euchrusio. — Si pro fundo, quem petebas, praedium certis finibus liberum dari transactionis causa placuit, nec eo tempore minor annis viginti quinque fuisti, licet hoc praedium obligatum post vel alienum pro parte fuerit probatum, instaurari decisam litem prohibent iura. Ex stipulatione sane, si placita servari secuta est, vel, si non intercesserit, praescriptis verbis actione civili subdita apud rectorem provinciae agere potes. Si tamen res ipsas apud te constitutas, ob quarum quaestionem litis intercessit decisio, fiscus vel alius a te vindicavit, nihil petere potes. S. V. Id. Novemb. Melantiade, Caess. Conss. [294 — 305.]

35. Ii

---

[a]) *Bas. XI.* 2. 38. — [b]) *Bas. XI.* 2. 39. — [c]) *Bas. XI.* 2. 40. — [d]) *Bas. XI.* 2. 41. *In ms. Pl.* 1. *et ed. Nbg. hanc leg. antecedit l.* 27. *hoc tit.* — [e]) *Bas. XI.* 2. 42. — [f]) *Bas. XI.* 2. 43. *Cfr. not. d. ad l.* 24. *hoc tit.* — [g]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 130.; *Bas. XI.* 2. 44. — [h]) *Bas. XI.* 2. 45. *In ms. Pl.* 2. *h. l. demum legitur post l.* 37. *hoc tit.* — [i]) *Bas. XI.* 2. 46. *In ms. Pl.* 1. *hunc locum obtinet l.* 33. *hoc tit.* — [k]) *Bas. XI.* 2. 47. — [l]) *Bas. XI.* 2. 48. — [m]) *Bas. XI.* 2. 49. — [n]) *Bas. XI.* 2. 51. *Caeterum series legum in nostris mss. hic egregie turbatus est. Ordo, quem sequor, est Halvandri, cui et chronologia et vetusta Contii exemplaria patrocinantur. Russ. et rell. nostrae legi legem* Si pro fundo *anteponunt.* — [o]) *Bas. XI.* 2. 50.; *cfr. not. n. ad leg. praeced.*

[1]) haec *Hal.*, *ac recte quidem secundum Bas.* — [2]) SD. XVI. K. oct. aa css *mss. Pist. Paris.* — [3]) et CC. *absunt a ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*; Idem aa Lai pp *ms. Pl.* 1. — [4]) S. K. D. Febr. aa consulibus *ms. Pist.*, *et idem ms. Paris.*, *nisi quod ab hoc* Febr. *abest.* — [5]) Idem aa Lai pp et cc *ms. Pl.* 1.; *v. not.* 3. *ad l.* 21. *hoc tit.* [6]) te *abest a mss. Pl.* 1. 2., *et recte quidem secundum Bas.* ἐῤῥῶσθαι ἠδύνατο. — [7]) exceptis *Russ. in marg.*; *sed Bas.* σε λαβεῖν τὰ ἐν συμβολαίῳ περιεχόμενα. — [8]) se debere *absunt a ms. Bg., Hal., cui adstipulantur Bas.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; eius *Russ. et rell.*; *tam* huius *quam* eius *abest a M. Vacario* (*ap. Dirksen. p.* 371.), *quod ad Bas. quam proxime accedit.* — [10]) IIIIX K. ap cu css *ms. Pist.*; XIV K ak css *ms. Paris.* — [11]) *firmat nostram subscr. ms. Paris.* — [12]) S. IIII id mai cc css *mss. Pist. Paris.* — [13]) usus *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 76. — [14]) S. VI. K. Oct. cc css. *mss. Pist. Paris.* — [15]) *Hal. et rell. praeter Bk. inserunt* Crebro, *quod plerumque stellula notant. In mss. Pist. et Paris. est* SD id. oct crevi, *quod pro* treviris *scriptum esse censuerim.* — [16]) pp id oct. Bizantio cc css *mss. Pist. Paris.* — [17]) *firmant hanc subscr. mss. Pist. Paris.* — [18]) Cyrillo *abest a mss. Cas. Vat. Bg. Pl.* 2. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; volentibus *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* οὐδέποτε τῷ βουλομένῳ γίνεται δόλος *Bas.*

35. [a]) Iidem AA. et CC. Hammoni. — Transactionem, quae dominii translatione vel actione parata [1]) seu peremta finem accepit, quum eam [2]) amicis etiam [3]) intervenientibus revera ostenditur processisse, metus velamento rescindi, postulantis professio detegit improbitatem. S. IX. Kal. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [4]) [294 — 305.]

36. [b]) Iidem AA. et CC. Achilleo [5]). — Si maior annis viginti quinque transegisti, quamvis dari tibi placita repraesentata necdum probentur, nec offerant hi, qui conveniuntur, ne quid amplius ab ipsis [6]) exigi possit, exceptionis proficit aequitas. S. VI. Id. Decemb. Caess. Conss. [7]) [294 — 305.]

37. [c]) Iidem AA. et CC. [8]) Basilissae. — Promissis transactionis causa non impletis, poenam in stipulationem deductam, si contra factum fuerit, exigi posse constat. S. XII. Kal. [9]) Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

38. [d]) Iidem AA. et CC. Theodotiano [10]). — Transactio, nullo dato vel retento seu promisso, minime procedit. S. VIII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [11]) [294 — 305.]

39. [e]) Iidem AA. et CC. Martianae. — Quamvis eum, qui pactus est, statim poeniteat, transactio [12]) rescindi et lis instaurari non potest, et qui tibi suasit, intra certum tempus licere a transactione recedi [13]), falsum asseveravit. S. V. Kal. [14]) Ianuar. Sirmii, Caess. [15]) Conss. [294 — 305.]

40. [f]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. — Ubi pactum vel transactio scripta est [16]), atque Aquilianae stipulationis et acceptilationis [17]) vinculis firmitas iuris innexa est, aut subsecutis [18]) secundum leges [19]) accommodandus est consensus, aut poena una cum his, quae data probantur [20]), ante cognitionem causae, si adversarius hoc maluerit [21]), inferenda est. Dat. III. Non. Iun. Constantinop. Eucherio et Syagrio Conss. [381.]

41. [g]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Rufino P. P. — Si quis maior annis viginti quinque [22]) adversus pacta vel transactiones, nullo cogente [23]) imperio, sed libero arbitrio et voluntate confectas, putaverit esse veniendum vel interpellando iudicem, vel supplicando principibus, vel non implendo promissa, eas autem invocato [24]) Dei omnipotentis nomine, eo auctore [25]), solidaverit, non solum notetur [26]) infamia, verum etiam actione privatus, restituta poena, quae pactis probatur inserta, et [27]) rerum proprietate careat, et emolumento, quod ex pacto [28]) vel transactione illa fuerit consecutus; itaque [29]) omnia mox eorum commodo deputabuntur, qui intemerata [30]) pacti iura servaverint. Eos etiam huius legis [31]) vel iactura dignos esse iubemus vel munere, qui nomina nostra placitis inserentes, salutem principum confirmationem initarum inraverint esse pactionum. Dat. V. Id. Octob. [32]) Constantinop. Olybrio et Probino Conss. [33]) [395.]

42. [h]) Impp. Leo et Anthemius AA. Erythrio [34]) P. P. — Si ex falsis instrumentis transactiones vel pactiones initae fuerint, quamvis insiurandum his [35]) interpositum sit, etiam civiliter falso revelato eas retractari praecipimus, ita demum [36]) ut, si de pluribus causis vel capitulis eaedem pactiones seu transactiones initae fuerint, illa [37]) tantummodo causa vel pars retractetur, quae ex falso instrumento composita [38]) convicta fuerit, aliis capitulis firmis manentibus, nisi forte etiam de eo, quod falsum dicitur, controversia orta decisa sopiatur. Dat. Kal. Iul. Constantinop. Marciano et Zenone Conss. [39]) [469.]

43. [i]) Imp. Anastasius A. Thomae, P. P. Illyrici [40]). — Iubemus, in omnibus litigiis iam motis et pendentibus, seu postea super servili vel adscriptitia conditione movendis, transactiones celebrandas vel iam celebratas, si non alio iuri cognito modo eas vacillare contigerit, vires suas obtinere, nec ob hoc videri tenorem earum titubare, quod pro conditione servili vel adscriptitia confectae sunt. Dat. XV. Kal. Decemb. Patricio et Hypatio Conss. [41]) [500.]

Tit. V.

[k]) DE ERRORE CALCULI.

1. [1]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA.

---

[a]) *Bas. XI.* 2. 52. — [b]) *Bas. XI.* 2. 53. — [c]) *Bas. XI.* 2. 54. — [d]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 113.; *Bas. XI.* 2. 55. *Hausta est h. l. ex ampliore const., quae in l.* 3. *C. de repud. hered. VI.* 31. *legitur.* — [e]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 113., *Bas. XI.* 2. 56. — [f]) *l.* 2. *Th. C. de pact. et transact. II.* 9.; *Bas. XI.* 2. 57. — [g]) *l.* 3. *Th. C. de pact. et transact. II.* 9.; *Consultatio l.; Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 100; *Bas. XI.* 2. 58 — [h]) *Bas. XI.* 2. 59. — [i]) *Bas. XI.* 2. 60. — [k]) *Dig. XXII.* 6. — [l]) *Bas. XI.* 2. 61.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; perata *ed. Nbg.*; parta *Hal.*; peracta *Russ. et rell.*; *verum aut nostra lectio aut Haloandrina recta est secundum Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; ὁπότε αὐτὴν *Bas.*; quum ea *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) etiam *abest ab edd. Nbg. Hal.*; *sed* καὶ φίλων παρόντων *Bas.* — [4]) SD. N. dec. Nicom cc cas *mss. Pist. Paris.* — [5]) *mss. Pist. Vat.*; Archileo *ed. Nbg.*; Acheleo *ms. Pl.* 1.; Ancillae *ms. Cas.*; Achillae *ms. Bg., Hal. et rell.*; *sed masculo rescribi, non feminae, docent Bas.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; ab his *Hal. et rell.* — [7]) *hanc subscr. firmant mss. Pist. Paris.* — [8]) et CC. *absunt a mss. Pist. Pl.* 2. — [9]) S. XVII. K. *mss. Pist. Paris.*; *reliquam subscr. omnino tuentur.* — [10]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg., Coll. Ans. ded., l.* 3. *C. VI.* 31.; Thedociano *ms. Pl.* 2.; Theodatione *ms Cas.*; Theodotioni *Hal. et rell.* — [11]) *hanc subscr. tuentur mss. Pist. Paris.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Coll. Ans. ded.*; tamen *inserunt Russ. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Coll. Ans. ded.*; recedere *edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) *mss. Pist. Paris.*; S. Kal. *Hal. et rell.* — [15]) CC. *abest a mss. Pist. Paris., quae cum reliqua subscr. concordant.* — [16]) ubi pactum conscriptum est *Theod. C.* — [17]) et acceptilationis *absunt a Theod. C.*; *etiam in Schol. Bas. loc. cit., quod praebet* τὸ κατὰ πόδας, *omissa sunt illa verba.* — [18]) aut gestis *Theod. C.*; ἢ τοῖς συμπεφωνημένοις *Schol. Bas. loc. cit.* — [19]) secundum legem *ms. Pl.* 1., *mss. Russardi, Theod. C.*; *sed* κατὰ τοὺς νόμους *Schol. Bas. cit.* — [20]) probabuntur *Theod. C.* — [21]) si — maluerit *absunt a Theod. C.* — [22]) viginti quinque *absunt ab Hal., Theod. C.*; *sed* μείζων τῶν εἴκοσι πέντε ἐνιαυτῶν *Bas.* — [23]) cogentis *Theod. C.* — [24]) promissa ea, quae invocato *Theod. C.*; autem *abest a Coll. Ans. ded.* — [25]) deo auctore *ed. Schf.* — [26]) notatur *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; inuratur *Theod. C.*; intratur *Coll. Ans. ded.*; ἀτιμούσθω *Bas.* — [27]) earum *inserit Theod. C., quod probant Bas.* ἐπιπιπτέτω τῆς δεσποτείας τῶν πραγμάτων ἐκείνων. — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Coll. Ans. ded., Theod. C.*; pactione *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [29]) ita omnia *Bk.*; quae omnia *Theod. C.*; itaque ea omnia *ed. Schf.* — [30]) intemerati *Theod. C.*; intemerate *ms. Gt.* — [31]) litis *Theod. C.* — [32]) *diem confirmat Coll. Ans. ded., a qua abest reliqua subscr.* — [33]) *cum tota subscr. consentiunt mss. Pist. Paris., nisi quod* Probo *scribunt, haud* Probino. — [34]) Acrochirio *Hal. et postea rell. praeter Bk.*; *variae lectt. in mss. sunt fere eaedem, quas adnotavi in not.* 3. *ad l.* 27. *C. I.* 3., *not.* 5. *ad l.* 33. *et not.* 12. *ad l.* 34. *eod.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg Gt., edd. Schf. Hal.*; de his *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [36]) ita tamen *Hal. Bk.* — [37]) tamen *inserit ms. Pl.* 1. — [38]) composita *abest a Char. Pac.*; composito *Sp.* — [39]) D. Kal. iul. cāp mār css. *mss. Pist. Paris.* — [40]) *mss. Pist. Vat. Cas. Pl.* 1. 2.; Illyrici *abest a ms. Bg., ed. Nbg.*; per Illyricum *Hal. et rell.* — [41]) D. Kal. dec. Patric̄ et ypatio cas *mss. Pist. Paris.*

AA. et CC.[1]) Aureliano Quarto. — Errorem calculi, sive ex uno contractu, sive ex pluribus emerserit, veritati non afferre praeiudicium, saepe constitutum est, unde rationes etiam saepe computatas denuo retractari[2]) posse, si res iudicatae non sunt vel transactio non intervenit, explorati iuris est. Sed et si per errorem calculi velut debitam quantitatem, quum esset indebita, promisisti, condictio liberationis tibi competit. Dat. VI. Kal.[3]) Mart. AA. Conss. [293 — 304.][a])

Tit. VI.

[b]) DE POSTULANDO.

1. Imp. Antoninus A. Artemidoro. — Quum a praefecto Aegypti perpetuo causas agere prohibitus non appellaveris, placitis obtempera. PP. III. Kal. Aug. Sabino II. et Anulino[4]) Conss. [216.]

2. [c]) Imp. Alexander A. Polydoro. — Nec ceterorum liberti[5]), nedum mei quidem, si ita sunt literis eruditi, ut patrocinia desiderantibus praestare possint, prohibentur id facere. PP. Non. Mart. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

3. [d]) Imp. Gordianus A. Flaviano. — Si sub specie honorarii, quod advocato usque ad certum modum deberi potuisset, eam quantitatem, quam desiderio tuo[6]) complecteris, te daturum cavisti, et quasi mutuam pecuniam accepisses, eam te redditurum promisisti, nec temporis spatio gesto negotio consensum ac fidem accommodasti, competenti exceptione non numeratae pecuniae tutus es, et ex hac causa cautionem interpositam usitato more potes condicere. PP. V. Id. Iun. Sabino II. et Venusto Conss. [240.]

4. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC.[7]) Theodotiano[8]). — Velamento absentiae patroni causae rursus ad finitas quaestiones redire quis frustra conatur. S. IV. Kal. Ianuar.[9]) Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

5. [f]) Imp. Constantinus A. Helladio. — Si qui advocatorum existimationi suae immensa atque illicita compendia praetulisse, sub[10]) nomine honorariorum ex ipsis negotiis, quae tuenda susceperint, emolumentum[11]) sibi certae[12]) partis cum gravi damno litigatoris et depraedatione poscentes, fuerint inventi, placuit, ut omnes, qui in huiuscemodi saevitate[13]) permanserint, ab hac professione penitus arceantur. Dat. III. Kal. April. Paulino et Iuliano Conss. [325.]

6. [g]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Olybrium P. U.[14]). — Quisquis vult esse causidicus, non idem in eodem negotio sit advocatus et iudex, quoniam aliquem inter arbitros et patronos oportet esse delectum. §. 1. Ante omnia autem universi advocati ita praebeant patrocinia iurgantibus, ut non ultra, quam litium poscit utilitas, in licentiam conviciandi et[15]) maledicendi temeritatem[16]) prorumpant; agant, quod causa desiderat; temperent se[17]) ab iniuria. Nam si quis adeo procax fuerit, ut non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suae imminutionem patietur. Nec enim conniventia commodanda est, ut quisquam negotio derelicto in adversarii sui contumeliam aut palam pergat, aut subdole. §. 2. Praeterea nullum cum eo litigatore contractum, quem in propriam recepit fidem[18]), ineat advocatus, nullam conferat pactionem. §. 3. Nemo ex his, quos licebit accipere vel decebit, aspernanter habeat, quod sibi semel officii gratia libero arbitrio obtulerit litigator. §. 4. Nemo ex industria protrahat iurgium. §. 5. Apud urbem autem Romam[19]) etiam honoratis, qui hoc[20]) putaverint eligendum, eo usque liceat orare, quousque maluerint, videlicet ut non ad turpe compendium stipemque deformem haec arripiatur occasio, sed laudis per eam augmenta quaerantur. Nam si lucro pecuniaque capiantur, veluti abiecti atque degeneres inter vilissimos numerabuntur. §. 6. Quisquis igitur ex his, quos agere permisimus, vult esse causidicus, eam solam, quam sumet tempore agendi, sibi sciat esse personam, quousque causidicus est, nec putet quisquam honori suo aliquid esse detractum, quum ipse necessitatem elegerit standi, et[21]) contemserit ius sedendi. PP. X. Kal. Septemb.[22]) Valentiniano et Valente AA.[23]) II.[24]) Conss.[25]) [368.]

7. [h]) Iidem et Gratianus AAA. ad Olybrium P. U.[26]). — Providendum[27]) est, ne hi, quos in foro[28]) aut meritum nobilissimos fecerit aut vetustas, in una parte consistant, aliam a rudibus atque tironibus necesse sit sustineri. Atque ideo si in uno auditorio duo tantum prae ceteris fuerint vel plures, quorum fama sit hilarior[29]), in iudicantis officio sit, ut par causidicorum distributio fiat, et exaequetur partibus auxilium singulorum, et aequa divisio procedat[30]). Si quis vero monitus a iudice, ea excusatione, quae nequeat comprobari, cuicunque parti patrocinium denegaverit, careat foro, sciat etiam, numquam sibi ad agendum copiam[31]) posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum plurimis[32]), et adversario suo tali fraude subtraxisse paris defensionis copiam, ostendet procul dubio, iniquam a se litem

---

[a]) *Graecae const. lacunam hic notant Russ. Cont.* 62. *et Ant. August.* (*Colt. const. graec. p.* 118. *versionis lat.*). *Mssa, quae hucusque innotuerunt, de hac omissione silent.* — [b]) *Dig. X.* 1. — [c]) *Bas. VIII.* 1. 11. — [d]) *Bas. VIII.* 1. 12. — [e]) *gemina lex est l.* 1 *C. de repud. bon. possess. VI.* 19.; *Bas. VIII.* 1. 13. *Cfr. etiam l.* 38. *C. de transact. II.* 4. —. [f]) *l.* 3. *Th. C. de postul. II.* 10.; *Decret. Grat. c.* 2. *C.* 3. *q.* 7.; *Bas. VIII.* 1. 14. — [g]) *l.* 5. *Th. C. de postul. II.* 10.; *Decret. Grat. c.* 2. *C.* 3. *q.* 7.; *Bas. VIII.* 1. 15. — [h]) *Decret. Grat. c.* 2. *C.* 3. *q.* 7.; *Bas. VIII.* 1. 16.

[1]) et CC. *mss. et edd. omnes excepto ms. Vat.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; tractari *Russ. et rell.*; πάλιν ἀναψηλαφᾶν *Bas.* — [3]) S. III. K. *mss. Pist. Paris.* — [4]) Amulino *Hal.*; Anullino *Bk.* — [5]) libertini *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — [6]) tuo *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [7]) et CC. *absunt a mss. Pist. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [8]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; Theodotioni *Hal. et rell.* — [9]) S. III. K. Ian. *ms. Paris., reliquam subscr. firmat ms. et Paris. et Pist.* — [10]) sub *abest a Theod. C.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., ed. Schf., Decr. Grat.*; emolumenta *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) tertiae *legunt alii, teste Russ. in marg.*; *sed etiam Bas.* φανεραν τῆς δίκης μοῖραν. — [13]) severitate *mss. Pl.* 2. *Bg. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; foeditate *liber Auredani apud Char.*; scaevitate *Iac. Gothofr. ad l.* 1. *Th. C. II.* 10. — [14]) P. U. *abest a ms. Vat.*; pp *mss. Cas. Bg* — [15]) et *abest ab Hal.* — [16]) temeritate *mss. Pl.* 1 2., *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [17]) se *abest a mss Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., Hal.* — [18]) propria recepit fide *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Hal. Bk., Decr. Grat.*; Romanam *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.*; *sed* τοῖς ἀξιωματικοῖς ἐν Ῥώμῃ *Bas.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *Decr. Grat.*; officium *inserunt Cont.* 66. *et rell.* — [21]) et ipse *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.*; ipse *Hal.* — [22]) Accepta XII. Kal. Sept. *Theod. C.* — [23]) Ipsis AA. *Theod. C.* — [24]) II. *abest ab Hal. et rell. praeter Sp. et Bk., Theod. C.*; *sed v. not. seq.* — [25]) *In mss. Pist. et Paris. haec est subscr.* pp. X. K. Sept Valt et Val. II. AA. css. — [26]) pp *mss. Vat. Cas. Bg.*; pf. *Pl.* 2. — [27]) nobis *inserit ms. Bg.* — [28]) magnitudinis tuae *inserit M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 376.); *in ms. Bg. lineae superscripta sunt.* — [29]) clarior *ms. Pl.* 2. *et liber Auredani apud Char.* — [30]) et aequa — procedat *absunt a Decr. Grat.* — [31]) agendi copiam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 376.). — [32]) pluribus *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., M. Vacarius* (*ap. Dirksen p.* 376.); παρὰ πολλοῖς *Bas.*

litem foveri, et auctoritatem iudiciariam [1]) a se delusam [2]) experietur. Dat. Kal. Mart. Treviris, Valentiniano et Valente AA. utrisque III. Conss. [3]) [370.]

8. [a]) Impp. Leo et Anthemius AA. Nicostrato P. P. — Nemo vel in foro magnitudinis tuae, vel in provinciali iudicio, vel apud quemquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis catholicae religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo vel quadam machinatione factum vel attentatum fuerit, officium quidem sublimitatis tuae centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat, idem vero, quicunque ausus fuerit contra providum nostrae serenitatis decretum officium advocationis per subreptionem arripere, et prohibitum patrocinium praestiterit, ab advocationis officio remotus, stilum proscriptionis atque perpetui exilii specialiter sustinebit; sciturus etiam provinciarum rectoribus, quod is, sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiae proscriptionem et poenam exilii per quinquennium sustinebit. Dat. prid. Kal. April. Constantinop. Anthemio A. II. Cons. [468.]

Tit. VII.

[b]) DE ADVOCATIS DIVERSORUM IUDICIORUM [4]).

1. [c]) Imp. Antoninus A. Doloni. — Si patronum causae praevaricatum putas, et impleveris accusationem, non deerit adversus eum pro temeritate commissi [5]) sententia, atque ita de principali causa denuo quaeretur. Quod si non docueris praevaricatum, et calumnia notaberis, et rebus iudicatis, a quibus non est provocatum [6]), stabitur. PP. III. Kal. Octobr. Antonino A. IV. et Balbino [7]) Conss. [213.]

2. [d]) Imppp. Valens [8]), Gratianus et Valentinianus AAA. ad Antonium P. P. — Qui necessario patriae suae debent municipio functiones, eos decurionibus aggregatos nolumus evagari, permittentes [9]), ut in negotiis causidicorum fungantur officiis, et in civitatibus propriis subeant munera curialium [10]), ita tamen, ut non contra rem publicam civitatis, in qua honorem hunc consecuti sunt, eis adesse permittatur. Dat. XV. Kal. Septemb. [11]) Ravennae, Valente VI. et Valentiniano II. AA. Conss. [378.]

3. [e]) Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Africanum P. U. [12]) — Ne quis ex corpore togatorum, minime curialibus nexibus illigatus [13]), provinciales suscipiat functiones, scilicet ut [14]) ambientibus claudatur ingressus, et invitis necessitas auferatur. Dat. [15]) III. Non. August. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [396.]

4. [f]) Impp. Honorius et Theodosius [16]) AA. Eustathio [17]) P. P. — Fori tui culminis et universorum iudiciorum advocati quidquid ex huiusmodi professione vel ipsius occasione quaesierint, id etiam [18]) post patris obitum praecipuum, veluti peculium castrense, ad exemplum militum proprio dominio valeant vindicare. Dat. X. Kal. April. Constantinop. DD. NN. [19]) Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss. [20]) [422.]

5. [g]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. U. — Quicquid animi largitate et munificentia [21]) principali praestitimus togatis per Orientem eminentissimae praefecturae reverentia studiorum, id sibi praesenti sanctione praestitum esse cognoscant patroni causarum illustris urbicariae praefecturae. Dat. VII. Kal. Ian. Constantinop. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss. [426.]

6. [h]) Iidem AA. ad Florentium P. P. [22]) — Sancimus, ut advocatis, qui apud tuam magnificentiam causas acturi sunt, a nullo iudice, nec ab ipsa eminentissima praefectura, sollicitudo ulla penitus iniungatur; sed nec advocatis provinciarum vel spectabilium iudicum quisquam [23]) existimet aliquid iniungendum. Nulla igitur [24]) togatis inspectio, nulla peraequatio ingeratur, nulla operis constructio [25]), nulla discussio, nullum ratiocinium imponatur, nullum denique aliud eis mandetur praeter arbitrium in eodem duntaxat loco [26]), ubi advocationis exercetur [27]) officium; quinquaginta librarum auri poena officio feriendo, si legis istius regulas temerare tentaverit. Dat. VIII. Kal. Mart. Constantinop. Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [28]) [439.]

7. [i]) Iidem AA. Thalassio, P. P. per Illyricum — Iisdem privilegiis iisdemque immunitatibus [29]) potiri togam illustrissimae per Illyricum praefecturae, quibus fruitur toga per Orientem praetorianae sedis excelsae, decernimus. Dat. VII. Id. Septemb. Constantinop. Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [439.]

8. [k]) Iidem AA. Cyro, P. P. Consuli designato [30]). — Quum advocatio praetoriana centum quinquaginta numero togatis, minime vel minuendo vel augendo, concludatur, iubemus eos, qui ex his ad fisci patronatum pervenerint, a cohortis vel alterius vilioris conditionis nexibus cum liberis quandocunque genitis liberos custodiri, postque tale officium depositum annumque completum advocatorum consortio abscedere cum comitiva consistoriana; omneque, quod togatis fori celsitudinis tuae quolibet casu quolibet adquiritur titu-

---

[a]) *gemina lex est l.* 15. *C. de episcop. aud. l.* 4.; *Decret. Grat. c.* 7. 8. *de poenit. dist.* 1.; *Bas. VIII.* 1. 17. — [b]) *In ms. Pl.* 1. *hic inseritur tit. de advocatis fisci.* — [c]) *Bas. VIII.* 1. 18. — [d]) *l.* 2. *et* 3. *hoc tit. absunt a ms. Pl.* 1. — [e]) *l.* 152. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [f]) *l.* 7. *Th. C. de postul. II.* 10.; *Bas. VIII.* 1. 19. *Cfr. etiam not. g. ad l.* 7. *C. de assessor. I.* 51. — [g]) *Bas. VIII.* 1. 20. *Haec lex abest a ms. Pl.* 1. — [h]) *Nov. Theod. XV.*; *Bas. VIII.* 1. 21.; *l.* 6 — 13. *hoc tit. absunt a ms. Pl.* 1. — [i]) *Bas. VIII.* 1. 22. — [k]) *Bas. VIII.* 1. 23.

[1]) iudicis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gi. Bg.* — [2]) elusam *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *Decr. Grat.*; lusam *mss. Pl.* 1. 2. *Gi. Bg.* — [3]) Dat. X. K mār cc III (*lege* III vv *i. e.* treviris) valt et valent. IIII aa *mss. Pist. Paris.* — [4]) iudicum *ed. Schf.* — [5]) commissa *Hal.* — [6]) praevaricatum *Russ. in marg.*; *sed* μὴ ἐκκαλεσάμενος *Bas.* — [7]) Albino *Hal. et rell. praeter Bk.* — [8]) *Iac. Gothofr. in Chronol. Cod Theod. p. CIII. suspectum habet Valentis nomen; cfr. not.* 11. *ad h. l.* — [9]) tamen *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [10]) curiarum *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [11]) *quum mense Augusto iam obierit Valens, aut huius nomen in inscr. delendum, aut alius anterioris mensis Kalendas in subscr. substituendas censet Iac. Gothofr. loc. cit. in not.* 8. — [12]) *ms. Pl.* 2., *Bk.*, *Theod. C.*; P. P. *rell. mss. et edd.* — [13]) minime curial. nexib. illigatus *absunt a Theod. C.* — [14]) et *inserunt ms. Bg.*, *Theod. C.* — [15]) PP. *Theod. C.* — [16]) et Arcad. *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. — [17]) Eustachio *mss. Pist. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Estachio *mss. Cas. Vat. Pl.* 2.; Eustasio *Theod. C.*, *ipso improbante Iac. Gothofr.* — [18]) etiam *abest ab Hal. Russ.*, *Iac. Gothofr.* — [19]) DD. NN *absunt ab Hal. Russ.* — [20]) *hanc subscr. firmant mss. Pist. Paris.* — [21]) magnificentia *Hal. Cont.* 62. — [22]) Orientis *addit Nov. Theod.*; per Orientem *adiicit Bk.* — [23]) quisquis *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; quis *Nov. Theod.* — [24]) ergo *edd. Nbg. Hal.*; igitur *abest a Nov. Theod.* — [25]) instructio *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; exstructio *Nov. Theod.*; μήτε ἔργου οἰκοδομή *Bas.* — [26]) in ea duntaxat provincia *Nov. Theod.* — [27]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gi.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Nov. Theod.*; exercent *Russ. et rell.*; ἐν ᾧ συνηγορεῦσι *Bas.* — [28]) Dat. III. Kal. Mai. Constantinop. Cons. suprascribt. *Nov. Theod.* — [29]) iisdemque immunitatibus *absunt ab Hal.* — [30]) Consuli designato *absunt a mss. Cas. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ.*

titulo, quasi castrense [1]) sibimet vindicare, nec patribus vel [2]) avis paternis earum rerum commodum acquirere, legis istius auctoritate decernimus; his omnibus etiam ad urbicariae praefecturae advocationem trahendis. Dat. III. Kal. Ianuar. Valentiniano A. V. [3]) et Anatolio Conss. [440.]

9. [a]) Idem AA. Apollonio P. P. — Si quis de togatis fori celsitudinis tuae, vel Illyricianae [4]), seu urbicariae praefecturae [5]), sive de his, qui in provincialibus iudiciis causarum patrocinium profitentur, electione tuae sedis regendae provinciae munus potestatemque susceperit, post peractam integre ac sine ulla opinionis labe administrationem, [6]) ad illud officium, unde abstractus est, et unde sibi vitae subsidia comparabat, remeandi habeat facultatem, nec causas orare denuo quadam probibeatur invidia. Dat. XII. Kal. Septemb. Constantinop. Eudoxio et Dioscoro Conss. [442.]

10. [b]) Impp. Valentinianus et Marcianus AA. Palladio P. P. — Binos, qui priores in tui culminis sede [7]) inveniuntur, ad patronatum fisci singulis quibusque [8]) annis accedere, paribus dignitatis [9]) et privilegiorum insignibus ambiendos esse praecipimus, quibus antehac utebatur is, qui solus fisci creabatur [10]) patronus. Dat. XIV. Kal. Iul. Constantinop. Herculano et Sporacio [11]) Conss. [12]) [452.]

11. [c]) Imp. Leo A. Viviano [13]) P. P. — Nemini licere sancimus, aliquem sub assidendi colore statutis centum quinquaginta advocatis, quos sibi eminentissima praefectura in consilium assumserit, aggregare. §. 1. Non aliter vero consortio advocatorum tuae sedis aliquis societur, nisi prius in examine viri clarissimi rectoris provinciae, ex qua oriundus est, praesentibus cohortalibus gesta confiant [14]), quibus aperte pateat, cohortali statui [15]) ac fortunae eundem minime subiacere [16]), si praesens vir clarissimus rector provinciae fuerit in eius examine; si vero abfuerit, apud defensorem sui oppidi gesta confiant [17]). Iurisperitos etiam doctores eorum iubemus inratos sub gestorum testificatione depromere, esse eum, qui posthac subrogari voluerit, peritia iuris instructum, filios autem togatorum excellentiae tuae, qui vel nunc causas agunt, vel futuris temporibus actitaverint, ceteris supernumerariis inferri. §. 2. Illud insuper decernimus, ut etiam his, qui ultra centum quinquaginta advocatos eminentissimae tuae sedis reperiuntur, liceat et apud virum spectabilem proconsulem, vel praefectum augustalem, vel comitem Orientis, apud viros etiam spectabiles vicarios, et apud rectores provinciarum negotia perorare. Dat. Kal. Febr. Constantinop. Magno et Apollonio Conss. [460.]

12. Idem A. Eusebio, P. P. Illyrici. — Sancimus, patronum fisci iudicio celsitudinis tuae non iam quotannis, sed biennio, pro vetere consuetudine, finem officii sui sortiri; salvis eidem consortio privilegiis omnibus, quae a retro principibus meruit, manentibus. Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. Basilio et Viviano Conss. [463.]

13. Impp. Leo et Anthemius AA. Alexandro, Duci Aegyptiaci limitis [18]) et Praefecto augustali [19]). — Petitionem virorum disertissimorum, advocatorum Alexandrinae splendidissimae civitatis, quam de fori sui matricula et fisci patrono obtulerunt, merito admittentes, hac sanctione decernimus, quinquaginta statutos haberi, eorumque nomina pro tempore matriculae conficiendae inscribi, et eos advocationis officium in iudicio tam viri spectabilis, praefecti augustalis, quam viri spectabilis, ducis Aegyptiaci limitis, petentibus adhibere, ceteros vero, ultra memoratum numerum constitutos, apud alios iudices eiusdem Alexandrinae civitatis perorare, filiis scilicet statutorum in loco deficientium supernumerariis anteponendis; egredientem autem post biennium fisci patronum contemplatione laborum exconsularis [20]) moderatoris provinciae dignitate decorari; licentia facultateque ei non deneganda, quum usus exegerit, tam pro se, quam pro filiis, parentibus, et uxoribus, nec non etiam personis, ex transverso latere usque ad quartum gradum constitutis, patrocinium suum adhibere. Quando autem fisci patronum mori contigerit, gradu eum sequentem [21]) sine ulla dilatione in loco [22]) eius subrogari, heredibus defuncti nihil exinde sibi commodi acquiri posse speraturis; cunctis privilegiis, quae hactenus habuisse noscuntur, nec non his, quae suggestio tuae magnitudinis continet, etiam in posterum intactis inviolatisque servandis, quatenus huiusmodi delato eis liberalitate nostrae serenitatis honore, possint in otio et tranquillitate reliquum vitae suae tempus peragere, nulla eis invitis ingerenda sollicitudine [23]).

14. Idem AA. Callicrati [24]), P. P. Illyrici. — Advocati, qui dirimunt ambigua fata [25]) causarum, suaeque defensionis viribus in rebus saepe publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano generi, quam si praeliis atque vulneribus patriam parentesque salvarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladiis clypeis et thoracibus nituntur, sed etiam advocatos; militant namque causarum patroni, qui gloriosae vocis confisi munimine laborantium spem vitam et posteros defendunt. Dat. V. Kal. April. Constantinop. Zenone et Marciano Conss. [469.]

15. [d]) Imp. Leo A. Dioscoro P. P. — Post duos fisci patronos, qui ex anterioribus constitutionibus iisdem beneficiis muniuntur, sexaginta quatuor togatos [26]), qui in praesenti sunt, a primo [27]) usque ad sexa-

---

[a]) *Bas. VIII.* 1. 24. — [b]) *Bas. VIII.* 1. 25. — [c]) *Bas. VIII.* 1. 26. — [d]) *Bas. VIII.* 1. 27. *Reliqua pars hui. tit. abest a ms. Pl.* 1.

[1]) ut castrense *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.*; ὡς χαυστρέσιον *Schol. Bas. loc. cit.* — [2]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; nec *Russ. et rell.*; μηδὲ τοῖς πατράσιν — ἢ τοῖς πάπποις *Bas.* — [3]) A. VI. *Cont.* 71. *Char. Pac.* — [4]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; Illyricanae *Russ. et rell.* — [5]) praefecturae *abest ab ed. Nbg., Hal. in textu.* — [6]) *mss. Pl.* 2 *Bg. Gt., ed. Schf.*; et *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) qui priores fori tuae sedis *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [8]) quibuscunque *Russ. Char. Pac. Sp.* — [9]) dignitatibus *edd. Nbg. Hal.* — [10]) credebatur *ed. Nbg., Hal. in textu.* — [11]) *de hoc scribendi nominis genere cfr. not.* 8. 9. *ad l.* 23. *C. I.* 3. *et not.* 10. *ad l.* 4. *C. I.* 1.; Asporatio *Hal. et rell.* — [12]) *Vitium inesse consulum nominibus videtur, quum ex subscr. l.* 23. *C. I.* 3. *appareat, ne quidem prid. Non. Iul. Herculanum Constantinopoli consulem nuntiatum fuisse.* — [13]) Ioviano *ed. Nbg.* — [14]) conficiat *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; conficiant *ed. Nbg.*; conficiantur *coniicit Cont.* 62. *in marg.*; εἰ μὴ ἐν ὑπομνήματι — πραχθείη *Bas.* — [15]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; vitae *Hal. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; Atque haec fieri volumus *inserunt Hal. Russ. et rell., ita tamen ut a plurimis in notis reiiciantur, tamquam quae ab omnibus mss. absint.* — [17]) conficiat *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Nbg.*; *cfr. not.* 14. *ad h. l.* — [18]) egyptiali mil. *ms. Cas.*; egiptial. militum *ms. Pl.* 2. — [19]) et praefecto augustali *absunt a ms. Cas.*; *loco eorundem vv. Hal. et ed. Nbg. habent* P. U.; *sed cfr. l. un. C. I.* 57. — [20]) exconsulari *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [21]) gradum sequentem *ms. Bg.*; gradum eum seq. *ms. Pl.* 2. — [22]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; in locum *Russ. et rell.* — [23]) *h. l. ad ann.* 468. *vel* 469. *referenda, quod apparet partim ex ipsius inscr., partim ex subscr. legis seq.* — [24]) Calligrati *ms. Bg.*; Callicto *ms. Vat.*; Callierati *ms. Cas.*; Calliertati *ms. Pl.* 2. — [25]) facta *ms. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [26]) qui ex anterioribus — togatos *absunt ab Hal.* — [27]) omnes deinde a primo *Hal.*

sexagesimum quartum imperialibus beneficiis perfrui censemus, quibus fisci patroni liberique eorum honorati sunt. §. 1. His quoque illud adiiciendum esse statuimus, ut, si quis patroni [1]) fisci adeptus gradum fatalem diem obierit, universa totius anni solatia, ex quo hoc idem officium peragere coeperit, ad heredes seu successores suos, sive liberi sive extranei fuerint, transmittendi tam ex testamento quam ab intestato liberam habeat facultatem. Dat. XVII. Kal. Iun. Constantinop. Festo et Marciano Conss. [472.]

16. [a]) Impp. Leo iunior et Zeno AA. Iustiniano P. U. [2]) — Ad similitudinem sexaginta quatuor advocatorum fori amplissimae praetorianae praefecturae quindecim tantum ex foro tuae magnitudinis, qui in praesenti gradus primos obtinent, post fisci videlicet patronum [3]), eisdem privilegiis nostrae mansuetudinis beneficio perfruantur, quibus fisci patroni liberique eorum muniuntur. Dat. XVII. Kal. April. Constantinop. Leone iuniore A. Cons. [474.]

17. [b]) Imp. Zeno A. [4]) Paulo, P. P. per Illyricum. — Iubemus, advocationem fori [5]) tui culminis centum quinquaginta [6]), sicut antea constitutum fuerat, advocatis [7]) concludi, eundemque numerum, quoties vel professionis fine, vel morte, vel quocunque fuerit casu imminutus, electione magnificae tuae sedis impleri, ita ut in praesenti quidem, et hinc usque ad biennium, ad impletionem supra definiti numeri [8]) subrogandi sine ulla cohortalis aut cuiuslibet deterioris conditionis quaestione succedant; salva videlicet adversus eos apparitoribus [9]), si qua competit, actione, quam certum est, postquam fisci patronatum officio impleto exierint [10]), evanescere. Post lapsum vero biennium [11] foro tuae magnificae potestatis inseri postulantes non aliter, nisi sub gestorum confectione minime eos cohortali conditioni subiacere patefactum fuerit, admittantur. §. 1. Cuncta sane privilegia, quae magnificae per Orientem praefecturae advocatis ex divinis retro principum, seu inclytae recordationis Leonis, vel nostris sanctionibus indulta sunt, tuae quoque gloriosissimae sedis causidicis absque ulla discretione [12]) competere, per hanc in aeternum valituram legem sancimus. Dat. VI. Kal. Ian. Constantinop. Decio et Longino Conss. [486.]

18. [b]) *Epitome graec. const. ex Bas.*
Οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ τοῖς ἐν τάξει οὖσι δικολόγοις, εἰ μὴ μόνον ὁ τῶν πραιτωρίων ἔπαρχος.

18. *Nullus mulctae dictionem habeat in advocatos, qui intra numerum sunt, praeter ipsum praefectum praetorio.*

19. [c]) *Epitome graec. const. ex Bas.*
Δίκη οὐχ ὑπερτίθεται, κἂν μὴ εὑρεθῶσιν ἐν αὐτῇ τρεῖς συνήγοροι· δύο γὰρ ἀρκοῦσιν.

19. *Lis non protrahitur, licet in ea non reperiantur tres advocati; duo enim sufficiunt.*

[Tit. VIII.
DE ADVOCATIS DIVERSORUM IUDICUM [13]).]

1. [d]) [20.] Imp. Anastasius A. Eusebio, Magistro officiorum. — Suggestionem viri illustris, comitis rerum privatarum [14]), et proconsulis [15]) Asiae duximus admittendam, per quam nostrae serenitatis auribus intimavit, fori sui advocatos communi petitione magnopere postulasse, ut, postquam advocationis deponerint officium [16]), dignitate quadam nostra liberalitate potiantur. Iubemus [17]) itaque post depositum, ut dictum est, praefatum officium, unumquemque eorum, qui in praesenti sunt vel postea matriculis eorum pro tempore fuerint inserti, clarissimi primi [18]) ordinis comitis perfrui dignitate, quatenus et tempore quietis fructum praeteritorum laborum consequantur, proque fide atque industria erga clientes suos comprobata a [19]) privatae conditionis hominum multitudine segregati, clarissimis merito connumerentur. Dat. II. Kal Ian. Constantinop. Anastasio A. II. Cons. [497.]

2. [21.] Idem A. Thomae, P. P. per Illyricum. — Advocatos amplissimae tuae sedis, qui pro tempore ad fisci patroni gradum et officium provehuntur, una cum liberis iam natis vel postea procreandis ab omni cohortalis [20]) seu cuiuslibet deterioris conditionis vinculo immunes ac liberos cum patrimonio suo conservari decernimus [21]), quum constet, hoc iampridem tam advocatis amplissimae praetorianae per Orientem, quam magnificae urbicariae praefecturae sacris [22]) constitutionibus esse indultum, et non dubium sit, non tantum eas, sed etiam sublimissimae tuae sedis germanas esse potestates. Dat. XII. Kal. Decembr. Patricio et Hypatio Conss. [500.]

3. [22.

---

[a]) *Bas. VIII.* 1. 28. — [b]) *Excidisse hoc loco graecam const., vel etiam plures, indicant ms. Bg., mss. Cont. et ms. Auredani apud Char. Duarum const. epitomas ex Bas. VIII.* 1. 29. *et* 30. *restituit Cuiac. in Obss. XIII.* 2., *voluit autem, ut l.* 17. *et* 18. *hoc tit. essent. Secuti eum sunt Char. Cont.* 76. *Pac. Sp. Bk., ita tamen, ut omnes praeter Cont.* 76. *leges illas restitutas l.* 18. *et* 19. *hoc tit. facerent; quos equidem sequor, plus tribuens codicum testimonio, quam auctoritati Cuiacii.* — [c]) *Cfr. not. b. ad l.* 18. *hoc tit.* — [d]) *Bas. VIII.* 1. 31. *Haec l. cum omnibus, huic tit. subiici solitis, abest a ms. Pl.* 1.

[1]) patronatus *ms. Bg., Hal.*; patronus *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [2]) P. U. *absunt ab ed. Nbg.*; pp *mss. Cas. Pl.* 2. *Sed de Praef. Urbi eiusque foro in hac lege agi, maxime docet argumenti expositio, quae in Bas. loc. cit. continetur.* — [3]) patronatum *ms. Bg.* — [4]) Id. āā *mss. Cas. Pl.* 2., *ed. Nbg.*; Id. ā et c *ms. Bg.* — [5]) fori *abest a mss. Pl.* 2. *Gt.* — [6]) in quinquag. *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.*; quinquaginta *ed. Schf., utrumque omisso* centum; in centum quinquaginta *ms Bg.* — [7]) advocatos *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [8]) ad pleniorem supra definiti numeri *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; ad pleniorem supra definitum numerum *Hal.* — [9]) apparitionibus *mss. Bg. Bg., Hal., var. l. gl.* — [10]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; exierunt *Hal. Bk.*; exegerunt *Russ. Cont.* 62.; exegerint *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [11]) triennium *legere mavult Cont.* 71. *in marg. propter l.* 7. *tit. prox.* — [12]) discrepatione *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [13]) *haec rubr. deest in mss. Pist. Cas. Pl.* 1., *in codd., quorum testimonia allegantur a Russ. Cont. Char., apud Hal. et Cont.* 76., *et falso eam interiectam esse apparet ex permultis Graecorum interpretum allegationibus. Legitur eadem in mss. Pl.* 2. *Gt. Bg., in hoc tamen ita, ut linea perducta notetur, apud Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char et rell.* — [14]) privatarum *abest a mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [15]) proconsule *ms. Bg.* — [16]) officia *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [17]) eos *inserunt mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; *post* itaque *ponunt* eos *edd. Nbg. Hal.* — [18]) primi *abest a mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Schf. Hal.*; principis *ms. Bg.*; ἀξίᾳ κωμήτων πρώτου τάγματος *Bas.* — [19]) a *abest a ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Hal* — [20]) cohortali *Hal. Russ. Cont.* 62. — [21]) praecipimus *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [22]) hoc iam pridem advocatis ampliss. praetorianae praefecturae sacris *Hal. in textu, correctum in not.*; hoc pridem tam advocatis ampliss. praetor. praefect sacris *ed. Nbg., quae saepissime fons est Haloandrinae lectionis.*

3. [22.] [a]) Idem A. Constantino P. P. — Iubemus, pro tempore primatem advocatorum fori viri illustris, comitis Orientis, per biennium fisci patroni fungi officio, et solatia sibi communi consensu deputata per idem biennium consequi, hoc quoque [1]) transacto professionem advocationis deponere; consortio videlicet eorundem advocatorum ad quadraginta tantum viros redigendo, ita ut, si qui superflui sunt iam [2]) eidem consortio sociati, de advocationis officio minime reiiciantur, nemine alio eis adiiciendo, ne [3]) quadraginta virorum numerum advocatorum consortium excedere contingat. §. 1. Ad haec eos, qui, prout statutum est, fisci patroni deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro se, quam pro iugali sua, et socero et socru, nec non genero et nuru, liberisque propriis, colonis et servis ad se pertinentibus advocationis [4]) fungi officio. §. 2. Nec aediculas eorum metatorum onere [5]) molestari, si [6]) tamen in una tantummodo suaque domo singuli [7]) talem praerogativam sibi vindicare maluerint. §. 3. Pro sportulis praeterea modum, quem notitia nobis [8]) porrecta declarat, tam pro his, quam pro colonis et eorum [9]) servis custodiri, neminique praeberi licentiam eundem modum circa sportularum exactionem contra eos excedendi. §. 4. Nec de cetero [10]) quemquam, antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur [11]) inhaesisse, supradicto consortio sociari. §. 5. Et filios advocatorum, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorum, qui fisci patronatum deposuerint, superstitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi, eique gratis et sine sumtibus sociari, si et ipsi, prout dispositum est, solito tempore legum doctrinam meruerint [12]). §. 6. Ut autem his, qui fisci patroni officium adepti sunt vel fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte praeventis prospiciatur, tam ad heredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum vocatus sit [13]), solatia eius transire hisque servari, quam ipsos, qui fisci patronatum iam deposuerunt vel postea deposuerint [14]), minime cuiuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere, nisi speciali auctoritate nostra, molestari, et in provincia incusandos, per sententiam viri spectabilis, comitis Orientis, utpote competentis iudicis, conveniri atque litigare decernimus. Dat. Kal. Iul. Constantinop. Sabiniano et Theodoro Conss. [505.]

4. [23.] [b]) Idem A. Eustathio [15]) P. P. — Laudabile vitaeque hominum necessarium advocationis officium maxime principalibus praemiis oportet remunerari. §. 1. Ideoque iubemus, viros clarissimos, fisci pro tempore patronos fori tuae celsitudinis, solemni die festivitatis Kalendarum Iannariarum ipsius tantummodo anni, per quem tale peragunt officium, inter spectabiles sacri nostri consistorii comites divina nostrae serenitatis manu puncti consequi solatia [16]). §. 2. Et postquam tale deposuerint officium, si quidem filios ingenuos habeant, eos clarissimorum notariorum inseri consortio, tribunorum sacras solitas epistolas sine quadam suffragii solutione percepturos. §. 3. Et si quis, per sententiam sublimitatis tuae monitus, super agnito debito vel agnita causa, quae ingeritur ei, confessionem exponere paratus sit, eam non arbitro delegato, sed tunc temporis fisci patronis vel alterutri eorum, si alter adesse non possit, pro more tamen solito sub actorum testificatione intimari [17]). §. 4. Quotiesque de nuptiis quis sine dotalibus instrumentis mutuo contrahendi matrimonium animo celebratis super affectu suo, liberis ex huiusmodi coniugio iam extantibus vel necdum procreatis, legitimis allegationibus uti maluerit, eas apud eosdem pro tempore fisci patronos vel alterutrum eorum [18]), ut dictum est, gestis intervenientibus commendari, ita videlicet, ut iuri cognitae allegationes [19]) absentibus personis, si quae competunt, serventur intactae. §. 5. His insuper, quicunque apud viros gloriosos, pro tempore consules, mancipia sua libertate donare voluerint, antelatos [20]) fisci patronos ad easdem libertates peragendas propriam advocationis vocem accommodare; §. 6. aliis nihilominus privilegiis, quae iam pridem memoratis vel fisci patronis, vel adhuc advocationis pro tempore peragentibus officium togatis diversis modis indulta sunt, ex hac etiam sanctione nostra in sua stabilitate duraturis. Dat. XII. Kal. Decemb. Constantinop. Areobindo [21]) et Messala Conss. [506.]

5. [24.] [c]) Idem A. Sergio P. P. [22]) — Petitiones virorum disertissimorum, fori praesidialis secundae Syriae provinciae advocatorum, cum competenti moderatione censuimus admittendas, et iubemus, pro tempore [23]) primatem eorum per biennium fisci patroni fungi officio, et solatia sibi communi consensu [24]) deputata per idem biennium consequi, hocque [25]) transacto professionem advocationis deponere; consortio videlicet eorundem advocatorum ad triginta tantummodo viros redigendo, ita ut, si qui superflui sunt iam eidem consortio sociati, de advocationis officio minime reiiciantur, nemine alio eis adiiciendo, ne [26]) triginta virorum numerum advocatorum excedere consortium contingat. §. 1. Ad haec eos, qui, prout statutum est, fisci patroni deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro se, quam pro iugali sua, et socero [27]) et socru [28]), nec non genero et nuru, liberisque propriis, colonis et servis ad se pertinentibus advocationis fungi officio. §. 2. Nec aediculas eorum metatorum nomine [29]) molestari, si tamen [30]) in una tantummodo suaque domo singuli [31]) talem praerogativam sibi vindicare maluerint. §. 3. Pro sportulis praeterea modum, quem notitia nobis [32]) porrecta declarat, tam

---

[a]) *Bas. VIII.* 1. 32. *Haec lex iisdem fere verbis repetitur in l.* 5. *hoc tit. Nostra const. pro advocatis comitis Orientis, altera pro advocatis in foro praesidis secundae Syriae emissa fuit.* — [b]) *Bas. VIII.* 1. 33. — [c]) *cfr. not. a. ad l.* 3. *hoc tit*

[1]) *fortasse rectius* hocque; *cfr. l.* 5. *pr. hoc tit.* — [2]) iam *abest a ms. Bg.*; etiam *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [3]) donec *ms. Bg.* — [4]) advocantis *ms. Bg.* — [5]) honore *ms. Pl.* 2. — [6]) ut tamen *Hal.*; *consentiunt Schol. Bas. loc. cit.* ὥστε μέντοι. — [7]) singulari *mss. Bg. Gt.* — [8]) a nobis *edd. Nbg. Hal.*; ἡ ἐπιδοθεῖσα γνῶσις *Bas.* — [9]) colonis eorum et *ms. Bg.* — [10]) ceteris *ms. Bg.* — [11]) dinoscatur *ms. Bg.* — [12]) meruerint *abest a ms. Pl.* 2. — [13]) vocati sunt *alii teste Russ. in marg.* — [14]) vel postea deposuerint *absunt a mss. Pl.* 2. *Gt.* — [15]) Eustachio *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; Eustatio *Hal. Russ.*; *cfr. not.* 20. *ad l.* 7. *C. I.* 51. — [16]) puncti consequi solatium *ms. Bg., ed. Schf.*; functi consequi solatium *ms. Pl.* 2.; cunctos consequi solatium *ms. Gt.*; pacti cons. solatium *vel etiam* pacta cons. solatia *Cuiac. Obss. XIII.* 2., *qui loc. eod. et affert aliorum lect.* puncta *vel* punctos consequi solatia. *Sed vulgarem lect. tuentur Bas. eorumque schol., in quibus est:* ἐπήγαγεν ἡ διάταξις, τοὺς αὐτοῦ μόνου τοῦ ἐνιαυτοῦ φισκοσυνηγόρους, τοὺς ἐπὶ τὸ ὀφφίκιον τοῦτο διανύοντας, λαμβάνειν τὴν τοῦ punctu παραμυθίαν. *Cfr. etiam rell. Schol. ad Bas. loc. cit. ex ed. Heimbach.* — [17]) intimare *mss. Bg. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [18]) eorum *abest a mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Schf. Hal.* — [19]) in *inserunt Hal. Russ. Cont.* 62. — [20]) ante locos *ms. Pl.* 2. — [21]) Ariovinio *Hal. et rell. praeter Bk.* — [22]) P. P. *absunt ab edd. Nbg. Hal. Russ.* — [23]) pro tempore *absunt a ms. Bg.* — [24]) hoc in usu *inserunt Hal. Russ.* — [25]) hoc quoque *edd. Nbg. Hal. Russ.*; *cfr. l.* 3. *pr. hoc. tit.* — [26]) donec *ms. Bg., edd. Schf. Nbg., quod probat Cont. in marg.* — [27]) socio *ed. Schf.* — [28]) et socru *absunt ab ed. Nbg., Hal. in textu.* — [29]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ Cont.* 62.; onere *Cont.* 66. *et rell.* — [30]) sic tamen ut *ms. Gt.* — [31]) singulari *mss. Bg. Gt.*; singularem *ms. Pl.* 2., *a quo autem abest* talem. — [32]) a nobis *ms. Bg., Hal.*

tam pro his, quam pro colonis, et eorum servis custodiri, neminique praeberi [1]) licentiam eundem modum circa sportularum exactionem contra eos excedendi. §. 4. Nec de cetero quemquam, antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhaesisse, supradicto consortio sociari. §. 5. Et filios advocatorum, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorum, qui fisci patronatum deposuerint, superstitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi, eique gratis et sine sumtibus sociari, si et ipsi, prout dispositum est, solito tempore legum doctrinam meruerint [2]). §. 6. Ut autem his, qui fisci patroni officium adepti sunt vel fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte praeventis prospiciatur, tam ad heredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum vocatus sit, solatia eius transire hisque servari, quam ipsos, qui fisci patronatum iam deposuerunt vel postea deposuerint, minime cuiuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere, nisi speciali auctoritate nostra, molestari, et in provincia incusandos per sententiam viri clarissimi, provinciam, in qua degunt, moderantis, utpote competentis iudicis, conveniri atque litigare decernimus. Dat. Kal. Decemb. Anastasio A. IV. [3]) et Agapito [4]) Conss. [517.]

6. [25.] Imp. Iustinus A. Marino [5]) P. P. — Restituendae sunt clarissimis eloquentiae luminibus sexaginta auri librae, quas sub imperio Zenonis divae memoriae pedaneis deputatas arbitris [6]), nec non fideiussorum vires aestimantibus, tamen auferendas credidit praeparca [7]) posterioris subtilitas principis, ut iam liberalitate nostri numinis viri clarissimi, fisci patroni, praefatam [8]) auri summam sine fraude annis singulis consequantur, ab amplissima tua sede pari lance in utrumque dividendam. Nam universis redditur, quod pro voto omnium primatibus indulgetur. §. 1. Sacras insuper epistolas, quibus approbantur viri clarissimi, tribuni praetoriani et notarii, non unius tantum nomine, sed alterius quoque utrius [9]) praestandas perspicimus, sive suos filios, sive alios quosdam duxerint illustrandos. §. 2. Ad haec altiore beneficio codicillos, quibus illustris honoratur dignitas, consequantur, quos unius solum nomine eisdem viris facundissimis daturos nos pollicemur, profuturos scilicet alteri eorum altero concedente [10]), seu qui ex provinciis suis, vel ex amicis voluerint, in provinciis tamen degentibus. §. 3. Licentiam eis praeterea faciimus binos homines singulis annis itidem offerendi, nostram adoraturos purpuram, statutis inserendos [11]) praesentialibus [12]) domesticis, unum equitum, alterum scholae peditum, in vacantem eorum locum, qui diem functi sunt [13]), nullo [14]), dum superesunt [15]), de militia venumdanda pacto cum eis interposito, quorum eiusmodi conventiones intersunt, ita tamen, uti idem viri facundissimi, quum offerendos [16]) eosdem crediderint homines, bina solidorum pro singulis millia, nihilque amplius, noverint dependenda viris magnificis, comitibus dicatissimorum [17]) domesticorum, id est equitum quidem pro eo, qui inter equites meriturus [18]) est, peditum autem pro eo, qui inter pedites inserendus est; solitis videlicet statim stipendiis nec non etiam ceteris solatiis iisdem tironibus deputandis sine quolibet alio dispendio. §. 4. Aliis etiam privilegiis potiantur, quae diversis temporibus consecuti sunt sive per augustos apices, sive [19]) dispositiones et sententias amplissimae tuae sedis. Nam qui nobis digni iudicati sunt, hi multo magis in anterioribus quoque [20]) sunt adiuvandi. Dat. Kal. Decembr. Constantinop. ipso A. et Entherico Conss. [519.]

7. [26.] [a]) Idem A. Theodoro P. U. [21]) — Per hanc legem decernimus, ne, antequam in octoginta tantum [22]) virorum numerum fori tui culminis togatorum collegium deductum fuerit, adspirare quis qualibet arte concedatur aut possit, nisi vel eorum filii, qui triginta priorum [23]) obtinent numerum, facundiae studiis [24]) eruditi, gratis videlicet et sine ullo suffragio, aut fortasse exteri, non ultra duos per annos singulos, facundia et ipsi conspicui taxati fuerint; nullo deinceps, postquam in octoginta virorum numerum redacti fuerint, superare qualibet rursus ambitione vel astutia quantitatem ausuro. §. 1. Interdicenda quoque cunctis licentia praevertendi progressus seriem, quam ipsius temporis ordo suppeditat, et, ut in mercatorum contractibus, loca permutandi, et adhuc tirones iam interesse veteribus. §. 2. Hoc etiam pronuntiandum censemus, ne quis ex his in aliis degat regionibus, relicta observatione glorificae tuae sedis. Noverint etenim, qui post nomen impetratum patroni litium ultra trium annorum spatium ex sacratissima hac urbe morandum duxerint nec nuncupationem [25]) togati, nec privilegia virorum huiusmodi concedenda sibi, ut ne [26]) repetitis ex industria praedictae sedis auctoritatibus protrahantur aut multiplicentur [27]) peregrinationis excursus [28]) §. 3. Quorum omnium si quid vel minimum quocunque tempore fuerit violatum, viginti primates eiusdem ordinis, et qui pro tempore sollicitudinem ab actis in amplitudinis tuae gerent officio, adiutores etiam eorum denis singuli [29]) libris auri ferientur, quod adversus imperialia consulta serenitatis nostrae tendentibus non statim obiecerint intercessionem legis praesentis, aut [non restiterint, et omnino non prohibuerint, ne quid tentetur [30]) contrarium, quum nec in administratores sublimissimae tuae sedis, si non intente custodierint disposita salutaria, et, ut non temerentur, prospexerint, poena deerit decem auri librarum. §. 4. Sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fisci patronis [31]) fori tuae celsitudinis ad exemplum priorum temporum ex arca tui iudicii consulatur [32]), ne post decursum [33]) oelerem [34]) advocationis et labores gloriosos egeni ex-

[a]) *Bas. VIII.* 1. 34.

[1]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Bk.*; praebere *Char. Pac. Sp.* — [2]) meruerant *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [3]) *ita cum Bk. corrigendum propter sequens Agapiti nomen*; Anatolio *Hal. et rell.*; *cfr. l.* 6. *C. V.* 27., *eidem Sergio inscripta.* — [4]) Agapeto *Bk.* — [5]) Matrono *ms. Cas.*; Marono *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*; Amarino *ms. Vat.*; Mariniano *Cont. in marg.* — [6]) deputatis arbitris *mss. Bg. Pl.* 2.; deputatis arbitriis *Russ. in marg.* — [7]) parca *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; parta *ms. Bg.*; pro parte *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [8]) praefati *ms. Pl.* 2. — [9]) unius *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [10]) succedente *ms. Bg.*, *ed. Nbg.* — [11]) inferendos *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [12]) praesentalibus *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; praesentibus *ed. Nbg.* — [13]) qui defuncti sunt *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *Hal.* — [14]) nulli *edd. Schf. Hal.* — [15]) supererat *ms. Bg.*, *ed. Schf.*; superant *edd. Nbg. Hal.*; sperant *ms. Pl.* 2. — [16]) auferendos *ms. Pl.* 2. — [17]) dicatorum *ms. Gt.* — [18]) meritus *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [19]) *mss. Pl.* 2 *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; per *inserunt Russ. et rell.* — [20]) legibus *inserere alios monet Cont.* 62. *in marg.* — [21]) P. P. *nostra mss. et edd.*; P. U. *tamen recte legi, monuit Cont.* 62. *in marg. ex veter. libr.*, *et docuit ex Bas. Cuiac. Obss. XIII.* 1. — [22]) tantum *abest a ms. Bg.* — [23]) annorum priorum *Russ. in marg.*; *sed* παῖδες τῶν πρώτων τριάκοντα *Bas.* — [24]) facundia et studiis *ms. Pl.* 2., *Hal.*; facundi et studiis *ed. Schf.*; facundiae et stipendiis *ed. Nbg.* — [25]) nuncupatione *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*; *haud vero in omnibus ita, uti Russ. in marg. male monet.* — [26]) nec *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [27]) *ed. Schf.*; multiplicetur *mss. et edd. rell.*; *nostram tamen lect. multo commodiorem etiam Schol. Bas. loc. cit.* ἐπεκτείνεσθαι — ἤτοι πολυπλασιάζεσθαι τῆς ἀποδημίας οἱ χρόνοι οὐ δύνανται. — [28]) excessus *ms. Pl* 2. — [29]) singulis *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [30]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; tentaretur *Hal. et rell.* — [31]) patronus *mss. Bg. Pl.* 2. — [32]) consolatur *ms. Bg.* — [33]) discursum *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [34]) celebrem *ms. Bg.*, *ed. Schf.*, *quod probat Russ. in marg*

exeant [1]), non, ut saepe contingit, incerto die praestentur, sed quum ad [2]) medium iter pervenerint patrociniirerum fiscalium, id est Kalendis Octobribus per annos singulos, sine cunctatione solventur. §. 5. Quicquid insuper privilegiorum retro principum sacris affatibus vel auctoritate tribunalis [3]), cuius interest, huic eidem ordini datum [4]) ostenditur, inviolatum servari. §. 6. Quumque lite quisquam eorum pulsatus fuerit, seu civilis causae certamine [5]), aut criminalis quaestionis obtentu, hic vel in provinciis, quum per concessum tempus eorum adesse [6]) quemquam evenit, nullas executores sportulas assequi, nec qui controversiis movendis inserviunt, aut excipiendo, seu praeparando [7]), vel officio quolibet alio, quocunque nomine sumtum exigendum censemus. Dat. Id. Februar. Constantinop. Iustino A. II. [8]) et Opilione Conss. [524.] [a])

8. [27.] Idem A. Archelao P. P. — Nemo, excepta Menandri fisci patroni persona, speret de cetero permutationum saltibus superiore gradu captato fruitorum se beneficiis, quae patronis aerarii, seu dum officium exhibent causis fiscalibus, aut post impletum [9]) agmen impertita monstrantur. Dat. XII. Kal. Septemb. Iustino A. II. [10]) et Opilione Conss. [524.] [b])

9. [28.] [c]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — De constitutione divinae recordationis Iustini, patris nostri, super togatis amplissimae tuae sedis prolata, Illyriciani [11]) advocati postulaverunt a nobis, eis clarum fieri, si locum etiam circa eos possit habere, sive cum commeatu, sive sine commeatu iudicio eiusdem sublimitatis [12]) abfuerint. Sancimus itaque, talem legem generaliter etiam in persona eorum valere [13]), ut, si quis sine commeatu ultra continuum biennium abfuerit, vel cum commeatu ultra quinquennium, de matricula penitus aboleatur; nulla licentia ei danda gradum suum vindicare, nec iterum viris disertissimis togatis eiusdem sedis assistere. Perfruantur igitur advocati eiusdem sublimitatis hac nostra generali sanctione.

Tit. IX. [VIII.]

DE ADVOCATIS [14]) FISCI. [d])

1. [e]) Imp. Antoninus A. Claudio. — Quum te fisci causam agitasse proponas, quamvis te salarium percepisse neges, tamen placitis acquiesce. Eos enim, qui causam fisci egissent, prohibitum est adversus fiscum patrocinium praestare. PP. XIII. Kal. Ianuar. Antonino A. IV. et Balbino [15]) Conss. [213.]

2. [f]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Frequentio. — Potes [16]) auctoribus nobis adversus fiscum quoque patrocinium exhibere privatis, dum eam scilicet causam, quam tu, quum fisci advocatus fueras, forte tractasti, suscipere declines. PP. VI. Kal. Mart. Valeriano II. et Gallieno AA. Conss. [254.]

3. [g]) Imp. Constantinus A. Aeliano, Proconsuli Africae [17]). — Fisci advocatus poenam [18]) metuens caveat, ne fiscalia commoda occultet, neve ullo [19]) negotio exsistente fisci nomine privatis audeat calumnias commovere. Dat. VI. Id. [20]) Novemb. Treviris [21]), Constantino A. III. et Licinio III. [22]) Conss. [313.]

4. [h]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [23]) AAA. ad Ammianum, Comitem rerum privatarum. — Rationales, privatae rei causis vel sacri aerarii [24]) praesidentes, examen praesente fisci advocato [25]) suscipiant. PP. XVII. [26]) Kal. Ianuar. Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

Tit. X. [IX.]

DE ERRORE ADVOCATORUM VEL LIBELLOS SEU PRECES CONCIPIENTIUM [27]).

1. [i]) Imp. Alexander A. Aureliae. — Ea, quae advocati praesentibus his, quorum causae aguntur, allegant, perinde habenda sunt, ac si ab ipsis dominis litium proferantur. PP. Kal. Mart. Albino et Maximo Conss. [28]) [227.]

2. [k]) Imp. Gordianus A. Rogato, militi. — Errores eorum, qui desideria, id est preces [29]), scribunt, veritati praeiudicium afferre non posse, manifestum est. Et ideo si condemnationem, cuius mentionem libello insertam esse proponis, manifeste probare potes non intercessisse, allegationes tuas laedi non oportere, is, qui super negotio disceptaturus est, non ignorat [30]). PP. X. Kal. Iul. Pio et Pontiano Conss. [238.]

3. [l]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Ulpiae. — Sententiis finita negotia rescriptis revocari non oportet. Nec enim quae constituta sunt, id est ut advocatorum error litigatoribus non no-

---

[a]) *Graecam const. hic excidisse monent Aut. August.* (*Coll. p.* 118. *vers. lat.*) *Russ. Cont.* 71. *Char. Pac.; quam lacunam post l.* 8. *hoc tit.* Nemo *commemorant ms. Bg., Cont.* 62. 66. 76., *Cuiac. Obss. XIII.* 2. *Subsidia restituendae legis deperditae adhuc non suppetunt.* — [b]) *Cfr. not. a. ad l.* 8. *hoc tit.* — [c]) *Bas. VIII.* 1. 35. — [d]) *Cfr. not. b. ad rubr. tit. C. II.* 7. — [e]) *Bas. VIII.* 1. 36. — [f]) *Decret. Grat. c.* 2. *C.* 3. *q.* 7.; *Bas. VIII.* 1. 37. *In ms. Pl.* 2. *haec lex cum antecedente in unam conflata est.* — [g]) *l.* 1. *Th. C. de advocato fisci. X.* 15.; *Bas. VIII.* 1. 38. — [h]) *l.* 41. *Th. C. de appellat. et poen. XI.* 30.; *Bas. VIII.* 1. 39. — [i]) *Bas. VIII.* 1. 40. — [k]) *Bas. VIII.* 1. 41. — [l]) *Bas. VIII.* 1. 42.

[1]) egenus exeat *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [2]) ad *abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [3]) tribunali *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.; verum* his *additum in ms. Pl.* 2., is *in ed. Nbg.* — [4]) huic eidem ordinatum *mss. Bg. Gt., ed. Schf.* — [5]) certaminis *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [6]) deesse *ms. Pl.* 2. — [7]) separando *mss. Pl.* 2. *Gt.;* praeparandum, *ut et antea* excipiendum, *ed. Schf.* — [8]) Iustiniano *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* De crebra nominum *Iustini et Iustiniani commixtione eiusque causis v. Relandi Fast. Consul. p.* 691. — [9]) expletum *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [10]) Iustiniano *Hal. et rell. praeter Sp. Bk.* — [11]) Illyricani *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [12]) *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.;* tuae *inserunt Russ. et rell.; sed* τῆς αὐτῆς ὑψηλότητος *Schol. Bas. loc. cit.* — [13]) valere *abest a ms. Pl.* 2.; tenere *mss. Bg. Gt., ed. Schf.* — [14]) advocatione *ms. Bg.* — [15]) II. *inserit Bk.* — [16]) potest *et postea* exhiberi *ms. Pl.* 1. — [17]) P. U. Africae *Russ. Cont.* 62.; promissario aphricano *ed. Nbg. Addunt Russ. et rell. ex Theod. C.* Post alia, *quae verba a nostris mss. et edd. princ. constanter absunt.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed Schf., Theod. C.;* poenas *edd. Nbg. Hal. et rell.;* τιμωρίαν *Schol. Bas. loc. cit.* — [19]) nullo *mss. Pl.* 1. *Bg., in utroque serius emendatum in* ullo, *Theod. C.* — [20]) D. VII. Id. *Hal.* — [21]) Tyberiade *Hal.;* Treum. *Pac.;* Triumvir. *Sp.* — [22]) *Ita hanc subscr. emendat Iac. Gothofr. in not. g. ad l.* 1. *Th. C. cit., quod proxime accedit ad Haloandri lect.* Constant. A. III. et Licinio Caes. III.; Constantino A. IV. et Licinio IV. *Russ. Cont.* 62.; Const. A. IV. et Lic. Caes. IV. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Const. A. IV. et Lic. A. IV. *Bk.* — [23]) Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius *Bk., qui sequitur emendat. Iac. Gothofr. in not. b. ad l.* 41. *Th. C. cit., sed obstant omnia nostra mss. et ipse Theod. C.* — [24]) *mss. Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Bk., Theod. C.;* sacris aerariis *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Russ. et rell.;* καὶ ἐπὶ ταῖς ἰδιαῖς τῶν τοῦ βασιλέως πραγμάτων αἰτίαις, καὶ ἐπὶ ταῖς τοῦ ταμείου *Bas.* — [25]) advocatione *Theod. C.* — [26]) D. XIV. *Hal. Russ.* — [27]) confitentium *ms. Vat.;* conficientium *ms. Bg.* — [28]) PP. K. mar. albino et m̄ css. *mss. Pist. Paris.* — [29]) et preces *Hal.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.;* ignorabit *edd. Nbg. Hal. et rell.; sed* ἀγνοεῖ *Schol. Bas. loc. cit.*

noceat, tibi etiam opitulari possunt, quum te praesentem [1]) neque causae palam ex continenti, id est triduo proximo, contradixisse, neque post sententiam appellationis remedio, si tibi haec displicebant, usam esse [2]) proponas. Dat. VI. Kal. Septembr. Viminatii, Caess. Conss. [294 — 305.]

Tit. XI. [X.]

UT QUAE DESUNT ADVOCATIS [3]) PARTIUM [4]), IUDEX SUPPLEAT.

1. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [5]) ad Honoratum. — Non dubitandum est, indicem [6]), si quid a litigatoribus vel ab his, qui negotiis assistunt, minus fuerit dictum, id supplere, et proferre, quod sciat legibus et iuri publico convenire. S. XVI. Kal. Mart. Diocletiano V. et Maximiano IV. AA. Conss. [7]) [293.]

Tit. XII. [XI.]

[b]) EX QUIBUS CAUSIS [8]) INFAMIA [9]) IRROGATUR.

1. [c]) Imp. Severus A. [10]) Manilio. — Infamiae detrimentum minime tibi affertur ob id solum, quod in carcerem coniectus es, vel vincula tibi iussu legitimi iudicis iniecta sunt. PP. sine die et consule [11]).

2. [d]) Idem A. [12]) Venerio. — Neque furti, neque vi bonorum raptorum, neque peculatus damnatus intelligi potest, qui, quum plus debito [13]) nomine tributorum [14]) exegisset, in duplum a praeside condemnatus est. PP. V. Id. Ianuar. Laterano et Rufino Conss. [197.]

3. [e]) Idem A. [15]) ad Metrodorum. — Etsi severior sententia dici debuit, tamen, quum proconsul vir clarissimus certis rationibus motus mitiorem sententiam dixerit, et ordine decurionum te biennio abstinere insserit [16]), transacto tempore non esse te in numero infaminm, palam est eo, quod post biennium remisisse tibi prohibitionem decurionatus index videtur. PP. X. Kal. Iannar. Laterano et Rufino Conss. [197.]

4. [f]) Impp. Severus et Antoninus AA. [17]) Venustiano. — Si Posidonium, in tempus anni relegatum, secundum [18]) sententiam non excessisse proconsulis probaveris, quinque annis exilio temporali damnandum, inter infames haberi non oportet, quoniam sententiae severitas cum ceteris damnis transigere videatur [19]). PP. VI. Kal. Mart. Saturnino et Gallo Conss. [198.]

5. Iidem AA. Ambrosio. — Decuriones quidem, item filios decurionum fustibus castigari prohibitum est; verum si iniuriam te fecisse proconsul vir clarissimus pronuntiavit [20]), ignominia notatus es. PP. Kal. Iul. Saturnino et Gallo Conss. [198.]

6. [g]) Iidem AA. Iusto. — Ad tempus in opus publicum dati [21]) pristinum quidem statum retinent, sed damno infamiae post impletum tempus subiiciuntur. PP. VII. Id. Decemb. Geta et Plautiano Conss. [203.]

7. [h]) Iidem AA. [22]) Demetrio. — Nemo ob id, quod bonis paternis se abstinuit, infamis est. PP. V. Id. Iannar. Antonino A. et Geta utrisque II. [23]) Conss. [205.]

8. [i]) Iidem AA. [24]) Ulpiae. — Si furti condemnata es, citra verbera quoque fustium famae damnum subiisti. Quodsi res furtiva, quam alter surripuit, apud te ignorantem comperta est [25]), non laesit existimationem tuam durior sententia. PP. X. Kal. Mart. [26]) Antonino A. et Geta utrisque II. [27]) Conss. [205.]

9. [k]) Iidem AA. [28]) Laeto. — Neminem sequitur infamia ob defensa [29]) publica [30]) negotia patriae suae. PP. XII. Kal. Mart. Antonino A. et Geta utrisque III. [31]) Conss. [208.]

10. [l]) Iidem AA. [32]) Severo. — Iniuriarum ex persona quoque servi damnatus infamia notatur. PP. VI. Kal. Aug. Iisdem Conss. [208.]

11. [m]) Imp. Alexander A. Herennio. — Debitores

---

[a]) *Bas. VIII.* 1. 43. — [b]) *Dig. III.* 2. — [c]) *l.* 1. *Greg. C. de postul. I.* 1.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 114.; *Bas. XXI.* 3. 1. *T. II. p.* 634. — *Sch. a. T. II. p.* 641. — [d]) *Bas. XXI.* 3. 2. — *Sch. b.* — [e]) *Bas. XXI.* 3. 3. — *Sch. c — e. T. II. p.* 643. — [f]) *Bas. XXI.* 3. 4. *T. II. p.* 635. — *Sch. f — h. T. II. p.* 644. — [g]) *Decret. Grat. c.* 2. *C.* 3. *q.* 7.; *Bas. XXI.* 3. 5. — *Sch. i — l. T. II. p.* 645. *In ms. Pl.* 1. *haec est legum series: sexta est l.* 8. Si furti, *septima l.* 6. Ad tempus, *octava l.* 11. Debitores, *nona l.* 14. Nullam, *decima l.* 9. Neminem, *undecima l.* 10. Iniuriarum, *l. duodec. et dec. tertia cum nostro ordine congruunt. l. dec. quarta est l.* 15. Decreto, *l. dec. quinta est l.* 7. Nemo. — [h]) *Bas. XXI.* 3. 6. — *Sch. m. T. II. p.* 646. — [i]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 114.; *Bas. XXI.* 3. 7. *T. II. p.* 636. — *Sch. n.* — [k]) *Bas. XXI.* 3. 8. — *Sch. o. In ms. Bg. h. l. post l.* 10. *legitur.* — [l]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 114.; *Bas. XXI.* 3. 9. — *Sch. p.* — [m]) *Bas. XXI.* 3. 10. — *Sch. q — s. T. II. p.* 647.

[1]) *ms. Pl.* 2. *et ante recent. emendat. etiam Pl.* 1., *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; praesente *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [2]) usum esse *edd. Schf. Nbg.*; usam se esse *Russ.*; usam *omisso* esse *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [3]) advocationi *mss. Pist. Vat. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [4]) vel partibus *ms. Pl.* 1. — [5]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1.; et CC. *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. omnes.* — [6]) iudici *ms. Bg.*, *ed. Nbg.* — [7]) Dat. XVI. K. mar diocl. et max VIII ãs css. *mss. Pist. Paris.* — [8]) De causis ex quibus *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *Hal.*; Quibus ex causis alicui *ms. Bg.* — [9]) alicui *inserunt mss. Pist. Pl.* 1. — [10]) *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *Hal. in textu, Coll. Ans. ded.*; Impp. Severus et Antoninus AA. *Hal. in not.*, *Russ. et rell.*, *ac male quidem et contra codd. testimonia. Inde enim ab a.* 198. *incipit coniunctum Severi et Antonini imperium, ita ut demum l.* 4. *hoc tit. utrique huic imp. inscripta esse possit; idque firmatur mssis. Cfr. not.* 17. *ad l.* 4. *hoc tit.* — [11]) PP. sine die et consule *absunt a Greg. C., Coll. Ans. ded.* — [12]) *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; et cc addunt *mss. Cas. Pl.* 1., et c *mss. Pl.* 2. *Bg.*; Idem et Antoninus AA. *Hal. in textu*; Iidem AA. *Hal. in not.*, *Russ. et rell.* — [13]) debiti *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Rg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 380.); debitorum *Russ. et rell.*; *sed* ὀνόματι δημοσίων *Bas.* — [15]) *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Iidem AA. *Hal. et rell.* — [16]) ex *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Rg.*, *ed. Schf.*; παρελθόντος τοῦ χρόνου *Bas.* — [17]) *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; Iidem AA. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 10. *ad l.* 1. *hoc tit.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; μὴ ἐξεληλυθέναι κατὰ τὴν ἀπόφασιν *Bas.*; secundum *omittunt Hal. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*; videtur *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [20]) pronuntiaverit *Russ. et postea rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Hal. in not.*; damnati *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*, *Russ. et rell.*; *sed* ἐμβληθείς *Bas.* — [22]) Imp. Antoninus A. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [23]) Antonino A. II. et Geta Caes. *Bk.* — [24]) Idem A. *mss. Vat. Bg.*, *ed. Nbg.* — [25]) concepta *quidam veteres legisse videntur Cont. in marg.* — [26]) XV. Kal. mart. *ms. Pist.* — [27]) Geta II. *omisso* Antonino A. et *ms. Pist.*; Ant. A. II. et Geta Caes. *Bk.* — [28]) Idem A. *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [29]) ob non defensa *male edd. Nbg. Hal*, *var. l. gl.*; *etiam Bas.* ἐκ τοῦ διεκδικεῖν τὰ — πράγματα. *Ipse Hal. negationem alias deesse, in marg. monet.* — [30]) publica *abest a ms. Bg.* — [31]) Antonino A. III. et Geta Caes. II. *Bk.* — [32]) Idem A. *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *Coll Ans. ded.*

bitores [1]) qui bonis cesserint, licet ex ea causa bona eorum venierint, infames non fiunt. PP. X. Kal. Maias Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

12. [a]) Idem A. Donato. — Si te expilasse hereditatem sententia praesidis constiterit, non ex eo, quod non et alia poena tibi irrogata est, furti [2]) improbioris infamiam evitasti. PP. Kal. Iul. Iuliano II. et Crispino [3]) Conss. [224.]

13. [b]) Idem A. Iuventio. — Ea, quae pater testamento suo filios increpans scripsit, infames quidem filios iure non faciunt, sed apud bonos et graves opinionem eius, qui patri displicuit, onerant. XIII. Kal. Novemb. ipso A. III. et Dione [4]) Conss. [229.]

14. [c]) Imp. Gordianus A. Iovino. — Nullam existimationis infamiam avunculus tuus pertimescat, ictibus [5]) fustium subiectus ob crimen habita quaestione [6]), si sententia non praecessit ignominiae maculam irrogans. Dat. Kal. [7]) Sept. Pio et Pontiano Conss. [238.]

15. [d]) Idem A. Sulpitiae. — Decreto amplissimi ordinis luctu foeminarum deminuto, tristior habitus ceteraque hoc genus [8]) insignia mulieribus remittuntur, non etiam intra tempus, quo [9]) elugere maritum moris est, matrimonium contrahere permittitur, quum etiam, si nuptias alias intra hoc tempus secuta est, tam ea, quam is, qui sciens eam duxit uxorem, etiam si miles sit, perpetuo edicto labem pudoris contrahat. PP. XVII. Kal. Iul. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

16. [e]) Idem A. Domitiano. — Fustibus caesum, cui per praeconem ita dictum est: *κατηγορίαν ἄνευ δικαίας τινὸς ὑποστάσεως, οὕτως ἀγενῆς ὑπάρχων μὴ ἐνίστασο* [10]) [*ne sis adeo vilis, ut sine iusta causa accusationem instituas.*] ut [11]) calumniatorem videri notatum, ideoque esse [12]) famosum, manifestum est. PP. III. Kal. Aug. Sabino [13]) et Venusto Conss. [240.]

17. [f]) Idem A. ad Magnum. — Verbum precibus insertum potius verecundiam onerare, quam ullam existimationis maculam videtur aspergere. Etenim quum non causa cognita dictum est *συκοφαντεῖς* [14]), sed ad postulatum patroni interlocutione iudicis responsum sit, nequaquam hoc infamiam irrogat [15]). PP. VIII. Kal. Octob. Attico et Praetextato Conss. [242.]

18. [g]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. [16]) Antiocho. — Non damnatos quidem duntaxat iniuriae, sed pactos quoque perpetuum [17]) edictum infamat. Verum pactos eos demum, qui ullos adversariis nummos pro mala conscientia ex transactione numerassent, in hac causa placuit intelligi. Caeterum simplex eius rei gratia [18]) integram paciscenti [19]) existimationem illibatamque conservat. Quodsi iureiurando decisa contentio sit, nemo dubitaverit, quin religionem absolutio iudicantis sequatur. PP. XIV. Kal. Ian. Seculare II. et Donato Conss. [260.]

19. [h]) Impp. Carinus [20]) et Numerianus AA. Aristocrati. — Interlocutio praesidis, quae indicta [21]) est, infamem eum, de quo quaeris [22]), fecisse non videtur, quum non specialiter ob iniuriam vel admissam vim condemnatus sit; sed ita praesidis verbis gravatus est [23]) et admonitus, ut ad melioris vitae frugem se reformet. PP. XVII. Kal. Febr. Carino II et Numeriano AA. Conss. [284.]

20. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [24]) Fortunato. — Improbum foenus exercentibus et usuras usurarum illicite exigentibus infamiae macula irroganda est. PP. XVI. Kal. Mart. [25]) ipsis IV. et III. AA. Conss. [26]) [290.]

21. [k]) Idem AA. [27]) Statio. — Si fratres tui, minores duntaxat aetate, in ludicrae artis ostentatione [28]) spectaculum sui populo praebuerunt, inviolatam existimationem obtinent. Dat. V. Kal. Septembr. ipsis AA. [29]) Conss. [290 — 304.]

22. [l]) Idem AA. et CC. Domitiano. — Fidem rumpens societatis cum infamiae periculo, suo nomine pro socio conventus, ad faciendum satis urgetur. Dat VI. [30]) Id. Decemb. [31]) Nicomediae, Caess. Conss [294 — 305.]

TIT. XIII.

---

[a]) *Bas. XXI.* 3. 11. *T. II. p.* 637. — *Sch. t. u.* — [b]) *Bas. XXII.* 3. 12. — *Sch. x. T. II. p.* 648. — [c]) *l.* 2. *Greg. C. de postul. I.* 1.; *Bas. XXI.* 3. 13. *T. II. p.* 638. — *Sch. y. z.* — [d]) *Bas. XXI.* 3. 14. — *Sch. a. b. T. II. p.* 649. — [e]) *Bas. XXI.* 3. 15. — *Sch. c. d.* — [f]) *Bas. XXI.* 3. 16. *T. II. p.* 639. — *Sch e. f. T. II. p.* 650. — [g]) *Bas. XXI.* 3. 17. — *Sch. g — k.* — [h]) *Bas. XXI.* 3. 18. *T. II. p.* 640. — *Sch. T. II. p.* 654. — [i]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 50.; *Bas. XXI.* 3. 19. — *Sch. m. n.* — [k]) *Bas. XXI.* 3. 20. *T. II. p.* 641. — *Sch. o.* — [l]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 114.; *Bas. XXI.* 3. 21. — *Sch. p. q.*

[1]) creditores *ms. Pl.* 2.; debitores *abfuit ante recent. emendat. a ms. Bg.*, *abest ab Hal.* — [2]) furis *Hal.* — [3]) pp III K. iuliano II. et chrispino *ms. Pist.* — [4]) *ita emendandum censui ex magna const. copia, quae in hoc Cod. ad eundem consulatum referuntur;* Dionysio *Hal. et rell.*, *quod perfacile ex* Dione II. *oriri potuit.* — [5]) ictui *ms. Bg.*, *Hal.* — [6]) *hic est verbor. ordo in mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; ob crimen quaest. hab. *rell.*; *absunt haec vv. a Greg. C.* — [7]) PP. VI. Kal. *Greg. C.* — [8]) huius generis *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *etiam ms. Pl.* 1. *ex recent. emendat.*; huiusmodi generis *ed. Schf.* — [9]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; eis *vel* iis *vel* his *inserunt ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [10]) *haec vv. ex Bas. restituit Cuiac. Obss. XIII.* 3., *quem secutus est Cont.* 76.; *ea autem lecta olim in Cod. fuisse*, *docent mss. Cas. et Bg.*, *ex quibus ms. Cas. illa verba tam clare exhibet, ut sine ulla difficultate legi possint; prorsus absunt ea vv. a mss. Pl.* 1. *Bg.*; sicofantis *ms. Pl.* 2.; grece sycophantis *ed. Schf.*; συκοφάντης *ed. Nbg.*; ἐσυκοφάντησας *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac. Sp. Bk.*, *quod ex lege seq. huc repetitum esse videtur.* — [11]) ut *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Hal.* — [12]) videri *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [13]) II. *inserit Bk.*, *nescio an recte*, *quum et addito numero*, *et sine eo hic Sabini consulatus in Cod. saepe obveniat.* — [14]) *Hal. Cont.* 62. 76., *Bas.*, *Cuiac. Obss. XIII.* 3., *cum qua lect. magis conveniunt graeci verbi vestigia in mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg. dd. Nbg. Schf.*; ἐσυκοφάντησας *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) irrogavit *ms. Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62. 76. — [16]) Id. ā *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg. Mendosa haec inscr. videtur tam propter illa mssorum testimonia, quam propterea, quod a.* 260. *Valerianus non amplius regnavit. Mihi videtur aut* Idem A. *inscribendum et emendanda subscr.*, *aut* Imp. Gallienus A. *et servanda subscr.* — [17]) in perpetuum *ms. Gt.* — [18]) simplex rei gratia *Hal.*; simplex eius rei gratia pactio *Russ. in marg.*, *deleto verbo* pacti, *quod statim sequitur. In mss. Pl.* 1. *Bg. vetus scriptura erasa et illa nova*, *quam in textu servavi*, *supposita est.* — [19]) *ita in ms. Bg. lineae superscriptum*; pacti *mss. et edd.*; *cfr. not. praecedens.* — [20]) Impp. Carus *mss. Cas. Pl.* 1. 2.; Impp. Car *ms. Vat.*; Imppp. Carus, Carinus *Hal. in textu et similiter ed. Nbg.* — [21]) dicta *Hal.*; indita *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 683.); precibus indulta *Russ. in marg.* — [22]) quereris *mss. Pl.* 1. 2. *Bg Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; *sed* ζητεῖς *Bas.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; est *abest ab Hal. et rell.* — [24]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *Hal. Bk.*, *Coll. Ans. ded.*; et CC. *addunt ms. Bg.*, *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [25]) *ms. Pist.*, *Coll. Ans. ded.*; S. XVII. Kal. Mart. *Hal. et rell.* — [26]) *ms. Pist.*; *similiter Coll. Ans. ded.* ipsis VI et III āā conss.; ipsis AA. et Conss. *Hal. et rell.*, *nisi quod Bk. omittit* et. — [27]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *Hal. Bk.*; et CC. *addunt ms. Bg.* (*cui in hoc additamento*, *quod fere in omnibus inscriptt. occurrit*, *nihil tribui potest*), *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [28]) ostensione *Hal.* — [29]) et *inserunt Hal. et rell. praeter Bk.* — [30]) S. VI. *ms. Pist.*; *reliquam subscr. idem ms. confirmat.* — [31]) VI. Idus Dec. *ex subscr. habet Coll. Ans. ded.*

Tit. XIII. [XII.]

[a]) DE PROCURATORIBUS.

1. [b]) Divus Pius [1]) Severo. — Cautio ratihabitionis tunc exigitur a procuratore [2]), quoties incertum est, an ei negotium mandatum sit. PP. IV. Id. Octobr. Gallicano et Vetere [3]) Conss. [150.]

2. [c]) Divi Fratres Sextiliae. — Quum rem pecuniariam esse dicas, potes per maritum tuum, solemnibus impletis, appellationi adversariae tuae respondere, quum appellationes pecuniariae etiam per procuratores exerceri ab utraque parte litigantium possint. Accepta VIII. Kal. Aug. Ipsis Conss. [4]) [161.]

3. [d]) Impp. Severus et Antoninus AA. Pomponio. — Eum, qui res agit heredum, a quibus tibi deberi fideicommissum dicis, evoca ad [5]) praetorem, virum clarissimum, qui aut tibi respondere cogetur, aut ab administratione negotiorum secundum formam iurisdictionis prohibebitur. Deliberabit autem praetor, si non defendantur heredes [6]), an mittere te in possessionem debeat, secutus [7]) iurisdictionem, quae exerceri adversus indefensos solet. PP. X. Kal. Septemb. Chilone et Libone Conss. [204.]

4. [e]) Idem AA. Saturnino. — Quia absente te iudicatum dicis, aequum est, tibi restitui causae defensionem. Nec oberit tibi, quod uxor tua interfuit iudicio, aut etiam acquievit sententiae, quum aliena negotia per mulieres non aliter agi possint, nisi in rem suam et proprium lucrum mandatae sint eis actiones. PP. prid. Non. Ian. Apro [8]) et Maximo Conss. [207.]

5. [f]) Imp. Antoninus A. Pancratiae. — Actionem ei, qui absentis nomine agere vult, si non eum defendat, denegari oportere, iam edicto perpetuo expressum est. IV. Kal. Mart. duobus [9]) Aspris Conss. [212.]

6. [g]) Imp. Alexander A. [10]) Martiano. — Reum criminis constitutum defensionem causae suscipere non posse, antequam purgarit [11]) innocentiam suam, incognitum non est. VI. Kal. Mart. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

7. [h]) Idem A. Macrino. — Militem nec pro patre, vel matre, vel [12]) uxore, nec [13]) ex sacro rescripto procuratorio nomine experiri oportet, quum neque defensionem alienam suscipere, vel redimere negotia, vel quasi suffragatorem [14]) accedere, utilitate publica permittatur. PP. VIII. Id. Mart. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

8. [i]) Idem A. Mansueto. — Quod quis sibi debitum exigere tibi mandavit, ante litis contestationem tu alii petendum mandare non potes. PP. [15]) VIII. Kal. Septembr. [16]) Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

9. [k]) Idem A. Aufidio. — Qui stipendia merentur [17]), suis negotiis superesse inoffensa disciplina possunt; nec potest dici, eum, qui honesta et verecunda praecedente causa mandatas sibi actiones exercuerit, alieno negotio fungi, quum, licet contentio ex persona alterius bona fide sumatur, hunc tamen rem suam gerere non ambigatur. Quod militibus meis interdici, non modo absurdum, verum etiam iniquum est. — Sine die et consule.

10. [l]) Idem A. Castriciae [18]). — Si procurator ad unam speciem constitutus officium mandati egressus est, id, quod gessit, nullum domino praeiudicium facere potuit. Quodsi plenam potestatem agendi habuit, rem iudicatam [19]) rescindi non oportet, quum, si quid fraude vel dolo egerit, convenire eum more iudiciorum non prohibearis. PP. III. Kal. Mart. Albino et Maximo Conss. [20]) [227.]

11. [m]) Idem A. Sebastiano. — Neque tutores, neque curatores ex sua persona in rem [21]) pupilli vel adolescentis procuratorem facere possunt, sed actorem constituere debent. Pupillus autem vel pupilla, adultus vel adulta tam ad agendum quam ad defendendum, tutore seu curatore interveniente, procuratorem ordinare possunt. Ipsi etiam tutores et curatores post litis contestationem a se factam, ad exemplum procuratorum, qui litem contestati sunt, dare procuratores non prohibentur. PP. [22]) prid. Id. Maii Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.]

12. [n]) Idem A. Frontino [23]). — Exigendi a filio tuo mandati, qui se defensioni tuae offerebat, duplici ratione necessitas non fuit, aut quod defendere quis, sive libertus sive extraneus sit [24]), sine mandato potest (satisdatione tamen pro defensione praestita et alia procul dubio observatione subiecta), aut quod filius, etiamsi ultro actionem patris nomine dirigat, mandatum probare non cogitur. Sane quod necdum legitimam aetatem idem filius tuus compleverat [25]), ob hoc quidem depellere a procurationis officio eum iudex non iniuste potuit; sed multo iustius fuit, vel [26]) huiusmodi defensorem audire, quam absentem [27]) quasi contumacem et indefensum gravi condemnatione afficere. V. Kal. Octobr. Agricola et Clementino Conss. [230.]

13. [o]) Imp. Gordianus A. Luciano, militi. — Ita demum super lite persequenda, quam tibi mater man-

---

[a]) *Dig. III.* 3. — [b]) *Bas. VIII.* 2. 75. — [c]) *Bas. VIII.* 2. 76. — [d]) *Bas. VIII.* 2. 77. — [e]) *Bas. VIII.* 2. 78. — [f]) *Bas. VIII.* 2. 80. — [g]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 115.; *Bas. VIII.* 2. 79. — [h]) *Bas. VIII.* 2. 81. *Ex hac l. nonnulla manarunt in l.* 6. *Th. C. de cognitor. II.* 12. — [i]) *Bas. VIII.* 2. 82. — [k]) *Bas. VIII.* 2. 83. — [l]) *Bas. VIII.* 2. 84. — [m]) *gemina lex est l.* 1. *C. de actore V.* 61.; *Bas. VIII.* 2. 85. — [n]) *Bas. VIII.* 2. 86. — [o]) *Bas. VIII.* 2. 87.

[1]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; Idem E *ms. Pl.* 1.; Divus Antoninus Pius A. *Hal. et rell.* — [2]) a procuratore *absunt ab Hal.*; *sed* παρὰ τοῦ ἐντολέως *Bas.* — [3]) Venusto *Hal. et rell. praeter Bk.*; *subscr. tota in ms. Pist. haec est:* III acc id oct. Gallico et ven'tio css. — [4]) *Hal.*; ipsis IV. et III. AA. *Russ.* (*qui hanc, ut et alias subscr., habet ex ed. Cod. Miraeana d. a.* 1553.) *et rell. praeter Bk.*; ipsis III. et II. AA. *Bk.* — [5]) apud *mss. Pl.* 1. 2. — [6]) si ipse eos non defendat heredes *ms. Pl.* 2. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Hal.*; secuturus *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed* ἀκολουθήσας *Schol. Bas. loc. cit.* — [8]) ian. aprl *ms. Pist., quod reliquam subscr. tuetur.* — [9]) *et inserunt Hal. et rell. praeter Bk.* — [10]) id. E *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg., coll. Ans. ded.*; id. aā *mss. Pl.* 1. *Fortasse* Iidem AA. *scribendum, et omnis lex anteponenda legi* 5., *qui ordo magis conveniret cum Bas.* — [11]) *Coll. Ans. ded.*; purgaret *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf.*; purget *Hal. et rell.*; πρὶν καθάρῃ ἑαυτόν *Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; etiam *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [13]) nec *abest a ms. Pl.* 2.; vel *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.* — [14]) suffragator *Hal.* — [15]) PP. *abest ab Hal.*; *sed est in ms. Pist.* — [16]) pp K. S. *ms. Pist., quod reliquam subscr. confirmat.* — [17]) merent *ms. Pl.* 1. — [18]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; Castiae *Hal. et rell.* — [19]) res iudicatas *Hal.*; τὸ πρᾶγμα τὸ κριθέν *Schol. Bas. loc. cit.* — [20]) pp. III K. septb Albino css. *ms. Pist.* — [21]) in re *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.*; *sed* τὸ ἐν ῥέμ *Schol. Bas. loc. cit.* — [22]) PP. *abest ab Hal.*, *sed est in ms. Pist., quod firmat nostram subscr., sed nomina cons. ita refert* alex III et dicione. — [23]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Frontoni *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) sit *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., omnia mss. Russ.*; compleverit *Hal. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd Nbg. Schf.*; vel *abest ab Hal. et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Hal.*; quam te abs. *edd. Nbg. Russ. et rell.*; ἤπερ ἀπόντα *Schol. Bas. loc. cit.*

mandavit, actionem intentare [1]) potes [2]), si, quum primum [3]) litem contestareris, non est tibi eo nomine opposita praescriptio militiae; quod nec, quum appellatio agitur, tibi obiici potest. Nam si integra res est, ratio [4]) perpetui edicti acceptam tibi non permittit alieno nomine actionem intendere. III. Id. Ianuar. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

14. [a]) Idem A. Sabiniano. — Non eo minus sententia adversus te lata iuris ratione subsistit, quod adversaria tua, minor viginti quinque annis constituta, causam suam marito sine curatore agendam mandavit. Minoribus etenim [5]) aetas in damnis subvenire, non in [6]) rebus prospere gestis obesse consuevit. [7]) III. Non. Octobr. Gordiano A. II. et Pompeiano [8]) Conss. [241.]

15. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Cornificio [9]). — Litem te redemisse contra bonos mores, precibus manifeste professus es; quum procurationem quidem suscipere (quod officium gratuitum esse debet) non sit res illicita, huiusmodi autem officia non sine reprehensione suscipiuntur. PP. III. Non. April. AA. Conss. [10]) [287 — 293.]

16. [c]) Idem AA. et CC. [11]) Paconiae. — Procuratorem vel actorem praedii, si non specialiter distrahendi mandatum accepit, ius rerum dominium [12]) vendendi non habere, certum ac manifestum est. Unde si non ex voluntate domini vendentibus his fundum comparasti, pervides [13]), improbum tuum desiderium esse, dominium ex huiusmodi emtione tibi concedi desiderantis [14]). S. Non. April. Byzantii, AA. [15]) Conss. [287 — 293.]

17. [d]) Idem AA. et CC. Mardonio. — Invitus procurationem suscipere nemo cogitur, nec eandem ultra, nisi provocationis causa, extendere. Sed nec defensionem absentis subire compellitur, quum fidem susceptam implere sufficiat. PP. Non. Iun. Philippopoli, Diocletiano V. et Maximiano IV. AA. Conss. [16]) [293.]

18. [e]) Idem AA. et CC. Dionysiae. — Aliena suscipere defensionem virile est officium, et ultra sexum muliebrem esse constat. Filio itaque tuo, si pupillus est, tutorem pete. S. XIV. Kal. [17]) Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

19. [f]) Idem AA. et CC. [18]) Firmo. — Si pretium quidem actoribus alienis [19]), fundum vel servum citra mandatum [20]) tibi distrahentibus, dedisti, et neque praecessisse neque secuta contractum domini declaretur voluntas, in rem autem eius idem pretium [21]) processisse [22]) provinciae praeses causa cognita perspexerit, hoc tibi restitui inhibit. S. [23]) prid. Id. Mart. [24]) Caess. Conss. [294 — 305.]

20. [g]) Idem AA. et CC. [25]) ad Verrinum, praesidem [26]) Syriae [27]). — Nihil arbitramur interesse, utrum ab initio, an coepta [28]) iam lite negotium ad personam procuratoris transitum fecerit. Dat. X. Kal. Octobr. Demesse* Caess. Conss. [294 — 305.]

21. [h]) Imp. Constantinus A. ad Concilium provinciae Africae. — Maritus citra mandatum in rebus uxoris cum solemni satisdatione et alia observatione intercedendi liberam habeat facultatem, ne feminae persequendae litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant, et [29]) conventibus virorum vel iudiciis interesse cogantur. Sin autem mandatum susceperit, licet maritus sit, id solum exsequi debet, quod procuratio emissa praescripserit. PP. III. Id. [30]) Mart. Adrumeti, Constantino A. IV. et Licinio IV. Conss. [31]) [315.]

22. [i]) Idem A. [32]) ad Bassum P. U. [33]) — Procuratoribus institutis et post contestatam litem dominis effectis, hi, qui mandaverant, non habeant facultatem negotia persequendi, nisi capitales inimicitiae, vel morbus, vel alia necessaria causa intercesserit: tunc enim etiam [34]) invitis his transferri lis potest. Dat. XIII. Kal. Iul. Constantino A. V. et Licinio Caes. Conss. [35]) [319.]

23. [k]) Imp. Iulianus A. Secundo P. P. — Nulla dubitatio est, post causam in iudicio agitatam [36]), utpote dominum litis procuratorem effectum, etiam post excessum eius, qui agendam vel defendendam litem man-

---

[a]) *Bas. VIII.* 2. 88. — [b]) *Bas. VIII.* 2. 89. — [c]) *Bas. VIII.* 2. 90. — [d]) *Bas. VIII.* 2. 91. — [e]) *Bas. VIII.* 2. 92. — [f]) *Vatic. fragm.* §. 338., *qui locus valde mutilus num revera cum nostra const. conveniat, dici vix potest*; *Bas. VIII.* 2. 93. — [g]) *Bas. VIII.* 2. 94. — [h]) *Bas. VIII.* 2. 95. *Ultima pars huius const. desumta ex l.* 4. *Th. C. de cognitor. II.* 12. — [i]) *Bas. VIII.* 2. 96. — [k]) *l.* 1. *Th. C. de cognitor. II.* 12.; *Bas. VIII.* 2. 97.

[1]) intendere *mss. Pl.* 1. 2. — [2]) possis *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; posses *mss. Pl.* 1. *Gt.*; *sed* δύνασαι *Schol. Bas. loc. cit.* — [3]) primo *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [4]) exceptio *Russ. in marg.*; *verum Schol. Bas. etiam* ὁ λογισμός. — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal. Russ. Cont.* 62.; enim *edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [6]) in *abest a Cont.* 66. *et postea rell. praeter Sp. Bk.* — [7]) *Hal.*, *ms. Pist.*; PP. *inserunt Russ. et postea rell.* — [8]) CC. *inserunt Hal. et rell. praeter Bk.*, *sed et abest a ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [9]) *inscr. abest a ms. Pl.* 2.; *a ms. Vat. absunt* et CC. — [10]) *ita ms. Pist.*, *cuius fidem hic magis sequendam duxi, quam Haloandri, qui cum rell. habet* S. III. Non. April CC. Conss. *Nam Caesares anno demum* 294. *primo suo consulatu fungebantur, et ut nostra const. et l.* 16. *seq. ante a.* 294. *emissa esse censeatur, sundet dies et consul in l.* 17. *hoc tit. Caeterum si in inscr. recte additum est et CC., nostra const. non potest non pertinere ad a.* 293. — [11]) et CC. *absunt a ms. Vat.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Bk.*; domini *Hal.*; dominii *ms. Bg.* (*ex recent. emendat.*), *Russ. et rell.* — [13]) provides *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [14]) desideranti *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Hal. in textu*, *sed* desiderantis *idem in not.* — [15]) *ms. Pist.*; CC. *Hal. et rell. Valent etiam de hac subscr.*, *quae not.* 10. *ad l.* 15. *hoc tit. monui.* — [16]) *hanc subscr.*, *quam habent Russ. et postea rell. praeter Bk.*, *tuetur ms. Pist.*; 8. VI. Non. Iul. Philippopoli, CC. Coss. *Hal.*; PP. Non. Iun. Philipp. Caess. Conss. *Bk.* — [17]) XII. Kal. *Hal.*; *sed nostram subscr. totam confirmat ms. Pist.* — [18]) Divi Diocletianus et Constantius *Vatic. fragm.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; alienum *Russ. et rell.*; *sed nostrae lect. magis favent Schol. Bas. loc. cit.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*; domini *inserunt edd. Nbg. Russ. et rell.*; *sed* ἀγρὸν ἢ τὸν δοῦλον χωρὶς μανδάτου πιπράσκουσι *Schol. Bas. loc. cit.* — [21]) id praecipuum *ms. Pl.* 1. — [22]) cessisse *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; *sed* προκεχωρηκέναι *Schol. Bas. loc. cit.* — [23]) *ms. Pist.*; 8. *abest ab Hal. et rell. Reliquam subscr. firmat ms. Pist.* — [24]) Nicomediae *inserunt Vatic. fragm.* — [25]) *mss. Pist. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *absunt ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) provinciae *inserit ms. Pl.* 2. — [27]) Coelesyriae *Cont. in marg.* — [28]) suscepta *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 385.). — [29]) ne *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; nec *ms. Pl.* 2., *Hal.* — [30]) Dat. IV. Id. *Hal. et rell.*; *sed. v. not. seq.* — [31]) Constantino A. et Licinio Caesare utrisque II. Conss. *Hal. et rell.*; *maiorem fidem meretur subscr. in ms. Pist.* pp III. id. Mar. Adrumeto const. a. IIII et licinio IIII css., *quae quam conveniat cum temporum ratione*, *lege ap. Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p. VI.* — [32]) Id. *ms. Pist. Pl.* 2. — [33]) P. U. *absunt a mss. Cas. Pl.* 1.; pp̄ *ms. Vat.* — [34]) etiam *abest a ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [35]) Constantino A. et Licinio Caes. II. utrisque Conss. *Hal. in textu*, *in notis* Caes. V. utrisque. *Nostra tamen et Bk. subscriptio, quae Haloandri sententiam rectius exprimit, concordat cum Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p XVI.* — [36]) publicatam *Theod. C*

mandaverat [1]), posse inchoatam causam [2]) iurgiumque finire, quippe quum et procuratorem posse eum instituere veteres [3]) iuris voluerunt [4]) conditores. Lecta II. Non. [5]) Febr. Iuliano A. IV. [6]) et Sallustio Conss. [363.]

24. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Pancratio P. U. [7]) — Licet in principio qnaestionis persona debet [8]) inqniri procuratoris, an ad agendum negotium mandatum a domino litis habeat, tamen si [9]) falsus procurator inveniatur, nec dici controversiae solent, nec potest esse iudicium. Dat. II. Kal. [10]) April. Constantinop. Antonio [11]) et Syagrio Conss. [382.]

25. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano P. P. — Quicunque praetorianae vel urbanae praefecturae sublime [12]) fastigium, vel magisterium militare, vel consistorianae comitivae insignia [13]) meruerit dignitatis [14]), vel proconsulare ius dixerit, aut vicarii fuerit administratione auflultus, si quod ab eo vel infertur iurgium vel refertur, procuratoris personam in negotii sui inra substituat. Quodsi quis sanctionis huius statuta transgressus iudiciis [15]) sese iurgaturus [16]) ingesserit [17]), careat eius litis sorte, cuius non per procuratorem exspectavit eventum. Index nihilominus, qui contra fecerit, noverit, a se viginti libras auri, [18]) ab officio quoque suo tantundem ponderis exigendum. Dat. XVIII. Kal. Octobr. [19]) Arcadio A. II. et Rufino Conss. [392.]

Authent. ut ab illustribus. (Nov. 71. cap. 1.) *Hoc ius stabit usque ad illustres solos; ceteri enim commune ius amplectuntur.*

26. [b]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Anthemio P. P. — In pecnniariis controversiis, etsi specialiter hoc praecepti vel sententiae minime designat auctoritas, passim unicuique, si tamen ita maluerit [20]), per procuratorem respondendi tribuimus facultatem, nisi forte quosdam, iustiores nonnunquam ob causas, vehementior [21]) maximi indicis vocabit auctoritas. Dat. prid. Id. Octobr. . . . [22]).

27. [c]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

[23]) *Ἡ διάταξις ἀπαγορεύει, δύο δικαστηρίων τὸν αὐτὸν εἶναι δημόσιον ἐντολέα, ἀλλὰ ἄλλους μὲν εἶναι ἐν τοῖς μεγίστοις δικαστηρίοις τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων τοὺς ἐντολέας, ἄλλους δὲ τοὺς τοῖς αὐτοῖς* [24]) *λογιωτάτοις διαιτηταῖς ὑπηρετουμένους ταῖς δίκαις· καὶ μήτε τὸν ἀρξάμενον τῆς δίκης ἐντολέα παρὰ τῷ διαιτητῇ, αὐτὸν περαιοῦν τὴν δίκην παρὰ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἄρχοντι, ἀλλὰ μετένταλμα γενέσθαι* [25]) *παρ' αὐτοῦ πρὸς* [26]) *τὸν ἐντολέα, τὸν τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἄρχοντι παρεδρεύοντα, μηδεμιᾶς* [27]) *δαπάνης ὡς ἐπὶ προβολῇ ἐντολέως γινομένης ἐπὶ τούτῳ τῷ μετεντάλματι, μηδὲ κοινῆς ἱκανοδοσίας διὰ τοῦτο τὸ μετένταλμα ἀπαιτουμένης· ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπὶ τῇ τῶν κριθησομένων ἐκπληρώσει ἱκανοδοσίαν, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ἀποδοχῇ ἀσφάλειαν οὕτως ἐξ ἀρχῆς ὑπαγορεύεσθαι, ὡς περιέχεσθαι αὐταῖς καὶ τὰ δαπανήματα τοῦ τοιούτου μετεντάλματος, ἵνα ὁ ἐγγυώμενος τὴν μίαν τούτων τῶν ἱκανοδοσιῶν ἐπερωτᾶται, ὅτι ὁμολογεῖ* [28]), *καὶ τοῦτον τὸν* [29]) *παρὰ τῷ διαιτητῇ ἐντολέα ἐπὶ τῇ τῶν κριθησομένων ἐκπληρώσει ἢ τῇ ἱκανοδοσίᾳ ἐγγεγυῆσθαι· καὶ εἰ συμβῇ ἐξ ἀναφορᾶς τοῦ διαιτητοῦ, ἢ ἀπὸ ἐκκλήτου διδομένης κατὰ τῆς αὐτοῦ ψήφου, μετενεχθῆναι τὴν δίκην εἰς τὸ μέγιστον δικαστήριον, οὐτινός ἐστιν ὁ διαιτητής, καὶ τὸν ἐκ μετεντάλματος μέλλοντα εἶναι ἐντολέα ἐν τῷ μεγίστῳ δικαστηρίῳ, κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἐγγεγύημαι. Ἐὰν γὰρ μὴ πάντα ταῦτα παραφυλαχθῇ* [30]), *εἰ μὲν ἑνὶ τῶν μεγίστων δικαστηρίων ἡ νο-*

27. *Constitutio prohibet, duorum iudiciorum unum eundemque publicum procuratorem esse, sed alios quidem esse in maximis iudiciis gloriosissimorum praesidum procuratores, alios vero qui eloquentissimis iudicibus pedaneis ministrent in litibus; ac neque cum procuratorem, qui causam agere coepit apud pedaneum iudicem, eundem terminare litem apud gloriosissimum praesidem, sed translationem mandati fieri ab ipso ad procuratorem, qui apud gloriosissimum praesidem assidet; nulla impensa pro permutatione procuratoris facienda in hac translatione, neque communi satisdatione pro hac translatione exigenda; sed et iudicatum solvi satisdationem, et de rato cautionem ita ab initio concipi, ut comprehendantur in his et expensae huius translationis, ut is, a quo exigitur alterutra harum satisdationum, interrogetur, ut spondeat se et hunc apud iudicem pedaneum procuratorem pro iudicatorum solutione aut satisdatione confirmare; et si contingat ex relatione iudicis, aut ex appellatione data contra ipsius sententiam, transferri causam ad maximum iudicium, cui subest iudex, etiam tum ex translatione futurum procuratorem in maximo iudicio, simili modo confirmaturum me spondeo. Nisi haec omnia observata fuerint, si quidem in maximo iudicio haec lex violata fuerit, competenti scrinio quinque auri libras persolvet poenam; si vero apud iudices haec lex praetermissa fuerit, exsecutor litis, qui assidet eloquentissimo iudici, unius auri librae ex-*

---

[a]) *l. 3. Th. C. de cognitor. XII. 1.; Consultatio III.; Bas. VIII. 2. 98.* — [b]) *Bas. VIII. 2. 99.* — [c]) *Graecae const. epitomen ex Bas. VIII. 2. 100. restituit Cuiac. Obss. XIII. 5., quem secuti sunt Char. Cont. 76. et rell. Varia lectio hausta ex collatione textus Cuiacíani cum eo, quem exhibet Heimbach. Praetered ex Schol. Thalelaei ad Bas. loc cit. duo supplementa possunt adiici, ex quibus alterum Πάλιν νομοθετεῖ tam legitur apud Bk. Ms. Bg. ad rubricam tit. seq. habet const. gca.*

[1]) eius, qui defensionem mandaverat *Theod. C.* — [2]) litem *Theod. C.* — [3]) *mss. Pl. 1. Gt., Hal., Theod. C.;* veteris *mss. Pl. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.* — [4]) *mss. Pl. 1. Bg., ed. Schf., Theod. C.;* voluerint *rell.* — [5]) Lecta apud acta pridie Non. *Theod. C.* — [6]) A. III. *Theod. C. ap. Iac. Gothofr. ex vitio typorum.* — [7]) pp *mss. Cas. Vat. Bg., ed. Nbg., Consultat.* — [8]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.;* debeat *edd. Nbg. Cont. 66. et rell.* — [9]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.;* tamen si *rell.* — [10]) prid. Non. *Theod. C., Consultat.* — [11]) *Hal. in not., Russ. Cont. 62. Bk., Theod. C., Consult.;* Anthemio *Hal. in textu;* Antonino *Cont. 66. et rell. In ms. Pist. haec subscr.* dd prīd id cāp arc cāp arc ā et probo c̄ css. C I; *cfr. not. 22. ad l. 26. hoc tit.* — [12]) sublimissimae *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.* — [13]) insignibus *mss. Pl. 1. 2. Gt., Hal.;* insign. *abest ab ed. Nbg.* — [14]) dignitates *mss. Pl. 1. 2. Gt., Hal.;* dignitatem *ed. Nbg.* — [15]) iudicii *Hal.* — [16]) iurgantium *ms. Bg.* — [17]) iniecerit *ms. Bg.* — [18]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.;* item *inserunt Hal. et rell.* — [19]) *in hoc die latere mendam, recte monet Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p. CXXXVII.; mense enim Septembr. non amplius regnavit Valentinianus, cuius tamen in hac edenda const. partes fuisse, communia persuadent mssorum testimonia.* — [20]) maluerint *mss. Pl. 1. 2. Gt.* — [21]) *ita emendanda corrupta lectio* vehementiores, *quae est in mss. et edd.; etenim ἡ σφοδρότερα — αὐθεντία Schol. Bas. loc. cit.; cfr. Heimbach. not. o. ad l. l.* — [22]) *haec lacunosa subscr. abest ab Hal.; data est const. intra a.* 405 — 407., *quum a.* 405. *Anthemius ad praefecturam pervenerit, et Arcadius medio a.* 408. *obierit. Fortasse subscr., quae in ms. Pist. ad l. 24. hoc tit. relata est (cfr. not. 11. ad leg. cit.), huc pertinet; quod si verum est, ut est verisimillimum, ita subscribe:* Dat. prid. Id. Octobr. Constantinop. Arcadio A. et Probo Conss. [406.] — [23]) *hanc esse const. Zenonis, suspicatur Cuiac. Obss. XIII. 5. i. f.; quae res fortasse movit Char. Pac. et Sp., ut legi inscriberent:* Imp. Zeno A. — [24]) αὐτοῖς *abest a Cuiac.* — [25]) γίνεσθαι *Cuiac.* — [26]) περὶ *Cuiac.* — [27]) μηδὲ μιᾶς *Cuiac., a quo et abest* ὡς, *quod seq.* — [28]) ὁμολογῶ *Cuiac.* — [29]) τὸν *abest a Cuiac.* — [30]) παραφυλαχθείη *Cuiac.*

νομοθεσία παραβαθείη, τῷ προσφόρῳ σκρινίῳ πέντε χρυσίου λιτρῶν καταθήσει ποινήν· εἰ δὲ παρὰ διαιτητοῖς ἡ νομοθεσία παραβαθείη, ὁ τῆς δίκης πληρωτής, ὁ προσεδρεύων τῷ λογιωτάτῳ διαιτητῇ, μιᾶς χρυσίου λίτρας ἀπαιτηθήσεται ποινήν· οἱ δὲ ἄλλοι δύο οἱ ἐκ τῶν τάξεων ἀφωρισμένοι τῷ διαιτητῇ ἤτοι αὐτῶν [1]) σχολῶν, δύο χρυσίου λιτρῶν ἀπαιτηθήσονται πρόστιμον· αὐτὸς δὲ ἐντολεύς, ἀφ' οὗ τι παραβαθείη, πληγαῖς σωφρονιζέσθω παρὰ τοῦ ἄρχοντος ἢ τοῦ διαιτητοῦ, κεκωλυμένος τοῦ λοιποῦ ἐντολεὺς ἐν δικαστηρίῳ δίδοσθαι [2]).

exigetur poenam; alii vero duo, qui ex officio sive ex scholis attributi sunt iudici, duarum auri librarum exigentur mulctam; ipse vero procurator, a quo quid peccatum fuerit, plagis castigetur a praeside vel iudice, interdictus in posterum procuratoris officio fungi in iudicio.

Supplementa eiusd. const. ex Schol. Thalelaei.

a) Πάλιν νομοθετεῖ, μηδέποτε τὸν αὐτὸν ἐντολέα δύο ἐνδοξοτάτοις ἄρχουσι παραμένειν ἤτοι προσεδρεύειν.

b) Ἡ διάταξις αὕτη κελεύει, ὥστε ἄνωθεν τὸν ἐγγυητὴν ῥητῶς ἐπερωτᾶσθαι, ἐν ᾧ μετεγγυᾶται, καὶ τὸν μετὰ τὴν ἔκκλητον μέλλοντα γίνεσθαι ἐκ τοῦ μετεντάλματος ἐγγυητήν [3]).

a) *Rursus sancit, ne umquam idem procurator apud duos gloriosissimos praesides litibus subministret vel assideat.*

b) *Ipsa constitutio praecipit, ut retro fideiussor solemniter interrogetur, quo simul caveat et pro fideiussore, qui post translationem futurus est.*

28. [a]) ***Epitome graec. const. ex Eustathio de tempor. interv.***

Ἐὰν ὁ ἐγγυητὴς τοῦ ἐντολέως μὴ ὁρίσῃ χρόνον, καὶ εἴπῃ τυχόν, ὅτι ἐγγυῶμαι αὐτόν, κἂν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται, καὶ συμβῇ τοῦτο γενέσθαι, ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν ἕτερον προβάλλεσθαι.

Ἐὰν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται ὁ ἐπὶ δίκῃ παρά τινος δοθεὶς ἐντολεύς, μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν τοῦ προτιθεμένου παρὰ τοῦ ἄρχοντος διατάγματος περὶ τοῦ προβληθῆναι ἄλλον, ἓξ μηνῶν ἔχει προθεσμίαν ὁ πρωτότυπος ἐν ἀπουσίᾳ ὤν, πόρρω διακειμένης ἐπαρχίας, εἰς τὸ ἕτερον προβάλλεσθαι, ἢ αὐτὸς παραγενέσθαι· εἰ γὰρ μή ἐστι μακράν, ἐκ τοῦ ἄρχοντος ῥίζεταί τις προθεσμία.

28. *Si fideiussor procuratoris non definierit tempus, et dixerit forte: ego fideiubeo pro ipso, licet aut mortuus fuerit, aut amplius non appareat, idque sic contigerit, intra viginti dies alius fideiussor dandus erit.*

Si moriatur aut alias non inveniatur is, qui ad litem ab aliquo datus est procurator, post vicesimum diem a iudiciali decreto, super alterius procuratoris datione interposito, sex mensium dilationem habebit principalis reus peregre degens in remota provincia, ut alium constituat aut ipse veniat; si enim non procul absit, tunc iudicis arbitrio dilatio definitur.

Tit. XIV. [XIII.]

NE LICEAT POTENTIORIBUS PATROCINIUM [4]) LITIGANTIBUS PRAESTARE VEL ACTIONES IN SE TRANSFERRE.

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [5]) Aristobolo salutem. — Divine admodum constituit divus Claudius consultissimus princeps, parens noster, ut iactura causae afficerentur hi, qui sibi potentiorum patrocinium advocassent, ut hoc proposito metu iudiciariae lites potius suo marte discurrerent, quam potentiorum domorum opibus niterentur. Quem palam est in tantum provincialium quaestionibus esse commotum, ut huius sanctionis rectores provinciarum custodes et contemtae [6]) rei vindices fecerit, scilicet ut in actores seu procuratores in subsidia negotiorum vel usurpatos gratia, vel redemtos severa sententia vindicarent. Quare quum intersit in universum [7]) omnium, et praecipue tenuiorum, qui saepe importunis potentium intercessionibus opprimuntur, inter litigatores audientiam tuam impertiri debebis. Nec metuas, ne praeindices clarissimis viris, quum divus Claudius huius rei rectorem provinciae disceptatorem, et, si res postularet, ultorem specialiter fecerit. Dat. IV. Id. Septembr. AA. [III. et II.] [8]) Conss. [9]) [287 — 304.]

2. [c]) Impp. Honorius [10]) et Theodosius AA. Ioanni P. P. [11]) — Si cuiuscunque modi actiones [12]) ad potentiorum [13]) fuerint delatae personas, debiti creditores iactura mulctentur. Aperta enim credentium [14]) videtur esse voracitas, qui alios actionum suarum redimunt [15]) exactores. Dat. V. Id. Iul. Ravennae [16]), Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss. [17]). [422.]

TIT. XV.

---

[a]) *Graecae const. argumentum refertur ab Eustathio (viginti dies n. 5. et sex menses n. 15.). Cuiacio monente restituta a Cont.* 66. (*Praetermiss. fol.* 12. 13.), *transiit in edd. Cont.* 71. *et rell.* — [b]) *Bas. VII.* 9. 1 — [c]) *l.* 1. *Th. C. de action. ad pot. transl. II.* 13.; *Bas. VII.* 9. 2.

[1]) ἐκ τῶν *Cuiac.* — [2]) γίνεσθαι *Cuiac.* — [3]) *fortasse legendum* ἐντολέα. — [4]) patrocinia *ms. Pl.* 1. — [5]) et cc *addunt mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; huius *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) universe *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; et universe *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [8]) *hos numeros pravos cum Bk. cancellis inclusi, etenim numquam Diocl. et Max. tertium et secundum suum consulatum simul administrarunt.* — [9]) dd. id iul ravnn honr ā XIII. et theod aā css. *ms. Pist.*, *subscriptione legis* 2. *seq. ad nostram const. ex errore transscripta. Fortasse etiam in inscriptione menda haeret et const. omnis ad seriorem aetatem referenda, quod ob affectatum et tumidum dicendi genus, quo haec const. laborat, facile aliquis censuerit.* — [10]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Bk.*; Imppp. Arcadius Honorius *Hal. et rell.* — [11]) Post alia *inserit Theod. C.* — [12]) cautiones *Theod. C., cum quo magis concordare videntur Bas.* ἐάν τις — εἰς ὄνομα δυνατοῦ προσώπου παρασκευάζῃ γίνεσθαι τὸ γραμματεῖον. — [13]) potentum *Theod. C.*, potentium *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [14]) credentium *post* voracitas *legitur in mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [15]) redimant *Theod. C.* — [16]) *Theod. C., Bk., ms. Pist.*; Ravennae *abest ab Hal. et rell.* — [17]) *Hal. in not., Bk., Theod C., et fere idem ms. Pist. in subscr. l.* 1. *hoc tit.* (*cfr not.* 9. *ad leg. cit.*); Honorio VII. et Theodosio II. AA. Coss. *Hal. in textu, Russ. et rell. Ms. Pist. huic legi* 2. *ita habet subscript.* d. id. iul. raven non a.

Tit. XV. [XIV.]

DE HIS, QUI POTENTIORUM NOMINE TITULOS PRAEDIIS AFFIGUNT, VEL EORUM NOMINA IN LITEM [1]) PRAETENDUNT.

1. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae P. P. — Animadvertimus, plurimos iniustarum desperatione causarum potentium titulos et clarissimae privilegia dignitatis his, a quibus in ius vocantur, opponere. At ne in fraudem legum adversariorumque terrorem his nominibus abutantur et titulis, qui huiusmodi dolo scientes conniveut [2]), afficiendi sunt publicae sententiae nota. Quodsi nullum hac in parte consensum praebuerint, ut libelli aut tituli eorum nominibus [3]) aedibus affigantur [4]) alienis, eatenus in eos, qui fecerint, vindicetur, ut affecti plumbo perpetuis metallorum suppliciis deputentur. Quisquis igitur lite pulsatus, quum ipse et rei sit possessor et iuris, et titulum illatae solemniter pulsationis exceperit, contradictoriis libellis aut titulis alterius nomen crediderit ingerendum [5]), eius possessionis aut causae, quam sub hac fraude aut retinere aut evitare tentaverit, amissione mulctetur, nec repetendae actionis, etiam si ei [6]) probabilis negotii merita suffragantur [7]), habeat facultatem. Eos sane, qui se sponte alienis litibus inseri patiuntur, quum his neque proprietas neque possessio competat [8]), veluti famae suae prodigos et calumniarum redemtores notari oportebit. Dat. XV. Kal. [9]) Decembr. Mediolani, Stilichone [10]) et Aureliano [11]) Conss. [400.]

Tit. XVI. [XV.]

UT NEMO PRIVATUS TITULOS [12]) PRAEDIIS SUIS VEL ALIENIS IMPONAT, VEL VELA REGALIA [13]) SUSPENDAT [14]).

1. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Flaviano [15]) P. P. — Regiae maiestatis est, ut nostrae tantum domus et patrimonia titulorum inscriptione legantur. Omnes igitur intelligant, publico iuri esse deputandum [16]) id, cui nomen dominicum praescribitur. Dat. III. Kal. Decemb. Ravennae, Basso et Philippo Conss. [408.]

2. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Florentium P. P. — Ne quis vela regia [17]) suspendere vel titulum audeat sine praeceptione iudicis competentis alienis rebus imponere, quas quocunque modo qualiscunque persona possideat, licet non dominus, licet iniustus possessor vel temerarius invasor, qui possidet, doceatur. Eum autem, qui hoc facere ausus fuerit, si plebeius est, ultimo subdi supplicio, si clarissimus, vel curialis, vel miles, vel clericus, proscribendum deportandumque, non solum civitate romana, sed etiam libertate [18]) privari censemus, exsecutoresque huius legis omnes iudices esse oportere. Deponendi autem vel frangendi titulos, vel etiam [19]) conscindendi vela non solum eis, ad quorum praeiudicium tale aliquid contra fas contraque leges committitur, sed omnibus, tam liberis quam servis, sine metu calumniae vel accusatione criminis licentiam ministramus, decernentes, iudices eorumque officia tricenis libris auri mulctari, si talem accusationem vel admittant, vel depositam scribi concedant. Dat. XV. Kal. [20]) Iul. Constantinop. [21]) Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [439.] [d])

Tit. XVII. [XVI.]

UT NEMINI LICEAT SINE IUDICIS AUCTORITATE SIGNA IMPRIMERE REBUS, QUAS ALIUS TENET [22]).

1. [e]) Imp. Probus A. Octavio. — Saepe rescriptum est, ante sententiam signa rebus, quas aliquis tenebat [23]), imprimi non oportere. Et ideo ea, rebus aut fructibus apud te constitutis illicite imposita, poteris ipse licite detrahere, ut amotis his causa, quae ex officio tibi infertur, terminetur. Dat. IV. Kal. Iul. Probo A. II. et Lupo Conss. [24]) [278.]

2. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [25]) Craugasio. — Rebus, quas alius detinet, imprimere signa nemini licet, etiam si suas vel obligatas sibi eas esse aliquis affirmet.

Tit. XVIII. [XVII.]

NE FISCUS VEL RESPUBLICA PROCURATIONEM [26]) ALICUI PATROCINII CAUSA [27]) IN LITE [28]) PRAESTET [29]).

1. [g]) Imp. Gordianus A. Legitimo et aliis. — Reipublicae iuribus [30]) adiuvari te, sub obtentu quantitatis, quam eidem reipublicae debes, contra iuris rationem desideras. PP. [31]) III. Id. Ianuar. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

2. Idem

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de his, qui potentior. II.* 14.; *Bas. VII.* 10. 1. — [b]) *Cognata est legi* 7. *Th. C. V.* 14., *quod et argumentum docet et subscr.* — [c]) *Bas. VII.* 11. 1. — [d]) *Tantum Cont.* 62. *graecae const. lacunam hic indicat.* — [e]) *Bas. VII.* 11. 2. — [f]) *Bas. VII.* 11. 3. — [g]) *Bas. VII.* 11. 4.

[1]) lite *ms. Cas.*, *ed Schf.*, *Theod. C. in rubr. tit. II.* 14. — [2]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal. Bk.*, *Theod. C.*; convenerint *ed. Nbg.*; conniverint *ms. Pl.* 1. *ex recent. emendat.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; vel *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Nbg.*, *Theod. C.*; affigerentur *Hal. et rell.* — [5]) inserendum *Theod. C.*, *Hal. in not.* — [6]) vel *inserit Theod. C.* — [7]) suffragentur *ms. Bg.*, *Theod. C.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Theod. C.*; neque poss. neque propr. comp. *edd. omnes*; *sed cum nostro verborum ordine etiam consentiunt Bas.* — [9]) Dat. V. Kal. *Theod. C.*; *sed cum nostro die facit ms. Pist.* — [10]) Stilicone *Hal. Bk.*; Stillicone *Theod. C.*; Stillichone *ms. Pist.* — [11]) et Aureliano *absunt a ms. Pist.*, *Theod. C.*, *qui inserit* V. C. — [12]) titulum *ms. Pl.* 1. — [13]) *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; regia *edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) suspendere audeat *ms. Pl.* 2. — [15]) Flavio Maulio, *scil.* Theodoro, *hanc legem inscriptam esse*, *censet Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p. CLXIX. Flavianus enim praef. praet. anno* 408. *non obvenit.* — [16]) imputandum *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*, *var. l. gl.* — [17]) regalia *mss. Bg. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [18]) cum *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; etiam *omisso* vel *ed. Schf.*; et etiam *Russ. Cont.* 62.; et *omisso* etiam *Cont.* 66. *et rell.* — [20]) XVI. Kal. *ms. Pist.* — [21]) *locus deest ab edd. omnibus*; *supplevi eum ex ms. Pist.*, *quod reliquam subscript. confirmat.* — [22]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *et idem fere ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*; *consentiunt Bas. VII.* 11. *in rubr.*; signa rebus imponere alienis *Hal. et rell.* — [23]) alius tenebat *Hal. in textu*; alius detinet *Hal. in not.*; ἄλλα ἄλλος κρατεῖ *Bas.* — [24]) VIIII k ian philippo āā con. ss *ms. Pist.*, *quae prava subscr. neutiquam convenit inscriptioni.* — [25]) *mss. Pist. Pl.* 1. 2., *Hal.*; et CC. *addunt ms. Bg.*, *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [26]) procurationem *abest a ms. Pl.* 2.; procuratores *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [27]) patrocinii causa *absunt a mss. Pist.* — [28]) in litem *mss. Vat. Pl.* 2., *quod probat Cont. in marg.*; illicite *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*; *sed* ἐν δίκῃ *Bas. VII.* 11. *in rubr.* — [29]) praestent *ms. Pist.* — [30]) iuribus *et* viribus, *quod mavult Cont.*, *in mss. vix discerni possunt*; viribus *legit Cuiac. Obss. XXVIII.* 1.; *cfr. not.* 34. *ad l.* 6. *C. I.* 40. — [31]) PP. *abest ab Hal. et rell.*, *suppletum ex ms. Pist.*, *in quo est* PP. VIII. id. ian.

2. [a]) Idem A. Tertullo. — Quum allegas, partem rerum vel actionum [1]) dimidiam fisco, quo magis eius iuribus [2]) protegaris, velle te donare, huiusmodi litium donationem admitti, temporum meorum disciplina non patitur. Unde ius tuum, si quod tibi competit, citra invidiam fisci mei tueri solemniter cura. S. VI. Non. Aug. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [3]) [241.]

3. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [4]) Amphioni. — Abhorret a seculo nostro, sub praetextu debiti procurationem contra privatos fiscum praestare. Dat. VIII. Kal. Ianuar. Philippopoli, Caess. Conss. [294—305.]

4. [c]) Idem AA. et CC. [5]) Achilli. — Ad fraudem creditoribus faciendam invidiam fiscalem [6]) contra seculi nostri tranquillitatem implorari non decet. Redde itaque, quod fisco nostro debes, et, si conventus velut a creditore fueris, quem tibi numerasse pecuniam negas, exceptione non numeratae pecuniae secundum leges uti potes. Dat. XVI. Kal. Ianuar. Sirmii, Caess. Conss. [7]) [294—305.]

Tit. XIX. [XVIII.]

[d]) DE NEGOTIIS GESTIS [8]).

1. [e]) Imp. Severus A. [9]) Sopatrae. — Quum tutores filiorum tuorum suspectos faceres, eisdemque tutores seu curatores peteres, munere pietatis fungebaris, quae causa non admittit negotiorum gestorum actionem, ut sumtus, quos in ea lite fecisti, repetere possis, quum etiam, si quis pro affectione domestica aliquos sumtus fecerit, nulla ratione eos repetere possit [10]). PP. III. Non. Octob. Dextro [11]) et Prisco Conss. [196.]

2. [f]) Impp. Severus et Antoninus AA. [12]) Rufinae. — Contra impuberes quoque, si negotia eorum urgentibus necessitatis rationibus utiliter gerantur, in quantum locupletiores facti sunt, dandam actionem, ex utilitate ipsorum receptum est. Quae tibi quoque iure decernitur, quod sumtus in pupillum, quem Romam [13]) tutorum petendorum gratia duxisti, fecisse te allegas, si non matertera eiusdem se facere paratam propriis impendiis ostenderit. PP. XV. Kal. [14]) Februar. Laterano et Rufino Conss. [197.]

3. [g]) Idem AA. Hadriano. — Sive pro fratre coherede pecuniam solvisti, negotiorum gestorum actione experiri potes, sive pignoris liberandi gratia debitum universum solvere coactus es, actionem eandem habebis, vel iudicio familiae herciscundae, si non est inter vos redditum, eam quantitatem assequeris. PP. VIII. Kal. Febr. Anulino [15]) et Frontone Conss. [16]) [199.]

4. [h]) Idem AA. Claudio. — Qui pupillae negotia tutoris mandatu [17]) suscepit, pro tutore negotia non videtur gessisse, sed negotiorum gestorum actione pupillae tenebitur. PP. III. Non. [18]) Decembr. Fabiano et Muciano Conss. [19]) [201.]

5. [i]) Idem AA. Tryphonio. — Officio nec minus obsequio liberti functus, negotiorum gestorum actionem contra patroni filias pupillas habere non potes [20]). PP. XIII. Kal. Iul. Geta et Plautiano Conss. [203.]

6. [k]) Idem AA. Gallo. — Curatorem tibi quidem patris testamento datum dicis; quod non potest videri iure factum. Quodsi, ut proponis, administrationi se immiscuit [21]), negotiorum gestorum actio tam adversus eum, quam contra heredes eius tibi competit. PP.... Apro et Maximo Conss. [22]) [207.]

7. [l]) Imp. Antoninus A. [23]) Euphratae. — Si ab eo, qui negotia tua gessit, heres ex duabus unciis institutus es, etiamsi adeas hereditatem, in reliquis decem unciis adversus coheredem competit tibi petitio, si quam adversus defunctum habuisti actionem. PP. VI. Id. Mai. [24]) Romae, Sabino II. [25]) et Anulino Conss. [26]) [216.]

8. [m]) Idem A. [27]) Severo. — Adversus eos, qui negotia tua gesserunt, negotiorum gestorum iudicio civiliter consiste; nec tibi oberit, si propter occupationes militares eam litem tardius fueris [28]) exsecutus, quum hoc genus actionis longi temporis praescriptione excludi non possit. PP. [29]) VI. Kal. Aug. Antonino A. [30]) et Advento Conss. [218.]

9. [n]) Idem A. [31]) Sallustio. — Si pecuniam [32]) a debitore tuo Iulianus exegit, eamque solutionem ratam habuisti, habes adversus eum negotiorum gestorum actio-

---

[a]) *Bas. VII.* 11. 5. — [b]) *Bas. VII.* 11. 6. — [c]) *Bas. VII.* 11. 7. — [d]) *Dig. III.* 5. — [e]) *Bas. XVII.* 2. 1. (*Fabr. T. II. p.* 326.) — *Sch. a.* (*Fabr. T. II. p.* 339.) — [f]) *Bas. XVII.* 2. 2. (*Fabr. T. II. p.* 327.) — *Sch. b.* — [g]) *Bas. XVII.* 2. 3. (*Fabr. T. II. p.* 328.) — [h]) *Bas. XVII.* 2. 4. — *Sch. c.* — [i]) *Bas. XVII.* 2. 5. (*Fabr. T. II. p.* 329.) — [k]) *Bas. XVII.* 2. 6. — [l]) *Bas. XVII.* 2. 7. — [m]) *Bas. XVII.* 2. 8. (*Fabr. T. II. p* 330) — *Sch. d.* (*Fabr. T. II. p.* 339.) *Ab Hal. Russ. et Cont.* 62. *l.* 9. Si pecuniam *huic nostrae anteponitur, quod suadere quidem chronologia videtur, sed nec Bas. nec missis meis confirmatur. Sed v. not.* 2. *ad l.* 9. *hoc tit.* — [n]) *Bas XVII.* 2. 9.

[1]) actionem *Hal. Russ.*; *sed* τὸ — *μέρος* — *τῶν πραγμάτων* — *ἤτοι τῶν ἀγωγῶν Bas.* — [2]) *cfr. not.* 30. *ad l.* 1. *hoc tit.* — [3]) PP. VII. non ā gord. a IIII *ms. Pist.* — [4]) et CC. *absunt a mss. Pist. Vat. Pl.* 2. — [5]) et CC. *absunt a ms. Vat.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62 66. 76. *Bk.*; fiscalium *Cont.* 71. *rell.* — [7]) PP. ā cl et maximo css. *ms. Pist.* — [8]) De negotiorum gestorum actione *Hal.*; De negotiis gestis [actione] *Russ.* — [9]) *ut ita inscribatur, flagitat subscriptio hui. leg., inscriptio legis* 2. *seq., et l.* 44. *D. III.* 5., *in qua nostra lex Divi Severi constitutio vocatur*; Impp. Severus et Antoninus AA. *mss. nostra et edd.* — [10]) petere potest *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; repetere potest *ms. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [11]) Dextro II. *Bk.* — [12]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 2., *ed. Schf.*; Idem AA. *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell. postea*; id. āā et cc. *ms. Bg.* — [13]) Romae *mss. Pl.* 1. 2. — [14]) XV. Kal. *mss. Pist. Pl.* 1.; X. Kal. *Hal. et rell. Consules utrumque ms. confirmat.* — [15]) II. *inserit Bk.* — [16]) pp VIII kl. feb. ancolonie frontonie *ms. Pl.* 1.; *dies idem in ms. Pist., ex consulum nominibus legitur tantum* ancul. — [17]) mandato *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [18]) pp III n̄ *ex subscr. habet ms. Pist.* — [19]) pp̄ III nō dcon fabiano et marciano css. *ms. Pl.* 1. — [20]) *ms. Gt., ed. Nbg.*; *ἔχειν οὐ δύνασαι Bas.*; potest *rell. mss. et edd.* — [21]) miscuit *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Hal.* — [22]) pp āp et māx css *ms. Pl.* 1. — [23]) Impp. ant. *mss. Pist. Bg. Pl.* 2.; Impp. severus et ant. aa. *ms. Vat.*; Id. āā *mss. Cas. Pl.* 1. — [24]) *mss. Pist. Pl.* 1.; PP. VI. Id. Mart. *Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pist. Pl.* 1., *Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.* — [26]) Anuillino *ms. Pist.*; Anolino *ms. Pl.* 1. — [27]) Id. āā *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. (*fortasse oriundum ex* Imp. Anton. A. (*scil. Heliogabalus*); Idem A. et C. *ms. Bg., Russ. et postea rell.*; Imp Antonin. Heligabalus A. *Hal. in not., quod tamen nusquam se scriptum reperisse, Cont. ad marg. testatur.* — [28]) fuisses *mss. Pl.* 1. 2. *Bg, edd. Nbg. Schf.* — [29]) PP. *abest ab Hal. et rell., restitui ex ms. Pist. in quo subscr. haec est* PP. VIII k aūg ant ā III css — [30]) *ms. Pist., Bk.*; A. *abest ab Hal. et rell.* — [31]) Id. āū *mss. Pist. Pl.* 1. 2.; Id ā et cc *ms. Bg.*; Imp. ā *ms. Vat.* — [32]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Hal.*; tuam *inserunt ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.*; *sed cum nostra lect. faciunt Bas.*

actionem. PP. VIII. Kal. Mart. Praesente et Extricato [1]) Conss. [2]) [217.]

10. [a]) Imp. Alexander A. Secundo et aliis. — Si servum alienum non inutilem domino constitutum aegrum curastis, negotium utiliter gessistis, et competente vobis actione sumtus recuperare potestis. PP. XII. Kal. Decemb. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [3]) [226.]

11. [b]) Idem A. Herenniae. — Alimenta quidem, quae filiis tuis praestitisti, tibi reddi non insta ratione postulas, quum id exigente materna pietate feceris. Si quid autem in rebus eorum utiliter et probabili more impendisti, si non et hoc materna liberalitate, sed recipiendi animo fecisse te ostenderis, id negotiorum gestorum actione consequi potes. PP. XII. Kal. Februar. Albino et Maximo Conss. [227.]

12. [c]) Idem A. Theophilo. — Si filius pro patre suo debitum solverit, nullam actionem ob eam solutionem [4]) habet, sive in potestate patris, quum solveret, fuerit, sive sui iuris constitutus [5]) donandi animo pecuniam dedit. Si igitur pater tuus sui iuris constitutus, pro patre suo negotia gerens, non praecedente mandato debitum eius solvit, negotiorum gestorum agere cum patruis tuis potes [6]). PP. Kal. August. [7]) Agricola et Clementino [8]) Conss. [230.]

13. [d]) Idem A. Aquitae [9]). — Quod in uxorem tuam aegram erogasti, non a socero repetere, sed affectioni tuae debes expendere [10]). In funus sane eius si quid eo nomine quasi recepturus erogasti, patrem, ad quem dos rediit, iure convenis. PP. VIII. Kal. Novemb. [11]) Agricola et Clementino [12]) Conss. [230.]

14. [e]) Idem A. Rufo [13]). — Si mandatum solius mariti secutus tam ipsius, quam uxoris eius negotia gessisti, tam tibi, quam mulieri invicem negotiorum gestorum competit actio. Ipsi sane, qui mandavit, adversus te mandati actio est, sed et tibi adversus eum contraria, si quid forte supererogasti. PP. X. Kal. Mart. Maximo II. et Urbano Conss. [234.]

15. [f]) Imp. Gordianus A. Mutiano [14]). — Si paterno affectu privignas tuas alnisti, seu mercedes pro his aliquas magistris expendisti, eius erogationis tibi nulla repetitio est. Quodsi ut [15]) repetiturus ea, quae in sumtum misisti, aliquid erogasti, negotiorum gestorum tibi intendenda [16]) est actio. PP. VI. Id. Iul. Gordiano A. et Aviola Conss. [17]) [239.]

16. [g]) Impp. Gallus [18]) et Volusianus AA. Eutychiano. — Si negotium sororis tuae gerens pro ea tributa solvisti, vel mandante ea vel rogante id fecisti, negotiorum gestorum actione vel mandati id, quod solvisse te constiterit, recipere [19]) poteris. PP. XI. Kal. Maii Gallo [20]) et Volusiano Conss [252.]

17. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Claudiae. — Curatoris etiam successores, negotiorum gestorum utili conventos actione, tam dolum, quam latam culpam praestare debere, nec ad eos officium administrationis transire, ideoque nullam alienandi eos res adultae potestatem habere convenit. Dat. XIII. [21]) Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [22]) [293—304.]

18. [i]) Iidem AA. et CC. Pomponio. — Ob negotium alienum gestum sumtuum factorum usuras praestari, bona fides suasit; quo iure contra eos etiam, quorum te necessitate compulsum negotium gessisse proponis, per iudicium negotiorum gestorum uteris. Dat. IX. Kal. Ianuar. [23]) AA. Conss. [293—304.]

19. [k]) Iidem AA. et CC. Alexandro. — Ab uno herede [24]) pro solido re veluti communi venumdata, de pretio coheres venditoris negotiorum gestorum [25]), ratam faciens venditionem, agere potest. Dat. Id. Feb. Sirmii, Caess. Conss. [26]) [294—305.]

20. [l]) Iidem AA. et CC. Octavianae. — Tutori vel curatori similis non habetur, qui citra mandatum negotium alienum sponte gerit, quippe superioribus quidem necessitas muneris administrationis [27]) finem, huic autem propria voluntas facit, ac satis abundeque sufficit, si cui vel in paucis amici labore consulatur. Secundum quae super his quidem, quae nec tutor ne curator constitutus ultro quis administravit, quum non tantum dolum et latam culpam, sed et levem praestare necesse habeat, a te conveniri potest, et ea, quae tibi ab eo deberi patuerit, cum usuris compelletur reddere. De ceteris vero, quae ab aliis tui constituta iuris detenta exacta non sunt, ab hoc, qui nec agendi quidem propter exceptionis obstaculum facultatem habere potuit, exigi

---

[a]) *Bas. XVII.* 2. 10. *Huic const. in ms. Bg. anteponuntur l* 12. *et* 13. *hoc tit.* — [b]) *Bas. XVII.* 2. 11. (*Fabr. T. II. p.* 331.) — *Sch. e.* — [c]) *Bas. XVII.* 2. 12. — [d]) *Bas. XVII.* 2. 13. (*Fabr. T. II. p.* 332.) — *Sch. f.* — [e]) *Bas. XVII.* 2. 14. (*Fabr. T. II. p.* 333.) — [f]) *Bas. XVII.* 2. 15. — *Sch. g.* (*Fabr. T. II. p.* 340.) — [g]) *Bas. XVII.* 2. 16. (*Fabr. T. II. p.* 334.) — *Sch. h.* — [h]) *Bas. XVII.* 2. 17. — [i]) *Bas. XVII.* 2. 18. (*Fabr. T. II. p.* 335.) — [k]) *Bas. XVII.* 2. 19. — *Sch. i.* — [l]) *Bas. XVII.* 2. 20. (*Fabr. T. II. p.* 336) — *Sch. k.*

[1]) et albino *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur*; et Extricato II. *Bk.* — [2]) *de inscr. et subscr. legis* 8. *et* 9. *hanc ferendam sententiam puto, ad l.* 8. Adversus *pertinere subscriptionem legis* 9. Si pecun., *atque huic legi* 9. *esse inscribendum* Imp. Antonin. A., *subscriptione ex lege* 8. *repetita. Innumera enim sunt exempla subscriptionum falsis locis adpositarum, et quam facile* Imp. ant. a. *transire potuerit in* Id ãã, *luculenter apparet; cuius transmutationis vestigia habet ms. Vat. in not.* 31. *ad h. l.* — [3]) pp XII. k alex ã ss I *ms. Pist.*; *quod magis convenit cum subscr. in not. Hal.* Alexandro A. Cos. *eoque solo; quae si vera est, const. esset referenda ad a.* 222. *Cfr. l.* 1. *C. IX.* 35. — [4]) ob eam solutionem *absunt a ms. Pl.* 2. — [5]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal. Bk.*; *si inserunt ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.*, *sed* εἴτε αὐτεξούσιος ὢν ψυχῇ δυρουμένου — δέδωκεν *Bas.* — [6]) cum patruis tuis debes *ms. Pl.* 1.; cum patruo debes *ms. Pl.* 2.; cum patr. tuis actione potes *Cont.* 62.; cum patr. tuis actione non potes *Russ. in marg. Contra omnium librorum fidem negationem tamen interponendam censeo, etenim Bas.* τὴν περὶ διαιτήσεως ἀγωγὴν κινῆσαι κατὰ τῶν θείων σου οὐ δύνασαι. — [7]) *diem firmat ms. Pist.* — [8]) agricole et clemen *ms. Pist.*; Agricola et Clemente *Russ. et postea rell. praeter Sp. et Bk.* — [9]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; Aquiliae *mss. Bg. Pl.* 2., *edd. rell.* — [10]) impendere *edd. Nbg. Hal.* — [11]) *diem confirmat ms. Pist.* — [12]) Clemente *ms. Pist.*, *Russ. Cont. Char. Pac.* — [13]) Rupho *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, Ruffo *ms. Vat.*; Roso *ed. Nbg.*; Mutiano Rufo *Hal. et rell.*; *v. l.* 15 *seq. in inscr.* — [14]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Muntiano *ms. Pist.*; Mucleno *ed. Nbg.*; Eutychiano *Hal. et rell.*; *v. l.* 14. *praeced. et l.* 16. *seq. in inscriptt.* — [15]) ut *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt. Rg.*, *ed. Nbg.*; *sed* ὡς ἀναληψόμενος *Bas.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Rg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; intentanda *Russ. et rell.* — [17]) *ex subscr. habet ms. Pist.* pp id. css; *ad eam vero adhuc sunt referenda, quae inscriptioni legis* 16. *seq. immiscentur* iul. Gord. — [18]) Gallienus *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2.; Gallianus *ms. Bg.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; recuperare *Russ. in marg.*; repetere *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed* ἀναλαβεῖν *Bas.* — [20]) Gallo II. *Bk.*; Gallieno *ms. Pist.*, *quod diem confirmat.* — [21]) VIII. *omisso* Dat. *ms. Pist.* — [22]) Sirmi ã css *ms. Pist.* — [23]) VIII. k. ian. *omisso* Dat. *ms. Pist.* — [24]) coherede *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Rg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *omnia mss. Cont.*; actione *inserunt edd. Schf. Hal. et rell.* — [26]) III. k. oct. viminiano cc css *ms. Pist.*, *quae subscr. a lege* 21. *hoc tit. falso relata ad hunc locum esse videtur.* — [27]) administration *Hal.*

exigi non potest, et idcirco adversus eos, quos res tuas tenere dicis, detorquere tuas petitiones debes. Dat. VIII. Kal. Maii Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

21. [a]) Iidem AA. et CC. Mitrae[1]). — Si cognati tui servos suos manumiserunt, hoc, quod administrasse eos rem tuam[2]) contendis, impedimento eorum libertati fieri non potuit. Quin autem, ex actu praecedente post manumissionem, si utriusque temporis administratio non connexa sed separata sit, conveniri non posse, procul dubio est. Dat. VI. Kal. Octob. Viminatii, Caess. Conss.[3]) [294—305.]

22. [b]) Iidem AA. et CC. Eulogio. — Negotium gerentes alienum non interveniente speciali pacto[4]) casum fortuitum praestare non compelluntur. Dat. XI. Kal. Decemb. Caess. Conss.[5]) [294—305.]

23. [c]) Iidem AA. et CC. Theodoro. — Negotiis gestis non in rem, sed in personam est actio. Dat. XII. Kal. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss.[6]) [294—305.]

24. [d]) Imp. Iustinianus A. Ioanni[7]) PP. — Si quis nolente et specialiter prohibente domino rerum administrationi earum sese immiscuit, apud magnos auctores dubitabatur, si pro expensis, quae circa res factae sunt, talis negotiorum gestorum[8]) habeat aliquam adversus dominum actionem. Quam quibusdam pollicentibus directam vel utilem, aliis[9]) negantibus, in quibus et Salvius Iulianus fuit, hoc decidentes sancimus, si contradixerit dominus, et eum res suas administrare prohibuerit, secundum Iuliani sententiam nullam esse adversus eum[10]) contrariam actionem, scilicet post denuntiationem, quam ei dominus transmiserit, non concedens ei res eius attingere, licet res bene ab eo gestae sint. Quid enim[11]), si dominus adspexerit ab administratore multas expensas utiliter factas, et[12]) tunc dolosa assimulatione[13]) habita eum prohibuerit, ut neque anteriores expensas praestet? Quod nullo modo patimur; sed ex quo ea testatio[14]) ad eum facta est vel in scriptis vel sine scriptis, sub testificatione tamen aliarum personarum, ex eo die pro faciendis meliorationibus nullam ei competere actionem, super anterioribus autem, si utiliter factae sunt, habere eum actionem contra dominum concedimus sua natura currentem. Dat. XIV. Kal. Decemb. Constantinop.[15]) Lampadio et Oreste Conss. [530.]

Tit. XX. [XIX.]

[e]) DE HIS, QUAE VI METUSVE CAUSA GESTA SUNT.

1. [f]) Imp. Alexander A. Felici. — Persecutionem eorum, quae vi vel furto ablata sunt, etiamsi postea intercideriut, integram esse, iure responsum est. PP. X. Kal. Decembr. Maximo II. et Aeliano Conss.[16]) [223.]

2. [g]) Idem A. Alexandro. — Quum te non solum cavisse, verum etiam solvisse pecuniam confitearis, qua ratione, ut vim passus restitui, quod illatum est, postules, perspici non potest, quando[17]) verisimile non sit, ad solutionem te properasse omissa querela de chirographo, utpote[18]) per vim extorto, nisi et in solvendo vim te passum dicas. PP. VI. Kal. Iul. Alexandro A. II. et Marcello Conss.[19]) [226.]

3. [h]) Imp. Gordianus A. Gaio[20]). — Si vi vel metu fundum avus tuus distrahere coactus est, etiamsi maxime emtor eum alii vendidit, si tamen tu avo tuo heres exstitisti, ut tibi reddito a te pretio restituatur, postquam placuit, in rem quoque dari actionem secundum formam perpetui edicti, adito praeside provinciae poteris postulare, si modo, qui secundo loco comparavit, longae possessionis praescriptione non fuerit munitus. PP. VI. Id. Aug.[21]) Pio et Pontiano Conss. [238.]

4. [i]) Idem A. Primo et Euthydico. — Si per vim, vel metum mortis, aut cruciatus corporis venditio a[22]) vobis extorta est, et non postea eam consensu corroborastis[23]), inxta perpetui formam edicti intra annum quidem agentes, quo experiundi potestas est, si res non restituatur, quadruupli condemnationem referetis scilicet reddito a vobis pretio. Post annum vero causa cognita eadem actio in simplum permittitur; quae causae cognitio eo pertinet, ut ita demum decernatur, si alia actio non sit. PP. III. Non. August.[24]) Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

5. [k]) Idem A. Rufo, militi. — Non interest, a quo vis adhibita sit patri et patruo tuo, utrum ab emtore, an vero sciente emtore ab alio, ut vi metuve possessionem vendere cogerentur. Nam si adhibita vi compulsi sunt, possessiones suas, quae maiore valebant[25]), minimo distrahere, iurisdictionis tenore, ut id, quod improbe factum est, in priorem statum revolvatur, impetrabunt. PP. VI. Kal. Ianuar. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

6. [l]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Pollae[26]). — Ad invidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet. Unde intelligis, quod ad metum arguendum, per quem dicis initum esse contractum, senatoria[27]) dignitas adversarii tui sola non est idonea. PP. III. Kal. Maii Heracliae[28]), Caess. Conss. [294—302.]

7. Iidem

---

[a]) *Bas. XVII.* 2. 21. (*Fabr. T. II. p.* 337.) — *Sch. l.* — [b]) *Bas. XVII.* 2. 22. (*Fabr. T. II. p.* 338.) — [c]) *Bas. XVII.* 2. 23. — [d]) *Bas. XVII.* 2. 24. — [e]) *Dig. IV.* 2. — [f]) *Bas. X.* 2. 24. — [g]) *Bas. X.* 2. 25. — [h]) *Bas. X* 2. 26. — [i]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 116.; *Bas. X.* 2. 27. — [k]) *Bas. X.* 2. 28. — [l]) *Bas. X.* 2. 29.

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2.; Matrae *ms. Bg.*, *ed. Nbg.*; Mithrae *Cont.* 62.; Michrae *Hal. et rell.*; et aliis *superadditum in ms. Bg.* — [2]) vestram *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; *sed τὰ σὰ πράγματα Bas.* — [3]) *cfr. not.* 26. *ad* 1. 19. *hoc. tit.* — [4]) *hanc lect. tuentur mss. nostra et edd.*, *etiam Bas. εἰ μὴ ἰδιχὸν — γένηται σύμφωνον*; *respuo itaque coniecturam aliorum* speciali facto. — [5]) *in ms. Pist. ad hanc const. refertur subscr. ex l.* 24. *hoc tit.* — [6]) *in ms. Pist. subscr. est* XV. k dēc nicom et cc css. — [7]) Iuliano *ms. Bg.* — [8]) negotiorum gestor *ms. Pl.* 1., *quod probo propter sequens* aliquam. — [9]) quibusdam aliis *ms. Pl.* 2. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 388.); vel directam vel utilem *inserunt edd. Schf. Russ. Cont. et rell.*, *desunt autem in mss. Contii.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; Quid deinde *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*, *verum* enim *in omnibus mss. Contii.* — [12]) et *abest a ms. Gt.* — [13]) simulatione *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [14]) ex quo die attestatio *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [15]) *locum supplere licet ex ms. Pist.*, *in quo subscr.*, *legi* 22. *hoc tit. falso subiuncta*, *haec est* d. XV. k cāp Iāpa et horeste c ss. *Cfr. not.* 5. *ad l.* 22. *hoc tit.* — [16]) VI. k. iul. *subscribit ms. Pist.*; *videntur ea ad subscr. legis* 2. *seq. pertinere.* — [17]) quin *edd. Nbg Hal.*; *sed ἐπειδὴ Bas.* — [18]) ut puta *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [19]) *cfr. not.* 16. *ad l.* 1. *hoc tit.* — [20]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Caio *Hal. et rell.* — [21]) id. āp *ms. Pist.*, *quod cum reliqua subscr. consentit.* — [22]) a *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Hal.*, *Coll. Ans. ded.* — [23]) roborastis *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62., *Coll. Ans. ded.* — [24]) VI. k. ian *ms. Pist.*; *sed videntur ea pertinere ad subscr. legis seq.* — [25]) pretio *inserit ms. Bg.* — [26]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Cont.* 62.; Polliae *Hal. et rell.* — [27]) senatoris *Hal. Russ. Cont.* 62.; *ἡ συγκλητικὴ ἀξία Bas.* — [28]) Heracleae *Bk.*

7. [a]) Iidem AA. et CC. Cotui. — Si donationis, vel transactionis, vel stipulationis, vel cuiuscunque alterius contractus obligationis [1]) confectum instrumentum metu mortis vel cruciatu corporis extortum, vel capitales minas pertimescendo, adito praeside provinciae probare poteris, hoc ratum haberi secundum edicti formam non patietur. Dat. II. Non. Ian. AA. Conss. [2]) [299—304.]

8. [b]) Iidem AA. et CC. Tryphonio. — Quum te domus et horti venditionem fecisse sub spe [3]) recipiendi, quod de frumento feceras, instrumentum, vel timore, ne ad civilia munera nominareris [4]), proponas, et rescindi venditionem, veluti metus causa factam, desideres, intelligis, ad ratum non habendum contractum metum huiusmodi prodesse non posse. Dat. XI. Kal. Sept. Viminatii, Caess. Conss. [300—305.]

9. [c]) Iidem AA. et CC. Hymnodae. — Metum non iactationibus tantum vel contestationibus [5]), sed atrocitate facti probari convenit. Dat. Kal. Decemb. Caess. Conss. [6]) [300—305.]

10. [d]) Iidem AA. et CC. Faustinae. — Accusationis institutae vel futurae metu alienationem seu promissionem factam rescindi postulantis improbum est desiderium. Dat. VI. Kal. Febr. Caess. Conss. [7]) [300—305.]

11. [e]) Imp. Constantius [8]) A. ad Evagrium [9]) P.P. — Si per impressionem quis aliquem metuens, saltem in mediocri [10]) officio constitutum, rei suae in eadem provincia vel loco, ubi tale officium peragit, sub venditionis titulo fecerit cessionem, et quod emtum fuit reddatur, et nihilo minus etiam pecunia retineatur [11]); simili poena servanda, si qui, vel coniugis vel amici nominibus abutentes, praedam tamen [12]) sibi acquirunt [13]). Dat. [14]) X. Kal. Octob. Aquileiae, Constantio A. VII. et Constantio [15]) Caes. [16]) Conss. [17]) [354.]

12. [f]) Impp. Honorius et [18]) Theodosius AA. ad populum. — Venditiones, donationes, transctiones [19]), quae per potentiam extortae sunt, praecipimus infirmari. Dat. XIII. [20]) Kal. Mart. Constantinop. [21]) ipsis AA. X. et VI. Conss. [22]) [415.]

Tit. XXI. [XX.]

ε) DE DOLO MALO.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Clementiae. — Si fideiussor a creditore pignora emerit, oblata quantitate sortis et usurarum, tibi dominium cum fructibus, quos bona fide percepit, consultius restituet, ne fidei ruptae gratia de dolo possit actio exerceri. Accepta... Dat. III. Id. Maii Plautiano II. [23]) et Geta Conss. [203.]

2. [i]) Imp. Antoninus A. Agrippae. — De dolo actio, quum alia nulla competit, causa cognita permittitur [24]). Dat. Non. Novemb. Gentiano et Basso Conss. [25]) [211.]

3. [k]) Imp. Gordianus A. Aquilino. — Non possunt obesse tibi tempora, quae in actione [26]) de dolo solent computari, quibus reipublicae causa, ut allegas, occuparis [27]), sed exinde tibi incipiet tempus cedere, ex quo muneribus liberatus facultatem agendi intra praestituta tempora coeperis obtinere. PP. Idib. August. Sabino II. et Venusto Conss. [240.]

4. [l]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Menandro [28]). — Quum proponas, inter te et eum, quem in contubernio ancillam tuam sibi coniunxisse memorasti, placuisse, ut tibi pro eadem daret mancipium, intelligis, quod, si manumisisti, vel ei tradidisti et ille manumisit, revocandae libertatis potestatem non habes, sed solum, si necdum statutum tempus excesserit, et fidem placiti rumpat, desiderare debes, de dolo tibi [29]) decerni actionem. Quodsi penes te dominium eius remansit, adito praeside provinciae cum natis [30]) hanc potes recuperare, si nulla moveatur status quaestio. Dat. III. Kal. Maii Heracliae [31]), Caess. Conss. [294—305.]

5. [m]) Iidem AA. et CC. Amphidrosae. — Si superstite patre per emancipationem tui iuris effecta matri successisti, rebusque tuis per legitimum tutorem patrem eundemque manumissorem administratis, postea transegisti cum eo bona fide, perspicis, quod, si pactum tantum factum sit, petitio tua per exceptionem submovetur, si vero novatio legitimo modo intercessit et acceptilatio subsecuta est, nullam tibi iam superesse actionem. Sane si laesa es immodice, liberatione solemniter per novationem atque acceptilationem tributa, non de dolo, propter paternam verecundiam, sed in factum actio tibi tribuenda est. Dat. Id. Iun. Caess. Conss. [32]) [294—305.]

6. [n]) Iidem AA. et CC. Hymnodae [33]). — Do-

---

[a]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 116.; *Bas. X.* 2. 30. — [b]) *Bas. X.* 2. 31. — [c]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 116.; *Bas. X.* 2. 32. — [d]) *Bas. X.* 2. 33. — [e]) *Bas. X.* 2. 34. — [f]) *l.* 9. *Th. C. de contrah. emt. III.* 1.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 116.; *Bas. X.* 2. 35. — [g]) *Dig. IV.* 3. — [h]) *Bas. X.* 3. 41. — [i]) *Bas. X.* 3. 42. — [k]) *Bas. X.* 3. 43. — [l]) *Bas. X.* 3. 44. — [m]) *Bas. X.* 3. 45. — [n]) *Bas. X.* 3. 46. *Hausta esse h. l. videtur ex ampliore l.* 8. *C. de rescind. emt. IV.* 44., *cui et cognata est l.* 9. *C. de his quae vi II.* 20., *et fortasse etiam l.* 2. *C. si adv. transact. II.* 32.

[1]) ἢ οἱουδήποτε ἄλλου συναλλάγματος ἢ ἐνοχῆς *Bas.*, *ita ut inter* contractus *et* obligationis *particula* vel *excidisse videatur; quod iam censuit Leuncl.* (*Notat. II.* 168.). — [2]) XI. k Sept. viminiano css *ms. Pist.*, *quae subscr. ex l.* 8. *hoc tit. transscripta esse videtur.* — [3]) sub specie *Cont.* 71. *Char.*; *sed* ἐλπίδι *Bas.* — [4]) nomineris *mss. Pl.* 1. 2. — [5]) contestatione metus *ms. Pl.* 1., *Coll. Ans. ded.*, *Russ. Cont. in marg.*; contestatione eius *iidem in marg.*; contestationibus metus *ms. Pl.* 2.; *sed* ἤτοι φήμαις μόναις *Bas.* — [6]) d k aa css *ms. Pist.* — [7]) V. k. Feb. cc *ms. Pist.* — [8]) Constantinus *Hal. et rell. praeter Bk.*, *male tamen, ut apparet ex subscr.* — [9]) Evastrium *mss. Pist. Bg.*; Evagium *ed. Nbg.* — [10]) modico *edd. Nbg. Hal.* — [11]) pecuniae retineantur *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [12]) talem *ms. Gt.*, *Russ. in marg.*, *cui lect. adstipulantur Bas.* — [13]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; adquirat *ed. Nbg.*; adquirant *Russ. et rell.* — [14]) Dat. *abest ab Hal. et rell.*, *suppletur ex ms. Pist.*, *in quo omnis subscr. haec est:* d x k oct const. a VII et const. cc. — [15]) Constantino *Russ. et postea rell. praeter Bk.* — [16]) III. *inserit Bk.*, *recte quidem secundum fastos.* — [17]) Constantio A. — Conss. *absunt ab Hal. Ad a.* 353. *hanc leg. refert Iac. Gothofr. in not. b. ad l.* 7. *Th. C. VII.* 20. — [18]) Honor. et *absunt a ms. Cas.* — [19]) donationes, transactiones *absunt a Coll. Ans. ded.* — [20]) XII. *Theod. C.* — [21]) *Theod. C.*, *Bk.*; Constantinop. *abest ab Hal. et rell.* — [22]) *Theod. C.*, *Bk.*; ipsis AA. VIII. et III. Conss. *Hal. et rell.* — [23]) *hic numerus*, *qui est apud Bk.*, *sed abest a rell.*, *suppleri potest ex ms. Pist.*, *in quo subscr. hui. leg.*, *ad finem antecedentis tit. relata*, *haec est:* V id mai Plauciantiano et zeta II. PP. — [24]) promittitur *Russ. in marg.*, *quod magis consentit cum Bas.* ἐπαγγέλλεται. — [25]) id iun aa css *ms. Pist.*, *quae magis ad l.* 5. *hoc tit. pertinere videntur.* — [26]) in actionem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; *sed* ἐν τῇ ἀγωγῇ *Bas.* — [27]) occupabaris *ms. Pl.* 1. *ex correct.*, *quocum consentiunt Bas.* ἠσχολήθης. — [28]) *ms. Bg.*; Menandrae *rell. mss. et edd.*; *sed nostra lectio verior secundum Bas.* — [29]) tibi *abest ab edd. Nbg. Hal.*, *quod probant Bas.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg Hal.*; eius *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [31]) Heracleae *Bk.* — [32]) *cfr. not.* 25. *ad l.* 2. *hoc tit.* — [33]) Evodiae *in uno ms. Russ.*; *cfr. l.* 8. *C. IV.* 44.

Dolum ex insidiis [1]) perspicuis probari convenit. Dat. Kal. Decemb. Caess. Conss. [2]) [294—305.]

7. [a]) Iidem AA. et CC. Sebastiano. — Si maior quinque et viginti annis hereditatem fratris tui repudiasti, nulla tibi facultas eius adeundae relinquitur. Sane si eius uxoris tibi substitutae dolo factum est, actionem de dolo contra eam [3]) exercere potes. Dat. XVI. Kal. Maii Caess. Conss. [4]) [294—305.]

8. [b]) Imp. Constantinus A. ad Symmachum V. C. [5]) — Optimum duximus, non ex eo die, quo se quisque admissum dolum didicisse commemoraverit [6]), neque intra anni utilis [7]) tempus, sed potius ex eo die, quo asseritur commissus dolus, intra continuum biennium de dolo actionem moveri, sive abfuerit sive praesto sit is, qui dolum se passum esse conqueritur [8]). Omnes igitur sciant, neque incipiendae post biennium, neque ante completum biennium coeptae, post biennium [9]) finiendae doli actionis [10]) concessam licentiam. Dat. VIII. Kal. Aug. Naisso [11]), Constantino A. V. et Licinio Caes. Conss. [12]) [319.]

Tit. XXII. [XXI.]

[c]) DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE [13]) MINORUM [14]).

1. [d]) Imp. Alexander A. Plotianae. — Illud inspiciendum est, num inofficiosi querelae vel palam vel tacita dissimulatione sit renuntiatum. Nec hoc autem in tuam personam cadere posse, auxilium, quod aetati impertitur, ostendit. Dat. V. Id. Iul. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. [e]) Imp. Gordianus A. [15]) Alexandro. — Eo tempore, quo soror tua auxilio aetatis iuvabatur [16]), si patris intestati bonorum possessionem accipere debuit [17]), licet quinque filios superstites habuerit, non tamen ideo minus ad edicti praerogativam pertinet, scilicet si nunc per aetatem beneficium restitutionis largitur. PP. VIII. Id. Aug. Pio et Pontiano Conss. [18]) [238.]

3. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [19]) Attiano. — Si curatorem habens minor quinque et viginti annis post pupillarem aetatem res vendidisti [20]), hunc contractum servari non oportet, quum non absimilis ei habeatur minor curatorem habens, cui a praetore curatore dato bonis interdictum est. Si vero sine curatore constitutus contractum fecisti, implorare in integrum restitutionem, si necdum tempora praefinita excesserint, causa cognita non prohiberis. Dat. XIV. Kal. Maii Heracliae, AA. Conss. [21]) [293—304.]

4. [g]) Iidem AA. et CC. Isidoro. — Si minorem te quinque et viginti annis fuisse, quum contraheres, ostenderis, et tempora restitutionis [22]) praestituta [23]) excessisse, ab adversario tuo comprobatum non fuerit, praeses provinciae in integrum restitutionis dare tibi auxilium debet. Dat. VI. Kal. Maii Heracliae, AA. Conss. [24]) [293—304.]

5. [h]) Iidem AA. et CC. Rufo. — Minoribus in integrum restitutio, in quibus se captos probare possunt, etsi dolus adversarii non probetur, competit. §. 1. Ante impletum etiam quintum et vicesimum annum de his, in quibus se captos existimant, minores posse in integrum restitutionem implorare, certissimi iuris est. Dat. V. Kal. Maii Heracliae, AA. Conss. [25]) [293—304.]

6. [i]) Iidem AA. et CC. Sententiae. — Si intra aetatem, cui succurri solet, in integrum restitutionis [26]) lis inchoata est [27]), nec ei a te renunciatum est, mors eius, contra quem haec fuerit [28]) implorata, fraudi tibi esse non potest. Dat. V. Kal. Maii Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

7. [k]) Iidem AA. et CC. Severae. — De tutela avunculi eiusdemque tutoris, cui falso aetate probata praestitisti liberationem, quem ignarum aetatis tuae non fuisse, tam officium tutelae, quam sanguinis proximitas arguit, si necdum statutum tempus excessit, ex causa in integrum restitutionis heredes eius convenire potes. Dat. XI. Kal. August. Caess. Conss. [294—305.]

8. [l]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Iuliano [29]), Proconsuli Africae. — Minoribus [30] in his, quae vel praetermiserint vel ignoraverint [31]), innumeris auctoritatibus constat esse consultum. Dat. prid. Non. Mart. [32]) Ravennae [33]), Constantio V. C. et Constante Conss. [34]) [414.]

9. [m]) Imp. Zeno A. Aeliano [35]) P. P. — Non

---

[a]) *Bas. X.* 3. 47. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de dolo malo II.* 15.; *Bas. X.* 3. 48. — [c]) *Dig. IV.* 4. — [d]) *Bas. X.* 4. 51. — [e]) *Bas. X.* 4. 52. — [f]) *Bas. X.* 4. 53. — [g]) *Bas. X.* 4. 54. — [h]) *Bas. X.* 4. 55. — [i]) *Bas. X.* 4. 56. — [k]) *Bas. X.* 4. 57. — [l]) *l.* 3. *Th. C. de integri restitut. II.* 16.; *Consultatio IX.*; *Bas. X.* 4. 58. — [m]) *Bas. X.* 4. 59. *Caeterum desumta est h. l. ex ampliore const., ex qua manarunt et l.* 28. *C. de iure dot. V.* 12., *et l.* 6. *C. de magistr. conv. V.* 75., *de quarum legum vinculo communi cfr. Cuiac. Obss. XVI.* 14.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*, *omnia mssa Cont.*, *l.* 8. *C. cit.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen p.* 390.); *consentiunt Bas.* ἐπιβουλῶν; indiciis *Hal. et rell. male.* — [2]) XVI. k. mai cc css *ms. Pist.*; *sed videntur haec ad l.* 7. *hoc tit. magis pertinere.* — [3]) eam *abest a Cont.* 66., *probabiliter ex vitio typorum*, *quod transiit in Cont.* 71. 76. *Char. Pac.* — [4]) *cfr. not.* 2. *ad l.* 6. *hoc tit.* — [5]) *Theod. C.*; vi. cc *ms. Bg.*; vice *ms. Pl.* 2.; vicarium *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed cfr. Iac. Gothofr. in not. c. ad l.* 1. *Th. C. II.* 4. — [6]) memoraverit *Theod. C.*; memoravit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [7]) utile *Theod. C.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen p.* 390.). — [8]) conqueratur *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; vero *inserunt edd. Nbg. Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; esse *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [11]) *Cont.* 62.; Naesso *Hal.*; Nasso *Theod. C.*; Naissi *Bk.*; Nesso *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [12]) *in ms. Pist. hac relata est subscr. ex l.* 2. *C. II.* 22. pp VIII id non plo et pontiano ss — [13]) restitutionibus *Hal.* — [14]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *pleraque mssa Cont.*, *ed. Schf.*; viginti quinque annis *addunt ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) Idem A. *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [16]) iuvatur *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; *sed* ὠχύρωτο *Bas.* — [17]) potuit *Russ. in marg.* — [18]) *cfr. not.* 12. *ad l.* 8. *tit. praeced.* — [19]) ā et c̄ *ms. Pist.* — [20]) venum dedisti *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Nbg.* — [21]) V k mai. heraclio ā cō. ss *ms. Pist.* — [22]) restitutioni *Hal.* — [23]) praefinita *var. l. gl.* — [24]) *ms. Pist. ex subscr. habet* V k mai. — [25]) d. pr. non mar const ss *ms. Pist.*, *quae subscr. magis pertinet ad l.* 8. *hoc tit.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; auxilio *perperam inserunt edd. Nbg. Russ. et rell.*, *etenim etiam Bas.* τῆς εἰς ἀκέραιον ἀποκαταστάσεως ἢ δίκη.— [27]) est *abest ab Hal.* — [28]) fuerat *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [29]) Iuliano II. *Theod. C.* — [30]) Et mulieribus et minoribus *Theod. C.*, *Consultatio.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*, *Consultatio*; praetermiserunt vel ignoraverunt *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *cfr. l. ult. C. I.* 18. — [32]) *Cont.* 62., *Theod. C.*, *Consultatio*; d. pr. mar *ms. Pist.* (*cfr. etiam not.* 25. *ad l.* 5. *hoc tit.*); Dat. Non. Maii *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [33]) *Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*, *Consultatio*; Ravennae *abest ab Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*— [34]) *Iac. Gothofr. in not. g. ad l.* 3. *Th. C. II.* 16., *Bk.*; Constant css *ms. Pist.*; Constantino Cos. *Consultatio*; Constantio V. C. Cons. *Hal. et rell.*, *omisso* Constante, *cuius nomen in subscr. legis* 9. *hoc tit. perperam a plurimis additur*; *cfr. not.* 2. *ad l.* 9. *cit.* — [35]) Aliene *mss. Pist. Pl.* 2., *et similiter ms. Vat.*

Non videtur circumscriptus esse minor, qui iure sit usus communi. Dat. Kal. Ian. Basilio V. C. [1]) Cons. [2]) [480.]

Tit. XXIII. [XXII.]

[a]) DE FILIOFAMILIAS MINORE.

1. [2.] [b]) Imp. Gordianus A. Candiano [3]), militi. — Si frater tuus, quum mutuam pecuniam acciperet, in patris fuit potestate, nec iussu eius, nec contra senatusconsultum contractum est, propter lubricum aetatis adversus eam cautionem in integrum restitutionem potuit postulare. PP. III. Non. Octob. Pio et Pontiano Conss. [4]) [238.]

2. [1.] [c]) Idem A. Triphoni, militi [5]). — Filiusfamilias, si minor viginti quinque annis pro extraneo fideiussit, in integrum restitutionem postulare [6]) non prohibetur. Sed et si pro patre suo fideiussor exstitit, eique diem suum [7]) functo non successit, in integrum restitutionem postulare [8]) potest. Dat. Kal. Iul. Gordiano A. II. [9]) et Pompeiano Conss. [241.]

Tit. XXIV. [XXIII.]

[d]) DE FIDEIUSSORIBUS MINORUM.

1. [e]) Impp. Severus et Antoninus AA. Mironi [10]). — Postquam in integrum aetatis beneficio restitutus es, periculum evictionis emtori, cui praedium ex bonis paternis vendidisti, praestare non cogeris. Sed ea res fideiussores, qui pro te intervenerunt, excusare non potest. Quare mandati iudicio, si pecuniam solverint aut condemnati fuerint, convenieris, modo si eo quoque nomine restitutionis auxilio non invaris [11]). VI. Kal. Octob. Severo A. [12]) et Albino Conss. [13]) [194.]

2. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Curioni. — Si ea, quae tibi vendidit possessiones interposito decreto praesidis, aetatis tantummodo auxilio adiuvatur [14]), non est dubium, fideiussorem ex persona sua obnoxium esse contractui. Verum si dolo malo apparuerit contractum interpositum esse, manifesti iuris est [15]), utrique personae, tam venditricis quam fideiussoris, consulendum esse. S. VI. Kal. Maii Diocletiano III. [16]) et Maximiano AA. Conss. [287.]

Tit. XXV. [XXIV.]

[g]) SI TUTOR VEL CURATOR INTERVENERIT.

1. [h]) Imp. Antoninus A. Martianae et aliis [17]). — Si iam puberes utriusque sexus parentum hereditatem adiistis, sed etiam nunc [18]) in ea aetate estis, ut eo [19]), quod paternae hereditati vos obligastis, in integrum restitutionis auxilium accipere debeatis, per procuratores vestros adite praesidem provinciae. Quodsi legitimam aetatem implestis, idque tempus, quo in integrum restitui possitis [20]), excessistis, curatores vestros, si adversus eos nondum experti estis, iudicio secundum formam iuris convenite. PP. II. Non. April. Laeto [21]) et Cereali Conss. [22]) [215.]

2. [i]) Imp. Alexander A. Martianae [23]). — Minoribus annis viginti quinque etiam in his, quae praesentibus tutoribus vel curatoribus in iudicio vel extra iudicium gesta fuerint, in integrum restitutionis auxilium superesse, si circumventi sunt, placuit. PP. III. Non. Mart. Maximo II. et Aeliano [24]) Conss. [25]) [223.]

3. [k]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Nicomedi. — Etiam in his, quae minorum tutores vel curatores male gessisse probari possunt, licet personali actione a tutore vel curatore [26]) suum consequi possint, in integrum [27]) restitutionis auxilium eisdem minoribus dari, iampridem placuit. Dat. IV. Non Maii [28]) Maximo II. [29]) et Aquilino Conss [286.]

4. [l]) Iidem AA. et CC. Isidoro. — Si creditor non vestram personam, sed curatorum [30]) secutus cum ipsis contractum habuit, et ab ipsis stipulatus est, nullam ei prorsus adversus vos actionem competere manifestum est. V. Kal. Maii [31]) Heracliae [32]), AA. Conss. [293—304.]

5 Iidem

---

[a]) *Dig. IV.* 4. — [b]) *Bas. X.* 5. 1. *Legem* Si frater *primam esse huius tit. apparet ex ms. Bg., ex edd. Hal. Russ. Cont.* 62., *ex aetate utriusque const., ex Bas. Lex* Filiusfam. *anteponitur in mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *servatis tamen inscriptionibus cuique legi propriis; sed praeter leges ipsas etiam inscriptt. invertunt Cont.* 66. *et rell. Ipse autem Cont.* 66 *et* 76. *in marg. adnotat, ex omnibus mssis, inversum esse ordinem, liquere.* — [c]) *Bas. X.* 5. 2.; *cfr. not. b. ad l.* 1. *hoc tit.* — [d]) *Dig. IV.* 4. — [e]) *Bas. X.* 6. 1. — [f]) *Bas. X.* 6. 2. — [g]) *Dig. IV.* 4. — [h]) *Bas. X.* 7. 1. — [i]) *Bas. X.* 7. 2. — [k]) *Bas. X.* 7. 3. — [l]) *Bas. X* 7. 4. —

[1]) V. C. *absunt a ms. Pist., quod reliquam subscr. confirmat.* — [2]) Basilio et Constante Conss. *Russ. Cont. Char. Pac.; subscr. abest ab Hal.* — [3]) *mss. Pist. Vat. Cas. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.;* Gandiano *ms. Pl.* 2.; Gaudiano *Hal. et rell.* — [4]) *hanc subscr. confirmat ms. Pist.* — [5]) *de aliis, qui hanc inscr. tribuunt legi* 1. *hoc tit., v. not. b. ad l.* 1. *hoc tit.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.;* implorare *edd. Nbg. Hal. Russ. et rell.;* αἰτεῖν *Bas.* — [7]) die suo *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [8]) non *inserit Hal. in textu, sed contra omnium librorum fidem; etiam Bas.* δύναται καλῶς αἰτεῖν τὴν ἀποκατάστασιν. — [9]) A. II. *absunt a ms. Pist., quod reliquam subscr. confirmat.* — [10]) Minori *mss. Pl.* 1. *Cas.;* Minoni *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.;* iuveris *ms. Bg.;* iuvaberis *Hal. et rell.;* sed τῇ τῆς ἀποκαταστάσεως ὠφελείᾳ οὐ βοηθεῖ *Bas.* — [12]) II. *inserit Bk.* — [13]) *Vitium inesse huic subscript., colligitur ex inscr., quae secundum omnium librorum fidem Severum et Antoninum habet, quorum commune imperium demum ab a.* 198. *incipit. Equidem* Severo III. et Antonino AA. (202.) *legere malim. In ms. Pist. hic adscripta est subscr. ex l.* 1. *tit. seq.* pp pr k apr leto & cereale. — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.;* iuvatur *edd. Schf. Russ. et rell.* — [15]) manifestum est *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.;* sed προδήλου νομίμου ἐστίν *Bas.* — [16]) II. *Hal. et rell. praeter Sp.* — [17]) et aliis *absunt a mss. Cas. Vat. Pl.* 1 2. *Bg., ed. Nbg.* — [18]) *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.;* sed nunc etiam *ms. Pl.* 2.; et nunc etiam *ms. Bg.;* si etiam nunc *edd. Nbg. Hal. et rell.;* ἀλλὰ καὶ μέχρι νῦν *Bas.* — [19]) ut in eo *mss. Bg. Gt., edd. Schf. Nbg.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* potestis *Russ. et rell.* — [21]) II. *inserit Bk., recte secundum fastos.* — [22]) *confirmat hanc subscr fere totam ms. Pist., cfr. not.* 13. *ad l.* 1. *C. II.* 24. — [23]) Marciano *mss. Pist. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.* — [24]) et Aquilino *Russ. Cont. Char. Pac., quod nomen ex subscr. legis* 3. *seq. huc migravit; idem et factum est in ms. Pist., in quo subscr. legis* 3. *ita hic legitur* pp III non max mar II et aquilino ss — [25]) *subscr. abest ab Hal.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.;* ius *inserunt Russ. et rell.;* sed τὸ ἴδιον λαβεῖν *Bas.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* tamen *inserunt Russ. et rell., refragantibus etiam Bas.* — [28]) III non mar *ms. Pist.; cfr. not.* 24. *ad l.* 2. *hoc tit.* — [29]) *ms. Pist., quod habet* max II. et aquilo ss; II. *abest ab Hal. et rell. praeter Bk.* — [30]) personas *addit M. Vacarius (ap. Dirksen p.* 392.), *a quo additamento non abhorrent Bas.* — [31]) VI. k mai *ms. Pist., quod cum reliqua subscr. concinit.* — [32]) Heracleae *Bk.*

5. [a]) Idem AA. et CC. Valentino. — Etiam tutoribus vel curatoribus distrahentibus vel alias contrahentibus [1]), minores tam restitui rebus propriis, quam tutorum vel curatorum damna sequi, nullo eis praeiudicio per electionem generando, placuit. VI. Id. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XXVI. [XXV.]

[b]) SI IN COMMUNI EADEMQUE CAUSA IN INTEGRUM RESTITUTIO POSTULETUR.

1. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Aphobio et aliis [2]). — Nec si maior viginti quinque annis soror vestra fuit, vobis non mandantibus nec ratam transactionem habentibus, de iure vestro quidquam minuere potuit. Nam si cognitis, quae gessit, his consensum post viginti quinque annos aetatis commodastis [3]), quamvis illa minor pro portione propria [4]) restitutionis auxilium implorare possit [5]), vobis tamen ad communicandum edicti perpetui beneficium eius aetas patrocinari non potest. S. III. Id. August. Caess. Conss. [6]) [294—305.]

Tit. XXVII. [XXVI.]

SI ADVERSUS REM IUDICATAM [7]).

1. [d]) Imp. Alexander A. Iuliis [8]). — Minus ex tutelae iudicio consecuti de superfluo habere actionem ita potestis, si tempore indicii minores annis fuistis, et nunc beneficium aetatis vobis largitur. Ceterum si post legitimam aetatem sententia prolata est, iterato eandem actionem de eisdem speciebus inferre non potestis. PP. V. Kal. Febr. Pompeiano et Peligniano [9]) Conss. [231.]

2. [e]) Imp. Gordianus A. Serenae. — Si, quum pater tuus te in sua potestate esse, minimeque emancipationem a se factam valere diceret, proconsul [10]) super causa [11]) cognoscens te [12]) eius potestati subiectam pronuntiaverit, quum adversus eam sententiam in integrum restitui postules, is, qui provinciam regit, in impertienda cognitione suas partes secundum leges exhibebit. PP. XV. Kal. Decemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

3. [f]) Imp. Philippus A. et Philippus C. [13]) Aelianae. — Adversus sententiam eius, qui tunc vice principis iudicavit, in integrum restitutionis auxilium apud praetorem seu praesidem provinciae, clarissimum virum, flagitare nequaquam potes [14]), nam adversus eius sententiam, qui vice principis cognovit, solus princeps restituet. PP. XVIII. Kal. Novemb. Philippo A. et Titiano Conss. [15]) [245.]

4. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Urbano [16]) et aliis. — Quum et minores vos esse affirmetis et indefensos, nullum vobis praeiudicium fieri, praeses provinciae pro sua gravitate curabit. Nam si iusta defensione tutorum vel curatorum vobis assistente aliquid statutum est, intelligitis, in integrum restitutionis auxilium vobis esse necessarium; eodem obtinente, etiamsi per procuratorem vestrum legitime ordinatum lis agitata est. Dat. XVI. Kal. Maii Maximo [17]) et Aquilino Conss. [286.]

5. [h]) Idem AA. et CC. [18]) Martiano [19]). — In rem pupilli vel adulti contra tutores seu curatores a praeside lata sententia, restitutionis auxilium non minus, quam si quid adversus eos fuisset statutum, implorare minores posse, constat. Dat. Kal. [20]) Novemb. AA. Conss. [293—304.]

Tit. XXVIII. [XXVII.]

[i]) SI ADVERSUS VENDITIONEM.

1. [k]) Imp. Alexander A. Florentino, militi. — Si minor annis viginti quinque emtori praedii cavisti, nullam de cetero te esse controversiam facturum, idque etiam iureiurando corporaliter praestito servare [21]), confirmasti, neque perfidiae, neque periurii me auctorem tibi futurum sperare debuisti. Dat. VI. Kal. Septemb..... [22]).

Nova constitutio Friderici. [l]) — *Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis inviolabiliter custodiantur. Per vim autem vel per iustum metum extorta, etiam a maioribus, maxime ne querimoniam maleficiorum [23]) commissorum faciant, nullius esse momenti iubemus.*

2. [m]) Imp. Constantinus A. [24]) ad populum. — In integrum restitutione minoribus adversus commentitias venditiones et adversus tutorum seu curatorum [25]) insidias sanctionum praesidio cautum esse, non dubium est. Dat. Id. Mart. Sirmii, ipso A. VII. et Constantio Caes. Conss. [26]) [326.]

TIT. XXIX.

---

[a]) *Bas. X.* 7. 5. — [b]) *Dig. IV.* 4. — [c]) *Bas. X.* 8. 1. — [d]) *Bas. X.* 9. 1. — [e]) *Bas. X.* 9. 2. — [f]) *Bas. X.* 9. 3. — [g]) *Bas. X.* 9. 4. *In ms. Pl.* 2. *l.* 5. *hoc tit. anteponitur legi* 4. — [h]) *Bas. X.* 9. 5. — [i]) *Dig. IV.* 4. — [k]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 140.; *Bas. X.* 10. 1. — [l]) *II. Feud.* 53. §. 3. *Cfr. de hac auth. Savigny Gesch. des Röm. Rechts etc. T. IV. p.* 162—170. — [m]) *l.* 1. *Th. C. de integri restit. II.* 16.; *Bas. X.* 10. 2. *Ex eodem ampliore edicto esse videntur l.* 22. *C. de admin. tut. vel cur. V.* 37., *l.* 4. *C. quando decr. op. n. est. V.* 72., *et fortasse l.* 25. *C. de usuris IV.* 32.

[1]) vel alias contrahentibus *absunt ab Hal.; sed ἢ ἄλλως πως συναλλαττόντων Bas.* — [2]) et aliis *absunt a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [3]) accommodastis *mss. Pl.* 1. 2. — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.; εἰς τὸ ἴδιον μέρος Bas.*; pro port. sua *Hal. et rell.* — [5]) implorasset *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.; sed αἰτῆσαι δύναται Bas.* — [6]) *in ms. Pist. huc relata est subscr. ex l.* 1. *tit. seq.* pp V. F Pōpeiano et Peliano css. — [7]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt, ed. Schf.*; restitutio postuletur *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.; abesse ea vv. ab omnibus codd. Russ. et Cont. in marg. testantur.* — [8]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; Viliis *Hal. et rell.* — [9]) *Bk., quae lectio proxime accedit ad ms. Pist.* (*cfr. not.* 6. *ad l. un. tit. praeced.*); Peligno *Hal. et rell.* — [10]) proconsule *et statim post* cognoscente *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [11]) super hoc causam *ed. Schf.* — [12]) te *abest a mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.* — [13]) et Philippus C. *absunt a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2., *Hal.* — [14]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; potest *ms. Pl.* 1.; poteris *Hal. et rell.; sed δύνασαι Bas.* — [15]) X k nōv nicom cc ss *ms. Pist., quae subscr. magis ad l.* 5. *hoc tit. pertinere videtur.* — [16]) *mss Pist. Cas. Vat. Pl.* 1 2. *Bg., ed. Nbg.*; Urbinio *Hal. et rell.* — [17]) II. *inserit Bk., recte secundum fastos; vestigia subscr. ms. Pist. habet in inscr. legis prox., in qua scriptum est* Id ā aquilino. — [18]) et CC. *absunt a mss. Pist. Vat. Pl.* 2. — [19]) Aquiliano *ms. Pl.* 2.; *cfr. not.* 17. *ad l.* 4. *hoc tit.* — [20]) *Hal.*; X. Kal. *Russ. et rell.; cfr. not.* 15. *ad l.* 3. *hoc tit.* — [21]) servari *ms. Pl.* 1.; *φυλάττειν Bas.* — [22]) pp XII k mai Sirmi. ipsis III & tcis aug css *ms. Pist., quae subscr. ex l.* 2. *tit. seq. huc transscripta est.* — [23]) *maleficorum ed. Schf.* — [24]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg., Hal. in textu, Bk., Theod. C.*; Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA. *Hal. in not., Russ. et rell., refragantibus veteribus codd. secundum testimonia Russ. et Cont.* — [25]) seu curatorum *absunt a Theod. C., in ms. Pl.* 1. *lineae superscripta; sed ἢ τῶν κουρατώρων Bas.* — [26]) *Bk., Theod. C., nisi quod hic* VII. et Constantino Caes. IV. Coss. *habet, quae lectio partibus eiusdem edicti in not. m. ad h. l. recensitis minus congrua est;* Dat. Id. Aug. Sirmii, Constantio II. et Constante CC. Conss. *Hal. et rell., sed iam inscr. docet, ad hos consules* (339.) *non posse hoc edictum pertinere.*

Tit. XXIX. [XXVIII.]

a) SI ADVERSUS VENDITIONEM PIGNORUM [1]).

1. b) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [2]) Sabinae et aliis. — Etiam adversus venditiones pignorum, quae a creditoribus fiunt, minoribus subveniri, si tamen magno detrimento afficiantur, iampridem placuit. Si igitur pignori captis praediis ac distractis, enorme damnum ex huiusmodi venditione passos vos ostendaritis, praesertim quum hodieque [3]) minores vos esse affirmetis, auxilium restitutionis vobis impertietur. Dat. X. Kal. Decembr. Sirmii, ipsis AA. Conss. [293—304.]

2. c) Iidem AA. et CC. Severae et Clementinae. — Rem, quam a patre vestro quondam creditor eius obligatam sibi distraxit, per aetatem vestram postulantium revocari desiderium non habet rationem. Quod iuris est, etsi [4]) extraneo successistis; nam si creditor non bona fide versatus est, ipsum magis vel tutores sive curatores vestros, qui hanc venumdari passi sunt, convenite. Dat. XIII. Kal. Maii Sirmii, Caess. Conss. [5]) [294—305.]

Tit. XXX. [XXIX.]

d) SI ADVERSUS DONATIONEM [6]).

1. e) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Theodorae. — Si quae res ante nuptias [7]) congruente moderatione a minore annis viginti quinque [8]) marito sponsaliorum tempore, etiam curatore praesente, tibi donatae sunt, obtentu aetatis non revocabuntur. S. III. Non. Novemb. Diocletiano A. [9]) et Aristobolo [10]) Conss. [285.]

2. f) Iidem AA. et CC. Medeae. — Si in te ac fratrem tuum emancipatos pater vester donationem fecit, in alium postea transferendo portionem eius, nihil vobis abstulit; nec si frater tuus sibi quaesiti praedii iustici partem donanti patri consensit, dominium ab eo discedere potuit propter senatusconsulti auctoritatem; hoc auxilium in integrum restitutionis hac in re necessarium est. In aliis vero rebus, quae etiam sine decreti recitatione alienari possunt, si, postquam sibi donatae fuerint, postea alii donanti eandem patri voluntatem in minore aetate accommodavit [11]), nec praestituta tempora restitutionis excesserunt [12]), hoc auxilium implorare potest. Dat. VIII. Kal. Ianuar. AA. Conss. [13]) [293—304.]

Tit. XXXI. [XXX.]

g) SI ADVERSUS LIBERTATEM.

1. h) Impp. Severus et Antoninus AA. Hamniae. — Si post decretum praetoris, viri clarissimi, qui fideicommissariam libertatem deberi pronuntiavit, Secundus, quem conditioni non parnisse conqueris, manumissus non est, aetas tua litis instaurationem admittit. Quodsi libertatem, quamvis indebitam, dedisti, non posse eam revocari intelligis, sed damnum, quod ob eam causam illatum est, iudicio negotiorum gestorum a curatoribus tuis esse sarciendum. PP. II. Kal. Iul. Laterano et Rufino Conss. [14]) [197.]

2. i) Imp. Gordianus A Solanae. — Etsi minor viginti [15]) annis, ut allegas, constituta, servum tuum ab eo circumscripta in concilio manumisisti, tamen vindictae impositio, qua [16]) libertas iusta [17]) munitur, nec obtentu quidem aetatis rescindi potest. Indemnitati vero tuae, a manumisso scilicet sarciendae, ab eo, cuius iurisdictio est, quatenus iuris ratio permittit, consuli debet. PP. VI. Id. Mart. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [18]) [241.]

3. k) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Marthonae et Sabinillae. — Quos retrahi in servitutem postulatis, si non in concilio causa cognita, quum minores annis viginti fuissetis, manumisistis, non per in integrum restitutionem, sed ipso iure persequi potestis. Quod si probata causa libertas praestita est, restitutio in integrum contra libertatem locum habere non potest. Si tamen in ea re culpa seu fraude libert. eiusdemque curatoris ratio vestra laesa sit, sarciri damnum ab eo, qui hoc intulit, praeses provinciae curabit, non dubitaturus etiam graviorem executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, ut puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. VIII. Kal. [19]) Octob. Seculare II. et Donato Conss. [20]) [260.]

4. l) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [21]) Tatiano. — In iudicio de liberali causa sententiam, pro libertate latam, ne quidem praerogativa minoris aetatis sine appellatione posse rescindi, ambigi non potest. PP. VIII. Id. Ianuar. Nicomediae, Diocletiano VIII. et Maximiano VII. Conss. [22]) [303.]

TIT. XXXII.

---

a) *Dig. IV.* 4. — b) *Bas. X.* 11. 1. — c) *Bas. X.* 11. 2. — d) *Dig. IV.* 4. — e) *Bas. X.* 12. 1. — f) *Bas. X.* 12. 2. — g) *Dig. IV.* 4. — h) *Bas. X.* 13. 1. — i) *Bas. X.* 13. 2. — k) *Bas. X.* 13. 3. — l) *Bas. X.* 13. 4.

1) pignoris *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — 2) AA. et CC. *absunt a ms. Pist.*; et CC *absunt a ms. Pl.* 2. — 3) *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; hodie *mss. nostra, edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *et rell.*; *verborum* praesertim — affirmetis *non exstat vestigium in Bas.* — 4) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; etiam si *Russ. et rell.* — 5) III k mar Sirmi css *ms. Pist.* — 6) *rubr. deest in ed. Schf.* — 7) per ante nuptias donationem *Russ. in marg.* — 8) annis viginti quinque *absunt a ms. Bg.*; viginti quinque *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; ὁ ἐλάττων τῶν εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν *Bas.* — 9) A. *abest ab Hal. et rell. praeter Bk.*, *qui inserit* A. II., *recte secundum fastos*; *illud* A. *inserui ex ms. Pist.*, *in quo subscr. haec est* pp III non novb. diocl. ā et aristobozo cō. ss. — 10) Aristobulo *Bk.* — 11) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; commodavit *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed nostram lect. probat Cont.*, *tamquam quae omnibus codd. firmetur.* — 12) *ms. Pl.* 1.; excesserint *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*; excessit *ms. Bg.*, *edd. Schf. Hal. et rell.*; *sed* οἱ ἀφωρισμένοι χρόνοι — ἐξῆλθον *Bas.* — 13) *in ms. Pist. hic legitur subscr. ex l.* 3. *tit. seq.* pp VIIII k octb Sclare II et donato cō. ss. — 14) *subscr. pugnat cum inscr.*, *quum demum a.* 198. *Antoninus cooptatus fuerit Augustus.* — 15) viginti *abest a mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; *sed* ἐλάττων τοῖς εἴκοσιν ἐνιαυτοῖς *Bas.* — 16) quia *pro* qua *legere malim*, *nam* ἐπειδή — αὕτη ἡ ἐλευθερία ἰσχύσωσι *Bas.* — 17) iuste *ed. Schf.* — 18) VIIII. id. iañ. nicom *ex subscr. habet ms. Pist.* — 19) *Hal. et rell. praeter Sp. et Bk.*, *qui* Kal. *per errorem omittunt.* — 20) *quomodo ms. Pist. hanc subscr. confirmet*, *v. in not.* 13. *ad l.* 2. *tit. praeced.* — 21) et CC. *absunt a mss. Vat. Pl.* 2. — 22) *hanc subscr. ita restitui ex ms. Pist.*; Dat. VI. Id. Ian. ipsis AA. V. et IV. Conss. *Hal. et rell.*; *sed maior videtur fides msi, in quo accuratissime descriptam esse hanc subscr.*, *quilibet videt.*

Tit. XXXII. [XXXI.]

[a]) SI ADVERSUS TRANSACTIONEM [1]) VEL DIVISIONEM MINOR RESTITUI VELIT [2]).

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Honorato [3]). — Quum in integrum pupilla restituta rescindi transactionem vel divisionem placuit, tu quoque actionibus, quas pridem habuisti, uteris. PP. XV. Kal. April. Sirmii, AA. [4]) Conss. [5]) [202.]

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Hymnodae. — Si ex persona minorum in integrum restitutio adversus transactum propter aetatis auxilium imploretur, tibi quoque, agenti ex integro, vel replicatione contra exceptionem pacti, vel, si peremtam [6]) constet pristinam obligationem, ex instauratione negotii tributa [7]) actione [8]) consulendum est. Dat. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XXXIII. [XXXII.]

[d]) SI ADVERSUS SOLUTIONEM A DEBITORE [9]) VEL A SE FACTAM.

1. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Sotericae. — Exemplo ceterorum debitorum tutores etiam, quae ex administratione tutelae debent, curatoribus solventes liberantur, sed ante tempus in integrum restitutioni [10]) praestitutum [11]) edicto perpetuo permissum [12]) beneficium implorari, et an sit tribuendum, per causae cognitionem aestimari potest. Dat. VI. Id. Febr. Caess. Conss. [294—305.]

2. [f]) Iidem AA. et CC. [13]) Laurinae. — Indebito legato, licet per errorem iuris a minore soluto, repetitionem ei decerni, si necdum tempus, quo restitutionis tribuitur auxilium, excesserit, rationis est. Dat. XV. Kal. April. Sirmii, Caess. Conss. [14]) (294—305.)

Tit. XXXIV. [XXXIII.]

[g]) SI ADVERSUS DOTEM [15]).

1. [h]) Imp. Alexander A. Valenti. — Quoniam circumventam dicis sororem tuam omnia bona in dotem dedisse, an veritas allegationi tuae [16]) adsistat, si ad te hereditas sororis tuae vel bonorum possessio pertinuit, et tempora nondum praeterierint, intra quae legibus conceditur ex persona defuncti postulare in integrum restitutionem, praeses provinciae praesente diversa [17]) parte examinabit. Dat. VI. Id. Iul. Maximo et Paterno Conss. [233.]

Tit. XXXV. [XXXIV.]

[i]) SI ADVERSUS DELICTUM SUUM [18]).

1. [k]) Impp. Severus et Antoninus AA. Longino. — In criminibus quidem aetatis suffragio minores non iuvantur; etenim malorum mores infirmitas animi non excusat. Sed quum [19]) delictum non ex animo, sed ex contractu [20]) venit, noxia [21]) non committitur, etiamsi poenae causa pecuniae damnum irrogetur, et ideo minoribus et [22]) in hac causa in integrum restitutionis auxilium competit. Dat. Id. Octob. Severo [23]) et Victorino Conss. [200.]

2. [l]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Proculae. — Licet in delictis aetate neminem excusari constet, matri tamen, quae filiis tutorem [24]) aetatis lubrico lapsa [25]) non petiit, eorum minime denegari successionem convenit, quum hoc in maioribus matribus tantum obtineat. V. Non. Mart. Caess. Conss. [26]) [294—305.]

Tit. XXXVI. [XXXV.]

[m]) SI ADVERSUS USUCAPIONEM.

1. [n]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Isidorae. — Contra eos, qui res minorum [27]) tenent, si usucapione dominium acquisierint, restitutionis auxilium eis [28]) decerni debet. Dat. [29]) Kal. Maii Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

TIT. XXXVII.

---

[a]) *Dig. IV.* 4. — [b]) *Bas. X.* 14. 1. — [c]) *Bas. X.* 14. 2. *Cfr. not. n. ad l.* 6. *C. de dolo malo II.* 21. — [d]) *Dig. IV.* 4. — [e]) *Bas. X.* 15. 1. — [f]) *Bas. X.* 15. 2. — [g]) *Dig. IV.* 4. — [h]) *Bas. X.* 16. 1. — [i]) *Dig. IV.* 4. — [k]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 141.; *Bas. X.* 17. 1. — [l]) *Bas. X.* 17. 2. — [m]) *Dig. IV.* 4. — [n]) *Bas. X.* 18. 1.

[1]) vel depositionem *inserit ms. Pist.* — [2]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; minor restitui velit *absunt a mss. Pl.* 1. *Gt.*; in integr. min. restitui velit *Hal. et rell.*; *sed nostrain rubr. etiam confirmant Bas. X.* 14. *rubr.* — [3]) *mss. Pist Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Honorio *ed. Nbg*; Antonio *Hal. et rell.* — [4]) III. et 1. *inserit Bk.*, *recte secundum fastos.* — [5]) *subscr. abest ab Hal.*; CC. Conss. *Russ. et rell. praeter Sp. Bk.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; esse *inserunt Russ. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; tibi *additur ab Hal. et rell.*, *abest autem ab omnibus codd. Russ. et Cont.* — [8]) *Cont. in marg. monet*, *nonnullos dicere*, *in veteribus addi verbum* rescissoria, *quod et Cont. nusquam reperit et ab omnibus meis libris abest.* — [9]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *omnia mss. Cont.*; creditore *ed. Nbg.*; tutore *Hal. et rell.*; *sed παρὰ τοῦ χρεώστου Bas. X.* 15. *in rubr.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; restitutionis *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [11]) praestitum *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.* — [12]) promissum *Cuiac. Obss. XVII.* 6., *quod rectius est secundum Bas.* ἢ — ἐπαγγελθεῖσα — βοήθεια; est *addunt edd. Nbg. Schf.* — [13]) Impp. diocl. et max (aa) *mss. Pist. Vat. Pl.* 2. — [14]) XV. k mar Sirmi css *ms. Pist.* — [15]) restitutio postuletur *addunt edd. Nbg. Russ.* — [16]) tuae *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; ταῖς διδασκαλίαις σου *Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; adversa *Russ. Cont. et rell.* — [18]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62., *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 141. *in rubr.*; suum *abest a mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *sed εἰ κατὰ τὸ ἁμάρτημα τὸ ἴδιον Bas. X.* 17. *in rubr.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62., *Coll. Ans. ded.*; Si tamen *edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; ἀλλ' ὅτε *Bas.* — [20]) *hanc Haloandri lect. unice veram esse docent et coll. Ans. ded.*, *et verbi serius erasi vestigia in ms. Pl.* 1., *et Bas.*, *quae habent* ἀλλ' ὅτε τὸ ἁμάρτημα μὴ ἀπὸ ψυχῆς πονηρᾶς, ἀλλ' ἀπὸ συναλλάγματος ἔρχεται; sed extra *mss. et edd. praeter Hal. Probat nostram lect. et Cuiac. ad Paulli Sentent. I.* 17. — [21]) noxa *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Hal.*, *Coll. Ans. ded.* — [22]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*, *Coll. Ans. ded.*; et *abest a ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Russ. et rell.*; *sed καὶ ἐν ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ Bas.* — [23]) A. II. *inserunt Hal. et rell. praeter Bk.*; A. *abest etiam a ms Pist.*, *quod reliquam subscr. firmat.* — [24]) tutores *ms Gt.*; ἐπιτρόπους *Bas.* — [25]) lapsu *Hal.* — [26]) Mart. CC. * *Russ. et rell. praeter Bk.*; *sed* cc. ss *ms. Pist.*; *omnis subscr. abest ab Hal.* — [27]) minoris *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [28]) eis *abest a ms. Pl.* 1.; ei *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [29]) Dat. *abest a ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. confirmat.*

Tit. XXXVII. [XXXVI.]

a) SI ADVERSUS FISCUM [1]).

1. b) Impp. Severus et Antoninus AA. Longino. — Si Probus in minore aetate constitutus, circumventus a Rufino dispensatore nostro, venditionem rei praecipite animo pretio longe minore contrahere festinavit, iuris publici fiscus noster in iure restitutionis [2]) sequetur auctoritatem. Dat..... Severo [3]) et Victorino Conss. [200.]

2. c) Imp. Alexander A. Antiocho et aliis. — Si adversus privatos in integrum restitutionem tam tu quam fratres tui desideratis, praesidis provinciae, viri clarissimi, notio est, isque causa cognita aestimabit, an auxilium, quod imploratis, conferri vobis [4]) debeat. Quodsi adversus fiscum id postulatis, intelligitis, procuratorem meum una cum praeside, praesente fisci patrono, adire vos debere. Dat. Kal. August. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

3. d) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [5]) Laurentio. — Edicto quidem divi Marci, parentis nostri, res minorum exceptae [6]) nihil tuum adiuvant desiderium, siquidem debiti causa patris minoris vel etiam ipsius praedia venumdata quinquennii praescriptionis nullam admittunt quaestionem. Sed quoniam per collusionem sive fraudem tunc temporis procuratoris nostri nimis [7]) exiguo pretio fundum tuum cum mancipiis venumdatum asseveras, si aditus rationalis noster tuis adesse fidem allegationibus, nec servatam solemnitatem hastarum animadverterit, fisco te satisfaciente, revocata venditione fundum tibi restitui iubebit. Dat. Id. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

Tit. XXXVIII. [XXXVII.]

e) SI ADVERSUS CREDITOREM [8]).

1. f) Imp. Antoninus [9]) A. Prunico. — Quum et ipse profitearis cum Zenodora minore viginti quinque annis [10]) contraxisse, nec docere [11]) potuisse praetori, viro clarissimo [12]), ex eo contractu locupletiorem eam esse [13]) factam, intelligis, eam merito in integrum restitutam. Dat. VI. Non. Maii Messala et Sabino Conss. [14]) [214.]

2. g) Imp. Gordianus A. Gaiano. — Si, ut allegas, minor annis pecuniam foenori accepisti, nec ea in rem tuam versa est, adversus cautionem, per quam eo nomine te obligasti, in integrum restitutionis auxilium potes solemniter postulare. PP. III. Non. Febr. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [15]) [241.]

Tit. XXXIX. [XXXVIII.]

h) SI MINOR AB HEREDITATE SE ABSTINEAT [16]).

1. i) Impp. Severus et Antoninus AA Florentio et aliis [17]). — Si vos paternae hereditati non immiscuistis [18]), ob eam rem testificatio necessaria non fuit, quum fides veritatis verborum adminicula non desideret. Quod si pro herede gessistis, vel bonorum possessionem accepistis [19]), propter aetatem, cui subveniri solet, in integrum restitutionis auxilium accipere debetis [20]). PP. VI. Non. Maii [21]) Saturnino et Gallo Conss. [198.]

Authent. ut sponsal. larg. §. Ad haec quoque. (Nov. 119. c. 6.) — *Si omnes creditores praesentes sunt, ubi restitutio postulatur, a iudice vocentur, ut intersint, quum minor se abstinet. Sed si omnes absunt vel quidam, solemniter a iudice citentur; quibus intra tres menses non apparentibus, minor sine periculo ab hereditate discedat, iudice providente, ubi et qualiter res hereditariae debeant custodiri, quantitate earum* [22]) *in actis manifestanda.*

2. k) Imp. Gordianus A. [23]) Herodotae. — Si, quum avi tui testamento te heredem reliquissent, hereditates eorum non adiisti, liberum tibi est, repudiata paterna successione, per in integrum restitutionis auxilium, quo te aetatis iure dicis esse munitam, hereditatem parentum tuorum, licet antea non adiisti, nunc obtinere. PP. III. Non. Febr. Gordiano A. II. [24]) et Pompeiano Conss. [241.]

Tit. XL. [XXXIX.]

l) SI UT [25]) OMISSAM HEREDITATEM, VEL BONORUM POSSESSIONEM, VEL QUID [26]) ALIUD ACQUIRAT.

1. m) Imp. Gordianus A. Protae. — Minores viginti

---

a) *Dig. IV.* 4. — b) *Bas. X.* 19. 1. — c) *Bas. X.* 19. 2. — d) *Bas. X.* 19. 3. — e) *Dig. IV.* 4. — f) *Bas. X.* 20. 1. — g) *Bas. X.* 20. 2. — h) *Dig. IV.* 4. — i) *l.* 1. *Greg. C. si minor ab hered. II.* 3.; *Bas. X.* 21. 1. — k) *Bas. X.* 21. 2. — l) *Dig. IV.* 4. — m) *Bas. X.* 22. 1.

1) Si adversus creditorem *ed. Schf.*; *cfr. tit. seq. in rubr.* — 2) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; in integrum restitutionis *edd. Nbg. Hal. Russ. Bk.*; in integrum restitutionis iure *Cont. et rell.*; *sed ἐν τῷ νομίμῳ τῆς ἀποκαταστάσεως Bas.* — 3) A. II. *inserunt Hal. et rell. praeter Bk.*; *cfr. not.* 23. *ad l.* 1. *tit. XXXV.* — 4) in vos *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — 5) et CC. *absunt a ms. Vat.* — 6) exemptae *Hal.*; excepit *ms. Bg.* — 7) nostri nominis *ms. Bg.*, *et ante correct. mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.*; nostri numinis nimis *Cont.* 62.; *sed ἐπειδὴ κατὰ συμπαιγνίαν — τοῦ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καθολικοῦ ἡμῶν πάνυ ἐλαχίστου τιμήματος Bas.* — 8) Si adv. creditores *ms. Bg.*; Si adv. fiscum *ed. Schf.*, *cfr. not.* 1. *ad rubr. tit. praeced.* — 9) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; Imp. Antoninus Pius *Hal. et rell.*; Imp. Marcus *ms. Vat.*; *cfr. not.* 14. *ad h. l.* — 10) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; te *inserunt Russ. et rell.*; *sed nostram lect. firmant Bas.* — 11) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., omnia mss. Cont. et Russ.*; doceri *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed διδάξαι Bas.* — 12) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., omnia mss. Cont. et Russ.*; praetorem virum clarissimum *ms. Pl.* 2., *Russ. et rell.*; *cum nostra lect. faciunt Bas.* — 13) eam esse *absunt a mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; eam *abest a mss. Pl.* 1. *Gt. Bg.* — 14) *hanc subscr., quam restitut ex ms. Pist., unice veram esse, docet inscriptio, quae hoc rescriptum ad optimorum codd. fidem Caracallae tribuit*; Dat. VI. Non. Aug. Largo et Messalino Conss. (147.) *Hal. et rell.*, *qui, ut cum hac subscr. concordet inscriptio, in hac male scribunt* Imp. Antoninus Pius. — 15) *ita supplenda subscriptio ex l.* 2. *tit. seq., quae eiusdem est diei*; PP. III. — Gordiano II. *ms. Pist., Russ. et rell. praeter Sp., qui addit* Cons., *et praeter Bk., qui nobiscum facit*; PP. III. Non. Oct. Pio et Pontiano Coss. *Russ. in marg., subscr. abest ab Hal.* — 16) Si iustae hereditate abstineat *ms. Pist.*; Si ut se hered. abstin. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *similiter edd. Schf. Cont.* 62.; Si minor ab hered. abstinuerit *ed. Nbg.*; Si se abstinuit hereditate *Hal. Equidem legere malo* Si quis se ab hered. abstineat, *quod et confirm. Bas. X.* 21. *in rubr.* — 17) Vetoriis, Frontino et aliis *Greg. C.* — 18) miscuistis *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Greg. C.*; *ἐνεμίξατε Bas.* — 19) vel bon. poss. accep. *absunt a Greg. C.* — 20) an in integr. restitui debeatis, aestimabit, cuius de ea re notio est *Greg. C.* — 21) V. Non. Mart. *Greg. C.* — 22) *rerum inserunt edd. Schf. Hal. Russ.* — 23) Id. ā *ms. Pist.*; Id. āā. *ms. Vat.* — 24) II. *abest a ms. Pist., quod reliquam subscr. omnino confirmat.* — 25) Sicut *ms. Pist.*; Si *omisso* ut *mss. Cas. Pl.* 1.; *fortasse* Si quis, *nam Ἐάν τις Bas. X.* 22. *in rubr.* — 26) Si ut omissa hereditate vel bon. possessione aliquid *ed. Nbg.* —

viginti quinque annis non tantum in his, quae ex bonis propriis amiserunt, verum etiam si hereditatem sibi delatam non adierint, posse in integrum restitutionem [1]) postulare, iamdudum placuit. PP. Id. Octob. Pio et Pontiano Conss. [238.]

2. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Sarapiadi. — Ad bonorum possessionem in paternis rebus omissam minores in integrum restitutionis admitti beneficio, iampridem placuit. Restituti autem decreto bona, quae habuerunt mortis tempore patris, debent conferre [2]). Dat. XVI. Kal. Novemb. Sirmii, Caess. [3]) Conss. [294—305.]

Tit. XLI. [XL.]

[b]) IN QUIBUS CAUSIS IN INTEGRUM RESTITUTIO [4]) NECESSARIA NON [5]) EST.

1. [c]) Imp. Alexander A. Mutato. — Minoribus viginti quinque annis, praesertim qui per tutores et curatores non defendantur, non obesse, si mortem defuncti parentis non ulciscantur, innumeris [6]) divorum parentum meorum ac meis rescriptis continetur. V. Id. Maii Alexandro A. III. et Dione [7]) Conss. [229.]

2. [d]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Theodorae. — Adolescentiae tempus non imputari in id quinquennium liberis, cuius praescriptio seram inofficiosi quaestionem moventibus opponi solet, manifeste ante rescripsimus [8]). Impleta igitur aetate legitima non est in integrum restitutio necessaria, quia non integratio [9]) amissae causae his datur, sed integra ipsa causa servatur. PP. II. Id. August. Tusco et Basso Conss. [10]) [258.]

3. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Decimo. — In minorum persona re ipsa et ex solo tempore tardae pretii solutionis recepto iure moram fieri creditum est, in his videlicet, quae moram desiderant, id est in bonae fidei contractibus, et fideicommissis, et legatis [11]).

4. [f]) Iidem AA. et CC. Stratonicae. — Si tutor tuus, qui pro tutelari officio non caverat, iudicio expertus est, contra eum lata sententia iuri tuo officere non potuit, nec ea, quae ab eo gesta sunt, ullam firmitatem obtinent. Frustra ergo in integrum restitutionis auxilium desideras, quando ea, quae ab eo gesta sunt, qui legitimae administrationis [12]) personam sustinere non potuit, ipso iure irrita sunt. S. XVIII. Kal. Novembr. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

5. [g]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Sancimus favore imperfectae aetatis, exceptionem non numeratae pecuniae ab initio minoribus non currere [13]), ne, dum in integrum restitutionem exspectamus, [14]) aliquod emergat obstaculum, per quod huiusmodi beneficio minor uti non possit, ne [15]) substantia eius subvertatur. Sed humanius est, latius eandem legis interpretationem extendere in omnibus casibus, in quibus vetera iura currere [16]) quidem temporales praescriptiones adversus minores concesserunt, per in integrum autem restitutionem eis subveniebant, eas ipso iure non currere [17]). Melius etenim est [18]), intacta eorum iura servari, quam post causam vulneratam remedium quaerere; videlicet exceptionibus triginta vel quadraginta annorum in suo statu remanentibus. Dat. Kal. Novembr. Constantinop. post Lampadium et Orestem VV. CC. Conss. [19]) [531.]

Tit. XLII. [XLI.]

[h]) QUI ET ADVERSUS QUOS IN INTEGRUM RESTITUI NON POSSUNT.

1. [i]) Imp. Alexander A. Cononidi. — In consilio quidem cognoscentis de restitutione in integrum esse oportet, num is, qui se minorem annis laesum esse dicit [20]), diligens paterfamilias fuerit, actibusque publicis industrium se docuerit, ut lapsum eum per aetatem verisimile non sit. Verum si causa cognita circumventus deprehendatur, propter hoc solum, velut praescriptione, a solito auxilio removeri non debet, [21]) quod urgentibus patriae necessitatibus decurio minor annis creatus sit, vel propagandae [22]) soboli liberorum educatione [23]) prospexerit. PP. X. Kal. Octob. Lupo et Maximo Conss. [24]) [232.]

2. [k]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum apud veteres dubitabatur, an liberi parentes suos vel liberti patronos in querimoniam deducere possint, quasi non rite in eos versatos, et [25]) quidam existimabant, nullam esse contra huiusmodi personas in integrum restitutionem, pondere [26]) naturali vel patronali reverentia huiusmodi petulantiae refragante, nisi vel ex magna causa vel adversus turpem eorum personam, alii autem personarum quidem vel causae distinctionem respuendam esse censuerunt, tunc autem tantummodo dandam esse restitutionem putaverunt, quum minor ex sua simplicitate se deceptum, non ex dolo patris vel patroni circumscriptum esse dicat [27]); quod, ut [28]) maneat in omnibus honor parentibus et patrono vel patronae

---

[a]) *Bas. X.* 22. 2. — [b]) *Dig. IV.* 4. — [c]) *Bas. X.* 23. 1. — [d]) *Bas. X.* 23. 2. — [e]) *Bas. X.* 23. 3. — [f]) *Bas. X.* 23. 4. — [g]) *Bas. X.* 23. 5. — [h]) *Dig. IV.* 4. — [i]) *Bas. X.* 24. 1. — [k]) *Bas. X.* 24. 2.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *mss. Russ. et Cont.*, *liber Auredani apud Char.*, *ed. Schf.*; in integr. restitutionis auxilium *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* τὴν εἰς ἀκέραιον ἀποκατάστασιν *Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *mss. Russ. et Cont.*; fratribus *addunt Russ. et rell.*, *sed nobiscum Bas. quoque faciunt.* — [3]) pp XI. k. oct lupo et max̄ css̄ *ms. Pist.*, *quae subscr. pertinet ad l.* 1. *C. II.* 42. — [4]) restitutio in integr. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [5]) non *abest ab ed. Schf.* — [6]) numerosis *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *Hal.*; in numerosis *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.* — [7]) II. *inserit Bk.*, *recte secundum fastos.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; descripsimus *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; ἀντιγράψαμεν *Bas.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *mss. Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; redintegratio *Russ. et rell.* — [10]) *hanc subscr. firmat ms. Pist.* — [11]) et in legatis *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Cont.* 62.; et in legato *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.*, *consentiunt Bas.* καὶ ἐπὶ τοῦ ληγάτου. — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; legitimi administratoris *Russ. et rell.*; *sed* τῆς ἐννόμου διοικήσεως τὸ πρόσωπον *Bas.* — [13]) concurrere *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 394.), *var. l. gl.*; τρέχειν *Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., vel *inserunt Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 395.), *mss. Russ.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; vel ne *ed. Nbg.*, vel *omisso* ne *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [16]) concurrere *alii*, *cfr. not.* 13. *ad hanc leg.* — [17]) concurrere *alii*, *cfr. not.* 13. *supra.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; est *abest a Cont.* 66. *et rell.* — [19]) dat. k. nov. cāp. p̄ cons. s̄s̄ *ms. Pist.*, *cui lacunosae subscr. magis videtur convenire consueta scribendi ratio*, *quam et Bk. servat*, post cons. Lampadii et Orest. — [20]) dicat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 395.); *s. inserit ed. Nbg.*, scilicet *Hal. cum rell.* — [22]) prorogandae *Cont.* 71. *Char. Pac.* — [23]) educationem *Russ. in marg.* — [24]) *haec subscr. in ms. Pist. ad l.* 2. *C. II.* 40. *adscripta est*, *cfr. not.* 3. *ab l. cit.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf Hal. Cont.* 62.; *et abest a Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *sed* καί τινες ἐνόμιζον *Bas.* — [26]) pudore *ms. Charondae*; *sed* τοῦ βάρους τοῦ φυσικοῦ *Bas.* — [27]) *mss. Pl.* 1 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; diceret *Hal. et rell.*; λέγει *Bas.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*, *var. l. gl.*; sed ut *Russ. et postea rell.*; ut *omisso* sed *Hal.*, *sed* ὅπερ, ἵνα μένῃ —, θεαπίζομεν *Bas.*

patronae illibatus atque intactus, sancimus, nullo modo neque adversus parentes utriusque sexus, neque adversus patronum vel patronam dari restitutionem. Nam personarum reverentia omnem eis excludit restitutionem, quum procul dubio sit [1]), etiam ipsas personas cavere, ne quid suae opinioni contrarium exsistat. Dat. Kal. Sept. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae [2]) VV. CC. [3]) [531.]

Tit. XLIII. [XLII.]

[a]) SI [4]) MINOR SE MAIOREM [5]) DIXERIT VEL [6]) PROBATUS [7]) FUERIT [8]).

1. [b]) Imp. Alexander A. Maximianae. — Si, quum minor annis viginti quinque esses, tabulis, quae sunt tuarum professionum, oblatis tibi, aetatem quasi maior annis viginti quinque decepta probasti, in integrum restitutionem intra statutum legibus tempus etiam post impletam aetatem de omnibus intra eam [9]) aetatem adversus te gestis postulare apud eum, cuius [10]) de ea re iurisdictio est, potes. PP. XII. Kal. April. Maximo et Paterno Conss. [11]) [233.]

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [12]) Vitaliano. — Si is, qui minorem nunc se [13]) asseverat, fallaci maioris aetatis mendacio te deceperit, iuxta statuta iuris, quum [14]) errantibus non etiam fallentibus minoribus publica iura subveniant, in integrum restitui non debet. Dat. II. Kal. [15]) Decembr. Diocletiano III. [16]) et Maximiano AA. Conss. [17]) [287.]

3. [d]) Iidem AA. et CC. Theodorae. — Si alterius circumveniendi causa minor aetate maiorem te probare adspectu laboraveris, quum malitia suppleat aetatem, restitutionis auxilium tam sacris constitutionibus, quam rescriptorum auctoritate denegari statutum est. Quodsi per iniuriam vel circumventionem [18]) adversarii hoc fuerit factum, durat [19]) beneficium, quo [20]) minoribus causa cognita subveniri solet. Aditus itaque praeses provinciae, probationis aetatis examinata causa, si tuum dolum non repererit intercessisse, ac te minorem tunc fuisse probaveris, causa cognita in integrum restitui providebit. Si tamen in instrumento per sacramenti religionem maiorem te esse asseverasti, non ignorare debes, exclusum tibi esse in integrum restitutionis beneficium, nisi palam et evidenter ex instrumentorum prolatione [21]), non per testium depositiones, te fuisse minorem ostenderis. Huiusmodi autem sacramento corporaliter praestito, nullum tibi superesse auxilium, perspicui iuris est. Dat. XIII. Kal. Octobr. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

4. [e]) Iidem AA. et CC. Labio. — Quum circa probandum annorum numerum apud rectorem provinciae erratum esse proponas, et in huiusmodi causis etiam filiisfamilias minoribus subveniri admissum sit, ea, quae in prece [22]) contulisti, praesidem provinciae examinare convenit, qui, si aestimata aetate tua maiorem annis falsa opinione te praesumsisse ex probationum luce cognoverit, erga minoris personam fidem veri sequetur. Dat. VI. Id. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XLIV. [XLIII.]

[f]) SI SAEPIUS IN INTEGRUM RESTITUTIO POSTULETUR.

1. [g]) Impp. Severus et Antoninus AA. Romano et aliis. — Si post sententiam proconsulis contra vos latam desiderastis in integrum restitui, nec obtinuistis, frustra ut rursus [23]) ea quaestio in integrum restitutionis [24]) agitetur, desideratis; appellare enim debuistis, si vobis sententia displicebat. Sed si adhuc in ea aetate estis, cui subveniri solet, appellandi ius vobis restituimus. PP. V. Kal. August. Chilone et Libone Conss. [25]) [204.]

2. [h]) Imp. Alexander A. Iusto, militi. — Quamquam curatores pupillae victi sunt, quum in integrum restitui pupillam desiderabant, quum tamen novis defensionibus causam instrui posse dicas, adeant curatores uxoris tuae [26]) et petant, ut causas in integrum restitutionis agant. PP. V. Kal. Aug. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

3. [i]) Imp. Philippus A. Anitiae. — In una eademque causa iteratum in integrum restitutionis auxilium non iure, nisi novae defensiones praetendantur, [27]) posci, saepe rescriptum est. PP. II. Kal. Iul. Peregrino et Aemiliano Conss. [28]) [244.]

Tit. XLV. [XLIV.]

[k]) DE HIS, QUI VENIAM AETATIS IMPETRAVERUNT.

1. [l]) Imp. Aurelianus A. Agathocli. — Eos, qui veniam aetatis a principali clementia [29]) impetra-

---

[a]) *Dig. IV.* 4. — [b]) *Bas. X.* 25. 1. — [c]) *Bas. X.* 25. 2. — [d]) *Bas. X.* 25. 3. — [e]) *Bas. X.* 25. 4. — [f]) *Dig. IV.* 4. — [g]) *Bas. X.* 26. 1. — [h]) *Bas. X.* 26. 2. — [i]) *Bas. X.* 26. 3. — [k]) *Dig. IV.* 4. — [l]) *Bas. X.* 27. 1.

[1]) est *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [2]) *Hal. Russ. Cont.* 62.; Orestis *Cont.* 66. *et rell.* — [3]) Coss. *addit Hal.*; *omnis subscr. in ms. Pist. ita se habet:* D. K. Sept. cc. ss. Lampadio et horeste. — [4]) cum *inserit ms. Pist.* — [5]) esse *inserit ms. Pist.* — [6]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; maior *inserunt Russ. et postea rell.* — [7]) probatum *ms. Cas.*, *ed. Nbg.* — [8]) ab alio *addit ms. Vat.*; vel — fuerit *absunt ab Hal.*; *nostram rubr. confirmant Bas. X.* 25. *in rubr.* Ἐὰν ἥττων μείζονα ἑαυτὸν εἴπῃ ἢ ἀποδειχθῇ. — [9]) eam *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; cui *edd. Nbg. Hal. et rell.*; οὗτινος *Bas.* — [11]) *secundum ms. Pist.*, *quod habet* pp XV k apr max II et Bliano ss, *hoc resc. potius pertinet ad Maximum II. et Aelianum Conss.* (223.) — [12]) *mss. Pist. Pl.* 2., *Hal. Bk.*; et CC. *addunt mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Russ. et rell.*, *quod additamentum pugnat cum subscr.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; esse *inserunt ms. Bg.*, *edd. Nbg. Russ. et rell.*; *sed nobiscum faciunt Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; quum *ante* iuxta *collocant edd. Nbg. Russ. et rell.*; *sed* κατὰ τὰ ὁρίσματα τῶν νόμων, ὁπότε *Bas.* — [15]) *Hal.*; III. Kal. *Russ. et rell.* — [16]) II. *Hal. et rell. praeter Bk* — II, [17]) pp VI k dec et aa css. *ms. Pist.* — [18]) circumscriptionem *mss. Pl.* 1. *Bg.*; παραγραφὴν *Bas.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *Hal. Russ. Cont.* 62., *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 396.); durabit *edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *et rell.*: *sed* ἐῤῥώσθαι *Bas.* — [20]) quod *et postea* subvenire *Hal.*, *cum quo faciunt Bas.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *Hal.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 396.); probatione *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.*; *sed* δὲ ἐγγράφων συμβολαίων παρὰ σοῦ προσφερομένων *Bas.* — [22]) precem *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; *sed* ἐν τῇ δεήσει *Bas.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; frustra rursus ut *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* μάτην νῦν, ἵνα πάλιν *Bas.* — [24]) in integrum restitutionis *absunt a ms. Pl.* 2. *et a mss. Russ.*; *sed tuentur ea vv. etiam Bas.* — [25]) p. prid k iul Peregrino css *ms. Pist.*; *sed pertinet ea subscr. ad l.* 3. *hoc tit.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; iudicem *addunt Hal. et rell.*, *sed haec adiectio etiam aliena est a Bas.* προσέλθωσιν οἱ κουράτωρες τῆς σῆς γαμετῆς καὶ αἰτήσωσιν. — [27]) posse *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [28]) *cfr. not.* 25. *ad l.* 1. *hoc tit.* — [29]) a principali clementia *absunt a ms. Pl.* 1. *et Hal.*, *et recte quidem secundum Bas.*

impetraverunt, etiamsi minus idonee rem suam administrare videantur, in integrum restitutionis auxilium impetrare non posse, manifestissimum [1]) est, ne [2]) qui cum eis contrahunt [3]), principali auctoritate circumscripti esse videantur [4]). PP. Kal. Iul. [5]) Aureliano A. [6]) et Capitolino [7]) Conss. [274.]

2. [a]) Imp. Constantinus A. ad Verinum P. U. [8]) — Omnes adolescentes, qui honestate morum praediti paternam frugem vel avorum [9]) patrimonia gubernare cupiunt, et super hoc imperiali auxilio indigere coeperint, ita demum aetatis veniam impetrare audeant, quum vicesimi anni metas impleverint, ita ut post impetratam aetatis veniam iidem ipsi per se [10]) principale beneficium allegantes non solum praescriptorum [11]) annorum numerum probent, sed etiam testibus idoneis [12]) advocatis morum suorum instituta probitatemque animi et [13]) testimonium [14]) vitae honestioris edoceant. §. 1. Feminas quoque, quas morum honestas mentisque solertia commendat, quum octavum et decimum annum egressae fuerint, veniam aetatis impetrare sancimus. Sed eas propter pudorem ac verecundiam feminarum coetui [15]) publico demonstrari [16]) non cogimus, sed percepta aetatis venia annos tantum probare [17]) testibus [18]) vel instrumentis, misso procuratore [19]), concedimus, ut ipsae etiam in omnibus negotiis tale ius habeant, quale [20]) mares habere praescripsimus, ita tamen, ut praedia sine decreto non alienent. §. 2. Sed senatores quidem, clarissimi viri, in hac regia urbe commorantes apud sublimitatem tuam, ceteri vero apud praetorem, in provinciis autem omnes apud earum rectores de suis moribus et honestate perdoceant. §. 3. Hi vero, qui contra memoratam dispositionem veniam aetatis [21]) impetraverint, sciant, eam nullas vires obtinere [22]). PP. [23]) III. Kal. Iun. [24]) Romae, Crispo II. et Constantino II. Caess. Conss. [25]) [321.]

3. [b]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Eos, qui veniam aetatis a principali clementia [26]) impetraverunt vel impetraverint, non solum alienationem, sed etiam hypothecam minime posse sine decreti interpositione rerum suarum immobilium facere iubemus, in quarum alienatione vel hypotheca [27]) decretum illis necessarium est, qui necdum veniam aetatis meruerunt, ut similis sit in ea parte conditio minorum omnium, sive petita sit sive non, aetatis venia. Dat. VIII. Id. [28]) April. Decio V. C. Cons. [529.]

4. [c]) Idem A. ad Senatum. — Si quis aliquid dari vel fieri voluerit, et legitimae aetatis fecerit mentionem, vel sic [29]) absolute dixerit perfectae aetatis, illam tantummodo aetatem intellectam esse videri volumus, quae ex [30]) viginti quinque annorum curriculis completur, non quae ab imperiali beneficio suppletur. Et praecipue quidem in substitutionibus vel restitutionibus [31]) hoc intelligi sancimus; nihilominus autem [32]) et in aliis, nisi specialiter quisquam addiderit, ex venia aetatis velle aliquid procedere. Dat. IX. Kal. April. [33]) Constantinop. [34]) Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. XLVI. [XLV.]

[d]) SI MAIOR FACTUS [35]) RATUM HABUERIT.

1. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [36]) Eutychiano. — Si inter minores quinque et viginti annis, vel scriptura interposita vel sine scriptura, facta sine dolo divisio est, eamque post legitimam aetatem ratam fecerint, manere integram debere convenit. S. VIII. Kal. Maii AA. [37]) Conss. [293—304.]

2. [f]) Idem AA. et CC. Sortiri. — Qui post vicesimum quintum annum aetatis ea, quae in minore aetate gesta sunt, rata habuerint, frustra rescissionem eorum postulant. Dat. [38]) Id. Feb. Caess. Conss. [39]) [294—305.]

TIT. XLVII.

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de his qui veniam aetat. II.* 17.; *Bas. X.* 27. 2. — [b]) *Bas. X.* 27. 3. — [c]) *Bas. X.* 27. 4. — [d]) *Dig. IV.* 4. — [e]) *Bas. X.* 28. 1. — [f]) *Bas. X.* 28. 2.

[1]) manifestum *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; *sed* φανερώτατον *Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; hi *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) contraherent *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; contraheret *Hal.* — [4]) circumscriptus esse videatur *Hal.*, *cum quo faciunt Bas.* — [5]) pp VIII. k. iul. *ms. Pist.* — [6]) III. *inserit Bk.*; *sed nostrum firmat ms. Pist.* — [7]) et Capitolino *absunt a ms. Pist.* — [8]) *mss. Cas. Pl.* 1. *et unum ms. Cont.*; P. P. *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *tam* P. P. *quam* P. U. *absunt a Bk. Nostram lect. extra dubium ponunt Bas.*, *in quibus cap. cit. obveniunt verba* λέγει δὲ ταῦτα πρὸς τὸν ἔπαρχον τῆς πόλεως. — [9]) maiorum *Theod. C.* — [10]) per se *absunt a Theod. C.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Cont.*, *liber Auredani apud Char.*, *edd. Nbg. Schf.*; per scripturam *Hal. et rell.*, *quibus etiam refragantur Bas.* τῶν προγεγραμμένων ἐνιαυτῶν. — [12]) idoneis *abest a Theod. C.* — [13]) et *abest a ms. Pl.* 1., *Theod. C.* — [14]) testimonio *Theod. C.* — [15]) in coetu *Theod. C.*, *quod maxime convenit cum Bas.* — [16]) testibus *inserunt mss. Bg. Gt.*, *Theod. C.*; *etiam Bas.* φανεροῦσθαι τοῖς μαρτυροῦσιν. — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*, *Theod. C.*; annos tantum aetatis probare *edd. Nbg. Bk.*; annos tant. probare posse *ed Schf.*; annos tant. aetatis probare posse *Russ. et rell.*; *sed* τοὺς ἐνιαυτοὺς μόνον ἀποδείκνυσθαι *Bas.* — [18]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; quinque *inserunt mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed nostram lect. etiam tuentur Bas.* ἢ διὰ μαρτύρων ἢ διὰ διαπομπέων. — [19]) curatore *Hal.*; *sed Bas. quoque* προκουρατώρος. — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*, *Theod. C.*; et *inserunt edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*; a principali clementia *inserunt edd. Nbg. Russ. et rell.*, *cui additamento et refragantur Bas.* — [22]) Dat. VI. Id. April Thessal. *praemittunt Theod. C.*, *Bk.* — [23]) *ms. Pist.*, *Bk.*, *Theod. C.*; Dat. *male Hal. et rell.* — [24]) *Theod. C.*, *Bk.*; Iul. *Hal. et rell.*; *sed nostra lectio magis convenit cum ms. Pist.*, *in quo est* pp k. ian. — [25]) *Theod. C.*, *Bk.*, *nisi quod in his est* Constantio; Crispo II. et Constantino Caes. II. Coss. *Hal. et rell.*; con̄t. II. et con ss *ms. Pist.*; Crispo III. et Constantino III. Coss. *mavult Iac. Gothofr. in not. c. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [26]) a principali clementia *absunt ab Hal.* — [27]) alienationem vel hypothecam *mss. Pl.* 1. 2. — [28]) VIIII. Id. *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. confirmat*, *nisi quod omittit* V. C. — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; vel si se *Russ. et rell.*; *sed* ἢ οὕτως ἀπολελυμένως *Bas.* — [30]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; quae et *Hal. et rell.*; quae *omisso tam* et *quam* ex *ms. Pl.* 1.; *sed* ἥτις ἐκ τοῦ δρόμου *Bas.* — [31]) vel restitutionibus *absunt a ms. Pl.* 1. — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; tamen *Russ. et rell.* — [33]) *cfr. not.* 34. *prox.* — [34]) Constantinop. *abest ab Hal. et rell.*, *suppletur ex ms. Pist.*, *in quo omnis subscr. haec est* D. XI. k aug cāp lāpadio et horeste v. c. css. — [35]) actum *inserit ms. Bg.* — [36]) et CC. *absunt a ms. Pl.* 1. — [37]) et *inserunt Hal. et rell.* — [38]) Dat. *abest a ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. firmat.* — [39]) *tam inscript. quam subscr. emendare nolo Russ. ex l.* 1. *C. II.* 33.

Tit. XLVII. [XLVI.]

UBI ET APUD QUEM COGNITIO IN INTEGRUM [1]) RESTITUTIONIS [2]) AGITANDA [3]) SIT.

1. [a]) Imp. Antoninus A. Severo [4]). — Si quid a procuratore meo indicatum est, id per in integrum restitutionem praesidis sententia non potest rescindi. Princeps enim solus contra sententiam procuratorum suorum in integrum restituere solet. PP. VI. Kal. Decemb. [5]) Laeto II. [6]) et Cereale [7]) Conss. [215.]

2. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [8]) Aquilinae. — Quoniam ea, quae in transactione dari placuerat, te tradidisse proponis [9]), consequens est, si de his repetendis per in integrum restitutionem vel quamcunque aliam causam putaveris agendum, eius adire te provinciae praesidem, in qua domicilium habent, quos convenis [10]).

3. [c]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum scimus, esse dubitatum de restitutionibus, quae in integrum postulantur, sive tantummodo apud iudicem, cui aliqua iurisdictio est, examinari eas oportet, sive et [11]) apud pedaneos iudices, sive eas minores viginti quinque annis petierunt, sive maiores, secundum quod anterioribus sanctionibus, vel veteris iuris vel nostris, declaratum est; sancimus, non solum apud indices pro tribunali huiusmodi causae cognitiones [12]) proponi, sed etiam apud eos iudices, quos augustalis [13]) dederit maiestas aut nostrae reipublicae administratores, vel in hac regia civitate [14]) vel in provinciis, ut videatur ipse, qui iudicem destinaverit, utpote pro tribunali cognoscens, in integrum dare restitutionem, et causas eius examinare; sic etenim non difficilis erit causarum examinatio. Sed ne quis ita effuse intellectum nostrae constitutionis audeat [15]) esse trahendum, ut etiam apud compromissarios iudices, vel arbitros ex communi sententia electos, vel apud eos, qui dantur a iudicibus, qui propriam iurisdictionem non habent, sed tantummodo iudicandi facultatem, putet huiusmodi extendi sanctionem, quum hos [16]) generaliter volumus tales causas dirimere, qui vel certae administrationi, cui et iurisdictio adhaeret [17]), praepositi sunt, vel ab his fuerint dati, et multo magis si a nostra maiestate delegata eis sit causarum audientia. Sed ne quid penitus dubitandum relinquatur, et hoc addendum esse censemus, ut his tantum, quos supra enumeravimus, liceat de in integrum restitutione disceptare, sive hoc specialiter eis fuerit mandatum, quod et veteribus non fuerat incognitum, vel si generaliter dati sunt iudices, vel in aliis speciebus, inciderit autem [18]) quaedam quaestio restitutionis. Dat. III. Kal. Septemb. post consulatum Lampadii et Orestae [19]) VV. CC. [531.]

Tit. XLVIII. [XLVII.]

DE REPUTATIONIBUS, QUAE FIUNT IN IUDICIO [20]) IN INTEGRUM RESTITUTIONIS.

1. [d]) Imp. Antoninus [21]) A. Tatiano. — Qui restituitur in integrum, sicut in damno morari non debet, ita nec in lucro, et ideo, quicquid ad eum pervenit vel ex emtione, vel ex venditione, vel ex alio contractu, hoc debet restituere. §. 1. Sed et si intercessor minor viginti quinque annis intervenerit, in veterem debitorem debet restitui actio. §. 2. Sed et quum minor adiit hereditatem, et restituitur, mox quicquid ad eum ex hereditate pervenit, debet praestare. Verum et si quid dolo eius factum est, hoc eum praestare convenit. — Sine die et consule [22]).

Tit. XLIX. [XLVIII.]

ETIAM PER PROCURATOREM CAUSAM [23]) IN INTEGRUM RESTITUTIONIS AGI POSSE.

1. [e]) Imp. Alexander A. Licinio. — Causam in integrum restitutionis, si qua competit, etiam per procuratorem agi posse placet. Dat. XIII. Kal. Octob. Pompeiano et Peligno Conss. [24]) [231.]

Tit. L. [XLIX.]

IN INTEGRUM RESTITUTIONE POSTULATA NE QUID NOVI FIAT.

1. [f]) Imp. Gordianus A. Secundino, militi. — Postulata in integrum restitutione omnia in suo statu esse debere, donec res finiatur, perspicui iuris est, idque curabit is, ad cuius partes ea res pertinet. PP. XII. Kal. Iul. Gordiano A. et Aviola Conss. [25]) [239.]

Tit. LI. [L.]

DE RESTITUTIONIBUS [26]) MILITUM ET EORUM, QUI REIPUBLICAE CAUSA ABSUNT [27]).

1. [g]) Impp. Severus et Antoninus AA. Chiloni. — Si Valerianus, centurio cohortis duodecimae Alpinorum, ante vita decessit, quam bonorum [28]) possessionem acciperet, heres eius ex persona defuncti restitu-

---

[a]) *Bas. X.* 29. 1. — [b]) *Bas. X.* 29. 2. — [c]) *Bas. X.* 29. 3. — [d]) *Bas. X.* 30. 1. — [e]) *Bas. X.* 31. 1. — [f]) *Bas. X.* 32. 1. — [g]) *Bas. X.* 33. 1.

[1]) cognitio in integrum *absunt a mss. Pist. Pl.* 1.; in integrum *absunt a mss. Vat. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [2]) restitutio *ms. Pl.* 1. — [3]) agenda *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [4]) Impp. Sev. et Ant. *mss. Pist. Pl.* 2.; Imp. Sever. et Ant. Soteri *ms. Vat.* — [5]) pp. XVI K aprl *ms. Pist.* — [6]) *ms. Pist., Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.* — [7]) *ms. Pist., Bk.*; Cereali *Hal. et rell.* — [8]) et CC. *absunt a ms. Pist.* — [9]) proponas *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [10]) Dat. III. Kal. Septembr. Cap. post tertium Consulatum Lampadii et Orestis *subscribunt Russ. et rell. praeter Bk., a quo, ut et ab Hal., subscr. abest. Illam subscr. corruptam ex l.* 3. *hoc tit. huc fuisse relatam, nemo non videt; idem vitium est in ms. Pist.* — [11]) *edd. Nbg. Hal. Bk.*; et *abest a rell.*; *sed* εἴτε καὶ *Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; cognitionem *Hal. et rell.*; διαγνώσεις *Bas.* — [13]) augusta *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; ἡ βασιλικὴ — μεγαλειότης *Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 397.); regia urbe *Hal. Russ. Cont* 66. *et rell.* — [15]) audiat *mavult Russ. in marg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; hos tantum *omisso* quum *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *sed* ὁπότε τούτους γενικῶς βουλόμεθα. — [17]) aderit *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; *sed* προσπέπηγε *Bas.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*; autem *abest ab edd.*; *sed* ἢ ἐπὶ ἄλλαις μὲν αἰτίαις, ἐνέπεσε δέ *Bas.* — [19]) *Hal.*; Orestis *Russ. et rell. In subscr. legis* 2. *hoc tit., quae proprie ad hanc leg. pertinet* (*v. not.* 10. *ad l.* 2. *cit.*), *ms. Pist. habet* D. III k. sept. post t c. ss lap et horesta. — [20]) iudicium *mss. Pist. Pl.* 1. *Gt.*; *sed* ἐν χρίσει *Bas. X.* 30. *in rubr.* — [21]) Alex. *mss. Pist. Vat. Pl.* 2. — [22]) Si non. die. et c. ss *ms. Pist.* — [23]) causa *ms. Pist.* — [24]) *hanc subscr. firmat ms. Pist.*, *nisi quod habet* pp XVI. k. *et* deligno. — [25]) pp k nov laterano *ms. Pist.*, *quae subscr. ad l.* 1. *tit. seq. pertinet.* — [26]) restitutione *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [27]) affuerunt *mss. Cas. Pl.* 1.; abfuerunt *mss. Vat. Pl.* 2., *ed. Schf.*; abfuerint *ms. Bg.* — [28]) bonorum *abest a mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*

restitutionis auxilium intra annum utilem ita recte implorabit, si Valerianus post exactos dies, quibus honorum possessio defertur, in militia defunctus est. PP. Kal. Novembr. Laterano et Rufino Conss.[1]) [197.]

2. [a]) Imp. Alexander A. Patronio, Centurioni. — Si quid de bonis eorum, qui reipublicae causa absentes sunt, deminutum est, actioneve qua competente eis aliquis liberatus fuit, in integrum restitutio perpetua iurisdictione intra annum utilem permittitur. PP. XIII. Kal. Novemb. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

3. [b]) Idem A. Flavio[2]) Aristodemo, militi. — Quod tempore militiae de bonis alicuius possessum ab aliquo est, posteaquam is reipublicae causa abesse desiit, intra annum utilem, amota praescriptione temporis medii, possessionem vindicare permissum est; ultra autem ius possessoris laedere contra eum institutum non oportet. PP. Non. Ianuar. Maximo II. et Aeliano Conss.[3]) [223.]

4. [c]) Imp. Gordianus A. Mastriano. — Ignorare non debes, eorum, qui reipublicae causa sine dolo malo absunt, si absentes boni viri arbitratu non defenduntur, bona tantum possideri, venditionem autem in id tempus differri, quo reipublicae causa abesse desierint. Dat. XII. Kal. Ian. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

5. [d]) Idem A. Secundino, militi. — Neque reipublicae causa absentibus, neque aliis maioribus, ad titulum in integrum restitutionis pertinentibus, praescriptionem quadriennii[4]) post factam a fisco venditionem obesse posse, manifestum est. PP. VI. Id. Maii Sabino[5]) et Venusto Conss. [240.]

6. [e]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Germano, Centurioni. — Si, quum militaribus laboribus operam dares, creditoris tui heredes possessiones sibi obligatas distraxerunt, poteris adito praeside provinciae in integrum restitutionem impetrare, retractataque[6]) venditione recipies possessiones[7]), oblato ante debito[8]) vel pretio, si minus debito fuisset. PP. IV. Non. April. Valeriano et Gallieno AA. Conss. [254—257.]

7. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Marinae. — Ea[9]), quae a patre geruntur, non decet pro disciplina militari a filiis ad irritum revocari[10]), praesertim quum nec patrem tuum in rebus humanis agentem affirmes conquestum fuisse super huiusmodi contractu. Dat. Non. Febr. Caess. Conss. [294—305.]

8. [g]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Sancimus, his solis[11]), qui in expeditionibus occupati sunt, ea tantummodo tempora, quae in eadem expeditione percurrunt, tam in exceptionibus declinandis, quam in petendis in integrum restitutionibus eis opitulari; illis temporibus, per quae citra expeditionis necessitatem in aliis locis vel in suis aedibus[12]) degunt, minime eos ad vindicanda memorata privilegia adiuvantibus. Dat. VI. Id. April.[13]) Constantinop. Decio V. C. Cons. [529.]

Tit. LII. [LI.]

DE UXORIBUS MILITUM, ET EORUM QUI REIPUBLICAE CAUSA ABSUNT[14]).

1. [h]) Imp. Alexander A. Secundinae. — Temporalibus actionibus exclusis mulieribus, quae cum maritis reipublicae causa absentibus peregrinatae sunt, ad exemplum militum subveniri solere, non est ignotum. PP. III. Non. Decembr. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

2. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC.[15]) Quintiliano. — Ei, quae[16]) dintissime fuit[17]) cum marito, qui militiae operam daret[18]), non officit[19]) praescriptio longi temporis; sed quia huiusmodi dintinae absentiae commenta callide adhibita atque composita obesse omnino non debent, decernimus, ut, si talis mulier domum ad se pertinere monstraverit, quae in absentia eius vendita est, refuso pretio, quod revera solutum est, eandem recipiat. Dat. VIII. Kal. Decembr. ipsis AA.[20]) Conss. [293—304.]

Tit. LIII. [LII.]

DE TEMPORIBUS IN INTEGRUM RESTITUTIONIS TAM[21]) MINORUM ET ALIARUM[22]) PERSONARUM, QUAE RESTITUI POSSUNT, QUAM ETIAM[23]) HEREDUM EORUM[24]).

1. [k]) Imp. Gordianus A. Pudenti, militi. — In his, in quibus laesus es, quum minor annis viginti quinque esses, toto militaris expeditionis tempore auxilium restitutionis postulare potes; tempus etenim post impletam minorem aetatem praestitutum ex die missionis[25]) iuxta rationem iuris computari debet. PP. III. Non. Octob. Pio et Pontiano Conss. [238.]

2. [l]) Idem A. Secundino, militi. — Si intra legitimam aetatem vel ea impleta, nondum exacto tempore

---

[a]) *Bas. X.* 33. 2. *Haec lex ab Hal. collocatur post leg.* 3. Quod tempore, *cui sane suffragatur chronologia. In ms. Vat. praeit nostram const. l.* 7. *C. II.* 53. — [b]) *Bas. X.* 33. 3. — [c]) *Bas. X.* 33. 4. — [d]) *Bas. X.* 33. 5. — [e]) *Bas. X.* 33. 6. — [f]) *Bas. X.* 33. 7. — [g]) *geminatur in l.* 8. *C. quib. non obiic. longi temp. pr. VII.* 35., *et ad eiusdem edicti amplioris fontem referenda est l.* 17. *C. de testam. milit. VI.* 21. — *Bas. X.* 33. 8. — [h]) *Bas. X.* 35. 47. — [i]) *Bas. X.* 35. 48. — [k]) *Bas. X.* 34. 1. — [l]) *Bas. X* 34. 2.

[1]) *cfr. not.* 25. *ad l. un. tit. praeced.* — [2]) et *inserunt ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [3]) *cum chronol. magis foret consentaneum, si quis scriberet* Maximo II. et Urbano (234.), *aut huic const. postponeret leg.* 2. *hoc tit.* (*cfr. not. a. ad l.* 2. *cit.*). — [4]) quinquennii *Cont. in marg. contra omnium librorum fidem et contra Bas., quae habent* τὸν τετραετῆ χρόνον. — [5]) II. *inserit Bk.; cfr. not* 13. *ad l.* 16. *C. II.* 12. — [6]) retractaque *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Russ.;* retractata *ms. Pl.* 2.; καὶ ἀναψηλαφωμένης τῆς πράσεως *Bas.* — [7]) possessionem *mss. Pl.* 1. *Gt., Hal. Cont.* 62.; τὰ κτήματά σου *Bas.* — [8]) oblato ante debito a te *mss. Pl* 1. *Gt., edd. Nbg. Schf.;* oblato a te debito *Hal.;* προσφέρων δηλονότι τὸ χρέος *Bas.* — [9]) Ea *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [10]) devocari *mss. Pl.* 1. *Bg.;* εἰς ἄκυρα περιίστασθαι *Bas.* — [11]) militibus *additum in l.* 8. *C. VII.* 35. — [12]) in suis sedibus *Hal., Russ. Cont. in marg.; sed* ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις *Bas. Cfr. pr. Inst. II.* 11. — [13]) IV. Id. April. *l.* 17. *C. VI.* 21.; Kal. April. *l.* 8. *C. VII.* 35. — [14]) abfuerunt *ms. Pl.* 2.; *omnis rubr. abest ab ed. Schf.* — [15]) et CC. *absunt a ms. Pl.* 2. — [16]) Si quae *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [17]) abfuit *Russ. Cont in marg.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*, dabat *Russ. et rell.* — [19]) obfuit *ms. Gt.* — [20]) *et inserunt Hal. et rell.* — [21]) tam *abest a ms. Bg.* — [22]) aliarumque *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Gt., Hal. Russ. Cont.* 62.; quam aliarum *ed. Nbg.* — [23]) etiam *abest a mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.* — [24]) quam — eorum *absunt a ms. Bg.; omnis rubr. abest ab ed. Schf.* — [25]) reversionis *Russ. in marg.; sed* μετὰ τὸ ἀπολυθῆναί σε τῆς στρατείας *Bas*

tempore praestituto, pater tuus in fata concessit, tuque ei heres exstitisti, et intra viginti quinque annos vel post eam aetatem intra id tempus, quod ad in integrum restitutionem defuncto supererat, nomen militiae dedisti, praeses provinciae causa cognita per in integrum restitutionem ex persona defuncti subveniri tibi providebit. Dat. XI. Kal. Novemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

3. [a]) Idem A. Mutiano, militi. — Si intra annos, quibus in integrum restitutionis auxilium indulgetur, constitutus es, vel eo tempore nomen militiae dedisti, et expeditione occupatus es, continuatum beneficium [1]) restitutionis, per usucapionem, licet ante militiam suppleta sit, non patitur [2]) te dispendio rei familiaris affligi. Dat. IX. Kal. Novemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

4. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Dionysio. — Ex persona fratrum, si tibi eorum quaesita est successio, potes contra quem supplicas agere, non ignorans, quod, si minores viginti quinque annis militaverint fratres tui, atque in militia diem functi [3]) sunt, in integrum restitutionis tempus eis non cesserit, sed omne ad successorem transmiserint. S. VIII. Kal. Ianuar. Philippopoli, Caess. Conss. [294—305.]

5. [c]) Imp. Constantinus A. ad Bassum P. P. [4]) — Ea, quae de temporibus in integrum restitutionum legibus cauta sunt, custodiri convenit, et si forte quis beneficio nostro aetatis veniam fuerit consecutus, ex eo die, quo indulgentia nostra in iudicio competente fuerit intimata, eique administratio rei propriae permissa [5]), ut [6]) ad persequendas in integrum restitutionum [7]) finiendasque causas iure [8]) tempus habeat praestitutum, ita tamen, ut nunquam minoribus viginti quinque annis constitutis de his, quae ante impetratam veniam aetatis gesserunt, auxilium in integrum restitutionis denegetur [9]). §. 1. Si quando sane in minoris iura successerit minor, minime prohibeatur, quum quintum et vicesimum suae aetatis annum transierit, in integrum [10]) restitutionis beneficio uti tempore illibato. §. 2. Quodsi maioris fuerit minor iura nactus, quantum ad eas pertinet causas [11]), quas ex persona maioris fuerit consecutus, tantum temporis ad exponendas in integrum [12]) restitutiones [13]) decidendasque [14]) causas accipere debebit, quantum defuncto, cuius heres aut bonorum possessor docebitur exstitisse, reliquum fuerat. §. 3. Quum vero maior successionem fuerit adeptus minoris, si quidem civili iure ab intestato vel ex testamento successerit, mox quum fuerit adita [15]) hereditas, si vero honorario iure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, examinando ac terminando [16]) in integrum restitutionis negotio solida sine ulla diminutione tempora supputentur. [17]) PP. [18]) Non. Octobr. Romae, Constantino A. et Licinio [19]) utrisque II. Conss. [20]) [312.]

Authent. de temp. non solut. pecuniae super dote. §. Generaliter. (Nov. 100. c. 2.) — *Si minor viginti quinque annis de dote cauta* [21]) *non numerata statim non queritur, restituitur eatenus, ut non* [22]) *transcendat a tempore nuptiarum duodecimum annum. Eo quoque mortuo intra praedictum tempus, indulgetur annus* [23]) *heredi eius. Sed si heres sit minor maioris seu minoris defuncti, quinque annorum gaudeat spatio, non exspectato exitu aetatis eius.*

6. [d]) Idem A. ad Iulianum P. U. [24]) — Petendae in integrum restitutionis temporibus [25]) observatis, si dilatio ab actore petatur, quae intra metas restitutionis [26]) valet arctari, eandem quocunque flagitante causis cognitis tribui oportebit. Sin vero eiusmodi postulantur curricula, quae intra spatium [27]) receptum angustari nequeunt (quippe si in confinio legitimi temporis petantur, et eius terminos prorogabunt), dilationem petitori denegari conveniet; in eius enim arbitrio fuerat tunc inferre litigium, quum petitae dilationis mora superstite spatio posset includi. §. 1. Quodsi defensio rei [28]) dilationis suffragium postulaverit, eandem asserta causa citra obstaculum temporis deferri [29]) sancimus, quia nequaquam steterat in ipsius potestate, quando litigio pulsaretur. Dari igitur debet, etsi impetrata dimensio sese ultra temporis definitionem [30]) proferat. Qua dilatione, si a reo [31]) impetratur, etiam actor in requirendis [32]) probationibus uti minime prohibetur [33]). Dat. XIV. Kal. August PP. [34]) Romae, Constantino Caes. V. et Maximo Conss. [327.]

7. [e]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Supervacuam differentiam utilis anni in integrum restitutionis a nostra republica separantes, sancimus, et in antiqua Roma, et in hac alma urbe, et in Italia, et in aliis provinciis quadriennium continuum tantummodo numerari ex die, ex quo annus utilis currebat, et id tempus totius loci [35]) esse commune; ex differentia enim locorum aliquod induci discrimen, satis nobis absurdum visum est. Quod non solum in minorum restitutionibus, quibus utilis annus incipit currere, ex quo

---

[a]) *Bas. X. 34. 3.* — [b]) *Bas. X. 34. 4.* — [c]) *l. 2. Th. C. de integri restitut. II. 16.*; *Bas. X. 34. 5.* — [d]) *l. 2. Th. C. de dilation. II. 7.*; *Bas. X. 34. 6.* — [e]) *Bas. X. 34. 7.*

[1]) continuato beneficio *Hal. Bk.*, *Russ. Cont. in marg.*; *sed dissentiunt Bas.* — [2]) patimur *Hal. Bk.*, *Russ. Cont. in marg.*; *cui refragantur Bas.* — [3]) in militia defuncti *ms. Pl. 1.* — [4]) P. P. *absunt a mss. Vat. Pl. 1. 2. Bg.*, *ed. Nbg.* — [5]) admissa *var. l. gl.*; reservata *Theod. C.*; reserata *Iac. Gothofr. in not. i. ad l. 2. Th. C. cit.* — [6]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; ut *abest a ms. Pl. 2.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *v. Bas. in not. seq.* — [7]) restitutiones *ms. Pl. 1.*, *liber Auredani apud Char.*, *edd. Nbg. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; *sed* ἵνα εἰς ἐπεξελευτέας τὰς τῶν ἀποκαταστάσεων καὶ πληρωτέας δίκας *Bas.* — [8]) iuge *Theod. C.*, *Bk.*; *sed* νομίμως *Bas.* — [9]) ita tamen — denegetur *absunt a Theod. C.* — [10]) integri *Theod. C. pro* in integrum. — [11]) actiones *Theod. C.* — [12]) integri *Theod. C.*, *et ita saepius.* — [13]) restitutionis *mss. Pl. 1. 2.*, *ed. Schf.*, *Hal in not.*, *quod magis videtur concordare cum Bas.* — [14]) rescindendasque *ms. Bg.* — [15]) creta fuerit vel adita *Theod. C.* — [16]) ac terminando *absunt a Theod. C.* — [17]) Dat. VII. Kal. Aug. Naisso (Naissi) *praemittunt Theod. C.*, *Bk.* — [18]) *Theod. C.*, *Bk.*; Dat. *Hal. et rell.* — [19]) Caes. *inserunt Hal. et rell.*; *sed cfr. l. 21 C. II. 13.* — [20]) PP. Romae Non. Octobr. Constantino A. VIII. et Constantino Caes. Coss. (329.) *Theod. C Bk.*; *nolui tamen ab Hal. recedere, praesertim quum series legum, secundum aetatem plerumque definita, contra subscr. illam Theod. Cod. dubia pariat. Accedit, quod in l. 6. hoc tit. argumentum legis 5. innui atque ita prior huius origo convinci videtur.* — [21]) *cauta abest ab edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [22]) *non abest ab ed. Schf.* — [23]) *maiori inserit ed. Schf.* — [24]) pp. *mss. Pl. 1. 2. Bg.* — [25]) ut iam constitutum est *addit Theod. C.* — [26]) metas lege comprehensas *Theod. C.* — [27]) lege *inserit Theod. C.* — [28]) defensio possidentium *Theod. C.*; defensor rei *Hal. in not.* — [29]) *mss. Pl. 1. 2.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *Theod. C.*; differri *ms. Bg.*; differri *edd. Schf. Russ. et rell.* — [30]) ultra constitutionis regulam *Theod. C.* — [31]) a possessore *Theod. C.* — [32]) inquirendis *ms. Pl. 1.*; quaerendis *Russ. Cont. in marg.* — [33]) *mss. Pl. 2. Bg.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; prohibeatur *ms. Pl. 1.*; prohibebitur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [34]) *Theod. C. Bk.*; PP. *abest ab Hal. et rell.*, *minus recte, quum Constantinus hoc anno Romae commoratus numquam fuerit.* — [35]) totis locis *Hal.*, *sed* παντὸς τόπου κοινόν *Bas.*

quo vicesimi sexti anni dies illuxerit, sed etiam in maiorum hoc idem adhiberi sancimus, ut et [1]) hic pro utili anno memorata continuatio temporis observetur ad interponendam contestationem finiendamque litem. §. 1. Et quemadmodum omnis minor aetas excipitur in minorum restitutionibus, ita et in maiorum tempus, in quo reipublicae causa abfuerint, vel aliis legitimis causis, quae veteribus legibus enumeratae sunt, fuerint occupati, omne excipiatur, et non absimilis sit in hac parte minorum et maiorum restitutio. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae [2]) VV. CC. [3]) [531.]

Tit. LIV. [LIII.]

[a]) QUIBUS EX CAUSIS MAIORES IN INTEGRUM RESTITUANTUR [4]).

1. [b]) Imp. Antoninus A. Aemiliano. — Si propter officium legationis, ad me [5]) bona fide factae, absens et indefensus condemnatus es, instaurationem iudicii iure desideras, ut ex integro defensionibus tuis utaris. Nam eos quoque, qui legationis officio fungunur, in eo privilegio esse, in [6]) quo sunt, qui reipublicae causa absunt, receptum est. PP. V. Non. Mart. duobus [7]) Aspris Conss. [212.]

2. [c]) Idem A. [8]) Dionysio. — Si idcirco apud arbitrum praesentiam tui [9]) facere non potuisti, quod sub custodia militari iussu praesidis detinebaris, idque in veritate esse praesidi provinciae probaveris, accipies causae instaurationem. PP. XIII. Kal. Oct. Laeto [10]) et Cereale [11]) Conss. [12]) [215.]

3. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [13]) Proculo, decurioni [14]). — In contractibus, qui bonae fidei sunt, etiam maioribus officio iudicis causa cognita publica iura subveniunt. Dat. Non. August. Diocletiano A. II. [15]) et Aristobolo [16]) Conss. [17]) [285.]

4. [e]) Iidem AA. [18]) Prisciano. — Respublica minorum iure uti solet, ideoque auxilium restitutionis implorare potest. Dat. II. Id. Novemb. Diocletiano A. II. [19]) et Aristobolo [20]) Conss. [285.]

5. [f]) Iidem AA. et CC. [21]) Liciniano. — Si ab hostibus cum patre et matre captus postea, his ibi defunctis, legis Corneliae beneficio reversus successiones eorum quaesiisti, exemplo utilis actionis, quae in integrum restitutis datur, cum exceptionis annuae, quae huic obiici solet, obiectu res vindicare non prohiberis. Dat. XVI. [22]) Kal. Maii Caess. Conss. [294 — 305.]

Tit. LV. [LIV.]

[g]) DE ALIENATIONE IUDICII MUTANDI CAUSA FACTA.

1. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Attalo. — Quum in rem actionem possessio pariat adversario [23]), alienatione etiam iudicii mutandi causa celebrata in integrum restitutio edicto perpetuo permittatur [24]), intelligis, [25]) si rem, ne secum ageretur, qui possidebat, venumdedit et emtori tradidit, quem elegeris, conveniendi tibi tributam esse iure facultatem. Dat. [26]) VI. Kal. Decemb. Viminatii [27]), Caess. Conss. [294—305.]

Tit. LVI. [LV.]

[i]) DE RECEPTIS [28]) ARBITRIS [29]).

1. [k]) Imp. Antoninus A. Nepotianae. — Ex sententia arbitri, ex compromisso iure perfecto aditi [30]), appellari [31]) non posse, saepe rescriptum est, quia nec iudicati actio inde praestari potest, et ob hoc invicem poena promittitur, ut metu eius a placitis non recedatur. Sed si ultra diem compromisso comprehensum iudicatum est, sententia nulla est, nec ullam poenam committit, qui ei non paruerit. PP. IX. [32]) Kal. Aug. Romae, Antonino A. IV. et Balbino [33]) Conss. [34]) [213.]

2. [l]) Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. [35]) Clementi. — Si contra compromissum adversarius tuus apud electum arbitrum praesentiam sui [36]) facere detrectavit, placitae poenae videtur obnoxius. PP. VIII. Kal. Ianuar. Caro [37]) et Carino [38]) Conss. [283.]

3. [m]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Petroniae. — Arbitrorum ex compromisso sententiae non obtemperans, si sordes vel evidens gratia eorum, qui arbitrati sunt, intercessit, adversum

---

[a]) *Dig. IV.* 6. — [b]) *Bas. X.* 36. 1. — [c]) *Bas. X.* 36. 2. — [d]) *Bas. X.* 36. 3. — [e]) *Bas. X.* 36. 4. — [f]) *Bas. X.* 36. 5. — [g]) *Dig. IV.* 7. — [h]) *Bas. X.* 37. 13. — [i]) *Dig. IV.* 8. — [k]) *Bas. VII.* 2. 53. — [l]) *Bas. VII.* 2. 54. — [m]) *Bas. VII.* 2. 55.

[1]) et *abest ab Hal.; sed* ἵνα καὶ ἐνταῦθα *Bas.* — [2]) *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Orestis *Cont.* 71. *Char. et rell.* — [3]) Conss. *addunt Hal. et rell. praeter Bk.* — [4]) restitui possunt *ms. Pl.* 1.; restituuntur *mss. Cas. Vat. Pl.* 2.; *omnis rubr. abest ab ed. Schf.* — [5]) a me *ms. Gt. et ms. Pl.* 1. *ante recent. correct.; sed* πρὸς ἐμέ *Bas.* — [6]) in *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.;* ἐν ᾧ εἰσιν *Bas.* — [7]) et *inserunt Hal. et rell. praeter Sp. et Bk.; cfr. not.* 15. *ad l.* 4. *C. II.* 1. — [8]) Impp. Alex. ā *mss. Pist. Pl.* 2. — [9]) tuam *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.;* τὴν παρουσίαν τὴν σὴν *Bas.* — [10]) II. *inserit Bk.* — [11]) *ms. Pist., Bk.;* Cereali *Hal. et rell.* — [12]) pp̄ XVIII oct et cereale *ms. Pist.* — [13]) *mss. Pist. Pl.* 2., *Bk.;* et CC. *addunt rell., quod non concordat cum subscr.* — [14]) decurioni *abest a mss. Cas. Pl.* 1., *ed. Nbg.;* centurioni *Russ. Cont. in marg.* — [15]) A. II. *absunt ab Hal. et rell. praeter Bk., recte supplentur ex ms. Pist., cfr. not.* 19. *ad l.* 4. *hoc tit.* — [16]) Aristobulo *Bk.* — [17]) XIII maī cc̄ conss *ms. Pist., quae subscr. iisdem vv. repetitur in subscr. legis* 5. *hoc tit.* — [18]) et CC. *addunt mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., Hal. in textu;* Imp. Const. *ms. Vat.* — [19]) A. II. *absunt ab Hal. et rell. praeter Bk., suppleri possunt ex ms. Pist., in quo haec est subscr.* pp̄ nōn aūg diod a II et aristobole. — [20]) Aristobulo *Bk.; sed cfr. not. praeced.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., Hal. in textu, Bk.;* et CC. *absunt a rell.* — [22]) XIII *ms. Pist., quod penitus repetit subscr., in not.* 17. *ad leg.* 3. *hoc tit. scriptam.* — [23]) Cum in rem actioni possessio pariat adversarium *ms. Pl.* 2., *Cont. in marg.*, adversarium *etiam tuetur ms. Bg., videturque illa lect. optime convenire cum Bas.* — [24]) promittatur *ms. Pl.* 1.; ἐπήγγελται *Bas.;* permittitur *ed. Schf.* — [25]) quod *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Cont. in marg.* — [26]) Dat. *abest a ms. Pist., in quo et* Caess. *desideratur.* — [27]) *Hal. Russ.;* viminantio *ms. Pist.;* Viminacii *Cont. et rell.* — [28]) receptis *abest ab ed. Schf.* — [29]) arbitris *abest a mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. — [30]) adicti *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [31]) appellare *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [32]) XI. *ms. Pist.* — [33]) II. *inserit Bk.* — [34]) ant. III. et balbo c̄ss *ms. Pist.* — [35]) Carinus, Carus et Num. āū et c̄c̄ *ms. Bg.;* Carus et Numerianus āā capinus ā *ms. Pl.* 2.; Imp Carus A. et Carinus et Numerianus CC. *Bk.* — [36]) suam *ms. Gt., ed. Nbg.* — [37]) A. II. *inserit Bk.* — [38]) Caes. *addit Bk.;* D. VI k āp cāp inamp et horeste ā. c. ss. *ms. Pist., quae subscr. est legis* 5. *hoc tit.*

versum filiam tuam agentem ex stipulatu exceptione doli mali uti poteris. Sed et ex doli [1]) clausula, quae compromissi stipulationi subiici solet, filiam tuam convenire non vetaberis. PP. III. Id. Ianuar. ipsis AA. [2]) Conss. [293—304.]

4. Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Ne in arbitris cum sacramenti religione eligendis periurium committatur, et detur licentia perfidis hominibus passim definitiones iudicum eludere, sanctissimo arbitrio et huiusmodi rem censemus esse componendam [3]). §. 1. Si igitur inter actorem et reum nec non ipsum iudicem fuerit consensum, ut cum sacramenti religione lis procedat, et ipsi quidem litigatores in [4]) scriptis hoc suis manibus vel per publicas personas scripserint [5]), vel apud ipsum arbitrum in actis propria voce deposuerint, quod sacramentis praestitis arbiter electus est, hoc etiam addito, quod et ipse arbiter iuramentum praestiterit super lite cum omni veritate dirimenda, eius definitionem validam omnimodo custodiri censemus, et neque reum neque actorem posse discedere, sed tenere omnifariam, quatenus obedire ei compellantur. §. 2. Sin autem de arbitro quidem nihil tale fuerit vel compositum vel scriptum, ipsae autem partes literis hoc manifestaverint, quod iuramenti nexibus se illigaverint, ut arbitri sententiae stetur, et in praesenti casu omnimodo definitionem arbitri immutatam servari, literis videlicet eorum similem vim obtinentibus, sive ab initio hoc fuerit ab his scriptum vel praefato modo depositum, dum arbiter eligebatur, sive post definitivam sententiam hoc scriptum inveniatur, quod cum sacramenti religione eius audientiam amplexi sunt, vel quod ea, quae statuta sunt, adimplere iuraverint. §. 3. Sed et si ipse solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus, vel scriptis vel depositionibus, ut dictum est, manifestum facientibus, praestiterit iuramentum, quod cum omni veritate liti libramenta imponat, similem esse etiam in praesente casu prioribus eius definitionem, et eam omnimodo legibus esse vallatam. §. 4. Et in his omnibus casibus liceat vel in factum, vel conditionem ex lege, vel in rem utilem instituere actionem [6]), secundum quod facti qualitas postulaverit. §. 5. Sin autem in scriptura quidem aut depositione nihil tale apparuerit, una autem pars dicat, [7]) iuramentum esse praestitum, quatenus arbitrali stetur sententiae, huiusmodi litigatorum vel solius arbitri sermones minime esse credendos, quum, et si quis iuramentum datum esse non iudice supposito, nec hoc scriptura partium testante concesserit, incerti certaminis compositio, quae inter homines imperitos saepe accidit, non aliquid vigoris [8]) rebus [9]) iudicatis inferat, sed in huiusmodi casu haec obtineant, quae veteres supe arbitris eligendis sanxerunt.

[a]) Authent. de iudicibus. §. Quia vero multae. (Nov. 82. c. 11.) — *Decernit ius novum, nullum sic fieri posse arbitrum, ut cum sacramenti religione iudicet, sed poenam statuant* [10]), *qua praestita liceat a iudicatis recedere. Si contra hoc iudicatum fuerit, iudex, qui male iudicat, si dolo facit, poenam a Deo exspectet, si ignorantia, nihil praeter sacramentum eis* [11]) *erit, neque litigatores rursus damno afficientur* [12]).

§. 6. Si quis autem post arbitri definitionem subscripserit ἐμμένειν vel πληροφορεῖν vel διδόναι [13]) (graecis enim vocabulis hoc enarrare propter consuetudinem utilius visum est), etsi non adiecerit ὁμολογῶ [14]), et sic omnimodo per actionem in factum eum compelli ea facere, quibus consensit. Qualis enim differentia est, si huiusmodi verbis etiam [15]) ὁμολογῶ adiiciatur, vel huiuscemodi vocabulum omnino [16]) omittatur [17])? Si enim verba consueta [18]) stipulationum et subtilis, immo magis supervacua observatio ab aula concessit [19]), nos, qui [20]) nuper legibus a nobis scriptis multa vitia stipulationum multasque ambages scrupulososque circuitus correximus, cur non et huiusmodi scriptura totam formidinem veteris iuris amputamus, ut, si quis haec scripserit vel unum ex his, acquiescere eis compellatur, et ea ad effectum omnimodo perducere? quum non sit verisimile, haec propter hoc [21]) scripsisse, ut tantum non contradicat, sed ut etiam ea impleat, adversus quae obviam ire non potest. Recitata Septimo miliario in novo consistorio palatii Iustiniani [22]). Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. [529.]

5. [b]) Idem A. Iuliano P. P. — Quum antea sancitum fuerat in arbitris eligendis, quos neque poena compromissi vallabat, neque iudex dederat, sed nulla sententia praecedente communis electio, ut illorum sententiae staretur [23]), procreabat [24]), si quidem pro parte pulsata forma arbitralis procederet, exceptionem ei veluti pacti generari, sin autem pro actore calculus poneretur, nihil ex eo procedere ei praesidii, sancimus, in eos arbitros, quos praediximus et quos talis consensus elegerit, sub eo pacto, vel in scriptis vel non in [25]) scriptis habito, ut eorum definitioni stetur, si quidem subscripserint, postquam definitio processerit [26]), quod non displiceat ambabus partibus eorum sententia, non solum reo exceptionem veluti pacti generari, sed etiam actori ex nostro numine [27]) in factum actionem, quatenus

---

[a]) *haec auth. in ed. Schf. demum in fine hui. leg. subiicitur.* — [b]) *communem habet fontem cum l.* 20. *C. de testibus IV.* 20.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; mali *inserunt edd. Nbg. Russ. et rell.* — [2]) et *inserunt Hal. et rell. praeter Sp. et Bk.* — [3]) compescendam *ms. Pl.* 2. *ex recent. emendat.* — [4]) in *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; in scriptis *abesse ab omnibus vel plerisque, sine iure notant Russ. et Cont. in marg.* — [5]) scripserint *in quibusdam deesse*, *Cont. in marg. adnotat.* — [6]) actionem *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [7]) edicat *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal.* — [8]) robur *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62. — [9]) rebus *abest ab Hal. in textu*; robur *ed. Nbg.* — [10]) *ed. Schf.*; *poenam statuat Cont.* 62. *et rell.*; *poena statuatur edd. Nbg. Hal. Russ. Nostra lect. plurimum congruit cum ipsa Nov.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *var. l. gl.*; *ei edd. omnes*, *quarum lect. cum Nov. et vers. vulg. minime congruit.* — [12]) *neque — afficientur absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [13]) ἐμμένειν — διδοναι *prorsus absunt a ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; *graecorum vestigia sunt in ms. Bg.*, *in quo reliqua praeter v.* ἐμμένειν *vix legi queunt*, *in ms. Pl.* 2., *quod vv.* ἐμμένειν *et* διδόναι *confirmat*; οὐ τι ἀντελεγω αυταῖς καθυπρεω *ed. Nbg.*; οὐ μὴ ἀντιλέγω τὰ διωρισθέντα διδόναι *Hal. Russ. Cont.* 62.; ἐμμένειν vel ἐνστῆναι vel πληροῦν *mss. Cont.*; ἐμμένειν vel στοιχεῖν vel πληροῦν vel πάντα ποιεῖν vel διδόναι *tria mss. Cuiacii* (*Obss. XVII*, 16.). — [14]) *graeco verbi vestigia sunt in mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; ομολογεω χαι υποστηρίζω *ed. Nbg.* — [15]) huiusmodi verbum *ms. Bg.*, *ed. Nbg.* — [16]) omnino *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [17]) transmittatur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [18]) vera consuetudo *Russ. in marg.* — [19]) concessa est *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; remissa est *ms. Pl.* 2.; concessura est *Cont. in marg.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *omnia mss. Russ.*; et nos quidem *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [21]) eum *inserit Cont.* 62. — [22]) Recitata — Iustiniani *absunt ab edd. omnibus*; *supplevi hanc subscr. ex mss. Gt. et Pl.* 1. *Cfr. l.* 22. *C. I.* 2. *et l.* 12. *C. I.* 14. *in subscriptt.* — [23]) in illorum sententia stetur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [24]) procurabat *ed. Nbg.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 404.). — [25]) vel sine *ms. Bg.*, *Hal.*; in *abest a mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.* — [26]) procedit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; processit *Hal* — [27]) nomine *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf*

quatenus possit sententia eius exsecutioni mandari, [1]) in hac quidem regia civitate ab officio eminentissimae praefecturae vel eius, cuius forum pars sequitur [2]) fugientis, in provinciis autem tam per moderatores, quam per apparitores [3]) eorum, vel per iudices, quorum regimen pars pertimescit pulsata. Sin autem post sententiam minime quidem subscripserint, se [4]) arbitri formam amplecti, sed silentio eam roboraverint, et non intra decem dies proximos [5]) attestatio missa fuerit vel iudici vel adversario ab alterutra parte, per quam manifestum fiat, definitionem non esse amplectendam [6]), tunc silentio partium sententiam roboratam esse, et fugienti exceptionem et agenti memoratam actionem competere. Altera [7]) autem parte recusante secundum praefatum modum, et implere statuta minime cupiente, nihil fieri praeiudicii [8]), neque parari [9]) vel exceptionem reo, vel actori actionem; exceptis videlicet arbitris, qui cum sacramenti religione electi sunt secundum novellam nostri numinis constitutionem; tunc etenim ea omnia servari oportet [10]), quae lege nostra super huiusmodi audientia definita sunt. §. 1. Licet non ignoremus Iulii Pauli opinionem et aliorum certorum [11]) prudentium, qui tetigerunt quidem huiusmodi quaestionem, quam in praesenti aggredimur, non autem peritissime [12]) peregerunt, sed usque ad quasdam actiones temporales standum esse existimaverunt, plenius tamen et generaliter definimus, conventum in scriptis apud compromissarium iudicem factum ita temporis interruptionem inducere, quasi in ordinario iudicio lis fuisset inchoata. §. 2. Ad haec generaliter sancimus, in his, quae apud compromissarios acta [13]) sunt, si aliquid in factum respiciens vel professum est vel attestatum, posse eo et in ordinariis uti iudiciis. Dat. VI. Kal. April. [14]) Constantinop. [15]) Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

6. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Sancimus, mulieres suae pudicitiae memores et operum, quae eis natura permisit, et a quibus eas iussit abstinere, licet summae atque optimae [16]) opinionis constitutae in se arbitrium susceperint, vel, si fuerint patronae, etiamsi inter libertos suam interposuerint audientiam, ab omni iudiciali agmine separari, ut ex earum [17]) electione nulla poena, nulla pacti exceptio adversus iustos earum contemtores [18]) habeatur. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. Lampadio et Oreste Conss. [19]) [530.]

Tit. LVII. [LVI.]

[b]) DE SATISDANDO.

1. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [20]) — Non est incerti iuris, eum, qui apud acta factus est agentis procurator, non compelli ratam rem dominum habiturum satisdare; hoc enim casu veluti praesentis procuratorem intervenire intelligendum est. Itaque etsi postea mutata voluntate procuratorem esse [21]) noluerit, tamen iudicium, quo quasi procurator expertus est, iudex ratum habere debebit. Sin autem ei ab adversario suo opposita fuerit in ipso litis exordio defensionis allegatio, etiam ipse, quasi absentis in hac parte procurator, satisdationem super excipienda lite praestare cogitur, qua non praecedente lis, quae ei mandata [22]) est, ulterius procedere a iudice non conceditur. Rei autem procurator vel defensor, etiam sub gestorum testificatione factus, in ipso litis limine iudicatum solvi satisdationem in omnibus causis praestare cogitur. Dat. IX. Kal. Novemb. Caess. Conss. [23]) [294—305.]

Tit. LVIII. [LVII.]

DE [24]) FORMULIS [25]) ET [26]) IMPETRATIONIBUS [27]) ACTIONUM SUBLATIS [28]).

1. Impp. Constantius et Constans AA. [29]) Marcellino, Praesidi Phoeniciae. — Iuris formulae ancupatione [30]) syllabarum insidiantes cunctorum actibus [31]) radicitus amputentur. Dat. X. Kal. Febr. Constantio III. et Constante II. AA. Conss. [32]) [342.]

2. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio P. P. [33]) — Nulli prorsus non impetratae actionis in maiore vel minore iudicio agenti [34]) opponatur exceptio, si aptam rei et proposito negotio competentem eam esse constiterit. Dat. X. Kal. Mart. [35]) Constantinop. [36]) Felice et Tauro Conss. [428.]

TIT. LIX.

---

[a]) *Bas. VII.* 2. 56. *Cfr. c.* 4. *X. de arbitris l.* 43., *in quod magna huius const. pars transiit.* — [b]) *Dig II.* 8. — [c]) *Bas. VII.* 14. 17. *Pars hui. leg. verbotenus convenit cum l.* 65. *D. de procurator. III.* 3. — [d]) *l.* 1. *Th. C. de omissa action. impetr. II.* 3.; *Bas. VII.* 14. 18.

[1]) sed *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, scilicet *Cont.* 62. — [2]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; persequitur *ms. Pl.* 1., *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [3]) apparitiones *ms.*) *Pl.* 1. — [4]) se *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [5]) proximos *abest ab ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [6]) adimplendam *ed. Nbg.* — [7]) alterutra *ms. Pl.* 1. *ex recent. correct.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 404.). — [8]) praeiudicii *abest ab Hal.* — [9]) pari *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [10]) oportet *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.* — [11]) aliorum prudent. ceterorum *mss. Pl.* 1. (*ex recent. emendat.*) *Gt.*, *Cont.* 62.; alior. prudent. ceterumque *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [12]) perfectissime *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; apertissime *Russ. Cont. in marg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; actitata *ms. Bg.*; facta *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [14]) *Cont.* 62., *l.* 20. *C. IV.* 20.; April. *abest ab Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) Constantinop. *abest ab Hal. et rell.*; *supplevi locum ex ms. Pist.*, *in quo subscr. huius const. adscripta est legi* 2. *hoc tit.*; *cfr. not.* 38. *ad l.* 2. *cit.* — [16]) atque optimae *desunt in mss. Pl.* 1. *Gt.* — [17]) eorum *ms. Pl.* 1. — [18]) conventores *mss. Russ. et Cont.*, *var. l. gl.* — [19]) D. k. Septb. cp. cp̄. p. Su lp̄. et horeste *ms. Pist.*, *cui igitur magis conveniret subscr.* post consul. Lampadii et Orestae; *subscr. omnis abest ab Hal.* — [20]) *nomen eius, ad quem datum est rescr.*, *abest ab omnibus*; *cfr. l.* 2. *C. III.* 11. — [21]) dominus *inserunt aliqui teste Russ. in marg.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Bk.*, *Russ. Cont. in marg.*; data *Hal. et rell.* — [23]) D. X. k. mar cp̄ Tauro et felice cas *ms. Pist.*, *quod huc transscriptum habet subscr. legis* 2. *tit. seq.* — [24]) iuris *inserit Hal.* — [25]) verborum *addit ms. Bg.* — [26]) et *abest a ms. Vat.*; ex *ms. Pl.* 1. — [27]) impetratione *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [28]) actionum sublatis *abest ab ed. Schf.*; sublatis *deest in ms. Bg.* — [29]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Cont.* 62. *Bk.*; Imp. Constantius A. *Cont.* 66. 76.; Imp. Constantinus A. *Hal. et rell.* — [30]) occupatione *mss. Pl.* 1. 2. — [31]) auctoritatibus *Cont. in marg.* — [32]) *Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p. XL.*, *falsa ductus, quam plurimi huic const. tribuunt*, *inscriptione, vult eam referre ad a.* 339. — [33]) P. U. *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*, *contra fidem codd. et Theod. Cod.* — [34]) agentibus *et paullo ante* nullis *Hal.* — [35]) *ms. Pist.* (*cfr. not.* 23. *ad l.* 1. *tit. praeced.*), *Theod. C.*; Maii *Hal. et rell.* — [36]) Constantinop. *abest ab Hal. et rell. praeter Cont.* 62. *Bk.*; *locum confirmat ms. Pist.*, *Theod. C*

Tit. LIX. [LVIII.]

DE IUREIURANDO PROPTER CALUMNIAM DANDO.

1. [a]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P P. — In omnibus causis, sive propter literas fuerit [1]) certatum, sive propter instrumenta, sive propter quidquam aliud, in quo necessitas probationis incumbit, sancimus, non aliter easdem probationes praestare compelli, nisi prius, qui eas exposcit, iuramentum de calumnia praestiterit, quod non causa differendi [2]) huiusmodi proposuit allegationes; nam sacramenti timore contentiosa litigantium instantia compescitur. §. 1. Ne autem perperam in quaestionem servorum quidam venientes sui animi crudelitatem exerceant, non aliter concedi eis, qui quaestionem servorum exposcunt, ad hoc venire vel a iudicibus audiri, nisi prius tactis sacrosanctis scripturis deponant, quod non odio servorum vel propter offensas coheredum ad hoc venerunt, sed quia aliter rerum hereditariarum veritatem exquirere vel ostendere non possint. Dat. XII. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [529.]

Authent. de his, qui ingred. ad appellat. §. final. (Nov. 49. c. 3.) — *Hoc sacramentum hodie remittitur, quum in initio iuret* [3]), *nihil se* [4]) *calumniose in toto negotio exigere.*

2. [b]) Idem A. Iuliano [5]) P. P. — Quum et iudices non aliter causas dirimere concessimus [6]), nisi sacrosanctis evangeliis propositis, et patronos causarum in omni orbe terrarum, qui Romano imperio suppositus est, prius iurare et ita perferre causas disposuimus [7]), necessarium duximus et [8]) praesentem legem ponere, per quam sancimus, in omnibus litibus, quae fuerint post praesentem legem inchoatae, non aliter neque actorem neque fugientem in primordio [9]) litis exercere certamina, nisi post narrationem et responsionem, antequam utrinsque partis advocati sacramentum legitimum praestent, ipsae principales personae subeant iusiurandum, et actor quidem iuret non calumniandi animo litem [10]) movisse, sed existimando bonam causam habere. Reus autem non aliter suis allegationibus utatur, nisi prius et ipse iuraverit, quod putans, se bona instantia uti, ad reluctandum pervenerit; et postea utrinsque partis viros disertissimos advocatos, secundum quod iam dispositum est a nobis, iuramentum praestare, sacrosanctis videlicet evangeliis ante iudicem positis. [c]) §. 1. Sin autem vel dignitas vel sexus personae non concesserit eam ad iudicem pervenire, in domo litigantis [11]) sacramentum procedere, altera videlicet parte vel procuratore eius praesente.

Authent. de his, qui ingred. ad appellat. §. final. (Nov. 49. c. 3.) — *In isto iuramento adiiciendum est, nullam in tota lite exacturum probationem, nisi quam pro veritate putat quis necessario esse exhibendam, ne saepius iuretur in causa.*

[d]) Authent. ut litigantes iurent. §. 1. (Nov. 124. c. 1.) — *Principales personae vel illae, ad quas negotium in medio migraverit, coram iudicibus iurent, quod nihil penitus causa patrocinii dederint* [12]) *iudicibus vel alii cuicunque personae pro hac causa, vel promiserint, vel postea dabunt, vel per se, vel per aliam mediam personam, exceptis his, quae propriis advocatis pro patrociniis* [13]) *praestant, aliisque personis, quibus nostrae leges dari disponunt.* §. 1. *Sed si in sacro consistorio lites et consultationes intromittantur, sub praesentia sacri senatus praedictum iusiurandum praestetur.* §. 2 *Sed si qui litigantium ad iudicem venire nequeunt, praedictum iusiurandum praestent coram officiis, ab administrantibus* [14]) *directis ad eos cum adversa parte.* §. 3. *Mulier honestae vitae absente adversario iuret coram officialibus.* §. 4. *Sed si partes in aliis locis abesse contingat, vel una earum absens fuerit, iuret sub gestis monumentorum apud iudicem provinciae vel apud defensorem locorum.* §. 5. *Si quis autem litigantium praedictum iusiurandum praestare noluerit, per sententiam iudicis actor casum actionis, reus condemnationem sustineat.* §. 6. *Tutores et curatores in causis, quas agunt, praedictum iusiurandum praestabunt.*

§. 2. Quod observari oportet et si tutores vel curatores vel aliae quaedam sint personae, quae administrationem alienarum rerum auctoritate legitima gerunt. Convenit enim et ipsos iureiurando affici, quia ipsi causam scientes ita ad eam perveniunt. Neque enim pupillus, neque adultus, vel aliae huiusmodi personae, sed ipsi, qui pro eis tutelam vel curam vel aliam legitimam gerunt administrationem, scire possunt causam, et ita ad iudicium pervenire eo, quod e animi sui sententia [15]) iurent; et licet vera [16]) causae natura alia forsitan est, tamen quod quisque credit et existimat, hoc esse [17]) iurandum; omnibus aliis iuramentis, quae vel ex praeteritis descendunt legibus, vel a nobis disposita sunt, in sua firmitate duraturis. §. 3. Sin autem abfuerit alterutra pars, et per procuratorem causa eius agitetur, non ante licentiam habea actor litem exercendam suo procuratori mandare, nisi prius actis intervenientibus in provincia, in qua degit, sacramentum calumniae subeat. Similique modo si reus abfuerit, et forsitan per iudicatum solvi stipulationem procuratorem ordinaverit, vel defensor pro eo intervenerit, et ipse, vel praesente actore per se vel per instructum procuratorem, vel etiam absente eo, si hoc index perspexerit, inter acta iuramentum praestet [18]), quod reum dare antea dispositum est. §. 4. Sed quia veremur, ne forsitan quidam collusione aliqua utentes [19]) remittere videantur sibi [20]) huiusmodi sacramentum, et ex praedicta [21]) dissimulatione nostram san-

---

[a]) *Bas. VII.* 14. 19. — [b]) *Bas. VII.* 14. 20. — [c]) *edd. Nbg. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. hic inserunt utramque authent. seq., quae in ed. Schf. demum ad finem legis* 2. *annexa est.* — [d]) *haec authent. inde a* §. 1. *usque ad finem, uti glossa docet, demum adiecta est ab Accursio, nec legebatur in libro Irnerii.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Bk.*; apud te *addunt edd. Nbg. Russ. et rell.*, *quod etiam reprobant Bas.* — [2]) causam differendo *ms. Pl.* 1., *Hal.*; ἐπὶ τῷ ὑπερθέσθαι τὴν δίκην *Bas.* — [3]) *iuretur mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal. Russ.* — [4]) *se abest a ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Hal. Russ.* — [5]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Cont.* 62.; Ioanni *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; concedimus *ms. Pl.* 2.; concesserimus *Russ. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; disposuerimus *Russ. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; et *abest ab Hal. et rell.*; *sed* καὶ τὸν παρόντα νόμον *Bas.* — [9]) in primo exordio *Hal., M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 405.); *sed cfr.* §. 9. *hui. const.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; se *inserunt Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; litigatoris *rell.* — [12]) *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; *dederint ponunt post causa edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [13]) *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.: *patrocinio Cont.* 66. *et rell.*; *pro patrocin. absunt ab ed. Nbg.* — [14]) *officiis ministrantibus edd. Nbg. Schf.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Bk.*; scientia *Hal. et rell.*; ἐννοίας *Bas.* — [16]) *Hal.*; vere (verae) *mss. et edd. rell.*; *sed* ἡ ἀληθὴς τῆς δίκης φύσις *Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; est *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed* τοῦτο εἶναι ὁμοτέον *Bas.* — [18]) praestiterit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; τὸν ὅρκον παράσχῃ *Bas.* — [19]) abutentes *mss. Pl.* 1. *Bg.*; *sed* κεχρημένοι *Bas.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; inter se *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *sed* συγχωρεῖν δόξωσιν ἑαυτοῖς *Bas.* — [21]) huiusmodi *inserunt mss. Pl.* 1. *Bg.*

sanctionem deludant, sancimus, omnes iudices, licet ex compromisso cognoscant, vigorem suum exercentes, quia non pro commodo privatorum, sed pro communi utilitate praesentem legem posuimus, minime pati tale sacramentum remitti, sed omnimodo hoc et ab actore et a fugiente exigi, ne paulatim videatur huiusmodi res defraudari, et sacramentum vel principalium personarum vel advocatorum ex quacunque parte [1]) mutilari. §. 5. Hoc etiam huic legi addendum esse censemus, ut, si quis pro alio litem movere voluerit [2]) nullo mandato prolato, sed per fideiussionem ratam rem dominum habiturum suam personam firmaverit, ne vel ex hac machinatione lex circumscribi videatur, sancimus, si quid tale in posterum emerserit, sive pro una persona quis litem movere voluerit, sive pro aliquo corpore vel vico vel alia universitate, fideiussionem quidem solitam praestare, litem autem ulterius minime procedere, nisi intra a iudice statuendum tempus faciat [3]), personas principales sacramentum subire, vel praesente adversario, si hoc maluerit, vel alio pro eo agente, vel penitus altera parte cessante inter acta apud defensorem locorum huiusmodi sacramentum [4]) vel ab ipso, pro quo agitur, vel a plurima parte vel idonea universitatis procedat. §. 6. Quod si actor noluerit sacramentum calumniae subire, et hoc legitime fuerit approbatum, non liceat ei penitus ad litem pervenire, sed cadat ab instituta actione quasi improbus litigator, et tristitia indicum ei cum summa [5]) interminatione occurrat, et a iudicio eum quam longissime expellat. §. 7. Sin autem reus hoc sacramentum subire recusaverit, in his capitulis, quae narratione [6]) comprehensa sunt, pro confesso habeatur, et liceat indici sententiam proferre, quemadmodum ei ipsa rei qualitas suggesserit. §. 8. Sic enim non lites solum, sed etiam calumniatores minuentur, sic pro iudiciis putabunt sese omnes [7]) in sacrariis sisti. Si enim et ipsae principales litigantium partes per iuramentum lites exerceant, et causarum patroni praebeant sacramentum, et ipsi iudices, propositis sacrosanctis scripturis, tam causae totius faciant examinationem, quam suum proferant arbitrium, quid aliud, nisi pro hominibus [8]) Deum in omnibus causis iudicem esse credendum est? Antiqua itaque calumnia quiescente et eius ambagibus, constitutio nostra dilucida et compendiosa in terris clareat omnibus, et sit maximum dirimendarum causarum remedium. §. 9. Sed praedictum sacramentum in litibus quidem, quae necdum sunt inchoatae, praestari volumus in ipso litis primordio [9]). Sin autem causae adhuc pendentes inveniantur, vel post litem contestatam, et post solitas iudiciales cautelas iam praestitas, si quidem praesto fuerit utraque persona, et in eadem civitate vel in territorio eius moratur, et in his litibus sacramentum locum habere, et in primo post hanc legem ingressu eum [10]) compelli iusiurandum praestare. Sin autem una pars abfuerit, ne videatur propter absentiam personae lis differri, et aliquid contrarium eveniat nostro proposito, et quod pro compendio litium introductum est, [11]) in adversariam [12]) figuram transformetur, iubemus, praesentem quidem personam omnimodo dare sacramentum, absenti autem in pendentibus duntaxat litibus, secundum quod praedictum est, hoc concedi. Sin autem utraque principalis persona abfuerit, ne diutius lites protelentur, etiam sine datione sacramenti lites pendentes suo decurrant tramite. PP. IV. Kal. August. Iustiniano A. IV. et Paulino V. C. Conss. [13]) [534.]

[3. [a]) Idem. — Pateat omnibus nostram rempublicam procurantibus, conventiculum seu conspirationem, iurisiurandi religione vel quoquo modo compositam, a nostra maiestate prohiberi et detestari; unde huius rei fautores et socios ab omni publico honore sibi commisso infamiae nota privamus, non habentibus autem ad ullum publici honoris gradum accedendi licentiam penitus amputamus.]

D. IU-

---

[a]) *Haec const., quam in uno cod. se reperisse ait Russ., abest a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont. Char. Supposititia illa est, et secundum* Odofredi *narrationem* (Savigny *Gesch. d. Röm. Rechts i. MA. Tom. VI. p.* 453.) *a* Gosiano *vel* Galgosio *quodam, monacho et falsatore, subiecta.*

[1]) causa *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Cont.* 62.; parte vel causa *ms. Gt.; sed* ἐξ οἱουδήποτε μέρους *Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; et *inserunt Russ. et rell.* — [3]) nisi a iud. intra statuend. temp. faciat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; nisi a iud. — faciant *ed. Nbg.*; nisi iudices intra stat. temp. faciant *Hal.*; nisi iudex — faciat *Russ. in marg.; sed* εἰ μὴ ἐντὸς τοῦ παρὰ τοῦ δικαστοῦ ὁριζομένου καιροῦ ποιήσει *Bas.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; calumniae *addunt edd. Nbg. Russ. et rell.; sed* ὁ ὅρκος ὁ τοιοῦτος *Bas.* — [5]) sca *ms. Pl.* 1., *fortasse* sancta *vel* sancita, *quod rectius foret, quam* summa; *etenim Bas.* μετὰ τῆς ἀδεσπισθείσης ἀπειλῆς. — [6]) pro narratione *ms. Pl.* 1., *Cont.* 62.; *sed* ἅτινα τῇ διηγήσει περιέχονται *Bas.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2 *Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; homines *Hal. Russ Cont.* 66. *et rell.; sed* νομίσουσι — πάντες *Bas.; tam* omnes *quam* homines *abest a ms. Bg.* — [8]) omnibus *ms. Pl.* 1. *et ante correct. ms. Bg.; sed* ἀντὶ ἀνθρώπων *Bas.* — [9]) exordio *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [10]) eum *abest a mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf., quae omissio optime convenit cum Bas.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; protinus hoc *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.; sed nostrae lect. suffragantur Bas.* — [12]) adversum *ms. Pl.* 1.; contrariam *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [13]) pp X k mar cap. Pont et ss. sula et horesita. XI. css *m. Pist., cui fidem vix habuerim, quum ei multa ex sub legis* 2. *C. II.* 58. *intermixta esse videantur.*

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER TERTIUS.

Tit. I.

[a]) DE IUDICIIS.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Clementi. — Iudicio coepto usurarum stipulatio non est veremta. Superest igitur [1]), ut debitorem eius temporis, quod non est in iudicium deductum, convenire possis. PP. Kal. April. Antonino A. [2]) II. [3]) et Geta [4]) Conss. [205.]

2. [c]) Iidem AA. Valerio. — Licet iudice accepto cum tutore tuo egisti, ipso [5]) iure actio tutelae sublata non est; et ideo si rursus eundem iudicem petieris, contra utilem exceptionem rei iudicatae, si de specie, de qua agis, in iudicio priore tractatum non esse allegas, non inutiliter replicatione doli mali uteris. PP. VI. Kal. Ianuar. Faustino et Rufo [6]) Conss. [210.]

3. [d]) Imp. Alexander A. Faustinae. — Quoties quaestio status bonorum disceptationi concurrit, nihil prohibet, quo magis apud eum quoque, qui alioquin super causa status cognoscere non possit, disceptatio terminetur. PP. VI. Id. Februar. Iuliano II. et Crispino Conss. [7]) [224.]

4. [e]) Idem A. Popilio. — Si, quum tibi pretium praediorum a curatoribus [8]) comparatorum reputaretur, et instrumenta emtionis traderentur, quaestionem omissae evictionis non movisti, intelligis, semel finitam litem instaurari non oportere [9]). PP. Kal. August. Modesto et Probo Conss. [228.]

5. [f]) Imp. Gordianus A. Marcello. — A iudice iudex delegatus iudicis dandi potestatem non habet, quum ipse iudiciario [10]) munere fungatur, nisi a principe iudex datus fuerit. PP. IV. Non. Septemb. Pio et Pontiano Conss. [11]) [238.]

Authent. ut defuncti seu funera eorum non iniur. a cred. §. Illud. (Nov. 60. c. 2.) — *Ad haec, si ad ministrator sit, et publicis occupationibus impediatur litem apud se agitandam saltem in contestation. audiat; et rursus in medio semel, et in fine omnia, etiam quae sunt examinata, consequenter audiat, et sic ferat sententiam, et appellationem, si fiat, suscipiat; cetera licet expediri per consiliarios. Item iudex appellationis rem per se audiat. Delegatus autem omnimodo [12]) per se litem una cum consiliariis examinet. Sed si contra hoc factum fuerit, gravepoenae sequentur; nam administratores et delegati viginti librarum auri mulctam praestabunt [13]), consiliarii, si quidem advocati sint, ab advocatione expellentur, si vero non sint, sed cingulum habeant, cingulo privabuntur, et decem [14]) libras auri praestabunt.*

6. [g]) Idem A. Iuniae. — Servus in iudicio interesse non potest, nec, si condemnatio aliqua in personam [15]) eius facta sit, quod statutum est, subsistit [16]). Dat. XV. Kal. Septemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [17]) [239.]

7. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Myrinae. — Quum debitoris tui servum, tibi

---

[a]) *Dig. V.* 1. — [b]) *Bas. VII.* 6. 1. — [c]) *Bas. VII.* 6. 2. — [d]) *Bas. VII.* 6. 3. — [e]) *Bas. VII.* 6. 4. — [f]) *Bas. VII.* 6. 5. — [g]) *Bas. VII.* 6. 6. — [h]) *Bas. VII.* 6. 7.

[1]) igitur *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.* — [2]) A. *abest ab Hal. et rell. praeter Bk.*, *suppletur ex ms. Pist.* — [3]) III. *ms. Pist.*, *cuius si vera est lectio, pertinet const. ad a.* 208. — [4]) *ms. Pist.*; II. *addunt Hal. et rell. praeter Bk.*, *qui inserit* Caes. II.; *sed chronologiae nostram lect. magis convenire, lege apud Beland. Fast. Cons. p.* 108. — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; tamen *inserunt Russ. et rell.* — [6]) Rufino *Bk.*, *quod probant fasti. In ms. Pist. huc relata est subscr. legis* 3. *prox.* — [7]) pp III id Feb Iuliano II et crispo css *ms. Pist.* — [8]) a tutoribus *ms. Bg.*; et a tutoribus *addit ms. Gt. et similiter ed. Schf.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; non posse *Hal. et rell.* — [10]) fiduciario *coniiciunt nonnulli.* — [11]) pp VI nū Sep. probo et pontio css *ms. Pist.* — [12]) *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; *omnino edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [13]) *praestent edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; *dependant edd. Nbg.*; *pendent var. l. gl.* — [14]) *viginti edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *In ipsa Nov.* 60. *similis est lectionis diversitas.* — [15]) persona *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.* — [16]) non subsistit *var. l. gl.* — [17]) *in ms. Pist. huc relata est subscr. ex l.* 7. *prox.*

tibi pignoris iure obligatum, bona domini sui quondam [1]) rebus humanis exemti tenere profitearis, adversus eum dari tibi actiones, contra ius postulas, si quidem inter servum et liberum consistere nullum possit iudicium. Ad possessionem itaque pignorum magis officio iudicis venire te convenit, quam illicita postulare. S. XIV. [2]) Kal. Maii Sirmii, Caess. Conss. [3]) [294—305.]

8. [a]) Impp. Constantinus et Licinius AA. ad Dionysium [4]). — Placuit, in omnibus rebus praecipuam esse iustitiae aequitatisque [5]), quam stricti iuris rationem. Dat. Id. Maii Volusiano et Anniano Conss. [6]) [314.]

9. [b]) Imp. Constantinus A. ad Maximum [7]) — Iudices oportet inprimis rei qualitatem plena inquisitione discutere, et tunc utramque partem saepius interrogare, num quid [8]) novi addere desideret [9]), quum hoc ipsum ad alterutram partem proficiat, sive definienda causa per iudicem, sive ad maiorrem potestatem referenda sit. Dat. II. Id. [10]) Ianuar. Sirmii [11]), Cripso II. e. Constantino II. Conss. [12]) [318.]

Authent. ut quum de appellat. cognosc. §. Sed et hoc. (Nov. 115. c. 2.) — *Iubemus, ut, si* [13]) *quando una pars allegationibus suis renuntiaverit, alia vero pars se habere aliquid, quod proponat, dixerit, iudex negotii modis omnibus eam partem, quae utitur dilatione, compellat, intra triginta dies, postquam altera pars allegationibus renuntiaverit, quicquid velit sine aliqua intermissione proponere. Quod si non fecerit, tunc ad eius malitiam superandam alius mensis indulgeatur a iudice. Si vero adhuc distulerit, alterius mensis dilatio ei praebeatur, ita ut, si usque ad praedictos tres menses suas non proposuerit allegationes, causae cognitor, non amplius exspectans, sententiam omnibus modis legibus et moribus consonantem* [14]) *proferat, vel si noluerit* [15]), *referat, ne litigatoribus male tractantibus liceat causarum exitus ultra protrahere* [16]).

10. [c]) Idem A. ad Severum P. U. [17]) — Nulli prorsus audientia praebeatur, qui causae continentiam dividit [18]), et ex beneficii praerogativa id, quod in uno eodemque iudicio poterat terminari, apud diversos iudices voluerit ventilare; poena ex officio iudicis imminente ei, qui [19]) contra hanc supplicaverit sanctionem, atque alium super possessione, alium super principali quaestione iudicem postulaverit. Dat. [20]) III. Kal. Aug. Paulino et Iuliano [21]) Conss. [325.]

11. [d]) *A. Epitome graec. const.* [22]) *ex Bas.*

Τῆς ἀκριβείας τῶν νόμων ὁ δικαστὴς φροντιζέτω, μηδὲν [23]) *τοῖς παρανόμως ῥηθεῖσι* [24]) *παρὰ βασιλέως προσέχων.*

B. Argumentum eiusd. const. ex Theodori Hermopolitae schol.

Ἡ παροῦσα διάταξις κελεύει, μηδέποτε τὸν δικαστὴν παρὰ τὸ δίκαιον καὶ τὸ νόμιμον κρίνειν, κἂν πρόσταξιν δέξηται βασιλικήν, διοριζομένην αὐτῷ δικάσαι παρὰ τὸ δίκαιον, ἀλλὰ τὴν μὲν πρόσταξιν παραβλέψασθαι, τὴν δὲ ἀπόφασιν αὐτοῦ δικαίαν ποιῆσαι καὶ νόμιμον.

12. [e]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

[25]) *Πάντες οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ θεῖοι δικασταὶ συντόμως τὰς δίκας τεμνέτωσαν· κἂν τὶς δικαζομένων πολλάκις τῷ προσφόρῳ δικαστῇ προσελθὼν μὴ δι' ἀναγκαίαν αἰτίαν ὑπερτεθείη, προσίτω τῷ βασιλεῖ, τὴν ἐκεῖθεν ἀναμένων βοήθειαν.*

§. 1. *Εἰ δὲ καὶ παραιτεῖταί τις τὸν δικαστὴν εὐλόγως πρὸ προκατάρξεως, ἐκ θείας προσελεύσεως ἑτέρου τεύξεται δικαστοῦ ἢ συνδικαστοῦ· εἰ δὲ καὶ εὐλόγως*

11. *Subtilitatem legum iudex curae habeat, nihil attendens ad ea, quae contra leges a principe dicta sunt.*

Haec constitutio sancit, ne quando iudex contra ius atque leges decernat, etiamsi iussionem acceperit imperialem, quae contra ius ipsi iudicare praecipiat sed iussionem eam negligat et sententiam secundum ius atque leges ferat.

12. *Omnes magistratus et divini iudices compendiose lites decidunt; et si quis litigantium crebro competentem iudicem adiens sine iusta causa moram passus fuerit, adeat principem, auxilium ab eo exspectans.*

§. 1. *Sin recuset quis iudicem iusta ex causa ante litis contestationem, iudex alius aut collega ei ex divina aditione dabitur; quod si et iuste recusare vide-*

---

[a]) *Bas. VII.* 6. 8. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de iudiciis II.* 18.; *Petri Except. leg. Rom. IV.* 5.; *Bas. VII.* 6. 9. — [c]) *l.* 3. *Th. C. de iudiciis II.* 18.; *Bas. VII.* 6. 10. — [d]) *Argumentum graecae const. exhibent* 1., *Bas. VII.* 6. 11., 2., *Synopsis* (*ed. Leunclav. p.* 57.), *quae consonat cum Bas.*, 3., *Theodorus Hermopolita in schol. ad Bas. loc. cit.* — *Ant. August.* (*Coll. p.* 165.) *restituit textum* 2., *quem sequuntur Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.*; *Cuiac.* (*Obss. IX.* 20.), *quem sequitur Cont.* 76. *et equidem sequor, exhibet text.* 1. *et* 3.; *text.* 1. *est apud Bk. Duarum graecar. const. lacunam indicant mss. Pist. Vat. Paris. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. — [e]) *Epitome legis servatur* 1., *in Bas. VII.* 6. 12., 2., *in Synopsi* (*ed. Leunclav. p.* 57.). *Textum* 2. *restituit Ant. August.* (*Coll. p.* 165.), *quem sequitur Cont.* 71.; *text.* 1. *restitutus a Cuiac.* (*Obss. IX.* 20.), *receptus a Char. Cont.* 76. *et rell. Testimonia codd. et edd.*, *in quibus nostra const. desideratur, lege in not. d. ad l.* 11. *hoc tit.*

[1]) domini quondam sui *fortasse rectius.* — [2]) XVI. *omisso* S. *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [3]) et Conss. *Hal.* — [4]) *Cfr. l.* 3. *C. VII.* 22., *ex qua fortasse honor Dionysii repetendus est.* — [5]) scriptae *inserunt edd. Nbg. Hal. Russ.* — [6]) D P id mai volusiano css *ms. Pist.* — [7]) Maximianum *mss. Pist. Bg.* — [8]) ne quid *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; *sed* an aliquid *Petrus*, *et* εἴ τι αὐτοῖς περιλείπεται *Bas.* — [9]) desiderent *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; *sed* desideret *etiam Petrus.* — [10]) D. prid. Id. *Theod. C.*, *Cont.* 62.; pp id. *ms. Pist.* — [11]) Sirmio *Theod. C.*, *Cont.* 62.; *sed nostram lect. etiam tuetur ms. Pist.* — [12]) *Theod. C.*, *Cont.* 62. *Bk.*, *l.* 16. *C. VII.* 62., *favente ms. Pist.*; Licinio V. et Crispo *rell.* — [13]) *si abest ab ed. Schf.* [14]) *legibus — consonantem absunt ab ed. Schf.* [15]) *voluerit rectius, nam* εἴπερ βούλοιτο *Nov.* 115. *c.* 2. — [16]) *vel si noluerit — protrahere absunt ab edd. Schf. Nbg.* — [17]) pp *mss. Vat. Bg.* — [18]) dividet *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; dividerit *Sp.* — [19]) poena proposita, si quis *Theod. C.* — [20]) PP. *Theod. C.* — [21]) Iuliano et Paulino *Theod. C.*; *in ms. Pist. subscr. haec est* D. XVI k. iul. cap lap et horeste v̄c css, *et fere consona in ms. Paris.*, *sed magis ea convenit legi* 13. *hoc tit.* — [22]) *Cuiac. Obss. IX.* 20. *putat, hanc const.* 11. *et l.* 12. *fuisse Anastasii, vel potius Zenonis, ductas ex ampliore eiusdem constitutione, cuius saepe Iustinianus in Novellis meminerit. Quae res movit Contium* 76., *ut utrique const. Zenonem inscriberet; tantum legi* 12. *Zenonem inscribunt Char. Pac. Sp. Bk.* — [23]) *μηδέ Synopsis.* — [24]) *πορισθεῖσι Augustinus in marg.* — [25]) *de probabili huius const. auctore cfr. not.* 22. *ad leg.* 11. *hoc tit.*

εὐλόγως παραιτησάμενος οφθήσεται μετὰ προκάταρξιν, δικαστὴς ἕτερος ἢ συνδικαστὴς μὴ αἰτείσθω, παρ' ἑνὶ δὲ δικαστῇ τὸ πᾶν κινείσθω τῆς ὑποθέσεως· κἂν ἀπρόσφορος οὗτος ἐπί τινι δόξῃ κεφαλαίῳ, ἐξ οἰκείας ψήφου ἐπὶ τὸν πρόσφορον αὐτὸ παραπεμπέτω. Δεύτερον γάρ τις ἢ πλέον αἰτιασάμενος, καὶ ἐκ τῆς δευτέρας αἰτίας κατὰ τὸ διπλάσιον καταδήσει ζημίας, καὶ ἐγγυῶν χωρὶς ἢ ἐξωμοσίας ἐκ τῆς δευτέρας ὑπομνήσεως παρὰ τῷ πρώτῳ κινήσει δικαστῇ [1]).

videbitur post litis contestationem, iudex alius aut collega ne petatur, apud unum vero iudicem omne moveatur causae negotium. Et si incompetens ille super aliquo videatur causae capitulo, ex propria sententia ad competentem iudicem illud remittat. Qui enim iterum aut saepius conquestus fuerit, etiam ex secunda querela in duplum resarciet damnum, et sine fideiussoribus aut iuratoria cautione ex secunda admonitione apud primum iudicem aget.

13. [a]) **Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P.** — Properandum nobis visum est, ne lites fiant paene immortales, et vitae hominum modum excedant, quum criminales quidem causas iam nostra lex biennio conclusit, et pecuniariae causae frequentiores sunt, et saepe ipsae materiam [2]) criminibus creare noscuntur, praesentem legem super his orbi terrarum [3]), nullis locorum vel temporum angustiis coarctandam, poneve. §. 1. Censemus itaque, omnes lites [4]) super pecuniis quantaecunque quantitatis, sive super conditionibus, sive super iure civitatum seu privato [5]) fuerint illatae, sive super possessione, vel dominio, vel hypotheca, seu super servitutibus, vel pro aliis quibusdam causis [6]), pro quibus hominibus contra [7]) se litigandum est, exceptis tantummodo causis, quae ad ius fiscale pertinent, vel quae [8]) ad publicas respicinnt functiones, non ultra triennii metas post litem contestatam esse protrahendas; sed omnes iudices, sive in hac alma urbe, sive in provinciis maiorem seu minorem peragant administrationem, sive in magistratibus positi, vel ex aula nostra dati, vel a nostris proceribus delegati, non esse eis concedendum, ulterius lites, quam triennii spatio [9]) extendere [10]). Hoc etenim iudicialis magis esse potestatis, nemo est, qui ignoret; nam si ipsi noluerint [11]), nullus tam audax invenitur, qui possit invito iudice litem protelare. §. 2. Et si quidem pars actoris cessaverit, quatenus multiplici dilatione reus fatigetur, et triennii metae post litem contestatam iam prope finem veniant, ut semestre tempus tantum ei supersit, licentia erit iudici, per exsecutores negotii actorem requirere, parte fugiente ex una parte actoris absentiam incusante, et iudicibus omnimodo suas aures huiusmodi quaestioni [12]) reserantibus, et si per tres vices hoc fuerit subsecutum, decem dierum spatio per unumquemque introitum destinato, et nec ita pars actoris fuerit inventa, et neque per se, neque per procuratorem instructum pervenerit, tunc iudicem negotii acta apud se confecta conspicere censemus [13]). Et si quidem nihil sufficiens actitatum est, ex quo possit termino causae certa fieri coniectura, volumus [14]) non solum partem fugientem [15]) ab observatione iudicii relaxare, sed etiam in omnes expensas, quae consueto modo circa lites expenduntur, eum condemnare [16]), vera quantitate earum sacramento fugientis manifestanda, et omni cautela, quam super lite reus exposuit, reddenda; quae etsi remanserit, viribus evacuabitur [17]). Sin autem ex gestis apud se habitis, parte actoris minime inventa, possit invenire viam, ex qua [18]) manifestum ei fiat, quid statuendum sit, etiam absente actore, si eum meliorem causam habere perspexerit, pro eo ferre [19]) sententiam non moretur, et praesentem reum absenti actori condemnare, expensis tantummodo litis, quas reus legitime se expendisse iuraverit, condemnatione excipiendis, quia hanc poenam actori, et meliorem causam habenti, propter solam absentiae contumaciam imponimus, nullo penitus ei regressu ad eandem litem conservando; sed actor contumax cadat omnino de [20]) lite, si [21]) reus absolvatur. Sin vero aliqua condemnatio contra reum pro absente actore proferatur, quam forsitan non sufficientem sibi actor putaverit fugitivus, nullo modo iterum eandem litem resuscitare concedimus. Et haec quidem poena actori fiat [22]) imposita. §. 3. Sin autem reus abfuerit, e similis eius processerit requisitio, quemadmodum pro persona actoris ediximus [23]), etiam absente eo [24]) eremodicium contrahatur, et iudex, secundum quod veteribus legibus cautum est, ex una parte cum omni subtilitate causam requirat, et si obnoxius fuerit inventus, etiam contra absentem promere condemnationem non cesset, quae ad effectum perducatur, et per res et facultates fugientis victori satisfiat [25]), sive ipse iudex ex sua iurisdictione hoc facere potest, sive per relationem ad maiorem iudicem hoc referatur, et ex eo legitima via contra res contumacis aperiatur; nulla licentia ei vel alii [26]), personam eius solam praetendenti, concedenda contradicendi, quum in possessionem ex huiusmodi causa actor mittitur; nec si reversus [27]) fuerit, et voluerit fideiussores dare, et possessionem recuperare, audiatur; in huiusmodi etenim casibus omnem ei contradictionem excludimus. §. 4. Quum autem eremodicium ventilatur sive pro actore sive pro reo, examinatio causae [28]) sine ullo obstaculo celebretur. Quum

---

[a]) *Bas. VII.* 6. 10.

[1]) Dat. *addunt Char. Pac. Sp. Bk. In mss. Pist. et Paris. haec sunt deperditae subscr. vestigia* cāp VI (III) et II dec, *ex quibus hoc tantum eruere possum, hanc const. Constantinopoli, et fortasse sub consulatu Decii et Longini* (486.) *datam fuisse. Haud vero improbabile est, illas notas ne quidem subscriptionis reliquias esse, sed potius depravatas ex his verbis* capitula XI et XII. desunt, *denotare numeros graecarum const., quae hic exciderunt.* — [2]) saepe materiam ipsis *ms. Pl.* 1. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Cont.* 62.; omni orbi terrar. *ms. Bg. et similiter ed. Schf.*; per orbem terrar. *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [4]) sive *inserit ms. Pl.* 1. — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Schf.*; sive (seu) privatorum *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) casibus *ms. Pl.* 1. *ex recent. emendat.*, *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *Hal.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; inter *Hal. Russ. Cont.* 66 *et rell.* — [8]) quid *ms. Bg.*; quod *et postea* respiciat *Hal.* — [9]) quam triennium patimur *mss. Bg. Bg.*, quam triennii spatium patimur *ed. Schf.*; quam spatium triennii patitur *ms. Gt.* — [10]) exercere *var. l. gl.* — [11]) voluerint *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.* — [12]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal. Russ Cont.* 62. *Bk.*; quaestionibus *ms. Pl.* 1. *ex recent. emendat.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [13]) censemus *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; *hoc verb. ex glossa in textum irrepsisse, docet glossa ad h. l.* — [14]) volumus *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Hal.* — [15]) partem praesentem *ms. Pl.* 2., *liber Auredani apud Char.*; *quam lect. ex glossa ad h. l. in textum transiisse, perspicuum est.* — [16]) ei condemnari *Char. in marg.* — [17]) vacuabitur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [18]) *mss. Pl.* 1 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; qua *omisso* ex *Russ. et rell.* — [19]) proferre *loco* pro eo ferre *Hal.* — [20]) a *ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Nbg.*; *tam* de *quam* a *abest a ms. Bg.* — [21]) et si *ms. Pl.* 1.; et sic *ed. Schf.* — [22]) sit *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; diximus *Hal. et rell.* — [24]) reo *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 410.). — [25]) satisfaciat *ms. Pl.* 1. — [26]) nulla licentia erit alii *Hal.* — [27]) reus *inserit ms. Pl.* 1.; ipse *inserunt Hal. Russ. Cont.* 66. *et postea rell.* — [28]) causae *abest ab Hal. et Cont.* 62.

Quum enim terribiles in medio proponuntur scripturae, litigatoris absentia Dei praesentia repleatur, nec pertimescat index appellationis obstaculum, quum ei, qui contumaciter abesse noscitur, nulla sit provocationis licentia, quod et [1]) in veteribus legibus esse statutum, manifestissimi iuris est. §. 5. Huiusmodi autem sententia prope finem triennii proferatur, pro quo et praesentem legem induximus. Si enim in anteriore tempore, in quo larga temporis superest dilatio, et spes absenti relicta fuerit revertendi, alterutra pars cessaverit, in sola expensarum datione et absolutione forsitan praestetur poenalis sententia, non autem tunc mors litis et condemnatio in absentem introducatur, quae in his tantummodo casibus accidunt, in quibus triennii effluentis imminet formido. §. 6. Sive autem alterutra parte absente, sive utraque praesente lis fuerit decisa, omnes iudices, qui sub imperio nostro constituti sunt, sciant, victum in expensarum causa [2]) victori esse condemnandum, quantum pro solitis [3]) expensis litium iuraverit, non ignorantes, quod, si hoc praetermiserint, ipsi de proprio huiusmodi poenae subiacebunt, et reddere eam parti laesae coarctabuntur. §. 7. Et haec de alterutra parte litigantium [4]) contumaciter absente [5]) nobis statuere visum est, ad aequitatis rationem omnia corrigentibus. §. 8. Sin autem utraque parte imminente et litem peragere cupiente index eam [6]) accipere noluerit, vel propter amicitias, vel inimicitias, vel turpissimi lucri gratia [7]), vel propter aliud quodpiam vitium, quod miserrimis animis huiusmodi iudicum [8]) innasci potest, litem ipse ausus fuerit protelare, et propter hoc triennium fuerit transactum [9]), index, si quidem in magistratu positus est vel in maiori dignitate usque ad illustratus gradum, decem libras auri privatis nostris largitionibus inferre per scholam palatinam [10]) compellatur [11]); sin [12]) autem index minor fuerit, trium librarum auri mulcta plectetur, per eandem scholam exigenda et nostro aerario applicanda, et, eo removendo, alter index in locum eius subrogetur [13]) sub similis poenae formidine; his omnibus locum habentibus, quum unus index omnem [14]) causam ab initio peragit. Sin autem in medio triennio [15]) vel morte iudicis vel alia irrecusabili occasione iudicium fuerit mutatum, tunc, si quidem ex triennio annale tempus vel amplius residet, in quo alius iudex ei [16]) causae imponitur, intra reliquum tempus causa finiatur; sin autem minus, quam annale sit, tunc omne, quod deest, repleatur, ut non in minore, quam [17]) perfecti anni tempore litem possit subrogatus index tam discutere quam terminare. §. 9. Illo procul dubio observando, ut, si neque per alterutram litigantium partem, nec [18]) per iudicem steterit, quominus lis suo marte decurrat, sed per patronos causarum, licentia detur iudici et eos duarum librarum auri poena afficere, per scholam palatinam exigenda et similiter publicis rationibus aggreganda, ipso videlicet iudice in sua sententia hoc ipsum manifestante, quod per patronos causarum [19]) vel fugientis vel agentis dilatio facta est, vel per omnes, vel per quosdam ex his; necessitate advocatis imponenda, ex quo litem peragendam susceperint, eam usque ad terminum, nisi lex vel iusta causa impediat, implere [20]), ne ex eorum [21]) recusatione fiat causae dilatio; honorariis scilicet a clientibus, qui dare possunt, disertissimis togatis omnimodo praestandis, et, si cessaverint, per exsecutores negotiorum exigendis, ne [22]) per huiusmodi machinationem causae merita protrahantur, nisi ipse litigator alium pro alio patronum eligere maluerit. §. 10. Haec autem omnia [23]) in his omnibus [24]) a nobis cauta sunt, quibus perfectae aetatis constitutis arbitrium suum pro omnibus causis [25]) sufficit. §. 11. Sin vero causae vel pupillorum vel adultorum sint, vel aliorum sub cura agentium, masculorum vel feminarum, ut per [26]) tutores, vel curatores, vel actores, vel eorum procuratores agantur, et eorum desidia triennium fuerit elapsum [27]), et causa ceciderint, litem quidem nihilo minus suum habere vigorem, omnem autem iacturam, quae ex hac causa oritur, ad tutores et curatores, aut eorum fideiussores heredesque, et res eorum, et ad omnes, quorum in hac causa legitime interest, redundare; sin autem non sufficiat pupillis vel minoribus eorum substantia, tunc in id, in quo [28]) fuerint detrimentum perpessi, [29]) in integrum restitutionis auxilium eis superesse. Dat. VI. Kal. April. Constantinop. [30]) Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [31]) [530.]

14. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Rem non novam neque insolitam aggredimur, sed antiquis quidem legislatoribus [32]) placitam, quum vero contemta sit non leve detrimentum causis inferentem. Cui enim non est cognitum, antiquos iudices non aliter iudicialem calculum accepisse [33]), nisi prius sacramentum praestitissent, omnimodo sese cum veritate et legum observatione iudicium esse disposituros? Quum igitur et viam non insuetam invenimus ambulandam, et anteriores leges nostrae, quae de iuramentis positae sunt, non minimam suae utilitatis experientiam litigantibus praebuerunt, et ideo ab omnibus merito collandantur, ad hanc in perpetuum valituram legem pervenimus, per quam sancimus, omnes iudices, sive maiores sive minores, qui [34]) in administrationibus positi sunt vel in hac regia civitate vel in orbe terrarum, qui nostris gubernaculis regitur, sive eos, quibus nos audientiam committimus, vel qui a maioribus iudicibus dantur, vel qui ex iurisdictione sua iudicandi habent facultatem, vel qui ex recepto, id est compromisso (quod iudicium imitatur [35]), causas dirimendas suscipiunt, vel qui arbitrium

---

[a]) *Bas. VII.* 6. 14.

[1]) idem et *ms. Bg.* — [2]) causam *ms. Pl.* 1. — [3]) solutis *ms. Bg.*, *Russ. Cont. in marg.*, *quae lect. maxime arridet Russardo.* — [4]) et *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [5]) se contumaciter absentante *edd. Nbg. Russ.* — [6]) eas *mss. Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [7]) gratiam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [8]) iudicium *ms. Pl.* 1. (*ante recent. correct.*) *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [9]) elapsum *ms. Pl.* 1. — [10]) palatinorum *mss. Bg. Pl.* 2. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; compelletur *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; si *Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; subrogabitur *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 411.); unam *Russ. et rell.* — [15]) *ms. Pl.* 1., *Hal. Bk.*, triennii *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. rell.* — [16]) ei *abest a mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [17]) quam *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [18]) vel *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [19]) causae *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [20]) adimplere *mss. Bg. Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [21]) eius *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [22]) ne et *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [23]) omnia *abest ab Hal.* — [24]) omnibus *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Hal.* — [25]) causis *deest in mss. Pl.* 1. 2. *Gt. Bg.*, *Hal. Cont.* 62. — [26]) et per *ms. Pl.* 1.; vel per *ms. Pl.* 2. — [27]) transactum *mss. Pl.* 1. 2. — [28]) tunc in id, quod *ms. Pl.* 1., *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 411.); tunc in id, quo *ms. Bg.*; tunc in quo *ms. Gt.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; placuit *inserunt Russ. Cont. et rell.*, *improbante Cont. in marg.* — [30]) Constantinop. *abest ab Hal. et rell.*, *suppletur ex ms. Pist.* — [31]) *Cfr. not.* 21. *ad l.* 10. *hoc tit.* — [32]) legis datoribus *ms. Bg.* — [33]) accipere *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [34]) sive qui *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [35]) compromissis, quae iudic. imitantur *Hal.*; compromisso, qui iudic. imitantur *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.*; compromisso iudicium imitantur et *ms. Bg.*, *quae lectio magnam habet veri speciem.*

arbitrium peragunt, vel ex auctoritate sententiarum et partium consensu electi sunt [1]), et generaliter omnes omnino iudices, romani iuris disceptatores, non aliter litium primordium accipere, nisi prius ante sedem iudicialem sacrosanctae deponantur scripturae, et hae permaneant [2]) non solum in principio litis, sed etiam in omnibus cognitionibus usque ad ipsum terminum et definitivae sententiae recitationem. Sic etenim attendentes ad sacrosanctas scripturas et Dei praesentia consecrati, ex maiore praesidio lites diriment, sciturl, quod non magis alios iudicant, quam ipsi iudicantur, quum etiam ipsis magis, quam partibus terribile iudicium est, siquidem litigatores sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore adhibito causas proferunt trutinandas. Et hoc quidem iusiurandum iudiciale omnibus notum sit, et romanis legibus optimum a nobis accedat incrementum et ab omnibus iudicibus observandum; et si praetereatur, contemtoribus periculosum sit.

Authent. de defensor. civit. §. Iusiurandum. (Nov. 15. c. 1.) et Authent. iusiurandum, quod praest. ab his. (Nov. 8. tit. 3.) — *Hodie iurant, se facturos secundum quod eis visum fuerit iustius et melius, exceptis defensoribus civitatum, qui iurant, omnia secundum leges et iura* [3]) *se facturos.*

§. 1. Patroni autem causarum, qui utrique parti suum praestabtes auxilium ingrediuntur, quum lis fuerit contestata, post narrationem propositam et contradictionem obiectam, in qualicunque iudicio maiore sive [4]) minore, vel apud arbitros, sive ex compromisso vel [5]) aliter datos vel electos, sacrosanctis evangeliis tactis iuramentum praestent, quod omni quidem virtute sua omnique ope, quod verum et iustum existimaverint, clientibus suis inferre procurent [6]), nihil studii relinquentes, quod sibi possibile est, non autem credita sibi causa cognita, quod improba sit vel penitus desperata et ex mendacibus allegationibus composita, ipsi scientes prudentesque mala conscientia liti patrocinentur [7]), sed et si certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit, a causa recedant [8]), ab huiusmodi communione sese penitus separantes. Hocque subsecuto nulla licentia concedatur spreto litigatori ad alterius advocati patrocinium convolare, ne melioribus contemtis improba advocatio subrogetur. Sin autem pluribus [9]) patronis adhibitis, et iuramento ab omnibus praestito, quidam ex his causa procedente patrocinandum esse crediderint, quidam recusaverint, exeant quidem recusantes, volentes autem remaneant. Causae etenim terminus manifestare poterit, qui timidius quique audacius iudicium vel reliquerunt vel protulerunt; nec in hac parte litigatoribus danda licentia alios pro recusantibus subrogare. Dat. IV. Kal. April. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

15. Idem A. Iuliano P. P. — Sancimus, omnes iudices, sive in hac florentissima civitate sive in provinciis, si quando absens persona citata postea apparuerit, non aliter ei iudicialem aditum revelare, sed omnem claudere ei iudiciorum copiam, nisi prius omnia damna restituat, ex huiusmodi vitio adversariis eius inflicta sive circa ingressus litis, sive circa honoraria advocatorum vel alias causas, quae in iudicio vertuntur [10]); aestimatione iudicis quantitate eorum definienda, postquam iuratum ab eo fuerit, qui fecit expensas; exsecutoribus negotiorum modis omnibus dispositiones eorum adimplentibus, sciturls iudicibus nostris et exsecutoribus, quod, si hoc praetermiserint, ex sua substantia huiusmodi detrimentum laesis resarcire compellentur. Quod et in pedaneis iudicibus observari censemus, licet non citati, sed requisiti litigatores mala conscientia abfuerint. Dat. X. Kal. Maii Constantinop. [11]) Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [12] [530.]

Authent. de iudicibus. §. Oportet. (Nov. 82. c. 10.) — *Post iusiurandum delatum et praestitum non licet iudici amplius taxare. Sed et si hodie* [13]) *prius iudex taxaverit, et ita secundum quantitatem* [14]) *a iudice taxatam iuratum fuerit, non habeat licentiam iudex minus, quam iuratum fuerit, condemnare. Sed si viderit iudex, neutrum litigatorum subdi debere rationi sumtuum propter negotii varietatem, sua sententia hoc declaret.*

16. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Apertissimi iuris est, licere litigatoribus iudices [15]), antequam lis inchoetur, recusare, quum etiam ex generalibus formis sublimissimae tuae sedis statutum est [16]), necessitatem imponi iudice recusato partibus ad eligendos arbitros venire, et sub audientia eorum sua iura proponere. Licet enim ex imperiali numine iudex delegatus est, tamen, quia sine suspicione omnes lites procedere nobis cordi est, liceat ei, qui suspectum iudicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, ut ad alium curratur [17]), libello recusationis ei porrecto, quum post litem contestatam neque appellari [18]) posse ante definitivam sententiam, iam statuerimus, neque recusari posse [19]), ne lites in infinitum extendantur; eodem [20]) scilicet exsecutore necessitatem partibus per ordinarium iudicem et omne civile auxilium imponente et arbitros eligere, et ad [21]) eos venire, et sic litem apparente [22]), quasi arbitri fuerint ab imperiali culmine delegati. Quod et si ab imperiali maiestate iudex delegatus non sit, sed ab alio culmine, obtinere censemus. Dat. V. Kal. Maii Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [23]) [530.]

Authent. ut differentes iudices audire interpellant. allegation. §. Si vero contigerit. (Nov. 86. c. 2.) — *Si vero contigerit, aliquem subiectorum nostrorum in dubitationem habere iudicem, iubemus, sanctissimum archiepiscopum vel* [24]) *episcopum locorum audire causam*

---

[a]) *Ivonis Decr. L. V. c.* 55.

[1]) sunt *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [2]) hoc permaneat *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.* — [3]) *tus edd. Schf. Hal. Russ.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; vel *edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sive *Russ. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; procurabunt *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [7]) *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; patrocinantur *mss. Pl.* 1. 2.; patrocinabuntur *edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; recedent *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [9]) plurimis *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; versantur *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [11]) *locus, qui abest ab Hal. et rell., suppletur ex ms. Pist.* — [12]) *de fide huius subscr. dubia movet ms. Pist., quod scribit* pt ss lamp. et hōr vc, *ita ut anno post consulatum Lampadii et Orestae haec const. data esse videatur.* — [13]) *Sed hodie si ed. Schf.*; *Sed et hodie si ed. Nbg.* — [14]) *et intra quantitatem edd. Nbg. Schf.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ Cont.* 62.; delegatos *addunt Cont.* 66. *et rell., quod in textum venit ex glossa, quae sic habet:* iudices scil. delegatos. — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [17]) recurratur *ms. Bg., ed. Nbg., M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 412.). — [18]) appellare *et statim post* recusare *mss. nostra, edd. Nbg. Schf. Hal.* — [19]) posse *abest ab Hal.* — [20]) eo *ed. Nbg.*; in eo *Hal.* — [21]) apud *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [22]) *ms. Bg., liber Auredani ap. Char., ms. Bg.* (*in quo serius* apparente *in* apparante *mutatum*), *vetera mss. Cont., M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 412.); lite apparente *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf.*; litem apparante *ms. Pl.* 2.; litem appetere *Hal. et rell., quod improbant Russ. et Cont. in marg.*; litem apparare *Char. in marg. ex uno cod.* — [23]) *hanc subscr. dubiam reddit ms. Pist., in quo ita* d X k mar. const p. post. cons. lamp et horeste vc, *cfr. not.* 12. *ad l.* 15. *hoc tit.* — [24]) *archiepiscopum vel absunt at ed. Nbg.*

causam una cum clarissimo iudice, ut ambo aut per amicabilem compositionem dissolvant, quae dubia sunt, aut per annotationem in scriptis factam, aut cognitionaliter iudicent inter litigantes, ne provinciales, recedentes a patria, ad longinqua trahantur examina. Si autem iudex episcopo parere noluerit, principi scribat [1]*), qui de eo iudice sumet vindictam.*

17. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Certi iuris est, quod concessa est etiam [2]) militaribus hominibus indicandi [3]) facultas. Quid enim obstaculi est, homines [4]), qui cuiusdam [5]) rei peritiam habent, de ea [6]) iudicare? quum scimus [7]), et militares magistratus et omnes tales homines per usum quotidianum iam esse approbatos, ut et audiant lites easque dirimant, et pro sui et legis scientia huiusmodi altercationibus finem imponant. Dat. Kal. Novemb. Constantinop. [8]) Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

18. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Quum specialis iudex sive ab augusta fortuna, sive a iudiciali culmine in aliqua provincia, ubi [9]) incusatus degit, datus est, et una pars suspectum eum sibi esse dicit, ne forte absente persona iudicis, et in alia civitate eiusdem provinciae commorante, compellatur longo itinere emensa recusationis libellum ei incusatus offerre, sancimus, si quidem praesto est praeses provinciae in illa civitate, ubi de ea re dubitatur, licere ei, qui suspectum sibi iudicem esse dicit, ipsum praesidem adire, et hoc facere in actis manifestum; sin [10]) autem non est moderator provinciae in praefato loco, haec eadem apud defensorem locorum vel duumviros municipales, gestis apud eos habitis, [11]) celebrare et iudicem quidem eum recusare, illico autem, id est intra triduum proximum, sine ulla dilatione compelli arbitrum vel arbitros eligere, et apud eos litigare, ne et datus iudex removeatur, et alter non eligatur; electione videlicet arbitri, si variatum inter partes fuerit, simili modo vel praesidis provinciae, si adest, vel defensoris locorum, vel magistratuum municipii arbitrio dirimenda, et exsecutore negotii [12]), cui mandata est huiusmodi causae exactio [13]), imminente, et statuta ab arbitris effectui mancipante, nisi fuerit provocatum. Tunc enim ipse, qui iudicem antea dedit, qui suspectus visus est, appellatione trutinata, formam causae imponat legitimam. Dat. Id. Novemb. Lampadio et Oreste Conss. [530.]

Tit. II.

[c]) DE SPORTULIS ET SUMTIBUS IN DIVERSIS IUDICIIS FACIENDIS, ET DE EXSECUTORIBUS LITIUM [14]).

1. [d]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Potitum, Vicarium. — Quisquis fuerit exhibitus, usque ad negotii terminum ab eo apparitore [15]), cui primum traditus fuit [16]), observari eum decernimus; si qua praesumtione fuerit haec mansuetudinis nostrae posthabita praeceptio, primiscrinio, qui iussa temeraverit, quinque librarum auri condemnatione mulctando. Dat. Kal. Iul. Mediolani [17]), Ausonio et Olybrio Conss. [18]) [379.]

2. [e]) *Epitome graec. const. Iustiniani* [19]) *ex Bas.*

Οἱ τὰ διατάγματα κομίζοντες τῶν μελλόντων ἄρχειν πολιτικὴν ἢ στρατιωτικὴν ἀρχήν, δεκαπέντε χρύσους ἐκ τῆς ἐπαρχίας κομιζέσθωσαν· εἰ δὲ πλέον λάβωσι, τὸ τετραπλάσιον διδότωσαν, μὴ δυνάμενοι πρὸς ἀπολογίαν προφέρειν, ὡς παρ' ἑκόντων τὸ περιττὸν εἰλήφασιν. Ἀλλ' ἄχρι μὲν τῶν ἐντιῦθα

2. *Qui edicta perferunt eorum, qui gesturi sunt magistratum civilem aut militarem, quindecim tantum aureos ex provincia referant; quod si plus accipiant, quadruplum reddant, neque ad sui defensionem praetendant se a volentibus amplius accepisse. Sed hactenus generalis constitutio; ceterum vero propriam definit*

---

[a]) *Bas. VII.* 6. 15. — [b]) *Bas. VII.* 6. 16. — [c]) *Dig. V. I.* — [d]) *l.* 2. *Th. C. de exsecutor. VIII.* 8.; *Bas. VII.* 6. 17. — [e]) *Graecae const. lacunam indicant mss. Pist. Bg., Hal. Russ. Restituit eius epitomen ex Bas. VII.* 6. 18. *Cuiac.* (*Obss. XII.* 22.), *quem secuti sunt Char. Cont.* 76. *et rell. Iam antea Contius argumentum nostrae const. maxime ex Theophilo haurire tentavit, atque confundens eam cum l.* 5. *hoc tit. in edd.* 62. 66. *et* 71. *multa commentus est de probabili deperditae const. sanctione. Erravit etiam Ant. August., qui in Coll. p.* 166. *epitomen restituere conatus est ex Paratitl. ad Coll. constit. eccles.* 1. 3. *sive I.* 4. (*Voëlli bibl. II. p.* 1269. 1282.), *qui locus ad l.* 4. *hoc tit. pertinet, sed a Cont.* 71. 76. *etiam receptus fuit. Tandem Contius* 62. 66. 71. *posuit in tit. C. de alearum lusu III.* 43. *vetus deperditae const. fragmentum, quod ad illum titulum nihil attinet, bene autem convenit cum argumento nostrae leg., ex Bas. restituto; quae res movit Bienerum* (*Beiträge zur Revis. d. Iust. Cod. p.* 78.), *ut illud fragmentum veterem latinam epitomen ex nostra lege esse arbitraretur, atque hoc loco inseri iuberet; secutus eum est Bk. Sed quum illud fragmentum nullibi inveniatur huic tit.* De sportulis *adscriptum, in notas illud malui, quam in textum recipere. Ipsum fragmentum hoc est:* Qui pragmaticum affert praeceptum, viginti solummodo aureos accipiat, et nihil amplius, ne, si plus accipiat, in quadruplum restituere compellatur; praeside provinciae, qui contra hoc statutum agere permiserit, decem librarum auri poena puniendo.

[1]) *describat ed. Schf.* — [2]) etiam *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Hal.* — [3]) vindicandi *ed. Schf.* — [4]) hominibus *ms. Bg., ed. Nbg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; cuidam *ed. Nbg.*; alicuius *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [6]) de ea re *ms. Pl.* 1. *ex seriore correct., Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; sciamus *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [8]) *locum, qui abest ab Hal. et rell., supplevi ex ms. Pist., quod loco consulum habet* post css.; *cfr. not.* 12. *et* 23 *ad l.* 15. *et* 16. *hoc tit.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; in qua *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; si *Hal. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; *et inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) negotii *abest ab Hal.*; negotiorum *ms. Pl.* 2. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; examinatio *Russ. et rell.* — [14]) litium *abest a ms. Pl.* 1. — [15]) apparitore *demum post* eum *legitur in Theod. C.* — [16]) fuerit *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; fuerat *Theod. C.* — [17]) Dat. VIII. Kal. Novemb. *Theod. C.*; *nostram lect. improbat Iac. Gothofr. in not. d. ad l.* 2. *Th. C. cit.* — [18]) d. X k. dec dechioppe dioc VIII et cerio mãx VII. ãã ss *ms. Pist., et similiter ms. Paris.*; *cuius subscr. prior pars haec esse videtur:* Dat X. Kal. Dec. Scopis, *ex qua urbe ab eodem anno est l.* 2. *Th. C. de palat. VI.* 30.; *quomodo vero sint interpretanda Consulum nomina, nisi quis de Diocletiano et Maxim. cogitare velit, non video. Aliam coniecturam v. in not.* 1. *ad subscr. leg.* 4. *C. III.* 3. — [19]) *hanc esse Iustiniani const., apparet ex inscr. legis* 3. *seq.*; *ad ducem Thebaidos eam datam fuisse, docet argumentum; Αὐτοκράτωρ* * Duci Thebaidos epitome *inscribit Cont.* 76

ἐνταῦθα γενικὴ ἡ διάταξις· λοιπὸν δὲ ἰδικὸν ὁρίζει πρόστιμον κατὰ τοῦ δουκὸς Θηβαΐδος, πρὸς ὃν ἀντεγράφη, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν τὴν αὐτὴν παραληψομένους ἀρχήν, εἰ μὴ τοὺς παραβαίνοντας τὴν νομοθεσίαν τὴν ὡρισμένην ἀπαιτοῦσι ποινήν.

definit mulctam contra ducem Thebaidos, ad quem rescripta est, et eos, qui post eum eundem adipiscentur magistratum, si a transgressoribus legis definitam poenam non exigant.

3. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Omnibus iudicibus licentiam praestamus, sive his, quibus a nostro numine lites mandantur, illustribus, vel spectabilibus, vel clarissimis, vel togatis fori cuiuscunque praefecturae, vel aliis quibusque [1]), vel iis, qui ex nostris [2]) iudicibus delegandas lites accipiunt, exsecutores, si cessaverint causas eis instructas offerre [3]), et removere ab exsecutione eos, et alios idoneos supponere [4]), vel etiam mulctis afficere, sed [5]) si quidem illustres sint iudices, usque ad sex solidorum summam, sin autem alii, usque ad tres tantummodo aureos, et ad iudices, quorum interest, referre [6]), quatenus militia exuti poenas luant corporales. Nostris autem amplissimis iudicibus licentia sit et maiores poenas et corporales maculas exsecutoribus imponere, si male fuerint circa lites versati, ut sciant, non esse causas a se [7]) delendas [8]), nec lucri gratia aliquod eis vitium imponendum. Dat. V. Kal. April. Lampadio et Oreste Conss. [530.]

4. [b]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων [9]). — Ὁ ἐγχειριζόμενος δημοσίας ἢ ἰδιωτικὰς χρείας παρὰ βασιλέως ἢ παρά τινος τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων, ὑπομιμνησκέτω μὲν τὸν ἐναγόμενον, καὶ πρὶν ἐμφανίσαι αὐτῷ τὰς τοιαύτας κελεύσεις (ἔσθ' ὅτε γὰρ χρὴ ἀγνοεῖσθαι αὐτάς), μήτε δὲ συνηθείας λαμβανέτω παρ' αὐτοῦ, μήτε ἐκβιβαζέτω αὐτόν, εἰ μὴ τὸ ἴσον τῆς θείας ἢ μεγίστης κελεύσεως ἐκδῷ αὐτῷ, ἐξ ἧς ὑπέμνησεν αὐτόν. Εἰ δὲ ἄλλου τινὸς ἄρχοντος δημοσίαν ἢ ἰδιωτικὴν πρόσταξιν ἔχει ἢ τοῦ κατὰ χώραν ἄρχοντος, μὴ ἐκβιβαζέτω τὸν ἐναγόμενον, μηδὲ συνηθείας κομιζέσθω, εἰ μὴ ἐμφανίσει πρότερον τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας, ὥστε δύνασθαι ἐκεῖθεν ἐκλαβεῖν τοὺς αἰτιαθέντας, καὶ βιβλίον αὐτοῖς ἐπιδοθείη ἢ γραφὴ ἐπὶ τῶν ἐγκληματικῶν. Εἰ δὲ μὴ γενομένων τούτων ὑπόμνησιν προσφέρει ἢ συνηθείας ἀπαιτεῖ ὁ ἐκβιβαστής, ἐξέστω τῷ ἐναγομένῳ ἀπωθεῖσθαι αὐτόν. §. 1. Μήτε δὲ προφάσει ἐγγυῶν [10]) ἀλόγως ζημιούσθωσαν οἱ ὑποτελεῖς παρὰ τῶν πρακτόρων ἢ ὑπὲρ στάσεως ἐντολέως [11]), ἀλλ' εἰ μὲν ἀκίνητον κτῆσιν ἔχουσιν, ἐξωμοσίας ἐκτιθέσθωσαν γραμματεῖον, εἰ δὲ οὐκ ἔχουσιν, ἐγγυητὴν ἕως πεντήκοντα χρυσίου λιτρῶν παρεχέτωσαν ἀζήμιον [12]). Ἀμφιβολίας δὲ γενομένης περὶ τοῦ προσώπου τοῦ ἐγγυητοῦ, ἢ περὶ τοῦ ὕψεος τῆς ἐξωμοσίας [13]), παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως καὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἐκδίκῳ τὰ περὶ τούτου κρινέσθω, ἀνάγκην ἔχοντος τοῦ πρακτῆρος δέχεσθαι τὸν κρινόμενον ἀξιόπιστον ἐγγυητήν, μηδὲν ὑπὲρ τοῦ ἐγγυητοῦ [14]) ἢ τῆς ἐξωμοσίας κομιζόμενον. Ἐὰν δὲ ἐκ θείας κελεύσεως ἢ μεγίστης προστάξεως ἐπιτραπείη πάντως τὸ πρόσωπον ἀναγαγεῖν, καὶ μὴ καταπιστεῦσαι αὐτὸ ἐγγυητῇ, τότε ἐξέστω αὐτῷ μὴ λαμβάνειν ἐγγυητήν, ἀλλὰ διάγειν τὸ πρόσωπον ἀζημίως καὶ μετὰ πάσης φειδοῦς. Ὁ δὲ θεοφιλὴς τῶν τόπων ἐπίσκοπος, ἐὰν συγχωρήσῃ παραβαθῆναι τὸν νόμον, ἢ μὴ μηνύσῃ κατὰ τοῦ παραβαίνοντος, καὶ τῷ Θεῷ προσκρουεῖ, καὶ βασιλικῆς πειραθήσεται κινήσεως. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἄρχων τῆς ἐπαρχίας, εἰ ῥαθυμήσει τοῦ νόμου, καὶ παύεται τῆς ἀρχῆς, καὶ δημευθεὶς

4. *Idem A. Iuliano P. P. — Is, cui commissa est publici vel privati negotii exsecutio a principe vel ab aliquo illustrissimorum magistratuum, commonefaciat quidem reum, etiam priusquam insinuet ei huiusmodi iussiones (interdum enim oportet eas ignorari), neque vero sportulas accipiat ab ipso, neque exigat ipsum, nisi exemplum divinae aut summae iussionis ediderit ipsi, ex quo eum commonuit. Si vero alterius cuiuspiam magistratus publicam aut privatam praeceptionem habet aut praesidis eius loci, non exigat reum, neque sportulas accipiat, nisi insinuaverit prius praesidi provinciae, ut ibi possint excipere ii, qui conventi sunt, et libellus eis edatur aut inscriptio in causis criminalibus. Si vero non observatis his conventionem obtulerit aut sportulas exegerit exsecutor, liceat convento eum repellere.*

§. 1. *Neque vero praetextu fideiussionum sine causa damno afficiantur provinciales ab exactoribus vel propter constitutionem procuratoris; sed si quidem immobilem possessionem habent, iuratoriae cautionis scripturam exponant, si vero non habent, fideiussorem usque ad quinquaginta auri libras sine damno praestent. Controversia autem orta de persona fideiussoris vel de tenore iuratoriae cautionis, apud episcopum civitatis et patrem ac defensorem hoc dirimatur, et necesse habeat exactor accipere fideiussorem, qui idoneus iudicatus est, ita ut nihil propter fideiussionem et iuratoriam cautionem accipiat. Si vero ex divina iussione aut summa praeceptione iubeatur omnimodo ipsam personam abducere, nec eam fideiussori credere, tunc liceat ei non accipere fideiussorem, sed ducere personam sine damno et cum omni moderatione. Religiosissimus vero locorum episcopus, si permiserit negligi legem, aut non indicaverit violatorem, et Deum offendit, et imperialem experietur motum. Similiter vero et praeses provinciae, si negligat legem, et removetur magistratu, et publicatis bonis in perpetuum relegabitur*

§. 2. *Ne*

---

[a]) *Bas. VII.* 6. 19. — [b]) *Graecarum const. lacunam ad rubr. tit. seq. adnotant mss. Pist. Paris.; eodem loco et ms. Bg. habet c ĩo g c̃ ō. Nostrae const. epitome est in Bas. VII.* 6. 20., *quam restituit Cuiac. (Obss. XII.* 22.) *et receperunt Char. Cont.* 76. *et rell. Gemina lex est l.* 26. §. 6. 7. *C. de episcop. aud. I.* 4. *(cfr. not. d. ad l.* 26. *cit.). De errore Ant. Augustini, qui nostram const. confundit cum l.* 2. *hoc tit., cfr. not. e. ad l.* 2. *cit.*

[1]) quibusdam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.; ἢ ἄλλοι οἵ τινες δήποτε Bas.* — [2]) qui nostris *omisso* ex *Russ. Cont.* 62., *quod convenit cum Bas.* — [3]) auferre *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.; sed Bas. quoque ἐὰν τοὺς ἐκβιβαστὰς ῥαθυμοῦντας εὕρωσι περὶ τὸ προσάγειν τὰς δίκας.* — [4]) reponere *ms. Bg.;* superponere *Russ. in marg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; sed *abest a Russ. Cont.* 66. *et rell.; ἀλλ' εἰ μέν Bas.* — [6]) referri *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.* — [7]) a se *absunt a mss. Bg. Gt., edd. Schf. Hal.* — [8]) ludendas *ms. Pl.* 1.; eludendas *mss. Pl.* 2. *Bg., Hal.* — [9]) *hanc inscr. repetendam esse censui ex lege gemina* 26. *C. I.* 4. *(cfr. not. b. ad h. l.); Ὁ αὐτὸς A. Cont.* 76.; *Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός Char. et rell.* — [10]) *ἐγγυητικῶν lex gemina* 26. §. 6. *C. I.* 4. — [11]) *ἐντολῆς l.* 26. §. 6. *C. cit.* — [12]) *ἀζημίως, quod habet cod. Coislin., magis convenit cum l.* 26. §. 6. *C. cit.* — [13]) *διωμοσίας l.* 26. §. 6. *C. cit.* — [14]) *μηδὲν ὑπὲρ τοῦ ἐγγυητοῦ absunt a Cont.* 76. *Char. Pac. Sp.; supplenda ea esse ex l.* 26. §. 6. *C. cit., iam censuit Cuiac. Obss. XII.* 22.; *Heimbach. (not. r. ad Bas. VII.* 6. 20.) *hoc supplemento praebet ex cod. Coislin.*

δημευθεὶς διηνεκῶς ἐξορίζεται. §. 2. Μὴ λαμβανέτωσαν δὲ οἱ ἐπιδιδόντες τὰ βιβλία ἢ τὰς γραφὰς πρακτῆρες καὶ τὰς ἐνευχλίας ἢ τὰ συμβόλαια περαιτέρω τῆς διωρισμένης τῇ μετὰ ταῦτα διατάξει παραμυθίας, ἢ παραβαίνοντες ὑποκείσθωσαν τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτῆς. Dat. VIII. Kal. Iul. Chalcedone, Lampadio et Oreste Conss. [1]) [530.]

5. [a]) *A. Argumentum graec. const. Iustiniani ex Theophilo.*

Διάταξίς ἐστι τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἥτις τοῖς τῶν ὑποθέσεων ἐκβιβασταῖς λόγῳ σπορτούλων ῥητόν τι δίδοσθαι παρεκελεύσατο, πρὸς τὴν ποσότητα τὴν ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν αἰτιάσεων [2]) ἐμφερομένην· οἷον λόγου χάριν, μέχρις ἑκατὸν νομισμάτων ὥρισε δίδοσθαι τὸ ἥμισυ τοῦ νομίσματος, εἰ δὲ μείζων εἴη ποσότης, πλείονα εἶναι καὶ τὰ σπόρτουλα. [Dat. Kal. Iun. Constantinop. Dn. Iustiniano PP. A. III. Cons. [3]) [533.]]

§. 2. *Ne accipiant autem exactores, qui edunt libellos, aut inscriptiones, et conventiones, aut instrumenta, plus pro remuneratione, quam sequenti constitutione permissum est, aut, si transgressi fuerint, subiaceant eius poenis.*

5. *Constitutio est imperatoris nostri, quae litium exsecutoribus sportularum nomine certum quid dari iussit, pro quantitate libello conventionis inserta; ut exempli causa ad centum usque solidos constituit dandum esse dimidium solidi, si vero maior sit quantitas, et sportulas fore maiores.*

B. Supplementum eiusd. const. ex §. 25. Inst. de action. IV. 6.

Quadrupli [*actio*] a nostra constitutione oritur in quadruplum condemnationem imponens his exsecutoribus litium, qui contra nostrae constitutionis normam a reis quidquam exegerint.

Tit. III.

[b]) DE PEDANEIS IUDICIBUS.

1. [c]) Imp. Gordianus A. Vicanis [4]). — Procuratori nostro, non vice praesidis agenti, dandi indices inter privatas personas non competere facultatem, manifestum est; et ideo si, ut allegastis, inter privatas personas is, cuius meministis, arbitros dandos putavit, sententia ab eis prolata nullo iure subsistit. PP. Kal. Febr. Attico et Praetextato Conss. [242.]

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. dicunt [5]): Placet nobis, praesides de his causis, in quibus, quod ipsi non possent cognoscere, antehac pedaneos iudices dabant, notionis suae examen adhibere, ita tamen, ut, si vel propter [6]) occupationes publicas, vel propter causarum multitudinem omnia huiusmodi negotia non potuerint cognoscere, indices dandi habeant potestatem. Quod non ita accipi convenit, ut in his etiam causis, in quibus solebant ex officio suo cognoscere, dandi iudices licentia [7]) permissa credatur. Quod usque adeo in praesidum cognitione retinendum est, ut eorum iudicia non deminuta videantur, dum tamen de [8]) ingenuitate, super qua poterant etiam ante cognoscere, et de libertinitate praesides ipsi diiudicent [9]). Dat. XV. Kal. August. Caess. Conss. [294—305.]

3. [d]) Exemplum sacrarum literarum eorundem AA. et CC. [10]) ad Serapionem. — Placet, ut iudicibus, si quos gravitas tua disceptatores dederit, insinues, ut delegata sibi negotia lata sententia determinent [11]); nec [12]) in his causis, in quibus pronuntiare debent et possunt, facultatem sibi patere remittendi ad iudicium praesidale cognoscant, maxime quum, et si iudicatio alicui litigatorum parti iniusta videatur, interponendae provocationis potestas a sententia ex omni causa prolata libera litigatoribus tribuatur. Dat. VIII. Kal. April. Antiochiae, Caess. Conss. [294—305.]

4. [e]) Iidem AA. et CC. [13]) Firmino. — Placuit, quoties pedanei iudices dati post litem contestatam vel ad alind iudicium necessario dirigantur [14]), vel publicae utilitatis ratione in alias provincias proficiscantur [15]), vel diem obierint [16]), atque his rationibus negotiis coeptis finis non possit [17]) adhiberi, alium in locum eorum iudicem tribui, qui negotium examinet, ne huiusmodi casibus intervenientibus impedimentum aliquod

---

[a]) *quintam hui. tit. const. abesse primus animadvertit Cuiac. Obss. XII. 22. Quae enim vestigia eius iam a Cont. 62. 66. 71. et Ant. August. (Coll. p. 120. vers. lat.) in Theophili Paraph. Inst. IV. 6. 24. deprehensa fuerunt, ad. leg. 2. hoc tit. minus accurate referebantur, atque iidem in eo etiam errabant, ut legem, in §. 24. Inst. de action. IV. 6. commemoratam, hoc loco excidisse censerent, quae potius est l. 2. C. de plus petit. III. 10. (cfr. not. b. ad cit. leg.). Abest restitutio ex Theophilo l. c. ab omnibus edd. praeter Bk. Equidem restituo ex Theoph. (secundum ed. Reitzii), et supplementum exhibeo ex §. 25. Inst. de action. IV. 6.* — [b]) *Dig. V. 1.* — [c]) *Bas. VII. 3. 28.* — [d]) *Bas. VII. 3. 29.* — [e]) *Bas. VII. 3. 30.*

[1]) *hanc subscr. huc referendam esse censui ex l. 26. C. l. 4. Cfr. not. b. et 9. ad nostram leg. De falsa, quae a Sp. et Bk. huc refertur, subscriptione lege not. 3. ad. l. 5. hoc tit.* — [2]) *τῆς αἰτιάσεως Theoph. ex ed. Fabroti.* — [3]) *haec subscr., edita a Cuiac. Obss. XII. 22., male refertur ad l. 4. hoc tit. a Sp. et Bk. Sed ne legi 5. quidem convenire videtur, quum l. 4. i. f. ita nostram const. commemoret, ut haec triennio post illam haud facile edita esse potuerit.* — [4]) Vicariis *edd. Nbg. Bk.* — [5]) *mss. Vat. Pl. 1. 2. Bg.*; et CC. Vicariis *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *quae lectio, omni codd. testimonio destituta, ex inscr. legis 1. hoc tit. huc migrasse videtur.* — [6]) per *mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.* — [7]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; eis inserunt *Russ. et rell.* — [8]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal*; et de *Russ. et rell.* — [9]) iudicent *ms. Pl. 2.* — [10]) AA. et CC. *absunt a ms. Cas.*; et CC. *desunt in ms. Pl. 1.* — [11]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; terminent *Russ. et rell.* — [12]) haec *Cont. 66. ex vitio typorum, quod transiit in Cont. 71. 76. et Char.* — [13]) et CC. *absunt a Bk.* — [14]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf., M. Vacarius (ap. Dirksen. p. 413.), quibus et comprobatur* proficiscantur, obierint; dirigantur *Hal. et rell., qui et statim post scribunt* proficiscuntur, obierunt. *Nostra lect. etiam propius accedit ad Bas.* — [15]) *cfr. not. praeced.* — [16]) *v. not. 14. ad h. l.* — [17]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Bg., ed. Schf., M. Vacarius (ap. Dirksen. p. 414.)*; possint *ms. Gt.*; potuit *edd. Nbg. Hal. et rell.*

aliquod in persequendis litibus afferatur. [Dat. X. Kal... Tiberio et Maximo Conss. [1])].

5. [a]) Imp. Iulianus A. [2]) Secundo P. P. — Quaedam sunt negotia, in quibus superfluum est moderatorem exspectare [3]) provinciae, ideoque pedaneos iudices, hoc est qui negotia humiliora disceptent [4]), constituendi [5]) damus praesidibus potestatem. Dat. V. Kal. August. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Conss. [6]) [362.]

6. [b]) *Deperdita Zenonis constitutio graeca, quae certos iudices pedaneos singulis iudiciis definivit, atque examinandae expensarum rationis necessitatem iudicibus imposuit.*

Tit. IV.

[c]) QUI PRO SUA IURISDICTIONE IUDICES DARE DARIVE POSSUNT.

1. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. P. — In causarum delegationibus illud consultissime praecipimus observari, ut ita valeant, si ad iurisdictionem pertineant delegantis. Quodsi quis alienae iurisdictionis causam crediderit delegandam, nec praecepto cognitorem datum parientiam [7]) accommodare censemus; et si contra leges obtemperaverit delegantì, omnia, quae ab ea delegatione geruntur [8]), ita pro infectis haberi praecipimus, ac si ipsi, qui delegaverant, alienae iurisdictionis iudices resedissent, ut nec [9]) appellandi quidem necessitas victis adversus eas sententias imponatur. Haec teneant [10]), nisi iudices, a nobis specialiter delegantibus dati, aliis causas delegaverint indicandas; nam his delegantibus, nullo personarum causarumve habito tractatu, appellationum ad eos [11]) iure iudicia remeabunt. Dat. XIII. Kal. Iannar. [12]) Valentiniano A. V. [13]) et Anatolio Conss. [440.]

Tit. V.

[e]) NE QUIS IN SUA CAUSA IUDICET VEL [14]) IUS SIBI DICAT

1. [f]) Imppp. Valens, Gratia Valentinianus AAA. ad Gracchum P. U. Generali lege decernimus, neminem sibi esse iudicem vel ius sibi dicere debere. In re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiae. Dat. [16]) Kal. Decemb. Valente V. et Valentiniano [17]) AA. Conss. [18]) [376.]

Tit. VI.

[g]) QUI LEGITIMAM PERSONAM [19]) IN IUDICIIS HABEANT [20]) VEL NON.

1. [h]) Imp. Gordianus A. Candidae. — Si, quum esses pupillaris aetatis, sine tutoris auctoritate cum adversario [21]) consistens [22]), praeses provinciae adversus te pronuntiavit [23]), minime auctoritate iudicati nititur, quod statutum est. Dat. Id. Decemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [24]) [239.]

2. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [25]) Gemachae. — In rebus [26]), quae privati iudicii quaestionem habent, sicut pupillus tutore auctore et agere et conveniri potest, ita et adultus curatore consentiente litem et intendere et excipere debet. Dat. IX. Kal. Ian. Caess. Conss. [27]) [294—305.]

3. [k]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Iuliano [28]), Proconsuli Africae. — Momentaneae [29]) possessionis [30]) actio exerceri potest per quamcunque personam. Sub colore autem adipiscendae possessionis obreptitia [31]) petitio alteri obesse non debet, maxime quum absque conventione personae legitimae initiatum iurgium

---

[a]) *l.* 8. *Th. C. de officio rect. prov. I.* 16. — [b]) *Hoc loco graecam const. Zenonis de pedaneis iudicibus excidisse, monent Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac. rell. et Aut. August.* (*Coll. p.* 121. *vers. lat.*), *et facile coniici potest ex Nov. LXXXII. pr. cap.* 1. *et* 10., *ex qua et breve argumentum in textu hausimus. Lacunam inter l.* 4. *et* 5. *hoc tit. commemorat ms. Bg., post rubr. tit. seq. eam indicant Hal. et Russ.* — [c]) *Dig. V.* 1. — [d]) *Bas. VII.* 3. 31. — [e]) *Dig. V. I.* — [f]) *l.* 1. *Th. C. ne in sua causa II.* 2., *ex qua et hausta est l.* 10. *C. de testib. IV.* 20.; *Petri Except. leg. Rom. IV.* 12.; *Bas. VII.* 3. 32. — [g]) *Dig. V.* 1.— [h]) *Bas. VII.* 19. 1. — [i]) *Bas. VII.* 19. 2. — [k]) *l.* 6. *Th. C. unde vi IV.* 22.; *Bas. VII.* 19. 3.

[1]) *hanc esse falsam subscr., iam inde luculentum est, quod Tiberius et Maximus Conss. sub imperatoribus, quos designat inscr., non obveniunt;* Tiberiano et Dione Conss. *subscribit Bk., nescio an ex sua coniectura, refragante tamen inscriptione, secundum quam tempore dati hui. rescripti iam Caesares regni socii fuerunt, ita ut ad a.* 291. *referri const. non possit. Mihi videtur huc esse referenda subscr., quam mss. Pist. et Paris. legi* 1. *C. III.* 2. (*cfr. not.* 18. *ad l. cit.*) *tribuunt, et ita subscribendum:* Dat. X. Kal. Decembr. Antiochiae (*sive etiam* Scopis) Diocletiano VIII. et Maximiano VII. AA. Conss. (303.). *In ms. Pist. enim statim post l.* 1. *III.* 2. *sequitur l.* 5. *III.* 3., *ita ut subscr. ex l.* 4. *III.* 3. *perfacile ad l.* 1. *cit. transscribi potuerit, quae subscriptionum commutatio creberrima est in ms. Pist. Accedit magna diei similitudo, quae inter Haloandrinam subscr. et eam intercedit, quam ms. Pist. legi* 1. *cit. tribuit. Cfr. etiam not.* 6. *ad l.* 5. *hoc tit.* — [2]) Impp. Sev. et Ant. Iulianus āā *ms. Pl.* 1. — [3]) exspectari *ms. Bg., ed. Nbg., Theod. C.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal. Bk., Theod. C.*; disceptant *ms. Bg., edd. Nbg. Russ. et rell.* — [5]) destituendi *Theod. C.* — [6]) D. XVI. k. iūn. valent. ā V. et anatholio conss *mss. Pist. Paris., quae subscr. ad proximam l.* 1. *III.* 4. *pertinet.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., mss. Cont. et quinque codd. Russ., Cont.* 62. *Bk.*; parentiam *Hal.*; patientiam *edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [8]) cernuntur *Russ. in marg.*; *sed τὰ ἐπὶ τῇ παραπομπῇ πραττόμενα Bas.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; ut ne *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *ὡς μηδὲ Bas.* — [10]) teneant *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et plerisque mss. Russ. et Cont.* — [11]) ad nos *ed. Schf., Hal. in marg., var. l. gl., cui lect. etiam Bas. refragantur.* — [12]) D. XVI. k. iun *mss. Pist. Paris. in subscr. legis* 5. *tit. praeced., quae huc pertinet; cfr. not.* 6. *ad l.* 5. *cit.* — [13]) V. *abest ab Hal. et rell. praeter Bk., suppletur a mss. Pist. Paris.; cfr. not.* 6. *ad l.* 5. *C. III.* 3. — [14]) vel ne *mss. Pist. Cas. Pl.* 2.; vel ne quis *ms. Bg.* — [15]) P. P. *mss. Cas. Pl.* 1., *ed. Nbg., Theod. C.*; et Vicarium *addit ed. Nbg.* — [16]) Lecta *Theod. C.* — [17]) *Hal. in not., Cont.* 62. *Bk., Theod. C., l.* 10. *C. IV.* 20.; Valente VI. et Valentiniano II. *Hal. et rell.* — [18]) D. k. dēc. Valentinianus ā et vāl āā. ss. *ms. Pist.* — [19]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., vetera mss. Cont.*; standi *inserunt edd. omnes; sed οἵτινες πρόσωπον ἐν ταῖς δίκαις νόμιμον ἔχουσι Bas. VII.* 19. *in rubr.* — [20]) habent *mss. Pist. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; habeat *Cont.* 62. — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg., ed. Schf., M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 415.); tuo *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) consisteres *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., ed. Schf.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; pronuntiaverit *Russ. et rell.* — [24]) pp V id dec vīn et āv ss *ms. Pist.* — [25]) et CC. *absunt a mss. Pl.* 1. 2. — [26]) In re *et statim post* habet *mss. Bg. Gt., Hal.* — [27]) D. prid. non mar ravenn const et constante conss *ms. Pist., quod male hic adscriptam habet subscr. legis* 3. *seq.* — [28]) II. *ex Theod. C. hic inserunt Hal. Bk.* — [29]) Momentariae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., var. l. gl.* — [30]) Momenti actio *Theod. C.* — [31]) obrepta *Theod. C.*

iurgium videatur. Nihil autem opitulatur [1]) conventio circa minorem habita, quum id rectius circa curatorem debuerit custodiri. Dat. prid. Non. [2]) Mart. Ravennae, Constantio et Constante [3]) Conss. [414.]

Tit. VII.

a) UT NEMO INVITUS AGERE VEL ACCUSARE COGATUR.

1. [b]) Imp. Diocletianus A. [4]) Camerio. — Invitus agere vel accusare nemo cogitur [5]). Dat. Id. Octobr. Carino II. et Numeriano Conss. [6]) [284.]

Tit. VIII.

c) DE ORDINE IUDICIORUM.

1. [d]) Impp. Severus et Antoninus AA. Marcellinae et aliis [7]). — Adite praesidem provinciae, et ruptum esse testamentum Fabii Praesentis, agnatione filii docete. Neque enim impedit notionem eius, quod status quaestio in cognitionem [8]) vertitur, etsi super status causa cognoscere non possit; pertinet enim ad officium iudicis, qui de hereditate cognoscit, universam [9]) incidentem quaestionem, quae in iudicium devocatur, examinare, quoniam non de ea, sed de hereditate pronuntiat. Dat. XIII. Kal. Decemb. Geta et Plautiano Conss. [10]) [203.]

2. [e]) Imp. Antoninus A. Magnillae. — Si quaestio tibi generis ab his, quos fratres patruelcs esse dicis, non fit [11]), adito praeside provinciae [12]), et accepto [13]) familiae erciscundae iudicio experire. Quodsi de ea re quaestio erit, prius de nativitatis veritate secundum iuris formam quaeri, idem vir clarissimus curae habebit. PP. X. Kal. August. Antonino A. IV. et Balbino [14]) Conss. [15]) [213.]

3. [f]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. [16]) Demetrio. — Quum civili disceptationi principaliter motae quaestio criminis incidit, vel crimine [17]) prius instituto civilis causa adiungitur, potest iudex eodem tempore utramque quaestionem [18]) sua sententia dirimere. PP. Non... [19]) Gallieno A. V. et Faustino Conss. [20]) [262.]

4. [g]) Imp. Constantinus A. ad Calphurnium. — Quoniam quaestione [21]) civili intermissa saepe fit, ut prius de crimine iudicetur, quod, utpote maius, merito minori praefertur, ex quo criminalis quaestio quocunque modo cessaverit, oportet civilem causam velut ex integro in iudicium deductam distingui, ut finis criminalis negotii ex eo die, quo inter partes fuerit lata sententia, initium civili quaestioni tribuat. Dat. Id. Mart. Nepotiano et Facundo [22]) Conss. [336.]

Tit. IX.

h) DE LITIS CONTESTATIONE.

1. [i]) Impp. Severus et Antoninus AA. Valenti. — Res in iudicium deducta non videtur, si tantum postulatio simplex celebrata sit, vel actionis species ante iudicium reo cognita. Inter litem enim contestatam et editam actionem permultum interest. Lis enim tunc contestata videtur, quum iudex per narrationem negotii causam [23]) audire coeperit. Dat. Kal. Septembr. Severo III. et Antonino AA. Conss. [24]) [202.]

Authent. de exhibend. et introducend. reis. §. Sancimus. (Nov. 53. c. 3.) — *Offeratur ei, qui vocatur ad iudicium, libellus, et exinde praebitis sportulis et* [25]) *data fideiussione viginti dierum gaudeat induciis, quibus deliberet, cedatne an contendat, aut* [26]) *iudicine* [27]) *alium associari petat, vel recuset eum, nisi ille* [28]) *sit is, quem ipse alio recusato iam petierit. Denique praesens interrogetur, an hoc tempus litis transierit; quod non modo ex ipsius responsione, sed etiam ex libelli subscriptione manifestatur* [29]), *quam in initio facere debet Litis ergo contestatio contra hoc indultum* [30]) *habita pro nihilo habenda est.*

Authent. de exsecutoribus. §. 1. (Nov. 96. c. 1.) — *Libellum vero non alias actor dirigat, nisi prius et in ipsum, quem dicit* [31]) *obnoxium, et in negotii exsecutorem exponat cautionem, se scilicet vel intra duos menses litem contestaturum, vel omne damnum ei, qui convenitur, contingens restituturum in duplum; cautione tamen non transcendente triginta sex aureos.*

TIT. X.

---

[a]) *Dig. V.* 1. — [b]) *Petri Except. leg. Rom. IV.* 21.; *Bas. VII.* 19. 4. — [c]) *Dig. V.* 1. — [d]) *Bas. VII.* 3. 33. — [e]) *Bas. VII.* 3. 34. — [f]) *Bas. VII.* 3. 35. — [g]) *Bas. VII.* 3. 36. — [h]) *Dig. V.* 1. — [i]) *Cfr. not. d. ad l.* 3. *C. II.* 1.

[1]) opitulatur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; οὐδὲν — βοηθεῖ *Bas.* — [2]) *Theod. C., ms. Pist. in subscr. ad l.* 2. *praeced., quae huc pertinet (cfr. not.* 27. *ad l.* 2. *cit.)*; Dat. II. Non. *Hal. et rell.* — [3]) *Theod. C., ms. Pist. (v. not.* 27. *ad l.* 2. *hoc tit.), Bk.*; et Constantino *Hal. et rell.* — [4]) Diocl. et Max. āā (et cc) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Cont.* 62., *cui inscr. refragatur subscr.; solum Diocletianum nominat praeter Hal. et rell. maxime ed. Nbg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Petrus*; cogatur *Hal. et rell.*; *sed* ἀναγκάζεται *Bas.* — [6]) pp V k ag̃ antoniano ā III et balbino css *ms. Pist., quae subscr. pertinet ad l.* 2. *tit. seq.* — [7]) et aliis *absunt a mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; Marcellino, *quod coniicit Cont. in marg., nec ferri potest secundum Bas.* — [8]) cognitione *mss. Pl.* 1. *Gt.*; cognitionem eius *ms. Bg.* — [9]) universam *abest ab Hal.*; *verum Bas. quoque* οἱανδήποτε — ζήτησιν. — [10]) II. *inserit Bk., quod cum aliis subscriptt. eiusdem anni non convenit.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; fiat *Russ. et rell.* — [12]) provinciae *abest a mss. Bg. Gt. Bg., edd. Schf. Hal.* — [13]) iudice *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg., ed. Schf., ex quibus mss. Pl.* 1. *Bg. deinde omittunt* iudicio, *quod sequitur.* — [14]) II. *inserit Bk., minus recte, si subscriptiones eiusd. anni in Cod. spectes.* — [15]) *cum hac subscr. fere consentit ms. Pist.*; *cfr. not.* 6. *ad l.* 1. *tit. praeced.* — [16]) Id. āā. *ms. Pist.* — [17]) *mss. Pl.* 1. *Gt., Hal.*; crimini *ms. Pl.* 2., *ms. Bg. ex correct., edd. rell.*; *sed cum nostra lect. magis conveniunt Bas.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf., M. Vacarius (ap. Dirksen. p.* 416.); disceptationem *Hal. et rell.*; ζήτησιν *Bas.* — [19]) *mensis nec suppleri potest ex ms. Pist., quod reliquam subscr. tuetur.* — [20]) *subscr. abest ab Hal.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf., M. Vacarius (ap. Dirksen. p.* 417.); disceptatione *Hal. et rell.*; ζητήσεως *Bas.* — [22]) Faustino *ms. Pist.* — [23]) casum *edd. Nbg. Hal.* — [24]) d. XV k nov cp̃ post & ss̃ lamp̃ et oreat vc̃ anno II. *mss. Pist. Paris., quae subscr. magis convenit legi* 3. *tit. seq.* — [25]) *et abest ab edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [26]) *atque edd. Schf. Hal. Russ.* — [27]) *iudicem ed. Nbg.* — [28]) *ille abest ab edd. Schf. Hal. Russ.* — [29]) *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.*; *manifestetur Cont. et rell.* — [30]) *privilegium edd. Nbg. Hal. Russ.* — [31]) *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; *dixi Pac.*; *dixit Cont.* 71. *et rell.*

Tit. X.

DE PLUS PETITIONIBUS.

1.[a]) *Epitome graec. const. Zenonis* [1]) *ex Bas.*

Πᾶς τῶν ἐναγόντων [2]), καὶ ἄῤῥενες καὶ γυναῖκες, πρὸ τῆς ὡρισμένης προθεσμίας τῶν χρεῶν ἐνάγοντες, καὶ κατὰ τοῦτο τὸν ἐναγόμενον βλάπτοντες, ἄλλον [3]) τοσοῦτον περιμενέτωσαν χρόνον, μηδένα τόκον ἐν τῷ μέσῳ λαμβάνοντες, ὅσον αὐτοὶ προφθάσαι τὴν προθεσμίαν ἐπεχείρησαν, καὶ τοῦ χρόνου δὲ τούτου παρατρέχοντος μὴ ἄλλως ἐναγέτωσαν [4]), εἰ μὴ τὰ δαπανήματα τῆς πρώτης εἰςόδου, τὰ ὑπὲρ τῆς μεθοδείας συμβάντα, τῷ διαδίκῳ [5]) καταβάλωσιν. §. 1. Ἐὰν δὲ ἐπίτροποι ἢ κουράτωρες ἐν χρόνῳ ἢ ποσότητι πλέον ἐπιχειρήσωσιν ἀπαιτῆσαι τοὺς τῶν κηδευομένων χρεώστας, οὐδὲν καταβλαπτέσθωσαν [6]) οἱ ἐπιτροπευόμενοι ἢ κουρατωρευόμενοι, αὐτοὶ δὲ οἱ ἐπίτροποι ἢ κουράτωρες ἐπιγινωσκέτωσαν τὴν [7]) ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν ζημίαν. §. 2. Οἱ δὲ κληρονομιαῖα ἐκδικοῦντες πράγματα, ἢ λόγους ἐπιτροπικοὺς ἢ κουρατωρείας ἀπαιτοῦντες, καὶ οἱ κατὰ ἀφηλίκων ἢ μειζόνων περὶ διοικήσεως κινοῦντες, ἢ παραθήκας ὑφ' ἑτέρων δεδομένας ἀπαιτοῦντες, ὡς αὐτοὶ τῶν παραθεμένων διάδοχοι γενόμενοι, μηδὲν ἐκ τῆς ὑπεραπαιτήσεως ζημιουσθωσαν, ὡς δικαίαν ἔχοντες τῆς ἀγνοίας αἰτίαν. τότε δὲ ὁ ἀπαιτῶν ζημιούσθω, ὅτε προφανῶς ἠλέγχθη πλεονεκτῶν. §. 3. Εἰ δέ τις εἰς ἔλαττον τῆς ἀληθείας διετιμήσατο τὴν ἑαυτοῦ δίκην, μὴ προσεχέτω τούτῳ ὁ δικάζων, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀληθῆ ποσότητα τὴν ψῆφον ἐκφερέτω.

1. *Omnis actor, sive masculus sive femina, qui ante definitum tempus debitum exegerit et hoc modo reum laeserit, aliud tantum exspectet tempus, nullam usuram interea accipiens, quantum ipse praevenire definitum diem conatus est, et vel hoc tempore elapso non aliter agat, nisi impensas prioris conventionis, per illam calliditatem oriundas, adversario persolverit.*

§. 1. *Si vero tutores aut curatores tempore aut quantitate plus petere ausi fuerint a debitoribus eorum, qui ipsorum curae commissi sunt, nihil laedantur ii, qui sub tutela vel cura sunt, sed ipsi tutores et curatores agnoscant damnum inde exortum.*

§. 2. *Qui vero hereditarias res petunt, aut rationes tutelae vel curae exigunt, et qui contra minores aut maiores de negotiis gestis agunt, aut deposita ab aliis data exigunt, ut eorum, qui deposuerunt, successores facti, nihil ex plus petitione laedantur, utpote qui iustam habeant ignorantiae causam. Tunc vero actor damnum patiatur, quum manifeste convictus fuerit lucrum appetere.*

§. 3. *Si vero quis minoris, quam revera est, taxaverit suam litem, iudex ad id non respiciat, sed in veram quantitatem sententiam ferat.*

2.[b]) *A. Epitome graec. const. Iustiniani* [8]) *ex Bas.*

Ἐάν τις τῶν ἐναγόντων, ἐν τῷ διαπεμπομένῳ παρ' αὐτοῦ βιβλίῳ πλείονα ποσότητα τεθεικώς, πλείονος ζημίας αἴτιος τῷ αἰτιαθέντι γένηται, τριπλασίονα διδότω τὴν παρ' αἰτίαν αὐτοῦ συμβᾶσαν τῷ διαδίκῳ ζημίαν. ἀληθὴς δὲ ποσότης τῆς ἐναγωγῆς νοείσθω, εἰς ἣν ὁ δικάζων ἐκφέρει τὴν ψῆφον.

2. *Si quis actor in libello a se misso maiorem quantitatem posuerit et maioris damni causam reo praebuerit, in triplum restituat damnum, quod propter eum passus fuerit adversarius. Vera autem quantitas actionis ea intelligatur, in quam iudex fert sententiam.*

B. Vetus versio eiusd. const. — *Zenonis divae memoriae vestigiis insistentes praesente lege decernimus, ut, quicunque ante tempus debitum exegerit, tanto tempore ultra constitutum tempus manifesta plus petitione sine usurarum acceptione exspectet; nec tunc agere ante potest, quam omnia damna parti diversae restituat. Tutores vel curatores talia perpetrantes ipsi damnabuntur, exceptis his, qui res hereditarias petunt aut rationes tutelae vel curae, sive negotiorum gestorum agunt contra minores seu maiores, vel qui depositum repetunt quasi ex successione.* §. 1. *Qui autem minus petit in iudicio, in nullo laeditur.* §. 2. *Si quis vero maiorem, quam sibi debetur, quantitatem in libello conventionis inseruerit, in triplum parti adversae restituere compellatur, quidquid ex hac causa sportularum nomine exsecutoribus amplius dedit.*

3.[c]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Odiosas contrahentium calliditates amputare properantes censemus, ut, si quis, certa quantitate sibimet debita, super ampliore pecunia [9]) per dolum et machinationem cautionem exegerit, et ad iudicium debitorem vocaverit, si quidem ante inchoatam litem calli-

---

[a]) *Graecae const. epitome servatur* 1., *in Bas. VII.* 6. 21., *et brevior, solum principium amplexa,* 2., *in Synopsi* (*ed. Leunclav. p.* 71.) *et* 3., *Theodoro Hermopolita VII.* 6.; *breviter argumentum exponitur etiam* 4., *in* §. 33. 34. *Inst. de action. IV.* 6. *et* §. 10. *Inst. de except. IV.* 13., *nec non* 5., *a Theophilo in Paraphr. IV.* 13. 10. — *Cont.* 62. 66. *Char. hauserunt ex text.* 4.; *Ant. August.* (*Coll. p.* 166.) *exhibet text.* 3. *et* (*ibid. p.* 123. *vers. lat.*) *haurit ex text.* 4.; *Leunclav.* (*Notat. II.* 171.) *praebet text.* 2.; *Cuiac.* (*Obss. XII.* 21.) *restituit text.* 1., *quem receperunt Char. Pac. Sp. Bk.; Cont.* 76. *etiam hunc locum ex Bas. recipit, sed eum legem* 2. *hoc tit. esse iubet, et tamquam legem* 1. *restituit text.* 5. — *Graecae const. lacunam indicant mss. Pist. Bg.* — [b]) *Huius graecae const. exstat* 1., *vetus latina versio, quae a Cont.* 71. *ex vetere quodam libro membraneo edita in rell. edd. postea transiit, a nostris mss. et plurimis aliorum codd. abest, in Britannico cod. autem invenitur cum hac additione: Constitutio a Dno Petro de Cordona translata de greco in latinum* (*cfr. Savigny Gesch. d. R. R. im MA. Tom. IV. p.* 346.); *eiusdem const.* 2., *epitome est in Bas. VII.* 6. 22., *restituta a Cuiacio* (*Obss. XII.* 21.), *recepta a Cont.* 76. *Char. et rell.; eiusdemque* 3., *argumentum breviter exponitur in* §. 24. 33. *Inst. de action. IV.* 6., *unde hauriunt Cont.* 66. *Char.* — [c]) *Bas. VII.* 6. 23.

[1]) *hanc esse Zenonis const., colligitur ex* §. 33. 34. *Inst. IV.* 6. *et* §. 10. *Inst. IV.* 13.; *Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός inscr. Cont.* 76. (*cfr. not. a. ad h. l.*); *Αὐτοκρ. Ζήνων superscribunt Cont.* 62. 66. *Char. Pac. Sp. Bk.* — [2]) *Πᾶς τῶν ἐναγόντων absunt a Theod. Hermop.* — [3]) *ἀλλὰ Synopsis.* — [4]) *ἐναγέσθωσαν Theod. Hermop.* — [5]) *ἀδίκῳ Synopsis; ἀντιδίκῳ Leunclav. Notat. II.* 171. — [6]) *καταβλαπτεσθαι ὡς ἂν Cont.* 76. *Char. Pac. Sp. Bk.* — [7]) *αὐτοῖς τὴν Cuiac. Obss. XII.* 21., *Cont.* 76., *Bk.* — [8]) *minus accurate hanc const. Zenoni tribuit Bk.; idem vero eandem const. in rubr. veteris latinae versionis tribuit Iustiniano.* — [9]) *ampliorem pecuniam mss. Pl.* 2. *Gt.*

calliditatis eum poeniteat, et debiti veram quantitatem [1]) confessus fuerit, nullo eum dispendio praegravari; sin autem liti praebuit exordium, et in certaminibus negotii permanens arguatur de adiecta falsa [2]) quantitate, non solum ea, sed etiam toto debito eum fraudari [3]); transactionibus scilicet et secundis confessionibus, sive insinuatae sint sive non, etiam in hoc casu suam obtinentibus firmitatem. Talibus etenim cautionibus hoc obiicere non oportet. Dat. XV. Kal. Novemb. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [4]) [530.]

Tit. XI.

[a]) DE DILATIONIBUS.

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. dicunt: Quoniam plerumque evenit, ut iudex instrumentorum vel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate cogatur, spatium instructionis exhibendae postulatum dari convenit. Quod hac ratione arbitramur esse moderandum, ut, si ex ea provincia, ubi lis agitur, vel persona vel instrumenta poscantur, non amplius, quam tres menses indulgeantur; si vero ex continentibus provinciis, sex menses custodiri, iustitiae [5]) est; in transmarina autem dilatione novem menses computari oportebit. Quod ita constitutum iudicantes sentire debebunt, ut hac ratione non sibi concessum intelligant dandae dilationis arbitrium, sed eandem dilationem, si rerum urgentissima ratio flagitaverit, et necessitas desideratae instructionis exegerit, non facile amplius, quam semel, nec ulla trahendi arte sciant esse tribuendam. Dat. XV. Kal. April. [6]) Caesareae [7]), Caess. Couss. [294—305.]

2. [c]) Imp. Constantinus A. ad Ursum, Vicarium [8]). — Si quando quis rescriptum ad extraordinarium iudicem reportaverit, dilatio ei penitus deneganda est; illi autem, qui in iudicium vocatur, danda est ad probanda [9]) precum mendacia vel proferenda aliqua instrumenta vel testes, quoniam instructus esse non potuit, qui praeter spem ad alienum iudicium [10]) trahitur. Dat. II. Non. Mart. Volusiano et Anniano [11]) Conss. [314.]

Authent. de exhibend. et introducend. reis. §. 1. (Nov. 53. c. 1.) — *Quod fieri non debet, nisi actor satisdederit, certam promittens quantitatem se daturum, si litem non exsequatur, aut exsequens non vincat causam. Si igitur post tempus a se constitutum intra* [12]) *decem dies reo praesente non occurrat, dimittatur reus, exacto eo, quod promissum est, et si quid circa litem plus impendisse cum taxatione iudicis iuravit.*

3. [d]) Idem A. Profuturo, Praefecto annonae [13]). — Sive pars, sive integra dilatio fuerit data, eo usque iudicis officium conquiescat, donec petiti temporis defluxerint curricula. Feriae autem, sive repentinae sive solemnes sint, dilationum temporibus non excipiantur, sed his connumerentur. Dat. VII. Id. Febr. Sirmii, Licinio V. et Crispo [14]) Conss. [318.]

4. [e]) Idem A. ad Catullinum [15]), Proconsulem Africae. — A procedente iudice dilationem non convenit postulari, etiamsi utraque parte praesente tribuatur, quum non alias, nisi causa cognita, indulgeri queat, et cognitio causae non interpellatione planaria [16]), sed considente magis iudice legitime colligatur, ut, si forte dilationis petitio fuerit improbata, suscepta quaestio per sententiam iudicis dirimatur. Dat. V. Id. Feb. Sirmii, Licinio V. et Crispo [17]) Conss. [18]) [318.]

5. [f]) Idem A. ad Maximum P. U. [19]) — Quum a nobis fuerit ad appellationem consultationemve rescriptum, sive sit primo iudicio petita dilatio et ea [20]) tributa non sit, sive nec petita quidem, eam dare cuiquam non licebit, eadem ratione, qua ne in iudiciis quidem cognitionum nostrarum dilatio tribui solet. PP. Romae, VIII. Kal. April. [21]) Probiano et Iuliano Couss. [322.]

6. [g]) Impp. Constantius et Constan AA. [22]) ad Petronium [23]), Vicarium Africae [24]). — Inter privatos et fiscum si aliqua lis mota fuerit, utrique parti petendae dilationis per defensores suos copia deneganda non est, si hoc commoditatis ratio postulaverit. Dat. V. Id. [25]) April. Aquileiae, Acyndino et Proculo Conss. [26]) [340.]

7. [h]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae P. P. [27]) — Nec de statu ac patrimonio litigantibus in transmarina etiam dilatione mensium novem spatia

---

[a]) *Dig. II.* 12. — [b]) *Bas. VII.* 17. 11. — [c]) *l.* 1. *Th. C. de dilation. II.* 7.; *Bas. VII.* 17. 12. — [d]) *Bas. VII.* 17. 13. — [e]) *Bas. VII.* 17. 14. — [f]) *Bas. VII.* 17. 15. — [g]) *l.* 3. *Th. C. de dilation. II.* 7.; *Bas. VII.* 17. 16. — [h]) *l.* 4. *Th. C. de dilation. II.* 7.; *Bas. VII.* 17. 17.

[1]) et veritatem debiti *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [2]) falsi *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [3]) defraudari *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.* — [4]) *subscr.*, *quam mss. Pist. Paris. legi* 1. *C. III.* 9. *adponunt*, *ad nostram const. pertinere videtur* (*cfr. not.* 24. *ad leg. cit.*), *quae si vera est coniectura*, *nostra lex referenda ad annum II. post consulat. Lampad. et Orest.* (532.). *Quam sit hoc verisimile*, *facile intelliget*, *qui contulerit not.* 6. *ad l.* 1. *C. III.* 7., *not.* 27. *ad l.* 2. *C. III.* 6., *not.* 6. *ad l.* 5. *C. III.* 3. — [5]) iustum *ms. Pl.* 1.; iustitia *ms. Bg.* — [6]) pp nn (*fortasse* IIII) K. apr. *mss. Pist. Paris.* — [7]) *mss. Pist. Paris.*, *quae habent* Caesariae; *locus abest ab Hal. et rell.* — [8]) A. adversus Vicarium *ed. Nbg.*; ad Ursum virum clariss. *mavult Iac. Gothofr. in not. c. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *Cont.* 76., *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 417.), *Theod. C.*; improbanda *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed εἰ βούλεται διελέγξαι τὸ τῶν δεήσεων ψεῦδος Bas.* — [10]) iudicem *Theod. C.*; *sed δικαστήριον etiam Bas.* — [11]) et Anniano *absunt a ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. firmat.* — [12]) *infra edd. Nbg. Hal. Russ.* — [13]) *mss. Cas. Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*; Pannoniae *ms. Pl.* 1., *Hal. et rell.*; *sed v. Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p. XIV.*, *et l.* 1. *C. de relation. VII.* 61. — [14]) Licin. A. V. et Crispo Caes. *Bk.*, *quod magis fastis convenit*, *quam subscriptionibus rell.*, *quae eiusdem anni in Cod. inveniuntur.* — [15]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1., *Bk.*; Maximium *ms. Bg.*, *et similiter ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*; Catullianum *Hal. et rell.*; *sed cfr. Iac. Gothofr. in Prosopogr. Cod. Theod. p.* 45. — [16]) *ita in ms. Bg. lineae subscriptum*, *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *var. l. gl.*; plenaria *mss. et edd. rell.*, *quod minus convenit cum Bas.* — [17]) *de lect. in ed. Bk. v. not.* 14. *ad l.* 3. *praeced.* — [18]) pp Rome VIII. k. ap. Pribino et Iuliano css *mss. Pist. Paris.*, *quae subscr. pertinet ad l.* 5. *seq.*, *quae in illis mss. nostram const. praeit.* — [19]) P. U. *absunt a mss. nostris*, *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [20]) sive ea *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Nbg.*; *sed nostra lect. verior secundum Bas.* — [21]) *diem confirmant mss. Pist. Paris.*, *quae hic repetunt partem subscriptionis*, *ad l.* 4. *hoc tit. plenius adscriptae*; *cfr. not.* 18. *ad l.* 4. *cit.* — [22]) Constantius et Consti *ms. Pist.*; Constans et Constantinus *ms. Cas.*; Const. et Constantinus *ms. Vat.*; Constantius et Constantinus *ms. Bg. et inverso ordine ed. Nbg.*; Const. *ms. Pl.* 1.; Const. et Const. *ms. Pl.* 2.; Constantinus et Constans *Theod. C.*; Constantinus Constantius et Constans *Hal. et rell. praeter Bk.* — [23]) Patronium *mss. Pist. Pl.* 1. *Bg.* — [24]) africanum *ms. Bg.* — [25]) VI. Id. *Theod. C.* — [26]) D NN apollonio Superioris Lu (*fortasse* post superiorum *scil. Imperatorum in inscr. dictorum* consulat., *ita enim a.* 340. *subscriptt. in legibus significatur*) et Maxim' cc (*quae vv. ex inscr. legis* 1. *tit. seq. huc migrasse videntur*) css *ms. Pist.* — [27]) Post alia *praemittit Theod. C*

spatia egredi concedatur. Dat. VI Kal. [1]) Decemb. [2]) [Eutropio et [3])] Theodoro [4]) Conss. [399.]

Tit. XII.

[a]) DE FERIIS [5]).

1. [b]) Impp. Constantius et Maximianus [6]) AA. Severus et Maximinus [7]) Nobb. CC. Verino [8]). — Quoniam consulis, an similis observantia a nobis adiiciendarum feriarum, quae rebus feliciter gestis proveniunt [9]), ad appellationum quoque tempora porrigenda sit, Verine carissime, rescribi placuit experientiae tuae, ut in causis provocationum iugiter et sine additamento huiuscemodi dierum tempora scias servari debere, et supradictorum dierum [10]) in appellationum causis minime fieri adiectionem [11]).

[2. [c]) Imp. Theodosius A. [12]) Vicenio [13]). — Ut in die dominico emancipare ac manumittere liceat, reliquae causae vel lites quiescant. Et a die octavo Kalendarum Iulii usque in Kalendas Augusti messivae feriae concedantur [14]), et a Kalendis Augusti usque in decimum Kalendarum Septembris agendarum causarum tribuatur licentia. A decimo autem Kalendarum Septembris [15]) usque in Idus Octobris vindemiales feriae concedantur [16]). Sanctum quoque diem paschae, et diem natalis Domini, et Epiphaniae, septem qui praecedunt, et septem qui sequuntur, sine strepitu volumus observari. Et quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur.]

3. [2.] [d]) Imp. Constantinus A. Helpidio [17]). — Omnes iudices urbanaeque plebes [18]) et cunctarum artium officia venerabili die solis quiescant. Ruri tamen positi agrorum culturae libere licenterque inserviant, quoniam frequenter evenit, ut non alio aptius die frumenta sulcis aut vineae scrobibus commendentur [19]), ne occasione momenti pereat commoditas coelesti provisione concessa. PP. V. Non. [20]) Mart. Crispo II. et Constantino II. [21]) Conss. [321.]

4. [3.] [e]) Idem A. ad Severum. — A nullo iudice praesumi debet [22]), ut auctoritate sua ferias aliquas condat [23]). Nec enim imperiales ferias vocari oportet, quas administrator edixerit, ac per hoc, si nomine eximuntur, etiam fructu carebunt. Dat. Id. April. Sirmii, Severo et Rufino Conss. [24]) [323.]

5. [4.] [f]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Olybrium P. U. [25]) — Publicas ac fiscales causas tua sinceritas etiam feriatis geminis mensibus, hoc est sine aliqua intermissione, distinguat [26]). §. 1. Pistoriis quoque causis iisdem diebus ratum in futurum examen adhibebit. Dat. [27]) IV. Non. Maii Treviris [28]), Valentiniano N. P. et Victore [29]) Conss. [369.]

6. [5.] [g]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. [30]) Albuciano [31]), Vicario Macedoniae. — Quadraginta diebus, qui auspicio ceremoniarum paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium quaestionum. Dat. VI. Kal. [32]) April. Thessalonicae, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Conss. [33]) [380.]

7. [6.] [h]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Albino P. U. [34]) — Omnes dies iubemus esse iuridicos. Illos tantum manere feriarum

---

[a]) *Dig. II.* 12. — [b]) *Coll. Ans. ded. P. XI. c.* 6.; *Bas. VII.* 17. 18. — [c]) *Haec supposititia lex a mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Gt. Bg., ed. Schf., a codd. vett. Hal. Russ. Cont. abest, legitur autem in mss. Bg. Pist.* (*in quo serius ad marg. scripta*) *Vat.* (*quod eam inter l.* 3. *et* 4. *hoc tit. insertam habet*), *in edd. Nbg. Hal. et rell., ita tamen, ut Hal. et rell. eam tamquam spuriam notent. Conflata est ex interpretatione Visigothica ad l.* 1. *et* 2. *Th. C. de feriis II.* 8.; *quo vero sit auctore hic interiecta, non constat. Facile autem aliquis de interpolatore Galgosio cogitaverit; cfr. not. a. ad l.* 3. *C. de iurei. propt. cal. II.* 59. *et Savigny Gesch. d. R. R. i. MA. Tom. IV. p.* 317. — [d]) *Coll. Ans. ded. P. XI. c.* 7.; *Bas. VII.* 17. 19. — [e]) *Coll. Ans. ded. P. XI. c.* 8.; *Bas. VII.* 17. 20. — [f]) *Coll. Ans. ded. P. XI. c.* 9.; *Bas. VII.* 17. 21. — [g]) *l.* 4. *Th. C. de quaestion. IX.* 35.; *Coll. Ans. ded. P. XI. c.* 10.; *Bas. VII.* 17. 22. — [h]) *H. l. housta est ex l.* 19. *Th. C. de feriis II.* 8.; *nonnulla etiam in eam transierunt ex l.* 5. *de spectac. XV.* 5., *l.* 3. *de exsecutor VIII.* 8. (*quae etiam est l.* 18. *de feriis II.* 8. *et l.* 13. *de exaction. XI.* 7.); *Coll. Ans. ded. P. XI. c.* 1.; *Bas. VII.* 17. 23.

[1]) XII. Kal. *Theod. C., Bk.* — [2]) Mediolani *hic inserendum censet Iac. Gothofr. in not. g. ad l.* 4. *Th. C. cit.* — [3]) Eutropio et *recte absunt a Theod. C., nec umquam in Cod. Iust. fit huius Eutropii consulatus mentio praeter hanc leg. et l.* 22. *C. IX.* 47.; *cfr. l.* 17. *Th. C. IX.* 40. — [4]) V. C. *inserunt Theod. C., Cont.* 76. — [5]) *rubr. abest a ms. Pl.* 1. — [6]) Maxentius *ms. Cas., quod probat Cont. in marg.* — [7]) Maximianus *Hal. Russ.* — [8]) Severino *Coll. Ans. ded.* — [9]) perveniunt *ms. Pl.* 1. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., mss. Russ. et Cont., edd. Nbg. Schf., Coll. Ans. ded.*; observationi *addunt Hal. et rell.* — [11]) *hanc const. intra medium a.* 305. *et medium a.* 306. *datam fuisse, ex inscr. colligitur.* — [12]) *hoc imperatoris nomen inde oriundum videtur, quod ex Interpretat. Theodosiani Cod. hic locus interpolatus est.* — [13]) *hoc nomen ex inscr. legis* 1. *hoc tit. transscriptum et depravatum videtur; simile quid lege in not.* 5. *ad l.* 2. *C. III.* 3.; Imp. Constantin. A. *Cont* 76. — [14]) *Cont.* 76., *interpret. Visigoth. loc. cit.*; mensis feria concedatur *ms. Bg.*; messis feria concedatur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) agendarum — Septembris *absunt a ms. Bg.* — [16]) *Cont.* 76., *interpret. Visigoth. loc. cit.*; vindemialis feria concedatur *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) *mss. Pist. Pl.* 1. 2.; Epidio *ms. Bg., ed. Nbg.*; Elpidio *Coll. Ans. ded., Hal. et rell.*; *sed v. l.* 1. *Th. C. II.* 8. — [18]) iudices urbanae plebis *Coll. Ans. ded.*; *verum Bas. etiam* οἱ δικασταὶ — καὶ οἱ δῆμοι τῶν πόλεων. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Coll. Ans. ded., edd. Nbg. Schf. Hal.*; mandentur *Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pist. Paris., quae reliquam subscr. confirmant*; Dat. Non. Mart. *Hal. et rell.* — [21]) Caess. *inserit Bk. secundum fastos, sed contra fidem edd. et mss. Pist. et Paris.* — [22]) decet *Coll. Ans. ded.* — [23]) concedat *mss. Pl.* 1. *Bg., Coll. Ans. ded., ed. Schf.*; *sed vulgari lect. favent Bas.* ὁριζέτω. — [24]) *ms. Pist.*; Severo — Conss. *absunt ab Hal. et rell.*; *sed scrupulum movet locus* Sirmii, *quum Constantinus in l.* 12. *Th. C XI.* 30. *Idibus April. Byzantii versatus esse dicatur*; *quapropter illud* Sirmii, *quod etiam a ms. Pist. abest, ex mala lecto Severi nomine oriundum esse censeo.* — [25]) *ms. Cas., Cont.* 62. *Bk.*; pp *mss. Vat. Bg., ed. Nbg.*; *omne dignitatis signum abest a mss. Pl.* 1. 2., *Hal. et rell.*; *ut vero* P. U. *omitteretur, videntur literae ipsius const. initiales fecisse.* — [26]) distingat *ms. Pl.* 2., *Coll. Ans. ded., ed. Schf.*; distringat *Hal.* — [27]) Dat. *abest ab Hal.* — [28]) Tyberiade *Hal. et rell.*; *sed* Treviris *flagitat Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p. LXXXVI. et l.* 7. *Th. C. IX.* 42. — [29]) et Victore *abest ab Hal. et rell. praeter Bk.*; *sed addendus videbatur Victor, quia nostra subscr. unicum erat Victoris in hoc consulatu omissi exemplum.* — [30]) *Theod. C., Russ. Cont.* 62. *Bk.*; Impp. val valens et Grat aaa *ms. Pist.*; Id. AAA (AA *vel etiam* A) *mss. et edd. rell.* — [31]) *Theod. C., Russ. Cont.* 62. *Bk.*; Luciano *vel* Iuliano *mss. et edd. rell.* — [32]) *Theod. C., Russ. Cont.* 62. *Bk.*; Dat. Kal. *Hal. et rell.* — [33]) *Theod. C., Russ. Cont.* 62 (*hic tamen* I. *omittit*) *Bk.*; Gratiano — Conss. *absunt ab Hal. et rell.* — [34]) P. P. *ms. Vat., Theod. C., improbante tamen Iac. Gothofr. in not. c. ad l.* 19. *Th. C. II.* 8.

feriarum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit [1]), aestivos [2]) fervoribus mitigandis, et autumnos [3]) fructibus [4]) decerpendis. Kalendarum quoque Ianuariarum consuetos dies otio mancipamus [5]). His adiicimus natalitios dies urbium maximarum, Romae atque Constantinopolis, in [6]) quibus debent iura differri [7]), quia et ab ipsis nata sunt, sacros quoque paschae dies, qui septeno vel praecedunt numero [8]) vel sequuntur, dies etiam natalis atque epiphaniarum Christi, et quo tempore [9]) commemoratio apostolicae passionis, totius christianitatis magistrae, a cunctis iure celebratur; in quibus etiam praedictis sanctissimis diebus neque spectaculorum copiam reseramus. In eadem observatione numeramus et dies solis, quos dominicos rite dixere maiores, qui repetito in se calculo revolvuntur. Parem [10]) necesse est habere reverentiam, ut nec apud ipsos arbitros, vel a iudicibus [11]) flagitatos vel sponte delectos [12]), ulla sit agnitio [13]) iurgiorum, nostris etiam diebus, qui vel lucis auspicia, vel ortus imperii protulerunt. In quindecim autem paschalibus diebus compulsio annonariae functionis, et omnium publicorum privatorumque debitorum differatur exactio. Dat. VII. Id. [14]) August. Romae, Timasio et Promoto Conss. [15]) [389.]

8. [7.] [a]) Iidem AAA. Tatiano P. P. — Actus omnes, seu publici [16]) seu privati, diebus quindecim paschalibus conquiescant [17]). In his tamen et emancipandi et manumittendi cuncti licentiam habeant, et super his acta non prohibeantur. Dat. VI. Kal. Iun. [18]) Constantinop. [19]) Arcadio A. II. et Rufino Conss. [392.]

[9. [8.] [b]) *Graecam const. hic excidisse, multi editores sine causa opinantur.*]

10. [9. 8.] [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. — Provinciarum iudices [20]) moneantur, ut in quaestionibus latronum et maxime Isaurorum [21]) nullum quadragesimae [22]) nec venerabilem pascharum [23]) diem existiment excipiendum, ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quae per latronum tormenta quaerenda est, quum facillime [24]) in hoc summi numinis speretur venia, per quod multorum salus et incolumitas procuratur. Dat. V. Kal. Maii [25]) Constantinop. [26]) Basso et Philippo Conss. [27]) [408.]

11. [10. 9.] [d]) Impp. Leo et Anthemius AA. Armasio P. P. — Dies festos, dies [28]) maiestati altissimae dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionum vexationibus [29]) profanari. §. 1. Dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus et venerandum [30]), ut a cunctis exsecutionibus excusetur, nulla quemquam urgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio delitescat, sit ille dies a cognitionibus alienus, praeconis [31]) horrida vox silescat, respirent a controversiis litigantes [32]), habeant foederis intervallum, ad se simul [33]) veniant adversarii non timentes, subeat animos vicaria poenitudo, pacta conferant, transactiones loquantur. Nec huius tamen religiosi diei otia relaxantes, obscoenis quemquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vindicet scena theatralis, aut circense certamen, aut ferarum lacrimosa spectacula, etiam si [34]) in nostrum ortum aut natalem celebranda solemnitas inciderit, differatur. Amissionem militiae proscriptionemque patrimonii sustinebit, si quis unquam hoc die festo spectaculis interesse, vel cuiuscunque iudicis apparitor praetextu negotii publici seu privati haec

---

[a]) *desumta ex l.* 21. *Th. C. de feriis II.* 8., *cui nonnulla accesserunt ex l.* 1. *Th. C. eod.; Coll. Ans. ded. P. XI. c.* 1.; *Bas. VII.* 17. 24. — [b]) *Ant. August.* (*Coll. p.* 167.) *desiderari graecam const. inter l.* 10. Provinciarum *et l.* 11. Dies *suspicatus est, eiusque epitomen ex Synopsi* (*ed. Leunclav. p.* 92.) *Τῇ πρώτῃ etc. restituit* (*qui locus convenit cum Bas. VII.* 17. 26.). *Quum tamen ipse recte censeret, hanc epitomen potius esse legis* 3. *C. de episcop. aud. I.* 4., *editores postea illam falsam restitutionem in textum haud retulerunt, notam tamen deficientis fortasse graecae const. ita receperunt, ut eam male inter l.* 8. Actus *et l.* 10. Provinciar. *interponerent, atque numero const.* 9. *insignirent. Sed prorsus eam omittunt Cont.* 76. *Bk.* — [c]) *l.* 7. *Th. C. de quaestion. IX.* 35.; *Coll. Ans. ded. P. XI. c.* 11.; *Bas. VII.* 17. 25. *In ed. Bk. haec const. sine causa cancellis includitur et tamquam spuria notatur* — [d]) *Coll. Ans. ded. P. XI. c.* 4.; *Bas. VII.* 17. 27.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Bk., Coll. Ans. ded.; l.* 19. *Th. C. cit.;* accipit *ms. Bg.;* excepit *Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.;* festivos *Coll. Ans. ded.;* aestivos pro *ms. Pl.* 2.; aestivos quidem dies *edd. Schf. Russ. Cont.* 62.; aestivis *l.* 19. *Th. C. cit., Bk.* — [3]) autumnos *omisso* et *ms. Pl.* 1.; per autumnos *Hal. Russ. Cont.* 62.; et autumnis *l.* 19. *Th. C. cit., Bk.* — [4]) foetibus *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Rg., ed. Nbg., l.* 19. *Th. C. cit.; sed nostram lect. firmat Coll. Ans. ded.* — [5]) sancimus *l.* 19. *Th. C. cit.* — [6]) in *abest a l.* 19. *Th. C. cit., Bk., Coll. Ans. ded.* — [7]) deferri *ms. Pl.* 1., *Coll. Ans. ded.;* deferre *l.* 19. *Th. C. cit., Bk.* — [8]) *ita verborum ordo est in mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Coll. Ans. ded., l.* 19. *Th. C. cit.;* numero vel praecedunt *Hal. et rell.* — [9]) quo et temp. *Cont.* 76.; quo temp. et *l.* 5. *Th. C. XV.* 5. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Rg., edd. Schf. Hal., l.* 19. *Th. C. II.* 8.; et parem *Coll. Ans. ded.;* in quibus parem *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [11]) in iudiciis *l.* 3. *Th. C. VIII.* 8. — [12]) *ms. Bg., Coll. Ans. ded., l.* 3. *Th. C. cit.;* electos *mss. Pl.* 1. 2., *edd. omnes.* — [13]) *mss. Pl.* 1. *Gt., Coll. Ans. ded., l.* 3. *Th. C. cit.;* cognitio *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. omnes.* — [14]) *l.* 19. *Th. C. II.* 8., *Bk.;* Dat. II. Id. *Hal. et rell. Sed cum Theod. C. magis conveniunt compendia scribendi in mss. Pist. Paris. et in Coll. Ans. ded.* — [15]) *mensem, locum et conss. confirmant mss. Pist. Paris., Coll. Ans. ded.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., l.* 21. *Th. C. II.* 8., *Coll. Ans. ded.;* sunt *inserunt Hal. et rell.; sed nostra lect. consentit cum Bas.* — [17]) sequestrentur *l.* 21. *Th. C cit.* — [18]) *l.* 21. *Th. C. cit., Bk.;* D. S. K. S. ian *ms. Pist.;* D. S. K. et ian *ms. Paris.;* Dat. Kal. ian. *Coll. Ans. ded., Hal. et rell.* — [19]) *mss. Pist. Paris., l.* 21. *Th. C. cit., Bk.; etiam in Coll. Ans. ded. loci est vestigium;* Constantinop. *abest ab Hal. et rell. Reliquam subscr. tuentur mss. Pist. Paris., Coll. Ans. ded.* — [20]) *mss. Gt. Rg., Theod. C., M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 421.), *Coll. Ans. ded.;* praesides *rell. mss. et edd.* — [21]) in Isauror. latron. quaest. *Theod. C.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Rg., edd. Nbg. Schf., Theod. C., M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 421.), *Coll. Ans. ded.;* tempus *inserunt Hal. et rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.;* paschalem *Hal.;* paschae *Russ. et rell., Coll. Ans. ded.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Theod. C., Coll. Ans. ded.;* et *inserunt Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pist. Paris., Russ. Cont.* 62., *Theod. C.;* Kal. Mart. *Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [26]) *Russ. Cont.* 62., *Theod. C.;* Constantinop. *abest ab Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [27]) *conss. firmant mss. Pist. Paris.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Rg., edd. Nbg. Schf. M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 421.) *Coll. Ans. ded.,* dies *abest ab Hal. et rell.* — [29]) exactionis vexation. *ms Pl.* 1.; exactionibus vexationibusque *Coll. Ans. ded.* — [30]) diem semp. hon. ita decern. vener. *ms. Pl.* 1.; diem ita semp. hon. dec. ven. *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg., etiam Hal. omisso tamen* ita; diem ita semp. hon. ita dec. ven. *ed. Schf., Coll. Ans. ded.* — [31]) praeconiis *Coll. Ans. ded.* — [32]) *ms. Gt., edd. Schf. Hal., Coll. Ans. ded.;* et *inserunt rell. mss. et edd.* — [33]) simul *abest a mss. Bg. Pl.* 2., *Coll. Ans. ded.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal., Coll. Ans. ded;* et si *Russ. et rell.*

haec, quae hac lege statuta sunt, crediderit temeranda. Dat. Id. [1]) Decemb. Constantinop. Zenone et Marciano Conss. [2]) [469.]

Tit. XIII.

[a]) DE IURISDICTIONE OMNIUM IUDICUM ET DE FORO COMPETENTE.

1. Imp. Antoninus [3]) A. Severo et aliis. — Non quidem fuit competens [4]) iudex procurator noster in lite privatorum, sed quum ipsi eum iudicem elegeritis, et is consentientibus adversariis sententiam tulerit, intelligitis, vos acquiescere debere rei ex consensu vestro iudicatae, quum et procurator iudicandi potestatem inter certas habeat personas, et vos, incongruum eum esse vobis iudicem scientes, tamen audientiam eius elegistis. Quod et in aliis similibus iudicibus [5]) tam in actionem proponentis, quam in exceptionem opponentis persona locum habebit. Dat. II. Id. Ianuar. Messala et Sabino Conss. [214.]

2. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Alexandro. — Iuris ordinem converti postulas, ut non actor rei forum, sed reus actoris sequatur; nam ubi domicilium reus habet vel tempore contractus habuit, licet hoc postea transtulerit, ibi tantum eum [6]) conveniri oportet. PP. VI. Kal. Septemb. AA. Conss. [7]) [287—304.]

3. [c]) Iidem AA. Iudae [8]). — Privatorum consensus iudicem non facit eum, qui nulli praeest iudicio, nec quod is statuit, rei iudicatae continet [9]) auctoritatem. Dat. [10]) VI. Kal. Ianuar. AA. [11]) Conss. [287—304.]

4. [d]) Imp. Constantinus A. ad universos provinciales. — Nemo post litem contestatam ordinariae sedis declinet examen, nec prius praefecti praetorio, aut comitis Orientis, vel alterius spectabilis iudicis imploret auxilium, sed appellatione legibus facta ad sacrum auditorium veniat. Dat. Kal. Octob [12]) Basso et Ablavio Conss. [331.]

5. [e]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Vincentio [13]), P. P. Galliarum. — In criminali negotio rei forum accusator sequatur. §. 1. Is vero, qui suam causam, sive criminalem sive civilem, sine coelesti oraculo in vetito vocavit examine, aut exsecutionem poposcit [14]) militarem, actor quidem propositi negotii actione mulctetur, reus vero pro condemnato habeatur; et tribuni sive vicarii capitalem sibi animadversionem subeundam esse cognoscant, si vel suam vel militum exsecutionem interdictam praebuerint. Dat. V. Kal. Ianuar. Mediolani, Caesario et Attico Conss. [15]) [397.]

6. [f]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. — Magisteriae potestati inter militares viros vel privatum actorem et [16]) reum militarem etiam civilium quaestionum audiendi concedimus facultatem, praesertim quum id ipsum de [17]) more litigantium esse videatur, constetque, militarem reum, nisi a suo iudice, nec exhiberi posse, nec, si in culpa fuerit, coërceri. Dat. V. Kal. Maii Lucio [18]) V. C Cons. [413.]

7. [g]) Imp. Anastasius A. Constantino [19]) P. P. — Periniquum et temerarium esse perspicimus [20]), eos, qui professiones aliquas seu negotiationes exercere noscuntur, iudicum, ad quos earundem [21]) professionum seu negotiationum cura pertinet, iurisdictionem et praeceptionem declinare conari. Quapropter iubemus, huiusmodi hominibus nec cuiuslibet militiae seu cinguli vel dignitatis praerogativam in hac parte suppetere, sed eos, qui statutis in quacunque militia connumerati sunt vel fuerint, vel qui dignitatem [22]) aliquam praetendunt, sine aliqua fori praescriptione his iudicibus tam in publicis quam in privatis causis obedire compelli, ad quorum sollicitudinem professionis seu negotiationis, quam praeter [23]) militiam, ut dictum est, exercent, gubernatio videtur respicere, ita tamen, ut ipsis nihilominus iudicibus, sub quorum iurisdictione militia sive dignitas eorum constituta est, procul dubio respondeant; his videlicet, qui contra huius tenorem legis [24]) venire tentaverint, militiae cingulo seu dignitatis honore pro tali conamine spoliandis. Dat. XV. Kal. Mart. Constantinop Probo et Avieno Conss. [25]) [502.]

Tit. XIV.

[h]) QUANDO IMPERATOR [26]) INTER PUPILLOS VEL [27]) VIDUAS VEL ALIAS [28]) MISERABILES PERSONAS COGNOSCAT [29]), ET NE EXHIBEANTUR.

1. [i]) Imp. Constantinus A. ad Andronicum. — Si contra pupillos, vel [30]) viduas, vel diuturno [31]) morbo fatigatos, et debiles impetratum fuerit lenitatis nostrae iudicium, memorati a nullo nostrorum iudicum compellantur, comitatui nostro sui copiam facere. Quin immo intra provinciam, in qua litigator et testes vel instrumenta sunt, experiantur iurgandi fortunam, atque omni [32]) cautela servetur, ne terminos pro-

---

[a]) *Dig. II.* 1., *V.* 1. — [b]) *Bas. VII.* 3. 38. — [c]) *Bas. VII.* 3. 39. — [d]) *Bas. VII.* 3. 40. — [e]) *Bas. VII.* 3. 41.; *similis est l.* 9. *Th. C. de iurisdict. II.* 1. — [f]) *Bas. VII.* 3. 42. — [g]) *Bas. VII.* 3. 43. — [h]) *Dig. V.* 1. — [i]) *l.* 2. *Th. C. de offic. iudic. omn. I.* 19.; *Bas. VII.* 3. 37.

[1]) Dat. V. id. *Coll. Ans. ded.*; D. G. id *mss. Pist. Paris.*, *quod utrumque confirmat locum.* — [2]) *conss. confirmant mss. Pist. Paris.*, *Coll. Ans. ded.* — [3]) Impp. Sever. et Antonin. *mss. Vat. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; *quae inscr. non convenit cum subscr. atque ex repetito eius nomine oriunda videtur, ad quem datum est rescr.* — [4]) competens *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.* — [5]) iudiciis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62., *var. l. gl.* — [6]) eum *abest ab Hal.* — [7]) *ms. Pist.*; Dat. VI. Id. Octob. * *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Iudaeae *Hal. et rell.* — [9]) obtinet *ms. Pl.* 1., *M. Vacarius* (*ap. Dirksen p.* 422.). — [10]) Dat. *abest a ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. confirmat.* — [11]) et *inserunt Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [12]) pp k. oct *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. firmat*, *nisi quod pro* Ablavio *habet* Balbino; *de qua commutatione cfr. not. ad subscr. l.* 20. *de appellat. VII.* 62. — [13]) Viventio *ms. Pl.* 1.; Vicentio *ms. Pl.* 2. — [14]) poposcerit *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; poposc. *abest a ms. Pl.* 1. — [15]) d XV. k mär cp probo et abienno ss *ms. Pist.*, *quae subscr. pertinet ad l.* 7. *hoc tit.* — [16]) vel privato actore in *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel a privato actore in *ed. Nbg.* — [17]) more *omisso de mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; ex more *ms. Gt.*; pro more *Russ. in marg.* — [18]) Luciano *Russ. et Cont. in marg. malunt*, *minus recte.* — [19]) Constantinus Anastasio *Russ. in marg.*, *quod nusquam reperi.* — [20]) perspeximus *ms. Pl.* 1. — [21]) eorundem *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.*; earum *Cont.* 66. *et postea rell.* — [22]) seu dign. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.* — [23]) propter *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [24]) legis *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [25]) *subscr. abest ab Hal. et rell.*; *restitui eam ex ms. Pist.*, *quod in hac lege tantum habet* D. XV. k., *integram vero subscr. antea iam exhibuit sub l.* 5. *hoc tit.* (*cfr. not.* 15. *ad leg. cit.*). *Quam subscr. esse nostrae const.*, *iam chronologia satis docet*; *accedit, quod fere omnes leges ad Constantinum P. P. datae*, *quae in hoc Cod. obveniunt, ad a.* 502. *pertinent.* — [26]) Quando Imp *absunt a ms. Pl.* 1. — [27]) et *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [28]) alias *abest a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [29]) cognoscit *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [30]) vel *abest ab edd. Schf. Hal.*, *Theod. C.* — [31]) diuturno *abest a Theod. C.*; diutino *mss. Bg. Gt.* — [32]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal. Bk.*, *Theod. C.*, *M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 422.); omnis *ms. Pl.* 2., *edd. rell.*

provinciarum suarum cogantur excedere. Quodsi pupilli, vel viduae, aliique fortunae iniuria miserabiles iudicium nostrae serenitatis oraverint, praesertim quum alicuius potentiam perhorrescunt, cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere. Dat. Kal. Iul. [1]) Constantinop. Optato et Paulino Conss. [2]) [334.]

Tit. XV.

[a]) UBI DE CRIMINIBUS AGI OPORTET [3]).

[b]) 1. Impp. Severus et Antoninus AA. [4]) Laurinae. — Quaestiones eorum criminum, quae legibus aut extra ordinem coërcentur, ubi commissa vel inchoata [5]) sunt, vel ubi reperiuntur, qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere, satis notum est. PP. IV. Non. Octobr. Dextro II. [6]) et Prisco Conss. [196.]

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [7]) Niceae. — Sciens liberum venumdando plagii crimen committit. Ab eo itaque, qui super hoc queri potest, aditus competens iudex, si is, quem puerum ingenuum vendidisse proponis, ibi [8]) degit, [9]) causam cognoscet. Dat. prid. Non. [10]) Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

Authent. ut omnes obed. iudicib. provinc. §. Haec considerantes. (Nov. 69. c. 1.) — *Qua in provincia quis deliquit, aut in qua pecuniarum aut criminum reus sit, sive de terra, sive de terminis, sive de possessione, sive de proprietate, sive de hypotheca, aut de alia qualibet occasione, vel de qualibet re fuerit reus, illic etiam iuri subiaceat; quod ius perpetuum est. Si ergo ambo, et actor et reus [11]), sint in provincia, illic omni privilegio cessante res expediatur. Eo autem absente, ex cuius domo iniquum quid patior, ipsum, qui id admisit, vel eius curatorem conveniam, cui datis induciis licet nuntiare [12]) domino causae. Qui si neque per se veniat, neque mittat, is, qui primo conventus est, praesentatus condemnetur, in quo sit obnoxius, insuper et is, qui mittere noluit, si tamen omnino appareat obnoxius; nam et de rebus eius satisfiet, si is, qui praesens est, non sit solvendo. Sed si nec ipse, qui dominum praesentare debuit, compareat praeconia voce vocatus, condemnetur, quia contumacia eius pro praesentia est. Quod si desit actor [13]), quum reus venerit sive miserit, absolvendus est, [14]) et damna ei resarciantur. Excipitur hic, si forma pragmatica occasione publicae causae procedens praeceperit, quemquam principali comitatui exhiberi, aut ex lege hoc faciat, quale est super appellationibus [15]). Induciarum vero tempus nova constitutione varium [16]) praefinitum est ex diversitate locorum, quatuor scilicet mensium [17]), si vicina est provincia, in qua hoc agitur, una aut duabus mansionibus in medio provinciarum constitutis; si vero maius sit spatium, sex; si vero ex Palaestina, aut Aegypto, aut gentium [18]) longinquarum, octo menses [19]) sufficiant; si vero ex Hesperiis gentibus, aut septentrionalibus, aut Lybia, sufficiens visum est tempus novem mensium.*

Tit. XVI.

[d]) UBI DE POSSESSIONE AGI OPORTET [20]).

1. [e]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Festum, Proconsulem Africae. — Ubi aut vis facta dicitur, aut momentaria possessio postulanda est, ibi loci iudicem adversus eum, qui possessionem turbavit, convenit indicare. Dat. VIII. Kal. Iun. [21]) Gratiano N. P. [22]) et Dagalaipho Conss. [366.]

Tit. XVII.

[f]) UBI FIDEICOMMISSUM PETI OPORTET [23]).

1. [g]) Impp. Severus et Antoninus AA. Demetrio. — Fideicommissum ibi petendum esse, ubi hereditas relicta est, dubitari non oportet. PP. VIII. Kal. Septemb. Chilone II. [24]) et Libone Conss. [204.]

Tit. XVIII.

[h]) UBI CONVENIATUR, QUI CERTO LOCO DARE PROMISIT [25]).

1. [i]) Imp. Alexander A. Heraclidae. — Qui certo loco se soluturum pecuniam obligat, si solutioni satis non fecerit, arbitraria actione et in alio loco potest conveniri; in qua [26]) venit aestimatio, quod alterutrius interfuit, suo loco potius, quam in eo, in quo petitur, solvi. Dat. VI. Id. Mart. Fusco [27]) II. [28]) et Dextro Conss. [29]) [225.]

TIT. XIX.

---

[a]) *Dig. V.* 1. — [b]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 118.; *Bas. VII.* 5. 76. — [c]) *Bas. VII.* 5. 77. *Apud Cont.* 62. *hanc const. praeit Auth. seq.* — [d]) *Dig. V.* 1. — [e]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 119.; *Bas. VII.* 5. 78. — [f]) *Dig. V.* 1. — [g]) *Bas. VII.* 5. 79. — [h]) *Dig. V.* 1. — [i]) *Bas. VII.* 5. 80.

[1]) *ms. Pist.*, *Hal. et rell. praeter Sp. Bk.*; XV. Kal. Iul. *Theod. C.*, *Sp. Bk.* — [2]) *etiam locum et conss. firmat ms. Pist.* — [3]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; oporteat *Russ. et rell.* — [4]) *ex inscr. tollendus videtur Antoninus, ut cum subscr. conveniat.* — [5]) commissae vel inchoatae *mss. Pl.* 1. 2., *Hal.*, *Coll. Ans. ded.*; *τὰ ἐγκλήματα ἢ ὅπου ἁμάρτηται, γυμνάζεται, ἢ ὅπου ἠρχθη ἡ — δίκη Bas.* — [6]) II. *abest ab Hal. et rell. praeter Bk.*; *inseritur in ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. firmat, nisi quod habet* III. Non. — [7]) Id. āā et cc̄ *mss. Pist. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Idem ā *ed. Nbg.* — [8]) ubi *ms. Bg.*, *ed. Schf.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; ibi *inserunt Hal. et rell.* — [10]) *ms. Pist.*; II. Non. *Hal. et rell.*; *reliquam subscr. ms. Pist. tuetur.* — [11]) *et actor et reus absunt ab edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; *sed v. Nov.* 69. *c.* 2. — [12]) *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; *denuntiare edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [13]) *accusator ed. Nbg.*, *var. l. gl.* — [14]) *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; *ut inserunt Cont.* 66. *et rell.* — [15]) *aut ex lege — appellationibus absunt ab edd. Nbg. Schf.* — [16]) *nova const. varium et statim post ex divers locor. absunt ab ed. Schf.* — [17]) *Ind. vero temp. praef. est quat. mens. n. const. ex div. loc. sed edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [18]) *egentium ed. Schf.* — [19]) *reliqua pars huius auth. in ed. Nbg. ita se habet: sufficient secundum locorum distantiam, ut habetur in autentica, unde sumpta est ista, ubi tempus praefinitum est quatuor aut sex aut octo aut novem.* — [20]) *mss Pist. Vat. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, oporteat *ms. Pl.* 1., *Russ. et rell.* — [21]) *diem firmat ms. Pist.* — [22]) N. P. *absunt ab Hal. et rell. praeter Bk.*, *supplentur ac ms. Pist.* grae nobili puero et bacapho ss̄. — [23]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; oporteat *Russ. et rell.* — [24]) *ms. Pist.*, *Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.*; *reliquam subscr. idem ms. Pist. tuetur.* — [25]) promittit *mss. Pist. Pl.* 1.; *rubr. abest ab ed. Schf.* — [26]) in quam *ms. Pl.* 2. — [27]) Ruffo *Cont.* 62. — [28]) *ms. Pist.*, *Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.* — [29]) pp̄ V id mai fusco II et destro css̄ *ms. Pist.*

Tit. XIX.

a) UBI IN REM ACTIO EXERCERI DEBEAT [1]).

1. b) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [2]) Pancratio. — In rem actio non contra venditorem, sed contra possidentem competit. Frustra itaque desideras, non tecum congredi, sed cum auctore tuo dominum [3]) vindicantem, quum te possidere contendas. Nam si denuntiasti ei, qui tibi vendidit, intelligit evictionis periculum [4]). Nec enim inrisdictionis forma, in eadem provincia constitutis tam petitore quam possessore, ob auctoris [5]) personam, quem in alia provincia dicis consistere, debet immutari. Dat. Id. April. AA. [6]) Conss. [293—304.]

2. Imp. Constantinus A. ad universos [7]) provinciales. — Si quis, alterius nomine quolibet modo possidens immobilem rem, litem ab aliquo per in rem actionem sustineat, debet statim in iudicio dominum nominare, ut, sive in eadem civitate degat, sive in agro, sive in alia provincia sit, certo dierum spatio a iudice definiendo [8]) eoque ad notionem eius perducendo, vel ipse in loca [9]), in quibus praedium situm est, perveniens, vel procuratorem mittens, actoris intentiones excipiat [10]). Si vero post huiusmodi indultum tempus minime hoc, quod dispositum est, facere maluerit, tanquam lite, quae ei ingeritur, ex eo die, quo possessor ad iudicium [11]) vocatus est, ad interrumpendam longi temporis praescriptionem contestata, index, utpote domino [12]) possessionis, nec post huiusmodi humanitatem sui praesentiam faciente, edictis legitimis proponendis [13]) eum citare curabit, et tunc, in eadem voluntate [14]) eo permanente, negotium summatim discutiens in possessionem rerum actorem mitti non differet, omni allegatione absenti de [15]) principali quaestione [16]) servata. Dat. X. Kal. August. Basso et Ablavio Conss. [17]) [331.]

3. c) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [18]) AAA. [19]) — Actor rei forum, sive in rem sive in personam sit actio, sequitur [20]). Sed et [21]) in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constitutae sunt, iubemus in rem actionem adversus possidentem moveri. Dat. X. Kal. Iul. Arcadio [22]) et Bautone Conss. [385.]

Tit. XX.

d) UBI DE HEREDITATE AGATUR, ET [23]) UBI SCRIPTI HEREDES [24]) IN POSSESSIONEM MITTI POSTULARE DEBEANT [25]).

1. e) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Messiae [26]). — Illic, ubi res hereditarias esse proponis, heredes in possessionem rerum hereditariarum mitti postulandum est. Ubi autem domicilium habet qui convenitur, vel si ibi, ubi res hereditariae sitae sunt, degit, hereditatis erit controversia terminanda. Dat. VII. Kal. Maii Seculare [27]) et Donato Conss. [260.]

Tit. XXI.

f) UBI DE RATIOCINIIS, TAM PUBLICIS QUAM PRIVATIS, AGI OPORTET [28]).

1. g) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [29]) Gerontio. — Eum, qui aliena negotia sive ex tutela, sive ex quocunque alio titulo administravit, ubi haec gessit, rationem oportet reddere. Dat. VII. Kal. Aug. Annibaliano [30]) et Asclepiodoto Conss. [31]) [292.]

2. h) Impp. Honorius et Theodosius AA. Macedonio, Magistro militum. — Nemo post depositum cingulum, [32]) privatae vitae redditus, ob negotium, quod militiae causa est ei exortum, praestandi ratiociinii gratia eius numeri, in quo militavit vel quem ipse gessit, a quocunque pulsatus fori praescriptionibus utatur. Unumquemque enim super huiuscemodi causis [33], publicis, quas, dum militaret, exercuit, vel [34]) super ratiociniis militaribus, per quae suos contubernales afflixisse asseritur, in militari oportet iudicio respondere, in quo et instructio sufficiens, et nota testimonia, et verissima possunt documenta praestari [35]). Dat. prid. Kal. Iun. Constantinop. Asclepiodoto et Mariniano Conss. [36]) [423.]

TIT. XXII.

---

a) *Dig. V.* 1. *Hic tit. in ms. Pist. post tit.* 40. *lib. II. interiectus est.* — b) *Bas. VII.* 5. 81. — c) *Bas. VII.* 5. 82. — d) *Dig. V.* 1. — e) *Bas. VII.* 5. 83.; *pars eiusd. amplioris rescr. esse videtur l.* 2. *C. de interdict. VIII.* 1. — f) *Dig. V.* 1. — g) *Bas. VII.* 5. 84. — h) *Bas. VII.* 5. 85.

1) debet *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, vel esse queat *addit ms. Pist.*, *Cont.* 66. 76. *in marg.* — 2) et CC. *absunt a mss. Pist. Vat.* — 3) dominium *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — 4) *Hal. Cont.* 62.; intelliget evict. per. *mss. Bg. Pl.* 2.; intelligit sibi evict. per. *ms. Pl.* 1.; intelligis evict. per. pertinere ad se *ed. Schf.*; intelligis sibi evict. per. imminere *ed. Nbg.*; intelligis evict. illi per. imminere *Russ. Cont.* 66. *et rell.*, *quam lect. ex glossis in textum receptis oriundam esse*, *Russ. in marg. recte censet.* — 5) actoris *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; *sed* διὰ — τὸν πράτην *Bas.* — 6) et *inserunt Hal. et rell. praeter Sp. Bk.* — 7) universos *abest a ms. Pist.* — 8) finiendo *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62. — 9) locis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — 10) excipiet *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; accipiat *Bk.* — 11) iudicem *Sp. Bk.* — 12) dominum *et statim post* facientem *mss. Pl.* 1. 2. — 13) proponendis *abest ab Hal.* — 14) voluptate *ms. Pl.* 1. — 15) de *abest ab edd. Nbg. Hal.* — 16) actione *ms. Pl.* 1. — 17) D. XVII k. iul. const. ā *ms. Pist.*, *quae subscr.* (*quam ita interpretor*: Dat. XVII. Kal. Iul. Constantinop. Arcad.) *fortasse ad l.* 3. *hoc tit. pertinuit.* — 18) Grat. Valent. et Theod. *mss. Pist. Cas. Vat.*; Valent. Grat. et Theod. *ms. Bg.*, *ed. Nbg.*; Grat. et Val. *mss. Pl* 1. 2. — 19) ad Terentium, Correctorem Tusciae *addit Cont.* 76., *quod supplementum ex l.* 4. *Th. C. II.* 2. *satis male repetitum est*, *quippe quae similis quidem sit nostrae const.*, *neutiquam vero eius fons.* — 20) sequatur *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.* — 21) et *abest a ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.*; *verum* καὶ ὅπου τὰ πράγματα διάκειται *Bas.* — 22) A. *inserit Bk.* — 23) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; vel *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 24) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; scriptus heres *mss. Vat. Pl.* 2.; heredes scripti *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 25) debet *mss. Vat. Pl.* 2.; debent *mss. Pist. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Nbg.* — 26) Messiae (Mesiae) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Messalae *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *cfr. l.* 2. *C. VIII.* 1. — 27) *ms. Pist.*; Saeculari *Hal. et rell.*; *II. addit Bk.* — 28) agi oportet *post* Ubi *collocantur in mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *rubr. abest ab ed. Schf.* — 29) et CC. *absunt a ms. Pl.* 1. — 30) Annibalione *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; Hannibaliano *Cont.* 62. *Bk.* — 31) d. pri. k iun cons. ācletodoto et marino cōs *ms. Pist.*, *quae subscr. ad. l.* 2. *hoc tit. pertinet*, *quod huius docet inscr.* — 32) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; suae *inserunt Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — 33) id est (idem) *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62., *sed* περὶ δημοσίων αἰτιῶν *Bas.* — 34) vel *abest a mss. Pl* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — 35) monstrari *mss. Pl.* 1. 2. — 36) *hanc subscr. restitui ex ms. Pist.*, *quod eam legi* 1. *hoc tit. adscriptam habet* (*cfr. not.* 31 *ad. l.* 1. *cit.*); Dat. II. Id. Iun. * Coss. *Hal. et rell.*, *quae manca subscr. nonnulla habet verae vestigia.*

Tit. XXII.

[a]) UBI CAUSA [1]) STATUS AGI DEBEAT [2]).

1. [b]) Imp. Alexander A. Aurelio [3]) Aristocrati. — Quae [4]) a te, quum tibi serviret, refugit [5]) et in aliam provinciam se contulit, libertatem sibi vindicans, non iniuria eo loco litigare compellenda est, unde quasi fugitiva recessit. Ideoque remittere eam in provinciam, in qua servivit, praeses provinciae, qui eo loco ius repraesentat, curae habebit; sed non ubi deprehensa est audiri debet. PP. XIII. [6]) Kal. Septemb. Pompeiano et Peligno [7]) Conss. [231.]

2. Imp. Decius A. et Decius C. [8]) Felici [9]). — Procuratores nostros status causas examinare non posse, omnibus notum est. PP. Kal. Decemb. [10]) Decio A. II. et Grato [11]) Conss. [250.]

3. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [12]) Zenoniae. — Si in possessione libertatis constituta es, quum in status etiam quaestione actor rei forum sequi debeat, ibi causam liberalem agi oportet, ubi consistit, quae ancilla dicitur, licet senatoria dignitate actor decoretur. Dat. II. Id. Maii, AA. Conss. [13]) [293—304.]

4. [d]) Iidem AA. et CC. Sisinniae. — Si ex possessione [14]) servitutis in libertatem quis proclamat, ibi agi oportere status causam, ubi domicilium constitutum habet, qui se dominum dicit, non est ambigui iuris. Dat. II. Non. Mart. Byzantio [15]), Caess. Conss. [294—305.]

5. Iidem AA. et CC. Diogeni, Praesidi [16]) insularum. — Iamdudum a nobis statutum est, ut, si quae causae libertinitatis [17]) et servitutis in provinciis inter fiscum et privatos exorirentur, ad rationalem vel magistrum rei privatae, hoc est unde motae essent quaestiones [18]), remitterentur, si quae vero ingenuitatis essent, a rectore provinciae examinarentur. Dat. [19]) V. Non. Aug. Caess. Conss. [294—305.]

6. [e]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — In litibus, in quibus, utrum ingenuus an libertinus sit aliquis, quaeritur, quinquennii praescriptionem [20]), post quod divino adiutorio opus esse veteres leges praecipiebant, in posterum cessare sancimus, et huiusmodi lites etiam post memoratum tempus ad exemplum ceterarum vel in provinciis apud earum moderatores, vel in hac alma urbe apud competentes maximos iudices [21]) examinari. Quod etiam, si clarissima persona super tali conditione vel etiam servili quaestionem patiatur, tenere censemus. Dat. III. Non. August..... [22]).

Tit. XXIII.

[f]) UBI QUIS DE CURIALI VEL COHORTALI ALIAVE CONDITIONE CONVENIATUR.

1. Impp. Arcadius et Honorius AA. Florentino [23]) P. U. [24]) — Si quis vel curiae, vel officiis iudicum, aut aliis quibuscunque corporibus obnoxius intra provinciam ab his erit, quos aufugit [25]), comprehensus, non exspectata eius [26]) indicis notione, sub quo per ambitum coeperat militare, penitusque emendicati honoris praescriptione submota, a iudice, qui in locis aditus fuerit, audiatur, manifestarumque rerum probatione convictus eorum societati, quos declinaverat, aggregetur. Dat. XII. Kal. August. Mediolani, Caesario et Attico Conss. [397.]

2. [g]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. P. — Hac perpetua lege sancimus, provincialibus iudiciis non posse fori praescriptionem opponere eos, qui ad curias [27]) vocantur, vel cohortalibus deberi dicuntur [28]) officiis, vel aliis corporibus obnoxii sunt, eos etiam, qui superexactiones vel concussiones perpetrasse firmentur [29]); exceptis videlicet his, qui armata militia praediti sunt vel alias [30]) speciali beneficio principali sese defendunt, ita tamen, ut cui ex militaribus viris curiae nomen vel cohortalis officii quaestio ingeratur, rector provinciae super eius nomine tam ad sedem tuae magnificentiae, quam ad magisteriam vel competentem referat potestatem, ut hi, qui velut debiti postulentur, provinciali iudicio destinati ibi eventum iudicii exspectent, ubi iura moveri praecipiunt huiusmodi quaestiones. Super publicis autem functionibus et debitis nemini liceat fori praescriptionem opponere praeter eos [31]), qui specialiter excepti sunt. Ceteros excelsae tuae sedis et rectorum provinciarum in quolibet negotio declinare minime posse iudicium decernimus, ita ut, qui tam saluberrimam legem pertinaciter violare tentaverint, sciant, a moderatoribus provinciarum adversus se tanquam in [32]) contumaces sententiam proferendam. Dat. XI. Kal. [33]) Octob. Constantinop. Valentiniano A. V. et Anatolio V. C. Conss. [34]) [440.]

TIT. XXIV.

---

[a]) *Dig. V.* 1. — [b]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 120.; *Bas. VII.* 5. 86. — [c]) *Bas. VII.* 5. 87. — [d]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 120.; *Bas. VII.* 5. 88. — [e]) *Bas. VII.* 5. 89. — [f]) *Dig. V.* 1. — [g]) *Nov. Theod. XII.*

[1]) causas *Hal.* — [2]) oportet *ms. Pl.* 1.; oporteat *Hal.* — [3]) Aurelio *abest a mss. Vat. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg., Coll. Ans. ded.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*, *Coll. Ans. ded.*; Ea, quae *edd. Nbg. Russ. Cont. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2., *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *Coll. Ans. ded.*; fugit *Cont.* 66. *et rell.* — [6]) XII. *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur*, *nisi quod habet* religno. — [7]) Pelignano *Bk.*; Feliciano *Russ. Cont. in marg.*; *v. not. praeced.* — [8]) *Decium Caes.*, *qui abest ab inscr. edd. Nbg. Hal. et postea rell.*, *adiiciendum esse apparet ex mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [9]) Impp. ānt ā Elidoro *ms. Pist.*, *quae inscr. pertinet ad l.* 4. *C. III.* 26. — [10]) *diem firmat ms. Pist.* — [11]) ā.ā.ā. II. et grto *ms. Pist.* — [12]) et CC. *absunt a ms. Pl.* 1. — [13]) prid. id. apr. bizantio conss. *ms. Pist.* — [14]) Si expositione *ms. Pl.* 2., *Coll. Ans. ded.* — [15]) *Hal.*; Byzantii *Russ. et rell.*; *cfr. not.* 13. *ad l. praeced.* — [16]) praefecto *ms. Cas.* — [17]) libertatis *Russ. Cont. in marg.* — [18]) mota est quaestio *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.* — [19]) pp *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur*, *nisi quod abest ab eo* Caess. — [20]) divisionem *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; dimensionem *edd. Nbg. Hal.*, *var. l. gl.* — [21]) competentia maxima iudicia *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [22]) D XV K oct valt āāā. V et anatorio ss *ms. Pist.*, *quae subscr. potius pertinet ad l.* 2. *tit. seq.* — [23]) Flore *ms. Vat.*; Floro *rell. mss. et edd.*; *nostram tamen lect. veram esse*, *lege ap. Iac. Gothofr. Prosopogr. Cod. Theod. p.* 55. — [24]) *mss. Cas. Bg.*; P.P. *mss. rell. et edd.*; *sed v. Iac. Gothofr. l. l.* — [25]) aufugerat *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Nbg.* — [26]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt*, *edd. Schf. Cont.* 62.; eiusdem *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [27]) curiam *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Nov. Theod.* — [28]) dicentur *mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal Russ. Cont.* 62. — [29]) firmantur *Nov. Theod.* — [30]) vel aliis, qui *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; vel ab aliis, qui *ed. Schf.* — [31]) etiam *addunt ms. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62., *Nov. Theod.*; in *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [33]) *Nov. Theod.*, *Bk.*; XII. Kal. *Hal. et rell.* — [34]) Constantin. — Conss. *Cont.* 76. *Bk.*, *repetita subscr. ex Nov. Theod.*; Cyro V. C. Cons. *Hal. et rell.*, *quod Cyri nomen Cont.* 76. *ex rectiore subscr. sua non delevit*; *cfr. not.* 22. *ad l.* 6. *tit. praeced.*

Tit. XXIV.

[a]) UBI SENATORES VEL CLARISSIMI [1]) CIVILITER VEL CRIMINALITER CONVENIANTUR.

1. [b]) Imp. Constantinus A. ad Octavianum [2]), Comitem Hispaniarum. — Quicunque non illustri, sed clarissima dignitate tantum praeditus [3]) virginem rapuerit, vel fines aliquos invaserit, vel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus [4]), intra provinciam, in qua facinus perpetravit, publicis legibus subiugetur, nec fori praescriptione utatur. Omnem enim huiusmodi [5]) honorem reatus excludit. Dat. prid. Non. [6]) Decemb. Serdicae. Accepta V. Non. Mart. Cordubae [7]), Gallicano et Basso Conss. [8]) [317.]

2. [c]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus [9]) AAA. ad Senatum. — Senatores in pecuniariis causis, sive in hac alma [10]) urbe sive in suburbanis degunt, in iudicio tam praetorianae quam urbicariae praefecturae, nec non magistri officiorum (quoties tamen ad eum nostrae pietatis emanaverit iussio), in provinciis vero ubi larem fovent, aut ubi maiorem honorum partem possident et assidue versantur [11]), respondebunt. [Dat. Kal. Mart. Valentiniano A. et Neoterio Conss. [12]) [390.]]

3. [d]) Imp. Zeno A. Arcadio P. P. — Quoties viro forte patricio, vel expatricio, vel ei, quem praetorianae vel urbicariae amplissimae sedis administratio illustravit, vel consulari viro, quem tam ordinaria professio quam sacra [13]) nostrae pietatis pariter sublimavit oratio, quive magisteriae potestatis sudoribus clarus factus est, vel ei, qui magistri officiorum vel quaestoris officio functus, aut sacro [14]) nostrae pietatis cubiculo praepositus post depositam administrationem senatorio ordini sociatus est, aut cui nostra serenitas domesticorum scholam regendam mandavit, cuive sacros nostri numinis thesauros aut res privatas nostrae pietatis [15]) vel serenissimae Augustae, nostrae coniugis, gubernandas iniunxit, post depositam videlicet administrationem, crimen publicum privatumve, cui tamen non per procuratorem respondere liceat, in hac alma urbe vel in provinciis commoranti ingeratur, nullius alterius iudicis, nisi nostrae pietatis, huiusmodi esse cognitionem, vel sacri tantummodo cognitoris, cui nostra serenitas huiusmodi negotii audientiam vice sua sacris apicibus mittendis mandaverit, ita tamen, ut apud talem [16]) iudicem, nullius officii vel scholae intercedente ministerio, more atque habitu sacrarum consultationum, absque nulla videlicet observatione dierum fatalium, introductae causae, viris devotissimis sacri nostri scrinii libellensibus solemnia implentibus, audiantur; eo, qui in crimen vocatus erit, ne quas ante probationes iniurias patiatur, sedendi quoque in aliqua secretarii parte, quae iudicibus inferior, altercantibus vero superior esse videatur, habituro licentiam. §. 1. Adeo autem tantarum honores dignitatum duximus angendos, ut ne sacro quidem cognitori nostro [17]), postquam [18]) crimen fuerit patefactum, contra huiusmodi viros vel eorum substantias [19]) statuendi aliquid concedamus facultatem, sed hoc [20]) solummodo in huiusmodi viros vice quoque principis auditori [21]) licebit, ut intentatum apud se crimen, si patefactum fuerit [22]), ad principalem referat notionem [23]). Ultionis autem tantis inferendae dignitatibus modus non nisi in principis residebit [24]) arbitrio, quum sit certum, oportere accusatoris calumniam, reo videlicet protinus [25]) absolvendo, inconsulta quoque nostra serenitate, prout leges sanciunt, coërceri, nisi forte accusator quoque non minoris quam reus sit dignitatis; in hoc namque casu super coërcenda huiusmodi accusatoris calumnia non immerito consulenda erit principalis auctoritas. §. 2. Viros autem illustres in hac inclyta urbe degentes, qui sine administratione honorariis decorati fuerint codicillis, licet talem praerogativam nostrae iussionis meruerint, ut quod non egerint videantur egisse, in criminalibus causis magnificae tuae sedis et illustrissimae urbicariae praefecturae nec non etiam viri magnifici magistri officiorum (quoties tamen ad eius iudicium specialis nostrae pietatis emanaverit iussio) sententiis respondere decernimus, ita ut huiusmodi viri sedendi quidem in cognitionibus dicendis minime sibi vindicent facultatem. Sciant autem ipsi quoque, nec de se, nec de suis [26]) facultatibus iudicaturos aliquid, nec probatis criminibus, nisi prius ad nostram pietatem retulerint, posse statuere. §. 3. Quoties autem viri illustres in provinciis constituti (non hi tamen, quorum cognitio ad nostram maiestatem vel ad iudicem vice nostri numinis auditurum pertineat) in querimoniam fuerint criminalem vocati, et sedendi, quum celebratur cognitio, in secretariis iudicantium ius consequantur, et iudices, patefactis quoque criminibus, ferendis contra huiusmodi viros [27]) vel facultates eorum sententiis abstineant, dum nostrae pietatis ad suas meruerint relationes responsum; supplicio videlicet, quod accusatoribus patefacta eorum calumnia ingerendum est, nec apud provinciales iudices, si non, sicut superius dictum est, similem dignitatem habeant, differendo. Dat. Constantinop. [28]) . . .

TIT. XXV.

---

[a]) *Dig. V.* 1. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de accus. et inscr. IX.* 1. — [c]) *videtur ex prolixiore const. desumta esse, cuius altera pars est l.* 13. *Th. C. de accus. et inscr. IX.* 1.; *Bas. VII.* 5. 90. — [d]) *Bas. VII.* 5. 91. *Haec const. tantum usque ad vv.* sacris apicibus *in princ. legitur in ms. Pl.* 1.

[1]) viri *inserit ms. Bg.* — [2]) Octavum *mss. Vat. Cas. Pl.* 1. 2.; Octavium *mss. Pist. Bg.*, *Hal.* — [3]) Quicunque clarissimae dignitatis *Theod. C.* — [4]) statim *inserit Theod. C.* — [5]) huiusmodi *abest a Theod. C.* — [6]) *ms. Pist.*, *Theod. C.*; II. Non. *Hal. et rell.* — [7]) *Theod. C.*, *Russ. Cont.* 62. *Bk.*; Serdicae — Cordubae *absunt ab Hal. et rell.* — [8]) *conss. firmat ms. Pist.* — [9]) *hos impp., qui sunt inscripti in omnibus edd. praeter Bk., firmant mss. Pist. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Grat. et Valent. *ms. Cas.*; Valentinianus, Theodos. et Arcad. *Bk.*; *cfr. l.* 13. *Th. C. IX.* 1. — [10]) alma *abest a mss. Bg. Gt., ed. Schf.* — [11]) conversantur *ms. Bg., edd. Nbg. Schf.* — [12]) *hanc subscr., quam habent Cont.* 66. *et postea rell.* (*ita tamen, ut Bk. post* A. *inserat num.* IV.), *falsam esse, colligitur ex inscr., quam utpote codd. fide munitam corrigere non licet*; Dat. Kal. Mart. * *Hal. Russ. Cont.* 62.; D XII k oct. apro ess *ms. Pist.*, *quae subscr. magis ad l.* 2. *tit. XXVI. referenda est. Equidem subscr. restituere malim ex l.* 13. *Th. C. cit. ita*: Lecta in Senatu III. Id. Feb. Valente V. et Valentiniano AA. Conss. (376.); *cfr. Iac. Gothofr. in comment. ad l.* 13. *cit.* — [13]) sacrae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [14]) sacrae *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.* — [15]) partis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [16]) illum *edd. Nbg. Hal.*; ἐν τῷ τοιούτῳ διϰαστηρίῳ *Bas.* — [17]) nostro *abest a mss. Bg. Pl.* 2., *edd. Schf. Cont.* 62. — [18]) nec postquam *mss. Bg. Pl.* 2. *Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [19]) substantiam *mss. Pl.* 2. *Gt., Cont.* 76. — [20]) si hoc *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [21]) auditurus *Hal. Bk.*; ὁ βίϰε πρίγϰιπις ἀϰροώμενος *Bas.* — [22]) fuisset *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [23]) notitiam *edd. Nbg. Hal.* — [24]) sedebit *edd. Nbg. Hal.* — [25]) reo penitus *omisso* videl. *edd. Nbg. Hal.* — [26]) de se vel suis *ms. Bg., ed. Schf.* — [27]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; illustres *edd. Schf. Russ. et rell.* — [28]) *haec lacunosa subscr. est apud Cont.* 62. *et postea rell., abest ab Hal. Russ.*

Tit. XXV.

[a]) IN QUIBUS CAUSIS MILITANTES FORI PRAESCRIPTIONE UTI NON POSSUNT.

1. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. — Omnes omnino domesticos et agentes in rebus, et quaecunque alia praetenditur [1]) militia vel dignitas [2]), sub moderatoribus provinciarum pro [3]) functionibus publicis respondere, nulla fori praescriptione valitura, sancimus, si hac, qui exiguntur publica debita, uti tentaverint. Immo et in aliis privatis actionibus occupatos volumus [4]) respondere, qui [5]) per provincias sociantur [6]) vel conductorum vocabulis, quum non armata militia praediti sint [7]), defendantur, sive domorum divinarum, sive virorum potentium, seu cuiuslibet conditionis sint conductores, nisi [8]) forte commeatum ad rem propriam componendam unius anni inducias ostenderint se accepisse; eadem forma servanda in his etiam, qui mercandi et [9]) militandi sacra beneficia meruerint, ut et ipsi rectoribus provinciarum respondeant. Dat. XIV. Kal. Maii [10]) Constantinop. Theodosio A. XVII. [11]) et Festo Conss. [439.]

Tit. XXVI.

[c]) UBI CAUSAE FISCALES [12]) VEL DIVINAE DOMUS HOMINUMQUE EIUS AGANTUR.

1. [d]) Impp. Severus et Antoninus AA. Dioscoro. — Non defensae mortis quaestionem apud procuratores nostros non oportere tractari, nec bona a [13]) fisco peti posse, quam si [14]) de crimine constiterit apud eum, cui convictis poenam irrogare licet, quis ignorat? Plane defunctis homicidii reis apud procuratores quoque causam agendam esse, ratio permittit. PP. VII. Id. Maii Laterano et Rufino Conss. [15]) [197.]

2. [e]) Iidem AA. Aristae. — Non animadvertimus, cur causam [16]), ad officium procuratorum nostrorum pertinentem, ad proconsulis notionem advocare velis. Nam quum hoc quaeratur, an pater tuus mortem sibi consciverit metu alicuius poenae, ac propterea bona a fisco vindicari debeant, iam non de crimine aut poena mortui, sed de bonis quaerendum est. Dat. XII. Kal. Octob. Apro et Maximo [17]) Conss. [207.]

3. Imp. Antoninus A. Heliodoro. — Procurator meus, qui vice praesidis provinciae non fungitur, sicut exigere poenam desertae accusationis non potest, ita indicare, ut ea inferatur, sententia sua non potest. Dat. X. Kal. Septemb. Laeto [18]) et Cereale Conss. [19]) [215.]

4. Imp. Alexander A. Maximae [20]). — Quum vendente procuratore meo emisse te praedia dicas, pretium eorum necessario solvere debes. Cum his vero [21]), quibus mandantibus eadem praedia emisse te et tradidisse dicis, agente te, procurator meus, si eiu audientiam elegeris, cognoscet, ut pecuniam, quae pretii nomine tibi debetur, et usuras, quae fisco solvendae sunt, consequi possis. PP. IV. Id. Octob. Maximo et Paterno Conss. [233.]

5. Imp. Constantinus A. ad Ursum [22]). — Ad fiscum pertinentes causas rationalis decidat, omnibus concussionibus prohibendis. Dat. Non. Febr. Constantino A. III. et Licinio III. Conss. [23]) [313.]

6. [f]) Imp. Constans A. [24]) ad Italicum. — Si quis adversus conductorem nostrum aliquid agendum crediderit, viro illustri comiti rerum privatarum referri oportet, ne et iudici existimationis, et officio eius salutis discrimen immineat. Dat. VIII. Kal. Febr. Bononiae, Placido et Romulo Conss. [25]) [343.]

7. [g]) Impp. Constantius et Constans [26]) ad Bulephorum, Rationalem summae rei [27]). — Dominicis colonis et [28]) patrimonialibus gravitatem tuam censuimus [29]) disceptatricem esse debere. Duces enim et praepositos limitum [30]) et castrorum, et rectores pro-

---

[a]) *Dig. V.* 1. *Hic tit. abest a ms. Pl.* 1. — [b]) *Nov. Theod. XI.; Bas. VII.* 5. 92. — [c]) *Dig. V.* 1. *Hic tit. abest a ms. Pl.* 1. — [d]) *Bas. VII.* 5. 93. — [e]) *Bas. VII.* 5. 94. — [f]) *Bas. VII.* 5. 95. *Pars est prolixioris const., cuius alia pars continetur in l.* 1. *C. de privil. dom. Aug. XI.* 74. — [g]) *Bas. VII.* 5. 96.

[1]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *Nov. Theod.*; praetendatur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) militiae dignitas *Nov. Theod.* — [3]) pro *abest a Nov. Theod.* — [4]) malumus *Nov. Theod.* — [5]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Nov. Theod.*; vero *inserit ed. Nbg.*; vel *addunt Hal. et rell.* — [6]) otiantur *ms. Bg.*, *Russ. Cont. in marg.*; negotiantur *liber Auredani apud Char.*, *var. l. gl.*, *Russ. Cont. in marg.*, *cui lect. videntur Bas. plurimum favere.* — [7]) quum non — sint *absunt a Nov. Theod.* — [8]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*, *Nov. Theod.*; nisi si *Russ. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel *edd. Nbg. Hal. et rell. Nobiscum faciunt et Bas. et Nov. Theod.* — [10]) *Nov. Theod.*, *Cont.* 76. *Bk.*; Dat. III. Kal. * *Hal. et rell.* — [11]) XVIII. *Cont.* 76., *Nov. Theod.*, *a qua et absunt* et Festo. — [12]) causa fiscalis *mss. Cas. Gt.*, *Hal.* — [13]) a *abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.* — [14]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; antequam se *ed. Schf.*; priusquam si *Cont.* 62.; priusquam *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) et Conss. *absunt a ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [16]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *quae et statim post* pertinentem; causas — pertinentes *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) et Maximo *absunt a ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. firmat, sed eam legi* 2. *C. III.* 24. *adscriptam habet*; *cfr. not.* 12. *ad l.* 2. *cit.* — [18]) II. *inserit Bk.* — [19]) D. NN. Febr. const. a IV et licinnio conss *ms. Pist.*, *quae subscr. aptius refertur ad l.* 5. *hoc tit.*; *cfr. not.* 23. *ad leg. cit.* — [20]) Maximo *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [21]) vero *abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [22]) *Ursus*, *a.* 313. *rationalis Afric.*, *ad quem est l.* 2. *C. III.* 11. — [23]) *ad a.* 313. *pertinere nostram const.*, *Iac. Gothofr. iam contendit in Chronol. Cod. Theod. p. VI. et XXXVI.*, *ex causis vero historicis aperte demonstravit in comment. ad l.* 1. *Th. C. II.* 7.; *cuius viri sententiae suffragatur ms. Pist.*, *quod legi* 3. *hoc tit. adscriptam habet subscr.*, *quae non ad aliam potest, quam ad nostram const. referri, atque cum Gothofr. coniectura bene convenit, cfr. not.* 19. *ad l.* 3. *cit.*; Dat. Non. Febr. Constantinop. (Constantino) Feliciano et Titiano *Hal. et rell.* — [24]) Idem A. *mss. nostra et edd. omnes*; *Constantem tamen esse huius const. auctorem, luculenter demonstravit Iac. Gothofr. in Chronol. Cod. Theod. p. XLIV. et in comment. ad l.* 5. *Th. C. XI.* 16. *Quam autem facile illa vitiosa inscr.* Idem A. *oriri potuerit, exinde luculentum est, quod in codd. Constantis, Constantii et Constantini nomina eodem significari solent scribendi compendio*; *quum igitur legi* 5. *hoc tit.* Imp. const. *inscriptum esset, idemque nomen in inscr. legis* 6. *rediret, hoc mutatum est in* Idem A. — [25]) *hanc subscr. restitui ex l.* 5. *Th. C. XI.* 16. (*quae est l.* 1. *Iust. C. XI.* 74.), *auctore Iac. Gothofr. in comment. ad. l.* 5. *cit.*; D. Kal. Febr. * Coss. *Hal. et rell.*; Dat. XVI. k mar limnio et catulio css *ms. Pist.*, *quae subscr. ad l.* 7. *seq. pertinet.* — [26]) Idem A. *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* Impp const. ā *ms. Pist.*; *cfr. not.* 24. *ad l.* 6. *praeced.* — [27]) summae rei *ad ipsum textus initium trahunt mss. Pist. Cas.* — [28]) colonis in *edd. Nbg. Hal.*, *quod reprobant Bas.* — [29]) *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *edd Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; constituimus *ms. Bg.*; censemus *Cont.* 66. *et rell.* — [30]) *Cont.* 76.; militum *mss. et edd. rell.*, *licet Cont. Char. Pac. Sp. in notis* limitum *praeferant*; οἱ προαιπόσιτοι τῶν ἀπὸ πολεμίων ἀγρῶν ἀποσπασθέντων *Bas.*

provinciarum evocandis et arcessendis colonis abstinere oportet. Dat. XVI. Kal. Mart. Limenio et Catullino Conss. [a]) [349.]

8. [a]) Imp. Constantius [2]) A. ad Taurum P. P. — Quum aliquid colonus aut servus rei privatae nostrae contra disciplinam publicam asseratur perpetrare, ad iudicium rectoris provinciae venire cogendus est, sic videlicet, ut praesente rationali vel procuratore domus nostrae inter eum et accusatorem causa tractetur, et, si facinus fuerit approbatum, inris severitas exseratur [3]). Dat. V. Non. Mart. Sirmii, Datiano et Cereale Conss. [4]) [358.]

9. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Philippum, Vicarium urbis [5]). — Universi fiduciam gerant, ut, si [6]) quis eorum ab actore rerum privatarum nostrarum sive a procuratore vexatus fuerit iniuriis, super eius contumeliis [7]) vel depraedationibus deferre querimoniam sinceritati tuae vel rectori provinciae non dubitet, et ad publicae sententiam [8]) vindictae sine aliqua trepidatione convolare. Quae res quum fuerit certis probationibus declarata, sancimus et edicimus [9]), ut, si in provincialem hanc audaciam quisquam moliri ausus fuerit, publice vivus concremetur. Dat. III. Non. Iul. Heracliae, Valentiniano et Valente AA. Conss. [10]) [365.]

10. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [11]) AAA. ad Polemium P. P. — Nullum ex officio rationalis, qui exactioni vel chartis [12]) inserviat, in aliud iudicium [13]) adduci [14]) oportet, nisi forte cuiuspiam caput accusatio legibus instituta pulsaverit. Dat. III. Kal. Maii Arcadio [15]) et Bautone Conss. [385.]

11. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Artaxi, Praeposito sacri cubiculi. — Hac lege sancimus, ut, sive agat domorum nostrarum colonus inquilinusve [16]) aut servus, sive pulsetur ab aliquo super criminali vel [17]) civili negotio, non alibi [18]), quam tui culminis ac viri spectabilis comitis domorum petatur examen; nullius allegatione super fori praescriptione penitus admittenda. Dat. V. Id. April. Eudoxio et Dioscoro Conss. [19]) [442.]

Tit. XXVII.

QUANDO [20]) LICEAT [21]) UNICUIQUE SINE IUDICE VINDICARE SE VEL [22]) PUBLICAM DEVOTIONEM.

1. [e]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [23]) AAA. ad provinciales. — Liberam resistendi cunctis tribuimus facultatem, ut quicunque militum vel privatorum ad agros nocturnus populator intraverit, aut itinera frequentata insidiis aggressionis obsederit, permissa cuicunque licentia digno [24]) illico supplicio subiugetur, ac mortem, quam minabatur, excipiat, et id, quod intendebat, incurrat. Melius enim est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare [25]). Vestram [26]) igitur vobis permittimus ultionem, e quod [27]) serum est punire iudicio, subiugamus edicto, ut [28]) nullus parcat militi, cui obviare telo oporteat, ut latroni. Dat. Kal. Iul. [29]) Tatiano et Symmacho Conss. [391.]

2. [f]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Hadriano P. P. — Opprimendorum desertorum facultatem provincialibus iure permittimus. Qui si resistere ausi fuerint, in his velox ubique [30]) iubemus esse supplicium. Cuncti etenim adversus latrones publicos desertoresque militiae ius sibi sciant pro quiete communi exercendae publicae ultionis indultum. Dat. V. Non. Octobr. Theodosio A. et Rumoridio [31]) Conss. [403.]

Tit. XXVIII.

[f]) DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

1. [g]) Imp. Severus A. [32]) Victorino. — Quum de inofficioso matris suae testamento filius dicere velit adversus eum, qui ex causa fideicommissi hereditatem tenet, non est iniquum hoc ei accommodari, ut perinde [33]) fideicommissarius teneatur, ac si pro herede aut pro possessore possideret. PP. V. Kal. Iul. [34]) Falcone et Claro [35]) Conss. [193.]

2. Idem

---

[a]) *Bas. VII.* 5. 97. — [b]) *Bas. VII.* 5. 98. *Const. eiusd. argumenti et fere consona Constantini est l.* 1. *Th. C. de actoribus X.* 4., *cuius adeo inscr. ex parte cum nostra lege congruit; quapropter facile quis de errore Triboniani cogitaverit.* — [c]) *Bas. VII.* 5. 99. — [d]) *Bas. VII.* 5. 100. — [e]) *l.* 2. *Th. C. ad leg. Corn. de sicar. IX.* 14. — [f]) *l.* 14 *Th. C. VII.* 18. — [g]) *Bas. XXXIX.* 1. 38. (*Fabr. T. V. p.* 208.) — *Sch. a. b.* (*Fabr. T. V. p.* 261.)

[1]) *hanc subscr. restitui ex ms. Pist.*; A. XVI. Kal. Mart. Licinio * Coss. *Hal. in not.*, *Russ. et rell.* — [2]) Idem ā (āā) *mss. Pist. Cas. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Imp. Constantinus A. *Cont.* VI. *Char. Pac.* — [3]) exerceatur *edd. Nbg. Hal.* — [4]) *hos conss. restitui ex ms. Pist.*; Arbitrione (Arbitione *vel* Arbetione) et Lolliano Conss. (355.) *Hal. et rell.*; *rectiorem amen esse nostram lect.*, *exinde apparet*, *quod a.* 355. *numquam Sirmii commoratus est Constantius* (*quapropter in loco errorem iam notavit Iac. Gothofr. in Topogr. Cod. Theod. p.* 125.), *sane vero per a.* 358. *integrum Sirmii constitit* (*cfr. idem in Chronol. Cod. Theod. p. LVIII.*). — [5]) *Cont.* 62. 76.; vicarium *mss. Pist. Cas. Bg.*; virum clarissimum *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *cfr. l.* 1. *Th. C. cit. in inscr.* — [6]) ut quum *ms. Pl.* 2., *Hal.* — [7]) calumniis *l.* 1 *Th. C. cit.* — [8]) publicam sententiam *ms. Bg.*, *ed. Nbg.*; publicam scientiam *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [9]) et edicimus *absunt a ms. Gt.*, *l.* 1. *Th. C. cit.* — [10]) D. V. id. ap̄ eudoxio et dioscoro ās *ms. Pist.*, *quae subscr. pertinet ad l.* 11. *hoc tit.* — [11]) *si vera est subscr. huius const.*, *mendosam habemus inscr.*, *in qua delendus Gratianus et adiiciendus Arcadius*; *ita legit Bk.* — [12]) carni *ms. Bg.* — [13]) in alio iudicio *mss. Pl.* 2 *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [14]) abduci *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [15]) A. *inserit Bk.* — [16]) aut inquil. *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [17]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; seu *edd. Schf. Russ. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; non alterius *Russ. et rell.* — [19]) *conss.*, *qui absunt ab Hal. et rell.*, *restitui ex ms. Pist.*, *quod hanc subscr. legi* 9. *hoc tit. subiunxit*, *quae in eo cod. est ultima hui. tit.*; *cfr. not.* 10. *ad l.* 9. *cit.* — [20]) Ubi vel quando *mss. Pist. Cas. Pl.* 1.; Ubi et quando *ms. Bg.* — [21]) licet *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [22]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal.*; vindicare *omissis* se vel *ms. Pl.* 1.; se vindic. et ob *ed. Nbg.*; se vindic. vel *Russ. et rell.* — [23]) Valentinian. et Theod. *mss. Pist. Vat.* — [24]) dignos *ms. Pl.* 1.; dignus *Theod. C.* — [25]) vindicari *Theod. C.* — [26]) Nostram *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [27]) quos *Theod. C.* — [28]) ut *abest a Theod. C.*; et *ed. Schf.* — [29]) iun. *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [30]) ubicunque *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [31]) Rumoridio *Hal. et rell. praeter Bk.*; rumoride *ms. Pist.*, *quod caeterum totam subscr. tuetur.* — [32]) Impp. Severus et Antoninus AA. *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. omnes praeter Bk.*; *quam saepe autem factum fuerit*, *ut ex solo* ā *subinde* ānt *oriretur*, *lege in not.* 10. *ad l.* 1. *C. II.* 12. *not.* 9. *ad l.* 1. *C. II.* 19. *not.* 23. *ad l.* 7. *eod.*; Imp. Sev. ā ant āā *ms. Pl.* 1. — [33]) proinde *ms. Bg.*; *sed* ὁμοίως *Bas.* — [34]) *diem firmat ms. Pist.* — [35]) falcedone et cloro *ms. Pist.*

2. [a]) Idem A. [1]) Lucretio. — Quamvis de inofficioso testamento actarum te bonorum possessionem accepisse proponas, tamen scriptis heredibus auferri possessionem, incivile est. Dat. IV. Kal. [2]) Decemb. Dextro II. [3]) et Prisco Conss. [196.]

3. [b]) Idem A. [4]) Ianuario. — Si mater, filiis duobus heredibus institutis, tertio post testamentum suscepto, quum mutare idem testamentum potuisset, hoc facere neglexisset, merito, utpote non iustis rationibus neglectus, de inofficioso querelam instituere poterat [5]). Sed quum eam in puerperio vita decessisse proponas, repentini casus iniquitas per coniecturam maternae pietatis emendanda est. Quare filio tuo, cui nihil praeter maternum fatum imputari potest, perinde virilem portionem tribuendam esse censemus, ac si omnes filios heredes instituisset. Sin autem heredes scripti extranei erant, tunc de inofficioso testamento actionem instituere non prohibetur. PP. VIII. Kal. Iul. Laterano et Rufino Conss. [6]) [197.]

4. Impp. Severus et Antoninus AA. [7]) Soterico et aliis. — Quum ex causa fideicommissi secundum praetoris decretum in libertate morati sitis, filios etiam susceperitis, quamvis postea domini vestri testamentum inofficiosum sit pronuntiatum agente filio, non est aequum, fieri vobis libertatis quaestionem. PP. VI. Id. Mart. Antonino III. [8]) et Geta II. [9]) Conss. [208.]

5. [c]) Imp. Antoninus A. [10]) Helio. — Si pater tuus post litem contestatam, vel postquam propositum habuisset inofficiosum fratris testamentum dicere, te herede relicto decessit, causam coeptam vel [11]) quocunque modo illi placitam exsequi non prohiberis. PP. prid. Non. [12]) Octob. Gentiano [13]) et Basso Conss. [211.]

6. [d]) Idem A. [14]) Ingenuo. — Quum quaeritur, an filii de inofficioso patris [15]) testamento possint dicere, si quartam [16]) bonorum partem [17]) mortis tempore testator reliquit, inspicitur. PP. VII. Kal. Iul. Romae, duobus [18]) Aspris Conss. [212.]

Authent. de triente et semisse. §. 1. (Nov. 18. c. 1.) — *Novissima lege cautum est, ut* [19]), *si quatuor sint filii vel pauciores, ex substantia deficientis triens, si plures sint, semis debeatur* [20]) *eis quoquo relicti titulo, ex aequo scilicet inter eos dividendus, cuius portionis nec usufructu defraudari liberi a parentibus possunt* [21]).

Authent. de immensis donation. §. 1. (Nov. 92. c. 1.) — *Unde et si parens in quendam liberorum vel in quosdam donationem immensam fecerit, quisque tantum feret ex hereditate nomine Falcidiae, quantum poterat ante donationem deberi. Licet autem ei, qui largitatem meruit, abstinere ab hereditate, dummodo suppleat ex donatione, si opus sit, ceterorum portionem.*

7. [e]) Idem A. Secundino [22]). — Neptem defuncti actione de inofficioso testamento, quamvis pater eius emancipatus fuerat [23]) defunctus, experiri posse, ignorare non debes. PP. VI. Kal. Iul. Romae, Laeto II. [24]) et Cereale Conss. [25]) [215.]

8. Imp. Alexander A. Florentino. — Parentibus arbitrium dividendae hereditatis inter liberos adimendum non est, dummodo [26]) non minus is [27]), qui pietatis [28]) sibi conscius est, partis, quae intestato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex indicio parentis obtineat. §. 1. Qui autem agnovit indicium defuncti eo, quod debitum paternum pro hereditaria parte persolvit, vel alio legitimo modo [29]), etiamsi minus, quam ei debebatur, relictum est, si is [30]) maior viginti quinque annis est, accusare ut inofficiosam voluntatem patris, quam probavit, non potest. PP. VII. Id. Febr. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

9. Idem A. Romanae. — De inofficioso testamento militis, vel iure militari vel civili facto, vel centurionis, vel tribuni numeri nec filios posse queri, ius certum est. PP. Id. Maii Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

10. [f]) Idem A. Quintiniano [31]). — Si heredum Quintiniani, quem patrem tuum esse dicis, adversus quos de inofficioso testamento acturus eras, iure successionis bona ad fiscum pertinent, vel ipsius Quintiniani bona, utpote vacantia, fiscus tenet, causam apud procuratorem nostrum [32]) agere potes. PP. [33]) II. Id. August. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

11. Idem A. Ingenuo. — In arenam non damnato, sed sua sponte arenario constituto, legitimae successiones integrae sunt, sicuti civitas et libertas manet. Sed si testamentum parens eius fecit, neque de inofficioso testamento accusatio, neque bonorum possessio ei competit; nam talem filium merito quis indignum sua successione indicat, nisi et ipse similis conditionis sit [34]). PP. IV. Kal. Ianuar. Iuliano et Crispino Conss. [224.]

12. [g]) Idem A. Liciniano et Diogeni. — Si pater puellae, cuius vos curatores esse dicitis, filio ex semisse, ipsa autem ex triente, et uxore ex reliquo sextante scriptis heredibus, fidei filiorum commisit, ut, si quis eorum

---

[a]) *Bas. XXXIX.* 1. 39. — *Sch. c. d.* — [b]) *Bas. XXXIX.* 1. 40. — *Sch. e — h.* — [c]) *Bas. XXXIX.* 1. 41. (*Fabr. T. V. p.* 209.) — *Sch. i.* (*Fabr. T. V. p.* 262.) — [d]) *Bas. XXXIX.* 1. 42. *Sch. k. l.* — [e]) *Bas. XXXIX.* 1. 43. — *Sch. n — o.* (*Fabr. T. V. p.* 263.) — [f]) *Bas. XXXIX.* 1. 44. — *Sch. p.* — [g]) *Bas. XXXIX.* 1. 45. — *Sch. p.* (*Fabr. T. V. p.* 264.)

[1]) Iidem AA. *mss. et edd. praeter Bk.*; Idem A. et Antoninus C. *Bk.* — [2]) pp III. k. *ms. Pist.* — [3]) *ms. Pist., Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.* — [4]) Iidem AA. *mss. et edd. praeter Bk.*; Idem A. et C. *Bk.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; potest *Russ. et rell.* — [6]) *hanc subscr. confirmat ms. Pist.* — [7]) Iidem AA. *mss. et edd. praeter Bk.*; *cfr. not.* 32. *ad l.* 1. *hoc tit.* — [8]) *ms. Pist.*; II. *Hal. et rell.*; *nostra tamen lect. melius cum reliqua subscr. congruit.* — [9]) Geta Caes. *Bk.* — [10]) Impp. Antoninus et Geta *Bk.* — [11]) coeptam vel *absunt a ms. Bg.* — [12]) *ms. Pist.*; II. Non. *Hal. et rell.* — [13]) Quentiano *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [14]) Imp. Antoninus A. *Bk.* — [15]) an fratres de inofficioso fratris *Hal.*, *quod est contra fidem codd. et Bas.* — [16]) quarta *omisso si var. l. gl.*; *fortasse ita:* quarta bonorum, quae mortis temp. test. reliquit, inspicitur, *cum quo consentiunt Bas.* — [17]) partem *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.* — [18]) et *inserunt Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [19]) *cautum est, ut absunt a mss. Pl* 2. *Bg., ed. Nbg.*; *ut deest in edd. Schf. Hal. Russ.* — [20]) *debetur mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [21]) *Cont. in suis codd. et Char. in libro Aurelani haec addita reperit: Sed secundum Martianum haec ita, dummodo aliquid iure institutionis eis relinquatur: ut in authent. ut eum de appell. cognoscitur.* — [22]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Secundo *edd. omnes.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; fuerit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [24]) *ms. Pist., Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.* — [25]) *universam subscr. tuetur ms. Pist.* — [26]) dum *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62. — [27]) is *abest a mss. Pl.* 1. *Bg.* (*in hoc serius superscriptum*), *Hal.*; non min. filius *ms. Pl.* 2., *quae lectio ex glossa venit in textum.* — [28]) meritis *a seriore manu inseritur in mss. Pl.* 1. *Bg.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; satisfecit *addunt edd. omnes.* — [30]) is *abest a Cont.* 76. — [31]) Quintiliano *mss. nostra, edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; *in Bas. hoc nomen audit* Κουιντινός. — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt, edd. Nbg. Schf.* — [33]) P. *Cont.* 76. — [34]) est *mss Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*

eorum intra [1]) viginti quinque annos aetatis decederet, superstitibus portionem suam restitueret, praeterea uxori, ut id, quod ex causa hereditatis ad eam [2]) pervenisset, filiis post mortem suam restitueret, fideicommisit, calumniosam inofficiosi actionem adversus iustum iudicium testatoris instituere non debetis, quum ex [3]) huiusmodi fideicommissaria restitutione tam matris quam fratris eius portio ad eam poterat pervenire. PP. Non. Decemb. Alexandro A. III. et Dione [4]) Conss. [5]) [229.]

13. Imp. Gordianus A. Prisciano. — Quum duobus heredibus institutis, uno ex quinque, altero ex septem nuciis, adversus eum, qui ex septem nuciis heres scriptus fuerat, iusta querela contendisse, ab altero autem victum te fuisse alleges, pro ea parte, qua resolutum est testamentum, quum iure intestati, qui obtinuit, succedat, neque legata, neque fideicommissa debentur [6]), quamvis libertates et directae competant, et fideicommissariae praestari debeant. PP. III. Kal. Febr. Gordiano A. et Aviola Conss. [7]) [239.]

14. [a]) Idem A. Prisco. — Eum, qui inofficiosi querelam delatam [8]) non tenuit, a falsi accusatione non submoveri placuit. Idem observatur, et si e contrario falsi crimine instituto victus postea de inofficioso actionem exercere maluerit. PP. VI. Kal. [9]) Decemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

15. [b]) Imp. Philippus A. et Philippus C. [10]) Aphrodisiae. — Filiam praeteritam a matre ad successionem eius citra inofficiosi querelam adspirare non posse, explorati iuris est. PP. V. Kal. Aug. [11]) Philippo A. et Titiano [12]) Conss. [245.]

16. [c]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus Nob. Caes. Theodosiae. — Contra maiores viginti quinque annis duplicem actionem inferentes, primam, quasi testamentum non sit iure perfectum, alteram, quasi inofficiosum, licet iure perfectum, praescriptio ex prioris indicii mora quinquennalis temporis non nascitur, quae officere non cessantibus non potest. PP. Id. Aug. Tusco [13]) et Basso Conss. [258.]

17. [d]) Impp. Carinus et Numerianus AA. Florae. — Quum filium tuum, te praeterita, sororem heredem instituisse proponas, inofficiosi querelam apud praesidem provinciae persequi potes. PP. prid. Id. [14]) Febr. Carino II. et Numeriano AA. [15]) Conss. [284.]

18. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Faustinae. — Quum te pietatis religionem non violasse, sed mariti coniunctum, quod fueras sortita, distrahere nolnisse, ac propterea offensum atque iratum patrem ad exheredationis notam prolapsum esse dicas, inofficiosi testamenti querelam inferre non vetaberis [16]). PP. XVI. Kal. Mart. Nicomediae [17]), Maximo II. [18]) et Aquilino Conss. [286.]

19. [f]) Iidem AA. Apollinari. — Si filia tua [19]) turpiter et cum flagitiosa foeditate vivit, ut [20]) a successione tua eam [21]) excludendam putes, si non inconsulto calore, sed ex meritis eius ad id odium incitatus es, postremi iudicii liberum arbitrium habebis. PP. [22]) XV. Kal. Iul. Sirmii, ipsis V. et IV. [23]) AA. Conss. [293.]

Authent. ut quum de appellat. cognosc. §. Si vero usque ad viginti quinque. (Nov. 115. c. 3.) — *Sed si post viginti quinque annos, te differente filiam marito copulare, ea in suum corpus peccaverit, vel sine consensu tuo marito se, libero tamen* [24]), *copulaverit, eam exheredare non potes.*

20. [g]) Iidem AA. et CC. Saviano [25]). — Filia in orbitate patris relicta, cum marito, cui matre volente nupsit, colens concordiam, iustas offensionis post eiusdem matris poenitentiam causas non praestat, nec ex momentariis voluntatibus matris nupta atque vidua iure esse compellitur. Dat. Non. Ian. Sirmii, Caess. Conss. [26]) [294—300.]

21. [h]) Iidem AA. et CC. Alexandro [27]). — Fratris vel sororis filii, patrui vel avunculi, amitae etiam et materterae testamentum inofficiosum frustra dicunt, quum nemo eorum, qui ex transversa linea veniunt, exceptis fratre et sorore, ad inofficiosi querelam admittatur. De falso sane [28]) per accusationem criminis queri non prohibentur. Dat. VI. Id. Febr. Caess. Conss. [29]) [294—300.]

22. Iidem AA. et CC. Tantillae. — Si maritus tuus facto testamento te quidem ex asse scripsit heredem, filia autem, quam habuit in potestate, ex heredata [30]) facta minime probetur [31]), nihilque ei relictum est, neque iustas offensae causas praestitisse [32]) convincatur [33]), eam de inofficioso testamento patris querentem totam hereditatem obtinere posse, non ambigitur. Quod si iam [34]) obtinuit vel postea vincat [35]), quodcunque maritus mortis suae tempore debuisse tibi pro-

---

[a]) *Bas. XXXIX.* 1. 46. (*Fabr. T. V. p.* 210.) — *Sch. q.* — [b]) *Bas. XXXIX.* 1. 47. (*Fabr. T. V. p.* 211.) — [c]) *Bas. XXXIX.* 1. 48. — *Sch. r—t.* — [d]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 57.; *Bas. XXXIX.* 1. 49. — *Sch. u.* (*Fabr. T. V. p.* 265.) — [e]) *Bas. XXXIX.* 1. 50. — *Sch. x.* — [f]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 57. — [g]) *Bas. XXXIX.* 1. 51. — *Sch. y.* — [h]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 57.; *Bas. XXXIX.* 1. 52. (*Fabr. T. V. p.* 212.) — *Sch. z. a. b.*

[1]) infra *ms. Bg., edd. Nbg. Hal.*; *sed* εἴσω τῶν εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν *Bas.* — [2]) eum *Cont.* 76. — [3]) ex *abest a ms. Bg.*; et *Hal.* — [4]) II. *inserit Bk.* — [5]) PP. a III. k feb. Gord ā et aviola conss. *ms. Pist., quae subscr. ad l.* 13. *prox. pertinet.* — [6]) defendentur *Hal.* — [7]) *hanc subscr. tuetur ms. Pist.*; *cfr. not.* 5. *ad l.* 12. *anteced.* — [8]) querela delata *ms. Pl.* 2., *unum ms. Russ., liber Auredani apud Char.* — [9]) VIII. Kal. *ms. Pist., quod reliquam subscr. firmat.* — [10]) *ita scribendum secundum mss. Pist. Cas. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.*; et Philippus C. *abest a rell.*; *cfr. e. g. l.* 3. *C. II.* 27. — [11]) k. āp. *ms. Pist.* — [12]) taciano *ms. Pist.* — [13]) iusto *ms. Pist., quod reliquam subscr. tuetur.* — [14]) *ms. Pist.*; II. Id. *Hal. et rell.* — [15]) AA. *abest a ms. Pist., quod cum rel. subscr. congruit.* — [16]) vetaris *ms. Pl.* 1. — [17]) *diem et locum ita restitui ex ms. Pist., cuius plenior lectio maiorem fidem meretur*; 8. Kalend. Maii *Hal. et rell.* — [18]) II. *abest a ms. Pist., quod consulum nomina tuetur.* — [19]) *ms. Bg., ms. Pl.* 2. *ex correct., coll. Ans. ded.*; Si filiam tuam eo quod *edd. omnes.* — [20]) *mss. Bg. Gt. Pl.* 2.; *et coll. Ans. ded.*; *tam* ut *quam* et *desunt ab edd. omnibus.* — [21]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., coll. Ans. ded.*; eam *abest ab Hal. et rell.* — [22]) *ms. Pist.*; Dat. *Hal. et rell.* — [23]) V. et IV. *absunt ab Hal. et rell. praeter Bk.*; *suppleri numeri possunt ex ms. Pist., quod habet* ipsis et IV. aā cōs. — [24]) *sine cons. tuo se libero edd. Schf. Nbg. Hal. Russ.* — [25]) Sabinianae *ms. Pist.* — [26]) pp. VI. id. feb. cc. conss. *ms. Pist.*; *sed cfr. subscr. leg.* 21. *seq.* — [27]) Alexandrae *Russ. in marg.* — [28]) plane *ms. Bg.* — [29]) *hanc subscr. restitui ex ms. Pist.*; Dat. * CC. Conss. *Hal. et rell.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; iure *addunt Hal. Russ. et rell., quae vocula post* facta *inseritur in ed. Nbg., et ibidem seriore manu adiecta est in ms. Bg.*; *spuriam eam esse, docet glossa ad h. l.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; prohibetur *ed. Nbg.*; perhibetur *Hal. et rell.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; expresse *inserunt Hal. et rell.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; convincitur *Hal Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [34]) filia *inserunt mss. Pl* 2. *Gt.* — [35]) *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; vel post evincat *Cont.* 62. *Sp. Bk.*; vel postea vindicat *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal. et rell.*

probetur [1]), id ab ea reddi oportet. Dat. Idib. [2]) Febr. Sirmii, Caess. Conss. [294—300.]

23. [a]) Iidem AA. et CC. Philippae [3]) et aliis. — Testamenti factionem [4]) per testationem vos interdixisse matri profitentes, iustam causam [5]) offensae manifeste testamini. Dat. V. Id. [6]) Sept. Caess. Conss. [294—300.]

24. Iidem AA. et CC. Successo. — Testamentum militis filiifamilias in castrensi peculio factum neque a patre, neque a liberis eius per inofficiosi querelam rescindi potest. Dat. III. Non. Dec. Nicomediae, Caess. Conss. [294—300.]

25. [b]) Iidem AA. et CC. Menedoto. — Filiis matrem, quae de mariti moribus secus [7]) suspicatur, ita posse consulere, iure compertum est, ut eos sub hac conditione instituat heredes, si a patre emancipati fuerint, atque eo pacto [8]) secundum tabulas bonorum possessionem patrem cum re [9]) accipere non videri, qui conditioni minime obtemperaverit, neque ei nomine filiorum inofficiosi eo modo actionem posse competere, quibus nullam iniuriam fecerit mater, sed potius putaverit providendum, et ideo [10]) restituere debet. Dat. IV. Non. Iul. Antiochiae, Titiano [11]) et Nepotiano Conss. [12]) [301.]

26. [c]) Iidem AA. et CC. Serapioni suo salutem [13]). — Ex tribus unciis herede instituto filio, intra pubertatis annos directam non inutiliter a patre fieri substitutionem, certum est. Dat. V. Kal. Septemb. Nicomediae, Diocletiano IX. et Maximiano VIII. AA. Conss. [14]) [304.]

27. [d]) Imp. Constantinus A. ad Verinum [15]). — Fratres vel sorores uterini, ab inofficiosi actione [16]) contra testamentum fratris vel sororis penitus arceantur; consanguinei autem, durante agnatione vel non [17]), contra testamentum fratris sui vel sororis de inofficioso quaestionem movere possunt, si scripti heredes infamiae vel turpitudinis vel levis notae macula adspergantur [18]), vel liberti, qui perperam et non bene merentes maximisque beneficiis suum patronum assecuti, instituti sunt, excepto servo, necessario herede instituto. Dat. Id. April. [19]) Sirmio [20]), Constantino A. V. et Licinio Caes. Conss. [21]) [319.]

28. [e]) Idem A. ad Claudium, Praesidem provinciae [22]) Daciae. — Liberi de inofficioso querelam contra testamentum parentum moventes probationes [23]) debent praestare, quod obsequium debitum iugiter [24]), prout ipsius naturae religio flagitabat, parentibus adhibuerint, nisi scripti heredes ostendere maluerint, ingratos liberos contra parentes exstitisse. Sin autem mater contra filii testamentum inofficiosi actionem instituat, inquiri diligenter iubemus, utrum filius nulla ex iusta causa laesus matrem in [25]) novissima laeserit voluntate, [26]) neque luctuosam ei et [27]) legitimam reliquerit portionem, ut testamento remoto [28]) matri successio deferatur; si tamen mater inhonestis factis atque indecentibus machinationibus filium forte obsedit, insidiisque eum vel clandestinis vel manifestis appetiit, vel inimicis eius suas amicitias copulavit, atque in aliis sic versata est, ut inimica eius potius quam mater crederetur, ut [29]) hoc probato etiam invita acquiescat filii voluntati. Dat. VIII. [30]) Id. Febr Serdicae [31]), Crispo [32]) II. et Constantino Caes. [33]) II. Conss. [321.]

29. [f]) Imp. Zeno A. Sebastiano P. P. — Quoniam novella constitutio [g]) divi Leonis ante nuptias donationem a filio conferri ad similitudinem dotis, quae a filia confertur, praecepit, etiam ante nuptias donationem filio in quartam praecipimus imputari. Eodemque modo quum [34]) mater pro filia dotem vel pro filio ante nuptias donationem, vel avus paternus aut maternus vel avia paterna aut materna pro sua nepte vel [35]) pro suo nepote, vel proavus itidem [36]) vel proavia paterna aut materna pro sua pronepte vel pro suo pronepote dederit, non tantum eandem dotem vel donationem conferri, verum etiam in quartam partem [37]), ad excludendam inofficiosi querelam, tam dotem datam quam ante nuptias donationem praefato modo volumus imputari, si ex substantia eius profecta sit, de cuius hereditate agitur. Dat. Kal. Maii, ipso A. II. Cons. [38]) [475.]

30. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. [39]). — Omnimodo testatorum voluntatibus prospicientes magnam et innumerabilem occasionem subvertendae eorum dispositionis amputare censemus, et in certis casibus, in

---

[a]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 57.; *Bas. XXXIX.* 1. 53. — *Sch. c.* (*Fabr. T. V. p.* 266.) — [b]) *Bas. XXXIX.* 1. 54. — *Sch. d. e. f.* — [c]) *Bas. XXXIX.* 1. 55. — *Sch. g. h.* — [d]) *l.* 1. *Th. C. de inoffic. testam. II.* 19.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 57.; *Bas. XXXIX.* 1. 56. — *Sch. i. k. l.* — [e]) *l.* 2. *Th. C. de inoffic. testam. II.* 19.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 57. — [f]) *Bas. XXXIX.* 1. 57. (*Fabr. T. V. p.* 213.) — *Sch. m.* — [g]) *l.* 17. *C. de collation. VI.* 20.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.*; prohibetur *ms. Bg.*; perhibetur *Hal. et rell.* — [2]) S. id. *ms. Pist., quod reliquam subscr. confirmat.* — [3]) *mss. Pist. Cas. Bg., Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71.; Philippo *rell.* — [4]) factione *Hal. Russ.* — [5]) iustitiam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg., ed. Nbg., Coll. Ans. ded.*; *sed* εὔλογον - αἰτίαν *Bas.* — [6]) S. VI. id. *ms. Pist.* — [7]) secum *Hal.*; secius *Cont. in marg., ad quam lect. prope accedit ms. Bg.* — [8]) facto *mss. Pl.* 2. *Gt., var. l. gl.* — [9]) cum iure *ed. Schf., var. l. gl.* — [10]) et ideo *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., videntur que ex glossa ad h. l.* (*subaudi* ergo *vel* igitur) *in textum irrepsisse.* — [11]) II. *inserit Bk.* — [12]) *diem firmat ms. Pist., sed locus et conss. ab eo absunt.* — [13]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; D. *addunt Hal. Russ. Cont.* 62.; dicit *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; dicunt *Sp. Bk.* — [14]) *hanc subscr. pleniorem et emendatam restitui ex ms. Pist.*; Dat. — Nicom. CC. Conss. *Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pist. Vat. Bg., ed. Nbg.*; ad Lucrium Verinum *Theod. C.*; Verino *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [16]) ab inofficiosis actionibus *Theod. C.* — [17]) durante vel non agn. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; adspergantur *Hal. et rell.* — [19]) *ms. Pist., Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; Id. August. *Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [20]) *Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; Sirmii *Hal. et rell.* — [21]) *Hal. in not., Russ. et postea rell., Theod. C.*; Crispo II. et Constantino Caes. II. Coss. *Hal. in textu et similiter* Crispo et cst css *ms. Pist., quae subscriptt. pertinent ad l.* 28. *seq.* — [22]) provinciae *abest a mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg., Theod. C., Coll. Ans. ded.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62., *Coll. Ans. ded.*; probationem *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [24]) continue *edd. Nbg. Hal.*; *glossa ad h. l.*: iugiter *id est* continue. — [25]) in *abest a Coll. Ans. ded., Theod. C.* — [26]) *ms. Bg., Hal., Theod. C., Coll. Ans. ded.*; eo quod *inserunt mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.* — [27]) nec *Theod. C.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., Theod. C., Coll. Ans. ded.*; rescisso *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [29]) *ms. Bg., Cont.* 62., *Theod. C., Coll. Ans. ded.*; ut *abest a rell.* — [30]) *Theod. C., Bk.*; VII. *ms. Pist.*; III. *Hal. et rell.* — [31]) *Theod. C., Cont.* 76. *Bk.*; Serdicae *abest ab Hal. et rell.* — [32]) Caes. *inserit Theod. C.* — [33]) Caes. *abest a ms. Pist.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; pater vel *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.*; *quae vv. recte omitti docet gl. ad vv.* Eodemque modo, *quae sic habet: dixit cum pater dedit, nunc cum mater vel alius adscendens.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; aut *edd. Schf. Russ. et rell.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; sit paternus ant maternus *inserit ed. Nbg., idem, omisso tamen* sit, *inserunt Hal. et rell.*; *sed* ἢ πρόπαππος ἢ προμάμμη κατὰ πατέρα ἢ κατὰ μητέρα *Bas.* — [37]) partem *abest a ms. Bg.* — [38]) *ms. Pist. huc refert subscr. l.* 30. *seq.* — [39]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Bk.*; P. P *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.*

in quibus de inofficiosis defunctorum testamentis vel alio modo subvertendis moveri solebat actio [1]), certa et statuta lege tam mortuis consulere, quam liberis eorum vel aliis personis, quibus eadem actio competere poterat; ut, sive adiiciatur in [2]) testamento de adimplenda legitima portione sive non, firmum quidem sit testamentum, liceat vero his personis, quae testamentum quasi inofficiosum vel alio modo subvertendum queri poterant, id quod minus portione legitima sibi relictum est, ad implendam eam sine ullo gravamine vel mora exigere, si tamen non ingrati legitimis modis arguantur, quum eos scilicet ingratos circa se fuisse testator dixerit [3]). Nam si nullam eorum quasi ingratorum fecerit mentionem, non licebit eius heredibus ingratos eos nominare [4]) et huiusmodi quaestionem introducere. Et haec quidem de iis personis statuimus, quarum mentionem testantes fecerint, et aliquam eis quantitatem in hereditate vel legato vel fideicommisso, licet minorem legitima portione, reliquerint. §. 1. Sin vero vel praeterierint aliquam eorum personam iam natam vel ante testamentum quidem conceptam, adhuc vero in ventre constitutam, vel exheredatione vel alia eorum [5]) mentione facta nihil eis penitus reliquerint, tunc vetera iura locum habere sancimus, nullam ex praesente promulgatione [6]) novationem vel permutationem [7]) acceptura. §. 2. Imputari vero filiis aliisque personis, quae dudum ad inofficiosi testamenti querelam vocabantur, in legitimam portionem et illa [8]) volumus, quae occasione militiae, ex pecuniis mortui [9]) eisdem personis adquisitae [10]), posse lucrari eas [11]) manifestum est, eo quod talis sit militia, ut vendatur vel mortuo militante certa pecunia ad eius heredes perveniat, ita tamen, ut ille gradus eiusdem militiae inspiciatur, quem in [12]) morte testatoris militans obtinet, ut tanta ei pecunia in legitimam portionem computetur, quantam dari constitutum [13]) est, si in [14]) eo gradu mortuus esset is, qui militiam ex pecuniis testatoris adeptus est; exceptis solis viris spectabilibus, silentiariis sacri nostri palatii, quibus praestita iam specialia beneficia tam de aliis capitulis, quam de pecuniis, super memorata militia a parentibus eorum datis, ne in legitimam portionem eis computentur, rata esse praecipimus. In ceteris vero personis praedictam observationem tenere volumus. Dat. Kal. Iun. Constantinop. Iustiniano A. II. Cons. [15]) [528.]

31. Idem A. Mennae P. P. — Quae nuper ad testamenta [16]) conservanda nec facile retractanda sanximus [17]), ut ratione Falcidiae [18]), minime illis personis derelictae [19]), quae ad inofficiosi testamenti querelam ex prioribus vocabantur legibus, non periclitentur testamenta, sed quod deest legitimae portioni, id est quartae parti [20]) ab intestato successionis, tantum repleatur, exceptis illis, quibus nihil in testamento derelictum est, in quibus prisca iura illibata servamus, etiam ad testamenta sine scriptis facienda locum habere sancimus. Dat. III. [21]) Id. Decemb. Constantinop. [22]) DN. Iustiniano [23]) A. II. Cons. [528.]

32. [a]) Idem A. Mennae P. P. — Quoniam in prioribus sanctionibus illud statuimus, ut, si quid minus legitima portione his derelictum sit, qui ex antiquis legibus de inofficioso testamento actionem movere poterant, hoc repleatur, ne occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur, hoc in praesenti addendum esse censemus, ut, si conditionibus quibusdam vel dilationibus aut aliqua dispositione, moram vel modum vel aliud gravamen introducente, eorum iura, qui ad memoratam actionem vocabantur, imminuta [24]) esse videantur, ipsa conditio vel dilatio vel alia dispositio, moram vel quodcunque onus introducens, tollatur, et ita res procedat, quasi nihil eorum testamento additum esset. Dat. prid. Kal. [25]) April. Constantinop. [26]) Decio V. C. Cons. [529.]

33. [b]) Idem A. Demostheni P. P. — Si quis suo testamento maximam quidem portionem libero derelinquat [27]), minusculam autem alii vel aliis de stirpe sua progenitis, ipsam tamen legitimam sive in hereditate vel [28]) in legato vel in [29]) fideicommisso, ut non possit locus inofficiosi testamenti [30]) querelae fieri, et ille quidem, qui ex parvulo genitoris sui consequitur [31]) substantiam, eam suscipere malunerit, qui [32]) autem ex maiore parte eam amplexus est, sive unus sive plures sint, non [33]) statim et sine contentioso proposito vel ulla mora eam restituere voluerit, sed exspectato [34]) iudiciorum strepitu et multis variisque certaminibus habitis, post longum tempus ex sententia iudicis vix eam reddiderit, crudelitatem eius competenti poena aggredimur, ut, si haec fuerint subsecuta, non tantum in id, quod [35]) testator voluit eum restituere, condemnetur, sed etiam aliam tertiam partem quantitatis, quae fuerat in testamento derelicta, modis omnibus reddere cogatur [36]), ut avaritia eius legitimis ictibus feriatur; aliis omnibus, quae in eodem testamento vel elogio scripta sunt, pro sui tenore ad effectum perducendis. §. 1. Legis autem veteris iniquitatem tollentes, ut non diutius erubescat lex posita, quam Iulius Paulus in suis scripsit quaestionibus, hanc piissimam aggredimur sanctionem. Quum enim infantem suum non posse ingratum a matre sua vocari scripsit, neque propter hoc ab ultima suae matris hereditate repelli, nisi hoc odio fecerit sui mariti, ex quo infans progenitus est, hoc iniquum indicantes, ut alieno odio alius praegravetur, penitus delendum esse sancimus, et huiusmodi causam liberis, non tantum infantibus, sed etiam quamcunque aetatem agentibus, opponi minime concedimus, quum possit sub conditione emancipa-

---

[a]) *Bas. XXXIX.* 1. 58. — *Sch. n — r.* (*Fabr. T. V. p.* 268.) — [b]) *Bas. XXXIX.* 1. 59. (*Fabr. T. V p.* 214.) — *Sch. s. t.*

[1]) solebant actiones *Hal.* — [2]) in *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [3]) dixisset *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; edixerit *ms. Pl.* 1.; edixit *Hal.* — [4]) numerare *ms. Pl.* 1. — [5]) aliqua eorum *ms. Bg.*; aliorum *Russ. Char. Pac. in marg.* — [6]) promulgatione *abest a Sp.* — [7]) vel permutationem *absunt a ms. Pl.* 1., *Hal.* — [8]) nulla *Russ. Char. Pac. in marg.*, *sed absque veterum libror. fide*, *ut iam monet Cont. in marg.* — [9]) in *inserunt edd. Nbg. Hal.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; adquisita *Hal. et postea rell.* — [11]) personas *inserunt mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [12]) in *abest a mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Hal. Bk.* — [13]) statutum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [14]) in *abest a mss. Pl.* 1. *Bg.* — [15]) *hanc subscr. tuetur ms. Pist.*; *cfr. not.* 38. *ad l.* 29. *hoc tit.* — [16]) facta *inserunt mss. Pl.* 2. *Gt.* — [17]) *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*; sancimus *mss. Pl.* 1. *Bg.*; sancivimus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [18]) portione legitima *Hal. Bk. contra mssorum fidem.* — [19]) derelicta *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal. Bk.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; scilicet *inserunt Hal. et postea rell.*, *quod effectum est ex lit. s*, *quam interiectam habet ed. Nbg.* — [21]) *ms. Pist.*; II. *Hal. et rell.* — [22]) *locum restitui ex ms. Pist.*, *abest ab Hal. et rell.* — [23]) pp. *inserit ms. Pist.* — [24]) minuta *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; munita *ed. Nbg.* — [25]) *ms. Pist.*; II. Kal. *Hal. et rell.* — [26]) *locum restitui ex ms. Pist.* — [27]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; dereliquerit *ms. Pl.* 2.; relinquat *Hal. et rell.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sive *Russ. et rell.* — [29]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; in *abest a ms. Pl.* 1., *Russ. et rell.* — [30]) de inofficioso *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.* — [31]) consequebatur *edd. Nbg. Hal.* — [32]) quia *Cont.* 66. 71. 76., *Char. Pac.* — [33]) non *abest ab edd. Nbg. Hal.*, *in utraque autem postea* noluerit. — [34]) inspecto *ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Hal.* — [35]) in eo quod *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; in quo *Hal.* — [36]) cogatur *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *et iure videtur abesse.*

cipationis hereditatem suam mater filio derelinquens et patris odium punire, et iuri filii sui minime nocere, nec suam naturam fallere. Satis enim crudele nobis esse videtur, eum, qui non sentit, ingratum existimari. Dat. XII. [1]) Kal. Octob. Chalcedone [2]), Decio V. C. Cons. [529.]

34. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Si quis filium suum exheredatum fecerit, alio scripto herede, reliquerit autem ex eo nepotem, vel vivum vel in ventre nurus suae constitutum, deliberante vero scripto herede filius [3]) decesserit, nulla hereditatis petitione eo nomine [4]) de inofficioso constituta vel praeparata, omne aditorium nepotem dereliquit. Neque enim pater nepoti aliquod ius, quum decesserit, contra patris sui [5]) testamentum dereliquit, quia postea et adita est ab extraneo hereditas, et supervixit avo pater eius, ut neque ex lege Velleia possit in locum patris sui succedere et rescindere testamentum. Et hoc nonnulli iurisconsulti in medio [6]) proponentes inhumane reliquerunt. Sed nos, qui omnes subiectos nostros et filios et nepotes habere existimamus affectione paterna et imitatione, secundum quod possibile est omnium commodo [7]) prospicientes, iubemus, in tali specie eadem iura nepoti dari, quae filius habebat, et si nec praeparatio facta est [8]) ad inofficiosi querelam instituendam, tamen posse nepotem eandem causam proponere; et si non heres apertissimis probationibus ostenderit, ingratum patrem nepotis circa testatorem fuisse, testamento remoto, ab intestato eum vocari, nisi certa quantitas patri eius minor parte legitima relicta est; tunc etenim secundum novellam nostri numinis constitutionem [b]) repletio quartae partis nepoti superest, si qua patri eius competebat; et [9]) perfruatur nostro beneficio a vetustate quidem neglectus, a nostro autem vigore recreatus, nisi pater adhuc superstes vel repudiavit querelam, vel quinquennio tacuit, scilicet post aditam hereditatem. Dat. III. [10]) Kal. Aug. Constantinop. [11]) Lampadio et Oreste Conss. [12]) [530.]

35. [c]) Idem A. Iuliano [13]) P. P. — Si quando talis concessio imperialis processerit, per quam libera testamenti factio conceditur [14]), nihil aliud videri principem concedere [15]), nisi, ut habeat legitimam et consuetam testamenti factionem [16]). Neque enim credendum est, Romanum principem, qui iura tuetur, huiusmodi verbo totam observationem testamentorum, multis vigiliis excogitatam atque inventam, velle everti.

§. 1. Illud etiam sancimus, ut, si quis a patre certas res vel pecunias accepisset, et pactus fuisset, quatenus de inofficioso querela adversus testamentum paternum minime ab eo moveretur, et post obitum patris filius, cognito paterno testamento, non agnoverit eius indicium, sed oppugnandum putaverit, vetere iurgio exploso [17]) huiusmodi pacto filium minime gravari, secundum Papiniani responsum, in quo definivit, meritis magis [18]) filios ad paterna obsequia provocandos, quam pactionibus adstringendos. Sed hoc ita admittimus, nisi transactiones ad heredes paternos filius celebraverit, in quibus apertissime iudicium patris agnoverit. §. 2. Et generaliter definimus, quando pater minus legitima portione filio reliquerit, vel aliquid dederit vel mortis causa donatione vel inter vivos sub ea conditione, ut haec inter vivos donatio in quartam ei computetur, si filius post obitum patris hoc, quod relictum vel donatum [19]) est, simpliciter agnoverit, forte et securitatem heredibus fecerit, quod ei relictum [20]) est accepisse, non adiiciens, nullam sibi superesse de repletione quaestionem, nullum sibi filium facere praeiudicium, sed legitimam partem repleri, nisi hoc specialiter sive in apocha sive in transactione scripserit, vel pactus fuerit, quod contentus relicta vel data parte de eo, quod deest, nullam habeat [21]) quaestionem; tunc etenim [22]) omni exclusa [23]) querela paternum amplecti compelletur [24]) iudicium. §. 3. Quae omnis sanctio suas radices extendat non solum ad filium vel filiam, sed etiam ad omnes personas, quae de inofficioso querelam contra mortuorum ultima elogia possunt movere. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. [25]) Lampadio et Oreste VV. CC. [26]) Conss. [530.]

36. [d]) Idem A. Ioanni P. P. — Scimus, antea constitutionem [e]) relatam fuisse [27]), qua cautum est, si pater minorem debita portione filio suo reliquisset, omnimodo, etsi non adiiciatur viri boni arbitratu repleri filio, attamen ipso iure inesse eandem repletionem. Quaerebatur itaque, si quis rem donatam vel inter vivos vel mortis causa, [28]) vel in testamento relictam agnoverit, et pro parte sua habuerit, deinde eadem res evicta vel tota vel pro parte fuerit, an debeat ex nostra constitutione pars legitima post evictionem suppleri; vel si ex lege Falcidia minuantur legata vel fideicommissa vel mortis causa donationes, debeat [29]) tamen et ex hoc [30]) casu supplementum introduci; ne, dum totam Falcidiam accipere heres nititur, etiam totum

---

a) *Bas. XXXIX.* 1. 60. — *Sch. u — z.* (*Fabr. T. V. p.* 269.) — b) *l.* 30. *C. hoc tit.* — c) *Principium huius const. est in Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 59. — *Bas. XXXIX.* 1. 61. (*Fabr. T. V. p.* 215.) — *Sch. a. b.* — d) *Bas. XXXIX.* 1. 62. (*Fabr. T. V. p.* 217.) — *Sch. c.* — e) *l.* 30. *C. hoc tit.*

[1]) XV. *ms. Pist.* — [2]) *locum supplevi ex ms. Pist.* — [3]) *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; exheredatus *additur in mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *sed a Russ. Cont. Char. Pac. cancellis inclusum*, *et a Russ. in marg. tamquam glossema notatum*; *pro omissione stant Bas.* τελευτήσαι τὸν υἱόν. — [4]) *ms. Bg. ex emendat.*; et nomine *ms. Pl.* 2.; ex eo nomine *ms. Pl.* 1.; ex eius nomine *ed. Schf.*; ex nomine *edd. Nbg. Hal. et rell.*; ex causa *lib. Aured. apud Char.* — [5]) sui *abest ab edd. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; medium *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [7]) *ms. Pl.* 1. *ex emendat.*, *ms. Gt.*; quomodo *ms. Pl.* 2.; commoda *ms. Bg.*; commodum *ed. Schf.*; commodis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) *ex mea coniectura*, *quae proxime accedit ad ms. Pl.* 2. et sine praep. facta est, *et ad ms. Bg. ex emendat.* et si non — est; et nisi — est *ms. Pl.* 1., *ms. Bg. ante emendat.*, *edd. Schf. Nbg.*; et licet praep. facta non est *Hal. Russ. Cont.* 62.; etsi praep. facta non est *Cont.* 66. *et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; ut *Russ. et rell.* — [10]) II. *ms. Pist.* — [11]) *locum restitui ex ms. Pist.* — [12]) post css. lamp. II. et hereste css. *ms. Pist.* — [13]) Ioanni *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [14]) concedatur *ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Hal.* — [15]) sancimus *add. in mss. Pl.* 2. *Gt.*, *in illo servata voce* videri, *in hoc eadem omissa.* — [16]) censemus *addit ms. Pl.* 1. — [17]) expulso *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal.* — [18]) magis *ante recentior. emendat. abfuisse videtur a ms. Pl.* 1., *et abest a multis mss. testibus Russ. et Cont. in marg.* — [19]) datum *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; vel datum *inserunt Russ. et rell.*; *sed Bas.* ὡς ἔλαβε τὸ καταλελειμμένον. — [21]) habet *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; enim *Russ. et rell.* — [23]) exclusus *ms. Bg.*, *ms. Pl.* 1. *ex emendat.*, *ed. Schf.* — [24]) compellitur *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; ἀναγκάζεται *Bas.* — [25]) *locum restitui ex ms. Pist.* — [26]) *ms. Pist.*; VV. CC. *absunt ab Hal. et rell.* — [27]) constitut. fecisse *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; const. delatam fuisse *ed. Schf.*; const. esse relatam *Hal.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel in legatis *inserunt edd. Nbg. Hal. Russ. et rell.*, *ita tamen*, *ut Russ. Cont. in marg. in omnibus mss. ea vv. deesse asseverent*; *etiam Bas.* ἢ τὸ καταλειφθὲν αὐτῷ ἐν διαθήκῃ. — [29]) debet *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [30]) *edd. Nbg. Hal. Bk.*; et hoc *ms. Pl.* 1.; ex hoc *mss. Pl.* 2 *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Russ. et rell.*

tum commodum hereditatis amittat. Sancimus itaque, in omnibus istis casibus, sive in totum evictio subsequatur sive in partem, emendari vitium, et vel aliam rem vel pecunias [1]) restitui, vel repletionem fieri, nulla Falcidia interveniente, ut, sive ab initio minus fuerit derelictum, sive extrinsecus qualiscunque causa interveniens aliquod gravamen imponat vel in quantitate vel in tempore, hoc modis omnibus repleri, et nostrum invamen purum filiis inferri; repletionem autem fieri ex ipsa substantia patris, non [2]) si quid ex aliis causis filius lucratus est vel ex substitutione vel ex iure accrescendi, ut [3]) puta ususfructus; humanitatis etenim gratia sancimus, ea quidem omnia quasi iure adventitio eum lucrari, repletionem autem ex rebus substantiae patris fieri. §. 1. Quum autem quis extraneo herede instituto filio suo eum [4]) restituere hereditatem suam, quum moriatur, disposuerit, vel in tempus certum restitutionem distulerit, quia nostra constitutio, quae antea composita [5]) est, omnem dilationem omnemque moram censuit esse subtrahendam [6]), ut quarta pars pura et [7]) mox filio restituatur, in huiusmodi specie quid faciendum sit, dubitatur [8]). Sancimus itaque, quartae quidem partis restitutionem [9]) iam nunc celebrari, non exspectata nec morte heredis nec temporis intervallo, reliquum autem, quod post legitimam portionem restat, tunc restitui, quando testator disposuit. Sic etenim filius suam habebit portionem integram et qualem leges et nostra constitutio definivit, et scriptus heres commodum, quod ei testator dereliquit, cum legitimo moderamine sentiet. §. 2. Illud praeterea sancimus, ut tempora inofficiosi querelae ab adita hereditate secundum Ulpiani opinionem currant, Herennii Modestini sententia recusata, qui a morte testatoris illico cursum de inofficioso querelae temporibus dabat, ut non liceat heredi, quando voluerit, adire, ne per huiusmodi tramitem iterum [10]) filius defraudetur debito naturali. Sancimus itaque, ubi testator decesserit alio scripto herede, et speratur de inofficioso querela, necessitatem habere scriptum heredem, si quidem praesto est in eadem commanens provincia, intra sex mensium spatium, sin autem seorsum utraque pars in diversis provinciis degit, tunc intra annale tantummodo spatium, simili modo per continuum a morte testatoris numerandum, omnimodo adire huiusmodi hereditatem, vel manifestare suam sententiam, quod hereditatem minime admittat [11]); expeditus etenim ita tractatus [12]) inducitur filio memoratam [13]) movere querelam; sin vero scriptus heres intra statuta tempora minime adierit, per officium quidem iudicis heredem [14]) scriptum [15]) compelli hoc facere. In medio tamen tempore, id est a morte quidem testatoris sed [16]) ante aditam hereditatem [17]), si [18]) decesserit filius, huiusmodi querelam, licet se [19]) non praeparaverit, ad suam posteritatem transmittet, ad extraneos vero heredes tunc tantummodo, quando antiquis libris insertam faciet praeparationem. Dat. Kal. Sept. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae [20]) VV. CC. [21]) [531.]

37. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Quum antiquis legibus declaratum est, ut militaria testamenta de inofficioso querelam evadant, multi alii casus emergunt, in quibus dubitationes exortas sopiri necesse est. In castrensibus etenim peculiis introducta est et alia subdivisio [22]), et peculii triplex invenitur causa. Vel enim paganum est peculium, vel castrense, vel quod medietatem inter utrumque obtinet, quod quasi castrense nuncupatur. In tali igitur peculio, quod quasi castrense appellatur, quibusdam personis licentia conceditur condere quidem testamenta, sed non quasi militibus quo voluerint modo, sed communi et licito et consueto ordine observando, quemadmodum constitutum fuerat in consulibus [23]) et praefectis legionum [24]) et praesidibus provinciarum et omnibus generaliter, qui in diversis dignitatibus vel [25]) administrationibus positi a nostra consequuntur manu vel ex publicis salariis quasdam largitates. Sed hae quidem personae testamenti faciendi habent [26]) potestatem in ipsis tantummodo peculiis, quae iam enumerata sunt, id est quasi castrensibus. Sed et veterani, qui tempore quidem militiae sibi peculium acquisiverunt, militiam autem deposuerunt, testari (licito [27]) tamen modo) non prohibentur. In his itaque omnibus quasi castrensibus peculiis dubitabatur, si contra huiusmodi testamenta de inofficioso querelam extendi oporteret. Sed prior quaestio erat, si omnes, qui quasi castrense peculium habeant, testari in hoc possint, quia non omnibus passim, sed quibusdam personis hoc privilegii loco concessum est, quia [28]) militibus quidem [29]) et veteranis testamenta facere in castrensi peculio undique concessum fuerat; sed militibus quidem [30]) in expeditione constitutis iure suo, veteranis autem iure communi. De aliis autem personis omnibus, quae non per speciale privilegium hoc acceperunt, si possint testari, dubitatum fuerat, ut puta viris disertissimis patronis causarum, virisque devotissimis memorialibus [31]), et agentibus in rebus, nec non magistris studiorum liberalium [32]), archiatris quoque, et [33]) omnibus omnino, qui salaria vel stipendia percipiunt publica. §. 1. In his itaque omnibus sancimus, quia [34]) ad imitationem peculii castrensis quasi castrense pecu-

---

[a]) *Bas. XXXIX.* 1. 63. (*Fabr. T. V. p.* 219.) — *Sch. d.*

[1]) pecuniam *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [2]) et non *edd. Nbg. Hal.* — [3]) ut *abest ab Hal., in ms. Bg. ex emendat. additum.* — [4]) eum *abest ab edd. Nbg. Hal.*; eam *ms. Bg.* — [5]) posita *ms. Pl.* 1. — [6]) abstrahendam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk.*; et *abest ab edd. Schf. Russ. et rell.* — [8]) dubitabatur *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ms. Bg. ex emendat., ed. Schf.* — [9]) aestimationem *ed. Schf.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; interim *Russ. et postea rell.*; *utrumque deest in ms. Bg.* — [11]) admittit *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ms. Pl.* 1. *ante emendat., edd. Nbg. Schf.* — [12]) contractus *ms. Pl.* 2. — [13]) memorato *edd. Nbg. Hal.* — [14]) heredem *abest a mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.* — [15]) scriptum *abest ab edd. Nbg. Hal.*; vel scriptum *ms. Bg.* — [16]) sed *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; et *edd. Nbg. Schf.* — [17]) id est — hereditatem *absunt ab Hal., sine tamen iure, ut docent Bas.* — [18]) et si *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [19]) se *abest ab ed. Schf.* — [20]) Oreste *Hal.*; Orestis *Russ. et rell.* — [21]) *ms. Pist. huc refert subscr. leg.* 4. *tit. seq.* — [22]) divisio *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; proconsulibus *Hal. et rell.*; *sed* ὑπάτοις *Bas.* — [24]) proconsulum legatis *contra librorum fidem mavult Cuiac.* (*Notae ad Inst. lib. II. tit. de milit. testam. ad vv.* quibusdam permissum erat); τοῖς ὑπάρχοις *Bas.*; consulibus, proconsulibus, legatis *liber Aured. apud Char.* — [25]) atque *mss. Pl.* 1. 2., *Hal.*; *sed* ἢ *Bas.* — [26]) habeant *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.*; habebant *ms. Pl.* 1. *ex recent. emendat.* — [27]) testati, illicito *Russ., contra omnium mssorum fidem, ut ipse in marg. notat.* — [28]) *non male videtur omitti* quia, *et quomodo sensim in textum venerit, fortasse docet ms. Pl.* 1., *quod ante recent. emendat. pro* quia militibus *habebat* quilitibus. — [29]) tantum *Hal. Bk.* — [30]) tantum et *Hal., sed* τοῖς μὲν στρατιώταις *Bas.* — [31]) memoralibus *edd. Nbg. Russ. Cont.* 62. — [32]) artium *addunt edd. Nbg. Schf.*; *sed* τῶν ἐλευθέρων σπουδασμάτων *Bas.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; aliis *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [34]) quibus *mss. Pl* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*

peculium supervenit, omnes [1]), qui tale peculium possident, super ipsis tantummodo rebus, quae quasi castrensis peculii sunt, ultima condere (secundum leges tamen) posse elogia, hoc nihilominus eis addito privilegio, ut neque eorum testamenta de inofficioso querela expugnentur. Si enim patronus adversus res, quas libertus eius ex castris quaesivit [2]), sui iuris indubitanter constitutus, etsi [3]) praeteritus fuerit ab ingrato liberto, tamen contra huiusmodi peculium contra tabulas bonorum possessionem non habet secundum veterum legum sanctionem, quemadmodum oportet, praefata peculia, quae ad instar castrensis peculii introducta sunt, de inofficioso querelae esse [4]) supposita? §. 2. Sed hoc obtinere oportet, donec in sacris parentum suorum constituti sunt hi, qui quasi castrense peculium possident. Si enim sui iuris efficiantur, procul dubio est, eorum testamenta et pro ipsis rebus, quas antea ex quasi castrensi peculio habebant, posse de inofficioso querelam sustinere, quum neque nomen peculii permanet, sed aliis rebus confunditur, et similem fortunam recipit, quemadmodum et ceterae res eorum, quae in unum [5]) congregantur ex omnibus patrimonium. Dat. Kal. Sept. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae VV. CC. anno secundo [6]). [532.]

Tit. XXIX.

[a]) DE INOFFICIOSIS DONATIONIBUS.

1. Imp. Philippus A. Nicanori et Papinianae [7]). — Si, ut allegatis [8]), mater vestra ad eludendam [9]) inofficiosi querelam paene universas facultates suas, dum ageret in rebus humanis, factis donationibus sive in quosdam liberos sive in extraneos, exhausit, ac postea vos ex duabus unciis fecit heredes, easque legatis et fideicommissis exinanire gestivit, non iniuria iuxta formam de [10]) inofficioso testamento constitutorum [11]) subveniri vobis, utpote quartam partem non habentibus, desideratis. PP. XIV. [12]) Kal. Septemb. Philippo A. et Titiano [13]) Conss. [245.]

2. [b]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Acriae. — Si pater omne patrimonium suum impetu quodam immensae liberalitatis in filium effudit, aut in potestate eius is [14]) permansit, et arbitri familiae erciscundae officio congruit, ut tibi quartam [15]) debitae ab intestato portionis praestet incolumem, aut [16]) emancipatus is fuit, et [17]) quia donatio non indiget alieno adminiculo, sed suis viribus nititur iuxta constitutiones, is, qui provinciam regit, ad similitudinem inofficiosi [18]) querelae auxilium tibi aequitatis impertiet. PP. VI. Kal. Aug. [19]) Maximo II. [20]) et Glabrione Conss. [256.]

3. [c]) Iidem AA. Aeliano. — Precibus quidem tuis proposita rescripta eos parentes denotant, qui, quum testamento facto vivi patrimonium suum immensis donationibus [21]) exinanissent, [22]) inane nomen heredum liberis reliquerunt [23]). Sed ad intestatos quoque eadem ratio aequitatis extenditur. PP. X. Kal. Novemb. [24]) ipsis IV. et III. AA. Conss. [257.]

4. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aristinae [25]). — Si filius tuus immoderatae liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit, [26]) praesidis provinciae auxilio uteris [27]), qui discussa fide veri, si in integrum restitutionem ex filii persona competere tibi ob improbabilem donationis enormitatem animadverterit, in removendis his, quae perperam gesta sunt, tibi subveniet. Ideoque non est tibi necessarium adversus immodicas donationes auxilium ad instar inofficiosi testamenti. Dat. VI. Id. [28]) Febr. [29]) Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

5. [e]) Iidem AA. Cottabeo. — Si totas facultates tuas per donationes vacuas fecisti, quas in emancipatos filios contulisti, id, quod ad submovendam [30]) inofficiosi testamenti querelam non ingratis liberis relinqui necesse est, ex factis donationibus detractum, ut filii vel nepotes, qui postea ex quocunque legitimo matrimonio nati sunt [31]), debitum bonorum subsidium consequantur, ad patrimonium tuum revertetur. Dat. [32]) prid. Kal. [33]) Mart. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

6. [f]) Iidem AA. Demetrianae [34]). — Quum donationibus in fratrem tuum collatis facultates patris tui exhaustas esse, eundemque patrem vestrum ea, quae superfuerant, codicillis inter vos divisisse proponas, si voluntatem eius non agnovisti, nec beneficio aetatis adversus haec invari poteris, nec tantum dos a patre data et fideicommissum continent, quantum ad submovendam querelam sufficiat, de enormitate donationum ad exemplum inofficiosi testamenti praeses provinciae iuris-

---

[a]) *Dig. V.* 2. — [b]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 58.; *Bas. XLI.* 4. 3. (*Fabr. T. V. p.* 478.) — *Sch. a—d.* (*Fabr. T. V. p.* 486.) — [c]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 58.; *Bas. XLI.* 4. 4. — *Sch. e. f.* (*Fabr. T. V. p.* 487.) — [d]) *Vatic. fragm.* §. 282., *quo loco hoc rescr. integrum exhibetur, cuius et pars est l.* 6. *C. de donat. VIII.* 54. — [e]) *Bas. XLI.* 4. 5. (*Fabr. T. V. p.* 479.) — *Sch. g.* — [f]) *Bas. XLI.* 4. 6. (*Fabr. T. V. p.* 480.) — *Sch. h—l.* (*Fabr. T. V. p.* 488.)

[1]) omnibus *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ms. Bg. ex emendat.*, *edd. Nbg. Hal.*; acquisivit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) etsi *abest a ms. Pl.* 1.; et *ed. Schf.* — [4]) non esse *in nonnullis libris, ut Russ. Cont. Char. in marg. adnotant.* — [5]) et ad unum *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; ad unum *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *ed. Nbg.*; et unum *ms. Bg.*, *quod statim post habet* congregatur. — [6]) *Hal. in not. et postea rell.*; D. Kal. — Constant. Lampadio et Oreste VV. CC. Const. *Hal. in textu; sed utraque falsa esse videtur, et haec quidem ob legum seriem, ex aetate plerumque ordinatam, illa autem propterea, quod Iustinianus in l.* 12. *C. VI.* 22., *quae ad annum* 531. *refertur, ad hanc nostram const. provocat.* — [7]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Papianae *ms. Pl.* 1., *Hal. et rell.* — [8]) allegastis *Hal.* — [9]) deludendam *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; excludendam *ms. Pl.* 1. — [10]) super *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; institutorum *ms. Bg.*; constitutam *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [12]) XVII. *ms. Pist.* — [13]) taciano *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [14]) in potest. his *ms. Bg.*, *Coll. Ans. ded.*; in potest. is *Hal.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Coll. Ans. ded.*; partem *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) *ms. Pl.* 1., *Coll. Ans ded.*; aut si ante *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; aut si *Hal. et rell.* — [17]) et *abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *Coll. Ans. ded.*; testamenti *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) VI. id. ian. *ms. Pist.* — [20]) II. *abest a ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. firmat.* — [21]) exhausissent vel *inserit ms. Bg.* — [22]) et *inserunt mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Coll. Ans. ded.*; *refragantur Bas.* — [23]) reliquissent *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *refragantibus Bas.* — [24]) *diem firmat ms. Pist.*, *a quo reliqua subscr. abest.* — [25]) Calpurniae Aristenetae *Vatic. fragm.* — [26]) iuxta legum placita *praemittunt Vatic. fragm.* — [27]) utaris *Vatic. fragm.* — [28]) PP. III. id. *Vatic. fragm.*; *sed diem dati rescripti defendit etiam ms. Pist.*; *cfr. not.* 21. *ad l.* 36. *praeced. tit.* — [29]) Mediolani *inserunt Vatic. fragm.*, *Bk.*; *sed num locus dati rescripti idem sit, qui propositi, incertum est.* — [30]) submovendas *et statim post* querelas *ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Hal.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sunt *et paullo ante* qui *omittunt Cont.* 66. *et postea rell.*; qui, *servato tamen* sunt, *abest a Russ. Cont.* 62. — [32]) pp. *ms. Pist.* — [33]) *ms. Pist.*; II. Kal. *Hal. et rell.*; *reliquam subscr. tuetur ms. Pist.* — [34]) Demetriano *ms. Vat.*

iurisdictionis suae partes exhibebit. PP. VI. [1]) Kal. Maii Conss. ut supra [2]). [286.]

7. [a]) Iidem AA. [3]) Ammiano. — Si mater tua patrimonium suum ita profunda liberalitate in fratrem tuum evisceratis opibus suis exhausit, ut quartae partis dimidium, quod ad excludendam inofficiosi testamenti [4]) querelam adversus te sufficeret, in his donationibus, quas tibi largita est, non habeas, quod immoderate gestum est, revocabitur. PP. V. Id. Maii [5]) Maximo II. et Aquilino Conss. [6]) [286.]

8. [b]) Iidem AA. [7]) Auxanoni. — Si liqueat, matrem tuam intervertendae quaestionis inofficiosi causa patrimonium suum donationibus in unum filium collatis exhausisse, quum adversus eorum cogitationes, qui consiliis supremum iudicium anticipare contendunt et actiones filiorum exhauriunt, aditum querelae ratio deposcat, quod donatum [8]) est, pro ratione quartae ad instar inofficiosi testamenti convicti [9]) diminuetur. §. 1. Nam quod uxor a marito in se matrimonii tempore donationis causa collatum emancipato filio communi consentiente domino donavit, velut ex bonis patris, de cuius substantia prohibente matrimonio non potuit exire, datum accipi, rationis est; in cuius bonis, si idem consilium et eventus comprehendatur, lex, quam de [10]) patrimonio [11]) matris ediximus, observabitur. PP. III. Id. Sept. [12]) Caess. Conss. [294—305.]

9. [c]) Imp. Constantius [13]) A. et Iulianus C. [14]) Olybrio. — Non convenit dubitari [15]), quod immodicarum donationum omnis [16]) querela ad similitudinem inofficiosi testamenti legibus [17]) fuerit introducta [18]), et [19]) sit in hoc actionis utriusque vel una causa vel similis aestimanda [20]), vel idem et [21]) temporibus [22]) et moribus. Dat. XIV. Kal. Iul. [23]) Tauro et Florentio [24]) Conss. [25]) [361.]

Tit. XXX.

[d]) DE INOFFICIOSIS DOTIBUS.

1. [e]) Imp. Constantius [26]) A. ad Maximum, Praesidem Ciliciae. — Omnia omnia bona a matre tua in dotem [27]) dicantur exhausta [28]), concordare legibus [29]) promtum est, ut ad exemplum inofficiosi testamenti adversus dotem immodicam exercendae actionis copia tribuatur, et filiis conquerentibus emolumenta debita deferantur [30]). Dat. XIV. Kal. Ianuar. [31]) Sirmio [32]), Datiano [33]) et Cereali [34]) Conss. [358.]

Tit. XXXI.

[f]) DE PETITIONE [35]) HEREDITATIS.

1. [g]) Imp. M. [36]) Aurelius [37]) Antoninus A. Augurino, Proconsuli [38]) Africae. — Senatusconsultum [h]) auctore divo Hadriano, avo meo, factum, quo cautum est, quid et ex quo tempore evicta hereditate restitui debeat, non solum ad fisci causas, sed etiam ad privatos hereditatis petitores pertinet. §. 1. Usuras vero pecuniarum, ante litis contestationem ex die venditionis hereditariarum rerum ab eo factae, qui antea possidebat, collectas, nec non etiam fructus bonae fidei possessores reddere cogendi non sunt, nisi ex his locupletiores exstiterint. Post litem autem contestatam tam fructus non venditarum rerum, non solum quos perceperunt, sed etiam quos percipere poterant, quam usuras pretii rerum ante litis contestationem venditarum, ex die contestationis computandas, omnimodo reddere compellantur. PP. VI. Kal. Februar. Claro et Cethego Conss. [170.]

2. [i]) Impp. Severus et Antoninus AA. Marcello, militi. — Si post motam controversiam Menecratis bonorum partem dimidiam Musaeus ab herede scripto, quaestionis illatae non ignarus, comparavit, tam ipse quasi malae fidei possessor, quam heredes eius fructus restituere cogantur [39]). Si vero venditionem lite antiquiorem esse, liquido probaretur [40]), ex eo die fructus restituantur, ex quo lis in iudicium deducta est. Fructibus enim augetur hereditas, quum ab eo possidetur, a quo peti potest. Emtor autem, qui proprio titulo possessionis munitus est, etiam singularum rerum iure convenitur. Dat. Kal. Iul. Severo [41]) et Victorino Conss. [200.]

3.

---

[a]) *Vatic. fragm.* §. 280.; *Bas. XLI.* 4. 7. — [b]) *Bas. XLI.* 4. 8. — *Sch. m. n.* (*Fabr. T. V. p.* 489.) — [c]) *l.* 1. *Th. C. de inoffic. donat. II.* 20.; *Bas. XLI.* 4. 9. (*Fabr. T. V. p.* 481.) — *Sch. o.* — [d]) *Dig. V.* 2. — [e]) *l.* 1. *Th. C. de inoffic. dot. II.* 21.; *Bas. XLI.* 4. 10. — *Sch. p. q.* — [f]) *Dig. V.* 3. — [g]) *Bas. XLII.* 1. 59. (*Fabr. T. V. p.* 563.) — *Sch. l. m.* (*Fabr. T. V. p.* 645.) — [h]) *l.* 20. §. 6. *D. de hered pet. V.* 3. — [i]) *Bas. XLII.* 1. 60. (*Fabr. T. V. p.* 564.) — *Sch. n—p.*

[1]) *ms. Pist.*; VI. *abest ab Hal. et rell.* — [2]) *utrum recte se habeat haec ad consules in praeced. const. ablegatio, merito dubitatur; vero enim similius est, nomina consulum ipsa hic exscripta fuisse, ob subscr. legis* 7. *seq.* — [3]) Aur. *inserunt Vatic. fragm.* — [4]) testamenti *abest a fragm. Vatic.* — [5]) Dat. Nicomediae V. non. mart. *Vatic. fragm.* — [6]) *ms. Pist.*; Conss. ut supra *Hal. et rell.* — [7]) et CC. *inserit Bk. contra fidem nostrorum codd.* — [8]) datum *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [9]) convictae *ms. Pl.* 2. — [10]) de *abest in mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [11]) matrimonio *Hal.* — [12]) VI. id. X. (*i. e.* decemb.) *ms. Pist.*; *consules idem tuetur.* — [13]) Constantinus *ed. Nbg., Theod. C., improbante Iac. Gothofr. in not.* — [14]) et Iulianus *C. absunt a mss. nostris et ed. Nbg.*; Iulianus *abest a Theod. C., aegre tamen id ferente Iac. Gothofredo.* — [15]) Illud omnino dubitare non convenit *Theod. C.* — [16]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Theod. C., Bk.*; omnibus *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Nbg. Cont. Char. Pac. Sp.*; omnibus legibus *Hal. Russ., quae falsa lectio ex glossa ad h. l. procul dubio oriunda est: ad nostram lect. prope accedit Schol. Bas.* — [17]) legibus *abest ab Hal.*; *cfr. not. praeced.* — [18]) inducta *Theod. C.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Bk., Theod. C.*; ut *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal., Theod. C.*; existimanda *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [21]) et *abest a ms. Bg., Theod. C.* — [22]) tempore *Hal.* — [23]) Iun. *Theod. C., Bk.* — [24]) Florentino *Theod. C.* — [25]) VI. id. iun. Geta II. css. *ms. Pist., quae subscr. potius referenda ad l.* 3. *C. III.* 31. — [26]) Constantinus *ms. Pl.* 2., *Cont.* 62. 76. *Bk., Theod. C. improbante Iac. Gothofr. in not.* — [27]) dote *pro* in dotem *ms. Bg., Hal. Bk., Theod. C.* — [28]) Quum omnis hereditas a — dicatur exh. *Theod. C.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal., Theod. C.*; legibus conc. *Bk.*; leges legibus concord. *edd. rell.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk., Theod. C.*; conferantur *Russ. et rell.* — [31]) *Theod. C., Bk.*; IV. Kal. Iun. *Hal. et rell., quod falsum esse, apparet ex loco, in quo demum sub anni finem commoratus est Constantius.* — [32]) *Theod. C., Cont.* 62.; Sirmii *Bk.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [33]) *Theod. C. Bk.*; Tatiano *Hal. et rell.* — [34]) Cereale *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp. Bk.* — [35]) repetitione *ms. Pist.* — [36]) *Hal. in not. et postea rell.*; Titus (Tetus) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg., Hal. in textu, verisimiliter corruptum ex* Divus. — [37]) Elius (Helius, Elidius) *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; Aelius *Hal. et postea rell. praeter Bk.* — [38]) praefecto (et) consuli *mss. Vat. Pl.* 1. — [39]) cogantur *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [40]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; probetur *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [41]) a. n̄ *omisso Severi nomine ms. Pist.*; Severo A. II. *Hal. et rell. praeter Bk., cfr. not.* 18. *ad l.* 1. *C. II.* 3. *et not.* 23. *ad l.* 1. *C. II.* 35.; *reliquam subscr. firmat ms. Pist.*

3. [a]) Idem AA. Epictae [1]). — Hereditas materterae petita non infringit alterius hereditatis petitionem, quae venit ex alia successione. Sed et si quaestionis titulus prior inofficiosi testamenti causam habuisset, iudicatae rei praescriptio non obstaret eandem hereditatem ex alia causa vindicanti. PP. V. Id. Aug. Geta et Plantiano [2]) Conss. [203.]

4. [b]) Imp. Antoninus A. Vitaliano. — In restituenda hereditate compensatio eius inducitur [3]), quod te in mortui infirmitatem inque sumtum [4]) funeris bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaveris [5]). PP. VII. [6]) Kal. Mart. Antonino A. IV. [7]) et Balbino [8]) Conss. [213.]

5. [c]) Idem A. Postumianae. — De hereditate, quam bona fide possidebas, si contra te pronuntiatum est, in restitutione [9]) eius detrahetur, quod creditoribus eiusdem hereditatis exsolvisse te bona fide probaveris; nam repeti a creditoribus, qui suum receperint [10]), non potest. PP. VI. Kal. Iun. [11]) Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

6. [d]) Imp. Alexander A. Firmino. — Si putas, non iure tutores datos nepotibus tuis, quod [12]) eos dicas in tua esse potestate, petere ab his hereditatem filii tui emancipati non moreris, cuius commodum ad se pertinere dicis, iudice statuturo, an a praesidalibus actis discedendum sit, qui eis tutores dedit, quum in tua potestate negarentur esse. PP. X. Kal. Iul. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

7. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Restitutae. — Hereditatis petitionem, quae adversus pro herede vel pro possessore possidentes exerceri potest, praescriptione longi temporis non submoveri, nemini incognitum est, quum mixtae personalis actionis ratio hoc respondere compellat. A ceteris autem tantum specialibus in rem actionibus vindicari [13]) posse manifestum est, si non agentis intentio per usucapionem vel longum tempus explosa sit. PP. XI. Kal. August. [14]) Caess. Conss. [294—305.]

8. [f]) Idem AA. et CC. Asterio. — Liber nec ne fuerit testator, ante omnia disquiri debet, quum hereditas petitur [15]). Dat. III. [16]) Kal. April. Caess. Conss. [294—305.]

9. [g]) Idem AA. et CC. Demophiliae [17]). — Si scripti heredes [18]) delatam sibi successionem cognati [19]) repudiaverunt, et hanc honorario vel civili iure quaesiisti, res hereditarias, quae in eadem causa durant, hereditatis petitione vindicare potes. Dat. III. Kal. Decembr. [20]) Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

10. [h]) Idem AA. et CC. Theodosiano [21]). — Si filiusfamilias delatam sibi hereditatem per longum tempus detinuit [22]), eo ipso, utpote agnita hereditate, patri suo eius commodum acquisivisse videtur. Dat. XIII. Kal. Ianuar. [23]) Caess. Conss. [294—305.]

11. [i]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Aeternali, Proconsuli Asiae [24]). — Cogi possessorem ab eo, qui expetit, titulum suae possessionis dicere [25]), incivile est, praeter eum [26]), qui dicere [27]) cogitur, utrum pro possessore, an pro herede possideat. Dat. XII. Kal. April. [28]) Arcadio IV. [29]) et Honorio III. AA. Conss. [30]) [396.]

12. [k]) Imp. Iustinianus A Ioanni [31]) P. P. — Quum hereditatis petitioni locus fuerat, exceptio assumebatur, quae tuebatur hereditatis petitionem, ne fieret ei praeiudicium. Magnitudo etenim et auctoritas centumviralis iudicii non patiebatur, per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi. Quumque multae varietates et controversiae veterum exortae sint, eas certo fine concludentes, sancimus, si quis hereditatis petitionem vel susceperit [32]), vel suscipere sperat, vel movere [33]), alius autem superveniens vel ex deposito, vel ex commodato, vel ex legato, vel ex fideicommisso, vel ex aliis causis inquietare vel rem vel agentem ex persona defuncti crediderit sibi esse necessarium, si quidem pro legato vel fideicommisso hoc faciat, rem expeditae quaestionis esse, quum possit scriptus heres cautione interposita non differre hanc petitionem, sed recte exigi vel legatum vel fideicommissum sub ea [34]) cautela vel satisdatione pro qualitate personarum [35]), quod, si non obtinueris eius iura, restituet [36]) legatarius vel fideicommissarius ei datam pecuniam cum usuris ex quarta centesimae parte currentibus, vel agrum cum fructibus, quos percepit [37]), vel domum cum pensionibus, scilicet in utroque eorum expensis antea necessariis et utilibus deductis; vel, si ipse maluerit litem quidem contestari, exspectare autem hereditatis petitionis eventum, hoc ei liceat facere, ut restitutio, si competeret, cum legitimis augmentis legatario vel fideicommissario accedat.

§ 1.

---

[a]) *Bas. XLII.* 1. 61. (*Fabr. T. V. p.* 565.) — *Sch. q.* (*Fabr. T. V. p.* 646.) — [b]) *Bas. XLII.* 1. 62. — *Sch. r.* — [c]) *Bas. XLII.* 1. 63. (*Fabr. T. V. p.* 566.) — *Sch. s.* — [d]) *Bas. XLII.* 1. 64. — [e]) *Bas. XLII.* 1. 65. (*Fabr. T. V. p.* 567.) — *Sch. t—y.* (*Fabr. T. V. p.* 647.) — [f]) *Bas. XLII.* 1. 66. — [g]) *Bas. XLII* 1. 67. — [h]) *Bas. XLII.* 1. 68. — *Sch. z.* — [i]) *Desumta ex l.* 12. *Th. C. de fide test. XI.* 39., *cuius const. alia pars est l.* 3. *Th. C. de testam. IV.* 4., *quae fons est leg.* 17. *C. eod. VI.* 23.; *Bas. XLII.* 1. 69. (*Fabr. T. V. p.* 568.) — *Sch. a. b.* (*Fabr. T. V. p.* 648.) — [k]) *Bas. XLII.* 1. 70. — *Sch. c—l.*

[1]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; Epictesi *Hal. Russ.*; Epictesidi *Cont. et rell.*; *nostram lect. firmant Bas., quae ad mulierem hoc rescr. datum esse docent.* — [2]) II. *inserit Bk.*; *cfr. not.* 25. *ad l.* 9. *C. III.* 29. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; habebitur *edd. Schf. Hal. et rell.* — [4]) in sumtumque *mss. nostra, edd. Nbg. Schf.* — [5]) profitearis *ms. Pl.* 1.; *sed* ἀποδείξεις *Bas.* — [6]) *ms. Pist.*; VII. *abest ab Hal. et rell.* — [7]) III. *ms. Pist.* — [8]) II. *inserit Bk., ut et in subscr. seq.* — [9]) restitutionem *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal.*; receperunt *edd. Schf. Russ. et rell.*; *cum nobis faciunt Bas.* — [11]) pp. XI. K. aug. *ms. Pist., quod ex subscr. leg.* 7. *hoc tit. huc fortasse transscriptum est.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; eo quod *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [13]) vindicare *Char. Pac. Sp.* — [14]) *diem tuetur ms. Pist.* — [15]) petatur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [16]) IV. *Pac.*; *sed nostram subscr. firmat ms. Pist.* — [17]) demofilio *ms. Vat.*; Domophilae *Cont.* 62. *Sp. Bk.* — [18]) heredes *abest a mss. Bg. Pl.* 2. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; tui *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [20]) *diem confirmat ms. Pist.* — [21]) Theodotiano *ms. Cas.*; Theodosione *ms. Bg.*; Theodotioni *Cont. in marg., allegans l.* 38. *C. II.* 4. — [22]) obtinuit *ms Bg.* — [23]) VI. K. ian. *ms. Pist.* — [24]) Africae *mss. Vat. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; Asiae Africae *ms. Pist.* — [25]) edicere *Theod. C.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; scilicet *inserunt Hal. et rell.* — [27]) edicere *Cont.* 62., *Theod. C., quod cum Bas. non convenit.* — [28]) Const. *inserit Bk., annuente uno mso cod. Theod.* — [29]) VII. *Russ. Cont. Char. Pac., Theod. C., improbante tamen Gothofr. in not.*; VI. *Bk.* — [30]) *ms. Pist. huc refert subscr. leg. seq.* — [31]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg., Hal. in textu*; Iuliano *Hal. in not. et postea rell.* — [32]) vel susceperit *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*, *defenduntur autem a ms. Bg. et a Bas. in textu et in schol.* ἐάν τις ὑπεδέξατο ἤδη — ἢ ἐλπίζῃ ἐνάγεσθαι. — [33]) *rectius fortasse* moveat *sive etiam* moveret, *etenim* ἢ ἐνάγῃ περὶ αὐτῆς *Bas.* — [34]) ea *abest a ms. Bg.* — [35]) *male post* personarum *puncto distinguunt edd. omnes, refragantibus Bas., quae in verbis sqq. argumentum cautionis accuratius exponi docent.* — [36]) restituit *Char. Pac. Sp.* — [37]) perceperit *mss. Pl.* 2. *Bg.*; *edd. Nbg. Hal.*

§. 1. Sin autem ex contractibus defuncti agatur contra possessorem hereditatis vel eius rei, de qua agitur, si quidem res sint vel depositae, vel commodatae, vel pignori datae, vel aliae, quae exstant, non differri sub praetextu hereditatis petitionis memoratum iudicium, quemadmodum si pro foenerata pecunia vel alia personali actione agatur contra possessorem vel petitorem, non debet iudicium differri, sed exitum suum accipere. Postquam enim hereditatis petitionis iudicium finem accipiat [1]), tunc inter petitorem hereditatis et possessorem rationibus contractis non aliter possessor, si victus fuerit, hereditatem restituere compellitur [2]), nisi pro omnibus, quae rite ab eo gesta sunt, petitor ei satisfaciat. Quodsi petitor victus fuerit, simili modo a possessore iudicis officio ei satisfiat [3]), vel, si hoc fuerit praetermissum, negotiorum gestorum vel ex lege condictione [4]). §. 2. Sin autem libertates vel a possessore vel a petitore fideicommissariae petantur, vel directae ipso iure dicantur competere, annale tantummodo spatium exspectetur a morte testatoris numerandum. Et si quidem hereditatis petitionis iudicium intra id spatium terminum accipiat, secundum eventum iudicii et libertates vel effectum habeant, vel evanescant. Sin autem tempus annale emanaverit, tunc libertatis favore et humanitatis intuitu competant [5]) quidem directae libertates, ex fideicommissariis autem in libertatem servi [6]) eripiantur, ita tamen, si non falsum testamentum approbetur; sub ea scilicet conditione, ut, si actores [7]) sint vel alias [8]) ratiociniis suppositi, etiam postquam perveniant in libertatem, necessitas eis imponatur res hereditarias et rationes reddere; iure patronatus videlicet competente ei, qui ex legibus ad id possit vocari. §. 3. Illo, ne in posterum dubitetur, observando, ut [9]) ipsa hereditatis petitio omnimodo bonae fidei iudiciis connumeretur. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. Lampadio [10]) et Oreste Conss. [530.]

Tit. XXXII.

[a]) DE REI VINDICATIONE.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Caeciliae. — Etiam per alienum servum bona fide possessum ex re eius, qui eum possidet, vel ex operis [11]) servi acquiri dominium vel obligationem placuit. Quare si tu quoque bona fide [12]) possedisti eundem servum, et ex nummis tuis mancipia eo tempore comparavit, potes secundum iuris formam [13]) uti defensionibus tuis. §. 1. Mancipium autem alienum mala fide possidenti nihil potest acquirere, sed qui tenet, non tantum ipsum, sed etiam operas eius, nec non ancillarum partum [14]), et animalium foetus reddere cogitur. PP. III. Non. Maii Eboraci [15]), Faustino [16]) et Rufo [17]) Conss. [210.]

2. [c]) Imp. Antoninus A. [18]) Aristeneto. — Si inferiorem partem aedificii, quae solum contingit, ad te pertinere probare potes, eam, quam vicinus [19]) imposuit, accessisse dominio tuo, non ambigitur. Sed et id, quod in solo tuo aedificatum est, quoad [20]) in eadem causa manet, iure ad te pertinet. Si vero fuerit dissolutum, materia eius ad pristinum dominum redit, sive bona fide sive mala fide [21]) aedificium exstructum sit, si non donandi animo aedificia alieno solo imposita sunt [22]). PP. XII. Kal. Novemb. Antonino A. IV. et Balbino [23]) Conss. [213.]

3. [d]) Imp. Alexander A. Dominae. — Mater tua vel maritus fundum tuum invita vel ignorante te vendere iure non potuit, sed rem tuam a possessore vindicare, etiam non oblato pretio, poteris. Sin autem postea de ea venditione consensisti, vel alio modo proprietatem eius amisisti, adversus emtorem quidem nullam habes actionem, adversus venditorem [24]) vero de pretio negotiorum gestorum actionem [25]) exercere non prohiberis. PP. III. Kal. Novemb. Alexandro A. II. et Marcello [26]) Conss. [226.]

4. [e]) Imp. Gordianus A. Muniano, militi [27]). — Adversus eos, qui a malae fidei possessoribus fundum bona fide comparaverunt, ita tibi actio competit, si prius quam usucapionem implerent, vel longae possessionis praescriptionem [28]) adipiscerentur, dominium ad te pervenerit. PP. XII. [29]) Kal. Novemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

5. [f]) Idem A. Herasiano. — Domum, quam ex matris successione ad te pertinere [30]), et ab adversa parte iniuria occupatam esse ostendis [31]), praeses provinciae cum pensionibus, quas percepit aut percipere poterat, et omni causa damni dati restitui iubebit. Eius autem, quod impendit, rationem haberi non posse, merito rescriptum est, quum malae fidei possessores, eius, quod in rem alienam impendunt, non eorum negotium gerentes, quorum res est, nullam habeant repetitionem, nisi necessarios sumtus fecerint; sin autem utiles [32]), licentia eis permittitur sine laesione prioris status rei eos auferre. PP. prid. Id. [33]) Febr. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

6. [g]) Idem A. Ustronio. — Si ex ea pecunia, quam deposueras, is, apud quem collocata fuerat, sibi possessiones comparavit, ipsique traditae sunt, tibi vel omnes tradi, vel quasdam [34]) compensationis causa ab invito eo [35]) in te transferri, iniuriosum est. PP. V. Id. Iul. [36]) Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

7.

---

[a]) *Dig. VI.* 1. — [b]) *Bas. XV.* 1. 80. (*Fabr. T. II. p.* 213.) — [c]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 117.; *Bas. XV.* 1. 81. (*Fabr. T. II. p.* 214.) — [d]) *Bas. XV.* 1. 82. — [e]) *Bas. XV.* 1. 83. — [f]) *Bas. XV.* 1. 84. — [g]) *Bas. XV.* 1. 85. (*Fabr. T. II. p.* 215.)

[1]) acceperit *mss. Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 1. *ex emendat.*; περαιωθῇ *Bas.* — [2]) compelletur *mss. Bg. Gt.*; compellatur *ed. Schf.*; *sed* ἀναγκάζεται *Bas.* — [3]) satisfaciat *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [4]) condictionem competere *ed. Schf.* — [5]) competent *Cont.* 76. — [6]) fideicommissarii aut. servi in libert. *ms. Pl.* 1. — [7]) auctores *ms. Bg. ante emendat.*; *sed* διοικηταὶ *Bas.* — [8]) aliis *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ.*; ut et *ms. Bg.*, *edd. Schf. Cont. et rell.* — [10]) Dat. — Lamp. *confirmatur subscr. ms. Pist.*; *cfr. not.* 30. *ad l. praeced.* — [11]) operibus *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Nbg.* — [12]) bona fide *absunt a ms. Pl.* 1. — [13]) fortunam *ms. Pl.* 1. *ante emendat.* — [14]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; partus *ms. Pl.* 1., *Russ. et rell.*; τὸ τοκετὸν *Bas.* — [15]) *diem et locum firmat ms. Pist.* — [16]) Fausto *ms. Pist.*, *a quo alterius cons. nomen abest.* — [17]) Rufino *Bk.*; *cfr. not.* 6. *ad l.* 2. *C. III.* 1. — [18]) Id. ᾱ *ms. Vat.*; Id. ᾱᾱ *mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [19]) tuus *abest a ms. Bg.*, *edd. Schf. Hal.*, *Coll. Ans. ded.* — [20]) quod *Coll. Ans. ded.*; *sed* ἐφ' ὅσον *Bas.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *Coll. Ans. ded.*; fide *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* εἴτε καλῇ πίστει, εἴτε κακῇ πίστει *Bas.* — [22]) sint *Russ. et postea rell.* — [23]) II. *inserit Bk.* — [24]) venditricem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*; venditores *ed. Nbg.*; κατὰ τῆς μητρὸς ἢ τοῦ ἀνδρὸς *Bas.* — [25]) actionem *abest a mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.* — [26]) A. II. et Marc. *absunt a ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [27]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Africae *addunt Hal. et rell.* — [28]) praescriptione *ita ut* dominium *ad hanc thesin trahatur*, *edd. Nbg. Hal.* — [29]) XI. *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. confirmat.* — [30]) dicis *inserunt ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.* — [31]) ostenderis *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [32]) utilcis *Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char.* — [33]) *ms. Pist.*; II. Id. *Hal. et rell.* — [34]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*, ex his (iis) *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [35]) eo *abest ab edd. Nbg. Hal.* — [36]) *diem defendit ms. Pist.*

7. [a]) Imp. [1]) Philippus A. et Philippus Nob[2]) Caes. [3]) Antonio [4]). — Partum ancillae matris sequi conditionem, nec statum patris in hac specie considerari, explorati iuris est. PP. XIII [5]) Kal. Nov. Philippo A. et Titiano [6]) Conss. [245.]

8. [b]) Idem A. et C. Philippo, militi. — Si, ut proponis, pars diversa [7]) pecunia tua quaedam nomine suo comparavit, praeses provinciae, utilem vindicationem obtentu militiae tibi eo nomine impertiri desideranti, partes aequitatis non negabit. Idem mandati quoque seu negotiorum gestorum actionem [8]) inferenti tibi iurisdictionem praebebit. PP. II. Non. Mart. Praesente et Albino Conss. [246.]

9. [c]) Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Antonio. — Doce ancillam, de qua supplicas, dotalem fuisse, in notione [9]) praesidis; quo patefacto dubium non erit [10]), vindicari ab uxore tua nequivisse. PP. III. [11]) Kal. Mart. Caro [12]) et Carino AA. Conss. [283.]

10. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [13]) Ianuario. — Quum super vernis [14]) mancipiis nulla instrumenta te habere asseveres, in indicio, in quo negotium coeptum esse proponitur, id, quod in precem contulisti, postulare debuisti. Index enim non ignorat, servorum dominia etiam citra instrumentorum exhibitionem aliis probationibus vel ipsorum interrogatione posse ostendi. PP. VIII. Id. [15]) Februar. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

11. [e]) Idem AA. et CC. [16]) Gaiano [17]). — Si quis sciens alienum agrum sevit vel plantas imposuit, postquam hae [18]) radicibus terram fuerint amplexae, solo cedere rationis est. Domini [19]) enim magis segetem vel plantas, quam per huiusmodi factum solum suum facit. Sane eum [20]), qui bona fide possidens [21]) hoc fecerit, per doli mali exceptionem contra vindicantem dominium servare sumtus, iuris auctoritate significatum est. Dat. IV. Kal. Mart. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

12. [f]) Idem AA. et CC. Alexandro. — Incivile atque insuitatum est, quod postulas, ut mancipium, quod tradidisti, et eo modo [22]) dominium eius transtulisti, invito eo ex nostro rescripto tibi assignetur. Unde intelligis, ancillae semel emtoris factae [23]) filios etiam postea natos eius dominium sequi, cuius mater eorum eo tempore fuit [24]). Sane de pretio, si non hoc te probatum fuerit recepisse [25]), conveni adversarium tuum. Dat. VI. Id. [26]) April. AA. Conss. [293 — 304.]

13. [g]) Idem AA. et CC. Cytichio. — Ordinarii iuris est, ut, mancipiorum orta quaestione, prius exhibitis mancipiis de possessione iudicetur, ac tunc demum proprietatis causa ab eodem iudice decidatur. Dat. Id. April. AA. Conss. [293 — 304.]

14. [h]) Idem AA. et CC. Septimiae [27]). — Quum a matre domum filii, te sciente [28]), comparasse proponas, adversus eum dominium vindicantem, si matri non successit, nulla te exceptione tueri potes. Quod si venditricis obtinet hereditatem, doli mali [29]) exceptione, pro qua portione ad eum hereditas pertinet, uti non prohiberis. Dat. [30]) III. Kal. Iul. AA. Conss. [293 — 304.]

15. [i]) Idem AA. et CC. Aurelio Proculino [31]). — Quotiens duobus in solidum praedium iure distrahitur, manifesti iuris est [32]), eum, cui priori traditum est, in detinendo dominio [33]) esse potiorem. Si igitur antecedente tempore te [34]) possessionem emisse ac pretium exsolvisse apud praesidem provinciae probaveris, obtentu non datorum instrumentorum expelli te possessione [35]) non patietur. Erit sane in arbitrio tuo, pretium, quod dedisti, cum usuris recipere, ita tamen, ut perceptorum fructuum ac sumtuum ratio habeatur; quum, et si ex causa donationis utriqus dominium rei vindicetis, eum, cui priori possessio soli [36]) tradita est, haberi potiorem convenit [37]). Dat. XII. [38]) Kal. Octob. [39]) AA. Conss. [293 — 304.]

16. [k]) Idem AA. et CC. Ianuario. — Si in area communi domum aliquis exstruxit, hanc vobis communem iuris fecit ratio. Cuius portionem ab eo, qui bona fide possidens aedificavit, si velis vindicare, sumtus offerre debes, ne doli mali possis exceptione sub.

---

[a]) *l.* 3. *Greg. C. de rei vindic. III.* 3.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 122.; *Bas. XV.* 1. 86. *In ms. Pl.* 1 *nostra const. demum post l.* 9. *hoc tit. posita est.* — [b]) *Bas. XV.* 1. 87. — [c]) *Bas. XV.* 1. 88. — [d]) *Bas. XV.* 1. 89. — *Sch. i.* (*Fabr. T. II. p.* 222.) — [e]) *Bas. XV.* 1. 90. — [f]) *Bas. XV.* 1. 91. — [g]) *Bas. XV* 1. 92. (*Fabr. T. II. p.* 216.) — [h]) *Bas. XV.* 1. 93. — [i]) *princip. huius rescr.* (Quotiens — esse potiorem) *simile est legi* 4. *Greg. C. de rei vindic. III.* 3. (*d. a.* 286.), *causa decidendi in fine a vv.* quum, et si ex — convenit *depromta ex rescripto eiusd. Diocletiani servato in Vatic. fragm.* §. 315. (*d. a.* 291.); *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 102.; *Bas. XV.* 1. 94. — [k]) *Bas. XV.* 1. 95.

[1]) Imp. *abest a Russ. Cont. Char. Pac.* — [2]) *Nob. abest a Greg. C.* — [3]) *nomina Imp. et Caes. quam maxime sunt depravata in mss., quae plerumque tantum habent* Id. ā. et c̄.; *sed Coll. Ans. ded.* Imperatore Philippo. — [4]) Aurelio Ant. *Greg. C.* — [5]) XIV. *Greg. C.*; X. *ms. Pist.* — [6]) taciano *ms. Pist.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; adversa *Russ. et rell.* — [8]) actione *mss. Pl.* 1. 2. — [9]) notionem *ms. Gt., ed. Schf.* — [10]) in dubium non venit *mss. Pl.* 1. *Gt., Cont.* 62.; in dub. non erit *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [11]) VI. *ms. Pist.* — [12]) II. *inserit Bk.* — [13]) et CC. *contra fidem plurimorum codd. addunt Russ. Cont. Char. Pac. Sp.* — [14]) universis *mss. Bg. Gt.* — [15]) *ms. Pist., quod et reliquam subscr. tuetur*; G. (*i. e.* gesta) II. Id. *Hal. in textu*; PP. G. II. *Hal. in not. Russ. et rell. Praetuli autem lectionem msi Pist., quum persaepe in codd. num.* VI. *denotetur per compendium scribendi, quod ad formam literae* G. *proxime accedit.* — [16]) et CC. *absunt a mss. Vat. Pl.* 1. — [17]) *mss. Cas. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; Garano *ms. Bg.*; Gallano *Hal. et rell.* — [18]) hae *abest a mss. Pl.* 2. *Bg.* — [19]) domino *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; dominii *Russ. in marg.* — [20]) eum *abest ab edd. Nbg. Hal.* — [21]) possidens *in ms. Bg. post* fecerit *legitur.* — [22]) quoquo modo *ms. Pl.* 1.; hoc modo *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [23]) semel ancilla emtoris facta *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; fuerit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [25]) *edd. Nbg. Cont.* 62. *idem verbis paululum transpositis mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; si non prob. fuer. hoc rec. *ms. Pl.* 2.; si non hoc ante prob. f. te rec. *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [26]) *ms. Pist.*; G. Id. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 15. *ad l.* 10. *hoc tit.* — [27]) *mss. Pist. Bg.*; Septimae *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2.; Soptimae *ed. Nbg.*; Septianae *Hal. et rell.* — [28]) scientem *Cont.* 62. — [29]) mali *abest ab Hal.* — [30]) Dat. *abest a ms. Pist., quod cum reliqua subscr. convenit.* — [31]) *ms. Cas., Hal. Russ. Cont.* 62. 66.; Aureli Proculino *ms. Pist., Coll. Ans. ded.*; Proculino *mss. Vat. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; Proculdubio *ms. Pl.* 1.; Aureliae Philoxenae *Cont.* 71. *et postea rell. ex Greg. Cod., quam tamen imprudenter collige ex not. i. ad h. l.* — [32]) manifestum est *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [33]) dominium *ms. Pl.* 2.; domino *Coll. Ans. ded.* — [34]) te *abest a mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal., Coll. Ans. ded.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; possessionem *Coll. Ans. ded.*; a possessione *edd. Schf. Nbg. Russ. et rell.* — [36]) vel soli *Vatic. fragm.* — [37]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Coll. Ans. ded.*; conveniat *Russ. et rell.* — [38]) *ms. Pist.*; II. *Hal. et rell.*, *quibus non adstipulor, quum in ms. Pist., in quo pro* II. Kal. *constanter est* prid. Kal., *numerus* XII. *non eam in se habeat depravationis suspicionem, quae cadit in num.* II., *facillime ex* XII. *depravandum.* — [39]) Dat. XV. Kal. Aug. *Coll. Ans. ded.*

submoveri. Dat. Id. Novemb. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

17. [a]) Idem AA. et CC. Sabino [1]). — Si fundum vestrum, vobis per denuntiationem [2]) admonentibus volentem ad emtionem accedere, quod distrahentis non fuerit [3]), non recte is, contra quem preces funditis, comparavit, vel alio modo mala fide contraxit, tam fundum vestrum constitutum probantibus, quam fructus, quos eum mala fide percepisse fuerit probatum, aditus praeses provinciae restitui iubebit. Dat. XII. [4]) Kal. Decemb. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

18. [b]) Idem AA. et CC. Claro. — Re tua apud aliquem [5]) manente, proprietatis error nihil tibi nocere potuit, nisi alia contra te causa intervenerit. Dat. VIII. [6]) Kal. Ianuar. AA. Conss. [293 — 304.]

19. [c]) Idem AA. et CC. Callistrato. — Indicia cetera [7]), quae iure non respuuntur, non minorem probationis, quam instrumenta, continent fidem; quo iure, si de proprietate domus ambigis, negotiumque integrum est, uti non prohiberis. VII. [8]) Kal. Ian. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

20. [d]) Idem AA. et CC. Quartillae. — Non servum, quem res tuas detinere asseveras, sed eius dominum de rebus repetendis [9]) conveniendum esse perspicis. VI. [10]) Kal. Mart. Caess. [11]) Conss. [294 — 305.]

21. [e]) Idem AA. et CC. Hierocli. — A possidentibus vindicata mancipia, quorum dominium ad vos pertinere intenditis, si, posteaquam impleveritis intentionem, haec non restituantur [12]), inrisiurandi solemnitate secuta condemnatio procedere debet. Dat. [13]) VI. Id. Octob. Caess. Conss. [294 — 305.]

22. [f]) Idem AA. et CC. Diodotae [14]). — Certum est, malae fidei [15]) possessores omnes fructus solere [16]) cum ipsa re praestare, bonae fidei [17]) vero exstantes, post litis autem contestationem universos. Dat. III. Kal. Novemb. Caess. Conss. [294—305.]

23. [g]) Idem AA. et CC. Magnifero. — Si mancipium tuum, per vim vel [18]) furtum ablatum, alii ex nulla iusta causa distraxerunt, vindicanti tibi dominium solvendi pretii [19]) nulla necessitas irrogetur. Dat. XVI. Kal. [20]) Decemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

24. [h]) Idem AA. et CC. Iuliano. — Nullo iusto titulo praecedente possidentes ratio iuris quaerere dominium prohibet. Idcirco, quum etiam usucapio cesset, intentio dominii non [21]) absumitur [22]); unde hoc casu postliminio reverso, citra beneficium actionis rescissoriae, directa permanet integra vindicatio. Dat. XVI. [23]) Kal. Decemb. Caess. [24]) Conss. [294 — 305.]

25. [i]) Idem AA. et CC. Eugnomio. — Solemnibus pensionibus rei pro alio satisfacientem, non interveniente venditione, solutionis causa minime dominum facit. Dat. XVI. Kal. Decemb. Nicomediae [25]) Caess. Conss. [294 — 305.]

26. [k]) Idem AA. et CC. Heliodoro [26]). — Morae litis causam possessoris non instruunt ad inducendam longae possessionis praescriptionem, quae post litem contestatam in praeteritum aestimatur. Dat. X. Id. [27]) Decemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

27. [l]) Idem AA. et CC. Philadelpho [28]). — Servum emtor non traditum sibi praesentem vindicare non potest. Dat. XVIII. [29]) Kal. Ian. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

28. [m]) Idem AA. et CC. Sopatro. — Res alienas possidens, licet iustam tenendi causam nullam habeat, non nisi suam intentionem implenti restituere cogitur. Dat. VIII. Kal. [30]) Ianuar. Caess. Conss. [294 — 305.]

Tit. XXXIII.

[n]) DE USUFRUCTU ET HABITATIONE [31]) ET MINISTERIO SERVORUM.

1. [o]) Impp. Severus et Antoninus AA. [32]) Posidonio. — Si ususfructus omnium bonorum testamento uxoris marito relictus est, quamvis cautionem a te prohibuerit [33]) exigi, tamen non aliter a debitoribus solutam pecuniam accipere poteris, quam oblata secundum formam Senatusconsulti cautione [34]). PP. VI. [35]) Kal. Octob. Anulino [36]) et Frontone Conss. [199.]

2. [p]) Idem AA. [37]) Felici [38]). — Verbis testamenti, quae precibus inseruisti, usumfructum legatum tibi animadvertimus. Quae res non impedit proprie-

---

[a]) *Bas. XV.* 1. 96. — *Sch. k.* — [b]) *Bas. XV.* 1. 97. (*Bas. T. II. p.* 217.) — *Sch. l.* — [c]) *Bas. XV.* 1. 98. — [d]) *Ivonis Decr. XVI. c.* 86.; *Bas. XV.* 1. 99. — [e]) *Bas. XV.* 1. 100. — [f]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 102.; *Bas. XV.* 1. 101. — [g]) *Ivonis Decr. XVI. c.* 87.; *Bas. XV.* 1. 102. — [h]) *Bas. XV.* 1. 103. — [i]) *Bas. XV.* 1. 104. — [k]) *Bas. XV.* 1. 105. (*Fabr. T. II. p.* 218.) — [l]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 102.; *Bas. XV.* 1. 106. — *Sch. m.* — [m]) *Bas. XV.* 1. 107. — [n]) *Dig. VII.* 1. 7. 8. — [o]) *Bas. XVI.* 8. 24. (*Fabr. T. II. p.* 295.) — [p]) *Bas. XVI.* 8. 25.

[1]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; et aliis *addunt Hal. et postea rell.* — [2]) nuntiationem *ms. Pl.* 2. — [3]) fuerat *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [4]) XVIII. *ms. Pist.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; alium *Cont.* 66. *et rell.*; *sed* παρά τινι *Bas.* — [6]) *ms. Pist.*; G. III. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 15. *ad l.* 10. *hoc tit.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *liber Aured. apud Char.*; indicia ceteraque *Hal.*; indicia certa *Russ. Cont.* 66. *et rell.*; ἐξ ἄλλων ἀποδείξεων *Bas.* — [8]) *ms. Pist.*; G. II. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 15. *ad l.* 10. *hoc tit.* — [9]) petendis *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.* — [10]) *ms. Pist.*; G. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 15. *ad l.* 10. *hoc tit.* — [11]) ãã *ms. Pist.* — [12]) dolo *a quibusdam addi*, *Russ. Char. Pac. in marg. adnotant*; *sed ex glossa ad v.* restituantur *hoc in textum irrepsisse palam est.* — [13]) *ms. Pist.*; Petita *Hal. et rell.* — [14]) Diodoto *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Coll. Ans. ded.* — [15]) mala fide *ms. Bg.*, *edd. Schf. Hal.*, *Coll. Ans. ded.* — [16]) debere *mss. Bg. Gt.*; solvere *Coll. Ans. ded.* — [17]) bona fide *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Nbg. Hal.*, *Coll. Ans. ded.* — [18]) per *inserunt ms. Pl.* 1., *Ivo.* — [19]) pretium *ms. Bg.*, *Ivo.* — [20]) *ms. Pist.*; X. Kal. *Hal. et rell.*; *plenior autem msi Pist. lectio magis genuinae subscr. speciem prae se fert.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; numquam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) assumitur *ms. Pl.* 2., *quam lect. Cont. in marg. pro vera habet.* — [23]) *ms. Pist.*; G. X. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 15. *ad l.* 10. *hoc tit.* — [24]) Caess. *abest a Sp.* — [25]) *diem et locum tuetur ms. Pist.* — [26]) Heliodoro Regino *Russ. in marg. ex uno cod.*, *quapropter nostram const. et leg.* 10. *C. VII.* 33. *ex eodem fonte derivat.* — [27]) *Hal.*; Dat. Idib. *Russ et rell.*, *haud dubie ut concordet subscr. cum l.* 10 *C. VII.* 33. — [28]) Philadelphiae *ms. Cas.*; Philadelphio *ms. Pl.* 2.; filiadelfo *Coll. Ans. ded.* — [29]) *ms. Pist.*; G. XII. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 15. *ad l.* 10. *hoc tit.* — [30]) D. X. non. (*fortasse* XIX.) k. *ms. Pist.* — [31]) De usu et habit. *ed. Nbg.*; De usufructu, usu et habit. *Hal.* — [32]) Imp. Anton. A. *mss. Vat. Pl.* 1. 2. — [33]) testamento *inserunt ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*; *refragantur Bas.* — [34]) oblatam sec. f. SCti cautionem praebueris *ed. Schf.*, *contra fidem Bas.* — [35]) *ms. Pist.*; G *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 15. *ad l.* 10. *tit. praeced.* — [36]) Anullino II. *Bk.* — [37]) et CC. *addunt mss. Pist. Bg.* — [38]) Felicae *ms. Pist.*; Felicias *ed. Nbg.*

prietatis dominum obligare creditori proprietatem, manente scilicet integro usufructu tui iuris. PP. VI. Id. Maii Antonino A. II. et Geta [1]) II. Conss. [205.]

3. [a]) Imp. Antoninus A. Antoniano [2]). — Si patri tuo ususfructus legatus est, defuncto eo nihil ad te pertinet, quum morte eius, cui fuerat legatus ususfructus [3]) vel alio modo acquisitus, ad proprietatem regredi solet [4]). §. 1. Usufructuario [5]) autem superstite, licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius utendi fruendi non tollitur. PP. III. Kal. August. Antonino A. IV. et Balbino [6]) Conss. [213.]

4. [b]) Imp. Alexander A. Verbicio. — Usufructu constituto consequens est, ut satisdatio boni viri arbitratu [7]) praebeatur ab eo, ad [8]) quem id commodum pervenit, quod nullam laesionem ex usu proprietati afferat. Nec interest, sive ex testamento, sive ex voluntario contractu ususfructus constitutus est. PP. VI. [9]) Id. Mart. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [10]) [226.]

5. [c]) Idem A. [11]) Evocato et aliis. — Si pater usumfructum praediorum in tempus vestrae pubertatis matri vestrae reliquit, finito usufructu postquam vos adolevistis, posterioris temporis fructus perceptos ab ea repetere potestis, quos nulla ratione sciens de alieno percepit. PP. Kal. April. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

6. [d]) Idem A. [12]) Stratonicae. — Interest, [13]) usumfructum solum maritus tuus in dotem acceperit, an proprietas quidem doti data sit, verum pactum intercessit, ut moriente eo tibi eadem possessio [14]) redderetur. Nam usufructuarius quidem proprietatem pignorare non potuit; qui autem proprietatem aestimatam in dotem accepit, non ideo [15]) minus obligare eam potuit, quoniam soluto matrimonio restituenda tibi [16]) aestimatio [17]) eius fuit. PP. Kal. Iul. Agricola et Clementino [18]) Conss. [230.]

7. [e]) Imp. Gordianus Ulpiano, militi. — Eum, ad quem ususfructus [19]) pertinet, sarta tecta suis sumtibus praestare debere, explorati iuris est. Proinde si quid ultra, quam impendi debeat, erogatum potes docere, solemniter reposces [20]). PP. Kal. Februar. Ariano [21]) et Pappo [22]) Conss. [243.]

8. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Etheroni. — Neque fructuarium ad obtinendam proprietatem rerum, quarum usumfructum habet, neque successores eius ulla temporis ex ea causa tenentes praescriptio munit. VI. Kal. Iul. AA. Conss. [23]) [293—304.]

9. [g]) Iidem AA. et CC. Auxanusae. — Usufructu matri tuae praediorum et mancipiorum relicto, tam alienatio, quam manumissio interdicta est. Sane mancipia, quorum [24]) testamento ministerium matri relictum est, quum in his dominium non habeat, nec tradendo cuiquam nec manumittendo ad testatoris heredem [25]) pertinentia quidquam facit. Dat. Kal. Decemb. AA. Conss. [26]) [293—304.]

10. [h]) Iidem AA. et CC. Pomponio [27]). — Si domina proprietatis uxori tuae usumfructum locavit sub certa annua praestatione, morte [28]) conductricis ei, quae locavit [29]), etiam utendi fruendi causa non est deneganda. Dat. [30]) XIII. [31]) Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

11. [i]) Iidem AA. et CC. Theodoto [32]). — Habitatio morte finitur; nec proprietatem, qui [33]) habitationem habuit, legando dominii vindicationem [34]) excludit. Subscripta IV. Kal. Octobr. Viminaci, Caess. Conss. [35]) [294—305.]

12. [k]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Ambiguitatem antiqui iuris [36]) decidentes sancimus, sive quis [37]) uxori suae sive alii cuicunque usumfructum reliquerit sub certo tempore, in quod [38]) vel filius eius vel quisquam alius pervenerit, stare usumfructum in annos [39]), in quos testator statuit, sive persona, de cuius aetate compositum est, ad eam pervenerit, sive non. Neque enim ad vitam hominis respexit [40]), sed ad certa curricula, nisi ipse, cui ususfructus legatus sit, ab hac luce fuerit subtractus; tunc etenim ad [41]) posteritatem [42]) usumfructum transmitti non est [43]) possibile [44]), quum morte usumfructum penitus [45]) exstingui, iuris indubitati sit. §. 1. Sin autem talis fuerit incerta [46]) conditio, donec in furore filius vel alius quisquam remanserit vel in aliis similibus casibus, quorum eventus in incerto sit, si quidem resipuerit filius vel alius, pro quo hoc dictum est, vel conditio exstiterit, usumfructum finiri; sin autem adhuc in furore is constitutus decesserit, tunc, quasi in usufructuarii vitam [47]) eo relicto, manere usum-

---

[a]) *Huius rescr. altera pars* (Usufructuario — tollitur) *desumta est ex rescr. Diocletiani, quod suo auctori tributum legitur in Vatic. fragm.* §. 42; *Bas. XVI.* 8. 26. (*Fabr. T. II. p.* 296.) — *Sch. l.* (*Fabr. T. II. p.* 300.) — [b]) *Bas. XVI.* 8. 27. — [c]) *Bas. XVI.* 8. 28. — [d]) *Bas. XVI.* 8. 29. — [e]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 103.; *Bas. XVI.* 8. 30. — [f]) *Bas. XVI.* 8. 31. — [g]) *Bas. XVI.* 8. 32. (*Fabr. T. II. p.* 297.) — [h]) *Bas. XVI.* 8. 33. — [i]) *Vatic. fragm.* §. 43.; *Bas. XVI.* 8. 34. — [k]) *Bas. XVI.* 8. 35.

[1]) Caes. *inserit Bk.; ms. Pist. ex subscr. tantum habet* pp. VI. āā. — [2]) Antonio *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; ususfructus *abest ab Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; soleat *Hal. et rell.* — [5]) fructuario *Vatic. fragm.* — [6]) II. *inserit Bk.* — [7]) arbitrio *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [8]) apud *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [9]) G. *Hal. et rell.; cfr. not.* 15. *ad l.* 10. *tit. praeced.* — [10]) *ms. Pist. huc refert subscr. leg.* 6. *hoc tit.* — [11]) ā et c̄ *ms. Pist.*; āā *mss. Vat. Pl.* 1.; āā et cc *ms. Bg.* — [12]) id āā *mss. Vat. Pl.* 1. — [13]) an *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [14]) tibi eiusdem aestimatio *Char. Pac. in marg., praeeunte Cuiac.; sed* ἀναδοθῆναι τὸ πρᾶγμα τῇ γυναικὶ *Bas.* — [15]) ideo *in ms. Pl.* 1. *serius adiectum.* — [16]) aut *insertum in ms. Pl.* 1. *a seriore manu.* — [17]) obligatio *Russ. Char. Pac. in marg.* — [18]) Clemente *ms. Pist., quod cum reliqua subscr. concordat; cfr. not.* 10. *ad l.* 4. *hoc tit.* — [19]) ius fructus *Coll. Ans. ded.* — [20]) poscis *Coll. Ans. ded.* — [21]) Arriano *Bk.* — [22]) Papo *Sp. Bk.* — [23]) *subscr. abest ab Hal.* — [24]) in *inserit ms. Bg.* — [25]) hereditatem *Hal.* — [26]) *in ms. Pist. subscriptio leg. seq. huc relata est.* — [27]) Pompeiano *mss. Vat. Pl.* 1. 2.; Pompiniano *ms. Bg.* — [28]) more *Russ. in marg. contra fidem codd. et Bas.* — [29]) conductrici morte eius, quae locavit *Char. in marg. ex libro Aured.* — [30]) *ms. Pist.*; Dat. *abest ab Hal. et rell.* — [31]) XII. *ms. Pist., quod reliquam subscr. tuetur, nisi quod abest ab eo* AA. — [32]) Theodotae *ms. Pist.*; Theodoro *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Russ. Sp.* — [33]) ea quae *Vatic. fragm.* — [34]) legando vindicationem, vel debitum negando in testamento creditoris actionem *Vatic. fragm.* — [35]) *Vatic. fragm., Bk.; subscriptio abest ab Hal.; Russ. et rell. huc referunt subscript. leg.* 17. *hoc tit.*; dat. XV. k. nov. Const. Lampadio et or. vv. *ms. Pist.* — [36]) antiquitatis *Hal.*; antiquioris *Russ.* — [37]) quis *abest a mss. Pl.* 1. *Gt., Hal., in ms. Pl.* 1. *autem post* usumfructum *inseritur.* — [38]) in quo *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [39]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; singulos *addunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [40]) perspexit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; prospexit *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62. — [41]) in *edd. Nbg. Hal.* — [42]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; eius *inserunt Russ. et rell.* — [43]) *ms. Bg., Hal. Bk.*; penitus *inserunt mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.* — [44]) ususfructus transm. non est possibilis *Hal.* — [45]) penitus *abest a ms. Pl.* 1. — [46]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., omnia mss. Russ., teste eodem in marg.*; inserta *Russ. et rell.* — [47]) vita *Russ.*

usumfructum apud eum. Quum enim possibile erat, usque ad omne vitae tempus usufructuarii non ad suam mentem venire furentem vel conditionem impleri, humanissimum est, ad vitam eorum usumfructum extendi. Quemadmodum etenim, si decesserit usufructuarius ante completam [1]) conditionem vel furorem finitum, exstinguitur ususfructus, ita humanum est, extendi eum in [2]) usufructuarii vitam, etsi antea decesserit furiosus vel alia conditio defecerit. Dat. Kal. August. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

13. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Quum antiquitas dubitabat usufructu habitationis legato, et primo quidem, cui similis est [3]), utrumne usui vel usufructui, an neutri eorum, sed ius proprium et specialem naturam sortita est [4]) habitatio, postea autem, si possit [5]) is, cui habitatio legata est [6]), eandem locare vel dominium sibi vindicare, auctorum [7]) iurgium decidentes, compendioso responso omnem huiusmodi dubitationem resecamus. Et si quidem habitationem [8]) reliquerit, ad humaniorem declinare [9]) sententiam nobis visum est, et dare legatario etiam locationis licentiam. Quid enim distat, sive ipse legatarius maneat, sive alii cedat [10]), ut mercedem accipiat? et multo magis, si habitationis usumfructum reliquerit, quum et nimiae subtilitati satisfactum videatur, etiam nomine ususfructus addito. In tantum etenim valere habitationem volumus, ut non antecellat usumfructum, nec dominium habitationis speret legatarius, nisi specialiter evidentissimis [11]) probationibus ipse legatarius [12]) possit ostendere, et dominium eius [13]) domus [14]) esse relictum; tunc etenim voluntati testatoris per omnia obediendum est. Quam decisionem locum habere censemus in omnibus modis [15]), quibus habitatio constitui potest. Dat. XVIII. Kal. Octob. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

14. [b]) Idem A. Iuliano P. P. — Antiquitas dubitabat, si quis fundum vel aliam rem cuidam testamento reliquerit, quatenus ususfructus apud heredem maneat, si huiusmodi constat [16]) legatum. Et quidam [17]) inutile legatum esse existimabant, quia ususfructus nunquam ad suam redit [18]) proprietatem, sed semper apud heredem remanet [19]), et forsitan hoc existimabant, quia et secundus heres et deinceps successores unius esse videntur [20]), et non potest [21]) huiusmodi ususfructus secundum veterem distinctionem solitis modis exstingui. Alii autem huiusmodi legatum non esse respuendum existimaverunt. Tales altercationes decidentes sancimus [22]), et huiusmodi legatum firmum esse, et talem usumfructum una cum herede finiri, et illo moriente vel aliis legitimis modis eum amittente exspirare. Quare enim iste ususfructus sibi tale vindicat [23]) privilegium, ut [24]) generali interemtione ususfructus ipse solus excipiatur? quod ex nulla induci rationabili sententia manifestissimum est. Et propter hoc et usumfructum finiri, et ad proprietatem suam redire, et utile esse legatum sancientes huiusmodi, paucissimis verbis totam [25]) eorum ambignitatem delevimus. Dat. XV. Kal. Octob. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

15. [c]) Idem A. Iuliano P. P. [26]). — Inter antiquam prudentiam dissensio incidit, si per servum ususfructus domino fuerit acquisitus, et ex quibusdam casibus (multi enim casus [27]) rebus incidunt mortalibus [28])) pars huius [29]) servi in [30]) alium perveniat [31]), utrum omnis ususfructus, qui antea per servum ad aliquem pervenerit, apud eum remaneat, an totus tollatur, vel ex parte deminuatur, ex parte autem apud eum resideat? Et super huiusmodi dubitatione tres sententiae vertebantur, una, quae dicebat, ex particulari alienatione servi totum usumfructum deminui, alia, in tantum usumfructum deminui, in quantum et [32]) servus alienatur [33]), tertia, quae definiebat, partem quidem servi posse alienari, totum autem usumfructum apud eum remanere, qui antea servum in solidum habebat. Et in novissima sententia [34]) summum auctorem iuris scientiae Salvium Iulianum esse invenimus. Nobis autem haec decidentibus placuit, Salvii Iuliani admitti sententiam et aliorum, qui in eadem fuerunt opinione, quibus humanius visum est, non interemtionem ususfructus studiosam esse, sed magis retentionem, quatenus, etsi pars servi alienetur, tamen nec pars ususfructus depereat, sed maneat secundum suam [35]) naturam integer atque incorruptus, et quemadmodum [36]) ab initio fixus est, ita [37]) conservetur, ex huiusmodi [38]) casu nullo deterioratus modo. Dat. X. Kal. Octob.

---

[a]) *Bas. XVI.* 8. 36. (*Fabr. T. II. p.* 298.) — *Sch. m.* (*Fabr. T. II. p.* 301.) — [b]) *Bas. XVI.* 8. 37. — [c]) *Bas. XVI.* 8. 38. (*Fabr. T. II. p.* 299.)

[1]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; conplectam *ms. Pl.* 1.; impletam *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [2]) extendi ad *edd. Nbg. Hal.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; esset *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *eadem suffragia et sq.* sortita est (esset) *defendunt et irritant.* — [4]) *cfr. not. praeced.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; posset *Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; esset *Hal. et rell.* — [7]) veterum auctorum *Cont. in marg. ex uno cod.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; quis *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.*; *cfr. statim infra* si habitationis *etc.* — [9]) reclinare *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [10]) concedat *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [11]) evidentibus *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [12]) ipse legatarius *absunt ab edd. Schf. Russ.*; ipse *abest ab Hal.* — [13]) ei *ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Hal. Cont.* 62. — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; sibi *inserunt Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ms. Bg. ex emendat.*, *edd. Schf. Nbg.*; locis *ms. Pl.* 2., *var. l. gl.*, *Hal. et rell.* — [16]) reliquerit — maneat — constat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; relinqueret — maneret — constaret *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [17]) et quidem *Hal.*; et cum quidam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Cont.* 62. — [18]) *mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; reddit *mss. Pl.* 1. 2.; rediret *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; permanet *ms. Pl.* 2.; remaneat *ed. Nbg.*; remaneret *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; videantur *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell. Praeterea Russ. in marg. notat*, *vv.* et forsitan hoc *etc. usque ad illa* nec possit *etc. in uno expuncta esse et ab interprete adiecta videri.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; nec potest *Cont.* 62.; et non possit *ms. Gt.*; nec possit *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [22]) censemus *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; vindicet *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; e *add. ms. Gt.*; a *insertum a Russ. et rell.* — [25]) tantam *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [26]) Id. A. eidem *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Idem A. eidem Iuliano P. P. *Russ. et postea rell. praeter Bk.* — [27]) casus *abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62. — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; mortalium *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [29]) huiusmodi *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; ad *Hal. et rell.* — [31]) pervenerit *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.* — [32]) et *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Nbg.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; alienaretur *Hal. et rell.* — [34]) novissimam sententiam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; et *post* sentent. *inserunt mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal.*, etiam *Cont.* 62. — [35]) sui *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [36]) et *inserunt mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 1. *ex emend.*, *ed. Schf.* — [37]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; et *inserunt Cont.* 66. *et rell.* — [38]) et huiusm. *ms. Bg.*

Octob. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

16. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Corruptionem usufructus multiplicem esse veteribus placuit, vel morte usufructuarii, vel capitis deminutione, vel non utendo, vel aliis quibusdam non ignoratis [1]) modis. Sed de usufructu quidem hoc indubitatum fuerat; de personali autem actione, quae super usufructu nascitur, sive in stipulationem usufructus deductus sive ex testamento relictus est [2]), dubitabatur; morte quidem usufructuarii et capitis deminutione eam tolli, omnibus concedentibus, non utendo autem, si per annum vel biennium forsitan eundem usumfructum non petierit usufructuarius, si [3]) personalis actio tollatur [4]), altercantibus. §. 1. Sed nos hoc decidentes sancimus, non solum actionem, quae de [5]) usufructu nascitur, sed nec ipsum usumfructum non utendo cadere, nisi tantummodo morte usufructuarii et ipsius rei interitu [6]), sed usumfructum, quem sibi aliquis acquisivit, hunc habeat, dum vivit, intactum, quum multae et innumerabiles causae rebus incidunt mortalibus [7]), per quas homines ingiter detinere [8]), quod habent [9]), non possunt. Et est satis durum, per huiusmodi difficultates amittere, quod semel possessum est, nisi talis exceptio usufructuario opponatur, quae, etiam si dominium vindicabat, poterat [10]) eum praesentem vel absentem excludere. §. 2. Sed nec per omnem capitis deminutionem huiusmodi detrimentum imminere nostris patimur subiectis. Quare enim si filiusfamilias fuerit is, qui usumfructum habet, forte ex castrensi peculio, ubi nec usufructus [11]) acquiritur patri [12]), ei [13]) possessum, per emancipationem eum amittat? Sed, secundum quod definitum est, tunc eum tantummodo desinere, quum usufructuarius vel res pereat, et tantummodo eum cum anima vel rei substantia exspirare, nisi praedictae exceptionis vigor reclamaverit; excepta videlicet tali capitis deminutione, quae vel libertatem vel civitatem Romanam possit adimere. Tunc etenim [14]) usufructus omnimodo ereptus [15]) ad suam revertatur proprietatem. Dat. Kal. Octob. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

17. [b]) Idem A. [16]) Ioanni P. P. — Ex libris Sabinianis quaestio nobis relata est, per quam dubitabatur, si usufructus, per servum acquisitus vel per filiumfamilias, capitis deminutione filii magna vel media vel morte vel emancipatione, vel servi quacunque alienatione vel morte vel manumissione potest [17]) adhuc remanere. Et ideo sancimus, in huiusmodi casibus, neque si servus vel filiusfamilias in praefatos casus inciderit, interrumpi patri vel domino usumfructum, qui per eos acquisitus est, sed manere intactum; neque si pater magnam capitis deminutionem vel mediam passus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exemtus, usumfructum perire, sed apud filium remanere [18]), etiamsi heres a patre non relinquatur. Usumfructum enim per eum acquisitum apud eum remanere [19]) etiam post patris calamitatem oportet, quum plerumque verisimile est [20]), testatorem contemplatione [21]) magis [22]) filii, quam patris usumfructum ei [23]) reliquisse. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae [24]) VV. CC. [531.]

Tit. XXXIV.

[c]) DE SERVITUTIBUS ET [25]) AQUA.

1. [d]) Imp. Antoninus A. Calpurniae [26]). — Si quas actiones adversus eum, qui aedificium contra veterem formam exstruxit, ut Iuminibus tuis officeret, competere tibi existimas, more solito [27]) exercere non prohiberis. Is, qui iudex erit, longi temporis consuetudinem vicem servitutis obtinere sciet, modo si is, qui pulsatur, nec vi, nec clam, nec precario possidet. PP. III. Id. Novemb. Gentiano et Basso Conss. [28]) [211.]

2. [e]) Idem A. Martiali [29]). — Si aquam per possessionem Martialis eo sciente duxisti, servitutem exemplo rerum immobilium [30]) tempore quaesiisti. Quod si ante id spatium eius usus tibi interdictus est, frustra sumtus in ea re factos praestari tibi postulas, quum in aliena possessione operis facti dominium, quoad [31]) in eadem causa manet, ad eum pertinet [32]), cuius est possessio. PP. Kal. Iul. [33]) Laeto II. [34]) et Cereale [35]) Conss. [215.]

3. [f]) Imp. Alexander A. [36]) Ricanae. — Et in provinciali praedio constitui servitus [37]) aquaeductus vel aliae servitutes possunt, si ea praecesserint, quae servitutes [38]) constituunt [39]); tueri enim placita inter contrahentes debent. Quare non ignorabis, si priores possessores aquam duci per praedia prohibere iure

---

[a]) *Bas. XVI.* 8. 39. — *Sch. n.* — [b]) *Bas. XVI.* 8. 40. — [c]) *Dig. VIII.* 1. 3. 4. — [d]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 121. — [e]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 121.; *Bas. LVIII.* 7. 2. (*Fabr. T. VI. p.* 774.) — [f]) *Bas. LVIII.* 7. 3 (*Fabr. T. VI. p.* 775.)

[1]) ignotis *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; incognitis *ms. Pl.* 1. — [2]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; deduct. est — relict. est *ms. Pl.* 1.; deduct. sit — relictus *Hal. et rell.* — [3]) an *Hal. Cont.* 76.; sic *Russ.*; ut sic *ed. Nbg.* — [4]) tollitur *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [5]) pro *mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; super *mss. Pl.* 1. 2. — [6]) interemtione *ms. Pl.* 1. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; incidant mortalium *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; retinere *Russ. et rell.* — [9]) habeant *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; vindicaret, posset *Hal. in not.*, *Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; nec patri ususfr. *omisso* patri, *quod sequitur*, *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) patri *abest a ms. Bg.* — [13]) eius *ms. Pl.* 2.; ad utilitatem ei *Cont. in marg. ex uno cod.* — [14]) tunc enim *ms. Pl.* 1.; et tunc *ms. Bg.*; et tunc enim *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [15]) exceptus *ed. Schf.*; ἡ χρῆσις ἀφαιρουμένη *Bas.* — [16]) Imp. Iustin. (Iustinianus) A. *mss. Pist. Cas. Bg.*; Idem (Iidem) AA *ms. Vat.*, *ed. Nbg.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; possit *Hal. et rell.* — [18]) manere *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [19]) manere *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [21]) contemplat. *abest a ms. Pl.* 2. — [22]) magis *abest ab Hal.*; potius contemplat. *ms. Pl.* 1. — [23]) ei *abest a ms. Pl.* 1. — [24]) *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Orestis *Cont.* 71. *Char. et rell.*; *cfr. not.* 35. *ad l.* 11. *hoc tit.* — [25]) de *inserunt mss. Pist. Cas.*, *Hal.*, *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 121. *rubr.* — [26]) *mss. Pist. Cas. Bg.*, *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; Calphurniae (Calfurniae) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Coll. Ans. ded.*; per iudicem *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [28]) et Basso Conss. *absunt a ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [29]) Marcello *ms. Pl.* 2. — [30]) nobilium *Coll. Ans. ded.*, *quod si emendetur in* mobilium, *magis convenit cum Bas.*, *quae de triennali praescriptione loquuntur.* — [31]) quod *edd. Schf. Hal.*, *Coll. Ans. ded.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Coll. Ans. ded.*; pertineat *Hal. et rell.* — [33]) Iun. *ms. Pist.* — [34]) *ms. Pist.*, *Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.* — [35]) *ms. Pist.*, *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; Cereali *Cont.* 66. *et rell.* — [36]) Idem A. *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; *cfr. not.* 10. *ad l.* 6. *C. II.* 13. — [37]) servitus *abest ab Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; servitutes *ms. Pl.* 1. — [38]) servitutem *ms. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62. — [39]) constituant *mss. Pl.* 2. *Bg.*

iure non potuerunt [1]), cum eodem onere perferendae servitutis transire [2]) ad emtores eadem praedia posse. PP. Kal. [3]) Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. [a]) Idem A. Cornelio [4]). — Aquam, quae in alieno loco oritur, sine voluntate eius, ad quem usus eiusdem aquae pertinet, praetoris edictum non permittit ducere. PP. Idib. August. Maximo II. et Aeliano Conss. [5]) [223.]

5. Imp. Philippus A. et Philippus C. [6]) Luciano [7]), militi. — Si quid pars adversa [8]) contra servitutem aedibus tuis debitam iniuriose exstruxit, praeses provinciae revocare ad pristinam formam, damni etiam ratione habita, pro sua gravitate curabit. PP. Kal. Febr. [9]) Praesente et Albino Conss. [246.]

6. Imp. Claudius A. [10]) Prisco. — Praeses provinciae usu aquae, quam ex fonte iuris tui profluere allegas, contra statutam consuetudinis formam carere te non permittet, quum sit durum et crudelitati proximum, ex tuis praediis aquae agmen ortum, sitientibus agris tuis, ad aliorum usum vicinorum iniuria propagari. PP. VII. Kal. Mai. Claudio A. [11]) et Paterno Conss. [269.]

7. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [12]) Iuliano [13]). — Si manifeste doceri possit, ius aquae ex vetere more atque observatione per certa loca profluentis [14]) utilitatem certis fundis irrigandi causa exhibere, procurator noster, ne quid contra veterem formam atque solemnem morem innovetur, providebit. PP. IV. Non. Mai. Maximo II. [15]) et Aquilino Conss. [286.]

8. [c]) Idem AA. et CC. Aniceto. — Altius quidem aedificia tollere, si domus servitutem non debeat, dominus eius minime prohibetur. In pariete vero tuo si fenestram Iulianus vi vel clam fecisse convincatur, sumtibus suis [16]) opus tollere et integrum [17]) parietem restituere compellitur. Dat. Kal. Ian. Sirmii, AA. [18]) Conss. [293— 304.]

9. Idem AA. et CC. Zosimo. — Si in aedibus vicini tibi debita servitute parietem altius aedificavit Heraclius, novum opus suis sumtibus per praesidem provinciae tollere compellitur [19]). Sed si te servitutem habuisse non probetur, tollendi altius aedificium vicino non est interdictum. PP. V. Kal. Iul. Sirmii, AA. Conss. [20]) [293—304.]

10. [d]) Idem AA. et CC. Nymphidio. — Si tibi servitutem aquae [21]) deberi praeses animadverterit, nec hactenus non [22]) utentem [23]) spatio temporis amisisse perspexerit [24]), uti te iterum iure proprio [25]) providebit. Nam si hoc minime probetur, loco [26]) proprio facto opere dominus fundi continere aquam, et facere, quominus ager tuus irrigari possit, non prohibetur. PP. [27]) XI. Kal. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

11. [e]) Idem AA. et CC. Aureliano. — Per agrum quidem alienum, qui servitutem non debet, ire vel agere vicino minime licet; uti autem via publica nemo recte prohibetur. Dat. XI. Kal. Novemb. Sirmii, Caess. [28]) Conss. [294—305.]

12. [f]) Idem AA. et CC. Valeriae. — Non modus praediorum, sed servitus aquae ducendae terminum facit. PP. III. Kal. Ian. [29]) Nicomediae [30]), Caess. Conss. [294—305.]

13. [g]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Sicut usumfructum, qui non utendo per biennium in soli rebus, per annale autem tempus [31]) in mobilibus vel se moventibus diminuebatur, non passi sumus huiusmodi sustinere compendiosum interitum, sed et [32]) ei decennii vel viginti annorum dedimus spatium, ita et in ceteris servitutibus obtinendum esse censuimus, ut omnes servitutes non utendo amittantur non biennio, quia tantummodo soli rebus annexae sunt, sed decennio contra praesentes vel viginti annorum spatio contra absentes, ut sit in omnibus huiusmodi rebus causa similis, differentiis explosis. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae VV. CC. [531.]

14. [h]) Idem A. Ioanni P. P. — Quum [33]) talis quaestio in libris Sabinianis vertebatur [34]): quidam enim pactus est [35]) cum vicino suo, ut liceat [36]) ei vel per se vel per suos homines per agrum vicini transitum facere, iterque habere uno [37]) tantummodo per quinquennium die, quatenus ei licentia sit [38]) in suam syl-

---

[a]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 121.; *Bas. LVIII.* 7. 4. — [b]) *Bas. LVIII.* 7. 7. — [c]) *Bas. LVIII.* 7. 8. — [d]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 121. — [e]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 121. — [f]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 121.; *Bas. LVIII.* 7. 12. — [g]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 121.; *Bas. LVIII.* 7. 13. *Hausta videtur haec const. ex ampliore, cuius et pars est l. un. C. de usucap. transform. VII.* 31. — [h]) *Bas. LVIII.* 7. 14.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; potuerint *edd. Schf. Cont.* 62. *et rell.* — [2]) transisse *ms. Pl.* 1. — [3]) VI. Kal. *ms. Pist., quod reliquam subscr. tuetur, nisi quod habet* aplino *pro* Aeliano; *cfr. l.* 7. *hoc tit.* — [4]) Corneliano *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk. contra mss. omnia et Coll. Ans. ded.* — [5]) *subscr. convenit cum ms. Pist.* — [6]) C., *ut et praeced.* A., *abest a mss. Pist. Bg.*; et Philippus C. *absunt ab edd. Nbg. Hal. Russ.*; cc *mss. Vat. Pl.* 1. (*oriundum fortasse ex* n. c.); Imp. filipp. et phil. aa et cc *ms. Pl.* 2. — [7]) Claudiano *mss. Pist. Bg.* — [8]) diversa *Hal. Cont.* 62. — [9]) *diem firmat ms. Pist., a quo conss. absunt.* — [10]) A. *abest a mss. Pist. Cas. Bg.* — [11]) II. *inserit Bk.*; Claudio aa ss *omisso Paterno ms. Pist.* — [12]) *mss. Pist. Pl.* 1. *Bg., Hal.*; et CC. *addunt ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Russ. et rell.*; *verum a Bk. tam* AA. *quam* et CC. *desunt.* — [13]) Iulio *mss. Cas. Bg., et similiter ms. Pist.*; P. P. *addunt Russ. et postea rell. praeter Bk. contra fidem mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.* — [14]) perfluentis *mss. Pl.* 2. *Bg. Bg., Hal.* — [15]) II. *abest a ms. Pist., quod cum reliqua subscr. convenit.* — [16]) per praesidem provinciae *inserit Cont.* 62. — [17]) et in integr. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [18]) AA. *abest a ms. Pist., quod reliquam subscr. tuetur.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; compelletur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) *ms. Pist. hue refert subscr. leg. seq.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal., Coll. Ans ded.*; ducendae *inserunt edd. Nbg. Russ. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Hal.*; nec hactenus *omisso* non *Coll. Ans. ded.*; nec hanc hactenus te non *ed. Schf.*; nec hac te non *edd. Nbg. Russ. et postea rell. praeter Bk.*; nec hanc te non *ms. Pl.* 1. *ex recent. emend., Bk.* — [23]) utente *ms. Pl.* 2., *Coll. Ans. ded.*; utendo *Cont.* 62. — [24]) prospexerit *edd. Schf. Hal., M. Vacarius* (*ap. Dirksen. p.* 430.); prospexit *ed. Nbg.* — [25]) ut iterum iure proprio utaris *mss. Pl.* 2. *Bg.*; uti te iure proprio *omisso* iterum *Coll. Ans. ded.* — [26]) in loco *ms. Pl.* 1. — [27]) Dat. *ms. Pist., quod reliquam subscr. firmat*; *cfr. not.* 20. *ad leg. praeced.* — [28]) Caess. *abest a ms. Pist., quod reliquam subscr. tuetur.* — [29]) d. X. ian. *ms. Pist.* — [30]) *ms. Pist.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [31]) spatium *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal., quae edd.* autem *omittunt.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., Coll. Ans. ded.*; et *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [33]) Quum *abest a ms. Bg.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; verteretur *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; erat *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; liceret *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [37]) in uno *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.* — [38]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; esset *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*

silvam inde transire, et arbores excidere, vel facere, quidquid necessarium [1]) ei [2]) visum fuerit [3]), et quaerebatur [4]), quando huiusmodi servitus non utendo amittitur [5]), et quidam putaverunt [6]), si in primo vel secundo quinquennio per eam viam non itum est [7]), eandem servitutem penitus tolli, quasi per biennium ea non utendo deperdita, singulo die quinquennii pro anno numerando, aliis autem [8]) aliam sententiam eligentibus, nobis placuit ita causam dirimere, ut, quia iam per legem latam a nobis prospectum est, ne servitutes per biennium non utendo depereant, sed per decem vel viginti annorum curricula, et in proposita specie, si per quatuor quinquennia nec uno die vel ipse vel homines eius eadem servitute usi sunt, tunc eam penitus amittat viginti annorum desidia. Qui enim in tam longo prolixoque spatio suum ius minime consecutus est, sera poenitentia ad pristinam servitutem reverti desiderat. §. 1. Quum autem apertissimi iuris est, fructus aridos conculcatione, quae in area fit, suam naturam et utilitatem ostendere, aliquis vicinum suum vetabat, ita aedificium extollere iuxta aream suam, ut ventus excluderetur, et paleae ex huiusmodi obstaculo [9]) secerni a frugibus non possent, quasi vento suam vim per omnem locum inferre ex huiusmodi aedificatione vetito [10]), quum secundum situm regionis et [11]) auxilium venti aream [12]) accedit. Sancimus itaque, nemini licere sic aedificare vel alio modo versari, ut idoneum ventum et sufficientem ad praefatum opus infringat, et inutilem domino aream et fructuum inutilitatem [13]) faciat. Dat. XI. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae VV. CC. [531.]

Tit. XXXV.

a) DE LEGE AQUILIA.

1. b) Imp. Alexander A. Glyconidi. — Damnum per iniuriam datum, immisso in silvam igne vel [14]) excisa ea, si probare potes [15]), actione legis Aquiliae utere. PP. VII. Id. [16]) Novemb. Alexandro . II. et Marcello Conss. [226.]

2. c) Imp. Gordianus A. uciano [17]). — Legis Aquiliae actione expertus adversus eum, quem domum tuam deposuisse vel incendio concremasse, damnoque te afflixisse proponis, ut id damnum sarciatur, competentis iudicis auctoritate consequeris. Quin etiam, si aqua per iniuriam alio [18]) derivata est [19]), ut in priorem statum restituatur [20]), eiusdem iudicis cura impetrabis. PP. VIII. Id. [21]) Novemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

3. d) Idem A. Dolenti. — Ex morte ancillae, quam caesam conquestus es, tam legis Aquiliae damni sarciendi gratia actionem, quam criminalem accusationem adversus obnoxium competere [22]) posse, non ambigitur. PP. V. Kal. April. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

4. e) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [23]) Zoilo. — Contra negantem ex lege Aquilia, si damnum per iniuriam dedisse probetur, dupli procedit condemnatio. Dat. XV. Kal. Mai. Heracliae [24]), AA. Conss. [293—304.]

5. f) Idem AA. et CC. Claudio. — De pecoribus tuis, quae per iniuriam inclusa fame necata sunt, vel interfecta, legis Aquiliae actione in duplum agere potes. Dat. XV. Kal. Novemb. AA. Conss. [293—304.]

6. g) Idem AA. et CC. Plinio. — De his, quae per iniuriam depasta contendis, ex sententia legis Aquiliae agere minime prohiberis. PP. V. [25]) Kal. Novemb. Caess. Conss. [26]) [294—305.]

Tit. XXXVI.

h) FAMILIAE ERCISCUNDAE [27]).

1. i) Impp. Severus et Antoninus AA. Marciano. — Si non omnem paternam hereditatem ex consensu divisisti, nec super ea re sententia dicta vel transactio subsecuta est, iudicio familiae erciscundae potes experiri. PP. VIII. Kal. Octob. Laterano et Rufino Conss. [28]) [197.]

2. k) Imp. Antoninus A. Vitiano [29]). — Uxor tua, si mortuo patre tuo, cui dotem numeraverat, quum heres ei exstiteris, adhuc in matrimonio tuo fuerit [30]), fami-

---

a) *Dig. IX.* 2. — b) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 104.; *Bas. LX.* 3. 58. (*Fabr. T. VII. p.* 65.) — *Sch. s.* (*Fabr. T. VII. p.* 115.) — c) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 104.; *Bas. LX.* 3. 59. — *Sch. t.* — d) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 104.; *Bas. LX.* 3. 60. — *Sch. u.* — e) *Coll. Ans. ded. P. VII c.* 104.; *Bas. LX.* 3. 61. — *Sch. x—a.* — f) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 104. — *Bas. LX.* 3. 62. *In ms. Pl.* 1 *haec const. demum post l.* 5. *tit. seq. inserta est.* — g) *Bas. LX.* 3. 63. — *Sch. b—d.* (*Fabr. T. VII. p.* 116.) — h) *Dig. X.* 2. — i) *Bas. XLII.* 3. 58. (*Fabr. T. V. p.* 688.) — *Sch. t—x.* (*Fabr. T. V. p.* 725.) — k) *Bas. XLII.* 3. 59. — *Sch. y.*

1) necessarium *abest a mss. Pl.* 1. *Gt., Hal.* — 2) ei *abest ab edd. Nbg. Hal.* — 3) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; fuisset *Hal. et rell.* — 4) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; quaereretur *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — 5) *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62.; amittatur *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; amitteretur *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — 6) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; putarent *Hal. et rell.* — 7) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; itum non esset *Hal. et rell.* — 8) autem *abest a ms. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — 9) obstaculis *Char. Pac. Sp.* — 10) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62.; vetito *post* quasi *collocant edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — 11) et *abest ab ed. Schf.* — 12) areae *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Bg. ex emendat.*; ad aream *ed. Schf.* — 13) inutilitatem *ante recent. emend. abfuit a ms. Pl.* 1.; *fortasse recte omittitur et legitur* fructum, *ad quod prope accedit ms. Gt.* fructum inutilem. — 14) et *ms. Pl.* 1. — 15) probari potest *mss. Pl.* 2. *Gt., Coll. Ans. ded.* — 16) VIII. id. *ms. Pist., quod et omissis nominibus conss. habet* ā css. — 17) Alexandro *ms. Pist. et similiter ms. Bg., transsumto hoc nomine ex subscr. leg.* 1.; Luciano *Coll. Ans. ded.* — 18) ab alveo *Russ. in marg.*; a luco *Coll. Ans. ded.*; εἰ καὶ τὸ ὕδωρ ἀλλαχοῦ μετασχετεύθη *Schol Bas.* — 19) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Coll. Ans. ded.*; sit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 20) revertatur *ms. Pl.* 1. — 21) Id. *et postea* et Aviola *absunt a ms. Pist., quod reliquam subscr. tuetur.* — 22) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62., *Coll. Ans. ded.*; tibi *inserunt Russ. Cont.* 66. *et rell.* — 23) AA. et CC. *absunt a ms. Bg.*; et CC. *desunt in ms. Pist.* — 24) Heracleae *Bk.*; *diem et locum firmat ms. Pist., quod subscr. hui. leg. refert ad const. praeced.* — 25) XV *ms. Pist.* — 26) *subscr. abest ab Hal.* — 27) hercisc. *mss. Cas. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.*; haertisc. *ms. Bg.*; de fam. hercisc. iudicio *ed. Schf.*; iudicio *omisso antea* de *addit ms. Bg.* — 28) pp aa K. Sept. Gord. ss. *ms. Pist., quae subscriptio ad l.* 7. *hoc tit. procul dubio referenda est, tum quia tantum ad const. Gordiani accommodata est, tum quia in ms. Pist. l.* 8. *hoc tit. post legem* 1. *ita collocatur, ut, quomodo subscr. ex lege* 7. *ad finem legis* 1. *migraverit, sit in aprico.* — 29) Latarano *ed. Nbg., quod nomen ex subscr. leg. praeced. probabiliter huc migravit.* — 30) fuit *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Cont.* 62.

familiae erciscundae actionem ad exsequendam [1]) dotem secundum iuris pridem placitum adversus coheredes tuos nactus es, eamque retines, etiam si postea, dum tibi nupta est, decessit [2]). PP. II. Id. Febr. . . . .

3. [a]) Idem A. [3]) Rufo. — Adversus coheredes tuos [4]) dividendae hereditatis iudicio secundum iuris formam experire. Index datus, si quid a coherede etiam tuae portionis ex hereditate sublatum fuerit probatum, factis adindicationibus secundum iuris formam eum tibi condemnabit. Expilatae enim hereditatis crimen frustra coheredi intenditur, quum iudicio familiae erciscundae indemnitati eius prospiciatur. PP. VII. . . Novembr. . . . . [5]).

4. [b]) Imp. Alexander A. Antonio [6]). — Si filiusfamilias fuisti, et res mobiles vel se moventes, quae castrensis peculii esse possunt, donatae tibi a patre sunt, eas quoque in cetero peculio castrensi non communes cum fratribus tuis [7]) habes. Praedia autem, licet ennti tibi [8]) in castra filio pater donaverit, peculii [9]) castrensis non sunt. Diverso iure [10]) ea praedia habentur, quae ex occasione militiae filiisfamilias obveniunt; haec enim castrensi peculio cedunt.

5. [c]) Idem A. Statiliae. — In ipsius mariti tui [11]) fuit potestate mutare, quod in servos suos iratus testamento caverat, ut unus quidem in perpetuis vinculis moraretur, alter vero exportandus venumdaretur. Proinde si offensam istam clementia [12]) flexit, quod, licet scriptura non probetur, [13]) aliis tamen rationibus doceri [14]) nihil impedit, praesertim quum posteriora eorum talia merita deprehendantur, ut ira domini potuerit mitigari, novissimam eius voluntatem arbiter familiae erciscundae sequetur.

6. [d]) Imp. Gordianus A. Pomponio [15]), militi. — Ea, quae in nominibus sunt, non recipiunt divisionem, quum ipso iure in portiones hereditarias [16]) ex lege duodecim tabularum divisa sunt [17]). PP. . . . . [18]).

7. [e]) Idem A. Aeliano. — Si qua fideicommissorum petitio inter coheredes consistat, praetor vel praeses provinciae, eius rei disceptator constitutus, vel index, familiae erciscundae iudicio aditus [19]), ut voluntas testatricis servetur, suas partes accommodare debet. PP. Kal. Septemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [20]) [239.]

8. [f]) Idem A. Telesphoro. — Bona, quaecunque tibi sunt communia cum fratre tuo ex hereditaria successione patris vel matris, cum eodem familiae erciscundae iudicio experiens, ut dividantur, impetrabis. PP. VI. Non. . . . . [21]) Arriano et Papo Conss. [22]) [243.]

9. [g]) Idem A. Nerinae [23]). — Non est ambiguum, quum familiae erciscundae titulus inter bonae fidei iudicia numeretur, portionem hereditatis, si qua ad te pertinet, incremento fructuum augeri.

10. [h]) Idem A. Philotherae [24]). — Quotiens inter omnes heredes testator successionem [25]) dividit, ac singulos certis possessionibus cum mancipiis quae in eisdem sunt constituta, iubet esse contentos, voluntati eius, salva legis Falcidiae auctoritate, obtemperandum esse manifestum est; nec mutat, quod in sequentibus verbis mancipia sua universa, nulla facta eorum discretione, commendanda putavit [26]) heredibus, quum utique his [27]) ea videatur insinuasse, quibus etiam testamento relinquenda esse decrevit.

11. [i]) Imp. Philippus A. et Philippus C. [28]) Antoniae [29]). — Inter filios ac filias bona intestatorum parentum pro virilibus portionibus [30]) aequo iure dividi oportere, explorati iuris est. PP. XVI. [31]) Kal. Mart. . . . . Conss. [32]).

12. [k]) Impp. Gallus et Volusianus AA. [33]) Rufo. — Non ideo divisio inter te et fratrem tuum, ut proponis, facta irrita habenda est, quod eam scriptura

---

[a]) *Bas. XLII.* 3. 60. (*Fabr. T. V. p.* 689.) — *Sch. z.* — [b]) *Bas. XLII.* 3. 61. — *Sch. a—c.* — [c]) *Bas. XLII.* 3. 62. — *Sch. d.* (*Fabr. T. V. p.* 726.) — [d]) *Bas. XLII.* 3. 63. (*Fabr. T. V. p.* 690.) — *Sch. e.* — [e]) *Bas. XLII.* 3. 64. — *Sch. f. g.* — [f]) *Bas. XLII.* 3. 65. — *Sch. h.* — [g]) *Bas. XLII.* 3. 66. — *Sch. i. k.* (*Fabr. T. V. p.* 727.) — [h]) *Bas. XLII.* 3. 67. — *Sch. l.* — [i]) *Bas. XLII.* 3. 68. (*Fabr. T. V. p.* 691.) — *Sch. m.* — [k]) *Bas. XLII.* 3. 69. — *Sch. n.*

[1]) exsequendam *in quibusdam deesse, Russ. in marg. adnotat, Contio in marg. hoc v. vett. mssis vindicante.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; decesserit *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [3]) Idem AA. *ms. Pl.* 1.; Imp. Ant. A. *ms. Pist.* — [4]) tuos *abest ab Hal., in ms. Pl.* 1. *serius adiectum.* — [5]) *hanc lacunosum subscr. restitui ex ms. Pist., omnis abest ab Hal. et rell. Fortasse latent vestigia consulum in inscr. leg. seq., cuius rei exemplum vide in not.* 29. *ad l.* 2. *hoc tit.* — [6]) Antonino *mss. Vat. Pl.* 1. 2.; Amonio *Russ. Cont.* 62. — [7]) tuis *abest ab edd. Nbg. Hal.* — [8]) tibi *abest a ms. Pl.* 2. — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; tamen *inserunt Russ. et rell.* — [10]) diversi iuris *mss. Bg. Gt., ed. Schf.* — [11]) tui *abest a ms. Bg., edd. Nbg. Hal., cui omissioni favent Bas.* — [12]) clementiam *ms. Bg. ante emendat.; fortasse* in clementiam, *nam* εἰς φιλανθρωπίαν *Bas.* — [13]) vel *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — [14]) possit *inserit ms. Pl.* 2. — [15]) Pompeio *mss. Pist. Cas. Bg.*; Pompeiano *ms. Vat. et similiter ms. Pl.* 1. — [16]) portionem hereditariam *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.*; ex portione hereditaria *ms. Bg.*; πρὸς τὰ κληρονομιαῖα μέρη *Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sint *Russ. et rell.* — [18]) PP., *quod abest ab Hal. et rell., servatum est in ms. Pist.*; *fortasse illae literae et consulum Pii et Pontiani* (238) *in se vestigium habent.* — [19]) additus *mss. Pl.* 1. 2.; addictus *mss. Bg. Gt., Cont.* 62., *provocans ad l.* 39. *D. V.* 1. — [20]) *subscr. abest ab Hal. et rell.*; *equidem eam restitui ex ms. Pist.* (*cfr. not.* 28. *ad l.* 1. *hoc tit.*), *quod non integram quidem et mendis vacuam servavit, verosimiliter tamen genuinae formae a nobis reddita.* — [21]) *Fortasse* Non. Novemb., *quod si verum,* VI. *in* IV. *vel III. emendandum foret.* — [22]) *subscr. abest ab Hal. et rell.*; *restitui eam ex ms. Pist., quod pro* Arriano *manifesto errore habet* Apriano. — [23]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2.; Nerviae *ms. Cas.*; Nervae *ms. Bg.*; Verino *edd. omnes.* — [24]) *mss. Cas. Pl.* 2.; Philotetae *mss. Vat. Pl.* 1.; Periloterae *ms. Bg.*; Telesphoro *edd. omnes, quod nomen ex inscr. leg.* 8. *probabiliter repetitum.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; suam *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; putaverit *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [27]) mancipia *inserunt mss. Pl.* 1. *Gt.* — [28]) Imp. Phil. A. *ms. Bg.*; Imp. Phil. C. *ms. Pist.*; Imp. Phil. et Phil. AA. et CC. *ms. Pl.* 2. — [29]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 2. *Bg.*; Antoninae *mss. Vat. Pl.* 1.; Antonio *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [30]) ex *inserunt mss. Pl.* 1. 2. — [31]) XVII. *ms. Pist., quem numerum temporis computatio romana refutat.* — [32]) *subscr. abest ab Hal.*; *nostra lacunos. ex ms. Pist. hausta est; conss. procul dubio sunt Praesens et Albinus* (246.), *quum mense Februario a.* 245. *nondum Caesar assumtus fuerit Philippus iun., ex anno* 247. *nulla exstet in universo Cod. constitutio, anno autem* 248. *iam imperatoriam tenuerit dignitatem Philippus antea Caesar.* — [33]) *mss. Pist. Bg., utrumque omisso* AA.; Imp. Evulsianus A. *ms. Cas.*; Impp. Gallienus et Volusianus AA. *mss. Vat. Pl.* 1., *idem addito* et CC. *ms. Pl.* 2., *idem omisso* AA. et CC. *ed. Nbg.*; Impp. Gallienus et Valerianus AA. *Hal. et postea rell., testibus Russ. et Cont. in marg., ipsorum mssis nostram inscr. comprobari, quam unice veram esse et docet subscriptio a nobis restituta.*

ptura secuta non est, quum fides rei gestae ratam divisionem satis affirmet. PP. prid. Id. Mart. Gallo [1]) et Volusiano Conss. [2]) [252.]

13. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [3]) Saturnino. — Certum est, liberorum peculia post mortem patris in hereditate dividenda [4]) ad communionem esse revocanda. Frater autem et coheres tuus ob contractus, quibus vivente patre, etiam ignorante ipso, obligatus fuit, convenire te et alterum fratrem tuum [5]), coheredem vestrum, ultra non potest, quam ut de peculio suo recipiat tantam quantitatem, in quantam [6]) condemnatus est his, cum quibus ipse contraxit.

14. [b]) Iidem AA. [7]) Hermiano. — Si familiae erciscundae iudicio, quo bona paterna inter te ac fratrem tuum aequo iure divisa sunt, nihil super evictione rerum singulis adiudicatarum specialiter inter vos convenit, id est ut unusquisque eventum rei suscipiat, recte possessionis evictae detrimentum fratrem tuum et coheredem pro parte agnoscere, praeses provinciae per actionem praescriptis verbis compellet. Dat. VIII. Kal. Sept. AA. Conss. [8]) [287—290.]

15. [c]) Iidem AA. et CC. Theophilae [9]). — Si, divisione conventione facta [10]), etiam possessio consensu secuta dominium pro solido [11]) rerum, quas pertinere ad patrem tuum placuit, ei firmavit [12]), earum vindicationem habere potes, si patri tuo successisti. Si vero placitum divisionis usque ad pactum stetit, arbiter familiae erciscundae iudicio vobis datus communionem inter vos finiri providebit.

16. [d]) Iidem AA. et CC. [13]) Heraclio. — Filii patris testamentum rescindendi, si hoc inofficiosum probare non possunt, nullam habent facultatem. Sed et si tam circa testamentum, quam etiam codicillos [14]) iudicium eius deficiat, verum quibuscunque verbis voluntas eius declarata sit, licet ab intestato ei fuerit successum, ex senatusconsulto retentionis modo servato, familiae erciscundae iudicio aditum [15]) iudicem sequi voluntatem patris [16]) oportere, iuris auctoritate significatur.

17. [e]) Iidem AA. et CC. Commodiano. — Coheredibus divisionem inter se facientibus, iuri absentis et ignorantis minime derogari, ac pro indiviso portionem eam [17]), quae initio ipsius fuit, in omnibus communibus rebus eum [18]) retinere, certissimum est. Unde portionem tuam cum reditibus arbitrio familiae erciscundae percipere potes, ex facta inter coheredes divisione nullum praeindicium timens. Dat. VII. Kal. Decemb. Sirmii, AA. Conss. [19]) [293.]

18. [f]) Iidem AA. et CC. [20]) Domnae [21]). — Filiae, cuius pater nomine res comparavit, si non postea contrarium eius indicium probetur, per arbitrium dividendae [22]) hereditatis praecipuas adiudicari, saepe rescriptum est. His itaque, si patri successisti, quem nomine tuo quaedam comparasse dicis, adversus sororem tuam apud praesidem provinciae, si res integra est, uti potes. §. 1. In communi autem hereditate quin sumtus ab uno facti bona fide familiae erciscundae iudicio vel negotiorum gestorum actione servari possint, non est ambiguum. Dat. XVIII. Kal. Ianuar. AA. Conss. [23]) [293.]

19. Iidem AA. et CC. Lysicrati [24]). — Incerti iuris non est, in familiae erciscundae iudicio earum [25]) rerum, quas ex coheredibus quidam de communibus absumserunt [26]) vel deteriores fecerunt, rationem esse habendam, eiusque rei ceteris praestandam indemnitatem [27]). Dat. XVIII. [28]) Kal. Ianuar. AA. Conss. [29]) [293.]

20. [g]) Iidem AA. et CC. Pactumeiae [30]). — In familiae erciscundae iudicio ab uno pro solido rei veluti communis venumdatae pretium non venit, sed mandati, si praecessit, coheres venditoris agere potest, vel negotiorum gestorum, si ratam fecerit venditionem. Nam si velut propriam unus distraxit [31]), ac pretium possideat, hereditas ab eo petenda est. III. . . . Febr. Caess. Conss. [32]) [294.]

21. [h]) Iidem AA. et CC. Fortunato. — Si cogitatione futurae successionis, officium arbitri dividendae hereditatis praeveniendo, pater communis iudicio suo vel qualicunque iudicio [33]) suam declaravit [34]) voluntatem, inter eos, qui ei [35]) successerunt, exem-

---

[a]) *Bas. XLII.* 3. 70. — *Sch. o—q.* — [b]) *Bas. XLII.* 3. 71. — *Sch. r. s.* (*Fabr. T. V. p.* 728.) — [c]) *Bas. XLII.* 3. 72. — *Sch. t. u.* — [d]) *Bas. XLII.* 3. 73. (*Fabr. T. V. p.* 692.) — *Sch. x—d.* (*Fabr. T. V. p.* 729.) — [e]) *Bas. XLII.* 3. 74. — *Sch. e—h.* (*Fabr. T. V. p.* 730.) — [f]) *Bas. XLII.* 3. 75. — *Sch. i—m.* — [g]) *Bas. XLII.* 3. 76. — *Sch. n—q.* (*Fabr. T. V. p.* 731.) — [h]) *Bas. XLII.* 3. 77. (*Fabr. T. V. p.* 693.)

[1]) IV. *inserit ms. Pist., quod aut ex lit.* A. *aut ex num.* II. *oriundum censeo.* — [2]) *hanc subscr., quae abest ab Hal. et rell., restitui ex ms. Pist.* — [3]) et CC. *addunt mss. Cas. Vat. Pl.* 1. — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Cont.* 62. *Bk.*; hereditatem dividendam *edd. rell.* — [5]) tuum *abest a ms. Pl.* 1. — [6]) in quantum *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [7]) et CC. *addunt mss. Vat. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [8]) *hanc subscr., quae abest ab Hal., tuetur ms. Pist.* — [9]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Iidem AA. Theophilo *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; divisionem convent. factam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; pro solido dominium *Hal. et rell.* — [12]) confirmavit *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.* — [13]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *absunt ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) Sed si tam testamento quam etiam codicillis *ms. Bg.*; *sed* εἰ δὲ τοῦτο μὲν περὶ διαθήκης, τοῦτο δὲ περὶ κωδικέλλου *Bas.* — [15]) additum *ms. Pl.* 1.; addictum *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [16]) patris *abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Nbg., et a sex mssis Russ.*; testatoris *ms. Pl.* 1. *et unum ms. Russ., quam lect. tuentur Bas.* τοῦ τελευτήσαντος; eius *Cont. in marg. ex antiquiss. exemplaribus.* — [17]) eum *ms. Bg., omisso* eum, *quod paullo post sequitur.* — [18]) eum *abest a ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*; *v. not. praeced.* — [19]) *subscr. abest ab Hal.* — [20]) Impp. Diocl. et Max. AA. et CC. *ms. Pist.* — [21]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 2.; Dompnae *mss. Vat. Pl.* 1.; Donnae *ms. Bg.*; Dominae *Hal. et postea rell.*; *cfr. inscr. l.* 5. *C. IX.* 33. — [22]) dividundae *Russ. Cont. Char. Pac. Sp.* — [23]) *ms. Pist.*; *subscr. abest ab Hal. Cont.* 66. *et postea rell.*; Dat. Kal. XVII. AA. Coss. *Russ. Cont.* 62. — [24]) Lysignatiae *ms. Pist. et similiter ms. Bg.*; Lisicratiae *mss. Cas. Pl.* 2.; Lisicratae *ms. Pl.* 1. *et similiter ms. Vat.* — [25]) etiam *inserunt mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; et earum *ms. Bg.* — [26]) assumserunt *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *nostram lect. et probat glossa, quae interpretationis causa adiicit i. e.* consumserunt. — [27]) habendam quae ceteris praestat indemnitatem *mss. Pl.* 2. *Bg., idem ante emend. in ms. Pl.* 1. *scriptum fuisse videtur*; habendam eius rei, quae ceteris praestat indemn. *ed. Schf.* — [28]) XIII. *ms. Pist., in quo idem num. in* XVIII. *emendatur*; XIX. *Russ. Cont.* 62. — [29]) *subscr. abest ab Hal.* — [30]) *ms. Pist.*; Pactumeniae *mss. Vat. Bg.*; Pactumiae *ms. Cas., Cont.* 62.; Pactumeicae *mss. Pl.* 1. 2.; Pactuelae *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; distraxerit *Hal. et rell.* — [32]) *hanc lacunosam subscr., quae abest ab Hal., tuetur ms. Pist.* — [33]) *ms. Pl.* 2., *ms. Pl.* 1. *ex emendat.*; pat. comm. iudicio vel qualic. indic. *ms. Bg.*; pat. comm. iudicio suo vel qualic. iudic. *edd. Nbg. Schf.*; pat. comm. suo vel qualic. iudic. *Hal.*; pat. comm. iudic. suo qualic. indic. *Russ. et postea rell.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; declaraverit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [35]) ei *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*

exemplo Falcidiae retentionis [1]) habita ratione, familiae dividendae causa datus arbiter (pro [2]) virili praeterea portione eorum, quae nulli generaliter vel specialiter adsignavit, facta divisione) in adindicando patris sequetur voluntatem. VI. Kal. Decembr. . . . [3]) Conss. [4]).

22. [a]) Iidem AA. et CC. Dionysio. — Servum communem, non consentientibus coheredibus, sed per errorem ad eum, qui possidet, pertinere credentibus, tenens, quum omnis verus titulus deficiat, suum non facit, sed in eo portiones hereditarias assignatas penes singulos successores remanere, manifestum est. PP. V. Non. Ianuar. . . . . [5]).

23. [b]) Iidem AA. et CC. Hermogeni. — Licet pacto divisionis adversus singulos actio pro hereditariis portionibus creditori parata mutari non possit, tamen ad exhibendam fidem his, quae convenerant, stipulationis et iuris adhibito remedio, qui placitum excedit, urgeri potest, quum et hoc omisso, si non contrarium convenisse probaretur, praescriptis verbis conveniri potuisset.

24. [c]) Iidem AA. et CC. Socrati. — Filium [6]), quem, habentem fundum, portionem hereditatis fratribus et quibusdam aliis sub conditione verbis precariis restituere sanxit testator, post eius [7]) eventum, hereditaria parte praedii in quartae ratione retenta, compensato praeterea, quod a coheredibus vice mutua percepit, et si quid deest, in supplementum deducto, quod a ceteris in eo fundo solvitur [8]), supra quartam habens reddere compellitur. Dat. V. Non. Ian. Caess. Conss. [294.]

25. [d]) Iidem AA. et CC. Diocli. — Ex causa donationis vel aliunde tibi quaesita, si avi successionem respueris, conferre fratribus compelli non potes. Dat. Id. April. Tusco et Anulino [9]) Conss. [10]) [295.]

26. [e]) Imp. Constantinus A. ad Bassum P. P. [11]). — Inter omnes duntaxat heredes suos, qui ex quolibet venientes gradu tamen pares videantur [12]) esse, vel emancipatos, quos praetor ad successionem vocat, sive coeptum neque impletum testamentum vel codicillus seu epistola parentis esse memoretur [13]), sive quocunque alio modo scripturae quibuscunque verbis vel indiciis inveniantur relictae, iudicio familiae erciscundae, licet ab [14]) intestato ad successionem liberi vocentur, servato senatusconsulti auxilio defuncti dispositio custodiatur, et [15]) si solemnitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta. Si vero in huiusmodi voluntate designatis liberis alia sit mixta persona, certum est, eam voluntatem, quantum ad illam duntaxat personam permixtam, pro nullo [16]) haberi. Dat. Romae, Kal. [17]) . . . Crispo [18]) II. et Constantino Caess. II. Conss. [321.]

Authent. de triente et semisse. §. Et quod saepe. (Nov. 18. c. 7.) — *Si modo subiiciatur huic scripturae vel ipsius parentis vel omnium, inter quos fit partitio, liberorum subscriptio.*

Tit. XXXVII.

[f]) [19]) COMMUNI DIVIDUNDO.

1. [g]) Imp. Antoninus A. Lucano [20]). — Frater tuus si solam portionem praedii ad se pertinentem distraxit, venditionem revocari non oportet, sed adversus eum, cum quo tibi idem praedium commune esse coepit, communi dividundo iudicio consiste; et ea actione aut [21]) universum praedium, si licitatione viceris, exsoluta socio parte pretii, obtinebis, aut pretii portionem, si meliorem alius conditionem attulerit [22]), consequeris. Quodsi divisio praedii sine cuiusquam iniuria commode fieri potuerit [23]), portionem suis finibus tibi adindicatam possidebis; hoc videlicet custodiendo, ut post litis contestationem nemo [24]) nec [25]) partem suam, ceteris eiusdem rei dominis non consentientibus, alienare possit. PP. Kal. Mart. Romae, Antonino A. IV. [26]) et Balbino [27]) Conss. [213.]

2. [h]) Imp. Alexander A. Avito, militi. — Si probatum fuerit praesidi provinciae, fratrem tuum vineas communes pignori dedisse, quum partem tuam, quam in vineis habes [28]), creditori [29]) obligare non potuerit [30]), praeses provinciae restitui tibi eam iubebit cum fructibus, quos creditor de parte tua percepit [31]). Idem praeses provinciae de divisione vinearum inter te et creditorem [32]) fratris tui cognoscet, et iubebit eum accepta pecunia, quanti [33]) statuerit partem fratris tui valere, eam partem, quam de fratre tuo accepit, tibi restituere, aut aestimata tua parte ad credi-

---

[a]) *Bas. XLII.* 3. 78. — *Sch. r. s.* (*Fabr. T. V. p.* 732.) — [b]) *Bas. XLII.* 3. 79. — *Sch. t—x.* — [c]) *Bas. XLII.* 3. 80. — *Sch. y.* — [d]) *Bas. XLII.* 3. 81. — *Sch. z.* — [e]) *Quod contendit Iac. Gothofr., hanc const. ex l.* 16. *et* 21. *hoc tit., ex l.* 21. *C. de testam. VI.* 23. *et ex l.* 1. *Th. C. de fam. hercisc. II.* 24. *miro flagitio esse interpolatam, ipsa harum legum comparatione refutatur. Profecto autem finis nostrae const. iisdem verbis immixtus est legi* 21. §. 3. *C. de testam.* — *Cfr. Nov.* 107. *pr.* — [f]) *Dig. X.* 3. — [g]) *Bas. XII.* 2. 32. — [h]) *Bas. XII.* 2. 33.

[1]) detentionis *Russ. in marg.* — [2]) pro *abest a mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [3]) *supplendum* Caess., *quod in ms. Pist. saepius omissum ob similitudinem signorum, quibus* Conss. *et* Caess. *denotatur.* — [4]) *ms. Pist.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [5]) *subscr. abest ab Hal.*; *nostra subscr., quam habent Russ. Cont.* 66. *et postea rell., fortasse huc repetita ex l.* 24. *hoc tit., utraque tamen num sit vera, ob seriem legum chronolog. merito dubitatur*; PP. V. Non. Ianuar. AA. Coss. *Cont.* 62. — [6]) filius *Hal.* — [7]) conditionis *inserunt ms. Pl.* 1. *ex recent. emendat., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk., sed a Russ. et Cont. cancellis inclusum et in marg. improbatum.* — [8]) solvetur *mss. Pl.* 1. *Bg. recent. manu, Hal.* — [9]) Anullino *Bk.* — [10]) *ms. Pist. huc refert subscr. ex l. seq.* — [11]) P. P. *abest a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; videntur *Hal. et rell.* — [13]) memoratur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; memorantur *ed. Schf.* — [14]) ab *abest a ms. Bg., ms. Pl.* 1. *ante emendat., Hal.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; etiam *edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., l.* 21. §. 3. *C. VI.* 23.; nulla *Russ. et rell.* — [17]) d. N. K. *ms. Pist., fortasse* Dat. Kal. Nov. *et profecto magis consentaneum, quam* Dat. Romae Kal., *quum a.* 321. *Constantinum unquam Romae egisse historiae taceant.* — [18]) Caes. *inserit Bk.* — [19]) De *praemittunt mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [20]) Luciano *mss. Pist. Vat. Pl.* 1.; Luciniano *ms. Bg.* — [21]) communi divid. consiste actione, et aut *ms. Bg.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., omnia mss. Russ. et Cont., excepto uno Cont.*; obtulerit *Hal. et rell.*; *sed* προσήγαγεν *Schol. Bas.* — [23]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ms. Pl.* 2. *ex emendat., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; potuerit *Russ. et rell.* — [24]) nemo *abest ab Hal. et Russ.* — [25]) nec *abest a mss. Pl.* 2. *Bg.*; *sed* μηδὲς μηδὲ *Schol. Bas.* — [26]) VI. *ms. Pist., quod reliquam subscr. confirmat.* — [27]) II. *inserit Bk.* — [28]) habet *Cont.* 66. 71. 76. *Char. ex mendo typogr.* — [29]) creditoribus *Cont. in marg.*; τοῖς δανεισταῖς *Schol. Bas.* — [30]) poterat *ms. Pl.* 1.; potuerat *mss Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; potuit *Cont.* 62. — [31]) *mss Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62.; perceperit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [32]) creditores *ms. Gt.*; *sed* τοῦ δανειστοῦ *Schol. Bas.* — [33]) quam *ms. Bg.*; quantum *ms. Gt.*

creditorem fratris tui, data pecunia, quanti aestimaverit, eam [1]) transferre. PP. V. Non. Mai. [2]) Iuliano et Crispino Conss. [3]) [224.]

3. [a]) Idem A. Verecundiano. — Ad officium arbitri, qui inter te et fratrem tuum [4]) dividendis bonis datus fuerit, ea sola pertinent, quae manent communia tibi et illi. Nam [5]) ea, quorum partem is vendidit, cum emtoribus tibi communia sunt, et adversus singulos arbitrum petere debes, si ab illorum quoque societate discedi placeat. Quum autem regionibus dividi [6]) aliquis ager inter socios non potest, vel ex pluribus singuli, aestimatione iusta facta, unicuique sociorum adiudicantur, compensatione invicem pretii facta, eoque, cui res maioris pretii [7]) obvenit, ceteris condemnato, ad licitationem nonnunquam etiam extraneo emtore admisso, maxime si se non sufficere ad iusta pretia alter ex sociis sua pecunia vincere vilius licentem [8]) profiteatur. PP. II. Id. Septemb. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [9]) [226.]

4. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Herodae [10]). — Si maior quinque et viginti annis soror tua tecum [11]) res communes divisit, quamvis non instrumentis, sed aliis probationibus earum diremtam [12]) communionem esse probetur, stare [13]) finitis convenit. Quodsi minor fuit, nec tempus in integrum restitutioni praefinitum adhuc excessit, an in integrum propter divisionem restitui debeat, causa cognita praeses provinciae aestimabit [14]). Idem eorum etiam, quae vobis permanent communia, fieri divisionem providebit, tam summum, si quis de vobis in res communes fecit, quam fructuum; item doli et culpae, quum in communi dividundo iudicio [15]) haec omnia venire non ambigitur [16]), rationem, ut in omnibus aequabilitas [17]) servetur, habiturus. Dat. [18]) VIII. Id. Febr. Caess. Conss. [294—305.]

5. [c]) Iidem AA. et CC. Secundino. — In communione vel societate [19]) nemo compellitur invitus detineri; quapropter aditus praeses provinciae, ea, quae communia tibi cum sorore perspexerit, dividi providebit. Dat. VIII. Kal. Septemb. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XXXVIII.

[d]) COMMUNIA UTRIUSQUE IUDICII, TAM FAMILIAE ERCISCUNDAE [20]), QUAM COMMUNI DIVIDUNDO.

1. [e]) Imp. Antoninus A. Marco. — Divisionem praediorum vicem emtionis obtinere placuit. PP. VI. Kal. Decemb. Gentiano et Basso Conss. [21]) [211.]

2. [f]) Imp. Alexander A. Euphratae. — Etiamsi is divisioni arbitrum dedit, cui dandi ius [22]) non fuit, tamen si socii quondam divisioni consensum dederint, quod quisque eorum secundum placita possedit [23]), pro parte socii dominium nactus est. PP. XVI. Kal. Decemb. Alexandro A. III. [24]) et Dione [25]) Conss. [229.]

3. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [26]) Aureliae Severae [27]). — Maioribus etiam, per fraudem vel dolum vel perperam sine iudicio factis divisionibus, solet subveniri, quia in bonae fidei iudiciis et [28]) quod inaequaliter factum esse constiterit, in melius reformabitur. PP. XVI. [29]) Kal. Iul. ipsis IV. et III. AA. [30]) Conss. [290.]

4. [h]) Iidem AA. [31]) ad Maximianum. — Si patruus tuus ex communibus bonis res comparavit, sibi negotium gerens, non omnium bonorum socius constitutus, pro competentium portionum modo indemnitati tuae consuli oportet; et ideo rem emtam communicare eum, contra iuris formam postulas. PP. XVI. Kal. Novemb. ipsis IV. [32]) et III. AA. Conss. [290.]

5. [i]) Iidem AA. et CC. [33]) Frontino [34]) et Gafirioni [35]). — De instrumentis, quae communia fratrem vestrum tenere proponitis, rector provinciae aditus, apud quem haec [36]) collocari debeant, existimabit.

---

[a]) *Bas. XII.* 2. 34. — [b]) *Bas. XII.* 2. 35. — [c]) *Bas. XII.* 2. 36. — [d]) *Dig. X.* 2. 3. — [e]) *Petri Except. leg. Rom. I.* 23.; *Bas. XII.* 3. 1. *In ms. Pl.* 1. *haec const. sequitur post const.* 2. — [f]) *Bas. XII.* 3. 2. — [g]) *Hausta est haec const. ex paulum ampliore, quae exstat in l.* 3. *Greg. C. de famil. ercisc. III.* 5. *et in Consultatione II.; Bas. XII.* 3. 3. — [h]) *Bas. XII.* 3. 4. — [i]) *Bas. XII.* 3. 5.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; eam *post* quanti *collocant Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [2]) mtii *ms. Pist.* — [3]) *ms. Pist. recte huc refert hanc subscr.*, *quae ab Hal. et rell. turbata serie chronolog. ad leg. seq. trahitur*; *abest a ms. Pist. secundus cons. Crisp.* — [4]) *ms. Pl.* 1., *ms. Bg. ante emendat.*; de *inserunt mss. Pl.* 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; pro *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) et *inserunt ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; commode *addunt edd. Nbg. Russ. et rell.* — [7]) cui maioris pars pretii *ms. Bg.*; cui res maioris pars pretii *ms. Pl.* 2. — [8]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*; licitantem *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et postea rell.*; licitam *ed. Nbg.* — [9]) *haec subscr. ad const.* 2. *hoc tit. ab Hal. et rell. trahitur*; *cfr. not.* 3. *ad leg. praeced.* — [10]) et Herodae *mss. Pist. Bg.*, *similiter ms. Vat.* — [11]) tecum *abest a ms. Bg.*, *quod probat Schol. Bas.* — [12]) *ms. Pl.* 1., *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*; direptam *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. et rell.*; disceptam *ms. Gt.*; τὴν — κοινωνίαν διαιρεθῆναι *Schol. Bas.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; stari tamen *Russ. et rell. praeter Bk.*; stare tamen *Bk.*; *nobiscum facit Schol. Bas.* — [14]) existimabit (extimabit) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; δοκιμάσει *Schol. Bas.* — [15]) iudicio *abest ab Hal.*; *sed* ἐν τῷ κομμουνὶ διβιδοῦνδο δικαστηρίῳ *Schol. Bas.*; iudicia *ed. Nbg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; ambigatur *ms. Pl.* 2., *Russ. et rell.* — [17]) aequalitas *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [18]) PP. *ms. Pist.* — [19]) In communionem vel societatem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [20]) hercisc. *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [21]) *hanc subscr. tuetur ms. Pist.* — [22]) licentia *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; δίκαιον *Schol. Bas.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.*; possidet *Char. Pac. Sp. Bk.*; possidebit *ms. Bg.*; νεμηθῇ *Schol. Bas.* — [24]) Kal. Nov. Alex. ā̄ā̄ *ms. Pist.*, *quod cum reliqua subscr. convenit.* — [25]) II. *inserit Bk.* — [26]) *mss. Pist. Pl.* 1., *Hal. Bk.*, *Greg. C.*, *Consultatio*; AA. *abest a ms. Bg.*; AA. et CC. *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [27]) *Greg. C.*, *Consultatio*; Severae *ms. Vat.*, *Cont.* 76.; Severo *mss. Pist. Cas. Pl.* 2.; et Severo *ms. Pl.* 1.; Mauro *ms. Bg.*, *ed. Nbg.*; Sevae *Hal. Russ. Cont.* 62. 66.; Aureliae Septimiae *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; et *abest ab Hal. et rell.*; *sed* καὶ ὅπερ *Schol. Bas.* — [29]) XVII *Greg. C.*, *Consultatio*; VII. *ms. Pist.* — [30]) *ms. Pist.*; ipsis AA. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*; ipsis VI. et Constantio III. *vitiose Greg. C. et Consultatio*; ipsis AA. et Constantino III. *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.*, *quorum subscr. ex Greg. C.*, *hic aperte mendoso*, *hausta.* — [31]) *mss. Pist. Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*, *Hal. in textu*; et CC. *addunt mss. Pl.* 1. 2., *Hal. in not. et rell.* — [32]) V. *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [33]) et CC. *absunt a ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; CC. *deest in ms. Pist.* — [34]) Frontoni *mss. Pist. Cas. Bg.*, *ed. Nbg.*; Fronimo *ms. Pl.* 2. — [35]) Gafrioni *Cont.* 76.; Glaphirioni *ms. Cas.*; Gafinoni *ms. Pl.* 2. — [36]) haec *deest in edd. Nbg. Hal.*

mabit [1]). PP. [2]) VI. Id. Feb. Sirmii, AA. [3]) Conss. [293—304.]

6. [a]) Iidem AA. et CC. Thesidianae [4]). — Si cum patruo vestro hac conditione divisionem fecistis, ut se nullum dolum malum [5]) adhibuisse iuraret, nec fidem placitis exhibuit, quominus res indivisas requiratis, eorum placitum, quae [6]) in divisionem venerunt, nihil vobis nocere potest. Dat. V. Kal. April. Sirmii, Caess. Conss. [7]) [294—305.]

7. [b]) Iidem AA. et CC. Severiano et Flaviano. — Si fratres vestri pro indiviso commune praedium citra vestram voluntatem obligaverunt, et hoc ad vos secundum pactum divisionis, nulla pignoris facta mentione, pervenit, evictis partibus, quae ante divisionem sociorum fuerunt, in quibus obligatio tantum constitit [8]), ex stipulatu, si intercessit, alioquin quanti interest, praescriptis verbis contra fratres agere potestis. Nam si fundi scientes obligationem dominium suscepistis, tantum evictionis promissionem solemnitate verborum vel pacto promissam probantes, eos conveniendi facultatem habebitis [9]). Dat. II. Non. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [10]) [294—305.]

8. [c]) Iidem AA. et CC. Nicomacho [11]). — Si inter vos, maiores annis viginti quinque, rerum communium divisio relicta vel translata possessione finem accepit, instaurari mutuo bona fide terminata consensu minime possunt. Dat. Non. Decemb. Caess. [12]) Conss. [294—305.]

9. [d]) Iidem AA. et CC. Demetriano. — Familiae erciscundae vel communi dividundo iudicium [13]) ita demum, si corpora maneant communia, agi potest. Dat. VI. Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

10. [e]) Iidem AA. et CC. Gallicano. — Scriptura testamenti, qua specialiter omnia divisa continentur, quominus res, quarum testator non fecit mentionem, heredes inquirere possint, nihil impedit. — Sine die et consule [14]).

11. [f]) Imp. Constantinus A. Gerulo [15]), Rationali trium provinciarum [16]). — Possessionum divisiones sic [17]) fieri oportet, ut integra apud successorem unumquemque servorum vel colonorum adscriptitiae conditionis seu inquilinorum proximorum agnatio vel affinitas permaneat. Quis enim ferat [18]) liberos a parentibus, a fratribus sorores, a viris coniuges segregari? Igitur si [19]) qui dissociata [20]) in ius diversum mancipia vel colonos traxerunt [21]), in unum eadem redigere cogantur. Dat. III. Kal. Maii [Proculo [22])] et Paulino Conss. [334?]

12. Imp. Iustinianus A. ad Senatum. — Illud aequitatis vovere [23]) rationibus bene nobis apparuit. Si quis etenim pro filio suo ante nuptias donationem conscripserit vel dederit, vel pro filia sua dotem, et hoc, quod dedit, iterum in eundem [24]) revertatur, vel stipulatione vel lege hoc faciente vel [25]) si, alio dotem vel ante nuptias donationem dante, stipulationis paternae tenor vel forte legis hoc induxerit, ille autem testamento condito vel filios suos vel extraneos scripserit heredes, et nihil [26]) de huiusmodi rebus, quae ad eum reversae sunt vel pervenerunt, disposuerit, inveniantur autem alii liberi eius, res a paterna substantia lucrati [27]) vel per ante nuptias donationem [28]) vel dotes [29]) vel militiae causa, quas, utpote testamento exsistente, non cogantur [30]) conferre, tunc filius vel filia easdem res, quae ad patrem reversae sunt vel pervenerunt, habeant praecipuas, ad simile tamen lucrum computandas [31]), ut in praesenti casu tantum habeat ipsa vel ipse, quantum eius fratres ex [32]) patre sunt consecuti, secundum eos modos, quos supra diximus, et quos conferre propter testamentum non coarctantur. Sin autem nihil tale penitus in fratres eorum a patre collatum est, neque ipsos sibi praecipue hanc partem vindicare, sed quasi paternae facta substantiae sit, inter omnes secundum institutionis tenorem dividi. Et haec quidem, si inter fratres patris elogium compositum sit. Sin autem extranei sint scripti heredes, et nihil in testamento suo neque in hac parte testator dixerit, tunc omnimodo praecipuum habeat filius vel filia, quod ad patrem revertitur vel pervenit. Si tamen minus in fratres collatum est, amplius autem ex huiusmodi causa [33]) ad patrem pervenit, illo, quod ad similem quantitatem concurrit, excepto, cetera quasi paternae substantiae facta secundum modum institutionum dividantur; illo procul dubio observando, quod [34]), si minus sit [35]) quod pater ex huiusmodi causa [36]) habuit ea quantitate, quae in fratres collata est, tota huiusmodi portio ad eas personas perveniat, quarum occasione res ad patrem revertitur. Ea igitur, quae in paterna persona diximus, obtinere volumus etiam in avo,

---

[a]) *Bas. XII.* 3. 6. — [b]) *Bas. XII.* 3. 7. — [c]) *Bas. XII.* 3. 8. — [d]) *Bas. XII.* 3. 9. — [e]) *Bas. XII.* 3. 10. — [f]) *hausta haec const. ex l. un. Th. C. de communi divid. II.* 25.; *Bas. XII.* 3. 11.

[1]) aestimabit *ms. Bg., ms. Pl.* 1. *ex emendat., edd. Nbg. Hal. Bk.*; δοκιμάσει *Schol. Bas.* — [2]) D. *ms. Pist.* — [3]) cc. et cc. *inserit ms. Pist., quod caeterum cum nostra subscr. conspirat.* — [4]) et aliis *addunt Hal. et rell.*; *abest autem haec additio a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [5]) malum *abest ab Hal.*; οὐδένα δόλον *Bas.* — [6]) qui *edd. Nbg. Hal.*; *sed* ἐκείνων, ἅπερ *Bas.* — [7]) NN. Dec. Nic. AA. *ms. Pist., quae subscr. magis convenit cum ea, quae legi seq. vulgo tribuitur.* — [8]) consistit *ms. Pl.* 1.; συνέστη *Schol. Bas.* — [9]) habetis *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Cont.* 62.; *sed* ἔξεσθε *Schol. Bas.* — [10]) Non. Dec. Nic. CC. *ms. Pist.*; *cfr. not.* 7. *ad leg. praeced.* — [11]) et aliis *addunt Hal. et postea rell. contra fidem mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [12]) Caess. *abest a ms. Pist., quod reliquam subscr. firmat.* — [13]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Hal.*; iudicio *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.*; *utrumque abest a ms. Pl.* 2.; *sed* δικαστήριον *Bas.* — [14]) conss. *ms. Pist.* — [15]) *Theod. C., Bk.*; Gerylo *ms. Pl.* 1.; Gerilo *mss. Cas. Pl.* 2. *Bg.*; Gerillo *ms. Vat.*; Acerilo *ed. Nbg.*; Caerulo *Hal. et rell.* — [16]) Ration. tr. prov. *absunt a mssis nostris, addita autem iam ab Hal. et postea a rell.*; *fortasse consulto omissa a conditoribus Iust. Cod., ne ius locale in hac const. contineri videretur, quale statuitur in Theod. Cod.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; ita *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [18]) feret *ms. Pl.* 2.; ferret *ms. Bg.* — [19]) si *abest a Theod. C.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ms. Bg. ante emendat., ed. Schf., Theod. C.*; sic sociata *edd. Nbg. Hal. et rell.*; dissociata sic *ms. Bg.* (*ap. Dirksen p.* 432.). — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., liber Auredani apud Char., Theod. C.*; traxerint *ms. Bg. ante emendat., edd. Schf. Hal.*; distraxerint *Russ. et rell.* — [22]) *Theod. C., Hal. et rell. praeter Bk.*; Proculo, *cuius cum Paulino consulatus sub Constantino non invenitur, in* Optato *immutandum censet Iac. Gothofr. in not. v. ad l. un. Th. C. cit., quam coniect. recepit Bk.*; Iuliano (325.) *malunt Russ. Cont. Char. Pac. in marg.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., omnia mss. Cont.*; fovere *Hal. et rell.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; ad eum *Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; et *inserunt Hal. et rell.* — [26]) nil *edd. Schf. Russ. Cont. Char. Pac.* — [27]) lucrari *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [28]) donationes *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.* — [29]) dotis *ms. Bg.* — [30]) cogantur *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [31]) computandae sunt *ms. Bg., ed. Schf., var. l. gl.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; a *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [33]) casu *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [34]) quod *abest ab edd. Nbg. Hal.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; id *inserunt Russ. et rell.* — [36]) casu *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*

avo, et proavo paterno vel materno, et in matre, et in avia et proavia paterna vel materna [1]). Dat. XI. Kal. Aug. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [2]) [530.]

Tit. XXXIX

[a]) FINIUM REGUNDORUM.

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [3]) Nicephoro. — Regionem certam fundi, propriis [4]) finibus eius mutatis, dominus eius [5]) distrahere ac residuum retinere non prohibetur. Nec amplius emtor, quam quod ratione [6]) secundum venditionis fidem ad se pervenit, vindicare potest praetextu terminorum temporis antecedentis venditionem. Dat. Id. Decemb. Nicomediae, AA. [7]) Conss. [293—304.]

2. Iidem AA. et CC. [8]) Tatiano [9]). — Successionum varietas et vicinorum novi consensus, additis vel [10]) detractis agris alterutro, determinationis veteris monumenta saepe permutant. Dat. IX. [11]) Kal. Ian. Nicomediae, AA. [12]) Conss. [293—304.]

3. [c]) Imp. Constantinus A. ad Tertulliasum, V. P. Comitem dioeceseos Asianae [13]). — Si quis super [14]) sui iuris locis prior de finibus [15]) detulerit querimoniam, quae proprietatis controversiae cohaeret [16]), prius super possessiones [17]) quaestio finiatur, et tunc agrimensor ire praecipiatur ad loca, ut patefacta veritate huiusmodi litigium terminetur. Quod si altera pars, ne huiusmodi quaestio terminetur, se subtraxerit, nihilominus agrimensor in ipsis locis iussione rectoris provinciae una cum observante parte hoc ipsum faciens perveniet. Dat. VI. [18]) Kal. Mart. Veronae [19]), Gallicano et Symmacho Conss. [330.]

4. [d]) Idem A. ad Bassum P. P. [20]). — Si constiterit, eum, qui finalem detulerit [21]) quaestionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare voluisse, non solum id, quod male petebat, amittat, sed quo magis unusquisque contentus suo [22]) rem non expetat [23]) iuris alieni, qui irreptor agrorum [24]) fuerit in lite superatus, tantum agri modum, quantum [25]) adimere [26]) tentavit, amittat. Lecta apud acta [27]) XII. [28]) Kal. Iul. Gallicano et Symmacho Conss. [330.]

5. [e]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [29]) AAA. Neoterio P. P. [30]). — Quinque pedum praescriptione submota finalis iurgii vel locorum libera peragatur intentio. PP. [31]) VII. [32]) Kal. Aug. Arcadio A. et Bautone [33]) Conss. [385.]

6. [f]) Imppp. Theodosius, Arcadius [34]) et Honorius [35]) Rufino [36]) P. P. [37]). — Cunctis molitionibus [38]) et machinationibus [39]) amputatis decernimus, in finali quaestione non longi temporis, sed triginta tantummodo annorum praescriptionem locum habere. Dat. prid. Non. [40]) Novemb. Constantinop. [41]) Arcadio A. II. et Rufino Conss. [392.]

Tit. XL.

[g]) DE CONSORTIBUS EIUSDEM LITIS [42]).

1. [h]) Imp. Iulianus A. Secundo P. P. — [43]) Explosis atque reiectis praescriptionibus, quas litigatores sub obtentu consortium studio protrahendae disceptationis excogitare consuevernnt, sive unius fori omnes sint, sive in diversis provinciis versentur, nec adiuncta praesentia consortis vel consortium, agendi vel

---

[a]) *Dig. X.* 1. — [b]) *Bas. LVIII.* 9. 1. (*Fabr. T. VI. p.* 779.) — [c]) *Hausta est const. ex ampliore, quae est in l.* 1. *Th. C. finium regund. II.* 26. (*ex qua et manavit l.* 5. *C. unde vi. VIII.* 4.) *et in Auct. fin. reg.* (*Ius civ. antei. Berol. T. II. p.* 1551.) — [d]) *l.* 2. *Th. C. finium regund. II.* 26.; *Bas. LVIII.* 9. 4.; *quae et transiit in corpus Auctorum fin. reg.* (*cfr. Rei agrar. auctores legesque variae, cura Goesii p.* 341.) — [e]) *desumta ex const. ampliore, quae est in l.* 4. *Th. C. finium regund. II.* 26., *et apud Auct. fin. reg.* (*Ius civ. antei. Berol. T. II. p.* 1552.); *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 105. — [f]) *fons huius const. est l.* 5. *Th. C. finium regund. II.* 26., *quae et servatur apud Auct. fin. reg.* (*Ius civ. antei. Berol. T. II. p.* 1553.); *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 105.; *Bas. LVIII.* 9. 6. — [g]) *Dig. III.* 3. — [h]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de domin. rei quae posc. II.* 5.; *Bas. XII.* 3. 12.

[1]) in avum et proavum paternum vel maternum et in matrem [et in] aviam vel (et) proaviam paternam vel maternam *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.* — [2]) *hanc subscr. corroborat ms. Pist., in quo autem ad leg. praeced. relata est.* — [3]) et CC. *absunt a mss. Pl.* 1. *Bg.* — [4]) proprii *lib. Aured. et vet. ms. apud Char. in marg., Cuiac. Obss. XIII.* 35.; *etiam Bas.* τῶν οἰκείων ἀγρῶν. — [5]) eius *abest a ms. Pl.* 1. — [6]) traditione *ex coni. Cuiac. Obss. XIII.* 35., *quod in quibusdam legi, Char. in marg. affirmat.* — [7]) CC. *ms. Pist., quod et ignorat* Dat., *cum reliqua autem subscr. convenit.* — [8]) et CC. *absunt a ms. Bg.* — [9]) Taciano *mss. Pist. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [10]) et *edd. Nbg. Hal.* — [11]) p̄p. VIII. *ms. Pist.* — [12]) AA. et *Hal. Russ. Cont.* 62.; c̄c̄ et *ms. Pist.* — [13]) V. P. Comitem dioeces. Asian. *absunt a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ.*; *demum Cont.* 62., *ut ipse fatetur, haec addidit ex Frontino, quem falso dicit.* — [14]) invasis *inserunt Theod. C. et Auct. fin. reg.* — [15]) de finibus *desunt in Theod. C. et Auct. fin. reg.* — [16]) quae finali cohaeret de proprietate controversiae *Theod. C. et Auct. fin. reg.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C., Auct. fin. reg.*; prius possessionis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) *ms. Pist., l.* 5. *C. VIII.* 4.; VIII. *Theod. C., Auct. fin. reg., Bk.*; XVI. *Hal. et rell.* — [19]) Veronae *abest a Theod. C., Auct. fin. reg.*; bessi *ms. Pist., fortasse* Naissi, *quum Constantinum initio anni* 330. *in Dacia commoratum fuisse doceat subscr. legis* 7. *Th. C. XVI.* 2. *Reliquam subscr. firmat ms. Pist.* — [20]) *ms. Cas., Iac. Gothofr. in Prosopogr. Theod. Cod. p.* 43.; presidum *ms. Vat.*; puc *ms. Pist.*; pum *ms. Pl.* 1.; P. U. *ms. Pl.* 2., *Hal. et postea rell., Theod. C., Auct. fin. reg.*; *dignitas abest a ms. Bg., ed. Nbg.* — [21]) retulerit *Theod. C.*; detulit *ed. Schf.* — [22]) iure *addit ed. Schf.* — [23]) expectat *ms. Gt., ed. Nbg.*; exspectet *Hal.* — [24]) si *inserunt ms. Gt., ed. Nbg.* — [25]) quanti *et paullo ante* tanti *ms. Bg., ed. Schf.* — [26]) diripere *Theod. C., Auct. fin. reg.* — [27]) Lecta ap. acta *absunt a ms. Pist., quod habet* Dat., *idque inserit Theod. C.*; Lecta ap. Senatum *Auct. fin. reg.* — [28]) *ms. Pist., Theod. C., Auct. fin. reg., Bk.*; XIII. *Hal. et rell.* — [29]) Arcadius *abest a mss. Vat. Bg.* — [30]) P. P. O. K. N. *Theod. C.*; Pf. P. Or. K. V. *Auct. fin. reg.*; Pf. P. Orientis *Bk.* — [31]) Dat. *Theod. C., Auct. fin. reg.* — [32]) VIII. *ms. Pist., Hal. Russ.* — [33]) *Theod. C., Bk.*; Augusto et Bautone *Auct. fin. reg., Cont.* 62.; Arcadio A. II. et Rufino *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [34]) Arcadius *abest a mss. Vat. Pl.* 1. — [35]) *Honorii nomen delendum censet Iac. Gothofr. in not. b. ad l.* 5. *Th. C. cit.* — [36]) Rufo *Theod. C., improbante Iac. Gothofr. in not. c. ad l.* 5. *Th. C. cit.* — [37]) O. (Orientis) *addunt Theod. C., Bk.*; K. *add. Auct. fin. reg.* — [38]) motionibus *Theod. C., Auct. fin. reg.* — [39]) machinis *Theod. C., Auct. fin. reg., Hal., Coll. Ans. ded.*, *idem ms. Bg. ante recent. emendat. habuisse videtur.* — [40]) *ms. Pist., Theod. C., Auct. fin. reg.*; II. Non. *Hal. et rell.* — [41]) *Theod. C., Auct. fin. reg., Bk.*; Constantinop. *abest ab Hal. et rell.* — [42]) eiusdem litis *absunt ab ed. Schf.* — [43]) Post alia *praemittit Theod. C*

vel respondendi iurgantibus licentia pro parte pandatur. Dat. III. Non. Septemb. Antiochiae [1]), Mamertino et Nevitta Conss. [362.]

2. [a]) Impp. Valentinianus et Valens AA. Sallustio P. P. [2]). — Commune negotium post litem legitime ordinatam [3]), et [4]) quibusdam absentibus, in solidum [5]) agi sine mandato potest, si praesentes [6]) rem ratam dominum habiturum cavere parati sint [7]), vel, si quid [8]) ab his petitur, iudicatum solvi satisdatione firmaverint. PP. VI. Id. Decemb. divo Ioviano [9]) A. [10]) et Varroniano Conss. [11]) [364.]

Tit. XLI.

[b]) DE NOXALIBUS ACTIONIBUS.

1. [c]) Imp. Alexander A. Marcello. — Si exstat [12]) corpus nummorum, quos ablatos ex patris tui hereditate ab eo, quem liberum esse constiterit [13]), allegas, vindicare eos vel ad exhibendum agere non prohiberis. Nam quamvis alias noxa caput sequatur, et manumissus furti actione teneatur, quae in heredem non competit, quum tamen servus a domino aliquid auferat [14]), quamvis furtum committat, furti tamen actio non est nata, neque adversus ipsum, si postea manumissus est, locum habet, nisi furtivas res et [15]) post manumissionem contrectet. PP. XIII. Kal. Decemb. [16]) Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. [d]) Imp. Gordianus A. Quintiliano et aliis. — Si servi vestri inscientibus [17]) vobis vel etiam prohibentibus furtim arbores ceciderunt, quibus etiam propria poena iuxta legem saltui datam fuerat [18]) praestituta [19]), frustra veremini, ne ex persona eorum ultra noxae deditionem sitis obstricti, quum ex delictis servorum domini ignorantes vel prohibentes, si noxali actione conveniantur [20]), ita condemnari debeant, ut aut noxae [21]) dedere aut condemnationem [22]) sufferre habeant in sua potestate. PP. III. [23]) Non. Iun. Gordiano [24]) et Aviola Conss. [239.]

3. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Eutychio. — Sive servum plagii paras [25]) accusare solemniter, praesidem provinciae adire non prohiberis, sive dominum eius sollicitati servi noxali iudicio vel [26]) furti malueris convenire, suam tibi notionem praeses provinciae commodabit [27]), non ignorans, quod, si dominum elegeris, et eo non consentiente, quod intendis, commissum probaveris, vel noxae dedendae, vel damni sarciendi ac poenae praestandae habeat facultatem. PP. [28]) V. Non. Octob. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

4. [f]) Idem AA. et CC. Sosio [29]). — Si servus, ignorante domino vel sciente et prohibere nequeunte, res tuas vi rapuerit [30]), dominum eius apud praesidem provinciae, si necdum utilis annus excessit, quadrupli, quod si hoc effluxit tempus, simpli noxali iudicio convenire potes, qui [31]) si noxae maluerit servum dedere, nihilominus cum ipso, quantum ad eum pervenit, experiri non prohiberis; nam si eo conscio et prohibere valente, detracta noxae deditione conventus ad summam condemnationis solvendam omnino [32]) compellendus est. Sane si criminis publici accusationem propter uxorem tuam a servo raptam [33]) intendendam putaveris, non contra dominum, sed contra eum servum [34]), quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. PP. XVIII. Kal. Septemb. [35]) Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

5. [g]) Idem AA. et CC. Menophilo. — Si tibi per furtum nec manifestum ancillam servus ope consilioque domini cum aliis rebus subtraxit [36]), quum inter servum et liberum civile iudicium consistere non possit, eum ob hoc delictum dupli poenali actione, et de rebus propriis vindicatione vel condictione convenire potes. S. V. [37]) Kal. April. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XLII.

[h]) [38]) AD EXHIBENDUM [39]).

1. [i]) Imp. Alexander A. Crescenti, militi. — Si dominium ancillae, de qua agis, ad matrem tuam pertinuit, nec iure a patre tuo venumdata est, eiusque proprietatem tibi vindicare paratus es, praeses provinciae exhiberi eam iubebit, ut apud iudicem de rei veritate quaeratur. PP. Kal. Maii Alexandro A. Cons. [40]) [222.]

2. [k]) Idem A. Syro. — Si criminis alicuius reus servus postulatur, per ad exhibendum actionem produci a domino, non celari debet. PP. XI. Kal. Decemb. Alexandro A. Cons. [41]) [222.]

3

---

[a]) *l. 2. Th. C. de cognitor. II.* 12.; *Consultatio III.*; *Bas. XII.* 3. 13. — [b]) *Dig. IX.* 4. — [c]) *Bas. LX.* 5. 44. (*Fabr. T. VII. p.* 141.) — *Sch. n—s.* (*Fabr. T. VII. p.* 181.) — [d]) *Ivonis Decr. XVI.* 88.; *Bas. LX.* 5. 45. (*Fabr. T. VII. p.* 142.) — *Sch. t—y.* (*Fabr. T. VII. p.* 182.) — [e]) *Bas. LX.* 5. 46. (*Fabr. T. VII. p.* 143.) — *Sch. z—c.* (*Fabr. T. VII. p.* 183.) — [f]) *Bas. LX.* 5. 47. — *Sch. d—h.* — [g]) *Bas. LX.* 5. 48. (*Fabr. T. VII. p.* 144.) — *Sch. i—n.* (*Fabr. T. VII. p.* 184.) — [h]) *Dig. X.* 4. — [i]) *Bas. XV.* 4. 21. (*Fabr. T. II. p.* 241.) — *Sch. m.* (*Fabr. T. II. p.* 243.) — [k]) *Bas. XV.* 4. 22.

[1]) *Theod. C., Cont.* 62. *Bk.*; Antiochiae *abest ab Hal. et rell.* — [2]) Sallustio P. P. *absunt a Consultat.* — [3]) post — ordinatam *absunt a Theod. C., Consultat.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C., Consultatio*; etiam *Russ. et rell.* — [5]) in solidum *et statim post* sine mandato *absunt a Theod. C., Consultat.* — [6]) praesentes *abest a ms. Bg.* — [7]) sunt *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Theod. C.* — [8]) quid *abest a ms. Bg.*; quod *Theod. C., Consultatio.* — [9]) Ioviniano *Hal. Russ. Cont.* 62. — [10]) A. *abest a Theod. C., et recte.* [11]) *ms. Pist. huc refert subscr. leg.* 1. *tit. seq.* — [12]) existat *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; εἰ φαίνονται *Schol. Bas.* — [13]) constitit *ms. Gt., edd. Schf. Hal.*; consistit *ms. Pl.* 1. — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; aufert *Hal. et rell.* — [15]) et *abest a ms. Bg., cum quo facit Schol. Bas.* — [16]) Novemb. *ms. Pist.*; *cfr. not.* 11. *ad l.* 2. *tit. praeced.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Ivonis Decr.*; nescientibus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [18]) fuerit *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [19]) quibus — praestituta *absunt ab Ivonis Decr.* — [20]) si — conveniantur *absunt ab Ivonis Decr.* — [21]) ut noxam *ms. Pl.* 2.; aut noxam *ed. Schf.* — [22]) condemnationes *ed. Schf., Ivonis Decr.*; *sed* τὴν κατάσχην *Bas.* — [23]) IV. *ms. Pist.* — [24]) A. *inserit Bk.* — [25]) placet *mss. Pl.* 2. *Bg.*; placeat *ed. Nbg.*; *sed* εὑρεπίζῃ *Bas.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; sive *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [27]) accommodabit *mss. Pl.* 1. 2. — [28]) D. *ms. Pist.* — [29]) Socio *mss. Vat. Pl.* 1. 2.; Solio *mss. Pist. Bg.* — [30]) rapuit *mss. Pl.* 2. *Gt., ed. Schf.* — [31]) quod *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [32]) omnimodo *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.* — [33]) ex raptu *inserit ed. Schf.* — [34]) contra eum *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.*; contra servum *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [35]) D. XVIII. K. Ian. *ms. Pist.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; subtraxerit *edd. rell.* — [37]) D. V. *ms. Pist.* — [38]) De actione *praemittit ms. Pl.* 2.; Ubi *praemitt. ms. Pist.* — [39]) Actio competit *addit ms. Gt.*; actio in personam et uui XXX annis *addit ms. Cas* — [40]) *hanc subscr. firmant mss. Paris. Pist.* — [41]) *in ms. Pist. huc refertur subscr., quae ab omnibus tribuitur legi seq.*

3. [a]) Idem A. Felicissimae. — Neque ad exhibendum actio, neque proprietatis vindicatio, si nunc competit, propterea peremta est, quod aliquando adversus te ad exhibendum actione aliter pronuntiatum est, quia commutatione litis alia res esse incipit. PP. Kal. Septemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [1]) [223.]

4. [b]) Idem A. Flacillae [2]). — Non ignorabit index, instrumenta tui iuris, quae penes diversam partem fuisse probaveris, si [3]) ab eisdem non exhibeantur, iurisiurandi in litem facultatem deferri tibi oportere. PP. III. Kal. Mart. Agricola et Clementino Conss. [4]) [230.]

5. [c]) Imp. Gordianus A. Sabiniano [5]), militi. — Ad exhibendum actione non tantum eum, qui possidet, sed etiam eum teneri, qui dolo fecit, quominus exhiberet, merito tibi a non contemnendae auctoritatis Iurisconsulto Modestino responsum est. PP. II. [6]) Id. Februar. Gordiano [7]) A. et Aviola Conss. [239.]

6. [d]) Imp. Philippus A. Polemonidi [8]). — Instrumenta ad ius tuum pertinentia partem diversam invasisse aseverans, si quidem crimen intendis, solemnibus accusationibus [9]) impletis fidem asseverationi tuae facito [10]), sin vero ad exhibendum intendis, iudiciorum more experire. PP. prid. Id. [11]) Mart. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

7. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [12]) Vitaliano [13]). — Exhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem habens culpam vel dolum in explendo praecepto committit, ita ut qui [14]) rem deteriorem exhibuit, aequitas exhibitionis perficiat [15]), ut, quamvis ad exhibendum agi non potest [16]), in factum tamen actio contra eum detur. PP. XVI. Kal. Iun. Maximo II. et Aquilino Conss. [17]) [286.]

8. [f]) Idem AA. et CC. Photino. — Si res tuas commodavit aut deposuit is, cuius in [18]) precibus meministi, adversus tenentem ad exhibendum vel vindicatione uti potes. Quod si pactus [19]) sit, ut tibi restituantur, si quidem ei, qui deposuit, successisti iure hereditario, depositi actione uti non prohiberis. Si vero nec civili nec honorario iure ad te hereditas eius pertinet, intelligis, nullam te ex huiusmodi pacto [20]) contra quem supplicas actionem stricto iure habere; utilis autem tibi propter aequitatis rationem dabitur depositi actio. S. [21]) V. Kal. Maii Heracliae, AA. Conss. [293—304.]

9. [g]) Idem AA. et CC. Faustino. — Si ex quocunque contractu apud praesidem provinciae iure debitum cui oportuerat te reddidisse probaveris, chirographa tua, ex quibus iam nihil peti potest, et instrumenta ad eum contractum pertinentia tibi, naturaliter liberationem consecuto, exhiberi ac reddi iubebit. S. [22]) VIII. Kal. Septemb. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XLIII.

[h]) DE ALEATORIBUS ET ALEARUM LUSU [23]).

1. [i]) *A.* Graecae const. Imp. Iustiniani ad Demosthenem P. P. [24]) vetus versio. — Alea-

---

[a]) *Bas. XV.* 4. 23. — [b]) *Bas. XV.* 4. 24. *Rescriptum eiusd. argumenti tribuitur Commodo in l.* 10. *D de in lit. iur. XII.* 3. — [c]) *Bas. XV.* 4. 25. — [d]) *Bas. XV.* 4. 26. — [e]) *Bas. XV.* 4. 27. (*Fabr. T. IV p.* 242.) — [f]) *Bas. XV.* 4. 28. — *Sch. n. o.* — [g]) *Bas. XV.* 4. 29. — [h]) *Dig. XI.* 5. — [i]) *Graecae const. exstat* 1., *vetus latina versio, quae plerumque deest in mssis sine glossa, neque etiam in nostris legitur codd., in mssis autem et primis edd., quae glossam habent, etiam in edd. Nbg. Schf., ad finem tituli seq. collocata invenitur, ita autem, ut vetus latina interpretatio legis* 2. *hoc tit. stylo haud interrupto adiiciatur; eundem modum in utraque versione collocanda et coadunanda sequuntur Hal., qui inepte conceptam et corrupte descriptam arguit et aegre tantum ob morosa quorundam iudicia eam subiicit, Russ., Cont.* 66. 76. *Eiusdem graec. const. superest epitome* 2., *in Bas. LX.* 8. 5. *et Schol. q. ad hoc cap.* (*Fabr. T. VII. p.* 232. 235.), *quem locum ex Bas. cum quibusdam illustrationibus repetit Balsamon ad Photii Nomoc. XIII.* 29. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1130. 1131.), 3., *in Photii Nomoc. XIII.* 29. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1129. 1130.). *Pauca ex argumento graec. const. servarunt* 4., *Paratitla ad Coll. const. eccl. I.* 3. *et I.* 4. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1269. 1282.), *et* 5., *Kustathius* (*anni* 50. *n.* 1.) *quem tamen locum reiicit in sua ed. Zachariae p.* 237. — *Cont.* 62., *a quo restitutio incipit, habet text.* 1., *iustae rubricae subiectum et a latina interpretatione legis* 2. *hoc tit. separatum, additis illustrationibus ex Balsamone lat.; Cont.* 66. (*Praeterm. fol.* 13.) *Cont.* 71. 76. *praebent textum* 3. *cum latina vers., in quam nonnulla ex Balsamone intermiscentur, et textum* 1. *cum vetere versione lat. legis* 2. *hoc tit. coniunctum et post hanc leg.* 2. *collocatum; Ant. August. habet text.* 1. 4. 3. *adiectis post leg.* 2. *illustrationibus ex Balsamone graece et lat.; Char. Pac. Sp. sequuntur Contium* 66. *in Praeterm., ita tamen, ut textui* 3. *praemittant latinam versionem Cuiac. textus* 2., *scholii versione in notas reiecta; Bk. habet text.* 2. *sine scholio, text.* 3., *tandem text.* 1. *post leg.* 2. *hoc tit. collocatum et cum latina interpret. legis* 2. *coniunctum. Nos exhibemus text.* 1. 2. (*sine tamen scholio*) 3 *et* 5 — *Caeterum pars huius const. geminatur in l.* 25. *C. de episcop. aud. I.* 4.

---

[1]) *hanc subscr. tuetur ms. Pist.; sed v. not. praeced.* — [2]) Facillae *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* si *post* iudex *collocant Russ. et rell.* — [4]) *cum hac subscr. conveniunt mss. Pist. Paris.* — [5]) Sabiano *Cont.* 76.; Sabino *mss. Pist. Bg.* — [6]) II. *abest a mss. Pist. Paris.* — [7]) Gord. *abest a mss. Pist. Paris., quae cum reliqua subsr. concinunt.* — [8]) *mss. Pist. Cas. Bg. Pl.* 1. 2.; Palemoni *ms. Vat., ed. Nbg.*; Palemonidi *Hal. et rell.* — [9]) solemnibus accusationis *ex coniect. Cuiac.* (*Obss. XIII.* 35.) *Cont.* 76., *liber Aured. apud Char. in marg.* — [10]) fac *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [11]) *mss. Pist. Paris., quae reliquam subscr. firmant;* II. Id. *Hal. et rell.* — [12]) *mss. Pist. Bg. Bk.;* et CC. *addunt mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.* — [13]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; Vitalino *ms. Bg.*; Vitalianis *Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Cont. et Russ., edd. Nbg. Schf.*; ita ut, si *Hal. et rell.* — [15]) proficiat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* possit *Russ. et rell.* — [17]) *in mss. Pist. Paris. huc trahitur subscr. ad l. seq. ab omnibus relata.* — [18]) in *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.;* ἐν ταῖς δεή σεσιν *Bas.* — [19]) pactum *Hal.; sed* εἰ — ο παραθέμενος συνεφώνησεν *Bas.* — [20]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*; ex eius pacto *ms. Pl.* 1., *edd. omnes; sed* ἀπὸ τῶν τοιούτων συμφώνων *Bas.* — [21]) P. *mss. Pist. Paris.; cfr. not.* 17. *ad leg. praeced.* — [22]) PP. *mss. Pist. Paris.* — [23]) *rubr. tota abest a mss. Pist. Vat. Pl.* 1., *a ms. Pl.* 2. *post rasuram serius huic loco illatam; cum rubrica tituli seq. nostram coniungunt ed. Schf.* (De relig. et sumt. fun. et de aleatoribus), *ed. Nbg.* (De relig. — funerum et aleae lusu et aleatoribus), *quam Hal. Russ. Cont.* 66. 76. *sequuntur; rubricae nostrae, tamquam separatae, memoriam servant ms. Cas., quod omissa rubr. tit. seq. hanc rubr. habet:* De aleae usu vel aleatoribus, *ms. Vat., quod in fine tit. antec. addit:* Co. g. de usu aleatois, *et ms. Bg., quod rubricae tit. seq. praemittit:* De aleae lusu et de aleatoribus est. gce. — [24]) *Hanc const. ad Ioannem P. P. datam fuisse, Hal. et omnes postea edd. arbitrantur, indeque effinxerunt inscriptiones sive graecas sive latinas, huic illive eius const. epitomae vel versioni praemissas, quibus hanc opinionem testantur; sed ad Demosthenem P. P. eam datam fuisse, et quidem X. Kal. Oct Constantinop. Decio Cons., evincit l.* 25. *C. I.* 4., *cfr. not. i. in fin.*

Alearum usus [1]) *antiqua res est et extra* [2]) *operas pugnatorias* [3]) *concessa* [4]); *verum pro tempore prodiit* [5]) *in lacrimas, millia* [6]) *extranearum nominationum* [7]) *suscipiens. Quidam enim* [8]) *ludentes, nec ludum scientes, sed nominatione* [9]) *tantum, proprias substantias perdiderunt die noctuque ludendo argento, apparatu lapidum* [10]) *et auro. Consequenter autem ex hac inordinatione blasphemare Deum* [11]) *conantur, et instrumenta conficiunt* [12]). *Commodis igitur subiectorum prospicientes* [13]) *hac generali lege decernimus, ut nulli liceat in publicis vel privatis domibus vel locis* [14]) *ludere neque inspicere* [15]); *et si contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum reddatur et competentibus actionibus repetatur ab his, qui dederunt* [16]), *aut eorum heredibus aut, his negligentibus a* [17]) *procuratoribus* [18]) *vel patribus* [19]) *seu defensoribus* [20]), *non obstante* [21]) *nisi quinquaginta annorum praescriptione, episcopis vero* [22]) *locorum hoc providentibus* [23]) *et praesidum auxilio utentibus. Deinde* [24]) *ordinent* [25]) *quinque ludos, monobolon, contomonobolon, quintanum contacem sine fibula* [26]), *et perichyten, et hippicen* [27]) [*,quibus sine dolo atque callidis machinationibus ludere permittimus* [28])]. *Sed nec* [29]) *permittimus etiam in his ludere ultra unum solidum, et si* [30]) *multum dives sit, ut, si quem vinci contigerit, casum gravem non sustineat. Non enim solum bella bene ordinamus et res sacras, sed et ista* [31]), *interminantes poenam transgressoribus, potestatem dando episcopis hoc inquirendi et praesidum auxilio sedandi* [32]).

B. Epitome eiusd. ex Bas.

Ἡ διάταξις κωλύει τὰ παίγνια, καὶ πέντε ὑπεξαιρουμένων. Ὁρίζει καί τινα ἐπιτίμια κατὰ τῶν κυβευόντων, ἐπιτρέπουσα καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως καὶ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τοῖς ἐπισκόποις, ζητεῖν καὶ κωλύειν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γινόμενα συναλλάγματα ἀνατρέπειν. Δίδωσι δὲ ἀγωγὰς ἐκ τῶν ἐπιτεταμμένων πέντε παιγνίων καὶ ἀπαιτήσιν τῶν ἐντεῦθεν χορεωστηθέντων, δέκα λιτρῶν ἐπιτίμιον ὁρίζουσα κατὰ τῶν συγχωρούντων παραβῆναι τὴν διάταξιν.

Constitutio prohibet ludos, exceptis quinque. Definit etiam quasdam mulctas adversus aleatores, permittens et praefecto urbi et praesidibus provinciarum et episcopis inquirere ea et prohibere, et omnes in iis initos contractus rescindere. Concedit quoque actiones ex quinque permissis ludis et petitionem eorum, quae exinde debentur; decem librarum mulcta in eos statuta, qui constitutionem violari permiserint.

C. Epitome eiusd. ex Photii Nomoc.

Ὁ ἡττηθεὶς εἰς κόττον οὐκ ἀπαιτεῖται, καὶ καταβαλὼν ἀναλαμβάνει μετὰ διαδόχων ἀπὸ τοῦ νικήσαντος καὶ τῶν κληρονόμων αὐτοῦ διηνεκῶς καὶ πέρα [33]) τριακονταετίας. Εἰ δὲ μὴ θέλουσιν ἀναλαβεῖν, ὁ θέλων, καὶ μάλιστα ὁ τῆς πόλεως, ἐν ᾗ τοῦτο γέγονε, πατὴρ ἢ ἔκδικος ἀπαιτεῖ καὶ δαπανᾷ εἰς ἔργον [34]) τῆς πόλεως. Καὶ ἡ γενομένη ἐπὶ κόττῳ ἀσφάλεια ἄκυρός ἐστι καὶ ἀποδίδοται. Εἰ δὲ καί τις ἐν σχήματι κόττου ἠττηθῇ θερμίοις ἢ ἑτέρᾳ ὕλῃ, οὐκ ἀπαιτεῖται, τῶν ἐπισκόπων ἄδειαν ἐχόντων ταῦτα ζητεῖν, βοηθούντων αὐτοῖς τῶν ἀρχόντων καὶ πατέρων καὶ ἐκδίκων. Μόνον δὲ παίζειν ἐξεστι μο-

Qui victus est alea, non convenitur, et, si solvit, ipse cum successoribus repetit a victore eiusque heredibus perpetuo, etiam post triginta annos. Qui si recuperare nolint, quicunque velit, imprimis vero civitatis, in qua id accidit, pater aut defensor repetit inque civitatis opera impendit. Cautio quoque propter aleam praestita inutilis est ac restituitur. Sin vero quis sub forma aleae lupinis aliave qua materia fuerit victus, non convenitur, habeantque episcopi licentiam haec inquirendi cum auxilio praesidum et patrum et defensorum. Solum autem ludere liceat monobolo et contomonobolo, et Quintano contace sine fibula, et peri-

---

[1]) *lusus Augustin., Leunclav. Notat. I.* 50. — [2]) *hoc extra, quod dubitationem movet propter l.* 2. *D. XI.* 5., *ex male versa praepos. παρὰ venisse censendum est, quae in apud sive propter vertenda fuisset.* — [3]) *operas pugnatorum ed. Schf.; operas pugnatoribus edd. Nbg. Russ.; operas pugnantibus Augustin.; opera pugnatoria Hal.* — [4]) *concesso a Cont. Char. Pac. cancellis inclusum.* — [5]) *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk., Augustin.; abiit Cont. et rell.* — [6]) *ed. Schf., Augustin.; multa edd. Nbg. Hal.; multa millia Russ. et rell.* — [7]) *Augustin.; nationum edd. omnes; graece fortasse μυρίας ξενικὰς ἐπωνυμίας, quod optime quadrat ad ludorum nomina paullo post exhibita, et ad controversiam de significatione eiusmodi nominum motam, de qua refert Balsamon loc. laud. not. i.* — [8]) *edd. Nbg. Schf. Hal.; nec inserunt Augustin., Russ. et rell.* — [9]) *numeratione edd. omnes; nominationum Augustin.; equidem conieci nominatione, respiciens ad illorum temporum morem, ut ludorum avidi simul et inscii per alios et nomine tantum luderent; cfr. l.* 34. §. 1. *C. I.* 4. — [10]) *lapidum abest ab ed. Schf.; apparatu, lapidibus edd. Nbg. Hal.; in graeco fortasse fuit κόσμῳ λίθων, vel, si lect. Hal. praefers, κατασκευῇ (i. e. suppellectili) λίθοις.* — [11]) *Deum abest ab Augustin.; blasphemare id est Deo maledicere edd. Schf. Russ.* — [12]) *quid haec sibi velint, docet epit. ex Bas. καὶ πάντα — ἀνατρέπειν.* — [13]) *providere cupientes Augustin.* — [14]) *domibus vel locis absunt ab Augustin.; vel locis desunt in edd. Nbg. Hal* — [15]) *edd. Nbg. Hal. Russ.; neque in genere neque in specie edd. Schf. Cont. et rell.; pro nostra lect. imprimis pugnat l.* 34. §. 1. *C. I.* 4., *ubi Iustinianus improbat, si qui κάθηνται θεαταὶ in aleae lusu.* — [16]) *quae dederint Cont.* 66. 71. 76. *Char.; qui dederint Cont.* 62. *Pac. Sp. Bk.* — [17]) *ab eorum Russ.* — [18]) *a procurator. abest ab Augustin. Cont. et postea rell. praeter Bk., et recte deesse videtur.* — [19]) *a patre Cont. et postea rell. praeter Bk.* — [20]) *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Augustin.; illius civitatis addunt Cont. et rell.; caeterum idem Cont. et postea rell. praeter Bk. et adiiciunt vel recipiat fiscus; loco omissorum illius civitatis Russ. habet recipit fiscus.* — [21]) *eis non obstante demum aliqua temporum Augustin.* — [22]) *vero abest ab Augustin.* — [23]) *inquirentibus Augustin.* — [24]) *edd. Schf. Nbg. Hal.; deinde vero Russ.; deinceps vero Augustin. Cont. et rell.* — [25]) *edd. Schf. Nbg. Hal. Russ. Bk., Augustin.; ordinet Cont. et rell.; fortasse ordinat scil. constitutio.* — [26]) *sine fibula absunt ab Augustin., et recte.* — [27]) *haec ludorum nomina a Cont. ex Photio emendata in edd. ante Cont. permultis ac variis scatent vitiis.* — [28]) *quibus — permittimus absunt ab edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Augustin., et videntur Contii iudicio ex Photio adiecta esse ἄνευ τέχνης καὶ ἐπινοίας.* — [29]) *sed nemini Augustin.* — [30]) *ed. Schf. Augustin.; etiam si edd. Nbg. Hal. Russ.; si Cont. et rell.* — [31]) *et res sacras, sed ista ed. Schf., Augustin.; sed et res sacras. Sed istam ed. Nbg.; sed et res ludicras. Sed istam Hal. Russ. Sp. Bk.; sed et res (sacras) ludicras. Sed istam Cont. Char. Pac.* — [32]) *sanandi Augustin.* — [33]) *Augustin.; πέρα omisso καὶ Bk.; καὶ περὶ Cont. et rell.* — [34]) *ἔργα Augustin. in not., Cont. et rell. praeter Bk.*

μονόβολον καὶ κοντομονόβολον [1]), καὶ κυνιανὸν [2]) κόνταικα χωρὶς τῆς πόρπης [3]), καὶ περιχυτήν, καὶ ἱππικὴν ἄνευ τέχνης καὶ ἐπινοίας. Καὶ οἱ μὲν σφόδρα πλούσιοι νομίσματος ἑνὸς ἑκάστην σύνθεσιν παίζουσιν, οἱ δὲ λοιποὶ πάνυ ἥττονος· τὸ δὲ πλέον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει, καὶ διδόμενον ἀποδίδοται. Προνοοῦσι τούτων οἱ ἄρχοντες, δέκα λιτρῶν ποινῆς ἐπικειμένης τοῖς παραβαίνουσιν ἢ συγχωροῦσι παραβαίνεσθαι.

perichyte, et hippice sine fraude atque dolo. Et valde quidem divites uno solido in singulos congressus ludunt, caeteri autem multo minoris, et quod ultra hunc modum est, non exigitur, et, si solutum est, restituitur. Harum rerum curam habent praesides, decem librarum mulcta cadente in eos, qui haec transgrediuntur aut transgredi patiuntur.

D. Supplementum eiusd. ex Eustathio de tempor. interv.

Οὐκ ἀντίκειται χρόνος τοῖς ἀπαιτοῦσι τὸ καταβληθὲν εἴς τι τῶν ἀπηγορευμένων παιγνίων, εἰ μὴ μόνος ὁ πεντεκονταετής.

Nullum obstat tempus repetentibus id, quod in aliquo lusu prohibito solutum est, nisi duntaxat annorum quinquaginta.

2. [a]) *A. Graecae const. vetus versio.* — *Prohibemus etiam, ne sint equi* [4]) *ligrei; et* [5]) *si quis ex hac occasione vincatur* [6]), *hoc ipse recuperet* [7]), *domibus eorum publicatis, ubi haec reperiuntur. Si autem noluerit recipere* [8]) *is, qui dedit, procurator noster hoc inquirat et in opus publicum convertat. Similiter provideant* [9]) *iudices, ut a blasphemiis et periuriis, quae ipsorum inhibitionibus debent comprimi, omnes* [10]) *penitus conquiescant.*

B. Epitome eiusdem ex Bas.

Ἡ διάταξις κωλύει τὰ λεγόμενα ξύλινα ἱππικά, κίνδυνον ἀπαιτοῦσα κατὰ τῶν παιζόντων καὶ δήμευσιν κατὰ τῶν οἴκων, ἐν οἷς τὰ τοιαῦτα γένηται παίγνια. Δίδοται δὲ καὶ ἀνάδοσις τῷ ἡττηθέντι καὶ καταβαλόντι, ἢ ἐὰν μὴ βούληται ἀναλαβεῖν, κελεύει ταῦτα εἰς ἔργα δημόσια τῆς πόλεως ἐκείνης δαπανᾶσθαι.

Constitutio prohibet lignea equestria, quae vocantur, statuta pecuniae in periculum deductae repetitione contra lusores et publicatione contra domos, in quibus eiusmodi lusus peracti sunt. Verum datur etiam repetitio victo, qui solvit, aut, si is recipere nolit, iubet ea in opera publica eius civitatis erogari.

C. Epitome eiusd. ex Photii Nomoc.

Οὔτε τοῖς καλουμένοις ξυλίνοις ἱππικοῖς, οὔτε ἄλλῃ κυβείᾳ παίζειν ἔξεστι, πλὴν τῶν ἐπιτραπέντων ἐν τῇ προλαβούσῃ διατάξει. Καὶ οἱ τόποι, καθ' οὓς ἐν τοῖς τοιούτοις ἱππικοῖς παίζουσι, δημόσιοι γίνονται, καὶ τὰ διδόμενα ἀποδίδονται, ἢ μὴ βουλομένων ἀναλαβεῖν τῶν δεδωκότων, ἀπαιτοῦνται διὰ τοῦ ἐπάρχου καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν [11]) ἐπαρχιῶν, καὶ προσκυροῦνται τοῖς ἔργοις τῶν πόλεων [b]).

Neque ligneis equestribus, quae vocantur, neque alio genere aleae ludere licet, exceptis iis, quae in praecedente lege permittuntur. Etiam loca, in quibus huiusmodi equestribus luditur, publica fiunt, et quae soluta sunt, redduntur, aut, si recipere nolint qui solverunt, exiguntur a praefecto et praesidibus provinciarum atque operibus civitatum applicantur.

Tit. XLIV.

[c]) DE RELIGIOSIS ET SUMTIBUS FUNERUM [12]).

1. Imp. Antoninus A. Doritae. — Si vi fluminis reliquiae filii tui contingantur, vel alia insta et necessaria causa intervenit, aestimatione [13]) rectoris provinciae transferre eas in alium locum poteris. PP. VIII. Kal. Novemb. Antonino A. IV. et Balbino [14]) Conss. [213.]

2. Idem A. Hilariano. — Invito vel ignoraute te ab alio illatum corpus in puram possessionem tuam vel lapidem locum religiosum facere non potest. Sin autem voluntate tua mortuum aliquis in locum tuum intulerit, religiosus iste efficitur. Quo facto monumentum neque venire neque obligari a quoquam prohibente iuris religione [15]) posse, in dubium non venit. PP. Kal. Maii, Aquilio [16]) II. et Anulino [17]) Conss. [216.]

3.

---

[a]) *Graecae const. superest* 1., *vetus latina versio, quae a codd. sine glossa plerumque abest, et de qua cfr. not. i. ad l. praeced.*; *eiusd. const. epitome servatur* 2., *in Bas. LX.* 8. 6. (*Fabr. T. VII. p.* 232.), *quod cap. repetit Balsamon ad Photii Nomoc. XIII.* 29. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1130. 1131.) *adiectis quibusdam illustrationibus*, 3., *in Photii Nomoc. XIII.* 29. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1130.) — *Cont.* 66. (*Praeterm. fol.* 13.) *Cont.* 71. 76. *falso huc retulit epitomen legis* 1. *hoc tit. in Bas. LX.* 8. 5., *et adiecit sub rubr.: Aliud argumentum latine versionem lat. textus* 3. *cum illustrationibus Balsamonis lat.*; *eundem sequuntur Char. Pac. Sp., qui autem praeterea falso, quem praebent, textui graeco praemittunt latinam vers. Cuiac. textus* 2.; *Bk. praebet text.* 2. 3. *Quo ordine et modo in edd. text.* 1. *legatur, vide in not. i. ad leg. praeced. Ant. August. habet text.* 1. *et* 3., *adiecta illustratione Balsamonis graeco et lat. Nos exhibemus text.* 1. 2. 3. — [b]) *De fragmento, quod Cont.* 62. 66. 71. *ad calcem huius tit. collocant, cfr. not. e. ad l.* 2. *C. de sportul. III.* 2. — [c]) *Dig. XI.* 7.

[1]) *Augustin.*; *καὶ κοντομονόβολον absunt a Cont. et rell.* — [2]) *fortasse κουνιανόν, quum a Quinto quodam eum lusum nominari referat Balsamon.* — [3]) *πόρπης Augustin. in not.* — [4]) *seu equestres inserunt Cont. et postea rell. praeter Bk.* — [5]) *ut addit Cont., quem postea rell. sequuntur.* — [6]) *si qui ex hac occ. vicerunt Augustin.* — [7]) *hoc ipsum recuperetur Augustin.*; *hoc ipsum recuperare ed. Schf.* — [8]) *accipere edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [9]) *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk., Augustin.*; *prohibeant Cont. et rell.* — [10]) *edd. Nbg Hal. Russ.*; *homines Augustin.*; *omnes homines Cont. et rell.* — [11]) *Augustin.*; *τῶν abest a Bk.* — [12]) *cfr. not.* 23. *ad rubr. tit. antec.* — [13]) *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; existimatione *Russ. et rell. et similiter mss. Pl.* 1. 2. — [14]) II. *inserit Bk.* — [15]) ratione *ms. Pl.* 1. — [16]) *Russ. in marg.*; Aquilino *Hal. et rell. praeter Bk.*; *idem consul in subscriptt. eiusd. anni vulgo ex cognomine Sabinus vocatur*, *et* Aquilino *in* Sabino *immutat Bk., sed eundem cons. modo ex nom. gentilicio modo ex cognom. designari, nequaquam rarum est.* — [17]) Aullino *Bk*

3. Imp. Alexander A. Rimo [1]). — Legatum [2]) a defuncto tibi relictum, et quod in funus vel morbum eius erogasse te boni viri arbitratu probaveris, praeses provinciae [3]) solvi tibi iubebit. PP. V. [4]) Non. Iul. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. Idem A. Luciano. — Si sepulcrum monumenti appellatione significas, scire debes, iure dominii id nullum vindicare posse, sed si familiare fuit, ius eius ad omnes heredes pertinere, nec divisione [5]) ad unum heredem redigi potuisse. Profana tamen loca, quae circa id sunt, si semper vicinis aedificiis usui hominum [6]) destinatis cesserunt [7]), eius sunt, cui illa, quorum partes esse visae [8]) sunt, ex divisione obtigerunt. PP. VI. Non. Novemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

5. Idem A. Cassio, militi. — Militis voluntatem, quam circa monumentum sibi faciendum testamento expressit, et pater et mater heredes eius negligere non debent. Nam etsi delatio hoc nomine praeteritis constitutionibus amota est, invidiam tamen et conscientiam circa omissum [9]) supremum eiusmodi officium et contemtum iudicium defuncti evitare non possunt. PP. VIII. Kal. Maii, Iuliano et Crispino Conss. [224.]

6. Idem A. Primitivo et aliis. — Monumentorum inscriptiones neque sepulcrorum iura neque dominium loci puri ad libertos transferent. Praescriptio autem longi temporis, si iustam causam initio [10]) habuit, vobis proficiet [11]). PP. VIII. Kal. Iul. Iuliano et Crispino Conss. [224.]

7. Imp. Gordianus A. Claudio. — Statuas sepulcro superimponere vel monumento, quod te exstructurum [12]) profiteris, ornamenta, quae putas, superaddere non prohiberis, quum in iure suo [13]) eorum, quae minus prohibita sunt, unicuique facultas libera non denegetur. PP. III. Kal. August. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

8. Imp. Philippus A. Iuliae. — Ius familiarium sepulcrorum ad affines seu proximos cognatos non heredes constitutos [14]) minime pertinet. PP. XVI. Kal. Iul. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

9. Idem A. et Philippus C. [15]) Faustinae [16]). — Locum quidem religiosum distrahi non posse, manifestum est. Verum agrum purum monumento cohaerentem profani iuris esse, ideoque efficaciter venumdari, non est opinionis incertae. PP. V. Kal. Decemb. Philippo A. [17]) et Titiano Cons [245.]

10. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [18]) Aquilianae. — Si necdum perpetuae sepulturae corpus traditum est, translationem eius facere non prohiberis. PP. VIII. Id. Febr. Diocletiano IV. et Maximiano III. AA. Conss. [19]) [290.]

11. Iidem AA. [20]) Gaudentio. — Obnoxios criminum digno supplicio subiectos sepulturae tradi non vetamus. PP. VIII. Id. April. ipsis IV. et III. AA. Conss. [21]) [290.]

12. [b]) Iidem AA. [22]) Victorino. — Mortuorum reliquias, ne sanctum municipiorum ius polluatur, intra civitatem condi, iampridem vetitum est. PP. III. Kal. Octobr. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

13. Iidem AA. et CC. [23]) Dionysio. — Ius sepulcri tam familiaris [24]) quam hereditarii ad extraneos etiam heredes, familiaris autem ad familiam, etiam si nullus ex ea heres sit, non etiam ad alium quemquam, qui non heres est, pertinere potest. S. III. Id. Novemb. Sirmii, Caess. Conss. [25]) [294—305.]

14. [c]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. [26]) Cynegio P. P. — Nemo humanum [27]) corpus ad alterum [28]) locum sine Augusti [29]) affatibus transferat. Dat. III. [30]) Kal. Mart. Constantinop. Honorio nobili puero [31]) et Evodio Conss. [386.]

[15. [d]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

Ἐν οὐδενὶ τόπῳ οὐδὲν τέλος παρ' οὐδενὸς προσώπου ὑπὲρ τῶν διακομιζομένων σωμάτων παρέχεται.]

[15. *In nullo quopiam loco vectigal ab aliqua persona pro corporibus ex uno in alium locum translatis praestetur.*]

D. Iu-

---

[a]) *Bas. LIX.* 1. 10. (*Fabr. T. VI. p.* 803.) — [b]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 106. — [c]) *Hausta ex l.* 7. *Th. C. de sepulcr. viol.* (*IX.* 17.), *ex qua et venit l.* 3. *C. de sacros. eccl. I.* 2.; *Bas. LIX.* 1. 14. — [d]) *In calce hui. tit. versiones vett. latinas legis* 1. *et* 2. *tit. anteced. in multis mss. et edd. collocari, vide in not. i. ad l.* 1. *tit. antec.*; *quae res verosimiliter effecit, ut ad finem nostri tit. referretur nota deficientis graecae const.*, *cujus nota est in edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. 76. *Char.,et quae ab Hal.Rus.Cont. de lege Alearum usus intelligitur. Etiam glossa ad rubr. tit. De religiosis de lege graeca in fine hui. tit. deficiente sic habet:* „*quia extrema luctus gaudia occupant quandoque, sicut e contra, ideo subiicit de aleae lusu etc., de quo nihil dicit hic tit.*; — *quidam tamen habent unam legem graecam pro ultima huius tituli, quae tractat de ista materia.*“ *Verum Cuiac. illam notam graec. const. intellexit de lacuna tit. De religiosis, eamque Obss. XI.* 21. *explere conatus est ex Bas. LIX.* 1. 15. *Secuti eum sunt Char. Pac. Sp. Bk. Quum non solum primum desit restitutionis omnis fundamentum, probatio scilicet deperditae const., sed adeo multa testimonia lacunam, hic adnotatam, ad tit. praeced. referre suadeant, equidem illam epitomen ex Bas. cancellis inclusam praebeo.*

[1]) Primo *mss. Cas. Vat.* — [2]) legato *et statim post* relicto *Hal.* — [3]) iure *inserit ms. Pl.* 1. — [4]) VI. *mss. Pist. Paris., quae reliquam subscr. tuentur.* — [5]) divisionem *ms. Bg., Hal.* — [6]) omnium *ms. Pl.* 1. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; cesserint *Hal. et rell.* — [8]) iussae *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf.*; visa *mss. Pl.* 2. *Bg., ms. Bg.* (*ap. Dirksen p.* 433.) — [9]) commissum *ms. Bg.* — [10]) initii *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.*; in initio *ms. Bg., ed. Nbg.* — [11]) proficiat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; quod te instructurum *ms. Gt.*; quod a te exstructum *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; quum iure suo *Hal. et rell.*; quum in re sua *Russ. in marg. coniicit, quod libro Aured. confirmari, Char. in marg. testatur.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; institutos *Russ. et rell.* — [15]) *Philippi Caes. mentionem non faciunt mss. Vat. Cas. Pl.* 2. — [16]) Faustino *mss. Pist. Bg., ed. Nbg.* — [17]) A. *abest a mss. Pist. Paris., quae reliquam subscr. firmant.* — [18]) *ms. Bg., Bk.*; et CC. *addunt rell. mss. et edd.* — [19]) D. VIII. Id. Dec. Dioc. III. et Max. AA. *css. mss. Pist. Paris.* — [20]) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg., Bk.*; et CC. *addunt mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.* — [21]) D. III. Id. Nov. Sirmi. cc. *css. mss. Pist. Paris.*, *quae subscr. ex l.* 13. *hoc tit. huc relata videtur.* — [22]) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg., Coll. Ans. ded., ed. Nbg.*; et CC. *addunt mss. Pl.* 1. 2., *Hal. et rell.* — [23]) et CC. *absunt a ms. Pist., ed. Nbg.* — [24]) familiarii *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *quae forma statim post reiteratur.* — [25]) *cfr. not.* 21. *ad l.* 11. *hoc tit.* — [26]) Id. AA. (et CC.) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; *cf. l.* 3. *C. I.* 2. — [27]) *mss. nostra et edd., etiam Bas.* ἀνθρώπινον σῶμα, *sed* humatum *Theod. C.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; alium *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed* εἰς ἕτερον τόπον *Bas.* — [29]) Augustis *Hal. Russ. Cont.* 62.; χωρὶς κελεύσεως βασιλικῆς *Bas.* — [30]) *mss. Pist. Paris., Hal. et rell. praeter Bk.*; IV. *Theod. C., Bk.* — [31]) *hanc dignitatem exscribunt mss. Pist. Paris., Hal. et rell. praeter Bk., compendio scribendi utitur Theod. C., Bk.*

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER QUARTUS.

Tit. I.

[a]) DE REBUS CREDITIS ET IUREIURANDO [1]).

1. [b]) Imp. Antoninus A. Herculiano. — Causa iureiurando ex consensu utriusque partis vel adversario inferente delato et praestito vel remisso decisa nec periurii praetextu retractari potest, nisi specialiter hoc lege excipiatur. PP. XV. Kal. Iul. Antonino A. IV. et Balbino [2]) Conss. [213.]

2. [c]) Imp. Alexander A. Felici. — Iurisiurandi contemta religio satis Deum ultorem habet. Periculum autem corporis vel maiestatis crimen secundum constituta divorum parentum meorum, etsi per principis venerationem [3]) quodam calore fuerit peieratum [4]), inferri non placet. PP. VI. Kal. [5]) April. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

3. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [6]) Severae. — In bonae fidei contractibus nec non etiam in [7]) ceteris causis, inopia probationum, per iudicem iureiurando, causa cognita, res decidi oportet [8]). PP. X. Kal. Sept. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

4. [e]) Iidem AA. [9]) Maximae. — Si ad excludendam tutelae actionem pupillus iusiurandum tutori dedit [10]), postea eandem litem exercere non prohibetur. PP. Kal. Iul. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

5. [f]) Iidem AA. [11]) Iuliano. — Quum etiam a pupillorum tutoribus, velut ab ipsis pupillis [12]), relicta fideicommissa videantur [13]), super fideicommisso [14]) praeses provinciae cognoscet, et, si id tibi relictum esse constiterit, reddi tibi efficiet. Idem, si iuficietur, ad iusiurandum, ut desideras, tutorem adiget [15]). PP. III. Non. [16]) Decemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

6. [g]) Iidem AA. [17]) Bessio. — Quum proponas, partibus placuisse, iurisiurandi religione generis et ingenuitatis quaestionem [18]) decidi, praeses provinciae iuxta decretum arbitri ad voluntatis vestrae placitum amitae tuae filiis consulet. PP. V. Id. Februar. Tiberiano et Dione Conss. [19]) [291.]

7. [h]) Iidem AA. et CC. [20]) Eutychianae [21]) — Nec filius, nec quisquam alius nec litigando, nec paciscendo, sed neque iusiurandum citra [22]) voluntatem do-

---

[a]) *Dig. XII.* (1.) 2. — [b]) *Bas. XXII.* 5. 43. (*Fabr. T. III. p.* 130.) — *Sch. h—k.* (*Fabr. T. III. p.* 192.) — [c]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 106.; *Bas. XXII.* 5. 44. — *Sch. l—n.* (*Fabr. T. III. p.* 193.) — [d]) *Bas. XXII.* 5. 45. (*Fabr. T. III. p.* 131.) — *Sch. o.* (*Fabr. T. III. p.* 195.) — [e]) *Bas. XXII.* 5. 46. — *Sch. p.* — [f]) *huius const. pars est l.* 20. *C. de fideicomm. VI.* 42.; *Bas. XXII.* 5. 47. — *Sch. q.* (*Fabr. T. III. p.* 196.) — [g]) *Bas. XXII.* 5. 48. — *Sch. r—t.* (*Fabr. T. III. p.* 197.) — [h]) *Bas. XXII.* 5. 49. (*Fabr. T. III. p.* 132.) — *Sch. u.*

[1]) et iureiurando *abest ab ed. Nbg.* — [2]) II. *inserit Bk.* — [3]) venerationes *ms. Pl.* 1.; veneration. *abest ab Hal.*; κατὰ τῆς τοῦ βασιλέως καθοσιώσεως *Schol. Bas.* — [4]) periuratum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Coll. Ans. ded.*; iuratum *ms. Gt. ante recent. emend.*; ἡ ἐπιορκία γέγονεν *Schol. Bas.*, *in quo est* τὸ κατὰ πόδας; *sed* ὤμοσέ τις *Bas.* — [5]) Id. *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [6]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal. Bk.*; (et) CC. *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [7]) aliis *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; ἐν ταῖς ἄλλαις δίκαις *Schol. Bas.* — [8]) potest *ms. Gt.*, *quod magis convenit cum Bas.* — [9]) *mss. Pist. Vat. Bg.*, *ed. Nbg. Bk.*; et CC. *addunt mss. Pl.* 1. 2., *Russ. et rell.*; *Hal. in textu in hac lege et in const.* 5. *et* 6. et CC. *non habet*, *sed in not. addi iubet.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; dederit *ed. Nbg.*, *var. l. gl.*; detulit *ed. Schf.*; detulerit *Hal. et rell.*; *sed* δέδωκεν *Bas.* — [11]) *mss. Pist. Vat. Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*, *Hal. in textu*; et CC. *addunt mss. Pl.* 1. 2., *Russ. et rell.*; *cfr. l.* 20. *C. VI.* 42. — [12]) pupillis *abest a ms. Pl.* 2. *et a l.* 20. *C. cit.* — [13]) videntur *Hal.*; debentur *l.* 20. *C. cit.*, *quod hic reponendum censet Russ. in marg.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; fideicommissis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) adsciet *ms. Pl.* 1.; adiciet (adiiciet) *ms. Pl.* 2.; *sed* ἀναγκάζεται ὀμόσαι περὶ τούτου *Bas.* — [16]) *ms. Pist.*, *l.* 20. *C. cit.*; IV. Kal. *Hal. et rell.* — [17]) *mss. Pist. Vat. Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*, *Hal. in textu*; et CC. *addunt Russ. et rell.* — [18]) litem *omissis* generis et ingenuitatis *Hal.*, *quod etiam a Bas. reprobatur.* — [19]) *ms. Pist. hanc subscr. legi* 3. *hoc tit. adscriptam habet.* — [20]) et CC. *absunt a ms. Pist.* — [21]) Eutichiano *ed. Nbg.*, *quod secundum Schol. Bas. verius videtur.* — [22]) contra *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; παρὰ γνώμην *Schol. Bas.*

dominae rei deferendo, praeiudicium ei facere potest. Unde si citra [1]) mandatum tuum aliquid erga rem tuam filius tuus gessit, nec hoc ratum habuisti, nihil tibi oberit. S. [2]) Idib. Novemb. AA. [3]) Conss. [293—299.]

8. [a]) Idem AA. et CC. Alexandro. — Actori delato vel relato iureiurando, si iuraverit vel ei remissum sit sacramentum, ad similitudinem iudicati in factum actio competit. S. [4]) XII. Kal. Mai. Caess. Conss. [294—302.]

9. [b]) Idem AA. et CC. Marciano. — Delata conditione iurisiurandi, reus (si non per actorem, quo minus de calumnia iuret, steterit) per iudicem solvere vel iurare, nisi referat iusiurandum, necesse habet. S. [5]) V. Kal. Mai. Sirmii, AA. [6]) Conss. [299—304.]

10. [c]) Idem AA. et CC. Protogeni [7]). — In actione etiam depositi, quae super rebus quasi [8]) sine scriptis datis movetur, iusiurandum ad exemplum ceterorum bonae fidei iudiciorum deferri potest. S. V. [9]) Kal. Decemb. Caess. Conss. [300—305.]

11. [d]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Si quis iusiurandum intulerit [10]), et necdum eo praestito, postea, utpote sibi allegationibus abundantibus, hoc revocaverit, sancimus, nemini licere penitus iterum ad sacramentum recurrere [11]) (satis enim absurdum est, redire ad hoc, cui renuntiandum putavit, et quum desperavit aliam probationem, tunc denuo ad religionem convolare), et iudices nullo modo eos audire ad tales iniquitates venientes; si quis autem sacramentum intulerit, et hoc revocare maluerit, licere quidem ei hoc facere et alias probationes, si voluerit, praestare, ita tamen, ut huiusmodi licentia usque ad litis tantummodo terminum ei [12]) praestetur. Post definitivam autem sententiam, quae provocatione suspensa non sit, vel quae, postquam fuerit [13]) appellatum, corroborata fuerit, nullo modo revocare iuramentum et iterum ad probationem venire cuiquam [14]) concedimus, ne, repetita lite, finis negotii alterius causae fiat exordium. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [15]) [529.]

12. [e]) Idem A. [16]) Demostheni P. P. — Generaliter de omnibus iuramentis, quae in litibus offeruntur vel a iudice vel a partibus, definiendum est. Quum enim iam increbruit, iudices in plenissima definitione [17]) sacramentum imponere, evenit, ut, provocatione lite suspensa, hi quidem, qui iusiurandum praestare iussi sunt, ab hac forte luce subtrahantur, probationes autem rerum [18]) cadant, quum multum discrepat [19]) iuramentum hereditarium a principali sacramento. Necessitate itaque rerum coacti et probationibus pinguius [20]) subvenientes ad huiusmodi venimus sanctionem. Omne igitur iuramentum, sive a iudicibus sive a partibus illatum vel in principio litis vel in medio vel in ipsa definitiva sententia, sub ipso iudice detur, non exspectata vel ultima definitione vel provocationis formidine. §. 1. Sed iuramento illato, quum hoc a partibus factum fuerit et a iudice approbatum, vel ex auctoritate iudicis cuicunque parti illatum, si quidem is, cui imponitur sacramentum, nihil ad hoc fuerit reluctatus, et [21]) hoc praestetur, vel referatur, necessitate ei imponenda, cui [22]) refertur, relationis sacramentum subire, vel si hoc recusaverit, quasi illato sacramento praestito, causa vel capitulum decidatur, nullo loco provocationi relinquendo. Quis enim ferendus est ad appellationis veniens auxilium in his, quae ipse facienda procuravit? §. 2. Sin autem is, cui sacramentum est illatum vel a parte vel a iudice, hoc subire minime volverit, licentiam quidem habeat sacramentum recusare, iudex autem, si hoc omnimodo praestandum existimaverit [23]), sic causam dirimat, quasi volente [24]) eo sacramentum sit recusatum, et ita cetera sive capitula sive totius negotii summa [25]) examinentur, et lis suo marte percurrat, nullo ei obstaculo obviante. Ipse autem, qui sacramentum sibi illatum dare recusaverit, vel hoc attestetur, vel, si forte non audeat, habeat sibi in ultima provocatione repositum auxilium. Et si [26]) iudex appellationi praesidens bene quidem illatum iusiurandum, non rite [27]) autem recusatum pronuntiaverit, res secundum quod iudicatum est permanebit. Sin autem non rite [28]) quidem illatum, recte autem recusatum [29]) sacramentum pronuntiaverit, tunc ei licebit emendare sententiam iudicis, quae quasi ex recusato sacramento processit, et nihil penitus nec praeiudicii nec iniusti dispendii cuicunque incurret, sed et causae cursus ab initio usque ad novissimum terminum non impedietur, et lis aequa lance tratinabitur. §. 3. Sive autem illatum iuramentum praestitum fuerit, sive recusatum, ipsi parti, quae hoc intulit, nullum provocationis remedium in hoc reservabitur [30]), quum nimi. crudele est, parti, quae hoc detulit [31]), propter hoc ipsum, quod iudex eius petitionem secutus est, superesse provocationem. §. 4. His de praesentibus personis statutis, nec absentes nos fugiunt, sed etiam eos huic legi subingamus [32]). Et si persona non praesens [33]) inveniatur, cui sacramentum illatum est, lite forte per procuratorem ventilata, necesse est, vel ipsam principalem personam datis certis induciis ad iudicem venire, ut ea, quae de sacramentis statuta sunt, impleat, vel, si iudex existimaverit, in provincia, ubi degit, sub actorum testificatione iuramentum ab ea vel dari vel referri vel recusari, hoc procedere, ut singulis casibus eventus iam definitus imponatur; licentia concedenda [34]) etiam parti alteri, vel per se vel per procuratorem super hoc ipso [35]) ordinatum adesse his, quae

---

[a]) *Bas. XXII. 5. 50. — Sch. x—a.* (*Fabr. T. III. p.* 198.) — [b]) *Bas. XXII. 5. 51. — Sch. b.* — [c]) *Bas. XXII. 5. 52. — Sch. c. d.* (*Fabr. T. III. p.* 199.) — [d]) *Bas. XXII. 5. 53. — Sch. e—h.* — [e]) *Bas. XXII. 5. 54.* (*Fabr. T. III. p.* 133.) — *Sch. i—b.* (*Fabr. T. III. p.* 201.)

[1]) contra *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; χωρὶς μανδάτου σου *Schol. Bas.* — [2]) S. *abest a ms. Pist.* — [3]) *ms. Pist., Bk.*; et *inserunt Hal. et rell.* — [4]) S. *abest a ms. Pist.* — [5]) S. *abest a ms. Pist.* — [6]) CC. *ms. Pist.* — [7]) eidem Marciano *ed. Nbg.* — [8]) quamvis *Hal.*; *sed* ὡσανεὶ *Schol. Bas.* — [9]) VI. *omisso* S. *ms. Pist.* — [10]) detulerit *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [11]) percurrere *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [12]) ei *abest a ms. Pl.* 1., *Hal.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; fuit *Russ. et rell.* — [14]) cuidam *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.* — [15]) *ms. Pist. huc refert subscr. legis* 13. *hoc tit.* — [16]) eidem *inserit ed. Nbg.* — [17]) in plenissimam definitionem *ms. Bg.* — [18]) eorum *ed. Nbg., Hal. in textu.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; discrepet *Hal. et rell.* — [20]) pinguibus *ms. Bg.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; et *abest a Russ. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. *Gt. Bg.* (*ap. Dirksen p.* 434.) *ed. Nbg.*; iure *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *edd. Schf. Hal. et rell.* — [23]) aestimaverit *ms. Bg.* — [24]) nolente *Russ. Cont. in marg.*; *sed* βουλομένου αὐτοῦ *Bas.* — [25]) *secundum Bas. tantum vv.* cetera totius negotii *stare possunt, videntur que vv.* sive capitula sive summa *serioris esse additionis.* — [26]) si *abest a Cont.* 76. — [27]) recte *Russ. in marg.*; ὀρθῶς *Bas.*; *v. Rhein. Museum f. Iurisprudenz. T. III. p.* 461. — [28]) recte *Cont.* 62. *in marg.*; δικαίως *Bas.* — [29]) relatum *Russ. in marg., sed etiam Bas.* παραιτηθῆναι. — [30]) servabitur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [31]) intulit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [32]) subiungimus *Hal.*; subiungamus *Russ.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; praesens non *Russ. et rell.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; danda *Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; data *Sp. Bk.* — [35]) *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal Bk.*; ipsum *ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Russ. et rell.*

quae de iuramento agantur, vel si neutrum facere maluerit, et ex una parte, sub fide tamen gestorum, iuramentum praestari vel referri vel recusari; expensis propter huiusmodi causam praestandis officio iudicis trutinandis, an ab utraque parte vel ab [1]) altera oporet [2]) eas dependi; nullo tamen ex hoc litibus impedimento generando, sed, donec ea procedunt, aliis vel capitulis vel litis membris a iudice examinandis, et postquam fuerint ei intimata gesta super iuramento subsecuta, tunc iterum ad hoc capitulum iudice redeunte, et eo adimpleto ad cetera perveniente; omnibus aliis, quae de praesentibus sancita sunt, et in absentium parte observandis. §. 5. In omnibus autem casibus, in quibus sacramenta praestantur, observationem indicialem permanere censemus secundum personarum qualitatem, sive sub ipso iudice praestari oportet iuramentum, sive in domibus, sacris scripturis tactis, sive in [3]) sacrosanctis oratoriis. §. 6. Similique modo in sua firmitate manere, quae de calumniae inreiurando vel relato sacramento legibus cauta sunt, vel a nobis vel a retro divis principibus introducta [4]). Non enim, ut aliquid derogetur antiquioribus legibus, haec prolata sunt, sed ut, si quid deesse eis videbatur [5]), hoc repleatur. Recitata Septimo [6]) in novo consistorio palatii Instiniani. Dat. III. Kal. Novemb. [7]) Decio V. C. Cons. [529.]

13. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Quum quis legatum vel fideicommissum, utpote sibi relictum, exigebat [8]), et testamento forte non apparente, pro eo sacramentum ei ab herede delatum est [9]), et is religionem suam praestitit [10]), affirmans sibi legatum vel fideicommissum derelictum esse, et ex huiusmodi testamento id, quod petebat [11]), consecutus est [12]), postea autem manifestum factum est [13]), nihil ei penitus fuisse derelictum, apud antiquos quaerebatur, utrum inreiurando standum est, an restituere debet [14]) hoc, quod accepit [15]), vel, si revera ei derelictum fuerat [16]) legatum vel fideicommissum, si demus [17]) licentiam heredi Falcidiam, si competat, ex hoc retinere. Nobis itaque melius visum est, repeti ab eo legatum vel fideicommissum, nullumque ex huiusmodi periurio lucrum ei accedere, sed et [18]) si verum fuerit inventum, quartae detentionem introduci (si tamen locum habeat), ne quis [19]) ex hoc [20]) delicto impium sibi lucrum afferre nostris legibus concedatur. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae VV. CC. [21]) [531.]

Tit. II.

[b]) SI CERTUM PETATUR [22]).

1. [c]) Impp. Severus et Antoninus AA. Modestino. — Neque aequam neque usitatam rem desideras, ut aes alienum patris tui non pro portionibus hereditariis exsolvatis tu et frater coheres tuus, sed pro aestimatione rerum praelegatarum, quum sit explorati iuris, hereditaria onera ad scriptos heredes pro portionibus hereditariis, non pro modo emolumenti pertinere. Quod nec [23]) ipse ignorare videris [24]), quum creditoribus secundum formam [25]) iuris pro portione tua caveris. Dat. Kal. Iul. [26]) Chilone et Libone Conss. [204.]

2. [d]) Imp. Antoninus A. Hermogeni. — Quamvis pecuniam tuam Asclepiades suo nomine crediderit, stipulando tamen sibi ius obligationis quaesivit. Quam pecuniam ut possis petere, mandatis tibi ab eo actionibus consequeris. PP. VII. Kal. Mai Messala et Sabino Conss. [214.]

3. [e]) Imp. Gordianus A. Sempronio. — Eos, qui officium [27]) administrant, neque per se neque per suppositas personas tempore officii sui in provincia foenus agitare posse, saepe rescriptum est. PP. VIII. [28]) Kal. Septemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

4. [f]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Maximo. — Si absentis pecuniam nomine eius foenori dedisti, ac reprobato nomine mandatis actionibus experiris, praeses provinciae inrisdictionem suam praebebit. §. 1. Idem, si cessare mandatum animadverterit, utilem tibi adversus debitorem actionem eo nomine competere, non negabit. PP. XV. Kal. Mart. Praesente et Albino Conss. [29]) [246.]

5. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Aristodemo et Proculo. — Si non singuli in solidum accepta mutua quantitate vel stipulanti creditori sponte vos obligastis, licet uni numerata sit pecunia, vel [30]) intercessionis nomine hanc pro rea [31]) suscepistis obligationem, frustra veremini, ne eius pecuniae nomine vos convenire possit, quam alii mutuo dedit, si intra praestitutum tempus rei gestae quaestionem detulistis. Ac multo magis inanem timorem geritis, si, pecunia [32]) numerata, oleum susceptum in-

---

[a]) *Bas. XXII.* 5. 55. (*Fabr. T. III. p.* 137.) — *Sch. c—f.* (*Fabr. T. III. p.* 203.) — [b]) *Dig. XII.* 1 — [c]) *Bas. XXIII.* 1. 45. (*Fabr. T. III. p.* 320.) — *Sch. a—d.* (*Fabr. T. III. p.* 332.) — [d]) *Bas. XXIII.* 1. 46. — *Sch. e—g.* (*Fabr. T. III. p.* 335.) — [e]) *Bas. XXIII.* 1. 47. — *Sch. h. i.* (*Fabr. T. III. p.* 336.) — [f]) *Bas. XXIII.* 1. 48. (*Fabr. T. III. p.* 321.) — *Sch. k—m.* (*Fabr. T. III. p.* 337.) — [g]) *Bas. XXIII.* 1. 49. — *Sch. n—y.*

[1]) *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. Bk.*; ab *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.*; an ab *Russ. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; oporteat *Hal. et rell.* — [3]) in *abest a Cont.* 71. *Char. Pac.*; *sed* ἐν εὐκτηρίοις τόποις *Bas.* — [4]) inducta *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; videatur *Hal. et rell.* — [6]) *Cuiac.* (*Obss. XX.* 3.); septies *Hal. et rell.* — [7]) D. Kal. Aug. *ms. Pist.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; exigeret *Hal. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; esset *Hal. et rell.* — [10]) *ms. Pl.* 1., *ms. Bg. ex emend.*; praestavit *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.*; praestasset *Hal. et rell.* — [11]) placebat *mss. Bg. Bg.* (*Dirksen p.* 434.) *Hal.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; esset *Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; esset *Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; standum esset, an rest. deberet *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; quod accepisset *omisso* hoc *Hal. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.*; fuerit *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; fuisset *Hal. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; an daremus *Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; et *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; ne cui *Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; hoc *abest a ms. Bg., edd. Schf. Hal. et rell.*; *sed* ἐκ τῆς οἰκείας ἐπιορκίας *Bas.* — [21]) *cfr. not.* 15. *ad l.* 11. *hoc tit.* — [22]) petetur *ms. Cas.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; tu *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) debueras *mss. Pl.* 1. 2.; *sed* δοκεῖς μοι *Bas.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; veteris *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* κατὰ τὸν τύπον τοῦ νόμου *Bas.* — [26]) Kal. Iul. *abest a ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit*; *post* Chil. *Bk. inserit* II. — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; officio *Russ. faveant, nihil opus est, quum ex antecedentibus facile subintelligatur.* — [31]) *ms. Pl.* 1. *ante emendat., omnia mss. Russ.*; pro eo *ms. Bg.*; pro reo *ms. Pl.* 2., *edd. omnes*; *sed nostram lect. flagitant Bas., quae mulieri creditam esse pecuniam evincunt.* — [32]) pro pecunia *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf., var. l. gl.*

instrumento sit collatum, quum, si reddendi [1]) stipulatio nulla subiecta est et huius rei est habita solemnis contestatio, in suo statu remanente eo, quod vere factum intercessit, ex olei accepti scriptura nihil deberi manifestum est. S. V. Non. Mai. AA. Conss. [293—299.]

6. [a]) Iidem AA. et CC. Nicandro. — Si ex pretio debitae quantitatis, facta novatione per stipulationem, usuras licitas ab eo [2]), contra quem supplicas, stipulatus es, falsa mutuae [3]) datae quantitatis demonstratio praemissa, quum obligationis non defecerit [4]) substantia, quominus usque ad modum placitum usurae possint exigi, nihil nocet. Si vero citra vinculum stipulationis tantum mutuam pecuniam datam conscriptum est, et eius praestari foenus convenit, simulatis pro infectis habitis, huiusmodi placitum nihil de praecedenti mutavit obligatione. S. XV. Kal. Decemb. AA. Conss. [293—299.]

7. [b]) Iidem AA. et CC. Pactumeiae. — Non unde originem pecunia, quae mutuo datur, habet [5]), sed qui contraxit, si ut [6]) propriam numeravit, in huiusmodi obligationibus requiritur. S. V. Non. Octob. Sirmii, AA. Conss. [293—299.]

8. [c]) Iidem AA. et CC. Proculo. — Si pro mutua pecunia, quam a creditore poscebas, argentum vel iumenta vel alias species utrinsque consensu aestimatas accepisti, dato auro pignori, licet ultra [7]) centesimam usuras stipulanti spopondisti, tamen sors, quae aestimatione placito partium definita est, et usurarum titulo legitima summa [8]) tantum recte petitur. Nec quidquam tibi prodesse potest, quod minoris esse pretii pignus, quod dedisti, proponis, quo minus huius [9]) quantitatis solutioni pareas. S. XVII. Kal. Ianuar. AA. Conss. [293—299.]

9. [d]) Iidem AA. et CC. Alexandro. — Quum te in Gallia cum Syntropho certum auri pondus itemque numeratam pecuniam mutuo dedisse, ut Romae solveretur, precibus asseveras, aditus competens iudex, si duos reos stipulandi, vel re [10]) pro solido tibi quaesitam actionem, sive ab heredibus Syntrophi procuratorem te factum animadverterit, totum debitum, alioquin quod dedisti solum restitui tibi iubebit. S. XV. Kal. Ianuar. AA. Conss. [293—299.]

10. [e]) Iidem AA. et CC. Crispino. — Eo, quod a multis proprii debiti singulorum obligationis suo tantum instrumento probatio continetur, exactio non interpellatur. Nam si pro pecunia, quam mutuo dedisti, tibi vinum stipulanti qui debuerant spoponderunt, negotii gesti poenitentia contractum recte habitum non constituit irritum. S. prid. [11]) Non. Febr. Sirmii, AA. Conss. [293—299.]

11. [f]) Iidem AA. et CC. Maximiano. — Incendium aere alieno non exuit debitorem. S. II. Id. Febr. Sirmii, AA. Conss. [12]) [293—299.]

12. [g]) Iidem AA. et CC. Theophanio. — Si in rem communem cum Ione mutuam sumsisti pecuniam, nec re nec solemnitate verborum vos obligastis [13]) in solidum, et [14]) eam post integram [15]) solvisti, de restituenda tibi parte contra Ionem experiri, ut debitum posceres [16]), indice cognoscente potes. S. XV. Kal. Sept. Caess. Conss. [294—302.]

13. [h]) Iidem AA. et CC. Frontoni. — Eum, qui mutuam sumsit pecuniam, licet in res alienas, creditore [17]) non contemplatione domini rerum eam foenori dante, principaliter obligatum obnoxium remanere oportet. S. XVII. Kal. Novemb. Nicomediae, Caess. Conss. [18]) [294—302.]

14. [i]) Iidem AA. et CC. Hadriano. — Mutuae pecuniae, quam aliis dedit, creditor citra solemnitatem verborum subscribentem instrumento [19]) non habet obligatum. Sine die, AA. Conss. [299—304.]

15. [k]) Iidem AA. et CC. Charidemo. — Non adversus te creditores, qui mutuam sumsisti pecuniam, sed eius, cui hanc credideras, heredes experiri, contra iuris formam evidenter postulas. S. V. Kal. Decemb. Nicomediae [20]), Caess. Conss. [300—305.]

16. [l]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Theodoro P. P. — Quisquis iudici foenebrem pecuniam mutuaverit, si in provincia fuerit versatus, quasi emtor legum atque provinciae, vel si quis collectarius honoris pretium dederit ambienti [21]), exili poena una cum ipso iudice plectetur. Dat. XVII. [22]) Kal. Novemb. Basso et Philippo Conss. [408.]

17. [m]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Super chirographariis instrumentis haec pro communi utilitate sancienda duximus, ut, si quis pecunias credere supra quinquaginta libras auri voluerit, vel super reddito debito securitatem accipere [23]), quum amplius sit memorata quantitate, sciat non aliter debere chirographum a debitore vel creditore percipere [24]), quam si testimonium [25]) trium testium probatae opinionis per

---

[a]) *Bas. XXIII.* 1. 50. (*Fabr. T. III. p.* 322.) — *Sch. z—e.* (*Fabr. T. III. p.* 339.) — [b]) *Bas. XXIII.* 1. 51. (*Fabr. T. III. p.* 323.) — *Sch. f. g.* (*Fabr. T. III. p.* 340.) — [c]) *Bas. XXIII.* 1. 52. — *Sch. h—l.* (*Fabr. T. III. p.* 341.) — [d]) *Bas. XXIII.* 1. 53. — *Sch. m. n.* — [e]) *Bas. XXIII.* 1. 54. (*Fabr. T. III. p.* 324.) — *Sch. o—r.* — [f]) *Bas. XXIII.* 1. 55. — *Sch. s.* (*Fabr. T. III. p.* 342.) — [g]) *Bas. XXIII.* 1. 56. — *Sch. t—x.* — [h]) *Bas. XXIII.* 1. 57. — *Sch. y.* — [i]) *Bas. XXIII.* 1. 58. — *Sch. z. a.* — [k]) *Bas. XXIII.* 1. 59. — *Sch. b.* — [l]) *hanc const. legi* 20. *Th. C. de bonis proscr. IX.* 42. *iungendam censet Iac. Gothofr. in not. f. ad l.* 21. *cit.*; *Bas. XXIII.* 1. 60. (*Fabr. T. III. p.* 325.) — *Sch. c—f.* — [m]) *Bas. XXIII.* 1. 61. — *Sch. g—i.* (*Fabr. T. III. p.* 344.). *In ms. Bg. hic denuo inseritur l.* 13. *hoc tit.*

[1]) olei *inserit ms. Bg.* (*ap. Dirksen p.* 435.), *ed. Nbg.*; pecuniam *male addit ed. Schf.*; si de reddendo oleo *Hal.*, *quae lectio ex gl. ad v.* stipulatio *videtur oriunda*; εἰ — μὴ ἐπερώτησις γέγονε περὶ τῆς ἀποδόσεως τοῦ ἐλαίου *Bas.*; *sed v.* olei *facile suppleri potest.* — [2]) ab eo *desunt in mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; mutuo *Russ. et rell.* — [4]) defecerat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; deficiat *ms. Gt.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; habeat *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) ut *abest a ms. Pl.* 1. — [7]) *ms. Bg.*, *liber Aured. ap. Char.*, *Hal.*; unam *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; usuram *ins. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *sed* εἰ καὶ ὑπὲρ ἑκατοστὴν *Bas.* — [8]) summa *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; huiusmodi *edd. Schf. Russ. et rell.* — [10]) re *abest a ms. Pl.* 2. — [11]) *ms. Pist.*; S. II. *Hal. et rell.* — [12]) p. XVII. K. Sep. cc. ulib. *ms. Pist.* — [13]) te obligasti *ms. Bg. ex recent emendat.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; *sed* ἑαυτοὺς ἐνόχους — ἐποιήσατε *Schol. Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; si *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed nobiscum facit Schol. Bas.* — [15]) in integrum *ms. Bg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; poscens *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed* ἵνα τὸ χρέος ἀπαιτήσῃς *Schol. Bas.* — [17]) creditori *ms. Pl.* 2.; a creditore *ed. Schf.* — [18]) *ms. Pist. huic rescr. tribuit subscr. leg.* 17. *hoc tit.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; te *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [20]) *locum*, *qui abest ab Hal. et rell.*, *supplevi ex ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [21]) ambigenti *ms. Bg.*; ἀπιόντι αὐτῷ *Scholiastes Bas.*, *qui abeunti legisse videtur.* — [22]) VIII. *flagitat Iac. Gothofr. ad l.* 21. *Th. C. cit.* — [23]) acceperit *ms. Pl.* 1. *ex emendat.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Sp. Bk.*; accipere *omisso* debere *ed. Nbg.*; recipere *Cont.* 66. *et rell.* — [25]) testimonio *Hal. in not.*

per eorum subscriptiones idem chirographum capiat [1]). Nam si citra [2]) huiusmodi observationem chirographum pro [3]) pecuniis memoratam auri quantitatem excedentibus proferatur, minime hoc admitti a iudicantibus [4]) oportet; quod [5]) in futuris creditis vel debitorum solutionibus locum habere oportet. Dat. X. [6]) Kal. Iun. Constantinop. DN. Iustiniano PP. [7]) A. II. Cons. [528.]

[a]) Authent. de instrument. cautela et fide. §. Oportet vero. (Nov. 73. c. 8.) — *Sed novo iure quinque testes adhibendi sunt, si fiat ab imperito literarum contractus in scriptis et in civitate, et* [8]) *excedat libram auri. Nam si quis facere quemlibet contractum ex non scripto voluerit, manifestum est, quia aut per testes* [9]) *aut per iusiurandum fidem percipiet, actore quidem testes deducente, pulsato autem iurante aut referente, sicut iudex disposuerit. In agris autem, quae hactenus valuerunt apud eos, et nunc sint firma.*

Tit. III.

DE SUFFRAGIO [10]).

1. [b]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino P. P. — Si qui desideria sua explicare [11]) cupientes ferri sibi a quoquam suffragium postulaverint, et ob referendam vicem se sponsione constrinxerint, promissa restituant, quum ea, quae optaverint, consequantur; si artibus moras nectant [12]), ad solutionem debiti coarctandi sunt. §. 1. Sed [13]) si quid eo nomine in auro vel argento vel ceteris rebus [14]) mobilibus datum fuerit, traditio sola sufficiet, et contractus habebit perpetuam [15]) firmitatem, quoniam collatio rei mobilis inita integra fide ac [16]) ratione cumulatur. §. 2. Quod si praedia rustica vel urbana placitum continebit, scriptura, quae ea in alium transferat, emittatur, sequatur [17]) traditio corporalis, et rem fuisse completam, gesta testentur; aliter enim ad novum dominum transire non possunt, neque de vetere iure discedere. §. 3. Quod si quis, dum solo commonitorio de [18]) suffragio nititur, bona duxerit occupanda, reus temeritatis ac violentiae retinebitur, atque in statum pristinum possessio reducetur, eo a petitione excluso, qui non dubitavit invadere, quod petere [19]) debuisset. Dat. IV. [20]) Non. Mart. Constantinop. [21]) Arcadio III. et Honorio II. AA. Conss. [394.]

Tit. IV.

DE PROHIBITA SEQUESTRATIONE PECUNIAE.

1. [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni P. P. [22]). — Quoties ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat. Oportet enim debitorem primo convinci, et sic [23]) ad solutionem pulsari [24]). Quam rem non tantum iuris ratio, sed et [25]) ipsa aequitas persuadet, ut probationes secum afferat debitoremque convincat pecuniam petiturus. Dat. VI. [26]) Id. Iul. Ravennae, Honorio XIII. [27]) et Theodosio X. AA. Conss. [422.]

Tit. V.

[d]) DE CONDICTIONE INDEBITI.

1. [e]) Imp. Antoninus A. [28]) Mutiano. — Pecuniae indebitae, per errorem, non ex causa iudicati solutae, esse repetitionem iure condictionis, non ambigitur. Si quid igitur probare potueris patrem tuum, cui heres exstitisti, amplius debito creditori suo persolvisse, repetere potes. Usuras autem eius summae praestari tibi frustra desideras; actione enim condictionis ea sola quantitas repetitur, quae indebita soluta est. PP. III. Kal. August. Antonino A. IV. [29]) et Balbino Conss. [213.]

2. [f]) Idem A. [30]) Secundinae. — Si citra ullam transactionem pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegata es, adversus eam, quae te delegavit, condictionem habere potes. PP. XIV. Kal. Ianuar. Antonino A. IV. et Balbino Conss [213.]

3. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianu AA. et CC. Pamphilo. — Quum et soluta indebita quantitas ab ignorante repeti possit, multo facilius quantitatis indebitae interpositae scripturae condictio competit, vel doli exceptio agenti opponitur. S. III. [31]) Non. April. Byzantii, AA. Conss. [293—304.]

4. [h]) Iidem AA. et CC. Heraclio. — Ea, quae per inficiationem in lite crescunt, ab ignorante etiam indebita soluta repeti non posse, certissimi iuris est. Sed et si cautio indebitae pecuniae ex eadem causa interponatur, condictioni locum non esse constat. S. V. Id. April. Byzantii, AA. [32]) Conss. [293—304.]

5.

---

[a]) *Haec auth. multo brevior est in mss. Pl. 2. Bg., magis ad vulg. lect. accedit ms. Pl. 1.; cfr. Savigny Gesch. d. R. R. im MA. T. IV. p. 43.* — [b]) *l. 2. Th. C. si certum pet. de suffr. II. 29.* — [c]) *l. 1. Th. C. de pecun. sequestr. proh. II. 28.; Bas. XXIV. 1. 17. (Fabr. T. III. p. 500.) — Sch. r. s. (Fabr. T. III. p. 514.)* — [d]) *Dig. XII. 6.* — [e]) *Bas. XXIV. 1. 18. (Fabr. T. III. p. 501.) — Sch. t. u.* — [f]) *Bas. XXIV. 1. 19. — Sch. x. y.* — [g]) *Bas. XXIV. 1. 20. — Sch. z. (Fabr. T. III. p. 515.)* — [h]) *Bas. XXIV. 1. 21. — Sch. a. b.*

[1]) vires capiat *Hal. in not., ed. Schf.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont. 62.;* contra *edd. Schf. Russ. Cont. 66. et rell.* — [3]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.;* super *Hal. et rell.* — [4]) a iudice *mss. Pl. 2. Bg., ed. Nbg.* — [5]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.;* si *inserit ms. Pl. 2.;* et *addunt Hal. et rell.* — [6]) X. *abest a ms. Pist.; cfr. not. 18. ad l. 13. hoc tit.* — [7]) PP. *addidi ex ms. Pist.* — [8]) *et abest ab ed. Schf.* — [9]) II. *inserit ed. Schf.* — [10]) si certum petetur de suffragio *liber Aured. ap. Char.* — [11]) explere *mss. Pl. 2. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [12]) nectent *Theod. C.* — [13]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.;* Et *Cont. 66. et postea rell.; utrumque abest ab Hal. Russ. Cont. 62.* — [14]) rebus *abest ab Hal. Russ. Cont. 62., Theod. C.* — [15]) perpetem *Theod. C.* — [16]) hac *ms. Bg., quod praefert Iac. Gothofr. in not. o. ad l. 2. Th. C. cit.* — [17]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., Theod. C.;* copulam *addunt ms. Pl. 2., edd. omnes.* — [18]) *Hal. in not., Bk., Theod. C.;* de *abest a mss. nostris et edd. rell.* — [19]) non *inserit Theod., ipso improbante Iac. Gothofr.* — [20]) *Russ. Cont. 62. Bk.; Theod. C.;* VI. *ms. Pist.;* III. *Hal. et rell.* — [21]) *Russ. Cont. 62. Bk., Theod. C.; locus abest ab Hal. et rell.* — [22]) Post alia *addit Theod. C.* — [23]) *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Hal.;* deinde *addunt ms. Pl. 1., edd. Nbg. Russ. et rell.* — [24]) solutioni succumbere *Theod. C.* — [25]) non solum — sed et *edd. Nbg. Hal.;* cum — tum *Theod. C.* — [26]) VII. *Theod. C., Bk.; Iac. Gothofr. ad h. l. flagitat V.* — [27]) XVI. *ms. Pist., quod cum reliqua subscr. convenit.* — [28]) Impp. Severus et Antoninus AA. *mss. Pist. Cas. Pl. 1. 2., edd. Nbg. Hal. Cont. 62., ex quibus testimoniis ad errorem in subscr. latentem merito fit coniectura.* — [29]) XV. Kal. ian. VI. *ms. Pist.* — [30]) Iidem AA. *mss. Pl. 2. Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.;* Iid. AA. et CC. *mss. Vat. Pl. 1.* — [31]) D. VI. *ms. Pist.* — [32]) AA. *abest ms. Pist., quod reliquam subscr. firmat.*

5. [a]) Iidem AA. et CC. Attalo. — Si a patre emancipatus [1]) ei non intra tempora praestituta iure honorario successisti, quicquid indebitum postea per errorem utpote patris successor dedisti, eius conditionem tibi competere, non est incerti iuris. S. XIV. [2]) Kal. Mai. AA. Conss. [293—304.]

6. [b]) Iidem AA. et CC. Mnaseae. — Si per ignorantiam facti non debitam solutam [3]) quantitatem pro alio solvisti, et hoc adito rectore provinciae fuerit probatum, hanc ei, cuius nomine soluta est, restitui eo agente [4]) providebit. S. VI. Id. August. AA. Conss. [293—304.]

7. [c]) Iidem AA. et CC. Dionysiae. — Fideicommissum vel legatum indebitum per errorem facti solutum repeti posse, explorati iuris est. S. V. Id. Septemb. AA. Conss. [293—304.]

8. [d]) Iidem AA. et CC. Zyparo. — Creditoris falso procuratori solventi adversus eum indebiti repetitio, non obligationis liberatio competit. S. [5]) XV. [6]) Kal. Novemb. AA. [7]) Conss. [293—304.]

9. [e]) Iidem AA. et CC. Gratianae. — Indebitum solutum sciens, non recte repetit [8]). §. 1. Citra mandatum autem ab alio re distracta, dominus, evicta re vel ob praecedens vitium satis emtori faciens, non indebitum praetendere [9]) potest [10]), sed per huiusmodi factum ratum contractum habuisse probans, a se debitum ostendit [11]) solutum. S. IV. [12]) Non. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

10. [f]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Si quis servum certi nominis, aut quandam solidorum quantitatem, vel aliam rem promiserit, et, quum licentia ei fuerat unum ex his solvendo liberari, utrumque per ignorantiam dependerit, dubitabatur, cuius rei datur [13]) a legibus ei repetitio, utrumne servi an pecuniae, et utrum stipulator an promissor habeat huius rei facultatem. Et Ulpianus quidem electionem ei [14]) praestat, qui utrumque accepit, ut hoc reddat, quod sibi placuerit, et tam Marcellum quam Celsum sibi consonantes refert. Papinianus autem ipsi, qui utrumque persolvit, electionem donat, qui et antequam dependat ipse [15]) habet [16]) electionem, quod velit praestare, et huiusmodi [17]) sententiae sublimissimum testem adducit Salvium Iulianum, summae auctoritatis hominem et praetoriani edicti [18]) ordinatorem. Nobis haec decidentibus Iuliani et Papiniani sententia placet, ut ipse habeat electionem recipiendi, qui et dandi habuit. Dat. Kal. August. Constantinop. Lampadio et Oresta [19]) VV. CC. Conss. [530.]

11. [g]) Idem A. Iuliano P. P. — Pro dubietate eorum, qui mente titubante indebitam solverint [20]) pecuniam, certamen legislatoribus [21]) incidit, utrumne id [22]), quod ancipiti animo persolverint, possint repetere, an non. Quod nos decidentes sancimus, omnibus, qui incerto animo indebitam dederint [23]) pecuniam vel aliam quandam speciem persolverint, repetitionem non denegari, et praesumtionem transactionis non contra eos induci, nisi hoc specialiter ab altera parte approbetur. Dat. Kal. Octob. Constantinop. Lampadio et Oresta [24]) VV. CC. Conss. [25]) [530.]

Tit. VI.

[h]) DE CONDICTIONE OB CAUSAM DATORUM.

1. [i]) Imp. Antoninus A. Callistheni [26]). — Pecuniam, quam te ob dotem accepisse, pactumque interpositum [27]) (ut fieri, quum iure matrimonium contrahitur, adsolet) proponis, impediente quocunque modo iuris auctoritate matrimonium constare, nullam de dote actionem habet [28]), et propterea pecuniam, quam eo nomine accepisti [29]), iure condictionis restituere debes, et pactum, quod ita interpositum est, perinde ac si interpositum non esset, haberi oportet. PP. VI. Kal. August. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

2. [k]) Imp. Alexander A. Asclepiadi. — Si, ut proponis, pater tuus ea lege sorori tuae praedia ceteraque, quorum meministi, donavit, ut creditoribus ipsa satisfaceret, ac, si placita observata non essent, donatio resolveretur, eaque contra fidem negotii gesti versata est, non est iniquum, actionem conditionis ad repetitionem rerum donatarum tibi, qui patri successisti, decerni. PP. XIV. [30]) Kal. Decemb. Albino et Maximo [31]) Conss. [227.]

3. [l]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Aurelio et Alexandrae [32]). — Ea lege in vos collata donatio, ut neutri alienandae suae portionis facultas

---

[a]) *Bas. XXIV.* 1 22. — *Sch. c.* — [b]) *Bas. XXIV.* 1. 23. (*Fabr. T. III. p.* 502.) — *Sch. d. e.* (*Fabr. T. III. p.* 516.) — [c]) *Bas. XXIV.* 1. 24. — [d]) *Bas. XXIV.* 1. 25. — [e]) *Bas. XXIV.* 1. 26. — *Sch. f—h.* — [f]) *Bas. XXIV.* 1. 27. — *Sch. i.* — [g]) *Bas. XXIV.* 1. 28. — *Sch. k. l.* — [h]) *Dig. XII.* 4. — [i]) *Bas. XXIV.* 1. 29. — *Sch. m.* (*Fabr. T. III. p.* 517.) — [k]) *Bas. XXIV.* 1. 30. (*Fabr. T. III. p.* 503.) — *Sch. n.* — [l]) *Bas. XXIV.* 1. 31. — *Sch. o.*

[1]) es et *addunt mss. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf.*; et *inserit ms. Pl.* 1. — [2]) VIII. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; solutam *abest ab Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *sed* ἐνδεβίτως καταβληθεῖσαν ποσότητα *Schol. Bas.* — [4]) eo, pro quo soluta est, agente *unum ms. Russ., quod glossema respuit Schol. Bas.* κινοῦντος αὐτοῦ. — [5]) *ms. Pist.*; Petit. *addunt Hal. et rell.* — [6]) XVI. *ms. Pist.* — [7]) CC. *ms. Pist.*; et *inserit Hal.* — [8]) non repetit *mss. Pl.* 2. *Gt., ed. Schf.*; non recte petit *ms. Bg., ms. Pl.* 1. *ex emendat.* — [9]) non videbitur praetendere *ed. Schf.* — [10]) potest *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal., sed non censui omittendum, quum*, *si* pt̄ (*i. e.* potest) *ante* ptendere (*i. e.* praetendere) *scriptum fuit, uti in ed. Nbg., propter similitudinem compendiorum scribendi perfacile potuerit excidere illud* potest. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; esse *inserunt edd. Nbg. Russ. et rell.* — [12]) VI. *ms. Pist.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; daretur *Hal. et rell.* — [14]) ipsi *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; ipsam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) habeat *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Bk.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; huius *edd. Nbg. Hal et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; praetorii edicti perpetui *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*— [19]) *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Oreste *rell.* — [20]) solverunt *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* —[21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; legumlatoribus *Russ. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; idne *Hal. et rell.* — [23]) dederunt *et statim post* persolverunt *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; dederunt *ed. Nbg.* — [24]) *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Oreste *rell.* — [25]) *ms. Pist. huc. refert subscr. ex l.* 1. *tit. seq.* — [26]) Callistheni *magis convenit cum mssis, quam quod Hal. et rell. habent:* Callisthenidi. — [27]) *mss Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; pacto interposito *Hal. et rell.*; *fortasse* pactumque, quod interpositum. — [28]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; habes *ms. Pl.* 1. *ex recent. emend., Cont.* 66. *et rell.*; *cfr. not. seq.* — [29]) constare — accepisti *absunt ab Hal. Russ. Bk., sed contra fidem nostrorum codd., omnium mssorum Russ. et Cont. et edd. princ. Asseverat quidem Hal. in not., non in omnibus codd. illa verba legi, sed defenduntur adeo a Bas.* (οὐδὲ ἡ περὶ τῆς προικὸς πρὸς ἀπαίτησιν ἀγωγὴ κινεῖται, ἀλλὰ etc.), *et Cont.* 66. *et* 76. *ab Haloandro ea ademta esse arguit, ut magis ratio latinitatis constaret.* — [30]) VI. *ms. Pist.* — [31]) Maximiano *ms. Pist.* — [32]) Alexandro *mss. Pl.* 1. *Bg.*

tas nulla competeret, id efficit, ne alteruter eorum [1]) dominium prorsus alienaret [2]), vel ut donatori vel eius heredi condictio, si non fuerit conditio servata, quaeratur. PP. Kal. April. Valeriano IV. et Gallieno III. AA. Conss. [257.]

4. [a]) Iidem AA. [3]) et Valerianus C. Aemiliae. — Si, quum exiguam pecuniam revera susciperes, longe maiorem te accepisse cavisti eo, quod tibi patrocinium adversarius repromitteret, quum dicas fidem promissi non secutam, ut libereris obligatione eius, quod non acceptum propter speratum patrocinium spondisti, per condictionem consequeris. PP. V. Kal. Mai. Aemiliano et Basso Conss. [259.]

5. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [4]) Martiali. — Si militem ad negotium tuum [5]) procuratorem fecisti, quum hoc legibus interdictum sit, ac propter hoc pecuniam ei numerasti, quicquid ob causam datum est causa non secuta restitui tibi, competens iudex curae habebit. PP. X. Kal. Octob. ipsis IV. et III. [6]) Conss. [290.]

6. [c]) Iidem AA. et CC. Cyrioni et Plotioni. — Quum ancillam patrem vestrum ei, contra quem supplicatis, dedisse proponatis, interest multum, utrumne donandi animo dedit [7]), an ob manumittendam filiam, quam ancillam existimabat, quum perfecta quidem donatio revocari non possit, causa vero dandi [8]) non secuta repetitio competat. S. II. Id. Mai. AA. Conss. [293—304.]

7. [d]) Iidem AA. et CC. Gerontio. — Si repetendi [9]), quod donabas uxori eius, quem ad proficiscendum tecum huiusmodi liberalitate provocare proposueras, nullam addidisti conditionem [10]), remanet integra donatio, quum levitati perfectam donationem revocare cupientium iure occurratur. S. VII. [11]) Kal. Sept. AA. Conss. [293—304.]

8. [e]) Iidem AA. et CC. Flaviano. — Dictam legem donationi, si non impossibilem contineat causam, ab eo, qui hanc suscepit, non impletam conditioni facere locum, iuris dictat disciplina. Quapropter si titulo liberalitatis res tuas in sponsam conferendo certam dixisti legem, nec huic illa, quum posset, parnit, successores ipsius de repetendis, quae dederas, si hoc tibi placuerit, convenire non prohiberis. S. III. [12]) Id. Febr. AA. Conss. [293—304.]

9. [f]) Iidem AA. et CC. Bibulo. — Si liber constitutus, ut filiae tuae manumittantur, aliquid dedisti, causa non secuta de hoc tibi restituendo conditio competit. Nam si quid servus de peculio domino dederit, contra eum quidem nullam actionem habere potest, sed dominum, qui semel accipere pecuniam pro libertate passus est, aditus provinciae rector [13]) hortabitur [14]), salva reverentia, favore scilicet libertatis, placito suo stare. S. III. Id. Febr. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

10. [g]) Iidem AA. et CC. Cononianae. — Pecuniam a te datam, licet [15]) causa, pro qua data est, non culpa accipientis, sed fortuito casu non est secuta, minime repeti posse certum est. S. III. Non. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

11. [h]) Iidem AA. et CC. Stratonicae. — Advocationis causa datam pecuniam, si per eos, qui acceperant, quo minus susceptam fidem impleant, stetisse probetur, restituendam esse convenit. S. XVII. Kal. Ianuar. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. VII.

[i]) DE CONDICTIONE OB TURPEM CAUSAM.

1. [k]) Imp. Antoninus A. Ingenuo. — Si ex cautione tua conveniri coeperis, nullam te pecuniam accepisse, sed ob turpem causam, et quam fieri prohibitum est, interpositam cautionem [16]), ei, qui super ea re cognituros est, probandum est, et eo impleto absolutio sequetur. — Sine [17]) die et consule.

2. [l]) Idem A. [18]) Longino. — Quum te propter turpem causam, contra disciplinam temporum meorum, domum adversariae dedisse profitearis, frustra eam tibi restitui desideras, quum in pari causa possessoris conditio melior habeatur. PP. XV. Kal. Decemb. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

3. [m]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [19]) Dizoni [20]), militi. — Quod evitandi tirocinii causa dedisse te apud competentem iudicem ei, de quo quereris, indubia probationis luce constiterit, instantia eius recipies; qui, memor censurae publicae, post restitutionem pecuniae etiam concussionis crimen inultum esse non patietur. PP. III. Kal. August. ipsis IV. et III. AA. [21]) Conss. [290.]

4. [n]) Iidem AA. et CC. Rufino. — Quoties accipientis, non etiam dantis turpis invenitur causa, licet haec secuta fuerit, datum condici tantum, non etiam usurae peti possunt. S. VII. Id. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [22]) [293—299.]

5. [o]) Iidem AA. et CC. Bichoporo [23]). — Mercalem te habuisse uxorem proponis; unde intelligis, et confessionem lenocinii preces tuas continere, et cautae quantitatis ob turpem causam exactioni locum non esse. Quamvis enim utrinsque turpitudo versatur, ac soluta quantitate [24]) cessat repetitio, tamen ex huiusmodi stipulatione contra bonos mores interposita dene-

---

[a]) *Bas. XXIV.* 1. 32. — *Sch. p.* — [b]) *Bas. XXIV.* 1. 33. (*Fabr. T. III. p.* 504.) — *Sch. q.* — [c]) *Bas. XXIV.* 1. 34. — *Sch. r. s.* (*Fabr. T. III. p.* 518.) — [d]) *Bas. XXIV.* 1. 35. (*Fabr. T. III. p.* 505.) — *Sch. t.* — [e]) *Bas. XXIV.* 1. 36. — *Sch. u.* — [f]) *Bas. XXIV.* 1. 37. — *Sch. x—z.* — [g]) *Bas. XXIV.* 1. 38. (*Fabr. T. III. p.* 506.) — *Sch. a.* (*Fabr. T. III. p.* 519.) — [h]) *Bas. XXIV.* 1. 39. — *Sch. b.* — [i]) *Dig. XII.* 5. — [k]) *Bas. XXIV.* 2. 10. (*Fabr. T. III. p.* 522.) — *Sch. o.* (*Fabr. T. III. p.* 526.) — [l]) *Bas. XXIV.* 2. 11. — *Sch. p.* (*Fabr. T. III. p.* 527.) — [m]) *Bas. XXIV.* 2. 12. — *Sch. q.* — [n]) *Bas. XXIV.* 2. 13. — *Sch. r. s.* — [o]) *Bas. XXIV.* 2. 14. — *Sch. t.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; alteruter vestrum *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; alienet *Hal. et rell.* — [3]) *nomina imperatorum repetuntur in ms. Pist.* — [4]) *mss. Cas. Bg.*, *Bk.*; et CC. *addunt mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.* — [5]) tuum *abest ab edd. Nbg. Hal. Russ.* — [6]) *insere* AA. — [7]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; dederit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; donandi *edd. Schf. Hal et rell.*; *sed* τῆς — αἰτίας τῆς δόσεως *Bas.* — [9]) causa *addit ed. Schf.* — [10]) condictionem *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *quae inter vv.* conditio *et* condictio *creberrima est in codd. confusio.* — [11]) III. *ms. Pist.* — [12]) IIII. *ms. Pist.* — [13]) praeses *Russ. in marg.*; *sed v. l.* 8. *C. VII.* 16. — [14]) eum *addit ed. Schf.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; licet haec *ed. Nbg.*; si haec *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; εἰ καὶ ἡ αἰτία *Bas.* — [16]) cautionem *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; *sed* τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν *Bas.* — [17]) S. (*i. e.* scripta) Sine *ms. Pist.* — [18]) AA. *mss. Vat. Pl.* 1.; AA. et CC. *ms. Cas.* — [19]) et CC. *addunt mss. Vat. Pl.* 1. 2. — [20]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1.; Diconi *mss. Vat. Bg.*; Diaconi *ed. Nbg.*; Dionisio *ms. Pl.* 2.; Dizonti *Hal. et rell.* — [21]) AA. *post* ipsis *collocat Bk.* — [22]) S. VI. id. mai. con. ss. *ms. Pist.*, *quae subscr magis convenit cum ea, quae ad l.* 5. *refertur.* — [23]) Bithopro, Bithero, Bithorae, Bithoro, Biphropo, Bithopio *mss.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*; solutae quantitatis *edd. Nbg. Russ. et rell.*

denegandas esse actiones, iuris auctoritate demonstratur. S. VI. Id. Maii, Caess. [1]) Conss. [294—302.]

6. [a]) Idem AA. et CC. Eutychiae. — Ob restituenda [2]), quae subtraxerat, accipientem pecuniam, quum eius tantum interveniat turpitudo, condictione conventum hanc restituere debere convenit. Dat. XV. Kal. Iun. Caess. Conss. [294—302.]

7. [b]) Idem AA. et CC. Zenonidae [3]). — Eum, qui ob restituenda, quae abegerat, pecora, pecuniam accepit, tam hanc, quam [4]) quae per hoc commissum tenuit, restituere debere convenit, licet mortua vel alio fortuito casu periisse dicantur, quum [5]) hoc casu in rem mora fiat. Dat. V. [6]) Kal. Decemb. Nicomediae, AA. Conss. [299—304.]

Tit. VIII.

[c]) DE CONDICTIONE FURTIVA.

1. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Hermogeni. — Praeses provinciae, sciens, furti quidem actione singulos quosque in solidum teneri, condictionis vero numorum furtim subtractorum electionem esse, ac tum demum, si ab uno satisfactum fuerit, ceteros liberari, iure proferre sententiam curabit. Dat. Kal. [7]) Mai. Caess. [8]) Conss. [294—305.]

2. [e]) Idem AA. et CC. Aristaeneto [9]). — Ante oblationem interemtae rei furtivae damnum ad furem pertinere, certissimum est [10]). Dat. Kal. [11]) Mai. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. IX.

[f]) DE CONDICTIONE [12]) EX LEGE ET [13]) SINE CAUSA VEL INIUSTA CAUSA.

1. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [14]) et CC. [15]) Ulpio [16]). — Licet ante tempus debita exigi non possint [17]), tamen si te ex primipilo debitorem constitutum fisci ac patrimonium tuum exhaustum praeses provinciae compererit [18]), ut ad solutionis [19]) securitatem solum foenebris pecuniae subsidium superesse videatur, commonebit debitorem tuum, si saltem ipse sit solvendo, ut ante definitum tempus debita [20]) repraesentet, ut fisco, cuius ob necessitates publicas causam potiorem esse oportet [21]), debita pecunia exsolvatur. S. XIII. Kal. Aug. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

2. [h]) Idem AA. et CC. Sculatio [22]). — Dissolutae quantitatis retentum instrumentum inefficax penes creditorem remanere, et ideo per condictionem reddi oportere, non est iuris ambigui. S. III. Non. April. Caess. [23]) Conss. [294—305.]

3. [i]) Idem AA. et CC. Galatiae [24]). — Mala fide possidens, de proprietate victus, exstantibus [25]) fructibus vindicatione [26]), consumtis [27]) vero condictione conventus, eorum restitutioni parere compellitur. Dat. Id. [28]) Febr. Caess. Conss. [294—305.]

4. [k]) Idem AA. et CC. Alexandro. — Si non est numeratum, quod velut accepturum [29]) te sumsisse mutuo scripsisti, et [30]) necdum transiisse tempus statutum vel intra [31]) hunc [32]) diem habitam contestationem monstrando, reddi [33]) cautionem praesidali notione postulare potes. Dat. XVII. Kal. Ian. Caess. Conss. [34]) [294—305.]

Tit. X.

[l]) DE OBLIGATIONIBUS ET ACTIONIBUS [35]).

1. [m]) Imp. Gordianus A. Valeriae [36]). — Data certae pecuniae quantitate ei, cuius meministi, in vicem debiti actionem [37]) tibi adversus debitorem, pro quo solvisti, dicis esse mandatam, et antequam eo nomine litem contestareris, sine herede creditorem fati munus implesse proponis. Quae si ita sunt, utilis actio tibi competit. PP. V. Kal. Mai. Attico et Praetextato Conss. [242.]

2. [n]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Celso [38]). — Nominibus in dotem datis, quamvis nec delegatio praecesserit, nec litis contestatio subsecutsit, utilem tamen marito actionem ad similitudinem eius, qui nomen [39]) emerit, dari oportere, saepe rescriptum est. PP. XIV. [40]) Kal. Februar. Seculari II. [41]) et Donato Conss. [260.]

3.

---

[a]) *Bas. XXIV.* 2. 15. (*Fabr. T. III. p.* 523.) — *Sch. u.* (*Fabr. T. III. p.* 528.) — [b]) *Bas. XXIV.* 2. 16. — *Sch. x.* — [c]) *Dig. XIII.* 1. — [d]) *Bas. LX.* 10. 21. (*Fabr. T. VII. p.* 247.) — *Sch. l. m.* (*Fabr. T. VII. p.* 272.) — [e]) *Bas. LX.* 10. 22. — *Sch. n.* (*Fabr. T. VII. p.* 273.) — [f]) *Dig. XII.* 5. *XIII.* 2. — [g]) *Bas. XXIV.* 3. 1. (*Fabr. T. III. p.* 528.) — *Sch. a.* (*Fabr. T. III. p.* 532.) — [h]) *Bas. XXIV.* 3. 2. — *Sch. b. c.* — [i]) *Bas. XXIV.* 3. 3. — *Sch. d. e.* (*Fabr. T. III. p.* 533.) — [k]) *Bas. XXIV.* 3. 4. (*Fabr. T. III. p.* 529.) — [l]) *Dig. XLIV.* 7. — [m]) *Bas. XXIV.* 3. 5. — *Sch. f—i.* — [n]) *Bas. XXIV.* 3. 6. — *Sch. k.* (*Fabr. T. III. p.* 534.)

[1]) AA. *ms. Pist.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; ea *inserunt edd. Schf. Nbg. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Cas. Pl.* 1. 2.; Zenonideae *ms. Pist.*; Zenoni *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; ea *inserunt edd. Schf. Hal. et rell.* — [5]) in *inserunt mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [6]) S. II. (*sive* IV.) *ms. Pist., quod reliquam subscr. tuetur.* — [7]) S. VI. Kal. *ms. Pist.* — [8]) AA. *ms. Pist.* — [9]) Aristineto, Aristenoto, Aristoneto *mss. nonn.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; certissimi iuris est *Hal. et rell.* — [11]) S. Kal. *ms. Pist.* — [12]) vel *inserit ed. Schf.* — [13]) vel *ed. Schf.*; *utrumque abest ab ed. Nbg.*; καὶ *rubr. Bas.* — [14]) Id. AA. *ms. Bg.* — [15]) *mss. Vat. Bg. Pl.* 2.; et CC. *absunt a ms. Pl.* 1. *et edd. omn.* — [16]) Ulpianae *ms. Cas.* — [17]) possunt *mss. Pl.* 1. 2., *Hal.* — [18]) repereerit *ms. Bg.* — [19]) suae *inserit ed. Schf.* — [20]) tibi *inserunt mss. Pl.* 1. 2. *Gt., idem post praes. addit ed. Schf.*; tua *ins. ms. Bg.* — [21]) oportet *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [22]) Silatio, Scilano, Sculatio *mss. nonn.* — [23]) AA. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — [24]) Galatae, Galliciae *mss. nonn.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ.*; pro exstant. *ed. Schf.*; de exstant. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; rei vindicat. *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *nostram lect. probare videntur Bas* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; pro consumt. *ed. Schf.*; de consumt. *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed ablativ. absolut. tuentur Bas.* — [28]) S. VI. Id. *ms. Pist., quod rel. subscr. probat.* — [29]) acceptum *ms. Gt. ed. Nbg., var. l. gl.* — [30]) et *abest a ms. Gt.* — [31]) infra *ms. Pl.* 2., *Hal.* — [32]) hanc *edd. Nbg. Schf.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; tibi *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [34]) *ms. Pist. hunc refert subscr. leg.* 2. *tit. seq.* — [35]) De action. et obligat. *ms. Vat., ed. Nbg.* — [36]) Valenti *ed. Nbg.* — [37]) actiones *et paullo post* mandatas *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Schf. Hal.*; *concinunt Bas.* — [38]) Atico Celso *ms. Pl.* 2. — [39]) nomen *abest ab ed. Nbg. Hal in textu.* — [40]) XVII. *ms. Pist.* — [41]) *ms. Pist., Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.*; *v. not.* 34. *ad l.* 4. *tit. praeced.*

3. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [1]) Rusticiano. — Ob causas [2]) proprii debiti locatoris conveniri [3]) colonos, pensionibus ex placito satisfacientes, perquam iniuriosum est. PP. prid. Kal. Ianuar. Tyberiade [4]), Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

4. [b]) Idem AA. [5]) Liciniae [6]). — Bonam fidem in contractibus considerari aequum est. PP. Non. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [7]) [290.]

5. [c]) Idem AA. et CC. Camerino et Marciano [8]). — Sicut [9]) initio libera potestas unicuique est habendi vel non habendi contractus, ita renuntiare semel constitutae obligationi, adversario non consentiente, nemo [10]) potest. Quapropter intelligere debetis, voluntariae obligationi semel vos nexos ab hac, non consentiente altera parte, cuius precibus fecistis mentionem, minime posse discedere. Dat. Non. April. Byzantii, AA. [11]) Conss. [12]) [293—304.]

6. [d]) Idem AA. et CC. Mauricio [13]). — Si in solutum nomen debitoris sui debitor tibi dedit tuus, ac te in rem tuam procuratorem fecit, pignora, quae specialiter vel generaliter habes obligata, persequere. Quod si ab his, quibus fuerant obligata, quum potiores erant, distracta probentur, ab [14]) emtoribus revocari [15]) non posse perspicis. Dat. IX. Kal. Iul. Sirmii, AA. Conss. [16]) [293—304.]

7. [e]) Idem AA. et CC. Euelpisto [17]). — Si a creditore nomen comparasti, ea pignora, quae venditor nominis persequi posset, apud praesidem provinciae vindica. Nam si debitum ex eius persona res [18]) obligatas tenentes non transferant, iure communi pignora distrahere non prohiberis. Sane si a creditoribus [19]), in ordine pignorum antecedentibus, venumdantibus qui possident comparaverunt, vel longi temporis praescriptione muniti perhibentur, pignorum distrahendorum facultatem te non habere perspicis. S. [20]) III. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

8. [f]) Idem AA. et CC. Crescentio. — Si quidem donationis causa ei, quem affectione patris te dilexisse proponis, tuam accipere pecuniam permisisti, et hanc tuam liberalitatem [21]) remunerans te a procuratore suo aliam pecuniam sumere praecepit, rebusque humanis ante perceptionem fuit exemtus, nec quod dederas [22]) recuperare, quum perfectam habuit donationem, nec quod tibi dari mandaverat [23]), necdum tibi traditum, petere potes a procuratore. Quodsi mutuo dedisti, nec a delegato [24]) dari novandi causa stipulatus es, successores eius solutioni parere compelluntur [25]). Dat. [26]) XIII. Kal. Febr. Caess. Conss. [294—305.]

9. [g]) Idem AA. et CC. Glyconi [27]). — Negantes debitores non oportet armata vi terreri, sed petitore quidem non implente suam intentionem vel exceptione submoto, absolvi. Convictos autem condemnari ac iuris remediis ad solutionem urgeri convenit. Dat. Id. Febr. [28]) Caess. Conss. [294—305.]

10. [h]) Idem AA. et CC. Rufino. — Adversus debitorem electis pignoribus personalis [29]) actio non tollitur, sed eo, quod de pretio servari potuit, in debitum computato, de residuo manet integra [30]). Dat. III. Non. April. [31]) Caess. Conss. [294—305.]

11. [i]) Idem [32]) AA. et CC. Paulae. — Nimia credulitate [33]) circumventa es, quia [34]), quod colonis in rem suam mutuo dedisti, a domino praedii postulare [35]) posse credidisti; nec ad eum obligandum actorum [36]) ipsius adiuvat te praesentia. Dat. VIII. Kal. August. Caess. Conss. [294—305.]

12. [k]) Idem AA. et CC. Iovino [37]). — Ob aes alienum servire liberos creditoribus iura compelli non patiuntur. Dat. XIII. [38]) Kal. Novembr. Caess. Conss. [294—305.]

Authent. ut nulli ind. liceat habere loci servator.

§. Quia vero. (Nov. 134. c. 7.) — *Immo a debito creditor cadit, tantundem dando* [39]) *retento vel eius parentibus; ipso quoque creditore corporalibus poenis subdendo.*

13. [l]) Idem AA. et CC. Barsumio [40]). — Eum, cui mutuam dedisti pecuniam, ad solutionem urgere competenti debes actione. Nam adversus negotiatores, quos ex mercibus pecunias abstulisse tuo debitori proponis, nullam habes actionem. Dat. XI. [41]) Kal. April. Caess. Conss. [294—305.]

14.

---

[a]) *Bas. XXIV.* 3. 7. — *Sch. l. m.* — [b]) *Bas. XXIV.* 3. 8. (*Fabr. T. III. p.* 530.) — *Sch. n.* (*Fabr. T. III. p.* 535.) — [c]) *Bas. XXIV.* 3. 9. — *Sch. o. p.* — [d]) *Bas. XXIV.* 3. 10. — *Sch. q.* (*Fabr. T. III. p.* 536.) — [e]) *Bas. XXIV.* 3. 11. — *Sch. r.*; *fortasse iungenda cum hoc rescr. l.* 3. *C. vi bon. rapt. IX.* 33. — [f]) *Bas. XXIV.* 3. 12. — *Sch. s. t.* — [g]) *Bas. XXIV.* 3. 13. (*Fabr. T. III. p.* 531.) — *Sch. u.*; *fortasse iungenda l.* 9. *C. de exsecut. rei iud. VII.* 53. — [h]) *Bas. XXIV.* 3. 14. — *Sch. x.* (*Fabr. T. III. p.* 537.) — [i]) *Bas. XXIV.* 3. 15. — *Sch. y.* — [k]) *Bas. XXIV.* 3. 16. — *Sch. z.* — [l]) *Bas. XXIV.* 3. 17. — *Sch. a.*

[1]) *ms. Bg.*, *Hal. Bk.*; et CC. *addunt mss. et edd. rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.*; causam *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. rell.*; *sed* διὰ τὰς αἰτίας *Bas.* — [3]) convenire *ms. Bg.*, *ed. Schf.*; *dissentiunt Bas.* — [4]) Tiberi *ms. Pist.* — [5]) *mss. Pist. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.*; et CC. *addunt mss. et edd. rell.* — [6]) Lucinae Licidinae *mss. nonn.*; Licillae *al.* — [7]) *hanc subscr. supplevi ex ms. Pist.*; III. Non. Octob. AA. Conss. *Hal. et rell.* — [8]) et Marciano *absunt a ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [9]) in *inserunt mss. Pl.* 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; ab *add. ms. Pl.* 2.; ἐξ ἀρχῆς *Bas.* — [10]) minime *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; *sed* οὐδεὶς *Bas.* — [11]) et *inserunt Hal. et rell.* — [12]) S. XIII. k. f. Sir. cc. css. *ms. Pist.* — [13]) Mauico, Mantico *mss. nonn.*; Matineo *al.* — [14]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; ab *abest ab Hal. et rell.*; ἐκ τῶν ἀγοραστῶν *Bas.*; pignora ab *Bk.*, *quod in suis legi Russ. in marg. monet.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; avocari *edd. Schf. Hal. et rell.* — [16]) *ms. Pist. ex subscr. habet* S. VIII. — [17]) *mss. Pist. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *Russ. Cont. in marg.*; Velpisto, Elpisto, Empisto *mss. nonn.*; Dionysio *Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; tibi *ins. Russ. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.*; creditoribus *omisso* a *ms. Bg.*, *Hal. et rell.*; *sed* ἐκ προγενεστέρου δανειστοῦ *Bas.* — [20]) *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Subscript. *Cont.* 71. *Char. et rell.* — [21]) illi *ins. Russ. Cont.* 62.; ille *add. Cont.* 66. *et postea rell.* — [22]) dederis *ms. Bg.*, *ed. Nbg.*; desideras *Hal. in textu.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; mandavit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) delegatis *Hal.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; compellantur *Hal. et rell.* — [26]) Dat. *abest ab Hal.* — [27]) Gliconi, Glioconi, Glucioni *mss.*; Glinio *al.* — [28]) pp. V. id. f. *ms. Pist.* — [29]) personalis *in mss. esse post Russ. immerito negant Char. Pac. in marg.*; *etiam Bas.* ἢ — προσωπικὴ ἀγωγή. — [30]) petitio *add. ms. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; actio *add. ms. Pl.* 1., *recentiore tamen manu.* — [31]) S. VIII. k. mar. *ms. Pist.* — [32]) Impp. Diocl. et Max. *ms. Pist.* — [33]) crudelitate *Sp.*, *probabiliter ex errore typogr.*, *quem imitatur Bk.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; quum *Hal. et rell.* — [35]) te *inserunt ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [36]) actoris *ms. Bg. ante emendat.*; *secundum Bas.* actor. *supervacaneum est.* — [37]) Iobino, Iobiano *mss.*; Ioviano *al.* — [38]) S. XVI. *ms. Pist.* — [39]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *vel ins. Cont. et rell.* — [40]) Barsimio, Barsimo, Varsiovo *mss.*; Brasimio *al.* — [41]) S. XVI. *ms. Pist.*

14. [a]) Iidem AA. et CC. Hermodoro [1]) et Nicomacho. — Est in arbitrio vestro, personali debitoris heredes [2]) actione, an eum, qui ab his distracta sibique tradita pignora tenet, in rem Serviana, si non longi temporis praescriptione munitus sit, an utrosque conveniatis. Dat. V. [3]) Kal. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

Authent. de fideiussor. §. Sed neque ad res. (Nov. 4. c. 2.) — *Sed hodie novo iure prius conveniendi sunt omnes fideiussores et mandatores et sponsores, quam ad pignorum perveniatur possessores.*

Tit. XI.

[b]) UT ACTIONES ET AB HEREDIBUS [4]) ET CONTRA HEREDES [5]) INCIPIANT.

1. [c]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum et [6]) stipulationes, et legata, et alios contractus post mortem compositos antiquitas quidem respuebat, nos autem pro communi hominum [7]) utilitate recepimus, consentaneum erat, etiam illam regulam, qua vetustas utebatur, more humano emendare. Ab heredibus enim incipere actiones [8]) vel contra heredes, veteres non concedebant contemplatione stipulationum ceterarumque causarum post mortem conceptarum. Sed nobis necesse est, ne prioris vitii materiam relinquamus, et ipsam regulam de medio tollere, ut liceat et ab heredibus et contra heredes incipere actiones et obligationes [9]), ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo [10]) voluntatis contrahentium impediatur. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestae VV. CC. [11]) [531.]

Tit. XII.

[d]) NE UXOR PRO MARITO, VEL MARITUS PRO UXORE, VEL MATER PRO FILIO CONVENIATUR.

1. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [12]) Asclepiodotae [13]). — Frustra disputas [14]) de contractibus cum marito tuo habitis, utrumne iure steterint, an minime, quum tibi sufficiat, si proprio nomine nullum contractum habuisti, quominus pro marito tuo conveniri possis, quod nec si sponte pro eo intercessisses, quidquam a te propter senatusconsultum exigi iure potuisset. Dat. prid. Id. April. Diocletiano III. et Maximiano [15]) AA. Conss. [287.]

2. [f]) Iidem AA. Terentiae [16]). — Ob maritorum culpam uxores inquietari leges vetant. Proinde rationalis noster [17]), si res, quae a fisco occupatae sunt, dominii tui esse probaveris, ius publicum sequetur [18]). Dat. III. Non. Septemb. Diocletiano et Maximiano AA. Conss. [19]) [287—290.]

3. [g]) Iidem AA. et CC. [20]) Carpophoro [21]). — Quum te possessiones non in dotem pro filia tua dedisse, sed ad sustentandam eam extra dotis causam filiae tuae praedia assignasse proponas, civilium munerum vel onerum [22]) municipalium obtentu ex persona mariti eius, quomodo matres ex persona filiorum, interpellari non possunt, quum neque maritum pro uxoris obligatione conveniri posse constat [23]), nisi ipse pro ea se obnoxium fecit. Certissimum enim est, ex alterius contractu neminem obligari. III. Id. Septembr. Sirmii, AA. Conss. [293—299.]

4. [h]) Iidem AA. et CC. Philotherae [24]). — Quum te ideo ex persona filii tui commemores conveniri, quod pro debitis eius aliquid intulisse videaris, defensionibus tuis uti apud eum, cuius super ea re notio est, minime prohiberis, ut is [25]) ad solutionem alieni debiti urgeri te non patiatur. Dat. X. Kal. Septemb. Titiano [26]) et Nepotiano Conss. [27]) [301.]

[1]) Authent. ut non fiant pignorat. pro aliis. §. 1. (Nov. 52. c. 1.) — *Sed omnino qui alium pro alio secundum formam pignerationis* [28]) *exigit, totum* [29]) *id ipsum, quidquid sit, in quadruplum vim passo reddet, nec non et ab actione, pro qua talia praesumit, cadet.*

Tit. XIII.

[k]) NE FILIUS PRO PATRE [30]), VEL PATER PRO FILIO EMANCIPATO, VEL LIBERTUS PRO PATRONO [31]) CONVENIATUR.

1. [l]) Imp. Gordianus A. Candido, militi. — Neque ex eius filii persona, qui, quum sui iuris esset, mutuam pecuniam accepit, pater eius, si non fidem suam obstrinxit, conveniri potest; neque ex eius, quem in potestate habet, si sine iussu eius contractum est neque [32]) contra senatusconsultum Macedonianum mutua

---

[a]) *Bas. XXIV.* 3. 18. — [b]) *Dig. XLIV.* 7. — [c]) *Bas. XXIV.* 3. 19. (*Fabr. T. III. p.* 532.) — *Sch. b —d.*; *iungenda l.* 11. *C. de contrah. et comm. stip. VIII.* 38. — [d]) *Dig. XLIV.* 7. — [e]) *Bas. XXIV.* 4. 1. (*Fabr. T. III. p.* 538.) — *Sch. a. b.* (*Fabr. T. III. p.* 540.) — [f]) *Bas. XXIV.* 4. 2. — *Sch. c.* — [g]) *Bas. XXIV.* 4. 3. — *Sch. d. e.* — [h]) *Bas. XXIV.* 4. 4. (*Fabr. T. III. p.* 539.) — *Sch. f.* (*Fabr. T. III. p.* 541.) — [i]) *Haec auth. in ed. Schf. inter l.* 3. *et* 4. *hoc tit. inseritur.* — [k]) *Dig. XLIV.* 7. — [l]) *Bas. XXIV.* 4. 5. — *Sch. g. h.*

[1]) Hermodoto, Hermodato, Hermodo *mss.*; Hermodeno *al.* — [2]) convenire *ins. ms. Bg.*, *ed. Schf.* — [3]) S. V. *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. tuetur.* — [4]) herede *mss. Pist. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [5]) heredem *mss. Pist. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; et *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.*; *mecum faciunt Bas.* — [7]) hominum *abest a ms. Bg.*; omnium *ms. Gt.*; *sed* τῶν ἀνθρώπων *Bas.* — [8]) actionem *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; *sed* ἀγωγὰς *Bas.* — [9]) et obligat. *abesse testatur Russ. in marg.*; *verum etiam Bas.* καὶ ἐνοχάς. — [10]) latitudo *abest ab Hal. Russ.*, *qui statim post habent* voluntates contrah. impediantur; *sed refragantur codd. Russ. Cont. et nostri nec non Bas.* — [11]) *loco* VV. CC. *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. tuetur, habet* cns. — [12]) *ms. Pist.*, *Hal. Bk.*; et CC. *addunt rell. mss. et edd.* — [13]) Asclepiadoto, Asclepiadotae *mss. nonn.* — [14]) dubitas *edd. Nbg. Hal.*, *var. l. gl.*; *sed* φιλονεικεῖς *Bas.* — [15]) II. *ins. Cont.* 62., *idem suadente Russ. in marg.* — [16]) Terentinae, Theorontinae, Theronimae *mss. nonn.*; Terrontinae *al.* — [17]) noster *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Hal.* — [18]) exsequetur *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [19]) *ms. Pist. huc refert subscr.*, *quae ab Hal. et rell. legi* 4. *prox. tribuitur.* — [20]) et CC. *absunt a ms. Pist.* — [21]) Rufino *ms. Cas.* — [22]) honerum *mss. nostra*; honorum *unus cod. Russ.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; constet *Hal. et rell.* — [24]) Phileterae *al.*, *rectius fortasse* Philetaerae. — [25]) et is *edd. Nbg. Hal.* — [26]) II. *ins. Bk.* — [27]) *hanc subscr. tuetur ms. Pist.*; *cfr. tamen not.* 19. *ad l.* 2. *hoc tit.* — [28]) *pignoris ed. Nbg.* — [29]) *totum abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [30]) filius pro patre *verbis* pater pro fil. emanc. *postponere mavult Russ. in marg.*; *cui vero etiam rubr. Bas. XXIV.* 4. *refragatur.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal.*; vel servus pro domino *ins. ms. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.*; *omissionem et suadet rubr. Bas. cit.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *mss. Russ.*; si *addunt edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; *idem* si *post* Macedonianum *addit ed. Schf.*; *praeterea Hal. vv.* neque si contra — data est *in parenthesi ponit.*

tua pecunia [1]) data est, amplius nisi duntaxat [2]) de peculio actionem sustinere cogitur. Quapropter pater quoque [3]) tuus, si ei pecunia a creditore fratris tui extorta est, ob quam [4]) reddendam non tenebatur, praesidis provinciae auctoritate eam recuperabit. PP. III. Non. Octobr. Pio et Pontiano Conss. [5]) [238.]

2. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [6]) Neoterio [7]) et Eutolmi [8]). — Ne contra iuris auctoritatem ab eo, qui patrem vestrum, a quo emancipatos vos dicitis, ad munus civile devocaverat, inquietemini, praeses provinciae providebit. Dat. VIII. Kal. Febr. Maximo II. et Aquilino Conss. [9]) [286.]

3. [b]) Iidem AA. et CC. Theogeni [10]). — Si filiusfamilias invito patre decurio creatus sit [11]), pro eo patrem inquietari non posse, iure manifestissimo cautum est. G. X. Kal. Mai. Caess. Conss. [12]) [294—305.]

4. [c]) Iidem AA. et CC. Achaeo [13]). — Patris nomine superstitis filium nec munerum civilium nec debiti causa personali posse conveniri actione, constat. S. [14]) XII. Kal. Mart. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

5. [d]) Iidem AA. et CC. Lampetio [15]). — Ex patroni vel domini contractu liberti [16]) vel servi conveniri non possunt. Dat. Id. [17]) April. Caess. Conss. [294—305.]

[18]) *Nova constitutio Friderici* [e]) [19]). — *Habita quidem* [20]) *super hoc diligenti* [21]) *episcoporum, abbatum, ducum, omnium iudicum et aliorum* [22]) *procerum sacri nostri palatii examinatione, omnibus, qui causa studiorum peregrinantur, scholaribus et maxime divinarum atque sacrarum legum professoribus hoc nostrae pietatis beneficium indulgemus, ut ad loca, in quibus literarum exercentur studia, tam ipsi quam eorum nuntii veniant, et in* [23]) *eis secure habitent. Dignum namque existimamus, ut, quum omnes bona facientes nostram laudem et protectionem omnimodo* [24]) *mereantur, quorum scientia totus* [25]) *illuminatur mundus, et ad obediendum Deo et nobis, eius ministris, vita subiectorum informatur, quadam* [26]) *speciali dilectione eos ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum non misereatur, qui* [27]) *amore scientiae exules facti, de divitibus pauperes, semetipsos exinaniunt* [28]), *vitam suam multis periculis exponunt* [29]), *et a vilissimis saepe hominibus, quod graviter ferendum est, corporales iniurias sine causa perferunt? Hac igitur generali et in perpetuum* [30]) *valitura lege decernimus* [31]), *ut nullus de cetero tam audax inveniatur, qui aliquam scholaribus* [32]) *iniuriam inferre praesumat, nec ob alterius eiusdem* [33]) *provinciae delictum sive debitum* [34]), *quod aliquando ex perversa consuetudine factum audivimus, aliquod damnum eis inferat; sciturus huiusmodi sacrae constitutionis temeratoribus* [35]), *et etiam ipsis locorum* [36]) *rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint, restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum, notaque infamiae eis ipso iure irrogata* [37]) *dignitate sua careant* [38]) *in perpetuum. Verumtamen si litem eis quispiam super aliquo negotio movere voluerit, huius* [39]) *rei optione data scholaribus* [40]), *eos coram domino vel magistro suo vel ipsius civitatis episcopo, quibus hanc iurisdictionem dedimus, conveniat* [41]). *Qui vero ad alium iudicem eos trahere tentaverit* [42]), *etiamsi causa iustissima fuerit, a tali* [43]) *conamine cadat* [44]). *Hanc autem legem inter imperiales constitutiones, scilicet* [45]) *sub titulo: Ne filius pro patre, inseri* [46]) *iussimus. Datum apud Roncalias, anno Domini MCLVIII. mense Novembri* [47])

Tit

---

[a]) *Bas. XXIV.* 4. 6. — [b]) *Bas. XXIV.* 4. 7. — *Sch. i.* — *In mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ Cont.* 62. *haec const. post l.* 4. *hoc tit. sequitur.* — [c]) *Bas. XXIV.* 4. 8. *Hanc const. in aliis libris ad tit. seq. referri Cont. in marg. notat.* — [d]) *Bas. XXIV.* 4. 9.; *Ivonis Decr. L. XVI. c.* 89. — [e]) *de variis locis, quibus haec Auth. inserta reperitur, cfr. Savigny Gesch. d. Röm. Rechts etc. T. III. p.* 531. *not. a.* (*ed. alt.*) *de historia eiusd. v. lib. cit. T. III. p.* 168—172.; *varietatem lect. ex editionibus ante Hal. collectam suppeditat Schrader Civilist. Abhandl. p.* 450. 451.

[1]) pecunia *abest a ms. Bg.* — [2]) amplius duntaxat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Russ. in marg.*; amplius duntaxat quam *ed. Nbg.*; amplius quam (*omisso* duntaxat, *quod omnes codd. habent, et retento* quam, *quod secundum Russ. in marg. ab omnibus abest*) *Hal. Russ. et rell.*; *meam lect.*, *cui illud* nisi *proprium est, hausi ex ms. Hafniensi d. a.* 1262., *per b. Cramerum collato, cuius codicis auctoritatem fidei editionum, quae solae illud* quam *agnoscunt, eo magis anteponendam censui, quo facilius* nisi *post* amplius *excidere et cum verbis* si, sine, *tam frequenter in hac thesi obviis, commisceri potuit.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; quoque *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; ad quam *Russ. et rell.* — [5]) *cum hac subscr. convenit ms. Pist.* — [6]) et CC. *addunt mss. Vat. Pl.* 1. 2. — [7]) Neusterio, Neustero *mss. nonn.* — [8]) Eutolmio, Eutelono, Eutemio, Entolinio, Utelimio, Ultemionae *mss.*; Utilemo *al.* — [9]) S. X. K. mai. II. conss. *ms. Pist.*; *cfr. const. seq. in subscr.* — [10]) Theogenio *ed. Nbg.*; Theodogeni *al.* — [11]) fuerit *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [12]) *cfr. not.* 9. *ad const. praeced.* — [13]) *mss. Pist. Cas.*; Acteo, Achevo, Ateo, Aquneo, Acheno *mss. rell.*; Achivae *Hal. et rell.* — [14]) PP. *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. firmat.* — [15]) Lampetito, Lampenae, Tapecio, Tampetio *mss. nonn.* — [16]) liberi *edd. Nbg. Hal.* — [17]) S. III. Id. *ms. Pist.* — [18]) *In Autentico praemittit ed. Schf.* — [19]) *In novellis constitutionibus Frederici coll. X. ed. Nbg.* — [20]) *quidem abest ab ed. Nbg.* — [21]) *ed. Nbg.*; *inquisitione inserunt edd. rell.* — [22]) *aliorum abest ab ed. Nbg.* — [23]) *cum edd. Schf. Hal. Russ.* — [24]) *omnimodo abest ab edd. Nbg. Hal. Russ.* — [25]) *totus abest ab ed. Nbg.* — [26]) *quatenus ed. Schf.* — [27]) *quum ed. Nbg.* — [28]) *exinaniverunt ed. Nbg.* — [29]) *omnibus peric. exponentes ed. Nbg.* — [30]) *aeternum ed. Nbg.* — [31]) *statuimus ed. Nbg.* — [32]) *audeat ins. ed. Nbg.*, *omisso seq. praesumat.* — [33]) *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *cuiuscunque Cont. et rell.* — [34]) *sive debitum absunt ab ed. Nbg.* — [35]) *violatoribus ed. Nbg.* — [36]) *et illius temporis locorum ed. Schf.* — [37]) *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.*; *irroganda edd. rell.* — [38]) *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *se carituros Cont. et rell.* — [39]) *huiusmodi edd. Schf. Hal. Russ.* — [40]) *scholari* omisso *seq. eos ed. Nbg.* — [41]) *conveniant edd. Schf. Hal. Russ.* — [42]) *tentaverint ed. Nbg.*, *Hal. et Russ.*, *qui et postea cadant.* — [43]) *pro tali edd. Nbg. Hal. Russ.*; *tali omissa praepos. ed. Schf.* — [44]) *depriventur ed. Nbg.*, *var. l. gl.* — [45]) *scilicet abest ab ed. Nbg.* — [46]) *interponi ed. Nbg.* — [47]) *hanc subscr.*, *quae abest ab ed. Schf.*, *firmat ed. Nbg.*

Tit. XIV.

a) AN SERVUS EX [1]) SUO FACTO POST MANUMISSIONEM TENEATUR.

1. b) Imp. Severus A. [2]) Iuventiano [3]). — Quamvis cum statulibero contraxeris, tamen ex ante gesto te non habere cum eo post impletam conditionem libertatis actionem, scire debes. PP. IV. [4]) Id. Decemb. Dextro II. et Prisco Conss. [196.]

2. c) Imp. Antoninus A. Bexico [5]). — Creditoribus tuis, qui tibi in servitute mutuam [6]) pecuniam crediderunt, nulla adversus te actio competit, maxime quum peculium tibi non esse legatum proponas. PP. III. Kal. Septemb. Laeto II. [7]) et Cereale Conss. [215.]

3. d) Imp. Alexander A. Herodi. — Promissae tibi pecuniae a servo tuo, ut eum manumitteres, si, posteaquam manumisisti, stipulatus ab eo non es, adversus eum petitionem per in factum actionem [8]) habes. PP. Id. Septemb. Alexandro A. Cons. [222.]

4. e) Imp. Gordianus A. Hieroni [9]). — Licet servitutis tempore [10]) quae pecuniam matris tuae surripuisse dicitur, ob eiusmodi admissum conveniri non poterat, ad libertatem tamen perducta (nam caput noxa sequitur) furti actione tenetur. PP. Id. Septemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

5. f) Idem A. Chresto [11]). — Si, ut allegas, antequam a domina [12]) manumittereris, fundos eius coluisti, posteaque ademto peculio libertate donatus es, ob reliqua, si qua pridem contracta sunt, res bonorum, quas postea propriis laboribus quaesiisti, inquietari minime possunt. PP. XVI. Kal. Decembr. Ariano et Pappo [13]) Conss. [14]) [243.]

6. g) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Feliciano. — Sive servi sunt [15]) hi, quorum precibus fecisti mentionem, domi eos conveni, quia inter dominos ac servos iudicium constare nullum potest; sive post delictum manumissi sunt [16]), ex antecedentibus post datam libertatem eos nulla ratio iuris a dominis quondam conveniri patitur. Sane si post manumissionem quid illicite commiserunt [17]), hoc apud praesidem provinciae argue, accepturus ex iure sententiam. Dat. prid. Id. [18]) April. Byzantii [19]), AA. [20]) Conss. [287—304.]

Tit. XV.

h) QUANDO FISCUS VEL PRIVATUS DEBITORIS SUI DEBITORES [21]) EXIGERE [22]) POSSIT [23]).

1. i) Impp. Severus et Antoninus AA. Valeriano [24]). — Propter aes alienum pupilli res tutoris, qui nihil ex bonis eius tenet, pignori capi non oportet. PP. XI. Kal. Iun. Laterano et Rufino Conss. [25]) [197.]

2. k) Imp. Antoninus A. [26]) Marco. — Si in causa iudicati Valentis, quem tibi condemnatum esse proponis, nihil est, quod sine quaestione pignoris loco capi et distrahi possit, debitores eius conventi ad solutionem auctoritate praesidis provinciae compelluntur [27]).

3. l) Imp. Gordianus A. Primanio [28]). — Si debitum non inficiantur hi, quos obnoxios debitoribus fisci esse proponis, potest videri non esse iniquum, quod desideras, ut ad solutionem per officium procuratoris compellantur. Nam si quaestio aliqua refertur, id concedi non oportere, etiam [29]) ipse perspicis. PP. VI. Kal. Febr. Sabino II. [30]) et Venusto Conss. [240.]

4. m) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Zosimo [31]). — Non prius ad eos, qui debitoribus fisci nostri sunt obligati, actionem fiscalem extendi oportere, nisi patuerit [32]), principales reos idoneos non esse, certissimi iuris est. S. XII. [33]) Kal. Mai. AA. Conss. [293—304.]

5. Iidem AA. et CC. Nanidae [34]). — In solutum nomine dato, non aliter, nisi mandatis actionibus, ex persona sui debitoris adversus eius debitores creditor experiri potest. Suo autem nomine utili actione recte utetur. Dat. Kal. Ian. Caess. [35]) Conss [294—305.]

Tit.

---

a) *Dig. XLIV.* 7. — b) *Bas. XXIV.* 5. 1. (*Fabr. T. III. p.* 542.) — *Sch. a.* (*Fabr. T. III. p.* 543.) — c) *Bas. XXIV.* 5. 2. — *Sch. b.* — d) *Bas. XXIV.* 5. 3. — e) *Bas. XXIV.* 5. 4. — *Sch. c.* (*Fabr. T. III. p.* 544.) — f) *Bas. XXIV.* 5. 5. — *Sch. d.* — g) *Bas. XXIV.* 5. 6. — h) *Dig. XLIV.* 7. — i) *Bas. XXIV.* 6. 68. (*Fabr. T. III. p.* 562.) — k) *Bas. XXIV.* 6. 69. — l) *Bas. XXIV.* 6. 70. — m) *Bas. XXIV.* 6. 71.

1) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; pro *mss. Pl.* 1. 2., *Hal. et rell.*; *nobiscum concinit rubr. Bas. XXIV.* 5. — 2) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Impp. Anto. et Seve. *ed. Nbg.*; Impp. Severus et Antoninus AA. *Hal. et rell. tam contra codd. fidem quam contra chronolog.* — 3) Iuventiano, Iuliano, Tulliano, Ioviniano *mss.* — 4) III. *ms. Pist.* — 5) Betico, Berico, Verico, Hotico, Vento *mss.* — 6) mutuam *abest a mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — 7) *ms. Pist., quod subscr. tuetur, Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.* — 8) *secundum Bas. hic censenda est excidisse negatio*; *est enim in illis* οὐδεμίαν κατ' αὐτοῦ ἀπαίτησιν ἔχεις. — 9) Heroni, Geroni, Hieronio, Heronio *mss. nonn.* — 10) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Cont.* 62.; ea *addunt edd. Schf. Hal. et rell.* — 11) Cresto, Chestro *mss. nonn.* — 12) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; domino *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* παρὰ τῆς δεσποίνης *Bas.* — 13) Arriano et Papo *Bk.* — 14) *ms. Pist. huc refert subscr. leg. seq.* — 15) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; sint *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — 16) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; sint *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — 17) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.*; commiserint *edd. Schf. Russ. et rell.* — 18) *ms. Pist.*; II. Id. *Hal. et rell.* — 19) Byzanco *ms. Pist.* — 20) II. *add. ms. Pist., ex qua nota, quotus sit consulatus, erui non potest, quum uterque Imp. alterum suum consul. non simul administraverit.* — 21) debitorem *ms. Pl.* 2.; a debitoris sui debitore *ms. Bg.* — 22) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; convenire *ms. Vat., edd. Nbg. Hal. et rell.* — 23) *Hal.*; possunt *mss. Cas. Pl.* 2.; potest *mss. Pist. Bg. Vat., ed. Nbg.*; possit vel debeat *edd. Schf. Russ. et rell.* — 24) Vulterio *al.* — 25) *de subscr., quam huc refert ms. Pist., v. not.* 27. *ad l.* 2. *hoc tit.* — 26) Sev. et Anton. AA. *ms. Cas.* — 27) *ms. Pist. legi* 1. *subscriptum habet* p. VI. n. ap. G. cas., *quae subscr., quum legi* 2. *dies et consul legis* 3. *tribuatur, verosimiliter ad hanc leg.* 2. *est referenda*; *quapropter ex siglis illis obscuris hanc nostrae const. subscr. consecerim*: PP. IV. Non. April. Gentiano et Basso Conss. [211.] — 28) Primiano, Vivano, Rimanio *al.* — 29) oportet, ut *ms. Bg.*; oportere, et *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — 30) II. *ins. ms. Pist., Bk.*; *v. not.* 27. *ad l. praeced.* — 31) Cosiae, Zosiono *mss. nonn.* — 32) nisi potuerit probari *ed. Nbg., Hal. in textu*; nisi apparuerit *ms. Bg.* (*ap. Dirksen p.* 437.) — 33) V. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — 34) Navidiae, Natudae, Danidae *mss. nonn.* — 35) Caess. *abest a ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.*

Tit. XVI.

[a]) DE ACTIONIBUS HEREDITARIIS [1]).

1. [b]) Imp. Gordianus A. Hermeroti [2]). — Pecuniam, quam tibi a matre debitam fuisse dicis, ab heredibus eius, coheredibus tuis, pro parte tibi competente petere debes. Sed et res, si quae tibi [3]) ob idem debitum obligatae sunt, perseqni non prohiberis. PP. XI. Kal. Mart. Gordiano A. [4]) II. et Pompeiano Conss. [241.]

2. [c]) Imp. Decius A. Telemachae [5]). — Pro hereditariis partibus heredes onera hereditaria agnoscere etiam in fisci rationibus placuit, nisi intercedat pignus vel hypotheca; tunc enim possessor obligatae rei conveniendus est. PP. XIV. Kal. Novemb. Aemiliano [6]) et Aquilino Conss. [249.]

3. [d]) Imp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [7]) Maximae. — Heredem mariti quondam tui de dote reddenda tibi conveni; personalem enim actionem contra debitores hereditarios tibi decerni frustra postulas. PP. XIV. [8]) Kal. Mai. AA. Conss. [293—304.]

4. [e]) Iidem AA. et CC. Crispo [9]). — Sub praetextu aetatis pupilli debitoris hereditarii creditorum exactionem differri non posse, nimis evidens est. Unde quum te tutorem proponas, quemadmodum a [10]) pupillis creditoribus satisfiat, eniti debes. Dat. X. Kal. Decemb. Sirmii, AA. [11]) Conss. [293—304.]

5. [f]) Iidem AA. et CC. Iulio. — Ut debitum ante tibi de hereditate [12]) solvatur, ac tunc, si ad te pertineret [13]), quaeri iubeamus, praepostera petitio est. Etenim quum tibi soceri successionem quaesitam patuerit [14]), debiti petitionem per confusionem exstingui, non ambigitur. Dat. prid. Non. Mart. Sirmii, Caess. Conss. [294—302.]

6. [g]) Iidem AA. et CC. Domno [15]). — Si adulta, cuius curam geris, pro triente patruo suo, quem etiam tutelam eius administrasse proponis, heres exstitit, nec ab eo quidquam exigere prohibita est, debitum a coheredibus eius [16]) pro besse petere non prohibetur, quum ultra eam portionem, qua successit, petitio non confundatur. Nam adversus adultam [17]) tuam rescindi postulas testamentum, si quidem coheredes eius adeuntes hereditatem se etiam obligant; et si [18]) non solvendo constituti probentur, postulata separatione [19]) nullum ei damnum [20]) fieri patietur. Dat. Kal. Decemb. AA. Conss. [299—304.]

7. [h]) Iidem AA. et CC. Apolausto [21]). — Creditores hereditarios adversus legatarios non habere personalem actionem convenit, quippe quum evidentissime lex duodecim tabularum heredes huic rei faciat ob noxios. Dat. VI. Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [300—305.]

Tit. XVII.

[i]) EX DELICTIS DEFUNCTORUM IN QUANTUM HEREDES CONVENIANTUR.

1. [k]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Macedonae [22]). — Post litis contestationem eo, qui vim fecit vel concussionem intulit vel aliquid deliquit, defuncto, successores eius in solidum, alioqnin in quantum ad eos pervenit, conveniri, iuris absolutissimi est, ne alieno scelere ditentur. Dat. V. [23]) Kal. Mai. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XVIII.

[l]) DE CONSTITUTA PECUNIA.

1. [m]) Imp. Gordianus A. Felici. — Si pro alieno debito te solutuum constituisti, pecuniae constitutae actio non solum adversus te, sed etiam [24]) adversus heredes tuos perpetuo competit. [Dat. VII. Kal. Iul. Sirmii, Caess. Conss. [25]).]

Authent. ut, quum de appellat. cognosc. §. Ad hoc aliud. (Nov. 115. c. 6.) — *Si quando quis pro se vel pro alia persona pecuniam se solvere* [26]) *constituerit vel spoponderit, sic dicens: Satisfaciam tibi* [27]), *tenetur pro quantitate, quam promisit. Sin autem sic dixerit: Satisfiet a me et ab illo* [28]) *et illo, illis quidem, quos nominavit, non consentientibus, solus pro rata tantum portione persolvet. Sin autem dixerit: Satisfiet, verbo impersonaliter prolato, non tenebitur. Sin autem sic dixerit: Erit tibi satisfactum aut a me aut ab illo* [29]), *illo, quem nominavit, non consentiente, solus in solidum tenebitur.*

2. [n]) Imp. Iustinianus A. Ioanni [30]) P. P. — Receptitia actione cessante, quae solemnibus verbis composita iuusitato recessit vestigio, necessarium nobis visum est magis pecuniae constitutae naturam ampliare. Quum igitur praefata actio, id est pecuniae constitutae

---

[a]) *Dig. XLIV.* 7. — [b]) *Bas. XXIV.* 7. 1. (*Fabr. T. III. p.* 568.) — *Sch. a.* (*Fabr. T. III. p.* 569.) — [c]) *Bas. XXIV.* 7. 2. — *Sch. b.* (*Fabr. T. III. p.* 570.) — [d]) *Bas. XXIV.* 7. 3. — *Sch. c.* — [e]) *Bas. XXIV.* 7. 4. — [f]) *Bas. XXIV.* 7. 5. — [g]) *gemina const. est l.* 7. *C. de bonis auct. iud. VII.* 72.; *Bas. XXIV.* 7. 6. (*Fabr. T. III. p.* 569.) — *Sch. d.* — [h]) *Bas. XXIV.* 7. 7. — [i]) *Dig. XLIV.* 7. — [k]) *Bas. XXIV.* 7. 8.; *similis const. ex l.* 1. *Herm. C. ex del. defunctor.* — [l]) *Dig. XIII.* 5. — [m]) *Bas XXVI.* 3. 1. (*Fabr. T. IV. p.* 124.) — [n]) *Bas. XXVI.* 3. 2.

[1]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Hal.*; de exaction. hered. *ed. Schf.*; de hereditar. act. *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [2]) Hermoroti, Heremodi *mss. nonn.* — [3]) tibi *abest ab edd. Nbg. Hal.* — [4]) A. *abest a ms. Pist.*, *quod rel. subscr. tuetur.* — [5]) Talem., Tolem., Thalam. *mss. nonn.* — [6]) II. *ins. Bk.* — [7]) et CC. *absunt a ms. Cas.* — [8]) XVII. *ms. Pist.*, *quod hanc subscr. tribuit legi praecea.* — [9]) Crispino *ms. Cas.* — [10]) quemadm. pupilli creditoribus *Russ. in marg. ex uno cod.*, *cum quo convenit liber Aured. ap. Char.* — [11]) CC. *ms. Pist.*, *a quo abest et* X. *et* Sirm. — [12]) *ms. Pl.* 1., *nisi quod ex recent. emend. habet* antea, *ms. Gt.*, *Hal.*, *omnia mss. Russ. Cont.*, *congruit et cum sensu Bas.*; Ut deb. tibi ante additam hereditate *ms. Pl.* 2.; Ut deb. tibi ante aditam hereditatem *ms. Bg.*, *edd. omnes praeter Hal.* — [13]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*, *sex codd. Russ.*; hereditas *addunt ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Russ. et rell.*; *caeterum* pertinet *est in mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [14]) parurerit *ms. Bg.*; apparuerit *ed. Nbg.* — [15]) Bonino *ms. Bg.*; Bononi *al.* — [16]) eius *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.*, *l.* 7. *C. VII.* 72. — [17]) adulteram *ms. Pl.* 2. — [18]) ac si *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.*; at si *Hal.* — [19]) postulata separatio *Hal.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; praeses provinciae *inserunt Russ. et rell.*; *cfr. vero l.* 7. *C. VII.* 72. — [21]) Aplausto, Apolasto, Apaulaustro, Paulostro *mss. nonn.*; Apostolo, Apostilato *al.* — [22]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Macedoni *Hal et rell.* — [23]) VI. *ms. Pist.*, *a quo et abest* Caess. — [24]) etiam *abest ab edd. Nbg. Hal.* — [25]) *ms. Pist. huc refert subscr. legis* 2. *prox.*, *nec habeo*, *unde nostrae const. subscr. absque dubio falsam emendem.* — [26]) *se solvere absunt ab ed. Nbg.* — [27]) *tibi abest ab ed. Schf.* — [28]) *alio ed. Nbg.*, *Hal. Russ.*, *qui et pergunt illo illisve quidem.* — [29]) *alio Hal Russ.* — [30]) Iuliano *mss. Vat. Pl.* 1. 2., *ed Nbg.*

tae [1]), in his tantummodo casibus a veteribus conclusa est, ut exigeret res, quae in [2]) pondere numero mensurave sunt [3]), in aliis autem rebus nullam haberet communionem, et neque in omnibus casibus longaeva sit [4]) constituta, sed in speciebus certis annali spatio concluderetur, et dubitaretur, si pro [5]) debito sub conditione vel in diem constituto eam possibile esset fieri, et si [6]) pure constituta pecunia contracta valeret, hac apertissima lege definimus, ut liceat omnibus constituere non solum res, quae pondere numero mensurave sunt [7]), sed etiam alias omnes, sive mobiles, sive immobiles, sive sese moventes, sive instrumenta vel alias quascunque res, quas in stipulationem possunt homines deducere; et [8]) neque sit in quocunque casu annalis, sed (sive pro se quis constituat, sive pro alio) sit et ipsa in tali vitae mensura, in qua omnes personales actiones positae [9]) sunt, id est in annorum metis triginta; et liceat pro debito puro [10]) vel in diem vel conditionali [11]) constitui; et [12]) non absimilem penitus stipulationi habeat dignitatem, suis tamen naturalibus privilegiis minime defraudata [13]); sed et heredibus et contra heredes competat, ut neque receptitiae actionis, neque alio indigeat respublica in huiusmodi casibus adminiculo, sed sit pecuniae constitutae actio per nostram constitutionem sibi in omnia sufficiens, ita tamen, ut hoc ei inhaereat, ut pro [14]) debito fiat constitutum (quum secundum antiquam receptitiam actionem [15]) exigebatur, et [16]) si quid non fuerat debitum), quum satis absurdum et tam nostris temporibus quam iustis legibus contrarium est [17]), permittere per actionem receptitiam res indebitas consequi, et iterum multas proponere condictiones [18]), quae et pecunias indebitas et promissiones corrumpi et restitui definiunt. Ut non erubescat igitur tale legum iurgium, hoc tantummodo constituatur, quod debitum est, et omnia, quae de receptitia in diversis libris legislatorum [19]) posita sunt, aboleantur, et sit pecuniae constitutae actio [20]) omnes casus complectens, qui et per stipulationem possunt explicari. §. 1. Et neminem moveat, quod sub nomine pecuniae etiam omnes res exigi definimus [21]), quum et in antiquis libris prudentium, licet constituta pecunia nominabatur, tamen non pecuniae tantum per eam exigebantur, sed omnes res, quae pondere numero mensura constitutae sunt [22]). Sed et possibile est, omnes res in pecuniam converti. Si enim certa domus, vel certus ager, vel certus homo, vel alia res, quae expressa est, in constituendis rebus ponatur, quid distat a nomine ipsius pecuniae? Sed ut subtilitati eorum satisfiat, qui non sensum, sed vana nominum vocabula amplecti desiderant, ita omnes res veniant in constitutam actionem [23]), tanquam si fuisset ipsa pecunia constituta, quum etiam veteres pecuniae appellatione omnes res significari definiunt [24]), et huiusmodi vocabulum et in libris iuris auctorum, et in alia antiqua prudentia manifestissime inventum est [25]). §. 2. His videlicet, quae argenti distractores et alii negotiatores indefense constituerint, in sua firmitate secundum morem usque adhuc obtinentem durantibus. Dat. X. Kal. Mart. Constantinopoli [26]), post consulatum Lampadii et Orestae [27]) VV. CC. [28]) [531.]

3. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Divi Hadriani epistolam, quae de periculo dividendo inter mandatores et fideiussores loquitur, locum habere in his etiam, qui pecunias pro aliis [29]) simul constituunt, necessarium est; aequitatis enim ratio diversas species [30]) actionis excludere nullo modo debet. Dat. Kal. Nov. Constantinopoli [31]), post consulatum [32]) Lampadii et Orestae [33]) VV. CC. [531.]

Tit. XIX.

[b]) DE PROBATIONIBUS.

1. [c]) Impp. Severus et Antoninus AA. Faustino. — Ut creditor, qui pecuniam petit [34]) numeratam, implere cogitur, ita rursum debitor, qui solutam affirmat, eius rei probationem praestare debet. PP. prid Kal. Iul. Dextro II. et Prisco Conss. [35]) [196.]

2. [d]) Imp. Antoninus A. Aulizano [36]). — Possessiones, quas ad te pertinere dicis, more iudiciorum persequere; nec [37]) enim possessori incumbit necessitas probandi, eas ad se pertinere, quum te in probatione cessante, dominium apud eum remaneat. PP. XV. [38]) Kal. Decemb. Laeto et Cereale [39]) Conss. [213.] 3

---

[a]) *Bas. XXVI.* 3. 3. (*Fabr. T. IV. p.* 125.) — [b]) *Dig. XXII.* 3. — [c]) *Bas. XXII.* 1. 35. (*Fabr. T. III p.* 7.) — *Sch. q.* (*Fabr. T. III. p.* 54.) — [d]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 97.; *Bas. XXII.* 1. 36. — *Sch. r.* (*Fabr. T. III. p.* 55.)

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; praefata pecun. constit. actio *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; in *abest ab Hal. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; mensura consistunt *Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; esset *Hal. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; an pro *Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; et an *Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; mensura sunt *ms. Pl.* 1.; mensurave consistunt *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; et *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [9]) positae *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [10]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; pure *ms. Pl.* 2.; ὑπὲρ τοῦ χωρὶς αἰρέσεως χρέους *Bas.* — [11]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *omnia mss. Cont.*; conditione *ms. Pl.* 2.; sub conditione *Hal. et rell.* — [12]) et ut non *ms. Gt.*, *ed. Nbg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Hal.*; sit *inserunt mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.*; *sed nobiscum faciunt Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; iam *addunt edd. Nbg. Russ. et rell.*; *sed* ἵνα ὑπὲρ χρέους *Bas.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; res *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; etiam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [18]) conditiones *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *ms. Pl.* 1. *ex emendat.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [19]) legumlatorum *Russ. et postea rell.* — [20]) pecunia constituta *omisso* actio *mss. Pl.* 2. *Gt.*; pecuniae constitutae *om.* actio *ms. Bg.*, *ms. Pl.* 1. *ex emendat.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; definiamus *Hal. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; erant *Hal. et rell.* — [23]) constit. pecuniam *ms. Bg.*; constitutam *omisso* pecuniam *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; definiant *Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [26]) *ms. Pist.*; Constant. *abest ab Hal. et rell.* — [27]) *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Orestis *Cont.* 71. *et rell.* — [28]) *hanc subscr. firmat ms. Pist.*; *cfr. not.* 25. *ad leg. praec.* — [29]) pro aliis *absunt a ms. Pl.* 1. — [30]) aequitatis enim rationem diversa species *Russ. in marg. ex uno cod.*; aequitatem enim divisionis species actionis *Char. in marg. ex lib. Aured.*, *pro quo militat l.* 7. *D. XXVII.* 7. — [31]) *ms. Pist.*; Constant. *abest ab Hal. et rell.* — [32]) consul. *huc ponit ms. Pist.*; *Hal. et rell. idem post* VV. CC. *collocant.* — [33]) *ms. Pist.*, *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Orestis *Cont.* 71. *et rell.* — [34]) tradit *Russ. in marg. ex mso*; credit *idem in marg. ex coni.*; *verum Bas. quoque* ὁ τὰ χρήματα ἀπαιτῶν. — [35]) *cum hac subscr. convenit ms. Pist.* — [36]) Auluzano, Aulozano, Alutano, Aliozeno, Nutano, Iuliano *mss.* — [37]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Coll. Ans. ded.*, *Hal.*; non *edd. rell.* — [38]) *hic num. incerto signo in Coll. Ans. ded. scriptus est, quae reliquam subscr. tuetur.* — [39]) Cereali *Hal. contra Coll. Ans. ded.*; *ms. Pist huc refert subscr. leg. seq.*

3. [a]) Imp. Alexander A. Leaenae [1]) et Lupo. — Ex persona collegae avi vestri conveniri non debetis, si eundem collegam tempore depositi officii solvendo fuisse ostenderitis [2]). PP. V. Kal. Ianuar. Pompeiano et Peligno Conss. [3]) [231.]

4. [b]) Idem A. Vito. — Proprietatis dominium non tantum instrumento emtionis, sed ex [4]) quibuscunque aliis legitimis probationibus ostenditur. PP. Kal. Novemb. Alexandro A. III. et Dione [5]) Conss. [229.]

5. [c]) Imp. Philippus A. et Philippus C. [6]) Sertorio [7]). — Instrumenta domestica, seu privata testatio [8]) seu adnotatio, si non aliis quoque adminiculis adiuventur, ad probationem sola non sufficiunt. PP. VII. Id. Aprii. Philippo A. [9]) et Titiano Conss. [245.]

6. [d]) Idem A. et C. Romulo. — Rationes defuncti, quae in bonis eius inveniuntur, ad probationem sibi debitae quantitatis solas sufficere non posse, saepe rescriptum est. Eiusdem iuris est, et si in ultima voluntate defunctus certam pecuniae quantitatem aut etiam res certas sibi [10]) deberi significaverit. PP. Idib. Mai. [11]) Philippo A. et Titiano Conss. [245.]

*) Authent. de iureiurando a moriente praestito. (Nov. 48. c. 1.) — *Quod obtinet omnimodo, si testator non* [12]) *iuraverit; alioquin heredes necesse habent testatoris religioni stare, aut minime fruentur his, quae relicta sunt. Sed creditoribus nihil ex hoc praeiudicii comparabitur.*

7. [f]) Imp. Gallienus A. Sabino. — Exemplo perniciosum est, ut ei scripturae credatur, qua unusquisque sibi adnotatione propria debitorem constituit. Unde neque fiscum neque alium quemlibet ex suis subnotationibus debiti probationem praebere posse [13]) oportet. PP. III. Non. Mart. Gallieno A. VII. et Sabinillo Conss. [14]) [266.]

8. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [15]) Publicio [16]) et Optato. — Frustra vereamini, ne ab eo, qui lite pulsatur, probatio exigatur. PP. XIII. [17]) Kal. Decemb. [18]) Basso [19]) et Quintiano Conss. [289.]

9. [h]) Idem AA. et CC. Martianae [20]). — Quum te minorem quinque et viginti annis esse proponas, adire praesidem provinciae debes, et de ea [21]) aetate probare. Dat. Idib. [22]) April. AA. Conss. [293—299.]

10. [i]) Idem AA. et CC. Isidoro. — Neque natales tui, licet ingenuum te probare possis, neque honores, quibus te functum esse commemoras, idoneam probationem pro filiae tuae ingenuitate continent, quum nihil prohibeat, et te ingenuum, et eam ancillam esse. Dat. XVIII. Kal. Mai. [23]) AA. Conss. [293—299.]

11. [k]) Idem AA. et CC. Antoniae. — Si scriptum heredem ab amita tua vel [24]) testamenti vitio vel quacunque alia ratione non posse obtinere hereditatem, probari a te posse confidis, de hac hereditate apud rectorem provinciae agere potes. S. V. Kal. Mai. Heracliae, AA. Conss. [25]) [293—299.]

12. [l]) Idem AA. et CC. Chroniae [26]). — Quum res non instrumentis gerantur, sed in haec [27]) rei gestae testimonium conferatur, factam emtionem et in vacuam possessionem inductum patrem tuum pretiumque numeratum, quibus potes iure proditis probationibus, docere debes. Dat. V. Non. Octob. AA. [28]) Conss. [293—299.]

13. [m]) Idem AA. et CC. Iustino. — Non epistolis necessitudo consanguinitatis, sed natalibus vel adoptionis solemnitate coniungitur, nec adversus absentem hereditatis dividendae gratia velut contra [29]) fratrem pro ancilla petitus arbiter substantiae perimit veritatem [30]). Sive itaque quasi ad sororem, quam ancillam te posse probare confidis, epistolam emisisti, sive familiae erciscundae quasi pro coherede petitus arbiter doceatur, fraternitatis quaestio per haec tolli non potuit. Dat. Kal. Decemb. AA. Conss. [31]) [293—299.]

14. [n]) Idem AA. et CC. Municiano [32]). — Non nudis asseverationibus nec ementita professione, licet utrique consentiant, sed matrimonio legitimo concepti vel adoptione solemni filii civili iure patri constituuntur. Si itaque hunc, contra quem supplicas, alienum esse [33]) confidis, per te vel per procuratorem affirmationem eius falsam detege. Dat. Kal. Decemb. AA. Conss. [293—299.]

15. [o]) Idem AA. et CC. Antonio [34]). — Vis eius

---

[a]) *Bas. XXII.* 1. 37. (*Fabr. T. III. p.* 8.) — *Sch. s.* (*Fabr. T. III. p.* 56.) — *Hal. in textu transponit hanc const. et leg. seq., subscriptiones profecto transpositionem suadent.* — [b]) *Bas. XXII.* 1. 38. — *Sch. t.* (*Fabr. T. III. p.* 57.) — [c]) *Bas. XXII.* 1. 39. — *Sch. u.* — [d]) *Bas. XXII.* 1. 40. — *Sch. x.* (*Fabr. T. III. p.* 58.) — [e]) *Ex sententia Contii propria sedes huius auth. fuisset post l.* 10. *C. comm. utr. iud. III.* 38. — [f]) *Bas. XXII.* 1. 41. — *Sch. y.* (*Fabr. T. III. p.* 59.) — [g]) *Bas. XXII.* 1. 42. — *Sch. z.* — [h]) *Bas. XXII.* 1. 43. (*Fabr. T. III. p.* 9.) — *Sch. a.* (*Fabr. T. III. p.* 60.) — [i]) *Bas. XXII.* 1. 44. — *Sch. b.* (*Fabr. T. III. p.* 61.) — [k]) *Bas. XXII.* 1. 45. — *Sch. c.* (*Fabr. T. III. p.* 62.) — [l]) *Bas. XXII.* 1. 46. — *Sch. d.* — [m]) *Bas. XXII.* 1. 47. — *Sch. e—g.* (*Fabr. T. III. p.* 63.) — [n]) *Bas. XXII.* 1. 48. — *Sch. h. i.* — [o]) *Bas. XXII.* 1. 49. — *Sch. k. l.*

[1]) Leoni *al.*, *quod rectius videtur*, *quia Schol. Bas. dicit*, *hanc const. rescribere* τοῖς υἱοῖς τοῦ στρατηγοῦ *etc.* — [2]) offenderitis *Russ. Cont.* 62.; *verum Schol. Bas. quoque* ἀποδείξητε. — [3]) *hanc subscr. firmat ms. Pist.*, *nisi quod post* V. *inserit siglam*, *mihi prorsus obscuram*; *cfr. not.* 39. *ad const. praec.* — [4]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sed etiam ex *ms. Pl.* 1.; sed et *Russ. et rell.*; ἀλλ' ἐξ *Bas.* — [5]) III. et Dione *absunt a ms. Pist.*; Dione II. *Bk.* — [6]) et Philippus C. *absunt a mss. Vat. Bg.*, *ed. Nbg.* — [7]) Sertinio, Serestorio *mss. nonn.* — [8]) atestatio *ms. Pl.* 2., *ms. Pl.* 1. *ex correct.* — [9]) A. *abest a ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [10]) sibi *abest a ms. Gt.*; se debere *ex coni. Dion. Gothofr.* — [11]) *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. firmat*; Martii *Hal. et rell.* — [12]) *Quod non obtinet omnimodo, nisi testator ex coni. Dion. Gothofr.* — [13]) posse *abest ab Hal. Russ.*; *sed Schol. Bas. quoque* δύνασθαι παρέχειν. — [14]) *secundum ms. Pist. haec est subscr.*: PP. V. (*scr.* IV. *vel* II.) Non. Sept. Gallieno A. II. (*scr.* V.) et Faustino Conss. [262.] — [15]) *ms. Pist.*, *Hal. Bk.*; et CC. *addunt rell. mss. et edd.* — [16]) Publico, Sublicio *mss. nonn.* — [17]) *Hal. Russ. Cont.* 62.; XIV. *Cont.* 66. *et rell.*; XVI. *ms. Pist.* — [18]) *ms. Pist.*; Decemb. *abest ab Hal. et rell.* — [19]) II. *inserit Bk.* — [20]) Martiano *al.* — [21]) ea *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal.* — [22]) 8. Id. *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. tuetur.* — [23]) V. Kal. Mai. Heracl. *ms. Pist.*, *cuius subscr. ex const. seq. huc transcripta esse videtur.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; de *addunt Russ. et rell.* — [25]) *ms. Pist. in subscr. ad const. praec.*, *haud dubie ad hunc locum referenda*, *Bk.*; AA. et Conss. *Hal.*; AA. et CC. Conss. *Russ. et rell.* — [26]) Choniae, Cronicae, Throniae, Cichoniae *mss. nonn.* — [27]) in his *ms. Gt.*, *ed. Nbg.*; in hoc *ed. Schf.*; ἐν τούτοις *Schol. Bas.* — [28]) *ms. Pist.*, *cuius tamen subscr. magis convenit cum subscr. const. seq.*; et *inserunt Hal. et rell.* — [29]) vel contra *Hal.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ms. Bg.* (*quod tamen habet* perimet), *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; substantiam per. veritatis *Russ. et rell.* — [31]) *cfr. not.* 28. *ad const. praec.* — [32]) Muciano, Minuciano *mss. nonn.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; esse *abest ab ed. Nbg.*; alienum esse probare *Russ. et rell.*, *cui etiam Bas. refragantur.* — [34]) Antonino *mss. nonn.*

eius, qui se dominum contendit, ad imponendum onus probationis servo minime prodest. Quum igitur aufugisse te de domo Severi profitearis, verum nec ab illo iusto initio [1]) sed per violentiam asseveres [2]) esse detentum, inquisito prius, an in possessione libertatis sine dolo malo constitutus sis, tunc etiam onus probationis quis debeat subire, per huiusmodi eventum declarabitur. Dat. VI. Kal. Ian. AA. Conss. [3]) [293—299.]

16. [a]) Iidem AA. et CC. Philippae et Sebastianae [4]). — Sive possidetis praedia, quae a patre communi sibi fratres emancipati donata contendentes vindicant, ipsis incumbit facti probationis necessitas, sive ipsis ea praedia, quasi a patre vestro sibi donata, tenentibus, vos heredes [5]) constituti [6]) patris petitis, ut intentionem vestram non constitisse detegant, unde domini facti sunt, emergente quaestione, docere compelluntur. Dat. X. Kal. Febr. AA. Conss. [293—299.]

17. [b]) Iidem AA. et CC. Paulinae. — Matrem tuam consecutam libertatem, ac te post editam, ut ingenua probari possis, ostendi convenit. Quod enim fratribus tuis nulla moveatur quaestio, ad defensionem tuam nihil prodesse potest. Dat. V. Id. Febr. AA. Conss. [293—299.]

18. [c]) Iidem AA. et CC. [7]) Violentillae [8]). — Quum precibus tuis significes, ignorante te praedium eum, cuius meministi, sibi velut a te donatum instrumentis inseri fecisse, si vera sunt, quae [9]) indidisti, nec ad nomen factae donationis fundus iste pervenit. Unde adito iudice competente probare te oportet, contra voluntatem tuam hunc fundum instrumento adversarium tuum sibi adscribi laborasse, ut secundum tenorem rescripti nostri possis consequi sententiam. Dat. VII. [10]) Id. April. Byzantii, Caess. Conss. [294—302.]

19. [d]) Iidem AA. et CC. Menandro [11]). — Exceptionem dilatoriam opponi quidem initio, probari vero, postquam actor monstraverit, quod asseverat, oportet. Dat. XIII. Kal. April. [12]) Nicomediae, Caess. Conss. [294—302.]

Authent. de testibus §. Quia vero multi. (Nov. 90. c. 4.) — *At qui semel produxerit testes, aut bis, aut ter, et* [13]) *testificata* [14]) *tractaverit, aut ab adversario hoc faciente* [15]) *disputationem acceperit, et ex hoc testificata didicerit, non habebit licentiam ulterius uti productione testium, ex divina etiam iussione. Si vero hoc non egerit, tunc danda est quarta productio testium, sacramento ab eo prius dando, quod neque subtraxerit, neque percontatus est ipse testificationes, vel aliquis advocatorum eius, vel alius pro eo agens, nec per dolum, nec per machinationem vel artem quartam productionem testium petat fieri.*

20. [e]) Iidem AA. et CC. Phrominae [16]). — Si de possessione servitutis, emtionis instrumentis subtractis, in libertatem proclamat Eutychia, quum petitori probationis onus incumbat, intentione sua defecta his iuvari minime potest. Nam si in servitutem petatur, ad emtionis probationem non est indiciis aliis opus, sed instrumentorum furtum monstrare sufficit. IV. Non. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294—302.]

21. [f]) Iidem AA. et CC. Crispo [17]). — Ad probationem dominii aliena subtrahentes instrumenta his [18]) uti minime possunt, quippe quum horum lectio non recitantem, sed quem tenor scripturae designat, adiuvet. Quum itaque nec cetera probationum indicia reprobentur, iure competente praediorum, quae in quaestionem veniunt, dominium ad te ostende pertinere. Nam res vindicantem, ab emtore suos numeratos nummos asseverantem, erga probationem laborare non convenit, si quidem huiusmodi, licet probetur, factum [19]) intentioni nullum praebet adminiculum. S. VI. Id. Decembr. Singiduni, AA. Conss. [299—304.]

22. [g]) Iidem AA. et CC. Agathocleae [20]). — Ad probationem servitutis Glyconis matrem eius ac fratrem servilia fecisse ministeria non sufficit, quum neque ingenuorum conniventia [21]) coniunctis necessitudine praeiudicet, neque de servis ex eadem matre natis libertatem unus adipisci prohibeatur. Dat. IX. Kal. Ianuar. ipsis Caess. Conss. [300—305.]

23. [h]) Iidem AA. et CC. Menelao [22]). — Actor, quod asseverat, probare se non posse profitendo, rerum necessitate monstrandi contrarium non adstringit, quum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit. Dat. VIII. Kal. Ianuar. Caess. et Conss. [300—305.]

24. [i]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Antonium [23]) P. P. [24]). — Iubemus, omnes [25]), qui scripturas suspectas [26]) comminiscuntur, quum quid in iudicio promserint [27]), nisi ipsi adstruxerint [28]) veritatem, ut nefariae scripturae reos et [29]) quasi falsarios [30]) esse detinendos. Dat. prid. Id. Ianuar. Treviris [31]), Valente VI. et Valentiniano II. AA. [32]) Conss. [378.]

25.

---

[a]) *Bas. XXII.* 1. 50. (*Fabr. T. III. p.* 10.) — *Sch. m.* (*Fabr. T. III. p.* 64.) — [b]) *Bas. XXII.* 1. 51. — *Sch. n—q.* (*Fabr. T. III. p.* 65.) — [c]) *Bas. XXII.* 1. 52. — *Sch. r. s.* — [d]) *Bas. XXII.* 1. 53. — *Sch. t.* (*Fabr. T. III. p.* 66.) — [e]) *Bas. XXII.* 1. 54. — *Sch. u.* (*Fabr. T. III. p.* 67.) — [f]) *Bas. XXII.* 1. 55. (*Fabr. T. III. p.* 11.) — *Sch. x.* (*Fabr. T. III. p.* 68.) — [g]) *Bas. XXII.* 1. 56. — *Sch. y.* — [h]) *Bas. XXII* 1. 57. (*Fabr. T. III. p.* 12.) — *Sch. z.* — [i]) *l.* 7. *Th. C. de fide testium XI.* 39.; *Bas. XXII.* 1. 58. — *Sch. a. b.*

[1]) nec ab illo iuste te initio *Hal.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; asseveras *edd. omnes*; te *addunt Russ. et postea rell.* — [3]) D. XVIII. Kal. Febr. CC. conss. *ms. Pist.* — [4]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2., *Hal. Russ. Cont.* 62.; Philippae et Sebastiano *ms. Bg.*; Philippo et Sebastiano *Cont.* 66. *et rell.*, *quod Cont.* 62. *in marg. rectius esse contendit.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; coheredes *Cont.* 66. *et rell.*; *sed* κληρονόμοι γενόμενοι *Schol. Bas.* — [6]) constitutae *ms. Pl.* 2.; *idem ante correct. in ms. Pl.* 1. *fuisse videtur.* — [7]) Paulinae et *ins. ms. Pl.* 1. — [8]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2.; Volentillae *ed. Nbg.*; Violantillae *Hal. et rell.*; Violentinae *al.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; precibus *ins. Russ. et rell.*; *sane* ἄπερ ἐνέθηκας τῇ δεήσει *Schol. Bas.* — [10]) XII. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [11]) Menandrae *ms. Bg.* — [12]) XVI. k. dec. *ms. Pist.* — [13]) *et abest ab ed. Schf.* — [14]) *qui semel aut bis testes produxit, aut testificationes ed. Nbg.* — [15]) *hoc fac. absunt ab ed. Nbg.* — [16]) Phrominae, Proninae, Phronimae *mss. nonn.*; Phrominiae *al.* — [17]) Serpto *ms. Bg.*; Septo, Menandro *al.* — [18]) his *abest ab Hal.*; *caeterum mire disiecta sunt in mss. verba exordii huius rescr.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; tamen *inserunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [20]) Glathocleae, Gathodeae, Gatholeleae *mss. nonn.* — [21]) convenientia *ms. Pl.* 1. *ex correct.* — [22]) Menelio, Menelaio *mss. nonn.*; Meneleio, Mediliano *al.* — [23]) Antoninum *mss. Vat. Bg.* — [24]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; Post alia *ins. Cont. et rell., haud dubie secuti Theod. Cod.* — [25]) deinceps *addit Theod. C.* — [26]) nefarias *Theod. C.* — [27]) promerint *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Nbg.*; promunt *Hal.*; promiserint *Theod. C., quod recepit Bk., haud accurate intellecta mutatione, quam huic edicto inferre voluit Tribonianus*; *etiam Schol. Bas.* προενέγκωσιν. — [28]) adstrinxerint *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.* — [29]) et *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; *sed* καὶ ὡς πλαστογράφους *Schol. Bas.* — [30]) ut suspectae scripturae et falsae reos *Theod. C.* — [31]) *Theod. C., Bk.*; Tiberiade *Hal. et rell.* — [32]) *Theod. C., Bk., similiter iam Cont.* 62.; Valente V et Valentiniano iun. *Hal. et rell.*

25. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Floro P. P. — Sciant cuncti accusatores, eam se rem deferre debere in publicam notionem, quae munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis et luce clarioribus expedita. Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. Antonio et Syagrio Conss. [1]) [382.]

Tit. XX.

[b]) DE TESTIBUS.

1. [c]) *Epitome graeci rescr.* [2]) *ex Bas.*

Κατὰ ἐγγράφου μαρτυρίας ἄγραφος μαρτυρία οὐ προσφέρεται [3]).

1. *Contra scriptum testimonium non scriptum testimonium haud profertur.*

2. [d]) Imp. Alexander A. Carpo. — Si tibi controversia ingenuitatis fiet [4]), defende causam tuam [5]) instrumentis et argumentis, quibus putas [6]); soli etenim testes ad ingenuitatis probationem non sufficiunt. PP. X. Kal. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [7]) [223.]

3. [e]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Rosae. — Etiam iure civili domestici testimonii fides improbatur. PP. III. Kal. Septemb. [8]) Valeriano III. et Gallieno II. [9]) AA. Conss. [255.]

4. [f]) Imppp. Carus, Carinus et Numerianus, AAA. [10]) Aurelio [11]). — Solam testationem [12]) prolatam [13]), nec aliis legitimis adminiculis causa approbata [14]), nullius esse momenti certum est. PP. VIII. Kal. Decemb. Caro [15]) et Carino [16]) AA. Conss. [283.]

5. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [17]) Candido. — Eos testes ad veritatem iuvandam adhiberi oportet, qui omni gratiae et potentatui [18]) fidem religioni iudiciariae debitam possint praeponere. PP. V. Kal. Mai. Maximo II. et Aquilino Conss. [19]) [286.]

6. [h]) Iidem AA. et CC. Tertullo [20]). — Parentes et liberi invicem adversus se nec volentes ad testimonium admittendi sunt. PP. IV. Non. Dec. Nicomediae, Caess. Conss. [21]) [294—302.]

7. [i]) Iidem AA. et CC. Diogeni [22]) et Ingenuo [23]). — Nimis grave est, quod petitis, urgeri ad exhibitionem [24]) partem diversam [25]) eorum, per quos sibi negotium fiat. Unde intelligitis, quod intentioni [26]) vestrae proprias afferre debetis probationes, non adversus se ab adversariis adduci. Dat. [27]) VI. Kal. Mai. AA. [28]) Conss. [299—304.]

8. [k]) Iidem AA. et CC. Deruloni [29]). — Servos pro domino, quemadmodum adversus eum interrogari non posse, pro facto autem suo interrogari posse, non ambigitur. Dat. Kal. Novemb. Nicomediae [30]), Caess. Conss. [300—305.]

9. [l]) Imp. Constantinus A. ad Iulianum, Praesidem [31]). — Inrisiurandi religione testes, priusquam perhibeant testimonium, iamdudum arctari praecepimus [32]), et ut honestioribus potius fides testibus habea-

---

[a]) *l.* 3. *Th. C. de abolition. IX.* 37., *ex qua et venit l.* 9. *C. de calumniat. IX.* 46.; *Decret. Grat.* 2. *C.* 2. *q.* 8.; *Bas. XXII.* 1. 59. — *Sch. c. d.* (*Fabr. T. III. p.* 70.) — [b]) *Dig. XXII.* 5. — [c]) *Graecae const. epitomae fere consonae sunt* 1., *in Bas. XXI.* 1. 25. (*Fabr. T. II. p.* 516.); 2., *Harmenopul. I.* 6. 57; 3., *in Attaliatae synopsi tit. XVI.* (*Leuncl. ius Graecorom. p.* 15. *i. f.*). *Ex text.* 3. *hausit Cont.* 76.; *text.* 1. *restituit Cuiac.* (*Obss. XIII.* 38.), *quem sequuntur Char. Pac. et rell. et equidem sequor. Caeterum Cont.* 71. *falso hic restituere voluit locum ex Balsamone ad Photii Nomoc. IX.* 2. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 965.) *Ms Bg. deperditae graec. const. notam servavit.* — [d]) *Decret. Grat. c.* 3. §. 30. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas. XXI.* 1. 25. (*Fabr. T. II. p.* 517.) — *Sch. m.* (*Fabr. T. II. p.* 562.) — [e]) *Decret. Grat. c.* 3. §. 31. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas XXI.* 1. 26. — *Sch. n.* — [f]) *Decret. Grat. c.* 3. §. 32. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas. XXI.* 1. 27. — *Sch. o. p.* — [g]) *Coll Ans. ded. P. VII. c.* 51.; *Decret. Grat. c.* 3. §. 33. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas. XXI.* 1. 28. — *Sch. q. r.* (*Fabr T. II. p.* 563.) — [h]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 51. 52. 108.; *Decret. Grat. c.* 3. §. 34. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas. XXI.* 1. 29. — *Sch. s.* — [i]) *l. un. Herm. C. ad exhibendum; Consultatio c.* 6.; *Decret. Grat. c.* 3. §. 35. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas. XXI.* 1. 30. — *Sch. t.* — [k]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 108.; *Ivonis Decret. L. XVI. c.* 60.; *Decret. Grat. c.* 3. §. 36. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas. XXI.* 1. 31. — *Sch. u—y.* (*Fabr. T. II. p.* 564.) — [l]) *l.* 3. *Th. C. de fide testium XI.* 39.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 39.; *Decret. Grat. c.* 3. §. 37. 38. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas. XXI.* 1. 32. — *Sch. z. a.* (*Fabr. T. II. p.* 565.)

[1]) *Theod. C., Russ. Cont.* 62. *Bk.; subscr. abest ab Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [2]) *Caracallae hoc esse rescr., divinatur Cuiac. Obss. XIII.* 38. — [3]) *φέρεται additis vv. εὐπιστέρα γάρ ἐστι Cont.* 76. — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* fiat *Russ. et rell.* — [5]) tuam *abest a mss. Bg. Gt.; favent omissioni Bas.* — [6]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Hal.;* potes *ms. Pl.* 2., *edd. rell.; sed* οἷς νομίζεις *Bas.* — [7]) *eadem subscr. et subest mso Pist.* — [8]) Iun. *ms. Pist.* — [9]) Valer. et Gallieno III. *ms. Pist., ita ut ad a.* 257. *referendum foret hoc rescr.* — [10]) et Carinus AA. Meriano et *ms. Pist.* — [11]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.;* Valerio *Hal. et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.;* Sola testatione *Hal. et rell.; sed* μόνην — μαρτυρίαν προσφερομένην *Schol. Bas., in quo est* τὸ κατὰ πόδας. — [13]) prolata *ms. Bg.;* probatam *ex coni. Russ. in marg.; utrumque male, cfr. not. praeced.* — [14]) approbata *omisso* causa *ms. Bg.;* causam approbatam *mss. rell. et edd. omnes; recte tamen a me fuisse emendatum, persuadet Schol. Bas., quod habet* τὸ κατὰ πόδας *et aliam lect., quam nostram, prorsus respuit.* — [15]) II. *ins. Bk.* — [16]) Carino II. et Numeriano *ms. Pist.* (*a.* 284.); *verum inscriptio magis favet Haloandrinae subscr.* — [17]) et CC. *addunt mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [18]) gratia et potentatu *Coll. Ans. ded.* — [19]) *convenit cum subscr. ms. Pist.* — [20]) Tertullio *al.;* Diogeniae *ms. Pl.* 2. — [21]) S. VI K. Mai. AA. Css. *ms. Pist., quae subscr. ad const. seq. referenda.* — [22]) Tertullo *ms. Pl.* 2. — [23]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.;* Ingenuae *Hal. et rell.;* Aurelio Diogeni *Herm. C., Consult., a quibus et absunt* et CC. — [24]) *haec est verborum series in mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Herm. C., Consult.,* ad exhibit. *post* diversam *collocant Hal. et rell.* — [25]) adversam *edd. Nbg. Hal. Russ., Consult., Herm. C. ex ed. Haenel.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Consult., Herm. C. ex ed. Haenel.;* intentionis *Hal. et rell.* — [27]) PP. *Herm. C., Consult., a quibus et abest* VI.; S. *ms. Pist.* — [28]) *ms. Pist.* (*cfr. not.* 21. *ad const. praec.*), *Herm. C.;* CC. *et Hal. et rell. praeter Bk., a quo abest* et; AA. et CC. *Herm. C. ex ed. Haenel.* — [29]) Deridoni, Dirodoni *mss. nonn.* — [30]) *pro* Nicomediae *ms. Pist. habet* Reginae. — [31]) P. P. *mss. Vat. Cas. Pl.* 2., *ed. Nbg.;* P. U. *ms. Pl.* 1. — [32]) *Coll. Ans. ded., Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Bk.;* praecipimus *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*

habeatur [1]). §. 1. Simili modo [2]) sanximus [3]), ut unius testimonium nemo iudicum in quacunque causa facile patiatur admitti. Et nunc manifeste sancimus, ut unius omnino [4]) testis responsio non audiatur, etiamsi praeclarae curiae honore praefulgeat. Dat. VIII. Kal. Septembr. Naisso [5]), Optato et Paulino Conss. [334.]

10. [a]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Gracchum [6]) P. U. [7]). — Omnibus in re propria dicendi testimonii [8]) facultatem iura submoverunt. Dat. [9]) Kal. Decemb. Valente V. et Valentiniano AA. [10]) Conss. [376.]

11. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Caeciliano P. P. [11]). — Quoniam liberi [12]) testes ad causas postulantur alienas, si socii et participes criminis non dicantur, sed fides ab his notitiae postuletur, in exhibitione necessariarum personarum, hoc est testium, talis debet esse cautio indicantis, ut his venturis ad iudicium per accusatorem aut [13]) ab his, per quos fuerint [14]) postulati, sumtus competentes dari praecipiat [15]). Idem iuris est, et si in pecuniaria causa testes ab alteutra parte producendi sunt [16]). Dat. XIII. [17]) Kal. Februar. Ravennae, Honorio VIII. [18]) et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

13. [d]) *A. Epitome graec. const.* [28]) *ex Bas*

Ὁ τὰ ψευδῆ μαρτυρήσας πρότερον μὲν ἐπιορκεῖ [29]), *δεύτερον δὲ ὡς πλαστογράφος ἐνάγεται, καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ καιρῷ τῆς μαρτυρίας ὑπονοηθεὶς ψεύδεσθαι, βασάνοις ὑπόκειται. Εἰ δὲ βουληθῇ* [30]) *ὁ ἐκ τῆς ψευδοῦς μαρτυρίας καταδικασθεὶς πολιτικῶς κινῆσαι κατὰ τοῦ ψευδομαρτυρήσαντος* [31]), *λήψεται παρ' αὐτοῦ πᾶσαν, ἣν ὑπέσχη, ζημίαν, πρὸς τῷ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν νόμων ὡρισμένην τιμωρίαν ὑφίστασθαι. Εἰ δὲ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πρωτοτύπῳ δίκῃ ψευσάμενος ἐλεγχθείη, ἔργον ἔστω τοῦ δικάζοντος, ἢ εἰς πᾶσαν τὴν*

Authent. de testibus. §. Si vero dicatur. (Nov. 90 c. 6.) — *Si testis productus* [19]) *dicatur servilis esse fortunae, et testari voluerit, ipse vero se liberum esse affirmet, si quidem ex nativitate, impleatur testimonium eius, ut* [20]), *si is habita disputatione servus esse apparuerit, respuatur eius testimonium. Si vero libertinum se dixerit, prius instrumentum suae manumissionis ostendat, quam testificetur, nisi iuraverit, se alibi probationes habere; quo facto testificatio quidem scribatur, sed, nisi instrumentum monstraverit, respuatur testimonium eius. Si vero dicatur odiosus ex lite criminis inter eos mota, et hoc apparuerit* [21]), *non ante audiatur, quam de crimine iudicetur. Si vero ex lite pecuniaria vel aliter est odiosus, procedat quidem testatio, tempore vero disputationum serventur huiusmodi quaestiones.*

12. [c]) Iidem AA. ad Senatum [22]). — Libertorum adversus patronos illicitas atque improbas voces poenae obiectione praecludimus, atque ita, ut non modo [23]) sponte prodire [24]) non audeant, sed nec [25]) vocati quidem in iudicium venire cogantur. Dat. IV. [26]) Id. August. Ravennae, Mariniano et Asclepiodoto Conss. [27]) [423.]

13. *Qui falsum testimonium dixerit, primum quidem peierat, deinde vero ut falsarius convenitur, et si in ipso testimonii dicendi tempore eum mentiri suspicio sit, tormentis subiicitur. Quodsi is, qui ex falso testimonio damnatus est, civiliter agere contra falsum testem voluerit, quidquid damni passus est, ab eo recipiet, ac praeterea ille definitam legibus poenam sustinebit. Quodsi vero in ipsa lite principali convictus mendacii fuerit, officium iudicis esto, ut eum vel in totam litem illi, contra quem testimonium dixit, illa-*

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. ne in sua caus. quis iud. II.* 2., *ex qua et hausta est l. un. Iust. Cod. eod. tit. III.* 5.; *Decret. Grat. c.* 3. §. 39. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas. XXI.* 1. 33. (*Fabr. T. II. p.* 518.) — *Sch. b.* (*Fabr. T. II. p.* 567.) — [b]) *l.* 13. *Th. C. de fide testium XI.* 39.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 108.; *Decret. Grat. c.* 3. §. 40. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas. XXI.* 1. 34. — *Sch. c. d.* — [c]) *l.* 4. *Th. C. ne praeter crim. maiest. IX.* 6.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 108.; *Decret. Grat. c.* 3. §. 41. 42. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas. XXI.* 1. 35. — *Sch. e—g.* (*Fabr. T. II. p.* 568.). *Abest haec const. a ms. Vat.* — [d]) *Graecae const., quam deesse notant Russ. et Cont.* 62., *servatur* 1., *epitome in Bas. XXI.* 1. 36., *cum quibus convenit Synopsis ed. Leunclav. p.* 34.; 2., *eiusdem supplementa praebent Scholia h—m. ad loc. Bas. cit.* (*Fabr. T. II. p.* 568—570.). *Text.* 1. *ex Bas. restituit Cuiacius* (*Obss. XIII.* 38.), *ex Synopsi autem Leunclav.* (*Adnot. ad Cod.* 20.) *Restitutionem Cuiacii sequuntur Char. Cont.* 76. *et rell. Eandem et ipse sequor, adnotata diversitate lect. Leunclav.; addo insuper primam partic. Scholii h. cit., quam solam certum huius const. supplementum esse censeo. Caeterum Cuiac.* (*Obss. VIII.* 13.) *ante rectam illam restitutionem huc retulerat epitomen ex Synopsi, quae ad l.* 15. *hoc tit. pertinet, in quo errore pedisequum habet Cont.* 66. (*in Praeterm. fol.* 13.) *et* 71.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2., *Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C., Coll. Ans. ded.*; adhibeatur *ms. Bg., edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [2]) more *Theod. C., Coll. Ans. ded.* — [3]) sancimus *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [4]) tantummodo *ms. Gt.*; omnimodo *mss. Pl.* 1. 2., *Coll. Ans. ded.* — [5]) Arzi *Hal. Russ.*; *verum ms. Pist. quoque iuncto consulis nomine* Nassioptano. — [6]) Graccum, Grecum *mss. nonn.* — [7]) ad Gracch. P. U. *absunt a ms. Bg.*; PP. *mss. Cas. Vat., Theod. C., qui vero ex ed. Haenel. tuetur* P. U. — [8]) testimonia *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [9]) *ms. Pist., Theod. C., Cont.* 62., *l. un. C. III.* 5.; V. *inserunt Hal. et rell.*; *caeterum* Lecta *pro* Dat. *est in Theod. C.* — [10]) *ms. Pist., Theod. C., Bk.*; Valentiniano Iun. AA. *Cont.* 62.; *idem omissis* AA. *Hal. et rell.*; *v. l. un. C. III.* 5. — [11]) Post alia *ex Theod. C. addunt Russ. Cont.* 62. — [12]) ingenui *Theod. C.*; liberti *Coll. Ans. ded.*; *verum Schol. Bas. etiam ἐλεύθεροι.* — [13]) *ms. Pl.* 1., *Coll. Ans. ded., Theod. C.*; ut *ms. Pl.* 2.; vel *ms. Bg., edd. omnes.* — [14]) *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Schf. Russ. Cont.* 62., *Theod. C., Coll. Ans. ded.*; fuerant *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; fuerunt *Cont.* 66. *et rell.* — [15]) praecipiant *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [16]) Idem iuris — producendi sunt *a Theod. C. absunt.* — [17]) XII. *Theod. C., Russ. Cont.* 62. *Bk.*; *sed* XIII. *firmat ms. Pist.* — [18]) VII. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — [19]) *productus abest ab edd. Nbg. Schf.* — [20]) *vel edd. Nbg. Hal. Russ.* — [21]) *probaverit edd. Nbg Schf. Hal. Russ.* — [22]) *ad quem datum sit hoc edictum, silent mss. omnia*; Georgiae *ex mendo, cuius originem indagare non possum, edd. Nbg. Hal. et rell. praeter Bk.*; *equidem ex Theod. C. inscribo* ad Senatum *cum Bk., quamvis in illo codicum silentio vero sit similior sententia, statim ab initio lacunosam fuisse in Iust. Cod. inscriptionem*; Philberto *alios inscribere, Russ. in marg. notat.* — [23]) *ms. Bg., edd. Schf. Cont.* 62., *Coll. Ans. ded., Theod. C.*; tantummodo *ms. Pl.* 1.; solummodo *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [24]) prodere *Theod. C., fortasse* procedere; *προςελθεῖν Schol. Bas.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Coll. Ans. ded.* ne *Hal. et rell., Theod. C.* — [26]) VII. *Theod. C.*, VIII. *mavult Iac. Gothofr. in not. f. ad leg. cit.* — [27]) *inverso ordine leguntur conss. in Theod. C.; ms. Pist. huc refert subscr. leg.* 14. *hoc tit.* — [28]) *const.* 15., *falso huc relatam, Zenoni tribuit Cuiac. Obss. VIII.* 13.; *Cont.* 66. *et rell. praeter Cont.* 76. *inscribunt Αὐτοκράτωρ Ζήνων.* — [29]) *ἐπιορκεῖν Leunclav.* — [30]) *βουληθείη Leunclav.* — [31]) *μαρτυρήσαντος Leunclav.*

τὴν ἐπιφερομένην ἐκείνῳ, καθ' οὗ ἐμαρτύρησεν, δίκην καταδικάζειν αὐτόν, ἢ εἰς ἔλαττον, καὶ [1]) τιμωρίαις ὑποβάλλειν αὐτόν, φυλαττομένων πάντων τῶν ἤδη νενομοθετημένων περὶ τῶν τὰ ψευδῆ μαρτυρούντων.

illatam condemnet, vel in minus, et poenis eum subiiciat; servatis omnibus, quae iam statuta sunt de his, qui falsum testimonium perhibent.

B. Supplementum eiusd. ex Schol. Bas.

Ὁ ὀμόσας, φησίν, ἐν δικαστηρίῳ, ὅτι ἀληθῶς ἐμαρτύρησεν, εἶτα ἀποδειχθεὶς ψευδομάρτυς, τιμωρείσθω, ὡς ὁ νόμος φησί· καίτοι ἐπὶ τοῦ ὑπὲρ αὐτοῦ ὀμνύοντος [2]), κἂν φανῇ ὕστερον ψευδῶς ὀμωμοκώς, οὐ τιμωρεῖται, ἀρκοῦντος τοῦ θεοῦ πρὸς τιμωρίαν, πρὸς ὃν ἐξήμαρτε.

Qui iuravit, inquit, in iudicio, se verum dixisse testimonium, et deinde falsus testis deprehensus est, puniatur, uti lege praecipitur. Qui tamen pro se iuravit, si postea periurus deprehendatur, non punitur, quum Deus, in quem deliquit, pro ultione sufficiat.

14. [a]) **Imp. Zeno A. Arcadio** [3]) **P. P. — Nullum penitus, quum semel ad iudicem quemlibet, licet non suum, dicendi gratia testimonium fuerit ingressus, armatam forte militiam vel quamlibet aliam fori praescriptionem ad evadendum iudicis motum, quem vel testimonii verborum improbitas vel rei qualitas flagitaverit, posse praetendere praecipimus, sed omnes, qui in civili scilicet causa suum praebent** [4]) **testimonium, separato et tamquam ante iudicium interim deposito exceptionis fori privilegio, huiusmodi praesidio denudatos, ita** [5]) **indicantis intrare secretum, ut, quicunque** [6]) **aures eius offenderint, non dubitent, sibimet formidandum; data cunctis iudicibus, absque ullo praescriptionis obstaculo (sicut saepe dictum** [7]) **est), in** [8]) **testes, quorum voces falsitate vel fraude non carere perspexerint, pro qualitate videlicet delicti animadvertendi licentia. Dat. XII. Kal. Iun. Constantinop.** [9]) **Decio et** [10]) **Longino Conss. [486.]**

15. [b]) *A. Epitome graec. const.* [11]) *ex Bas.*

Ἡ διάταξις ἀκολούθως τῇ πρὸ αὐτῆς ἐπιτρέπει τοῖς διαιτηταῖς ἐξουσίαν ἔχειν τοὺς τὰ ψευδῆ μαρτυροῦντας ὑποβάλλειν σωφρονισμῷ τῷ δέοντι· ἐὰν ἰδιωτικὴν μὲν [12]) ἐπιγραφόμενοι [13]) τύχην, δύνανται βασανισθῆναι, ἢ ἐὰν συνίδωσιν αὐσηροτέρας τὸ πρᾶγμα δεῖσθαι κολάσεως, καὶ διὰ τοῦ πραίτωρος τοῦ δήμου τούτους ἐπιστρέφειν· εἰ δὲ ζώνην τυχὸν εἴη ὁ μάρτυς περιβεβλημένος, καὶ μὴ δύναται παρὰ τοῦ διαιτητοῦ σωφρονίζεσθαι, τότε γίνεσθαι μὲν ἀναφορὰν πρὸς τὸν ἄρχοντα, τὸν πέμψαντα αὐτῷ τὴν ὑπόθεν, τὰ περὶ τοῦ πράγματος μηνύουσαν, καὶ ἡ τοιαύτη ἀναφορὰ ἀζημίως ἐμφανιζέσθω παρὰ τῷ ἄρχοντι, καὶ λοιπὸν ὁ ἄρχων δεχόμενος τὴν περὶ τῶν μαρτύρων ἀναφοράν, εἰ μὲν εὕροι τὸ πρᾶγμα τελείως κεκριμένον ἐκ τῆς τῶν μαρτύρων καταθέσεως [14]), τὰ περὶ αὐτῶν τῶν μαρτύρων ἐξετάσας, παρέχει τὴν κυτοτελῆ ψῆφον· Ἐὰν δὲ συνίδοι καὶ μετὰ τὴν τῶν μαρτύρων ἐξέτασιν δεόμενον τὸ πρᾶγμα ζητήσεώς τινος, τηνικαῦτα πάλιν παραπεμπέτω τὰ λοιπὰ τοῦ πράγματος πρὸς τὸν διαιτητήν. Ὀφείλει δὲ οὕτω τὰς μαρτυρίας κρίνειν, ὡς εἴρηται ἐν τῇ πρὸ ταύτης διατάξει, τουτέστιν ἵνα μηδεμίαν φόρου παραγραφὴν δύνωνται προβάλλεσθαι πρὸς ἀποφυγὴν τῆς κατ' αὐτῶν [15]) ἀγανακτήσεως, ὡς ἅπαξ ἑκουσίως ἑλόμενοι [16]) μαρτυρῆσαι.

§. 1. Ἐὰν δέ τις τὸν [17]) ἴδιον ἀντίδικον περὶ συγγενείας ἀπαιτήσῃ συστάσεις, λέγων αὐτὸν μὴ εἶναι συγγενῆ, καὶ [18]) ἐλεγχθείη ψευδόμενος, ταύτην ἀπολαμβανέτω τὴν τιμωρίαν, ἵνα, κἂν ταῖς ἀληθείαις ἐστὶ συγγενής, ἀπολέσει τὰ ἐξ ἀδιαθέτου δίκαια τὰ πρὸς ἐκεῖνον, ὃν ἀπῄτησε τὰς περὶ τῆς συγγενείας ἀποδείξεις. Μᾶλλον δὲ ἐπειδὴ τοῦτο τὸ προνόμιον εὐκατα-

15. *Constitutio convenienter praecedenti concedit pedaneis iudicibus facultatem falsos testes competenti poenae subiiciendi; et si quidem privatae sint conditionis, possunt torqueri, vel si putaverint illi, graviore rem indigere animadversione, etiam per praetorem plebis possunt eos coërcere. Quodsi cingulo forte ornatus sit testis, et non possit a iudice pedaneo in eum animadverti, tunc referat ad magistratum, a quo causam delegatam habet, remque omnem ei notam faciat, et haec relatio gratis apud magistratum insinuetur; atque postea magistratus, accepta de testibus relatione, si repererit rem plane apertam ex testium depositione, iis, quae ad testes spectant, discussis definitivam profert sententiam. Si vero cognoscat, rem etiam post testium examinationem aliqua indagatione egere tunc rursus reliquam causam remittat ad iudicem pedaneum. Debet autem ita de testibus iudicare, ut dictum est in praecedenti constitutione, scilicet ut nullam possint fori praescriptionem obiicere ad effugiendum iudicis adversus eos motum, quum sponte testimonium dicendum susceperint.*

§. 1. *Si quis autem a suo adversario cognationis exegerit probationes, dicens, eum cognatum suum non esse, et convincatur mendacii, hanc poenam subeat, ut, quamvis revera cognatus sit, amittat iura successionis respectu eius, a quo probationes cognationis exegit. Maxime vero quia tale privilegium facile sperni poterat, quolibet dicente: etsi in servitutem non*

---

[a]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 108.; *Bas. XXI.* 1. 37. — *Sch. n. o.* — [b]) *Graecae const.* 1., *servatur epitome in Bas. XXI.* 1. 38. (*Fabr. T. II. p.* 519.); 2., *ex Scholiis p — b. ad h. l.* (*Fabr. T. II. p.* 570 — 573.) *certe ex Schol. b. supplementum haurire licet*; 3., *ultima pars cap. Bas. a vv.* χρεία δὲ *est in Synopsi ed. Leunclav. p.* 225. — *Cuiacius Obss. VIII.* 13. *primam partem textus* 3. *a vv.* χρεία δὲ — μαρτύρων *tamquam legem* 13. *restituerat, qua in re asseclam habuit Cont.* 66. *et* 71. (*cfr. not. d. ad l.* 13.). *Rectius textum* 1. *restituit Cuiac. Obss. XIII.* 38., *secutique eum sunt Char. Cont.* 76. *et rell. Equidem eundem sequor et exhibeo ex textu* 2. *Schol. b. cit. Lacunam graec. const. adnotant ex codd. Russ. Cont.* 62.

[1]) ἢ καὶ *Leunclav.* — [2]) *in his verbis latere mendum videtur*; *fortasse* ἐπὶ τοῦ ὑπὲρ αὐτοῦ ὀμνύναι; *equidem in eis vertendis fere Fabrotum secutus sum.* — [3]) Archadio *mss. pleraque.* — [4]) praebeant *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Coll. Ans. ded.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Coll. Ans. ded.*; ad *addunt edd.* — [6]) quodcunque *et postea* offenderit *ms. Pl.* 1., *Coll. Ans. ded., var. l. gl.* — [7]) sicut praedictum *ms. Pl.* 1. *ex correct.* — [8]) in *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Coll. Ans. ded.*; in testes *ab omnibus abesse, haud dubie per errorem adnotat Russ. in marg.* — [9]) *locum, qui abest ab edd.*, *restitui ex ms. Pist.*; *cfr. not.* 27 *ad l.* 12. *hoc tit.* — [10]) Decio et *absunt a ms. Pist.* — [11]) *hanc const. Zenoni tribuit Cuiac. Obss. VIII.* 13. (*cfr. not.* 28. *ad l.* 13. *hoc tit.*); Αὐτοκράτωρ Ζήνων *inscribunt Char. et rell. praeter Cont.* 76. — [12]) μὲν *addidi ex Fabrot.*, *abest illud a Cuiac.* — [13]) ὑπογραφόμενοι *Fabrot.* — [14]) καταθέσεως *Fabrot. in marg. tantum habet.* — [15]) κατ' αὐτὸν *Fabrot.* — [16]) ἑλόμενος *Fabrot.* — [17]) τὸν *abest a Cuiac.*, *additum ex Fabrot.* — [18]) καὶ *add. ex Fabrot.*, *abest a Cuiac.* —

εὐκαταφρόνητον ἦν, ἑκάστου λέγοντος, ὅτι, κἂν μὴ δουλαγωγήσω, οὐ πάντως ἐγὼ μέλλω κληρονομεῖν αὐτόν, ἴσως γὰρ ἐπὶ διαθήκῃ τελευτᾷ [1]), κελεύει ἡ διάταξις τὸν ἀπαιτοῦντα γένους σύστασιν τέως πρὸ πάντων ὀμνύναι, ὡς νομίζων μὴ εἶναι συγγενῆ τὸν διάδικον τοῦτο λέγει. Καὶ εἰ μὲν ἐπομόσεται, δύναται κληρονομῆσαι, λοιπὸν δὲ μετὰ τὸν τούτου ὅρκον ὀφείλει ὁ τὰς συστάσεις ἀπαιτούμενος ταύτας παρασχεῖν. Χρεία δὲ ἐν τῇ ἀποδείξει μαρτύρων πέντε, ἐὰν μὴ ὦσι δικαιώματα πρὸς σύστασιν ἐπιτήδεια· εἰ δέ εἰσι δικαιώματα, ἀρκούμεθα [2]) τρισὶ μάρτυσιν· εἰ δὲ τὸ δικαίωμα τοιοῦτόν ἐστι, ὥστε ἀντὶ πάντων ἀρκεῖν (ἴσως γὰρ ὑπόμνημα δημόσιον ἦν [3])), τότε οὐ δεόμεθα μαρτύρων.

§. 2. Ἐπιφέρει δὲ καὶ ἕτερον κεφάλαιον η διάταξις τοιοῦτον. Ἐάν τις ἐν ὑπομνήμασι καὶ ἐν συμβολαίῳ προσμαρτυρήσῃ, ἀνάγκην ἐχέτω πᾶσι τρόποις καὶ δίκης ἐπὶ τῷ πράγματι κινουμένης μαρτυρῆσαι, κἂν ἕτερον φόρον ἐπιγράφηται· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο εἴπωμεν, βλάπτεται ὁ δεηθεὶς τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας.

non vindicavero, prorsus tamen illi non successurus sum, forte enim testatus decedit, praecipit constitutio, ut probationes generis exigens ante omnia iuret, quod credens, adversarium non esse cognatum, hoc alleget. Ac si quidem iuraverit, potest succedere; caeterum vero post eius iusiurandum debet is, a quo petuntur probationes, eas exhibere. Opus autem est in probatione testibus quinque, si desint instrumenta ad probationem idonea; si vero adsint instrumenta, contenti sumus tribus testibus; quodsi tale sit instrumentum, quod pro omnibus sufficiat (fortasse enim monumentum erat publicum), tunc testibus opus non habemus.

§. 2. *Adiicit autem constitutio et aliud capitulum. Si quis in actis et in instrumento testimonium exhibuerit, postea tale super negotio mota omnimodo teneatur testimonium dicere, quamvis aliud forum excipiatur. Si enim hoc non disponamus, laeditur is, qui testimonio eius indiget.*

B. Supplementum ad §. 2. ex Schol. Bas.

Εἰ δέ τις ἐν πόλει ἢ προαστείῳ αὐτοῦ ὢν μαρτυρίαν ἔγγραφον ἔνειμέ τινι, ἤγουν ἐπὶ καταθέσεως τοῦτο πεποίηκε, μεταστελλέσθω ἀζημίως, καὶ τὴν οἰκείαν βεβαιούτω μαρτυρίαν· εἰ δὲ μή, πάντων δεινότατος πείσεται ὁ τῇ ἐκείνου πιστεύσας μαρτυρίᾳ.

Si vero quis, quum in civitate vel in suburbano suo esset, testimonium scriptum alicui perhibuerit, vel per depositionem id fecerit, evocetur sine ullo impendio et testimonium suum confirmet; quod si minus, omnium iniquissimus habebitur, qui illius testimonio fidem adhibuerit.

16. [a]) *Epitome graec. const. Iustiniani* [a]) *ex Bas.*

Ἡ διάταξις κελεύει, μὴ μόνον ἐν ταῖς ἐγκληματικαῖς δίκαις, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς χρηματικαῖς ἕκαστον ἀναγκάζεσθαι μαρτυρεῖν, μεθ' ὅρκου δόσεως, ἅπερ ἐπίσταται, ἢ ὀμνύειν, ὡς οὐκ ἐπίσταται [5]), ὑπεξῃρημένων τῶν προσώπων τῶν ἀπὸ νόμου κωλυομένων μαρτυρεῖν, καὶ τῶν ἰλλουστρίων, καὶ τῶν ὑπερβεβηκότων αὐτούς, εἰ μὴ [6]) θεῖος γένηται τύπος· καὶ εἰ μὲν ἐνδημοῦσιν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, δι' οἰκείας φωνῆς μαρτυρεῖν, εἰ δὲ ἀπολιμπάνονται, στέλλεσθαι τοὺς τῶν μερῶν ἐντολέας, ἐφ' ᾧ [7]) καταθέσθαι, ἅπερ ἐπίστανται, ἢ ἀπομόσασθαι [8]), ἅπερ ἀγνοοῦσι, δηλονότι καὶ ἐπὶ τῆς ἐν [9]) ὑπομνήμασι μαρτυρίας τῶν αὐτῶν προσώπων ὑπεξῃρημένων.

§. 1. Πάσας δὲ τὰς ἐπὶ τούτοις διαλαλιὰς καὶ τὰς παραγωγὰς ἀζημίους εἶναι τοῖς μάρτυσιν.

16. *Constitutio iubet, non solum in criminalibus iudiciis, sed etiam in pecuniariis unumquemque cogi testimonium perhibere cum iuramenti praestatione de his, quae novit, vel iurare, se nihil compertum habere, exceptis personis, quae lege prohibentur testimonium dicere, et illustribus, et his, qui illustres antecedunt, nisi sacra forma interveniat; et si quidem in regia urbe testes habitent, eos propria voce testimonium ferre, si vero non adfuerint, mitti procuratores partium, ut deponant, quae noverint, vel deierent, quae ignorant, iisdem scilicet personis et in testimonio, quod in actis fit, exceptis.*

§. 1. *Omnes vero de his interlocutiones et productiones sine impendio testium fieri debere.*

17. [b]) **Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Si quis testibus usus fuerit, iidemque testes adversus eum in alia lite producantur, non licebit ei personas eorum excipere, nisi ostenderit, inimicitias inter se et illos postea emersisse** [10]), **ex quibus testes repelli leges praecipiunt; non adimenda scilicet ei licentia, ex ipsis depositionibus testimonium eorum arguere. Sed et si liquidis probationibus datione** [11]) **vel promissione pecuniarum eos corruptos esse ostenderit, etiam eam allegationem integram ei servari praecipimus. Dat. VII.** [12]) **Kal. Iun. Constantinop.** [13]) **Dn. Iustiniano PP.** [14]) **A. II. Cons. [528.]**

18. [c]) **Idem A. Mennae P. P. — Testium facilitatem, per quos multa veritati contraria perpetrantur, prout possibile est, resecantes omnibus praedicimus** [15]), **qui in scriptis a se debita retulerint, quod** [16]) **non facile audiantur** [17]), **si dicant, omnis debiti vel partis solutionem sine scriptis se** [18]) **fecisse, velintque viles et forsitan redemtos testes super huiusmodi solutione**

---

[a]) *Graecae const. servatur epitome* 1., *in Bas. XXI.* 1. 39. (*Fabr. T. II. p.* 521.), *ad quem loc. Scholia c—g.* (*Fabr. T. II. p.* 573—575.) *certum supplementum non praebent; cum Bas. convenit* 2., *Synopsis ed. Leunclav. p.* 225. *Textum* 2. *restituit Cuiacius Obss. VIII.* 13. *tamquam legem* 13., *errore vero numeri, quem servarunt Cont.* 66. 71., *postea cognito tamquam leg.* 16. *in Obss. XIII.* 38.; *sequuntur eum Char. Cont.* 76. *et rell. Equidem sequor text.* 1., *comparato ob varietatem lect. textu* 2. — [b]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 108.; *Decret. Grat. c.* 3. §. 41. *C.* 4. *q.* 2.; *Bas. XXI.* 1. 40. — *Sch. k—m.* (*Fabr. T. II. p.* 576.) — [c]) *Bas. XXI.* 1. 41. (*Fabr. T. II. p.* 522.) — *Sch. n—q.*

[1]) *Fabrot.*; τελευτήσεται *Cuiac.* — [2]) ἀρχούμεθα *Fabrot.*; ἀρνούμεθα *Synopsis.* — [3]) εἴη *Leuncl. in Synops. ad marg.*; ἢ *idem in textu.* — [4]) *huius const. auctorem se profitetur Iustinianus in l.* 19. *hoc tit. et in l.* 2. *C. de fide instrum. IV.* 21.; *de errore eorum, qui Zenoni eam adscribunt, cfr. Witte: Die leges restitutae p.* 178. — [5]) ἢ ὀμνύειν ὡς οὐκ ἐπίσταται *addit Synopsis, absunt a Bas.* — [6]) τε *Synopsis addit*; γε *Leunclav. in marg.* — [7]) ἐφ' οὗ *Bk.* — [8]) *Bas.*; ἐπομόσασθαι *Synopsis.* — [9]) τῆς ἐν *absunt a Synopsi in textu.* — [10]) emersas fuisse *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [11]) donatione *ed. Nbg. Hal. in textu.* — [12]) VII. *abest a ms. Pist.* — [13]) *locum supplevi ex ms. Pist.* — [14]) PP. *addidi ex ms. Pist.* — [15]) praecipimus *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *ms. Pl.* 1 *ex correct.*, *edd. Nbg. Schf.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg Gt., edd. Nbg. Schf.*; quod *abest ab Hal. et rell.*, *qui vero paullo ante* ut qui *in script. habent*; *nobiscum faciunt omnia mss. Russ.* — [17]) audientur *mss. Pl.* 1 *Gt.* — [18]) se *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*

lutione producere, nisi quinque testes idonei et summae atque integrae opinionis praesto fuerint solutioni celebratae, hique cum sacramenti religione deposuerint, sub praesentia sua debitum esse solutum, ut scientes omnes, ita ea statuta esse, non aliter debitum vel partem eius persolvant, nisi vel securitatem in scriptis capiant, vel observaverint praefatam testium probationem; his scilicet, qui iam sine scriptis debitum vel partem eius solverint, praesenti [1]) sanctione merito excipiendis. Sin vero facta quidem per scripturam [2]) securitas sit, fortuito autem casu vel incendii vel naufragii vel alterius infortunii peremta, tunc liceat his, qui hoc perpessi [3]) sunt, causam peremtionis probantibus etiam debiti solutionem per testes probare, damnumque ex amissione instrumenti effugere. Dat Kal. Iun. Constantinop. [4]) Dn. Iustiniano PP. [5]) A. II. Cons. [528.]

Authent. de testibus. §. Et licet. (Nov. 90. c. 2.) — *Rogati, ut in testamentis, non fortuiti vel transeuntes veniant* [6]). *Idem est, si post solutionem rogati intersint confessioni creditoris dicentis, pecuniam sibi debitam solutam fuisse.*

19. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Si quando invitos testes in pecuniariis causis ex nostra lege aliquis trahere [7]) maluerit, si quidem sua sponte fideiussionem suae personae sine damno praestare velint, hoc fieri, sin autem noluerint, non carcerali custodia detrudi, sed sacramento eos committi censemus. Si enim pro toto litis certamine iuriiurando testium credendum esse putaverint hi, qui eos produxerunt [8]), multo magis praesentiam suam testibus in [9]) sacramento eorum credere debent. Sed quum oportet [10]) minime testes in huiusmodi casibus protelari, et pro alienis commodis suas invenire difficultates, disponimus, non amplius testes observare compelli iudices [11]), postquam fuerint admoniti, nisi tantum quindecim dies, intra quos iudices provideant, quatenus cognitionem suscipiant, in qua testes necessarii visi fuerint, ut omnimodo [12]) licentia eis concedatur, et alterutra [13]) parte cessante et minime eos observare volente, si per exsecutores admoniti venire noluerint, testes accipere, et alterutra parte praesente, quae eos introducit, testimonia eorum capere. His autem diebus effluentibus, liceat quidem testibus discedere, iudice nullam habente licentiam eos, postquam abfuerint [14]), iterum retrahere. Ipsum autem iudicem, si per eum steterit, quominus testimonium praestetur [15]), parti laesae omnem iacturam pro huiusmodi causa illatam ex suis facultatibus resarcire disponimus [16]). Dat. XII. [17]) Kal. April. Constantinop. [18]) Lampadio et Oresta [19]) VV. CC. [20]) Conss. [530.]

Authent. de testibus. §. Et hoc vero quia multoties. (Nov. 90. c. 9.) — *Sed et* [21]) *si quis ab aliquo aliquid patiatur contra leges, aut aliter laesus, aut damnum patiens, et* [22]) *testes apud iudicem producere voluerit, et eorum testimonia publicare, adversarius moneatur a iudice, et sic eo praesente iudex attestationes recipiat* [23]). *Quodsi venire noluerit, etiam eo absente attestationes recipiat, et perinde valebunt* [24]), *ac si eo praesente receptae fuissent, nec opponere poterit, quod ex una parte datae sunt.*

20. [b]) Idem A. Iuliano P. P. — Quum apud compromissarios indices testes fuissent producti, variatum erat, utrum deberet eorum depositionibus in iudicio litigator uti, an non esset audiendus. Sancimus igitur [25]), si quidem in compromissis aliquid pro huiusmodi causa statutum est, hoc observari; sin autem nihil conventum est, in huiusmodi casibus, si quidem supersint testes, licentiam habere eum, contra quem depositiones eorum proferuntur, si eas [26]) recusaverit, concedere testes iterum adduci, et non opponi eis, quod iam testimonium suum dederint, vel si hoc concedere minime maluerit, depositiones eorum quasi factas accipere, omni iure legitimo, quod ei competit [27]) adversus eas servato; sin autem ab hac luce omnes subtracti sunt [28]), tunc necessitatem ei imponi, fide scripturae approbata, in qua depositiones eorum referuntur, eas quasi factas accipere. Si vero res permixtae fuerint, et quidam ex his mortui, alii viventes tunc in superstitum quidem testimonio [29]) eandem electionem servari litigatori, adversus quem testimonia proferuntur, in morientium autem personas depositiones eorum non esse respuendas; omni, secundum quod iam praediximus, adversus eas et testes legitimo iure, quod ei competit, adversus quem proferuntur, integro servato [30]). Dat. VI. Kal. April. Constantinop. [31]) Lampadio et Oresta [32]) Conss. [530.]

Tit.

---

[a]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 45. 108.; *Bas. XXI.* 1. 42. — *Sch. r—z.* (*Fabr. T. II. p.* 577.) — [b]) *Bas. XXI.* 1. 43. (*Fabr. T. II. p.* 523.) — *Sch. a—f.* (*Fabr. T. II. p.* 578.); *haec const. communem fontem habet cum l.* 5. *C. de receptis arbitr. II.* 56.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; a praesenti *Russ. et rell.* — [2]) per scripturam *desunt a mss. Bg. Gt., ed. Schf.*; *Russ. in marg. ea declarat pro glossa, quae in textum irrepserit*; *verum iam Bas.* ἀπόδειξις ἔγγραφος. — [3]) professi *ms. Pl.* 1. *ex correct.* — [4]) *locum addidi ex ms. Pist.* — [5]) PP. *inserui ex ms. Pist.* — [6]) *veniant abest ab ed. Nbg.* — [7]) detrahere *Russ. Cont.* 62.; *verum Bas. quoque* ἐάν — τις ἕλκηται. — [8]) *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Bk., Coll. Ans. ded. c.* 108. *cit.*; produxerit *rell. mss. et edd.* — [9]) *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.*; in *abest a ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Coll. Ans. ded.*; oporteat *Hal. et rell.* — [11]) iudiciis *Coll. Ans. ded. c.* 108. *cit.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal., Coll. Ans. ded.*; omnino *edd. Schf. Russ. et rell.* — [13]) altera *Hal.*; θατέρου μέρους *Bas.* — [14]) afuerint *Coll. Ans. ded. c.* 108. *cit.*; affuerint *ed. Nbg.*; adfuerint *Hal. Russ. Cont.* 62. — [15]) praestaretur *ms. Gt.*; praesentetur *Coll. Ans. ded. c.* 45. *cit.* — [16]) disponimus *rectius abest secundum mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Coll. Ans. ded.* — [17]) XI. *Russ. in marg.*; VII. *ms. Pist.*; XV. *Coll. Ans. ded. c.* 45. *cit.* — [18]) *locum supplevi ex ms. Pist. et Coll. Ans. ded. c.* 45. *cit.* — [19]) *ita scribunt Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76., *annuente Coll. Ans. ded. c.* 45. *cit.*; Oreste *rell.* — [20]) VV. CC. *addidi ex ms. Pist. et Coll. Ans. ded. c.* 45. *cit.* — [21]) *Sed et absunt ab ed. Nbg.* — [22]) *et abest ab edd. Schf. Hal. Russ., et recte secundum Novell.* — [23]) *adversarius audire testationes, si praesens est, moneatur ed. Nbg.* — [24]) *Quodsi ven. contemserit, audiat iudex testationes, ita tenentes ed. Nbg.* — [25]) igitur *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [26]) eos *edd. Nbg. Hal.* — [27]) integro *ins. Cont.* 62., *probabiliter respiciens ad finem hui. leg.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal.*; sint *edd. rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; testimoniis *Hal. et rell.*; *mecum faciunt Bas.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; reservato *edd. Schf. Russ. et rell.* — [31]) *locum supplevi ex l.* 5. *C. II.* 56. — [32]) *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Oreste *Cont.* 71. *et rell.*

Tit. XXI.

[a]) DE FIDE INSTRUMENTORUM ET AMISSIONE EORUM, [1]) ET ANTAPOCHIS FACIENDIS, ET DE HIS, QUAE SINE SCRIPTURA FIERI POSSUNT.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Septimiae Martiae [2]). — Debitores tuos quibuscunque rationibus debere tibi pecuniam si probaveris, ad solutionem compellet aditus praeses provinciae [3]); nec oberit tibi amissio instrumentorum, si modo manifestis probationibus eos [4]) debitores esse apparuerit. PP. V. [5]) Id. Septemb. Antonino A. IV. et Balbino II. [6]) Conss. [7]) [213.]

2. [c]) Imp. Alexander A. Mabiliano [8]). — Si uteris instrumento, de quo alius accusatus falsi victus est, et paratus est, si ita visum fuerit [9]), a quo pecuniam petis, eiusdem criminis te reum facere, et discrimen periculi poenae [10]) legis Corneliae subire, non oberit [11]) sententia, a qua nec is, contra quem data est, appellavit, nec tu, qui tunc crimini non eras subiectus, appellare debuisti. PP. III. Kal. Octobr. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

3. [d]) Idem A. Aeliano. — Si adversarius tuus apud acta praesidis provinciae, quum fides instrumenti, quod proferebat, in dubium revocaretur, non usurum se contestatus est, vereri non debes, ne ex ea scriptura, quam non esse veram etiam professione eius constitit, negotium denuo repetatur. PP. III. Non. Decembr. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. [e]) Imp. Gordianus A. Marciano. — Illatae dispensatori pecuniae, si ob amissorum instrumentorum casum probatione defeceris, inspectio rationum fiscalium fidem [12]) demonstrabit. Dat. [13]) prid. [14]) Id. Februar. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

5. [f]) Idem A. Prisco [15]) et Marco, militibus [16]). — Sicut iniquum est, instrumentis vi ignis exstinctis [17]) debitores quantitatum debitarum renuere solutionem, ita non statim casum conquerentibus facile credendum est. Intelligere itaque debetis, non exsistentibus instrumentis, [18]) vel aliis argumentis probare [19]), fidem precibus vestris adesse [20]). PP. III. Kal. Iun. [21]) Sabino II. et Venusto Conss. [240.]

6. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [22]) Lucido [23]). — Statum tuum natali professione perdita mutilatum non esse, certi iuris est. Dat. XIII. Kal. Februar. Nicomediae, Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

7. [h]) Iidem AA. [24]) Zinimae [25]). — Si solemnibus stipendiis honeste sacramento solutus es, licet super huiusmodi re instrumenta, ut dicis, facta perdita sint, tamen, si aliis evidentibus probationibus veritas ostendi potest, veteranorum privilegia etiam te usurpare posse, dubium non est. Dat. XV. Kal. Iun. Maximo II. et Aquilino Conss. [26]) [286.]

8. [i]) Iidem AA. [27]) Alexandro [28]). — Si constiterit, proprietatem possessionis, de qua agitur, apud vos esse, providebit iudex, ex persona fructuarii [29]) nullum praeiudicium dominio vestro [30]) comparari propter amissionem instrumentorum. Dat. [31]) XV. Kal. Mart. Diocletiano III. [32]) et Maximiano [33]) AA. Conss. [287.]

9. [k]) Iidem AA. et CC. Aristaeneto [34]). — Instrumentis etiam non intervenientibus semel divisio recte facta non habetur [35]) irrita. PP. VI. Kal. Iul. AA. Conss. [36]) [293—304.]

10. [l]) Iidem AA. et CC. Victorino. — Quum instrumentis etiam non intervenientibus venditio facta rata maneat, consequenter amissis etiam, quae intercesserant, non tolli substantiam veritatis placuit. Dat. VIII. [37]) Kal. Novemb. Retinassi [38]), AA. [39]) Conss. [293—304.]

11. [m]) Iidem AA. et CC. Theagenae [40]). — Emancipatione facta, etsi actorum tenor non exsistat, si tamen aliis indubiis probationibus, vel ex personis vel ex instrumentorum incorrupta fide, factam esse emancipationem probari possit, actorum interitu veritas convelli non solet. Dat. [41]) III. Id. Novembr. AA. [42]) Conss. [293—304.]

12. [n]) Iidem AA. et CC. Dionysiae. — Non idcirco minus in vacuam inductus praedii possessionem donationis causa, quod eius facti praetermissum instrumentum asseveratur, hanc obtinere potes. Dat. Id. Decemb. Nicomediae, AA. Conss. [293—304.]

13. [o]) Iidem AA. et CC. Leontio. — Apud eos, qui rem gestam [43]) ignoraverunt, amissorum instrumen-

---

[a]) *Dig. XXII.* 4. — [b]) *l.* 1. *Greg. C. si amissis vel debit. redd. IV.* 2.; *Bas. XXII.* 1. 60. (*Fabr. T. III. p.* 12.) — *Sch. e.* (*Fabr. T. III. p.* 70.) — [c]) *Bas. XXII.* 1. 61. — *Sch. f.* — [d]) *Bas. XXII.* 1. 62. — *Sch. g.* (*Fabr. T. III. p.* 71.) — [e]) *Bas. XXII.* 1. 63. — *Sch. h.* — [f]) *l.* 2. *Greg. C. si amissis vel debit. redd. IV.* 2.; *Bas. XXII.* 1. 64. — *Sch. i. k.* (*Fabr. T. III. p.* 72.) — [g]) *Bas. XXII.* 1. 65. (*Fabr. T. III. p.* 13.) — *Sch. l.* — [h]) *Bas. XXII.* 1. 66. — *Sch. m. n.* — [i]) *Bas. XXII.* 1. 67. — [k]) *Bas. XXII.* 1. 68. — *Sch. o.* (*Fabr. T. III. p.* 73.) — [l]) *Bas. XXII.* 1. 69. — *Sch. p.* — [m]) *Bas. XXII.* 1. 70. — *Sch. q.* — [n]) *Bas. XXII.* 1. 71. — *Sch. r.* — [o]) *Bas. XXII.* 1. 72. — *Sch. s.* (*Fabr. T. III. p.* 74.)

[1]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; et (de) apochis *inserunt edd. omnes*, *haud recte secundum Russ. Cont. in marg.* — [2]) Marchiae *om.* Septimiae *pleraque mss.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. 76.; Martiae *Cont.* 62.; Septimiae Martiae *ex cod. Greg. Cont.* 71. *et rell.* — [3]) vir clarissimus *addit Greg. C.* — [4]) eosdem *Greg. C.* — [5]) V. *abest a Greg. C.* — [6]) II. *ins. Greg. C. ex ed. Haenel.*, *Bk.*; *abest illud ab Hal. et rell.* — [7]) *ms. Pist. huc refert subscr. leg.* 4. *hoc tit.* — [8]) Maniliano, Manilio, Miliano, Maliano *mss. nonn.*; Mamiliario *al.* — [9]) ille *ins. ms. Pl.* 1.; ei *add. ms. Pl.* 2. — [10]) poenae *a quibusdam recte deesse*, *Russ. et Cont. in marg. notant.* — [11]) tibi *ins. mss. Pl.* 1. 2. — [12]) fidem *serius esse additamentum*, *Russ. in marg. sine iure contendit.* — [13]) PP. *ms. Pist.* — [14]) *ms. Pist.*; II. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 7. *ad l.* 1. *hoc tit.* — [15]) Aurelio Prisco *Greg. C.* — [16]) militi *mss.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Greg. C.*; consumtis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) vos *inserunt Hal. Bk.*, *contra mss. et Greg. Cod.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Greg. C.*; debere *addunt Russ. et rell. Caeterum hic locus per coniecturam sanandus esse videtur, fortasse ita:* vel al. argum. probatae fidei, fidem precibus vestris adesse. — [20]) assistere *Greg. C.* — [21]) Iul. *Greg. C.*; *ms. Pist. huc refert subscr. const.* 7. *vel* 8. *seq.* — [22]) *mss. Pist. Pl.* 1., *Hal. Bk.*; et CC. *addunt rell. mss. et edd.* — [23]) Lucidi *mss. pleraque.* — [24]) *ms. Bg.*, *Hal. Bk.*; et CC. *addunt mss. et edd. rell.* — [25]) Linimae, Ziminae, Zinimiae *mss. nonn.* — [26]) *huc trahenda esse videtur subscr.*, *quam ms. Pist. legi* 5. *hoc tit.* PP. XII. Kal. Iul. Max. II. et Aquil. coss. — [27]) *ms. Pist.*, *Hal. Bk.*; et CC. *addunt rell. mss. et edd.* — [28]) Alexandrae *mss. pleraque.* — [29]) fructuariae *ms. Pl.* 1. — [30]) vestro *abest ab Hal.* — [31]) PP. *ms. Pist.* — [32]) II. *Hal. et rell.*, *praeter Sp. Bk.! nobiscum facit ms. Pist.* — [33]) II. *ins. ms. Pist.* — [34]) Aristenato, Arinesto, Aristeneto *mss. nonn.* — [35]) habeatur *ms. Bg.* — [36]) *hanc subscr.*, *quae abest ab Hal. et rell.*, *restitui ex ms. Pist.* — [37]) XI. *ms. Pist.*; VII. *Russ. in marg.* — [38]) Reginassi *ms. Pist.*; *cfr. not.* 30. *ad l.* 8. *C. IV.* 20. — [39]) CC. *ms. Pist.* — [40]) Theageni *mss. pleraque.* — [41]) PP. *ms. Pist.* — [42]) CC. *ms. Pist.* — [43]) scilicet indices *addi in aliis docet Russ. in marg.*; *quod ex glossa irrepsisse in textum*, *ex ipsa apparet glossa ad h. l.*

mentorum habita testatio nihil ad probationem veritatis prodesse potest. Dat. [1]) XVI. Kal. Ianuar. Nicomediae, AA. Conss. [293—304.]

14. [a]) Imp. Constantinus A. et C. [2]) ad Severum, Comitem Hispaniarum. — Scripturae diversae et [3]) fidem sibi invicem derogantes, ab una eademque [4]) parte prolatae, nihil firmitatis habere potuerunt [5]). Dat. IV. Non. Mai. Constantinop. Dalmatio et Zenophilo Conss. [6]) [333.]

15. [b]) Imp. Constantinus A. ad populum. — In exercendis litibus eandem vim obtinent tam fides instrumentorum, quam depositiones testium. Dat. Romae, XII. Kal. August. Gallicano et Basso Conss. [7]) [317.]

16. [c]) *Epitome graec. const.* [8]) *ex Bas.*

Ἐὰν ἐναγόμενός τις ἀρνήσηται χεῖρα ἰδίαν προφερομένην [9]) *ἐν γραμματείῳ, ἢ ἐν πυκτῇ* [10]), *ἢ ἐν ἑτέρῳ χάρτῃ, εἰ μὲν ἀπὸ συγκρίσεως ἐλεγχθείη, τουτέστιν αὐτοῦ ἑτέρας προφερομένης χειρός, καὶ ἀντεξεταζομένης πρὸς τὴν ἐν τῷ γραμματείῳ κειμένην, διδόναι αὐτὸν λόγῳ προστίμου τῷ ἐνάγοντι ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ψεύδους νομίσματα* [11]) *κδ'. Ἐὰν δὲ ἢ συμβολαιογράφος παρενεχθῇ, παρ' ᾧ* [12]) *τὸ συμβόλαιον ἐγράφη, ἢ καὶ ἕτεροί τινες μαρτυροῦντες τῇ ἀληθείᾳ, τότε αὐτὸν πρὸς τῷ ἐπιτιμίῳ* [13]) *τῶν κδ'. νομισμάτων οὐδὲ παρρησίαν* [14]) *δύνασθαι* [15]) *ἔχειν πρὸς τὸ ἀντιτιθέναι τὴν τῆς ἀναργυρίας παραγραφήν, λέγοντα, ὅτι, κἂν τὸ συμβόλαιον ἐγένετο, οὐκ ἐδόθησαν τὰ* [16]) *ἐν αὐτῷ γεγραμμένα, ἀλλὰ πάντως καταδικάζεσθαι, κἂν εἰ μηδὲν αὐτῷ ταῖς ἀληθείαις κατεβλήθη.*

§. 1. *Ταῦτα μέν* [17]), *ἐὰν ἐνάγηταί τις ἐξ οἰκείου συναλλάγματος. Εἰ δὲ ἐπίτροπός ἐστιν ἢ κουράτωρ ἑνὸς τῶν κουρατωρευομένων προσώπων, εἴτε ἄρρην ἐστί* [18]), *εἴτε θῆλεια κατὰ τὰς διατάξεις ἐπιτροπεύουσα τῶν ἰδίων* [19]) *παίδων, καὶ χεῖρα ἰδίαν προφερομένην ἐν* [20]) *τῷ συναλλάγματι τῶν ἐπιτροπευομένων ἢ κουρατωρευομένων ἀρνήσηται* [21]), *τηνικαῦτα, εἰ μὲν ἀπὸ μόνης συγκρίσεως ἐλεγχθείησαν ψευδόμενοι, παρέχειν αὐτοὺς τὰ κδ'. νομίσματα* [22]); *εἰ δὲ ἐκ παραγωγῆς συμβολαιογράφου ἢ μαρτύρων, τὴν μὲν τῆς ἀναργυρίας παραγραφὴν μὴ ἀναιρεῖσθαι τοῖς ἐπιτροπευομένοις ἢ κουρατωρευομένοις προσώποις (οὐδὲν γὰρ ἥμαρτον ἐκεῖνοι), αὐτοὺς δὲ τοὺς* [23]) *ἐπιτρόπους ἢ κουράτωρας ἑτέρους εἰκοσιτέσσαρα χρυσοῦς λόγῳ προστίμου διδόναι τῷ ἐνάγοντι, ἐχόντων τῶν ἐπιτροπευομένων καὶ κουρατωρευομένων σωζομένην αὐτοῖς τὴν τῆς ἀναργυρίας παραγραφήν. οὔτε γὰρ δίκαιόν ἐστιν, αὐτοὺς ἐξ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ζημιοῦσθαι.*

§. 2. *Ταῦτα περὶ τῶν ἐναγομένων εἰποῦσα ἡ διάταξις ἔρχεται καὶ εἰς τὸ τῶν ἐναγόντων πρόσωπον, κελεύουσα, ἵνα, ἐὰν* [24]) *ὁ ἐνάγων χεῖρα ἰδίαν ἀρνήσηται* [25]) *κειμένην ἐν χάρτῃ κατ' αὐτοῦ προφερομένῳ (τυχὸν ἐν ἀποληπτικῇ ὁμολογίᾳ), καὶ αὐτὸς ὁμοίως, εἰ μὲν ἐκ μόνης συγκρίσεως ἐλεγχθείη, παρα-*

16. *Si reus aliquis negaverit manum propriam prolatam in cautione vel tabella vel alia charta, si quidem ex comparatione is convincatur, hoc est alia eius prolata manu, et comparata cum ea, quae est in cautione, det is poenae nomine actori pro mendacio viginti quatuor aureos. Si vero aut tabellio productus fuerit, apud quem instrumentum scriptum est, aut alii etiam quidam testes de veritate deponentes, tunc ipse praeter poenam viginti quatuor aureorum nec possit habere licentiam obiiciendae exceptionis pecuniae non numeratae, ita ut dicat, quamvis instrumentum factum fuerit, ea tamen, quae in eo scripta sunt, non fuisse data, sed omnimodo condemnetur, etiamsi nihil ipsi revera solutum est.*

§. 1. *Haec quidem obtineant, si quis conveniatur ex proprio contractu. Si vero tutor est aut curator unius eorum, qui sub cura esse solent, sive masculus sit, sive femina secundum constitutiones tutelam gerens propriorum liberorum, et manum propriam prolatam in contractu eorum, qui sub tutela aut cura sunt, infitiatus fuerit, tunc, si quidem ex sola comparatione convincantur mentiri, praestent ipsi viginti quatuor aureos; si vero ex productione tabellionis aut testium, pecuniae quidem non numeratae exceptio ne adimatur his, qui sub tutela vel cura sunt (neque enim peccarunt illi), sed ipsi tutores aut curatores alios viginti quatuor aureos poenae nomine dent actori, salva iis, qui sub tutela aut cura sunt, pecuniae non numeratae exceptione. Neque enim aequum est, ipsos ex alienis peccatis damno affici.*

§. 2. *Haec postquam de reis dixit constitutio, transit et ad actorum personam, sanciens, ut, si actor manum suam infitietur positam in charta contra ipsum prolata (forte in apocha), et ipse similiter, si quidem ex sola comparatione convincatur, praestet viginti quatuor aureos, si vero ex productione tabellionis aut testium,*

---

[a]) *l. 2. Th. C. de fide testium XI.* 39.; *Bas. XXII.* 1. 73. (*Fabr. T. III. p* 14.) — *Sch. t.* — [b]) *Bas. XXII.* 1. 74. — *Sch. u.* — [c]) *Graec. const. epitomen servant Bas. XXII.* 1. 75., *cum quibus convenit Synopsis* (*ed. Leunclav. p.* 232.). *Ex Bas. restituit Cuiac.* (*Obss. X.* 8.), *in Codicem restituta retulerunt Char. Cont.* 76. *et postea rell. Const. graec. lacunam hic indicant mss. Pist. Bg., post leg.* 17. *ms. Vat. Ex l. 5. Th. C. de fide testium XI.* 39. *restituere conatus est Aut. August.* (*Coll. const. graec. p.* 172.)

[1]) Subdita *Russ. in marg.* — [2]) *Theod. C., Cont.* 62. *Bk.*; Iidem AA. et CC. *mss. et edd. rell., ms. vero Pist. omissis* et CC. *Depravari ita haec inscriptio in mss. eo facilius potuit, quo magis signa dignitatum accedunt ad similitudinem inscriptionum in constitutt. praecedentt. Dubium vero de sequendo Theod. C. parere potest subscriptio leg. seq., ex qua, si recte se habet, non sine iure aliquis coniiciat, nostram const., quippe praepositam sequenti, falsam habuisse inscr. et subscr. iam ex errore Triboniani.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; et *abest ab Hal. et rell.* — [4]) ab altera *Theod. C.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg., Theod. C.*; poterunt *ms. Bg., edd. Schf. Hal. et rell.* — [6]) *Theod. C., Cont.* 62. (*qui habet* III. Non.) *Bk.*; Dat. IV. Kal. Maii Viminacii, CC. Conss. *Hal. et rell.* — [7]) *cfr. not.* 2. *ad const. praeced.* — [8]) *Zenonis fortasse hanc const. esse, notatum in libro Aured. refert Char. in marg.* — [9]) *Bas. secundum Fabr., Synops.*; *προσφερομένην Cuiac. et edd. Cod.* — [10]) *Bas. secundum Fabr.*; *ἢ ἐν πυκτῇ desunt a Cuiac. et edd. Cod. praeter Bk.*; *ἐν προικὶ Synopsis.* — [11]) *pro νομίσματα scribunt* NN. *Cuiac. et edd. Cod. praeter Bk., et sic infra saepius.* — [12]) *παρ' οὗ Synopsis in marg.* — [13]) *ἐπιτίμῳ Bas. secundum Fabr.* — [14]) *παρουσίαν Bas. secundum Fabr.* — [15]) *δύναται Synopsis.* — [16]) *Synops., Bas. secundum Fabr., Cont.* 76. *Bk.*; *ἐδόθη πάντα Char. Pac. Sp.* — [17]) *μὲν abest a Bas. secundum Fabr.* — [18]) *Bas. secundum Fabr., Bk.*; *εἴτε et ἐστί absunt a rell. et e Synopsi.* — [19]) *οἰκείων Bas. secundum Fabr.* — [20]) *ἐπὶ Bas. secundum Fabr., Bk.* — [21]) *ἀρνήσεται Bas. secundum Fabr.* — [22]) *νούμμους omisso τὰ Bas. secundum Fabr., Bk.* — [23]) *Bas. secundum Fabr., Synops., Bk.*; *τοὺς abest ab edd. rell.* — [24]) *Bas. secundum Fabr., Bk.*; *εἰ Cuiac. et edd. rell.* — [25]) *ἀρνήσεται Bas. secundum Fabr.*

παράσχῃ τὰ κδ'. νομίσματα, εἰ δὲ ἐκ παραγωγῆς συμβολαιογράφου ἢ μαρτύρων, τηνικαῦτα πᾶσι τρόποις ὑπολογίζεσθαι αὐτὸν τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀποδείξει περιεχόμενα, κἂν μὴ ταῖς ἀληθείαις κατεβλήθησαν ἐπὶ αὐτοῦ [1]). Ταῦτα, ἐὰν οἰκείῳ ὀνόματι ἐνάγηται. Ἐὰν δὲ ἐπίτροπός ἐστιν ἢ κουράτωρ, δίδωσι μὲν διπλάσιον τὸ ἐπιτίμιον τῶν κδ'. νομισμάτων, ὁ δὲ ἐπιτροπευόμενος ἢ κουρατωρευόμενος δύναται ἀντιτιθέναι τῇ ἀποδείξει τὴν ἀναργυρίαν.

testium, tunc modis omnibus detrahat quae continentur in illa charta, etiamsi revera ei non sint soluta. Haec, si proprio nomine agat. Si vero tutor est aut curator, praestat quidem duplam poenam viginti quatuor aureorum, sed is, qui sub tutela aut cura est, potest obiicere instrumento exceptionem non numeratae pecuniae.

17. [a]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Contractus venditionum vel permutationum vel donationum, quas intimari non [2]) est necessarium, dationis [3]) etiam arrharum vel alterius cuiuscunque causae, illos tamen, quos [4]) in scriptis fieri placuit, transactionum [5]) etiam, quas in instrumento recipi convenit, non aliter vires habere sancimus, nisi instrumenta in mundum recepta, subscriptionibusque partium confirmata, et, si per tabellionem conscribantur, etiam ab ipso completa, et postremo [6]) partibus absoluta sint, ut nulli liceat prius, quam haec ita processerint [7]), vel a scheda conscripta, licet literas unius partis vel ambarum habeat, vel ab ipso mundo, quod necdum est impletum vel [8]) absolutum, aliquod ius sibi ex eodem contractu vel transactione vindicare; adeo ut nec illud in huiusmodi venditionibus liceat dicere, quod pretio statuto necessitas venditori imponatur vel contractum venditionis perficere, vel id, quod emtoris interest, ei [9]) persolvere. Quae tam in postea conficiendis instrumentis, quam in his, quae iam scripta nondum autem absoluta sunt, locum habere praecipimus, nisi iam super his transactum sit vel iudicatum, quae retractari non possunt, exceptis emtionalibus tantum instrumentis, iam vel in scheda vel in mundo conscriptis, ad quae praesentem sanctionem non extendimus, sed prisca iura in his tenere [10]) concedimus. Illud etiam adiicientes, ut et [11]) in posterum, si quae arrhae super facienda emtione cuiuscunque rei datae sunt sive in scriptis sive sine scriptis, licet non sit specialiter adiectum, quid super iisdem arrhis non procedente contractu fieri oporteat, tamen et qui vendere pollicitus est, venditionem recusans, in duplum eas reddere cogatur, et qui emere pactus est, ab emtione recedens, datis a se arrhis cadat, repetitione earum deneganda. Dat. Kal. Iun. [12]) Constantinop. [13]) Dn. Iustiniano A. II. Cons. [528.]

18. [b]) Idem A. Mennae P. P. — Iudices, sive in hac inclyta urbe sive in provinciis, ea [14]), quae disposuimus (ut possint, si hoc perspexerint [15]), occasione testium in aliis locis degentium litigantes vel procuratores eorum ibi destinare, ut depositionibus sub utriusque partis praesentia factis res ad eos referatur [16]), etiam in illis servare [17]) volumus, qui prolatis instrumentis fidem adhibere exiguntur, ut, si poposcerint, in aliis locis id eis facere permitti [18]), et si hoc iuste peti iudex invenerit, similis proferatur sententia, ut, postquam in locis opportunis fides instrumento data vel minus data fuerit, referatur negotium ad priorem iudicem. Dat. VIII. Id. April. Decio V. C. Cons. [529.]

Authent. de testibus. §. Et quoniam. (Nov. 90. c. 5.) — *Apud eloquentissimum aliquem iudicem vel defensorem civitatis, sive a provincia in provinciam, vel ab urbe in urbem, sive ab urbe in provinciam haec petantur. Sed hoc in civilibus tantummodo causis; nam in criminalibus testes apud iudices repraesentandi sunt, et quum res exegerit, tormentis subiiciendi.*

19. [c]) Idem A. Demostheni P. P. — Plures, apochis vel reditnum vel usurarum perceptis, si quando super his fuerit dubitatio exorta, eas habere se [19]) negando, ius agentium faciunt vacillare, quum coloni adversus dominum [20]) certantes et sibi iniquam forte libertatem vindicantes, vel debitores creditoribus suis temporalem praescriptionem opponere cupientes, ad easdem infitiationes perveniunt. Quod resecantes inhibemus, ut in praefatis casibus vel aliis privatis similibus, si voluerit is, qui apocham conscripsit, vel exemplar cum subscriptione eius, qui apocham suscepit, ab eo accipere, [vel antapocham suscipere [21]),] omnis ei licentia hoc facere concedatur; necessitate imponenda apochae susceptori antapocham reddere, ita tamen, ut si hoc is, qui apocham conscribit [22]), facere neglexerit vel non curaverit, nullum ei praeiudicium ex eo, quod antapocham non recepit, generetur, quum hoc, quod pro quibusdam introductum est, inferre eis iacturam minime rationi convenit [23]) aequitatis. Dat. XII. Kal. Octobr. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [529.]

20. Idem A. Iuliano P. P. — Comparationes literarum ex chirographis fieri et aliis instrumentis, quae non sunt publice confecta, satis abundeque occasionem criminis [24]) falsitatis dare et in iudiciis et in contractibus, manifestum est. Ideoque sancimus, non licere

---

[a]) *Bas. XXII.* 1. 76. (*Fabr. T. III. p.* 16.) — *Sch. c. d.* (*Fabr. T. III. p.* 77.) *Prima huius const. partic. est in Glossa Taurin.* (*Savigny Gesch. d. R. R. T. II. p.* 471.) — [b]) *Bas. XXII.* 1. 77. — *Sch. e.* (*Fabr. T. III. p.* 79.) — [c]) *Bas. XXII.* 1. 78. (*Fabr. T. III. p.* 17.) — *Sch. f—h.*

[1]) κατεβλήθησαν αὐτῷ *Bas. secundum Fabr., Bk.* — [2]) non *abest ab Hal.; verum negationem firmat quoque Schol. Bas. exhibens* τὸ κατὰ πόδας *et glossa Taurin.* — [3]) donationis *mss. Bg. Pl.* 2.; dationes *Hal. Russ.; sed nostram lect. defendunt omnes codd. Russ. et Cont., ut ipsi in marg. notant;* donationes *glossa Taurin.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et vetera Cont., edd. Nbg. Schf.;* quas tamen *Hal. et rell.;* illos tantum quos *glossa Taurin.* — [5]) transactiones *veteres codd. Cont., quibuscum magis convenire videntur Bas., cfr. etiam infra vv.* ex eodem contractu vel transactione. — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Hal. Cont.* 62., *glossa Taurin.;* a *inserit Russ. contra omnes suos codd., postea Cont.* 66. *et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Schf. Cont.* 62., *omnia mss. Russ.;* praecesserint *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell., glossa Taurin.* — [8]) et *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., glossa Taurin.* — [9]) ei *abest ab edd. Nbg. Hal.* — [10]) teneri *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; et *abest ab Hal. et rell.* — [12]) Iul. *ms. Pist.* — [13]) *Russ. in marg., Cont.* 62., *ms. Pist.; locus abest ab Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., aliqua mss. Russ. et Cont.;* secundum ea *ms. Pl.* 2., *edd. omnes.* — [15]) prospexerint *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.;* εἴτε συνίδωσι *Bas.* — [16]) haec *ins. ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.; pro* referatur *habet* revertantur *ed. Schf.* — [17]) servari *mss. Pl.* 1. 2. — [18]) *mss. Pl.* 1. 2.; permittant *ms. Bg., ed. Schf.;* permittatur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) se *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62. — [20]) ad dominum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia mss. Russ.;* ad dominium *Hal.* — [21]) *inclusa desunt in mss. Pl.* 2. *Bg. Gt. et improbantur a Russ. et Cont. in marg., nec conveniunt cum Bas.; sunt autem in ms. Pl.* 1. *ex emendat., inque omnibus edd.* — [22]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* conscripsit *ms. Pl.* 1.; conscripserit *Russ. et rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* conveniat *Russ. et rell.* — [24]) crimini *mss. Pl.* 2. *Bg.* —

licere comparationes literarum ex chirographis fieri, nisi trium testium habuerint subscriptiones, et [1]) prius literis eorum fides imponatur vel [2]) ipsis hoc deponentibus (sive cunctis, sive omnimodo duobus ex his), sive [3]) comparatione literarum testium procedente. Et tunc ex huiusmodi chartula iam probata comparatio efficiatur [4]). Aliter [5]) etenim fieri comparationem nullo concedimus modo, licet in semetipsum aliquis chartam conscriptam proferat, sed tantummodo vel [6]) ex forensibus vel publicis instrumentis, vel ex [7]) huiusmodi chirographis, quae enumeravimus, comparationem tractandam. Omnes autem comparationes non aliter fieri concedimus, nisi iuramento antea praestito ab his, qui comparationem faciunt, fuerit affirmatum, quod neque lucri causa, neque inimicitiis, neque gratia tenti huiusmodi faciunt comparationem. Et hoc observari tam in omnibus sacris nostris scriniis, quam in apparitione omnis sublimissimae praefecturae nec non magisteriae potestatis, ceterisque omnibus indiciis, quae in orbe nostro constituta sunt, his omnibus in posterum observandis [8]). Comparationes etenim iam antea factas retractari, extra periculum minime est. Dat. XIV. Kal. April. Lampadio et Oresta [9]) Conss. [530.]

Authent. de his, qui ingrediuntur ad appellat. §. Illud etiam indicavimus. (Nov. 49. c. 2.) — *Ad haec ex his literis, quibus adversarius tuus utitur et profert, recte petis examinationem fieri. Item et charta, quae profertur ex archivo publico, testimonium publicum habet.*

Authent. de instrumentor. cautela et fide. §. Oportet vero. (Nov. 73. c. 8.) — *At si contractus fiat in civitate, et unam libram auri excesserit, omnimodo collationi adsit argumentum* [10]) *quodlibet, nec credatur ei soli.*

21. [a]) Idem A. Iuliano [11]) P. P. — Quum quidam instrumentum protulerit vel aliam chartulam, eique fidem imposuerit, postea autem persona, contra quam ista chartula vel instrumentum prolatum est, quasi falsum hoc constitutum redarguere nitatur [12]), ne diutius dubitetur, utrum necessitatem ei, qui protulit, imponi oporteat [13]) repetita vice hoc proferre, an sufficiat fides iam [14]) approbata, sancimus, si aliquid tale eveniat, eum, qui petit iterum eam chartam proferri, prius sacramentum praestare, quod existimans, se posse falsum redarguere quod prolatum est, ad huiusmodi veniat petitionem. Quid enim, si, quum nosset deperditam esse chartam vel forte concrematam vel alio modo diminutam, hanc requiri assimulans, et ad difficultatem productionis respiciens, huiusmodi faciat [15]) petitionem? Et postquam hoc ab actore vel petitore fuerit iuratum, et inscriptionum pagina apud competentem iudicem deposita, tunc necessitatem imponi ei, qui protulit chartam, de qua quaeritur, iterum eam apud iudicem criminis proferre, quatenus possit apud eum crimen falsitatis ventilari. Sin autem dicat, non esse sibi possibile eam ostendere, quia per fortuitos casus huius [16]) copia ei abrepta est [17]), tunc subeat sacramentum, quod nec habeat [18]) eandem chartulam, nec alii eam dederit, nec apud alium voluntate eius constituta sit, nec dolo malo fecerit, quominus appareat [19]), sed revera ipsa chartula sine omni dolo sit deperdita, et productio eius sibi impossibilis sit; et si tale subeat sacramentum, ab huiusmodi necessitate eum relaxari [20]). Quod si praedictum iusiurandum subire minime maluerit, tunc quasi falsa chartula nullas habeat vires adversus eum, contra quem prolata est, sed sit penitus evacuata. Neque enim ulterius poenam produci contra eos, qui non iuraverint, volumus, quum forsitan quidam, subtili reverentia tenti, nec verum sacramentum praestare patiuntur. Eandem autem copiam ei praestamus, donec causa apud iudicem ventilatur. Si enim iam plenissimum finem accepit, et neque per appellationem suspensa est, neque per solitam [21]) retractationem adhuc lis vivere speratur, tunc satis durum est huiusmodi querelae indulgeri, ne in infinitum causae retractentur, et sopita iam negotia per huiusmodi viam iterum aperiantur, et contrarium aliquid nostro eveniat proposito. Dat. V. Kal. Mart. Lampadio et Oresta [22]) VV. CC. Conss [530.]

22. [b]) *Epitome graec. const. Iustiniani* [23]) *ex Bas.*

Ἐάν τις ἀπαιτουμένος ἐν δικαστηρίῳ παραγαγεῖν δικαίωμα οὐ καθ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καθ' ἑτέρου [24]) τινός, συμβαλλόμενον δὲ ἑτέρῳ, παραιτεῖται τοῦτο προαγαγεῖν [25]), ὡς ἐκ τούτου βλάβην εὐλαβούμενος, ὁ δὲ ἀπαιτῶν τὸν χάρτην [26]) προενεχθῆναι [27]) λέγει μηδὲν αὐτὸν ἀδικεῖσθαι, ἀλλ' ἢ χρήματα εἰληφέναι παρὰ τῶν μελλόντων ἐλέγχεσθαι ὑπὸ τοῦ προφερο-

22. *Si quis provocatus in iudicio, ut edat instrumentum non adversus se ipsum, sed adversus alium quemdam, alteri autem profuturum, recuset illud edere, utpote damnum inde metuens, is vero, qui chartam petit exhiberi, contendat, nullo illum damno affici, sed pecuniam hunc accepisse ab iis, qui ex edito instrumento sunt convincendi, vel aliam quam causam ab*

---

[a]) *Bas. XXII.* 1. 79. (*Fabr. T. III. p.* 18.) — *Sch. i—m.* (*Fabr. T. III. p.* 80.) — [b]) *Graecae const epitome servatur* 1., *in Bas. XXII.* 1. 80. (*Fabr. T. III. p.* 18.), 2., *in Synopsi* (*ed. Leunclav. p.* 97.), *quae fere convenit cum Bas.*, *omissa tamen penitus* §. 3. *Text.* 2. *restituit Ant. August.* (*Coll. const. graec p.* 172.), *neque alium edidit Cuiac. Obss. X.* 8.; *hunc sequuntur Cont.* 76. *Char. Pac. Sp.*, *ita tamen, ut omnes, praeter Cont.* 76., *textum* 1. *a Cuiacio restitutum arbitrati, falso Basilica tamquam restitutionis fontem designent Textum* 1., *quem equidem exhibeo, praebet et Bk. — Caeterum plures etiam in calce hui. tit. exciderunt graecae constt., uti probat Witte Die leges restitutae p.* 181.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; ut *Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; ex *addunt ms. Bg.*, *Hal. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *probabiliter et ms. Bg.*; sine *edd. omnes.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; fiat *Hal. et rell.* — [5]) non aliter *et postea* ullo *ms. Gt.*, *ed. Nbg.*, *var. l. gl.*; naturaliter *ms. Pl.* 1. *ex correct.*, *var. l. gl.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; vel *abest ab Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; ex *abest ab edd. Schf. Hal. et rell.* — [8]) in postremum conservandis *ms. Bg.* — [9]) Oreste *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.*; *hanc subscr. legi* 12. *hui. tit. adscriptam habet ms. Pist.* — [10]) *augmentum edd. Schf. Hal. Russ.*, *var. l. gl.* — [11]) Iohanni *ms. Bg.* — [12]) niteretur *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [13]) oporteret *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [14]) pridem *addunt mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 1. *ex recent. adiect.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [15]) facit *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [16]) huiusmodi *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [18]) *hic et in sqq.* dederit, fecerit, sit, *et indicativorum in mss. et edd. princc. promiscuus est usus adeoque crebrior.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; ea *addunt ms. Pl.* 2., *edd. omnes.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; necessitate relaxetur *Hal. et rell.* — [21]) solitam *abest a ms. Bg.* — [22]) Oreste *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.* — [23]) *ad hanc const. tamquam suam provocat Iustinianus in Edicto IX. cap.* 7. — [24]) ἀλλὰ ἑτέρου *Bas. secundum Fabr.* — [25]) παραγαγεῖν *Synops. secundum August.* — [26]) χάρτον *Synops. ex lect. August.*, *et sic saepius.* — [27]) προσενεχθῆναι *Bas. secundum Fabr.*, *Synops. secund. August.*

φερομένου [1]) δικαιώματος, ἢ ἑτέραν τινὰ προβάλλεσθαι πρόφασιν, ἑαυτὸν δὲ μεγάλα βλάπτεσθαι [2]) μὴ προφερομένου τοῦ δικαιώματος [3]), βούλεται μὲν ἡ διάταξις τὸν ἔχοντα τὸ δικαίωμα προφέρειν αὐτό, εἰ μηδὲν ἐκ τῆς προκομιδῆς αὐτοῦ μέλλει καταβλάπτεσθαι· εἰ δὲ τῇ ἀληθείᾳ βλάβην αὐτῷ ποιεῖ [4]) προφερόμενον τὸ δικαίωμα, μὴ ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν προκομίζειν αὐτό, ἐπειδὴ συμφέρει αὐτῷ μᾶλλον κρύπτειν ἢ δημοσιεύειν αὐτό.

§. 1. Εἰ δὲ ὁ τοῦ συμβολαίου δεόμενος διαβεβαιοῦται μηδὲν αὐτὸν ἀδικεῖσθαι, ὅρκον διδότω μόνον, ὡς νομίζων βλάβην περὶ τὴν ἰδίαν πίστιν [5]) ὑπομένειν ἐκ τῆς τοῦ συμβολαίου προκομιδῆς, διὰ τοῦτο παραιτεῖται προκομίσαι. Ἵνα δὲ μὴ αὐτὸ τοῦτο, τὸ [6]) μὴ κερδάναι τὰ ἐπαγγελθέντα αὐτῷ πρὸς τὸ μὴ [7]) κομίσαι τὸν χάρτην [8]), βλάβην οἰκείαν νομίζῃ [9]), περιεργότερον παρεχέτω τὸν ὅρκον, λέγων, ὅτι οὐ διὰ τὸ λαβεῖν χρήματα ἢ ἕτερόν τι διὰ τὸ μὴ προκομίσαι τὸν χάρτην, ἢ διὰ τὸ ἔχειν ἐπαγγελίαν δόσεως, οὔτε διὰ φόβον ἐκείνου, καθ' οὗ ζητεῖται τὸ δικαίωμα, οὔτε διὰ τὴν φιλίαν αὐτοῦ παραιτεῖται τὴν τοῦ χάρτου προκομιδήν, ἀλλ' ὡς ἐξ ὀρθοῦ περὶ τὴν ἰδίαν οὐσίαν μεγάλα βλαπτόμενος. Ὥσπερ γὰρ ὁ νομιζόμενος εἰδέναι τὸ ἀληθὲς περί τινος ὑποθέσεως ἀναγκάζεται καὶ ἄκων πρὸς μαρτυρίαν, καὶ οὐδὲ εἰ ἐπαγγελίαν ἔχει χρημάτων ὑπὲρ τοῦ μὴ μαρτυρῆσαι, οὐδὲ εἰ κατὰ φίλων ἔρχεται μαρτυρῆσαι [10]), παραιτεῖται τὴν μαρτυρίαν, οὕτως οὐδὲ ὁ συμβόλαιον [11]) ἀπαιτούμενος προενεγκεῖν οὔτε διὰ τὸ εἰληφέναι τι ἢ ἐλπίζειν λαμβάνειν, οὔτε διὰ φιλίαν τοῦ μέλλοντος ἐκ τοῦ συμβολαίου βλάπτεσθαι, δύναται τὴν προκομιδὴν αὐτοῦ παραιτεῖσθαι.

§. 2. Ἀλλ' εἰ μέν τις ἐπομόσηται μὴ ἔχειν τὸ ζητούμενον δικαίωμα, μηδὲ ὅλως ἀναγκάζεσθαι προφέρειν, ὅπερ μὴ ἔχει· εἰ δὲ οὐκ ἀνέχεται [12]) τὸν τοιοῦτον ὅρκον ὑποσχεῖν, πάντως ἀναγκάζεσθαι προφέρειν τὸ ἐπιζητούμενον δικαίωμα· εἰ δὲ ἑαυτὸν κποκρύψει, ὡς μήτε ὀμόσαι, μήτε προαγαγεῖν τὸ δικαίωμα βουλόμενος [13]), πᾶσαν τὴν ἐκ τούτου συμβησομένην ζημίαν τῷ δεομένῳ τοῦ δικαιώματος οἴκοθεν καταβαλλέτω· τῶν αὐτῶν κρατούντων καὶ εἰς τὰ ἀργυροπρατικὰ βρέβια, ἢ τὰ παρ' ἑτέρων τινῶν συντατόμενα, ἅπερ [14]) τις ἐπιζητεῖ προκομισθῆναι οὐ κατὰ τῶν τὰς πυκτὰς ταύτας συντεθεικότων, ἀλλὰ καθ' ἑτέρων τινῶν.

§. 3. Ταῦτα δὲ τότε κρατεῖν ἡ διάταξις βούλεται, ὅτε ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως διάγουσιν ὁ θέλων προκομισθῆναι τὸ δικαίωμα ἢ τὰς πυκτάς, καὶ ὁ τοῦτο λεγόμενος ἔχειν, καὶ ὁ δικάζων τῇ ὑποθέσει· οὐδὲ γὰρ ἀναγκάζεσθαι δεῖ τὸν ἔχοντα δικαιώματα εἰς ἑτέραν χώραν ἐκπέμπειν αὐτά, ἢ κινδυνεύειν ἐπ' αὐτοῖς διὰ τὴν ἑτέρου χρείαν. Εἰ μέντοι καὶ ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ κείμενα τὰ δικαιώματα ἐπιζητεῖ προκομισθῆναί τις παρὰ τῷ ἐκδίκῳ τῶν τόπων, καὶ ἐν ὑπομνήμασιν ἐμφανισθῆναι πρὸς τὸ λαβεῖν τὴν ἐπὶ τούτων πρᾶξιν, καὶ χρήσασθαι αὐτῇ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἐν ᾧ δικάζεται, τότε οὐδέν ἐστι βαρὺ τὸ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, ἐν ᾗ ὑπάρχει τὰ δικαιώματα, προσάγεσθαι αὐτὰ καὶ ἐμφανίζεσθαι [15]).

§. 4. Ἐκεῖνοι δὲ ἀναγκαζέσθωσαν προφέρειν πυκτὰς ἢ δικαιώματα, οἱ καὶ μαρτυρεῖν κατά τινος [16]) ἀναγκαζόμενοι· καθ' ὧν γὰρ προσώπων ἄκων τις οὐ μαρτυρεῖ, κατὰ τούτων οὔτε προκομίζειν πυκτὰς ἢ δικαιώματα ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον [17]) ἀναγκάζεσθαι. Πρόδηλοι δέ εἰσιν ἐκ τῶν νόμων οἱ μὴ ἀναγκαζόμενοι

ab eo obtendi, se vero quam maxime laedi, si instrumentum non edatur, vult constitutio, ut is, qui habet instrumentum, id proferat, si nihil ipse ex ea productione damni passurus est. Si vero revera detrimentum ei affert instrumenti editio, non cogatur exhibere, quum ei expediat magis id occultare, quam in medium proferre.

§. 1. *Quodsi is, qui instrumento indiget, affirmaverit, nihil illum laesum iri, iuret hic duntaxat, se verentem, ne damnum ex instrumenti editione patiatur iuxta fidem suam, ideo recusare exhibitionem. Ne vero hoc ipsum credat suam esse laesionem, quod non lucretur promissa sibi in eventum non factae editionis, accuratius iusiurandum sic praestet, se non propterea, quod pecuniam vel quid aliud acceperit ob non edendum instrumentum, vel quod donum ei sit promissum, nec metu eius, contra quem instrumentum postulatur, nec eius favore detrectare chartae productionem, sed quia recta via circa facultates suas graviter laedatur. Nam quemadmodum is, qui in causa aliqua veritatem scire existimatur, invitus quoque ad testimonium compellitur, atque, nec si pecunia ei promissa sit ob non dicendum testimonium, nec si contra amicos testimonium dicturus sit, recusare testimonium potest, ita nec is, qui instrumentum exhibere petitur, sive quod aliquid acceperit vel speret accipere, sive ob amicitiam eius, cui damno futurum est instrumentum, potest se ab exhibitione excusare.*

§. 2. *At si quis iuret, se instrumentum, quod petitur, non habere, omnino proferre non cogitur, quod non habet; sin autem tale iuramentum praestare non sustineat, penitus cogatur instrumentum, quod desideratur, exhibere; sin vero se occultet, utpote qui nec iurare nec edere instrumentum velit, omne damnum inde emersurum ei, qui eget instrumento, de suo resarciat: his omnibus et valituris in argentariorum vel aliorum brevibus, quorum quis editionem petit non adversus eos, qui eiusmodi codices confecerunt, sed adversus alios quosdam.*

§. 3. *Haec autem obtinere vult constitutio, quum in eadem civitate degunt et qui instrumentum vel tabulas exhiberi cupit, et qui habere illud asseveratur, et qui de causa iudicat. Neque enim qui habet instrumenta, in alium locum ea mittere compellendus est, vel de iis periclitari propter alterius commodum. Si quis tamen instrumenta, quae in alio loco asservantur, proferri desideret apud defensorem locorum et actis insinuari, ut actorum de iis testificationem accipiat, eaque utatur in iudicio, in quo litigat, tunc nihil impedit, quominus in ipsa civitate, in qua sunt instrumenta, ea proferantur et actis intimentur.*

§. 4. *Illi autem codices vel instrumenta exhibere cogantur, qui et testimonium contra aliquem dicere coguntur; contra quas enim personas invitus quis testimonium non dicit, adversus eas nec codices vel instrumenta vel aliud quid exhibere cogitur. Notissimi autem sunt ex legibus, qui non cogantur adversus ali-*

---

[1]) προσφερομένου *Synops. secundum August., et ne saepius.* — [2]) καταβλάπτεσθαι *Bas. secundum Fabr.* — [3]) ἢ ἑτέραν — δικαιώματος *absunt a Synopsi secundum Leunclav.* — [4]) ποιῇ *August. in marg.* — [5]) ἰδίαν οὐσίαν *Bas. secundum Fabr., quod sequitur Bk.* — [6]) τὸ *abest a Bas. secundum Fabr. et a Bk.* — [7]) πρὸ τοῦ μὴ *Bas. secundum Fabr., Bk.* — [8]) Ἵνα — χάρτην *absunt a Synopsi secundum Leuncl.* — [9]) νομίζει *Synops., Bas. secundum Fabr.* — [10]) ἔλκεται πρὸς μαρτυρίαν *Synops. ex lect. August.* — [11]) οὐδὲ τὰ συμβόλαια *Bas. secundum Fabr.* — [12]) αὐτὸς *inserunt Bas. secundum Fabr., Bk.* — [13]) βουλόμενος *abest a Bas. secundum Fabr.* — [14]) ὥσπερ *Cont. 76. Char. Pac. Sp.* — [15]) Ταῦτα δὲ τότε — καὶ ἐμφανίζεσθαι *absunt a Synopsi et edd. Cod. praeter Bk.* — [16]) τινων *Bas. secundum Fabr.* — [17]) τοιοῦτον *abest a Bas. secundum Fabr.*

μενοι κατά τινων μαρτυρεῖν ἄκοντες, καὶ ἐκεῖνοι, καθ' ὧν οὐκ ἀναγκάζονται τινες μαρτυρεῖν. Οὐδενὶ δὲ ἔξεστιν ἄλλως ἀναγκάζειν προφέρεσθαι δικαιώματα, εἰ μὴ ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ, παρ' ᾧ κινεῖται ἡ ὑπόθεσις, καὶ τότε δὲ ἀναλώμασι τοῦ ζητοῦντος γίνεσθαι τὴν προκομιδὴν τῆς πυκτῆς ἢ [1]) τῶν δικαιωμάτων. Χρὴ δὲ γίνεσθαι καὶ τὴν ἐμφάνειαν αὐτῶν πρὸς ἅπαξ μόνον· εἰ δὲ ἅπαξ προκομισθέντος τοῦ συμβολαίου ἐπιζητεῖ καὶ δεύτερον γενέσθαι τὴν προκομιδὴν [2]) αὐτοῦ ὁ τούτου δεόμενος, εἰ εὔλογον φανείη τῷ δικαστῇ τὸ καὶ δεύτερον προενεχθεῖναι τὸν χάρτην, ὁ δὲ προκομίσας αὐτὸν ἤδη παραιτεῖται ἀπαρνούμενος τὴν δευτέραν προκομιδήν, λέγων ἀπολωλεκέναι τὸν χάρτην, ἢ ἄλλως πως μὴ ἔχειν εὐχέρειαν τῆς τούτου προκομιδῆς, ὅρκῳ μόνῳ τοῦτο αὐτὸ [3]) πιστούσθω, καὶ μηκέτι ἀναγκαζέσθω προφέρειν αὐτό· τούτων κρατούντων οὐ μόνον ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ τῇ πολιτείᾳ.

aliquos inviti dicere testimonium, et illi, contra quos licet aliter cogere, ut instrumenta exhibeantur, nisi in ipso eo iudicio, in quo causa agitatur; tunc vero sumtibus eius, qui petit codicis vel instrumentorum editionem. Oportet etiam semel duntaxat eorum editionem fieri, ac si semel prolato instrumento is, qui eo indiget, iterum exhiberi petat, si aequum videatur iudici, ut iterum charta proferatur, ille vero, qui eam iam protulit, secundam exhibitionem recuset, praetexens, chartam deperditam esse vel aliam ob causam se non habere eius edendae facultatem, iuramento tantum eius rei fidem faciat, nec amplius ad exhibendum cogatur. Haec obtineant non solum in urbe regia, verum et in universa republica.

Tit. XXII.

a) PLUS VALERE QUOD AGITUR, QUAM QUOD SIMULATE CONCIPITUR.

1. b) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Rufino. — In contractibus rei veritas potius, quam scriptura perspici [4]) debet. PP. III. Kal. Iun. Aemiliano et Basso Conss. [5]) [259.]

2. c) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Soteriae [6]). — Acta simulata, velut [7]) non ipse, sed eius uxor comparaverit [8]), veritatis substantiam mutare non possunt. Quaestio itaque facti per indicem vel [9]) praesidem examinabitur provinciae. Dat. X. Kal. Mai. [10]) Caess. Conss. [294—305.]

3. d) Iidem AA. et CC. Maximae [11]). — Emtione pignoris causa facta non quod scriptum, sed quod gestum est, inspicitur. Dat. Kal. Mai. [12]) Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

4. e) Iidem AA. et CC. Decio. — Si quis gestum a se alium egisse scribi fecerit [13]), plus actum, quam scriptum valet. Dat. VIII. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

5. f) Iidem AA. et CC. Victori. — Si falsum instrumentum emtionis [14]) conscriptum tibi, velut locationis, quam fieri mandaveras, subscribere te, non relecto [15]), sed fidem habentem [16]) suasit, neutrum contractum, in utroque alterutrius consensu deficiente, constitisse procul dubio est. Dat. XIII. [17]) Kal. Ianuar. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XXIII.

g) DE COMMODATO.

1. h) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [18]) Sciolae [19]). — Ea quidem, quae vi maiore auferuntur, detrimento eorum, quibus res commodantur, imputari non solent. Sed quum is, qui a te commodari sibi bovem postulabat, hostilis incursionis contemplatione periculum amissionis ac fortunam futuri damni in se suscepisse proponatur, praeses provinciae, si probaveris, eum indemnitatem tibi promisisse, placitum conventionis implere eum compellet. Dat. VI. Kal. Iun. ipsis AA. Conss. [287—299.]

2. i) Iidem AA. et CC. [20]) Aulizano [21]). — Quum eum, qui temporalis ministerii causa suscepit ancillam, ad restitutionem eius bona fides urgeat, consequens est, socerum tuum huius rei causa tradidisse ancillam, adito praeside provinciae, probare, ut fidem susceptam is, adversus quem supplicas, compellatur agnoscere. Dat. prid. Non. Novembr. ipsis AA. Conss. [293—299.]

3. k) Iidem AA. et CC. [22]) Soteriae [23]). — De restituendis rebus, quas [24]) obligandas pro se dederas, postquam debitum fuerit extenuatum, commodati actionem etiam adversus heredes eius exercere potes. Dat. III. Id. April. Sirmii, Caess. Conss. [25]) [294—302.]

4. l) Iidem AA. et CC. Faustinae. — Praetextu debiti restitutio commodati [26]) non probabiliter recusatur. Dat. XII. Kal. Decemb. ipsis AA. [27]) Conss. [299—304.]

Tit.

---

a) *Dig. XXII.* 4. — b) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 123.; *Bas. XXII.* 1. 81. (*Fabr. T. III. p.* 22.) *Sch. x. y.* (*Fabr. T. III. p.* 83.) — c) *Bas. XXII.* 1. 82. — *Sch. z.* (*Fabr. T. III. p.* 84.) — d) *Bas. XXII.* 1. 83. — *Sch. a.* — e) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 123; *Bas. XXII.* 1. 84. — *Sch. b. c.* (*Fabr. T. III. p.* 85.) — f) *Bas. XXII.* 1. 85. — *Sch. d.* — g) *Dig. XIII.* 6. — h) *Bas. XIII.* 1. 24. (*Fabr. T. II. p.* 78.) — i) *Bas. XIII.* 1. 25. — *Sch. e.* (*Fabr. T. II. p.* 86.) — k) *Bas. XIII.* 1. 26. — *Sch. t.* — l) *Bas. XIII.* 1. 27. — *Sch. u.*

1) ἢ *abest a Synopsi secundum August. et ab edd. Cod. praeter Bk.* — 2) δευτέραν γενέσθαι προκομιδὴν *Bas. secundum Fabr., Bk.* — 3) αὐτὸς *Synops. ex lect. August.* — 4) prospici *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Coll. Ans. ded.*; aspici *Russ. Cont. in marg.*; σκοπεῖσθω *Bas.* — 5) *hanc subscr., quae abest ab edd. omn., restitui ex ms. Pist.; fortasse non* Iun. *sed* Ianuar. *scribendum est, utramque enim interpretationem scriptura msi admittit.* — 6) Soteri *mss. pleraque.* —) si *inserit liber Aured. ap. Char.* — 8) comparaverat *mss. Bg. Gt.* — 9) iudicem vel *absunt a ms. Pl.* 1. — 10) XV. Kal. Ian. *ms. Pist.* — 11) Marinae, Maximo *mss. nonn.* — 12) III. Kal. Mart. *ms. Pist.* — 13) a se fecerit et alium egisse scribit *Coll. Ans. ded.* — 14) est *addit ms. Bg.* — 15) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., omnia mss. Russ.*; subscribenti non relecto *Hal.*; subscribere non relegentem *Russ. et rell.* — 16) habenti *Hal.*; habente *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — 17) XIV. *ms. Pist.* — 18) et CC. *addunt mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — 19) Sisolae, Fisolae, Sicolae, Cicolae, Siscolo *mss.* — 20) *mss. Pist. Vat. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. edd. omnes.* — 21) Auluzano, Alizano, Aurizacio *mss. nonn.* — 22) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *abest ab edd. omn.* — 23) Soterae, Socerae, Soteri, Sutorae *mss.* — 24) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., omnia mss. Russ. praeter unum, pleraque Cont.*; marito *inserunt Russ. et rell.*; *sed hanc additionem nec Bononiensis lectio novit, ut docet glossa, nec agnoscunt Bas.* — 25) *ms. Pist., in quo haec subscr. legi* 1. *hoc tit. adscripta legitur*, ipsis et Conss. *Hal. et rell. praeter Bk.*; ipsis AA. Conss. *Bk.* — 26) commendati *ex coni. Cuiac., quam respuunt Russ. et Cont. in marg., et quae est contra Bas.* — 27) et *inserit Hal.*

Tit. XXIV.

[a]) DE PIGNORATITIA ACTIONE [1]).

1. [b]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

Impp. Severus et Antoninus AA. ad Metrodorum. — *Οἱ ἐκ τοῦ ἐνεχύρου ληφθέντες καρποὶ ψηφίζονται εἰς τὸ χρέος, καὶ ἐὰν ἱκανοὶ γένωνται πρὸς τὸ ὅλον χρέος, λύεται ἡ ἀγωγή, καὶ ἀποδίδοται τὸ ἐνέχυρον. Εἰ δὲ καὶ πλείονές εἰσι* [2]) *τοῦ χρέους οἱ καρποί, ἀποδίδονται οἱ περιττεύοντες, δηλονότι κινουμένης τῆς περὶ τοῦ ἐνεχύρου ἀγωγῆς* [3]). PP. Id. Octobr. Apro et Maximo Conss. [4]) [207.]

1. *Ex pignore percepti fructus imputantur in debitum, et si sufficiunt ad totum debitum, tollitur actio et redditur pignus. Quodsi fructus debitum excedunt, qui superant redduntur, videlicet mota actione pignoratitia.*

2. [c]) Imp. Alexander A. Demetrio. — Quod ex operis [5]) ancillae vel ex pensionibus [6]) domus, quam pignori detineri dicis, perceptum est, debiti quantitatem relevabit. Dat. [7]) Kal. Octobr. Antonino IV. et Alexandro Conss. [222.]

3. [d]) Idem A. Victorino [8]). — Creditor, qui praedium pignori sibi [9]) nexum detinuit, fructus, quos percepit vel percipere debuit, in rationem [10]) exonerandi debiti computare necesse habet, et si agrum deteriorem constituit, eo quoque nomine pignoratitia actione obligatur. PP. VI. Id. Decembr. [11]) Antonino IV. et Alexandro Conss. [222.]

4. [e]) Idem A. Hermeo [12]) et Maximillae. — Pactum vulgare, quod proposuistis, ut, si intra certum tempus pecunia soluta non fuisset, praedia pignori vel hypothecae data vendere liceret, non adimit debitori adversus creditorem pignoratitiam actionem. PP. XII. Kal. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [13]) [223.]

5. [f]) Idem A. Dioscoridae [14]). — Si creditor sine vitio suo argentum pignori datum perdidit [15]), restituere id non cogitur; sed si culpae reus deprehenditur, vel non probat manifestis rationibus [16]), se perdidisse, quanti debitoris interest, condemnari debet. PP. XIII. Kal. Mai. Iuliano II. et Crispino Conss. [17]) [224.]

6. [g]) Idem A. Trophimae [18]). — Quae fortuitis casibus accidunt, quum praevideri [19]) non potuerant [20]), in quibus etiam aggressura latronum est, nullo bonae fidei iudicio praestantur, et ideo creditor pignora, quae huiusmodi casu [21]) interierunt [22]), praestare non compellitur, nec a petitione debiti submovetur, nisi inter contrahentes placuerit, ut amissio pignorum liberet debitorem. PP. Id. [23]) April. Fusco [24]) et Dextro Conss. [225.]

7. [h]) Imp. Gordianus A. [25]) Iuliano. — Creditor, qui fundos et domos pignori vel hypothecae accepit, damnum in decidendis arboribus [26]) domibusque destruendis ab eo datum in rationem [27]) deducere cogitur; et si dolo vel culpa rem suppositam deteriorem fecerit [28]), eo quoque nomine pignoratitia actione tenebitur, ut talem restituat, qualis fuerat tempore obligationis. Creditor autem necessarios sumtus, quos circa res pignoratitias [29]) fecit, exigere non prohibetur. PP. XIII. [30]) Kal. Aug. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [31]) [241.]

8. [i]) Imp. Philippus A. et Philippus C. [32]) Saturnino [33]). — Si nulla culpa seu segnitia creditori imputari potest, pignorum amissorum dispendium ad periculum eius minime pertinet. Sane si simulata amissione etiamnum eadem pignora, ut asseveras, a parte [34]) diversa possidentur, adversus eum [35]) experiri [36]) potes. PP. VIII. [37]) Kal. Mart. Praesente et Albino Conss. [246.] 9.

---

[a]) *Dig. XIII. 7. Varias lectiones ex editionibus ante Haloandrum ad hunc tit. collegit Schrader Civilist. Abhandl. tabb. ad p.* 451. — [b]) *Graecae const. epitome servatur in Bas. XXV.* 1. 43. (*Fabr. T. IV. p.* 14.), *quam restituit Cuiac. Obss. XI.* 31. *ac retulerunt in Cod. Char. Cont.* 76. *et rell. Lacunam, cuius notam habet ms. Bg., iam commemorat Hal., qui inscr. et subscr. edidit. — Collata est variae lect. causa Ecloga XXII.* 12. (*Leuncl. T. II. p.* 119.) *et Harmenopul. III.* 5. 3. (*Thes. Meerm. T. VII. p.* 187.), *ubi cap. Bas. cit. fere integrum legitur.* — [c]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 124.; *Bas. XXV.* 1. 44. (*Fabr. T. IV. p.* 15.) — [d]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 124.; *Bas. XXV.* 1. 45. — [e]) *Bas. XXV.* 1. 46. — [f]) *Bas. XXV.* 1. 47. — *Sch. q.* (*Fabr. T. IV. p.* 31.) — [g]) *Bas. XXV.* 1. 48. *Prima hui. const. particula est in glossa Taurin.* (*Savigny Gesch. d. R. R. T. II. p.* 463.) — [h]) *Bas. XXV.* 1. 49. — [i]) *Bas. XXV.* 1. 50. (*Fabr. T. IV. p.* 16.) *In ms. Pl.* 1. *hoc rescr. post l.* 10. *hoc tit. positum est.*

[1]) *inverso ordine* De *act.* pignor. *mss. omnia.* — [2]) *δὲ πλείονες ὦσι Ecloga.* — [3]) *δηλονότι — ἀγωγῆς absunt ab Ecloga et Harmenop.; fragmentum Meermanianum, quod edidit Reitz in ed. Harmenop. l. l., haec addit: εἰ δὲ καὶ ἔβλαψε τὸν ἀγρόν, ἐνάγεται καὶ περὶ τούτου, quae clausula ex l.* 3. *hoc tit. depromta videtur.* — [4]) *hanc subscr. firmat ms. Pist., in quo legi ult. tit.* 28. *adscripta est.* — [5]) operibus *ms. Gt., ed. Nbg.; sed ὑπηρεσίαι Bas.;* opere *Coll. Ans. ded.* — [6]) compensationibus *ed. Nbg.; sed τὰ ἐνοίκια Bas.* — [7]) PP. *ms. Pist., quod reliquam subscr. firmat, nisi quod abest* IV., *qui numerus in plerisque hoc anno editis constt. desideratur.* — [8]) Victori *mss. omnia praeter Pl.* 1. — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62., *Coll. Ans. ded.*; sibi *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [10]) ratione *ed. Schf.* — [11]) VIII. Kal. Dec. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit, nisi quod abest* IV.; *cfr. not.* 7. *ad const.* 2. *hoc tit.* — [12]) Hermae, Hereneo *mss. nonn.*; Mermio *al.* — [13]) *hanc subscr. firmat ms. Pist.* — [14]) Dioscoro *Russ. in marg.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; perdiderit *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.* — [16]) probationibus *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; *ἀποδείξεων Bas.* — [17]) *ms. Pist. huc refert subscr. const. seq.* — [18]) Trophimae, Trophonici *mss. nonn.* — [19]) provideri *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [20]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Hal., gl. Taurin.*; poterant *ms. Pl.* 1.; potuerint *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.* — [21]) huiusm. causa *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; ex huiusm. causa *ms. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; interierint *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [23]) VIII. Id. *ms. Pist.*; *cfr. not.* 17. *ad const.* 5. — [24]) II. *ins. Bk.* — [25]) Idem A. *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; Iid. AA. et CC. *ms. Pl.* 1. — [26]) in *inserunt ms. Bg., edd. Nbg. Schf.* — [27]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Hal.*; in ratione *ms. Pl.* 2.; in rationem debiti *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.*; *omissio voc.* debiti *probatur a Bas.* — [28]) non fecerit *var. l. gl., ad quam lect., a mssis Russ. et Cont. et meis prorsus alienam, confirmandam provocatur ad Harmenopul. III.* 5. 21.; *quos dam ex suis codd. paulo ante emendare et si non dolo, Char. in marg. monet.* — [29]) pigneratas *ms. Gt., Cont.* 62. — [30]) III. *Russ. in marg.* — [31]) D. XV. K. D. Nicm. CC. *css. ms. Pist.* — [32]) et Phil. C. *absunt a mss. Vat. Pl.* 1. — [33]) Saturnio *al.* — [34]) patre *Sp. probabiliter ex vitio typorum, quod nec corrigit Bk.* — [35]) eam *Russ. in marg.* — [36]) expediri *ed. Schf.* — [37]) XIII. *Russ. in marg.*

9. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [1]) Georgio [2]). — Pignus in bonis debitoris permanere, ideoque ipsi perire, in dubium non venit. Quum igitur asseveras, in horreis pignora deposita, consequens est, secundum ius perpetuum, pignoribus debitori pereuntibus, si tamen in horreis, quibus et alii solebant publice uti, res depositae sint, personalem actionem debiti reposcendi causa integram te habere. PP. VI. Non. Mai. Mediolani, AA. Conss. [293—304.]

10. [b]) Iidem AA. et CC. [3]) Apollodorae [4]). — Nec creditores, nec qui his successerunt, adversus debitores pignori quondam res nexas petentes, reddita iure debita [5]) quantitate, vel, his non accipientibus, oblata et consignata et deposita, longi temporis praescriptione muniri possunt. Unde intelligis, quod, si originem rei probare potes, adversario tenente vindicare dominium debes. Ut autem creditor pignoris defensione se tueri possit, extorquetur ei necessitas probandi debiti, vel si tu teneas, per vindicationem pignoris hoc idem inducitur, et tibi non erit difficilis vel solutione vel oblatione atque solemni depositione pignoris liberatio. Dat. Non. Mai. ipsis Caess. [6]) et Conss. [294—305.]

11. [c]) Iidem AA. et CC. Ammiano [7]). — Pignoris causa res obligatas soluto debito restitui debere, pignoratitiae actionis natura declarat. Quo iure, si titulo pignoris obligasti mancipia, per eandem actionem uti potes, nec creditor citra [8]) conventionem vel praesidalem iussionem debiti causa res debitoris arbitrio suo auferre potest. Dat. [9]) V. Kal. Ian. Sirmii, ipsis Caess. et Conss. [294—305.]

12. [d]) Iidem AA. et CC. Herisco [10]). — Quominus fructuum, quos creditor ex rebus [11]) obligatis accepit, habita ratione ac residuo debito soluto, vel si per creditorem factum fuerit, quominus solveretur, oblato et consignato et deposito [12]), pignora, quae in eadem causa durant, restituat debitori, nullo spatio longi temporis defenditur. Dat. XII. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XXV.

[e]) DE EXERCITORIA ET INSTITORIA [13]) ACTIONE.

1. [f]) Imp. Antoninus A. Hermeti. — Servus tuus pecuniam mutuam accipiendo [14]) ita demum te institoria actione obligavit, si, quum eum officio alicui vel negotiationi exercendae praeponeres [15]), etiam ut id faceret, ei permissum a te probetur. Quod si ea actio locum non habeat, si quid [16]) in rem tuam versum probabitur, actione in eam rem [17]) proposita, cogeris exsolvere. PP. VIII. Kal. Septembr. duobus [18] Aspris Conss. [19]) [212.]

2. [g]) Imp. Alexander A. Callisto. — Ex contractibus servorum, quamvis de peculio duntaxat domini teneantur, de eo tamen, quod in rem eorum versum est, vel cum institore ex causa, cui praepositus fuit, contractum est, [20]) in solidum conveniri posse, dubium non est. PP. III. Kal. Mai. Alexandre A. II. et Marcello Conss. [226.]

3. [h]) Idem A. Martiae [21]). — Institoria tibi adversus eum actio competit, a quo servum mensae praepositum dicis, si eius negotii causa, quod per eum exercebatur, depositam pecuniam nec redditam [22]), potest probari. PP. Non. Mai. Agricola et Clementino Conss. [230.]

4. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [23]) Antigonae. — Et si a muliere magister navi [24]) praepositus fuerit, ex contractibus eius ea exercitoria actione ad similitudinem institoriae tenetur. PP. XIII. [25]) Kal. Nov. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

5. [k]) Iidem AA. et CC. Gaio. — Si mutuam pecuniam accipere a te [26]) Demetriano Domitianus mandavit, et hoc posse probare confidis, ad exemplum institoriae eundem Domitianum apud competentem iudicem potes convenire. Dat. IV. Kal. [27]) Novembr. ipsis Caess. [28]) Conss. [294—305.]

6. [l]) Iidem AA. et CC. Onesimae [29]). — Qui secutus domini voluntatem cum servo ipsius habuit contractum, ad instar actionis institoriae recte de solido [30]) dominum convenit. Dat. XIV. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XXVI.

[m]) QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICETUR, VEL DE PECULIO, SIVE QUOD IUSSU, AUT DE IN REM VERSO.

1. [n]) Impp. Severus et Antoninus AA. [31]) Aelio [32]). — Quum filiusfamilias tutor aut curator datur, pater tutelae vel negotiorum gestorum iudicio de peculio et de in rem verso conveniendus est. Quod si

---

[a]) *Bas. XXV.* 1. 51. — [b]) *Bas. XXV.* 1. 52. — [c]) *Bas. XXV.* 1. 53. (*Fabr. T. IV. p.* 17.) — [d]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 124.; *Bas. XXV.* 1. 54. — *Sch. q.* — [e]) *Dig. XIV.* 1. 3. — [f]) *Ivonis Decr. L. XVI. c.* 90.; *Bas. XVIII.* 1. 21. (*Fabr. T. II. p.* 349.) — *Sch. l.* (*Fabr. T. II. p.* 351.) — [g]) *Bas. XVIII.* 1. 22. — [h]) *Ivonis Decr. L. XVI. c.* 91.; *Bas. XVIII.* 1. 23. — [i]) *Bas. XVIII.* 1. 24. — *Sch. m.* — *LIII.* 1. 4. (*Fabr. T. VI. p.* 645.) *In ms. Bg. hic inseruntur l.* 12. *et* 11. *tit. seq.* — [k]) *Bas. XVIII.* 1. 25. (*Fabr. T. II. p.* 350.) — [l]) *Bas. XVIII.* 1. 26. — [m]) *Dig. XIV.* 5. *XV.* 1. 2. 3. 4. — [n]) *Bas. XVIII.* 2. 13. (*Fabr. T. II. p.* 358.)

[1]) et CC. *absunt a mss. Pist. Cas. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., Hal. in textu.* — [2]) Gertio *al.* — [3]) et CC. *absunt a ms. Pist., ed. Nbg., Hal. in textu.* — [4]) Apollodoro *ms. Vat.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., Cont.* 62.; debiti *edd. rell.* — [6]) Caess. *abest ab Hal.* — [7]) Aminiano, Promiano *mss. nonn.*; Damiano *al.* — [8]) extra *Hal.* — [9]) S. *ms. Pist.* — [10]) Heraisco, Griasco, Helibisco, Erusco, Saturnino *mss.* — [11]) sibi *inserunt mss. Pl.* 1. 2. — [12]) obl. et cons. et depos. *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Gt., a Coll. Ans. ded., ab omnibus mss. Russ. et Cont., ed. Schf., videntur que Russardo ab aliquo interprete ex l.* 10. *hoc tit. repetita; habent illa praesidium in ms. Bg., tenue profecto in tantis, quae pro omissione militant, argumentis.* — [13]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; De instit. et exercit. *Russ. et rell.* — [14]) accipiens *Ivo.* — [15]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf. Russ. et postea rell., Ivo*; proponeres *ms. Pl.* 2 , *Hal.* — [16]) quidem *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [17]) in ea re *ms. Bg., ms. Pl.* 1. *ex correct.*; in eadem re *Ivo.* — [18]) et *ins. Hal. et rell. praeter Sp. Bk.* — [19]) *in ms. Pist. falso subscribitur* S. XVI. K. Nov. Sirmi. AA. ces. — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; etiam *inserunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) Marcianae *mss. nonn.* — [22]) deposita pecunia nec reddita *Hal. Cont.* 62. *Bk. sine praesidio codd.* — [23]) et CC. *absunt a mss. Pist. Cas. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [24]) navis *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Nbg.* — [25]) D. XVI. *ms. Pist.* — [26]) a te *absunt a ms. Bg., edd. Nbg. Hal.*; te *abesse a plerisque* (?), *monet Cont. in marg.* — [27]) V. Kal. *ms. Pist., a qua seq.* ipsis *abest.* — [28]) *ms. Pist.*; et *addunt Hal. et rell.* — [29]) Dionysimae, Honestissimae *mss. nonn.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Cont.*; in solidum *edd. omnes.* — [31]) Severus *solus huic inscriptioni convenit*; *sed* Antonini *adiectionem tuentur omnia mss.* — [32]) Elio, Helio, Cilio *mss.*; Aeliae *al.*

si voluntate eius filius decurio sit creatus et a magistratibus [1]) tutor constitutus, pater in solidum satisfacere cogitur, quum id onus exemplo ceterorum munerum civilium introductum [2]) intelligatur. Dat. VII. Id. Novemb. Dextro II. et Prisco Conss. [3]) [196.]

2. [a]) Iidem AA. [4]) Annio [5]). — Eius rei nomine, quae cum filiofamilias contracta est [6]) sive sua voluntate sive eius, in cuius potestate fuit, sive in peculium ipsius sive in rem patris ea pecunia redacta est, et [7]) si paterna hereditate abstinuit, actionem, nisi in id, quod facere possit, non dari, perpetui edicti interpretatione declaratum est. PP. VIII. Kal. Decemb. Dextro II. et Prisco Conss. [8]) [196.]

3. [b]) Imp. Antoninus A. Artemoni. — Etiam si non mandante, neque iubente, neque subscribente domina [9]) pecuniam mutuam servo [10]) Priscae dedisses [11]), tamen ea quantitas si in rem dominae eius iustis erogationibus versa est, de in rem verso apud suum iudicem eam conveni, consecuturus secundum iuris formam id, quod tibi deberi apparuerit. Dat. III. Kal. Iul. [12]) Laeto II. [13]) et Cereale Conss. [215.]

4. [c]) Idem A. Leontio [14]). — Si ex contractu patris iussu eius [15]) pecuniam accepisti, teque eius hereditate abstines, frustra vereris, ne a creditoribus eius conveniaris. Dat. V. Kal. Ian. Sabino et Anulino [16]) Conss. [216.]

5. Imp. Alexander A. Asclepiadi. — Nulla res prohibet filiosfamilias, si pro aliis maiores viginti quinque annis fideiusserint, actione competente adversus eos teneri. Sed si duntaxat de peculio tecum agatur, defensionibus, si quae tibi competunt, uteris. PP. VI. Id. Decemb. [17]) Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

6. Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus Nob. [18]) C. Matronae [19]). — Si servus tuus, sine permissu tuo accepta pecunia mutua, in usurarum vicem habitandi facultatem [20]) concessit, nullo iure adversarius tuus hospitium ex hac causa sibi vindicat, quum te servi factum non obligaverit, et ingrediens rem tuam contra vim eius auctoritate competentis iudicis protegeris. Dat. XII. Kal. [21]) Iul. Aemiliano et Basso [22]) Conss. [259.]

7. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [23]) Crescenti [24]). — Ei, qui servo alieno dat pecuniam mutuam, quamdiu superest servus, item post mortem eius intra annum, de peculio contra [25]) dominum competere actionem, vel, si in rem domini haec versa sit quantitas, post annum etiam esse honorariam actionem [26]), non est ambigui iuris. Quapropter si quidem in rem domini pecunia versa est, heredes eius convenire potes [27]) de ea summa, quae in rem ipsius processit. Si vero hoc probari non potuerit [28]), consequens est, ut superstite quidem servo dominum de peculio convenias, vel, si iam servus rebus humanis exemtus est vel distractus seu manumissus, nec annus excessit, de peculio quondam adversus eum experiri possis. §. 1. Alioquin si cum libero, rem agente eius [29]), cuius precibus meministi, contractum habuisti, et eius personam elegisti, pervides [30]), contra dominum [31]) nullam te habuisse actionem, nisi vel in rem eius pecunia processit, vel hunc contractum ratum habuit. Dat. Non. April. Byzantii, AA. Conss. [293—304.]

8. [e]) Iidem AA. et CC. Diogeni [32]). — Si mandator pro filio tuo exstitisti, vel iussu tuo cum eo, quem in potestate tunc [33]) habuisti, contractum est, intelligis, et sorti et usuris te parere oportere, si te his omnibus obligasti, ut res, quae pignoris iure detinentur, liberari possint. Quod si fideiussor creditae pecuniae intercessisti, teneri te ex ea obligatione, explorati iuris est. Dat. III. Kal. Mai. Caess. Conss. [34]) [294—305.]

9. [f]) Iidem AA. et CC. Isidoro. — Si ex alio contractu, non ex illicita mutui datione, debitor exstitisti, vel quod patrem tuum in fide [35]) suscepisti, tam in patris positus potestate iure teneris, quam etiam morte genitoris tui iuris effectus; et si quidem patri heres exstitisti, in solidum, alioquin in quantum facere potes, secundum edicti formam. Sed et si per emancipationem tui iuris effectus es, similiter conveniri te posse, debes intelligere. Dat. [36]) VI. Id. April. Byzantii, Caess. [37]) Conss. [294—305.]

10. Iidem AA. et CC. [38]) Aphrodisio [39]). — Si liberam peculii administrationem habentes equas de peculio cum foetu servi vendiderunt, reprobandi contractum dominus nullam habet facultatem. Quodsi non habentes liberam peculii administrationem rem dominicam [40]) eo ignorante distraxerunt, neque dominium, quod non habent, in alium transferre possunt, neque conditionem eorum servilem scientibus [41]) possessionis

---

[a]) *Bas. XVIII.* 2. 14. *In mss. Pl.* 1. 2. *hoc rescr. sequitur legem* 3. — [b]) *Ivonis Decr. L. XVI. c.* 92.; *Bas. XVIII.* 2. 15. — [c]) *Bas. XVIII.* 2. 16. — [d]) *Bas. XVIII.* 2. 17. — [e]) *In mss. Vat. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *l.* 8. *sequitur leg.* 9. — [f]) *Bas. XVIII.* 2. 18. (*Fabr. T. II. p.* 359.)

[1]) magistratu *ms. Bg.* — [2]) inductum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [3]) *ms. Pist. huc refert subscr., legi* 2. *ab omnibus tributum.* — [4]) Impp. Sev. et Ant. AA. *mss. Pist. Cas. Pl.* 1.; Idem A. *ed. Nbg.* — [5]) Anniae, Iohannio *mss. nonn.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal.*; qua — contractum est *edd. Nbg. Schf.*; de qua — contractum est *Russ. et rell. contra mss. omnia Russ. et vetera Cont.*; *v. etiam l.* 2. *D. XIV.* 5. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; et *abest a Russ. et rell.* — [8]) *cfr. not.* 3. *ad const.* 1. — [9]) domino *Ivo.* — [10]) servo *abest ab Ivone.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Ivo*; reddidisses *ed. Nbg.*; dedisti *Hal. et rell.* — [12]) PP. III. Non. Iul. *ms. Pist.* — [13]) *ms. Pist., Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2., *similiter mss. Cas. Bg.*; Lucio *edd. omnes.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; mutuam *ins. edd. omnes*; *sed* χρήματα λαβὼν *Bas.* — [16]) *ms. Pist., cuius subscr. cum serie constitutt. chronologica melius convenit*; Messala et Sabino [214.] *Hal. et rell.* — [17]) April. Byzant. *ms. Pist., quae vero ex l.* 7. *hoc tit. probabiliter transscripta sunt.* — [18]) *mss. Pist. Cas.*; Nob. *abest a mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. omn.* — [19]) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg.*; Matroniae *ms. Pl.* 1.; Matrono *edd. omnes.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal., omnia mss. Russ. et vetera Cont.*; creditori *inserunt edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.* — [21]) PP. XV. Kal. *ms. Pist., a quo reliqua absunt.* — [22]) II. *add. Bk.* — [23]) et CC. *absunt a mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [24]) Crescentiae *ms. Pl.* 2.; Rescienti *ed. Nbg.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; in *edd. omnes.* — [26]) actionem *abest a mss. Pl.* 2. *Bg., Hal.* — [27]) conveniri possunt *Hal.* — [28]) probari non potest *mss. Pl.* 2. *Gt.*; probare non potes *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; res eius ag. *Hal. et rell.* — [30]) provides *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg Schf. Hal., omnia mss. Russ. et Cont.* — [31]) dominium *Hal.* — [32]) Diogenio *mss. pleraque*; Diogenae *al.* — [33]) tunc *abest ab Hal.* — [34]) D. XVI. Kal. Dec. Lamp. et Hor. VV. CC. *ms. Pist., quae subscr. fortasse ad l.* 3. *tit. seq. pertinet.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; in fidem *edd. rell.* — [36]) S. *ms. Pist.* — [37]) AA. *ms. Pist.* — [38]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal. Russ.*; Diogoni *addit ed. Nbg.*; Diogeni et *add. Cont. et rell.* — [39]) Aphrosidio, Afrodioso, Phradisio, Phrodisio, Fraudisio, Frondisio *mss.* — [40]) domini *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [41]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., edd. Nbg. Hal.*; emtoribus *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*

cessionis iustum afferunt initium; unde non immerito nec [1]) temporis praescriptionem huiusmodi possessoribus prodesse manifestum est, ideoque res mobiles ementes a servo [2]) etiam furti actione tenentur. Dat. V. Non. [3]) Octobr. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

11. Iidem AA. et CC. Attalo. — Cum ancilla contrahenti, quam iure non obligari [4]) constat, adversus dominum in quantum locupletius eius peculium factum est, ea superstite, ac post mortem [5]) iutra utilem annum dandam actionem non ambigitur. Dat. prid. Kal. Decemb. Sirmii [6]), Caess. Conss. [294—305.]

12. [a]) Iidem AA. et CC. Victori [7]). — Dominum per servum obligari non posse, ac tantum de peculio (deducto scilicet, quod naturaliter servus domino debet) eius creditoribus dari actionem, vel si quid in rem eius versum probetur, de in rem verso, edicto perpetuo declaratur. Dat. XIII. [8]) Kal. Febr. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

13. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni P. P. [9]). — Dominos ita constringi manifestum est actione praetoria, quae appellatur Quod iussu, si certam numerari praeceperint servo actorive pecuniam. Igitur [10]) in perpetuum edictali lege sancimus, ut, qui servo, colono, conductori, procuratori actorive possessionis pecuniam mutuam dat [11]), sciat, dominos possessionum cultoresve terrarum obligari non posse. Neque familiares epistolas, quibus homines plerumque commendant absentem [12]), in id trahere convenit, ut pecuniam [13]), quam rogatus non fuerat, impendisse [14]) pro praediis mentiatur, quum, nisi specialiter, ut pecuniam praestet [15]), a domino fuerit postulatus, idem dominus teneri non possit; creditaque quantitate multari volumus creditores, si huiusmodi personis, non iubente domino nec fideiussoribus specialiter acceptis, fuerit credita [16]) pecunia. Sane creditori damus licentiam [17]), ut, si liber a rationibus, quas gerebat [18]), fuerit inventus actor servus procuratorve praediorum, utilis actio pateat de peculio. Dat. V. Id. Iul. [19]) Ravennae, Honorio XIII. et Theodosio X. [20]) AA. Conss. [422.]

Tit. XXVII.

PER QUAS PERSONAS NOBIS ACQUIRITUR [21]).

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Marcello [22]). — Excepta possessionis causa per liberam personam, quae alterius iuri non est subdita, nihil acquiri posse, indubitati [23]) iuris est. Si igitur procurator non sibi, sed ei, cuius negotia administrabat, redintegratae rei vindicationem [24]) pactus est, idque pactum etiam stipulatio insecuta est, nulla domino obligatio acquisita est. Servis autem res traditae dominis acquirantur. PP. Kal. Iul. ipsis IV. et III. AA. Conss. [25]) [290.]

2. [c]) Imp. Iustinianus A. Ioanni [26]) P. P. — Quum per liberam personam, si pecunia alterius nomine fuerit numerata, acquiritur ei [27]), cuius nomine pecunia credita est, per huiusmodi numerationem condictio, non autem hypotheca vel pignus [28]), quae procuratori data vel supposita sunt, dominis contractus acquiritur, talem differentiam expellentes sancimus, et condictionem, et hypothecariam actionem, vel pignus [29]) ipso iure et sine aliqua cessione ad dominum contractus pervenire. Si enim procuratori necessitas legibus imposita est, domino contractus cedere actionem, quare, quemadmodum ab initio [30]) in personali actione cessio supervacua videbatur, non etiam in pignoribus et hypothecis simili modo dominus contractus habeat hypothecariam actionem seu pignoris vinculum vel retentionem sibi acquisitam? Dat. Kal. Novemb. Lampadio et Oresta [31]) VV. CC. Conss. [530.]

3. Idem A. Iuliano [32]) P. P. — Si duo vel plures communem servum habeant, et unus ex his iussit [33]), ut suo nomine servus ab aliquo stipuletur, decem puta aureos vel aliam rem, ipse autem servus non eius [34]), qui iussit, sed alicuius [35]) ex dominis suis fecit mentionem, et nomine illius stipulatus est, inter antiquam sapientiam quaerebatur, cui acquiritur [36]) actio [37]) et [38]) lucrum, quod ex hac causa accidit, utrumne [39]) ei, qui iussit, an ei, cuius servus fecit mentionem, an ambobus. Quumque ex omni latere magna pars auctorum multum effudit [40]) tractatum, nobis verior eorum sententia videtur, qui domino, qui iussit, afferunt [41]) stipulationem, et ei tan-

---

[a]) *Bas. XVIII.* 2. 19. — [b]) *Haec const. desumta ex ampliore edicto, cuius duae partes ad hanc const. pertinentes sunt l.* 1. *Th. C. Quod iussu II.* 31. *et l.* 1. *Th. C. de pecul. II.* 32.; *Bas. XVIII.* 2. 20. — *Sch. f.* (*Fabr. T. II. p.* 360.) — [c]) *In mss. Vat. Pl.* 1. 2. *haec const. postponitur legi* 3., *quem ordinem tuetur et glossa ad l.* 16. *C. de pignor. VIII.* 14., *quae nostram const. tamquam ultimam huius tit. citat.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; longi *inserunt edd. Nbg. Russ. et rell.* — [2]) a servo *absunt a mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Hal.* — [3]) S. Non. *ms. Pist.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss.*, *Russ. edd. Schf. Cont.* 62.; posse *addunt edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; eius *addunt edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) *ms. Pist.*; Sirmii *abest ab Hal. et rell.* — [7]) Jactori, Lactori, Lictori, Latrori *mss. pleraque.* — [8]) XVI. *ms. Pist.* — [9]) Post alia *ex Theod. C. addit Cont.* 62. — [10]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*, *Theod. C.*; hac *ins. edd. Nbg. Russ. et postea rell.*, *idem post* perpet. *addunt ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [11]) commodat *Theod. C.*; mutuam det *ms. Bg.*, *ed. Nbg.* — [12]) commendantur absentium *Theod. C.* — [13]) quoque *add. Theod. C.* — [14]) se *add. Theod. C.*, *Bk.* — [15]) commodet *Theod. C.* — [16]) commodata *Theod. C.* — [17]) licentiam *abest ab Hal.*, *etiam in ms. Pl.* 1. *est recentioris adiectionis*; creditoribus non negamus *Theod. C.* — [18]) regebat *Theod. C.* — [19]) Iun. *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.* — [20]) *Theod. C.*, *Cont.* 62. *Bk.*; Honorio X. et Theodosio VI. *Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; acquiratur *Hal. et rell.* — [22]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Marcellae *edd. omnes.* — [23]) indubii *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia Russ. et quaedam Cont.* — [24]) venditionem *ms. Pl.* 1. — [25]) *hanc pleniorem subscr. restitui ex ms. Pist.*; Dat. Kal. Iul. ipsis (AA.) et Conss. *Hal. et rell.* — [26]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Iuliano *Hal. et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; acquiratur quidem ei *Hal. Russ. Cont.* 66. *rell.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; eorum *inserunt Hal. Russ. Cont.* 66. *rell.* — [29]) pignoris *ms. Bg.* — [30]) quare non ab initio, quemadmodum, *omisso seq.* non, *plerumque vero per errorem repetito*, *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [31]) Oreste *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.* — [32]) Ioanni *ms. Bg.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; iusserit *Hal. et rell.* — [34]) nomine *add. ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; alterius *Hal. et rell.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; acquiratur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [37]) stipulatio *ms. Bg.* — [38]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Cont.* 62.; vel *edd. rell.* — [39]) *mss. Pl.* 1. 2 *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; utrum *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [40]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; effuderit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [41]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; asserunt *Cont.* 66. *et rell.*

tantummodo acquiri dixerunt, quam aliorum, qui in alias opiniones deferuntur. Neque enim malignitati servorum indulgendum est, ut liceat eis, domini iussione contenta, sua libidine facere stipulationem, et ad alium dominum, qui eum forsitan corrupit, alienum lucrum transferre; quod neque ferendum est, si servus impius domino quidem, qui iussit, minime obediendum existimaverit, alii autem, qui forsitan ignorat et nescit, repentinum adducit [1]) solatium. Quod enim saepe apud antiquos dicebatur, iussionem domini non esse absimilem nominationi, tunc debet obtinere, quum servus iussus ab uno ex dominis stipulationem facere sine nomine stipulatus est; tunc etenim ei soli acquirit, qui iussit. Sin autem expresserit alium dominum, soli illi necesse est acquisitionem celebrari; multo enim amplius oportet valere dominici nominis mentionem, quam heritem iussionem. Dat. XV. [2]) Kal. Decemb. Lampadio et Oresta [3]) VV. CC. Conss. [530.]

Tit. XXVIII.

[a]) AD SENATUSCONSULTUM MACEDONIANUM.

1. Imp. Aelius [4]) Pertinax A. Atilio [5]). — Si filius [6]), quum in potestate patris esset, mutuam a te pecuniam accepit, quum se patremfamilias diceret, eiusque affirmationi credidisse te iusta ratione edocere potes, exceptio ei denegabitur. PP. X. Kal. April. Falcone et Claro Conss. [193.]

2. Impp. Severus et Antoninus AA. Sophiae [7]). — Zenodorus si [8]), quum sui iuris esse publice videretur [9]) aut patris voluntate contraxit, aut in eam rem pecuniam accepit, quae patris oneribus incumberet, vel suae potestatis constitutus novatione facta fidem suam obligavit, vel alias agnovit debitum, non esse locum decreto amplissimi ordinis, rationis est. PP. V. Kal. Mart. Saturnino et Gallo Conss. [198.]

3. [b]) Iidem AA. Macrino [10]). — Si filiusfamilias aliquid mercatus pretium stipulanti venditori cum usurarum accessione spondeat [11]), non esse locum senatusconsulto, quo foenerare [12]) filiisfamilias est prohibitum, nemini dubium est; origo enim potius obligationis, quam titulus actionis considerandus est. PP. Id. Mart. Saturnino et Gallo Conss. [198.]

4. Iidem AA. Cyrillae. — Si permittente patre filiofamilias pecuniam mutuam dedisti, senatusconsulti potestas non intervenit, et ideo persecutio pignoris, quod in bonis patris fuit, non denegabitur, praesertim quum [13]) eidem filius heres exstiterit, modo si nullus alius iure [14]) conventionis, [15]) ratione temporis et ordine [16]) potior apparuerit. PP. XII. Kal. Mai. Fabiano et Muciano Conss. [201.]

5. [c]) Imp. Alexander A. [17]) Musae. — Macedoniani Senatusconsulti auctoritas petitionem eius pecuniae non impedit, quae filiofamilias, studiorum vel legationis causa alibi degenti [18]), ad necessarios sustentandos, quos patris pietas non recusaret, credita est. Sed ex contractu filii post mortem eius de peculio actio in patrem competere ita demum potest [19]), si anni utilis spatium petitionem non impedit. Sane si iussu patris datum mutuum [20]) probetur, nec in quos usus versa sit pecunia, disquiri necesse est, sed perpetua in patrem, etiam mortuo [21]) filio, actio est. PP. prid. Kal. Mart. [22]) Agricola et Clementino Conss. [230.]

6. Imp. Philippus A. et Philippus C. [23]) Theopompo [24]). — Si filius tuus, in potestate tua agens, contra senatusconsultum Macedonianum mutuam sumsit pecuniam, actio de peculio adversus te eo nomine efficaciter dirigi nequaquam potest. §. 1. Quod senatusconsulti auxilium, licet filiifamilias meminit [25]), et ad nepotes et pronepotes porrigitur. PP. [26]) VI. Non. Mart. Philippo A. et Titiano [27]) Conss. [245.]

7. Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Si filiusfamilias citra patris iussionem vel mandatum vel voluntatem pecunias creditas acceperit, postea autem pater ratum contractum habuerit, veterum [28]) ambiguitatem decidentes sancimus, quemadmodum, si ab initio voluntate patris vel mandatu [29]) filiusfamilias pecuniam creditam accepisset, obnoxius firmiter constituebatur [30]), ita et si postea ratum pater habuerit contractum, validum esse huiusmodi contractum, quum testimonium paternum respuere satis iniquum est [31]). Necesse est enim, patris ratihabitionem vel principali mandato patris vel consensui non esse absimilem, quum nostra novella lege [32]) generaliter omnis ratihabitio prorsus retrotrahitur et confirmat [33]) ea, quae ab initio subsecuta sunt. Et haec quidem de privatis hominibus sancienda sunt. §. 1. Sin autem miles filiusfamilias pecuniam creditam acceperit, sive sine mandato vel [34]) consensu vel voluntate vel ratihabitione patris, stare oportet contractum, nulla differentia introducenda, ob quam causam pecuniae creditae vel ubi [35]) consumtae sunt [36]). In pluribus enim iuris articulis filiifamilias milites non absimiles videntur hominibus, qui sui iuris sunt, et ex [37]) praesumtione omnis miles non creditur [38]) in aliud quidquam pecu-

---

[a]) *Dig. XIV.* 6. — [b]) *Bas. XVIII.* 4. 5. (*Fabr. T. II. p.* 363.) — *Sch. d.* (*Fabr. T. II. p.* 364.) — [c]) *l.* 1. *Greg. C. de Scto Maced. III.* 7.; *Bas. XVIII.* 4. 6.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; adducat *Hal. et rell.* — [2]) XVI. *ms. Pist.* — [3]) Oreste *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.* — [4]) Aelius *abest ab omn. mss. meis.* — [5]) Acilio, Actilio *mss. nonn.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; filiusfamilias *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *sed contra mss. Russ. et Cont.* — [7]) Sophilae *ms. Pl.* 1. — [8]) si *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [9]) videbatur *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; videtur *ms. Bg.* — [10]) Matrono *al.* — [11]) sponderat *ms. Bg. ex correct.* — [12]) foenerari *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Bg. ex emend.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; et *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) nomine *edd. Nbg. Hal.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*; vel *ins. edd. omnes.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2.; ordinis *ms. Bg.*, *edd. omnes.* — [17]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*; Septimiae *ex Greg. C. ins Cont.* 71. *et rell.* — [18]) studiorum causa Romae agenti *Greg. C.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Greg. C.*; poterit *edd. omnes.* — [20]) datum ei *omisso* mutuum *Greg. C.* — [21]) eo *ins. Greg. C.* — [22]) Maii *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76., *ms. Pist.*, *sed contra Greg. C.* — [23]) et Phil. C. *absunt a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [24]) Theonipompo *ms. Bg.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*; meminerit *edd. rell.* — [26]) PP. *abest a ms. Pist.* — [27]) Tacian. *ms. Pist.* — [28]) veterem *ms. Pl.* 1. — [29]) mandato *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; constitueretur *Hal. et rell.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [32]) et *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; retrotrahatur et confirmet *Hal. et rell.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; etsi sine mand. vel *Hal.*; sive sine mand. sive *Russ. et rell.* — [35]) vel uti *liber Aured apud Char. in marg.*, *quod iam probavit Russ. in marg* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; sint *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [37]) et ita *in omnibus mss. Russ.*, *quod vix credendum.* — [38]) credatur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*

pecunias [1]) accipere et expendere, nisi in causis castrensibus [2]). Dat. XII. Kal. August. Lampadio et Oresta [3]) VV. CC. Conss. [530.]

Tit. XXIX.

[a]) AD SENATUSCONSULTUM VELLEIANUM.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Lucillae. — Mulieribus [4]), quae alienam obligationem suscipiunt vel in se transferunt, si id contrahentes non ignorant [5]), senatusconsulto subvenitur. Sed si pro aliis, quum obligatae non essent, pecuniam exsolverint [6]), intercessione cessante, repetitio nulla est. PP. Non. Decemb. Gentiano et Basso [7]) Conss. [211.]

2. [c]) Idem A. Nepotianae. — Frustra senatusconsulti exceptione, quod de intercessionibus feminarum factum est, uti tentasti, quoniam principaliter ipsa debitrix fuisti. Eius enim senatusconsulti exceptio tunc mulieri datur, quum principaliter ipsa nihil debet, sed pro alio debitore apud creditorem eius intercessit. Sin autem pro creditore suo alii [8]) se obligaverunt [9]), vel ab eo se vel debitorem suum delegari passae sunt, huius senatusconsulti auxilium non habent. PP. III. Id. Aug. Antonino A. IV. et Balbino [10]) Conss. [213.]

3. [d]) Idem A. Servato. — Si, quum [11]) ipse mutuam pecuniam acciperes, mater tua contra amplissimi ordinis consultum fidem suam interposuit, exceptione se tueri potest. PP. III. Id. Aug. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

4. [e]) Imp. Alexander A. Alexandriae [12]). — Senatusconsultum locum habet, sive eam obligationem, quae in alterius persona constitit, mulier in se transtulit vel participavit [13]), sive quum alius pecuniam acciperet [14]), ipsa se ab initio ream constituit, quod fit [15]) in rerum earum [16]) pro aliis obligationibus admissum est. Sed si praedia tua annis maior viginti quinque vendidisti, et pro marito pecuniam solvisti, deficit auxilium senatusconsulti. PP. VI. Kal. Ianuar. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

5. [f]) Idem A. Popiliae [17]). — Si sine voluntate tua res tuae a marito tuo pignori datae sunt, non tenentur. Quod si consensisti obligationi sciente creditrice, auxilio senatusconsulti uti potes. Quod si patientiam praestitisti, ut quasi suas res maritus obligaret, decipere voluisti mutuam pecuniam dantem, et ideo tibi non succurretur senatusconsulto, quo infirmitati, non calliditati mulierum consultum est. Dat. XV. Kal. Iul. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

6. [g]) Idem A. Torquato. — Si mater, quum filiorum suorum patrimonium gereret, tutoribus eorum securitatem promiserit, et fideiussorem praestiterit vel pignora dederit, quoniam quodammodo suum negotium gessisse videtur, senatusconsulti auxilio neque ipsa, neque fideiussor ab ea praestitus, neque res eius pignoratae adiuvantur. §. 1. Sin autem tutore se excusare volente ipsa se interposuit, indemnitatem ei repromittens, auxilio senatusconsulti uti minime prohibetur. §. 2. Si vero tutores petiit, et sponte periculum suscepit, quominus teneatur, auctoritate iuris tuetur [18]). PP. VI. Id. Octob. Modesto et Probo Conss. [228.]

7. [h]) Imp. Gordianus A. Viviano. — Si sciens creditor, a marito propter proprium debitum fundum mulieris, licet ea consentiente, obligari [19]), eum [20]) pignori accepit, propter senatusconsulti auxilium vendendo eum dominium mulieri auferre nequivit, nec tibi necesse est, praestito pretio emtori vindicare, si matri heres exstitisti. PP. XII. Kal. Octob. Pio et Pontiano Conss. [238.]

8. [i]) Idem A. Triphoni [21]). — Si paternam obligationem non tantum masculini sexus [22]), verum etiam filiae emancipatae in se receperunt, quamvis filiae virilibus obligationibus eximantur propter exceptionem, quae ex senatusconsulto Velleiano descendit, tamen filios in id, quod se obligaverunt, teneri, filiarumque subducta persona patrem in id conveniri posse, in quo conveniretur, si filiae non intercessissent, dubium non est. Pignora tamen patris, etsi in posteriorem obligationem [23]) accepta sunt, sine dubio tenentur; sed et si in priore fuerunt [24]), quatenus ad patrem per restitutoriam [25]) actionem redit, hactenus [26]) tenebuntur [27]). PP. Non. Octob. Pio et Pontiano Conss. [238.]

9. [k]) Idem A. Proculo [28]). — Quamvis mulier pro alio solvere possit, tamen si praecedente obligatione, quam senatusconsultum de intercessionibus efficacem esse non sinit, solutionem fecerit eius senatusconsulti beneficio munitam se ignorans, locum habet repetitio. PP. Non. Iul. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

10.

---

[a]) *Dig. XVI.* 1. — [b]) *Bas. XXVI.* 7. 65. (*Fabr. T. IV. p.* 198.) — [c]) *Bas. XXVI.* 7. 66. (*Fabr. T. IV. p.* 199.) — [d]) *Bas. XXVI.* 7. 67. — [e]) *Bas. XXVI.* 7. 68. — [f]) *Bas. XXVI.* 7. 69. *In ms. Pl.* 1. *hoc rescr. est l. penult. hui. tit. In ms. Pl.* 2. *ordo hic est: l.* 7. 5. 6. 8. — [g]) *Bas. XXVI.* 7. 70. (*Fabr T. IV. p.* 200.) — [h]) *Bas. XXVI.* 7. 71. — [i]) *Bas. XXVI.* 7. 72. (*Fabr. T. IV. p.* 201.) — [k]) *Bas. XXVI.* 7. 73.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; pecuniam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; in causas castrenses *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) Oreste *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; quidam *ins. ed. Nbg.*; quidem *ins. Hal. et rell.*, *sed contra omnia mss. Russ.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; ignorent *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) exsolverunt *edd. Nbg. Schf. Hal.*; exsolvunt *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [7]) *ms. Pist. diem firmat*, *sic autem pergit* Carvitio vob (*i. e. duobus*) Aspris, *unde ad a.* 212. *hoc rescr. referendum foret.* — [8]) aliis *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; obligaverint *ed. Schf.*; *iidem libri et paullo post plurales num.* passae sunt — habeant *defendunt*; obligaverit — passa est — habet *Hal. et rell.* — [10]) 11. *ins. Bk.* — [11]) tu *ins. mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [12]) Alexandrae *ms. Bg.*, *Russ. Cont.* 62. *Sp. Bk.* — [13]) *mss. hic promiscue indicativum et coniunctivum, pluralem num. et singularem habent.* — [14]) acceperit *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf.* — [15]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Cont.* 62.; et *abest a ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *novem libri Russardi*, *Hal. Cont.* 62.; habitis *addunt edd. Nbg. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [17]) Pupillae *mss. pleraque.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; auctoritas eam iur. tuet. *Hal. et rell. contra decem codd. Russ.*; *nec non in omnibus Cont.* tueri *hic passive ponitur.* — [19]) *ms. Bg.*, *ms. Pl.* 1. *ex correct.*, *edd. Nbg. Cont.* 62.; obligaret *ms. Gt.*; obligationi *ms. Pl.* 2.; obligari *penitus abest ab Hal.*, *supra post* debitum *inserunt edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [20]) eum *abest a ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Hal.* — [21]) Triphonio *mss. nonn.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Cont.* 62.; filii *add. edd. rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal. Bk.*; in posteriore obligatione *ms. Bg.*, *edd. rell.*; *nobiscum faciunt Bas.* — [24]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 1. *ante correct.*, *ed. Schf.*; fuerint *Hal.*; fuerunt obligatione *ed. Nbg.*; fuerint oblig. *Russ. et rell.* — [25]) rescissoriam *Russ. Cont. in marg.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; eatenus *Russ. et rell.* — [27]) non teneb. *Russ. in marg.*, *quod aperte vitiosum est.* — [28]) Proculae *ms. Vat.*

10. [a]) Imp. Philippus A. et Philippus C. [1]) Triphonae. — Si adversarius tuus non cum marito tuo, sed tecum negotium gessit, reliqua conductionis, quae dicis esse contracta, obtentu huiusmodi obligationum non potes recusare. Enimvero si, quum eosdem fundos non tibi, sed marito tuo locaret, personam tuam ut idoneam secutus est, beneficio amplissimi ordinis, quod factum est de intercessionibus feminarum, te tueri potes. PP. XVIII. Kal. Septemb. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

11. [b]) Idem A. et C. [2]) Theodorae [3]). — Etiam constante matrimonio ius hypothecarum seu pignorum marito remitti posse, explorati iuris est. PP. VIII. Kal. Octob. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

12. [c]) Impp. Valerianus [4]) et Gallienus AA. Sepiducae [5]). — Si dotare filiam volens genero res tuas obligasti, pertinere ad te beneficium senatusconsulti falso putas; hanc enim causam ab eo beneficio esse removendam, prudentes viri putaverunt. PP. IX. Kal. Mart. Tusco [6]) et Basso Conss. [258.]

13. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Condianae [7]). — Si foenebris pecunia iuxta fidem veri a creditore tibi data est, sive tota quantitas [8]) foenoris, sive pars eius in usum [9]) mariti processisse proponatur [10]), decreto patrum non adiuvaris, licet creditor causam contractus non ignoraverit. Dat. III. [11]) Kal. Sept. ipsis IV. et III. AA. Conss. [12]) [290.]

14. [e]) Iidem AA. et CC. Basilissae. — Mulierem contra senatusconsulti Velleiani auctoritatem non posse intercedere, eademque exceptione fideiussorem eius uti posse, iuris auctoritas probat. Unde si mater tua marito quondam suo heres non exstitit, satis idoneae exceptionis remedio tuta est. PP. VIII. Kal. April. Byzantii, Caess. Conss. [294—305.]

15. [f]) Iidem AA. et CC. Agrippino. — Si uxor pro marito contra senatusconsultum intercessura te rogavit mandatario nomine pro ea tuam fidem adstringere [13]), initio contractus per exceptionis auxilium obligationi tuae cohaesit [14]) securitas, qua conventus defendi potes. PP. XVIII. Kal. Iun. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

16. [g]) Iidem AA. et CC. Rufino. — Si mulier alienam suscepit obligationem, quum ei per exceptionem Velleiani senatusconsulti succurratur, creditori contra priores debitores rescissoria actio datur. PP. XVII. Kal. Febr. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

17. [h]) Iidem AA. et CC. Alexandro [15]). — Si, quum pater vester a Callistrato mutuam sumsisset [16]) pecuniam, velut hanc eius uxor accepisset, instrumento [17]) conscriptum est, nec ad exceptionis tractatum ex senatusconsulto venientem pervenire necesse est, quum eam veritatis substantia, constituta potior [18]) quam simulata gesta, tueatur. S. III. [19]) Id. Mart. Caess. Conss. [294—305.]

18. [i]) Iidem AA. et CC. Zotico. — Feminis alienas, [20]) veteres vel novas, obligationes aliqua ratione suscipientibus subvenitur, nisi creditor aliqua ratione per mulierem deceptus sit; nam tunc replicatione doli senatusconsulti exceptionem removeri constitutum est. Dat. V. Id. Novemb. Antiochiae, Caess. Conss. [294—305.]

19. [k]) Iidem AA. et CC. Faustinae. — Quum ad eas etiam obligationes, quae ex mulieris persona calliditate creditoris sumserunt primordium, decretum patrum, quod de intercessione feminarum factum est, pertinere edicto perpetuo declaratur, si tamen [21]) creditor, qui contrahere cum alio proposuerat, mulieris personam elegit, exceptione contra petitores secundum ea, quae asseveras, defendi potes. Dat. XVIII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

20. [l]) Iidem AA. et CC. Theodotiano. — Heredes quoque mulieris adversus creditores eadem exceptione, quae ex senatusconsulto introducta est, uti posse dubium non est. Dat. IX. [22]) Kal. Ianuar. ipsis Caess. Conss. [294—305.]

21. [m]) Imp. Anastasius A. Celeri, Magistro officiorum. — Iubemus, licere mulieribus et pro uno contractu vel certis contractibus, seu pro una vel certis personis seu rebus iuri hypothecarum sibi competenti per consensum proprium renuntiare, quodque ita gestum sit, hac auctoritate nostra firmum illibatumque custodiri; ita tamen, ut [23]), si generaliter tali renuntiatione pro uno, ut dictum est, contractu seu certis contractibus, vel ad unam vel certas res seu personas consensum proprium accommodantes usae sunt vel fuerint, eadem renuntiatio ad [24]) illos contractus et illas res seu personas, quibus consensum [25]) proprium accommodaverunt vel accommodaverint, coarctetur, nec aliis quibusdam contractibus, quibus minime mulieres consenserunt vel consenserint, praetendentibus eam opponendi licentia praebeatur; his scilicet omnibus, quae in praesenti per hanc consultissimam legem statuimus, ad praeteritos nihilominus contractus pro negotiis et controversiis, necdum [26]) transactionibus vel definitivis sententiis seu alio legitimo modo sopitis, locum habituris. Dat. Kal. April. Anastasio A. IV. [27]) et Agapito [28]) Conss. [517.]

Authent. ut immobilia antenuptialis donat. §. Si quis igitur. (Nov. 61. c. 1.) — *Sive a me, sive ab alio pro me fiat donatio propter nuptias, quod ex ea causa est immobile, neque alienare valeo neque obligare. In hoc ergo contractu mulieris consensus nihil proficit, quominus demus mulieri in rem actionem in sponsalitia largitate* [29]) *soluto matrimonio, nisi et secundo post biennium profiteatur, et*

---

[a]) *Bas. XXVI.* 7. 74. — [b]) *Bas. XXVI.* 7. 75. — [c]) *Bas. XXVI.* 7. 76. (*Fabr. T. IV. p.* 202.) — [d]) *Bas. XXVI.* 7. 77. — [e]) *Bas. XXVI.* 7. 78. — [f]) *Bas. XXVI.* 7. 79. — [g]) *Bas. XXVI.* 7. 80. — [h]) *Bas. XXVI.* 7. 81. — [i]) *Bas. XXVI.* 7. 82. (*Fabr. T. IV. p.* 203.) — [k]) *Bas. XXVI.* 7. 83. — [l]) *Bas. XXVI.* 7. 84. — [m]) *Bas. XXVI.* 7. 85.

[1]) et Philipp. C. *absunt a mss. Cas. Vat. Pl.* 2.; Imp. Phil. C. *ms. Bg.* — [2]) *ms. Pl.* 1.; et C. *absunt a mss. rell. et edd. omn.* — [3]) *ms. Pl.* 1., *Cont.* 62.; Theodoro, Theodo, Theod. *mss. rell.*; Heborae *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) Valentinianus *Sp. Bk.* — [5]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Sepidutae *Hal. et postea rell.*; Sepio duci *ed. Nbg.* — [6]) Fusco *Russ. Cont. in marg.* — [7]) Candianae *ms. Pl.* 1. — [8]) ipsius pecuniae *ins. ms. Bg.* — [9]) usu *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [10]) ponatur *ms. Bg.* — [11]) IV. *ms. Pist.* — [12]) ipsis IV. *ms. Pist.*, *unde supplevi numeros consulatus*; ipsis AA. et Conss. *Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; adstringeres *Hal.*, *idem sed interiecto* ut *post* nomine *ed. Nbg.*; obstringeres *servato hoc* ut *Russ. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; adhaesit *edd. Nbg. Hal. et rell. contra omnia mss. Russ. et Cont.* — [15]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; et aliis *edd. Hal. et rell.* — [16]) suscepisset *ms. Pl.* 1.; accepisset *ms. Gt.* — [17]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; instrumentum *ms. Pl.* 2., *edd. omnes.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; potius *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [19]) S. VI. *ms. Pist.*; III. *om.* S. *Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) tamen *tollere mavult Russ. in marg. et abest a duobus mss. Char.*, *recte autem se habet.* — [22]) S. VIII. *ms. Pist.*, *a quo et abest* ipsis. — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Cont.* 62.; et *ins. edd. Schf. Hal. Russ. et rell.* — [24]) ad *abest ab Hal.*, *qui paulo post habet* coartet; in *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; suum *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) nec non *Russ in marg.*, *quod idem probat.* — [27]) *Bk.*; Anatolio *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 3. *ad l.* 6. *C. II.* 8. *et Reinesii Inscriptt. p.* 944. — [28]) Agapeto *Bk.* — [29]) *in sponsalitiam largitatem ed. Nbg.*

et aliae res viro sint, ex quibus ei consuli possit. Absque his enim, neque si frequenter consentiat, laedetur; vir tamen [1]) *obligabitur in aliis rebus suis huius obligationis seu alienationis occasione, quae, quantum ad mulierem, pro non dicta et* [2]) *pro non scripta habetur.* §. 1. *Et multo magis idem in dotibus locum habet* [3]), *ut non aliquid immobile pro ea alienetur vel obligetur; omnibus tamen privilegiis doti datis in sua firmitate durantibus, sive agat mulier sive nomine eius alius.*

22. [a]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Si mulier perfectae aetatis constituta [4]) post intercessionem vel cautionem conscripserit, vel pignus aut intercessorem [5]) praestiterit, sancimus, antiqua legum varietate cessante, si quidem intra biennale inge tempus, post priorem cautionem numerandum, pro eadem causa fecerit cautionem, vel pignus aut intercessorem dederit, nihil sibi praeiudicare, quod adhuc ex consequentia suae fragilitatis in secundam iacturam inciderit. Sin autem post biennium haec fecerit, sibi imputet, si, quod saepius cogitare poterat et evitare, non fecit, sed ultro firmavit; videtur etenim ex huiusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se alligare, sed pro sua causa aliquid agere, et tam ex secunda cautione sese obnoxiam facere, in quantum hoc fecit [6]), quam pignus aut intercessorem utiliter dare. Authent. ut nulli indicum liceat habere loci servat.

§. Et illud. (Nov. 134. c. 8.) — *Si qua mulier crediti instrumento consentiat proprio viro, aut scribat, et propriam substantiam aut se ipsam obligatam faciat, iubemus, hoc nullatenus valere, sive semel sive multoties huiusmodi aliquid pro eadem re fiat, sive privatum sive publicum sit debitum, sed ita esse, ac si neque factum quidquam* [7]), *neque scriptum esset, nisi manifeste probetur, quod pecuniae in propriam ipsius mulieris utilitatem expensae sint.*

23. [b]) Idem A. Iuliano P. P. — Antiquae iurisdictionis retia [8]) et difficillimos nodos resolventes, et supervacuas distinctiones exsulare cupientes sancimus, mulierem, si intercesserit, sive ab initio sive postea aliquid accipiens, ut sese interponat, omnimodo teneri, et non posse senatusconsulti Velleiani uti auxilio, sive sine scriptis sive per scripturam sese interposuerit. Sed si quidem in ipso instrumento intercessionis dixerit, sese aliquid accepisse et sic ad intercessionem venisse, et hoc instrumentum publice confectum inveniatur et a tribus testibus consignatum [9]), omnimodo esse credendum, eam pecuniam vel res accepisse, et non esse ei ad senatusconsulti Velleiani auxilium regressum. Sin autem sine scriptis intercesserit vel instrumento non sic confecto, tunc, si possit stipulator [10]) ostendere, eam accepisse pecunias vel res, et sic subiisse obligationem, repelli eam a senatusconsulti iuvamine. Sin vero hoc minime fuerit ab eo approbatum, tunc mulieri superesse auxilium, et antiquam actionem adversus eum servari, pro quo mulier intercessit, vel ei actionem parari [11]). §. 1. Sed si minus idoneae mulieri constitutae [12]) aliquis pecunias vel res dedit [13]), ut pro eo sese obligaret, mulieri quidem, quae revera haec accepit, nullus pateat aditus ad senatusconsulti auctoritatem, creditori autem liceat adversus eam venire, et quod potest, ab ea exigere, et in reliquum [14]) antiquum debitorem aggredi, vel in partem, si aliquid a muliere possit accipere [15]), vel in totum, si ea penitus inopia fatigetur. §. 2. Ne autem mulieres perperam sese pro aliis interponant, sancimus, non aliter eas in tali contractu posse pro aliis se obligare, nisi instrumento publice confecto et a tribus testibus subsignato accipiant homines a muliere pro aliis confessionem; tunc etenim tantummodo eas obligari, et sic omnia tractari, quae de intercessionibus feminarum vel veteribus legibus cauta vel ab imperiali auctoritate introducta sunt. Sin autem extra eandem observationem mulieres susceperint [16]) intercedentes, pro nihilo habeatur huiusmodi scriptura vel sine scriptis obligatio, tanquam nec confecta nec penitus scripta, ut [17]) nec senatusconsulti auxilium imploretur, sed sit libera et absoluta, quasi penitus nullo in eadem causa subsecuto. Dat. XV. Kal. April. Lampadio et Oreste Conss. [18]) [530.]

24. [c]) Idem A. Iuliano P. P. — Veterum ambiguitatem decidentes sancimus, si quis, ut servo suo manumissionem imponat, mulierem acceperit, obnoxiam sese pro certa quantitate facientem, si in libertatem servum perduxerit [19]), sive principaliter mulier sese obligavit, sive pro servo hoc fecit, teneri eam, recte omnimodo senatusconsultum Velleianum in hoc casu tacere imperantes. Satis etenim acerbum est et pietatis rationi contrarium, dominum servi, qui credidit mulieri, sive soli sive post servi promissionem [20]), et libertatem servo imponere et suum famulum perdere, et ea minime accipere, quibus fretus ad huiusmodi venit liberalitatem [21]). Dat. Kal. August. Lampadio et Oreste Conss. [22]) [530.]

25. [d]) Idem A. ad populum urbis Constantinopolitanae et universos provinciales. — Generaliter sancimus, ut, si quis maior viginti quinque annis, sive masculus sive femina, dotem vel [23]) pollicitus sit vel spoponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum est, omnimodo compellatur suam confessionem adimplere; neque enim ferendum est, quasi casu fortuito interveniente mulierem fieri indotatam, et sic a viro forsitan repelli, et distrahi matrimonium. Omnem enim scimus, favore dotium et antiquos iuris conditores severitatem legis saepius mollire, merito et nos ad huiusmodi venimus sanctionem. Nam si spontanea voluntate ab initio liberalitatem suam ostendit, necesse est, eum vel eam suis promissionibus satisfacere, ut, quod ab initio sponte scriptum aut in pollicitationem [24]) deductum est, hoc ab invitis postea compleatur, omni auctoritate Velleiani senatusconsulti in hac causa cessante. Dat. Kal. Novemb. Constantinop. post consul. Lampadii et Orestae [25]). [531.]

Tit.

---

[a]) *Bas. XXVI.* 7. 86. — [b]) *Bas. XXVI.* 7. 87. *In ms. Pl.* 1. *est ult. const. hui. tit.* — [c]) *Bas. XXVI.* 7. 88. (*Fabr. T. IV. p.* 204.) — [d]) *Bas. XXVI.* 7. 89. (*Fabr. T. IV. p.* 205.)

[1]) *enim ed. Nbg.* — [2]) *pro non dicta et absunt ab ed. Nbg.* — [3]) *Idem in dote est et multo potius ed. Nbg.*, *atque sic finit authent.* — [4]) constituta *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [5]) intercessores *ms. Pl.* 1.; intercessionem *ms. Bg.* — [6]) in quantum hoc fecit *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *et videntur Russardo ab interprete addita.* — [7]) *neque factum quidquam absunt ab ed. Nbg.*, *et convenit haec omissio Novellae.* — [8]) resecantes *ins. ms. Pl.* 2. — [9]) subsignatum *Russ. et Cont. in marg.*, *consentiunt Bas.* — [10]) creditor *ms. Pl.* 1. — [11]) pari *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *ms. Pl.* 1. *ante emendat.*, *Cont.* 62. — [12]) si min. idonea muliere constituta *ms. Pl.* 1., *ms. Bg. ante correct.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; dederit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) in reliquo *ms. Bg.* — [15]) si aliquid — accipere *absunt ab ed. Schf.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; acceperint *edd. Schf. Russ. et rell.* — [17]) ut *abest a ms. Pl.* 1. — [18]) *hanc subscr. restitui ex ms. Pist.*, *in quo quidem legi* 5. *hoc tit. adscripta est*, *haec autem ipsa l.* 5. *legi* 23. *proxime antecedit.* — [19]) produxerit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [20]) sive pro se sive solius servi promissione *ms. Pl.* 1.; sive soli sive pro servi promissione *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [21]) libertatem *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [22]) *hanc subscr.*, *quae abest ab Hal. et rell.*, *restituit ex mssis Merillius Opp. P. II. p.* 14. — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; vel *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.*, *sed contra Bas.* — [24]) pollicitatione *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; εἰς ἐπαγγελίαν *Bas.* — [24]) *hanc subscr.*, *quae abest ab Hal. et rell.*, *restitui ex ms. Pist.*, *in quo ita:* D. K. Nv. c̄p. p. Lamp. ss.

Tit. XXX.

DE NON NUMERATA PECUNIA.

1. [a]) Impp. Severus et Antoninus AA. Hilaro [1]). — Si pecuniam tibi non esse numeratam, atque ideo frustra cautionem emissam asseris, et pignus datum probaturus es, in rem experiri potes; nam intentio [2]) dati pignoris nec numeratae [3]) pecuniae non aliter tenebit, quam si de fide debiti constiterit. Eademque ratione veritas servetur, si te possidente pignus adversarius tuus agere coeperit. PP. Kal. Septemb. Laterano et Rufino Conss. [4]) [197.]

2. [b]) Imp. Antoninus A. Maturio. — Minorem pecuniam te accepisse, et maioris [5]) cautionem interposuisse, si apud eum, qui super ea re cognituros est, constiterit, nihil ultra, quam accepisti, cum usuris in stipulatum deductis restituere te iubebit. Dat. Id. April. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [6]) [213.]

3. [c]) Idem A. Demetriae [7]). — Si ex cautione tua, licet hypotheca data, conveniri coeperis, exceptione opposita seu doli seu non numeratae pecuniae, compellitur petitor probare, pecuniam tibi esse numeratam; quo non impleto, absolutio sequetur. Dat. III. Kal. Iul. Laeto II. et Cereale [8]). [215.]

4. [d]) Idem A. Basso [9]). — Quum fidem cautionis agnoscens etiam solutionem portionis debiti vel usurarum feceris, intelligis, de non numerata pecunia nimium tarde querelam te deferre.

Authent. de triente et semisse. §. Studium vero. (Nov. 18. c. 8.) — *Contra qui propriam scripturam, qua convenitur, abnegat, vel numerationem inficiatur, convictus in duplum condemnetur, nisi sacramento illato confiteatur; tunc enim non punitur, nisi in expensas circa probationes factas, actoris iuramento declarandas. At si post numerationis infitiationem praetendat solutionem, omnino solidum exigitur, nec prodest iam facta solutio. Contra si actor literas suas a reo prolatas abneget, eadem sit et poenae et iurisiurandi forma. Hac poena curatori infligenda, si de suis literis quaestionem referat in causa eius, quem curat.*

5. [e]) Imp. Alexander A. Augustino [10]). — Adversus petitiones adversarii si quid iuris habes, uti eo potes. Ignorare autem non debes, non numeratae pecuniae exceptionem ibi locum habere, ubi quasi credita pecunia petitur. Quum autem ex praecedente causa debiti in chirographum quantitas redigitur [11]), non requiritur, an tunc, quum cavebatur, numerata sit, sed an iusta causa debiti praecesserit. Dat. Non. Ianuar. Maximo II. et Aeliano Conss. [12]) [223.]

6. [f]) Idem A. Iustino [13]). — Frustra opinaris, exceptione non numeratae pecuniae te esse munitum, quando, ut fateris, in eius vicem [14]), qui erat obligatus, substitueris te debitorem. PP..... [15]).

7. [g]) Idem A. Iuliano et Ammiano [16]). — Si quasi accepturi mutuam pecuniam adversario cavistis, quae numerata non est, per condictionem obligationem repetere, etsi [17]) actor non petat, vel exceptione non numeratae pecuniae adversus agentem uti potestis. PP. Non. Novemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [18]) [223.]

8. [h]) Idem A. Materno. — Si intra legibus definitum tempus, qui cautionem exposuit, nulla querimonia usus defunctus est, residuum tempus eius heres habebit tam adversus creditorem, quam adversus eius heredem. Sin autem questus est, exceptio non numeratae pecuniae heredi et adversus heredem [19]) perpetuo [20]) competit. Sin vero legitimum tempus excessit in querimoniam creditore minime deducto, omnimodo heres eius, et [21]) si pupillus sit, debitum solvere compellitur. PP. XII. Kal. April. Modesto et Probo Conss. [22]) [228.]

9. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [23]) Zoilo. — Quum ultra hoc, quod accepit, re obligari neminem posse constet, et [24]) stipulatione interposita placita creditor non dederit, in factum [25]) dandam exceptionem convenit, si necdum tempus, infra [26]) quod huius rei querela deferri debet, transiit; vel si intra hoc in testando iuri paritum sit, nihil ultra hoc, quod accepisti, sortis a te nomine rector [27]) provinciae exigi patietur. Dat. III. Id. Decemb. ipsis AA. Conss. [28]) [287—304.]

10. [k]) Iidem AA. Mucazano [29]). — Asseveratio debitum solutum contendentis temporis diuturnitate

---

[a]) *gemina const. est l.* 1. *C. si pign. conv. VIII.* 33.; *Bas. XXIII.* 1. 63. (*Fabr. T. III. p.* 327.) — *Sch. u. x.* (*Fabr. T. IV. p.* 347.) — [b]) *Bas. XXIII.* 1. 64. — *Sch. y.* (*Fabr. T. IV. p.* 348.) — [c]) *Bas. XXIII.* 1. 65. (*Fabr. T. III. p.* 328.) — *Sch. z. a.* — [d]) *Bas. XXIII.* 1. 66. — *Sch. b.* (*Fabr. T. III. p.* 350.) — [e]) *Bas. XXIII.* 1. 67. — *Sch. c—f.* — [f]) *Bas. XXIII.* 1. 68. — *Sch. g.* (*Fabr. T. III. p.* 352.) — [g]) *Bas. XXIII.* 1. 69. — *Sch. h. i.* — [h]) *Bas. XXIII.* 1. 70. (*Fabr. T. III. p.* 329.) — *Sch. k—q.* (*Fabr. T. III. p.* 353.) — [i]) *Bas. XXIII.* 1. 71. — *Sch. r—t.* (*Fabr. T. III. p.* 354.) — [k]) *Bas. XXIII.* 1. 72. — *Sch. u.*

[1]) Hyllaro, Yllaro, Ilaro, Illaro, Hilaro *mss.*; Hilario *solum ms. Bg., deinde vero edd. omnes.* — [2]) contentio *ms. Bg.* — [3]) neque redditae *l.* 1. *C. VIII.* 33., *quae lectio veram horum vv. sententiam bene illustrat, dummodo sub intentione exceptio intelligatur. Iam non opus est cum aliis coniecturari et* nec *immutare in* et. — [4]) *subscr. abest ab Hal. Cont.* 66. 71. 76., *restituta a Russ. ex l.* 1. *C. VIII.* 33.; *consentit ms. Pist., quod hanc subscr. in calce tit. anteced. habet.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; maiorem *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) *Bk., adiecto tamen* II. *post* Balb.; *subscript., quae abest ab Hal. et rell., suppeditant mss. Pist. et Paris. ita:* D. id. ap. Antonio et Balnio. — [7]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*; Demetrio *ms. Pl.* 1., *edd. omnes.* — [8]) *mss. Pist. Paris.*, *quae autem om.* II., *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [9]) *mss. fere omnia, ed. Nbg.*; Bassano *Hal. et rell.* — [10]) Augustino, Augustano, Ustino, Augustiano *mss.*; Haustiano *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [11]) dirigatur *ms. Bg.* — [12]) *ms. Pist. hanc const. quidem omittit, sed in fine const. praeced. habet subscr., quam non possumus non huc referre, ac ita quidem:* D. Non. nv. (*probabiliter* ianuar.) Max. et Elian. cc.; *similiter ms. Paris.* — [13]) Iuliano *ms. Pl.* 1. — [14]) vice *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [15]) *ms. Pist.*; *omnis subscr. abest ab Hal. et rell.*; *cfr. not.* 4. *ad l.* 12. *hoc tit.* — [16]) Thanniano, Aminiano *mss. nonn.*; Antiano, Annoniano, Damiano *al.* — [17]) et *cancellis inclusum a Russ.* — [18]) *hanc subscr. servant mss. Pist. Paris., fere integram iam restituit Bk.* — [19]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; eius *add. ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Hal. et rell.* — [20]) perpetua *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; etiam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) *hanc subscr., quam servant mss. Pist. Paris., restituit Bk.* — [23]) et CC. *add. ms. Bg.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Cont.* 62.; si *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; esse *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; intra *ms. Pl.* 1., *Russ. et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Hal. in textu*; praeses *ms. Pl.* 1.; aditus rector vel praeses *Hal. in not., Russ. et rell.*; *sed ὁ ἄρχων τῆς ἐπαρχίας Bas.* — [28]) d. III. id. dec. ipsis cc. *ms. Pist.*, *quod* cc. *potius Caess. denotare videretur*; *censui autem* cc. *signum esse Conss., excidisse vero* AA. *maxime propter inscr.*; *diem iam habet Bk. ex ms. Paris.* — [29]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Mazantio, Mezantio *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *post* AA. *ins.* et CC. *mss. Pl.* 1. *Bg.*

nitate non excluditur. Nec huic obloquitur, quod exceptio non numeratae pecuniae, certa die non delata querela, prius evanescat, quum inter eum, qui factum asseverans onus subiit probationis, et negantem numerationem, cuius naturali ratione probatio nulla est, et ob hoc ad petitorem eius rei necessitatem transferentem, magna sit differentia.

11. [a]) Iidem AA. [1]) Eutychiano. — Si transactionis causa dare Palladio pecuniam stipulanti spondisti, exceptione non numeratae pecuniae defendi non potes. Dat. IV. Id. April. . . . . [2]).

12. [b]) Iidem AA. [3]) Severiano. — Tam mandatori quam fideiussori non numeratae pecuniae exceptio, exemplo rei principalis, competit [4]).

13. [c]) Imp. Iustinus [5]) A. Theodoro [6]) P. U. [7]). — Generaliter sancimus, ut, si quid scriptis cautum fuerit pro quibuscunque pecuniis ex antecedente causa descendentibus, eamque causam specialiter promissor edixerit, non iam ei licentia sit causae probationes [8]) stipulatorem exigere, quum suis confessionibus [9]) acquiescere debeat [10]), nisi certe ipse e contrario per apertissima rerum argumenta scriptis inserta religionem iudicis possit instruere, quod in alium quemquam modum, et non in eum, quem cautio perhibet, negotium subsecutum sit. Nimis enim indignum esse iudicamus, ut [11]), quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmaret, testimonioque proprio resisteret [12]).

14. [d]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — In contractibus, in quibus pecuniae vel aliae res numeratae vel datae esse conscribuntur, non intra quinquennium, quod antea constitutum erat, non numeratae pecuniae exceptionem obiicere possit, qui accepisse pecunias vel alias res scriptus sit, vel successor [13]) eius, sed intra solum biennium continuum, ut eo lapso [14]) nullo modo querela non numeratae pecuniae introduci possit; his scilicet, qui propter aliquas causas specialiter legibus expressas etiam lapso quinquennio in praeteritis temporibus adinvabantur, etiam in posterum, licet biennium pro quinquennio statutum est, eodem auxilio potituris. §. 1. Sed quoniam securitatibus et instrumentis depositarum rerum vel pecuniarum talem exceptionem opponere litigatores conantur, iustum esse prospicimus [15]), huiusmodi potestatem in certis quidem casibus prorsus amputare, in aliis vero brevi tempore concludere. Ideoque sancimus, instrumento quidem depositionis certarum rerum vel certae pecuniae securitatibusque publicarum functionum, sive in solidum sive ex [16]) parte solutae esse conscribantur, illis etiam securitatibus, quae post confectionem dotalium instrumentorum de soluta dote ex parte vel in solidum exponuntur, nullam exceptionem non numeratae pecuniae penitus opponi. §. 2. Super ceteris vero securitatibus, quae super privatis debitis a creditore conscribuntur, partem debiti sortis vel usurarum nomine solutam esse significantes, vel adhuc foeneratitia cautione apud creditorem manente, solidi tamen debiti solutionem factam esse demonstrantes, vel etiam futuram esse redhibitionem instrumenti foeneratitii promittentes, vel si qua alterius cuiuscunque contractus gratia, in quo numeratio pecuniarum vel datio certarum specierum scripta est, securitas similiter data sit, depensas esse pecunias vel alias res vel partem earum significans [17]), intra triginta tantummodo dies, post huiusmodi securitatis expositionem connumerandos, exceptionem non numeratae pecuniae posse obiici, ut, si hi transacti fuerint, eadem securitas a iudicantibus omnibus modis admittatur, nec ei liceat, qui securitatem exposuit, post excessum memoratorum [18]) dierum non esse sibi solutas pecunias vel alias res dicere. §. 3. Illo videlicet [19]) observando, ut, in quibus non permittitur exceptionem non numeratae pecuniae opponere, vel ab initio vel post taxatum tempus elapsum, in his nec iusiurandum offerri [20]) liceat. §. 4. In omni vero tempore, quod memoratae exceptioni taxatum est, ei licebit, cui talis exceptio competit, vel denuntiationibus scripto missis querelam non numeratae pecuniae manifestare ei, qui numerasse eam [21]) vel alias res dedisse instrumento scriptus [22]) est, vel, si abesse eum his locis, in quibus contractus factus est, contigerit, in hac quidem alma urbe apud quemlibet ordinarium iudicem, in provinciis vero apud viros clarissimos rectores earum vel defensores locorum eandem querelam manifestare, eoque modo perpetuam sibi exceptionem efficere. Sed si praesens quidem sit, qui pecunias numerasse vel alias res dedisse scriptus est, aliquam vero administrationem vel in hac alma urbe vel [23]) in provinciis gerat, ut difficile esse videatur denuntiationem ei mittere, licentiam damus ei, qui memorata exceptione uti velit, alios iudices adire, vel in hac alma urbe vel in provinciis, et per eos ei [24]) manifestare, cui exceptionem huiusmodi obiicit, factam a se super non numerata pecunia querelam esse. Quod si

---

[a]) *Bas. XXIII.* 1. 73. (*Fabr. T. III. p.* 330.) — *Sch. x. y.* (*Fabr. T. III. p.* 356.) — [b]) *Bas. XXIII.* 1. 74. — *Sch. z—b.* (*Fabr. T. III. p.* 357.) — [c]) *Bas. XXIII.* 1. 75. — *Sch. c—e.* (*Fabr. T. III. p.* 358.) — [d]) *Huius const.* §. 1. *ex parte geminatur in l.* 4. *C. de apochis. X.* 22., §. 4. *in l.* 21. *C. de episcop. aud. l.* 4.; *Bas. XXIII.* 1. 76. — *Sch. f—t.* (*Fabr. T. III. p.* 359.). *In mss. Pl.* 1. 2. *haec const. ponitur post l.* 16.

[1]) et CC. *ins. mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [2]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk.*; *omnis subscr. abest ab Hal. et rell.* — [3]) et CC. *add. mss. Pist. Pl.* 1. *Bg.* — [4]) P. K. Oct. Max. et Hel. Css. *subscribunt mss. Pist. Paris.*, *unde hausit Bk. subscript.* PP. Kal. Oct. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.], *quod improbandum*, *quia a.* 286. *hoc rescr. iam propter subscr. leg.* 9. *prodiisse nequit, et quia in literis* Hel. *nullum Aquilini vestigium invenitur. Mihi videtur Maximi et Aeliani consulatus* [223.] *denotari*, *eaque subscr. referenda ad l.* 6. *hoc tit.*; *innumeris enim locis in mss. a suis locis aberraverunt subscriptt.*, *ita ut saepius ex temporis ratione, quam ex loco, quem tenet subscr. in cod.*, *sit aestimandum*, *ad quam const. ea pertineat.* — [5]) Iustinianus *mss. Pist. Bg.* — [6]) Theodosio *ms. Pl.* 1. — [7]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1., *Cuiac. Obss. XIII.* 1.; P.P. *edd. omnes*; *cfr. l.* 7. *C. II.* 8. — [8]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *mss. Pl.* 1. *Gt. ex correct.*, *ed. Schf.*; probationis *ed. Nbg.*; probatione *Hal. Russ. Cont.* 62.; probationem *Cont.* 66. *et rell.* — [9]) confession. *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Hal. in textu*; *recte omittitur, et glossema esse iam inde apparet, quod secundum Russ. et Cont. in marg. alii pro* confess. *habent* verbis *s.* promissionibus *s.* dictis. — [10]) deceat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ut *abest a Cont.* 66. *et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; infirmare — resistere *ms. Pl.* 2., *edd. omnes.* — [13]) heres *ms. Bg.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; elapso *edd. Schf. Russ. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; prospeximus *ed. Schf.*; perspeximus *Russ. et rell.* — [16]) pro *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; significantes *Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, triginta *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; semper *add. edd. Nbg. Hal. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; offerre *Hal. et rell.* — [21]) eam *abest a ms. Gt.*; pecuniam *ms. Bg.* — [22]) inscriptus *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; conscriptus *ms. Bg.* — [23]) vel in hac alma urbe vel *absunt a l.* 21. *C. l.* 4. — [24]) ei *abest a ms. Bg.*

si in provinciis vel [1]) non sit alius administrator civilis vel militaris, vel per [2]) aliquam causam difficile sit ei, qui memoratam querelam opponit, adire eum et ea, quae dicta sunt, facere, licentiam ei damus, per virum reverendissimum episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare, et ita tempus statutum interrumpere. Quae etiam in exceptione non numeratae dotis locum habere certum [3]) est. Dat. Kal. Iul. Constantinop. Dn. Iustiniano A. II. Cons. [4]) [528.]

Authent. de tempore non solut. pecun. super dote. §. Si autem. (Nov. 100. c. 1.) — *Hanc autem querelam in scriptis fieri oportet, et si quis eam in iudicio faciat, oportet eam mulieri vel omnimodo ei, qui dotem conscripsit, innotescere.*

15. [a]) Idem A. Mennae P. P. — Si cui non numeratae pecuniae competere possit exceptio, etiam eo supersedente tali auxilio uti [5]), vel praesente vel absente, creditores eius [6]) (sive ipsi conveniantur, utpote res eius detinentes, ab his, qui debita eius exigunt, cui competit huiusmodi exceptio vel dotis vel alterius causae nomine, sive contra alios possidentes aliquam actionem ipsi moveant) possint in examinando negotio suis adversariis eandem non numeratae pecuniae exceptionem opponere, nec eo [7]) prohibeantur, quod principalis debitor ea nunquam usus est [8]); ita tamen, ut neque principali debitori neque fideiussori [9]) eius aliquod praeiudicium generetur, si is, qui eam exceptionem opposuit [10]), victus fuerit, sed possint illi postea, si conveniantur, intra statuta scilicet tempora, eadem se exceptione tueri.

16. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Indubitati iuris est, non numeratae pecuniae exceptionem locum habere et in talibus nominibus vel [11]) foeneratitiis vel aliis cautionibus, quae etiam sacramenti habent mentionem. Quae enim differentia est in huiusmodi exceptione, sive iusiurandum positum est, sive non, tam in foeneratitiis cautionibus [12]), quam in aliis instrumentis, quae talem exceptionem recipiunt?

Tit. XXXI.

c) DE COMPENSATIONIBUS.

1. [d]) Imp. Antoninus A. Dianensi [13]). — Et Senatus censuit, et saepe rescriptum est, compensationi in causa fiscali ita demum locum esse, si eadem statio quid debeat, quae petit. Hoc [14]) iuris [15]) propter confusionem diversorum officiorum tenaciter servandum est. Si quid autem tibi ex ea statione, cuius mentionem fecisti, deberi constiterit, quam primum recipies.

2. [e]) Idem A. Asclepiadae [16]). — Ex causa quidem iudicati [17]) solutum repeti non potest, eapropter [18]) nec compensatio eius admitti potest. Eum vero, qui iudicati convenitur, compensationem pecuniae sibi debitae implorare posse, nemini dubium est.

3. [f]) Imp. Alexander A. Capitoni. — In ea [19]), quae reipublicae te debere fateris, compensari ea, quae [20]) ab eadem tibi debentur, is, cuius de ea re notio est, iubebit, si neque ex kalendario, neque ex vectigalibus, neque ex frumenti vel olei publici pecunia, neque tributorum, neque alimentorum, neque eius, quae [21]) statutis sumtibus servit, neque fideicommissi civitatis debitor sis.

4. [g]) Idem A. Luciano [22]). — Si constat, pecuniam invicem deberi, ipso iure pro soluto compensationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab utraque parte debetur, utique quoad concurrentes [23]) quantitates, eiusque solius, quod amplius apud alterum est, usurae debentur, si modo petitio earum subsistit. Dat. XVII. Kal. Octobr. Alexandro A. III. et Dione Conss. [24]) [229.]

5. [h]) Idem A. Honoratae. — Etiam si fideicommissum tibi ex eius bonis deberi constat, cui debuisse te minorem quantitatem dicis, aequitas compensationis usurarum excludit computationem, petitio autem eius, quod amplius tibi deberi probaveris, sola relinquitur. PP. .... [25]).

6. [i]) Idem A. Polydeuci [26]). — Neque scriptura, qua cautum est, accepta quae negas tradita, obligare te contra fidem veritatis potuit; et compensationis [27]) aequitatem iure postulas. Non enim prius exsolvi, quod debere te constiterit, aequum est, quam petitioni mutuae responsum fuerit, eo magis, quod ea te persequi dicis, quae a muliere divortii causa amota quereris. PP. V [28]) Kal. Decemb. Alexandro A. III. et Dione [29]) Conss. [30]) [229.]

7. [k]) Idem A. Aunoxio [31]). — Si ex venditione pretium venditori debetur, compensationis ratio opponitur. Adversus fiscum enim solummodo emtores peti-

---

a) *Bas. XXIII.* 1. 77. (*Fabr. T. III. p.* 331.) — *Sch. u—y.* (*Fabr. T. III. p.* 364.) — b) *Bas. XXIII.* 1. 78. (*Fabr. T. III. p.* 332.) — *Sch. z. a.* — c) *Dig. XVI* 2. — d) *Bas. XXIV.* 10. 25. (*Fabr. T. III. p.* 579.) — *Sch. g.* (*Fabr. T. III. p.* 584.) — e) *Bas. XXIV.* 10. 26. — *Sch. h. In ms. Pl.* 1. *hic est ordo: l.* 4. 3. 2. *in ms. Pl.* 2. *ita: l.* 4. 2. 3. — f) *Bas. XXIV.* 10. 27. (*Fabr. T. III. p.* 580.) — *Sch. i.* — g) *Bas. XXIV.* 10. 28. — *Sch. k.* — h) *Bas. XXIV.* 10. 29. — *Sch. l.* (*Fabr. T. III. p.* 585.) — i) *ex parte geminatur in l.* 1. *C. rerum amot. V.* 21.; *Bas. XXIV.* 10. 30. — k) *Bas. XXIV.* 10. 31. (*Fabr. T. III. p.* 581.) — *Sch. m.*

1) in provinciis vel *absunt a l.* 21. *C. I.* 4., *eorumque omissio etiam hoc loco tam sensui melius congruit, quam Bas.*; *apud Russ.* vel *cancellis inclusum.* — 2) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *l.* 21. *C. I.* 4.; propter *edd. Schf. Russ. et rell.* — 3) receptum *l.* 21. *C. I.* 4. — 4) *subscr. abest ab Hal.*, *a Russ. restituta ex l.* 21. *C. I.* 4. — 5) et *ins. mss. Pl.* 2. *Gt.*, *ed. Schf.* — 6) possint *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — 7) ideo *ed. Schf.* — 8) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — 9) fideiussioni *ms. Pl.* 2.; fideiussoribus *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.* — 10) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; exposuerit *Hal.*; opposuerit *edd. Nbg. Russ. et rell.* — 11) vel *abest a ms. Bg.*, *et delere mavult Russ.* — 12) caution. *abest ab Hal. Russ.* — 13) Dionysio *al.* — 14) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; Atque hoc *Hal. et rell.* — 15) ius *edd. Nbg. Hal. Russ. Bk.* — 16) Asclepiadi *mss. pleraque.* — 17) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Schf.*; si debitum *add. edd. Nbg. Hal. et postea rell.*, *ex omissionem flagitat Schol. Bas.*, *quod habet τὸ κατὰ πόδας*; *in ms. Pl.* 1. *exordium hoc est* Si ex c. q. i. solutum est. — 18) propterea *mss. Pl.* 1. *Bg.* — 19) re *add. ms. Pl.* 1., *sed punctis notatum*; *εἰς ἐκείνα Schol. Bas.* — 20) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; invicem *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.*, *fortasse ex princ. leg. seq. huc relatum.* — 21) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; qui *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *verum Schol. Bas.* ἐξ ἐκείνης τῆς ποσότητος, ἥτις. — 22) Iuliano *mss. nonn.*; P. P. *add. ms. Bg.* — 23) concurrunt, concurrant, concurrent *mss. nostra, ed. Schf.* — 24) *hanc subscr.*, *quae abest ab Hal. et rell.*, *restitui ex ms. Pist.* — 25) *nihil amplius ms. Pist. habet ex subscr.*, *quae prorsus abest ab Hal. et rell.* — 26) *mss. Vat. Pl.* 1.; Polideucae *ms. Cas.*; Polidenti, Pollidenti *ms. Bg.*, *edd. omnes*; *cfr. l.* 1 *C. V.* 21. — 27) et contra pensationis *Hal.* — 28) PP. Dat. V. *Russ.*; PP. Dat. *om.* V. *Cont. et postea rell.*; *v. l.* 1. *C. V.* 21. — 29) II. *ins. Bk.* — 30) *subscr. abest ab Hal.*, *ex l.* 1. *C. V.* 21. *restituta a Russ.* — 31) *mss. Vat. Pl.* 2. *Bg.*; Veconio *ms. Pl.* 1.; Aveconio *ms. Pist.*; Honorio *ms. Cas.*; Ruxosio (Euxosio) *edd. Nbg Hal. rell.*

petitioni pretii compensationem [1]) obiicere prohibentur.

8. [a]) Imp. Gordianus A. Emerito [2]). — Si propter fructus ex possessione tua perceptos vitricus tuus debitor tibi constitutus est, quum id, quod a matre tua [3]) legatum est, a te petere coeperit, mutuo debitae quantitatis apud eum, qui super ea re indicaturus est, compensationem non immerito obiicies.

9. [b]) Idem A. Eumenidi [4]). — Eius, quod non ei debetur, qui convenitur, sed alii, compensatio fieri non potest. PP. Id. Ianuar. . . . . [5]).

10. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [6]) Nicandro [7]). — Quoniam liberum fundum distractum [8]) proponis, post vero, veluti praecedente emtionem obligatione, certum quid solvisse, si debitum a te apud praesidem provinciae petatur, compensationem eius, quod indebite solvisti, potes opponere.

11. [d]) Iidem AA. et CC. [9]) Iuliano [10]) et Paulo. — Si tutores pupillis officio magistratus urgente nominastis, ac pro his propter onus primipili pecuniam solvistis, superstitiosam geritis sollicitudinem, ne ab ipsis conventi hanc eis imputare minime possitis, vel a vobis quidquam amplius exigatur, si tantum, quantum eis tutores debuerunt, vel vos nomine ipsorum maiorem quantitatem dedisse probetur.

12. [e]) Iidem AA. et CC. [11]) Corneliano [12]). — Invicem debiti compensatione habita, si quid amplius debeas, solvens, vel accipere creditore nolente, offerens et consignatum deponens, de pignoribus agere potes. PP. XVII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [13]) [294—305.]

13. [f]) Iidem AA. et CC. [14]) Basso. — Si velut in id debitum, quod solemnium publicarum pensitationum nomine debueras, compensaturo tibi nihil [15]) petiturum postea Mutiano scripsisti, redditis [16]), quae venerant in compensationem, non indebiti soluti repetitio, sed ante debiti competit exactio.

14. [g]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Compensationes ex omnibus actionibus ipso iure fieri sancimus, nulla differentia in rem vel [17]) personalibus actionibus inter se observanda. §. 1. Ita tamen compensationes obiici iubemus, si causa, ex qua compensatur, liquida sit, et non multis ambagibus innodata, sed possit iudici facilem exitum sui praestare. Satis enim miserabile est, post multa forte [18]) variaque certamina, quum res iam fuerit approbata, tunc ex altera parte, quae iam paene convicta est, opponi compensationem iam certo et indubitato debito, et moratoriis ambagibus spem condemnationis excludi. Hoc itaque iudices observent, et non procliviores in [19]) admittendas compensationes exsistant, nec molli animo eas suscipiant, sed iure stricto utentes, si invenerint eas maiorem et ampliorem exposcere indaginem, eas quidem alii iudicio reservent, litem autem pristinam iam paene expeditam sententia terminali componant; excepta actione depositi secundum nostram sanctionem, in qua nec compensationi locum esse disposuimus. §. 2. Possessionem autem [20]) alienam perperam occupantibus compensatio non datur. Dat. Kal. Novemb Lampadio et Oreste Conss. [21]) [530.]

Tit. XXXII.

[h]) DE USURIS.

1. [i]) Imp. Antoninus [22]) Pius A. Evocato. — Si interrogatione praecedente promissio usurarum recte facta probetur, licet instrumento [23]) conscripta non sit, tamen optimo iure debentur. — Sine die et consule [24]).

2. [k]) Impp. Severus et Antoninus AA. Lucio [25]). — Usuras emtor, cui possessio rei tradita est, si pretium venditori non obtulerit, quamvis pecuniam obsignatam in depositi causa [26]) habuerit, aequitatis ratione praestare cogitur. PP. V. Kal. Octobr. Severo III. et Antonino AA. Conss. [27]) [202.]

3. [l]) Iidem AA. Iuliano. — Quamvis usuras foenebris pecuniae citra vinculum stipulationis peti non possunt [28]), tamen ex pacti conventione solutae neque ut indebitae repetuntur, neque in sortem [29]) accepto [30]) ferendae sunt. Dat. Non. Iul. Geta et Plautiano Conss. [31]) [203.]

4. [m]) Iidem AA. Honoratae [32]). — Per retentionem pignoris usuras servari posse, de quibus praestandis convenit, licet stipulatio interposita non sit, merito constitutum est, et rationem habet, quum pignora

---

[a]) *Bas. XXIV.* 10. 32. — *Sch. n.* — [b]) *Bas. XXIV.* 10. 33. *In ms. Bg. h. l. posita est post l.* 10. — [c]) *Bas. XXIV.* 10. 34. (*Fabr. T. III. p.* 582.) — *Sch. o. p.* — [d]) *Bas. XXIV.* 10. 35. — *Sch. q.* — [e]) *Bas. XXIV.* 10. 36. — *Sch. r.* — [f]) *Bas. XXIV.* 10. 37. — *Sch. s.* — [g]) *Bas. XXIV.* 10. 38. (*Fabr. T. III. p.* 583.) — *Sch. t. u.* — [h]) *Dig. XXII.* 2. — [i]) *Bas. XXIII.* 3. 50. (*Fabr. T. III. p.* 455.) — *Sch. a.* (*Fabr. T. III. p.* 464.) — [k]) *Bas. XXIII.* 3. 51. — *Sch. b—d.* — [l]) *Bas. XXIII.* 3. 52. — *Sch. e. f.* (*Fabr. T. III. p.* 465.) *In mss. Pl.* 1. 2. *lex* 6. *anteponitur legi* 3. — [m]) *Bas. XXIII.* 3. 53. — *Sch. g—m.*

[1]) iure *ins. ms. Pl.* 1. — [2]) Merito *mss. pleraque.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; ei *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [4]) Enthomenidi, Euthemonidi, Euchom. *mss.* — [5]) *haec pars subscr. restituitur ex mss. Pist. Paris., eamque iam habet Bk.* — [6]) et CC. *absunt a mss. Pl.* 2. *Vat., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.* — [7]) Nicanoro, Meandro *mss. nonn.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; tibi *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *nobiscum faciunt Schol. Bas.* — [9]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*; et CC. *absunt a ms. Pl.* 2., *edd. omn.* — [10]) Iuliae, Iulio *mss. pleraque.* — [11]) et CC. *absunt a mss. Pist. Pl.* 1. 2., *quae tantum habent* Id. A., *ab edd. Nbg. Hal. et rell. praeter Cont.* 62. *Sp. Bk.* — [12]) Cornelio *mss. nonn.* — [13]) *ita restituere subscr. licet ex ms. Pist., ad quod prope accedit ms. Paris., ex quo iam ex parte hanc edidit subscr. Bk.* — [14]) et CC. *absunt a ms. Pl.* 2., *ed. Nbg., Hal. in textu.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd Nbg. Hal.*; te *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; his *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) in *abest a ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [18]) forte *abest a ms. Pl.* 1. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; ad *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) etiam *Hal. Russ* — [21]) *mss. Pist. Paris., Bk., videtur tamen utrique cod. magis convenire scriptura* Oresta. — [22]) Antoninus *abest a mss. Pist Pl.* 1. 2. *Bg.* — [23]) instrumenta *et postea* sint *ms. Bg.* — [24]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; Sine — cons. *absunt ab Hal. et rell.* — [25]) Locio, Lucino *mss. nonn.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; causam *edd.* — [27]) *hanc subscr. restitui ex ms. Pist.* PP. V. K. Oct. Sev. AA. II., *quod magis secundum Severi consulatum denotare videtur* [194.]; *ut tamen ad tertium referamus, suadent et litt. AA. et inscriptionis ratio. Caeterum haec subscr. in ms. Pist. legi* 3. *adscripta est, quam vero legi* 3. *tribuimus, ad nostram const. legitur; sed ob temporis rationem merito invertuntur; cfr. not.* 4. *ad l.* 12. *C. IV.* 30. — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg Schf. Hal.*; possint *Russ. et rell.* — [29]) sorte *mss Bg. Gt.* — [30]) acceptae *ed. Schf.* — [31]) D. NN. Iul. Geta e cc. *mss. Pist. Paris., ex qua subscr. merito colligitur, Plautianum esse supplendum; etsi enim sub iisdem Impp. etiam a.* 205. *et* 208. *Geta consul obvenit, nomen tamen eius semper collegae postponitur; in hac autem subscr. nomen eius, qui secundo loco nominari consuevit, excidisse palam est. Cfr. not.* 27. *ad l. praec.* — [32]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2.; Honorato *mss. Pl.* 1. *Bg.*; Honorio *edd. omnes.*

pignora conditione [1]) pacti etiam [2]) usuris obstricta sint. Sed enim [3]) in causa, de qua agis [4]), haec ratio cessat, si quidem tempore contractus de minoribus usuris petendis [5]) convenit, postea autem, quum se debitor praestaturum maiores repromisit, non potest videri rata [6]) pignoris retentio, quando eo tempore, quo instrumenta emittebantur, non convenerit [7]), ut pignus etiam ad [8]) hanc adiectionem [9]) teneatur.

5. [a]) Idem AA. [10]) Sabino et aliis. — Adversus creditorem usuras maiores ex stipulatu petentem, si probetur per certos annos minores postea consecutus, utilis est pacti exceptio. Secundum quod iuri causam potestis etiam adversus defensores civitatis maiores petentes ex cautione, si probaveritis, semper quincunces amitam pupillorum vestrorum, quae maiores caverat, dependisse [11]).

6. [b]) Imp. Antoninus A. Antigono [12]). — Si creditrici, quae ex causa pignoris obligatam sibi rem tenet [13]), pecuniam debitam cum usuris testibus praesentibus obtulisti, eaque non accipiente obsignatam eam deposuisti, usuras ex eo tempore, quo obtulisti, praestare non cogeris. Absente vero creditrice praesidem super hoc interpellare debueras. PP. III. Id. Febr. duobus Aspris Conss. [14]) [212.]

7. [c]) Idem A. Aristeo [15]). — Creditor instrumentis suis probare debet, quae intendit, et usuras se stipulatum, si potest. Nec enim, si aliquando ex consensu praestitae sunt, obligationem constituunt [16]). PP. IV. Non. Octobr. [17]) Romae, Laeto et Cereale Conss. [18]). [215.]

8. [d]) Idem A. Doriphoro [19]). — Quamvis Bassa, quum pecuniam mutuam acciperet, minores usuras Menophani spoponderit [20]), et, nisi intra certum tempus eas solvisset, ampliores (licitas tamen) promiserit [21]), si [22]) post tempus cautioni praefinitum creditor easdem accepit, nec maiores sibi dari postulavit, ac per hoc non recessisse eum a minorum praestatione probari potest, eas usuras computari oportet, quarum in exactione creditor perseveravit.

9. [e]) Idem A. Probo. — Si per te non stat [23]), quo minus intra tempora praefinita pecuniam minorum [24]) solveres usurarum, sed per tutores filiorum creditoris, qui eam accipere noluerunt, idque apud iudicem datum probaveris, eius temporis, quo per te non stetisse apparuerit, usurae maiores non exigentur. Quodsi etiam sortem deposuisti, exinde, ex quo id factum apparuerit, in usuras non convenieris.

10. Idem A. Donato. — Usurae per tempora solutae non proficiunt reo ad dupli computationem. Tunc enim ultra sortis summam usurae [25]) non [26]) exiguntur, quoties tempore solutionis summa usurarum excedit eam [27]) computationem.

11. [f]) Idem A. Popilio [28]). — Ex praedio pignori obligato [29]) creditor post oblatam sibi iure [30]) pecuniam, quam non suscepit, si fructus accepit, exonerari sortis debitum, certum est.

12. [g]) Imp. Alexander A. Tyranno. — Frumenti vel hordei [31]) mutuo dati accessio [32]) etiam ex nudo pacto praestanda est. PP. Kal. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [33]) [223.]

13. [h]) Idem A. Eustachiae [34]). — In bonae fidei iudiciis, quale est etiam negotiorum gestorum, usurarum rationem haberi certum est. Sed si finitum est iudicium sententia, quamvis minoris condemnatio facta est non adiectis usuris, nec provocatio secuta est, finita retractanda non sunt; nec eius temporis, quod post rem iudicatam fluxit [35]), usurae ullo iure postulantur, nisi ex causa iudicati. Dat. XI. Kal. Mai. Maximo et Urbano Conss. [36]) [234.]

14. [i]) Idem A. Aurelio. — Si ea pactione uxor tua mutuam pecuniam dedit, ut vice usurarum [37]) inhabitaret, pactoque ita, ut convenit, usa est, non etiam locando domum pensionem redegit, referri quaestionem, quasi plus domus redigeret, si locaretur, quam usurarum legitimarum ratio colligit [38]), minime oportet. Licet enim uberiore [39]) sorte potuerit contrahi locatio, non ideo tamen illicitum foenus esse contractum, sed vilius conducta habitatio videtur.

15. [k]) Imp. Gordianus A. Claudio. — Quum allegas, uxorem tuam ea conditione mille aureorum numero [40]) quantitatem sumsisse, ut, si intra diem

---

[a]) *Bas. XXIII.* 3. 54. — *Sch. n—q.* (*Fabr. T. III. p.* 467.) — [b]) *Bas. XXIII.* 3. 55. (*Fabr. T. III. p.* 456.) — *Sch. r. s.* (*Fabr. T. III. p.* 468.) — [c]) *Bas. XXIII.* 3. 56. — *Sch. t.* — [d]) *Bas. XXIII.* 3. 57. — *Sch. u.* (*Fabr. T. III. p.* 469.) — [e]) *Bas. XXIII.* 3. 58. — *Sch. uu—y.* — [f]) *Bas. XXIII.* 3. 59. (*Fabr. T. III. p.* 457.) — *Sch. z. In mss. Pist. Paris. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf. hoc rescriptum postponitur sequenti.* — [g]) *Bas. XXIII.* 3. 60. — *Sch. a.* (*Fabr. T. III. p.* 470.) — [h]) *Bas. XXIII.* 3. 61. — *Sch. b—d.* — [i]) *Bas. XXIII.* 3. 62. — *Sch. e—h.* — [k]) *Bas. XXIII.* 3. 63. — *Sch. i.* (*Fabr. T. III. p.* 471.)

[1]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont.* 62.; condictione *ms. Pl.* 2.; conventione *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.*; *hoc v. prorsus abest a Cont.* 66. 76. — [2]) in *ins. ms. Pl.* 2., *ms. Pl.* 1. *ex correct.* — [3]) sed tantum, si enim *Russ. Cont. in marg.*; sed etenim *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [4]) adis *ms. Pl.* 1. — [5]) praestandis *Russ. in marg.*; pendis (*coni.* pendendis) *ms. Pl.* 1. — [6]) nata *mss. Pl.* 2. *Bg., ms. Pl.* 1. *ex correct., var. l. gl.*; *nobiscum magis faciunt Bas.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; convenit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) ad *abest a ms. Bg.*; ob *ms. Pl.* 2., *Hal. Russ.* — [9]) actionem *ms. Pl.* 1. *ante emendat.*; cautionem *Russ. in marg., var. l. gl.*; auctionem *Russ. in marg.*; hac ratione *ms. Bg.*; *nobiscum sunt Bas.* ἐπὶ τῇ προσθήκῃ τοῦ τόκου. — [10]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; et C. *ins. Bk.*; et CC. *add. Russ. et rell.*; *haud vero solet in inscriptt. Getae Caes. fieri mentio.* — [11]) rependisse *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [12]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Antiaeneo *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; tenuit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [15]) Aristeae *al.*; Aristarco, Aristo *mss. nonn.* — [16]) obligationes const. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; obligatione constitutae sunt *Russ. in marg.*; *sed* ἐνοχὴν συνιστῶσι *Schol. Bas.* — [17]) *diem ex ms. Paris. habet Bk.* — [18]) *subscr. restitui ex ms. Pist.* — [19]) *mss. Cas. Vat. Bg.*; Doroph., Dorithorio *mss. rell.* Theophoro *Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt. edd. Nbg. Schf.*; spopondit *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; promisit *Hal. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; tamen si *Hal. et rell.* — [23]) Si p. t. constat non stetisse *ms. Bg.* — [24]) minorum *abest a ms. Bg.* — [25]) ultra fortissimam usuram *ms. Bg. ante correct.* — [26]) non *aliqui omittunt, sed contra omnes codd. Contii et meos.* — [27]) eam dupli *Russ. in marg.* — [28]) Popio, Pupilio, Populio *mss. rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; praediis pign. obligatis *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἐκ τοῦ κτήματος τοῦ — διδομένου *Schol. Bas.* — [30]) in iure *Russ. in marg.*; *sed* νομίμως *Schol. Bas.* — [31]) olei *ms. Bg.* — [32]) actio, auctio *Russ. in marg., alterum ex coniect.* — [33]) *Bk., cui conveniunt mss. Pist. Paris., nisi quod abest* II.; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [34]) Eustatuae *mss. plerique.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; effluxit *ed. Schf.*; fluxerit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [36]) *hanc subscr., quae abest ab omnibus, ms. Pist. tribuit legi* 11., *ei autem post leg.* 12. *collocatae.* — [37]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Nbg.*; domum *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [38]) collegit *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [39]) maiore *ed. Nbg., Hal. in textu*; *fortasse* uberior forte. — [40]) numero *abest ab Hal. Russ., in ms. Bg. serius adiectum*

diem certum debito satis non fecisset, cum poena quadrupli redderet, quod accepit, iuris forma non patitur, legem contractus istius ultra poenam legitimarum usurarum posse procedere. Dat. Non. M.... Attico et Praetextato Conss. [1]) [242.]

16. [a]) Idem A. Sulpicio [2]). — Quum non frumentum, sed pecuniam foenori te accepisse allegas [3]), ut certa modiatio tritici praestaretur, ac, nisi is modus [4]) sua die fuisset oblatus, mensurarum additamentis in frandem legitimarum usurarum gravatum te esse contendis [5]), potes adversus improbam petitionem competente uti defensione. PP.... [6]).

Authent. nullum credentem agricolae tenere. §. Sancimus itaque. (Nov. 34. c. 1.) — *Ad haec qui fructus aridos credidit agricolae vel pecuniam, in unoquoque anno pro modio octavam partem modii, pro solido siliquam unam usurarum nomine accipiens, terram sive aliquid aliud, quod pignori accepit, omnimodo reddat. Si aliquid praeter hoc commiserit, ab actione cadat omnimodo.*

17. [b]) Imp. Philippus A. et Philippus C. [7]) Euxeno [8]). — Si ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum [9]) obligavit, ut fructus in vicem usurarum conseqneretur, obtentu maioris percepti emolumenti, propter incertum fructuum eventum [10]), rescindi placita non possunt [11]).

18. [c]) Idem A. Castori. — Indebitas usuras (etiam si ante sortem solutae non fuerint, ac propterea minuere eam non potuerint) licet [12]) post sortem redditam creditori fuerint datae, exclusa [13]) iuris varietate repeti posse, perpensa [14]) ratione firmatum est.

19. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [15]) Hyreniae [16]). — Acceptam mutuo sortem cum usuris licitis creditori [17]) post testationem [18]) offer; at [19]) si non suscipiat [20]), consignatam in publico depone, ut cursus legitimarum usurarum inhibeatur. In hoc autem casu publicum intelligi oportet vel sacratissimas aedes, vel ubi competens index super ea re aditus deponi eas disposuerit. Quo subsecuto etiam periculo debitor liberabitur, et ius pignorum tollitur [21]), quum Serviana etiam actio manifeste declaret, pignoris inhiberi persecutionem vel solutis pecuniis vel si per creditorem steterit, quominus solvantur: quod etiam in traiectitiis servari oportet; creditori scilicet actione utili ad exactionem earum non adversus debitorem, nisi forte eas receperit, sed contra depositarium vel ipsas competente pecunias. PP. Id. Iul. ipsis ... Conss. [22]) [293—305.]

20. [e]) Idem AA. et CC. [23]) Aelio [24]). — Constitutionibus sacris, quae ultra certum modum usuras foenebris pecuniae exigi prohibent, mandatoribus etiam vel fideiussoribus subventum est; quibus quasi mandator vel fideiussor conventus uti potes [25]).

21. [f]) Idem AA. et CC. [26]) Chresimo [27]). — Si usuras praestari pignore dato convenerat, et in continenti numeratione facta, postea vel ante, propter quod debitum solutionem feceras, non designasti, habuit creditor in usuras tibi accepto ferendae solutae quantitatis facultatem.

22. [g]) Idem AA. et CC. [28]) Carino. — Pignoribus quidem intervenientibus, usurae, quae sine stipulatione peti non poterant, pacto retineri possunt. Verum hoc iure constituto, quum huiusmodi nullo interposito pacto tantummodo certae summae praestari poenam convenisse proponas, nec peti nec retineri quidquam amplius [29]), et ad pignoris solutionem urgeri te disciplina iuris, perspicis.

23. [h]) Idem AA. et CC. [30]) Iasoni [31]). — Oleo quidem vel quibuscunque fructibus mutuo datis, incerti pretii ratio additamenta usurarum eiusdem materiae suasit admitti. Dat. III. Kal. Octob. Viminacii .... [32]) [293—305.]

24. [i]) Idem AA. et CC. [33]) Glauciae [34]). — Si mater tua, maior annis constituta, negotia, quae ad te pertinent, gesserit, quum omnem diligentiam praestare debeat,

---

[a]) *Bas. XXIII.* 3. 64. — *Sch. k.* (*Fabr. T. III. p.* 472.) — [b]) *Bas. XXIII.* 3. 65. (*Fabr. T. III. p.* 458.) — *Sch. l—n.* — [c]) *Bas. XXIII.* 3. 66. — *Sch. o.* — [d]) *Bas. XXIII.* 3. 67. — *Sch. p—s.* — [e]) *Bas. XXIII.* 3. 68. — *Sch. t. u.* (*Fabr. T. III. p.* 473.) — [f]) *Bas. XXIII.* 3. 69. (*Fabr. T. III. p.* 459.) — *Sch. x. In mss. Pl.* 2. *hoc rescr. post l.* 24. *hoc tit. collocata est.* — [g]) *Bas. XXIII.* 3. 70. — *Sch. y.* (*Fabr. T. III. p.* 474.) — [h]) *Bas. XXIII.* 3. 71. — *Sch. z. a. b.* — [i]) *Bas. XXIII.* 3. 72. — *Sch. c.* (*Fabr. T. III. p.* 475.)

[1]) *mss. Pist. Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [2]) Supplicio *mss. nonn.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; alleges *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; modius *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; contendas *Hal. et rell.* — [6]) *hoc princ. subscr. praebet ms. Pist.* — [7]) *mss. Cas. Vat. Bg.*; et Phil. C. *absunt a rell.* — [8]) Euxeni, Auxeno *mss. pleraque.* — [9]) tuum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg, ed. Schf.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; proventum *Hal. et rell.*; *sed* ἔκβασιν *Schol. Bas.* — [11]) PP. Id. Iulii ipsis cc. *ms. Pist., quae subscr. levi mutatione posset ad consulat. Philipporum A. et C.* [*a.* 247.] *applicari, ita tamen congruit cum subscriptt., quae Diocletianum et Maximianum vel Caess. simul regnantes consules referunt, ut huic eam tribuere rescripto non possim a me impetrare.* — [12]) sed *Hal. Russ. Bk.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. praeter unum*; veteris *ins. edd.* — [14]) pensa *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [15]) *in mss. Pl.* 1. 2. *et edd. omn. haec et omnes constitutiones seqq. usque ad* 24. *inscribuntur* Idem A. *et referuntur ad Imp. Philippum. In ea re mendum latere tam ex eo conspicuum est, quod in ms. Vat. illis constitutt. praeter leg.* 22. AA. et CC. *inscribitur, in ms. Bg. autem fere omnibus* A. et CC., *quam ex eo apparet, quod ms. Pist. nonnullis ex iis constitutt. subscriptiones eas tribuit, quae non possunt non ad imperium Diocl. et Max. pertinere. Potuerunt autem eorum impp. nomina in inscr. eo facilius omitti, quo magis propter addita* AA. et CC. *videretur librariis continuari series constitutt., ab iis datarum, quos l.* 17. *in inscr. memorat.* — [16]) Hyreneae, Irineae *mss. pleraque, fortasse* Irenae. — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.*; creditoribus *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; contestationem *Hal. et rell.*; διαμαρτύρασθαι *Bas.* — [19]) *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; offer ac *ms. Pl.* 1.; offer et *ms. Bg.*; offeras, at *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 2. *Bg., ms. Pl.* 1. *ex correct., edd. Nbg. Schf.*; suscipiant *Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; tolletur *Russ. et rell.* — [22]) *huc probabiliter referenda subscr. in ms. Pist. legi* 17. *adscripta, cfr. not.* 11. *ad l.* 17.; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [23]) *cfr. not.* 15. *ad l.* 19. *hoc tit.*; AA. et CC. *etiam ms. Pist.* — [24]) Helio *mss. nonn*; Cilio *al.* — [25]) SVDD *subscr. ms. Pist.*; *fortasse* S. V. Id. Decemb. — [26]) *cfr. not.* 15. *ad l.* 19. *hoc tit.*; Id. A. et Caesar. *ms. Cas.* — [27]) Chersimoni, Cresimoni, Cresmioni, Chermioni *mss.*; Chresimonio *Cont.* 62. — [28]) Iid. AA. *ms. Vat.*; *cfr. not.* 15. *ad l.* 19. *hoc tit.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; posse *add. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; potest *add. edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.*; *omissionem flagitat Schol. Bas.* — [30]) *cfr. not.* 15. *ad l.* 19. *hoc tit.* — [31]) Saloni *al.* — [32]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell. Etiam locus huic subscr. restitutus docet, non ad Philippi, sed ad Diocl. et Max. imperium hoc rescr. pertinere.* — [33]) *cfr not.* 15. *ad l.* 19. *hoc tit.* — [34]) Liciae, Glucias, Culciae *mss.*

debeat, usuras pecuniae tuae, quam administrasse fuerit comprobata, praestare compelli potest. Dat. XIV. Kal. Decemb. ipsis ... Conss. [1]) [293—305.]

25. [a]) Imp. Constantinus A. ad populum. — Pro auro et argento et veste facto chirographo, licitas solvi vel promitti usuras iussimus [2]).

26. [b]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Eos, qui principali actione per exceptionem triginta vel quadraginta annorum, sive personali sive hypothecaria, cecidernnt, [3]) non posse super usuris vel fructibus praeteriti temporis aliquam movere quaestionem, dicendo, ex his [4]) temporibus eas velle sibi persolvi, quae non ad triginta vel quadraginta praeteritos annos referuntur, asserendo, singulis annis earum actiones nasci; principali enim actione non subsistente [5]), satis supervacuum est super usuris vel fructibus adhuc iudicem cognoscere. §. 1. Super usurarum vero quantitate etiam generalem sanctionem facere necessarium esse duximus, veterem duram et gravissimam earum molem ad mediocritatem deducentes. Ideoque iubemus, illustribus quidem personis sive eas praecedentibus minime licere ultra tertiam partem centesimae usurarum nomine [6]) in quocunque contractu, vili vel maximo, stipulari; illos vero, qui ergasteriis praesunt vel aliquam licitam negotiationem gerunt, usque ad bessem centesimae [7]) suam stipulationem moderari; in traiectitiis autem contractibus vel specierum foenori dationibus usque ad centesimam tantummodo licere stipulari, nec eam excedere, licet veteribus legibus hoc erat concessum; ceteros autem omnes homines dimidiam tantummodo centesimae usurarum nomine [8]) posse stipulari, et eam quantitatem usurarum etiam in aliis omnibus casibus nullo modo ampliari, in quibus citra stipulationem exigi usurae solent. Nec liceat iudici memoratam augere taxationem occasione consuetudinis in regione obtinentis. Si quis autem aliquid contra modum huius fecerit constitutionis, nullam penitus de superfluo habeat actionem, sed et si acceperit, in sortem hoc imputare compelletur, interdicta licentia creditoribus, ex pecuniis foenori dandis aliquid detrahere vel retinere siliquarum [9]) vel sportularum vel alterius cuiuscunque causae gratia. Nam si quid huiusmodi factum fuerit, principale debitum ab initio ea quantitate minuetur, ut tam ipsa minuenda pars, quam usurae eius exigi prohibeantur. Machinationes etiam creditorum, qui ex hac lege prohibiti maiores usuras stipulari alios medios subiiciunt, quibus hoc non ita interdictum est, resecantes iubemus, si quid tale fuerit attentatum, ita usuras computari necesse esse [10]), tam quam si ipse, qui alium interposuit, fuisset stipulatus in quo casu sacramenti etiam illationem locum habere sancimus. Dat. Id. Decemb. Constantinop. Iustiniano PP. A. II. Cons. [11]) [528.]

27. [c]) Idem A. Mennae P. P. — De usuris quarum modum iam statuimus, pravam quorundam interpretationem penitus removentes iubemus, etiam eos, qui ante eandem sanctionem ampliores, quam statutae sunt, usuras stipulati sunt, ad modum [12]) eadem sanctione taxatum ex tempore lationis eius suas moderari actiones, scilicet illius temporis, quod ante eandem fluxit [13]) legem, pro tenore stipulationis usuras exacturos. §. 1. Cursum insuper usurarum ultra duplum minime procedere concedimus, nec si pignora quaedam pro debito creditori data sint, quorum occasione quaedam veteres leges et ultra duplum usuras exigi permittebant. Quod et in bonae fidei iudiciis ceterisque omnibus casibus [14]), in quibus usurae exiguntur, servari censemus. Dat. Kal. Apr. Constantinop. Decio V. C. Cons. [15]) [529.]

28. [d]) Idem A. Demostheni P. P. — Ut nullo modo usurae usurarum a debitoribus exigantur, et veteribus quidem legibus constitutum fuerat, sed non perfectissime cautum. Si enim usuras in sortem redigere fuerat concessum, et totius summae usuras stipulari, quae differentia erat debitoribus, qui revera usurarum usuras [16]) exigebantur? Hoc certe erat non rebus, sed verbis tantummodo leges [17]) ponere. Quapropter hac apertissima lege definimus, nullo modo licere cuiquam usuras praeteriti temporis vel futuri in sortem redigere, et earum iterum usuras stipulari, sed etsi hoc fuerit subsecutum, usuras quidem semper [18]) usuras manere, et nullum usurarum aliarum incrementum sentire, sorti autem antiquae tantummodo incrementum usurarum accedere. PP. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [19]) [529.]

[Kri-

---

[a]) *Bas. XXIII.* 3. 73. — *Sch. d.* (*Fabr. T. III. p.* 476.); *cum quibus consit. hoc edictum communem fontem probabiliter habeat, lege in not. m. ad l.* 2. *C. si adv. vendit. II.* 28. — [b]) *Bas. XXIII.* 3. 74. — *Sch. e—i.* — [c]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 125. — [d]) *Bas. XXIII.* 3. 75. (*Fabr. T. III. p.* 461.) — *Sch. k.* (*Fabr. T. III. p.* 477.)

[1]) *mss. Pist. Paris., Bk. omisso* ipsis; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [2]) *si revera hoc edict. est coniungendum legibus in not. m. ad l.* 2. *C. II.* 28. *dictis, ut contendit Iac. Gothofr. in Comment. ad l.* 1. *Th. C. II.* 16., *haec est subscr.:* Dat. Id. Mart. Sirmii, ipso A. VII. et Constantio Caes. Conss. [326.] *In mss. Pist. Paris. subscribitur* D. K. Ap. Decio cc., *quae pertinent ad l.* 27. *infra.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; iubemus *ins. edd. Schf. Hal. et rell. contra omnia mss. Russ. et Cont.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; iisdem *vel* hisdem *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) assistente *ms. Bg.*; existente *ms. Gt.* — [6]) nomine *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; usurarum nomine in quocunque contractu *addunt edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [8]) nomine *abest a mss. Pl.* 1. 2. — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; nomine *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [10]) *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; nec. *omisso esse ms. Pl.* 2.; nec. est *ms. Bg.*; ut necesse esset *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [11]) *mss. Pist. Paris., Bk. om.* PP.; *subscr. abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Dat. Const. Iust. Cons. *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.* — [12]) modicum *Coll. Ans. ded.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Hal. in textu, Coll. Ans. ded.*; eam defluxit *Hal. in not. Russ. et rell.* — [14]) casibus *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Coll. Ans. ded.*; causis *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; contractibus *Russ. Cont. in marg.* — [15]) *mss. Pist. Paris., a quibus tamen abest* V. C. *alias numquam omissum, Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2.; qui rev. ad usur. usuras *edd. Nbg. Hal.*; a quibus rev. ad usur. usuras *Russ. Cont.* 62., *idem omisso* ad *ed. Schf.*; quib. rev. usur. usurae *ms. Bg.*; a quib. — usurae *Cont.* 66. *et rell. Sed quid reformidant edd. graecam structuram, quam Schol. Bas. suppeditat et amat Iustinianus?* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; legem *Russ. et rell.* — [18]) super *Hal.*; primas *Char. in marg. ex libro Aured.*; *sed* τους μὲν τόκους ἀεὶ τόκους μένειν *Schol. Bas.* — [19]) *mss. Pist. Paris., a quibus tamen abest* V. C., *Bk., qui pro* Oct. *scribit* Decemb.; *subscr. abest ab Hal. et rell.*

[a]) *Epitomae Nov.* 121. *c.* 2. *et Nov.* 138. *ex Synopsi.*

29. Οἱ κατὰ μικρὸν [1]) καὶ [2]) κατὰ χρόνον καταβαλλόμενοι τόκοι τῷ διπλῷ συμψηφίζονται, κἂν μὴ καθάπαξ ὑφ' ἓν κατεβλήθησαν.

30. Ἡ παροῦσα διάταξις δηλοῖ, ὅτι οἱ [3]) κατὰ μέρος καταβαλλόμενοι τόκοι τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους οὐχ ὑπερβαίνουσιν. ὑπεξῄρηται δὲ τὸ κείμενον ἐν τῇ ῥξ'. νεαρᾷ περὶ τῶν τόκων τῶν πολιτικῶν χρημάτων.]

29. *Usurae minutatim et per intervallum solutae ad duplum computantur, etiamsi non universae simul solutae fuerint.*

30. *Praesens constitutio declarat, usuras particulatim solutas, duplum debitae sortis non excedere. Verum excipitur id, quod positum est in CLX. Nov. de usuris pecuniae municipalis.*]

Tit. XXXIII.

[b]) DE NAUTICO FOENORE.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Honorato. — Traiectitiam pecuniam, quae periculo creditoris datur, tam diu liberam esse ab observatione communium usurarum, quamdiu navis ad portum appulerit, manifestum est. PP. IV. Id. Mart. Maximo II. et Aquilino Conss. [4]) [286.]

2. [c]) Iidem AA. Cosmianae [5]). — Quum dicas, te pecuniam ea lege dedisse, ut in sacra urbe tibi restitueretur, nec incertum periculum, quod ex navigatione maris metui solet, ad te pertinnisse profitearis, non est dubium, pecuniae creditae ultra licitum [6]) te usuras exigere non posse. PP. prid. Id. Mart. Maximo II. et Aquilino Conss. [7]) [286.]

3. Iidem AA. Iuniae. — Quum proponas, te nauticum foenus ea conditione dedisse, ut post navigium, quod in Africam [8]) dirigi debitor asseverabat, in Salonitanorum [9]) portum nave delata foenebris pecunia tibi redderetur, ita ut navigii duntaxat, quod in Africam destinabatur, periculum susceperis [10]), perque eitium debitoris, nec loco quidem navigii servato, illicitis comparatis mercibus, quae [11]) navis continebat fiscum occupasse; amissarum mercium detrimentum, quod non ex marinae tempestatis discrimine, sed ex praecipiti avaritia et incivili debitoris audacia accidisse asseveratur, adscribi tibi iuris publici ratio non permittit.

4. Iidem AA. et CC. [12]) Eucharisto [13]). — Traiectitiae quidem pecuniae, quae periculo creditoris mutuo datur, casus, antequam ad destinatum locum navis perveniat, ad debitorem non pertinet. Sine huiusmodi vero conventione [14]), infortunio naufragii debitor [15]) non liberabitur. Dat. VIII. Id. Octob. Retiariae .... [16]) [293—305.]

Tit. XXXIV.

[d]) DEPOSITI [17]).

1. [e]) Imp. Alexander A. Mestrio [18]). — Si [19]) incursu latronum vel alio fortuito casu [20]) ornamenta deposita apud interfectum [21]) perierint, detrimentum ad heredem eius, qui depositum accepit, qui dolum solum [22]) et latam culpam, si non aliud specialiter convenit, praestare debuit [23]), non pertinet. Quod si [24]) praetextu latrocinii commissi vel alterius fortuiti casus [25]) res, quae in potestate [26]) heredis sunt vel quas dolo desiit possidere [27]), non restituuntur, tam depositi, quam ad exhibendum actio, sed et in rem vindicatio competit. PP. IV. Id. [28]) Iul Maximo II. [29]) et Urbano Conss. [30]) [234.]

2. [f]) Imp. Gordianus A. Celsino [31]). — Usurae in depositi actione, sicut in ceteris bonae fidei iudiciis, ex mora venire solent. Dat. Kal. Novemb. Pio et Pontiano Conss. [32]) [238.]

3. Idem A. Austero [33]). — Si depositi experiaris [34]), non immerito etiam usuras tibi restitui flagitabis, quum tibi debeat gratulari, quod furti eum actione non facias obnoxium, siquidem qui rem depositam

---

[a]) *Leunel. Adnot. ad Cod.* 25. 26. *ex Synopsi p.* 251. *restituere voluit duos locos excerptos ex Nov.* 121. *c.* 2. *et Nov.* 138., *quos legem* 29. *et* 30. *hui. tit. esse iuberet. Licet ipse suae coniecturae deinde dubia moverit* (*Notat. II.* 180. 181.) *erroremque confutaverit Cuiac. Obss. XVIII.* 37., *tamen spuriam leg.* 29. *recepit, aegre quidem, Cont.* 76., *utramque autem Pac. cum rell. Cancellis eas notat Bk. In vetere cod. Romano lacunam graec. const. notatam se vidisse refert in princ. tit. prox. Ant. Augustin. Coll. graec. const. p.* 131. — [b]) *Dig. XXII.* 2. — [c]) *Bas. LIII.* 5. 2. (*Fabr. T. VI. p.* 650.) — [d]) *Dig. XVI.* 3. — [e]) *l.* 1. *Greg. C. de depos. IV.* 3.; *Collatio X.* 8. 1.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 127.; *Bas. XIII.* 2. 35. (*Fabr. T. II. p.* 101.) — *Sch. t—y.* (*Fabr. T. II. p.* 126.) — [f]) *Bas. XIII.* 2. 36. (*Fabr. T. II. p.* 102.) — *Sch. z.* (*Fabr. T. II. p.* 127.)

[1]) *fortasse* μερικὸν *secundum Nov.* 121. *c.* 2. — [2]) καὶ *abest a Bas. XXIII.* 3. 78. (*Fabr. T. III. p.* 463.) *et a Bk.* — [3]) *Bas. loc. cit., Bk.*; οἱ *abest a rell.*; καὶ οἱ *secundum graecam Nov.* 138. *epitomen, quam praebet Hal. in ed. Nov.* — [4]) *mss. Pist. Paris., a quibus tamen abest* II. *alias fere semper additum, Bk., qui omittit* IV.; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [5]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., idem fere mss. Pist. Pl.* 1.; Chosimaniae *Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg., Hal. in textu*; modum *add. Hal. in not., edd. Schf. Russ. et rell.* — [7]) *hanc subscr. integram restitui ex ms. Pist., a quo tamen abest* II.; *conss. habent ms. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [8]) Africa *mss. Pl.* 1. 2., *Cont.* 62. — [9]) Salonitorum *ms. Pl.* 1. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; susciperes *ms. Bg., Cont.* 66. *et rell.* — [11]) ea quae *ms. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.* — [12]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *absunt a ms. Pl.* 2., *edd. omn.* — [13]) Fuscarito *mss. nonn.* — [14]) conditione *ms. Bg.*; condictione, *quod persaepe in eedd. scribitur pro* condit. *ms. Pl.* 1. — [15]) debitor *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — [16]) *mss. Pist. Paris.*; Revariae *scribit Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [17]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; Depositis *ms. Pist.*; De depositis *ms. Paris.*; Depositi vel contra *edd. Schf. Hal. et rell., imitantes haud dubie Digesta.* — [18]) *mss. Pist. Cas. Vat., Collat., Coll. Ans. ded.*; Mestrico, Niestrio, Metrio *mss. rell.*; Menstrio *Cont.* 76.; Mesteno *edd. Nbg. Hal. et rell.*; militi *add. Collat., Cont.* 76. — [19]) Si *abest a Collat.* — [20]) vel — casu *absunt a Collat.* — [21]) ab eis *add. Collat.* — [22]) tantum *rell. usque ad* convenit *omissis Collat.* — [23]) debent *Greg. C. quod reiicit ed. Haenel.* — [24]) sub *add. mss. Pl.* 1. *Bg.*; ex *ins. Collat.* — [25]) vel — casus *absunt a Collat.* — [26]) potestatem *Collat.* — [27]) vel quas — possid. *absunt a Collat.* — [28]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; VII. Kal. *Collat., Cont.* 76. — [29]) II. *abest a mss. Pist. Paris.*; his *Collat.*; Maximiano II. *Cont.* 76. — [30]) *subscr. abest ab Hal. et rell. praeter Cont.* 76. *Bk.* — [31]) *mss. Pist. Cas. Vat Pl.* 2. *Bg.*; Celso *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [32]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [33]) Austroniae, Autronio, Austronio *mss.*; Antonio *al.* — [34]) experiris *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.*; experieris *ms. Bg.*

sitam invito domino sciens prudensque in usus suos converterit, etiam furti delicto succedit. Dat. Id. Iul. Gordiano A. et Aviola Conss. [1]) [239.]

4. [a]) Idem A. Timocrati. — Si deposita pecunia is, qui eam suscepit, usus est, non dubium est, etiam usuras debere [2]) praestare [3]). Sed si, quum depositi actione expertus es, tantummodo sortis facta condemnatio est, ultra non potes propter usuras experiri. Non enim duae sunt actiones, alia sortis, alia usurarum, sed una, ex qua condemnatione facta, iterata actio rei indicatae exceptione repellitur.

5. [b]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. [4]) Claudio [5]). — Propter instrumenta quidem, quae te deposuisse cum adversario tuo dicis, ut, residua pecunia, quae ex conductione debebatur, soluta [6]), ea reciperes, si id, quod placuerat, implesti, sequestrem [7]) potes convenire. Quamvis autem haec reddita non fuerint, tamen adversus eum, a [8]) quo fundum conduxeras, si omne, quod ex hoc [9]) contractu debebatur, reddidisti, ipsis solutionibus tutus es. Dat. Id. Iul. Aemiliano et Basso Conss. [10]) [259.]

6. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [11]) Alexandro [12]). — Is, penes quem utramque partem [13]) transactiones [14]) vel alia instrumenta commendasse dicis, legem, qua haec suscepit, servare necesse habet. Dat. IV. Kal. Mart. Sirmii ... Conss. [15]) [293—305.]

7. [d]) Iidem AA. et CC. [16]) Attico [17]). — Desiderium tuum cum rationibus iuris non congruit. Nam si custodiam pecuniae suscepisti, quam aliis a te [18]) datam instrumentum, quo hanc tibi reddi conscriptum [19]) profiteris, arguit, solutionem eius competentem improbe recusas.

8. [e]) Iidem AA. et CC. Alexandro [20]). — Si is, qui depositam a te pecuniam accepit, eam suo nomine vel cuiuslibet alterius mutuo dedit, tam ipsum de implenda suscepta fide, quam eius successores teneri tibi, certissimum est. Adversus eum autem, qui accepit, nulla actio tibi competit, nisi nummi existant [21]); tunc enim contra possidentem uti [22]) vindicatione potes.

9. [f]) Iidem AA. et CC. [23]) Menophilo [24]), et ceteris. — Quum hereditas personam dominae [25]) sustineat, ab hereditario servo, priusquam patri vestro successeritis, res commendatas secundum bonam fidem ab eius, qui susceperat [26]), successoribus apud rectorem provinciae petere potestis. PP. VII. Id. Novemb. Sirmii ... Conss. [27]) [293—305.]

10. [g]) Iidem AA. et CC. Septimiae [28]). — Qui [29]) depositum non restituit, suo nomine conventus et condemnatus [30]), ad eius restitutionem cum infamiae periculo urgetur. Subscripta [31]) prid. [32]) Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [33]) [294—305.]

11. [h]) Imp. Iustinianus A. Demostheni [34]) P. P. — Si quis vel pecunias vel res quasdam per depositionis [35]) acceperit [36]) titulum, eas volenti ei, qui deposuit, reddere illico modis omnibus compellatur, nullamque compensationem vel deductionem vel doli exceptionem opponat, quasi et ipse quasdam contra eum, qui deposuit, actiones personales vel in rem vel hypothecariam praetendens, quum non sub hoc modo depositum acceperit, ut non concessa ei retentio generetur, et contractus, qui ex bona fide oritur ad perfidiam retrahatur. Sed et si ex utraque parte aliquid fuerit depositum, nec in hoc casu compensationis praepeditio oriatur, sed depositae quidem res vel pecuniae ab utraque parte quam celerrime sine aliquo obstaculo restituantur, ei videlicet primum, qui primus hoc volnerit, et postea legitimae actiones integrae quoque [37]) ei reserventur. Quod obtinere, sicut iam dictum est, oportet, et si ex una parte depositio celebrata est, ex altera autem compensatio fuerit opposita, ut integra omni legitima ratione [38]) servata, depositae res vel pecuniae prima fronte restituantur. Quod si in scriptis attestatio non per dolum vel fraudem fuerit ei, qui depositum suscepit, ab alio transmissa, ut minime depositum restituat, hocque per iusiurandum affirmaverit, liceat ei, qui deposuit, defensionis [39]) cautela idonea praestita, res depositas quantocius

---

[a]) *Bas. XIII.* 2. 37. — [b]) *Bas. XIII.* 2. 38. — *Sch. a.* — [c]) *Bas. XIII.* 2. 39. — *Sch. b.* — [d]) *Bas XIII.* 2. 40. (*Fabr. T. II. p.* 103.) — *Sch. c.* — [e]) *Bas. XIII.* 2. 41. — *Sch. d.* (*Fabr. T. II. p.* 128.) — [f]) *Bas. XIII.* 2. 42. — *Sch. e.* — [g]) *l.* 4. *Herm. C. de depos. XII.*; *Collatio X.* 6. 1.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 127.; *Bas. XIII.* 2. 43. — *Sch. f.* — [h]) *Bas. XIII.* 2. 44. — *Sch. g. h.*

[1]) *mss. Pist. Paris.*, *a quibus vero abest* A., *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [2]) debere *abest a ms. Bg.*, *ed. Nbg.* — [3]) praestari *Hal.* — [4]) CC. *omisso* Valerian. *mss. plurima*; et Valerian. C. *absunt ab edd. Nbg. Hal. Russ.* — [5]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Claudiano *edd.* — [6]) dissoluta *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; sequestrum *edd. omn.* — [8]) ex quo *Russ. in marg.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.*; hoc *abest a Cont. et rell.* — [10]) *hanc subscr. restitui ex ms. Pist.*, *in quo legi praeced. falso adscripta est.* — [11]) et CC. *absunt ab edd. Nbg. Hal. Russ. Bk.*; *in ms. Pl.* 2. *post* AA. *additur* Max. A. — [12]) Alexandrae *ms. Pist.*; Alexandriae *al.* — [13]) utrasque partes *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; transactionis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *ms. Pist.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [16]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *absunt a ms. Pl.* 2., *edd. omn.* — [17]) Antiquo *ms. Pl.* 1. — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Schf.*; mutuo *add. edd. Nbg. Hal. et rell.*, *perperam*, *quum etiam Bas. doceant*, *hanc dationem de mutuo non esse intelligendam*; *fortasse* mutuo *ex rescr. seq. hic interpolatum.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; conscriptum *ante* instrum. *collocant Hal. et rell.* — [20]) Alexandrae, Alexandriae *al.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; existant *ed. Schf.*; exstent *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *mss. Cont.*, *ed. Schf.*; rei *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [23]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *absunt a ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) *ultimam syllabam ita recte scribi*, *probant mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Menophyllo *Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; domini *edd. omn.*; *sed nobiscum faciunt Bas.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; suscepit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [27]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk. omisso tamen* Sirm.; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [28]) *mss. Pist. Cas. Vat.*, *Coll. Ans. ded.*, *Collat.*; Septimae *ms. Pl.* 1., *edd. omnes praeter Bk.*; Septimio *Bk.*; et Quadrato *add. Cont.* 76. *Bk.*; Quadratillae *add. Collat.* — [29]) dolo malo *ins. Collat.* — [30]) et condemn. *absunt a Collat.* — [31]) *Collat.*; Scripta *Cont.* 76. *Sp. Bk.*, *Herm. C. ante ed. Haenel.* — [32]) *Collat.*; prid. *abest a Cont.* 76. *Sp. Bk.*, *Herm. C. ante ed. Haenel.* — [33]) *subscr. abest ab Hal. et rell. praeter Cont.* 76. *Sp. Bk.*; *in ms. Pist. subscr. est* D. III. K. iu. D. cc., *quae fortasse pertinet ad const. seq.*, *cui foret subscribendum* Dat. III. Kal. Iul. Decio V. C. Cons. [529.] — [34]) Menae *ms. Bg.* — [35]) adoptionis *Russ. in marg.* — [36]) *rectius secundum codd.* accepit *et statim post* deposuerit. — [37]) quoque *abest a mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.* — [38]) actione *Russ. Cont. in marg.* — [39]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; sub defens. *edd.*

tocius [1]) recuperare. Recitata [2]) Septimo miliario [3]) in novo consistorio palatii Iustiniani [4]).

Authent. de deposito et denuntiation. inquilinorum. (Nov. 88.) — *Sed iam cautum est, ne quis extrinsecus depositario interdicat depositi restitutionem, qua subsecuta, depositor possidens pulsari poterit ab eo, qui interdixit. Si contra factum fuerit, damnum, quodcunque acciderit ei, qui vim* [5]) *passus est, praestabitur ab eo, qui interdixit, nec non et tertia centesimae usurarum nomine, ex quo facta est huiusmodi contestatio. Quibus poenis subiacet, qui vel inquilino dationem pensionum vel publicae personae panis interdicit administrationem.*

12. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Supervacuam veterum differentiam e medio tollentes, si quis certum pondus auri, vel [6]) confecti vel in massa constituti, deposuerit, et plures scripserit heredes, et unus ex his contingentem sibi portionem a depositario acceperit, alter supersederit, vel alias [7]) fortuito casu impeditus hoc facere non potuerit, et postea depositarius in adversam inciderit fortunam, vel sine dolo depositum perdiderit, sancimus, non esse coheredi eius licentiam venire contra [8]) coheredem suum, et ex eius parte avellere, quod ipse ex sua parte consequi minime potuit, quasi eo, quod coheres accepit, communi constituto, quum, ubi [9]) certae pecuniae depositae fuerant [10]), et suam partem unus ex heredibus [11]) accepit, nemini veniat [12]) in dubium, bene eum accepisse partem suam, et non debere aliam partem attingere. Nobis etenim non videtur esse homo obnoxius, neque in massa, neque in specie, neque in pecunia numerata, qui suam partem suscepit, ne industria poenas desidiae solvat. Si enim et alius heres tempora opportuna, quemadmodum coheres eius, observasset, et suum uterque reciperet [13]), et sequentibus altercationibus minime locus relinqueretur.

Tit. XXXV.

[b]) MANDATI [14]).

1. [c]) Impp. Severus et Antoninus AA. Leonidae. — Adversus eum, cuius negotia gesta sunt, de pecunia, quam de propriis opibus vel ab aliis mutuo acceptam erogasti, mandati actione pro sorte et usuris potes experiri. De salario autem, quod promisit, apud praesidem [15]) provinciae cognitio praebebitur [16]).

2. [d]) Imp. Antoninus [17]) A. Marcellino [18]). — Quum ex causa fideiussionis pecuniam patrem tuum exsolvisse proponas, habes mandati actionem, qua non solum pecuniam, sed etiam pignora in [19]) obligationem deducta potes consequi. PP. VIII. .... [20]).

3. [e]) Idem A. [21]) Germano. — Si pater tuus tibi, sui [22]) iuris constituto, actionem adversus debitores suos mandavit, potuit [23]) ipse praesens adversus eos re integra experiri. Si quid itaque ab eo apud iudicem actum est, rescindi [24]) nulla ratio patitur. PP. VI. Kal. Novemb. Sabino II. et Anulino Conss. [25]) [216.]

4. [f]) Imp. Alexander A. Vulnerato. — Etiamsi contrariam sententiam reportaverunt, qui te ad exercendas causas appellationis procuratorem constituerunt, si tamen nihil culpa tua factum est, sumtus, quos in lite [26]) probabili ratione feceras, contraria mandati actione petere potes. S. VIII. Id. Ian. .... [27]).

5. [g]) Idem A. Iuliano [28]). — Si maritus sororis tuae tibi procurans petere bonorum possessionem noluit [29]), cum ipso tibi congrediendum est. Quam querelam ita cum effectu habes, si mandasse te, ut peteretur bonorum possessio, eumque neglexisse arguas [30]).

6. [h]) Imp. Gordianus A. Sosibio [31]). — Si fideiussor pro reo [32]) patiente fidem suam adstrinxit [33]), mandati cum eo post exsolutam pecuniam vel factam condemnationem potest actionem exercere. PP. III. Non. Septemb. Pio et Pontiano Conss. [34]) [238.]

7.

---

[a]) *Bas. XIII.* 2. 45. (*Fabr. T. II. p.* 104.) — *Sch. i—m.* — [b]) *Dig. XVII.* 1. — [c]) *Bas. XIV.* 1. 63. (*Fabr. T. II. p.* 165.) — [d]) *Bas. XIV.* 1. 64. — *Sch. i.* (*Fabr. T. II. p.* 192.) — [e]) *Bas. XIV.* 1. 65. — [f]) *Bas. XIV.* 1. 66. *In mss. Pl.* 1. *Cas. II.* 4. *et* 5. *sunt post l.* 7. — [g]) *Bas. XIV.* 1. 67. — *Sch. k.* — [h]) *Bas. XIV.* 1. 68. (*Fabr. T. II. p.* 166.) — *Sch. l.* (*Fabr. T. II. p.* 193.)

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., vetera Cont., ed. Schf.*; quam ocyssime *Hal. et postea rell.*; quantotiens *ed. Nbg.* — [2]) Lecta *Russ. in marg.* — [3]) a quarto milliario *Russ. in marg.*; septimiliario *Cont.* 62.; *sed v. Cuiac. Obs. XX.* 3. — [4]) *Cont.* 62.; Recit. — Iustiniani *absunt ab Hal. et rell.*; *quomodo subscr. probabiliter supplenda sit, vid. in not.* 33. *ad leg.* 10. *hoc tit.* — [5]) *vim abest ab ed. Schf.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; argenti *add. edd. Schf. Cont.* 66. *et rell., cui et repugnant Bas.* — [7]) alio *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; *sed* ἄλλως *Bas.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; eum *ins. Cont.* 66. *et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; nisi *ed. Nbg.*; si *Hal. et rell.*; *sed* ἔνθα *Bas.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; fuerint *Hal. et rell.* — [11]) coheredibus *ms. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *sed* κληρονόμων *Bas.* — [12]) veniret *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; venit *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [13]) recipiebat *et statim post* relinquebatur *Russ. in marg., quod probant Bas.* — [14]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; De mandatis *mss. Pist. Cas.*; De mandato *ms. Pl.* 2.; vel contra *add. edd. Schf. Hal. et rell.* — [15]) a praeside *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., vis. Pl.* 2. *ante emendat.* — [16]) *mss. Pist. Paris. subscribunt* D. IV. N. 8. Pio et Pontiano, *quae procul dubio repetita sunt ex l.* 6. *infra*; *quare immerito inde in suam ed. hic recepit Bk.* Dat. IV. Non. — [17]) *mss. Pl.* 2. *Gt., ed. Schf.*; Imp. Anast. (Anastasius) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Iidem AA. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Marcello *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) eam *ins. ms. Bg.*; *consentiunt Bas.* — [20]) *hanc lacunosam subscr. praebent mss. Pist. Paris.* — [21]) *mss. Pist. Cas Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Iidem AA. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) tui *ms. Bg.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; et *ins. Hal. et rell.* — [24]) id *ins. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk. contra mea mss. et omnia Russ.* — [25]) P. VI. K. N. Sab. *ms. Pist., quam subscr. aliter explere non licuit*; *abest ea ab Hal. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; litem *Hal. et rell.* — [27]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *etiam dies abest ab Hal. et rell.* — [28]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62. *Bk.*; Guliano *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk.*; noluerit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [30]) Dat. IV. Kal. Ian. *Bk., quam male v. in not. ad subscr. leg.* 9. *hoc tit.* — [31]) Sosibi, Sosidio *mss. nonn.* — [32]) principali *add. ed. Schf.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; adstrinxerit *Hal. et rell.* — [34]) *mss. Pist. Paris., Bk., qui tamen om.* III.; *subscr. abest ab Hal. et rell.*

7. [a]) Idem A. Aureliano. — Si literas eius secutus, qui pecuniae auctor [1]) fuerat [2]), ei, qui tibi literas tradidit, pecunias credidisti [3]), tam condictio [4]) adversus eum, qui a te mutuam sumsit pecuniam, quam adversus eum, cuius mandatum secutus es, mandati actio tibi competit.

8. [b]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus Nob. [5]) C. Lucio. — Si tibi pupillorum pater, ut pecuniam in rem suam servis eius crederes, mandavit, et in hanc rem [6]), aeque ipso praecipiente, pignora sunt obligata, et mandati actione pupillos post mortem patris convenire, et exsequi ius obligationis pignorum poteris, si in solutione cessabitur. Dat. IV. Kal. Ian. Aemiliano et Basso Conss. [7]) [259.]

9. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [8]) Marcello. — Quum per procuratorem causam tuam laesam esse dicas, mandati actio adversus eum tibi competit. Dat. XVII. Kal. Iun.... Conss. [9]) [285—304.]

10. [d]) Idem AA. et CC. [10]) Papio. — Si pro ea, contra quam supplicas, fideiussor seu mandator intercessisti, et neque condemnatus es, neque bona eam dilapidare postea coepisse comprobare possis, ut [11]) iustam metuendi causam praebeat, neque ab initio ita te obligationem suscepisse, ut eam possis et ante solutionem convenire, nulla iuris ratione, antequam satis creditori pro ea feceris, eam ad solutionem urgeri, certum est. Fideiussorem vero seu mandatorem, exceptione munitum, et iniuria iudicis damnatum, et appellatione contra bonam fidem minime usum, non posse mandati agere, manifestum est.

11. [e]) Idem AA. et CC. [12]) Gaio. — Procuratorem non tantum pro his, quae gessit, sed etiam pro his, quae gerenda suscepit, et tam propter exactam ex mandato pecuniam, quam non exactam, tam dolum, quam culpam, sumtuum ratione bona fide habita, praestare necesse est. Dat. .. Kal. [13]) Iun. Sirmii ... Conss. [14]) [293—304.]

12. [f]) Idem AA. et CC. [15]) Firmo. — Quum mandati negotii contractum certam accepisse legem asseveres, eam integram secundum bonam fidem custodiri convenit. Unde si contra mandati tenorem procurator tuus ad te pertinentem fundum vendidit, nec venditionem postea ratam habuisti, dominium tibi auferri non potuit. PP. XVII. Kal. Iun. Sirmii AA. [16]) Conss. [17]) [293—304.]

13. [g]) Idem AA. et CC. [18]) Zosimo. — A procuratore dolum et omnem culpam, non etiam improvisum casum praestandum esse, iuris auctoritate manifeste declaratur. Dat. Kal. Febr. [19]) Sirmii ... Conss. [20]) [203—305.]

14. [h]) Idem AA. et CC. [21]) Hermiano. — Si secundum mandatum Triphonis ac Felicis equos, tua pecunia comparatos vel in solutum a proprio debitore tibi traditos, uni de his utriusque voluntate dedisti, ad parendum placitis eos mandati iudicio conventos bona fides urget. Dat. VI. Kal. April. Sirmii ... Conss. [22]) [293—305.]

15. [i]) Idem AA. et CC. [23]) Precario. — Mandatum re integra domini morte finitur. Dat. XVII. Kal. Mai. .... [24]). [293—305.]

16. [k]) Idem AA. et CC. [25]) Uzando [26]). — Ad comparandas merces data pecunia, qui mandatum suscepit, fide rupta, quanti interest mandatoris tenetur. III. Kal. Octob. .... [27]). [293—305.]

17. [l]) Idem AA. et CC. [28]) Gorgonio. — Salarium incertae pollicitationis [29]) peti non potest.

18. [m]) Idem AA. et CC. [30]) Tusciano. — Post solutionem a se factam, qui dari mutuo mandavit, ab eo, pro quo intercessit, vel successoribus eius quod solutum est etiam cum usuris post moram recte reddi [31]) postulat. Dat. VII. Kal. Octob. Sirmii .. Conss. [32]) [293—305.] 19

---

[a]) *Bas. XIV.* 1. 69. — *In marg. mss Pist. sub finem hui. tit., in mso autem Paris. inter l. 7. et 6. addita invenitur constitutio, Iustiniani nomine indita, quam* Bienerus (*Revis. des Just. Cod. p.* 230) *et in collectione aliqua iur. canon. Parisina ita relatam vidit, ut Diocletiano et Maximiano tribueretur et proxime sequeretur leges ex tit. Cod. de incest. nupt. haustas; cui titulo, si aliquando ea in Cod. revera locum habuit, eam adscribere suadet argumentum. Edita est a* Blumio (*N. Rhein. Mus. f. Jur. I. p.* 121.) *his verbis:* Imp. Iustinianus A. Honorato. Iudicem, causidicum et procuratorem omnes, qui ex incesto matrimonio [qui incesti matrimonii *mss. Pist. Paris., Bk.*] nati fuerint, fieri prohibemus, et omnino nullam professionem recipere, nisi tantum [et] taxeotalem et curialem, si necessitas accedit. Si vero prohibitum honorem ab aliquo susceperint, sacrilegii poena condemnabuntur. Si quis ex praedictis aliquem in ius vocaverit patrocinii causa, primum quidem omnino suis careat actionibus, sive iustam habeat intentionem, sive non, ita quoque, ut principali rescripto resuscitare non placeat; deinde quicquid damni adversario acciderit, sacramento resarciatur. — [b]) *Bas. XIV.* 1. 70. — *Sch. m.* — [c]) *Bas. XIV.* 1. 71. — [d]) *Bas. XIV.* 1. 72. — *Sch. n.* — [e]) *Bas. XIV.* 1. 73. (*Fabr. T. II. p.* 167.) — [f]) *Bas. XIV.* 1. 74. — [g]) *Bas. XIV.* 1. 75. — *Sch. p.* — [h]) *Bas. XIV.* 1. 76. — [i]) *Bas. XIV.* 1. 77. — [k]) *Bas. XIV.* 1. 78. — [l]) *Bas. XIV.* 1. 79. — [m]) *Bas. XIV.* 1. 80.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., plura et meliora mss. Russ.*; mandator *ed. Schf.*; actor *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; fuerit *Cont.* 66. *et rell.* — [3]) tradidisti *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [4]) condictio *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., in qua vero pro* pecuniam *legitur* condicionem. — [5]) *mss. Vat. Bg.*; Nob. *abest a rell. mss. et edd.* — [6]) in hac re *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [7]) *hanc subscr., quae abest ab Hal. et rell., exhibent mss. Pist. Paris. ad l.* 7. *h. t., uti autem docet inscr., ad l.* 8. *pertinet; solum diem omissis consull. inde adspersit Bk. legi* 5. — [8]) et CC. *add. Cont.* 62. — [9]) *mss. Pist. Paris., Bk.; subscr. omnis abest ab Hal. et rell.* — [10]) *mss. Vat. Bg., Cont.* 62.; et CC. *absunt a rell. mss. et edd., sunt tamen in ms. Pl.* 2. *quaedam vestigia.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; tibi *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) *mss. Pist. Cas Vat. Pl.* 2. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *absunt a ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [13]) D. NN. K. *mss. Pist. Paris.*; Kal. *abest a Bk.* — [14]) *subscr., quam servant mss. Pist. Paris., abest ab Hal. et rell. praeter Bk.* — [15]) *mss. Cas. Vat., Cont.* 62.; et CC. *a absunt rell.* — [16]) ū *mss. Pist. Paris.* — [17]) *subscr., quam servant mss. Pist. Paris., abest ab Hal. et rell. praeter Bk.* — [18]) *Cont.* 62.; et CC. *absunt a rell.* — [19]) Iun. *Bk.* — [20]) *subscr. est in mss. Pist Paris., abest ab edd. praeter Bk.* — [21]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *absunt a rell.* — [22]) *mss. Pist. Paris., Bk.; subscr abest ab Hal. et rell.* — [23]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *absunt a rell.* — [24]) *mss. Pist Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [25]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *absunt a rell.* — [26]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1.; Usando *ms Bg.*; Viando *ed. Nbg.*; Uranio *Hal. et rell.* — [27]) *mss Pist Paris., Bk.; omnis subscr. abest ab Hal. et rell.* — [28]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [29]) incerta pollicitatione promissum *Hal. Russ.*; *post* Salar. *ms. Bg. addit* videlicet, quo est incertum si sit promissa nec ne. — [30]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *absunt a rell.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62., reddi *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [32]) *mss. Pist. Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.*

19. [a]) Iidem AA. et CC. [1]) Eugenio. — Pretii rerum distractarum, quas venales praecedente mandato acceperas, ultra licitum usuras ex stipulatione vel mora praestare, licet pignora data probentur, compelli non potes. S. XIV. Kal. Nov. Sirmii . . . Conss. [2]) [293—305.]

20. [b]) Iidem AA. et CC. Epagatho. — Si contra licitum litis incertum redemisti, interdictae conventionis tibi fidem impleri frustra petis. §. 1. Quod si gratuitum mandatum suscepisti, secundum bonam fidem sumtus recte postulas.

21. [c]) Imp. Constantinus [3]) A. Volusiano P. P. — In re mandata non pecuniae solum, cuius est certissimum mandati iudicium, verum etiam existimationis periculum est. Nam suae quidem quisque rei moderator atque arbiter non omnia negotia, sed pleraque ex proprio animo facit. Aliena vero negotia exacto officio geruntur, nec quidquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpa vacuum est.

22. [d]) Imp. Anastasius A. Eustathio [4]) P. P. — Per diversas interpellationes ad nos factas comperimus, quosdam, alienis rebus fortunisque inhiantes, cessiones aliis competentium actionum in semet [5]) exponi properare [6]), hocque modo diversas [7]) personas litigatorum vexationibus afficere, quum certum sit, pro indubitatis obligationibus eos magis, quibus autea suppetebant, sua [8]) vindicare, quam ad alios ea [9]) transferre velle. Per hanc itaque legem iubemus, in posterum huiusmodi conamen inhiberi (nec enim dubium est, redemtores litium alienarum videri eos esse, qui tales cessiones in se confici cupiunt), ita tamen, ut, si quis datis pecuniis huiusmodi subierit cessionem, usque ad ipsam tantummodo solutarum pecuniarum quantitatem et usurarum eius actiones exercere permittatur, licet instrumento cessionis venditionis nomen insertum sit; exceptis scilicet cessionibus, quas inter coheredes pro actionibus [10]) hereditariis fieri contingit, et his, quascunque vel creditor vel is, qui res aliquas [11]) possidet, pro debito seu rerum apud se constitutarum munimine ac tuitione accepit [12]), nec non his, quas in [13]) legatarios seu fideicommissarios, quibus debita vel actiones seu res aliae relictae sunt, pro his fieri necesse sit. Nulla etenim tali ratione intercedente redemtor, sicuti superius declaratum est, magis exsistit, qui alienas [14]) pecuniis praestitis subiit actiones. Sin autem per donationem cessio facta est, sciant omnes, huiusmodi legi locum non esse, sed antiqua iura esse servanda, ut cessiones tam pro exceptis et specialiter enumeratis, quam aliis causis factae seu faciendae secundum actionum, quaecunque cessae sunt vel fuerint, tenorem sine quadam imminutione obtineant [15]).

23. [e]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Ab Anastasio divae memoriae principe iustissima constitutio conscripta est, tam humanitatis quam benivolentiae plena, ut ne quis alienum subeat debitum cessione in eum facta, et ne [16]) amplius a debitore consequatur his, quae [17]) praestitit cessionis auctori, exceptis quibusdam casibus, qui specialiter illa sanctione [18]) continentur. Sed quum hi, qui circa lites morantur, eandem piam dispositionem in sua natura remanere minime concesserunt [19]), invenientes machinationem, ut partem quidem debiti venditionis titulo transferant in alium creditorem, reliquam autem partem per coloratam cedant donationem, generaliter Anastasianae constitutioni subvenientes sancimus, nulli licere partem quidem debiti cedere pecuniis acceptis et venditione actionum habita, partem autem donationis titulo videri transferre; sed, si voluerit, debitum totum pure donare, et per donationem actiones transferre, hoc [20]) non occulte, nec per artes clandestinas pecunias suscipere, publice autem simulatam donationem celebrare, sed undique puram et non dissimulatam facere donationem; huiusmodi enim cessionibus non adversamur. §. 1. Si quis autem occulte aliud quidem agere conatur, et pecunias pro parte accepit et vendidit [21]) particulatim actiones, partem autem donare simulat vel ipsi, qui emtionem [22]) actionis [23]) subiit [24]), vel forsitan alii per suppositam personam (quia et hoc saepius perpetratum esse didicimus), huiusmodi machinationem penitus amputamus, ut nihil amplius accipiat, quam ipse vero contractu re ipsa persolvit; sed omne, quod superfluum est et per figuratam donationem translatum, inutile esse ex utraque parte censemus, et [25]) neque ei, qui cedit [26]) actiones, neque ei, qui eas suscipere curavit, aliquid lucri vel fieri vel remanere, vel aliquam contra debitorem vel res ad eum pertinentes esse utrique eorum actionem. §. 2. Sed et si quis donationem quidem omnis debiti facere assimulaverit, ut videatur esse tota donatio, aliquid autem occulte susceperit, et in hoc casu hoc [27]) tantummodo exactionem sortiri, quod datum esse comprobetur, et si hoc a debitore persolvatur, nulla contra eum vel substantiam eius ex dissimulata donatione oriatur molestia. §. 3. Et iustum quidem fuerat hoc remedium debitoribus ab Anastasianis temporibus impertiri, ex quibus etiam lex data est, quam homines astute lacerandam esse existimaverunt. Sed ne videamur in tanta temporum nostrorum benivolentia aliquid acerbius admittere,

---

[a]) *Bas. XIV.* 1. 81. (*Fabr. T. II. p.* 168.) — [b]) *Bas. XIV.* 1. 82. — *Sch. q.* — [c]) *Bas. XIV.* 1. 83. — *Sch. r. s.* — [d]) *Bas. XIV.* 1. 84. — *Sch. t.* — [e]) *Bas. XIV.* 1. 85. (*Fabr. T. II. p.* 170.)

[1]) *mss. Vat. Pl.* 2. *Bg.*, *Cont.* 62.; et CC. *absunt a rell.* — [2]) *ms. Pist.*, *in quo* Sir. et cc; *subscr. abest ab omnibus.* — [3]) *fortasse* Constantius, *nam de Volusiano P. P. sub Constantino haud certo constat, sane vero sub Constantio.* — [4]) *mss. Cas. Pl.* 2.; Eustacio *ms. Bg.*; Eustachio *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *cfr. l.* 4. *C. II.* 8. — [5]) ipsos *add. edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76., *improbant tamen Russ. et Cont.* — [6]) παρασκευάζειν *Bas.*, *quibus magis conveniret* praeparare. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *omnia mss. Russ.*; diversis *Hal. et rell.*; *sed* διάφορα πρόςωπα *Bas.*, *secundum quae et* litigatorum *in* litium *emendandum foret*, ταῖς τῶν δικῶν ὀχλήσεσι. — [8]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; iura sua *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* τὰ ἴδια διεκδικεῖν *Bas.*— [9]) ea *abest a ms. Bg.*; eas *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.*; ταῦτα *Bas.* — [10]) rationibus *ms. Pl.* 1.; *sed* ἀγωγῶν *Bas.* — [11]) alienas *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*, *sed contra codd. et Bas.*, *in quibus est* ἢ ὁ πρᾶγμα διακατέχων. — [12]) acceperit *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; accipit *edd. Nbg. Hal. Bk.*; *sed* ἔλαβε *Bas.* — [13]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 2. *ante correct.*, *ed Schf.*; inter *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* εἰς *Bas.* — [14]) quem qui alienas, *al.* quam quod alienis *Russ. in marg.*; *sed nostram lect. tuentur Bas.* — [15]) *quae exstant cum subscript. edicta ad Eustathium, ad a.* 505. *vel* 506. *pertinent.* — [16]) ne *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [17]) conseq. quis, quam quae *Hal.* — [18]) illi sanctioni *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Nbg.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; concesserint *Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 2. *ex emendat.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; hoc *abest a Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; acc. et vendiderit *edd. Nbg. Hal.*; accipit et vendidit *Russ. Cont.* 62.; accipit et vendit *Cont.* 66. *et rell.* — [22]) emtione *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.*; partem *ins. mss. Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; partim *ins. Russ. et rell.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; subit *Russ. et rell.* — [25]) ut *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; cessit *Hal. et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; hoc *abest ab edd.*, *inserunt autem edd. Nbg. Hal. et postea rell.* eius *post* sortiri.

mittere, in futuris post praesentem legem casibus haec observari censemus, et [1]) omne, quod contra legem

24. [a]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

Ἡ παροῦσα διάταξις μέμνηται μὲν τῆς Ἀνασταsίου τοῦ τῆς θείας λήξεως διατάξεως, τῆς γενομένης περὶ τῶν ἐκχωρήσεων, ἥτις βούλεται τὸν χρήματα δεδωκότα καὶ ἀγωγὰς ἐκχωρηθῆναι, μηδὲν πλέον ἀπαιτεῖν ἐκ τῶν ἐκχωρηθεισῶν ἀγωγῶν, εἰ μὴ μόνον ἅπερ δέδωκεν ὑπὲρ αὐτῶν. Εὑροῦσα δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ διατάξει πρόςωπά τινα ὑπεξῃρημένα, κελεύει καὶ ἐπὶ τούτων τῶν προςώπων τὸ αὐτὸ νόμιμον [2]) κρατεῖν, καὶ μηκέτι φυλάττεσθαι τὴν ἐκείνῃ τῇ διατάξει γενομένην ὑπεξαίρεσιν, ἀλλὰ τὸν δεδωκότα χρήματα μόνον αὐτὰ λαμβάνειν [3]) μετὰ τῶν τόκων καὶ πλέον οὐδέν. Εἰ δὲ δωρεά τις καθαρὰ γένοιτο ἀγωγῶν, τὴν ἐπὶ ταῖς δωρεαῖς ἐκχώρησιν ἰσχύειν βούλεται, εἰ μὴ ἄρα κατὰ περιγραφὴν ἐγένετο.

Anastasianam excogitatum est, hoc in posterum nostro perfruatur remedio.

24. *Praesens constitutio meminit constitutionis Anastasii divae memoriae, quae facta est de cessionibus, quaeque iubet, eum, qui pecunias dedit, ut cederentur actiones, nihil amplius per cessas actiones consequi, quam id, quod pro iis dederit. Quum autem in ea constitutione quasdam personas exceptas invenerit, iubet et in his personis eandem legem valere, neque illius constitutionis exceptionem observari, sed eum, qui pecunias dederit, solummodo has ipsas recipere cum usuris, et nihil amplius. Si vero mera donatio actionum fiat, hanc donationis causa cessionem valere, nisi forte in fraudem legis facta sit.*

Tit. XXXVI.

SI SERVUS EXTERO [4]) SE EMI [5]) MANDAVERIT.

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Dionysiae. — Si servus extero se mandaverit emendum, quamvis nec ex persona servi, quia hoc liber mandare non potest, nec ex domini persona [6]), quoniam qui mandat, ut a se res comparetur, inutiliter mandat, consistere credebatur actio, tamen optima ratione, quia non id agitur, ut ex ipso mandato, sed propter mandatum ex alio contractu nascatur actio, domino quaeri placuit obligationem [7]). Si itaque domino ignorante emi te mandasti, ac te nummos subministrante peculiares soluti sunt [8]), emtori minime liberatio per huiusmodi factum potuit pervenire. Nec tamen si tradita nec manumissa es, etiam mandati de ancilla et emti de pretio consequendo, tam [9]) contrarias actiones, ei exercere concedi placuit. Sane in illius arbitrio relictum est, utrumne mancipium, an pretium consequi velit, quum ex peculio, quod eius fuit, solutio celebrata obligationis vinculo emtorem liberare non potuit [10]). Subdita Kal. Octob. Sirmii, ipsis AA. Conss. [11]) [293—304.]

Tit. XXXVII.

[c]) PRO SOCIO [12]).

1. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Aurelio. — Societatem, uno pecuniam conferente, alio operam [13]), posse contrahi, magis obtinuit. Dat. III. Non. Mai. AA. Conss. [14]) [293—304.]

2. [e]) Iidem AA. et CC. Pantonio [15]). — Quum proponas, te praedium coniuncto dominio cum patruo [16]) tuo comparasse, in possessionemque tam te, quam ipsum inductum, iuris ratio efficit, ut dominium fundi ad utrumque pertineat. Sane quia pretium a te solo numeratum [17]), et solemnibus pensitationibus, cessante socio, satisfactum esse dicis, indicio societatis id, quod eo nomine praestari oportuerit, consequeris.

3. [f]) Iidem AA. et CC. Victorino. — Quum in societatis contractibus fides exuberet, conveniatque [18]) aequitatis rationibus, etiam compendia aequaliter inter socios dividi, praeses provinciae, si patrem tuum salinarum societatem participasse, et non recepta communis compendii portione rebus humanis exemtum esse repererit [19]), commodum societatis, quod deberi iuxta fidem veri constiterit, restitui tibi praecipiet. PP. VI. Kal. Septemb. ... Conss. [20]) [293—305.]

4. [g]) Iidem AA. et CC. Celeri. — Si societatis iure vel transactionis stipulatione subdita bonorum omnium aequis partibus inter te et Faviam [21]) divisionem recte fieri placuit, quo minus haec rata serventur, nihil interest, utrum testatus, qui [22]) fuerit obligatus, an intestatus rebus sit humanis exemtus.

5. [h]) Iidem AA. et CC. Theodoro. — Tamdiu societas durat, quamdiu consensus partium integer perseverat. Proinde si iam tibi pro socio nata est actio, [23]) eam inferre apud eum, cuius super ea re notio est, non prohiberis. Dat. XII. Kal. Ian. Nicomediae ... Conss. [24]) [293—305.]

6.

---

[a]) *Cont.* 76. *deesse notat graecam const., pertinentem vel ad hunc tit. vel ad sequentem. Cuiac. Obss. XVI.* 16. *desideratae edidit epitomen ex Bas. XIV.* 1. 86., *et ad calcem hui. tit. referri eam iussit, quod probant Pac. (in cuius ed. operarum culpa loco congruo non est inserta epitome, sed in fine libri VI. subiecta), Sp., qui textum in notis, versionem in textu habet, et Bk. Dubia movit huic restitutioni Mühlenbruch (Cession d. Forderungsr. ed.* 3. *p.* 538.), *ac profecto non sine iure, quum sola ad Bas. provocatio ad probationem non sufficiat, et Contii nota, num ex codd. hausta sit, certe possit ambigi.* — [b]) *Bas. XIV.* 1. 87. (*Fabr. T. II. p.* 171.) — [c]) *Dig. XVII.* 2. — [d]) *Bas. XII.* 1. 83. — [e]) *Bas. XII.* 1. 84. — [f]) *Bas. XII.* 1. 85. — [g]) *Bas. XII.* 1. 86. — [h]) *Bas. XII.* 1. 87.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; ut *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *νόμιμα Bk.* — [3]) *μόνον ἀντιλαμβάνειν Cuiac. Pac. Sp.* — [4]) extero *abest a mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [5]) emendum *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [6]) persona *abest a mss. Pl.* 1. 2. — [7]) actionem *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.* — [8]) *Hal. Russ. interpungunt post* emtori. — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; tam *post* etiam *ins. edd. Nbg. Hal.*; tam *abest a Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; potuerit *Russ. et rell.* — [11]) *Russ. Cont.* 62. *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [12]) De societate *ms. Pl.* 1. — [13]) dante *add. ms. Gt., ed. Schf.* — [14]) *ms. Pist., in quo finit subscr.* ā et cc; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [15]) Pomponio, Pannonio, Paponio *mss.* — [16]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; patrono *Russ. et rell.*; *sed* μετὰ τοῦ κατὰ πατέρα σου θείου *Schol. Bas.* — [17]) est *add. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [18]) fidem exhiberi conveniat, quae *et statim post* dividit *mss. Pl.* 1. *Bg., quatuor mss. Russ., similiter ms. Gt.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62., *similiter ed. Nbg.*; perspexerit *Hal. et rell.* — [20]) *ms. Pist.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [21]) *secundum Schol. Bas. scr.* Fabium. — [22]) quis *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *sed contra Bas.* — [23]) etiam *ins. edd. Nbg. Hal.* — [24]) *mss. Pist. Paris., Bk., hic tamen omisso* Conss.; *subscr. abest ab Hal. et rell.*

6. [a]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — De societate apud veteres dubitatum est, si sub conditione contrahi potest, puta si ille consul fuerit, societatem esse contractam. Sed ne simili modo apud [1]) posteritatem, sicut apud antiquitatem huiusmodi causa ventiletur, sancimus, societatem contrahi posse non solum pure, sed etiam sub conditione. Voluntates etenim legitime contrahentium omnimodo conservandae sunt. Dat. prid. . . . . [2]).

7. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Sancimus, veterum dubitatione semota, licentiam habere furiosi curatorem dissolvere, si maluerit, societatem furiosi, et sociis licere ei renuntiare. Et quemadmodum in omnibus contractibus aliis legitimam auctoritatem ei dedimus, ita et in hac parte eum permittimus competenter commodis furiosi providere. Dat. . . . Constantinop. post consulat. Lampadii et Orestis [3]). [531.]

Tit. XXXVIII.

[c]) DE CONTRAHENDA EMTIONE ET VENDITIONE.

1. Impp. Valerianus et Gallienus AA. [4]) Paulo. — Venditiones, etsi in alio loco, quam in quo possessiones constitutae sunt, fiant, non ideo irritae esse creduntur. Dat. XII. Kal. Mai. . . . . [5]).

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Avito. — Emtionem et venditionem consensum desiderare, nec furiosi ullum esse consensum, manifestum est. Intermissionis autem tempore furiosos maiores viginti quinque annis venditiones et alios quoslibet contractus posse facere, non ambigitur. Dat. VIII. Id. Mai. Maximo II. et Aquilino Conss. [6]) [286.]

3. [d]) Iidem AA. et CC. [7]) Valeriae. — Si donationis causa venditionis simulatus contractus est, emtio [8]) sui deficit substantia. Sane si in possessionem rei sub specie venditionis causa donationis [9]), ut te aleret, induxisti, sicut perfecta donatio facile rescindi non potest, ita legi, quam tuis rebus donans dixisti, parere convenit [10]).

4. [e]) Iidem AA. et CC. [11]) Luciano [12]). — Quum res tibi donatas ab herede donatricis tibi [13]) distractas esse proponas, intelligere debueras, duplicari tibi titulum possessionis non potuisse, sed ex donatione et traditione [14]) dominum factum [15]) frustra emisse, quum rei propriae emtio non possit consistere. Ac [16]) tunc demum tibi profuit, si ex donatione te non fuisse dominum demonstretur. Sane quoniam omnia bona [17]) tibi ab ea donata et tradita dicis, ad hoc [18]) a filio facta venditio rerum maternarum afferre, perfecta etiam donatione, poterit defensionem, ne vel exemplo inofficiosi testamenti possit haec avocare. PP. IV. Kal. Iun. Diocletiano V. et Maximiano IV. Conss. [19]) [293.]

5. Iidem AA. et CC. [20]) Graciae. — Quum ipse tutor nihil ex bonis pupilli, quae distrahi possunt, comparare palam et bona fide prohibetur, multo magis uxor eius hoc facere potest. Dat. VIII. Kal. Dec. AA. Conss. [21]) [293—304.]

6. Iidem AA. et CC. [22]) Lucretio. — Si Gaudentius in matrem tuam titulo venditionis [23]) sine quadam fraude dominium mancipii transtulit, non idcirco, quod post inter eos matrimonium et divortium secutum dicitur, iuri eius quidquam derogatum est; quod vindicare, te matri tuae successisse probans, minime prohiberis. PP. Non. Mart. Sirmii . . . Conss. [24]) [293—305.]

7. Iidem AA. et CC. [25]) Pisoni [26]). — Si ancillam, ex emtione sibi quaesitam, mater tua donatione a secundo marito postea se simulavit accepisse, tituli falsi figmentum [27]) dominium ei duplicare vel auferre non potuit. S. Non. Mart. Sirmii . . . . . [28]). [293—305.]

8. Iidem AA. et CC. [29]) Diogeni. — Si non donationis causa, sed vere vineas distraxisti, nec pretium numeratum est, actio tibi pretii, non eorum, quae dedisti, repetitio competit. Dat. XVII. Kal. April. . . . . Conss. [30]) [293—305.]

9. [f]) Iidem AA. et CC. [31]) Severo. — Emti fides ac venditi sine quantitate nulla est. Placito autem pretio non numerato, sed solum tradita possessione, istiusmodi contractus non habetur irritus, nec idcirco is, qui comparavit, minus recte possidet, quod soluta summa, quam dari convenerat, negatur. Sed et donationis gratia praedii facta venditione si [32]) traditio sequatur, actione pretii nulla competente, perficitur donatio. Dat. VIII. Kal. April. Sirmii . . . Conss. [33]) [293—305.]

10. Iidem AA. et. CC. [34]) Gordiano [35]). — Si mater tua velut ex patris tui [36]) bonis praedium suum

---

[a]) *Bas. XII.* 1. 88. — [b]) *Bas. XII.* 1. 89. — [c]) *Dig. XVIII.* 1. — [d]) *Bas. XIX.* 5. 1. (*Fabr. T. II p.* 383.) — [e]) *hoc rescr. haustum ex ampliore, quod servant Vatic. fragm.* §. 293. — [f]) *Bas. XIX.* 1. 9. (*Fabr. T. II. p.* 657.) — *Sch. a.* (*Fabr. T. II. p.* 385.)

[1]) ad *ms. Bg., ut et statim post.* — [2]) *hanc lacunam subscr., quae abest ab Hal. et rell., servat ms. Pist.* — [3]) *subscr abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.

[4]) Diocl. et Max. AA. et CC. *ms. Cas.* — [5]) *mss. Pist. Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pist. Paris., a quibus vero abest* II. *Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *absunt a rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Cont.* 62.; in *ins. edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et postea rell.*; emtionis *om.* in sui *Hal.* — [9]) donat. *abest a ms. Bg.*; causa donat. *absunt a ms. Pl.* 1., *quae vv. profecto sunt suspecta, etiam secundum Bas.* — [10]) *mss. Pist. Paris. huic rescr. tribuunt subscr., quae propter diem rescr. seq. huc vix potest pertinere, et quam ad l.* 5. *h. t. ideo mihi videor iure referre, quod in utroque ms. l.* 3. *inter l.* 7. *et* 6. *collocata est.* — [11]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *absunt a rell.* — [12]) Idem Aur. Luciano *Vat. fr.* — [13]) tibi *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Nbg., sed agnoscunt Vat. fr.* — [14]) ex perfecta donatione *Vat. fr.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Vat. fr.*; te *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., Vat. fr.*; At *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) bona *abest a Vat. fr., in quib statim post* vobis *et infra* dicitis. — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Vat. fr.*; et *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) *Vat. fr., quae scribunt* Diocl. et Max. V. et IV., *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [21]) *mss. Pist. Paris., cfr. not.* 10. *ad l.* 3. *h. t.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [22]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [23]) donationis *var. l. gl.* — [24]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [25]) *mss. Cas. Pl.* 1., *Cont.* 62.; et CC. *absunt a rell.* — [26]) Isioni *mss. pleraque.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. vetera Cont., edd. Schf. Bk.*; donationis *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [28]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [29]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [30]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [31]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf mss. Russ. et Cont.*; sed et si donat. — factam venditionem *Hal. et rell.* — [33]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr abest ab Hal. et rell.* — [34]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1 *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [35]) *mss. Pist. Cas. Bg.*; Gordianae *mss. Vat. Pl.* 1.; Georgio (Gorgio) *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [36]) tui *abest a mss. Pl.* 2. *Bg. Gt. ed. Schf.*

suum comparavit, quum rei propriae non consistat emtio, et hanc simulatam proponas, huiusmodi placitum mutare substantiam veritatis et ei nocere non potuit. Dat. VII. Id. April. ... Conss. [1]) [293—305.]

11. Iidem AA. et CC. [2]) Paterno [3]). — Invitum comparare vel distrahere postulantis iustam causam non continet desiderium [4]). PP. III. Non. Decemb. ... Conss. [5]) [293—305.]

12. Iidem AA. et CC. [6]) Paciano [7]). — Non idcirco minus emtio perfecta est, quod emtor fideiussorem non accepit, vel instrumentum testationis vacuae possessionis omissum est; nam secundum consensum auctoris in possessionem ingressus recte possidet. Pretium sane, si eo nomine satisfactum non probetur, peti potest; nec enim, licet in continenti facta, poenitentiae contestatio [8]) consensu finita rescindit [9]).

13. Iidem AA. et CC. [10]) Iuliano [11]). — In vendentis vel ementis voluntatem collata conditione comparandi, quia non adstringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est. Idcirco [12]) dominus invitus ex huiusmodi conventione rem propriam vel quilibet alius distrahere non compellitur.

14. [a]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [13]) AAA. Flaviano [14]), P. P. Illyrici et Italiae [15]). — Dudum proximis consortibusque concessum erat, ut extraneos ab emtione removerent, neque homines suo arbitratu [16]) vendenda distraherent. Sed quia gravis haec videtur iniuria, quae inani honestatis colore velatur, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti, superiore lege cassata, unusquisque suo arbitratu quaerere vel probare possit emtorem, nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere prohibuerit [17]). Dat. VI. [18]) Kal. Iun. Vincentiae, Tatiano et Symmacho Conss. [391.]

15. Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Super rebus venumdandis, si quis rem ita comparaverit, ut res vendita esset, quanti Titius aestimaverit, magna dubitatio exorta est multis antiquae prudentiae cultoribus. Quam decidentes censemus [19]), quum huiusmodi conventio super venditione procedat: quanti ille aestimaverit, sub hac conditione stare venditionem, ut, si quidem ipse, qui nominatus est, pretium definierit, omnimodo secundum eius aestimationem et pretia persolvi, et venditionem ad effectum pervenire, sive in scriptis sive sine scriptis contractus celebretur, scilicet si huiusmodi pactum, quum in scriptis fuerit redactum, secundum nostrae legis definitionem per omnia completum et absolutum sit. Sin autem ille vel [20]) noluerit vel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo esse venditionem, quasi nullo pretio statuto; nulla coniectura, immo magis divinatione in posterum servanda, utrum in personam certam, an in boni viri arbitrium respicientes contrahentes ad haec pacta venerunt [21]), quia hoc penitus impossibile esse credentes per huiusmodi sanctionem expellimus. Quod etiam in huiusmodi locatione locum habere censemus. Dat. Kal. August. Lampadio et Oreste Conss. [22]) [530.]

Tit. XXXIX.

[b]) DE HEREDITATE VEL ACTIONE VENDITA.

1. Impp. Severus et Antoninus AA. Geminio [23]). — Aes alienum, hereditate nomine fisci vendita, ad onus emtoris bonorum pertinere, nec fiscum creditoribus hereditariis respondere, certum et absolutum est. Dat. III. Non. Nov. .... [24]).

2. Imp. Antoninus A. Floriano. — Ratio iuris postulat, ut creditoribus hereditariis et legatariis seu fideicommissariis, te convenire volentibus, tu respondeas, et cum eo, cui hereditatem venumdedisti, tu experiaris suo ordine. Nam ut satis tibi detur, sero desideras, quoniam eo tempore, quo venumdabatur hereditas, hoc non est comprehensum. Quamvis enim ea lege emerit, ut creditoribus hereditariis satisfaciat, excipere [25]) tamen [26]) actiones hereditarias invitus cogi non potest.

3. [c]) Imp. Alexander A. Timotheo. — Nominis venditio et [27]) ignorante vel invito eo, adversus quem actiones mandantur, contrahi solet. PP. V Id. [28]) Febr. Maximo II. et Aeliano Conss. [29]) [223.]

4. Idem A. Diogeni. — Qui nondum certus de quantitate hereditatis, persuadente emtore, quasi exiguam quantitatem eam vendidit, bonae fidei iudicio conveniri, ut res tradat vel actiones mandet, non compellitur. Suo [30]) quoque iure eorum persecutionem habet. Dat. XVII. [31]) Kal. Octob. Maximo II. et Aeliano Conss. [32]) [223.]

5. Idem A. Onesimo [33]). — Emtor hereditatis actionibus mandatis eo iure uti debet, quo is, cuius persona fungitur, quamvis utiles etiam adversus debitores hereditarios actiones emtori tribui placuerit [34]). PP. Kal. Mart. Iuliano II. et Crispino Conss. [35]) [224.]

6. Idem A. Pomponio. — Qui tibi hereditatem vendidit, antequam res hereditarias traderet, dominus earum perseveravit, et ideo vendendo eas aliis domi-

---

[a]) *l.* 6. *Th. C. de contrah. emt. III.* 1.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 128. — [b]) *Dig. XVIII.* 4. — [c]) *Bas. XIX.* 4. 3. (*Fabr. T. II. p.* 383.) *Gemina const. et amplior est l.* 1. *C. de novation. VIII.* 42.

[1]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [3]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Paterio *Hal. et rell.* — [4]) desid. *post* postul. *collocant Hal. et rell. contra mss.* — [5]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [7]) *ita vel similiter mss. praeter ms. Pl.* 1., *in quo, ut in edd. omn.*, Paterno. — [8]) contestatione *et post* rescindi *edd. Nbg. Hal.* — [9]) *mss. Pist. Paris. huc referunt subscr., quam repetitionem esse eius, quae ad l.* 14. *pertinet, dubium non est*; *quare male omissis consull. inde diem hausit Bk.* Dat. VI. Kal. Ian. — [10]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [11]) Lolliano, Tolsiano, Ioviano *mss.* — [12]) quidem *ins. mss. Pl.* 1. 2. — [13]) Gratianum, Valentinianum et Theodosium, *quos exhibet Theod. C., tuentur et mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Coll. Ans. ded., refragante subscr.* — [14]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Bk., Coll. Ans. ded., Theod. C.*; Fabiano *Hal. et rell.* — [15]) et Italiae *absunt ab omn. meis codd., sed iam ab Hal. adduntur.* — [16]) arbitrio *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.* — [17]) nisi — prohibuerit *absunt a Theod. C.* — [18]) V. *mss. Pist. Paris.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; sancimus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; vel ipse *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; venerint *Russ. et rell.* — [22]) *hanc subscr. restituit Merillius Opp. P. II. p.* 15., *abest ab Hal. et rell.* — [23]) Geminiano *mss. nonn.* — [24]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [25]) accipere *ed. Schf., cum quo fere convenit ms. Pl.* 1. — [26]) tamen *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [27]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; etiam *edd. Schf. et rell.* — [28]) D. IX. Id. *mss. Pist. Paris.* — [29]) *subscr. abest ab Hal. Cont.* 66. 71. 76. — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., edd. Nbg. Schf.*; Nam suo *Hal. et rell.* — [31]) *ms. Pist.*; XIV. *ms. Paris., Bk.* — [32]) *mss. Pist. Paris., a quibus tamen abest* II., *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [33]) Onesimae, Eunesimae, Diogeni *mss. pleraque.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. ed. Schf.*; placuit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [35]) *mss. Pist. Paris., a quibus abest* II. *alias plerumque additum, Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.*

dominium transferre potuit. Sed quoniam contractus fidem fregit, ex emto actione conventus, quanti tua interest, praestare cogitur [1]). PP. VIII. Kal. Iul. Agricola et Clementino Conss. [2]) [230.]

7. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [3]) Manassae. — Postquam eo decursum est, ut cautiones quoque debitorum pignori darentur [4]), ordinarium visum est, post nominis [5]) venditionem utiles emtori, sicut responsum est, vel ipsi [6]) creditori postulanti dandas actiones [7]).

8. Iidem AA. et CC. Vigiliano [8]). — Ex nominis emtione dominium rerum obligatarum ad emtorem non transit, sed vel in rem suam procuratore [9]) facto, vel utilis secundum ea, quae pridem constituta sunt, exemplo creditoris persecutio [10]) tribuitur. S. XV. . . . . [11]).

9. Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Certi et indubitati iuris est, ad similitudinem eius, qui personalem redemerit actionem, et utiliter eam movere suo nomine conceditur, et eum, qui in rem actionem comparaverit, eadem uti posse facultate. Omnem enim actionis nomen generale est [12]) omnium sive in rem sive in personam actionum, et apud omnes veteres [13]) iuris conditores hoc nomen in omnibus pateat, nihil est tale, quod differentiam in huiusmodi utilibus actionibus possit introducere. Dat. Kal. Novemb. Constantinop. [14]) Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [15]) [530.]

Tit. XL.

[a]) QUAE RES VENIRE [16]) NON POSSUNT, ET QUI VENDERE VEL EMERE [17]) VETANTUR.

1. [b]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [18]) AAA. Fausto, Comiti sacrarum largitionum. — Fucandae [19]) atque distrahendae purpurae vel in serico vel in lana, quae blatta vel oxyblatta [20]) atque hyacinthina [21]) dicitur, facultatem nullus possit habere privatus. Sin autem aliquis supradicti muricis vellus vendiderit, fortunarum se suarum et capitis sciat subiturum esse discrimen.

2. Iidem AAA. Cariobaudi [22]), Duci Mesopotamiae. — Comparandi serici a barbaris facultatem omnibus, sicut iam praeceptum est, praeter comitem commerciorum, etiamnum iubemus auferri.

3. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. ad senatum et populum. — Quia nonnunquam in diversis litoribus distrahi publici [23]) canonis frumenta dicuntur, vendentes et ementes sciant, capitali poenae se esse subdendos, et in publicam fraudem [24]) commercia contracta damnari. Dat. XVII. Kal. Mart. Caesario et Attico Conss. [25]) [397.]

4. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Faustino [26]) P. P. — Ne frumentum, quod devotissimo exercitui mittitur, in praedam lucrumque vertatur, hac sanctione decernimus, ut, quicunque hoc fuerint forte mercati, honestiores quidem stilum proscriptionis [27]) incurrant, inferiores autem vilioresque personae capitali [28]) supplicio subiaceant [29]).

Tit. XLI.

QUAE RES EXPORTARI NON DEBEANT [30]).

1. [e]) Imppp. Valentinianus [31]), Valens et Gratianus AA. ad Theodorum [32]), Magistrum militum. — Ad barbaricum transferendi vini et [33]) olei et liquaminis nullam quisquam habeat facultatem, nec gustus quidem causa aut usus [34]) commerciorum.

2. [f]) Imp. Marcianus A. Constantino [35]) P. P. — Nemo alienigenis barbaris cuiuscunque gentis, ad hanc urbem sacratissimam sub legationis specie vel sub quocunque alio colore venientibus, aut in diversis aliis civitatibus vel locis loricas, scuta, et arcus, sagittas, et spathas, et gladios, vel alterius cuiuscunque generis arma audeat venumdare, nulla prorsus iisdem tela, nihil penitus ferri, vel facti iam vel adhuc infecti, ab aliquo distrahatur. Perniciosum namque Romano imperio et proditioni proximum est, barbaros, quos

---

[a]) *Dig. XVIII.* 1. — [b]) *Bas. XIX.* 1. 22. (*Fabr. T. II. p.* 375.) — [c]) *Bas. XIX.* 1. 23. (*Fabr. T. II. p.* 376.) *In ms. Bg. l.* 3. *sequitur post l.* 4. — [d]) *Bas. XIX.* 1. 4. (*Fabr. T. II. p.* 657.) — [e]) *Bas. XIX.* 1. 24. (*Fabr. T. II. p.* 376.) — [f]) *Bas. XIX.* 1. 25. *et XIX.* 1. 2. (*Fabr. T. II. p.* 657.)

[1]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ms. Pl.* 1. *ex emend.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; cogetur *Russ. et rell.* — [2]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [3]) et CC. *add. mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; dentur *Hal. et rell.* — [5]) etiam *ins. Hal.* — [6]) ut ipsi *Hal.*; velut ipsi *glossa, secundum quam utrumque aliquoties abest.* — [7]) *in mss. Pist. et Paris.*, *ubi l.* 7. *est ult. hui. tit.*, *subscribitur* D. XVII. K. Mar. Caus. et Aticc., *quae consulum notae haud dubie significant Caesarium et Atticum*; *unde restituenda est subscr. leg.* 3. *tit. seq. Male omissis Conss. diem* Dat. XVII. Kal. Mart. *huic rescr. adpinxit Bk.* — [8]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Iuliano *edd. omn.* — [9]) procuratori *ms. Pl.* 1. — [10]) tibi *ins. edd. Nbg. Hal.* — [11]) *hanc particulam subscr.*, *quae abest ab omn.*, *servat ms. Pist.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; veteris *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) Const. *abest a Bk.*; *caeterum duplicant mss. Pist. Paris. siglam* cp., *unde* post consul. *scribendum esse non male quis censuerit.* — [15]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [16]) vendi *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [17]) mercari *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; quae vendi vel emi *ed. Schf.* — [18]) *hos impp. flagitant mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Valent. et Theod. *Nbg.*; Gratian. Valent. et Theod. *Hal. et rell.* — [19]) Fuscandae *ms. Bg.*, *ed. Schf.*; *sed* μηδεὶς βαπτίω *Bas.* — [20]) oxobapta *Russ. in marg.* — [21]) ianthina *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *quod probant Russ. et Cont. in marg.* — [22]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Canobalidi *ms. Bg.*; Toriobando *edd. Nbg. Hal. et rell.*; Hariobaudi *coni. Iac. Gothofr. in Prosop. Cod. Theod. p.* 91. — [23]) publica *ms. Pl.* 1., *sed contra Bas.* — [24]) fraude publica *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [25]) *de hac subscr.*, *quae abest ab Hal. et rell.*, *v. not.* 7. *ad l.* 7. *tit. praeced.*; *etiam Iac. Gothofr. in comment. ad l.* 27. *Th. C. XIII.* 5., *cui nostram leg. sociari iubet*, *probat consules a me restitutos*; *si vera est illa coniunctio*, *ita orditur subscr.* Dat. XVII. Kal. Mai. Mediolani. — [26]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Bk.*; Fausto *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *mss. Cont. et optimi codd. Russ.*, *ed. Schf.*; et omnium bonorum omissionem *ins. ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [28]) capitis *mss. Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [29]) *fortasse huic legi iungenda l. ult. C. de navicular. XI.* 1., *quod suadet Iac. Gothofr. ad l.* 34. *Th. C. eod. XIII.* 5., *et tunc inde repetenda subscr.* — [30]) debent *mss. Vat. Cas.*; possunt *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [31]) *mss. Vat. Pl.* 1.; Valentinian. *abest a mss. rell. et edd. omn.* — [32]) Theodotum *mss. Vat. Cas. Pl.* 1.; Theodotium *ms. Bg.*; Theodosium *flagitat Iac. Gothofr. in Prosop. Cod. Theod. p.* 90. — [33]) et, *quod ins. mss.*, *omittunt edd.* — [34]) usu *ms. Pl.* 1. — [35]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Bk.*; Aulo *edd. Nbg. Hal. et rell.*

quos indigere convenit, telis eos [1]), ut validiores reddantur, instruere. Si quis autem aliquod armorum genus quarumcunque [2]) nationum barbaris alienigenis contra pietatis nostrae interdicta ubicunque vendiderit, bona eius universa proscribi protinus ac [3]) fisco addici [4]), ipsum quoque capitalem poenam subire decernimus [5]).

Tit. XLII.

DE EUNUCHIS.

1. [a]) Imp. Constantinus A. Aurelio [6]), Duci Mesopotamiae. — Si quis post hanc sanctionem in orbe romano eunuchos fecerit, capite puniatur; mancipio tali, nec non etiam loco, ubi hoc commissum fuerit domino sciente et dissimulante, confiscando. Dat. VI. Kal. Mart. . . . . [7]).

2. [b]) Imp. Leo A. Viviano [8]) P. P. — Romanae gentis homines, sive in barbaro sive in romano solo eunuchos factos, nullatenus quolibet modo ad dominium cuiusdam [9]) transferri iubemus; poena gravissima statuenda adversus eos, qui hoc perpetrare ausi fuerint, tabellione videlicet, qui huiusmodi emtionis sive cuiuslibet alterius alienationis instrumenta conscripserit, et eo, qui octavam vel aliquid vectigalis causa pro his susceperit, eidem poenae subiiciendo. Barbarae autem gentis eunuchos, extra loca nostro imperio subiecta factos, cunctis negotiatoribus vel quibuscunque aliis emendi in commerciis et vendendi, ubi voluerint, tribuimus facultatem.

Tit. XLIII.

DE PATRIBUS, QUI FILIOS [10]) DISTRAXERUNT.

1. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [11]) Papinianae. — Liberos a parentibus neque venditionis, neque donationis titulo, neque pignoris iure, aut alio quolibet modo, nec sub praetextu ignorantiae accipientis [12]), in alium transferri [13]) posse, manifesti [14]) iuris est. Dat. XVI. [15]) Kal. Decemb. Nicomediae, . . . Conss. [16]) [293—305.]

2. [d]) Imp. Constantinus A. provincialibus suis [17]). — Si quis propter nimiam paupertatem egestatemque victus causa filium filiamve sanguinolentos [18]) vendiderit, venditione in hoc tantummodo casu valente, emtor obtinendi eius servitii habeat facultatem. Liceat autem ipsi, qui vendidit vel qui alienatus est, aut cuilibet alii ad ingenuitatem eum propriam repetere, modo si aut pretium offerat, quod potest valere, aut mancipium pro huiusmodi [19]) praestet. Dat. XV. Kal. Septemb. Serdicae, Constantino A. VIII. et Constantino Caes. IV. Conss. [20]) [329.]

Tit. XLIV.

[e]) DE RESCINDENDA VENDITIONE

1. [f]) Imp. Alexander A. Maroni [21]). — Si pater tuus per vim coactus domum vendidit, ratum non habebitur, quod non bona fide gestum est; malae fidei [22]) enim emtio irrita est. Aditus itaque nomine tuo praeses provinciae auctoritatem suam interponet, maxime quum paratum te proponas id, quod pretii nomine illatum est, emtori refundere. Dat. XI. Kal. Mart. Antonino A. IV. et Alexandro Conss (222.) [23])

2. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [24]) Lupo. — Rem maioris pretii si tu vel pater tuus minoris pretii [25]) distraxerit, humanum est, ut vel, pretium te restituente emtoribus, fundum venditum [26]) recipias, auctoritate iudicis intercedente, vel, si emtor elegerit, quod deest iusto pretio recipias. Minus autem pretium esse videtur, si nec dimidia pars veri [27]) pretii soluta sit. PP. V. Kal. Nov. Diocletiano A. II. et Aristobulo Conss. [28]) [285.]

3. Iidem AA. et CC. [29]) Marcianae. — De contractu, venditionis et emtionis iure perfecto, alterutro invito nullo recedi tempore bona fides patitur, nec ex rescripto nostro; quo iure fiscum nostrum [30]) uti, saepe constitutum est. Dat. VIII. Id. Febr. AA. Conss. [31]) [293—304.] 4.

---

[a]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 109. — [b]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 109.; *Bas. XIX.* 1. 29. (*Fabr T. II. p.* 377.) — *Sch. i.* (*Fabr. T. II. p.* 379.) — [c]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 110. — [d]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 110.; *Bas. XIX.* 1. 26. (*Fabr. T. II. p.* 376.) — *Sch. h. Iac. Gothofr. hanc legem ex l. un. Th. C. de his, qui sanguinol. V.* 8. *deformatam contendit, quod negant plurimi, minus tamen recte, ut patet ex subscr.* — [e]) *Dig. XVIII.* 5. — [f]) *Bas. XIX.* 10. 19. (*Fabr. T. II. p.* 402.) — [g]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 129.; *Bas. XIX.* 10. 20. *et XIX.* 2. 6. (*Fabr. T. II. p.* 381.)

[1]) *fortasse* convenit telis, iis. — [2]) quorumcunque *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; proscribi *et* ac *absunt ab edd.* — [4]) adduci *ms. Pl.* 1.; adiici *et ante* ad fiscum *edd. Nbg. Hal.* — [5]) *quae inveniuntur in hoc Cod. constitt. Marciani ad Constantinum, ad a.* 456. *referuntur.* — [6]) Ursino *mss. Vat. Pl.* 1., *Coll. Ans. ded.*; Aurelio Ursino *ms. Cas.* — [7]) *hunc diem, qui abest ab Hal. et rell., restitui ex Coll. Ans. ded.* — [8]) Bibiano *mss. nonn.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg., Coll. Ans. ded.*; cuiusquam *edd. Schf. Hal. et rell.* — [10]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; suos *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [11]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *Cont.* 62.; *Coll. Ans. ded.*; et CC. *absunt a ms. Bg., edd. rell.* — [12]) accipientes *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Nbg.*; accipiente *ms. Bg.* — [13]) transferre *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; manifestissimi *Cont. et rell.* — [15]) *ms. Pist.*; XV. *ms. Paris., Bk.* — [16]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [17]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; provincial. *Hal. Russ.*; provincial. salutem *Cont. et rell.*; Italis suis *Theod. C.* — [18]) sanguinolentus *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont., Coll. Ans. ded., var. l. gl.*; sanguinolentum *ms. Bg.*; *dubia parit de nostrae lect. veritate, quod in Bas. hoc o. prorsus omissum est, quod, si* sanguinolentus *legebatur, iure fiebat.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd Nbg. Schf. Hal., Coll. Ans. ded.*; pro eo eiusmodi *ms Pl.* 2.; pro eiusmodi *Russ. et rell.* — [20]) *ms. Pist. ex subscr. servat diem, qui cum subscr. leg.* 1. *Th. C. V.* 8. *prorsus convenit, ita ut universam subscr. ex Theod. C.* (*secundum lect. Haenel.*) *huc referre, et nostram const. ex l.* 1. *cit. cum Gothofredo deformatam censere nullus dubitaverim.* — [21]) Maronae *al.* — [22]) mala fide *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [23]) *diem servant mss. Pist. Paris.*; *ex ms. Paris. et licet consules cum Bk. restituere, qui absunt a ms. Pist.*; *dubii tamen sunt, quum const. a.* 222. *ab Alexandro datae saepius solum Alexandrum cons. subscriptum habeant* — [24]) et CC. *add. Cont.* 62. — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Coll. Ans. ded.*; minore pretio *Hal.*; minoris *om.* pret. *Russ. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Coll. Ans. ded., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; venumdatum *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [27]) iusti *mss. P'.* 2. *Bg.*; *in aliis utrumque deesse Russ. et Cont in marg. testantur.* — [28]) pp. V. K. Nov. pn. et aris. cc *mss. Pist. Paris., unde alia subscr. elici non potest, quam quae edita est a Bk., quem sequor.* — [29]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *absunt a rell.* — [30]) posse *ins. ms. Bg.* — [31]) *mss. Pist. Paris., Bk., qui tamen addunt* et *post* AA.; *subscr. abest ab Hal. et rell.*

4. Iidem AA. et CC. [1]) Eudoxio [2]). — Ad rescindendam venditionem et malae fidei probationem hoc solum non sufficit, quod magno pretio fundum comparatum, minoris distractum esse commemoras. Dat. Non. April. Byzantio .... Conss. [293—305.]

5. Iidem AA. et CC. [3]) Rufo. — Si dolo adversarii deceptum venditionem praedii te fecisse praeses provinciae aditus animadverterit, sciens, contrarium esse dolum bonae fidei, quae in huiusmodi maxime contractibus exigitur, rescindi venditionem inhibit. Quodsi iure perfecta venditio est a maiore viginti quinque annis, intelligere debes, consensu mutuo perfectam venditionem resolvi non posse. Dat. XV. Kal. Novemb. Sirmii .... Conss. [4]) [293—305.]

6. [a]) Iidem AA. et CC. [5]) Gratiano [6]). — Non est probabilis causa, propter quam rescindi consensu factam venditionem desideras. Quamvis enim duplum offeras pretium emtori, tamen invitus ad rescindendam venditionem urgeri non debet.

7. Iidem AA. et CC. [7]) Mucatraulo [8]) et aliis militibus [9]). — Ratas manere semper factas iure venditiones, vestra etiam interest. Nam si oblato pretio rescindere venditionem facile permittatur, eveniet, ut, et si quid vos [10]) laboribus vestris a fisco nostro vel a privato comparaveritis, eadem lege conveniamini, quam vobis tribui postulatis.

8. [b]) Iidem AA. et CC. [11]) Evodiae [12]). — Si voluntate tua fundum tuum filius tuus venumdedit, dolus ex calliditate atque insidiis emtoris argui debet, vel metus mortis vel cruciatus corporis imminens detegi, ne habeatur rata venditio. Hoc enim solum, quod paulo minore pretio fundum venditum significas, ad rescindendam venditionem invalidum est. Quodsi videlicet contractus emtionis atque venditionis cogitasses substantiam, et quod emtor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum gerentes ad hunc contractum accedant, vixque post multas contentiones, paulatim venditore de eo, quod petierat, detrahente, emtore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum consentiant pretium, profecto perspiceres, neque bonam fidem, quae emtionis atque venditionis conventionem tuetur [13]), pati, neque ullam rationem concedere, rescindi propter hoc consensu finitum contractum vel statim, vel post pretii quantitatis disceptationem; nisi minus dimidia iusti pretii, quod fuerat tempore venditionis, datum est [14]), electione iam emtori praestita servanda. Dat. Kal. Decembr. Caess. Conss. [15]) [294—305.]

9. [c]) Iidem AA. et CC. [16]) Domitio [17]). — Pretii causa non pecunia numerata, sed pro ea [18]) pecoribus in solutum consentienti datis, contractus non constituitur irritus. Dat. XV. Kal. Ianuar. Sirmii .. Conss. [19]) [294—305.]

10. Iidem AA. et CC. [20]) Severo. — Dolus emtoris qualitate facti, non quantitate pretii aestimatur. Quem si fuerit intercessisse probatum, non adversus eum, in quem emtor dominium transtulit, rei vindicatio venditori, sed contra illum, cum quo contraxerat, in integrum restitutio competit. Dat. III. Kal. Ianuar. [21]) ..... [294—305.]

11. [d]) Iidem AA. et CC. [22]) Magnae. — Venditor factum emtoris, quod eum tempore contractus latuit, post arguendo, non quod eo tempore scierit, quo id ageretur, et consensit, de dolo queri potest. Igitur quum patrem tuum, ut maius comprehenderetur instrumento pretium, quam rei, quae distrahebatur, esse convenerat, consensisse [23]) profitearis, propter hoc solum de circumscriptione frustra queritur. §. 1. Sane si placitum pretium non probetur solutum, vel in quantitatem debiti per errorem facti compensari cautum fuerit, hoc reddi recte postulatur.

12. [e]) Iidem AA. et CC. [24]) Antiocho [25]). — Non idcirco minus venditio fundi, quod hunc ad munus [26]) sumtibus necessariis urgentibus non viliore pretio [27]), vel urgente debito te distraxisse contendis, rata manere debet. Illicitis [28]) itaque petitionibus abstinendo, ac pretium, si non integrum solutum est, petendo facies consultius.

13. Iidem AA. et CC. Nicae. — Si maior annis viginti quinque fundum distraxisti, propter hoc solum, quod ementi, ne compararet, socer tuus denuntiavit, emtionem [29]) a te rescindi, bona fides non patitur.

14. Iidem AA. et CC. Basilidae [30]). — Ea conditione distractis praediis, ut, quod reipublicae debebatur, qui comparavit restitueret, venditor, a se celebrata solutione, quanti interest, experiri potest, non ex eo, quod emtor non satis conventioni fecit, contractus irritus constituitur.

15. [f]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hypatium P. P. — Quisquis maior aetate praedia, etiam procul posita [31]), distraxerit, paulo vilioris pretii nomine repetitionis rei venditae copiam minime consequatur. Neque [32]) inanibus immorari sinatur obiectis, ut vires sibimet locorum causetur incognitas, qui familiaris rei scire vires vel merita atque emolumenta [33]) debuerat [34]). Dat. VI. Non. [35]) Maii Mediolani [36]), Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

16.

---

[a]) *Bas. XIX.* 10. 21. (*Fabr. T. II. p.* 403.) — [b]) *ex hoc rescr. fortasse desumta l.* 6. *C. de dolo malo. II.* 21., *v. not. n. ad leg. cit.; Bas. XIX.* 2. 8. *et XIX.* 10. 22. (*Fabr. T. II. p.* 382. 403.) — [c]) *Bas. XIX.* 5. 3. (*Fabr. T. II. p.* 384.) — [d]) *Bas. XIX.* 10. 23. (*Fabr. T. II. p.* 403.) — [e]) *Bas. XIX.* 10. 24. — [f]) *l.* 4. *Th. C. de contrah. emt. III.* 1.

[1]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [2]) Celsio *al.* — [3]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [4]) *ms. Pist.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [5]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [6]) Gaiano, Gatano, Dominio *mss.*; Tatiano, Gatario *al.* — [7]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [8]) *Cuiac. ad l.* 4. *C. X.* 1.; Mucarolo *edd.* — [9]) militi *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; de *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [11]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Cont.* 62. *Bk.*; et CC. *om. rell.* — [12]) Evodio *al.*; Hymnodae *l.* 6. *C. II.* 21. — [13]) conventione tenetur *ms. Bg.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; esset *Hal. et rell.* — [15]) *subscr. ex l.* 6. *C. II.* 21. *repetita a Russ. et rell.* — [16]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Cont.* 62. *Bk.*; et CC. *om. rell.* — [17]) Gatano *mss. nonn.*; Domitiano *al.* — [18]) eo *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [19]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Cont.* 62. *Bk.*; et CC. *om. rell.* — [21]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk.*; *uterque cod. addit* B. arc, *fortasse* Revariae, *ut in l.* 4. *C. IV.* 33. — [22]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Bk.*; et CC. *om. rell.* — [23]) concessisse *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [24]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Bk.*; et CC. *om. rell.* — [25]) Antiochoni, Antiochononi *mss. nonn.* — [26]) ad minus *ms. Bg.*, *edd. Schf. Hal.*; *sed* λειτουργιῶν *Bas.* — [27]) non vilioris pretii *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.*, *var. l. gl.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; ab illic. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; factam *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [30]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Basilicae *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [31]) sita *ms. Pl.* 1., *Theod. C.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; enim *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [33]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; ante *ins. mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. rell.* — [34]) debuerit *Theod. C.* — [35]) *Theod. C.*; Kal. *Hal. et rell.* — [36]) *Theod. C.*; *locus abest ab Hal. et rell.*

16. [a]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Magnillum [1]), Vicarium Africae. — Si quos debitorum mole depressos necessitas publicae rationis adstringat proprias distrahere facultates, rei qualitas et redituum quantitas aestimetur, ne [2]) sub nomine subhastationis publicae locus fraudibus relinquatur, et [3]) possessionibus viliore [4]) distractis plus exactor ex gratia, quam debitor ex pretio consequatur. Hi postremo sub emti titulo perpetuo dominii [5]) iure potiantur, qui tantum adnumeraverint fisco, quantum exegerit utilitas privatorum. Etenim periniquum est, ut alienis bonis [6]) sub gratiosa auctione distractis parum accedat publico nomini, quum totum pereat debitori. Dat. XIII. [7]) Kal. Iul. Aquil. Acc. Id. Ianuar. Hadrumeti, post consulatum Tatiani et Symmachi VV. CC. [8]) [392.]

17. [b]) Impp. Arcadius et Honorius [9]) AA. Messalae P. P. [10]). — Hi, qui imposita munera civitatum fuga [11]) destituunt, et [12]) ineundos furtim existimant esse contractus, intelligant, sibi nihil haec profutura esse commenta, et pretio emtorem fugae conscium [13]) mulctandum esse, quod dederit. Dat. XII. Kal. Sept. Theodoro V. C. Cons. [14]) [399.]

18. Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Nestorio, Comiti rerum privatarum. — Vestium, auri [15]) et argenti, seu mancipiorum coëmendorum, si quando a privatis nostris ea contigerit venumdari, palatini sciant sibi copiam denegatam; poena in eos amissionis pretii exercenda [16]).

Tit. XLV.

[c]) QUANDO LICEAT AB EMTIONE DISCEDERE [17]).

1. Imp. Gordianus A. Rufino. — Re quidem integra ab emtione et venditione utriusque partis consensu recedi potest. Etenim quod consensu contractum est, contrariae voluntatis adminiculo dissolvitur. At enim [18]) post traditionem interpositam nuda voluntas non resolvit emtionem, si non actus quoque priori similis, retro agens venditionem [19]), intercesserit.

2. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [20]) Felici. — Perfectam emtionem atque venditionem re integra tantum pacto et consensu posse dissolvi constat. Ergo si quidem arrhae nomine aurum datum sit, potes hoc solum secundum fidem pacti [21]) recuperare. Sin vero partem pretii persolvisti, ad ea, quae venditorem ex venditione oportet praestare, magis actionem, quam ad pretii quantitatem, quam te dedisse significas, habes. Dat. Non. April. Byzantii, AA. Conss. [22]) [293—304.]

Tit. XLVI.

SI PROPTER PUBLICAS PENSITATIONES [23]) VENDITIO FUERIT CELEBRATA.

1. [e]) Imp. Antoninus A. Materno. — Venditionem ob tributorum cessationem factam revocari non oportet, neque priore domino pretium offerente, neque creditore eius iura [24]) hypothecae sive pignoris praetendente [25]). Potior est enim causa tributorum, quibus priore loco omnia bona [26]) cessantis obligata sunt.

2. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Plotio [27]). — Si deserta praedia, ob cessationem collationum vel reliqua tributorum ex permissu praesidis ab his, quibus periculum exactionis tributorum imminet, distracta, sincera fide iusto pretio solemniter comparasti, venditio ob solemnes praestationes necessitate facta convelli non debet. Sin autem venditio nulla iusta auctoritate praesidis praecedente facta est, hanc ratam haberi iura non concedunt, idque [28]), quod frustra gestum est, revocari oportet, ita ut indemnitati tributorum omnibus modis consulatur. Quae omnia tractari convenit praesente eo, quem emtorem exstitisse proponis.

3. [g]) Imp. Constantinus [29]) A. Faustino [30]), Praesidi Baeticae. — Si quis fundum vel mancipia [31]) aliamve rem [32]), ob cessationem tributorum vel etiam ob vestium, auri argentique debitum, quae annua exactione solvuntur, occupata, convento debitore, et apud iudicem interpellatione celebrata, quum solutio cessaverit, sub hasta distracta comparaverit, perpetuam emtionis accipiat firmitatem. Sin autem minoris forte persona fuerit inserta, necesse sit, legitimae defensionis venditioni personam adesse, nihilque intersit, utrumne officium summae rei [33]) procuratoris, an certe rectoris [34]) provinciae id, quod debitum fuerit, proposuerit. Dat. prid. Id. Decemb. Feliciano et Titiano Conss. [35]) [337.]

Tit.

---

[a]) *l. 3. Th. C. de fide et iure hast. X. 17.; Bas. XIX. 10. 25.* — [b]) *l. 8. Th. C. de contrah. emt. III. 1.* — [c]) *Dig. XVIII. 5.* — [d]) *Bas. XIX. 5. 5. (Fabr. T. II. p. 384.)* — [e]) *Bas. XIX. 13. 1. (Fabr. T. II. p. 410.)* — [f]) *pars hui. rescr. exstat in Vatic. fragm. §. 22.; Bas. XIX. 13. 2.* — [g]) *fons hui. const. est l. 2. Th. C. de distrah. pignor. XI. 9.*

[1]) *ms. Pl. 1., Bk., Theod. C.;* Magnellum, Magnilium *mss. nonn.;* Magillum *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Bk., Theod. C.;* nec *Hal. et rell., cum quibus faciunt Bas.* καὶ μή. — [3]) *ms. Gt., Bk., Theod. C.;* καὶ *Bas.;* ut *rell. mss. et edd.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., omnia mss. Russ., Theod. C.;* pretio *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) dominio *mss. Pl. 1. Gt., ed. Schf.* — [6]) bonis *abest a ms. Pl. 1., ed. Nbg., Hal. in textu.* — [7]) XIII. *abest a Cont. 62.* — [8]) *haec subscr. a Russ. ex Theod. C. restituta abest ab Hal. Cont. 66. 71. 76.* — [9]) Imppp. Gratian. Valentin. et Theodos. *Theod. C. male.* — [10]) *mss. Cas. Vat. Bg., Bk., Theod. C.;* P. P. *om. rell.* — [11]) qui imp. fuga mun. civitatis provinciarumque *Theod. C.* — [12]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., Theod. C.;* vel *edd. omnes.* — [13]) fug. consc. *om. Theod. C.* — [14]) *subscr. a Russ. ex Theod. C. restituta abest ab Hal. Cont. 66. 71. 76.* — [15]) auri *abest a mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [16]) exerenda *Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Bk. Subscriptionem ex l. 6. Th. C. X. 3., eidem Nestorio inscripta, addere conantur Russ. Cont. 62.* Dat. VI. Kal. Aug. Vincentio et Fravitta Conss. [401.], *male, quum refragetur inscr. Verosimilius censet Iac. Gothofr., nostram const. coassandam esse legi* 18. *Th. C. VI. 30., ideoque subscribendum* Dat. prid. Id. Aug. Ancyrae, Stilicone II. et Anthemio Conss. [405.] — [17]) recedere *ms. Pl. 2., ed. Schf.;* recedi *ms. Pl. 1.* — [18]) etenim *edd. Nbg. Hal.;* sed enim *ms. Pl. 1.;* at *om.* enim *ms. Bg.* — [19]) venditioni *edd. Nbg. Hal.* — [20]) *mss. Pist. Cas. Pl. 1. Bg., Cont. 62.;* et CC. *om. rell.* — [21]) placiti *ms. Pl. 1.* — [22]) Dat. — Byz. *Bk.; integram restitui subscr. ex mss. Pist. Paris.* — [23]) praestationes *ms. Pl. 1.* — [24]) iure *mss. Pl. 2. Gt.;* ius *edd. Nbg. Hal.* — [25]) praetend. *om. mss. Pl. 2. Bg. Gt.;* praecedente *ed. Schf.* — [26]) bona *om. mss. Pl. 1. 2. Bg.* — [27]) Plocianae *mss. pleraque.* — [28]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* id itaque *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [29]) Constantius *Cont. 66. 76., Theod. C. improbante Iac. Gothofr.;* Imppp. Constantinus, Constantius et Constans *Bk.* — [30]) Fausto *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.;* ad Egnatium Faustinum *Theod. C.* — [31]) *mss. Pl. 1. 2., Theod. C.;* mancipium *ms. Bg., edd.* — [32]) aliamve rem *absunt a Theod. C.* — [33]) vel *add. Theod. C.* — [34]) rector *Theod. C.* — [35]) *subscr. a Russ. ex Theod. C restituta abest ab Hal. Cont. 66. 71.*

Tit. XLVII.

SINE CENSU VEL RELIQUIS FUNDUM COMPARARI NON POSSE.

1. [a]) Imp. Alexander A. Capitoni. — Ex conventione quidem, qua pactam novercam tuam cum patre tuo dicis, quum fundum in dotem daret, ut ipsa tributa agnosceret, actio tibi adversus eam competere non potest, etsi [1]) pactum in stipulationem deductum probetur. Sed et [2]) si fundus aestimatus ita, ut para instrumenti significat, in dotem datus est, ex vendito actio, ut placitis stetur, non [3]) competit. PP. Non. Decemb. ipso A. III. et Dione II. [4]) Conss. [229.]

2. [b]) Imp. Constantinus A. ad Marcellinum [5]). — Rei annonariae emolumenta tractantes cognovimus, hanc esse causam maxime reliquorum, quod nonnulli, captantes [6]) aliquorum momentarias necessitates, sub hac conditione fundos comparant, ut nec reliqua [7]) eorum fisco inferant, et immunes eos possideant. Ideoque placuit, ut, si quem constiterit huiusmodi habuisse contractum, atque hac lege possessionem esse mercatum, tam pro solidis [8]) censibus fundi comparati, quam pro reliquis universis eiusdem possessionis obnoxius teneatur, quum necesse sit, eum, qui comparat [9]), censum rei comparatae agnoscere, nec licere [10]) cuiquam rem sine censu comparare vel vendere. Dat. Kal. Iul. Agrippinae, Constantino A. V. [11]) et Licinio Caes. Conss. [12]) [319.]

Authent. de mandatis princip. §. Non permittas itaque. (Nov. 17. c. 8.) — *Sed et periculum in se recipere potest, si examinatione ante traditionem facta emtor minus idoneus inventus fuerit; tunc enim venditor apud gesta profiteri cogitur, quia periculo suo transpositio fit fiscalium tributorum.*

3. [c]) Imp. Iulianus A. ad Secundum [13]) P. P. — Omnes pro his agris, quos possident, publicas pensitationes agnoscant, nec pactionibus contrariis adiuventur, si venditor aut donator apud se collationis sarcinam pactione illicita voluerit retinere, et si necdum translata sit professio censualis, sed apud priorem fundi dominum [14]) forte permaneat, dissimulantibus ipsis, ut non possidentes pro possidentibus exigantur. Dat. XIV. [15]) Kal. Mart. Antiochiae, Iuliano A. IV. et Sallustio Conss. [16]) [363.]

Tit. XLVIII.

[d]) DE PERICULO ET COMMODO REI VENDITAE.

1. [e]) Imp. Alexander A. Secundinae [17]). — Post perfectam venditionem omne commodum et incommodum, quod rei venditae contingit, ad emtorem pertinet. Auctor enim ex his tantum causis suo ordine tenetur, quae ex praecedente tempore causam evictionis parant, et ita, si ei denuntiatum est, ut causae agendae adesset, et non absente emtore contra eum pronuntiatum est. Dat. Kal. Septemb..... [18]).

2. Idem A. Iuliano. — Quum convenit, ut singulae amphorae vini certo pretio veneant, antequam tradantur, imperfecta etiam tunc venditione, periculum vini mutati emtoris, qui moram mensurae faciendae non interposuit, non fuit. Quum autem universum, quod in horreis erat positum [19]), venisse sine mensura, et claves emtoribus traditas allegas [20]), post perfectam venditionem [21]) quod vino mutato damnum accidit, ad emtorem pertinet. Haec omnia locum habent non solum si vinum, sed etiam si oleum vel frumentum vel his similia venierint, et ea aut deteriora [22]) aut penitus corrupta fuerint. PP. V. Kal. Apr. Maximo II. et Aeliano Conss. [23]) [223.]

3. [f]) Idem A. Diaphaniae [24]). — Dolum auctoris bonae fidei emtori non nocere, certi iuris est. PP. IV. Kal. Oct. Maximo II. et Aeliano [25]). [223.]

4. [g]) Imp. Gordianus A. Silvestro [26]). — Quum inter emtorem et venditorem, contractu sine scriptis inito [27]), de pretio convenit, moraque venditoris in traditione non intercessit, periculo emtoris rem distractam esse, in dubium non venit. PP. XV. Kal. Ian. Gordiano A. et Aviola Conss. [28]) [239.]

5. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Leontio. — Quum speciem venditam per violentiam ignis absumtam dicas, si venditionem nulla conditio suspenderat, amissae rei periculum te non adstringit [29]). PP. IV. Non. Nov. Noviodouno [30]), Diocletiano A. II. et Aristobulo Conss. [31]) [285.]

6.

---

[a]) *gemina lex est l.* 11. *C. de pactis. II.* 3. — [b]) *haec const. fere integra continetur in l.* 1. *Th. C. sine censu vel rell. XI.* 3.; *finis eiusd. depromtus ex l.* 2. *Th. C. de contrah. emt. III.* 1., *quam const. uberiorem exhibent Vatic. fragm.* §. 35. — [c]) *l.* 3. *Th. C. sine censu vel rell. XI.* 3.; *Bas. XIX.* 14. 1. (*Fabr. T. II. p.* 410.) — [d]) *Dig. XVIII.* 6. — [e]) *Bas. XIX.* 6. 6. (*Fabr. T. II. p.* 386.) — [f]) *Bas. XIX.* 6. 7. — *Sch. a.* (*Fabr. T. II. p.* 387.) — [g]) *Bas. XIX.* 6. 8. — [h]) *Vatic. fragm.* § 23.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *l.* 11. *C. II.* 3.; etiamsi *edd. Schf. Russ. et rell.* — [2]) et *abest a ms. Bg.*, *l.* 11. *C. II.* 3. — [3]) non *abest a l.* 11. *C. II.* 3., *multique censent exterminandum.* — [4]) *l.* 11. *C. II.* 3., *Bk.*; II. *abest ab Hal. et rell.* — [5]) *mss. pleraque*; ad Antonium Marcellinum, Praesidem provinciae Lugdunensis primae *Theod. C.*, *unde vario modo nostram inscr. supplent Russ. Cont.* 62. 76. *Bk.*; ad Marcellum *Hal. Cont.* 66. 71. *Char. Pac. Sp.* — [6]) captati *Theod. C.* — [7]) tributa *add. ms. Bg.* — [8]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; solitis *ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ms. Bg. ante correct.*, *omnia mss. Russ.*, *Theod. C.*, *Vat. fr.*; comparavit *edd.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; liceat *Hal. et rell.* — [11]) II. *flagitat lac. Gothofr. in comment. ad l.* 1. *Th. C. XI.* 3., *ut ad a.* 312. *const. pertineat.* — [12]) *subscr. a Russ. ex l.* 1. *Th. C. XI.* 3. *restituta abest ab Hal. Cont.* 66. 71. *Hanc subscr. et eam, quam l.* 2. *Th. C. III.* 1. *prae se fert* Dat. prid. Non. Febr. Constantinop. Feliciano et Titiano Conss. [337.], *alternative exhibet Cont.* 76. *Ac profecto non est sine exemplo, ut in legibus ita conflatis ex alia inscr., ex alia subscr. fuerit depromta.* — [13]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; Secundo *Cont.* 66. *et postea rell.*; Seclae *add. Nbg. Hal.* — [14]) dominium *Theod. C.* — [15]) XII. *Theod. C.* — [16]) *subscr. a Russ. ex Theod. C. restituta abest ab Hal. Cont.* 66. 71. — [17]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, Apollonio *Hal. et rell. secundum ed. Nbg.* — [18]) D. K. Sep. Max. *mss. Pist. Paris.*, *unde Bk. et consules eruere voluit Maximum II. et Aelianum, quod tamen ob subscr. leg.* 3. *h. t. vero haud simile*; *subscr. tota abest ab Hal. et rell.* — [19]) postea *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [20]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; alleges *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [21]) perfecta venditione *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [22]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Ubg. Schf. Hal.*; deteriorata *Russ. et rell.* — [23]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [24]) Daphenae *ms. Veron.*; Ampnae, Amphenae, Daphinae *alia mss.* — [25]) *ms. Veron.*; Dat. IV. Kal. Mart., *reliqua ut nos, Bk. ex ms. Paris.*, *cum quo concinit ms. Pist.*; *subscr. om. rell.* — [26]) *mss. Veron. Pl.* 2.; Siluro *rell.* — [27]) contractu — inito *secundum Char. Pac. Sp. absunt a plerisque codd.*; *sed sunt in meis, inprimis in ms. Veron.* — [28]) *ms. Veron.*; Dat. XIV., *reliqua ut nos, mss. Pist. Paris.*, *Bk.*; *subscr. om. rell.* — [29]) constringit *habere videtur ms. Veron.*; adstringet *Vat. fr.* — [30]) *locus dubius est.* — [31]) *subscr. restitui ex ms. Veron.*; *mss. Pist. Paris.*, *Bk. diem habent ex subscr. seq.*

6.[a]) Idem AA. et CC.[1]) Cyrillo[2]). — Mortis casus ancillae distractae etiam ante traditionem, sine mora venditoris dilatam, non ad venditorem, sed ad emtorem pertinet, et hac non ex praeterito vitio rebus humanis exemta, solutionem pretii emtor non recte recusat. S. XV. Kal. Ian. Nic. Caess. Conss.[3]) [294 — 305.]

Tit. XLIX.

[b]) DE ACTIONIBUS EMTI ET VENDITI.

1.[c]) Imp. Antoninus A. Aelianae[4]). — Adversus eum, cui agrum vendidisti, iudicio venditi consiste. Neque enim tibi in rem actio cum emtore, qui personaliter tibi sit obligatus, competit. PP. IV. Id. Iun. Laetoiterum et Cereale Conss.[5]) [215.]

2. Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Domitiano. — Venditi actionem ad recipiendum residuum pretium intendere adversario tuo poteris. Nec quod in compensationem venerit, quasi et tu invicem deberes, id obesse tibi poterit, si in bonae fidei contractu, in quo maiores etiam viginti quinque annis officio iudicis in his, quae dolo commissa sunt, adiuvantur, iusto errore te ductum, vel fraude adversarii captum, quasi debitum id esset, quod revera non debebatur, pepigisse monstraveris. Fructus quoque perceptos ante venditionem contractam, quos, quum venditioni non accessissent, eundem emtorem invasisse proponis, eodem iudicio reposces. PP. Id. Mart.[6]) Aemiliano et Basso Conss.[7]) [259.]

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Serapodoro[8]). — Ex arrhali pacto personalis duntaxat actio paciscentibus praeparatur. PP. IV. Id. Iul. ipsis IV. et III. AA. Conss.[9]) [290.]

4. Idem AA. Muciano. — Si traditio rei venditae iuxta emtionis contractum procacia[10]) venditoris non fiat, quanti interesse compleri emtionem fuerit arbitratus praeses provinciae, tantum in condemnationis taxationem deducere curabit. PP. VIII. Id. Sept. ipsis IV. et III. AA. Conss.[11]) [290.]

5.[d]) Idem AA. et CC.[12]) Decimio[13]). — Curabit praeses provinciae compellere emtorem, qui nactus possessionem fructus percepit, partem pretii, quam penes se habetu cum usuris restituere, quas et perceptorum fructuum ratio,, et minoris aetatis favor, licet nulla mora intercesserit, generavit. PP. XII. Kal. Oct. ipsis IV. et III. AA. Conss.[14]) [290.]

6. Idem AA. et CC.[15]) Neratio. — Venditi actio, si non ab initio aliud convenit, non facile ad rescindendam perfectam venditionem, sed ad pretium exigendum competit. S. VI. Id. April. Byzantii, AA. Conss.[16]) [293 — 304.]

7. Idem AA. et CC.[17]) Diodoro. — Si servos distraxisti, ac pretium de peculio eorum, quod ad te pertinebat[18]), nesciens unde solveretur, accepisti, consequens est, integram te habere actionem pretii, quum proprii venditoris nummi soluti non praestant[19]) emtori liberationem. S. XVII. Kal. Mai. Melanthiade, AA. Conss.[20]) [293 — 304.]

8. Idem AA. et CC.[21]) Eusebio. — Si pater tuus venumdedit portionem suam, nec induxit in vacuam possessionem praedii, ius omne penes se eum retinuisse certum est. Neque enim velut traditionis factae vectigal exsolutum, si simulatum factum intercessit, veritatem mutare potuit. Quapropter aditus praeses provinciae, si animadverterit, in vacuam possessionem neque patrem tuum, neque successores eius emtorem vel heredes ipsius quocunque loco factos induxisse, non dubitabit, nihil esse translatum, pronuntiare. Et si te ex emto ad inducendum eum[22]) in vacuam possessionem[23]) perspexerit conveniri, aestimabit[24]), an pretium sit exsolutum[25]); ac si repererit non esse pretio satisfactum, hoc restitui tibi providebit. S. V. Kal. Mai. AA. Conss.[26]) [293 — 304.]

9. Idem AA. et CC.[27]) Antipatrae. — Si minor a venditore, sive sciente sive ignorante, dicebatur capitatio praedii venditi, et maior inventa sit, in tantum convenitur, quanto[28]), si scisset emtor ab initio, minus daret pretii. Sin vero huiusmodi onus et gravamen functionis cognovisset, nullam[29]) adversus venditorem habet actionem. S. XV. Kal. Iun. Philipp AA. Conss.[30]) [293 — 304.]

10. Idem AA. et CC.[31]) Attalo. — Quum venditorem carnis, fide conventionis rupta, tempore placito hanc non exhibuisse proponas, ex emto actione eum, quanti interest[32]) tua, tu c tibi praestitam fuisse[33]), apud praesidem provinciae convenire potes. S. XVII. Kal. Ian. AA. Conss.[34]) [293 — 304.]

11. Idem AA. et CC.[35]) Rucarpiae[36]). — Si ancillam tibi ex causa venditionis traditam venditor manumisit, libertatem alienae factae praestare non potuit. Quodsi post venditionem ante traditionem manumisit, pleno iure dominus constitutus, civem Romanam facere non prohibetur[37]); tibi personali propter ruptam fidem contra venditorem actione competente. S. X. Kal. Ian. AA. Conss.[38]) [293 — 304.]

12.

[a]) *Bas. XIX.* 6. 9. *Hoc rescr. ex eodem fonte, ex quo l.* 16. *tit. seq. manasse videtur Contio.* — [b]) *Dig. XIX.* 1. — [c]) *constitutiones hui. tit., exceptis constt.* 12. *et* 15., *v. in Bas. XIX.* 8. 56 — 70. *ed. Heimbach.* — [d]) *iungenda videtur l.* 3. *C. II.* 41.

[1]) *mss. Veron. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [2]) *mss. Veron. Pl.* 1.; Cyrillae *mss. Cas. Vat. Pl.* 2.; Ciliciae *ms. Bg.*; Cerulo [Caerulo] *Hal. et rell.* — [3]) *subscr. restitui ex ms. Veron.*; Nic. *utrum Nicaeam denotet, an Nicomediam, pro certo non affirmaverim, quamvis illud verius videatur.* — [4]) *mss. mea*; Dilianae *edd.* — [5]) *subscr. restitui ex ms. Veron.* — [6]) Mai. *Bk. cum mss. Pist. Paris., in quibus est* mia; *sed* ma.t *ms. Veron.*; *v. not. seq.* — [7]) *subscr. rest. ex ms. Veron.; in mss. Pist. Paris. haec subscr. crebro vitio addita est legi* 1. *h. t., et Bk. perperam omissis consull. diem nostrae const. legi* 1. *agglutinavit.* — [8]) *ms. Veron. aliique codd. mei*; Serpodoro *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [9]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; Dat. III. Id. Iul. ipsis AA. Conss. *Bk. ex ms. Paris., cum quo fere convenit ms. Pist.* — [10]) provicacia *et mox* arbitratum *ms. Veron.* — [11]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; *diem habent mss. Pist. Paris., Bk.* — [12]) *mss. Veron. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [13]) *ms. Veron. cum nonnullis codd.*; Decimo, Decimidio *alii codd.*; Decimae *edd.* — [14]) *subscr. restitui ex ms. Veron.* — [15]) *mss. Veron. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [16]) *ms. Veron.*; *in die et loco conveniunt mss. Pist. Paris., Bk.* — [17]) *mss. Veron. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [18]) pertinebit *ms. Veron., in quo mox abest* pretii. — [19]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; praestent *Hal. et rell.* — [20]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; *mss. Pist. Paris. huc referunt diem et locum ex subscr. legis* 9. *h. t.* — [21]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [22]) eum *om. ms. Veron.* — [23]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Gt.*; praedii *ins. rell.*; *in ms. Veron. statim postea est* prospexerit. — [24]) *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Cont.* 62. *Bk., Hal. in not.*; aestimavit *ms. Veron., in quo creberrime commutantur* b. *et* v.; existimabit *rell.* — [25]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; solutum *edd. rell.* — [26]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [27]) *mss. Veron. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [28]) *ms. Veron.*; quantum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; in quantum *edd.* — [29]) nullum *ms. Veron.* — [30]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [31]) *mss. Veron. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [32]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; intersit *rell.* — [33]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg.*; si tunc — fuisse *ms. Pl.* 1.; si tunc tibi praestita fuisset *edd.* — [34]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [35]) *mss. Veron. Pist. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [36]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Cont.* 62.; Bucarpiae *edd. rell.* — [37]) prohibebitur *ms. Veron.* — [38]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; *diem habent mss. Pist. Paris., unde eum hausit Bk.*

12. Iidem AA. et CC. [1]) Crispo [2]). — Sicut periculum vini mutati, quod certum fuerat comparatum, ad emtorem, ita commodum aucti pretii pertinet. Utque hoc verum est, sic, certae qualitatis ac mensurae distracto vino, fidem placitis [3]) servandam esse convenit; quo non restituto, non pretii quantitatis, sed quanti interest, emti [4]) competit actio. S. prid. Non. Febr. Sirmii, Caess. Conss. [5]) [294 — 305.]

13. Iidem AA. et CC. [6]) Alexandro. — Fructus post perfectum iure contractum emtoris spectare personam convenit, ad quem et functionum gravamen pertinet; venditorque [7]) pretium tantum, ac, si moram [8]) intercessisse probetur, usuras officio iudicis exigere potest. S. IV. Non. Dec. Caess. Conss. [9]) [294 — 305.]

14. Iidem AA. et CC. [10]) Rufoni. — Emtor servorum recte [11]) de his tradendis, et de eorum fuga, itemque sanitate, erroneque non esse aut noxa solutos repromitti sibi recte postulat. S. V. Kal. Dec. Caess. Conss. [12]) [294 — 305.]

15. Iidem AA. et CC. [13]) Antonio. — Ultra modum tritici distracti citra pactum, in solutione mora non facta, nihil emtor exigere potest. S. XV. Kal. Ian. Nic. Caess. Conss. [14]) [294 — 305.]

16. Iidem AA. et CC. [15]) Cyrillo. — Post perfectam venditionem foetus quidem pecorum emtori, venditori vero sumtus, si quos bona fide fecerit, restitui debere, notissimum est. S. VIII. Kal. Ian. Caess. Conss. [16]) [294 — 305.]

17. Iidem AA. et CC. [17]) Hermiano et Hermippo [18]). — Expulsos vos de fundo per violentiam a Nerone, quem habere ius in eo negatis, profitentes, nullam vobis adversus eum, ex cuius venditione fundum possidetis, actionem competere probatis. Igitur id instar interdicti seu actionis [19]) promissae [20]) experiendum esse perspicitis.

Tit. L.

SI QUIS ALTERI VEL SIBI SUB ALTERIUS NOMINE VEL ALIENA PECUNIA EMERIT.

1. [a]) Imp. Antoninus A. Secundino. — Si pecunia patris fundus mancipiaque comparata sunt, tamen, quum emtiones matris tuae nomine factas esse proponas, ignorare non debes, traditione matrem tuam dominam fuisse constitutam. Plane si pecuniae petitionem competere tibi propter numerationem pretii existimas, civiliter consiste [21]). PP. III. Kal. Aug. Antonino A. IV. [22]) et Balbino Conss. [23]) [213.]

2. Imp. Alexander A. Septimae [24]). — Si emancipatis vobis fundos, quos nomine vestro, quum in potestate ageretis, pater emerat, tradidit, vel in possessione eorum voluntate patris fuistis, dominium acquisistis. Dat. XIII. Kal. April. Antonino IV. et Alexandro [25]) Conss. [26]) [222.]

3. Idem A. Paterno [27]). — Mancipia, quorum meministi, si, ut proponis, nomine tuo itemque fratris tui, cui successisti, emta vobis tradita sunt, licet instrumento emtionis matrem tuam pecuniam [28]) numerasse contineatur, persequi ea more iudiciorum non prohiberis. Dat. XV. Kal. Iul. Modesto et Probo Conss. [29]) [228.]

4. Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. [30]) Cyrillo. — Quamvis instrumento emtionis socrus nomen inscripseris, tamen, si possessionem tenens dominus effectus es, ob eam rem frustra calumniam mulieris, quamvis ipsa contractus tabulas habeat, reformidas. Dat. III Non. Mai. ... [31]).

5. Imp. Diocletianus et Maximianus AA. [32]) Vero [33]). — Quum, propria pecunia tua te comparante possessionem [34]), quondam uxoris tuae nomen tantummodo accommodasse dicas, eandemque occasione custodiae suae commissorum instrumentorum contra bonam fidem proprietatem eiusdem fundi usurpasse [35]), rector provinciae, pro sua exercitatione cognitum [36]) habens, donationem a non domina, uxore tua, in filiam suam collatam nullum praeiudicium dominio tuo attulisse, docenti tibi, veritatem precibus tuis assistere, restituere eandem possessionem, habita etiam fructuum taxatione, curabit. Dat. prid. Id. Septemb. ipsis ... Conss. [37]) [287 — 305.]

6. Iidem AA. et CC. [38]) Dionysio. — Multum interest, utrumne uxore tua comparante pecuniam numerasti, eique possessio tradita est, an contractu emtionis a te nomine tuo habito, tantum uxoris nomen post instrumentis inscribi [39]) feceris. Nam si quidem uxor tua nomine suo emit, eique res traditae sunt, nec in te quidquam de his processit, non nisi de pretio adversus eam, in quantum tu pauperior, et illa locupletior facta est, habes actionem. Quod si tu quidem emisti, et tibi tradita est possessio, tantum autem nomen uxoris quondam tuae instrumento scriptum [40]) est, res gesta potior, quam scriptura habetur. Si vero ab initio negotium uxoris gerens comparasti nomine ipsius, emti actionem nec illi, nec tibi quaesisti, dum [41]) tibi non vis, nec illi potes. Quare in dominii quaestione ille

---

[a]) *constitutiones hui. tit. v. in Bas. XIX.* 15. 1 — 9. *ed. Heimb.*

[1]) *mss. Veron. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [2]) *mss. Veron. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Crispino *rell.* — [3]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.*; placiti *Cont. et rell. In ms. Veron. sic pergitur:* servandam convenit quod non rest. — [4]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnes codd. Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Schf.*; emtoris *Hal. et rell.* — [5]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; *partem subscriptionis habent mss. Pist. Paris.*, *Bk.* — [6]) *mss. Veron. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [7]) *ms. Veron.*; venditor quoque *rell.* — [8]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal. Russ. Cont.* 62.; mora *rell.* — [9]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [10]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Cont.* 62.; et CC. *om. rell. In ms. Veron. statim postea est* Rusoni. — [11]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; recte *om. ms. Pl.* 1.; certe *edd. rell.* — [12]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [13]) *mss. Veron. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [14]) *ms. Veron.*; *prope accedunt mss. Pist. Paris.*, *unde partem subscr. hausit Bk.* — [15]) *mss. Veron. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [16]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; *in mss. Pist. Paris. est* S. XIII. K. Nic. cc., *quae fortasse ex l.* 17. *h. t. huc transscripta fuerunt.* — [17]) *mss. Veron. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. rell.* — [18]) et Lupo *edd.*; *sed nomina a me edita tuentur mei codd.*, *etiam Veron.* — [19]) accusationis *Russ. in marg.* — [20]) *ms. Pl.* 1., *Cui. Obss. XVII.* 6.; promissa *ms. Veron.*; permissae *rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; contende *Russ. et rell.* — [22]) II. *Bk.* — [23]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk.*; *subscr. om. rell.* — [24]) Septimiae *mss. nonn.*; et aliis *add. Hal. et rell. contra codd.* — [25]) AA. *ins. Bk.* — [26]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk. Plerumque constitutt. a solo Alexandro post Heliogabali mortem emissae solum Alexandrum cons. prae se ferunt. Subscr. abest ab Hal. et rell.* — [27]) *mss.*; Patrimo *Hal. et rell.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; pecunias *edd.* — [29]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [30]) Gall. (et) Val. AAA. *mss. Pist. Bg.* — [31]) *ms. Pist.*; *etiam dies abest ab Hal. et rell.* — [32]) et CC. *add. mss. Pl.* 1. *Bg.* — [33]) Vocato *mss. nonn.* — [34]) possessiones *ms. Pl.* 1.; possessioni *mss. Pl.* 2. *Bg.*; comparatae possessioni *Russ. in marg.* — [35]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; dicas *add. ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [36]) cognitam *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [37]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk*, *qui restituit* ipsis AA.; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [38]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et CC. *om. edd.* — [39]) scribi *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [40]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; inscriptum *Russ. et rell.* — [41]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; que *add. edd. Schf. Russ. Cont.* 62.; quae *add. Cont.* 66. *et rell.*

ille potior habetur, cui possessio a domino tradita est. Dat. XIV. Kal. Septemb. Viminacio.... Conss. [1]) [293 — 305.]

7. [a]) Iidem AA. et CC. [2]) Gerontio. — Quum per eos, qui negotia tua gerebant, olei materiam te comparasse, contractusque fidem pretio suscepto rupisse venditorem proponas, si quidem ex emto, his, qui iuri tuo subiecti fuerint [3]), contrahentibus, tibi quaesita est actio, vel per te, vel [4]) cui mandaveris, sin vero sui iuris constituti secundum mandatum tuum hunc contractum habuerunt [5]), ac sibi emti quaesierunt actionem, per eos vel quibus illi dederint mandatum, adi competentem iudicem, qui secundum bonam fidem, quae in huiusmodi contractibus observari solet, satisfieri providebit.

8. Iidem AA. et CC. [6]) Valentinae [7]). — Qui aliena pecunia comparat, non ei, cuius nummi fuerunt, sed sibi tam actionem emti, quam dominium, si ei fuerit tradita possessio, quaerit. Quum itaque de rebus communibus fratrem patruelem tuum quaedam comparasse contendas, de tua pecunia hunc conveniendo facies consultius. Nam in rem de rebus ab eo comparatis tibi contra eum petitio non competit. Dat. prid. Non. Febr. [8])... Conss. [9]) [293 — 305.]

9. Iidem AA. et CC. [10]) Rufinae [11]). — Nihil prohibet, altero pecuniam numerante, in alium vel utriusque contrahentis consensu, vel certe venditore tantummodo volente, dominium transferri; eo etiam manifeste constituto, ut inter absentes per mediam personam, veluti per nuntium vel per epistolam, talis contractus perfici possit.

Tit. LI.

DE REBUS ALIENIS NON ALIENANDIS, ET DE PROHIBITA RERUM ALIENATIONE VEL [12]) HYPOTHECA.

1. [b]) Imp. Alexander A. Cantiano [13]). — Si praesidi provinciae probatum fuerit, Iulianum nullo iure munitum servos tuos scientibus vendidisse, restituere tibi emtores servos inhebit. Quodsi ignoraverint, et eorum [14]) facti sunt, pretium eorum Iulianum tibi solvere inhebit. Dat. IX. Id. Iul. Iuliano II. et Crispino Conss. [15]) [224.]

2. Imp. Gordianus A. Graeciae [16]). — Distrahente marito rem tui iuris, si consensum ei non accommodasti, licet sigillo tuo venditionis instrumentum fraude conquisita signaveris, eiusmodi tamen commentum [17]) emtori, usucapione non subsecuta, vel longi temporis praescriptione minime munito, nullam praestitisse securitatem potest. Dat. III. Id. Febr.... [18]).

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [19]) Valeriano. — Venditrici succedenti hereditario iure perfectam recte venditionem rescindere ac dominium revocare non licet. Sed et si haec ex persona sua vindicet, vel exceptione te doli mali, si hanc viam elegeris, tueri, vel evicta re, si defensione monstrata uti nolueris, quanti tua interest, poteris experiri. S. XVI. Kal. Novemb. Sirmii, AA. Conss. [20]) [293 — 304.]

4. Iidem AA. et CC. [21]) Aphobio [22]). — Mancipia patris, qui fundum a Philippo conduxerat, successione tibi quaesita, domino fundi pro debitis in solutum mater tua dando nihil tibi auferre potuit. Ideoque si tu maior viginti quinque annis effectus ab ea negotium gestum non fecisti ratum, oblato debito, si non haec locator iure pignoris sibi obligata vendidit, petere poteris.

5. Iidem AA. et CC. [23]) Aegro. — Si fundum tuum pater post emancipationem te non consentiente venumdedit, neque ei successisti, neque possidens longi temporis praescriptione munitus est, tibi agenti eum rector provinciae reddi efficiet. . . VIII. Id. M... Sirmii ... Conss. [24]) [293 — 305.]

6. Iidem AA. et CC. [25]) Rufo [26]). — Nemo res ad te pertinentes, non obligatas sibi, nec ex officio vendendi potestatem habens, distrahendo quidquam tibi nocere potuit. Dat. Kal. Nov.... [27]).

7. Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Sancimus, sive lex alienationem inhibuerit, sive testator, hoc fecerit, sive pactio contrahentium hoc admiserit, non solum dominii alienationem vel mancipiorum manumissionem esse prohibendam, sed etiam ususfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi; similique modo et servitutes minime imponi, nec emphyteuseos contractum, nisi in his tantummodo casibus, in quibus constitutionum auctoritas, vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor, qui alienationem interdixit, aliquid tale fieri permiserit. Dat. Kal. Nov. Constantinop.... [28]).

Tit. LII.

DE COMMUNIUM RERUM ALIENATIONE.

1. [c]) Imp. Gordianus [29]) A. Apollodoro. — Si nulla usucapionis praerogativa vel diuturni silentii praescriptio emtorem possessionis, quam a coheredibus patrui tui distractam suggeris, pro portione tua munit, in rem actio incolumis perseverat. At [30]) si receptum ius securitatem emtori praestiterit, arbitrium est tibi liberum conveniendi eos, qui pro portione tua satis illicitam venditionem celebraverunt.

2. Idem A. Herenniano [31]). — Multum interest, utrum coheredes tui possessionem communem distraxerunt, an vero fiscus, quum partis dominus esset, soliditatem iuxta proprium privilegium vendidit. Etenim si a fisco facta est [32]) venditio, fidem eius infringi, minime rationis est. Si vero coheredes soliditatem vendiderunt, licet emtor ab his delegatus partem pretii fisco solverit, alteramque in cautionem deduxerit, tamen portioni tuae ea venditio non potest obsistere.

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [33]) Eusebio. — Falso tibi persuasum est, communis praedii portionem pro indiviso, antequam communi dividundo iudicium dictetur, tantum socio, non

---

[a]) *iungenda videtur l. 1. C. III. 21.* — [b]) *constitutt. hui. tit., exceptis 3. et 6., exhibentur in Bas. XIX. 8. 71 — 75. ed. Heimb.* — [c]) *leges hui. tit. v. in Bas. XIX. 8. 76 — 80. ed. Heimb.*

[1]) *mss. Pist. Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [2]) *mss. Vat. Pl. 1. 2. Bg.*; et CC. *om. rell.* — [3]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt.*; fuerant *ms. Pl. 2., edd.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; per eum *add. edd.* — [5]) *in vv.* habuer. quaesier. *promiscue mss. et edd. habent indicat. vel coniunctiv.* — [6]) *mss. Vat. Pl. 1. Bg.*; et CC. *om. rell.* — [7]) Valentino, Valentinianae *mss. nonn.* — [8]) 1. . . *Bk.* — [9]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [10]) *mss. Pist. Vat. Pl. 1. 2. Bg.*; et CC. *om. rell.* — [11]) Rufino, Rufiano, Rufiniano, *mss.* — [12]) in *ms. Pist.* — [13]) Cattiano, Catiliano, Caticiano *mss. pleraque.* — [14]) domini *ins. ms. Gt.* — [15]) *mss. Pist. Paris., Bk., subscr. abest ab Hal. et rell.* — [16]) Graciae *mss. nonn.*; Graecianae *al.* — [17]) commento *ms. Pl. 2.* — [18]) *ms. Pist.*; *etiam dies abest ab Hal. et rell.* — [19]) *mss. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., Cont. 62.*; et CC. *om. rell.* — [20]) *mss. Pist. Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [21]) *mss. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.*; et CC. *om. rell.* — [22]) *mss. Cas. Vat. Pl. 1. 2.*; Finio *ms. Bg.*; Affabio *ed. Nbg.*; Affabili *Hal. et rell.* — [23]) *mss. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.*; et CC. *om. rell.* — [24]) *ms. Pist.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pist. Vat. Cas. Pl. 1. 2. Bg.*; et CC. *om. rell.* — [26]) Rufinae *mss. nonn.* — [27]) *ms. Pist.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [28]) *ms. Pist.*; *etiam dies et locus absunt ab Hal. et rell.* — [29]) *mss. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.*; Antoninus *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [30]) aut *mss. Pl. 1. 2. Gt., ed. Schf.* — [31]) *mss. Cas. Vat. Pl. 2.*; Hereniano *mss. Pl. 1. Bg.*; Terentiano *Hal. et rell.* — [32]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; sit *edd.* — [33]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg. Cont. 62.*; et CC. *om. rell.*

non etiam extraneo posse distrahi. PP. Id. Febr.... Conss. [1]) [293 — 305.]

4. Iidem AA. et CC. [2]) Ulpiano, militi. — Portionem quidem tuam militantis frater tuus alienare non potuit. Eius autem partem pretio soluto tibi restitui postulare nec militari gravitati convenit.

5. Iidem AA. et CC. Olympiano. — Si maior annis viginti quinque veluti propria nescienti communia cum fratribus tuis praedia distraxisti, licet nullum instrumentum intercesserit, nec quidquam specialiter convenerit, alienae portionis evictione secuta, quanti interest emtori solves [3]).

Tit. LIII.

REM ALIENAM GERENTIBUS NON INTERDICI RERUM SUARUM ALIENATIONE [4]).

1.[a]) Impp. Severus et Antoninus AA. Publicae. — Non est interdictum tutoribus vel curatoribus, etsi ex eo titulo iudicati debitores sunt constituti, cum sua causa res suas alienare. Potuit ergo curator tuus fundum suum cum suo onere obligare fisco nostro; nam et privato potuisset. Dat. Non. Iun. Antonino A. II. et Geta Conss. [5]) [205.]

Tit. LIV.

[b]) DE PACTIS INTER EMTOREM ET VENDITOREM COMPOSITIS.

1.[c]) Imp. Antoninus A. Diotimae [6]). — Si ea lege praedium vendidisti, ut, nisi intra certum tempus pretium fuisset exsolutum, emtrix arrhas perderet, et dominium ad te pertineret, fides contractus servanda est. Dat. V. Id. Octob. Sabino II. et Anullino Conss. [7]) [216.]

2. Imp. Alexander A. Charisio [8]). — Si fundum parentes tui ea lege vendiderunt, ut, sive ipsi sive heredes eorum emtori pretium quandocunque [9]) vel intra certa tempora obtulissent, restitueretur, teque parato satisfacere conditioni dictae heres emtoris non paret, ut contractus fides servetur, actio praescriptis verbis vel ex vendito tibi dabitur, habita ratione eorum, quae post oblatam ex pacto quantitatem ex eo fundo ad adversarium pervenerunt. Dat. Kal. Septemb. Alexandro A. Cons. [10]) [222.]

3. Idem A. Felici, militi. — Qui ea lege praedium vendidit, ut, nisi reliquum pretium intra certum tempus restitutum esset, ad se reverteretur, si non precariam possessionem tradidit, rei vindicationem non habet, sed actionem ex vendito. Dat. III. Id. Iul. . . . . [11]).

4. Idem A. Iuliano. — Commissoriae venditionis legem exercere non potest, qui post praestitutum pretii solvendi diem, non vindicationem rei eligere, sed usurarum pretii petitionem sequi maluit.

5. Imp. Gordianus A. Longino. — Initio venditionis si pactus es, ut is, cui vendidisti possessionem, pretii tardius exsoluti tibi usuras pensitaret, non immerito existimas, etiam eas tibi adito praeside [12]) ab emtore praestari debere. Nam si initio contractus non es pactus, si coeperis experiri [13]), ex mora duntaxat usuras tam ab ipso debitore, quam ab eo, qui in omnem causam emti suam fidem adstrinxit, de iure postulabis.

6. Impp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Romulo [14]). — Quum te fundum tuum, certae rei contemplatione inter vos habita, exiguo pretio in alium transtulisse commemoras [15]), poterit tibi ea res non esse fraudi: quando non impleta promissi fide dominii tui ius in suam causam reverti conveniat. Et ideo aditus competens iudex fundum, cuius mentionem facis, restitui tibi cum fructibus suis sine ulla indificatione sua auctoritate perficiet, praecipue quum et diversa [16]) pars receptis nummis suis nullam passa videri possit iniuriam.

7. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [17]) Musco [18]). — Si a te comparavit is, cuius meministi, et convenit, ut, si intra certum tempus soluta fuerit data quantitas, sit res inemta, remitti hanc conventionem rescripto nostro non iure petis. Sed si se subtrahat, ut iure dominii eandem rem retineat, denuntiationis et obsignationis depositionisque remedio contra fraudem potes iuri tuo consulere.

8. Iidem AA. et CC. Auxanoni. — Tempore contractus inter emtorem et venditorem habitam conventionem integram servari, si ab ea posteriore pacto non recedatur, certum est.

9. Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Si quis ita paciscatur in venditionis vel alienationis contractu, ut novo domino nullo modo liceat in loco vendito vel alio modo sibi concesso monumentum exstruere, vel alio modo humano iuri [19]) eum eximere, sancimus, licet hoc apud veteres dubitabatur, tale pactum ex nostra lege esse fovendum et immutilatum permanere. Forsitan enim multum eius intererat, ne ei vicinus, non solum quem nollet, aggregaretur, sed etiam pro quo specialiter interdictum est. Quum etenim venditor vel alius [20]) alienator non alia lege ius suum transferre passus est, nisi tali fretus conventione, quomodo ferendum est, aliquam captionem ex varia pati eum interpretatione? Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [21]) [531.]

Tit. LV.

[d]) SI SERVUS EXPORTANDUS VENEAT.

1.[e]) Impp. Severus et Antoninus AA. Petroniae. — Lege venditionis exportata mancipia sub denuntiatione manus iniiciendae libertatem ab emtore, vel qui successit in locum eius, antequam fides rumpatur, accipere possunt. Quae tamen [22]) fisco post manumissionem vindicantur, et in perpetuam servitutem eadem lege veniunt, quum in his civitatibus conversantur, quas contrahentes exceperant [23]). Ante manumissionem

---

[a]) *Bas. XIX.* 16. 1. *ed. Heimb.* — [b]) *Dig. XVIII.* 1. 2. 3. — [c]) *constitutt. hui. tit. exhibentur in Bas. XIX.* 1. 88—96. *ed. Heimb.* — [d]) *Dig. XVIII.* 7. — [e]) *constitutt.* 1. 2. 4. 5. *hui. tit. v. in Bas. XIX.* 7. 12 — 15. *ed. Heimb.*

[1]) *mss. Pist. Paris.*; *subscr. abest ab Hal. et rell. praeter Bk., apud quem tamen est lacunosior.* — [2]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [3]) Dat. Non. Iun. *male Bk.*; *v. not.* 5. *ad l. seq.* — [4]) alienationem *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [5]) *haec subscr.*, *quae ob temporis rationem ad hanc const. referenda est, a mss. Pist. Paris. ad l. ult. tit. antec. refertur*; *minus recte itaque Bk. omissis consull. diem legi ult. cit. adscripsit.* — [6]) Dotoni *unum ms.*; Dotonae *al.* — [7]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [8]) Charisto, Crispino *mss. nonn.* — [9]) quandoque *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Cont.* 62. — [10]) *mss. Pist. Paris.*, *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [11]) *ms. Pist.*; *subscr. abest ab Hal. et rell. Fortasse in mense et latent consulum vestigia Iuliani et Crispini.* [224.] — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; provinciae *add. Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; debere *praemitt. edd. Nbg. Schf.*; deberi *praemitt. Hal. et rell.* — [14]) *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*; Rimulo *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd Nbg. Schf. Hal.*; commemores *Russ. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Cont.* 62.; adversa *edd. rell.* — [17]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *om. edd.* — [18]) *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; Muscho *ms. Vat.*; Musaeo *Russ. et rell.* — [19]) humani iuris *ms. Bg.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2., *Hal. Cont.* 62. *Bk.*; alter *edd. rell.*; *utrumque abest a ms. Bg.* — [21]) *ms. Veron.*, *Merillius Opp. P. II. p.* 126.; *subscr. om. rell.* — [22]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; a *ins. edd.* — [23]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; susceperunt *ed. Schf.*; exceperunt *edd. Nbg. Hal. et rell.*

sionem vero iniiciendae manus facultas non denegatur, atque ideo non petuntur in publicum. PP. XV. Kal. Oct. Severo A. II. et Victorino Conss.[1]) [200.]

2. Idem AA. Nedymo[2]). — Si, ut manus iniectionem haberes, cavisti tibi, iure tuo uti potes. Quod si[3]) omisisti, et poenam stipulatus es, homo quidem fisco commissus est, in vero nactus[4]) ex stipulatu actionem. In omnibus tamen quaeritur, an domini voluntate in locum prohibitum venerit. PP. VII. Kal. Nov. Severo A. II. et Victorino Conss.[5]) [200.]

3. Imp. Alexander A. Novio[6]). — Ancilla, quae exportanda veniit, nec exportata est, sed ab emtore in eadem civitate morante[7]) emta et manumissa est, adversus legem venditionis libera fieri non potuit; et ideo aditus a te procurator meus partibus suis fungetur. PP. IV. Id. Mart. Maximo II. et Aeliano Conss.[8]) [223.]

4. Idem A. Papiae. — Moveor, quod te a servis tuis dominum eorum veniisse affirmas sub ea lege, ne in patria moreris, et ab eo, cui te emtor prior[9]) vendiderat, manumissum esse dicis. Quare competens iudex adversus eum, quem praesentem esse dicis, cognitionem suam praebebit, et si veritas accusationi aderit, exsecrabile delictum in exemplum capitali poena vindicabit. Sed quoadusque probaveris, quae intendis, status tuus esse[10]) videtur, qui in te post manumissionem deprehenditur. PP. XI. Kal. Iul. Iuliano et Crispino Conss.[11]) [224.]

5. Idem A. Serapioni[12]). — Qui exportandus a domino de civitate sua venit, nec in urbe Roma morari debet; qui autem de provincia certa, nec in Italia. Si itaque contra legem constitutam factum probare potes, utere iure, quod propterea tibi competit. PP. III. Kal. Febr. Fusco II. et Dextro Conss.[13]) [225.]

Tit. LVI.

SI MANCIPIUM ITA VENIERIT, NE PROSTITUATUR.

1. [a]) Imp. Alexander A.[14]) Socrati. — Praefectus urbi, amicus noster, eam, quae ita veniit, ut, si prostituta fuisset, abducendi potestas esset ei, cui secundum constitutionem divi Hadriani id competit, abducendi impertiet[15]) facultatem. Quod si eum patientiam accommodasse contra legem, quam ipse dixerat, ut in turpi quaestu mulier haberetur, animadverterit, libertate competente secundum interpretationem eiusdem principis, perduci eam ad praetorem, cuius de liberali causa iurisdictio est, ut ibi[16]) lis ordinetur, iubebit. Nec enim tenor legis, quam semel comprehendit, intermittitur, quod dominium per plures emtorum personas ad primum, qui prostituit, sine lege simili pervenit. PP. III. Kal. Nov. Maximo II. et Aeliano Conss.[17]) [223.]

2. Idem A. Severo[18]) P. U.[19]). — Mulierem, quam ita venisse allegas, ne prostitueretur, aut, si prostituta fuerit, libera esset, per officium militare exhiberi apud tribunal[20]) oportet, ut, si controversia referatur[21]) pacto (quod[22]) tamen si verum est, libertas mulieri exsistente conditione competit), agatur causa apud eum, cuius de ea re notio est. Haec autem lex, et nisi[23]) tabulis venditionis inserta sit, quamvis epistola vel sine scriptis facta ostenditur, valet. PP. Kal. Dec. Maximo II. et Aeliano Conss.[24]) [223.]

3. Idem A. Aurelio. — Eam, quae ita veniit, ne corpore quaestum faceret, nec in caupona sub specie ministrandi prostitui, ne fraus legi dictae fiat, oportet. PP. Id. Ian..... Conss.[25]).

Tit. LVII.

[b]) SI MANCIPIUM ITA FUERIT ALIENATUM, UT MANUMITTATUR VEL CONTRA.

1. [c]) Imp. Alexander A. Patricensi. — Si Patroclus, posteaquam te Hermiae donationis causa dedit lege dicta, ut, si quindecim annis continuis serviisses, ad libertatem perducereris[26]) ita, ut civis Romanus esses tempore peracto, si modo Patroclus non contrariae voluntatis fuerit, aut etiam si[27]) iam decesserit[28]), ad libertatem pervenisti, quoniam placuit non solum ad venditos, sed etiam ad donatos eam legem, ut manumitterentur, pertinere, nec te potuit, semel translato dominio in Hermiam, postea alii Patroclus vendere; et ideo non de praestanda tibi libertate, quam ex constitutione iam fueras adeptus, litigare debuisti, sed libertatem, quam obtinueras, defendere. PP. VI. Id. Nov. Alexandro A. Cons.[29]) [222.]

2. Idem A. Eutychiano liberto[30]). — Si ea lege Chrestes servum[31]), sed naturalem filium, venumdedit, ut emtor eum manumitteret, quamvis non est manumissus, ex constitutione divorum Marci et Commodi ad Aufidium Victorinum liber est. PP. Non. Dec. Alexandro A. Cons.[32]) [222.]

3. Idem A. Fulcinio[33]). — Si Insta Saturnino puellam, nomine Firmam, agentem tunc annos septem, hac lege vendiderit, ut, quum haberet annos viginti quinque, libera esset, quamvis factum ab emtore praestandae libertatis pacto non sit insertum, sed ut libera esset, expressum, tamen constitutioni divorum Marci et Commodi in Semestribus scriptae[34]) locus

---

[a]) *constitutt. hui. tit. v. in Bas. XIX.* 17. 1. *et* 2. *ed. Heimb.* — [b]) *Dig. XVIII.* 7. — [c]) *constitutt. ed. Heimb.*

[1]) *ms. Veron.*; *cfr. Relandi fast. consul. p.* 94. *Ex hac subscr.* (*vel potius ex seq.*) *manavit ea, quam mss. Pist. Paris. et Bk. ad l.* 8. *tit. praeced. crebro vitio adscriptam habent, scilicet* D. VIII. K. Nov. Severo et Victorino Conss. — [2]) *ms. Veron.*; Nedimo *mss. pleraque*; Nedieno *edd.* — [3]) *ms. Veron.*; hoc *ins. rell.* — [4]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; es *ins. edd.* — [5]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [6]) *ms. Veron. cum plerisque aliis codd.*; Nonio *edd.* — [7]) in qua *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnes codd. Russ. praeter unum, edd. Nbg. Schf. Hal. Sed textum tuetur ms. Veron.* — [8]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [9]) cui te priorem *ms. Veron.* — [10]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; is *ins. Russ. et rell. In ms. Veron. mox est* qui inter post manum. — [11]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [12]) *optimi codd.*, *etiam Veron.*; Seraphiano *edd.* — [13]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [14]) Impp. Sever. et Antonin. AA. *ms. Bg.*, *quod prohibet subscr. Cfr. l.* 7. *D. XL.* 8. — [15]) faciet *ms. Veron.* — [16]) ibi *om. ms. Veron.*, *ed. Schf.* — [17]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [18]) Imp. A. Severus *edd. Nbg. Hal.* — [19]) *mss. Veron. Vat. Pl.* 1.; *dignitas abest a ms. Bg.*; P. P. *edd.* — [20]) tribunalem *ms. Veron.* — [21]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnes codd. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; de *ins. Hal. et rell.* — [22]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *et postea rell. praeter Bk.*; qui *ms. Bg. prima manu*; quo *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.* — [23]) in *ins. ms. Veron.*, *quod in hac linea tuetur nostram lect.*; *variant edd.* — [24]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [25]) *ita restitui ex ms. Veron.*, *in quo nomina consulum evanida sunt*; *sed videntur esse Fuscus II. et Dexter* [225.]. — [26]) producereris *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Russ.* — [27]) etiam *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; *sed est in ms. Veron.* — [28]) fuerit — decesserit *ms. Veron.*; fuerit — decesserat *reliqui mei codd.*; fuerat — decesserat *vulgo edd.* — [29]) *subscr. rest. ex ms Veron.* — [30]) lib. *om. ms. Veron.* — [31]) *mss Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; suum *ins. Russ. et rell.* — [32]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [33]) *mss. pleraque*, *etiam Veron.*; Fulginio *edd.* — [34]) in Semestr. scriptae *om. ms. Veron.*

locus est. Ideoque impleto vicesimo quinto anno Firma libera facta est, nec obest ei, quod vicesimo septimo anno manumissa est, quae iam ex constitutione libera erat; et is, quem post vicesimum quintum annum ex te conceptum enixa est, ingenuus est. PP. X. Kal. [1]) Febr. Iuliano et Crispino Conss. [224.]

4. Imp. Gordianus A. Iocundae [2]). — Si is, qui pretium pro te acceperat, ut statuto tempore te libertate [3]) donaret, moram repromissae libertati praestitit, ex eo [4]) te liberam esse effectam manifestum est, ex quo, quum posset dari libertas, non est praestita. Et ideo ex te natos ingenuos videri procreatos, non est incertae opinionis. PP. VI. Kal. Mai. Sabino et Venusto Conss. [5]) [240.]

5. Idem A. Martino. — Ea quidem mancipia, quorum venditio eam legem accepit, ne ad libertatem producantur [6]), etiamsi manumittantur, nancisci libertatem non possunt. Neque enim conditio, quae personae eius cohaesit, immutari facto eius, qui ea lege comparavit, potest. Nec tamen poenae exactio, si qua addita est conditioni non servatae, instam exigendi tribuit causam. Qua igitur ratione te poterit vocare [7]) ad officium procuratoris, qui eam legem venditioni dedit, perspici non potest, quum nec in privatorum contractibus fiscus se interponere debeat, et [8]) literae ad te missae personae factum, si non ipse manumiseris, non [9]) contineant [10]). PP. XVI. Kal. Sept. Sabino et Venusto Conss. [240.]

6. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Rufinae. — Si puellam ea lege vendidisti, ut manumitteretur, et, si manumissa non esset, centum aurei praestarentur, non servata fide, nihilominus eam raptam e vestigio servitutis ad libertatem, quae praestari potuit, constitit; nec pecunia, quasi rupta fide suscepta, recte petetur, quum, non mutata venditoris voluntate, conditionis potestate [11]) [post [12])] manumittentis factum repraesentari, optima ratione placuit. 8. [XVI.] Id. Iun. ipsis [13]) AA. Conss. [293 — 304.]

Tit. LVIII.

[a]) DE AEDILITIIS ACTIONIBUS.

1. [b]) Imp. Antoninus A. [14]) Decensio. — Si non simpliciter, sed consilio fraudis servum tibi nescienti fugitivum vel alio modo vitiosum quis vendidit, isque [15]) fugitivus abest, non solum in pretium servi venditorem conveniri, sed etiam damnum, quod per eum tibi accidit, competens iudex, ut iampridem placuit, praestari iubebit. Dat. IV. Kal. Iun. Messala et Sabino Conss. [16]) [214.]

2. Imp. Gordianus A. Petilio [17]). — Quum proponas, servum, quem pridem comparasti, post anni tempus fugisse, qua ratione eo nomine cum venditore eiusdem congredi quaeras, non possum animadvertere. Etenim redhibitoriam actionem sex mensium temporibus, vel quanto minoris anno concludi, manifesti iuris est. PP. [18]) Kal. Decemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Muciano. — Si apud priorem dominum fugisse mancipium non doceatur, fuga post venditionem interveniens ad damnum emtoris pertinet. Sin autem venditor non vitiosum etiam in posterum fieri servum temere promiserit, quamvis hoc impossibile esse videatur, tamen secundum fidem antecedentis [19]) vel in continenti secuti pacti experiri posse non ambigitur; posteriores enim casus non venditoris, sed emtoris periculum exspectant [20]). Verum quum servum, quem comparaveras, ad eum, qui distraxerat, rediisse contendis, competens iudex, perspectis [21]) omnibus, pro repertae rei qualitate proferre curabit sententiam. PP. XII. Kal. Apr. ipsis III. et II. AA. Conss. [22])

4. Idem AA. [23]) Falso [24]). — Si praedium quis sub ea lege comparavit [25]), ut, si displicuerit, inemtum sit [26]), id, utpote sub conditione venditum, resolvi, et redhibitoriam [27]) adversus venditorem competere, palam est. Idem observatur, et si pestibilis [28]) fundus, id est pestibulas vel herbam letiferam [29]) habens, ignorante emtore distractus sit; nam [30]) in hoc etiam [31]) casu per eandem actionem eum quoque redhibendum esse [32]).

5. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [33]) AAA. Nebridio P. U. [34]) — Habito semel bona fide [35]) contractu, mancipioque suscepto, et pretio soluto, ita demum repetendi pretii potestas est ei, qui mancipium comparaverit [36]), largienda, si illud, quod dixerit fugitivum, poterit [37]) exhibere. Hoc enim non solum in barbaris, sed etiam in provincialibus servis iure praescriptum est. Dat. III.

---

[a]) *Dig. XXI.* 1. — [b]) *constitutt. hui. tit. exhibentur in Bas. XIX.* 10. 60 — 64. *ed. Heimb.* — [c]) *l.* 1. *Th. C. de aedilit. action. III.* 4.

[1]) *fortasse* Non. *ms. Veron., ex quo rest. subscr.* — [2]) Iucundae *ms. Veron.* — [3]) libertati *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [4]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnes codd. Russ., Cont.* 62.; tempore *ins. edd. rell.* — [5]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [6]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; perducantur *rell.* — [7]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; revocare *Russ. et rell.* — [8]) nec *mavult Russ. in marg.* — [9]) non *om. mss. Pl.* 1. 2. *et in multis deest sec. glossam*; *legitur autem in ms. Veron. lineae superscriptum.* — [10]) contineat *ms. Veron., ex quo subscr. seq. restitui.* — [11]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., optimi codd. Cont.*; potestatem *edd.* — [12]) post *cum Cuiac. Obss. XVI.* 24. *tollendum et ex praeced.* potestate *interpolatum censeo, quod et Bas. suadent*; *ms. Veron. quidem agnoscere videtur v.* post, *sed non satis certa hoc loco est codicis scriptura.* — [13]) *hucusque subscr., quam ex cod. Veron. restitui, minus certa est; num. haud dubia falsus.* — [14]) ā. et c. *ms. Veron.* — [15]) *mss. Veron. Pl.* 1., *ed. Schf.*; et is quidem *mss. Pl.* 2. *Bg.*; isque idem *rell.* — [16]) *subscr. rest. ex ms. Pist.*; *in ms. Veron. dubia est et ex parte prorsus evanuit.* — [17]) *mss. Veron. Cas. Vat.*; Peticio *mss. rell.*; Penthilio *edd.* — [18]) *ms. Veron.*; Dat. *Bk. cum mss. Pist. Paris., quae in rel. subscr. cum ms. Veron. conveniunt*; *subscr. om. Hal. et rell. praeter Bk.* — [19]) intercedentis *ms. Bg.* — [20]) spectant *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [21]) prospectis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [22]) *sic, quantum videre licuit, subscr. ms. Veron., sed dies et mensis incerti, et num. alterius consulatus certe falsus*; Dat. VIII. Kal. Ian. *Bk. cum mss. Pist. Paris., in quibus superadditur* Trac. — [23]) et CC. *ins. mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*; *in ms. Veron. inscr. incerta.* — [24]) Favo, Asiae *mss. nonn.*; *nomen om. mss. Vat. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [25]) comparaverit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [26]) erit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [27]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; actionem *ins. rell.* — [28]) pestilis *ms. Bg.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt. Bg., ed. Schf., Cuiac. Obss. XVI.* 24.; id est pestibulam v. h. 1. *ed. Nbg.*; id est pestibul. *om. ms. Bg.*; id est pestibilem vel laetiferam h. *Hal.*; id est pestibiles herbas vel letiferas *Russ. et rell. Ms. Veron. incertum est.* — [30]) et *ins. edd. Nbg. Hal. et postea rell. praeter Cont.* 62., *contra codd.*; *a ms. Veron. et abest seq.* in. — [31]) etiam *om. Bk. ex sua coni.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; constat *add. rell., quos fortasse tuetur ms. Veron. In eodem cod. haec addita videtur subscr.* pp. VI. K. aug. Sirmi cc. oss.; *sed omnia ita incerta sunt, ut a restitutionis periculo in textu abstinuerim.* — [33]) *omnes codd., etiam Veron., et edd. praeter Bk. hos impp. flagitant*; Valent. Theod. et Arc. *Theod. C., Bk. Cfr. l.* 1. *C. I.* 43. — [34]) P. P. *ms. Cas.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; bonae fidei *edd.*; *sed nos tuentur Bas.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Bg. ex emend., ed. Nbg., Theod. C.*; comparavit *rell.* — [37]) potuerit *Theod. C.*

III. Kal. Iul. Constantinop. Honorio N. P. [1]) et Evodio V. C. Conss. [2]) [386.]

Tit. LIX.

DE MONOPOLIIS ET CONVENTU NEGOTIATORUM ILLICITO, VEL ARTIFICUM [3]) ERGOLABORUMQUE [4]) NECNON BALNEATORUM PROHIBITIS ET ILLICITIS PACTIONIBUS [5]).

[1.] [a]) . . . . πολίοις [6]), ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ ἢ πόλει ὦσιν [7]), μηδεμιᾶς ὕλης ἢ πράγματος κεχρήσθω, μηδ' ἂν θεῖον πορίσηται τύπον, ὑπεξῃρημένων τῶν ἄλλων [8]), μήτε δεήσεις ὑπαγορευέτω ἢ ἐπιδοῦναι τολμάτω. Ὅπως γὰρ πανταχόθεν βέβαια μένοι τὰ καλῶς οὕτως καὶ εὐσεβῶς βεβουλευμένα καὶ νομοθετηθέντα, οὐδὲ τὸν κατὰ καιρὸν μεγαλοπρεπέστατον κυαίστορα, ἢ τοὺς ἄλλους ἐνδοξοτάτους ἄρχοντας τοῦ θείου παλατίου, ἢ τοὺς περιβλέπτους ἀντιγραφέας, ἢ τὸν περίβλεπτον σεκουνδοκήριον ἢ τεριτοκηριον τῶν λαμπροτάτων τριβούνων, ἢ τοὺς κατὰ καιρὸν περιβλέπτους ῥεφερενδαρίους ἀπειράτους βασιλικῆς κινήσεως καταλείψομεν [9]), εἰ τοῦ λοιπου τοιαύτας τινὰς προσδέξωντια δεήσεις ἢ τοιούτῳ τινὶ σπουδὴν συνεισενέγκοιεν ἢ ὑπαγορεύοντες, ἢ ὑποσημαινόμενοι, ἢ συγγεστίοσιν κεχρημένοι, ἢ ἄλλην τινὰ ῥοπὴν ἢ χρείαν συνεισφέροντες. Οἱ δὲ τούτοις προσεδρεύοντες, εἴτε μεμοριάλοι εἴτε παλαιτῖνοι εἴτε ἄλλης στρατείας εἶεν, οἱῳδήποτε τρόπῳ τοιοῦτο γράφοντες ἢ διδάσκοντες ἢ ἄλλως γίνεσθαι σπουδάζοντες, ἀφαίρεσιν ζώνης καὶ οὐσίας δυστυχήσουσιν. Ταῦτα τοίνυν εἰδὼς ἕκαστος τῶν ὑπηκόων, ἐκ ταύτης ἡμῶν τῆς νομοθεσίας τὴν παῤῥησίαν ἔχων, ἐπ' ἀδείας κεχρήσθω τοῖς περὶ τούτων συναλλάγμασιν, ὧν οὐκέτι κώλυσις ἐστιν. PP. III. Id. Febr. Leone A. V. Cons. [473.]

. . . . monopoliis, in quocunque loco vel civitate sint, nullius materiae vel rei utatur, ac ne si sacrum quidem reportaverit rescriptum, exceptis reliquis, neque preces suppeditet vel addere conetur. Ut enim ab omni parte firma maneant bene ita et pie decreta et constituta, neque illustrem pro tempore quaestorem, vel reliquos gloriosissimos comites sacri palatii, vel spectabiles magistros, vel spectabilem secundocerium aut tertiocerium splendidissimorum tribunorum, vel spectabiles pro tempore referendarios inexpertos imperialis motus relinquemus, si postea tales quasdam preces susceperint, vel tali cuidam operam suam praebuerint vel suppeditando, vel subsignando, vel suggestionibus utendo, vel aliud quoddam momentum vel auxilium afferendo. Qui vero talibus assistunt, sive memoriales sive palatini sive alius militiae sint, quocunque modo tale quid scripserint, vel docuerint, vel aliter, ut fiat, operam navaverint, amissione cinguli et substantiae plectentur. Haec igitur sciens quilibet subditorum, quum ex hac nostra legislatione licentiam habeat, utatur hisce de rebus pro lubitu iis conventionibus, quarum nulla est prohibitio.

1. [2.] [b]) Imp. Zeno A. Constantino P. U. [10]) — Inbemus, ne quis cuiuscunque vestis, aut [11]) piscis, vel pectinum forte, aut echini, vel cuiuslibet alterius ad victum vel ad quemcunque usum pertinentis speciei, vel cuiuslibet [12]) materiae pro sua auctoritate, vel sacro iam elicito aut in posterum eliciendo rescripto, aut pragmatica sanctione, vel sacra nostrae pietatis adnotatione monopolium andeat exercere, neve quis illicitis habitis conventionibus coniuret aut paciscatur [13]), ut species diversorum corporum negotiationis non minoris, quam inter se statuerint, venumdentur. Aedificiorum quoque artifices, vel ergoiabi, aliorumque diversorum operum professores, et balneatores penitus arceantur pacta inter se componere, ut ne quis, quod alteri commissum sit, opus impleat, aut iniunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat; data licentia unicuique ab altero inchoatum et derelictum opus per alterum sine aliquo timore dispendii implere, omniaque huiusmodi facinora denuntiandi sine ulla formidine et sine iudiciariis sumtibus. Si quis autem monopolium ausus fuerit exercere, bonis propriis exspoliatus [14]) perveniatate damnetur exsilii. Ceterarum praeterea professionum primates, si in posterum aut super taxandis rerum pretiis, aut super quibuslibet illicitis placitis ausi fuerint convenientes huiusmodi sese pactis constringere, quinquaginta [15]) librarum auri solutione percelli decernimus; officio tuae sedis quadraginta librarum auri condemnatione mulctando, si in prohibitis monopoliis et interdictis corporum pactionibus [16]) commissas forte, si hoc evenerit, saluberrimae nostrae dispositionis condemnationes venalitate interdum aut dissimulatione vel quolibet vitio minus fuerit exsecutum. Dat. XVII. Kal. Ian. post cons. Trocondi. [17]) [483.]

Tit. LX.

[c]) DE NUNDINIS ET MERCATIONIBUS [18]).

1. Impp. Valentinianus et Valens AA. [19]) ad Probum P. P. — Qui exercendorum mercatuum aut nundinarum licentiam vel veterum indulto vel nostra auctoritate meruerunt, ita beneficio rescripti potiantur, ut nullum in mercatibus atque nundinis ex negotiatorum mercibus conveniant, vel in [20]) venalitiis [21]) aut

[a]) *Deesse const. graecam testantur mss. Vat. Bg., S. Perus., Cont.* 62. *Genuinae fragmentum ex cod. Veron. edidit Göschen in praef. ad ed. Inst. Gaii (Berol.* 1820.) *p. LXXI., retulit in Cod. Bk. Equidem et utor apographo Blumii, quo edocemur, parvam tantum const. partem, ac sex quidem fere versus, ab initio legi non potuisse. Cuiac. in Parat. ad h. t. minus recte suspicatus est, in l.* 12. §. 9. *C. de aedif. priv. VIII.* 10. *restitutionis fontem esse quaerendum.* — [b]) *Bas. XIX.* 18. 1. *ed. Heimb.* — [c]) *Dig. L.* 11.

[1]) Hon. A. IX. *Russ. et rell. praetur Bk.* — [2]) *subscr. a. Russ. rest. ex Theod. C.* — [3]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; artificio *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [4]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Cont.* 62.; que *om. edd. rell.* — [5]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; paction. illic. *edd. rell.* — [6]) *Blum.*; πωνους *Göschen. Restituendum haud dubie* μονοπωλιοις. — [7]) ουσιν *Blum.* — [8]) αλων *Blum.*; ταων *Göschen. Sed cfr. Bas. XIX.* 18. 1. (*ed. Heimb.*) *ex Tipucito, cuius loci pars prior haud dubie ex nostra lege fluxit.* — [9]) καταλίψομεν *Blum.* — [10]) *mss. Veron. Vat. Pl.* 1.; P. P. *rell.* — [11]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gl.*; vel *edd.* — [12]) specie vel cuilibet *ms. Veron., contra Bas.* — [13]) coniuraret aut paciscereturr *ms. Veron.* — [14]) spoliatus *et mox* exilio *ms. Veron.* — [15]) quinquag. *et mox* quadrag. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Bas. ex Tipucito*; quadrag. *et mox* quinquag. *edd., sed hoc alterum certe refellit ms. Veron.* — [16]) actionibus *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.* — [17]) *sic rest. ex ms. Veron., in quo ita legitur* d. XVII. k. ian. aa. ɔss. troconde. — [18]) mercatoribus *ed. Nbg.*; mercatibus *Cuiac. in Paratitl.*; et mercat. *om. mss. Cas Pl.* 1. 2. *Bg.* — [19]) Imp. Val. A. *mss. Pist. Bg. Fortasse supplendus Gratianus, quum a.* 368. *demum Probus ad praef. praet. pervenerit.* — [20]) in *om. edd. Nbg. Hal.* — [21]) venalibus *ms. Pl.* 1.

aut locorum temporali quaestu et commodo privata exactione sectentur, vel sub praetextu privati debiti aliquam ibidem concurrentibus molestiam possint inferre [1]).

Tit. LXI.

[a]) DE VECTIGALIBUS ET COMMISSIS.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Victorino. — Si iure manumissus es ante quaestionem commissi motam, statum tuum vectigalis nomine convelli non est aequum.

2. [c]) Idem AA. Iunio [2]). — Neque commissum, quod ante quinquennium factum dicitur, si lite res anticipata non est, vindicari potest, neque pro re, quae in commissi causam cecidit, si ipsa non exstat [3]) nec dolo supprimatur, pretium peti potest.

3. Idem AA. Ingenuo, militi. — Omnibus militibus nostris prospeximus, ne ob omissas professiones poena commissi tenerentur. Proinde deposito hoc metu, si qua portoria debere te apparuerit, exsolve.

4. [d]) Imp. Constantinus A. ad Iunium [4]) Rufum [5]), Consularem Aemiliae [6]). — Penes illum vectigalia manere oportet, qui superior in licitatione exstiterit, ita ut non minus, quam triennii fine locatio concludatur, nec ullo modo interrumpatur tempus exigendis vectigalibus praestitutum. Quo peracto tempore, licitationum iura conductionumque recreari [7]) oportet, ac [8]) simili modo aliis collocari. Dat. [9]) Kal. Iul. Crispo [10]) II. et Constantino II. [11]) Conss. [12]) [321.]

5. [e]) Idem A. Menandro [13]). — Universi provinciales pro his rebus, quas ad usum proprium vel ad fiscum inferunt vel exercendi ruris [14]) gratia revehunt, nullum vectigal [15]) a stationariis exigantur [16]). Ea vero, quae extra praedictas causas vel negotiationis gratia portantur, solitae praestationi [17]) subiugamus; capitali poena proposita stationariis et urbanis militibus et ceteris personis [18]), quorum avaritia id tentari firmatur. Dat. III. Id. Iul. Crispo II. et Constantino II. Conss. [19]) [321.]

6. [f]) Impp. Valentinianus et Valens [20]) AA. ad Florentium [21]), Comitem sacrarum largitionum. — Omnium rerum ac personarum, quae privatam degunt vitam, in publicis functionibus aequa debet esse inspectio. Hoc ideo dicimus, quia nonnulli privatorum elicitas [22]) suffragio proferunt [23]) sanctiones, quibus vectigalia vel cetera huiusmodi, quae inferri fisco moris est, sibi asserant esse concessa. Si quis ergo privatorum eiusmodi [24]) rescriptione nitatur, cassa eadem sit. Vectigalium enim non parva functio est, quae debet ab omnibus, qui negotiationis [25]) seu transferendarum mercium habent curam, aequa ratione dependi, exceptis navicularis, quum sibi rem gerere probabuntur. Dat. X. Kal Mart. Mediolani [26]), Valentiniano et Valente AA. Conss. [27]) [365.]

7. [g]) Idem AA. et Gratianus A. [28]) ad Archelaum, Comitem Orientis. — Ex praestatione vectigalium nullius omnino nomine quidquam minuatur, quin octavas more solito [29]) constitutas omne hominum genus, quod commerciis voluerit interesse, dependat, nulla super hoc militarium personarum [30]) exceptione facienda. PP. Beryto [31]), IV. Kal. Febr. post consul. Valentiniani et Valentis AA. [32]) [369.]

8. [h]) Imppp. Gratianus, Valentinianus [33]) et Theodosius AAA. Palladio, Comiti sacrarum largitionum. — A legatis gentium devotarum ex his tantum speciebus, quas de locis propriis, unde conveniunt, huc deportant, octavarii vectigal accipiant; quas vero ex Romano solo, quae sunt tamen lege concessae, ad propria deferunt, has habeant a praestatione immunes ac liberas. Dat. prid. Non. Iul. Constantinop. Acc. XII. Kal. Aug. Syagrio et Eucherio Conss. [34]) [381.]

9. [i]) Idem AAA. Palladio [35]), Comiti sacrarum largitionum. — Usurpationem totius licentiae summovemus circa vectigal arabarchiae [36]) per Aegyptum atque Augustamnicam [37]) constitutum, nihilque super tradu-

---

[a]) *Dig. XXXIX.* 4. — [b]) *Bas. LVI.* 4. 1. (*Fabr. T. VI. p.* 709.) — [c]) *Bas. LVI.* 4. 2. — [d]) *l.* 1. *Th. C. de vectigal. IV.* 12. — [e]) *conflata ex l.* 2. *et* 3. *Th. C. de vectigal. IV.* 12. — [f]) *hausta fere tota ex l.* 3. *Th. C. de immun. conc. XI.* 12., *ultima pars ex l.* 24. *Th. C. de navicular. XIII.* 5.; *Bas. LVI.* 4. 6. — [g]) *l.* 6. *Th. C. de vectigal. IV.* 12. — [h]) *l.* 8. *Th. C. de vectigal. IV.* 12.; *Bas. LVI.* 4. 8. *Fortasse iungenda l.* 2. *C. de his qui ex publ. ration. X.* 6. — [i]) *l.* 9. *Th. C. de vectigal. IV.* 12.

[1]) d. det. (*fort.* reddita, *vel potius ex num. oriunda sigla*) id. nov. Pio et Pont. $\overline{cc}$ *mss. Pist. Paris. Sed ea subscr., quum ad a.* 238. *pertineat, ad nostram const. certe referri non potest; mihi videtur a l.* 1. *C. IV.* 64. *huc aberrasse. Improbo itaque Bk., qui hic subscriptum habet* Dat. . . Id. Nov. (Pio et Pontiano Conss.) — [2]) *mss. Cas. Vat., ms. Pl.* 1. *ex emend.;* Iuliano *ms. Bg.;* Linno *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* existat *Russ. et rell.* — [4]) *Theod. C., Bk.;* Iulium *Cont.* 62.; *utrumque abest a mss. et rell. edd.* — [5]) Rufinum *Theod. C.* (*et Gothofr. quidem, non Wenck. et Haenel.*), *Cont.* 62. — [6]) *Theod. C., Cont.* 62. *Bk.;* *dignitas abest a mss. et rell. edd.* — [7]) retractari *Russ. in marg.* — [8]) et hanc *Theod. C. ex ed. Gothofr.* (*haud vero Wenck. et Haenel.*), *qui et paullo ante* conductionemque. — [9]) *Theod. C. ex edd. Wenck. et Haenel.; X. add. Theod. C. ed. Gothofr., edd. Cod.* — [10]) Caes. *ins. Russ. et rell. abnuente Theod. C.* — [11]) *Theod. C., Bk.;* II. *abest a Russ. et rell.;* *praeterea* Caess. *add. Bk., recte secundum fastos.* — [12]) *subscr. abest ab Hal. Cont.* 66. 71. 76. *a Russ. ex Theod. C. restituta.* — [13]) Id. A. universis provincialibus *ms. Cas., prima ipsius const. verba ad inscr. trahens. Menandrum P. P. Italiae facit Iac. Gothofr., comitem Africae autem Peyron.* — [14]) iuris *edd. Nbg. Schf.* — [15]) nulla vectigalia *Theod. C.* — [16]) exigatur *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk., Theod. C.;* pensitationi *ms. Bg.;* praestationi vel pensitationi *Russ. et rell.* — [18]) et Tertiis Augustanis *Theod. C.* — [19]) *ms. Pist.* (*a quo tamen absunt* II. II. *et quod refert eam subscr. ad l. anteced.*), *Theod. C.* (*qui om.* II. *post* Const.; *sed v. const. praeced.*), *Bk.* (*qui post.* Const. II. *add.* Caess.); *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [20]) *ordinem impp. invertunt edd. Nbg. Hal. et rell. praeter Sp. Bk.* — [21]) *Theod. C., Bk.;* Florum *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.;* Florentinum *Russ. et rell.* — [22]) illicitas *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [23]) perferunt *ms. Pl.* 1.; conferunt *ed. Schf.* — [24]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.;* huiusmodi *Russ. et rell.* — [25]) negotiationibus *ms. Bg. ante emendat.;* negotiationi *Theod. C.* — [26]) *locum, quem habent Theod. C. Bk., om. rell.* — [27]) *subscr. a Russ. ex Theod. C. restituta abest ab Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [28]) Imppp. Valent. Val. et Grat. (AA.) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. — [29]) solite *om.* more *Theod. C.* — [30]) personarum *abest a Theod. C.* — [31]) *Theod. C.;* *locus abest ab omn.* — [32]) *subscr., quae abest ab Hal. et rell., a Bk. restituta ex Theod. C., qui post* AA. *addit* Coss. *Numerum a.* 366., *quem vulgo adponunt, refutat inscr., quae Gratianum prae se fert. Consulatus Augustorum hic non cogitandus est primus, sed secundus, quod et optime convenit tempori, quo Archelaum Comitem Or. fuisse ex aliis testimoniis constat. Cfr. J. Gothofr. in Prosopogr. p.* 41. — [33]) Valentinianus *in plerisque mss. anteponitur Gratiano.* — [34]) *Theod. C., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [35]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.;* eidem *edd.* — [36]) arabachiae *mss. Pl.* 1. 2.; alabarchiae *Cuiac. Obss. VIII.* 37., *liber Aured. ap. Char.;* archadiae *ms. Bg.* — [37]) Augustacnicam *ms. Pl.* 1.; Agustanicam *ms. Pl.* 2.; Augustamcam *ms. Bg.;* Augustaneam *edd.; sed v. l.* 2 *Th. C. I.* 7., *l.* 1. *Th. C. I.* 14. *et Iac. Gothofr. ad l.* 34. *Th. C XII.* 1.

traductione [1]) animalium, quae sine praebitione [2]) solita minime permittenda est, temeritate [3]) per licentiam vindicari concedimus.

10. Impp. Arcadius et Honorius AA. Anthemio [4]) P. P. — Vectigalia, quaecunque quaelibet civitates sibi ac suis curiis ad angustiarum suarum solatia quaesierunt, sive illa functionibus curialium ordinum profutura sunt, seu quibuscunque aliis earundem civitatum usibus designantur, firma his atque ad habendum perpetua manere praecipimus, neque ullam contrariam [5]) supplicantium super [6]) his molestiam formidari.

11. Idem AA. Lampadio P. P. — Si quis sine persona mancipum, id est salinarum conductorum [7]), sales emerit vendereve tentaverit, sive propria audacia sive nostro munitus oraculo, sales ipsi una cum eorum pretio mancipibus addicantur.

12. Impp. Honorius et Theodosius AA. Gaisoni [8]), Comiti sacrarum largitionum [9]). — Quidquid contra vectigales largitionalium titulorum vel pragmaticis, vel sacris [10]) adnotationibus fuerit elicitum, effectu et viribus carere censemus. Dat. IX. Kal. Octob. Ravenna..... [11]).

13. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Flaviano P. P — Exceptis his vectigalibus, quae ad sacrum patrimonium nostrum quocunque tempore pervenerunt, cetera [12]) rei publicae civitatum atque ordinum, aestimatis dispendiis, quae pro publicis necessitatibus tolerare non desinunt, reserventur, quum duas portiones aerario nostro conferri prisca institutio disposuerat; atque hanc tertiam iubemus adeo in ditione [13]) urbium municipumque consistere, ut proprii compendii curam non in alieno [14]) potius, quam in suo arbitrio noverint constitutam. Designatae igitur consortium portionis eatenus iuri ordinum civitatumque obnoxium maneat, ut etiam locandi, quanti sua interest, licentiam sibi noverint contributam.

Tit. LXII.

VECTIGALIA NOVA [15]) INSTITUI NON POSSE.

1. Impp. Severus et Antoninus AA. Victorino [16]). — Non quidem temere permittenda est novorum vectigalium exactio, sed si adeo tenuis est patria tua, ut extraordinario auxilio iuvari debeat, allege praesidi provinciae, quae in libellum contulisti. Qui re diligenter inspecta, utilitatem communem intuitus, scribet nobis, quae compererit; et an habenda sit ratio vestri, et quatenus, existimabimus [17]).

2. Idem AA. [18]) Callistiano [19]). — Vectigalia nova nec decreto civitatum institui [20]) possunt.

3. Impp. Valerianus [21]) et Gallienus AA. Tusco et altis. — Non solent nova vectigalia inconsultis principibus institui. Ergo et exigi aliquid, quod illicite poscatur, competens iudex vetabit, et id, quod exactum videtur [22]), si contra rationem iuris extortum est, restitui iubebit.

4. [a]) Imp. Constantinus A. ad Felicem P. P. [23]) — Si provincialium nostrorum querela de conductorum aviditate exstiterit, et probatum fuerit, ultra vetustam [24]) consuetudinem et nostrae terminos iussionis aliquid eos profligasse [25]), rei tanti criminis perpetuo exilio puniantur. Sub conspectibus autem tuis vel eorum, qui tuae gravitati succedunt, licitationis cura servetur. PP. VII. Id. Mart. Carthagine..... [26]).

5. [b]) *Locus ex Synopsi, probabiliter legem* 1. *C. VIII.* 15. *exhibens.*

Τῶν χρεωστούντων δημόσια πάντα τὰ ὑπάρχοντα ὑπεύθυνα ἐστίν.]

[5. *Eorum, qui publicas praestationes debent, omnia bona sunt obligata.*]

Tit. LXIII.

DE COMMERCIIS ET MERCATORIBUS [27]).

1. [c]) Impp. Valentinianus et Valens [28]) AA. ad Iulianum, Comitem Orientis [29]). — Negotiatores, si qui ad domum nostram pertinent, potentiorum quoque homines necessitatem debitam pensionum [30]), ut honestas postulat, agnoscere moneantur [31]), ut per cunctos,

---

[a]) *Bas. LVI.* 4. 4. (*Fabr. T. VI. p.* 710.) — [b]) *Leunclav. Adnot. ad Cod. XXIX. hic ex Synopsi p.* 467. *restituere conatus est graecam const., quae potius versio esse videtur leg.* 1. *C. in quib. caus. pign. VIII.* 15. *Illum tamen secuti sunt Pac. Sp.; cancellis eam restitutionem notat Bk. Profecto omne certum signum omissae hic graecae const. deficit.* — [c]) *fons huius const. fortasse est l.* 5. *Th. C. de lustr. collat. XIII.* 1., *cum qua eadem ratione cohaeret l.* 1. *C. de episc. aud. I.* 4.

[1]) transductione *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; transductionem *ms. Pl.* 1. — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., Cuiac. Obss. VIII.* 37.; prohibitione *edd.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; temerarie *Russ. et rell.* — [4]) *mss. Pist. Cas. Vat.*; Antomio *ms. Bg.*; Anphe *ed. Nbg.*; Rufino *Hal. et rell.*; *sane de Rufino P. P. Orient. a.* 396. *ex multis legibus constat.* — [5]) ulla contrariam *ms. Pl.* 1.; *fortasse* ullam contraria. — [6]) pro *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.* — [7]) conditorum *ms. Bg.*; id est — conduct. *absunt ab Hal.* — [8]) *ms. Bg.*; Carsoni, Causoni *mss. rell.*; Gaizoni, Gauloni *al.*; Cusoni *edd.*; *sed v. Iac. Gothofr. in Prosopogr. p.* 56. — [9]) *dignitas abest a mss. Cas. Pl.* 1.; sacrar. larg. *om. ms. Bg.*; *fortasse* Comiti et Magistro officior. — [10]) pragmat. sacris vel *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; pragm. sanctionibus vel *ms. Gt.* — [11]) *hanc lacunosam subscr. restitui ex ms. Pist., quae supplenda videtur* Varane V. C. Cons. (410.); *probabiliter enim consulis nomen ob magnam eius cum urbis nomine similitudinem omissum. Accedit, quod et hoc edict. unum videtur ex iis, quae ab Honorio a.* 410. *ad infirmandam Attali tyrannidem emissae sunt, cuius generis ad eundem Gaisonem est l.* 11. *Th. C. IX.* 38. — [12]) ceterarum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [13]) dictione (diccione) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg., Hal. in textu, ac ferri potest, ut sit i. q. dispositio, indictio.* — [14]) alio *ms. Pl.* 1. — [15]) Nova vect. *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [16]) Victori *ms. pleraque.* — [17]) aestimabimus *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [18]) Impp. Sev. et Ant. *ms. Pist.*; Imp. Gord. *ms. Bg.* — [19]) Alliano, Callistrato *mss. nonn.* — [20]) constitui *ms. Gt.* — [21]) *hic consuetus ordo est in mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Gall. et Valer. *edd.* — [22]) videbit *ms. Pl.* 1. — [23]) P. *ms. Pist., fortasse i. q.* praesidem, *cui favent Bas., in quibus magistratus, ad quem est haec iussio, vocatur ἄρχων.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia mss. Russ. praeter unum*; antiquam *edd.* — [25]) flagitasse *Cont.* 76., *quod convenit cum Bas., quae de exactione immodica hic agi docent.* — [26]) *hanc lacunosam subscr. restitui ex ms. Pist.; fortasse supplendi Conss. Optatus et Paulinus* (334.), *ad quorum consulat. pertinet l.* 6. *Th. C. XIII.* 5., *quae item de functionibus publicis agit, ad Felicem data et Carthagine proposita est.* — [27]) mercationibus *ed. Nbg.* — [28]) Valens et Valent. *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [29]) Secundo P. P. *Theod. C.*; *quum tamen omnia mss. Iulianum tueantur, nil audeo immutare, quod sane in l.* 1. *C. I.* 4. *praepropere ausus fui.* — [30]) pensionem *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf.* — [31]) moveantur *ms. Pl.* 1.

cunctos, qui emolumenta negotiationibus captant, tolerabiles fiant [1]) agnoscendae devotionis effectus [2]). Dat. XV. Kal. Mai. Constantinopoli, divo Ioviano et Varroniano [3]) Conss. [364.]

2. [a]) Idem AA. et Gratianus A. [4]) Tatiano, Comiti sacrarum largitionum. — Non solum aurum barbaris minime praebeatur, sed etiam, si apud eos inventum fuerit, subtili auferatur ingenio. Si [5]) ulterius aurum pro mancipiis vel quibuscunque speciebus ap barbaricum fuerit translatum a mercatoribus, non iam admnis, sed suppliciis subingentur, et si id index repertum non vindicat, tegere, ut conscius, criminosa festinat.

3. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Theodoro P. P. — Nobiliores natalibus, et bonorum luce conspicuos, et patrimonio ditiores perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios et negotiatores [6]) facilius sit emendi vendendique commercium [7]).

4. Idem AA. Anthemio P. P. — Mercatores tam imperio nostro quam Persarum regi [8]) subiectos ultra ea loca, in quibus foederis tempore cum memorata natione nobis convenit, nundinas exercere minime oportet, ne alieni regni, quod non convenit, scrutentur arcana. Nullus igitur posthac imperio nostro subiectus ultra Nisibin, Callinicum et Artaxatam [9]) emendi sive vendendi species causa proficisci audeat, nec praeter memoratas civitates cum Persa merces existimet commutandas [10]); sciente utroque, qui contrahit, et species, quae praeter haec loca fuerint venumdatae vel comparatae, sacro aerario nostro vindicandas, et praeter earum rerum [11]) ac pretii amissionem [12]), quod fuerit numeratum vel commutatum [13]), exilii se poenae sempiternae subdendum; non defutura contra iudices, eorumque apparitiones [14]) per singulos contractus, qui extra memorata loca fuerint agitati, triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad inhibita loca mercandi gratia Romanus vel Persa commeaverint. Exceptis videlicet his, qui legatorum Persarum quolibet tempore ad nostram clementiam mittendorum iter comitati merces duxerint [15]) commutandas, quibus humanitatis et legationis intuitu extra praefinita etiam [16]) loca mercandi copiam non negamus, nisi sub specie legationis diutius in qualibet provincia residentes, nec [17]) legati reditum ad propria comitentur. Hos enim mercatorae insistentes non immerito una cum his, cum quibus contraxerint, quum resederint [18]), poena huius sanctionis persequetur [19]).

5. [c]) Idem AA. Aëtio P. U. [20]) — Cessante omni ambitione, omni licentia, quingentorum sexaginta trium [21]) collegiatorum numerus maneat, nullique his addendi mutandive vel in defuncti locum substituendi pateat copia, ita ut iudicio tuae sedis, sub ipsorum praesentia corporatorum, in eorum locum, quos humani [22]) subtraxerint casus, ex eodem, quo illi fuerant, corpore subrogentur; nulli alii corporatorum praeter praedictum [23]) numerum per patrocinia immunitate concessa [24]).

6. Idem AA. Maximino [25]), Comiti sacrarum largitionum. — Si qui inditas [26]) nominatim vetustis legibus civitates transgredientes ipsi, vel peregrinos negotiatores sine comite [27]) commerciorum suscipientes fuerint deprehensi, nec proscriptionem bonorum, nec poenam perennis exilii ulterius evadent. Ergo omnes pariter, sive privati sive cuinspiam dignitatis sive in militia constituti, sciant, sibi aut ab huiusmodi temeritate penitus abstinendum, aut supradicta supplicia subeunda [28]).

Tit. LXIV.

[d]) DE RERUM PERMUTATIONE ET DE [29]) PRAESCRIPTIS VERBIS ACTIONE [30]).

1. [e]) Imp. Gordianus A. Therasae [31]). — Si, quum patruus tuus venalem possessionem haberet, pater tuus pretii nomine, licet non taxata quantitate, aliam possessionem dedit, idque, quod comparavit, non iniuria iudicis, nec patris tui culpa evictum est, ad exemplum ex emto actionis non immerito id, quod tua interest, si in patris iura successisti, consequi desideras. At enim si, quum venalis possessio non esset, permutatio facta est, idque, quod ab adversario praestitum est, evictum est, quod datum est (si hoc elegeris) cum ratione restitui postulabis. PP. VIII. Id. Novemb..... [32]).

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [33]) Primitivae. — Permutationem re ipsa [34]), utpote

---

[a]) *Bas. LVI.* 1. 2. (*Fabr. T. VI. p.* 701.) — [b]) *Bas. LVI.* 1. 3.; *iung. l.* 8. *Th. C. de falsa mon. IX.* 21. — [c]) *de coniunct. huius const. cum l.* 4. *C. de sacros. eccl.* 1. 2. *cfr. not. e. ad l.* 4. *cit.* — [d]) *Dig. XIX.* 4. 5. — [e]) *constitutt. hui. tit. v. in Bas. XX.* 3. 3—10. *ed. Heimb.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Nbg.*; tolerabile sciant *ms. Bg.*; tolerabilis fiat *edd. Schf. Hal. et rell.* — [2]) affatus *var. l. gl.*; affectus *ms. Gt.* — [3]) Varronio *Theod. C. Si haec subscr., quae abest ab Hal., a Russ. ex Theod. C. est restituta, dubium esse potest, an non potius subscr., quam habet Hal. cum rell. praeter me et Bk. in l.* 1. *C. I.* 4., *hic sit restituenda; eam in l.* 1. *cit. a me ex Theod. C. mutatam esse non probo.* — [4]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2.; Id. AA. *ms. Pl.* 2.; Imp. Grat. A. *ed. Nbg.*; Imppp. Grat. Valentin. et Theodosius AAA. *Hal. et rell., male, quod nec convenit cum tempore, quo Tatianum suo honore functum esse ex pluribus in Theod. C. constitutt. constat. Referenda haec const. videtur ad a.* 374. *Cfr. Iac. Gothofr. in Prosopogr. p.* 88. — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; sed si *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) et negotiat. *absunt a mss. Pl.* 1. *Gt.*; *sed Bas. quoque h. vv. tuentur.* — [7]) *secundum coniecturam Iac. Gothofr. in Chronol. p. CLXIX. h. l. coniungenda est cum l.* 11. *C. I.* 40., *unde et constaret de subscr.* — [8]) rei *ms. Pl.* 1. — [9]) Artaxate *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [10]) communicandas *Russ. in marg.* — [11]) rerum *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf., Hal. in textu*; earum *om. ms. Pl.* 2. — [12]) amissione *ms. Bg.* — [13]) et *add. mss. Pl.* 1. 2. — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; apparitores *edd. Schf. Russ. et rell.* — [15]) dixerint *Russ. in marg.* — [16]) ista *loco* etiam *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [17]) non *ms. Pl.* 2.; ne *ed. Schf.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; seu res dederint *Russ. in marg.*; seu resederint *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) *hanc const. cum l.* 2. *Th. C. VII.* 16. *iungendam censet refertque ad a.* 410. *Iac. Gothofr. in comment. ad leg.* 2. *cit.* — [20]) *mss. Vat. Pl.* 1., *Iac. Gothofr. in Prosopogr. p.* 36.; P. P. *ms. Bg., edd. omn.* — [21]) nongentorum quinquaginta *mavult Leuncl. propter Paratitl. ad coll. const. eccl. I.* 2. (*Voëlli bibl. II. p.* 1251.), *quo et sententia nititur, hanc const. in l.* 4. *C. I.* 2. *geminari.* — [22]) humanis *ms. Pl.* 1. — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; dictum *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [24]) *Cont.* 76., *quum in sententiam de geminatione legis* 4. *C. I.* 2. *abeat, subscr. hui. leg. hic repetit; sed inscriptioni, quae Aetium P. U. exhibet, magis convenit a.* 419. — [25]) *mss. Vat. Pl.* 1.; Maximo *edd.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia vett. mss. Cont., ed. Nbg.*; inclitas *ms. Gt., edd. Schf. Hal. et rell.* — [27]) sive comites *Russ. in marg.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; subeundum *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell. Caeterum ad a.* 424. *vel* 425. *hanc const. refert Iac. Gothofr. in Chronol. p. CXCII., sed refragatur inscr.* — [29]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2.; de *abest a rell.* — [30]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; actione *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [31]) Trasae, Thraseae, Tharasae *mss.* — [32]) *hunc diem, qui abest ab Hal. et rell., restitui ex ms. Pist.*; *fortasse suppleri potest ex not.* 1. *ad l.* 1. *C. IV.* 60. — [33]) et CC. *add. ms. Pl.* 1. — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; re ipsa *post* utpote *collocant Hal. et rell.*; *in mss. suis h. vv. deesse, notat Cont., et sane omissio concordat cum Bas.*

utpote bona fide [1]) constitutam, sicut commemoras, vicem emtionis obtinere, non est iuris incogniti. Dat. Non. Decemb. Nicomed. .... Conss. [2]) [287 — 305.]

3. Iidem AA. et CC. Leontio. — Ex placito permutationis, nulla re secuta, constat nemini actionem competere, nisi stipulatio subiecta ex verborum obligatione quaesierit partibus actionem.

4. Iidem AA. et CC. [3]) Leontio [4]). — Quum precibus tuis expresseris, placitum inter te et alium permutationis intercessisse, eumque fundum a te datum vendidisse, contra emtorem quidem te nullam habere actionem perspicis, quum ab eo susceperit dominium, cui te tradidisse titulo permutationis non negas. Sed si secundum fidem placiti stipulatio subiecta est, successores eiusdem, cum quo contractum habuisti, convenire non prohiberis. Si vero nulla stipulatio intercessit, praescriptis verbis actio est [5]), ut vel fides placiti tibi servetur, vel quod alterius accipiendi fundi gratia dedisti, causa non secuta restituatur.

5. Iidem AA. et CC. Theodolanae. — Quoniam asseris [6]), patrem tuum ei, contra quem preces fundis, hac conditione dedisse fundum, ut invicem domum certam acciperet, aditus praeses provinciae placitis eum parere vel, si causam, propter quam fundus datus est, sequi non perspexerit [7]), condictionis [8]) ratione datum [9]) restituere, sicut postulas, iubebit.

6. Iidem AA. et CC. Protogeni. — Rebus certa lege traditis, si huic non pareatur, praescriptis verbis incertam civilem dandam actionem, iuris auctoritas demonstrat.

7. Iidem AA. et CC. Timotheo. — Emtionem rebus fieri non posse, pridem placuit. Igitur quum frumenti certam modiationem Callimacho et Acamato te dedisse, ut tibi repraesentent olei designatum pondus, asseveres, si placitis citra stipulationis solemnitatem non exhibeant fidem, quantum dedisti, causa non secuta condicere pro desiderio tuo potes. S. XIII. Kal. Novemb. Caess. Conss. [10]) [294 — 305.]

8. Iidem AA. et CC. Paulinae. — Ea lege rebus donatis Candido, ut, quod placuerat, menstruum seu annuum tibi praestaret, quum huiusmodi conventio non nudi pacti nomine censeatur, sed rebus propriis dictae legis substantia muniatur, ad implendum [11]) placitum, sicut postulas, praescriptis verbis tibi [12]) competit actio. S. Non. Decemb. Nic. Caess. Conss. [13]) [294 — 305.]

Tit. LXV.

[a]) DE LOCATO ET CONDUCTO.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Agrippino [14]). — Dominus horreorum periculum vis maioris vel effracturam [15]) latronum conductori [16]) praestare non cogitur. His cessantibus, si quid extrinsecus ex depositis rebus, illaesis horreis [17]), perierit, damnum depositarum rerum sarciri [18]) debet. PP. prid. Non. Ian. [19]) Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

2. Idem A. Epicteto [20]). — Adversus eos, a quibus exstruenda aedificia conduxisti, ex conducto actione [21]) consistens [22]), eo iudicio, quod est bonae fidei, debitum cum usuris solitis consequeris. PP. Kal. Iul. Romae, Antonino A. IV. et Balbino Conss. [23]) [213.]

3. [c]) Idem A. Callimorpho. — Diaetae [24]), quam te conductam habere dicis, si pensionem domino insulae solvis [25]), invitum [26]) te expelli non oportet, nisi propriis usibus dominus eam necessariam esse probaverit, aut corrigere domum maluerit, aut tu male in re locata versatus [27]) es. PP. VIII. Id. Ian. [28]) Messala et Sabino Conss. [29]) [214.]

4. Imp. Alexander A. Sabino. — Ex divi Antonini Pii [30]) literis certa forma est, ut domini horreorum effractorum eiusmodi querelas deferentibus custodes exhibere necesse habeant, nec ultra pericula subiecti sint [31]). Quod vos quoque adito praeside provinciae impetrabitis. Qui si maiorem animadversionem exigere rem deprehenderit, ad Domitium Ulpianum, praefectum praetorio et parentem meum, reos remittere curabit. Sed qui [32]) domini horreorum nominatim etiam [33]) custodiam repromiserunt, idem exhibere debent. PP. Kal. Decemb. Alexandro A. Cons. [34]) [222.]

5.

---

[a]) *Dig. XIX. 2.* — [b]) *Collatio X. 9. 1. Constitutt. hui. tit., excepta l. 30., sunt in Bas. XX. 1. 63 — 96. ed. Heimb.* — [c]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c. 96.*

[1]) *mss. Pl. 1. 2., vett. Contii, ed. Schf.*; bonae fidei *ms. Bg., edd. rell.*; *sed* καλῇ πίστει *Bas.* — [2]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. om. rell.* — [3]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.*; eidem *ins. edd.* — [4]) Leuticio *ms. Bg.* — [5]) actione *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; asseveras *edd.* — [7]) prospexerit *mss. Pl. 1. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [8]) *mss. Pl. 1. Bg., Hal. Bk.*; conditionis *ms. Pl. 2., edd. rell.* — [9]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.*; a te *ins. edd. rell.* — [10]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [11]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Cont. 62.*; tibi *ins. edd. rell.* — [12]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; tibi *om. edd.* — [13]) *ms. Veron.*; *eandem subscr., sed om. S., habent mss. Pist. Paris., Bk.* — [14]) Iulio Agripp. *Collat., S. Perus.* — [15]) effracturae *Collat., contra ms. Veron. et Schol. Bas.* — [16]) conductori *om. Collat.* — [17]) si quid ex dep. reb. inlaesis extr. horr. *Collat.*; *sed verborum seriem in textu tuentur ms. Veron. ed. Schol. Bas.* — [18]) *ms. Veron., Collat.*; resarciri *mss. Pl. 1. Gt.*; ei sarcire *Cont. 62.*; ei resarcire *mss. Pl. 2. Bg., edd. rell.*; *sed* ἀναπληρωθῆναι *Schol. Bas.* — [19]) *ms. Veron., ex quo hanc subscr. restitui*; PP. IV. Non. Nov. *Collat. In mss. Pist. Paris., quae sequitur Bk., huc relata est subscr. legis seq.* — [20]) *ms. Veron. et codd. nonn.*; Epiteto, Epitecto *alii codd.*; Epicleto *edd.* — [21]) actionem *ms. Veron.* — [22]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; contendens *Buss. et rell.*; *sed* ἐνιστάμενος *Schol. Bas.* — [23]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; *cfr. not. 19.* — [24]) Callimorpho. Diaete *ms. Veron., unde verum lect. restituere non dubitavi*; Callimorphoniae. — Aede *rell.*; *nomen et verba, a quibus orditur ipsum rescr., inter se conturbata sunt. In Coll Ans. ded. est* Callimorphodia etae. — [25]) *ms. Veron., Coll. Ans. ded.*; domino in solidum solvisti, *rell. mss. et edd., excepto ms. Pl. 1., in quo est* solido. — [26]) *mss. Pl. 1. 2. Gt., edd. Nbg. Schf., Coll. Ans. ded.*; invitam *rell., etiam ms. Veron., sed v. not. seq.* — [27]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Gt., edd. Nbg. Schf., Coll. Ans. ded.*; versata *rell.* — [28]) Iun. *Coll. Ans. ded.* — [29]) *ms. Veron., Coll. Ans. ded.*; *subscr. om. rell. Sed mss. Pist. Paris., Bk. citio satis crebro huc referunt subscr. leg. seq.* — [30]) Pii Antonini *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. Ms. Veron. sic orditur*: Et divi Pii et Antonini. — [31]) *ms. Veron.*; sunt *rell.* — [32]) *ms. Veron.*; quia *rell.* — [33]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnes codd. Buss.*; ipsi *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *idem post* custod. *ins. ed. Schf.* — [34]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; *cfr. not. 29.*

5. Idem A. Petronio [1]). — Certi iuris est, ea, quae voluntate dominorum coloni in fundum conductum induxerint, pignoris iure dominis praediorum teneri. Quando autem domus locatur, non est necessaria in rebus inductis vel illatis scientia domini; nam ea quoque pignoris iure tenentur. PP. Kal. Mart. Maximo II. et Aeliano Conss. [2]) [223.]

6. Idem A. Victorino. — Nemo prohibetur rem, quam conduxit fruendam, alii locare, si nihil aliud convenit. PP. V. Kal. Mart. Iuliano et Crispino Conss. [3]) [224.]

7. Idem A. Terentiano. — Si, quum Hermes vectigal octavarum [4]) in quinquennium conduceret, fidem tuam obligasti, posteaque, spatio eius temporis expleto, quum idem Hermes in conductione ut idoneus detineretur, non consensisti, sed cautionem tibi reddi postulasti, non oportere te de posterioris temporis periculo adstringi, competens index non ignorabit. PP. V. Id. Ian. Albino et Maximo Conss. [5]) [227.]

8. Idem A. Hygino [6]). — Licet certis annuis quantitatibus fundum conduxeris, si tamen expressum non est in locatione aut [7]) mos regionis postulat [8]), ut, si qua lue [9]) tempestatis vel alio coeli vitio damna accidissent, ad onus tuum pertinerent, et quae evenerunt [10]) sterilitates, ubertate aliorum annorum repensatae non probabuntur, rationem tui iuxta bonam fidem haberi recte postulabis, eamque formam, qui ex appellatione cognoscet, sequetur. PP. Kal. Aug. Pompeiano [11]) et Peligno Conss. [12]) [231.]

9. Idem A. Fusco. — Emtori [13]) quidem fundi necesse non est, stare colonum [14]), cui prior dominus locavit, nisi ea lege emit. Verum si probetur aliquo pacto consensisse, ut in eadem conductione maneat, quamvis sine scripto, bonae fidei indicio ei, quod placuit, parere cogitur [15]). PP. VIII. Id. Septemb. Maximo II. [16]) et Urbano Conss. [234.]

10. Imp. Gordianus A. Pomponio. — Viam veritatis ignoras, in conductionibus non succedere heredes conductoris existimans, quum, sive perpetua conductio est, etiam ad heredes transmittatur, sive temporalis, intra tempora locationis heredi quoque onus contractus incumbat. Dat. VIII. Kal. Mart. [17]) Gordiano et Aviola Conss. [18]) [239.]

11. Imp. Philippus A. Theodoro. — Invitos conductores seu heredes eorum post tempora locationis impleta non esse retinendos, saepe rescriptum est. PP. VI. Id. Aug. Peregrino et Aemiliano Conss. [19]) [244.]

12. Idem A. et Philippus C. [20]) Nicae. — Damnum, quod per aggressuram latronum in possessionibus locatis rei tuae illatum esse proponis, a domina earundem possessionum, quam nullius criminis ream facere te dicis, resarciri [21]), nulla ratione desideras. PP. IV. Kal. Nov. Philippo A. et Titiano Conss. [22]) [245.]

13. Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Heraclidae. — Si divisa conductio fuit et in [23]) singulis pro partibus facta, alieno nomine conveniri vos non oportet. Sin autem omnes, qui conducebant, in solidum locatori sunt obligati, ius ei competens conveniendi, quem velit, non debet auferri. Habetis sane vos facultatem locatori offerendi debitum, et ut transferantur in vos ea, quae ob hanc conductionem [24]) ab his, quorum nomine inquietamini, obligata sunt, postulandi. PP. VIII. Id. Mart. Aemiliano et Basso Conss. [25]) [259.]

14. Iidem AA. et C. Iulio [26]). — Si hi, qui a vobis redemerant frumentum et hordeum annonae inferendum, accepta pecunia fidem fefellerunt, ex locato agere cum eis potestis. PP. VIII. Kal. Ian. Aemiliano et Basso Conss. [27]) [259.]

15. [a]) Iidem AA. et C. [28]) Euphrosynae. — Si de [29]) fundo a locatore expulsa es, agere [30]) ex conducto potes, poenamque [31]), quam praestari rupta conventionis fide placuit, exigere ac retinere potes. PP. [32]) Id. Aug. Aemiliano et Basso Conss. [259.]

16. Iidem AA. et C. [33]) Timotheo. — Legem quidem conductionis servari oportet, nec pensionum nomine amplius, quam convenit, reposci. Sin autem tempus, in quo locatus fundus fuerat, sit exactum, et in eadem locatione conductor permanserit, tacito consensu eandem locationem una cum vinculo pignoris renovare videtur. PP. IV. Kal. Aug. Saeculare II. et Donato Conss. [34]) [260.]

17. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Hostilio [35]). — Praeses provinciae ea, quae ex locatione debentur, exsolvi sine mora curabit, nos igna-

---

[a]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 99.

[1]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 1.; Patronio *mss. Pist. Bg.*; Petromae *edd.* — [2]) *ms. Veron.*; *eadem fere est subscr. in mss. Pist. Paris. et ed. Bk.* — [3]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; *mss. Pist. Paris. Bk. huc referunt subscr. legis* 8. — [4]) octavarium *Hal. Russ. Cont.* 62.; *sed* octabarum *ms. Veron., in quo saepissime commutantur* b. *et* v. — [5]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [6]) *mss. pleraque, etiam Veron.*; Higinio *edd.* — [7]) *ms. Veron.*; ut *rell.*; *sed* ἢ τὸ ἔθος *Bas.* — [8]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; postulabat *edd. rell.* — [9]) labe *ms. Bg., ed. Schf., var. l. gl.*; albae *ms. Veron.* — [10]) venerunt *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [11]) Pomponio *ms. Veron.* — [12]) *ms. Veron.*; *Bk. hanc subscr. rest. ex ms. Paris., cum quo convenit ms. Pist.* — [13]) *mss. Veron. Pl.* 2., *mss. Pl.* 1. *Bg. prima manu, vett. codd. Cont., var. l. gl.*; Emtorem *rell.*; *v. not. seq.* — [14]) *mss. Veron. Pl.* 2., *ms. Pl.* 1. *prima manu, vett. codd. Cont.*; colono *rell. Sed Schol. Bas.* τῷ μὲν ἀγοραστῇ — οὐκ ἔστιν ἀνάγκη ἐᾶν τὸν κολωνόν. — [15]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; cogetur *rell., etiam ms. Veron.*; *sed* ἀναγκάζεται *Schol. Bas.* — [16]) *III. ms. Veron. Subscr. a Bk. rest. ex ms. Paris., tuentur eam mss. Veron. Pist.* — [17]) *fortasse* PP. V. Kal. Ian. *in ms. Veron., sed certior scriptura in mss. Pist. Paris. sequenda erat.* — [18]) *mss. Veron. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. om. rell.* — [19]) *ms. Veron.*; Dat. Id. Aug., *reliqua ut nos, Bk. cum mss. Paris. Pist.* — [20]) *mss. Veron. Vat. Pl.* 1.; et Phil. C. *om. rell.* — [21]) tibi *ins. edd. Nbg. Hal. et postea rell., contra mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et ed. Schf.* — [22]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; *mss. Pist. Paris. huc referunt subscr. legis seq., ex qua male effinxit Bk. hanc subscr., quam nostrae agglutinavit:* VIII. Id. Mart. Aemiliano II. et Aquilino Conss. [249.] — [23]) in *om. ms. Veron.*; *sed* ἐπὶ ἑκάστῳ *Schol. Bas.* — [24]) condictionem *ms. Veron.*; *sed* μίσθωσιν *Schol. Bas.* — [25]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; *cfr. not.* 22. — [26]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; Iuliano et aliis *Hal. et rell.* — [27]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [28]) CC *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg., Russ. et postea rell. praeter Bk.* — [29]) de *om. ms. Veron.* — [30]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Coll. Ans. ded.*; cum eo agere *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [31]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg. Gt., Coll. Ans. ded.*; poenamque a locatore *ms. Pl.* 2., *edd. omnes praeter Hal. Russ. Cont.* 62., *qui habent* poenam quoque a locat. — [32]) *ms. Veron.*; Dat. *Bk. cum mss. Paris. Pist., quae in rel. subscr. cum ms. Veron. conveniunt.* — [33]) CC. *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg., Russ. et rell. praeter Bk.* — [34]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [35]) *mss. Veron. Cas. Pl.* 1. *Bg.*; Hostili *ms. Pist.*; Hostiliae *ms. Vat.*; Hosalio *edd. Caeterum vv.* Praes. prov. *ad inscript. trahit ms. Veron.*

ignarus, ex locato et conducto actionem, quum sit bonae fidei, post moram usuras legitimas [1]) admittere. PP. XV. Kal. Apr. Diocletiano IV. et Maximiano III. AA. Conss. [2]) [290.]

18. Iidem AA. Annio. — Excepto tempore, quo edaci locustarum pernicie sterilitatis vitium intercessit [3]), sequentis temporis fructus, quos tibi iuxta praeteritam consuetudinem deberi constiterit, reddi tibi praeses provinciae iubebit. PP. XI. Kal. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [4]) [290.]

19. Iidem AA. et CC. [5]) Valerio [6]). — Circa locationes atque conductiones maxime fides contractus servanda est, si nihil specialiter exprimatur contra consuetudinem regionis. Quodsi alii remiserunt [7]) contra legem contractus atque regionis consuetudinem pensiones, hoc aliis praeiudicium non possit afferre [8]). S. V. Kal. Mai. Heracleae, AA. Conss. [293 — 304.]

20. Iidem AA. et CC. [9]) Carpophoro. — Qui rem propriam conduxit, existimans alienam [10]), dominium non transfert, sed inefficacem conductionis contractum facit. S. IV. Kal. Mart. Heracleae, AA. Conss. [11]) [293 — 304.]

21. Iidem AA. et CC. Antoniae. — Si olei certa ponderatione fructus anni locasti, de contractu bona fide [12]) habito propter hoc solum, quod alter maiorem obtulit ponderationem, recedi non oportet.

22. Iidem AA. et CC. Papiniano. — Si hi, contra quos supplicas, facta locatione certi temporis, suas tibi locaverint operas, quatenus bona fides patitur, causa cognita competens iudex conventionem servari iubebit. Dat. VIII. Kal. Ian. AA. Conss. [13]) [293 — 304.]

23. Iidem AA. et CC. Prisco. — Ad probationem rei propriae sive defensionem non sufficit locatio ei facta, qui post de dominio coeperit contendere, quum inscientia domini [14]) proprii et errantis nullum habeat consensum, sed ex eventu, si victus fuerit, contractus [15]) locationis non constitisse magis declaratur. Nemo enim sibi iure possessionem mutare potest.

24. Iidem AA. et CC. Antonino [16]). — Contractus locationis conductionisque non intervenientibus etiam instrumentis ratus habeatur; secundum quod heredes conductoris, etsi non intervenerint instrumenta, non uxorem convenire debes. Sane de posteriore tempore, quo conductricem ipsam proponis fuisse, adesse fidem precibus tuis probans, pensiones integras ab ea pete [17]). PP. VIII. Kal. Ian.... Conss. [18]) [293 — 305.]

25. Iidem AA. et CC. Epagatho. — Si quis conductionis titulo agrum [19]) vel aliam quamcunque rem accepit, possessionem prius restituere debet, et tunc de proprietate litigare. . . III. Kal. Ian. Sirmii.. Conss. [20]) [293 — 305.]

26. Iidem AA. et CC. Oploni [21]) et Hermogeni [22]). — Si conductionis implestis fidem, eiusdem rei gratia factum instrumentum evanuit. Quodsi quid vestrum in fundo fuit vel vi direptum est, hoc restitui vobis praeses provinciae iubebit. Dat. III. Kal. Mai.... Conss. [23]) [293 — 305.]

27. Iidem AA. et CC. Maximiano [24]). — Si tibi, quae pro colonis conducti praedii prorogasti [25]), dominus fundi stipulanti dare spopondit, competens index reddi tibi iubebit. Nam si conventio placiti fine stetit, ex nudo pacto perspicis actionem iure nostro nasci non posse [26]).

28. Iidem AA. et CC. Neoni [27]). — In iudicio tam locati quam conducti dolum et custodiam, non etiam casum, cui resisti non potest, venire constat. Dat. XV. Kal. Octob.... Conss. [28]) [293 — 305.]

29. Iidem AA. et CC. Iuliano. — Quum conductorem aedificia, quae suscepit integra, destruxisse proponas [29]), haec etiam heredes eius praeses provinciae instaurare, aedificiorum inter vos habita ratione, iubebit.

30. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. [30]) — Curialis neque procurator, neque conductor alienarum rerum, nec fideiussor aut mandator conductoris existat. Alioquin nullam obligationem neque locatori neque conductori ex huiusmodi contractu competere sancimus. Dat. VII. [31]) Id. April. Constantinop. Theodosio A. XVII. et Festo [32]) Conss. [33]) [439.]

31. [b]) Imp. Leo A. Aspari, Magistro militum. — Milites nostros alienarum rerum conductores, seu procuratores, aut fideiussores, vel mandatores conductorum fieri prohibemus, ne, omisso armorum usu, ad opus rurestre se conferant, et vicinis graves praesumtione cinguli militaris existant. Armis autem, non privatis negotiis occupentur, ut numeris et signis suis iugitet inhaerentes, rempublicam, a qua alunturur, ab omni bellorum necessitate defendant [34]).

32. Imp. Zeno A. Adamantio [35]) P. U. [36]) — Ne cui liceat, qui aliquam domum alienam vel locum aut ergasterium nomine conductionis accepit, alteri, qui post eum domini voluntate ad eandem conductionem accessit, litem inferre, quasi rem illicitam aut agenti damnosam tentaverit, sed patere facultatem dominis domos suas vel ergasteria vel loca, cui voluerint, locandi, ipsis nihilominus, qui conduxerint, ab omni super hoc molestia liberis conservandis; nisi forte pacta pei

---

[a]) *hausta ex Nov. Theod. X., ex qua et manavit l. 5. C. de legib. l. 14.* — [b]) *iungenda l. 15. C. de re milit. XII. 36.*

[1]) legit. *ignorant Bas., sed agnoscit ms. Veron.* — [2]) *subscr. rest. ex ms. Veron.* — [3]) incessit *ms. Veron.* — [4]) *mss. Veron. Pist. Paris., Bk.; subscr. om. rell.* — [5]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.*; et CC. *om. rell.* — [6]) Valent. *ms. Veron.*; Valentino *alii codd.* — [7]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Gt.*; remiserint *rell.* — [8]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., et videtur accedere ms. Veron.*; afferre non potest *Hal. et rell. Subscr. seq. rest. ex ms. Veron.* — [9]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.*; et CC. *om. rell.* — [10]) alienum *ms. Veron.* — [11]) *subscr. rest. ex ms. Veron.*; Dat. VIII. Id. Oct. Sir. *Bk. ex ms. Paris., quocum facit ms. Pist. Sed hanc subscr. ex lege seq. huc relatam censeo, quod vitium in utroque cod. frequentissimum est.* — [12]) bonae fidei *mss. Pl. 1. 2. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [13]) *mss. Pist. Paris., Bk.; subscr. om. rell.* — [14]) dominii *edd. Nbg. Hal.; a ms. Bg. abest seq.* proprii. — [15]) contractum *ms. Gt.* — [16]) Antonio *mss. pleraque.* — [17]) petes *ms. Bg.*; petere potes *mss. Pl. 2. Gt.* — [18]) pp. VIII. k. ian. cc. *mss. Pist. Paris., unde Bk. restituit subscr., quae abest a rell.* — [19]) domum *mss. Pl. 1. 2.* — [20]) III. k. ian. cc. Sir. *mss. Pist. Paris., unde Bk. restituit subscr.; abest ea ab Hal. et rell.* — [21]) Ophoni, Opoloni, Opilioni *mss.* — [22]) Hermosi *mss. pleraque*; Hermio *mss. nonn.* — [23]) D. III. k. mai. cc. *ms. Pist.*; *subscr. om. rell.* — [24]) *mss. Cas. Pl. 1.*; Max. *mss. Vat. Bg.*; Neroni (Neoni) *edd.* — [25]) praerogasti *ed. Schf., var. l. gl.*; erogasti *Cont. in marg.* — [26]) potuisse *mss. Pl. 1. 2. Bg.* — [27]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.*; eidem Neoni *ed. Nbg.*; eidem Neroni *Hal. et rell.* — [28]) D. XV. k. oct. et cc. *ms. Pist.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [29]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., Gt.*; proponis *edd.* — [30]) Orientis et Excensule *add. Nov. Theod.* — [31]) *XVII. Nov. Theod., Cont. 62.*; *v. not. 4. ad l. 5. C. I. 14.* — [32]) *Cont. 62., l. 5. C. I. 14.*; et Festo *om. Nov. Theod., Bk.* — [33]) *Nov. Theod., Cont. 62. Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [34]) *hauriendа subscr. ex l. 15. C. XII. 36.* — [35]) ad amantium *mss. Cas. Vat. Bg.* — [36]) *mss. Pist. Pl. 1.*; P. P. *ms. Bg., edd. Cfr. VIII. 10. 12., XI. 42. 8.*

per scripturam specialiter inita cum dominis vel cum his, qui postea conduxerunt [1]), legibus videlicet cognita, agentis intentionibus suffragentur. Quodsi quis huiusmodi controversiam, sacris iussionibus interdictam, crediderit commovendam, si privatus est, acriter caesus exilii subeat poenam, si militat, decem librarum auri dispendio feriatur.

33. [34.] [a]) Idem A. Sebastiano P. P. — Conductores alienarum rerum, seu alienam cuiuslibet ret possessionem precario [2]) detinentes [3]), seu herodes eorum, si non eam dominis recuperare volentibus restituerint, sed litem usque ad definitivam sententiam exspectaverint, non solum rem locatam, sed etiam aestimationem eius victrici parti ad similitudinem invasoris alienae possessionis praebere compellantur. Dat. V. Kal. April. Constantinop. Theodorico et Venantio Conss. [4]) [484.]

34. [33.] [b]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

Ἑκατέρῳ ἡ διάταξις ἐπιτρέπει, καὶ τῷ μισθώσαντι καὶ τῷ μισθωσαμένῳ, ἐξεῖναι ἐντὸς ἐνιαυτοῦ λύειν τὴν μίσθωσιν καὶ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις, καὶ μὴ διδόναι πρόσιμον ὡς ἐκ παραβάσίας, εἰ μὴ ἄρα [5]) ἐν ἀρχῇ τοῦ συναλλάγματος ἀπειάξαντο τῷ τοιούτῳ συμφώνῳ [6]), ἢ ἀγράφως ἀπεῖπον.

34. *Utrique constitutio permittit, tam locatori quam conductori, ut liceat intra annum conductionem solvere tam in Italia quam in omnibus provinciis, nec poenam velut ex transgressione praestare, nisi initio contractus specialiter eiusmodi pacto valedixerint, aut citra scripturam renuntiarint.*

35. Imp. Iustinianus A. ad Senatum. — Licet retro principes multa de militibus, qui alienas possessiones vel domos conductionis titulo procurandas suscipiunt, sanxisse manifestum est, tamen quia res sic est contemta, ut neque interminationis sacratissimae constitutionis milites memores ad huiusmodi sordida audeant venire ministeria, et, relictis studiis publicis signisque victricibus, ad conductiones alienarum rerum prosilire, et armorum atrocitatem non in hostes ostendere, sed contra vicinos, et forsitan [7]) adversus ipsos miseros colonos, quos procurandos susceperint, convertere, necessarium duximus ad hanc sacratissimam venire constitutionem, altius et plenius huiusmodi causam corrigentes. Iubemus itaque omnes omnino, qui sub armis militant, sive maiores sive minores (milites autem appellamus eos, qui tam [8]) sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiam, quam qui in undecim devotissimis scholis taxati sunt, nec non eos, qui sub diversis optionibus [9]) foederatorum nomine sunt decorati), saltem in posterum ab omni conductione alienarum rerum temperare, scituros, quod ex ipso contractu ab initio, sine aliquo facto vel aliqua sententia, cadant militia, et non sit regressus [10]) eis ad pristinum gradum, neque [11]) beneficio imperiali neque consensu vel permissu iudicis, sub quo tolerandam sortiti sunt militiam, ne, dum alienas res conductionis titulo esse gubernandas existimant, suas militias suamque opinionem amittant, ex militibus pagani, ex decoratis infames constituti; et quod post huiusmodi conductionem, quam penitus interdiximus [12]), a publico susceperint, et hoc sine aliqua mora vel procrastinatione reddere compellantur. Scituris et ipsis, qui suas facultates post hanc legem eis ad conductionem permiserint nostra lege eorum conamine violata, quod nulla eis exactio contra eos [13]) concedatur, ut, qui alieni appetens constitutus militem procuratorem elegerit, et [14]) suis cadat reditibus. Pateat autem omnibus huiusmodi copia apud competentes iudices accusationis, ut, qui in hac causa delator exsistat, laudandus magis quam vituperandus intelligatur; poena, quam contra milites nostrorum praeceptorum contemtores, et ipsos, qui eis conductiones rerum ad se pertinentium permiserint, statuimus, in futuris causis [15]) obtinente.

Tit. LXVI.

DE IURE EMPHYTEUTICO [16]).

1. [c]) Imp. Zeno A. Sebastiano P. P. Ius emphyteuticarium neque conductionis neque alienationis esse titulis adiiciendum [17]), sed hoc ius tertium sit constitutum [18]), ab utriusque memoratorum contractuum societate seu similitudine separatum, conceptionem [19]) definitioneque habere propriam, et iustum esse validumque contractum, in quo cuncta, quae inter utrasque contrahentium partes super omnibus, vel etiam fortuitis casibus, pactionibus scriptura interveniente habitis placuerint, firma illibataque perpetua stabilitate modis omnibus debeant custodiri; ita ut, si interdum ea, quae fortuitis casibus [20]) eveniunt, pactorum non fuerint conventione concepta, si quidem tanta emerserit clades, quae prorsus etiam ipsius rei, quae per emphyteusin data est, facit [21]) interitum, hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum permansit [22]), sed rei domino, qui, quod fatalitate ingrnebat, etiam nullo intercedente contractu habiturus fuerat, imputetur. Sin vero particulare vel aliud leve contigerit damnum, ex quo non ipsa rei penitus laedatur substantia, hoc emphyteuticarius suis partibus non dubitet adscribendum.

2

---

[a]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 111. *Gemina const. est l.* 10. *C. unde vi. VIII.* 4. *Alii praeponunt huic const. leg. graec. seq., de qua re cfr. not. b. seq.* — [b]) *Graecam const. hic deesse notant mss. Vat. Bg., S. Perus., Cont.* 62.; *post l.* 32. *Ne cui eam notam ponunt idem Cont.* 62. *et Cont.* 71. 76. *Epitomen edidit ex Bas. XX.* 1. 95. *Cuiac. Obss. XII.* 38., *eamque, quod et Bas. iubent et sequuntur Cont.* 76. *Bk., voluit esse legem penultimam hui. tit.; sed tamquam antepenult. leg. inseruerunt Char. Pac. Sp.* — [c]) *Bas. XX.* 2 1. (*Fabr. T. II. p.* 491.)

[1]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; conduxerint *rell.* — [2]) precariis *ms. Bg.* — [3]) retinentes *ms. Gt.*; possidentes *ms. Pl.* 2. — [4]) *hanc subscr. ex l.* 10. *C. VIII.* 4. *repetunt Russ. Cont.* 62. *Bk., abest a rell.* — [5]) ἄρα *abest a Synopsi* (*ed. Leuncl. p.* 220.), *quae vero post* ἀπειάξ. *ins. ἰδικῶς.* — [6]) *rectius fortasse* συμφώνως. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; etiam *edd.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; tam qui *ed. Schf.*; tam eos qui *Cont.* 66. *et rell.* — [9]) opinionibus *var. l. gl.* — [10]) egressus *Russ. Cont.* 62. *etiam contra Bas.* — [11]) a *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., idemque repetunt ante cons. mss. Pl.* 2. *Bg.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; interdicimus *Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 76. *Bk.*; eas *Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; a *ins. edd.* — [15]) casibus *mss. Bg. Gt.* — [16]) De emphyt. iure *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [17]) addicendum *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; esse constituimus *Hal. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; item *ins. Hal. et rell.* — [20]) sicut *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; *sed in edd. Nbg. Schf. praeced.* si *omissum.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt. edd. Nbg. Schf.*; faciat *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [22]) mansit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*

2. [a]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — In emphyteuticariis contractibus sancimus, si quidem aliae [1]) pactiones in emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptae, easdem et in omnibus aliis capitulis observari, et de reiectione eius, qui emphyteusin suscepit, si solitam pensionem vel publicarum functionum apochas non praestiterit. Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triennium neque pecunias solverit, neque apochas domino tributorum reddiderit, volenti ei licere eum a praediis emphyteuticariis repellere; nulla ei in posterum [2]) allegatione nomine meliorationis vel eorum, quae emponemata [3]) dicuntur, vel poena [4]) opponenda, sed omnimodo eo, si dominus voluerit, repellendo, neque praetendente, quod non est super hac causa inquietatus, quum neminem oportet [5]) conventionem vel admonitionem exspectare, sed ultro sese offerre, et debitum spontanea voluntate persolvere, secundum quod et anteriore lege nostri numinis generaliter cautum est. Ne autem ex hac causa dominis facultas oriatur emphyteutas suos repellere, et reditum minime velle suscipere, ut ex huiusmodi machinatione, triennio elapso, suo iure is, qui emphyteusin suscepit, cadat, licentiam ei concedimus, attestatione praemissa, pecunias offerre, hisque obsignatis et secundum legem depositis, minime deiectionis timere periculum. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [6]) [529.]

3. [b]) Idem A. Iuliano P. P. — Quum dubitabatur, utrum emphyteuta debeat cum domini voluntate suas meliorationes, quae Graeco vocabulo ἐμπονήματα dicuntur, alienare, vel ius emphyteuticum in alium transferre, an eius exspectare consensum [7]), sancimus, si quidem emphyteuticum instrumentum super hoc casu aliquas pactiones habeat, eas observari. Sin autem nullo modo huiusmodi pactio interposita [8]) est, vel forte instrumentum emphyteuseos deperditum [9]) est, minime licere emphyteutae sine consensu domini meliorationes suas aliis vendere, vel ius emphyteuticum transferre. Sed ne hac occasione accepta domini minime concedant, emphyteutas suos accipere pretia meliorationum, quae invenerint, sed eos deludant, et ex hoc commodum emphyteutae depereat, disponimus, attestationem domino transmitti, et praedicere, quantum pretium ab alio revera accipi potest [10]); et si quidem dominus hoc dare maluerit, et tantam praestare quantitatem, quantam ipsa veritate [11]) emphyteuta ab alio accipere potest, ipsum dominum omnimodo haec comparare. Sin autem duorum mensium spatium fuerit emensum, et dominus hoc facere noluerit, licentia emphyteutae detur, ubi voluerit, et sine consensu domini meliorationes suas vendere, his tamen personis, quae non solent in emphyteuticis contractibus vetari ad huiusmodi venire emtionem; necessitatem autem habere dominos, si aliis melioratio secundum praefatum modum vendita sit, accipere emphyteutam, vel si ius emphyteuticum ad personas non prohibitas sed concessas et idoneas ad solvendum emphyteuticum canonem transponere emphyteuta maluerit, non contradicere, sed novum emphyteutam in possessionem suscipere, non per conductorem vel per procuratorem, sed ipsos dominos per se vel per literas suas, vel, si hoc non potuerint vel noluerint, per depositionem in hac quidem civitate apud virum clarissimum magistrum censuum, vel praesentibus tabulariis per attestationem, in provinciis autem per [12]) praesides vel defensores celebrandam. Et ne avaritia tenti domini magnam molem pecuniarum propter hoc efflagitent, quod usque ad praesens tempus perpetrari cognovimus, non amplius eis liceat pro subscriptione [13]) vel depositione, nisi quinquagesimam partem pretii vel aestimationis loci, qui ad aliam personam transfertur, accipere. Si autem novum emphyteutam vel emtorem meliorationis suscipere minime dominus maluerit, et attestatione facta intra duos menses hoc facere supersederit, licere emphyteutae et non consentientibus dominis ad alios ius suum vel emponemata [14]) transferre. Sin autem aliter fuerit versatus, quam nostra constitutio disposuit, iure emphyteutico cadat. Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [15]) [530.]

4. [c]) *Graecam const., quae hic deesse notatur, ex l. 32. C. de episcop. aud. I. 4. repetendam esse dubio fere caret.*

---

[a]) *Bas. XX. 2. 2. et V. 2. 14.* — [b]) *Bas. XX. 2. 3. (Fabr. T. II. p. 492.)* — [c]) *Graecae const. deperditae signum habent in fine hui. tit. ms. Pist., post rubr. libri seq. mss. Vat. Bg. et Cont. 62. Deperditam autem esse geminatam leg. 32. C. de episcop. aud. I. 4., inde maxime coniicitur, quod tit. de episc. aud. fere totus geminatis legibus consistit, quod Bas. XX. 2. 4. post tria ex tit. de iure emphyteut. capita referunt quartum, quod cum l. 32. C. cit. convenit, ac quod haec l. 32. in emphyteusibus generatim tota occupatur, ita ut per summam tantum incuriam sub tit. nostro omitti potuisset. Auctor nobis est Biener Revision d. Iust. Cod. p. 152., cuius dubitationes ex Eustathio haustas ex parte removentur per edit., quam paravit C. E. Zachariae. 1836. p. 199.*

[1]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; alienae *ed. Schf.*; aliquae *Russ. et rell.* — [2]) in posterum *absunt a mss. Pl. 1. Bg.* — [3]) emphyteumata *Russ. Cont. in marg., sed Bas. quoque* ἐμπονημάτων. — [4]) poenae *ms. Pl. 1.* — [5]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont. 62.*; oporteat *Hal. et rell.* — [6]) *hanc subscr., quae abest ab Hal. et rell., restituit Cuiac. (Opp. ed. Fabrot. Append. p. 382.); ex mss. Pist. et Paris. aliam restituit Bk.* Dat. XV. Kal. April. Lampadio et Oreste. [530.] *Cuiacium tamen sequor maxime propterea, quia suspicio est, subscriptionem legis 3. ab utroque cod. huc revocatam fuisse.* — [7]) an vero ei. exsp. cons. non oporteat *Hal.* — [8]) posita *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.* — [9]) perditum *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.* — [10]) accipere pot. *Russ. Cont. in marg.*; accipit *ms. Pl. 1.* — [11]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ.*; quantam ipse revera *edd.* — [12]) apud *mss. Pl. 1. 2. Gt., quod melius convenit Bas.* — [13]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.*; sua *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*, per subscriptionem vel depositionem *ms. Pl. 2., sed Bas. quoque* ἀντὶ ὑπογραφῆς. — [14]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62. Bk.*; emphyteumata *Cont. 66. et rell. etiam contra Bas.* — [15]) *mss. Pist. Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.*

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER QUINTUS.

Tit. I.

[a]) DE SPONSALIBUS ET ARRHIS SPONSALITIIS ET PROXENETICIS.

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [1]) Bianori [2]). — Alii desponsatae [3]) renuntiare conditioni ac nubere alii non prohibentur [4]). Dat. XVIII. Kal. Mai. AA. Conss. [5]) [293—304.]

2. [c]) Imp. Constantinus A. [6]) ad Pacatianum [7]) P. U. [8]) — Si is, qui puellam suis nuptiis pactus est, intra biennium exsequi nuptias in eadem provincia degens supersederit, eiusque spatii fine decurso, in alterius postea coniunctionem [9]) puella pervenerit, nihil fraudis ei sit, quae nuptias maturando vota sua diutius ludi [10]) non passa est [11]). Dat. prid. Id. April. Marcianopoli, Pacatiano et Hilariano Conss. [12]) [332.]

3. [d]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. — Arrhis sponsaliorum nomine datis, si interea sponsus vel sponsa decesserit, quae data [13]) sunt, iubemus restitui, nisi causam, ut nuptiae non celebrarentur [14]), defuncta persona iam praebuit. Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica [15]), Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Conss. [16]) [380.]

4. [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Marinianum [17]) P. P. — Si pater pactum de filiae nuptiis inierit, et humana sorte consumtus ad vota non potuerit pervenire, id inter sponsos [18]) firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur definitum [19]), nihilque permittatur habere momenti, quod cum defensore, ad quem minoris commoda pertinebunt [20]), docebitur fuisse transactum. Periniquum est enim, ut contra patriam [21]) voluntatem redemti forsitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium, quum plerumque etiam ipsius feminae adversus commoda propria inveniatur laborare consilium. Dat. IV. Non. [22]) Novembr.

---

a) *Dig. XXIII.* 1. — b) *Bas. XXVIII.* 1. 15. *(Fabr. T. IV. p. 215.)* — *Sch. o. p. (Fabr. T. IV. p. 222.)* — c) *l.* 4. *Th. C. de sponsal. III. 5. (ed. Haenel.), nostro tempore a Vesmio detecta; Bas. XXVIII.* 1. 16. — *Sch. q.* — d) *l.* 10. *Th. C. de sponsal. III.* 5. *(ed. Haenel.), quam mutilam nuper detexit Vesmius; Bas. XXVIII.* 2. 2. *(Fabr. T. IV. p. 224.)* — *Sch. b. (Fabr. T. IV. p.* 226.) — e) *l.* 7. *Th. C. de sponsal. III.* 5.; *Bas. XXVIII.* 1. 18. *(Fabr. T. IV. p.* 216.) — *Sch. r. s. (Fabr. T. IV. p.* 222.) *Fons huius const. est amplius edictum, ex quo et manarunt l.* 4. *C. de secund. nupt. V.* 9., *l.* 11. *C. soluto matrim. V.* 18., *l.* 1. *C. si dos const. matr. V.* 19.

1) et CC. *absunt a mss. Pist. Cas. Bg.* — 2) Bianori, Vianori, Buanori, Dianori, Ananori *mss.*; Annonariae *Hal. et rell.* — 3) desponsata *edd. Schf. Russ. Bk., Hal. in not.* — 4) prohibetur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.*; prohibentur *autem ex vett. libr. se restituisse contendit Cont.* — 5) *ms. Paris., Bk.*; *solum diem habet ms. Pist.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — 6) *Theod. C., Bk.*; Imp. Constant. A. et C. *ed. Nbg.*; Imp. Constantius (Constantinus) A. et Constans C. *Hal. et postea rell.*; *missa duorum Augustorum notas habent.* — 7) Caelium Probinum *Hal. Russ.* — 8) *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et postea rell. praeter Sp., Theod. C.*; P. P. *Sp.*, *quod probat Inc. Gothofr. in not. a. ad l.* 4. *Th. C. cit.*; *dignitas abest a mss. Pist. Bg.* — 9) conventionem *ms. Gt. ante emendat., edd. Nbg. Hal.* — 10) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., Cont.* 62.; eludi *edd. rell.* — 11) *Bas. addunt, triennii moram requiri, si in alia provincia degat desponsatus.* — 12) *hanc subscr., quae abest ab Hal. et Russ., firmant mss. Pist. Paris.* — 13) datae *Sp. Bk.*; *sed Bas. quoque τὰ δοθέντα.* — 14) celebrarentur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — 15) *Theod. C. ed. Haenel.*; Thess. *vel* Thessal. *edd. Cod.* — 16) *subscr. abest ab Hal. Russ., restituta a Cont.* 62., *ut videtur, ex Theod. C., et hinc dubio non caret*; *v not. d. ad h. l.* — 17) *Hal. in not., Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; Mariniano *ms. Pl.* 1.; ad Maximianum *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*; ad Marianum *rell.* — 18) *ms. Bg., ms. Pl.* 1. *ante correct., Theod. C.*; inter sponsum et sponsam *ms. Pl.* 2., *edd. omnes.* — 19) *mss. Pl.* 1. *Bg., var. l. gl., Theod. C.*; destinatum *mss. Bg. Pl.* 2., *edd. omnes.* — 20) *ms. Pl.* 1., *Theod. C.*; pertinebant *mss. rell. et edd.* — 21) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; paternam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 22) III. Non. *Hal. in not., Russ. Cont.* 66. *et postea rell. praeter Sp. Bk.*

vembr. [a]) Ravenna [2]), DD. NN. Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss. [3]) [422.]

5. [a]) Impp. Leo et Anthemius AA. Erythrio P. P. — Mulier inris sui constituta arrharum sponsalium nomine usque ad duplum teneatur, id est in id, quod accepit, et aliud tantundem, nec amplius, si post completum vicesimum quintum annum, vel post impetratam veniam aetatis atque in competenti indicio comprobatam huiusmodi arrhas suscepit; in simplum autem, id est tantummodo in id [4]), quod accepit, si minoris aetatis est, sive virgo sive vidua sit, sive per se sive per tutorem aut curatorem vel aliam personam easdem arrhas acceperit. Patrem vero vel matrem, legitimae videlicet [5]) aetatis constitutos, sive simul sive separatim arrhas pro filia susceperint, avum autem [6]) vel proavum, si [7]) pro nepte vel [8]) pronepte, in duplum tantummodo convenit teneri. Quae ita custodiri censemus, si non propter personam vel conditionem vel aliam causam, legibus vel generalibus constitutionibus interdictam, futurum matrimonium constare prohibetur; tunc enim, quasi nullo facto, utpote sine causa easdem arrhas praestitas tantummodo reddi consequens esse praecipimus. His hoc quoque [9]) adiicimus, ut, etiamsi legibus prohibitae non sint speratae nuptiae, post arrhas autem sponsalitias sponsa coniugium sponsi propter turpem [10]) vel impudicam conversationem, aut religionis vel sectae diversitatem recusaverit, vel eo, quod quasi vir coitum, ex quo spes sobolis oritur, facere non potuerit, vel ob aliam iustam excusationis causam, si quidem probatum fuerit, ante datas easdem arrhas sponsalitias hoc idem mulierem vel parentes eius cognovisse, sibi debeant imputare. Sin vero horum ignari sponsalitias arrhas susceperint, vel post arrhas datas aliqua iusta causa poenitentiae intercesserit, iisdem tantummodo redditis, super alterius simpli poena liberi custodiantur. Quae omnia similimodo etiam de sponsis super recipiendis nec ne arrhi praestitis custodiri censemus; quadrupli [11]) videlicet poena, quae [12]) anterioribus legibus definita erat, in qua et arrharum quantitas imputabatur, cessante, nisi specialiter aliud ex communi consensu inter contrahentes de eadem quadrupli ratione placuerit. Extra definitionem autem huius [13]) legis, si cautio poenam stipulationis continens fuerit interposita, ex utraque parte nullas vires habebit, quum in contrahendis nuptiis libera potestas esse debet [14]). Dat. Kalend. Iul. Marciano et Zenone Conss. [15]) [469.]

6. [b]) *Epitome graec. const. ex Bas.*

Ἡ διάταξις βούλεται, τὸν προξενοῦντα γάμον μάλιστα μὲν μηδὲν λαμβάνειν· εἰ δὲ ὅλως ἀνέχεται λαβεῖν, εἰ μὲν μηδὲν συνεφώνησε περὶ τούτου, μηδὲν ὅλως λαμβάνειν, εἰ δὲ [16]) συνεφώνησε, μὴ ὑπὲρ τὴν εἰκοστὴν μοῖραν τῆς προικὸς καὶ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ἐπιζητεῖν [17]), ἐὰν ἡ προῖξ ἄχρι διακοσίων λιτρῶν ἐστὶ χρυσίου. Ἔλαττον [18]) δὲ εἰ βούλεται λαβεῖν, ἐπιτρέπει αὐτῷ. Εἰ δὲ καὶ ὁσηςδήποτε ποσότητος [19]) ἐστιν ἡ προῖξ, περαιτέρω τῶν δέκα λιτρῶν τοῦ χρυσίου οὐκ ἐπιτρέπει τῷ προξενητῇ λαμβάνειν [20]), οὐδὲ εἰ τελεία ἐστὶν ἡ προῖξ ἢ ἡ πρὸ γάμου δωρεά. Εἰ δὲ παρὰ ταῦτά τις συμφωνήσει, μὴ ἀπαιτεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ καταβληθὲν ἀναδιδόσθω, εἴτε χρήματα ἔλαβεν εἴτε πράγματα, ἢ ἀνεδόθη αὐτῷ ὁμολογία χρέους, ἢ ὅλως ἔλαβέ τι κινητὸν ἢ ἀκίνητον ἢ αὐτοκίνητον, κινουμένων τῶν ἀγωγῶν οὐ μόνον κατὰ τοῦ λαβόντος, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων, καὶ οὐ μόνον παρὰ τοῦ δεδωκότος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων· ὡρισμένου δέκα χρυσίου λιτρῶν ἐπιτιμίου τοῖς παρὰ ταῦτα πράττειν ἐπιχειροῦσιν.

6. *Constitutio vult, ut proxeneta nuptiarum potissimum nihil capiat. Si tamen omnino sustinet accipere, si quidem nihil de ea re convenerit, nihil omnino consequatur; sin pactum intercesserit, non ultra vicesimam partem dotis et ante nuptias donationis exigat, si dos ducentas libras auri non excedit. Minus autem si volet accipere, liberum ei facit. Cuiuscunque vero quantitatis dos fuerit, ultra decem libras auri proxenetam accipere non permittit, neque si perfecta est dos vel ante nuptias donatio. Quodsi praeter haec aliquis pactus sit, ne exigatur, sed et solutum reddatur, sive pecuniam accepit sive res, sive data est ei cautio debiti, sive omnino accepit aliquid mobile vel immobile vel se movens; movendis actionibus non solum contra accipientem, sed etiam contra eius heredes, nec solum ab eo, qui dedit, sed etiam ab eius heredibus; poena decem librarum auri definita adversus eos, qui contra haec facere tentaverint.*

Tit.

---

[a]) *huius const. pars est l.* 16. *C. de episcop. aud. I.* 4.; *Bas. XXVIII.* 2. 3. (*Fabr. T. IV. p.* 224.) — *Sch. c—m.* (*Fabr. T. IV. p.* 227.) — [b]) *Graecae const. lacunam memorant ad rubr. tit. seq. ms. Bg. et Russ., ad finem nostri tit. autem referunt Cont.* 62. *et rell., pro quibus stat vetus gl. in ms. Bg. ad rubr. hui. tit., quae ad vv.* de proxeneticis *graecam esse const. testatur. Extat eiusmodi de proxen. constitutionis epitome* 1., *in Bas. lib. LIV.*, 2., *brevior in Synopsi* (*ed. Leuncl. p.* 462.), *ex qua in sua Bas. edit. haurit Fabrot.*, 3., *magis etiam decurtata in Harmenopulo IV.* 3. 12. *Text.* 3. *editus a Cont.* 62. 66. 71.; *text.* 1., *restitutus a Cuiac. Obss. XI.* 18., *receptus a Char. Cont.* 76. *et rell.*

[1]) P. N. D. *mss. Pist. Paris.*; *fortasse denotant hae siglae* DD. NN., *quod ins. post* Rav. *Theod. C., Cont.* 62. *et cum his mea ed.* — [2]) *Theod. C. ex ed. Haenel.*; Ravennae *Cont.* 62. *Bk.*; *locus, quem firmant mss. Pist. Paris., abest ab Hal. in not., Russ. et rell.* — [3]) *subscr. abest ab Hal. in textu.* — [4]) in id *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *recte.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; videlicet *abest ab edd.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; etiam *Hal. et rell.* — [7]) si *abest a mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; sive *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [8]) pro *ins. mss. Pl.* 1. *Bg.* — [9]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., ordine tamen verbor. inter se diverso*; his quoque *ms. Pl.* 1.; his illud quoque *Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*; vel prodigam *add. ms. Bg. ex seriore emendat.*, *ed. Schf.*, *Hal. in not.*, *Russ. et rell.*; *sed pro omissione stat Schol. Bas. k.*, *quod praebet* τὸ κατὰ πόδας. — [11]) quadruplici *ed. Schf.* — [12]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, in *ins. rell.* — [13]) huius *abest a ms. Pl.* 1.; *sed* παρὰ τὴν διάταξιν ταύτην *Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; debeat *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *subscr.*, *quae abest ab Hal.*, *a Russ. ex l.* 16. *C. I.* 4. *restituta.* — [16]) καὶ *ins. Synops.*, *Harmenop.* — [17]) *hic finit Harmenop.* — [18]) ἐλάττων *Synops.* — [19]) μείζονος *inseri iubet Leuncl. in marg. Synops.*, *in qua caeterum male legitur* ἡ προῖκά ἐστι. — [20]) *hic finit Synops.*

Tit. II.

[a]) SI RECTOR PROVINCIAE VEL AD EUM PERTINENTES SPONSALIA [1]) DEDERINT.

1. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. [2]) — Si quis in potestate publica positus atque honore administrandarum provinciarum, qui parentibus aut tutoribus aut curatoribus aut ipsis, quae matrimonium contractuae sunt [3]), potest esse terribilis, arrhas sponsalitias [4]) dederit, iubemus, ut deinceps, sive parentes sive eaedem mutaverint voluntatem, non modo iuris laqueis liberentur poenaeque statutae expertes sint [5]), sed extrinsecus data pignora lucrativa habeant, si ea non putent esse reddenda. Quod ita late patere volumus, ut non solum circa administrantes, sed etiam circa administrantium filios, nepotes ac propinquos, et participes, id est consiliarios [6]), domesticosque locum habeat [7]), quibus tamen administrator operam dederit. Impleri autem id postea matrimonium non vetamus, quod tempore potestatis ob eas personas, de quibus locuti sumus, arrhis fuerat obligatum, si sponsarum consensus accedat. Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica [8]), DD. NN. Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Conss. [9]) [380.]

Tit. III.

DE DONATIONIBUS ANTE NUPTIAS VEL [10]) PROPTER NUPTIAS ET SPONSALITIIS [11]). [c])

1. [d]) Impp. Severus et Antoninus AA. Metrodoro. — Multum interest, si ea, quae donat vir futurus, tradiderit uxori et postea in dotem acceperit, an vero donandi animo dotem auxerit, ut videatur accepisse, quod non accepit. Priore enim casu donatio non impeditur, et res, quae in ea causa sunt, dotis effectae iudicio de dote peti possunt; posteriore autem [12]) nihil actum [13]) est donatione, et quod in dotem datum non est, repeti non potest.

2. [e]) Imp. Alexander A. Attalo. — Si praesidi provinciae probaveris, ut Eutychiam [14]) uxorem duceres, munera te parentibus eius dedisse, nisi Eutychia tibi nupserit, tibi restitui, quod dedisti, inhebit.

3. [f]) Idem A. Marcellae. — Pollicitatione a fratre quondam tuo sponsalium causa facta, etsi in stipulationem deducta sit [15]), ideo praestanda non fuit, quoniam in dote [16]) uxor maritum fefellit. Exceptionem itaque doli [17]) adversus actionem ex stipulatu recte obiicies.

4. [g]) Imp. Gordianus A. Marco [18]). — Quod sponsae ea lege donatur, ut tunc dominium eius adipiscatur, quum nuptiae fuerint secutae, sine effectu est. PP. IV. Kal. Decemb. Gordiano A. et .... Conss. [19]) [239—241.]

5. [h]) Impp. Valerianus [20]) et Gallienus AA. [21]) Theodorae [22]). — Ea, quae tibi ut sponsae datarum se promisit [23]) is, qui te ficto coelibatu, quum aliam matremfamilias domi reliquisset, sollicitavit ad nuptias, petere cum effectu non potes, quum tu sponsa, uxore domi posita, non fuisti. Accepta Idib. Mai. [24]) Antiochiae, Tusco et Basso Conss. [25]) [258.]

6. [i]) Imp. Aurelianus A. Donatae. — Quum in te simplicem donationem dicas factam esse die nuptiarum, et in ambiguum [26]) possit venire, utrum a sponso, an a marito donatum sit, sic distinguendum est, ut, si in tua domo donum acceptum est, ante nuptias videatur facta esse donatio, quodsi penes se dedit sponsus, retrahi possit; uxor enim fuisti.

7. [k]) Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Lucianae [27]). — Si, quum ante nuptias munera darentur, ita conventum est, atque huiusmodi [28]) conscripta est [29]) pactio, ut, si qua sors exstitisset contra voluntatem eius et matrimonium distraxisset, tunc quae data erant apud eum, qui dedisset, heredemve eius remanerent, potest qui hereditatem eius accepit, cui pacta puella munera lege supradicta [30]) susceperat, eadem iure postulare. PP. Kal. April. .... [31]).

8. [l]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Euphrosyno [32]). — Si ante matrimonium maior quinque et viginti annis constitutus sponsae suae, licet ante sponsalia, fundum donavit, eamque in vacuam induxit possessionem, postea nullo titulo superstitem vel testamento eundem relinquentem alienare potuisse, certi ac manifesti iuris est. Dat. Kal. Mai. Tralli, AA. Conss. [33]) [293—304.]

9.

---

[a]) *Dig. XXIII.* 1. — [b]) *l.* 1. *Th. C. si prov. rector III.* 6.; *Bas. XXVIII.* 1. 20. (*Fabr. T. IV. p.* 216.) — *Sch. t.* (*Fabr. T. IV. p.* 223.); *iungenda l.* 16. *C. de testam. VI.* 23. — [c]) *ad rubr. hui. tit. notat ms. Gt., deesse graecam const., quae nota ad lacunam in fine tit.* 1. *referenda videtur.* — [d]) *Bas. XXVIII.* 3. 1. (*Fabr. T. IV. p.* 229.) — *Sch. a—c.* (*Fabr. T. IV. p.* 233.) — [e]) *Bas. XXVIII.* 3. 2. — *Sch. d. e.* (*Fabr. T. IV. p.* 234.) — [f]) *Bas. XXVIII.* 3. 3. — *Sch. f.* — [g]) *Bas. XXVIII.* 3. 4. (*Fabr. T. IV. p.* 230.) — *Sch. g.* — [h]) *haec const. epitome est amplioris leg.* 18. *C. ad l. Iul. de adult. IX.* 9.; *Bas. XXVIII.* 3. 5. — *Sch. h. i.* (*Fabr. T. IV. p.* 235.) — [i]) *Bas. XXVIII.* 3. 6. (*Fabr. T. IV. p.* 231.) — *Sch. k.* — [k]) *Bas. XXVIII.* 3. 7. — *Sch. l. m.* — [l]) *Bas. XXVIII.* 3. 8. — *Sch. n. o.* (*Fabr. T. IV. p.* 236.)

[1]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Theod. C. III.* 6. *in rubr.*; sponsalitias *addito* arrhas *post* ded. *edd. Nbg. Hal. Russ.*; sponsalitia *Cont. et rell.* — [2]) Post alia *ex Theod. C. add. Cont.* 62. — [3]) sint *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [4]) sponsalia *pro* arrh. spons. *Theod. C.*; *v. not.* 1. *ad h. t.* — [5]) poenaeque expertes sint, quae quadruplum statuit *Theod. C.* — [6]) id est consiliiarios *om. Theod. C.* — [7]) domesticosq. censeamus *Theod. C.* — [8]) *Theod. C. ed. Haenel.*; Thessalonicae *edd. Cod. Iust. cum Iac. Gothofr.* — [9]) *subscr.*, *quae abest ab Hal.*, *a Russ. ex Theod. C. restituta.* — [10]) et *mss. Pist. Pl.* 2. — [11]) et proxeneticis *ms. Pist.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; casu *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [13]) auctum *Russ. Cont. in marg.*, *Leuncl. Notat. II.* 189. — [14]) Euclia, Thedusia *mss. nonn.* — [15]) sit *et antea* si *om. mss. Pl.* 2. *Gt.*, *refragantibus Bas.* — [16]) in dotem *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; *sed* ἐν τῇ προικὶ *Bas.* — [17]) itaque doli *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *delendaque ea censent Russ. Cont. in marg.*; *certe autem v.* doli *defendit Schol. Bas.* — [18]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, *ed Nbg.*, *Hal. in textu*; Marcello *Hal. in not.*, *Russ. et rell.* — [19]) *ms. Paris.*, *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [20]) Valentinian. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [21]) et Valerian. C. *add. l.* 18. *C. IX.* 9. — [22]) Theodosiae *mss. pleraque.* — [23]) repromisit *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [24]) V. id. mai. *ms. Paris.*, *a quo rel. subscr. abest.* — [25]) *hanc subscr.*, *a Russ. Cont.* 62. *recte ex l.* 18. *C. cit. repetitam*, *denuo omittunt Cont.* 66. *et rell.*; *tantum diem ex ms. Paris. habet Bk.* — [26]) in ambiguo *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [27]) Lucianae, Vicianae, Linicianae *mss. nonn.* — [28]) huius *ed. Schf.* — [29]) est *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Cont.* 62.; praedicta *edd. rell.* — [31]) *ms. Paris.*, *Bk.*; *etiam dies abest ab Hal. et rell.* — [32]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Euphrosinae *Hal. et rell.* — [33]) D. K. Mai. Tirallo AA. et $\overline{cc}$ *mss. Pist. Paris.*; *locum emendandum censui*; *subscr. abest ab Hal. et rell. praeter Bk.*

9. [a]) Idem AA. et CC. [1]) Iuliano. — Quum e sponsae filii tui quaedam donasse confitearis, perfectam donationem rescindi nec nostro oportet rescripto, quam tua voluntas iurisque auctoritas fecit ratam. .. VIII. Kal. Ian. .... [2]).

10. [b]) Idem AA. et CC. Dionysio. — Si filiae tuae sponsus ei mancipium donavit, ac tu in eum iumenta liberalitatis ratione contulisti, nec nuptiis secutis contra iuris rationem, quod dederat, abstulit, non invicem datorum restitutio, sed eius, quod illicite rapuit, repetitio competit. Dat. V. Id. Febr. Sirmii, Caess. Conss. [3]) [294—305.]

11. [c]) Idem AA. et CC. Neae [4]). — Si tibi res proprias liberalitatis causa sponsus tuus tradidit, eo, quod ab hostibus postea interfectus est, irrita donatio fieri non potest.

12. [d]) Idem AA. et CC. Timotheae et Cleotimae [5]). — Si mater vestra filiae suae sponso vel marito praedia sine ulla repetendi lege donavit, et eum in vacuam possessionem induxit, nuptiis divortio solutis, perfecta non dissolvitur donatio. Dat. VI. Id. Febr. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

13. [e]) Idem AA. et CC. Alexandro [6]). — De rebus in sponsam donationis gratia collatis creditores mariti facti, si non prius obligatas [7]) sibi probent, eam convenire minime possunt.

14. [f]) Idem AA. et CC. Aureliae [8]). — Si consentiente matre sua sponsus filiae tuae mancipia donavit, et, his acceptis [9]) in dotem non aestimatis, in matrimonio [10]) post decessit, mater eademque heres eius pretium offerens restitutionem eorum improbe recusat [11]).

15. [g]) Imp. Constantinus A. ad Maximum P. U. [12]). — Quum veterum sententia displiceat, quae donationes in sponsam nuptiis quoque non secutis decrevit valere, ea, quae largiendi animo inter sponsos et sponsas iure celebrantur, redigi ad huiusmodi conditiones iubemus, ut, sive affinitatis coëundae causa, sive non ita, vel in potestate patris degentes, vel ullo modo proprii iuris constituti, tanquam futuri causa matrimonii aliquid sibi ipsi vel consensu parentum mutuo largiantur, si quidem sponsus vel parens eius sortiri [13]) filium noluerit [14]) uxorem, id, quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditum, et si quid apud donatorem resedit, ad sponsam et heredes eius submotis ambagibus transferatur. Quodsi sponsa vel is, in cuius agit potestate, causam non contrahendi matrimonii praebuerit, tunc sponso eiusque heredibus sine aliqua deminutione per condictionem aut per utilem in rem actionem [15]) redhibeantur. Quae similiter observari oportet, et si ex parte sponsae in sponsum donatio facta sit. Dat. XVII. [16]) Kal. Novemb. PP. VI. [17]) Kal. Septemb. [18]) Romae, Constantino A. V. et Licinio Caes. [19]) Conss. [319.]

16. [h]) Idem A. ad Tiberianum, Vicarium Hispaniarum. — Si a sponso rebus sponsae donatis, interveniente osculo, ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere praecipimus, dimidiam ad defuncti vel defunctae heredes, cuiuslibet gradus sint, et quocunque iure successerint, ut donatio stare pro parte media [20]) et solvi [21]) pro parte media [22]) videatur; osculo vero non interveniente, sive sponsus sive sponsa obierit, totam infirmari donationem, et donatori sponso vel heredibus eius restitui. Quodsi sponsa, interveniente vel non interveniente osculo, donationis [23]) titulo (quod raro accidit) fuerit aliquid sponso largita, et ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam sive eius successores donatarum rerum dominium transferatur. Dat. Id. Iul. Constantinop. [24]) Accept. XIII. [25]) Kal. Mai. [26]) Hispali [27]), Nepotiano et Facundo [28]) Conss. [336.]

17. [i]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio P. P. — Minoribus aetate feminis, etiam actorum testificatione in ante nuptias donatione ad eas facta omissa, si patris auxilio destitutae sint, iuste consulitur, ut firma donatio sit. Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. Tauro et Felice Conss. [428.]

18. [k]) Imp. Zeno A. Sebastiano P. P. — Si, liberis ex priore matrimonio procreatis, pater ad secundas migraverit nuptias vel non migraverit, nihil omnino filiis prioris coniugii ex donatione ante nuptias, quam ipse vel alius pro ipso uxori quondam eius, matri communium liberorum, donaverat [29]), servare cogatur [30]), quoniam et mater liberis ex priore matrimonio exstantibus post secundas nuptias, multoque amplius si non fuerit alteri marito sociata, nihil iisdem filiis ex dote, quam patri eorum ipsa vel alius pro ea obtulerit [31]), servare compellitur. Dat. Kal. Mai. Zenone A. II. [32]) Cons. [33]) [475.]

19.

---

[a]) *Bas. XXVIII.* 3. 9. — *Sch. q.* — [b]) *Bas. XXVIII.* 3. 10. — *Sch. r. s.* — [c]) *Bas. XXVIII.* 3. 11. (*Fabr. T. IV. p.* 232.) — [d]) *Bas. XXVIII.* 3. 12. — *Sch. t.* — [e]) *Bas. XXVIII.* 3. 13. — *Sch. u. x.* (*Fabr. T. IV. p.* 237.) — [f]) *Bas. XXVIII.* 3. 14. — *Sch. y.* — [g]) *fons hui. const. est l.* 2. *Th. C. de sponsal. III.* 5.; *Bas. XXVIII.* 3. 15. — *Sch. z.* — [h]) *l.* 5. *Th. C. de sponsal. III.* 5.; *Bas. XXVIII.* 3. 16. — *Sch. a.* (*Fabr. T. IV. p.* 239.) — [i]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de sponsal. III.* 5. — [k]) *haec const. manasse videtur ex ampliore, ex qua et venit l.* 29. *C. de inoff. test. III.* 28.

[1]) et CC. *abs. a mss. Pist. Vat., edd. Nbg. Hal.* — [2]) *mss. Pist. Paris., Bk.; dies abest ab Hal. et rell.* — [3]) *ms. Paris., Bk.; diem habet ms. Pist.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [4]) Noae *mss. nonn.* — [5]) Leotinae, Deothimae, Decimae *mss. nonn.* — [6]) Alexandrinae *ms. Pl.* 1. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; eas *ins. edd.; nobiscum facit Schol. Bas.* — [8]) Aurelio *ms. Pl.* 1.; *sed feminae rescribi testatur Schol. Bas.* — [9]) receptis *ms. Bg.* — [10]) in matrimonium *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.; sed ἐν τῷ γάμῳ Bas.* — [11]) *mss. Pist. Paris. hanc const. collocant post l.* 1. *tit. seq. et subscribunt* PP. Non. Mai. Anullino et Phontone cons, *quae subscr. ex l.* 1. *cit. repetita videtur, ac certe ita dubia est, ut eam nostro rescr. cum Bk. tribuere abstinuerim.* — [12]) P. P. *mss. Cas. Vat. Bg.* — [13]) si quid. sponte vir sortiri *Theod. C.* — [14]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; noluerint *et antea* parentes *ms. Pl.* 2. *ex emend., Hal. et rell.; sed ὁ πατὴρ — οὐκ ἐβουλήθη Schol. Bas.; pro singulari* parens *stant omnia mss. Russ. et Cont.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; per ut. act. in rem *edd.* — [16]) *Hal. Bk., Theod. C.*; XVI. *Russ. et rell.*; XVIII. *mss. Pist. Paris.* — [17]) XVI. *Russ. Cont. in marg.* — [18]) *hic mensis dubia movet propter diem datae const.; v. Haenel ad l.* 2. *Th. C. cit.* — [19]) *Theod. C., Bk.*; Caes. *abest ab Hal. et rell.* — [20]) *ms. Bg., ed. Schf., Theod. C.*; dimidia *rell. mss. et edd.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Theod. C.*; exsolvi *ed. Schf.*; resolvi *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) *ms. Bg., Theod. C.*; dimidia *mss. rell. et edd. omnes.* — [23]) sponsaliorum *Theod. C.* — [24]) *ms. Paris., Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; Dat. — Constant. *absunt ab Hal. et rell.* — [25]) XIV. *Theod. C. ex ed. Haenel.* — [26]) *et hic mensis dubia parit ob diem datae const.; v. Haenel ad l.* 5. *Th. C. cit.* — [27]) Acc.— Hispali *om. ms. Paris.* — [28]) *Theod. C., Bk.*; Facundino *ms. Paris.*; Pacato *Hal. et rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; donaverit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; cogitur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [31]) obtulerat *ms. Bg.* — [32]) II. *addidi ex l.* 29. *C. III.* 28. — [33]) *ms. Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.*

19. Imp. Iustinus A. [1]) Archelao P. P. — Si constante matrimonio consilium augendae dotis inierit vel uxor forte vel eius nomine quilibet alius, nihilominus marito quoque liceat sen pro marito cuilibet alii, tanto donationem ante nuptias additamento maiorem facere, quanto dotis augetur titulus. Nec obsit in huiusmodi munificentiis, interdictas esse liberalitates tempore nuptiarum. Indulgendum est namque consensui communi partium, ne, quum negetur augendae potestas donationis, dotis etiam pigrius constituatur augmentum. §. 1. Idemque licere praecipimus etiam in his matrimoniis, in quibus interdum accidit, ante nuptias quidem donationem nullam esse, solam vero dotem marito mulierem obtulisse, ut etiam tunc, muliere dotem augente, liceat marito quoque donationem in uxorem suam eiusdem quantitatis facere, quantum aucta dos continere dignoscitur; pactis videlicet de redhibitione vel retentione auctae dotis vel donationis, prout partes consenserint, pro iam statuto modo ineundis sive iniungendis veteribus pactis, quae initio nuptiarum de ante nuptias donatione et dote principaliter constituenda inita sunt. §. 2. Iura etiam hypothecarum, quae in augenda dote vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eaedem hypothecae contractae sunt, et non ad prioris dotis vel ante nuptias donationis tempora referantur. §. 3. Sed et si e [2]) contrario maritus et uxor ad deminuendam dotem et ante nuptias donationem consenserint, licere eis ad similitudinem deminutionis, quae in dote fit, etiam ante nuptias minuere donationem, ut pacta de amborum deminutionibus ineunda firma et legitima esse intelligantur; exceptis videlicet his casibus, in quibus aut maritus, ex priore matrimonio liberos habens, ad secundas migraverit nuptias, aut uxor, similiter ex anteriore matrimonio liberis exstantibus [3]), secundo marito se iunxerit. In hoc enim secundo matrimonio vel a parte mariti, vel a parte mulieris, vel ab utraque, si hoc etiam acciderit [4]), interdictam esse deminutionem dotis et [5]) ante nuptias donationis, ne aliquid adversus filios prioris matrimonii machinari videatur, censemus.

Authent. de aequalitate dotis et propter nupt. donat. §. Aliud. (Nov. 97. c. 2.) — *Sed iam necesse est, si alia pars augmentum praestat, alteram quoque partem incrementum celebrare. Et si quidem vir alieno aere non impediatur, in rebus quibuslibet procedat augmentum* [6]). *At si debitor sit, ut* [7]) *fraudis erga creditores suspicio subesse possit, omnino res immobiles incremento dotis* [8]) *proficiant. Si enim mulier immobilis substantiae domina res mobiles in augmentum dederit, in hac parte dotis nullo utetur adversus alios creditores privilegio.*

20. Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum multae nobis interpellationes factae sint [9]) adversus maritos, qui decipiendo suas uxores faciebant donationes, quas ante nuptias antiquitas nominavit, insinuare autem eas actis intervenientibus supersedebant, ut infectae [10]) maneant, et ipsi quidem dotis commoda lucrentur, uxores autem sine nuptiali remedio relinquantur, sancimus, nomine prius emendato, ita rem corrigi, et non ante nuptias donationem eam [11]) vocari, sed propter nuptias donationem. Quare enim dotem quidem etiam constante matrimonio mulieri [12]) marito dare conceditur, donationem autem marito, nisi ante nuptias, facere non permittatur [13])? et quae huius rei differentia rationabilis potest inveniri, quum melius erat, mulieribus propter fragilitatem sexus, quam maribus subveniri [14])? Sicut enim dos propter nuptias fit, et sine nuptiis quidem nulla dos intelligitur, sine dote autem nuptiae possunt celebrari, ita et in donationibus, quas mariti faciunt vel pro his alii, debet esse aperta licentia, et constante matrimonio talem donationem facere, quia quasi antipherna haec possunt intelligi, et non simplex donatio. Ideo enim et antiqui iuris conditores inter donationes etiam dotes connumerant. Si igitur et nomine et substantia nihil distat a dote ante nuptias donatio, quare non etiam ea simili modo et matrimonio contracto dabitur? Sancimus itaque, omnes licentiam habere, sive priusquam matrimonia contraxerint, sive postea, donationes mulieribus dare propter dotis dationem [15]), ut non simplices donationes intelligantur, sed propter dotem et propter nuptias factae.

a) Authent. ut immobilia antenupt. donat. §. Si quis. (Nov. 61. c. 1.) — *Permissa est et in rem actio pro tali donatione mulieri adversus omnes possessores* [16]).

Simplices etenim donationes non propter nuptias fiunt, sed propter nuptias vetitae sunt; et propter alias causas, et libidines [17]) forsitan, vel unius partis egestatem, non propter ipsam [18]) nuptiarum affectionem efficiuntur. Si igitur dote iam praestita maritus, nulla ante nuptias donatione facta, donare mulieri res maluerit, ita tamen, ut dotis quantitatem non excedant, et hoc ipsum significaverit, quod non simplicem faciat donationem, sed propter dotem iam conscriptam et ipse ad donationem venerit, licebit hoc ei facere, et supponatur pactis dotalibus huiusmodi donatio. Et si quidem hoc specialiter fuerit expressum, pacta conventa servari oportet. Sin autem donatio quidem talis facta sit, utpote autem [19]) dotali instrumento antecedente nulla [20]) pacta tali donationi post nuptias inserantur, re ipsa videatur hoc esse pactum, ut [21]) secundum dotales conventiones intelligantur et in tali donatione pacta fuisse conventa, ut aequis passibus utraque ambulet, tam dos quam donatio; ita tamen, ut Leoniana [b]) constitutio (quae super exaequatione pactionum loquitur, non in quantitate, sed in partibus) maneat in his casibus intacta, et non solum ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra, quam de interpretatione eius fecimus [c]), ambiguitatem eius tollentes. Disparibus etenim pactionibus factis, maiorem [22]) lucri partem ad minorem deducendam esse censemus, ut eodem modo uterque minorem partem lucretur.

d) Authent. ut exactione instante dotis. §. Illud. (Nov. 91. c. 2.) — *Dos data donationem propter nuptias meretur. Praeterea si pars mulieris dotem solvere sit parata, quum ex diverso recusetur, et mu-*

---

a) *hanc auth. ad finem const. collocat ed. Schf., ante vv.* Sancimus itaque *eam inserit Cont.* 62. — b) *l.* 9. *C. de pact. convent. V.* 14. — c) *l.* 10. *C. de pact. convent. V.* 14. — d) *haec auth. posita est ad finem tit. in ed. Schf., post vv.* affection. efficiunt. *in Cont.* 62.

1) *hanc const. Iustinianus suam dicit sub finem const. seq.* — 2) e *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — 3) exsistentibus *mss. Pl.* 1. *Gt.* — 4) evenerit *mss. Pl.* 2. *Gt.* — 5) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; vel *edd.* — 6) *incrementum ed. Nbg.* — 7) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; *ne edd. Schf. rell.* — 8) *dotis om. mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.* — 9) sunt *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — 10) ineffectae *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — 11) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; eandem *edd. Schf. Russ. et rell.* — 12) mulier *mss. Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — 13) permittitur *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — 14) subvenire *mss. Pl.* 2. *Bg.* — 15) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; dationes *ms. Pl.* 2.; donationem *edd.* — 16) *contra omn. possess. absunt ab edd. Nbg. Schf.* — 17) libidinem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — 18) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; ipsarum *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 19) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* autem *abest ab edd.* — 20) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; autem *ins. Russ. et rell.* — 21) et *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; ut et *ms. Gt.* — 22) maioris *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*

mulier hoc contestetur, quumque sit res mobilis, signaculo imposito recondat [1]), *aut ingrediens iudicium hoc petat fieri, ut parti viri denuntietur. Et sic* [2]) *nequaquam declinanda est donationis exactio. At si per dilationem dos viro non detur* [3]), *etiam donatio prorsus denegetur.*

§. 1. Similique modo, si facta quidem fuerit talis [4]) donatio, quae antea quidem ante nuptias vocabatur, nunc autem propter nuptias, non autem ante nuptias fuerit [5]) actis intervenientibus insinuata, licebit etiam constante matrimonio eam insinuare, nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interventu faciendo; si enim fieri eas post nuptias concedatur, multo magis insinuari [6]). Similique modo et ea constitutio [a]), quam pro augendis tam dotibus quam ante nuptias donationibus fecimus, intacta illibataque conservetur; omnibus videlicet, quae de simplicibus donationibus inter maritum et uxorem constante matrimonio vel a veteribus vel a nobis statuta sunt, in suo robore duraturis.

[b]) Authent. ut sponsalitia largitas. (Nov. 119. c. 1.) et Authent. ut fratrum filii. §. Illud quoque. (Nov. 127. c. 2.) — *Eo decursum est, ut sponsalitia largitas specialis sit contractus, nec insinuationem desideret, etiamsi ab alio detur, licet in viri personam donatio fiat, quatenus ipse in hunc contractum conscribat. Hoc quantum ad mulierem. At si vir vel alius, qui dederit eam, non insinuet, quum ea sit quantitas, et pacta dotalium concedant parti viri, nullam super eis habeat vir actionem. Pater donationem propter nuptias, quam contulit in uxorem, non cogitur servare liberis prioris matrimonii, etsi ad secundas nuptias migraverit. Aliud est, si apud maritum aliquid ex dote vel apud mulierem ex donatione resedit. Illud enim servare liberis prioris matrimonii debet.*

[c]) Authent. de aequalitate dotis. §. Aliud. (Nov. 97. c. 2.) — *Nunc inhibetur deminutio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonii, quorum unicuique, etiam cui minus datum est, dare tantum cogitur, quantum secundae uxori. Ita etiam a parte uxoris.*

Tit. IV.

[d]) DE NUPTIIS.

1. [e]) Impp. Severus et Antoninus AA. Portio [7]). — Quum de nuptiis puellae quaeritur, nec inter tutorem et matrem et propinquos de eligendo futuro marito convenit, arbitrium praesidis provinciae necessarium est. Dat. Non. Mai. Anulino [8]) et Frontone Conss. [9]) [199.]

2. [f]) Iidem AA. Trophimae [10]). — Si nuptiis pater tuus consensit, nihil oberit [11]), quod instrumento ad matrimonium pertinenti non subscripsit. [.. III. Id. April. Modesto et Prisco Conss. [12]) [196?]]

3. [g]) Iidem AA. Valeriae. — Libertum, qui patronam seu patroni filiam vel coniugem, vel neptem, vel proneptem uxorem ducere ausa est, apud competentem iudicem accusare poteris, moribus temporum meorum congruentem sententiam daturum, quae huiusmodi coniunctiones odiosas esse merito duxerunt. .. Id. Nov. Dextro II. et Prisco Conss. [13]) [196.]

4. Imp. Alexander A. Perpetuo. — Liberi concubinas parentum suorum uxores ducere non possunt, quia minus religiosam et probabilem rem facere videntur. Qui si contra hoc fecerint, crimen stupri committunt [14]).

5. [h]) Idem A. [15]) Maximae. — Si, ut proponis, pater quondam mariti tui, in cuius fuit potestate, coeuntis nuptiis vestris non contradixit, vereri non debes, ne [16]) nepotem suum non agnoscat [17]).

6. [i]) Imp. Gordianus A. Valeriae. — Etsi contra mandata principum contractum sit in provincia consentiente muliere matrimonium, tamen post depositum officium, si in eadem voluntate perseveraverit, instae nuptiae efficiuntur; et ideo postea liberos susceptos [18]) natosque ex iusto matrimonio legitimos esse, responsum viri prudentissimi Pauli declarat. .. XII. Kal. Sept. Gordiano A. et Aviola Conss. [19]) [239.]

7. [k]) Idem A. Apro. — Si, ut proponis, post querelam de marito a filia tua [20]) ad te delatam dissociatum [21]) est matrimonium, nec te consentiente ad eundem regressa est, minus legitima coniunctio est, cessante patris voluntate, in cuius est potestate; atque ideo

---

[a]) *cfr. not.* 1. *ad l.* 19. *hoc tit.* — [b]) *alteram tantum partem hui. auth. a vv.* Pater donationem *exhibet ed. Schf.; solum primam usque ad vv.* vir actionem *habet ed. Nbg., neque legitur reliqua pars in mss. Pl.* 1. *Bg., ac profecto eius fons nec est Nov.* 119. *nec Nov.* 127., *sed potius Nov.* 98. *c.* 1. — [c]) *haec auth. abest ab ed. Nbg., sed agnoscit eam ms. Bg.* — [d]) *Dig. XXIII.* 2. — [e]) *Bas. XXVIII.* 4. 25. (*Fabr. T. IV. p.* 247.) — *Sch. f.* (*Fabr. T. IV. p.* 275.) — [f]) *Bas. XXVIII.* 4. 26. — *Sch. g.* — [g]) *Bas. XXVIII.* 5. 31. (*Fabr T. IV. p.* 292.) — *Sch. c.* (*Fabr. T. IV. p.* 304.) — [h]) *Bas. XXVIII.* 4. 27. (*Fabr. T. IV. p.* 247.) — *Sch. h.* (*Fabr. T. IV. p.* 276.) — [i]) *Bas. XXVIII.* 4. 28. — *Sch. i—l. Idem Pauli responsum et refert l.* 65. *D. de R. N. XXIII.* 3. — [k]) *Bas. XXVIII.* 5. 21. (*T. IV. p.* 290.) — *Sch. r.* (*T. IV. p.* 300.)

[1]) *recondetur ed. Nbg.; recondatur Hal. Russ.* — [2]) *Et sic om. ed. Nbg.* — [3]) *dos non tribuatur ed. Schf.* — [4]) talis *abest a ms. Pl.* 1. — [5]) *ms. Bg.;* non ante nupt. *omiss.* autem *et* fuerit *ms. Pl.* 2.; non ante nupt. fuer. *ed. Schf.;* non ante nupt. et si non fuerit *ms. Gt.;* non autem fuer. *om.* ante nupt. *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) insinuare *edd. Nbg. Hal.* — [7]) Potito, Petito *mss. omnia.* — [8]) Anullino II. *Bk.* — [9]) *ms. Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [10]) Trophimiae, Triphoniae *mss. nonn.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.;* tibi *ins. edd., sed omissionem et Bas. suadent.* — [12]) *mss. Pist. Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell., nec ea recte se habet, quum hi conss. coniuncti non obveniant; possis coniicere aut* Dextro et Prisco [196.] *aut* Modesto et Probo [228.], *et, si hoc probaveris, referre eam subscr. ad l.* 4. *h. t.* — [13]) *hanc subscr., quae abest ab Hal. et rell., ex ms. Paris. restituit Bk.; sed dubia est maxime propter turbatam seriem constitutt. chronologicam. Minus parit dubium inscr., quae Severum et Anton. refert, licet a.* 196. *solus regnaverit Severus; idem enim vitium permultis inest inscr., e. g. l.* 1. *C. III.* 15., *l.* 1. *C. IV.* 19., *l.* 2. *C. IV.* 26., *adeoque ob. vv.* tempor meorum *vero simillimum est, unum tantum imp. in inscr relatum fuisse.* — [14]) *cfr. not.* 12. *ad l.* 2. *h. t.* — [15]) Imp. Gordianus A. *Bk.; v. not.* 17. *seq.* — [16]) ut *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [17]) *mss. Pist. Paris. huc referunt subscr.* PP. IV. Kal. Nov. Sabino et Venusto Conss. [240.], *quam ms. Paris. et habet in l.* 7. *infra, unde eam huc esse repetitam, docent et inscrr. et series chronologica. Male profecto eam hic restituit Bk., adeoque, ut subscr. adderet maxime suspectam, immutavit inscr. omnis fidei planissimam.* — [18]) conceptos *mavult Cont. propter Schol. Bas.* συλληφέντες, *quod vero et convenit cum lect. in textu.* — [19]) *ms. Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [20]) tua *abest a mss. Bg. Gt., ed. Schf.; consentit Schol. Bas.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Cont.* 62.; dissolutum *ms. Pl.* 2., *edd. rell.*

ideo non petente [1]) filia petitionem dotis repetere non prohiberis. .. IV. [2]) Kal. Nov. Sabino [3]) et Venusto Conss. [4]) [240.]

8. [a]) Idem A. Romano. — In copulandis nuptiis nec curatoris, qui solam rei familiaris sustinet administrationem, nec cognatorum vel affinium ulla auctoritas potest intervenire, sed spectanda est eius voluntas, de cuius coniunctione [5]) tractatur. Dat. V. Kal. Mart. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [6]) [241.]

[8b. [b]) Idem A. Rationalibus. — Manifestum est, nuptiis contra mandata contractis, dotem, quae data illo tempore, quum traducta est, fuerat, iuxta sententiam divi Severi fieri caducam, nec si consensu postea coepisse videatur matrimonium, in praeteritum commisso vitio potuit mederi. Dat. Kal. April. Antiochiae, Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]]

9. [c]) Imp. Probus A. Fortunato. — Si vicinis vel aliis scientibus uxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti, et ex eo matrimonio filia suscepta est, quamvis neque nuptiales tabulae, neque ad natam filiam pertinentes factae sunt, non ideo minus veritas matrimonii aut susceptae filiae suam habet potestatem.

10. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [7]) Paulinae. — Quum te non ex senatore patre procreatam, sed [8]) ob matrimonium cum senatore contractum clarissimae feminae nomen adeptam dicas, claritas, quae beneficio mariti tibi parata est, si secundi ordinis virum postea sortita es, redacta [9]) ad prioris dignitatis statum deposita est. Dat. Non. Nov. Diocletiano A. II. et Aristobulo Conss. [10]) [285.]

11. [d]) Idem AA. [11]) Alexandro. — Si invita detinetur uxor tua a parentibus suis, interpellatus rector provinciae, amicus noster, exhibita muliere voluntatem eius secutus, desiderio tuo medebitur.

12. Idem AA. [12]) Sabino. — Nec filium quidem familias invitum ad uxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit. Igitur, sicut desideras, observatis iuris praeceptis, sociare coniugio tuo, quam volueris, non impediris [13]); ita tamen, ut in [14]) contrahendis nuptiis patris tui consensus accedat. Dat. Non. Nov. . . . [15]).

13. [e]) Idem AA. et CC. [16]) Onesimo. — Neque sine nuptiis instrumenta facta matrimonii [17]) ad probationem sunt idonea, diversum veritate continente; neque non interpositis instrumentis iure contractum matrimonium irritum est, quum omissa [18]) quoque scriptura cetera nuptiarum indicia non sunt [19]) irrita.

14. [f]) Idem AA. et CC. Titio. — Neque ab initio matrimonium contrahere, neque dissociatum reconciliare quisquam cogi potest. Unde intelligis, liberam facultatem contrahendi atque distrahendi matrimonii transferri ad necessitatem non oportere.

15. Idem AA. et CC. Tatiano [20]). — Uxorem libertam suam manumissori, si non sit ex his personis, quae specialiter prohibentur, ducere non est interdictum; et ex eo matrimonio iustos patri filios nasci, certissimum est.

Authent. ut liberti de cetero. §. Si quis autem. (Nov. 78. c. 3.) — *Sed novo iure nulla dignitas prohibet cum liberta nuptias contrahi, dotalibus instrumentis confectis.*

16. [g]) Idem AA. et CC. Rhodoni. — Patrem, qui filiam exposuit, hanc nunc adultam sumtibus et labore tuo factam matrimonio coniungi filio [21]) desiderantis favere voto convenit. Qui si renitatur, alimentorum solutioni in hoc solummodo casu [22]) parere debet.

17. [h]) Idem AA. et CC. [23]) — Nemini liceat contrahere matrimonium cum filia, nepte [24]), pronepte, itemque [25]) matre, avia [26]), proavia, et ex latere amite

---

[a]) *Bas. XXVIII.* 4. 29. (*T. IV. p.* 247.) — *Sch. m.* (*T. IV. p.* 276.) — [b]) *hoc Gordiani mandatum primus edidit Cuiac. Obss. I.* 11., *voluitque inseri post leg.* 6. *h. t. in notis ad Cod.* (*Opp. post. Tom. ult. ed. Fabr. p.* 384.); *foret tamen, ut iam docent subscriptt., post leg.* 5. *collocandum. In text. illud receperunt Cont* 62. 71. *Char. et rell., qui loco etiam minus congruo post leg.* 8. *inseruerunt praeter Bk., qui ad calcem tit. illud reiecit. Merito tamen certe in hoc tit. locus ei denegatur, quum nullam abesse in eo Gordiani const. doceant iuris Graeco-Romani reliquiae. Invenitur dubia const. in mss. Bg. Gt. et in tribus codd. Paris.* 4517. 4519. 4530., *in omnibus autem post leg.* 1. *tit. seq. collocata. Cfr. et Haenel in not. ad Greg. Cod. V.* 1. *p.* 29. 30. — [c]) *Ad calcem hui. const. Cont.* 62. *in marg. hanc addit const., a se in uno cod. inventam:* Imp. A. Ubi (enim) auctoritas iuris desit, ibi nullum videri matrimonium contractum, saepe rescriptum est. *Eandem servant duo codd. Charondae, ms. Cas. post leg.* 11., *ms. Pl.* 2. *et mss. Paris.* 4517. 4519. 4521. *A. post leg.* 10., *mss. Gt. Paris.* 4530 *et ms. Haenel. post leg.* 17., *eodemque loco lacinia msi veteris apud b. Cramerum* (*v. eiusd. Kleine Schriften herausg. v. Ratjen. p. XLV.*). *Inscriptio plenior ex ms. Cas. est:* Imp. Val. A. Probo. *Post Cont.* 62. *etiam edd. rell. in not. ad leg.* 9. *huius dubiae const. fecerunt mentionem, in textum autem ad calcem hui. tit. eam retulit Bk. Byzantini iuris libri eam huic certe tit. adscribi vetant. Equidem aliquid novi sine luculentis testimoniis textui inserere iure meo abstineo.* — [d]) *Bas. XXVIII.* 4. 30. — *Sch. n.* — [e]) *Bas. XXVIII.* 4. 31. — *Sch. o—q.* — [f]) *Bas. XXVIII.* 4. 32. (*T. IV. p.* 248.) — *Sch. r. s.* (*T. IV. p.* 277.) — [g]) *Bas. XXVIII.* 4. 33. — *Sch. t.* — [h]) *haec const. est pars edicti amplioris, quod servavit Collatio VI.* 4. 1. *ex Greg. C. de nupt. V.* 1.

[1]) ideo poenitente *secundum Schol. Bas., quod habet τὸ κατὰ πόδα;* ideo non poenitente *mss. Gt. Bg.;* ideo non parente *liber Aured. apud Char.;* ideo pro petente *Cont. in marg.;* ideo non renitente *Cuiac. Obss. XIII.* 25., *qui sic pergi iubet:* filia petitioni, dotem repet. non proh. — [2]) VI. *Bk.* — [3]) II. *ins. Bk.* — [4]) *hanc subscr., quae abest ab Hal. et rell., ex ms. Paris. restituit Bk.* — [5]) conventione *ms. Pl.* 1. — [6]) *mss. Pist. Paris., Bk.; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [7]) *mss. Cas. Bg.;* et CC. *add. mss. Vat. Pl.* 1., *edd.* — [8]) sed *abest a ms. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [9]) reducta *ms. Pl.* 1.; deducta *ms. Pl.* 2. — [10]) *ms. Pist., similiter ms. Paris., quae hanc subscr. ad leg. praeced. adscriptam habent; minus recte Bk. inde diem omissis conss. ad praeced. const. retulit.* — [11]) *mss. Pist. Bg.;* et CC. *add. ms. Pl.* 1., *edd.* — [12]) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg.;* et CC. *add. ms. Pl.* 1., *edd.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.;* impedieris *edd.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.;* in *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pist. Paris., Bk.;* etiam dies *abest ab Hal. et rell.* — [16]) et CC. *absunt a mss. Cas. Vat. Bg.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.;* matrimonii *post* probat. *collocant Hal. et rell.; sed τὰ τοῦ γάμου συμβόλαια Bas.* — [18]) amissa *legendum secundum Bas. ἀπολλυμένου τοῦ συμβολαίου.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; sint *Cont.* 66. *et rell.* — [20]) Titiano *mss. pleraque.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.;* tuo *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) in hoc solummodo casu *om. unum ms. Russ. et aliqua mss. Char.; sed ἐν τούτῳ μόνῳ τῷ θέματι Schol. Bas.* — [23]) *nomina impp. repetunt mss. Cas. Vat. Bg.; in Collat. haec est inscr.* Exemplum edicti Diocletiani et Maximiani nobilissimorum Caesarum. — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Collatio;* vel *ins. edd.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf., Collatio;* cum *ins. edd. Nbg. Hal. et rell., ms. Bg. ex seriore additamento.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed Schf., Collatio;* vel *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*

amita ac matertera, sorore [1]), sororis filia et ex ea nepte, praeterea fratris [2]) filia et ex ea nepte [3]), itemque ex affinibus privigna, noverca, nuru, socru, ceterisque, quae iure antiquo prohibentur; a quibus cunctos volumus se [4]) abstinere. Dat. Kal. Maii Damasco [5]), Tusco et Anulino Conss. [6]) [295.]

18. [a]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Senatum. — Viduae intra quintum et vicesimum annum degentes, etiamsi emancipationis libertate [7]) gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententia non conveniant. Quodsi in conditionis [8]) delectu [9]) mulieris voluntas [patris] repugnat sententiae [et] propinquorum [10]), placet admodum, ut [11]) in virginum [12]) coniunctionibus sanctum [13]) est, habendo examini auctoritatem quoque iudiciariae cognitionis adiungi, ut, si pares sunt [14]) genere ac moribus petitores [15]), is potior existimetur [16]), quem sibi consulens mulier approbaverit. Sed ne forte hi, qui gradu proximo ad viduarum successiones [17]) vocantur, etiam honestas nuptias impediant, si huius rei suspicio [18]) processerit [19]), eorum volumus auctoritatem iudicumque succedere, ad quos, etiamsi fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis commodum pervenire non possit. Dat. XVII. Kal. August. Gratiano A. II. et Probo [20]) Conss. [371.]

19. Impp. Arcadius et Honorius [21]) AA. Eutychiano P. P. — Celebrandis inter consobrinos matrimoniis licentia legis huius salubritate indulta est, ut, revocata prisci iuris auctoritate restinctisque [22]) calumniarum fomentis, matrimonium inter consobrinos habeatur legitimum, sive ex duobus fratribus, sive ex duabus sororibus, sive ex fratre et sorore nati sunt, et ex eo matrimonio editi legitimi et suis patribus [23]) successores habeantur. Dat. III. Id. Iun. Stilicone I. et Aureliano Conss. [24]) [400.]

20. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Theodorum P. P. [25]) — In coniunctione filiarum in sacris positarum patris exspectetur arbitrium. Si [26]) sui iuris puella sit intra quintum et vicesimum annum constituta, ipsius quoque assensus exploretur; si patris auxilio destituta, matris et propinquorum et ipsius quoque requiratur adultae iudicium. Si vero [27]) utroque orbata parente sub curatoris defensione constituta sit, et inter honestos competitores matrimonii oriatur forte certamen, ut quaeratur, cui potissimum puella [28]) iungenda sit, si puella cultu verecundiae propriam noluerit voluntatem depromere coram positis propinquis, iudici deliberare permissum sit [29]), cui melius adulta societur [30]).

21. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Basso P. P. — A caligato milite usque ad protectoris personam [31]) sine aliqua solemnitate matrimoniorum liberam cum ingenuis duntaxat mulieribus contrahendi coniugii permittimus facultatem [32]).

22. [d]) Iidem AA. Hierio P. P. — Si donationum ante nuptias vel dotis instrumenta defuerint, pompa etiam aliaque nuptiarum celebritas omittatur, nullus existimet [33]), ob id deesse recte alias inito matrimonio firmitatem, vel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, [34]) inter pares honestate [35]) personas nulla lege impedente [36]) consortium, quod ipsorum consensu atque amicorum fide [37]) firmatur. Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. Felice et Tauro Conss. [428.]

23. Imp. Iustinus [38]) A. Demostheni P. P. — Imperialis benevolentiae proprium hoc esse iudicantes, ut omni tempore subiectorum commoda tam investigare, quam eis mederi procuremus, lapsus quoque mulierum, per quos indignam honore [39]) conversationem imbecillitate sexus elegerint, cum [40]) competente moderatione sublevandos esse censemus, minimeque eis spem melioris conditionis adimere, ut ad eam respicientes improvidam et minus honestam electionem facilius derelinquant. Nam ita credimus Dei benevolentiam et circa genus humanum nimiam clementiam, quantum nostrae naturae possibile est, imitari, qui quotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatus

---

[a]) *fons hui. const. est l.* 1. *Th. C. de nupt. III.* 7.; *Bas. XXVIII.* 4. 34. — *Sch. u—z.* — [b]) *Bas. XXVIII.* 4. 35. (*Fabr. T. IV. p.* 249.) — *Sch. a.* — [c]) *haec const. communem fontem habere videtur cum l.* 3. *Th. C. de libert. et sor. lib. IV.* 10. — [d]) *l.* 3. *Th. C. de nupt. III.* 7.

[1]) sorore *abest a mss. Collationis.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; tui *perperam ins. edd. omnes.* — [3]) praeterea — nepte *absunt a Collat.* — [4]) se *abest a Collat.* — [5]) Damaso *Blum. in Collat.* — [6]) *hanc subscr. ex Collat. habent in marg. Char. Pac., in textu Sp. Bk.* — [7]) liberalitate *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [8]) *ms. Gt., Bk., Theod. C.*; coniunctionis *mss. Pl.* 2. *Bg., ms. Pl.* 1. *ex correct., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; conventionis *Cont.* 66. *et rell.* — [9]) delectum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [10]) mul. voluntas patri (patris) repugn., patris sententiae et propinq. *mss. Pl.* 1. 2.; mul. voluntas patri rep. et sententiae propinq. *ms. Bg.*; *ut in textu, omnes edd.*; mul. vol. certat sententiae propinq. *Theod. C., ad quem proxime accedit liber Aured. apud Char. Ac profecto reprobanda sunt vv.* patris *et postea* et, *quum etiam Bas. probent, in hac thesi tantum de dissidio agi inter mulierem ac propinquos. Pro* patris *coniec.* matris *Cuiac. Obss. III.* 5. — [11]) placet quemadmodum et *Hal. Russ. Cont.* 62., *etiam ed. Nbg., nisi quod pro* et *habet* ut. — [12]) pupillarum *Theod. C.* — [13]) *mss. mea, Theod. C.*; sancitum *edd.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2., *Theod. C.*; sint *ms. Bg., edd.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.*; competitores *Russ. et rell.* — [16]) aestimetur *ms. Pl.* 1., *Theod. C.* — [17]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Theod. C.*; successionem *ms. Pl.* 2., *edd.* — [18]) suspectio *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; praecesserit *Cont.* 66. *et rell.* — [20]) V. C. *ins. Theod. C.* — [21]) et Theodosius *add. Bk. contra omnium librorum fidem.* — [22]) restrictisque *ms. Pl.* 2, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; retractisque *Russ. in marg.* — [23]) partibus *ms. Pl.* 1.; parentibus *Russ. in marg.* — [24]) *subscr. abest ab Hal.*; *Russ. ex lege* 6. *tit. seq. subscript. satis audacter huc repetit*; Dat. Stilicone II. et Anthemio Conss. [405.] *Cont.* 62. *et rell., falso, quum a.* 405. *etiam Theodosius imperaverit, quem ignorat inscr.*; *nostram subscr. erui ex ms. Pist., in quo legi praec. ita subscribitur* D. III. id. iun. Nicesticone primo css, *quae ad aliam non possunt const., nisi ad nostram, commode referri.* — [25]) Mucro P. P. *mss. Cas. Vat.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; Sed si *edd. Schf. Russ. et rell.* — [27]) vero *abest a mss. Pl.* 1. 2 *Gt.* — [28]) viro *ins. mss. Bg. Gt.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; est *edd. praeter Char. et Pac., a quibus utrumque abest.* — [30]) *ad a.* 408. *vel* 409. *referenda, quum serius sub Hon. et Theod. non inveniatur Theodorus P. P.* — [31]) et *ins. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [32]) *si recte se habet coniectura in not. c. ad h. l., haec est subscr.* Dat. III. Kal. April. Ravennae Theodosio A. XII. et Valentiniano A. II. Conss. [426.] *Profecto autem const. ad alium annum non potest, nisi ad* 426., *reiici.* — [33]) aestimet *mss. Pl.* 1. *Bg., Theod. C.* — [34]) si *ins. Hal. Bk., Theod. C.* — [35]) honestasque *ms. Pl.* 2. — [36]) fiat *ins. Hal. Bk., Theod. C.*; *sed v. Haenel. in not. d. ad l.* 3. *Th. C. cit.* — [37]) fide *abest a ms. Gt., ms. Bg., quod et om. praeced.* atque. — [38]) *ita legendum esse primus probavit Nic. Alemann. in not. ad Procop. arcan. hist. p.* 37.; Imp. Iust. *mss. Pl.* 2. *Bg. et vetus cod. Vaticanus apud Alemann. l. l.*; Imp. Iustinianus *rell.*; *sed v. not. ad inscr. leg. prox.* — [39]) honoris *mss. Pl.* 1. *Bg.*; bonorum *Hal.* — [40]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; cum *om. Russ. et rell.*

tur, et poenitentiam suscipere nostram, et ad meliorem eam statum deducere [1]). Quod si circa nostro subiectos imperio nos etiam facere differamus, nulla venia digni esse videbimur. §. 1. Itaque quum iniustum [2]) sit, servos quidem [3]) libertate donatos posse per divinam indulgentiam natalibus suis restitui, postque huiusmodi principale beneficium ita degere, quasi nunquam deservissent [4]), sed ingenui nati essent, mulieres autem, quae scenicis quidem ludis sese [5]) immiscuerunt, postea vero, spreta mala conditione, ad meliorem migravere sententiam, et inhonestam professionem effugerunt, nullam [6]) spem principalis habere beneficii, quod eas ad illum statum reduceret, in quo, si nihil inhonesti peccatum esset, commorari potuerunt; praesente sanctione clementissima principale beneficium eis sub ea lege [7]) condonamus, ut, si derelicta mala et inhonesta conversatione commodiorem vitam amplexae fuerint et honestati sese dederint, liceat eis nostro supplicare numini, ut divinos affatus sine dubio mereantur, ad matrimonium eas venire permittentes legitimum; his, qui eis coniungendi sunt, nullo timore tenendis [8]), ne scitis praeteritarum legum infirmum esse videatur tale coniugium, sed ita validum huiusmodi permanere matrimonium confidentibus, quasi nulla praecedente inhonesta vita uxores eas duxerint, sive dignitate praediti sint, sive alio modo scenicas in matrimonium ducere prohibeantur, dum tamen dotalibus omnimodo instrumentis non sine scriptis tale probetur coniugium. Nam omni macula penitus direpta, et quasi suis natalibus huiusmodi mulieribus redditis, neque vocabulum inhonestum eis inhaerere de cetero volumus, neque differentiam aliquam eas habere cum his, quae nihil simile peccaverunt; §. 2. sed et liberos ex tali matrimonio procreandos suos et legitimos patri esse, licet alios ex priore matrimonio legitimos habeat [9]), ut [10]) bona eius tam ab intestato quam ex testamento [11]) isti quoque sine ullo impedimento percipere possint. §. 3. Sed etsi tales mulieres post divinum rescriptum ad preces earum datum ad matrimonium venire distulerint, salvam eis nihilominus existimationem servari [12]) praecipimus, tam in aliis omnibus, quam ad transmittendam, quibus voluerint, suam substantiam, et suscipiendam competentem sibi legibus ab aliis relictam vel ab intestato delatam hereditatem.

Authent. scenicas non solum si fideiussores. (Nov. 51.) — *Quod eis permittitur, etiamsi iuraverint, in tali professione se perseveraturas, quia legibus expressum est, illicitae rei insiurandum servari non oportere, et poena periurii, si qua est, in eum convertenda est, qui exigit.*

§. 4. Similes vero tale merentibus ab imperatore beneficium mulieribus illas etiam esse volumus, quae dignitatem aliquam [13]), etsi [14]) non serenissimo principi supplicaverint, ultronea tamen donatione [15]) ante matrimonium meruerint, ex qua dignitate [16]) aliam etiam omnem maculam, per quam certis [17]) hominibus legitime coniungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet. §. 5. His illud adiungimus, ut et filiae huiusmodi mulierum, si quidem post expurgationem prioris vitae matris suae natae sint, non videantur scenicarum esse filiae, nec subiacere legibus, quae prohibuerunt filias scenicae [18]) certos homines in matrimonium ducere. Sin vero ante procreatae sint, liceat eis [19]), preces offerentibus invictissimo principi, sacrum sine obstaculo ullo mereri rescriptum, per quod eis ita nubere permittatur, quasi non sint scenicae matris filiae; nec iam prohibeantur illis copulari, quibus scenicae filias vel dignitatis vel alterius causae gratia uxores ducere interdicitur, ut tamen omnimodo dotalia inter eos etiam instrumenta conficiantur. §. 6. Sed etsi a scenica matre procreata, quae usque ad mortem suam in eadem professione duravit [20]), post eius obitum preces imperatoriae clementiae obtulerit, et divinam indulgentiam meruerit, liberationem maternae iniuriae et nubendi licentiam sibi condonantem, istam quoque posse sine metu priorum legum in matrimonio illis copulari, qui dudum scenicae filiam uxorem ducere prohibebantur. §. 7. Immo et [21]) illud removendum esse censuimus [22]), quod etiam [23]) in priscis legibus, licet obscurius, constitutum est, ut matrimonia inter impares honestate [24]) contrahenda non aliter quidem valeant, nisi dotalia instrumenta confecta fuerint, his vero [25]) intercedentibus omnimodo firma sint sine aliqua distinctione personarum, si modo [26]) liberae sint et ingenuae mulieres, nullaque nefariarum vel incestarum coniunctionum suberit [27]) suspicio [28]). Nam nefarios et incestos coitus omnibus modis amputamus, sicut et illos, qui praeteritarum legum sanctione specialiter vetiti sunt, exceptis videlicet his, quos praesente lege permisimus [29]), legitimique matrimonii iure munire praecipimus.

Authent. ut liceat matri et aviae. §. Quia vero legem. (Nov. 117. c. 4.) — *Maximis decorati dignitatibus usque ad illustres nonnisi dotalibus instrumentis conscriptis rite contrahunt nuptias, licet ante contractas retineant, exceptis barbaris. Reliqui omnes affectu solo recte contrahunt matrimonium.*

§. 8. His itaque per hanc generalem legem ita constitutis, et de cetero conservandis, praeteritas etiam huiusmodi coniunctiones ex subiecto tempore factas secundum praedictam dispositionem iudicari praecipimus, ut si quis talem uxorem ab initio nostri imperii, prout dictum est, iam duxerit, et liberos ab ea procreaverit, iustos eos et legitimos et tam ab intestato quam ex testamento patris [30]) successores [31]) habeat, et legitima in posterum nihilominus ea uxore permanente, procreandi [32]) quoque liberi legitimi sint [33]).

24. [a]) Imp. Iustinianus A. [34]) ad Senatum. — Sancimus, si quis nuptiarum fecerit mentionem in qua-

---

[a]) *Bas. XXVIII. 4. 36. — Sch. b.*

[1]) reducere *mss. Pl. 1. Bg. Gt.* — [2]) iustum *edd. Nbg. Hal.*; non iniustum *ms. Bg.* — [3]) quoque *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; servissent *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; ante *ins. Russ. et rell.* — [6]) nonnullam *ms. Bg.*, *Hal.*, *cfr. not. 2.* — [7]) eis subiecta lege *edd. Nbg. Hal.* — [8]) retinendis *ms. Gt.*; timendis *ms. Pl. 1.* — [9]) suos et legitimos habeant *ms. Pl. 1.*, *omissis* patri esse — matrim. legit. — [10]) et *edd. Nbg. Hal.* — [11]) testatione *edd. Nbg. Hal.* — [12]) servare *Cont. 71. Char. Pac. Sp.* — [13]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt.*; habeant *add. edd. Nbg. Schf. Hal.*; habent *ms. Pl. 2.*, *Russ. et rell.* — [14]) sed etsi *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [15]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt.*; ultroneam tam. donationem *ms. Pl. 2.*, *edd.* — [16]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt.*; et *add. ms. Pl. 2.*, *edd.* — [17]) ceteris *ms. Pl. 1.* — [18]) *mss. Pl. 1. 2. Bg.*, *ed. Nbg.*; scenicarum *edd. Schf. Hal. et rell.* — [19]) eis *om. mss. Pl. 2. Bg. Gt.* — [20]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; duraverit *edd.* — [21]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; etiam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; censemus *edd.* — [23]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; etiam *abest ab edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont. 62.*; personas *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont. 62.*; non *ins. ed. Nbg.*; etiam non *ins. Hal. et rell.*, *profecto male.* — [26]) non *ed. Nbg.* — [27]) subierit *ms. Pl. 1.*, *ed. Schf.* — [28]) supplicio *ed. Nbg.* — [29]) *mss. Pl. 1. 2. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; permittimus *Russ. et rell.* — [30]) patris *om. ms. Gt.*; patri *ms. Pl. 1.* — [31]) successuros *ms. Pl. 2.* — [32]) *ms. Gt.*, *vetera mss. Cont.*, *ed. Schf.*; procreanti *ms. Bg.*; procreati *ms. Pl. 1. ex correct.*, *ms. Pl. 2.*, *edd. rell.* — [33]) *hanc const. intra a. 521—523. datam fuisse censet Alemannus in not. ad Procop. p. 38.* — [34]) *mss. Pl. 2. Bg.*; Idem A. *edd. omnes*; *v. not. 38. ad inscr. leg. 23. hoc tit.*; Impp. Iustinian. AA. *ms. Pl. 1.*

qualicunque pacto, quod ad dandum, vel ad faciendum, vel non dandum, vel non faciendum concipitur, et sive nuptiarum tempus dixerit, sive nuptias nominaverit, non aliter intelligi conditionem esse adimplendam [1]) vel [2]) extenuandam, nisi ipsa nuptiarum accedat festivitas, et non esse tempus inspiciendum, in quo nuptiarum aetas vel feminis post duodecimum annum accesserit vel maribus post quartum decimum annum completum, sed ex quo vota nuptiarum re ipsa processerint. Sic etenim et antiqui iuris contentio dirimetur, et immensa librorum volumina ad mediocrem [3]) modum tandem pervenient.

25. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Si furiosi parentis liberi, in cuius potestate constituti sunt, nuptias possint [4]) contrahere, apud veteres agitabatur. Et quidem filiam furiosi marito posse copulari, omnes paene iuris antiqui conditores admiserunt; sufficere enim putaverunt, si pater non contradicat. In filio autem familias dubitabatur. Et Ulpianus quidem retulit constitutionem Imperatoris Marci, quae de furioso non loquitur, sed generaliter de filiis mente capti, sive masculi sive feminae sint, qui nuptias contrahunt, ut hoc facere possint etiam non adito principe, et aliam dubitationem ex hoc emergentem [5]), si hoc, quod in demente [6]) constitutio induxit, etiam in furiosis obtinendum est [7]), quasi exemplo mente capti et furiosi filios adiuvante [8]). His itaque dubitatis, tales ambiguitates decidentes sancimus, hoc [9]) repleri, quod divi Marci constitutioni deesse videtur, ut non solum dementis, sed etiam furiosi liberi cuiuscunque sexus possint legitimas contrahere nuptias, tam dote quam ante nuptias donatione a curatore eorum praestanda; aestimatione tamen in hac regia urbe excellentissimi praefecti urbis, in provinciis autem virorum clarissimorum earum praesidum vel locorum antistitum tam opinione personae, quam moderatione dotis et ante nuptias donationis constituenda, praesentibus tam curatoribus dementis vel furiosi, quam his [10]), qui ex genere eorum nobiliores sunt; ita tamen, ut nulla ex hac causa oriatur vel in hac regia urbe vel in provinciis iactura substantiae furiosi vel mente capti, sed gratis omnia procedant, ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento praegravetur. Dat. Kal. Octob. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [11]) [530.]

26. [b]) Idem A. Iuliano P. P. — Si quis alumnam suam libertate donaverit, et in matrimonio suo collocaverit, dubitabatur apud antiquos, utrumne huiusmodi nuptiae legitimae esse videantur, an non. Nos itaque, vetustam [12]) ambiguitatem decidentes, non esse vetitum matrimonium censemus [13]). Si enim ex affectu omnes introducuntur nuptiae, et nihil impium nec legibus contrarium in tali copulatione [14]) spectamus [15]), quare praedictas nuptias inhibendas existimaverimus [16])? Nec enim homo sic impius invenitur [17]), ut, quam ab initio loco filiae habuit, eam postea in suo collocaverit [18]) matrimonio, sed ei credendum est, qui [19]) eam et ab initio non ut filiam educavit, et libertate donavit, et [20]) dignam esse postea suo putavit matrimonio. Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, sive alumna sit sive non, a sacrosancto suscepit baptismate, quum nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem et iustam [21]) nuptiarum prohibitionem, quam huiusmodi nexus, per quem Deo mediante animae eorum copulatae sunt. Dat. Kal. Octob. Constantinop. Lampadio et Oreste Conss. [22]) [530.]

27. [c]) Idem A. Ioanni P. P. — Sancimus, nuptias, quae inter masculos et feminas maiores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis lege Iulia vel Papia prohibitae sunt, homines volentes contrahere, et ex nullo modo vel ex nulla [23]) parte tales nuptias impediri.

28. Idem A. Ioanni P. P. — Si libertam quis uxorem habeat, deinde inter senatores scribatur dignitate illustratus, an solvatur matrimonium, apud Ulpianum quaerebatur, quia lex Papia inter senatores et libertas stare connubia non patitur. Nos igitur Dei sequentes iudicium non patimur, in uno eodemque connubio mariti felicitatem uxori fieri infortunium, ut, quantum vir in altum tollatur, tantum et coniux eius decrescat, immo magis penitus depereat. Absit itaque a nostro tempore huiusmodi asperitas, et firmum maneat matrimonium, et uxor marito concrescat, et sentiat eius fulgorem, stabileque maneat matrimonium, ex huiusmodi superventu minime deminutum. Simili modo, si privati hominis filia ad liberti veniat connubium, et postea pater mulieris ad senatoris dignitatem fuerit elatus, taceat [24]) Papiae legis crudelissima sanctio, et neque per hunc modum dissolvatur matrimonium inter facti senatoris filiam et libertum, ne soceri prosperitas [25]) sine genero iuveniatur. Melius enim est legis Papiae severitatem in utroque casu compescere, quam eam sequendo hominum matrimonia dispergere, non ex vitio mulieris et mariti, sed ex prospera alterutrius [26]) partis fortuna; quum enim ex una radice vitium nascitur, consequens est, ut una lege tollatur.

29.

---

[a]) *pars hui. const. est l.* 28. *C. de episc. aud. I.* 4.; *Bas. XXVIII.* 4. 37. — *Sch. c. d.* — [b]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 7.; *Bas. XXVIII.* 4. 38. (*T. IV. p.* 250.) — *Sch. e.* (*T. IV. p.* 278.) — *XXVIII.* 5. 14. (*T. IV. p.* 289.) — [c]) *hanc const. esse ultimam hui. tit. testatur Cont. in marg.*, *cui accedit auctoritas msi Pl.* 1.; *Bas. XXVIII.* 4. 39.

[1]) adcomplendam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Hal. in textu*; non *ins. Hal. in not.*, *Russ. et rell.*, *sed a plerisque cancellis inclusum.* — [3]) meliorem *ed. Nbg.*, *var. l. gl.* — [4]) possunt *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [5]) emergere *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 1. *ante correct.*, *ed. Schf.*; alia dubitatione ex hoc emergente *Russ. Cont. in marg.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Cont.* 62.; de demente *edd. Nbg. Schf.*; de mente capto *Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; sit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) *ms. Gt.*, *var. l. gl.*, *quam probat Russ. in marg.*; adiuvantes *mss. rell. et edd.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; hic *Russ. et rell.* — [10]) quam furiosi, nec non his *l.* 28. *C. I.* 4. — [11]) *hanc subscr. restituit Merillius Opp. P. II. p.* 57., *concinit l.* 28. *C. I.* 4. *et ms. Pist.*, *quod eondem subscr. ad calcem leg.* 20. *hui. tit. adiectam habet; subscr. abest ab Hal. et rell.* — [12]) istam *ed. Schf.*; veterem *ms. Gt.* — [13]) Nos itaque — censemus *absunt a coll. Ans. ded.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Schf.*, *Coll. Ans. ded.*; copula *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Coll. Ans. ded.*; exspectamus *edd. omnes*, *male*, *nam Schol. Bas. quoque* σκυποῦμεν. — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Coll. Ans. ded.*; existimaremus *ed. Nbg.*; existimemus *Hal. et rell.* — [17]) inveniatur *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Coll. Ans. ded.*; invenietur *edd. Nbg. Hal. Bk.*; *sed* εὑρίσκεται *Schol. Bas.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Coll. Ans. ded.*; collocet *edd. Nbg. Hal. et rell.*; συνάψῃ *Schol. Bas.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Coll. Ans. ded.*; quia *edd. omnes*; *verum Schol. Bas. quoque* ὅστις. — [20]) ut *pauloque post* putaret *Coll. Ans. ded.* — [21]) iustarum *ms. Pl.* 1. — [22]) *Coll. Ans. ded.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [23]) nec ex ulla *Hal. Russ. Cont.* 62. — [24]) Iuliae et *add. mss. Pl.* 1. 2.; *movet hoc additamentum*, *ut et in const. praeced. vv.* Iulia vel *a scriba superaddita fuisse censeamus.* — [25]) posteritas *ms. Gt.* — [26]) alterius *ms. Bg.*

29. [a]) *Argumentum graec. const.* [1]) *ex l.* 33. *C. de episc. aud. I.* 4.

Θείαν ἐποιησάμεθα [2]) διάταξιν, οὐδενὶ συγχωροῦντες οὐδὲ ἄκουσαν γυναῖκα, δούλην ἢ ἐλευθέραν, εἰς σκηνὴν ἢ ὀρχήστραν καθέλκειν, οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλομένην κωλύειν, τούς τε ἐγγυητὰς τῆς αὐτῆς, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου χρυσίου ῥητὸν ὁμολογήσαντας, ἀπαιτεῖν. Ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο γένηται, κωλύεσθαι ταῦτα παρά τε τῶν λαμπροτάτων τῶν ἐπαρχιῶν ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων διεταξάμεθα, δόντες ἄδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἅμα τῷ λαμπροτάτῳ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, καὶ ἄκοντας ἄγειν πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς βιασαμένους, ἢ τοὺς ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἐργασίας κωλύοντας, καὶ δημοσίαν μὲν αὐτῶν ποιεῖν τὴν οὐσίαν, ἐκείνους δὲ τῆς πόλεως ἐξελαύνειν. Εἰ δὲ ὁ τὴν ἐπαρχίαν ἰθύνων αὐτὸς ὁ βιαζόμενος εἴη, ἢ τὴν ἐκ τῆς εἰρημένης ἐργασίας ἀπαλλαγὴν κωλύων, δίδομεν ἄδειαν καὶ μόνοις τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις προσιέναι τὴν ταῦτα πάσχουσαν ἢ τὸν αὐτῆς ἐγγυητήν, τὸν δὲ ἐναντιοῦσθαι τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι, καὶ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν, ἤ, εἰ μὴ γένοιντο πρὸς τοῦτο ἱκανοί, μηνύειν εἰς τὴν βασιλείαν, ὥστε ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἐξενεχθῆναι ποινήν, τῶν ἐγγυῶν καθάπαξ λυομένων, καὶ τῶν ἐγγυητῶν ἀζημίων φυλαττομένων· ἄδειαν διδόντες ταῖς ἀπαλλαττομέναις τοιαύταις γυναιξίν, ἐλευθέραις καὶ εὐγενέσιν οὔσαις, πρὸς γάμον χωρεῖν νόμιμον, καὶ εἰ τυγχάνοιεν ταῖς σεμνοτάταις ἀξιαις οἱ ταύτας λαμβάνοντες κεκοσμημένοι, μηκέτι δεομέναις βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν τὸν γάμον πραττούσαις, γαμικῶν μέντοι συμβολαίων ἐκ τρόπου παντὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων, τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν θυγατέρων τῶν σκηνικῶν διαταξάμενοι.

29. *Sacram fecimus constitutionem, nemini permittentes neque invitam mulierem, ancillam aut liberam, in scenam aut orchestram pertrahere, neque discedere volentem prohibere et eius fideiussores, qui super hoc ipso certum auri modum promiserint, convenire. Sed si quid tale factum fuerit, prohiberi haec et a clarissimis provinciarum praesidibus, et a civitatum religiosissimis episcopis constituimus, dantes licentiam religiosissimis episcopis una cum clarissimo provinciae praeside, etiam invitos trahere ad se eos, qui compulerint, aut qui discedere ab eo quaestu prohibuerint, et publicare quidem eorum substantiam, ipsos vero civitate expelere Si vero qui provinciam regit, ipse sit, qui eas compulerit, aut a praedicto quaestu conversionem prohibuerit, damus licentiam, solos religiosissimos episcopos adire eam, quae talia patitur, aut eius fideiussorem; hic vero episcopus sese opponat magistratui, et non permittat iniuriam, aut, si minus fuerint ad id idonei, indicent id nostro imperio, ut a nobis competens exerceatur poena, fideiussionibus simul solvendis, et fideiussoribus indemnibus conservandis; et licentiam damus conversis huiusmodi mulieribus, liberis et ingenuis, ad matrimonium transire legitimum, neque si gravissimis dignitatibus qui illas duxerint decorati sint, indigeant imperialibus rescriptis, sed ex suo arbitrio nuptias celebrent, nuptialibus nimirum instrumentis omnimodo inter ipsos factis; eademque et de filiabus scenicarum constituimus.*

Tit. V.

[b]) DE INCESTIS ET INUTILIBUS NUPTIIS.

1. Imp. Alexander A. Amphigono [3]). — Liberta eademque uxor tua, si a te invito discessit, connubium cum alio non habet [4]), si modo uxorem eam habere velis.

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Sebastianae [5]). — Neminem, qui sub ditione [6]) sit Romani nominis, binas uxores habere posse, vulgo patet, quum et [7]) in edicto praetoris huiusmodi viri infamia notati sunt [8]). Quam rem competens index inultam esse non patietur. PP. III. Id. Decemb. Diocletiano A. II. et Aristobulo Conss. [9]) [285.]

3. [d]) Imp. Constantinus A. Patroclo. — Cum ancillis non potest esse connubium; nam ex huiusmodi contubernio servi nascuntur. Ideoque praecipimus, ne decuriones in gremia potentissimarum domorum libidine servarum [10]) ducente confugiant. Si enim decurio clam, actoribus atque procuratoribus nescientibus, alienae fuerit servae coniunctus, et mulierem in metallum trudi [11]) per sententiam [12]) iudicis iubemus, et ipsum decurionem in insulam deportari, omnibus bonis eius civitati, cuius curialis fuerat, mancipandis, si patria potestate fuerit liberatus, nullosque habeat liberos vel parentes vel etiam propinquos, qui secundum legum ordinem ad eius successionem vocantur [13]). Quodsi actores vel procuratores loci, in quo flagitium admissum est, fuerint [14]) conscii, vel compertum facinus promere [15]) noluerint, metallo eos convenit implicari. Si vero dominus [16]) hoc fieri permisit, vel postea cognitum celavit, si quidem in agro id fa-

---

[a]) *Hic deesse graecam const., latam a Iustiniano in favorem scenicarum, a turpi quaestu abstrahendarum, docent Paratitla ad Coll. const. eccl. I.* 3. *et I.* 4. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1270. 1282.) *Argumentum eius const., cuius exordium secundum eadem Parat. fuit v.* Πάσης *vel* Πάσῃ, *ipse refert Iustinianus in l.* 33. *C. de episc. aud. I.* 4. *Editores inde a Cont.* 71. *praeter Bk. male huc retulerunt totam leg.* 33. *C. cit., ac si eam iisdem verbis hic repetiisset Iustinianus. Brevissimam argumenti notitiam ex Parat. cit. cum Ant. August. hic restituit Bk. Equidem hanc esse restituendam legis* 33. *cit. partem censui, quam ipse Iustinianus l. c. huic loco tribuit. — Graecae const. lacunam in fronte tit. seq. indicat ms. Bg. —* [b]) *Dig. XXIII.* 2. — [c]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 46.; *Bas. XXVIII.* 5. 35. (*Fabr. T. IV. p.* 293.) — *Sch. i.* (*Fabr. T. IV. p.* 305.) — [d]) *hausta ex l.* 6. *Th. C. de decurion. XII.* 1.

[1]) *hanc const.* πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς *fuisse inscriptam, ipse Iustinian. in l.* 33. §. 1. *C. I.* 4. *refert.* — [2]) ἐποιήσαμεν *ms. Vat., quod contulit Alemannus ad Procop. arc. hist. p.* 41. — [3]) Amphieni *ms. Pl.* 1.; Amphioni *al.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; habeat *edd.* — [5]) Sebastiano *mss. nonn.*; P. P. *add. al.* — [6]) conditione *ms. Bg., ed. Schf., Coll. Ans. ded.*; iurisdictione *ms. Pl.* 1.; ὑπὸ τὴν πολιτείαν *Bas.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Coll. Ans. ded.*; etiam *edd. Schf., Russ. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sint *Russ. et rell., Coll. Ans. ded.* — [9]) *subscr., quae abest ab Hal. et rell., restitui ex Coll. Ans. ded.* — [10]) servarum *abest a Theod. C.* — [11]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Cont.* 62., *Theod. C.*; detrudi *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [12]) sententia *Theod. C.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; vocentur *Hal. et rell.* — [14]) fuerunt *Theod. C., statimque post* noluerunt. — [15]) prodere *Theod. C.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; loci *add. edd. Schf Russ. et rell.*

factum est, fundus cum mancipiis et pecoribus ceterisque rebus, quae cultui rustico sustinentur [1]), fisci viribus [2]) vindicetur; si vero in civitate id factum est, dimidiam bonorum omnium partem praecipimus confiscari, poenam augentes, quoniam intra domesticos parietes scelus admissum est, quod noluit mox cognitum publicare. Dat. Kal. Iul. Aquileiae, Constantino A. V. et Licinio Caes. Conss. [3]) [319.]

4. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [4]) AAA. ad Andromachum, Comitem rerum privatarum. — Qui contra legum praecepta vel contra mandata constitutionesque principum nuptias forte contraxerit, nihil ex eodem matrimonio, sive ante nuptias donatum, sive deinceps quoquo modo datum fuerit, consequatur, idque totum, quod ab alterius liberalitate in alterum processerit, ut indigno indignaeve sublatum, fisco vindicari sancimus, exceptis tam feminis quam viris, qui aut errore acrissimo [5]), non affectato insimulatove, neque ex vili causa decepti sunt, aut aetatis lubrico lapsi. Quos tamen ita demum legis nostrae laqueis eximi placuit, si aut errore comperto, aut ubi ad legitimos pervenerint annos, coniunctionem huiuscemodi sine ulla procrastinatione diremerint. Dat. Romae, Kal. Decemb. Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [6]) [393.]

5. Iidem AAA. Cynegio P. P. [7]) — Fratris uxorem ducendi vel duabus sororibus coniungendi penitus licentiam submovemus, nec dissoluto quocunque modo coniugio [8]).

6. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano P. P. — Si quis incesti vetitique coniugii sese nuptiis funestaverit, proprias, quamdiu vixerit, teneat facultates, sed neque uxorem neque filios ex ea editos habere credatur. Nihil [9]) prorsus praedictis, neque [10]) per interpositam quidem personam, vel donet superstes vel mortuus [11]) derelinquat. Dos, si qua forte solemniter aut data [12]) aut promissa fuerit, iuxta ius antiquum fisci nostri commodis cedat. Testamento suo extraneis nihil relinquat [13]), sed, sive testato sive intestato, legibus ei et [14]) iure succedant, si qui forte ex iusto et legitimo matrimonio editi fuerint, hoc est de descendentibus filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, de adscendentibus [15]) pater, mater, avus, avia, de latere frater, soror, patruus, amita. Testandi sane ita demum habeat facultatem, ut his tantum [16]) personis pro iuris ac legum, quod voluerit, arbitrio relinquat, quas succedere imperialis praecepti tenore mandavimus; ita tamen, ut ab [17]) hereditate defuncti penitus arceatur, si quis ex his, quos memoravimus, in contrahendis incestis nuptiis consilium [18]) iniisse monstrabitur, successuro in locum illius, qui post eum gradum [19]) proximus invenitur. Ea sane, quae de viris cavimus, etiam de feminis, quae praedictorum sese consortiis commaculaverint, custodiantur. Memoratis vero personis non exstantibus, fisco [20]) locus pateat. Dat. VI. Id. [21]) Decemb. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [396.]

Authent. de incestis et nefariis nuptiis. §. 1. (Nov. 12. c. 1.) — *Incestas nuptias contrahentis poena est confiscatio bonorum, tam ceterorum, quam dotis, exsilium etiam et cinguli, si quo potitur, spoliatio, verberatio quoque, si vilis est. Femina quoque talia scienter peccante, simili poenae subiuganda. Substantia sic amissa liberis hoc ipso sui iuris effectis, si quos habet legitimos, applicetur, ut tamen pater ab eis alatur; quibus non extantibus, fisco defertur.*

Authent. quibus modis naturales effic. sui. §. fin. (Nov. 89. c. 15.) — *Ex complexu nefario aut incesto seu damnato liberi nec naturales sunt nominandi, omnis paternae substantiae indigni beneficio, ut nec alantur a patre.*

7. [b]) Impp. Valentinianus et Marcianus AA. Palladio P. P. — Humilem vel abiectam feminam minime eam indicamus intelligi, quae, licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit. Unde licere statuimus senatoribus et quibuscunque amplissimis dignitatibus praeditis, ex ingenuis [22]) natas, quamvis pauperes, in matrimonium sibi accipere [23]), nullamque inter ingenuas [24]) ex divitiis et opulentiore fortuna esse distantiam. Humiles vero abiectasque personas eas tantummodo mulieres esse censemus: ancillam, ancillae filiam, libertam, libertae filiam, scenicam vel [25]) scenicae filiam, tabernariam vel [26]) tabernarii [27]) vel lenonis aut arenarii filiam, aut eam, quae mercimoniis publice praefuit. Ideoque huiusmodi inhibuisse nuptias senatoribus harum feminarum, quas nunc [28]) enumeravimus, aequum est [29]). Dat. prid. Non. April. Constantinop. Aetio et Studio VV. CC. [30]) Conss. [454.]

8. [c]) Imp. Zeno A. Epinico [31]) P. P. — Licet quidam Aegyptiorum idcirco mortuorum fratrum sibi coniuges matrimonio copulaverunt, quod post illorum mortem mansisse virgines dicebantur, arbitrati scilicet, quod certis [32]) legum conditoribus placuit, quum corpore non convenerint, nuptias re non videri

---

[a]) *descendit ex l. 3. Th. C. d. incest. nupt. III. 12.* — [b]) *hausta ex Nov. Marc. LXXXIV., ex qua et venit l. 9. C. de legib. I. 14.* — [c]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c. 22.*

[1]) cultu rustico continentur *unum ms. Russ.* — [2]) *Theod. C., Bk.*; iuribus *edd. rell.*; *sed v. Cuiac. Obss. XXVIII. 1.* — [3]) *hanc subscr., a Russ. ex Theod. C. restitutam, denuo omiserunt Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Sp.* — [4]) *potius* Theodos. Arcad. et Honor. *propter subscr.*; *quam frequens in inscripti. a. 393. hic error sit, vide ex Iac. Gothofr. Chronol. h. a.*; Valent. Arc. et Theod. *ms. Bg.* — [5]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Cuiac. Obss. XV. 13.*; acerrimo *edd.* — [6]) d. Ro. K. dec. Thed. A. III. et abiratio *ms. ms. Pist., unde restitui hanc subscr., quae abest ab Hal. et rell.*; Dat. XVII. Kal. Mart. *ms. Paris., Bk.* — [7]) *mss. Cas. Vat. Bg., Cont. 62.*; P. P. *om. rell.* — [8]) *Iac. Gothofr. in Prosopograph. p. 48. hanc const. ad a. 384. referendam arbitratur.* — [9]) ut nihil *Theod. C.* — [10]) ne *Theod. C., Bk.* — [11]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; moriturus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [12]) aut dicta *ins. Theod. C.* — [13]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; derelinquat *Russ. et rell., Theod. C.* — [14]) et *om. Hal. Russ. Cont. 62.* — [15]) *mss. Pl. 1. Bg., Theod. C.*; autem *ins. ms. Pl. 2., edd.* — [16]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., Theod. C.*; tantummodo *ms. Pl. 2., edd.* — [17]) ab *om. Theod. C.* — [18]) participatum atque consil. *Theod. C.* — [19]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Theod. C.*; gradu *edd.* — [20]) *mss. Pl. 1. Gt., Theod. C.*; nostro fisco *mss. Pl. 2. Bg., edd.* — [21]) Kal. *Theod. C.*; *sed v. eundem ex ed. Haenel.* — [22]) *mss. Pl. 1. Gt., Nov. Marc.*; tamen parentibus *add. ms. Pl. 2., edd. Nbg. Schf.*; parentibus *ins. Hal. et rell.* — [23]) adsciscere *Nov. Marc.*; adipisci *ms. Pl. 1.* — [24]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Nov. Marc.*; et opulentiores *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.*; *quomodo haec insulsa adiectio orta sit, docent ms. Bg., in quo est* inter ing. ex divitiis et opulentiores fortuna, *et ed. Schf., quae sic habet:* inter ing. opulentiore ex divit. fort. — [25]) *mss. Bg. Gt., Nov. Marc.*; et *ms. Pl. 1.*; *utrumque om. rell.* — [26]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Nov. Marc.*; vel *om. rell.* — [27]) tabernariae *ms. Bg. ex recent. emend., ms. Gt., quod et postea* arenariae. — [28]) *mss. Pl. 1. 2., Nov. Marc.*; modo *edd. Schf. Hal. et postea rell.*; *utrumque abest a ms. Bg ante correct., ed. Nbg.* — [29]) aequum est *om. mss. Pl. 1. 2. Bg., Cont. 62., et omittenda censeo.* — [30]) *Nov. Marc., Bk.* (*qui om.* VV. CC.); et Asterio *Hal et rell.* — [31]) Spinico, Epinio *mss. nonn.* — [32]) et ceteris *Coll. Ans. ded.*; cunctis *ms. Gt*

deri [1]) contractas, et huiusmodi connubia tunc temporis celebrata firmata sunt, tamen praesente lege sancimus, si quae huiusmodi nuptiae contractae fuerint, eas [2]) earumque contractores et ex his progenitos antiquarum legum tenori subiacere, nec ad exemplum Aegyptiorum, de quibus supradictum est, eas videri fuisse firmatas [3]) vel esse firmandas. Dat. Kal. Sept. Constantinop. post consul. Leonis iunioris [4]). [475.]

9. Idem A. [5]) Sebastiano [6]) P. P. — Ab incestis nuptiis universi, qui nostro regnantur imperio, noverint temperandum. Nam rescripta quoque omnia vel pragmaticas formas aut constitutiones impias, quae quibusdam personis tyrannidis tempore permiserunt scelesto contubernio matrimonii nomen imponere, ut fratris filiam vel sororis, vel eam, quae cum fratre quondam nuptiali iure habitaverat, uxorem legitimam turpissimo consortio liceret amplecti, aut ut [7]) alia huiusmodi committerentur, viribus carere decernimus, ne dissimulatione culpabili nefanda licentia roboretur [8]).

Tit. VI.

[a]) DE INTERDICTO MATRIMONIO INTER PUPILLAM ET TUTOREM SEU CURATOREM LIBEROSQUE EORUM [9]).

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. [10]) Marino [11]). — Senatusconsulti auctoritatem, quo inter pupillam et tutoris filium connubium saluberrime sublatum est, circumveniri rusticitatis et imperitiae velamentis non oportet. PP. IV. [12]) Id. Febr. Laeto II. et Cereale Conss. [13]) [215.]

2. [c]) Imp. Alexander A. Byrrho [14]). — Mater pupillae cum tutore filiae suae vel filio [15]) tutoris nuptias contrahere non prohibetur. PP. Non. Nov. Maximo II. et Aeliano Conss. [16]) [223.]

3. [d]) Imp. Gordianus A. [17]) Rogatiano [18]). — Quum proponas, ei, quam matrimonio tuo iunctam suggeris, post liberos susceptos curatorem patrem tuum datum, quem contendis nec te in potestate habuisse; quum rite [19]) contractum matrimonium ex post facto vitiari [20]) non potuerit, iusta interpretatione [21]) metuere non debes, ne liberi, quos habetis, non ex iusto matrimonio suscepti videantur. Ut autem omnis scrupulus auferatur, insistere pater tuus debet nec non et uxor tua, ut alius loco eius detur; habebit enim [22]) facultatem repetendae rationis negotiorum gestorum ab eo [23]), qui fuerit substitutus.

4. [e]) Imp. Philippus A. Higinae [24]). — Libertinum, qui filio suo naturali, quem in servitute susceperat, postea manumisso pupillam suam, eandemque patroni sui filiam, in matrimonio collocavit, ad sententiam amplissimi ordinis, qui huiusmodi nuptiis interdicendum putavit, pertinere, dubitari non oportet.

5. [f]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Apuleio [25]). — Curatorem adulto suo filiam suam nuptui [26]) collocare non posse, falso tibi persuasum est. PP. XV. Kal. Sept. Philippo A. et Titiano Conss. [27]) [245.]

6. [g]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Lucio [28]). — Si patris tui pupillam, nondum reddita tutelae ratione, vel post redditam, nondum exacto quinto et vicesimo anno nec non etiam [29]) utili anno, uxorem duxisti, nec matrimonium cum ea habuisse, nec filium ex huiusmodi coniunctione procreasse videri potes. Sane si hoc pater puellae, quum decederet, postulavit, et nuptiae rite contractae, et filius videtur iure susceptus. PP. Id. Mai. Seculari II. et Donato Conss. [30]) [260.]

7. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [31]) Paregorio [32]). — Si tutor vel curator pupillam vel adultam quondam suam sibi vel filio suo, nullo divino impetrato beneficio, in matrimonio collocaverit, manet infamia contra eum, veluti confessum de tutela, quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laboravit; et dos data per condictionem repeti potest.

8. [i]) Impp. Leo et Anthemius AA. Erythrio [33]) P. P. — Si quis tutoris vel curatoris nomine usurpato, id est pro tutore seu curatore vel negotiorum [34]) gestore res pupillae administraverit, eamque sibi filiove suo copulaverit, tales nuptias stare, et non ad exemplum tutorum infirmari sancimus [35]), ne ex huiusmodi subtili vel maligno tractatu matrimonia, seu proles ex his progenita, vel dos super his data vel promissa aliquam laesionem vel calumniam patiantur.

---

[a]) *Dig. XXIII.* 2. — [b]) *Bas. XXVIII.* 5. 36. (*T. IV. p.* 294.) — *Sch. k. l.* (*T. IV. p.* 306.) — [c]) *Bas. XXVIII.* 4. 40. (*T. IV. p.* 250.) — [d]) *Bas. XXVIII.* 4. 41. — *Sch. f. g.* (*T. IV. p.* 278.) — [e]) *Bas. XXVIII.* 5. 37. (*T. IV. p.* 294.) — *Sch. m.* (*T. IV. p.* 306.) — [f]) *Bas. XXVIII.* 4. 42. (*T. IV. p.* 251.) — *Sch. h.* (*T. IV. p.* 279.) — [g]) *Bas. XXVIII.* 4. 43. — *Sch. i. k.* — [h]) *Bas. XXVIII.* 5. 38. (*T. IV. p.* 294.) — [i]) *Bas. XXVIII.* 4. 44. (*T. IV. p.* 251.) — *Sch. l.* (*T. IV. p.* 279.) —

[1]) *ms. Pl.* 1., *Coll. Ans. ded.*; non re videri *edd. Schf. Hal.*; esse non vid. *ms. Pl.* 2.; non vid. esse *ed. Nbg.*; non vid. re esse *Russ. et rell.* — [2]) eas *abest a ms. Gt., Coll. Ans. ded., etiam a mss. Pl.* 1. *Bg. ante emendat.* — [3]) *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; affirmatas *Coll. Ans. ded.*; confirmatas *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; firmas *Russ. et rell.* — [4]) *mss. Pist. Paris., Bk., qui tamen omitt. locum et post* iunior. *addit* A.; *subscr. abest ab Hal. et rell. Mirum profecto est, quod non ab ipso Zenone, ut plerumque fit, hic consulatus dicitur; sed v. Reland. fast. cons. p.* 653. — [5]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Cont.* 62., *Cuiac. Obss. VIII.* 28.; Imp. Alexand. *ed. Nbg.*; Imp. Anastasius *Hal. et rell.* — [6]) *ms. Pl.* 1., *Cont.* 62., *Cuiac. Obss. VIII.* 28.; Severiano *ms. Bg., edd. rell.* — [7]) ut *om. ms. Pl.* 1. *post rasuram, edd. Nbg. Schf. Hal., etiam ms. Pl.* 2., *in quo autem est* talia. — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; corroboretur *edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*; liberosve eor. *ms. Pl.* 1.; et eor. lib. *ed. Schf.*; vel lib. eor. *Cont.* 62.; et lib. eius *ms. Gt.*; filiosque eor. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [10]) Imp. Anton. A. *Bk., quod sane convenit subscr.* — [11]) Mario *mss. nonn.* — [12]) *ms. Pist.*; VII. *ms. Paris., Bk.* — [13]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [14]) Burrio, Buirio, Burito *mss.* — [15]) vel filii *Russ. in marg.* — [16]) *mss. Pist. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; Idem A. *edd. rell. Etiam ms. Pl.* 2. *rescriptum ab alio Imp. profectum indicat.* — [18]) Rogationi, Rogationae *mss. nonn.* — [19]) recte *edd. Nbg. Hal.* — [20]) vitiare *Char. Pac. Sp.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*; iuxta interpretationem *ms Bg.*; iustam interpretationem *ms. Pl.* 2., *edd. omnes.* — [22]) autem *ms. Bg.*; tamen *ms. Gt.* — [23]) *vv.* ab eo *secundum Bas. post* repetendae *collocanda videntur.* — [24]) Higiae, Giae *mss.*; Caiae *al.* — [25]) Apulegio *mss. pleraque.* — [26]) nuptiis, nuptum *Russ. Cont. in marg.* — [27]) *ms. Paris., Bk.*; pp. XV. k. *ms. Pist.*; *omnis subscr. abest ab Hal. et rell.* — [28]) Aurelio *ms. Pl.* 1.; Luciano *al.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; etiam *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [30]) *ms. Paris., Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [31]) et CC. *absunt a mss. Cas. Pl.* 1. — [32]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Paretgorio *ms. Bg.*; Paragonio *Hal. et rell.* — [33]) Etrio, Eritherio, Theodorio *mss. pleraque* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Ha negotiorumve edd. Schf. Russ. et rell.* — [35]) ... mus *abest a ms. Pl.* 2., *ms. Bg. ante recent. addit.*; praecipimus *ms. Pl.* 1.

tur. Dat. Kal. Iul. Marciano et Zenone Conss. [1]) [469.]

Tit. VII.

[a]) SI QUACUNQUE PRAEDITUS POTESTATE VEL AD EUM PERTINENTES AD SUPPOSITARUM IURISDICTIONI SUAE ADSPIRARE TENTAVERINT [2]) NUPTIAS.

1. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Neoterio [3]) P. P. — Si quis ordinaria vel qualibet praeditus potestate circa nuptias invitis ipsis vel parentibus [4]) contrahendas, sive pupillae, sive apud patres [5]) virgines sive viduae erunt, sive sui iuris viduae, denique cuinscunque sortis, occasione potestatis utatur, et minacem favorem [6]) suum invitis his, quorum utilitas agitur, exhibere aut exhibuisse detegatur [7]), hunc, licet prohibitas nuptias non peregerit, attamen pro tali conamine mulctae [8]) librarum auri decem obnoxium statuimus; et quum honore abierit, peractam dignitatem usurpare prohibemus, tali scilicet poena, ut, si circa honorem eum, quo male usus est, vindicandum nostris statutis parere noluerit, eam [9]) provinciam, in qua [10]) sibi [11]) usurpaverit, habitare per inge biennium non sinatur. Illo videlicet adiiciendo, ut, et in potestate adhuc constituto, liceat personae, quam huiusmodi ambitu circumvenire [12]) tentaverit, confestim contestatione proposita, cum sua suorumque domo iurisdictionem eius evitare, curatoris hoc uniuscuiusque civitatis defensoribus et eiusdem indicis apparitoribus. Et quidem [13]) si haec pravitas ordinarii indicis erit, universa domus eius ratio atque omnia vel civilia vel criminalia negotia, quamdiu idem in administratione fuerit, vicario competant. Sin autem vicarius, vel similis potestatis, vim in huiusmodi matrimonio contrahendo molietur, vicissim ordinarius index intercessor exsistat. Sin autem erunt utrique suspecti, ad illustrem praefecturam specialiter talium domorum, quamdiu ibidem [14]) administraverint, tuitio pertineat. Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica [15]), Gratiano A. V. [16]) et Theodosio A. I. Conss. [17]) [380.] [c]).

Tit. VIII.

SI NUPTIAE EX RESCRIPTO PETANTUR.

1. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Theodoro [18]) P. P. — Quidam, vetusti iuris ordine praetermisso, obreptione precum nuptias, quas se intelligunt non mereri, de [19]) nobis existimant [20]) postulandas, saepe [21]) habere puellae consensum confingentes. Quapropter tale sponsalium genus praesentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hanc definitionem nuptias precum subreptione meruerit, amissionem bonorum et poenam deportationis subiturum se esse non ambigat, et amisso iure matrimonii, quod prohibita usurpatione meruerit, filios se ex hac coniunctione susceptos iustos [22]) non habiturum, nec unquam postulatae indulgentiae adnotationisve [23]) indulto efficacem se veniae effectum meruisse; exceptis his, qui parentum sponsionem de nuptiis filiarum impleri [24]) desiderant, vel sponsalia, hoc est arrharum data nomine, reddi sibi praecepto legum cum statuta poena [25]) deposcunt. Dat. Kal. Febr. Ravenna [26]), DD. NN. [27]) Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

2. Imp. Zeno [28]) A. Basilio P. P. — Nefandissimum scelus fratris sororisve filiae nuptiarum, quod sacratissimis [29]) constitutionibus sub gravissimae poenae interminatione damnatum est, iterato praesentis divinae sanctionis tenore modis omnibus prohibemus. Precandi quoque in posterum super tali coniugio, immo potius contagio, cunctis licentiam denegamus, ut unusquisque cognoscat, impetrationem quoque rei, cuius est denegata petitio, nec si per subreptionem post hanc diem obtinuerit, sibimet profuturam.

Tit. IX.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

1. [e]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. — Si qua mulier nequaquam luctus religionem priori viro nuptiarum festinatione praestiterit, ex iure quidem notissimo sit infamis; praeterea secundo viro ultra tertiam partem bonorum in dotem non [30]) det, neque ei ex testamento plus quam tertiam partem relinquat; omnium praeterea hereditatum, legatorum, fideicommissorum, suprema voluntate relictorum, mortis causa donationum sit expers. Haec namque [31]) ab heredibus vel coheredibus aut ab intestato succedentibus vindicari iubemus, ne in his, in quibus correctionem [32]) morum induximus, fisci videamur habere rationem. His etiam amittendis, quae prior maritus ei suprema reliquerit voluntate, quamquam haec, quae mulieri a priore viro relinquuntur, et per immaturum matrimonium vacuata esse

---

[a]) *Dig. XXIII. 2.* — [b]) *l. 1. Th. C. si quac. praed. pot. III. 11.* — *Bas. XXVIII. 5. 39.* (*T. IV. p. 294.*) — *Sch. n.* (*T. IV. p. 306.*) — [c]) *Cont. 76. huic tit. addit Graeca haecce:* Ἡ διάταξις βούλεται, μηδένα πραγματεύεσθαι ἑαυτῷ γάμου [*lege* γάμον] διὰ βασιλικῆς ἀντιφωνήσεως, ἐπειδή, φησί, καὶ δημευέσθω, καὶ μηδὲ παῖδες ἔστωσαν οἱ τικτόμενοι, κἂν συγχωρῆσιν [*adde* πορίσηται περὶ αὐτῶν]. *Haec male addita a Contio argumentum esse legis 1. tit. prox. ex Harmenopulo IV. 4. 16., in aprico est.* — [d]) *hausta ex l. 1. Th. C. si nupt. ex rescr. III. 10.; Bas. XXVIII. 5. 40.* (*T. IV. p. 295.*) — *Sch. o.* (*T. IV. p. 307.*) — [e]) *ex parte gemina est l. 4. C. ad Sct. Tertull. VI. 56.* —

[1]) D. K. Iul. Marc. css. *mss. Pist. Paris.*, *unde iam Bk. merito restituit subscr.*, *quae est in textu et abest ab Hal. et rell.* — [2]) tentaverit *mss. nostra*, *edd. usque ad Cont. 66.* — [3]) *ms. Pl. 1.*, *Cont. 62. Bk.*, *Theod. C.*; Theodoro *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*, *Cont. 62.*, *Theod. C.*; earum *ins. edd. Nbg. Hal. et rell. contra Schol. Bas.*; invitis etiam ipsis parentibus *ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl. 1. Bg.*, *Theod. C.*; patrem *ms. Pl. 2.*, *edd. omnes contra Schol. Bas.* — [6]) *ms. Bg.*, *Theod. C.*; fervorem *ms. Pl. 1. ex recent. correct.*, *ms. Pl. 2.*, *edd. omnes*; *sed Schol. Bas.*, *in quo est* τὸ κατὰ πόδα, *vertit* τὴν ἀπειλικὴν σπουδήν, *quod melius convenit cum* favor. — [7]) detegetur *mss. Pl. 1. 2. Bg.*; detegitur *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Theod. C.* — [8]) hunc et mulctae *omiss.* licet — conamine *Theod. C.* — [9]) semper eam *Theod. C.* — [10]) quam *pro* in qua *mss. Bg. Gt.*, *Pl. 1. ante emend.*, *ed. Schf.*; *sed* ἐν ᾗ *Schol. Bas.* — [11]) hoc *ex Theod. C. add. Bk.* — [12]) circumire *mss. Pl. 1. Bg. Gt.*; περιδραμεῖν *Schol. Bas.* — [13]) Equidem *Theod. C.* — [14]) idem *ms. Bg.*, *Theod. C.*; *lege* iidem. — [15]) Thessalonicae *rell.*; *sed v. Theod. C. ed. Haenel. l. l.* — [16]) II. *Russ. Cont. 62.* — [17]) *subscr. abest ab Hal. Cont. 66. 71. 76.* — [18]) Eutropio, Ioanni *mss. nonn.* — [19]) *mss. Pl. 2. Bg.*, *edd. Nbg. Cont. 62.*, *Theod. C.*; a *ms. Pl. 1.*, *edd. rell.* — [20]) aestimant *Theod. C.* — [21]) se *Theod. C.* — [22]) fil. se iuste hac ratione susceptos *Theod. C.* — [23]) principis *add. Theod. C.* — [24]) *mss. Pl. 1. 2. Bg.*, *Theod. C.*; implere *edd. omnes.* — [25]) cum quadrupli poena *Theod. C.* — [26]) *locus abest ab Hal. et rell. praeter Cont. 62. Bk.* — [27]) *Cont. 62.*, *Theod. C.*; DD. NN. *om. Hal. et rell.* — [28]) Leo *mss. Cas. Vat.*; *sed v. l. 1. C. IX. 5. in inscr.* — [29]) sacris *ms. Pl. 1.* — [30]) nec *mss. Pl. 1. 2.*, *ed. Schf.* — [31]) *mss. Pl. 1. 2. Bg.*; omnia *ins. edd.* — [32]) correptionem *ms. Pl. 1.*

esse coeperint [1]), primo a decem personis edicto praetoris enumeratis, id est adscendentibus et descendentibus et ex latere [2]) usque ad secundum gradum, scilicet gradibus servatis, deinde praesumi a fisco iubemus. Eandem quoque mulierem infamem redditam hereditates ab intestato, vel legitimas vel honorarias, non ultra tertium gradum sinimus vindicare. PP. XV. Kal. Ianuar. Gratiano V. et Theodosio AA. Conss. [3]) [380.]

Authent. de nuptiis. §. Si autem tutelam. (Nov. 22. c. 40.) et Authent. de restitution. et ea, quae parit undec. mense. §. fin. (Nov. 39. c. 2.) — *Eisdem poenis subiicitur etiam ea, quae parit intra luctus tempus, si modo indubitatum sit, sobolem hanc ex defuncto non exsistere; nam et usufructu antenuptialis donationis privatur; item et ea, quae suscepta liberorum tutela contra sacramentum secundo nubit, non prius tutorem petens, et rationem reddens, et exsolvens omne, quidquid debet. Sed hodie ulteriore iure sacramentum ab ea non exigitur, sed contractis nuptiis a tutela repellitur* [4]).

2. [a]) Iidem AAA. Eutropio P. P. — Si qua ex feminis perdito marito intra anni spatium alteri festinaverit nubere [5]) (parvum [6]) enim temporis [7]) post decem menses servandum adiicimus, tametsi id ipsum exiguum putemus), probrosis inusta notis, honestioris nobilisque personae et [8]) decore et iure privetur, atque [9]) omnia, quae de prioris mariti bonis vel iure sponsalium vel iudicio defuncti coniugis consecuta fuerat, amittat. Dat. III. Kal. Iun. Constantinop. Encherio et Syagrio Conss. [10]) [381.]

3. [b]) Iidem AAA. Floro [11]) P. P. — Feminae, quae susceptis ex priore matrimonio filiis ad secundas post tempus luctui statutum [12]) transierint nuptias, quidquid ex facultatibus priorum maritorum sponsalium iure, quidquid etiam nuptiarum solemnitate perceperint, aut quidquid mortis causa donationibus factis, aut testamenti [13]) iure directo, aut fideicommissi vel legati titulo, vel cuiuslibet munificae liberalitatis praemio ex bonis, ut dictum est, priorum [14]) maritorum fuerint assecutae, id totum, ita ut perceperint, integrum ad filios, quos ex praecedente coniugio habuerint, transmittant, vel ad quemlibet ex filiis (dummodo ex his tantum [15]), quos tali successione dignissimos indicamus), in quem [16]) contemplatione meritorum liberalitatis suae iudicium mater crediderit dirigendum. Nec quidquam eaedem feminae ex iisdem facultatibus alienandi [17]) in quamlibet extraneam personam vel successionem, ex alterius matrimonii coniunctione susceptam, praesumant [18]) atque habeant potestatem; possidendi tantum ac fruendi [19]) in diem vitae, non etiam alienandi [20]) facultate concessa. Nam si quid ex iisdem rebus in alium quemlibet fuerit ab ea translatum, ex maternis redintegrabitur facultatibus, quo illibata ad hos [21]), quos statuimus, liberos [22]) bona et incorrupta perveniant [c]). §. 1. Illud etiam addimus [23]) legi, ut, si aliquis ex iisdem filiis, quos ex priore matrimonio susceptos esse constabit, forte decesserit, matre iam secundis nuptiis funestata, aliis etiam ex eodem matrimonio progenitis liberis superstitibus, id, quod per eandem successionem ab intestato vel ex testamento suae posteritatis mater videbitur consecuta, in diem vitae [24]) pro sibi debita portione sola tantum possessione delata, omne his, qui superfuerunt, ex priore susceptis [25]) matrimonio filiis relinquat, nec super istiusmodi facultatibus testandi in quamlibet aliam [26]) extraneam personam vel quidquam alienandi [27]) habeat potestatem. §. 2. Quodsi nullam ex priore matrimonio habuerit successionem, vel natus native [28]) decesserint, omne, quod quoquo modo perceperit, pleno proprietatis iure [29]) obtineat, atque ex [30]) his nanciscendi dominii et testandi, circa quem voluerit, liberam habeat potestatem [31]). Dat. XV. [32]) Kal. Iun. Constantinop. Antonio et Syagrio Conss. [382.]

Authent. de nuptiis. §. Si vero exspectet. (Nov. 22. c. 23.) — *In donatione propter nuptias, etiamsi alius pro viro dederit, deserit eam proprietas.*

Authent. de nuptiis. §. Venient autem talia. (Nov. 22. c. 25.) — *Lucrum hoc aequaliter inter liberos lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur.*

Authent. de nuptiis. §. Hinc nos. (Nov. 22. c. 46.) et Authent. de non eligendo sec. nubentes. §. Cum igitur. (Nov. 2. c. 3.) — *Ex testamento quidem succedit mater* [33]) *liberis suis, quae convolavit ad secundas nuptias, sicut institutus quilibet. Ab intestato quoque vocatur, sive ante mortem filii, sive postea secundas ineat nuptias. Sed ab intestato* [34]) *eorum solum usumfructum percipit, quae ex paterna substantia ad filium pervenerunt. Quantum vero ad antenuptialem donationem pertinet, erit similiter, ut in residuis, omnino ingratitudine* [35]) *contra matrem fratresque inspecta.*

Authent. de non eligendo sec. nubentes. §. Hoc autem

---

[a]) *l. 1. Th. C. de secund. nupt. III. 8.; Coll. Ans. ded. P. VII. c. 11.* — [b]) *l. 2. Th. C. de secund. nupt. III. 8.* — [c]) *in ed. Nbg. hic inseruntur* Authentt. In donatione *et* Lucrum hoc.

[1]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.;* coeperunt *edd.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Bg.;* ex latere autem *edd.; etiam a ms Gt.* autem *abest.* — [3]) *hanc subscr., quae abest ab Hal. Cont. 66. 71. 76., restituit Russ. ex l. 4. C. VI. 56.* — [4]) *Sed hodie — repellitur absunt a mss. Pl. 1. Bg., ed. Nbg.* — [5]) innubere *Theod. C. ex ed. Gothofr.;* iam nubere *idem ex ed. Haenel.* — [6]) parum *Hal. in not., Theod. C., improbante Haenelio.* — [7]) *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C., Coll. Ans. ded.;* tempus *edd. Schf. Russ. et rell.; utrumque abest a ms. Pl. 1.* — [8]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Cont. 62., Theod. C., Coll. Ans. ded.;* et *abest ab edd. rell.* — [9]) itaque *edd. Nbg. Hal.* — [10]) *subscr. firmant mss. Pist. Paris.; diem habet Coll. Ans. ded.* — [11]) Thoro *ed. Nbg.;* Theodoro *Russ.* — [12]) post — statut. *absunt a Theod. C.* — [13]) *mss. Pl. 1. Gt., Bk., Theod. C.;* testamentis *ms. Pl. 2.;* testamento *ms. Bg., edd. rell.* — [14]) ut dict. est prior. *om. Theod. C.* — [15]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C.;* sit *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) in quos *Theod. C. ed. Gothofr., sed nobiscum facit ed. Haenel.* — [17]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont. 62.;* abalienandi *Theod. C.;* alienandum *Hal. et rell.* — [18]) *male fere omnes edd. interpungunt post* praesum., *deleta interpunct. post* potestat. — [19]) ac fruendi *absunt a Theod. C.* — [20]) abalienandi *Theod. C.* — [21]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.;* eos *Russ. et rell.* — [22]) heredes *Theod. C.* — [23]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62., Theod. C.;* huic *ins. Russ. et rell.* — [24]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.;* suae *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [25]) suscepti *Theod. C.* — [26]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Theod. C.;* aliam *abest ab edd.* — [27]) abalienandi *Theod. C.* — [28]) natave *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [29]) pleni proprietate iuris *Theod. C., quod ante correct. etiam in ms. pl. 1. fuisse videtur; Russ. in marg. ex Theod. C. hanc lect. refert:* omnem quoquo modo perceperint, proprietatem iuris, *quod fere convenit cum coniect. Haenelii in not. l. ad l. 2. Th. C. cit. p. 313.* — [30]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Cont. 62., Theod. C.;* in *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [31]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Cont. 62., Theod. C.;* facultatem vel potestatem *ed. Schf.;* facultatem *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [32]) *Theod. C. ex ed. Haenel.; XXV. ms. Pist., quod caeterum locum et conss. confirmat; VI. Hal. et rell.* — [33]) *mater et postea quae convol. — nupt. absunt a mss. Pl. 1. Bg., ed. Nbg.* — [34]) *ab intest. absunt a mss. Pl. 1. Bg., ed. Nbg.* — [35]) *ed. Nbg.; et hoc add. edd. Schf. Hal. et rell.*

autem. (Nov. 2. c. 2.) et Authent. de nuptiis. §. Quoniam infirmas. (Nov. 22. c. 26.) — *Sed et si quis ex his praemoriatur absque progenie, redit ad matrem dominium, quantum acquiritur ex pacto non exsistentium liberorum, residuum autem conceditur quibuslibet defuncti heredibus. Si quid ergo ex his alienaverit, pro suprascripta portione confirmatur alienatio; quare si sola heres exstiterit, in solidum ad ipsam redit, vel alienationem sequitur.*

4. Impp. Honorius et Theodosius AA. Matiniano [1]) P. P. — Quum aliis sanctionibus insserimus, materna bona integra ad liberos pervenire, quod tamen mulier mariti largitate perceperit [2]), ex eo [3]) tantum liberi coniugio procreati sibi speciale tanquam paternum [4]) noverint [5]) vindicandum. Itaque si habens filios in [6]) secundas nuptias fortasse transierit, sponsalitiam largitatem, quam vir secundus contulerit [7]) in uxorem, tantummodo filii, qui ex secundo matrimonio suscepti sunt, pro soliditate possideant, nec prosit liberis ex priore susceptis matrimonio [8]), quod mulier in [9]) tertia minime vota migraverit. Quodsi posterior vir sine liberis ex eodem matrimonio susceptis decesserit, quidquid ab eo ex sponsalium largitate uxor fuerit consecuta, id sibi iuriqne suo sciat esse collatum, etiamsi ex priore matrimonio donator filios reliquisse doceatur. Ad maternas sane veniens vel ex hoc vel ex quolibet alio titulo facultates, omnis posteritas, ex quocunque suscepta viro, pro debita sibi portione, ut a matre vel spontanea largitate vel per testamentum eius fuerit collata, possideat. Nos enim hac lege id praecipue custodiendum esse decrevimus [10]), ut ex quocunque coniugio suscepti filii patrum suorum sponsalitias retineant facultates. Dat. III. Non. Novemb. Ravennae, Honorio XIII et Theodosio X. AA. Conss. [11]) [422.]

5. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. — Generaliter censemus, quoquo [12]) casu constitutiones ante hanc legem mulierem liberis communibus, morte mariti matrimonio dissoluto, quae de bonis mariti ad eam devoluta sunt, servare sanxerunt [13]), iisdem casibus maritum quoque, quae de bonis mulieris ad eum devoluta sunt, morte mulieris matrimonio dissoluto, communibus liberis servare, nec interesse [14]), si alter pro marito donationem ante nuptias vel pro muliere dotem crediderit offerendam. Haec [15]) observari praecipimus, licet res ante nuptias donatae, ut assolet fieri, in dotem a muliere rediguntur. Dominium autem rerum, quae liberis per huius [16]) legis vel praeteritarum constitutionum auctoritatem servantur, ad liberos pertinere decernimus. Itaque defuncto eo, qui eas liberis reservabat [17]), exstantes ab omni possessore liberi vindicabunt, consumtas [18]) ab heredibus eius exigent, qui eas servare debuerant [19]) Alienandi sane vel obligandi suo nomine eas res, quae liberis servari praeceptae sunt, eis, qui reservaturi [20]) sunt, ademta licentia est. Negotia vero liberorum patri utiliter administrare concedimus. Dividendi quoque res inter eos ipsos liberos [21]) parentibus pro suo arbitrio vel eligendi, quem voluerint, licentiam non negamus [22]). §. 1. In his autem casibus, in quibus res ut paternas mater liberis communibus servare praecepta est, hoc est ubi morte mariti matrimonio dissoluto, mulier ad alias nuptias venerit [23]), vel ubi ut [24]) maternas patrem liberis communibus servare censuimus, hoc est ubi morte mulieris matrimonio dissoluto, vir ad alias nuptias venerit, si hereditatem eius parentis, qui prior mortuus est, non adierint liberi, licebit eis, tanquam eius tantum res fuerint, qui posterior moritur [25]), eas sibimet vindicare, scilicet si vel [26]) eius, qui posterior moritur, hereditatem crediderint adeundam, ne, quod favore liberorum inductum est, quibusdam casibus ad laesionem eorum videatur inventum.

[b]) Authent. de nuptiis. §. Si vero exspectet. et §. Quoniam autem. et §. Soluto. (Nov. 22. c. 23. 26. et 20.) — *Hae res lucro cedunt liberis, licet heredes non sint patris aut matris aut utriusque, nisi fuerint ingrati, et probetur ingratitudo* [27]).

§. 2. Illud etiam humanis sensibus huic legi credidimus inserendum, ut eo quoque casu, quo lucratur vel mulier res, quae ad eam a marito perveniunt, vel maritus eas, quae ex bonis mulieris ad eum transeunt, hoc est ubi primum matrimonium alterius morte dissolvitur, nec superstes ad secundas nuptias venit [28]), si res vel maritus vel uxor, hoc est qui superstes est, non consumserit vel alienaverit (quod eis ad secundas nuptias non venientibus, quasi rerum dominis, concessum esse non dubium est), liberis liceat res a patre profectas ut paternas, a matre ut maternas accipere. Dat. VII. Id. Septemb. Constantinop. Theodosio A. XVII. [29]) et Festo [30]) Conss. [31]) [439.]

Authent. neque virum, quod ex dote. §. Propterea igitur. (Nov. 98. c. 1.) — *Uxore mortua, quod vir ex dote lucratur, filiis communibus omninodo reservatur quantum ad proprietatem, usufructu patri concesso.*

---

[a]) *hausta ex Nov. Theod. XX., ex qua et venit l. 3. C. de bonis, quae lib. VI. 61.* — [b]) *haec auth. post finem hui. const. posita est in ed. Schf.*

[1]) Mariano, Marino *mss.*; Marino *edd. Nbg. Hal.*; *sed v. l. 4. C. V. 1., l. 11. C. V. 18., l. 1. C. V. 19., cum quibus communem habet fontem nostra const.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; percepit *edd.* — [3]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt, edd. Nbg. Schf. Cont. 62.*; id ex eo *Hal. Russ. Cont. 66. et rell.* — [4]) maternum *Cont. in marg. ex quibusdam codd.* — [5]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont. 62., omnia mss. Russ.*; patrimonium *add. Hal. Russ. Cont. 66. et rell.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Cont. 62.*; ad *edd. Schf. Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt. ed. Schf.*; contulit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) marito *mss. Pl. 1. Bg., quod probo.* — [9]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont. 62.*; ad *Hal. Russ. Cont. 66. et rell.* — [10]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; decernimus *Russ. et rell.* — [11]) *subscr. abest ab Hal. Russ.* — [12]) *mss. Pl. 1. Bg., Nov. Theod.*; quo *ms. Gt.*; quocunque *ms. Pl. 2., edd.* — [13]) sanxerat *Nov. Theod.*; sanxerint *ms. Pl. 1.* — [14]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., omnia mss. Russ. Cont. 62.*; interest *edd. rell.*; servare censemus nec interesse volumus *Nov. Theod.* — [15]) *mss. Pl. 1. Bg., Nov. Theod.*; Hoc *ms. Pl. 2., edd.* — [16]) huiusmodi *mss. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf.* — [17]) *mss. Pl 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., Nov. Theod.*; servabat *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Nov. Theod.*; vero *ins. Russ. et rell.* — [19]) debuerat *mss. Pl. 1. Bg., edd. Nbg. Schf. Cont. 76., Hal. in textu.* — [20]) res servaturi *ms. Pl. 1.*; servaturi *ms. Pl. 2., ms. Bg. ante correct.* — [21]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Nov. Theod.*; inter eos liberos ipsis *edd.* — [22]) *ms. Pl. 1., Cont 62., Nov. Theod.*; denegamus *mss. et edd. rell.* — [23]) *mss. Pl. 2. Gt., ms. Pl. 1. post correct., Cont. 62.*; venit *Nov. Theod.*; pervenerit *ms. Bg., edd. rell.* — [24]) *mss. Pl. 1. Bg. ante correct., Nov. Theod.*; ut *abest a ms. Pl. 2.*; ubi ut res *ed. Schf.*; ubi res ut *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [25]) qui posterior mor. *absunt a Nov. Theod.* — [26]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Nov. Theod.*; vel *abest ab edd.*; idem *post* si *ins. ed. Schf.* — [27]) *et prob. ingrat. absunt ab ed. Schf.*; *nisi fuerint — ingratitudo absunt a mss. Pl. 1. Bg.* — [28]) *mss. Pl. 2 Bg., Cont. 62., Nov. Theod.*; venerit *mss. Pl. 1. Bg.*; pervenit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [29]) XVIII. *Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. contra Nov. Theod. et Chronolog.* — [30]) V. C. *add. Nov. Theod.* — [31]) *subscr. abest ab Hal. Russ., ex l. 3. C. VI. 61. primum restituta a Russ. in marg.*

concesso. Idem est ex parte mulieris, si lucretur ex sponsalitia largitate. Item [1]) *si aliter matrimonium solvatur, super iisdem lucris loquitur haec eadem constitutio* [2]).

Authent. ut fratrum filii. §. Quia vero mulieres. (Nov. 127. c. 3.) — *Si tamen abstineat mater a secundis nuptiis, habebit et ipsa proprietatis portionem pro numero liberorum. Idem in patre obtinet, et in omnibus adscendentibus a secundis nuptiis abstinentibus* [3]).

6. Impp. Leo et Anthemius AA. Erythrio P. P. — Hac edictali lege in perpetuum valitura sancimus, si, ex priore matrimonio procreatis liberis, pater materve ad secunda vel tertia aut ulterius repetiti matrimonii vota migraverit, non sit ei licitum novercae seu [4]) vitrico testamento, vel sine scriptura, seu codicillis, hereditatisve [5]) iure, sive legati vel [6]) fideicommissi titulo plus derelinquere [7]), nec dotis aut ante nuptias donationis nomine, seu mortis causa habita donatione conferre, nec inter vivos conscribendis donationibus (quae, etsi constante matrimonio civili iure interdictae sint, morte tamen donatoris ex certis causis confirmari solent), quam filio vel filiae, si unus vel una exstiterit. Quodsi plures liberi fuerint, singulis aequas partes habentibus, minime plus, quam ad unumquemque eorum pervenerit, ad eorum liceat vitricum novercamve transferri. Sin vero [8]) non [9]) aequis portionibus ad eosdem liberos memoratae [10]) transierint facultates, tunc quoque non liceat plus eorum novercae vel vitrico testamento [11]) relinquere vel donare seu dotis vel ante nuptias donationis titulo conferre, quam filius vel filia habet, cui minor portio ultima voluntate derelicta vel data fuerit aut donata, ita tamen, ut quarta pars, quae eisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur, nisi ex his causis, quae de inofficioso excludunt querelas [12]). Quam observationem in personis etiam avi vel aviae, proavi et proaviae, nepotum vel neptium, item pronepotum et proneptium, sive in potestate sive emancipati emancipataeve sint, ex paterna vel materna linea venientibus, custodiri censemus. Sin vero plus, quam statutum est, aliquid novercae vel vitrico relictum vel donatum aut datum fuerit, id quod plus relictum vel donatum aut datum fuerit, tanquam non scriptum neque derelictum vel donatum aut datum sit, ad personas deferri liberorum, et inter eas dividi iubemus; omni circumscriptione, si qua per interpositam personam vel alio quocunque modo fuerit excogitata, cessante. §. 1. His illud adiungimus, ut mulier in his casibus [13]), in quibus ante nuptias donationes, ceteras etiam res a marito ad se devolutas, secundum priorum legum statuta liberis communibus ut paternas servare compellitur, hoc est ubi morte mariti matrimonio dissoluto ad alias nuptias venerit, immobilium rerum et mancipiorum annonarum quoque civilium usufructu duntaxat vitae suae temporibus potiatur, alienatione earum penitus interdicta. Mobilium vero rerum, iusti pretii [14]) aestimatione habita per eos, quos utraque pars elegerit, arbitros indicaturos interposito sacramento, simili modo usumfructum habeat, si idoneam fideiussionem praebuerit, quod easdem res mobiles vel earum pretium filiis et filiabus ex eodem matrimonio procreatis, vel post mortem eorum nepotibus et neptibus ex eisdem liberis procreatis, sive [15]) omnibus vel [16]) uno unave superstite mori contigerit, secundum legum modum restituat. Vel certe si fideiussiones idoneas praestare distulerit aut nequiverit, praedictae res mobiles nondum matri a liberis traditae apud eosdem manebunt; solutae vero eidem matri vel ab eadem detentae restituentur liberis, si tamen ab his fideiussio idonea matri fuerit oblata, qua caveri debet, quod eidem superstiti pro usufructu earundem rerum mobilium vel pretio, quo taxatae sunt, usurarum nomine centesimae partem tertiam annuis quibusque [17]) temporibus praestare non differant [18]), ita [19]) ut in eadem fideiussione hoc quoque caveatur, quod a filiis filiabusque [20]) vel ex his genitis [21]) liberis, si ante eandem matrem omnes eos [22]) obire contigerit, omnes res praedictae mobiles secundum legum moderationem matri, ut ad eandem lucrum redeat luctuosum, restituentur [23]). Erit itaque licitum utrilibet parti, quae fideiussionem praebuerit, si sibi commodum esse perspexerit [24]), his rebus mobilibus uti frui, easdemque dare mutuo vel [25]) obligare vel vendere, ut ex his maxime liberi acquirentes possint materno affectui sine suo incommodo servire [26]). Sin autem utraque pars praedictam fideiussionem dissimulaverit, aut forte offerre [27]) nequiverit, eaedem res apud mulierem usque in diem vitae suae manebunt.

[a]) Authent. de non eligendo sec. nub. §. Aliud. (Nov. 2. c. 4.) et Authent. de nuptiis. §. Et quia parum. (Nov. 22. c. 45.) — *Sed si aurum fuerit in donatione propter nuptias scriptum, cautio usurarum exponitur, non autem aurum exigitur, nisi forte viri substantia habeat* [28]) *aurum et cetera, quae scripta fuere.*

§. 2. Omnibus videlicet iisdem maritalibus facultatibus, his etiam, quas habet habiturave est, tanquam si iure pignoris vel hypothecae suppositae sint, super eadem ante nuptias donatione vel rebus aliis ad eam ex mariti substantia devolutis ex eo die, quo eaedem res ad eam pervenerint, liberis obligatis, ut, si quis [29]) post traditas matri vel detentas ab ea res (si ita contigerit) contractum aliquem cum eadem muliere inierit, quae

---

[a]) *auth. post hanc const. posita in ed. Schf.*

[1]) *Idemque edd. Schf. Hal. Russ., quod verius videtur.* — [2]) *super iisd. — constit. absunt ab Hal. Russ.* — [3]) *a secund. nupt. abstin. absunt a mss. Pl. 1. Bg., ed. Nbg.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; vel *edd.* — [5]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; hereditatis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; sive *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; relinquere *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; autem *edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) ex *ins. ms. Pl. 1., edd. Schf. Cont. 62.* — [10]) memorati *ed. Nbg., Hal. in textu*; commemoratae *Russ. Cont. 62.*; memoratis modis *mss. Pl. 1. 2., ed. Schf., Hal. in not.* — [11]) testanti *mss. Bg. Gt.*; testantem *ms. Pl. 1.* — [12]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; querelam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [13]) causis *edd. Nbg. Hal.* — [14]) *mss. Pl. 2. Bg., edd. Schf. Cont. 62. Bk.*; iustis pretiis *ms. Pl. 1., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) si eam *ms. Pl. 1., ed. Nbg.*; eam *ins. post* omnib. *ms. Gt., post* superstite *ms. Bg., post* mori *Bk.* — [16]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sive *Russ. et rell.* — [17]) *mss. Pl. 1. Gt., Hal. Russ. Cont. 62. Bk.*; quibuscunque *mss. Pl. 2. Bg., edd. rell.* — [18]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.*; different *Cont. 66. et rell.* — [19]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.*; tamen *ins. Russ. Cont. 66. et rell.* — [20]) *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; filiabus *ms. Pl. 2.*; filiabusve *Russ. et rell.* — [21]) *mss. Pl. 1. Bg., edd. Schf. Cont. 62.*; progenitis *ms. Pl. 2., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) eos *abest a mss. Pl. 1. Gt., rectius.* — [23]) *mss. Pl. 1. 2. Gt., Hal. Bk.*; restituantur *ms. Bg. ex correct., edd. rell.* — [24]) prospexerit *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [25]) dare vel mutuo *mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.*; dare mutuoque *ed. Nbg.*; *quae lectt. magis conveniunt glossae ad h. l.* — [26]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont. 62.*; deservire *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [27]) afferre *ms. Pl. 1.*; auferre *Russ. in marg.* — [28]) *sit habens mss. Pl. 2. Bg., edd. Nbg. Schf.* — [29]) si qui *et postea* inierint *ms. Bg., ed. Nbg.*

quae se repetitis nuptiis copulaverit, in vindicandis iisdem suppositis rebus posterior habeatur [1]), liberis, qui ex eodem matrimonio procreati sunt, et nepotibus neptibusque, qui ex iisdem liberis geniti sunt, sine dubio praeponendis. §. 3. Sin vero liberorum suorum affectione servata pater materve ad alias nuptias migrare noluerit, neque vir his, quae de bonis uxoris ad se transeunt, neque mulier rebus, quae ex substantia mariti ad se pervenerint [2]), pro suo arbitrio uti, vel eas vendere, aut quocunque iure vel modo alienare, vel pignoris iure seu hypothecae (si voluerint) obligare, utpote domini earum, prohibebuntur. Existantes autem praedictas res, si non fuerint alienatae vel consumtae vel suppositae, licebit liberis vindicare, etiam non adeuntibus hereditatem parentum. Dat. II. Kal. Mart. Marciano et Zenone Conss. [469.]

7. Imp. Zeno A. Sebastiano P. P. — In quibus casibus pater dotem, mater ante nuptias donationem, vel alias res ad se ex altera parte devolutas filiis utriusque sexus servare praecepti sunt, si quem ex filiis vel filiabus ante patris vel matris obitum mori contigerit, sive ante secundas nuptias sive postea, filio vel filia vel nepte aut nepote [3]) vel pluribus, patre suo adhuc vivo vel matre superstite, derelictis, portionem, quae defuncto filio vel filiae debebatur, vel lucrum ex ea non ad fratres vel sorores mortui, sed ad filios eius vel filias vel nepotes utriusque sexus aut pronepotes, avis vel proavis superstitibus, pervenire decernimus; eligendi videlicet, quos voluerint, ex liberis superstitibus non ademta licentia. Dat. Kal. Mart. Illo [4]) V. C. Cons. [478.]

8. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Si quis prioris matrimonii filiorum ante secundas nuptias patris vel matris mortuus fuerit, filiis a se vel nepotibus vel pronepotibus [5]) relictis, partem eius non ad fratres vel, si nullus alius frater vel soror sit, ad [6]) patrem vel matrem [7]) eius pervenire, sed ad filios vel nepotes vel pronepotes eiusdem mortuae personae sancimus, ut, sive unus sive plures sint, eam tantummodo partem vindicare possint, quae mortuo competiit. §. 1. Illud etiam certa sanctione definire censemus [8]), ut si quis vel si qua, ex aliquo [9]) matrimonio filiis procreatis, minime ad secundas nuptias venerit, ut eo [10]) modo liceat quidem genitori [11]) res ex priore coniugio sibi acquisitas, quo modo [12]) voluerit, alienare vel administrare; si quae vero earum minime sint alienatae, possint [13]) liberi, etiam non adeuntes paternam vel maternam hereditatem, eas vindicare. §. 2. Certum esse sancimus [14]), quod etiam illa de cetero videbitur earundem fuisse rerum alienatio, quae in testamento genitoris [15]), vel specialiter relinquendo vel generaliter heredem instituendo, facta sit.

a) Authent. de nuptiis. §. Deinceps. (Nov. 22. c. 10.) — *Nunc autem, nisi expressim transponat in alios, praesumitur ipsis conservare talia lucra.*

§. 3. Talem vero licentiam [datam [16])] filiis, ut etiam non adeuntes paternam vel maternam hereditatem lucra vindicarent, quae parens eorum ex matrimonio, quod secundo toro minime mutavit, sibi acquisita non alienavit, nullo modo eis concedimus, si paternam vel maternam hereditatem ab intestato ex parte (si forte alii etiam ex anteriore matrimonio morienti parenti filii sint [17])) sibi acquisierint. §. 4. In illo etiam veterem sanctionem adimplentes praecipimus, exemplo matris, cuius res post secundas nuptias filiis ex priore matrimonio natis [18]) suppositae sunt ad conservanda eis lucra, quae ex priore marito [19]) ad eam pervenerunt, patris quoque bona, quae habet habiturusque est, filiis ex priore matrimonio natis post secundas eius nuptias ad ea conservanda, quae ex eorum matre lucratus est, supposita esse. §. 5. Illius etiam patris, qui, in sua potestate [20]) liberum vel liberos habens, maternam eis substantiam vel ex materna linea ad eos devolutam servare compellitur, bona iisdem liberis supposita esse ad conservandas easdem maternas res decernimus; ita tamen, ut occasione talium hypothecarum neque patris neque mati administrationem filii valeant persecutari, vel aliquam eis movere super hoc quaestionem, quum perspicui sit iuris, etiamsi alienata sint [21]) eorum bona, quae extra memorata lucra vel maternas res sunt, ius hypothecae integrum iisdem manere filiis. Dat. III. Id. Decemb. Dn. Iustiniano A. II. Cons. [528.]

9. Idem A. Mennae P. P. — Quoniam praeteritae leges omnia, quae, liberis ex priore matrimonio procreatis, mulier quidem secundo marito, vir autem secundae uxori dotis vel ante nuptias donationis nomine vel alio quocunque modo dederit vel reliquerit his ampliora, quae uni filio vel filiae ex anteriore matrimonio progenitis danda vel relinquenda sunt, revocata ad solos filios [22]) ex priore [23]) matrimonio natos pervenire constituerunt, nullaque in hac parte filiorum ex secundo matrimonio natorum mentio facta est, hoc quoque corrigentes, omnia, quae memorato modo revocantur, non solum ad filios prioris matrimonii, sed etiam ad eos, qui ex secundis nuptiis nati fuerint, pertinere, et in capita inter omnes dividi [24]) sancimus. §. 1. Ad haec, lucra, quae marito vel uxori ex dote vel ante nuptias donatione occasione repudii accedunt, indistincte post secundas eorum nuptias liberis ex priore coniugio procreatis ad similitudinem matrimonii morte dissoluti servari, nec de cetero repudii causam requiri, vel aliam in ea re [25]) exquisitionem [26]) fieri. Dat. Id. April. Constantinop. Decio V. C. Cons. [529.]

Authent. de nuptiis. §. Optime. (Nov. 22. c. 27.) — *Ad*

---

a) *auth. post hanc const. posita in ed. Schf.*

1) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; posteriores habeantur *ms. Bg.*, *edd.*; *v. not. praeced.* — 2) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; pervenerunt *Hal. et rell.* — 3) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; vel nepote aut nepte *Hal.*; nepote aut nepte *edd. Nbg. Russ. Cont.* 62.; nepote vel nepte *Cont.* 66. *et rell.* — 4) *Bk.*; Ello *Hal. et rell.* — 5) vel pronepot. *absunt ab edd. Nbg. Hal.* — 6) non ad *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Nbg.* — 7) vel matrem *absunt ab ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — 8) sancimus *ms. Pl.* 1. — 9) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; alio *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 10) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; eodem *omisso* ut *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 11) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; vel genitrici *add. edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — 12) quoquo modo *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — 13) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Bk.*; possunt *ms. Pl.* 1., *Char. Pac. Sp.* — 14) Ceterum sancimus *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.* — 15) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; vel genitricis *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — 16) datam *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; *videturque et hoc et seq.* eis *post* modo *eiiciendum, vel etiam* eis *emendandum in* esse. — 17) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sunt *Russ. et rell.* — 18) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; in hypotheca *ins. edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — 19) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *Russ. Cont. in marg.*; matrimonio *ms. Pl.* 2., *edd.* — 20) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; talem *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — 21) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; fuerint *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 22) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; vel filias *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — 23) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Schf.*; anteriore *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 24) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; dividendas *ac paulo ante* ut *pro* et *ms. Bg.*; dividenda *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 25) in eam rem *ms. Pl.* 1. — 26) in ea requisitionem *Cont. in marg.*

Ad eos solos etiam nunc pertinet; et si quis ex iis praemoritur relicta sobole, portio eius ad eam defertur.

10. Idem A. Demostheni P. P. — Quum apertissime legibus cavetur [1]), ingratos liberos a maiorum suorum hereditate merito esse repellendos, si hoc iidem [2]) in suis elogiis conscripserint, et revera [3]) fuerit revelatum, reclamare videtur huiusmodi sanctioni divalis constitutio Leonis inclytae recordationis, quam super filiis ex priore matrimonio procreatis conscripsit. Nam quum necessitas est patri vel matri, qui ad secunda vota migraverunt [4]), tantum praestare per quamcunque causam secundo marito vel novercae, quantum filio vel filiae ex anterioribus nuptiis progenitis, qui partem minimam habiturus est, reliquerit, maxima iniquitas ex hac sanctione contra genitores efficiebatur. Liberi etenim scientes, quod omnimodo aliquid sibi a genitoribus suis etiam nolentibus relinquendum est, et tantum [5]), quantum secundus maritus vel noverca acceperit, cum [6]) omni licentia et lascivia suos genitores iniuriis afficiebant. Quapropter sancimus, ingratos revera liberos neque hoc beneficium, quod divalis constitutio Leonis augustae memoriae eis praestitit, in posterum posse sibi vindicare, sed quasi ingratos ab omni huiusmodi lucro repelli. Quam observationem in personis etiam avi et aviae, proavi et proaviae, nepotum vel neptium, item pronepotum vel proneptium, sive in potestate sive emancipati emancipataeve sint, ex paterna vel materna linea venientibus, custodiri censemus. Sed quemadmodum genitoribus providimus [7]), ita et innocuam posteritatem nullis affici iniuriis patimur, ut non genitores, qui sese secundis nuptiis devoverint, irrationabile odium ad priores liberos forsitan habentes, sine iusta ratione eos ingratos vocare concedantur. Eos etenim liberos huiusmodi beneficio defraudari volumus, qui re ipsa ingrati circa suam antiquitatem ab heredibus genitorum liquidis et indubitatis probationibus convicti fuerint ex huiusmodi casibus, qui antea priscis legibus enumerati sunt. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [529.]

11.[a]) *Particula argumenti graec const. ex Parat. ad coll. const. eccl.*

Ο δευτερογαμήσας τὰ ἐκ τοῦ πρώτου γάμου κέρδη τῶν αὐτοῦ παίδων προτελευτησάντων ἐχέτω, καὶ ἐκδικείτω παρὰ τῶν ἐχόντων.

11. *Qui secundas nuptias contraxit, prioris matrimonii lucra ipsius liberis praemortuis habeat, et vindicet ab his, qui possident.*

[[a]) *Argumentum graec. const. ex Novellis compositum a Cuiac.*

Si filii, quorum parentes ad secundas venerant nuptias, ante eos deceserint, proprietas lucrorum nuptialium ad filiorum heredes, etiam extraneos testamento scriptos, perveniet, deducto eo, quod in casum orbitatis parentem lucrari convenit; quod etiam pro rata observatur, uno ex pluribus filiis ante parentem mortuo [8]). *Sed si parens lucra nuptialia alienaverit, et ad secundas nuptias venerit, nec eum liberi heredem instituerint, valebit alienatio ad finem eius, quod in casum mortis liberorum lucrari parens, qui alienavit, debuit, et reliquum revocabitur ab heredibus defunctorum liberorum* [9]).]

Tit. X.

SI SECUNDO NUPSERIT MULIER, CUI MARITUS USUMFRUCTUM RELIQUIT [10]).

1. [b]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano [11]) P. P. — Si usumfructum maritus rerum suarum decedens uxori reliquerit, eaque [12]) in secundas nuptias consortiumque convenerit, usumfructum, quem ex priore marito consecuta fuerit, amittat, atque eum filiis ex eo die, quo nupserit, mature restituat. Quodsi liberos ex priore matrimonio adhuc imbecillitas habebit infantiae nec muniat [13]) tutoris auxilium, ac per huiusmodi occasionem mater ea [14]), quae relicta fuerant, usurpaverit, omnia, quum [15]) legitime repetuntur [16]), cum [17]) competentibus fructibus, ad liquidum deducta ratione, resti-

---

[a]) *ad rubr. tit. seq. mss. Vat. Bg. notant, deesse graec. const. Allegatur huius tit. const.* 11. *in Schol. Bas. z. ad XXVIII.* 14. 1. (*T. IV. p.* 494.) *et constt.* 13. *et* 18. *in Schol. Bas. k. ad l. c.* (*T. IV. p.* 491.); *quapropter non sine causa censet Cuiac. in Recitat. ad l.* 6. *C. h. t., octo ab hoc tit. abesse constt. Cui lacunae ab edd. duplici restitutione subrentum est.* 1., *Ant. August. in Coll. graec. const. brevem edidit epitomen ex Parat. ad coll. const. eccl.* (*quam Fabroti editio apud Voëll. non habet*), *eamque testatur esse legis* 11. *Hanc restitut. secuti sunt Cont.* 71. *et rell., omnes autem praeter Cont.* 76. *sine numero ediderunt Paratitlon, quod adeo cancellis includit Bk. Equidem sequor August.*; 2., *Cuiac. in Exposit. Nov. II. ad cap.* 1. *et* 3. *ex Nov.* 2. 22. 68. *composuit quoddam graecae const. argumentum, quam const.* 14. *huius tit. fuisse ex Graecis divinatur. Hoc argumentum receperunt Cont.* 76., *qui tantum hausit ex Cuiac. Expos. ad cap.* 3. *Nov. II., nec non Char. et rell., qui ex Expos. ad cap.* 1. *et* 3. *Nov. cit. componunt epitomen. Perperam vero Char. et rell., inscribentes* Idem A. *et subscribentes* Dat., *huic argumento dederunt speciem genuinae const., idque ante text.* 1. *inseruerunt apposito num. XIV. Equidem, ut par est in fonte, ex quo hausit Cuiac., eius argumentum edo inclusum cancellis et sine numero, inque eo componendo sequor Char.* — [b]) *huius const. interpretatio authent. fuit l.* 1. *Th. C. si sec. nups. III.* 9., *nunc omissa, quum ex ea verba prioris const., antea magis ambigua, iam declaraverit Tribonian. V. Wenck. ad l.* 1. *Th. C. cit.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; caveatur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *edd. Nbg. Cont.* 66. 71. 76., *probante glossa*; idem *rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; hoc *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; migraverit *edd. Schf. Hal. et rell.* — [5]) tantum *om. edd. Nbg. Hal.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; cum *om. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; providemus *Russ. et rell.* — [8]) *Si filii — parentem mortuo hausta ex Cuiac. Exposit. Nov.* 2. *ad c.* 3., *quibus addit ex eodem fonte Cont.* 76. *haecce: Nam pars, quae ei competebat, transit ad heredes eius, sive fratres sint sive extranei, deducto tantum eo pro rata, quod apud parentem ex casu orbitatis sine mortis liberorum remanere debet. Cfr. not. a.* — [9]) *Sed si — defunctor. liberor. composita ex Cuiac. Expos. Nov.* 2. *ad c.* 1.; *ea absunt a Cont.* 76.; *cfr. not. a.* — [10]) reliquerit *mss. Vat. Pl.* 2. *Bg.*; reliquerat *ms. Pl.* 1. — [11]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; ad Tatianum *Hal. et rell.* — [12]) ea quae *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et quaedam Cont.*; eos *add. ms. Pl.* 2., *edd.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Bg. post correct., omnia mss. Russ., Cont.* 62.; ea *om. edd. rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., edd. Schf. Hal.*; quum *om. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omnia mss. Cont., edd. Nbg. Hal.*; repetantur *ms. Bg., edd. Schf. Russ. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., edd. Schf. Hal.*; et cum *edd. Nbg. Russ. et rell.*

restituet [1]). Haec [2]) de usufructu, quem vir extremam constituens voluntatem [3]) de rebus propriis uxori reliquerit. De usufructu vero rerum ante nuptias donatarum ea servari [4]), quae anteriores constitutiones decreverunt, sancimus. Dat. Idib. Mart. Arcadio A. II. et Rufino Conss. [392.]

Authent. de nuptiis. §. Si vero solum. (Nov. 22. c. 32.) — *Hoc locum habet, si datus vel relictus fuerit ea lege, ut ex secundis nuptiis interiret; alioquin perseverat, sive relictus esset sive donatus, quibus casibus licuit. Sed ususfructus in dote sive ante nuptias donatione lege permissus non potest a testatore derogari.*

Tit. XI.

[a]) DE DOTIS PROMISSIONE ET [5]) NUDA POLLICITATIONE.

1. [b]) Imp. Alexander A. Claudio [6]). — Frustra existimas actionem tibi competere, quasi promissa dos tibi, nec praestita sit, quum neque species ulla neque quantitas promissa sit, sed hactenus nuptiali instrumento adscriptum, quod ea, quae nubebat, dotem dare promiserit. PP. Kal. Aug. Pompeiano et Peligno [7]) Conss. [231.]

2. [c]) Imp. Gordianus A. Herodoto P. P. [8]) — Si pro [9]) dote promissa usuras dare socer tuus spopondit, id, quod deberi ostenderis, competens iudex solvi [10]) tibi praecipiet. PP. XII. Kal. Septemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

3. [d]) Idem A. Claudio [11]). — Si, quum ea, quae tibi matrimonio copulata est, nuberet, is, cuius meministi, dotem tibi non addita quantitate, sed quodcunque arbitratus fuisset, pro ea datarum se rite promisit [12]), et interpositae stipulationis fidem non exhibet, competentibus actionibus usus ad repromissi [13]) emolumentum iure [14]) iudiciorum pervenies. Videtur enim boni viri arbitrium [15]) stipulationi insertum esse. PP. Kal. Ianuar. Sabino et Venusto Conss. [240.]

4. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Rufo [16]). — Si voluntate dotantis in dotali instrumento plura tibi tradita scripsisti, quam suscepisti, intelligis, de his, quae desunt, petendis pactum esse consecutum. S. Non. April. [17]) AA. Conss. [293—304.]

5. [f]) Idem AA. et CC. Dasumianae [18]). — Si pro te [19]) pater marito tuo stipulanti promisit [20]) dotem, non tibi, sed marito contra successores soceri competit actio. Dat. VIII. Kal. Decemb. AA. Conss. [293—304.]

6. [g]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio P. P. [21]) — Ad exactionem dotis, quam semel praestari placuit, qualiacunque sufficere verba censemus, sive scripta fuerint sive non [22]), etiamsi [23]) stipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta. Dat. Kal. [24]) Mart. Constantinop. [25]) Felice et Tauro Conss. [428.]

7. [h]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Si pater dotem pro filia simpliciter dederit, vel pro [26]) filio ante nuptias donationem fecerit, habeat autem filius, vel in potestate constitutus vel forte emancipatus, res maternas vel ex alio modo tales, quae acquisitionem effugiunt, quarum ususfructus solus [27]) apud patrem remanet, vel quocunque [28]) modo poterat quasdam actiones contra patrem habere, dubitabatur apud veteres, utrumne videatur [29]) pater ex [30]) ipso debito dotis vel ante nuptias donationis [31]) fecisse promissionem vel dationem [32]), ut sese ab huiusmodi nexu liberet [33]), an debitum quidem remanet [34]) in sua natura, liberalitas autem paterna dotem vel ante nuptias donationem dare suggessit [35]). Et in tali dubitatione multa pars legislatorum [36]) sese divisit, alio etiam incremento huiusmodi quaestioni addito, si forte dixerit in instrumento dotali, ex rebus paternis et maternis dotem vel ante nuptias donationem dare, utrum pro dimidia parte videatur datio vel promissio facta esse, an pro rata portione utriusque substantiae. Utramque igitur dubitationem certo fini tradentes sancimus, si quidem nihil addendum existimaverit, sed simpliciter dotem vel ante nuptias donationem dederit vel promiserit, ex sua liberalitate hoc fecisse intelligi, debito in sua figura remanente. Neque enim leges incognitae sunt, quibus cautum est, omnino paternum esse officium, dotes vel ante nuptias donationes [37]) pro sua dare progenie. Liberalitas [38]) itaque talis maneat [39]) vera et irrevocabilis et [40]) puro nomine [41]) liberalitas, et debitum suam sequatur [42]) fortunam. Ubi autem

---

[a]) *Dig. XXIII.* 3. — [b]) *Bas. XXIX.* 1. 81. (*T. IV. p.* 531.) — *Sch. d. e.* (*T. IV. p.* 641.) — [c]) *Bas. XXIX.* 1. 82. — *Sch. f. g.* — [d]) *Bas. XXIX.* 1. 83. — *Sch. h—k.* — [e]) *Bas. XXIX.* 1. 84. — *Sch. l.* (*T. IV. p.* 642.) — [f]) *Bas. XXIX.* 1. 85. — *Sch. m.* — [g]) *l.* 4. *Th. C. de dotibus III.* 13.; *Bas. XXIX.* 1. 86. (*T. IV. p.* 532.) — *Sch. n. o.* (*T. IV. p.* 643.) — [h]) *Bas. XXIX.* 1. 87. — *Sch. p—r.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; restituat *edd. Schf. Hal. et rell.* — [2]) Et haec *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Schf. Hal.*; Et hoc *Cont.* 62. — [3]) extrema const. voluntate *ms. Pl.* 2., *Hal.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; reservari *ms. Bg.*; observari *Russ. et rell.* — [5]) vel *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. — [6]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Bk.*; Claudiae *Hal. et rell.* — [7]) Peligniano *Bk.* — [8]) P. P. *om. mss. Cas. Bg.* — [9]) pro *om. ms. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [10]) dissolvi *Hal.*; *idem in ms. Pl.* 1. *ante rasuram fuisse videtur.* — [11]) *mss. Cas. Vat. Bg., vetera mss. Cont., ed. Nbg.*; P. P. *add. ms. Pl.* 1., *Hal. et rell.* — [12]) se repromisit *edd. Nbg. Hal. Bk.* — [13]) promissi *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [14]) more *ms. Bg., quod praefert Russ. in marg.* — [15]) arbitratu boni viri *ms. Bg.* — [16]) Rufino *mss. nonn.* — [17]) D. Non. Mai. *ms. Pist., a quo desunt rell.* — [18]) Dasumiano, Dasimiano, Dionysiano *mss.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; pro te *absunt ab Hal. et rell., verum addi ea, etiam Schol. Bas. suadet.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; promiserit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ.*; post alia *addit, haud dubie ex Theod. C., Cont.* 62., *quem sequuntur rell.* — [22]) sive scr. fuer. sive non *absunt a Theod. C.* — [23]) dictio vel *ins. Theod. C.* — [24]) X. Kal. *Cont.* 62. *Sp. Bk. secundum Theod. C.*; *sed reliquorum lect. et tuetur ms. Pist., quod cum reliqua subscr. convenit.* — [25]) *locus abest ab Hal. Russ.* — [26]) pro *abest a ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Hal.* — [27]) solum *ms. Pl.* 1. — [28]) alio *ins. mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; videretur *Hal. et rell.* — [30]) hoc *ins. ms. Pl.* 1. — [31]) dationis *Sp., haud dubie ex vitio typorum, quod servat Bk.* — [32]) donationem *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; liberaret *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; remaneat *ed. Schf.*; remaneret *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; suggessisset *Hal. et rell.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; legumlatorum *Russ. et rell.* — [37]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; dotem vel — donationem *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed nobiscum facit Schol. Bas.* — [38]) et liberal. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [39]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; remaneat *Cont.* 66. *et rell.* — [40]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; ut *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [41]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; et *ins. Hal. et rell.* — [42]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sequantur *Russ. et rell.*

tem ex rebus tam suis quam maternis vel aliis, quae non acquirantur, vel ex suis debitis dixerit se fecisse huiusmodi liberalitates, tunc, si quidem penitus inopia tentus est, ex illis videri rebus dotem vel ante nuptias donationem esse datam, quae ad filios vel filias pertinent. Si vero et ipse substantiam idoneam possidet, et [1]) in hoc casu [2]) de suo patrimonio dotem vel ante nuptias donationem dedisse intelligatur. Poterat enim secundum suas vires dotem pro filia vel ante nuptias donationem pro filio dare, et consentire filiis suis, quando voluerint partem vel forte totam suam substantiam, quam habent, paternae liberalitati pro dote vel ante nuptias donatione aggregare, ut revera appareat, quid ipse vult [3]) dare, et quid de substantia filiorum proficiscitur [4]), ne, dum effuso sermone sese iactet, in promtum incidat sui periculum. Dat. Kal. Novembr. Lampadio et Oresta [5]) Conss. [530.]

Tit. XII.

[a]) DE IURE DOTIUM.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Nicepnoro. — Evicta re, quae fuerat in dotem data, si pollicitatio vel promissio fuerit interposita, gener contra socerum vel mulierem seu heredes eorum condictione vel ex stipulatione agere potest. Sin autem nulla pollicitatio vel promissio intercesserit, post evictionem eius, si quidem res aestimata fuerit, ex emto competit actio. Sin vero hoc non est factum, si quidem bona fide eadem res in dotem data est, nulla marito competit actio [6]). Dolo autem dantis interposito, de dolo actio adversus eum locum habebit, nisi a muliere dolus interpositus sit; tunc enim, ne famosa actio adversus eam detur, in factum actio competit. PP. Dat. Kal. August. Muciano et Fabiano Conss. [201.]

2. [c]) Imp. Antoninus A. Alluviadi [7]). — Si stipulatio [8]) de restituenda portione dotis datae subiecta est, conditioque eius exstitit, habet ex ea actionem is [9]), in cuius personam utiliter concepta commissaque est. Secundum quod si Polla soror tua de restituenda sibi parte dotis habet actionem eo, quod mater vestra donandi animo passa est partem dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari, metuere non debet doli exceptionem, quod matri suae, quae pactum interposuit, heres ex minore quam dimidia [10]) portione exstitit, nisi liquido probatum fuerit, matrem eius mutesse dotis pacti voluntatem, contentamque esse voluisse filiam suam pro portione hereditatis praelegationibus, maritumque suum exactione [11]) liberari voluisse. PP. Dat. III. Kalend. August. Antonino A. IV. et Balbino [12]) Conss. [213.]

3. [d]) Imp. Alexander A. Euphemio [13]). — Etsi dotis exactio, defuncta in matrimonio filia, potuisset ad patrem pertinere [14]), dotalibus tamen servis maritus testamento directam et fideicommissariam [15]) libertatem iure dedit, et praestita revocari [16]) non debuit, quum et inter vivos manumittendi mancipia dotalia constante matrimonio liberam habeat maritus facultatem. PP. VI. Id. Decemb. Antonino IV. [17]) et Alexandro [18]) Conss. [222.]

4. [e]) Idem A. Valenti. — Nulla lege prohibitum est, universa bona in dotem marito feminam dare. PP. IV. Id. Iul. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

5. [f]) Idem A. Statiae [19]). — Quoties res aestimatae in dotem dantur, maritus, dominium consecutus, summae velut pretii debitor efficitur. Si itaque non convenit, ut soluto matrimonio restituerentur, et iure aestimatae sunt, retinebit eas, si pecuniam tibi offerat. Dat. III. Id. April. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

6. [g]) Imp. Maximinus A. [20]) Sulpicio [21]). — Avia tua eorum, quae pro filia tua in dotem dedit, etsi verborum obligatio non intercessit, actionem ex fide conventionis ad te, si heres exstitisti, transmittere potuit. Neque enim eadem causa est patris et matris paciscentium, quippe matris pactum actionem praescriptis verbis constituit, patris dotis actionem profectitiae nomine competentem conventione simplici minime creditur innovare. Dat. III. Id. Februar. Maximino A. et Africano Conss. [236.]

7. [h]) Imp. Gordianus A. Marco. — Quum a socero tuo pro uxore dos tibi daretur, si ea in stipulationem deducta non est sub tempore dationis, sed postea, socer tuus tecum paciscendo, si id non ex voluntate filiae suae fecit, conditionem eius laedere non potuit. Quandoque enim sola de dote experiens, id pactum non debere ad sui dispendium operari, de iure defenditur. PP. Dat. Kal. Octob. Pio et Pontiano Conss. [238.]

8. [i]) Idem A. Agrippinae. — Etiamsi non dotem reddi sibi mater, sed ea, quae in dotem data sunt, ut eam sequerentur vel ad se pertineant [22]) in matrimonio defuncta filia, stipulata sit, durante matrimonio filia decedente actionem ex stipulatu videri quaesitam, aequissimum esse iudicamus. Cui consequens est, ut etiam id, quod additamenti causa in dotem datum est, eadem actione repetatur. PP. Kal. Febr. Sabino [23]) et Venusto Conss. [240.]

9. [k]) Imp. Decius A. et Decius [24]) C. Urbicariae [25]). — Dotis tuae potiorem causam magis esse convenit, quam reipublicae, cui postea [26]) idem maritus obnoxius factus est. PP. VI. Id. Iun. Decio A. [27]) et Grato Conss. [250.]

10.

---

[a]) *Dig. XXIII.* 3. — [b]) *Bas. XXIX.* 1. 88. — *Sch. s—u.* (*T. IV. p.* 644.) — [c]) *Bas. XXIX.* 1. 89. (*T. IV. p.* 533.) — *Sch. y.* — [d]) *Bas. XXIX.* 1. 90. — *Sch. y. z.* (*T. IV. p.* 645.) — [e]) *Bas. XXIX.* 1. 91. — *Sch. a.* — [f]) *Bas. XXIX.* 1. 92. (*T. IV. p.* 534.) — *Sch. b.* (*T. IV. p.* 646.) — [g]) *Bas. XXIX.* 1. 93. — *Sch. c—e.* — [h]) *Bas. XXIX.* 1. 94. — *Sch. f. g.* (*T. IV. p.* 647.) — [i]) *Bas. XXIX.* 1. 95. — *Sch. h.* — [k]) *Bas. XXIX.* 1. 96. (*T. IV. p.* 535.) — *Sch. i.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; et *om. Russ. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; quasi *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *videtur hoc* quasi *oriundum ex v.* casu, *quod ab edd. Nbg. Hal. abest.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; velit *Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; proficiscatur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Oreste *Cont.* 71. *et rell.* — [6]) *vv.* Sin vero — competit actio *suspecta reddit Hal.*, *qui in marg. a vetust. codic. ea deesse testatur, adeoque Cont.* 66. *et postea rell. praeter Sp. Bk. cancellis notarunt*; *verum Bas. quoque ea tuentur.* — [7]) Alcibiadi *mss. nonn.*; P. P. *add. ms. Pl.* 1. — [8]) utilis *add. ms. Pl.* 1. *ex emend.*, *quam lect. et notat Russ. in marg.*; *refragatur et Schol. Bas.* — [9]) is *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [10]) media *ms. Pl.* 1. — [11]) actione *Russ. in marg.*; *sane Schol. Bas.* τῆς ἀγωγῆς. — [12]) II. *ins. Bk.* — [13]) Euphino, Euphinio, Euphremo, Euphono *mss.* — [14]) pervenire *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *sed contra mss. Russ. et Cont.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Bk.*; fideicommissam *Hal. et rell.* — [16]) praestitam revocare *Hal. Russ. male.* — [17]) IV. *addidi cum Bk.*, *quum num. alias non absit.* — [18]) Caes. *ins. Bk.*, *male propter inscr.* — [19]) Statutae *mss. nonn.* — [20]) Idem A *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [21]) Suplicio *ms. Pl.* 1. — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; pertinerent *Hal. et rell.* — [23]) II. *ins. Bk.* — [24]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Decius *om. ms. Bg.*, *edd.* — [25]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Urbicanae *Hal. et rell.* — [26]) postea *absque omni fide omittit Hal.* — [27]) II. *ins. Bk.*

10. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Ingenuo. — Quum dotem te aestimatam accepisse profitearis, apparet iure communi, per pactum, quod doti insertum est, formato contractu, ex emto actionem esse. Quis enim dubitat [1]), aestimationem a te mulieri deberi, quum periculo tuo res deteriores fiant, vel augmenta lucro tuo recipiantur? PP. XII. Kal. Mai. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

11. [b]) Iidem AA. et CC. Severae. — De his, quae in dotem data ac direpta commemoras, mariti tui esse actionem, nulla est dubitatio. Dat. X. Kal. Mai. Heracliae, AA. Conss. [293—304.]

12. [c]) Iidem AA. et CC. Rufinae. — Ex pecunia dotali fundus a marito tuo comparatus [2]) non tibi quaeritur, quum neque maritus uxori actionem emti possit acquirere, ac [3]) dotis tantum actio tibi competat [4]). Unde aditus praeses provinciae, si non te transegisse repererit, sed ex maiore parte dotem consecutam, residuum restitui providebit. Dat. VIII. Kal. Mai. Heracliae, AA. Conss. [293—304.]

13. [d]) Iidem AA. et CC. Catulae [5]). — Si a matre vestra superstite aliquid ad vos pertineus in dotem scienti vitrico vestro datum est, intelligis [6]), nullam firmitatem iuris dationem [7]) habere, si neque pollicitatio neque stipulatio intercessit. Dat. [8]) prid. Kal Mai. Heracliae, AA. Conss. [293—304.]

14. [e]) Iidem AA. et CC. Basilissae. — Mater [9]) pro filia dotem dare non cogitur, nisi ex magna et probabili causa vel [10]) lege specialiter expressa; pater autem [11]) de bonis uxoris suae invitae nullam [12]) dandi habet facultatem. Dat. Non. [13]) Novemb. Philippopoli, AA. Conss. [293—304.]

15. [f]) Iidem AA. et CC. Ulpiano [14]). — Quum citra fidem etiam instrumentorum datam dotem aliunde probanti post divortium quondam uxoris [15]) secundum bonam fidem restitui debere constet, amissis etiam instrumentis sine dubio cetera probationum indicia iure prodita non habentur irrita. Dat. VIII. Kal. August. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

16. [g]) Iidem AA. et CC. Aemilio. — Ante divisionem soror tua intestato patri etiam ipsa succedens pro indiviso portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur. Dat. Non. Iul. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

17. [h]) Iidem AA. et CC. Sabino. — Res, quarum [16]) usufructu sibi deducto socrus in dotem dedit, venumdando auferre tibi nihil [17]) potest. Dat Non. Iul. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

18. [i]) Iidem AA. et CC. [18]) Menestrato. — Si socrus tua fundum deducto usufructu uxori tuae donavit, tibique in dotem uxor quidem proprietatem, socrus autem usumfructum dedit, uxore tua rebus humanis in matrimonio exemta, fundum apud te remansisse secundum placiti inter vos fidem, non ambigitur. Nam si, acceptura certum quid annuum, filiae suae usumfructum locavit, mortua conductrice ususfructus exstingui minime potuit. Dat. XIV. [19]) Kal. Ian. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

19. [k]) Iidem AA. et CC. Achilli. — Quum patrem pro filia dotem tibi dantem, si post mortem suam in matrimonio constituta rebus humanis eadem eximatur, partem dimidiam dotis Amniae reddi pactum proponas, post vero, testamento facto, cum aliis etiam Amniam heredem scripsisse, nec Amniam quidquam ex stipulatu petere velle sanxisse, si quidem hanc sibi reddi secundum fidem pacti stipulatam Amniam non probetur, ex aliono pacto [20]) non prorsus ei ulla competit actio. Si vero ex [21]) verborum conceptione sibi Amnia [22]) quaesivit obligationem, ac tibi testatorem prospexisse probetur, contra eam ex stipulatu post eventum conditionis petentem, quatenus accepit ex defuncti voluntate quae fuit stipulata, exceptione (salva Falcidia) uti potes. Dat. XIII. Kal. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

20. [l]) Iidem AA. et CC. Tiberio [23]). — Pro oneribus matrimonii mariti lucro fructus totius dotis esse, quos ipse cepit, vel, si uxori capere donationis causa permisit, eum, in quantum locupletior facta est, posse agere, manifestissimi iuris est. Dat. V. Kal. Mai. Sirmii [24]), Caess. Conss. [294—305.]

21. [m]) Iidem AA. et CC. ad Geminium. — Si inter virum et uxorem pactum sit interpositum, ut, si matrimonium intra quinquennii forte tempora quoquo modo esset dissolutum, species aestimatae doti datae pretiis, quibus aestimatae sunt, redderentur, manifestum est, non pretia specierum dari, sed ipsas species debere restitui, quum in placitis [25]) specierum reddendarum idcirco pretiorum nomen videatur annexum, ne, si species aliqua deminuta fuisset aut perdita, alio pretio, quam quo taxata fuerat, posceretur [26]). Dat. Non. August. Agrippinae, Caess Conss. [294—305.]

22.

---

[a]) *Bas. XXIX.* 1. 97. — *Sch. k. l.* — [b]) *Bas. XXIX.* 1. 98. — *Sch. m. n.* (*T. IV. p.* 648.) *In ms. Pl.* 1. *hoc rescr. ponitur post leg.* 17. — [c]) *Bas. XXIX.* 1. 99. — *Sch. o.* — [d]) *Bas. XXIX.* 1. 100. — *Sch. p—r.* — [e]) *Bas. XXIX.* 1. 101. — *Sch. s—x.* (*T. IV. p.* 649.) — [f]) *Bas. XXIX.* 1. 102. (*T. IV. p.* 536.) — *Sch. y. z.* — [g]) *Bas. XXIX.* 1. 103. — *Sch. a.* (*T. IV. p.* 650.) — [h]) *Bas. XXIX.* 1. 104. — *Sch. b.* — [i]) *Bas. XXIX.* 1. 105. — *Sch. d—f.* — [k]) *Bas. XXIX.* 1. 106. — *Sch. g—i.* (*T. IV. p.* 651.) — [l]) *Bas. XXIX.* 1. 107. (*T. IV. p.* 537.) — *Sch. k—m.* — [m]) *Bas. XXIX.* 1. 108 — *Sch. n—p.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; dubitet *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) comparatur *Russ. in marg.*; *sed* ἀγρὸς — ἀγορασθεὶς *Schol. Bas.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; et *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; at *edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *et rell.*; *sed* καὶ *Schol. Bas.* — [4]) *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; competit *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) Tatuliae, Tayliae *mss. nonn.*; Statuae *ed. Nbg.*; et Statiae *add. Russ. et postea rell. contra mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; *cfr. not. seq.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; intelligas *ed. Schf.*; intelligitis *Russ. et rell.*; *sed* νοεῖς *Schol. Bas in* τῷ κατὰ πόδα. — [7]) donationem *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Nbg., Hal. in textu*; τὴν δόσιν *Schol. Bas.* — [8]) SD. *ms. Pist., quod reliquam subscr. confirmat.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; Neque mater, *omisso seq.* non, *edd. Schf. Russ. et rell.*; *nobiscum magis faciunt Bas.* — [10]) et *mss. Pl.* 1. *Gt.*; *utrumque abest ab ed. Schf.*; *verum* ἢ *Bas.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; pater etiam *Hal.*; neque pater *edd. rell.*; ὁ δὲ πατὴρ *Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; ullam *edd. rell.*; *cfr. not. anteced.* — [13]) SD. IIII. No. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — [14]) Ulpianae *mss. nonn.* — [15]) uxori *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; tuae *add. edd. Nbg. Hal. et rell. contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf., omnia mss. Russ., lectio Bononiensis, ut docet glossa, Cuiac. Obss. XVII.* 6.; Res quas *Hal. et rell.*; Rerum quas *coni. Russ. in marg.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., ed. Nbg.*; non *edd. Schf. Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pist. Cas. Bg.*; et CC. *om. rell.* — [19]) SD. XVIII. *ms. Pist., quod reliquam subscr. tuetur.* — [20]) facto *ms. Pl.* 1. — [21]) ea *ins. Cont.* 71. *Char. Pac. Sp., perperam.* — [22]) Amnia *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [23]) Querio, Querino *mss. nonn.* — [24]) SD. V. K. oct. *ms. Pist.* — [25]) placito *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; reposceretur *edd. Nbg. Hal. et rell.*

22. a) Iidem AA. et CC. Libyanae [1]). — Rem, quam pater in dotem genero pro filia dedit, nec recepit, alienare non potest. Dat. V. Kal. Decemb. iisdem Caess. Conss. [2]) [294—305.]

23. b) Iidem AA. et CC. Diogeni. — Si praedium uxor tua dotale venumdedit, sponte nec ne contractum [3]) habuerit, nihil interest, quum rei tibi quaesitae dominium auferre nolenti minime potuerit. Dat. [4]) V. Kal. Octob. Viminacii, Caess. Conss. [294—305.]

24. c) Iidem AA. et CC. Aurelio et Lysimacho. — Si dotem marito libertae vestrae dedistis, nec eam reddi soluto matrimonio vobis in continenti pacto vel stipulatione prospexistis, hanc, culpa uxoris dissoluto matrimonio, penes maritum remansisse constitit [5]), licet eam ingratam circa vos fuisse ostenderitis. Dat. VI. Kal. Novemb. Antiochiae, Caess. Conss. [294—305.]

25. d) Iidem AA. et CC. Eutychiano. — Si mulier dotem a viro dari stipuletur, ut de ea testari possit, quum ordinationis testamenti cogitatio mortis antecedens tempus significat [6]), nec conditionem, sed causam continet, intestata quoque muliere defuncta, stipulationem committi proficiet [7]). Dat. III. Id. Novemb. Antiochiae, Caess. Conss. [294—305.]

26. e) Iidem AA. et CC. Demostheni. — Si genero dotem dando pro filia pater communis eam reddi tibi, extraneo constituto, stipulatus est, nec sibi, cessante voluntate, nec tibi, prohibente iure, quaerere potuit actionem. Dat. VI. Kal. Ian. ipsis Caess. et Conss. [294—305.]

27. f) Iidem AA. et CC. Pompeiano. — Licet dos iure penes maritum remanserit, pro rebus tamen hereditariis successores, non maritus quondam, solemnibus pensitationibus parere debent. S. VI. [8]) Kal. Ianuar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

28. g) Imp. Zeno A. Aeliano P. P. — Mulier in minore aetate constituta dotem marito, consentiente generali vel speciali curatore, recte dare et exigi [9]) potest, licet ipse tempore creationis fideiussorem in minorem [10]), quam dos est, quantitatem dicitur praestitisse. Hoc idem observatur et si minor ante nuptias donationem consentiente, ut dictum est, curatore fecerit. Dat. Kal. Ian. Basilio V. C. Cons. [11]) [480.]

29. h) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Ubi adhuc matrimonio constituto maritus ad inopiam sit deductus, et mulier sibi prospicere velit resque sibi suppositas pro dote et ante nuptias donatione rebusque extra dotem constitutis tenere, non tantum mariti res ei tenenti et super his ad iudicium vocatae exceptionis praesidium ad expellendum ab hypotheca secundum [12]) creditorem praestamus, sed etiam, si ipsa contra detentatores rerum ad maritum suum pertinentium super iisdem hypothecis aliquam actionem secundum legum distinctionem moveat, non obesse ei matrimonium adhuc constitutum sancimus, sed ita eam posse easdem res vindicare vel a creditoribus posterioribus vel ab aliis, qui non potiora iura legibus habere noscuntur, ut potuisset, si matrimonium eo modo dissolutum esset, quo dotis et ante nuptias donationis exactio ei competere poterat; ita tamen, ut eadem mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi vivente marito et matrimonio inter eos constituto, sed fructibus earum ad sustentationem tam sui quam mariti filiorumque, si quos habet, abutatur [13]). Creditoribus scilicet mariti contra eum eiusque res, si quas postea [14]) forte acquisierit, integra sua iura habentibus; ipsis etiam marito et uxore post matrimonii dissolutionem super dote et ante nuptias donatione pro dotalium instrumentorum tenore integro suo iure potituris. Dat. III. Id. Decemb. Dn. Iustiniano A. II. Cons. [528.]

Authent. de aequalitate dotis. §. Illud. (Nov. 97. c. 6.) — *Donationem quoque propter nuptias in hoc casu constante matrimonio vindicare potest.*

30. i) Idem A. Demostheni P. P. — In rebus dotalibus, sive mobilibus sive immobilibus seu se moventibus, si tamen exstant, sive aestimatae sive inaestimatae sint, mulierem in his vindicandis omnem habere post dissolutum matrimonium praerogativam [15]), et neminem creditorum mariti, qui anteriores sunt, posse sibi potiorem causam in his per hypothecam vindicare, quum eaedem res et ab initio uxoris fuerant [16]), et naturaliter in eius permanserunt [17]) dominio. Non enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti videtur [18]) fieri, ideo rei veritas deleta vel confusa est. Volumus itaque, eam in rem actionem quasi [19]) in huiusmodi rebus propriis habere, et hypothecariam omnibus anteriorem possidere, ut, sive ex naturali iure eiusdem mulieris res esse intelligantur, vel [20]) secundum legum subtilitatem ad mariti substantiam pervenisse [21]), per utramque viam, sive in rem sive hypothecariam, ei plenissime consulatur. Omnis autem temporalis exceptio, sive per usucapionem inducta, sive per decem sive per viginti annorum curricula [22]), sive per triginta vel quadraginta

---

a) *Bas. XXIX.* 1. 109. (*T. IV. p.* 538.) — *Sch. q.* (*T. IV. p.* 652.) — b) *Bas. XXIX.* 1. 110. — *Sch. r.* — c) *Bas. XXIX.* 1. 111. — *Sch. s.* — d) *Bas. XXIX.* 1. 112. — *Sch. t—x.* (*T. IV. p.* 653.) — e) *Bas. XXIX.* 1. 113. — *Sch. y. z.* — f) *Bas. XXIX.* 1. 114. — *Sch. a. b.* (*T. IV. p.* 654.) — g) *Bas. XXIX.* 1. 115. (*T. IV. p.* 539.); *cfr. not. m. ad l.* 9. *C. de in int. rest. min. II.* 22. — h) *Bas. XXIX.* 1. 116. — *Sch. f—l.* (*T. IV. p.* 654. 732.) — i) *Bas. XXIX.* 1. 117. (*T. IV. p.* 540.) — *Sch. m—r.* (*T. IV. p.* 656.)

1) Colubianae, Polivianae, Populianae *mss. nonn.* — 2) SV. V. K. oc. cc. css. *ms. Pist.* — 3) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal. Russ. Cont.* 62., *Cuiac. Obss. XVII* 6.; ratum *add. ms. Pl.* 2., *edd. rell.*; *sed* το συναλλαγμα εσχεν *Schol. Bas.* — 4) SD. *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. defendit.* — 5) consistit *ms. Pl.* 1. — 6) significat *et postea* continet *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; significet — contineat *Russ. et rell.* — 7) prospiciet *Russ. in marg.*; *sed* ποιει *Schol. Bas.* — 8) SD. VI. *ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. concordat.* — 9) *mss. Bg. Gt.*, *Russ. in marg.*, *vetera mss. Cont.*; exigere *mss. Pl.* 1. 2., *edd.*; *sed nostram lect.*, *quam defendit Cuiac. Obss. XVI.* 14., *flagitant Bas.* — 10) minore *et postea* quantitate *mss. Pl.* 1. 2., *Cont.* 62. — 11) *l.* 9. *C. II.* 22., *Cuiac. Obss. XVI.* 14.; Basilio (Basilisco) II. et Armatio (Armato) Conss. *Hal. et rell.* — 12) secundum *om. mss. Pl.* 2. *Gt.*, *etiam ms. Pl.* 1. *ante emend.*; ad expell. posteriorem in hypothecae temporibus *ed. Schf.* — 13) utatur *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *contra omnia mss. Russ. et Cont. et nostra.* — 14) postea *om. edd. Nbg. Hal.* — 15) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Schf.*; iubemus *add. edd. Nbg. Hal. et rell.*, *sed contra Schol. Bas.* — 16) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; fuerunt *ms. Pl.* 1.; fuerint *Russ. et rell.* — 17) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; permanserint *Russ. et rell.* — 18) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; videatur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 19) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; quasi *post* rebus *collocant ms. Pl.* 2., *Russ. et rell.*; *sed nobiscum facit Schol. Bas.* — 20) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sive *Russ. et rell.* — 21) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; videantur (videatur) *add. Russ. et rell.*, *etiam contra Schol. Bas.* — 22) metas *omissis quae sequuntur* sive per trig. vel quadrag. annor. metas *ms. Pl.* 1.; *eadem absunt ab Hal.*, *omittique ea in omnibus testatur Russ. in marg.*, *deesse autem in quibusdam notat Cont. in marg.*; vel quadrag. *absunt ab ed. Nbg.*; *sed textum et Bas. defendunt.*

draginta annorum metas, sive ex alio quocunque tempore maiore vel minore [1]) introducta, mulieribus [2]) ex eo tempore [3]) opponatur, ex quo possint actiones movere, id est, opulentis quidem maritis constitutis, post dissolutum matrimonium, minus autem idoneis, ex quo hoc infortunium eis illatum esse claruerit; quum constante etiam matrimonio posse mulieres contra maritorum parum idoneorum bona hypothecas suas exercere iam nostra lege humanitatis intuitu definitum est [4]); ficti divortii falsa [5]) simulatione [6]) in huiusmodi causa, quam nostra lex amplexa est, stirpitus eruenda. Recitata Septimo [7]) in novo consistorio palatii Iustiniani. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. [529.]

31. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Quum quidam dotes pro mulieribus dabant, sive matres sive alii cognati vel [8]) extranei, recte quidem eas mariti sine monumentorum observatione suscipiebant. Quum autem mulier redhibitionem casus stipulabatur, et huiusmodi fortuitus casus evenisset, ipsa mulier, utpote a se non facta donatione, propter hoc, quod monumenta deerant, necessitatem habebat actiones in huiusmodi casu [9]) ad eum, qui dotem dedit, per cessionem transferre, vel ipsas res reddere; et ita inveniebatur forsitan post prolixa matrimonii annorum curricula et liberos forte editos infelix mulier indotata. Sancimus itaque, in omnibus huiusmodi casibus nullis monumentis rem indigere, sed in omni persona [10]) ratas esse huiusmodi donationes, et mulierem dotem suam ipsam habere, quum fortuitus casus hoc lucrum ei addiderit [11]), et firmiter hoc apud [12]) eam permanere, nisi ipse, qui ab initio dotem dederit [13]), sibi dari [14]) huiusmodi casum stipulatus est [15]). Tunc etenim, quum neque ab initio suspicio aliqua liberorum concurrit, sed sibi omnem rem ille, qui dotem dedit, pepigerit, huiusmodi tractatus habere locum non potest. Atqui in aliis omnibus casibus, in quibus ipse non est stipulatus, tristitiae suae mulier hoc proprium habeat solatium per actionem dotis. §. 1. Similique [16]) modo si quis extraneorum (id est qui eum, pro quo dat, non in potestate habeat) pro alio ante nuptias donationem nupturae mulieri dedit [17]), et necessaria monumenta adhibuerit, quum excedat summam legitimam donatio, vel non minor materfamilias nuptura sit, non solum ad eam, cui ante nuptias donatio datur, monumenta suam habeant [18]) firmitatem, sed etiam ad illum, pro quo dedit, ut, si lucrum ei ex dotalibus pactis accesserit, hoc non cedat donatori, sed in suum lucrum hoc maritus convertat firmumque et irrevocabile habeat, nisi donator et hic [19]) sibi reddi huiusmodi casum [20]) fuerit stipulatus, ne et in praefato casu simile anteriori vitium oriatur. Sin autem minor quantitas sit, vel ita res gesta sit, ut monumentorum ex omni parte nulla sit utilitas, et tunc [21]) donatio ad utramque personam valeat, et maritus casum [22]) lucretur, nisi et hic donator eum [23]) stipulatus sit. §. 2. Praeterea sancimus, si quis in dotem vel praedi vel certum reditum vel aedes vel panes civiles sponderit vel promiserit, si ex tempore matrimonii biennium transactum sit, illico reditum vel pensionum nec non panis civilis quaestum eum praestare, etiamsi non fuerint adhuc res principales traditae; et si tota dos in auro sit, itidem post biennium usuras usque ad tertiam partem [24]) centesimae praestari. Sin autem aliae res praeter immobiles vel aurum [25]) fuerint in dote [26]), sive in argento, sive in muliebribus ornamentis, sive in veste, sive in aliis quibuscunque, si quidem aestimatae fuerint, simili modo post biennium et earum usuras ex tertia parte [27]) centesimae currere [28]); aestimatione earum, quia et hoc apertius declarare [29]) oportet, ea intelligenda [30]), quae pro singulis speciebus facta est vel pro unoquoque genere [31]) dotalium specierum, id est pro argento [32]) vel ornamentis vel veste aliisque [33]) speciebus, et non esse exspectandam post singulas aestimationes unam coadunationem totius calculi, quod satis scrupulosum et per nimiam subtilitatem perniciosum est. Sin autem minime res mobiles fuerint aestimatae, ea post biennium observari, quae leges post litem contestatam pro omnibus huiusmodi rebus definiunt. Sin vero res permixtae fuerint, et partim in auro, partim in aliis rebus mobilibus vel immobilibus, pro iam facta divisione omnia procedere, licentia minime deneganda marito, quando voluerit, dotem petere, ne [34]) is, qui debet, putet sibi licentiam esse, reditus vel pensiones vel usuras vel alias [35]) accessiones solventi, dotis solutionem protelare; sed, sive ante biennium sive postea voluerit, dotem pars mariti petere [36]) queat, et secundum leges eam exigere. Dat. XII. Kal. April. Lampadio et Oresta VV. CC. Conss. [530.]

Tit.

---

[a]) *Bas. XXIX.* 1. 118. — *Sch. s—u.* (*T. IV. p.* 657.)

[1]) *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sit *ins. ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [2]) *mss. Bg. Gt.*; et mulier. *ms. Pl.* 2.; ea mulier. *edd.* — [3]) tempore *om. mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; maiore vel min. — temp. *desunt in ms. Pl.* 1. — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [5]) facta *ms. Pl.* 2. — [6]) *ms. Pl.* 1.; dissimulatione *mss. rell. et edd.* — [7]) *Cuiac. Obss. XX.* 3.; septimiliario *Cont. in marg.*; septies *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; sive *edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) actionem (actiones) huiusm. casus *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [10]) in omnes personas *mss. Pl.* 2. *Gt., Hal.* — [11]) addixerit *ms. Pl.* 1. — [12]) ad *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., in qua statim post* pertinere. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; dedit *Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; in *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; Simili quoque *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; dederit *Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; adhibeant *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; hoc *ms. Pl.* 2., *edd.* — [20]) *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; casu *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; tunc et *Russ. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* causam *rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; eum sibi *ed. Schf.*; eam sibi *Russ. et rell.* — [24]) partem *om. Hal.*; *sed* ἕως τρίτου μέρους *Schol. Bas.* — [25]) vel in auro *ms. Bg., edd. Nbg. Schf.* — [26]) *ms. Bg. ante correct., ms. Gt., ed. Schf.*; fuer. in dotem *mss. Pl.* 1. 2.; fuer. in dotem datae *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* εἰσὶν ἐν προικὶ *Schol. Bas.* — [27]) parte *om. Hal.*; ἐκ τρίτου μέρους *Schol. Bas.* — [28]) concurrere *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; declarari *Russ. et rell.* — [30]) sed aestimationem ear. — eam intelligendam *Hal., etiam contra Schol. Bas.* — [31]) genere *om. Bk., vitio typ.* — [32]) pro auro et arg. *ms. Bg.*; *verum Schol. Bas. quoque* ὑπὲρ ἀργύρου. — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; vel aliis *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* καὶ τῶν ἄλλων *Schol. Bas.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; nec *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἵνα μὴ *Schol. Bas.* — [35]) alias *om. edd. Nbg. Hal.*; *sed Schol. Bas. quoque* ἢ ἄλλας προσθήκας. — [36]) *post* petere *interpungunt, deleto commate post* voluerit, *Hal. Russ. Bk.*

Tit. XIII.

[a]) DE REI UXORIAE ACTIONE [1]) IN EX STIPULATU ACTIONEM [2]) TRANSFUSA, ET DE NATURA DOTIBUS PRAESTITA.

1. [b]) Imp. Iustinianus A. ad populum urbis Constantinopolitanae et ad universos provinciales. — Rem in praesenti non minimam aggredimur, sed in omni paene corpore iuris effusam, tam super rei uxoriae actione quam ex stipulatu, earum communiones et differentias resecantes, et in unum tramitem ex stipulatu actionis totum rei uxoriae ius, quod dignum esse valere censemus, concludentes. Rei uxoriae itaque actione sublata sancimus, omnes dotes per ex stipulatu actionem exigi, sive scripta [3]) fuerit stipulatio sive non, ut intelligatur re ipsa stipulatio esse subsecuta. Eodemque modo et si inutiliter facta est stipulatio; adiuvari enim eam magis, quam evanescere oportet. Si enim, quum una in instrumento stipulatio valida inveniatur, et aliis inutilibus suam noscitur praestare fortitudinem, quare non ex nostra lege huiusmodi stipulationibus robur [4]) accedat legitimum? Est enim consentaneum nobis, qui censemus, et [5]) ubi stipulatio supposita non est, intelligi eam fuisse adhibitam, [6]) multo magis etiam, si inutilis est, validam eam effici. §. 1. Et ut plenius dotibus subveniatur, quemadmodum in administratione pupillarium rerum et in aliis multis iuris articulis tacitas hypothecas inesse accipimus, ita et in huiusmodi actione damus ex utroque latere hypothecam, sive ex parte mariti pro restitutione dotis, sive ex parte mulieris pro ipsa dote praestanda vel rebus dotalibus evictis, sive ipsae principales personae dotes dederint vel promiserint vel susceperint, sive aliae pro his personae, et dos sive adventitia sive profectitia sit secundum veteris iuris nominationem [7]). Ita enim et imperitia hominum et rusticitas nihil eis possit [8]) afferre praeiudicii [9]), quum nos illis ignorantibus et nescientibus in hoc casu nostram induximus [10]) providentiam. Si [11]) enim et stipulationes et hypothecae inesse dotibus intelliguntur, et inutiles stipulationes emendantur, sic [12]) in posterum causa invenietur valida et perfecta, quasi omnibus dotalibus instrumentis a prudentissimis viris confectis. Et nemo putet nos haec [13]) sancire in his tantummodo dotibus, quae instrumentis receptae sunt; nihil enim prohibet, etsi sine scriptis dos detur vel promittatur vel suscipiatur, simili modo intelligi factam stipulationem et hypothecam ex utraque parte, quasi fuerit scripta. Et natura quidem ex stipulatu actionis haec intelligatur, re uxoria [14]) in posterum cessante [15]). §. 2. Sed etsi non ignoramus, ex stipulatu actionem stricto iure esse vallatam, et non ex bona fide descendere, tamen, quia novam naturam de dote stipulatio sibi invenit, accommodetur ei a [16]) natura rei uxoriae etiam [17]) bonae fidei beneficium. Et omnes quidem eventus, quos dos ex stipulatu habet, maneat pro sui [18]) natura exercens; si quid autem optimum ex rei uxoriae actione invenimus, hoc in praesenti specialiter ei addimus, ut sit et nova ista ex stipulatu, quam composuimus, et non propria tantum, sed etiam veteris actionis pulcritudine decorata. §. 3. Primum itaque, quid naturale sit ex stipulatu actionis, exponatur, et [19]) ita, si quid ex actione rei uxoriae supervenerit, addatur. Sciendum itaque est, edictum praetoris, quod de alterutro introductum est, in ex stipulatu actione cessare, ut [20]) uxor et a marito relicta accipiat [21]) et dotem consequatur, nisi specialiter pro dote ei maritus ea dereliquit, quum manifestissimum est [22]), testatorem qui non hoc addiderit, voluisse, eam utrumque consequi. §. 4. Maneat [23]) ex stipulatu actionis ius ad successores et sine mora transmissionis incorruptum. §. 5. Taceat in ea retentionum verbositas. Quid enim opus est inducere ob mores retentionem, alio auxilio ex constitutionibus introducto? Vel ex qua causa ob res donatas retentio introducatur, quum sit donatori facultas, per actionem in rem directam vel per utilem vel per condictionem suo iuri mederi? Sed nec retentio ob res amotas necessaria est, quum pateat omnibus maritis rerum amotarum iudicium. Sileat ob liberos retentio, quum ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortetur. Ne [24]) varium genus culpae mariti contra [25]) uxores excogitent, ut possint eadem retentione contra eas uti, quum iam et imperialibus constitutionibus statutum sit, si culpa mulieris dissolutum matrimonium fuerit, quid fieri oportet [26]). Sed nec ob impensas in res dotis factas retentio nobis satis videtur esse idonea. Quum enim necessariae quidem expensae dotis minuunt [27]) quantitatem, utiles autem expensae [28]) non aliter in rei uxoriae actione [29]) detinebantur, nisi ex voluntate mulieris, non abs re est, si quidem mulieris voluntas intercedat, mandati actionem a nostra auctoritate marito contra uxorem indulgeri, quatenus possit per hanc hoc [30]), quod utiliter impensum est, asservari [31]); vel si non intercedat mulieris voluntas, utiliter tamen res gesta est, negotiorum gestorum adversus eam sufficit actio [32]). Quodsi voluptariae [33]) sint, licet [34]) voluntate eius expensae, deductio operis, quod fecit, sine

---

[a]) *Dig. XXIV.* 3. — [b]) *Bas. XXIX.* 1. 119. (*T. IV. p.* 542.) — *Sch.* α—κ. (*T. IV. p.* 659. 732.)

[1]) actione *om. mss. Cas. Gt.* — [2]) action. *abest a ms. Pl.* 1.; actione *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [3]) substituta *ex aliorum coniect.*; *verum Schol. Bas. quoque* εἴτε γέγραπται ἐπερώτησις. — [4]) non *hic repetunt edd. Nbg. Hal.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Cont.* 62.; ut ubi *edd. Nbg. Schf.*; et *om. Hal. et rell.*; *sed* καὶ ὅπου *Schol. Bas.* — [6]) et *ins. edd. Nbg. Hal. et postea rell. praeter Cont.* 62., *contra Schol. Bas.* — [7]) novationem *Russ. in marg.*; *etiam Schol. Bas.* ὀνομασίαν. — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; poterit *Hal. et rell.* — [9]) praeiudicium *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; induxerimus *Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; Sicut *edd. Nbg. Russ. et rell.*; *sed* εἰ *Schol. Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; sic et *edd. Nbg. Russ. et rell.*, *etiam contra Schol. Bas.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*; hoc *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [14]) rei uxoriae *ms. Bg.*, *ed. Nbg.* — [15]) actione *add. ms. Bg.*; re ux. in post. cess. *om. ed. Schf.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; a *om. Hal. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; et *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; sua *edd. Schf. Russ. et rell.* — [19]) et *om. Cont.* 71. *probabiliter vitio typor.*, *quod sequuntur Char. Pac. Sp.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; ita ut *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; excipiat *ms. Pl.* 1.; recipiat *edd. Schf. Russ. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [23]) Manet (*scil. a manando*) *coni. Cont. in marg.*, *quod improbandum*; *etiam Schol. Bas.* Μενέτω. — [24]) Nec *Hal. Bk.*; *sed Schol. Bas. quoque* ἵνα μή. — [25]) circa *ed. Nbg.*; *Hal. in textu*, *et statim post* circa eas. — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; oporteat *edd. Schf. Hal. et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; minuant *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; expensae *om. Hal. et rell.* — [29]) act. *om. ms. Pl.* 2.; actionem *ms. Pl.* 1. — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; hoc *om. edd. Schf. Hal. et rell.* — [31]) observari *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; observare *ms. Bg.* — [32]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sufficiat actio *ms. Pl.* 1.; sufficere actionem *Hal. et rell.* — [33]) voluntariae *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; *sed* τὰ εἰς τέρψιν *Bas.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; ex *add. edd. Schf. Russ. et rell.*

sine laesione tamen prioris speciei, marito relinquatur, ut sit omnium retentionum expeditus tractatus, et ex stipulatu actio merito secundum sui naturam nullam accipiat retentionem. §. 6. Illo procul dubio in ex stipulatu actione servando, ut, si decesserit mulier constante matrimonio, dos non in lucrum mariti cedat, nisi ex quibusdam pactionibus, sed ad mulieris heredes ex stipulatu actio secundum sui naturam transmittatur, sive expressa fuerit, sive ex [1]) hac lege inesse intelligatur. §. 7. Quum autem in exactione dotis ex stipulatu quidem actio naturaliter restitutionem dotis a parte [2]) mariti uxori illico et in solidum fieri iubebat, rei uxoriae autem annua bima trima die in his, quae pondere numero mensura consistunt, exactionem pollicebatur, et non in solidum, sed in [3]) quantum maritus facere potest, si non dolo malo suam deminuit [4]) substantiam, in hac parte rudem figuram ex stipulatu damus [5]) actioni [6]), ut, si matrimonium fuerit dissolutum nullo pacto adhibito, in tantum quidem maritus condemnetur, in quantum facere potest, quia hoc aequissimum est et reverentiae debitum maritali, si non dolo malo versatus est; cautione videlicet ab eo exponenda, quod, si ad meliorem fortunam pervenerit, etiam quod minus persolvit, hoc restituere procuret. Exactio autem dotis celebretur non annua bima trima die, sed omnimodo intra annum in rebus mobilibus vel se moventibus vel incorporalibus; ceteris videlicet rebus, quae solo continentur, illico restituendis, quod commune utriusque fuerat actionis. Sin autem supersederit res mobiles vel se moventes vel incorporales post annale tempus restituere, vel ceteras res statim post dissolutum matrimonium, etiam usuras aestimationis omnium rerum, quae extra immobiles sunt [7]), usque ad tertiam partem centesimae ex bona fide introducendas maritus praestet; fructibus videlicet immobilium rerum parti mulieris ex tempore dissoluti matrimonii praestandis, similique modo pensionibus, vel vecturis navium sive iumentorum, vel operis servorum, vel quaestu civilium annonarum, et aliis, quae sunt eis similia, parti mulieris restituendis. §. 8. Igitur et in sequenti capitulo sua ex stipulatu actio utatur natura, ut, si mulier a marito fuerit heres instituta, et legis Falcidiae ratio emerserit, etiam dotis debitum liceat ei, sicuti alia debita, ex substantia mariti subtrahere, et sic quartam partem deducere. §. 9. Quumque ex stipulatu actio in his casibus, quos enumeravimus, propriam naturam habeat, necessarium est in sequenti tractatu ea exponere, quae vel communia sunt utriusque actionis, quae [8]) in solam ex stipulatu actionem colligi oportet, vel propria quidem rei uxoriae actionis, exinde autem ex stipulatu actioni accommodanda. Itaque partus dotalium ancillarum, id est quae aestimatae non sunt, vel quae servi dotales ex quacunque causa, nisi ex re mariti vel operis suis, acquisierint, ad mulierem pertinere utraque actio similiter voluit. Foetus autem iumentorum et omnia, quae fructuum nomine continentur, ad lucrum mariti pertineant pro tempore matrimonii [9]), sive aestimata sive non aestimata sint. Sed et novissimi anni, in quo matrimonium solvitur, fructus pro rata temporis portione utrique parti debere assignari, commune utriusque actionis est, in rebus scilicet non aestimatis. Aestimatarum enim rerum maritus quasi emtor et commodum sentiat, et dispendium subeat, et periculum exspectet. §. 10. Cautione videlicet defensionis in specie, in qua dotem suae uxoris vel nurus in familiae erciscundae iudic praecipuam filius defuncti detrahit, secundum propriam naturam ex stipulatu actionis coheredibus suis praestanda. §. 11. Videamus igitur, quali incremento ei de rei uxoriae actione accedente formare [10]) decet ex stipulatu actionem. Quumque iuris certi atque indubitati est [11]), si parens per virilem sexum adscendens, dote pro filia vel nepte praestita, emancipaverit eam vel ipse decesserit, in rei uxoriae actione dotem omnimodo ad mulierem pertinere, etsi [12]) fuerit exheredata (quod non erat in ex stipulatu actione; ibi etenim, velut aliae actiones, in omnes heredes [13]) actio dividebatur), aequissimum nobis visum est, et in ex stipulatu actione mulierem dotem suam praecipuam accipere, etsi emancipata vel exheredata sit vel cum aliis heredibus scripta. §. 12. Quo a nobis recepto et aliae multae species promtum accipiunt [14]) exitum, quum dos possit et de inofficioso actionem excludere, maxime si sufficit ad quartam. et in collationem ferri, si intestatus paterfamilias decesserit, et testamento facto, quando hoc testator dixerit. Quae omnia ex stipulatu actio a rei uxoriae actione accepit. §. 13. Accedit ei et alia species a rei uxoriae actione. Si quando etenim extraneus dotem dabat, nulla stipulatione vel pacto pro restitutione eius in suam personam facto, quisquis is fuerat, mulier habebat rei uxoriae actionem; quod antea in ex stipulatu actione non erat. Stipulatione autem vel pacto interposito, stipulator vel is, qui paciscebatur, habebat vel ex stipulatu vel praescriptis verbis civilem actionem. In praesenti autem non sic esse volumus, sed si non specialiter extraneus dotem dando in suam personam dotem stipulatus est [15]) vel pactum fecerit, tunc praesumatur mulier ipsa [16]) stipulationem fecisse, ut ei dos ex huiusmodi casu accedat. Neque enim in hac specie volumus videri extraneum tacitam stipulationem fecisse, ne, quod pro mulieribus introduximus, hoc adversus mulieres convertatur. Imo magis in huiusmodi dotibus, quae ab extraneis dantur vel promittuntur, ipsa mulier fecisse videatur tacitam stipulationem, nisi expressim extraneus sibi dotem reddi pactus fuerit vel stipulatus, quum donasse magis mulieri, quam sibi aliquod ius servasse extraneus non stipulando videtur [17]). Extraneum autem intelligimus omnem citra parentem per virilem sexum adscendentem et in potestate dotatam [18]) personam [19]) habentem; parenti enim tacitam ex stipulatu actionem donamus [20]). §. 14. Et hoc ex rei uxoriae actione simili modo ex stipulatu

---

[1]) in *ms. Bg.* — [2]) patre *Russ. Cont.* 62., *ipsis in marg. improbantibus.* — [3]) in *om. mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; *sed Bas. etiam* εἰς ὅσον. — [4]) *Hal.*; diminuit *mss. mea, ed. Nbg.*; deminuerit *Russ. et rell.* — [5]) demimus *ex coni. b. Crameri.* — [6]) actionem *ed. Schf.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; sint *Cont.* 66. *et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; et quae *ed. Nbg.*; vel quae *Russ. et rell.*, *etiam refragante Schol. Bas.* — [9]) propter matrimonium *mss. Pl.* 1. *Bg.*; propter onera matrimonii *ms. Pl.* 2., *similiter Russ. in marg. ex uno cod.*; pro honore matr. *Russ. in marg. ex uno cod.*; *sed textum recte se habere et ostendit Schol. Bas.* κατὰ τὸν τοῦ γάμου καιρόν. — [10]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.*; formari *rell.*; *nobiscum magis facit Schol Bas.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; etiam si *edd. Schf. Russ. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; coheredes *Russ. et rell.*; κληρονόμους *Schol. Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; accipient *Hal. et rell.*; *sed* λαμβάνουσιν *Schol. Bas.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [16]) *ms. Pl.* 1., *vetera Contii*, *Hal.*; mulier ipsam *ms. Pl.* 2.; mulierem ipsam *ms. Bg.*, *edd. rell.*; *nobiscum magis facit Schol. Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; videatur *edd.* — [18]) dotandam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Schf.*; προικιζόμενον πρόςωπον *Schol. Bas.* — [19]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; non *ins. ms. Pl.* 1., *Russ. et rell.*, *etiam contra Schol. Bas.* — [20]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; donavimus *edd. Nbg. Hal.*; damus *ms. Pl.* 1., *Russ. et rell.*; *sed* δωρούμεθα *Schol. Bas.*

latu actioni accommodandum est. Si quando etenim post solutum [1]) matrimonium dos a patre [2]) petebatur, siquidem rei uxoriae fuerat actio, non poterat solus pater sine consensu filiae suae agere, et si necdum actione mota ab hac luce fuerat subtractus, et si [3]) lis contestata esset, ad filiam quasi proprium patrimonium dos revertebatur; quod non erat in ex stipulatu actione. Ibi enim et solus exactionem [4]) habebat, consensu filiae non exspectato, et si decedebat, ad suos heredes transmittebat. Sed rei uxoriae ius et in ex stipulatu actionem transponere satis humanum, satis pium, satis utile matrimoniis est.

[a]) Authent. de aequalitate dotis. §. Quia vero iam. (Nov. 97. c. 5.) — *Sed quamvis dos potestatis sive pactionis iure ad patrem redeat, non tamen licet ei, filia denuo nubente, deminuere priorem dotis mensuram, nisi forte substantia sua decrescat aliqua fortuita clade; tunc enim amplius secundo marito in dotem praestare non cogitur, nisi quantum facultates eius patiuntur.*

§. 15. Et quum lex Iulia fundi dotalis Italici alienationem prohibebat fieri a marito non consentiente muliere, hypothecam autem, nec si mulier consentiebat, interrogati sumus, si oportet [5]) huiusmodi sanctionem non super Italicis tantummodo fundis, sed pro omnibus locum habere. Placet itaque nobis eandem observationem non tantum in Italicis fundis, sed etiam in provincialibus extendi. Quum autem hypothecam [6]) etiam ex hac lege donavimus, sufficiens habet remedium mulier, et si maritus fundum alienare voluerit. Sed ne ex [7]) consensu mulieris hypothecae eius minuantur, necessarium est et in hac parte mulieribus subvenire hoc tantummodo addito, ut fundum dotalem non solum hypothecae titulo dare nec consentiente muliere maritus [8]) possit, sed nec alienare, ne fragilitate naturae suae in repentinam deducatur inopiam. Licet enim Anastasiana lex de consentientibus mulieribus vel suo iuri renuntiantibus loquitur [9]), tamen eam intelligi oportet in rebus mariti vel dotis quidem aestimatis [10]), in quibus dominium et periculum mariti est. In fundo autem inaestimato [11]), qui et dotalis proprie nuncupatur, maneat ius intactum, ex lege quidem Iulia imperfectum, ex nostra autem auctoritate plenum, atque in omnibus terris effusum, et [12]) non tantum Italicis et sola hypotheca conclusum [13]). §. 16. Illud etiam generaliter praesenti addere sanctioni necessarium esse duximus, ut, si qua pacta intercesserint vel pro restitutione dotis [14]), vel pro tempore, vel pro usuris, vel pro alia quacunque causa, quae nec contra leges nec contra constitutiones sunt, ea observentur. Sin autem repudio matrimonium fuerit dissolutum, omnia iura, quae ex Theodosiana vel nostra lege descendunt, immutilata custodiantur. Simili [15]) modo ea, quae Anastasiana lege pro his, quae [16]) bona gratia separantur, enumerata sunt, firma illibataque permaneant. Et generaliter quidquid sacratissimis constitutionibus vel libris prudentium cautum est, quod non contrarium huic legi inveniatur, et hoc in sua maneat firmitate, et ex stipulatu actioni aggregetur, licet in re uxoria [17]) tractatum est. Quae omnia in his tantummodo dotibus locum habere censemus, quae post hanc legem datae fuerint vel promissae, vel etiam [18]) sine scriptis habitae; instrumenta enim iam confecta viribus carere non patimur, sed suum exspectare eventum. Dat. Kal. Novembr. Lampadio et Oreste Conss. [530.]

Tit. XIV.

[b]) DE PACTIS CONVENTIS TAM SUPER DOTE QUAM SUPER DONATIONE ANTE NUPTIAS ET PARAPHERNIS.

1. [c]) Impp. Severus et Antoninus AA. [19]) Nicae [20]). — Legem, quam dixisti, quum dotem pro alumna dares, servari oportet. Nec obesse tibi debet, quod dici solet, ex pacto actionem non nasci. Tunc enim hoc dicimus, quum pactum nudum est. Alioquin quum pecunia datur, et aliquid de reddenda ea convenit, utilis est condictio. PP. VII. Kal. Febr. [21]) Albino [22]) et Aemiliano Conss. [206.]

2. [d]) Imp. Antoninus A. Theodotae. — Fructus praediorum in dotem datorum, si secundum pactum sumtibus tuis tuorumque serviunt, repeti non [23]) posse, ambigere non debes. Dat. [24]) XI. Kal. April. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

3. [e]) Imp. Gordianus A. Torquatae. — Quamvis pater tuus, quum te nuptui collocaret, pactus sit, ut, si maritus tuus superstitibus filiis communibus in matrimonio decessisset, pars dotis liberorum nomine retineatur, eiusmodi tamen conventio, quominus actionem integrae dotis habeas, proficere non potest. Dat. VI. Id. Ian. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

4. [f]) Idem A. Agatho. — Pactum dotale, quo matrem convenisse cum patre tuo proponis, ut, si in matrimonio decessisset, tibi et fratribus tuis dos restitueretur, si stipulatio ex persona vestra, quum in potestate patris constituti non essetis, legitima minus intercessit [25]), defuncta ea in matrimonio, actionem vobis quaerere non potuit. Sed si obligatione verborum rite

---

[a]) *haec auth. ad finem leg. annexa est in ed. Schf.* — [b]) *Dig. XXIII.* 4. — [c]) *Bas. XXIX.* 5. 31 (*T. IV. p.* 695.) — *Sch. p.* (*T. IV. p.* 708.); *cum textu hui. rescr. prorsus convenit l.* 10. *C. de pactis II.* 3. — [d]) *Bas. XXIX.* 5. 32. — *Sch. q.* (*T. IV. p.* 709.) — [e]) *Bas. XXIX.* 5. 33. — *Sch. r. s* — [f]) *Bas. XXIX.* 5. 34. — *Sch. t.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62.; dissolutum *rell.* — [2]) *edd. Nbg. Hal. Bk.*; eius *ins. mss. et edd. rell.*; *sed omissioni favet versio in Schol. Bas.* — [3]) etsi *scribunt Hal. Bk., minus recte, quum post litis contestationem actio iam mota esse dici debeat.* — [4]) *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; actionem *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.*; *sed* τὴν ἀπαίτησιν *Schol. Bas.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; oporteat *Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; ei *ins. Hal. et rell.* — [7]) *mss. Bg. Gt., ed. Schf.*; et *Hal. et postea rell.*; *utrumque abest a mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [8]) non *ins. Hal., quo sensus non mutatur.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; loquatur *Russ. et rell.* — [10]) in res mar. vel dotis quid. aestimatas *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; *idem addito autem ms. Pl.* 1.; in res mar. vel dotes aestimatas *ed. Schf.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; non aestimato *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; et *male abest ab Hal. et rell.* — [13]) et non tantum in Italicis, sed in omnibus, et non solum in hypotheca, sed etiam in alienatione conclusum *ed. Schf.* — [14]) dotis *om. Hal. Russ., etiam contra Schol. Bas.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; Similique *edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) qui *ms. Pl.* 1., *cui favet Schol. Bas.* — [17]) rei uxoriae *ms. Pl.* 1. — [18]) vel iam *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.* — [19]) Imp. Alexander A. *l.* 10. *C. II.* 3. *cuius diversitates a nostro rescr. vix aliter, quam ex, errore Triboniani, explicari possunt.* — [20]) Niceae *mss. nonn.* — [21]) *diem firmat ms. Pist., a quo conss. absunt.* — [22]) *Albinum et Maximum Conss. habet l.* 10. *C. II.* 3.; *cfr. not.* 19. — [23]) non *male omittit ms. Pl.* 2. — [24]) PP. *ms. Pist., quod diem confirmat, sed consules non habet.* — [25]) *sic verba collocare persuadet mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; minus legitima intercessit *edd. Schf. Hal. et rell.*; *verum stipulationem a filiis sui iuris interpositam, quae praeter pactum dotale accessit, opponi soli pacto dotali, haud interposita filiorum a patre stipulatione, etiam Bas. docent.*

rite intercedente dotis petitionem habere potuisti, maxime si ad vinculum [1]) potestatis patriae non attigeris [2]), petitionem exsequi non prohiberis. PP. V. Id. Ian. Sabino et Venusto Conss. [240.]

5. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [3]) Claudio. — Hereditas extraneis testamento datur. Quum igitur affirmes, dotali instrumento pactum interpositum esse vice testamenti, ut post mortem mulieris bona eius ad te pertinerent, quae dotis titulo tibi non sunt obligata, intelligis, nulla te actione [4]) posse convenire heredes seu successores eius, ut tibi restituantur, quae nullo modo debentur. PP. Non. Februar. ipsis IV. et III. AA. [5]) Conss. [290.]

6. [b]) Iidem AA. et CC. Rufo [6]). — Si convenit, ut, in matrimonio uxore defuncta, dos penes maritum remaneret, profectitiae dotis repetitionem huiusmodi pactum inhibuisse, explorati iuris est, quum deteriorem causam dotis, in quem casum soli patri repetitio competit, pacto posse fieri, auctoritate iuris saepissime sit responsum. Dat. V. Non. Mai. ipsis AA. Conss. [293—304.]

7. [c]) Iidem AA. et CC. Phileto [7]). — Pater [8]) pro filia dotem datam genero, ea prius in matrimonio defuncta, nepotibus pactus restitui, licet his actionem quaerere non potuit, tamen utilis eis ex aequitate accommodabitur actio. Dat. XIV. Kal. Ian. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

8. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hormisdae P. P. — Hac lege decernimus, ut vir in his rebus, quas extra dotem mulier habet, quas Graeci parapherna dicunt, nullam uxore prohibente habeat communionem, nec aliquam ei necessitatem imponat. Quamvis enim bonum erat, mulierem, quae se ipsam marito committit, res etiam eiusdem pati [9]) arbitrio gubernari, attamen, quoniam conditores legum aequitatis convenit esse fautores, nullo modo, ut dictum est, muliere prohibente virum in paraphernis se volumus immiscere. Dat. V. Id. Ianuar. post consul. Protogenis et Asturii VV. CC. [10]) [450.]

9. Impp. Leo et Anthemius AA. Nicostrato P. P. — Ex morte cuiuscunque personae, sive mariti sive mulieris, eandem partem, non pecuniae quantitatem, tam virum ex dote, quam mulierem ex ante nuptias donatione lucrari decernimus. Veluti si maritus mille solidorum ante nuptias donationem confecerit, licebit mulieri et minoris et amplioris quantitatis dotem offerre, et marito similiter ante nuptias donationem; hoc tamen observandum est, ut quantam partem mulier stipuletur sibi lucro cedere ex ante nuptias donatione, si priorem maritum mori contigerit, tantam et maritus ex dote partem, non pecuniae quantitatem, stipuletur sibi, si constante matrimonio prior mulier in fata collapsa fuerit. Et si pactum contra vetitum fuerit subsecutum, infirmum atque invalidum hoc esse, ut nulla ex eo procedere possit exactio, praecipimus. Eadem custodiri censemus, sive pater pro filio, sive mater, sive ipse ducturus uxorem sui iuris constitutus, sive quilibet alius pro eo ante nuptias donationem nupturae dederit [11]). Simili quoque [12]) modo, sive pater pro filia, sive mater, sive ipsa pro se, sui iuris videlicet [13]) constituta, sive quilibet alius pro ea uxorem ducturo dotem dederit seu promiserit, quoniam et alio pro ea offerente dotem, ipsa eam pro se videtur offerre. Quod adeo verum est, ut et ipsa ab alio pro se oblatam dotem in lucrum suum reposcat, nisi forte is, qui eam obtulit [14]), statim, id est tempore oblationis [15]) seu promissionis, stipulatus vel pactus sit, ut sibi dos praedicta [16]) reddatur. Dat. XV. Kal. Septemb. Anthemio A. II. Cons. [468.]

Authent. de aequalitate dotis. §. 1. (Nov. 97. c. 1.) — *Aequalitas omnimodo servanda est in dote et in donatione antenuptiali* [17]), *non tantum in lucris exinde proventuris, sed etiam in praestatione et constitutione utriusque. Augmentum quoque vel prorsus non fiat, vel ab utraque parte celebretur, pari scilicet quantitate, ne vel eo modo subvertatur aequalitas.*

Authent. ne mulieres secundo nubentes. §. fin. (Nov. 2. c. 5.) — *Sed quae nihil ex dote conscripta praestitit, nihil omnino viro mortuo percipiet ex donatione. Item quae minus, quam professa est, dedit, pro quantitate praestita et lucrum sentiat.*

10. [e]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Lege Leonis divae memoriae pacta lucrorum dotis et ante nuptias donationis paria esse sanciente, nec adiiciente, quid fieri oporteat, si hoc minime observatum sit, nos omnia clara esse cupientes praecipimus, disparibus eis factis [18]), maiorem lucri partem ad minorem deduci, ut eo modo uterque minorem partem lucretur. Dat. VIII. Id. April. Constantinop. Decio V. C Conss. [529.]

11. [f]) Idem A. Ioanni P. P. — Si mulier marito suo nomina, id est foeneratitias cautiones, quae extra dotem sunt, dederit, ut loco paraphernarum [19]) apud maritum maneant, et hoc dotali instrumento fuerit adscriptum, utrumne habeat aliquas ex his actiones maritus, sive directas sive utiles, an penes uxorem omnes remaneant [20]), et in quem eventum dandae sint marito actiones, quaerebatur. Sancimus itaque, si quid tale evenerit, actiones quidem omnimodo apud uxorem manere, licentiam autem [21]) marito dari easdem actiones movere apud competentes iudices, nulla ratihabitione ab eo exigenda, et usuras quidem eorum [22]) circa se et uxorem expendere, pecunias autem sortis, quas exegerit, servare mulieri, vel in causas,

---

[a]) *Bas. XXIX.* 5. 35. (*T. IV. p.* 696.) — *Sch. u—y.* — [b]) *Bas. XXIX.* 5. 36. — *Sch. z. a.* (*T. IV. p.* 710.) — [c]) *Bas. XXIX.* 5. 37. — *Sch. b. c.* — [d]) *Bas. XXIX.* 5. 38. — *Sch. d.* (*T. IV. p.* 711.) — [e]) *Bas. XXIX.* 5. 39. (*T. IV. p.* 697.) — [f]) *Bas. XXIX.* 5. 40. — *Sch. e—i.*

[1]) *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; si ad vincula *ms. Bg.*; si vinculum *ms. Pl.* 1.; si adhuc vinculum *ed. Nbg.*; si adhuc vinculis *Hal. et rell.*; *male autem* adhuc *se habet*, *quia non de patria potestate*, *cui nunc subest filius*, *sermo esse potest*, *sed de ea*, *quae fuit tempore initae stipulationis.* — [2]) *ms. Pl.* 1., *Russ.*; attingeris *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal. Cont.* 62. *et postea rell.*; attingeres *ed. Nbg.*; attineres *ed. Schf.* — [3]) et CC. *ins. ms. Vat.* — [4]) te nulla ratione *ms. Pl.* 2., *similiter ms. Bg.*, *contra versionem in Schol. Bas.* — [5]) *numeros restitui secundum ms. Pist.*, *in quo est* ipsis IIII. AA., *quod sane et supplementum* ipsis V. et IV. AA. *admittit*, *minus tamen conveniens inscriptioni*; ipsis AA. et *Hal. et rell. praeter Bk.*, *qui omittit* et. — [6]) P. P. *add. mss. Cas. Vat.* — [7]) P. P. *add. mss. Cas. Vat.* — [8]) Mater *Russ. in marg.*, *etiam contra Bas.* — [9]) pari *ms. Bg.*, *ms. Pl.* 1. *ex correct.*, *edd. Schf. Hal.*; pacti *al.*; *sed* ἀνέχεσθαι *Schol. Bas.*, *in quo est* τὸ κατα πόδα. — [10]) *hanc subscr. restitui ex ms. Pist.*, *quod sic habet* S. d. V. id. ian. p'. csul. protogenis et victuri oss; Dat. Id. * *Hal. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; seu promiserit *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; Similique *Russ. et rell.* — [13]) videlicet *om. ms. Pl.* 1. — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; obtulerit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [15]) obligationis *ms. Gt.*, *quod probat Russ. in marg.* — [16]) praestita *ms. Pl.* 1. — [17]) *nuptiali mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [18]) pactis *ms. Bg.*, *quod probat in marg. Russ.*, *improbat Cont.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; paraphernorum *Russ. et rell.* — [20]) omnes res maneant *ed. Schf.*; res omnes remaneant *Cont.* 62. — [21]) quidem *ms. Bg.* — [22]) earum *ms. Bg. ex emend.*, *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.*

sas, ad [1]) quas ipsa voluerit, distribuere. Et si quidem in dotali instrumento hypothecae pro his nominatim a marito scriptae sunt [2]), his esse mulierem ad cautelam suam contentam. Sin autem minime hoc scriptum inveniatur, ex praesenti nostra lege habeat hypothecam contra res mariti, ex quo pecunias ille exegit. Antea [3]) etenim habeat mulier ipsa facultatem, si voluerit, sive per maritum sive per alias personas easdem movere actiones, et suas pecunias percipere, et ipsas cautiones a marito recipere, securitate ei competente facienda. Dum autem apud maritum remanent eaedem cautiones, et dolum et diligentiam maritus circa eas praestare debet, qualem et circa suas res habere invenitur, ne ex eius malignitate vel desidia aliqua mulieri accedat iactura. Quod si evenerit, ipse eandem de proprio resarcire compelletur. Dat. Kal. Novemb. Lampadio et Oresta [4]) VV. CC. Conss. [530.]

Tit. XV.

[a]) DE DOTE CAUTA ET [5]) NON NUMERATA.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. [6]) Dionysiae. — Dotem numeratio, non scriptura dotalis instrumenti facit; et ideo non ignoras, ita demum te ad petitionem dotis admitti posse, si dotem a te re ipsa datam probatura es. Dat. XIII. [7]) Kal. August. Chilone et Libone Conss. [204.]

2. [c]) Imp. Alexander A. Papinianae [8]). — Quod de suo maritus constante matrimonio donandi animo in dotem adscripsit, si eandem donationem legitime confectam non revocavit, qui incrementum doti dedit, et durante matrimonio mortem obiit, ab heredibus mariti, quatenus liberalitas interposita munita est, peti potest [9]). PP. Non. Decemb. Alexandro A. VII. et Dione Conss. [229.]

3. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — In dotibus, quas datas esse dotalibus instrumentis conscribi moris est, quum adhuc nulla datio, sed pollicitatio tantum subsecuta sit, liceat non numeratae pecuniae exceptionem opponere non solum marito contra uxorem vel eius heredes, morte mulieris vel repudio dissoluto matrimonio, sed etiam heredibus mariti, cuius morte dissolutum est matrimonium, socero etiam vel eius heredibus, si cum filio suo dotem suscepisse dotalibus instrumentis scriptum sit, omniqne personae, quam dotem suscepisse una cum marito conscribitur, et eius similiter heredibus, ita tamen, ut intra annum tantum continuum, a morte mariti vel mulieris vel missione repudii computandum, ea licentia detur. Dat. Kal. Iun. Dn. Iustiniano A. II. Cons. [528.]

Authent. de tempore non solutae pecun. super dote. §. Generaliter. (Nov. 100. c. 2.) — *Quod locum habet, si intra biennium solvatur matrimonium. Si autem ultra biennium usque ad decimum annum* [10]) *extendatur, et ipsi marito et heredi eius intra tres menses querela permittitur. Sed si decennium transcurrerit, omnino querela denegatur, permissa restitutione in integrum praefinita, et specialiter si minor aetas interveniat.*

Tit. XVI.

[d]) DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM ET A PARENTIBUS [11]) IN LIBEROS FACTIS ET DE RATIHABITIONE.

1. [e]) Imp. Antoninus A. Triphenae. — Bona quondam mariti tui fiscus si nemine ei successore existente, ut vacantia, occupaverit, donationes ab eo factae, si usque ad finem vitae in eadem voluntate permansit, revocari non possunt. PP. III. Id. Ianuar. duobus [12]) Aspris Conss. [212.]

2. [f]) Idem A. Marco, militi. — Si ancillam nummis tuis comparatam esse praesidi provinciae probaveris, donationisque causa focariae tuae nomine instrumentum emtionis esse conscriptum, eam tibi restitui iubebit. Nam licet cessante iure matrimonii donatio perfici potuerit, milites tamen meos a focariis suis hac ratione fictisque [13]) adulationibus [14]) spoliari nolo. PP. XII. Kal. Mart. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

3. Idem A. [15]) Epicteto [16]). — Donatio mancipiorum aliarumque rerum, quas tibi ab uxore tua donatas dicis, si modo suae potestatis, quum donaret, fuit vel patris sui [17]) voluntate id fecit, et in eadem voluntate donationis usque ad ultimum diem vitae perseveravit, et ex mea et [18]) divi Severi, patris mei, constitutione confirmata est. Sin autem post mortem filiae facta est donatio a quondam socero tuo, etiam inter vivos ea perfici potuit. PP. IV. Non. Mart. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

4. [g]) Imp. Alexander A. [19]) Claudiano. — Nec inter eas quidem personas, quarum iuri subiecti sunt vir et uxor, qui quaeve in eorum potestate sunt, donationes iure civili fieri possunt. [PP. III. Id. August. duobus Aspris Conss. [212.] [20])]

5. Idem A. [21]) Quintillae. — Si, ut proponis, pater tuus, in cuius potestate fuisti, marito tuo, genero suo, instrumentum debitoris donationis causa dedit, isque matrimonio durante [22]) vita functus est, ac postea a marito divertisti, quod gestum est, non valet.

---

[a]) *Dig. XXIII.* 3. — [b]) *Bas. XXIX.* 5. 41. (*T. IV. p.* 698.) — *Sch. k. l.* (*T. IV. p.* 712.) — [c]) *Bas. XXIX.* 5. 42. — *Sch. m — o.* — [d]) *Dig. XXIV.* 1. — [e]) *Bas. XXX.* 1. 60. *pos.* 2. (*T. IV. p.* 741.) — [f]) *Apud Hal. Russ. Cont.* 62. *post l.* 1. *sequitur l.* 4., *ita ut series sit haec l.* 1. 4. 2. 3. 5.; *sed mss. nostra et vetera Contii nec non edd. princc. ordinem a nobis probatum tuentur. Cfr. not.* 19. *ad l.* 4. *hoc tit.* — [g]) *Bas. XXX.* 1. 60. *pos.* 3.; *cfr. not. f. ad l.* 2. *hoc tit.*

[1]) ad *om. mss. Pl.* 2. *Gt.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; sint *edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; Ante *rell.* — [4]) *Russ. Cont* 62.; Orestae *Hal.*; Oreste *rell.* — [5]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; et *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*; et CC. *add. edd. Nbg. Russ. et rell. praeter Bk.*, *qui addit* et C. — [7]) proposita VX. *ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. tuetur.*" — [8]) Papiniano, Papianae *mss. nonn.* — [9]) peti non potest *unum ms. Russ.*, *male, uti et Bas. docent, secundum quae haec vv. de conveniendis ab uxore mariti heredibus intelligenda sunt.* — [10]) *decem annos mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [11]) parente *mss. Vat. Bg.*, *ed. Schf.* — [12]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [13]) fictis *ms. Gt.*; factisque *ms. Bg.* — [14]) advocationibus *ms. Pl.* 2.; avocationibus *ms. Pl.* 1.; oblectationibus *ms. Bg.* — [15]) Imp. Alex. A. *ms. Cas.*, *falso*, *ut docet mentio d. Severi in ipso rescr.* — [16]) Epicto, Epitae *mss. nonn.* — [17]) sui *om. mss. Pl.* 1. *Gt.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ex *ins. Cont.* 66. *et rell.* — [19]) *Alexandro tribuunt hoc rescr. mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *Cont. in marg. ex codd.*; Idem A. *Hal. et rell.*, *cui inscr. haud dubie causam dedit subscriptio*, *quam Hal. huc referendam censuit*, *et quae profecto postulat Antoninum in inscr.*; *eadem subscr. etiam legi* 4. *post l.* 2. *collocandae*, *ut opinor*, *causam dedit. Cfr. not. f. ad l.* 2. *hui. tit.* — [20]) *hanc subscr. non convenire inscriptioni a nobis emendatae*, *quilibet videt*; *dubia etiam fit propter ms. Pist.*, *quod conss. quidem non habet*, *hunc autem diem* PP. XVII. Kal. Oct. — [21]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Imp. Alex. A. *Hal. et rell.* — [22]) matrimonio durante *om. Hal.*

valet. PP. Id. Februar. Albino et Maximo Conss. [1]) [227.]

6. Idem A. Nepotiano. — Etiamsi uxoris tuae nomine res, quae tui iuris fuerant, depositae sunt, causa proprietatis ea ratione mutari non potuit, etsi donasse te uxori res tuas ex hoc quis intelligat, quum donatio in matrimonio facta, prius mortua ea, quae liberalitatem excepit [2]), irrita sit. Nec est ignotum, quod, quum probari non possit, unde uxor matrimonii tempore honeste quaesierit, de mariti bonis eam habuisse, veteres [3]) iuris auctores merito credidissent [4]). PP. Non. Decemb. Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.]

7. Idem A. Theodotae. — Si ex voluntate patris tui filio tutoris nupta es, collata in maritum donatio ipso iure irrita est. Sed si matrimonium iure non valuit, licet ipso iure donatio tenuerit, quia tamen indigna persona eius fuit, qui nec maritus potest dici, utiles actiones super revocandis his tibi competunt. PP. Kal. Octob. Lupo et Maximo Conss. [232.]

8. Idem A. Leoni. — Si fructus eorum praediorum, quae in dotem accepisti, matrimonii tempore uxorem tuam percipere passus es, eosque uxor tua absumsit [5]), restitui tibi post divortium oportere, nulla ratione contendis. Sin autem ab [6]) his locupletior facta est, in tantum potest conveniri. PP. V. Kal. Octob. Maximo et Paterno Conss. [233.]

9. Imp. Gordianus A. Origeni. — Etsi de tua pecunia mancipia uxori tuae comparata sunt, tamen, si ei tradita sunt, eorum dominium non ad te, sed ad eam pertinet, pecuniae autem tantummodo repetitionem habes, sive negotium eius gerens numerationem fecisti, sive in eam donationem conferens quantitatem pretii largitus es; etenim vel in solidum, vel quatenus locupletior facta est, actione cum ea competente poteris experiri. PP. VII. [7]) Kal. Octob. Pio et Pontiano Conss. [238.]

10. [a]) Idem A. Valeriano [8]). — Si maritus quondam uxoris tuae, quum sui iuris esset, in eam praedia vel cetera donationis titulo contulit, et in ea voluntate usque ad mortem suam duravit, ex oratione divi Severi [9]) confirmata est donatio. At [10]) si eas res pater defuncti iniuriose abstulit, per praesidem provinciae eas restituere cogetur. Nec enim, quasi maleficiis eius sit maritus extinctus, crimen intendens, sub praetextu accusationis, quae donata sunt, auferre debuit, quum causa liberalitatis a criminatione [11]) separata sit. PP. VI. Kal. April. Gordiano A. et Aviola Conss. [12]) [239.]

11. Idem A. Maximo. — Sicut cessat petitio quantitatis, quam de suo maritus uxori in menses singulos vel annos singulos proprii usus eius gratia promittit [13]), ita [14]) ex ea causa nummi soluti erogatique [15]) non dari repetitionem manifestum est. PP. V. Kal. Iul. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

12. Idem A. Secundinae. — Si maritus tuus, creditores sortitus, post factam in te donationem fundum, quem ex donatione iuri tuo vindicas, iisdem specialiter obligavit, eandem obligationem defensionis tuae firmitatem irrumpere [16]), intelligere debes, quum sit manifestum, non solum ex huiusmodi obligatione, sed etiam ex [17]) donatione vel venditione, vel alio quolibet modo rebus alienatis, revocatam esse a viro in mulierem factam donationem. PP. III. Kal. Februar. Ariano et Pappo [18]) Conss. [243.]

13. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Rufinae. — Si quidem ante donationem possessionis in te iure, ut dicis, a marito collatam praedium ab eodem creditori obligatum fuerit, alienationem eius salvo iure debiti (si tamen iuris ratio actionem eius [19]) non excludit) factam esse, non dubium est. Quodsi donatione iure celebrata eo, quod vel ante nuptias facta est, vel in iisdem casibus, in quibus etiam constante matrimonio donatio procedere potest, obligatio insecuta est, factum mariti, quem diem suum obiisse memorasti, iuri tuo officere non posse, certum est. PP. XII. Kal. Iul. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

14. Idem AA. Octavianae. — Ex verbis, quae in postremis indiciis inseruntur, licet ad fideicommissum vel legatum utilia sunt [20]), non [21]) omnimodo [22]) legati vel fideicommissi persecutio datur, sed ita demum, si relinquendi studio huiusmodi verba fuerint adscripta. Unde te voluntatis, non iuris quaestionem in preces tuas contulisse palam est. Quum igitur lecto testamento animadvertimus, maritum tuum ex praecedente donatione dominium tibi conservasse [23]), securitatique tuae ad obtinendam proprietatem cavisse, inditorum verborum conceptio non fideicommissum relictum ostendit, sed ex Senatusconsulti auctoritate liberalitatem mariti tui, cui custodiendae etiam moriens prospexerit, quatenus firmare potuit dominium, mortis tempore tibi esse addictam [24]). PP. III. [25]) Non. Octob. ipsis [26]) AA. Conss. [287—290.]

15. [b]) Idem AA. Iustinae [27]) et aliis. — Si non verum contractum pater vester gessit, sed sub specie venditionis donationem possessionis in matrem vestram contulit, nec ex bonis, quae in persona patris vestri permansisse videbantur, ob primipilum indemnitati

---

[a]) *l.* 11. *ante leg.* 10. *posita est ab Hal. Russ. Cont.* 62. *contra mss. mea et edd. princc. De causa inversi ordinis cfr. not.* 12. *ad l.* 10. — [b]) *Bas. XXX.* 1. 60. *pos.* 4.

[1]) *hanc subscr. firmat ms. Pist.* — [2]) accepit *ms. Pl.* 2. — [3]) veteris *ms. Pl.* 2., *ms. Pl.* 1. *ante emendat.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Nbg.*; crediderunt *ed. Schf.*; crediderint *Hal. et rell.*; credidisse *ex coni. Cont. in marg. Videtur antea pro* possit *legendum* posset. — [5]) *edd. Nbg. Hal.*, *cum quibus faciunt mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; consumsit *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; ob *ms. Pl.* 2.; ex *Russ. et rell.* — [7]) VIII. *ms. Pist.*, *quod alias cum subscr. convenit.* — [8]) Veriano, Variano, Valerio, Valentiniano *mss.* — [9]) patris mei *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*, *probabiliter addita a librariis ex l.* 3. *hoc tit.* — [10]) ac *ms. Bg.*, *ed. Schf.* — [11]) crimine *ms. Pl.* 2., *probante Russ. in marg.* — [12]) *ms. Pist.*; PP. VII. Kal. Febr. Ariano et Pappo Conss. (243.) *Hal. et rell.*; *sed verior nostra subscr.*, *quam defendit series constitutt. chronologica. Falsa subscr.*, *qua ductus Hal. adeo seriem legum invertit, fortasse oriunda ex male intellecta sigla mensis* Apr., *sive etiam ex subscr. leg.* 12. *ad nostrum reser. per errorem translata.* — [13]) permittit *mss. Pl.* 1. 2., *omnia mss. Russ. et quaedam Cont.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; et *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) nummis solutis erogatisque *Hal. Bk.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *optima mss. Russ. et vetera Cont.*, *edd. Nbg. Schf.*; interrumpere *Hal. et rell.*, *quae lectio fortasse ex l.* 15. *i. f. desumta est.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; *utrumque* ex *post* solum *et post* etiam *omitt. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [18]) Arriano et Papo *Bk.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Hal. Bk.*; conditoris *ins. ms. Bg.*; creditoris *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sint *ms. Pl.* 2., *Russ. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*; tamen *add. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; omnino *Russ. et rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et vetera Cont.*, *edd. Nbg. Hal.*; reservasse *edd. Schf. Russ. et rell.* — [24]) additam *Hal. Russ. Cont.* 62.; addictum *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*, *quod placet Russardo in marg.*, *dummodo antea legatur* liberalitate, *quod sane alias legi iam notavit Hal. in not.*, adiectam *Russ. in marg.* — [25]) VI. *ms. Pist.* — [26]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.*, *quae copula haud dubie ex omissis consulatus numeris* (*probabiliter* IV. et III.) *remansit.* — [27]) Iustiniano *mss. nonn.*; Iuliano *al.*

tati fiscali satisfieri potuit, licet in eadem donandi voluntate perseveravit [1]), ex eadem tamen [2]) possessione ad supplendam pecuniam, quae ex bonis ab eo relictis colligi nequivit [3]), conferendum est. Quodsi liberalitatis tenorem mutata voluntate pater tuus interrupit, in hereditate eius dominium resedisse [4]), nulla dubitatio est [5]). PP. IV. Kal. Februar. Tiberiano et Dione Conss. [291.]

16. Iidem AA. Theodoro. — Si filii tui emancipati matris hereditatem sibi acquisiverunt, probe apud praesidem provinciae, non donandi animo te nomine uxoris tuae praedia comparasse, sed nominis duntaxat eius titulo usum, per possessionem rerum a venditoribus tibi traditarum dominum esse effectum, ut, comprehensa filiorum tuorum iniuria, proprietatis ius incolume perseveret. Nam si largiendi proposito id te fecisse constiterit, pecuniae tibi persecutio competit. PP. VI. [6]) Id. Mart. Tiberiano et Dione Conss. [291.]

17. [a]) Iidem AA. et CC. Capitolinae. — De his, quae extra dotem in domum illata, a marito erogata commemoras, si quidem te donante consumta sunt, intelligis, adversus heredes, non nisi in quantum locupletior fuit, habere te actionem; si vero contra voluntatem tuam, omnia tibi [7]) restitui oportere. PP. VIII. Kal. Mart. [8]) Heracliae, AA. Conss. [293—304.]

18. Iidem AA. et CC. Maternae. — A marito in uxorem donatione collata matrimonii tempore, nec initio dominium transferri potest; nec post, si [9]) divortium intercesserit, vel prior persona, quae liberalitatem accepit, rebus humanis fuerit exemta, vel ab eo, qui donavit, fuerit revocata, potest convalescere. Dat. IV. Kal. Septemb. [10]) AA. Conss. [293—304.]

19. [b]) Iidem AA. et CC. Dionysiae. — Si constante matrimonio tibi mater domum tradidit, hanc in tuis fecit bonis. Dat. Id. Iul. Philippopoli, Caess. Conss. [294—305.]

20. Iidem AA. et CC. Claudiae. — Creditor, debito soluto, de [11]) pignore liberato nihil ad uxorem debitoris quondam transferre potuit. Sed nec consensus eiusdem debitoris, accedens [12]) per eum, qui creditor fuit, imaginariae factae venditioni, ad dominium transferendum prodesse quidquam potuit, quum tam ea, quae simulate aguntur, quam quae in uxorem a marito donationis causa tempore matrimonii procedunt, propter iuris civilis interdictum (quum proponas uxorem superstite marito rebus humanis exemtam) pro infectis habeantur. Dat. V. Id. August. Viminacii, Caess. Conss. [294—305.]

21. Iidem AA. et CC. Maucaliae [13]). — Si propriis habitis contractibus, quam acceperas mutuam pecuniam, pro marito donationis causa erogasti, quum nec [14]) ad dignitatem profuerit, nec locupletior sit factus, intelligis nullam tibi contra eum competere actionem. Dat. III. Id. August. Viminacii, Caess. Conss. [294—305.]

22. [c]) Iidem AA. et CC. Archinoae [15]). — Maritus manumissionis causa servum mulieri constante matrimonio donare potest. S. Kal. August. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

23. [d]) Iidem AA. et CC. Caecilianae. — Si te in vacuam possessionem praedii socrus tua titulo donationis ante matrimonium vel post induxit, ad rescindendam donationem poenitentia nihil proficit. S. Kal. Novemb. Brundusii, Caess. Conss. [294—305.]

24. [e]) Imp. Constantinus A. Petronio Probiano [16]). — Res uxoris, quae vel successione qualibet vel emtione vel etiam largitione viri in eam ante reatum iure pervenerant, damnato ac mortuo ex poena marito, vel in servilem conditionem ex poenae qualitate deducto [17]), illibatas esse praecipio, nec alieni criminis infortunio stringi [18]) uxorem, quum paternis maternisve ac propriis bonis [19]) frui eam integro legum statu [20]) religiosum sit. Et donatio maritalis ante tempus criminis ac reatus collata in uxorem, quia pudicitiae praemio cessit, observanda est [21]), tanquam si maritum eius [22]) natura, non poena subduxerit. Sin autem aqua et igne ei interdictum erit vel deportatio illata, non tamen mors ex poena subsecuta, donationes a viro in uxorem collatae, adhuc in pendenti maneant, quia nec matrimonium [23]) huiusmodi casibus dissolvitur, ita ut, si usque ad vitae suae tempus maritus eas non revocaverit, ex morte eius confirmentur; fisco nostro ad easdem res nullam in posterum communionem habituro. Dat. III. Kal Mart. Serdicae [24]), Crispo II. [25]) et Constantino [26]) II. Caess. [27]) Conss. [321.]

Authent. de nuptiis. §. Quod autem. (Nov. 22. c. 8.) — *Sed hodie nemo bene natus a principio* [28]) *ex supplicio fit servus, et ideo matrimonium non dissolvitur.*

25. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Donationes, quas parentes in liberos cuiuscunque sexus in potestate sua [29]) constitutos conferunt, vel uxor in suum maritum, vel maritus in suam uxorem, vel alternter [30]) eorum in aliam personam, cui constante matrimonio donare non licet, vel ipsae [31]) aliae personae in eam, cui donare non poterant, ita firmas esse per silentium donatoris vel donatricis sancimus, si usque ad quantitatem legitimam, vel eam excedentes actis fuerint intimatae. Nam amplioris quantitatis donationem, minime intimatam, nec per silentium eius, qui

---

[a]) *Bas. XXX.* 1. 60. *pos.* 5. (*T. IV. p.* 742.) — [b]) *Bas. XXX.* 1. 60. *pos.* 6. — [c]) *Bas. XXX.* 1. 60. *pos.* 7. — [d]) *Bas. XXX.* 1. 60. *pos.* 8. — [e]) *prior pars desumta ex l.* 1. *Th. C. de bonis proscr. IX.* 42.; *Bas. XXX.* 1. 60. *pos.* 9.

[1]) *mss. Bg. Pl.* 2. *Gt.*, *Hal.*; perseverasse eum probari possit *ms. Pl.* 1. *ex correct.*, *edd. Nbg. Schf.* — [2]) tamen *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; nequiverit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) in hereditatem eius dom. rediisse *ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*; nulli dubium est *edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) V. *ms. Pist.* — [7]) tibi *om. ms. Bg.*, *Hal.* — [8]) Sub Die. VIII. K. Mai. *ms. Pist.* — [9]) nec si post *ms. Bg.*, *Hal. Bk.* — [10]) SD. III. K. iul. *ms. Pist.* — [11]) et *ms. Pl.* 1. — [12]) accedens *collocatur post* fuit *in mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [13]) Caucaliae *ms. Cas.*; Manuchelidae *al.* — [14]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Bk.*, *var. l. gl.*; haec *ms. Pl.* 2., *Russ. et rell.*; *tam* nec *quam* haec *om. ed. Nbg.* — [15]) Esionae, Asmoen, ad Sinoen *mss. pleraque.* — [16]) Probiano *abest a mss. omnibus, edd. Nbg. Hal., additum a Russ. haud dubie ex Theod. C.*; Probino *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [17]) damnato marito *Theod. C.*, *reliquis usque ad* deducto *omissis.* — [18]) *mss. Pl.* 1. *Gt*, *Theod. C.*; adstringi *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd.* — [19]) bonis *abest a Theod. C.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; statuto *Hal. et rell.*, *sed contra mss. Russardi et Contn.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Theod. C.*; sit *Hal. et rell.* — [22]) maritos eis *Theod. C.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; in *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed dicitur hic ut in l.* 1. *pr. tit. seq.* — [24]) *Theod. C.*, *Bk.*; Sardiniae *Hal. et rell.* — [25]) II. *om. Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*, *qui et omittunt* II. *post* Constant., *contra Theod. C.* — [26]) Constantio *Hal. et rell. praeter Sp. Bk. contra Theod. C.* — [27]) *Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; Caess. *om. Hal. et rell.* — [28]) *a principio om. ed. Nbg.* — [29]) sua *om. ms. Pl.* 1. *recte.* — [30]) alter *ms. Bg.*, *Hal.* — [31]) ipsae, *quod om. Russ. et postea rell.*, *addendum ex mss. Pl.* 1. 2 *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*

qui donavit, confirmari concedimus. Sin vero specialiter eas in suprema voluntate donator vel donatrix confirmaverit, sine ulla distinctione ratae habebuntur, ita tamen, ut, si quidem ultra lege finitam [1]) quantitatem expositae minime in actis insinuatae fuerint, specialis [2]) earum confirmatio ex eo tempore vim habeat, ex quo eaedem donationes confirmatae sunt. Sin vero vel non amplior sit donatio, vel, quum amplior esset, in actis insinuata sit, tunc et silentium donatoris vel donatricis, et specialis confirmatio ad illud tempus referatur, quo donatio conscripta sit; sicut et alias ratihabitiones negotiorum [3]) ad illa reduci tempora oportet, in quibus contracta sunt. Nec in ceterum [4]) subtilem divisionem facti vel [5]) iuris introduci posse. Dat. Id. [6]) Decemb. Dn. Iustiniano A. II. Cons. [528.]

26. [a]) Idem A. Mennae P. P. — Donationes, quas divus imperator in piissimam reginam, suam coniugem, vel illa in serenissimum maritum contulerit, illico valere sancimus, et plenissimam habere firmitatem, utpote imperialibus contractibus legis vicem obtinentibus, minimeque opitulatione quadam extrinsecus egentibus. Dat. VIII. Id. April. Decio V. C. Cons. [529.]

27. Idem A. Ioanni P. P. — Si unus ex his, qui matrimonio fuerant copulati, in alium donatione facta, ab hostibus captus est [7]) et in servitutem deductus, et postea ibi morte peremtus, quaerebatur, an huiusmodi liberalitas, quam antea fecit, ex hoc roborari videatur [8]), an vacillare; et iterum, si donator quidem in civitate Romana constitutus decesserit [9]), mortis autem eius tempore is, qui donationem accepit [10]), in captivitate degebat, et post reversus est, an videatur [11]) et tunc donatio rata haberi. Quum itaque in utroque casu oportet [12]) augusto remedio causam dirimi, quum nihil aliud [13]) tam peculiare est [14]) imperialis maiestatis, quam humanitas, per quam solam Dei servatur imitatio, in ambobus casibus firmam esse donationem censemus. Dat. Kal. Decemb. Lampadio et Oresta VV. CC. Conss. [530.]

Tit. XVII.

[b]) DE REPUDIIS ET IUDICIO DE MORIBUS SUBLATO.

1. [c]) Imp. Alexander A. Abutinianae [15]). — Matrimonium quidem deportatione vel aquae et ignis interdictione non solvitur, si casus, in quem maritus incidit, non mutet uxoris affectionem. Ideoque dotis actio [16]) ipso ire non competit, sed indotatam eam esse, cuius laudandum propositum est, nec ratio aequitatis nec exempla permittunt. PP. Non. Novemb. Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.]

2. Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Paulinae. — Liberum est filiae tuae, si sponsum suum post tres peregrinationis annos exspectandum [17]) sibi ultra non putet, omissa spe huius coniunctionis, matrimonium facere, ne opportunum nubendi tempus amittat, quum posset nuntium remittere, et si [18]) praesente illo consilium mutare voluisset. PP. VII. [19]) Kal. April. Aemiliano et Basso Conss. [259.]

3. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Tullio. — Dubium non est, omnia omnino, quae consilio recte geruntur, iure meritoque effectu et firmitate niti. Quare si tu dotem pro muliere dedisti, et ex morte eius repetitionem stipulatus es, circumscribendi autem tui causa ficto repudio matrimonium brevi tempore rescissum est, res dotales, quas ante nuptias obtulisti, praeses provinciae recipere te non dubitabit. Certum est enim, daturum operam moderatorem provinciae, ut, quae contra fas gesta sunt, fructum calliditatis obtinere non possint, quum nobis huiusmodi commenta displiceant. Imaginarios enim nuntios, id est [20]) repudia, nullius esse momenti, sive nuptiis fingant se renuntiasse sive sponsalibus, etiam veteribus iuris auctoribus placuit [21]). Dat. II. Kal. Septemb. Tyberiade, ipsis AA. [22]) Conss. [287—304.]

4. [e]) Iidem AA. et CC. Pisoni. — Filiae divortium in potestate matris non est. Dat. III. Kal. Ian. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

5. [f]) Iidem AA. et CC. Schyroni [23]) — Dissentientis patris, qui initio consensit matrimonio, cum marito concordante uxore filiafamilias, ratam non haberi voluntatem, divus Marcus, pater noster, religiosissimus imperator, constituit, nisi magna et iusta causa interveniente hoc pater fecerit. Invitam autem ad maritum redire, nulla iuris praecipit [24]) constitutio. Emancipatae vero filiae pater divortium in arbitrio suo non habet. Dat. V. Kal. Septemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

Authent. de nuptiis. §. Est quoque. (Nov. 22 c. 19.) — *E contra si filiifamilias distrahunt parente nolente, quid iuris sit* [25]), *exprimit nova constitutio de nuptiis, scilicet ne* [26]) *matrimonia distrahantur in laesionem parentum, qui dotem vel ante nuptias donationem obtulerint aut susceperint soli aut cum filiis, quia, sicut in contrahendo matrimonio consensus parentum exigitur, ita et in dissolvendo.*

6. Iidem AA. et CC. Phoebo [27]). — Licet repudii libellus non fuerit [28]) traditus vel cognitus marito, dissolvitur matrimonium. Dat. XVIII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

7. Imp. Constantinus A. Dalmatio. — Uxor, quae,

---

a) *in uno libro hic esse rubricam* De donatione regis in reginam vel reginae in regem *notat Russ. in marg.* — b) *Dig. XXIV.* 2. — c) *Bas. XXVIII.* 7. 16. (*T. IV. p.* 330.) — *Sch. r—t.* (*T. IV. p.* 338.) — d) *Bas. XXVIII.* 7. 17. — *Sch. u—y.* (*T. IV. p.* 339.) — e) *Bas. XXVIII.* 7. 18. — *Sch. z.* — f) *Bas. XXVIII.* 7. 19. — *Sch. a—d.*

1) definitam *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.* — 2) specialiter *Hal.* — 3) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; gestorum *ins. edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — 4) de cetero *mss. Pl.* 1. *Bg.* — 5) et *edd. Nbg. Hal. Bk.* — 6) Sub die IIII. id. *ms. Pist.* — 7) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; esset *Hal. et rell.* — 8) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; videtur *ms. Bg., ed. Schf.*; videretur *Hal. et rell.* — 9) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; decessisset *Hal. et rell.* — 10) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., ubi et postea* degebat — reversus est; accepisset *Hal. et rell., qui et postea* degeret — rev. esset. — 11) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; videretur *Hal. et rell.* — 12) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; oporteat *Hal. et rell.* — 13) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; aliud *om. Hal. et rell.* — 14) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — 15) Abutianae *mss. pleraque.* — 16) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; exactio *Russ. et rell*; *sed ἡ τῆς προικὸς ἀγωγὴ Schol. Bas.* — 17) spectandum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — 18) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; etiam si *Russ. et rell.* — 19) V. *ms. Pist.* — 20) idem *mss. Pl.* 1 *Bg*; et *Hal.* — 21) *male quosdam hic aliquid addere velle ex Bas. loc. cit., iam recte observavit Cuiac. Obss. XIII.* 25. — 22) *Hal.*; AA. *om* ipsis *Bk.*; AA. et CC. *Russ. et rell.* — 23) Sironi, Scrioni, Schirioni, Michroni, Machroni *mss.*; Chyroni *Cont.* 62. — 24) praecepit *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — 25) *quid iuris sit om. Hal. Russ.* — 26) *constitutio de iis, qui nuptias iterant, ne Hal. Russ.* — 27) Focus *ms. Bg.* — 28) tibi *ins. ms. Bg., ed. Schf.*

quae, in militiam profecto marito, post interventum annorum quatuor nullum sospitatis eius potuit habere indicium, atque ideo de nuptiis alterius [1]) cogitavit, nec tamen ante nupsit, quam libello ducem super hoc suo voto convenit, non videtur nuptias iniisse furtivas, nec dotis amissionem sustinere, nec capitali poenae esse obnoxiam [2]), quae post tam magni temporis ingitatem non temere nec clanculo, sed publice contestatione deposita nupsisse firmatur. Ideoque observandum est, ut, si adulterii suspicio nulla sit, nec coniunctio furtiva detegatur, nullum periculum ab his, quorum coniugio erant copulatae, vereantur [3]), quum, si conscientia maritalis tori furtim esset violata, disciplinae ratio poenam congruam flagitaret. Dat. [4]) ... Naisso [5]), Feliciano et Titiano Conss. [337.]

Authent. ut liceat matri et aviae. §. Quod autem a nobis. (Nov. 117. c. 11.) — *Hodie, quantiscunque annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debet, licet neque literas neque responsum ab eo acceperit. Sed si mortuum audierit, non prius nubat, quam per se vel per alium eum, sub quo militabat, adiens interrogaverit, si pro veritate mortuus est, ut apud gesta deponatur cum iureiurando, si mortuus sit; quo subsecuto, post annum nubat. Si vero praeter haec nupserit, tam ipsa, quam qui eam duxerit, velut adulteri puniantur. Sed qui iuraverit, si falso iurasse convincatur, militia nudatus decem libras auri solvet illi, quem mortuum fuisse mentitus est, eo licentiam habente, si voluerit, suam uxorem recipere.*

8.[a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hormisdae P. P. — Consensu licita matrimonia posse contrahi, contracta non nisi misso repudio dissolvi, praecipimus. Solutionem etenim matrimonii difficiliorem debere esse, favor imperat liberorum. §. 1. Causas autem repudii hac salubberrima lege apertius designamus. Sicut enim sine iusta causa dissolvi matrimonia iusto limite prohibemus, ita adversa necessitate pressum vel pressam, quamvis infausto, attamen necessario auxilio cupimus liberari. §. 2. Si qua igitur maritum suum adulterum, aut homicidam, vel [6]) veneficum, vel certe contra nostrum imperium aliquid molientem, vel falsitatis crimine condemnatum invenerit, si sepulcrorum [7]) dissolutorem, si sacris aedibus aliquid subtrahentem, si latronem, vel latronum susceptorem, vel abactorem, aut plagiarium, vel ad contemtum sui, domi suae [8]) ipsa inspiciente [9]), cum impudicis mulieribus (quod maxime etiam castas exasperat) coetum ineuntem, si suae vitae veneno aut gladio aut alio simili modo insidiantem, si se verberibus, quae ingenuis aliena sunt, afficientem probaverit, tunc repudii auxilio uti necessariam [10]) ei permittimus libertatem, et causas discidii [11]) legibus comprobare.

Authent. ut liceat matri et aviae. §. Causas. vel §. Quia vero quaedam. (Nov. 117. c. 9. vel c. 13.) — *Sed novo iure vir, qui sine causa hoc fecerit, ex alia substantia sua, etiam constante matrimonio, tantum dabit uxori, quantum* [12]) *tertia pars facit antenuptialis largitatis; sed matrimonium ob id non solvitur.*

§. 3. Vir quoque pari fine claudetur, nec licebit ei sine causis apertius designatis propriam repudiare ingalem, nec ullo modo expellat, nisi adulteram, vel [13]) veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut sepulcrorum [14]) dissolutricem, aut ex sacris aedibus aliquid subtrahentem, aut latronum fautricem, aut extraneorum virorum, se ignorante vel nolente, convivia appetentem [15]), aut ipso invito sine iusta aut [16]) probabili causa foris scilicet pernoctantem, nisi [17]) circensibus vel theatralibus ludis vel arenarum spectaculis in ipsis locis, in quibus haec adsolent celebrari, se prohibente gaudentem, nisi sibi [18]) veneno vel gladio aut alio simili modo insidiatricem, vel contra nostrum imperium aliquid machinantibus consciam, seu falsitatis se crimini immiscentem invenerit, aut manus audaces sibi probaverit ingerentem; tunc enim necessariam [19]) ei discedendi permittimus facultatem, et causas discidii [20]) legibus comprobare. §. 4. Haec nisi vir vel [21]) mulier observaverint, ultrice providentissimae legis poena plectentur. Nam mulier, si contemta lege repudium mittendum esse tentaverit, suam dotem et ante nuptias donationem amittat, nec intra quinquennium nubendi habeat denuo potestatem; aequum est enim, eam interim carere connubio, quo se monstravit indignam. Quod si praeter hoc [22]) nupserit, erit ipsa quidem infamis, connubium vero illud nolumus nuncupari. Insuper etiam arguendi hoc ipsum volenti concedimus libertatem. Si vero causam probaverit intentatam, tunc eam et dotem recuperare, et ante nuptias donationem lucro [23]) habere, aut legibus vindicare censemus, et nubendi post annum ei, ne quis de prole dubitet, permittimus facultatem. §. 5. Virum etiam, si mulierem interdicta arguerit attentantem, tam dotem quam ante nuptias donationem sibi habere seu vindicare, uxoremque, si velit, statim ducere, hac iusta definitione sancimus. Sin autem aliter uxori suae renuntiare voluerit, dotem redhibeat et ante nuptias donationem amittat. §. 6. Servis scilicet [24]) seu ancillis puberibus, si crimen adulterii vel maiestatis ingeritur, tam viri quam mulieris, ad examinandam causam repudii, quo veritas aut facilius eruatur aut

---

[a]) *princip. desumtum ex Nov. Theod. XVIII.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Hal.*; aliis *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [2]) *mss. Bg. Gt., ms. Pl.* 1. *ante rasuram, edd. Nbg. Hal.*; obnoxia *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; vereatur *Hal. et rell.* — [4]) *haec const. data esse debet post XI. Kal. Iun., quo die Constantinus M. obiit, et ante V. Id. Sept., qui dies fuit divisi inter filios eius imperii; cfr. Prosopogr. C. Th. p.* 49. — [5]) Naesso *Hal.*; Nesso *Russ. et rell. praeter Bk., qui habet* Naissi. — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; aut *edd. Schf. Russ. et rell.* — [7]) sepultorum *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [8]) *Hal., ad quem proxime accedunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg., in quibus est* domusve; domusve suae *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed cfr. Nov.* 117. *cap.* 9. §. 5. — [9]) conspiciente *ms. Bg.*; despiciente *ms. Pl.* 1.; *sed ἐν ὄψεσι τῆς γαμετῆς Nov.* 22. *c.* 15. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., edd. Nbg. Schf.*; necessario *Hal. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; dissidii *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [12]) *Haec causa ad matrimonii solutionem non sufficit; sed vir, qui sine causa uxorem ceciderit, pro hac iniuria etiam constante matrimonio cogatur ei dare tantum, quantum ms. Bg., similiter ms. Pl.* 2. *et ed. Nbg.*; *in universum male et excerpta est et hic collocata nostra auth.* — [13]) nisi *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; *utrumque abest ab edd. Nbg. Hal.* — [14]) sepultorum *ms. Pl.* 1. — [15]) coniugia apparantem *al.* comparantem *Russ. Cont. in marg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; et *edd. Schf. Russ. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., mss. Russ. et Cont., edd. Nbg. Schf. Hal.*; vel nisi *ms. Bg.*; vel *Russ. et rell.* — [18]) *Hal.*; vel nisi sibi *ms. Bg., ed. Schf.*; nisi sui *mss. Pl.* 1. 2.; vel sibi *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; necessarium *ed. Nbg.*; necessario *Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; dissidii *Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; et *Russ. et rell.* — [22]) *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; haec *mss., edd. rell.* — [23]) donationis lucra *ms. Pl.* 1., *ms. Bg. ex correct.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; etiam *edd. Nbg. Russ. et rell.*

aut liquidius detegatur, si tamen alia documenta defecerint, quaestionibus subdendis. Super plagis [1]) etiam, prout [2]) dictum est, illatis, ab alterutro commovendis, easdem probationes (quoniam non facile, quae domi geruntur, per alienos poterunt confiteri) volumus observari. §. 7. Si vero filio seu filiis, filia seu filiabus exstantibus repudium missum est, omne, quidquid ex nuptiis lucratum est, filio seu filiis, filiae seu filiabus post mortem accipientis servari, id est, si pater temere repudium miserit, donationem ante nuptias a matre servari, si mater, dotem ipsam eidem vel eisdem filio seu filiae patre moriente dimitti censemus; patri videlicet vel matri in scribendis filiis heredibus, si [3]) unum seu unam vel omnes scribere vel uni ex his donare velit, electione servata. Nec ullam alienandi seu supponendi memoratae res permittimus facultatem; sed si aliquid ex iisdem rebus defuerit, ab heredibus seu earum detentatoribus, si tamen non ipsos heredes scripserit, aut scripti filii non adierint, resarciri praecipimus, ut etiam hoc modo inconsulti animi ad repudium mittendum [4]) detrimento retrahantur. §. 8. Pactiones sane, si quae adversus praesentia scita nostrae maiestatis fuerint attentatae, tanquam legum [5]) contrarias, nullam habere volumus firmitatem. Dat. V. Id. Ianuar. Protogene et Asterio [6]) Conss. [449.]

9. Imp. Anastasius A. Theodoro P. P. [7]) — Si constante matrimonio communi consensu tam mariti [8]) quam mulieris repudium sit missum, quo nulla causa continetur, quae consultissimae constitutioni divae memoriae Theodosii et Valentiniani inserta est, licebit mulieri non quinquennium exspectare, sed post annum ad secundas nuptias convolare. Dat. XV. Kal. Mart. Anastasio A. II. Cons. [497.]

Authent. ut liceat matri et aviae. §. Quia vero ex consensu. (Nov. 117. c. 10.) — *Quod hodie non licet, nisi castitatis concupiscentia hoc fiat, tam dote quam ante nuptias donatione filiis conservatis. Quae si alias postea nuptias contrahere, vel luxuriose vivere inveniantur, liberis tradendae sunt earum facultates, delinquentibus earum proprietatem amittentibus. Filiis autem non exstantibus, fisco applicantur. Et qui talia deliquerint, legitimis subiiciantur poenis* [9]).

10. [a]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — In causis iamdudum specialiter definitis, ex quibus recte mittuntur repudia, illud [10]) addimus, ut, si maritus uxori ab initio matrimonii usque ad duos annos continuos computandos coire minime propter naturalem imbecillitatem valeat, possit mulier vel eius parentes sine periculo dotis amittendae repudium marito mittere [11]), ita tamen, ut ante nuptias donatio eidem marito servetur. Dat. III. Id. Decemb. Dn. Iustiniano A. II. Cons. [528.]

[b]) Authent. de nuptiis. §. Per occasionem. (Nov. 22. c. 6.) — *Sed hodie non biennium solum, sed triennium enumerari volumus, ex ipso tempore copulationis computandum.*

11. Idem A. Hermogeni, Magistro officiorum. — Iubemus, ut, quicunque mulierem cum voluntate parentum aut, si parentes non habuerit, sua voluntate maritali affectu [12]) in matrimonium acceperit, etiamsi dotalia instrumenta non intercesserint nec dos data fuerit, tanquam si cum instrumentis dotalibus tale matrimonium processisset, firmum coniugium eorum habeatur; non enim dotibus, sed affectu matrimonia contrahuntur. §. 1. Si quis autem eam, quam sine dote uxorem acceperat, a coniugio suo repellere voluerit, non alias [13]) ei hoc facere licebit [14]), nisi talis culpa intercesserit, quae nostris legibus condemnatur. Si vero sine culpa eam reiecerit, vel ipse talem culpam contra innocentem mulierem commiserit, compellatur ei quartam partem propriae substantiae pro rata portione persolvere, ut, si quidem quadringentarum librarum auri vel amplius vir substantiam habeat, centum libras auri mulieri praestet, et nihil amplius, etsi quantamcunque substantiam possideat. Sin vero minus quadringentis libris auri puta [15]) substantia eius fuerit, tunc quarta pars, computatione facta purae substantiae eius, usque ad minimam quantitatem mulieri detur. Eodem modo servando et in mulieribus, quae indotatae constitutae, sine [16]) culpa mariti constitutionibus cognita eos repudiaverint, vel ipsae culpam innocenti marito praebuerint, ut ex utraque parte aequa lance et aequitas et poena servetur. Hoc lucro quartae partis, filiis quidem non exstantibus, ipsi viro et mulieri competente, et ab his, quo modo voluerint, disponendo, filiis autem et deinceps personis [17]) ex eodem matrimonio intervenientibus, eis servando ad similitudinem dotis et propter nuptias donationis per omnia, quae super his statuta sunt. §. 2. Inter culpas autem uxoris [18]) constitutionibus enumeratas et has adiicimus, si forte uxor sua ope vel ex [19]) industria abortum fecerit, vel ita luxuriosa est, ut commune lavacrum cum viris libidinis causa habere audeat [20]), vel, dum est in matrimonio, alium maritum sibi fieri conata fuerit. Et in his enim causis [21]) locum habere constitutiones sancimus, quae de culpa tam mariti quam uxoris loquuntur, ut [22]), quemadmodum dos et [23]) donatio propter nuptias perit, ita et mulieres indotatae in quartam partem, quam et viris et mulieribus ex hac lege destinavimus, amissionis periculum sustineant. Iudicio de moribus, quod ante quidem in antiquis legibus positum erat, non autem frequentabatur, penitus abolito. Omnibus etenim causis requisitis et perlectis, quas antiquitas introducebat, nihil validum praeter eas, quas anteriores constitutiones et praesens dispositio introduxit, invenimus. Dat. XV. [24]) Kal. Decemb. Constantinop. [25]) Dn. Iustiniano PP. A. III. [26]) Cons. [533.]

12.

---

[a]) *Ivonis Decr. VIII.* 79. *et Pannorm. VI.* 138. — [b]) *huic auth. aliam subiungit ed. Schf. his verbis: Hodie post triennium non licet.*

[1]) plagiis *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.*; plagiariis *ms. Bg.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; ut *Hal. et rell.* — [3]) si *abest a mss. Pl.* 1. *Bg.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; a repudio mittendo *Russ. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; legibus *Russ. et rell.* — [6]) Asterio *Cont.* 62. *Sp. Bk.*; *v. not. ad subscr. leg.* 8. *C. V.* 14. — [7]) P. P. *om. mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; viri *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [9]) *filiis autem non exstant.* — *subiic. poenis om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [10]) *ms. Bg.*, *ed. Schf.*; illa *ms. Pl.* 1.; illam *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [11]) dicere *Ivon. Decr.* — [12]) affectu *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; aliter *edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; liceat *Hal. et rell.* — [15]) puta *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62. 71. *Char.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; si sine *ed. Nbg.*, *quae tamen post* constitutae *ins. sunt*, *Cont.* 66. *et rell.* — [17]) et deinceps personis *absunt a ms. Pl.* 1. — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; viri et uxoris *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *quod improbant Russ. et Cont. in marg. ex suis codd.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Bg. ex correct.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; ex *om. Russ. et rell.* — [20]) gaudeat *Hal.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; casibus *Russ. et rell.* — [22]) ut *om. Hal.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) *ms. Veron.*; *XII. rell.* — [25]) *ms. Veron. locus abest ab Hal. et rell.* — [26]) *ms. Veron.* Iustiniano A. II. *Hal. et rell.*, *quod iam ob subscr. leg. praeced. improbandum.*

12. [a]) *Epitome graec. const. Iustiniani ad Ioannem P. P.* [1]) *ex Bas.*

Ἡ διάταξις βούλεται, μήτε ὑπεξουσίους μήτε αὐτεξουσίους παῖδας, μήτε ἄρρενας μήτε θηλείας, δύνασθαι διαλύειν τοὺς οἰκείους γάμους εἰς βλάβην τῶν οἰκείων πατέρων ἢ μητέρων [2]), τῶν τὰς προικὰς ἢ τὰς πρὸ γάμου δωρεὰς ἐπιδεδωκότων ἢ ὑποδεξαμένων. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ συστάσει τοῦ γάμου περιμένομεν τὴν τῶν πατέρων συναίνεσιν, οὕτως μὴ διαλύεσθαι συγχωροῦμεν [3]) τοὺς γάμους τῶν παίδων παρὰ γνώμην τῶν πατέρων [4]) αὐτῶν. Εἰ δὲ καὶ [5]) παρὰ γνώμην τῶν πατέρων γίνεται διαζύγιον, μὴ ἁρμόζειν κατ' αὐτῶν τὴν τῆς προικὸς ἢ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς ἀπαίτησιν, εἰ [6]) καὶ αὐτοὶ ἐπιδεδώκασι ταῦτα ἢ ὑπεδέξαντο [7]), ἀλλ' αὐτὸν τὸν υἱὸν ἢ τὴν θυγατέρα, τοὺς πέμψαντας ἀλόγως τὸ διαζύγιον, ὑποκεῖσθαι τῇ τοιαύτῃ μεθοδείᾳ. Ἄτοπον γάρ ἐστιν, τὸν μὲν πατέρα παρὰ γνώμην τοῦ υἱοῦ μὴ δύνασθαι λύειν τὸν γάμον αὐτοῦ [8]), τοῖς δὲ παισὶν ἐπιτετράφθαι, ἴσως καὶ ἐλάττοσι τῶν εἴκοσι πέντε ἐνιαυτῶν ὑπάρχουσι, καὶ μὴ τὸ συμφέρον ἐπισταμένοις, ἢ κακίστῃ γνώμῃ περὶ τοὺς γονέας κεχρημένοις, λύειν παρὰ γνώμην αὐτῶν [9]) τὸν ἴδιον γάμον [10]). Dat. III. Id. April. Constant. Dn. Iustiniano PP. A. IV. et Paulino Conss. [534.]

12. *Vult constitutio, ut neque in potestate neque sui iuris constituti liberi, neque masculi neque feminae, possint dissolvere matrimonia sua in detrimentum patrum suorum vel matrum, qui dotes vel ante nuptias donationes dederunt vel susceperunt. Verum sicut in contrahendo matrimonio exspectamus patrum consensum, ita neque dissolvi permittimus matrimonia liberorum praeter patrum ipsorum voluntatem. Quodsi vero contra voluntatem patrum fiat divortium, non competere adversus eos dotis vel antenuptialis donationis exactio, etiamsi ipsi haec dederint sive susceperint, sed ipsum filium vel filiam, qui repudium iniuste miserint, eiusmodi machinationi subiacere. Absurdum enim est, patrem quidem contra voluntatem filii non posse dissolvere eius matrimonium, permitti autem liberis, fortasse minoribus viginti quinque annis, et nescientibus, quid utile sit, aut pessimo animo erga parentes usis, contra ipsorum voluntatem matrimonium suum solvere.*

Tit. XVIII.

[b]) SOLUTO MATRIMONIO QUEMADMODUM DOS PETATUR.

1. [c]) Impp. Severus et Antoninus AA. Gemillae [11]). — Dubium non est, post aestimationem dotis, pactione vel stipulatione interposita, ut ipsae res, si [12]) dissoluto matrimonio exstarent, uxori reddantur, et ancillas cum partu ex stipulatu iudicio restitui oportere. PP. III. Id. April. Laterano et Rufino Conss. [197.]

2. [d]) Iidem AA. Aquiliae. — Secundum rationem iuris existimas, restitui tibi debere dotem a fisco, qui bona damnati patris tui suscepit. Licet enim viro quondam tuo pater tuus heres exstiterit, attamen iuri tuo hoc derogare [13]) non potest, quum et ipse pater sine voluntate tua nec exigere nec accipere dotem poterat. Dat. prid. Non. April. Apro et Maximo Conss. [207.]

3. [e]) Imp. Antoninus A. Hostiliae. — Si ignorans statum Erotis ut liberam duxisti, et dotem dedisti, isque postea servus est indicatus, dotem ex peculio recipies et si quid praeterea eum tibi debuisse apparuerit. Filii autem tui, ut ex libera nati incerto tamen patre, spurii ingenui intelliguntur. PP. III. Kal. Septemb. Laeto et Cereale Conss. [215.]

4. [f]) Imp. Alexander [14]) A. Apollonio. — Dos a patre profecta, si in matrimonio decesserit mulier filiafamilias, ad patrem redire debet. PP. XVIII. Kal. Septemb. [15]) Fusco et Dextro Conss. [225.]

5. [g]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Tauro [16]). — Si quidem vivit apud hostes uxor tua, nondum frater eius quasi heres dotem repetere potest. Si vero diem functa est, et hereditatem eius possit vindicare, dotis quoque repetitio ei iure competit, quum in stipulatum deducta sit. PP. II. Non. Mai. Aemiliano et Basso Conss [259.]

6. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA.

---

[a]) *Constitutio graeca, cuius lacunam adnotant mss. Vat. Bg. et Cont.* 62., *genuina exstat in plmps. Vatic., nondum autem in publicam utilitatem ex seriniis doctorum edita. Restitutionis fontes, qui praeterea suppetunt, hi sunt:* 1., *Schol. Bas. e. ad XXVIII.* 7. 20. (*T. IV. p.* 340.) *continet praefamen quoddam, quod, num revera sit deperditae const. exordium, certo affirmare non possum;* 2., *epitome servatur in Bas. XXVIII.* 7. 20. (*T. IV. p.* 331.); 3., *argumentum ipse Iustinianus repetit in Nov.* 22. *cap.* 19. *Textum* 1. *et* 2. *restituit Ant. Augustin., quem sequitur Cont.* 76. *Textum* 2. *et* 3. *in unum conflatum praebet Contius* 66. (*Praeterm. fol.* 14.) *et* 71., *male tamen, ut ipse inter Errata editionis d. a.* 1571. *notavit, inseri iussit ad finem tit. seq.; Contium, correcto tamen loci errore, sequuntur Char. Pac. Sp. Textus* 2. *et* 3., *uterque integer, est in ed. Bk. Equidem tantum exhibeo textum* 2., *quum verbotenus fere conveniat cum textu* 3., *ad notas autem diversitatem utriusque lectionis memoratu digniorem reiicio.* — [b]) *Dig. XXIV.* 3. — [c]) *Bas. XXVIII.* 8. 65. (*T. IV. p.* 364.) — *Sch. g. h.* (*T. IV. p.* 411.) — [d]) *Bas. XXVIII.* 8. 66. — [e]) *Bas. XXVIII.* 8. 67. — *Sch. k. l.* (*T. IV. p.* 412.) — [f]) *Bas. XXVIII.* 8. 68. — *Sch. m.* — [g]) *Bas. XXVIII.* 8. 69. (*T. IV. p.* 365.) — *Sch. n.* — [h]) *Bas. XXVIII.* 8. 70. — *Sch. o—q.*

[1]) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ, ἐπάρχῳ πραιτωρίων *inscribit Bk.* — [2]) ἐπὶ περιγραφῇ τῶν ἰδίων γονέων *Augustin. in not.* — [3]) συγχωροῦμεν *abest ab Augustino et Cont.* 76. — [4]) τῶν πατέρων *abest ab Augustino et Cont.* 76. — [5]) πεμφθῇ *ins. Augustin. Cont.* 76., *omisso* γίνεται. — [6]) *scribe* οἱ *sive* ἤ; εἴτε αὐτοὶ *Nov. cit.* — [7]) ἢ καὶ συνυπεδέξαντο *add. Nov. cit., Cont.* 66. 71. *Char. Pac. Sp.* — [8]) αὐτοῦ *abest ab Augustino, Cont.* 76., *Nov. cit.* — [9]) παρὰ τῶν πατέρων γνώμην *Bk., Nov. cit.* — [10]) *Nov. cit. haec addit, a Cont.* 66. 71. *Char. Pac. Sp. in restitutionem recepta:* κἀντεῦθεν τοὺς πατέρας ἀδικεῖν. Τοῦτο δὲ εὖ μὲν ἀρξάμενος ὁ φιλοσοφώτατος ἐθέσπισε Μάρκος, Διοκλητιανὸς δὲ τούτῳ κατηκολούθησεν, ἡμεῖς δὲ ὁμοίως ἀπεδεξάμεθα [*et sic parentes iniuria afficere. Hoc quidem bene inchoans sancivit Marcus philosophus summus, quem Diocletianus secutus est, nos autem similiter approbavimus*]. — [11]) Geminae, Germillae *mss. nonn.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; si ipsae res *edd.* — [13]) derogari *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [14]) Imp. Ant. *mss. Pist. Vat.*; Id. A. *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.* — [15]) XVII. K. ap. *ms. Pist.* — [16]) P. P. *add. ms. Pl.* 1.

AA. [1]) Alexandrae [2]) et Neroni. — Si circumscripta matre vestra viliore pretio dotales res aestimatae sunt, quid super huiusmodi contractuum vitio statutum sit, vulgo patet. Proinde si dolosis artibus mariti circumventam matrem vestram, iniqua [3]) aestimatione circumscriptam [4]), apud praesidem provinciae evidentibus probationibus ostenderitis, quando vobis possidentibus ad obtinenda praedia etiam doli mali exceptionis potestas opituletur, sciet, quatenus religionem indicationis suae temperare debeat. Sin autem etiam maritus in aestimatione gravatum se alleget, veritate examinata, non amplius quam pretium iustum restituere compelletur. Haec tum locum habent, quum res in natura sunt. Si tamen exstinctae sint, pretium, quod dotali instrumento inditum sit, id [5]) considerabitur. PP. VII. Kal. Novemb. ipsis AA. Conss. [287—293.]

7. [a]) Iidem AA. et CC. Erotio. — Filiae pecuniam [6]) adimere, quam habes in potestate, minime prohiberis. Nam si pro ea dotem dedisti, hanc constante matrimonio nec consentiente quidem ipsa, matrimonio autem dissoluto, eadem invita repetere non potes. 8. V. Id. Febr. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

8. [b]) Iidem AA. et CC. Sallustiae. — Nec maritus, licet post divortium, in quantum facere possit, condemnandus [7]) est, postea idoneus factus, qui non reddiderat integrum, residui [8]) probabiliter solutionem recusat. At quum eius heredes in solidum conveniendos non ambigitur [9]), ne cum his solvendo factis experiri non possis, superstitiosam geris sollicitudinem. Dat. XIII. Kal. April. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

9. [c]) Iidem AA. et CC. Martiae. — Dotis actione successores mariti super eo, quod ei dotis nomine fuerat datum, convenire debes. Ingrediendi enim in [10]) possessionem rerum dotalium, heredibus mariti non consentientibus, sine auctoritate competentis iudicis, nullam habes facultatem. S. Dat. [11]) VIII. Kal. Novemb. Caess. Conss. [294—305.]

10. [d]) Iidem AA. et CC. Epigono. — Si socero filiae tuae dotem dedisti, licet in eius positus potestate gener tuus rebus humanis exemtus sit, tamen non de peculio, sed in solidum a te, consentiente filia, conventum eum satisfacere oportet. S. VII Id. Novemb. Heracliae, Caess. Conss. [294—305.]

11. [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Mariniano P. P. — Si constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumtus, dos, quae data dicitur vel promissa ex eius uxoris facultatibus, ad eandem [12]) revertatur, nihilque sibi ex hoc defuncti heres audeat vindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. Dat. IV. [13]) Non. Novemb. [14]) Ravenna [15]), Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss. [16]) [422.] [f])

Tit. XIX.

[g]) SI DOS CONSTANTE MATRIMONIO SOLUTA FUERIT.

1. [h]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Mariniano P. P. — Si constante matrimonio a marito uxori dos sine causa legitima [17]) refusa est, quod legibus stare non potest, quia donationis instar perspicitur obtinere, eadem uxore defuncta ab eius heredibus cum fructibus ex die refusae dotis marito restituatur, ita ut proprietas eiusdem a [18]) liberis ex eadem susceptis [19]) alienari contra leges [20]) a marito non possit. Dat. IV. [21]) Non. Novemb. Ravenna [22]), Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss. [23]) [422.]

Tit. XX.

[i]) NE FIDEIUSSORES VEL MANDATORES [24]) DOTIUM DENTUR.

1. [k]) Imppp. Gratianus Valentinianus et Theodosius AAA. Cynegio P. P. — Sive ex iure, sive ex consuetudine lex proficiscitur, ut vir uxori fideiussorem servandae dotis exhibeat, [25]) eam iubemus aboleri. Dat. VIII. Non. Septemb. Eucherio et Syagrio Conss. [26]) [381.]

2. [l]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Generali definitione constitutionem pristinam ampliantes sancimus, nullam esse satisdationem vel mandatum pro

---

[a]) *Bas. XXVIII.* 8. 71. — *Sch. r.* — [b]) *Bas. XXVIII.* 8. 72. — *Sch. s.* (*T. IV. p.* 414.) — [c]) *Bas. XXVIII.* 8. 73. — *Sch. t. u.* — [d]) *Bas. XXVIII.* 8. 74. (*T. IV. p.* 366.) — *Sch. x.* — [e]) *fons est l.* 3. *Th. C. de dotibus III.* 13. — [f]) *de errore Contii* 66. 71., *qui legem* 12. *tit. antec. hic inseri iussit, cfr. not. a. ad l.* 12. *cit. Caeterum idem Contius* 66. 71. *legem* 14. *hui. tit. a Graecis allegari contendit, et Char. adeo in codd. inveniri notam omissarum graecarum const. perhibuit. Sed omnia mss. nostro aevo inspecta de hac omissione silent, et Contium in allegandis Bas. erravisse, iam monuit Cuiac. Recit. in Cod. h. t.* (*Opp. T. V. p.* 565.) — [g]) *Dig. XXIV.* 3. — [h]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de dotibus. III.* 13.; *Bas. XXVIII.* 9. 1. (*T. IV. p.* 415.) — *Sch. a. b.* (*ibid.*) — [i]) *Dig. XXIV.* 3. — [k]) *Bas. XXVIII.* 9. 2. — [l]) *Bas. XXVIII.* 9. 3.

[1]) et CC. *ins. ms. Vat., Cont.* 62. — [2]) Alexandriae *mss. pleraque.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omnia mss. Russ. et vetera Cont., edd. Nbg. Schf.*; iniqua ea *ms. Bg.*; inque ea *Hal. et rell.* — [4]) circumscriptam *om. ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*; circumscripta *ms. Bg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; est *omisso* id *edd. Schf. Hal. et rell.* — [6]) peculium *legendum esse suspicatur Cuiac. Obss. XVII.* 6. *propter Schol. Bas.* — [7]) condemnatus *ms. Pl.* 1. — [8]) residuam *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; ambigatur *Hal. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; in *om. Cont. et rell.* — [11]) *fortasse* Subdita, *vel* Sub die, *ut frequenter habet ms. Pist.* — [12]) feminam *Theod. C.*; eam *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.* — [13]) *Theod. C. ex ed. Haenel.*; III. *Theod. C. ed. Gothofr., Bk.*; *numerus abest ab Hal. et rell.* — [14]) *Theod. C., Bk.*; Decemb. *Hal. et rell.* — [15]) *sic edid. Haenel. in Theod. C.*; Ravennae *Hal. et rell.* — [16]) *Theod. C., Cont.* 62.; *numeri consulatus apud Bk. sunt* XIII. *et* VIII., *apud Hal. et rell.* VIII. *et* III. — [17]) sine causa legitima *om. Theod. C.* — [18]) *Theod. C.*; a *abest quidem a mss. et edd. Cod., sed Tribonianus sententiam Theodosiani Cod. intactam reliquit, ut docet utrumque Schol. Bas. cit., ideoque nec censendus est verba immutasse. Certe, si reliciatur hoc* a, *vv.* liberis — susceptis *cum Hal. sunt habenda pro ablat. absol., quod et admittit versio in Schol. Bas.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; competens *intrudunt ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell., quod et Schol. Bas. refutant.* — [20]) contra leges *om. Theod. C.* — [21]) *Theod. C. ed. Haenel.*; III. *idem ed. Gothofr., Bk.*; V. *Hal. et rell.* — [22]) *Theod. C.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [23]) *Theod. C.*; *numeri consulatus apud Bk. sunt* XIII. *et* VIII., *apud Hal. et rell.* VIII. *et* III. — [24]) vel mandat. *om. ms. Cas.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont.* 62.; tamen *praemittunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) *Iac. Gothofr. aut subscr. aut inscr. falsam esse contendit, quum a.* 384. *demum Cynegius factus fuerit Praef. praet.*; *cfr. Chronol. Cod. Theod. p. CX.*

pro dote exigendum vel a marito, vel a patre [1]) eius, vel ab omnibus, qui dotem suscipiunt. Si enim credendam mulier sese suamque dotem parti [2]) mariti existimavit, quare fideiussor vel alius intercessor exigitur, ut causa perfidiae in connubio eorum generetur? Dat. X. Kal. August. Lampadio et Oresta VV. CC. Conss. [530.]

Tit. XXI.

[a]) RERUM AMOTARUM.

1. [b]) Imp. Alexander A. Polydeucae [3]). — Compensationis aequitatem iure postulas. Non enim prius exsolvi, quod debere te constiterit, aequum est, quam petitioni mutuae responsum fuerit, eo magis, quod ea te persequi dicis, quae divortii causa amota quereris. Quum igitur apud competentem iudicem ex stipulatu conveniaris, apud eundem doce, tui iuris res ablatas esse. PP. [4]) V. [5]) Kal. Decemb. Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.]

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [6]) Sereno. — Divortii gratia [7]) rebus uxoris a marito amotis vel ab uxore mariti, rerum amotarum edicto perpetuo permittitur [8]) actio. Constante etenim matrimonio neutri eorum neque poenalis neque famosa actio competit, sed de damno in factum datur actio. Dat. V. [9]) Kal. Octob. ipsis AA. Conss. [293—304.]

3. [d]) Iidem AA. et CC. Quartino [10]). — De rebus, quas divortii causa quondam uxorem tuam abstulisse proponis, rerum amotarum actione contra successores eius non in solidum, sed [11]) quantum ad eos pervenit, quodsi res exstent, dominii vindicatione uti non prohiberis. Dat. V. Non. Decemb. ipsis AA. Conss. [293—304.]

Tit. XXII.

[e]) NE PRO DOTE MULIERI [12]) BONA QUONDAM MARITI ADDICANTUR [13]).

1. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [14]) Apollinariae. — Ut uxori pro dote addicantur bona quondam mariti, iure prohibitum est. Sane si nullo relicto successore non idoneus decessit, secundum iuris formam, quatenus successionis modus patitur, indemnitati tuae consulere non prohiberis. Dat. V. Non. Decemb. AA. Conss. [287—304.]

Tit. XXIII.

[g]) DE FUNDO DOTALI.

1. [h]) Impp. Severus et Antoninus AA. [15]) Didiae [16]). — Si aestimata praedia data essent in dotem, et convenisset [17]), ut electio mulieri servetur, nihilo minus lex Iulia locum habet. Est autem alienatio omnis actus, per quem dominium transfertur. PP. [18]) XII. [19]) Kal. Mart. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

2. [i]) Imp. Gordianus A. Domitiae [20]). — Mariti, qui fundum communem cum alio in dotem inaestimatum [21]) acceperunt, ad communi dividundo iudicium provocare non possunt, licet ipsi possint provocari. PP. V. Non. Octob. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

Tit. XXIV.

[k]) DIVORTIO FACTO APUD QUEM LIBERI MORARI VEL EDUCARI DEBEANT [22])

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Caelestinae. — Licet neque nostra neque divorum parentum nostrorum ulla constitutione caveatur, ut per sexum liberorum inter parentes divisio celebretur, competens tamen iudex aestimabit, utrum apud patrem, an apud matrem matrimonio separato filii morari ac nutriri debeant. S. VIII. Kal. Iul. Veronae, Caess. Conss. [294—305.]

Authent. ut liceat matri et aviae. §. Illud. (Nov. 117. c. 7.) — *Si pater causam divortii praestiterit, apud matrem ad secundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expensis. Si vero contra, tunc apud patrem matris locupletis expensis, nisi pater minus idoneus sit; tunc enim apud matrem locupletem nutriantur. Nam quemadmodum locupletes filii matrem alere coguntur egentem, ita iustum decernimus, et a matre filios pasci. Quod de matre et filiis indigentibus dictum est, hoc quoque in omnibus adscendentibus et descendentibus personis utriusque naturae decernimus observari.*

Tit. XXV.

DE ALENDIS LIBERIS AC [23]) PARENTIBUS [24]).

1. [l]) Imp. Antoninus [25]) Pius A. [26]) Basso. — Parentum necessitatibus liberos succurrere iustum est. Sine die et consule.

2.

---

[a]) *Dig. XXV.* 2. — [b]) *gemina lex est l.* 6. *C. de compens. IV.* 31.; *Bas. XXVIII.* 11. 31. (*T. IV. p.* 429.) — *Sch. z. a.* (*T. IV. p.* 440.) — [c]) *Bas. XXVIII.* 11. 32. (*T. IV. p.* 430.) — *Sch. b—d.* — [d]) *Bas. XXVIII.* 11. 33. — *Sch. e.* (*T. IV. p.* 441.) — [e]) *Dig. XXIV.* 3. — [f]) *Bas. XXVIII.* 11. 34. — *Sch. f. g.* — [g]) *Dig. XXIII.* 5. — [h]) *Bas. XXIX.* 6. 19. (*T. IV. p.* 717.) — *Sch. m. n.* (*T. IV. p.* 727.) — [i]) *Bas. XXIX.* 6. 20. — *Sch. o.* — [k]) *Dig. XXV.* 3. — [l]) *Bas. XXXI.* 6. 1. (*T. IV. p.* 753.) — *Sch. d.* (*T. IV. p.* 754.)

[1]) parte *Russ. et Cont. in marg., haud vero ex codd., Leuncl. Notat. II.* 190.; *Bas. sane μήτε μανδάτωρα δίδοσθαι παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἤτοι τοῦ μέρους τοῦ ἀνδρός.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; patri *Cont.* 66. *et rell.* — [3]) Polydeuci *l.* 6. *C. IV.* 31., *cui fere convenit ms. Cas.* — [4]) *ms. Pist.*; Dat. *add. Hal. et rell.* — [5]) XVI. *ms. Pist., quod cum rell. subscr. convenit.* — [6]) et CC. *om. ms. Pl.* 1. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; causa *edd. Schf. Russ. et rell.* — [8]) promittitur *maevult Cuiac. Obss. XVII.* 6., *non ita bene; Dirksen Abhandl. II. p.* 451. — [9]) Sub die VII. *ms. Pist.* — [10]) Quartioni *mss. omn.*; Horatio *al.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; in *add. Russ. et rell.* — [12]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., Russ. Cont.* 62; uxoris *rell.* — [13]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; id est in solutum dentur. *Cont.* 66. *et rell., quae Cont.* 62. *in marg. nusquam se reperisse fatetur.* — [14]) et CC. *add. ms. Vat.* — [15]) Imp. Sev. *ms. Bg.* — [16]) Didae *mss. pleraque*; Candidae *al.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; in dot. data sunt et convenit *Hal. et rell.* — [18]) *ms. Pist.*; Dat. *add. Hal. et rell.* — [19]) III. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — [20]) Dominicae, Domitianae *mss. nonn.* — [21]) aestimatum *Hal. contra fidem librorum.* — [22]) ap. quem filii nutriantur *Hal.* — [23]) a *mss. Cas. Pl.* 2. — [24]) De al. lib. a parent. vel parent. a lib. *ed. Schf.* — [25]) Anton. *om. mss. Pist. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.* — [26]) A. *om. mss. Pist. Cas. Bg., ed. Nbg.*

2. [a]) Divi Fratres [1]) Celeri. — Competens [2]) index a filio te ali iubebit, si in ea facultate est, ut tibi alimenta praestare possit. Dat. Id. April. ipsis III. et II. AA. Conss. [3]) [161.]

3. Iidem AA. [4]) Titianae. — Si competenti iudici eum, quem te ex Claudio enixam esse dicis, filium eius esse probaveris, alimenta ei pro modo facultatum praestari [5]) iubebit. Idem, an apud eum educari debeat, aestimabit. PP. XIII. Kal. Mart. Romae, Rustico et Aquilino Conss. [162.]

4. Impp. Severus et Antoninus AA. [6]) Sabino. — Si patrem tuum officio debito promereneris, paternam pietatem tibi non denegabit. Quodsi sponte non fecerit, aditus competens iudex alimenta pro modo facultatum praestari tibi iubebit. Quodsi patrem se negabit, quaestionem istam in primis idem iudex examinabit. PP. Non. Febr. Laterano et Rufino Conss. [197.]

Tit. XXVI.

[b]) DE CONCUBINIS.

1. Imp. Constantinus A. [7]) ad populum. — Nemini licentia concedatur constante matrimonio concubinam penes se habere. Dat. XVIII. Kal. Iul. Constantinis patre et filio Conss. [8]) [320.]

Tit. XXVII.

[c]) DE NATURALIBUS LIBERIS ET MATRIBUS EORUM, ET [9]) EX QUIBUS CAUSIS IUSTI EFFICIUNTUR.

1. [d]) Imp. Constantinus A. ad Gregorium [10]). — Senatores seu perfectissimos [11]), vel quos in civitatibus duumviralitas [12]), vel sacerdotii, id est phoenicarchiae [13]) vel syriarchiae [14]), ornamenta condecorant, placet maculam subire infamiae et alienos [15]) a Romanis legibus fieri, si ex ancilla vel ancillae filia, vel liberta vel libertae filia, vel scenica vel scenicae filia, vel ex tabernaria vel ex [16]) tabernariae [17]) filia, vel humili, vel abiecta [18]), vel lenonis aut arenarii filia, vel quae mercimoniis publice [19]) praefuit, susceptos filios in numero legitimorum habere volunerint, aut proprio iudicio aut nostri praerogativa rescripti, ita ut, quidquid talibus liberis pater donaverit, sive illos legitimos seu naturales dixerit, totum retractum legitimae soboli reddatur aut fratri aut sorori aut patri aut matri. Sed et [20]) uxori tali quodcunque datum quolibet genere fuerit vel emtione collatum, etiam hoc retractum reddi praecipimus; ipsas etiam, quarum venenis inficiuntur [21]) animi perditorum, si quid quaeritur vel commendatum dicitur, quod his reddendum est, quibus iussimus, aut fisco nostro, tormentis subiici iubemus. Sive itaque per ipsum donatum est, qui pater dicitur, vel per alium, sive per interpositam personam, sive ab eo emtum, vel ab alio, sive ipsorum nomine comparatum, statim retractum reddatur, quibus iussimus, aut, si non exsistant, fisci viribus [22]) vindicetur. Quod si exsistentes [23]) et in praesentia rerum constituti agere noluerint, pacto vel iureiurando exclusi, totum sine mora fiscus invadat. Quibus tacentibus et dissimulantibus, a defensione fiscali [24]) duorum mensium tempora limitentur, intra quae si non retraxerint vel propter retrahendum rectorem provinciae [25]) interpellaverint, quidquid talibus filiis vel uxoribus liberalitas impura contulerit, fiscus noster invadat, donatas vel commendatas res sub poena quadrupli severa quaestione perquirens. Lecta [26]) XII. Kal. August. Carthagine, Nepotiano et Facundo Conss. [336.]

Authent. ut liceat matri et aviae. §. Quia vero legem. (Nov. 117. c. 4.) — *Sed novo iure huiusmodi mulieres cum omnibus hominibus contrahere nuptias possunt, etiam cum praeditis* [27]) *magnis dignitatibus, dum tamen dotalia instrumenta super hoc conficiantur ab illustribus. Reliqui vero citra eos, qui maioribus decorati sunt dignitatibus, solo affectu nuptias contrahere possunt, dum tamen liberae sint, cum quibus licet nuptias celebrare.*

2. [e]) Impp. Arcadius et Honorius AA. [28]) Anthemio P. P. — Matre vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus, cuiuscunque sexus, uno pluribusve, exsistentibus, bonorum suorum unam tantum unciam pater naturalibus filiis seu filiabus eorumque genitrici, vel si sola sit concubina, semiunciam largiendi vel relinquendi habeat potestatem. Quidquid vero ultra modum concessum relictum sit, legitimis filiis

---

[a]) *Bas. XXXI.* 6. 2. — [b]) *Dig. XXV.* 7. — [c]) *Dig. XXV.* 7. — [d]) *l.* 3. *Th. C. de natural. fil. IV.* 6., *cuius interpretatio est authentica Nov. Marciani LXXXIV., quae multa hui. leg. verba repetit; ob eandem causam ad crisin faciunt Iustiniani Nov. LXXXIX. c.* 15. *et CXVII. c.* 6. — [e]) *l.* 6. *Th. C. de natural. fil. IV.* 6.

[1]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; et AA. *add. Hal. et rell.*; *cfr. l.* 2. *C. II.* 13. — [2]) enim *vel* autem *ins. alii*, *ut Russ. in marg. monet; sane Bas.* Ὁ ἀρμόδιος δὲ δικαστής. — [3]) *sic restitui suadente cod. Pist.* (ipsis IIII. et III. aā css); ipsis et Conss. *Hal. et rell.* — [4]) et CC. *add. ed. Nbg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; praeberi *Hal. et rell.* — [6]) Id. AA. (A.) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2., *unde facile quis coniecerit, in l.* 2. *fuisse inscr.* Impp. Antoninus et Verus AA., *ut in l.* 1. *C. VIII.* 47.; *sic enim plana est illa ad impp. in antecedentt. constt. ablegatio.* — [7]) Imp. Const. et Const. AA. *ms. Bg.* — [8]) *de referenda hac const. ad a.* 320., *haud vero, quod nomina consulum admissura essent, ad a.* 329., *v. Iac. Gothofr. in Chronol. p. XIX.* — [9]) et *om. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [10]) *dignitatem recte abesse ab edd.*, *docent Novellae Iust. citt.* — [11]) praefectissimos *ms. Pl.* 1.; praefectos *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.*, *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Theod. C.*; duumvirilitas *edd. Cod.*; duumvirilitatis *Russ. in marg.*; vel quinquennalitas, vel flaminis *addit Theod. C.* — [13]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; Phenicarphiae *ms. Pl.* 2.; Phoeniarchiae *ed. Nbg.*; Phoeniciarchiae *Russ. et rell.*; φοινικαρχῶν—καὶ συριαρχῶν *Nov.* 89. *c.* 15.; *v. Cuiac. Obss. II.* 13. — [14]) vel sacerdotii provinciae *omiss.* id est—syriarch. *Theod. C.* — [15]) peregrinos *Theod. C.* — [16]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Theod. C.*; *prius* ex *est in ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Cont.* 62., *alterum in ms. Bg.*; *utrumque deest in edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) tabernarii *Theod. C.*, *quem defendit Nov. Marcian. cit.*; *sic et scriptum esse videtur in ms. Bg ante correct.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *mss. vett. Russ.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; persona *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) publicis *ms. Gt.*, *Theod. C.*; *nobiscum facit Nov. Marc.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; si *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) interficiuntur *edd. Nbg. Hal.* — [22]) *Theod. C.*, *Bk.*; iuribus *edd. rell.*, *crebra permutatione; cfr. not.* 34. *ad l.* 6. *C. I.* 40. — [23]) *Theod. C.*, *Hal. Bk.*; existet *ms. Pl.* 1.; existant *rell.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Nbg.*, *Theod. C. ex ed. Haenel.*; ad defensionem fiscalem *edd. Schf. Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ms. Bg. ante emend.*, *Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; non *ins. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [26]) *Russ. in marg.*, *Bk.*, *Theod. C.*; Dat. *Hal. et rell.* — [27]) *praedictis Hal. Russ.* — [28]) *Theodosium A. inscriptioni addit Theod. C.*, *recte secundum chronolog.*, *sed contra omn. nostr. libr. fidem.*

filiis [1]) vel matri vel ceteris successoribus iure [2]) reddatur [3]). Dat. Id. Novemb. Constantinop. [4]) Stilicone II. et Anthemio Conss. [405.]

Authent. quibus modis natural. effic. sui. §. Ne igitur. (Nov. 89. c. 12.) — *Nunc soli liberi legitimi naturales* [5]) *ad hunc modum coarctant, non etiam mater.*

3. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Apollonium P. P. — Si quis [6]) seu liber ipse seu curiae sit nexibus obligatus, [7]) tradendi filios naturales [8]), vel omnes vel quos quemve [9]) maluerit, eius civitatis curiae, unde ipse oritur, et in solidum heredes scribendi liberam ei concedimus facultatem. Quodsi cui non ex urbe, sed [10]) vico vel possessione qualibet oriundo naturales liberi contigerint, eosque velit sub definitione [11]) praedicta curiae splendore honestare [12]) et hereditatis opibus adiuvare, eius civitatis adscribendi sunt ordini, sub qua vicus ille vel possessio censeatur [13]). Quodsi alterutram regalium civitatum patriam [14]) sortiatur, sit ei liberum susceptam ex inaequali coniugio sobolem cuiuscunque civitatis decurionibus immiscere, dummodo civitas, quae eligitur, totius provinciae teneat principatum. Indignum enim est, ut, qui sacratissimae urbis ubere gloriatur, naturales [15]) suos non illustris [16]) ordine civitatis illuminet. Haec [17]) sive [18]) postrema definiat [19]), sive [20]) donationem [21]) cuiuslibet quantitatis [22]) in liberos naturales pater conferat, [23]) quod de subeunda sorte curiali seu testamento seu actorum fide constituit [24]), ita ratum esse stabiliterque volumus observari, ut, sive abstinendo [25]) hereditatibus sive abdicando donationes naturales liberi curialem voluerint evitare fortunam, posteaque [26]) paternarum opum vel in solidum vel ex parte reperti fuerint possessores, licet eas alienaverint, omnimodo ad conditionem, in qua pater eos amplificatis opibus esse voluit, etiam inviti cogantur accedere. Et [27]) si filiam naturalem vel filias habuit, et eam vel eas curiali vel curialibus civitatis, ex qua oriundus est vel sub qua vicus vel possessio, unde oritur, consistit, vel eius civitatis, quae principatum totius provinciae tenet, matrimonio collocavit, haec eadem et [28]) in persona eius vel earum ad exemplum marium obtinebunt. Quid enim interest, utrum per filios, an per generos commoditatibus civitatum consulatur, et utrum novos lex faciat curiales, an foveat, quos invenit? Dat. XVI. [29]) Kal. Ianuar. [30]) Constantinop. post consul. Eudoxii et Dioscori [31]) Conss. [443.]

4. Impp. Leo et Anthemius AA. Armasio P. P. — Quoniam desideria morientium ex arbitrio viventium non sine iusta ratione colligimus [32]), et is, qui naturalem filium habens, hortantibus legibus, ultro ad instar legitimi filii municipalibus eum voluit aggregare muneribus et donare patriae principalem, manifestavit notumque fecit sine dubio professione certissima, facultatum suarum omnium elegisse se [33]) affectione debita successorem [34]), quum certe huiusmodi personis adeo sacratissima constitutione subventum sit, ut nec renuntiandi eis aut alienandi vel repudiandi paternas hereditates aut donationes in frudem curiae concedatur facultas, sed muneribus patriae susceptis patrimonia subire cogantur, nullam e diverso calumniantium vocem penitus patiemur admitti, sed ipsum Philocalum et paternorum bonorum omnium ab intestato heredem, et Bostrenae [35]) civitatis curiae principalem, iniuncta vel iniungenda sibi munera subire, ex eoque genitos vel nascendos [36]) filios similiter paternae conditioni subiacere praecipimus. Et huiusmodi formam in omnibus causis, quae similiter in cuiuscunque [37]) civitatis ordine curiaque contigerint, in posterum decernimus observari. Dat. Kal. Ianuar. Constantinop. Iordane et Severo Conss. [470.]

5. Imp. Zeno A. Sebastiano [38]) P. P. — Divi Constantini, qui veneranda Christianorum fide Romanum munivit imperium, super ingenuis concubinis ducendis uxoribus, filiis quin etiam ex iisdem ve. ante matrimonium vel postea progenitis suis ac legitimis

---

[a]) *desumta ex Nov. Theod. XXX. usque ad vv. descendit ex Nov. Theod. XXXI.*

[1]) liberis *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [2]) iure *om. ms. Pl. 1., Hal. Russ. Cont.* 62. — [3]) detur *Hal. Russ. Cont.* 62. — [4]) *Theod. C., Bk.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [5]) *ms. Bg., ed. Nbg.*; *soli lib. naturales om. legit. mss. Pl.* 1. 2.; *soli lib. natur. et legit. edd. Schf. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; naturalem duntaxat foeconditatem sortiatur *ins. Nov. Theod., Hal.* (*quem usum fuisse his Novellis iam verisimile est*), *Russ. et rell., ita tamen, ut pleraeque edd. in not. haec verba ex Theod. Nov. esse inserta et a Cod. prorsus aliena arguant; idem testatur Cuiac. in not. ad §. 2. Inst. III.* 1. *et aliis loc.* — [7]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; et *praemitt. ms. Pl.* 2. *Hal. et rell. cum Nov. Theod.* — [8]) naturales *om. Nov. Theod., cuius verbi in Cod. adiectio quam maxime defendit sententiam in not.* 6. *propositam.* — [9]) quoscunque *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Nbg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62., *Nov. Theod.*; ex *ins. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [11]) defensione *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [12]) cohonestare *Nov. Theod.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; censetur *Russ. et rell., Nov. Theod.* — [14]) alterutr. regnantium civit. patriamque *Nov. Theod.* — [15]) natales *Nov. Theod.* — [16]) illustri *Nov. Theod., quod Russ. in marg. in omn. libr. legi vix recte testatur.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Hal. Bk., Nov. Theod.*; Et hoc *edd. Nbg. Russ. et rell.*; Hoc *mavult Ritter in not. y. ad Nov. Theod. cit.* — [18]) cum *ins. Nov. Theod.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Nov. Theod.*; voluntate *add. ms. Bg., Russ. et rell.* — [20]) cum *ins. Theod. C., quod insertum profecto optime huic loco convenit.* - [21]) *mss Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; donatione *Russ. et rell. cum Nov. Theod., cuius tamen cod. Wurceburg. habet* donationem *probante Rittero not. z.* — [22]) habita ratione parentum *ins. Nov. Theod.* — [23]) *Nov. Theod.*; ut *praemitt. mss. Pl.* 1. 2.; et *praemitt. ms. Bg., edd., nempe ita, ut Hal. et rell. praeter Bk. ante* et *plene interpungant; sed videtur particula ex geminatione esse oriunda.* — [24]) constituat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk., Nov. Theod.* — [25]) *mss. Bg. Gt., edd. Schf. Hal., Nov. Theod.*; ab *ins. rell. mss. et edd.* — [26]) posteaquam *Nov. Theod.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; Sed et *Hal. et rell.* — [28]) et *om. ms. Bg., Hal. et postea rell.* — [29]) XII. *Hal. Russ. Cont.* 62. — [30]) D. VII. Id. Mart. *Bk., ut diem etiam ex subscr. Nov. XXXI. huc manasse censeat; noster dies concordat cum Nov. XXX.* — [31]) *ita conss. habet Nov. XXXI. secundum mss. Wurceb. et Gothan., probante Bk.*; Eudoxio et Dioscoro (442.) *Hal. et rell., Nov. cit. ex ed. Ritteri*; Maximo et Paterno (443.) *Nov. XXX.*; *cfr. Ritter not. H. et a. ad Nov. citt.* — [32]) collegimus *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [33]) se *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [34]) *plene hic interpungit Hal.* — [35]) *ms. Pl.* 1.; Bostrae *unum ms. Russ., qui hanc lect. ipse probat in marg., cum quo facit Cuiac. ad §.* 13. *I. de nupt. I.* 10. *et al. loc.*; nostrae *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. omnes; sed v. Nov.* 89. *c.* 2. *vv. Φιλοκάλῳ βουλευτῇ παρὰ τοῦ παιρὸς ἐν τῇ Βοστρινῶν γενομένῳ.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; nascituros *Russ. et rell.* — [37]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; quocunque *edd. Schf. Russ. et rell.* — [38]) Severo *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *quod nomen haud dubie ex subscr. leg. anteced. huc migravit.*

mis habendis, sacratissimam constitutionem renovantes iubemus, eos, qui ante hanc legem, ingenuarum mulierum nuptiis minime intercedentibus) electo contubernio, cuiuslibet sexus filios procreaverint, quibus nulla videlicet uxor est, nulla ex iusto matrimonio legitima proles [1]) suscepta, si voluerint eas uxores ducere, quae antea fuerant concubinae, tam coniugium legitimum cum huiusmodi mulieribus ingenuis, ut dictum est, posse contrahere, quam filios utriusque sexus ex earundem mulierum priore contubernio procreatos, [2]) postquam nuptiae cum matribus eorum fuerint celebratae, suos patri et in potestate fieri, et cum his, qui postea ex eodem matrimonio suscepti fuerint, vel solos, si nullus alius deinde nascatur, tam ex testamento volentibus patribus etiam ex integro succedere, quam ab intestato petere hereditatem paternam; pactis, quae matrimonii tempore super dotalibus [3]) vel ante nuptias donationis rebus subsecuta fuerint, etiam ad ipsorum personas pertinentibus, ut una cum fratribus suis postea ex iisdem parentibus forte progenitis, aut soli, si nullus alius sit procreatus, dotis et ante nuptias donationis pro tenore legum, nec minus pactorum emolumenta recipiant [4]). Hi vero, qui tempore huius sacratissimae iussionis necdum prolem aliquam ex ingenuarum concubinarum consortio meruerunt, minime huius legis beneficio perfruantur, quum liceat easdem mulieres sibi prius iure matrimonii copulare, non existantibus legitimis liberis aut uxoribus, et legitimos filios, utpote nuptiis procedentibus [5]), procreare, nec audeant [6]), quos ex ingenua concubina dilato post hanc legem matrimonio nasci voluerint, ut iusti ac legitimi postea videantur, magnopere postulare. Dat. X. Kal. Mart. Basilisco [7]) II. et Armato [8]) Conss. [476.]

6. Imp. Anastasius A. Sergio P. P. — Iubemus, eos, quibus nullis legitimis exsistentibus liberis in praesenti aliquae mulieres uxoris loco habentur, ex his sibi progenitos seu procreandos suos et in potestate [9]) legitimosque habere, propriasque substantias ad eos vel per ultimas voluntates vel per donationes seu alios legi cognitos titulos, si voluerint, transferre, ab intestato quoque ad eorum hereditatem vocandos, nec aliquam quaestionis seu altercationis exercendae [10]), sub qualibet astutia subtilique legum vel constitutionum occasione, super his vel agnatis seu cognatis genitoris eorum vel quibusdam aliis superesse facultatem in posterum; nihilominus, quisquis huiusmodi mulierem uxoris loco dotalibus instrumentis confectis habuerit, pro eius sobole similem eandemque formam custodiri, ne adimatur ei licentia sibi quodammodo per liberos [11]) proprium [12]) suum patrimonium acquirendi. Filios insuper vel filias, iam per divinos affatus a patribus suis in arrogationem susceptos vel susceptas, huius providentissimae nostrae legis beneficio et invamine potiri censemus. Dat. Kal. April. Anastasio A. IV. [13]) et Agapito [14]) Conss. [517.]

7. Imp. Iustinus [15]) A. Marino P. P. — Legem Anastasii divinae recordationis, quae super naturalibus filiis emissa est, in his valere tantum casibus concedimus, qui nunc usque subsecuti sunt pro eiusdem legis tenore in matrimoniis tunc constantibus vel postea contractis, ita tamen, ut non aliunde progenitis subvenisse credatur, quam non ex nefario nec incesto coniugio. Naturalibus insuper filiis seu filiabus, ex cuiuslibet mulieris cupidine non incesta non nefaria procreatis, et in [16]) paterna per arrogationem seu per adoptionem sacra susceptis, ex divinis iussionibus, sit antequam eadem lex irrepserit seu post eandem legem usque ad praesentem diem, non sine ratione duximus suffragandum, ut adoptio seu arrogatio firma permaneat, nullis prorsus improbanda quaestionibus, quasi quod impetrarunt lege quadam interdictum sit, quoniam, et si qua prius talis emergebat dubitatio, remittenda fuit movente misericordia, qua indigni non sunt qui alieno laborant vitio. Sint itaque post eandem arrogationem seu adoptionem sui et in potestate patrum, successionesque tam ex testamento quam ab intestato capiant, prout in arrogatis seu adoptatis constitutum est. In posterum vero sciant omnes, legitimis matrimoniis legitimam sibi posteritatem quaerendam, ac si praedicta constitutio lata non esset. Iniusta namque libidinum desideria nulla de cetero venia defendat [17]), nullum sublevabit novum adminiculum praeter anteriorum dispositionum ordinem, non ante lata sanctio, quam ex hoc die resecandam pia suggessit [18]) ratio, non arrogationum vel adoptionum praetextus, quae ulterius minime ferendae [19]) sunt, non astutiae, sive divinis affectandae literis seu quibusdam illicitis ambiendae [20]) machinationibus [21]), quum nimis sit indignum nimis [22]) impium, flagitiis praesidia quaerere, ut et petulantiae servire liceat, et ius nomenque patris, quod eis denegatum est, id altero legis colore praesumant. Dat. V. Id. Nov. Constantinop. Iustino A. et Eutherico [23]) Conss. [519.]

8. Imp. Iustinianus A. [24]) Mennae P. P. — Humanitatis intuitu naturalibus patribus hoc indulgemus, ut liceat eis, nulla legitima sobole vel matre subsistente, naturalem vel [25]) naturales filios matremque [26]) eorum non tantum ex tribus unciis, quod praeteritae leges permittebant, sed etiam ex duplici portione, id est sex unciis, heredes scribere, ut, licet ab intestato nullam communionem ad patris naturalis successionem haberent [27]), ex suprema tamen eius voluntate permittatur eis usque ad praedictas sex uncias (si hoc scilicet naturalis pater voluerit) hereditatem eius capere, ita tamen, ut memoratam sex unciarum quantitatem in omnibus naturalibus filiis et matre eorum minime testator excedat. Quam et in legatis et fideicommissis eis relinquendis, et dotibus et donationibus, tam aliis quam ante nuptias, usque ad sex unciarum aestimationem liberam similiter naturalibus eorum patribus damus potestatem. Haec autem in futuris

---

[1]) prole *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; mox *ins. edd.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; dotal. instrumentis *ms. Bg.*; dotibus *Hal. et rell. contra omnia mss. Russ. et Cont.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; percipiant *ms. Bg.*, *edd. rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; praecedentibus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) debeant *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; audeant *Hal. et rell.* — [7]) *Bk.*; Basilio *Hal. et rell.* — [8]) *Bk.*; Armatio *Hal. Russ.*; Armasio *Cont. et rell.* — [9]) sua *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *quod ex praeced.* suos *repetitum videtur.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; aliquas quaestionis seu altercationis exercendi *Hal. et rell.* — [11]) sibi quemadmodum volucrit per lib. *mss. Pl.* 1. 2.; sibi quemadm. per lib. voluer. *ed. Nbg.* — [12]) proprios *ms. Gt.*, *ed. Schf.* — [13]) III. *Hal. in textu*, *sed correctum in not.*, *Cont.* 66. 76.; Anatolio *Hal. in not.*; *cfr. not.* 27. *ad l.* 21. *C. IV.* 29. — [14]) Agapeto *Bk.* — [15]) Iustinianus *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [16]) inter *ms. Pl.* 1. — [17]) *mss Pl.* 1. 2. *Bg.*; defendet *edd.* — [18]) *edd. Nbg. Hal.*; suggesserit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; suggerit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [19]) referendae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*, *quae lect. probanda.* — [20]) ambigendae *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ad quae prope accedit ms. Pl.* 1. — [21]) imaginationibus *var. l. gl.* — [22]) *ed. Nbg.*; sit *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Cont.* 62., *sed ita ut mss. Pl.* 2. *Bg. omittant* sit, *quod ante* indign. *positum est.* — [23]) Eutharico *Russ. Cont. in marg.*, *Bk.* — [24]) Idem *A. ms. Pl.* 1. — [25]) naturalem vel *om. ms. Pl.* 1. — [26]) matresque *ms. Pl.* 1. — [27]) *mss Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; habent *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; habeant *Sp. Bk.*

turis tantummodo testamentis, vel ultimis voluntatibus, vel dotibus, vel donationibus locum habebunt. Dat. Kal. Ianuar. Constantinop. Dn. Iustiniano A. II. Cons. [528.]

Authent. quibus modis naturales effic. sui. §. Si vero filios. et §. fin. (Nov. 89. c. 12. et c. 15.) — *Licet patri sine legitima prole seu parente, cui relinqui necesse est, decedenti naturalibus totam substantiam suam vel inter vivos largiri, vel in testamento transmittere. Quodsi parentes duntaxat ei supersint, legitima parte parentibus relicta, reliquum inter* [1]) *naturales distribui permittitur. Ab intestato vero, quum desit soboles civilis, nec supersit coniux legitima, si naturales ex concubina exstant, quae sola fuerit ei indubitato affectu coniuncta, in duas paternae substantiae uncias succedant, ut matri inter eos, si superest* [2]), *virilis portio detur. Huiusmodi enim naturales filios et* [3]) *pasci boni viri arbitrio est necesse, sive legitimi exstant et succedunt, sive coniuge viva quilibet alii sunt heredes. Hi ergo et parentibus parem praestent, si opus sit, pietatem. Sed qui ex damnato sunt coitu, omni prorsus beneficio secludantur.*

9. Idem A. Mennae P. P. — Communium [4]) rerum esse utilitatem recte iudicantes, lucidis et [5]) omni ambiguitate segregatis legibus uti nostro subiectos imperio, ad praesentem sanctionem venimus, per quam omni dubitatione amputata, quae usque adhuc obtinebat, certissimum facimus, ut, quoties naturales filii curiali fortunae patriae sui genitoris assignantur, vel adhuc vivente patre vel post eius obitum pro dispositione testamenti ab eo conditi, et eo modo legitima iura in paterna successione adipiscuntur [6]) (quod [7]) recte fieri minime dubium est), licet illustrem dignitatem, ex qua curialis fortunae liberatio competere non potest, naturales filii antea meruerint, non [8]) permittatur eis contra substantiam ab eodem naturali patre descendentium vel adscendentium, vel ex latere agnationis vel cognationis iure eidem patri coniunctorum, licet ipsi legitimi successores eidem naturali patri per memoratam fortunam efficiantur, aliquod ius sibi vindicare. Quod et in his locum habebit, qui iam a naturali patre curiali conditioni traditi et adhuc superstites sunt, eodem scilicet modo nec illis contra substantiam eiusdem naturalis filii vel ex eo descendentium, vel adscendentium [9]), vel a latere coniunctorum aliquod sibi ius vindicare valentibus. Sed si quidem iste naturalis filius, sive postquam legitimus successor patri factus [10]) sit, sive in antecedente tempore, filios ex legitimo matrimonio vel alios descendentes liberos habeat, eos modis omnibus ad eius successionem sine testamento morientis vocari, nec curiae locum esse, praeterquam si quarta portio bonorum eius eidem curiae debeatur eo, quod nullus forte ex mortui liberis curialia munera peragere cogitur; illo videlicet observando, ut hi, quos iste naturalis filius, posteaquam fortunae curiali datus est, procreaverit, et decuriones sine dubio sint, et curialia peragere munia compellantur. §. 1. Si vero sine liberis cuiuscunque gradus intestatus decesserit, si quidem matre superstite, tertiam quidem partem bonorum eius matrem habere, duas vero alias partes curiam, cui a patre datus est. Sin autem mater quidem defuncti non superesset [11]), alii vero cognati ex materna linea descendentes vel adscendentes vel ex latere venientes ad eius vocentur successionem, tunc ea quidem, quae a patre naturali ad eum pervenerunt, eidem curiae competere; si quid vero filio, posteaque [12]) legitimo successori effecto, vel a matre sua vel aliunde quocunque legitimo modo acquisitum sit, hoc ad proximos maternos eius cognatos pervenire. Illo videlicet observando, ut, sive matre eius superstite, sive ea ante filium mortua aliquis ex eius genere eiusdem curiae fortunam subire paratus sit, liceat ei, offerenti se eidem curiae, bona mortui, quae de substantia patris ad eum pervenerunt, capere, muniaque peragere curialia [13]), quo accedente [14]), mater defuncti, si adhuc supersit, non solum tertiam partem eorum, quae extra paternam substantiam filius eius aliunde acquisiverit, sed [15]) omnia ea vel ipsa sola vel cum coheredibus suis capiet. §. 2. Ea vero, quae de successione [16]) naturalis filii post curialem conditionem morientis constituimus, non tantum in his locum habere debent, qui postea a patre suo naturali curiae dati fuerint, sed etiam in illis, qui iam dati sunt, si tamen adhuc supersunt. Quodsi ante praesentem sanctionem mortui sunt, minime ad eorum successionem eandem nostram sanctionem extendimus. §. 3. Et quoniam omnimodo favendum est curiis civitatum, illud etiam in hanc partem [17]) addendum esse censemus, ut liceat patribus naturales filios curiae patriae suae tradere, non solum nulla eis legitima soboles exsistente, sed etiam si filios vel alios liberos ex legitimis matrimoniis procreatos habeant, et eo modo naturales quoque filios sibi legitimos successores efficere, ita tamen, ut minime eisdem patribus liceat per donationem vel ultimam voluntatem amplius eidem naturali filio dare vel relinquere, quam uni filio ex legitimo matrimonio procreato dederit [18]) vel reliquerit, cui minima portio data vel relicta sit. Dat. Kal. Iun. Dn. Iustiniano A. II. Cons. [528.]

10. Idem A. Demostheni P. P. — Quum quis a muliere libera, et cuius matrimonium non est legibus interdictum, cuiusque [19]) consuetudine gaudebat, aliquos liberos habuerit, minime dotalibus instrumentis compositis, postea autem ex eadem affectione etiam ad nuptialia pervenerit instrumenta, et alios iterum ex eodem matrimonio liberos procreaverit, ne posteriores liberi, qui post dotem editi sunt, sibi omne paternum patrimonium vindicare audeant, quasi iusti et in potestate effecti, fratres suos, qui ante dotem fuerant nati, ab hereditate paterna repellentes, huiusmodi iniquitatem non esse ferendam [20]) censemus. Quum enim affectio prioris sobolis et ad dotalia instrumenta efficienda et ad posteriorem filiorum edendam [21]) progeniem praestitit [22]) occasionem, quomodo non est iniquissimum ipsam stirpe secundae posteritatis [23]) quasi iniustam excludere, quum gratias agere fratribus suis

---

[1]) *in mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., ad. Nbg.; si superest post portio collocant edd. rell.* — [3]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.; et om. edd. rell.* — [4]) Omnium *var. l. gl.* — [5]) ab *ins. ms. Pl. 2.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.;* adipiscantur *edd. Schf. Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont. 62.;* ut quod *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl. 1. 2., edd. Nbg. Schf.;* ne *ms. Bg., Hal. et rell.* — [9]) vel adscendent. *om. ms. Bg. et Cuiac. Obss. XVII. 6., cancellis includit Russ.* — [10]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.;* effectus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.;* superest *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* postea *Russ. et rell.* — [13]) civilia *Russ. in marg.* — [14]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf.;* accidente *Russ. et rell.* — [15]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.;* etiam *ins. Russ. et rell.* — [16]) successionibus *mss. Pl. 1. 2.* — [17]) in hac parte *mss. Pl. 1. 2. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [18]) dederint *et post* reliquerint *ms. Pl. 1.* — [19]) cuiuscunque *mss. Pl. 1. Bg., edd. Nbg. Schf.* — [20]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. Bk.;* iniquitatem amputandam *edd. Schf. Cont. 66. et rell.* — [21]) ducendam *ms. Pl. 2.;* dedicandam *ms. Pl. 1. ante correct.;* educandam *Hal.* — [22]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.;* praestiterit *rell.* — [23]) *ms. Pl. 1.;* ipsam stirpem sec. poster. *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* ipsam stirpem sec. poster. priorem *Hal. in not., Russ. et rell., sed ita ut v.* priorem *ab omnibus mss. abesse testetur Russ. in marg., et Cont. Char. Pac. illud cancellis notaverint.*

suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt insti filii et nomen et ordinem subsecuti [1]). Neque enim verisimile est, eum, qui postea vel donationem vel dotem conscripsit, ab initio talem affectionem circa mulierem non habuisse, quae eam dignam esse uxoris nomine faciebat. Quapropter sancimus, in huiusmodi casibus omnes liberos, sive ante dotalia instrumenta editi sunt sive postea, una eademque lance trutinari, et omnes suos et in potestate [2]) suis exsistere genitoribus, ut nec prior nec iunior ullo habeatur discrimine, sed qui ex iisdem maioribus [3]) procresti sunt, et [4]) simili perfruantur fortuna. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [529.]

11. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Nuper legem conscripsimus, per quam [5]) iussimus, si quis mulierem in suo contubernio collocaverit non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere connubium, et ex ea liberos sustulerit, postea vero, affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, filiosque vel filias habuerit, non solum secundos liberos, qui post dotem editi sunt, iustos et in potestate esse patribus [6]), sed etiam anteriores, quia [7]) et his, qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis praestiterunt. Quam legem quidam putaverunt sic interpretari, ut sive non progeniti fuerint post dotem [8]) conscriptam liberi, sive etiam [9]) ab hac luce subtracti, non anteriores filios iustos haberi, nisi in utroque tempore viventes et superstites liberi inveniantur. Quorum supervacuam subtilitatem penitus inhibendam censemus. Sufficiat etenim talem affectionem habuisse, ut post liberorum editionem etiam [10]) dotalia efficiant [11]) instrumenta, et spem tollendae sobolis habeant. Licet enim hoc, quod speratum est, ad effectum non pervenerit, nihil anterioribus liberis fortuitus casus derogare concedatur; et multo magis, si quis mulierem, quam in contubernio suo habuerat, praegnantem fecerit, postea autem, adhuc gravida muliere constituta, dotalia fecerit instrumenta, et puer vel puella editus vel edita sit, iusta patri soboles nascatur, et in potestate efficiatur, et heres exsistat morienti, sive ab intestato sive ex testamento. Satis enim absurdum est, si filii post dotem progeniti et [12]) anterioribus liberis adiutorium afferunt [13]), ipsum puerum vel puellam sibi opitulari non posse. Et generaliter definimus, et quod super huiusmodi casibus variabatur, definitione certa concludimus, ut semper in huiusmodi quaestionibus, in quibus de statu liberorum est dubitatio, non conceptionis, sed partus tempus inspiciatur; et hoc favore facimus liberorum. Et [14]) editionis tempus statuimus esse inspectandum exceptis his tantummodo casibus, in quibus conceptionem magis approbari, infantium conditionis utilitas expostulat. Dat. XV. Kal. April. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Authent. de incestis nuptiis. §. Dubitatum. (Nov. 12. c. 4.) — *Quod ius locum habet, et si ante hoc consortium legitimorum pater sit ex alia coniuge, a qua separatus sit legitime, vel ea mortua* [15]).

Authent. de triente et semisse. §. penult. (Nov. 18. c. 11.) — *Sed nova constitutio non permittit hoc in ancilla, nisi ei, qui sine legitimis aliis reperitur.*

Authent. ut liberti de cetero. §. Si quis autem. (Nov. 78. c. 3.) — *Nova alia constitutio hoc generaliter inducere videtur et in his, qui ex ancilla sunt, ut ex ipsa dotis inscriptione simul et libertas tribuatur et ius suorum* [16]).

Authent. quibus modis natural. effic. legitimi. §. Sed et alind. et §. Sit igitur licentia. (Nov. 74. praef. et c. 2.) — *Praeterea qui legitimam non habet prolem, sed ex huiusmodi consuetudine duntaxat naturalem, potest, ab eo precibus principi datis, legitimos sibi constituere et sine matrimonio, si mulier iam defuncta sit, vel deliquerit, vel occultetur, vel alias venire prohibeatur, vel quoquo modo matrimonium impediatur, ut sacerdotio.*

Authent. quibus modis natural. effic. legitimi. §. Si vero solummodo. (Nov. 74. c. 2.) — *Item sine legitimis decedens, in testamento scribens, velle se naturales filios fore legitimos successores, licentiam habeat, ut post mortem eius filii principi supplicent testamentum ostendentes, et principis et legis dono fiant heredes; si tamen filii voluntatem patris amplectantur. Quod generaliter observatur. Sed si alii quidem volunt legitimi fieri, alii non, volentes fiant, ceteri in iure naturali remaneant* [17]).

Authent. ut liceat matri et aviae. §. Ad hoc autem. (Nov. 117. c. 2.) — *Si quis liberos habens naturales ex muliere libera, quae uxor ei poterat esse, dicat in instrumento, sive publice sive propria manu conscripto, habente subscriptionem trium testium fide dignorum, sive in testamento, sive in gestis monumentorum, hos suos esse, nec adiecerit naturales, huiusmodi filii ei legitimi successores erunt. Et si uni ex multis filiis testimonium quodlibet ex praedictis modis praebuerit, ceteris ex eadem muliere natis ad legitima iura sufficiet.*

12. Idem A. Ioanni P. P. — Cuidam, qui iustum filium habebat, nepos accessit naturalis. Si nepotis nomen huiusmodi soboli legibus accommodandum est [18]), quaerebatur. Volebat enim tali naturali nepoti ex suo legitimo filio iam defuncto progenito totam suam substantiam relinquere, quasi sacris constitutionibus tantummodo in filiis naturalibus prohibentibus totum patrimonium, sive quantam partem voluerit, eis relinquere, et certo fine partes eorum concludentibus. Huiusmodi autem dubitatio et in alia [19]) specie [20]) ventilata est. Quid enim, si ex naturali filio nepotem habeat avus legitimum patri suo vel naturalem? In omnibus itaque talibus dubitationibus,

---

[a]) *hui. const. aliquam partem repetit* §. 2. *I. de hered. quae ab intest. III.* 1.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., vetera Cont., ed. Schf.*; consecuti *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; omnes suos in potest. *Cont.* 62.; omnes filios suos et in potest. *Hal.*; omn. filios suos in pot. *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt. Bg., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; genitoribus *ms. Bg.*; matrimoniis *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt. Bg., edd. Nbg. Hal.*; et *om. ms. Bg., edd. rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; qua *rell.* — [6]) parentibus *mss. Pl.* 1. 2. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; qui *edd.* — [8]) legem *Russ. in marg.* — [9]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; et *ms. Pl.* 2.; iam *Cont.* 66. *et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Hal.*; et *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [11]) efficiat *et postea* habeat *promiscue habent mss. ed.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; et *hic omittunt et intrudunt ante* ipsum *Russ. et rell.* — [13]) *mss.*; ferant *ed. Nbg.*; afferant *edd. rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; ut *et statim post* statuamus *Hal. et rell.* — [15]) *vel ea mortua om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., in qua loco eorum est: secus in ancilla.* — [16]) *aliis legitimis non exsistentibus add. edd. Schf. Hal. Russ. contra mss.* — [17]) *Sed si alii — remaneant om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; esset *Hal. et rell.* — [19]) *mss. Bg. Gt., vetera Cont., ed. Schf.*; dubitationis *ins. mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) in aliam — speciem *mss. Pl.* 1. 2.

bus, quum nulla legitima consequentia in huiusmodi personis custoditur, sed interventu sobolis naturalis nihil [1]) ius legitimum subesse potest, ut necessitas relinquendi aliquid eis ex legibus immineat, liceat ei [2]), quantum voluerit [3]), suae substantiae in eos conferre, scilicet nulla legitima sobole subsistente. Filiis enim naturalibus relinqui constitutiones, quantum voluerint, ideo prohibuerunt, quia vitium paternum refrenandum [4]) esse existimaverunt. In nepotibus autem non eadem observatio in praefatis speciebus custodienda est, ubi legitima soboles minime facit impedimentum. Ea enim subsistente, veterum constitutionum tenorem in naturalibus filiis statutum et in nepotes extendimus. Sed hoc in his tantummodo sancimus, in quibus [5]) voluntate aliquid consecuti sunt. Iura etenim ab intestato in avi successionem nemini eorum penitus aperimus. Et haec non solum eis accedere censemus a substantia avi paterni naturalis, sed etiam proavi vel eius cognationis, si quis [6]) saltem huiusmodi vocabulum [7]) in tam degeneres homines extendere maluerit [8]). Dat. Kal. Novembr. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. XXVIII.

[a]) DE TESTAMENTARIA TUTELA [9]).

1. Impp. Severus et Antoninus AA. Speratae [10]). — Quem dicis tibi tutorem [11]) testamento patronae datum, si administrationi se non immiscuit [12]), nulla actione tibi tenetur; neque enim iure datus tutor fuit. Quodsi administravit [13]) sponte res tuas, experiri adversus eum actione negotiorum gestorum potes. PP. Kal. August. Apro et Maximo Conss. [207.]

2. Imp. Antoninus A. Sabiniano [14]). — Etsi a patre tuo testamento iure tibi tutor datus eo tempore, quo heres exstitisti, in rebus humanis fuit, tamen codicillis alius tutor recte datus est, et uterque propter voluntatem testatoris tutor erit, nisi testamento datum pater, alium codicillis dando, reprobaverit; tunc enim posterior solus tutor erit. Dat. Id. April. duobus [15]) Aspris Conss. [213.]

3. Imp. Alexander A. Gordio [16]). — Si tutores testamento vobis dati sunt, quamquam unus vestrum suae aetatis factus sit, id est pupillarem aetatem excesserit, tutela tamen vestra ad eum non pertinet. Dat. V. Kal. Ian. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. Idem A. Felicianae [17]). — Mater testamento filiis tutores dare non potest, nisi eos heredes instituerit. Quando autem eos heredes non [18]) instituerit, solet ex voluntate defunctae datus tutor a praesidibus confirmari. Nullo vero ex his interveniente, si res pupillares qui dati sunt administraverint, protutelae actione tenentur. PP. VII. Kal. Iun. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

5. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Daphnae [19]). — Si pupillorum pater alienum servum, de quo postulas, et tutorem esse voluerit et liberum, manente tamen [20]) alio tutore pupillis [21]) dato, [22]) redimi et manumitti hunc apud praesidem [23]) et curatorem adiungi oportet. PP. III. Kal. Mart. Seculare [24]) et Donato Conss. [260.]

6. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Domnae [25]). — Si tibi pater avunculum testamento recte tutorem dedit, nec is excusatus est, eum tutelae iudicio tam de administratis, quam de neglectis, quum administrari deberent, apud competentem iudicem conveni, secundum bonam fidem tibi satisfacere iussurum. Subscr. Non. April. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

7. Idem AA. et CC. Triphenae. — Tutelae actione [26]) contra tutorem mota, quem [27]) testamento patris, in cuius [28]) fuisti potestate, datum proponis, reddi tibi, si quid debetur, competens iudex aditus iubebit. Curatorem enim [29]) inutiliter in testamento dari, non ambigitur. Dat. XVII. Kal. Mai. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

8. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. — Tutores etiam Graecis verbis licet in testamentis relinquere, ut ita tutores dati [30]) videantur, ac si legitimis verbis eos testator dedisset. Dat. prid. Id. Sept. Constantinop. [31]) Theodosio A. XVII. et Festo [32]) Conss. [439.]

Tit. XXIX.

[c]) DE CONFIRMANDO TUTORE.

1. Imp. Alexander A. Prisco. — Testamento matris tutores dati excusare se necesse non habent, nisi decreto secundum voluntatem defunctae, et quidem inquisitione habita, dati fuerint. PP. III. Non. Mart. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

2. Idem A. Valerio. — Neque per epistolam neque ex imperfecto testamento tutorem recte dari, indubitati iuris est. Sed voluntas patris in constituendis tutoribus vel curatoribus in huiusmodi casibus a iudice, ad cuius officium haec res pertinet, servari solet. Secundum quae vereri non debes, ne tempus, antequam

---

[a]) *Dig. XXVI.* 2. — [b]) *hausta ex Nov. Theod. XXIII. i. f., ex qua et manarunt l.* 21. *C. de testam. VI.* 23. *et l.* 14. *C. de testam. manumiss. VII.* 2. — [c]) *Dig. XXVI.* 3.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; nullum *edd. Schf. Hal. et rell.* — [2]) *edd. Nbg. Hal.*; eis *mss. et rell. edd.* — [3]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; voluerint *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [4]) frenandum *ms. Gt., Hal.* — [5]) qui *pro* in quibus *ms. Bg.* — [6]) quid *vel* quod *mss. mea.* — [7]) vocabulo *mss. Bg. Gt.* — [8]) maluerint *ms. Bg.* — [9]) De tut. testament. *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.* — [10]) Superatae *ms. Pl.* 1. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk.*; in *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [12]) miscuit *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; administraverit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) Fluviano, Faviano, Sabino *mss.* — [15]) *Bk.*; Duobus et *Hal. et rell.* — [16]) Cordiae, Gordiae *mss. omn.*; Georgiae *ed. Nbg.*; et aliis *add. Hal. et postea rell., sed contra mss. et ed. Nbg.* — [17]) Feliciano *mss. nonn.* — [18]) non *ab omnibus meis libr. praeter ms. Bg. defenditur, sed reiiciendum censent provocantes ad l.* 4. *D. XXVI.* 2. *Russ. in marg., cuius duo mss. illud omittunt, Cont. in marg., a cuius uno cod. abest, in altero postea additum, Cuiac. ad §.* 5. *Inst. I.* 13. *A ms. Bg. vv.* Quando — non instituerit *abfuerunt, sed a seriore manu in marg. adscripta leguntur.* — [19]) Daphno, Damno, Dampno *mss.* — [20]) ante tamen *ms. Pl.* 2., *Hal.*; *profecto in ms. Pl.* 1. *etiam* tamen manente *recentioris sunt correctoris.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; ante *hic add. edd. Nbg. Russ. et rell.*; *v. not. praeced.* — [22]) *mss. mea et ms. Gt.*; et *praemitt. edd.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; provinciae *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) II. *add. Bk.* — [25]) Dominae *mss. plerique.* — [26]) Tutela *omisso* actione *ms. Pl.* 1., *cuius verbi omission. et testantur Russ. Cont. in marg.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk.*; in *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [28]) cum in eius *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [29]) autem *Hal.* — [30]) dari *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Cont.* 62. — [31]) *Nov. Theod.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [32]) A. XIV. et Maximo *Hal. Russ. Cont.* 62. *contra Nov. Theod.*

antequam confirmareris, [1]) cesserit. PP. VIII. Id. August. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

3. Idem A. Sossiano [2]). — Si (ut proponis) pupillo, cuius meministi, pater inutiliter testamento tutores dedit, et prinsquam hi confirmarentur, alii ab eo, cuius interest [3]), dati sunt, id quidem, quod iure gestum est, revocari non potest. An autem qui iudicium patris habent curatores eidem pupillo constituti debeant, aditus competens iudex, perspectis [4]) utilitatibus eius, aestimabit. PP. III. Id. April. Modesto et Probo Conss. [228.]

4. [a]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Naturalibus liberis providentes damus licentiam patribus eorum in his rebus, quas quocunque modo eis dederint vel dereliquerint, scilicet intra praefinitum nostris legibus modum, etiam [5]) tutorem eis relinquere, qui debet apud competentem iudicem confirmari [6]), et ita res gerere pupillares. Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oresta Conss. [530.]

Tit. XXX.

[b]) DE LEGITIMA TUTELA.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [7]) Firminae. — Ad avunculos nec masculorum tutelae ex lege duodecim tabularum deferuntur, quum solummodo [8]) patruis, si se non excusaverint, id ius tributum sit. PP. VIII. Kal. Iun. ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

Authent. de heredibus ab intest. §. Ex his. (Nov. 118. c. 5.) — *Sicut hereditas, agnatione non inspecta, proximis defertur, sic et tutelae onus comitatur emolumentum* [9]), *si masculi et perfectae sint aetatis, et nulla lege prohibeantur suscipere* [10]). *Quodsi plures sint* [11]) *eiusdem gradus, et ad tutelam vocantur, iubemus, communiter apud iudicem convenientibus, unum vel plures eligi, et eum vel eos administrare, ut* [12]) *magis idoneo vel idoneis committatur tutela, periculo tutelae omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur, et substantiis eorum minoribus tacite subiacentibus pro huiusmodi gubernatione.*

2. Iidem AA. et CC. Asclepiodoto. — Ad agnatos pupilli iure legitimo sollicitudinem tutelae pertinere, nisi capitis deminutionem sustinuerint, manifestissimum est. S. III. Non. April. AA. Conss. [293—304.]

3. Imp. Leo A. [13]) Erythrio P. P. — Constitutione divae memoriae Constantini, lege Claudia sublata, pro antiqui iuris auctoritate, salvo manente agnationis iure, tam consanguineus, id est frater, quam patruus ceterique legitimi ad pupillarem [14]) feminarum tutelam vocantur. Dat. Kal. Iul. Marciano et Zenone Conss. [469.]

4. Imp. Anastasius A. Polycarpo P. P. — Fratrem emancipatum [15]), qui in germani sui vel sororis successione omnes inferiores seu prolixiores gradus [16]) non tantum cognatorum sed etiam agnatorum antecedere a nobis pro nostra dispositione iussus est, etiam ad legitimam fratrum et sororum nec non liberorum fratrum tutelam, quasi minime patris potestate per ius emancipationis relaxatus, si non alia iuri cognita excusatione munitus sit, vocari, nec sub praetextu capitis deminutionis alienum [17]) huiusmodi onere [18]) semet [19]) esse contendere, sancimus. Dat. Kal. April. Ioanne et Paulino Conss. [498.]

5. [c]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Nemo neque frater neque alius legitimus in tutelam sive ingenui sive liberti vocetur, antequam quintum et vicesimum suae aetatis annum impleat. Immineat enim ei [20]) pro sua tantummodo administratione periculum, nec [21]) alieno onere alius praegravetur. Sic etenim et pupillis et adultis competens gubernatio inducitur [22]), et naturalis ordo per omnia conservabitur. Cui [23]) enim ferendum est, eundem esse tutorem, et sub tutela constitui, et iterum eundem esse [24]) curatorem [25]), et sub cura agere? Haec certe et nominum et rerum foeda confusio est. Discretis itaque omnibus, vel dativi vel legitimi fiant tutores vel curatores [26]) hi, qui talis aetatis sunt, cui suarum rerum administratio committitur, quorumque res possunt plenissimo iure hypothecarum teneri. Omnibus, quae de successionibus tam ingenuorum quam libertorum prioribus legibus disposita sunt, in suo robore duraturis, nec aliquam imminutionem ex praesentis legis sanctione accepturis, maxime in libertorum successionibus, ne videantur ex eo, quod ad tutelae gravamen non veniunt, et [27]) successionis emolumentum amittere Recitata Septimo [28]) in novo consistorio Palatii Iustiniani. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. [529.]

Tit. XXXI.

[d]) QUI PETANT TUTORES VEL CURATORES.

1. Imp. Antoninus A. Chrysanthae. — Admone adolescentem, adversus quem consistere vis, ut curatores sibi dari postulet, cum quibus secundum iuris formam consistas [29]). Qui si in petendis his cessabit, potes tu competentem iudicem adire, ut in dandis curatoribus officio suo fungatur. PP. II. Non. Februar. Messala et Sabino Conss. [214.]

2.

---

[a]) *haec const. probabiliter hausta est ex ampliore, ex qua et descendit l. 3. C. quando mul. tut. V. 35.* — [b]) *Dig. XXVI. 4.* — [c]) *Bas. XXXVII. 4. 5. (T. IV. p. 829.)* — [d]) *Dig. XXVI. 6.*

[1]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.*; tibi *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [2]) P. P. *add. Hal. et postea rell. contra mss. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., ed. Nbg.* — [3]) cuius iurisdictio est *Russ. in marg.*, *sed contra omnia mss. Cont. et mea; videtur ea lectio oriunda ex glossa Accurs. ad h. l.* — [4]) prospectis *mss. mea, edd. Nbg. Schf. Hal.* — [5]) *mss. mea, ed. Schf.*; et *rell.* — [6]) se confirmare *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.* — [7]) et CC. *ins. mss. Vat. Pl. 1., Cont. 62.* — [8]) solum *mss. Pl. 1. Gt.*; solis *mss. Pl. 2. Bg., Cont. 62.* — [9]) *hic finit auth. in mss. Pl. 1. 2.* — [10]) *et nulla—suscip. om. ms. Bg., ed. Schf.* — [11]) *sint et statim post et om. ed. Nbg.* — [12]) *et ad tutelam—administrare, ut absunt a ms. Bg., ed. Schf.* — [13]) *constitutiones eiusd. diei l. 16. C. I. 4., l. 13. C. I. 18., l. 42. C. II. 4., l. 5. C. V. 1., l. 8. C. V. 6., l. 11. C. VIII. 17., omnes praeter ult. in inscr. habent* Impp. Leo et Anthemius AA. — [14]) pupillarum *mss. Pl. 2. Gt., ed. Schf.* — [15]) *ms. Pl. 2., ms. Pl. 1. ante correct.*; Frater emancipatus *ms. Bg., edd.* — [16]) gradu *edd. Nbg. Hal.* — [17]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Nbg. Hal.*; ab *ins. Russ. et rell.* — [18]) honore *mss. Pl. 1. 2.* — [19]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; semetipsum *edd. Schf. Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pl. 1. Bg., omnia mss. Russ., edd. Schf. Hal.*; et *ms. Pl. 2.*; cuique *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [21]) *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; ne *rell.* — [22]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; inducetur *Russ. et rell.* — [23]) Qui *Russ. in marg.* — [24]) esse *om. mss. Pl. 1. Gt., ed Schf.* — [25]) tutorem *ed. Nbg.*; *ab Hal. absunt vv. et* sub tutela—curator., *atque ms. Pl. 1. habet vestigia multorum verborum hic serius intrusorum; cfr. §. 13. Inst. I. 25.* — [26]) vel curatores *om. edd. Nbg. Hal.* — [27]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; et *om. rell.* — [28]) *Cuiac. Obss. XX. 3.*; septies *Hal. et rell.* — [29]) consistat *var. l. gl.*

2. Idem A. Epaphrodito. — Patroni tui [1]) filii si eius aetatis sunt, ut res eorum per tutores administrari debeant, cura adire praetorem et nomina edere, ex quibus tutores constituantur, ne, si cessaveris, obsequii deserti periculum subeas. PP. III. Non. Iul. Messala et Sabino Conss. [214.]

3. Idem A. Atalantae. — In locum tutoris defuncti vel in perpetuum relegati alium dari tutorem filiis tuis idoneum ex eadem provincia, a iudice competente postula, qui secundum officium suum utilitatibus eorum providebit. PP. IV. Id. Iul. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

4. Idem A. Domnino [2]). — Si filiis debitoris tui non sunt necessarii, qui tutores petant, potes et [3]) ipse curare, ut accipiant, per quos legitime defendantur. PP. III. [4]) Id. Iul. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

5. Imp. Alexander A. Fuscianae [5]). — Amita tutores petere filiis fratris sui non prohibetur. PP. V. Kal. Iul. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

6. Idem A. Otaciliae [6]). — Matris pietas instruere [7]) te potest, quos tutores filio tuo petere debes, sed et observare, ne quid secus [8]), quam oportet, in re filii [9]) pupilli agatur. Petendi autem filiis curatores necessitas matribus imposita non est, quum puberes minores anno vicesimo quinto [10]) ipsi sibi curatores, si res eorum exigit, petere debeant. PP. X. Kal. Octob. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

7. Imp. Gordianus A. Dionysio. — Admone eam, quae quondam pupilla tua fuit, quum eam non tantum viri potentem [11]), sed etiam nupsisse proponas, ut sibi petat curatorem. Quodsi ea [12]) petere neglexerit, quo maturius possis rationes [13]) reddere [14]) administrationis, adito eo, cuius super ea re notio est, petere curatorem non vetaberis. PP. VI. Id. Ianuar. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

8. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Musico. — Quum a matribus sedulum petendi tutoris officium exigatur, non [15]) fortuiti [16]) casus impedimentis adscribantur [17]), proponasque, procuratorem, qui ad petendum pupillo tutorem a matre fuerat constitutus, a latronibus interfectum petitionemque ex necessitate demoratam [18]) esse, ab hereditatis successione matrem repelli, cuius nullum vitium intercessisse asseris, perquam durum est. PP. V. Id. Mart. Tiberiano et Dione Conss. [291.]

9. Iidem AA. et CC. [19]) Asclepiodoto [20]). — Quum iure habenti tutorem tutor dari non possit, intelligis, matrem non officium pietatis in petendo [21]) tutorem deseruisse [22]), sed iure munitam merito filio suo tutorem non postulare. S. III. Non. April. Byzantii, AA. Conss. [293—304.]

10. Iidem AA. et CC. Prisco. — Nepotibus fratris tui, si eorum mater in petendis tutoribus debito non fungatur officio, petere tutores solemniter potes. S. prid. Kal. Mai. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

11. Imp. Zeno A. Dioscoro P. P. — Matres naturalibus etiam filiis ad similitudinem eorum, qui ex iustis ac legitimis nuptiis sunt procreati, petendorum tutorum necessitati [23]) subiaceant, nulla eis ignorantia iuris ad evitanda legibus vel sacris constitutionibus definita, si petitionem tutorum minus curaverint, profutura. Dat. Kal. Septemb. [24]) Constantinop. Zenone A. III. Cons. [479.] [25])

Tit. XXXII.

[a]) UBI PETANTUR TUTORES VEL CURATORES

1. Imp. Antoninus A. Aristobulae [26]). — Magistratus eius civitatis, unde filii tui originem per conditionem patris ducunt, vel ubi eorum sunt facultates, tutores vel curatores his quam primum secundum formam perpetuam dare curabunt. Quodsi filii tui neque possident quidquam in provincia, ubi morantur, neque inde originem ducunt, restituti apud patriam suam et ubi patrimonium habent morabuntur, ut [27]) ibi defensores legitimos sortiantur [28]). PP. Kal. Octob. [29]) Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

Tit. XXXIII.

[b]) DE TUTORIBUS VEL CURATORIBUS ILLUSTRIUM VEL CLARISSIMARUM PERSONARUM.

1. [c]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Proculo P. U. [30]). — Illustris [31]) praefectus urbi [32]) adhibitis decem viris e numero senatus amplissimi et praetore clarissimo vino, qui tutelaribus cognitionibus praesidet, tutores curatoresve ex quolibet ordine idoneos faciat retentari [33]). Et sane id libero indicio expertesque damni constituent indicantes. Et si [34]) regendis pupillaribus substantiis [35]) singuli creandorum pares esse non possunt, plures ad hoc secundum veteres leges

---

[a]) *Dig. XXVI.* 6. — [b]) *Dig. XXVI.* 5. — [c]) *l.* 3. *Th. C. de tutor. et curat. III.* 17.

[1]) tui *om. Hal.* — [2]) Domino, Domnio *mss. pleraque.* — [3]) et *om. mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.* — [4]) IIII. *ms. Pist., quod reliquum diem firmat, sed conss. non habet.* — [5]) Fuscanae, Suscipianae *mss. nonn.* — [6]) Otaliciae, Otalicae, Oratiae *mss.* — [7]) instituere *ms. Pl.* 1. — [8]) secius *Hal. Russ. Cont. in not.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; tui *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. *Gt., Hal.*; annorum XXV. *ms. Bg., ed. Nbg.*; annis viginti quinque *ed. Schf., Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; esse *ins. Russ. et rell.* — [12]) eum *edd. Nbg. Hal.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Bk.*; rationem *rell.* — [14]) edere *ms. Bg.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; nec *Hal. et rell.* — [16]) fortuitus *ms. Bg.* — [17]) adscribatur *ed. Schf.*; *fortasse hoc rectum, et antea legendum:* fortuiti casus impedimenti, *ut casus sit nominativus*; adscribuntur *ms. Pl.* 1. — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; petitionem ex necess. demoratum *Hal. et rell.* — [19]) *ms. Vat., Hal.*; et CC. *om. rell.* — [20]) Asclepiodotae *mss. nonn.* — [21]) *Hal. scribit* inpetendo, *fortasse vim negativam tribuens* τῷ in. — [22]) neglexisse *Hal. Russ., sed contra omnia mss. Russ.* — [23]) necessitatibus *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.* — [24]) *diem firmat ms. Pist., a quo rell. absunt.* — [25]) *Relandus in Fastis p.* 655., *cui favet ms. Veron.*; Zenone A. II., *ut sit a.* 475., *rell.* — [26]) Aristobolae *mss. pleraque.* — [27]) ut *et postea* sortiantur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., Hal. Cont.* 62.; et—sortiantur *ed. Schf.*; et—sortientur *Russ. et rell.* — [28]) ut ibi def. leg. sortiantur *om. ed. Nbg.* — [29]) *diem firmat ms. Pist., a quo conss. absunt.* — [30]) P. P. *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.* — [31]) *mss. Pl.* 2. *Gt., ms. Pl.* 1. *ante correct., Theod. C., Cuiac. in Paratitl. ad h. t.*; Illustribus *ms. Bg., edd. omnes, quae lectio improbanda, quia valde probabile est, eam ex rubrica tit. esse oriundam, ut argumentum const. conveniret rubricae, quia nec quadrare videtur ad hunc tit., in quo haec const. de tutoribus clarissimorum, secunda autem de tutor. illustrium tractat, quia l.* 2. §. 4. *C. V.* 35. *lectionem* Illustris *firmiter tuetur.* — [32]) urbis *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf., Theod. C.* — [33]) praesentari *var. l. gl.*; repraesentari, curari *Russ. Cont. in marg.*; praestari *coniicit Russ.*; reserari *ms. Bg.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal. Russ. Cont.* 62.; in *ins. edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [35]) censibus *Theod. C.*

leges conveniet [1]) advocari, ut, quem coetus ille administrandis negotiis pupillorum dignissimum indicabit [2]), sola sententia obtineat praefecturae, super cuius nomine, solemnitate servata, postea per praetorem interponatur decretum [3]). Itaque hoc modo remoti a metu, qui consilio adfuerint, permanebunt, et parvulis adultisque clarissimis [4]) iusta defensio sub hac prudentium deliberatione proveniet [5]). §. 1. Quod tamen circa eorum personas censuisse nos palam est, quibus sane [6]) neque testamentarii defensores, neque legitimi vita, aetate, facultatibus suppetunt. Nam ubi forte huiusmodi homines offeruntur, si nihil ad defensionem suis [7]) privilegiis comparabunt, ut teneri possint, iure praescribimus. §. 2. Ceterum alia, quae in causis minorum antiquis legibus cauta sunt, manere intemerata decernimus. §. 3. In provinciis autem curiales in nominandis tutoribus et curatoribus clarissimarum personarum exhibeant debitam cautionem, et discriminis sui memores cognoscant, indemnitati minorum obnoxias etiam suas deinceps esse facultates. Dat. III. [8]) Kal. Ianuar. Mediolani, Timasio et Promoto Conss. [389.]

2. Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. [9]) Aureliano P. U. [10]). — Generali lege prospectum est, ne qui ad illustrium senatorum tutelam curialibus occupati necessitatibus vocarentur [11]). Dat. VIII. Kal. August. Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [393.]

Tit. XXXIV.

[a]) QUI DARE TUTORES VEL CURATORES [12]) ET QUI DARI [13]) NON POSSUNT [14]).

1. Imp. Alexander A. Amphibulo [15]). — Quum tibi in ea aetate constituto, ut, si de statu tuo constaret, per tutores sive curatores negotia tua administrari deberent, libertatis controversiam fieri alleges, non [16]) oportuit impediri, quo magis [17]) liberali causa ordinata, quia interim pro libero haberis [18]), curator tibi daretur, [19]) per quem defendi causa tua potest. PP. Kal. Novemb. Alexandro A. Cons. [222.]

2. Idem A. Artemisiae. — Maritus, etsi rebus uxoris suae debeat [20]) affectionem, tamen curator ei creari non potest. PP. Kal. Iul. Fusco II. et Dextro Conss. [225.]

3. Imp. Philippus A. Dolenti. — Luminibus captum curatorem haberi [21]) debere, falso tibi persuasum est. PP. XIII. [22]) Kal. August. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

4. [b]) Idem A. Emerito. — Militiae armatae muneribus occupatus, neque si legitimus sit, neque si ex testamento datus fuerit, nec alio modo, etsi volunerit [23]), tutor vel curator fieri potest; sed si errore ductus res administraverit, negotiorum gestorum actione convenitur. PP. X. Kal. August. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

5. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [24]) Aemilianae [25]). — Neque a praeside alterius provinciae, neque a magistratibus municipalibus tutorem ortum ex alia civitate, nec domicilium, ubi nominatur, habentem iure dari posse ab eo, cuius iurisdictioni subiectus non est, certissimi iuris est. Neque cessatio iniuncti perperam officii ad periculum eius pertinet. S. XII. Kal. Mai. AA. Conss. [293—304.]

6. Iidem AA. et CC. [26]) Leontio. — Quod dicis, matrem filiis tutores nolle petere, super hac re adi praesidem provinciae, qui [27]), si eam neglexisse perspexerit [28]), etiam ipse magistratus dare tutores, vel nomina mittere, ut ab ipso decreto tribui possint, iubere non prohibetur [29]). PP. II. [30]) Kal. Mai. AA. Conss. [293—304.]

7. [c]) Iidem AA. et CC. Rufo. — In servili conditione constitutum tutorem vel curatorem a praeside dari non posse, nullam habet iuris dubitationem. S. [31]) II. Non. Iul. Philippopoli, AA. Conss. [293—304.]

8. Iidem AA. et CC. Ruelpisto. — Creditorem debitoribus tutorem datum non tantum petitionem non amittere, sed etiam ipsum sibi posse solvere, non ambigitur. PP. V. Non. Iun. Caess. Conss. [294—305.]

Authent. ut hi, qui obligatas se habere perhib.

§. Sed et si quis sqq. (Nov. 72. c. 2—5.) — *Minoris debitor vel is, cui minor tenetur, aut qui minoris res tenet* [32]), *a curatione prohibetur. Nam et ante curator, si minoris creditor efficiatur, non sine adiuncto curatore administrabit. Hoc autem ab initio vel probet vel iuret, se credere minorem obligatum vel res eius habere. Nam si taceat, actionis* [33]) *sustinebit iacturam. Item si debitor taceat, nec redhibitione nec alia tempore curationis solutione iuvabitur. Sed si actionis cessionem adversus minorem suscipiat, nec post curam quidem depositam ea permittitur uti, nec is, qui cesserit, agere debet, quum in legem commiserit, licet* [34]) *cessio pro iustis causis facta sit, sed minor lucrabitur. His valentibus in omni cura prodigorum forte, aut furiosorum, aut dementium, et omnium, quas introducunt leges* [35]).

9.

---

[a]) *Dig. XXVI. 5.* — [b]) *Bas. XXXVII. 5. 4.* (*T. IV. p.* 830.) — [c]) *Bas. XXXVII. 5. 7.*

[1]) convenit *mss. Pl. 1. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [2]) iudicavit *Hal. Russ. Cont.* 62.; iudicarit *Theod. C., Bk.* — [3]) super cui. nom. — decretum *absunt a Theod. C.* — [4]) clarissimis *abest a Theod. C.* — [5]) *Theod. C., Bk.*; perveniet *mss. et rell. edd.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; sane *om. Cont.* 66. *et rell. et Theod. C.* — [7]) sui *Theod. C.* — [8]) VI. *Theod. C.* — [9]) Iid. AAA. *mss. Vat. Pl.* 1., *similiter mss. Cas. Bg., sed alios fuisse ac in inscr. leg. anteced. imperatores, ostendit ms. Pl.* 2., *qui recte restituti sunt a Bk.*; Imppp. Valent. Theod. et Arcad. AAA. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [10]) P. P. *ed. Nbg.*; *dignitas abest a mss. Cas. Pl. 1. Bg.*; *cfr. Gothofr. ad l.* 131. *Th. C. XII.* 1. — [11]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; vocentur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) possunt, *quod hic ins. edd. Nbg. Hal. et postea rell. praeter Bk., abest a mss. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt.* — [13]) et qui dari *om. ed. Schf.* — [14]) dari possunt *mss. Vat. Gt.*; dari possunt vel non *ms. Bg., ed. Nbg.*; possunt vel non *ed. Schf.* — [15]) Ambibulo *mss. pleraque*; Bibulae *ms. Pl.* 1. — [16]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont.* 62.; ideo *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) minus *Russ. in marg. ex duobus mss.* — [18]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., Hal.*; habebaris *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [19]) vel *ins. ms. Bg.* — [20]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf.*; debet *Hal. et rell.* — [21]) habere *mss. Pl. 1. 2.*; *sed cfr. Enarratio Fabroti ad Cuiac. Paratitla Cod. h. t.* — [22]) VI. *ms. Pist.*, *quod reliquum diem probat, sed om. conss.* — [23]) nec alio modo etsi vol. *absunt a ms. Pl. 1.* — [24]) et CC. *om. mss. Pist. Pl. 1. Bg.* — [25]) Aelianae *mss. pleraque*; Alienae *al.* — [26]) et CC. *om. mss. Pist. Cas. Pl. 1. Bg.* — [27]) cum *mss. Pl. 2. Gt., Hal.*; qui cum *ms. Pl. 1.* — [28]) prospexerit *mss. Pl. 2. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [29]) prohibeatur *mss. Pl. 1. 2. Gt., Hal.* — [30]) prid. *ms. Pist., quod reliquum diem firmat, sed omittit Conss.* — [31]) 8. D. *ms. Pist., quod firmat diem, sed om. rell.* — [32]) *aut res minores omissis qui et tenet mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.* — [33]) *accusationis edd. Schf. Hal. Russ.* — [34]) *a vbo licet reliqua auth. om. in mss. Pl. 1. Bg., ed. Schf.* — [35]) *omnium, quibus rerum administrationem interdicunt leges Hal. Russ.*; *sed vide Nov.* 72. *c. 5. i. f.*

9. Iidem AA. et CC. Maximiano. — Si sororis tuae filiis, tutore legitimo patruo constituto, nec ullo excusato privilegio, tutor datus es, quum habenti tutorem alium dari iura prohibeant, necessitatem administrationis ad eum pertinere, nec te datione teneri, non ambigitur. S. III. Kal. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

10. Iidem AA. et CC. Florentino [1]). — Curatorem [2]) habenti neque adiungi, nisi causa cognita, neque in locum eius alium substitui, nisi ante priore remoto, ambigui iuris non est; teque [3]) abfuturum damni [4]), quod medio tempore negotiis pupillaribus contigit, esse succedaneum, quum actorem periculo tuo constituere debueras, nec iure magistratum in absentiam tuam [5]) alium creasse, certum est. PP. III. Kal. April. Caess. Conss. [294—305.]

11. [a]) Imp. Constantinus A. et Constantinus [6]) C. ad Bassum P. U. [7]). — In universis litibus placet non prius puberem iustam habere personam, nisi interposito decreto aut administrandi patrimonii gratia, aut in [8]) litem fuerit curator datus, ut iuxta praecedentia nostrae pietatis [9]) statuta legitime initiatae litis agitata in iudiciis controversia finiatur [10]). Dat. III. [11]) Id. Octob. Aquileiae, Constantino A. V. [12]) et Licinio Caes. [13]) Conss. [319.]

12. Imppp. Gratianus, Valentinianus [14]) et Theodosius AAA. Eutropio P. P. [15]). — Curator adolescenti ordinatus post inchoatam litem non potest sub praetextu specialis curatoris a se nominati aut litem contestatam deserere aut ab administratione se subtrahere. Dat. IV. Kal. Octob. Constantinop. Eucherio et Syagrio Conss. [381.]

13. Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio [16]) P. U. [17]). — Ne magistratuum ulterius procedat licentia, plenius designamus, ne patrimonialem colonum sive alium, qui privilegio ab hac nuncupatione defenditur, tutelae muneris adstringat officium. Dat. . . . . Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

Tit. XXXV.

QUANDO MULIER TUTELAE OFFICIO FUNGI POTEST.

1. [b]) Imp. Alexander A. Otaziliae [18]). — Tutelam administrare virile [19]) munus est, et ultra sexum femineae infirmitatis [20]) tale officium est. PP. X. Kal. Octob. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

2. [c]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano P. P. — Matres, quae amissis viris tutelam administrandorum negotiorum in liberos postulant, priusquam confirmatio officii talis in eas iure eveniat [21]), fateantur actis sacramento praestito [22]), ad alias se nuptias non venire. §. 1. Sane in optione huiuscemodi nulla cogetur [23]), sed libera in conditiones, quas praestitutimus, voluntate descendat; nam si malunt alia optare matrimonia, tutelas filiorum [24]) administrare non debent. §. 2. Sed ne sit facilis in eas post tutelam iure susceptam irruptio, bona eius primitus, qui tutelam gerentis affectaverit nuptias, in obligationem venire, et teneri obnoxia rationibus parvulorum praecipimus, ne quid incuria [25]), ne quid fraude depereat. §. 3. His illud adiungimus, ut mulier, si aetate maior est, tunc demum petendae tutelae ius habeat, quum tutor [26]) testamentarius vel [27]) legitimus defuerit, vel privilegio a tutela excusetur, vel suspecti genere summoveatur, vel ne suis quidem per [28]) animi aut corporis valetudinem administrandis facultatibus idoneus inveniatur. §. 4. Quodsi feminae tutelas refugerint et praeoptaverint nuptias [29]), tunc demum vir illustris praefectus urbi, adscito [30]) praetore, qui impertiendis tutoribus praesidet, sive iudices, qui in provinciis iura restituunt, de alio ordine per inquisitionem dari minoribus defensores iubebunt. Dat. XII. Kal. Februar. Mediolani [31]), Valentiniano A. IV. et Neoterio Conss. [390.]

Authent. de heredibus ab intest. §. Ex his. (Nov. 118. c. 5.) — *Matri et aviae secundum ordinem tutelam etiam ante agnatos subire permittimus, si inter gesta nuptiis aliis et Senatusconsulti Velleiani auxilio renuntiaverit, solis testamentariis tutoribus eas praecedentibus, legitimis* [32]) *et dativis postpositis. Defuncti namque voluntatem praeponi volumus. Praeter has autem aliis mulieribus interdicimus officium tutelae subire* [33]).

Authent. ut sine prohibitione matres debitrices. §. Propterea igitur. (Nov. 94. c. 2.) — *Sacramentum quidem non exigitur, sed contractis* [34]) *nuptiis expelli eam a tutela convenit; salva minoribus omni alia, prout iuris est, cautela* [35]).

Authent.

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de tutor. et curator. III.* 17. — [b]) *Bas. XXXVIII.* 1. 46. (*T. V. p.* 17.) *Sch. a.* (*T. V. p.* 47.) *Videtur hoc rescr. manasse ex ampliore, ex quo et venit l.* 6. *C. qui petant tut. V.* 31. — [c]) *l.* 4. *Th. C. de tutor. et curator. III.* 17.; *Ivo Pannorm. L. VI. f.* 129.

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; militi *add. edd. Nbg. Hal. et rell.*, *sed a Russ. et Bk. cancellis inclusum*, *et a Cuiac. Obss. XVII.* 6. *addi vetitum.* — [2]) Tutorem *var. l. gl.*, *quam probant Cuiac. Obss. XVII.* 6. *et Russ. in marg.*, *sed contra omnia mea mss. et vetera Contii.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; neque *ms. Bg.*; te quoque *Hal. et rell.* — [4]) ad futurum damnum *ed. Schf.*; affuturum damni *ed. Nbg.*; futuri damni *Cont. in marg.*; affecturum damnum *al.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; in absentia tua *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) Constantius *mss. Cas. Bg.*, *ed. Nbg.*; *nomen Caesaris om. Theod. C.*, *de quo supplendo v. Haenel. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [7]) *ita recte mss. mea et edd. Cod.*; P. P. *Theod. C.*, *sed v. Haenel. loc. cit.* — [8]) ad *Theod. C.* — [9]) provisionis *Theod. C.* — [10]) agitatae in iud. controversiae finiantur *Theod. C.* — [11]) IV. *Theod. C.* — [12]) *Cont.* 62. *Sp. Bk.*, *Theod. C.*; V. *om. rell.* — [13]) *Bk.*, *Theod. C.*; Caes. *om. rell.* — [14]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; Valent. Gratian. *edd. rell.* — [15]) *mss. Pist. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; P. P. *om. ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [16]) Menaxio, Menasio, Menario *mss. pleraque.* — [17]) P. P. *ms. Bg.*, *ed. Nbg.* — [18]) *nomen in mss. pervarie scriptum*, *v. inscr. leg.* 6. *C. V.* 31. — [19]) civile *legisse videntur conditores Basilicor.* (διοικεῖν τὴν ἐπιτροπὴν νόμου ἐστί); *sed cfr. Schol. ad Bas. VIII.* 1. 1. *et* 43. — [20]) sexus feminei infirmitatem *ms. Bg. ex emend.* — [21]) conveniat *ed. Schf.*; veniat *Theod. C.* — [22]) sacram. praest. *om. Theod. C.* — [23]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; cogitur *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*, *Theod. C.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; tutelam *om.* filiorum *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [25]) incuriose *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel *ins. rell.* — [27]) testamentarius vel *om. Theod. C.* — [28]) per *et post* valetudinem *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *Theod. C.*; pro *et post* valetudine *edd.* — [29]) neque quisquam legitimus ad pares possit causas vocari *ins. Theod. C.* — [30]) *Theod. C.*, *Bk.*; acscito *ms. Bg.*; accito (acito) *rell.* — [31]) Mediolano *Theod. C. ed. Haenel.* — [32]) *a vbo* legitimis *ad finem omnia absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [33]) *Defuncti—subire absunt ab ed. Schf.*; *v. not. anteced.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal. Russ.*; *secundis ins. rell.* — [35]) *tutela mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *var. l. gl.*

Authent. cit. §. Quia vero matribus. (Nov. 94. c. 1.) — *Ad haec etsi debitum inter ipsam et filios quoquo modo vertitur, tutela materna non ideo minus admittitur, debito in sua natura durante. Potest etiam mater naturalium filiorum tutelam agere, omnia agens, quaecunque in legitimis definita sunt filiis* [1]).

3. [a]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Si pater secundum nostram constitutionem naturalibus liberis in his rebus, quae ab eo in eos profectae sunt, tutorem non reliquerit, mater autem voluerit eorum, sive masculi sint sive feminae, subire tutelam, ad exemplum legitimae sobolis liceat ei hoc facere, quatenus actis sub competente iudice intervenientibus iuramentum antea praestet, quod ad nuptias non perveniat, sed pudicitiam suam intactam conservet, et renuntiet senatusconsulti Velleiani praesidio omnique alio legitimo auxilio, suamque substantiam supponat. Et ita filiorum suorum vel filiarum naturalium tutricem eam [2]) exsistere sancimus; omnibus, quae pro matribus [3]) et liberis earum [4]) ex legitimo matrimonio progenitis divalibus constitutionibus cauta sunt, in huiusmodi matribus observandis. Si enim in filiis iustis, in quibus et testamentariae et legitimae sunt tutelae, [5]) tamen matribus (his deficientibus) ad providentiam filiorum suorum venire conceditur, multo magis in huiusmodi [6]) casibus, ubi legitima tutela evanescit, saltem alias eis dare humanissimum est. Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. XXXVI.

[b]) IN QUIBUS CASIBUS [7]) TUTOREM [8]) HABENTI TUTOR VEL CURATOR DARI POTEST.

1. [c]) Imp. Antoninus A. Tiberiano et Rufo. — Si in locum eius tutoris ad tempus dati estis, qui reipublicae causa aberat, isque iam finito munere, quod ei iniunctum est, abesse desiit, quin ad eius officium curamque pertineant negotia pupillae, ambigere non debetis. Sed consultius feceritis, si praesidem provinciae virum clarissimum adieritis, ut is ad administrationem tutelae compellatur. PP. VIII. Kal. August. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [214.]

2. [d]) Imp. Alexander A. Valentiniano. — Potuit quidem et debuit competens iudex in locum excusati tutoris [9]), licet pupillus alios quoscunque [10]) haberet tutores [11]), [curatorem [12])] dare. Quamvis autem curator cum aliis in locum eius [13]) substitutus sis, tamen periculo administrationis ultra pubertatis tempora non adstringeris. PP. V. Id. Iun. Modesto et Probo Conss. [228.]

3. [e]) Idem A. Hylae. — Propter late diffusum, id est [14]) in diversis locis constitutum patrimonium, vel quod solus administrationi non sufficias, an tibi tutelam administranti adiungi aliquos curatores oporteat, praeses provinciae, si te non sufficientem deprehenderit, aestimabit. PP. VIII. Id. Decemb. Pompeiano et Peligno [15]) Conss. [231.]

4. [f]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Euploio [16]). — Licet tutorem habenti tutor dari non potest, tamen certis ex causis alius idoneus substitui sententia competentis iudicis solet [17]) in locum suspecti, qui convictus ac remotus est, et in locum excusati vel defuncti vel relegati [18]) tutoris. PP. Id. Mart. Seculare II. et Donato Conss. [260.]

5. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Zenoni. — Quum ob augmentum facultatum curatores adiungi solent [19]), non prius dati tutores ab administratione eorum liberantur. Sane si is, qui administravit, tempore finitae tutelae fuit solvendo, secuti temporis periculum ad te pertinere non potuisse, manifestum est. Dat. III. Kal. April. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XXXVII.

[h]) DE ADMINISTRATIONE TUTORUM ET [20]) CURATORUM ET DE [21]) PECUNIA PUPILLARI [22]) FOENERANDA VEL DEPONENDA.

[i]) Authent. ut hi qui obligatas se hab. §. Quoniam. (Nov. 72. c. 6. 7. 8.) — *Novissime cautum est, a curatore pecuniam pupillarem non esse foenerandam. Quod si fecerit, mutui subiacebit periculo nisi mobilis sit eius substantia, cuius cura administratur (tunc enim curator illud solum mutuare cogatur, quod ad dispensationem sufficiet adolescenti* [23]) *eiusque rebus, quod vero plus est, caute recondatur), vel nisi ex necessitate hoc fecerit, veluti propter expensas in pupillum faciendas* [24]).

1.

---

[a]) *cfr. not. a. ad l.* 4. *C. de confirm. tut. V.* 29. — [b]) *Dig. XXVI.* 5. — [c]) *Bas. XXXVIII.* 1. 47. — *Sch. b. c.* — [d]) *Bas. XXXVIII.* 1. 48. (*T. V. p.* 18.) — *Sch. d. e.* (*T. V. p.* 48.) — [e]) *geminatur in l.* 11. *C. de excusat. tut. V.* 62.; *Bas. XXXVIII.* 1. 49. (*T. V. p.* 18.) — *Sch. f—h.* (*T. V. p.* 48.) — [f]) *Bas. XXXVIII.* 1. 50. — *Sch. i.; fortasse iungenda cum l.* 2. *C. de tut. vel curat. V.* 42. — [g]) *Bas. XXXVIII.* 1. 50. — *Sch. k.* (*T. V. p.* 49.) — [h]) *Dig. XXVI.* 7. — [i]) *secundum glossam hic vera est sedes huius auth., quam alii habent ad l.* 13. *vel* 22. *vel in fine hui. tit., vel in tit.* de usuris pupillar.

[1]) *Potest—filiis absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [2]) eam *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [3]) patribus *Russ. in marg.* — [4]) eorum *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [5]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; et *ins. ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; in his (iis) *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) causis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Cuiac. in Paratitl. ad h. t.* — [8]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; vel curatorem *add. Russ. et rell.*; *sed v. Cuiac. in Recitatt. ad h. t.* — [9]) curatoris *mss. Pl.* 1. *Gt. ante correct., Russ. Cont. in marg.* — [10]) quosque *Hal.*; quos *ms. Pl.* 2.; quoque *ms. Pl.* 1.; *sed v. Schol. d. cit.* — [11]) curatores *Russ. Cont. in marg., et sic probabiliter in ms. Pl.* 1. *ante correct.*; *sed* ἐπιτρόπους *Schol. Bas.* — [12]) curatorem *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Nbg., et profecto abesse debet secundum Schol. Bas. d., in quo caeterum disquiritur, utrum ante v.* tutores *interpungendum sit, an post hoc.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.*; in loc. excusati tutoris eius *ms. Bg., ed. Schf.*; in loc. excusati tutoris *Russ. et rell., sed contra Schol. Bas. cit.* — [14]) diffusum vel *Hal., male, ut docent etiam Bas.* — [15]) Peligniano *Bk., qui hoc nomen constanter emendat ex Fastis.* — [16]) Eupolio, Euphebo, Euplino *mss. mea.* — [17]) id est *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; scilicet *ins. Hal. Bk.*; *sed pro omissione stant Bas.* — [18]) *sic* 14. *mss. Russ., omnia Cont. et mea, liber Aured. ap. Char. et ms. Gt., edd. omnes*; deportati *coniic. al., quam falso, docent Bas.* (τοῦ ἐξορίστου) *et magis etiam Schol. Bas. cit.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; soleant *rell.* — [20]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; vel *edd. Schf. Russ. et rell.* — [21]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; de *om. rell.* — [22]) pupill. *om. edd. Nbg. Hal.* — [23]) *ms. Pl.* 1.; *adolescentis edd. omn.*; *sed v. Nov.* 72. *c.* 7. — [24]) *vel nisi—faciendas om. ms. Pl.* 1., *ed. Schf., neque magis haec sententia exprimitur in ms. Pl.* 2., *quae paucis tantum verbis cum lect. Auth. in textu convenit.*

1. [a]) Impp. Severus et Antoninus AA. Modesto. — Frustra times [1]) administrare res adolescentis, cuius curator es, ne ex hoc aliquis existimet commune periculum prioris temporis te recepisse; sed ea, quae agenda putas, age, et quod magis interest omnium partium, iusta, ut iudex inter te et tutores datus [2]) quam primum partibus suis fungatur. PP. XII. Kal. Octob. Albino et Aemiliano Conss. [206.]

2. [b]) Idem AA. Timoni et Elpidophoro. — Adversus curatorem adolescentis, cui collegae dati estis, quam diu administratio communis durat, exerceri iudicium non potest. PP. II. Kal. Mai. Apro et Maximo Conss. [207.]

3. [c]) Imp. Antoninus A. Eumuso [3]). — Sumtus in pupillum tuum necessario [4]) et [5]) ex honestis iustisque causis indici, qui super ea re cognituros est, si probabuntur facti, accepto ferentur, etiamsi praetoris decretum de dandis eis non sit interpositum. Id namque, quod a tutoribus sive curatoribus [6]) bona fide erogatur, potius iustitia, quam aliena auctoritate firmatur. PP. XIV. Kal. Septemb. duobus [7]) Aspris Conss. [212.]

4. [d]) Idem A. Proculae. — Nisi eam pecuniam, quam constiterit libertum paternum, tutorem filiae tuae, rationi eius debere, vel deposuerit vel in praediorum comparationem converterit, remittitur ad praefectum urbi [8]), secundum ea, quae constituta sunt, arbitrio eius puniendus. PP. XII. Kal. Octobr. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

5. [e]) Idem A. Rufino. — Frustra tutores quondam adolescentium, quorum curam administras, indicatum facere detrectant, quum exacta pecunia possit auctoritate praesidis in depositi causam haberi. PP. Kal. Iun. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

6. [f]) Imp. Alexander A. Paconio. — Non est ignotum, tutores vel curatores [9]), si nomine pupillorum vel adultorum scientes calumniosas instituunt [10]) actiones, eo nomine condemnari oportere, ne sub praetextu nominis eorum propter suas simultates secure lites suas exercere posse existiment. PP. VI. Id. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

7. [g]) Idem A. Valerio [11]). — Tutelam pupillorum tuorum sic administrare debes, ne aedificium, quod his relictum est, contra formam alienandi testamento datam vendas. PP. VI. Id. Iul. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

8. [h]) Idem A. Aprili [12]). — Etsi scisses te curatorem datum, nec administrasses, ceteris curatoribus, et administrationem peragentibus et sufficientibus damno praestando, contra te actio dari non potest. Sin autem nescisses te curatorem datum, etiamsi solvendo ceteri non sint, damni periculum ad te non redundabit [13]). PP. VII. Kal. Decemb. Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.]

9. [i]) Idem A. Melitiae [14]). — Si curatores habes, hique dotare te [15]) bonis tuis cessant, adito praeside [16]) impetrabis, ut, quod moderatum est honestae personae, praestare cogantur. PP. XVII. Kal. Mai. Agricola et Clementino Conss. [230.]

10. [k]) Idem A. Rufinae. — Si liberti eiusdemque curatoris culpa seu [17]) fraude ratio vestra laesa sit, sarciri damnum ab eo, qui dedit, praeses provinciae curabit, non dubitaturus etiam graviorem executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, ut puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. XI. Kal. August. Agricola et Clementino Conss. [230.]

11. [l]) Imp. Gordianus A. Caecilio. — Si bonam causam ea, cuius tutor es, habuit, et adversus latam sententiam non appellasti, seu post appellationem provocationis solemnia implere cessaveris, tutelae iudicio indemnitatem pupillae praestare debes. PP. Id. August. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

12. [m]) Idem A. Octavianae. — De his, quae in fraudem administrationis a tutore gesta vel negligenter acta a curatoribus eorum, quibus successisti, allegas, agere debes, si modo annos legitimae aetatis implesti. Neque enim ignoras, non multum patrocinari foecunditatem liberorum feminis ad rerum suarum administrationem, si intra aetatem legitimam sint constitutae. PP. III. Non. Octobr. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

13. [n]) Idem A. Longino. — Tutores debita pupillaria seu deposita reposcentes [18]) ad satisdationem compelli non posse, manifestum est. PP. VIII. Kal. Mai. [19]) Ariano et Pappo Conss. [243.]

14. [o]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Clementi. — Rationes curae administratae ante impletum quintum et vicesimum annum durante officio posci iure non posse, manifestum est. PP. prid. Non. August. Philippo A. [20]) et Titiano Conss. [245.]

15. [p]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Licinio. — Si non subscripsisti quasi fideiussor, frustra vereris, ne ex ea intercessione, qua [21]) signasti ut curator, olim liberatus (ut affirmas) sententia praesidis, ex officio curatoris conveniri possis. PP. prid. Non. Mart. Diocletiano III. et Maximiano AA. Conss. [287.]

16. [q]) Idem AA. et CC. [22]) Proculo. — Non omni titulo res [23]) pupilli potestatem alienandi tutores

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 9. 15. (*T. V. p.* 129.) — *Sch. k.* (*T. V. p.* 150.) — [b]) *Bas. XXXVIII.* 9. 16. (*T. V. p.* 130.) — *Sch. l. m.* — [c]) *Bas. XXXVIII.* 9. 17. — *Sch. n.* — [d]) *Bas. XXXVIII.* 9. 18. — *Sch. o — q.* — [e]) *Bas. XXXVIII.* 9. 19. — *Sch. r.* (*T. V. p.* 151.) — [f]) *Bas. XXXVIII.* 9. 20. — *Sch. s.* — [g]) *Bas. XXXVIII.* 9. 21. (*T. V. p.* 131.) — *Sch. t.* — [h]) *Bas. XXXVIII.* 9. 22. — *Sch. u — y.* — [i]) *Bas. XXXVIII.* 9. 23. — *Sch. z. a.* — [k]) *Bas. XXXVIII.* 9. 24. — *Sch. b. c.* (*T. V. p.* 152.) — [l]) *Bas. XXXVIII.* 9. 25. — *Sch. d. e.* — [m]) *Bas. XXXVIII.* 9. 26. — *Sch. f — h.* — [n]) *Bas. XXXVIII.* 9. 27. (*T. V. p.* 132.) — *Sch. i. k.* — [o]) *Bas. XXXVIII.* 9. 28. — *Sch. l. m.* (*T. V. p.* 153.) — [p]) *Bas. XXXVIII.* 9. 29. — *Sch. n — p.* — [q]) *Bas. XXXVIII.* 9. 30. — *Sch. q. r.*

[1]) timetis *statimque post* curatores estis *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*, *et sic pergunt in plurali num.* — [2]) datos *ed. Schf.* — [3]) *mss. pleraque, Hal.*; Eumoso *Russ. et rell.*; Emuso *ed. Nbg.*; Emysae *ms. Bg.* — [4]) necessarii *ms. Gt.* — [5]) et *om. ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; ex *om. mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [6]) sive curator. *om. edd. Nbg. Hal.*, *sed restituuntur ab Hal. in not.* — [7]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [8]) urbis *tam hoc loco quam alias constanter fere scriptum inveni in mss.*, *non* urbi. — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; adolescentium *add. edd. Schf. Russ. et rell.*, *sed contra omnia mss. Russ.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; instituant *Russ. et rell.* — [11]) Valentino, Aurelio *mss. nonn.* — [12]) Apilo *ms. Pl.* 1.; Apro *Cont.* 62. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; redundat *Hal. et rell.* — [14]) *mss. Vat. Bg.*; Militiae *mss. Pl.* 1. *Cas.*, *ed. Nbg.*; Inclytae *Hal. et rell.* — [15]) de *ins. edd. Nbg. Schf.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; provinciae *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*; *etiam Bas. solum* ὁ ἄρχων. — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; vel *rell.* — [18]) poscentes *Hal.* — [19]) *diem firmat ms. Pist.*, *a quo absunt conss.* — [20]) II. *add. Hal. et rell.*, *qui num. alias in his conss. semper abest.* — [21]) quam *edd. Nbg. Schf.* — [22]) et CC. *om. mss. Pist. Cas. Pl.* 1. *Bg.* — [23]) rerum *mss. Pl.* 1 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*

tutores habent, sed administrationis tantum causa distrahentes, quae venumdare eis licet, instam causam possidendi comparantibus praestant. Quum itaque donandi [1]) nulla ratione res eorum, quorum administrant negotia, potestatem habeant, vindicare dominium a possidentibus non prohiberis. Dat. X. [2]) Kal. Mai. Haracliae, AA. Conss. [293—304.]

17. [a]) Idem AA. et CC. [3]) Martiali. — De successione sua tutores frustra timent, quum his, qui tutelam administraverunt, testamenti factio non denegetur. Nec de bonis suis donare aliquid prohibentur [4]). S. XVI. Kal. Novemb. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

18. [b]) Idem AA. et CC. Soterico. — Debitoribus pupillae pro officii ratione tutorem te constitutum asseverans, ad te nominum periculo pertinente, parere solutioni denuntia. Qui si satis non fecerint, in venditione pignorum uti communi iure potes. S. prid. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

19. [c]) Idem AA. et CC. Vindiciano. — Tutor, licet absens, decreto datus, si sciens solemniter se non excusaverit, administrationi constitutur obnoxius. S. III. Id. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

20. [d]) Imp. Constantinus A. [5]) [Eufemianae [6])]. — Pro officio administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitores exsistant, tanquam pignoris titulo obligata, minores sibimet vindicare minime prohibentur. Idem est, et si tutor vel curator quis constitutus res minorum non administraverit [7]). Dat. VII. Kal. April. Treviris, Volusiano et Anniano Conss. [314.]

21. [e]) Idem A. Maximo [8]) P. U. [9]). — Pupillorum seu [10]) minorum defensores, si per eos donationum conditio neglecta est, rei amissae periculum praestent. Dat. [11]) III. Non. [12]) Februar. [13]) Romae [14]), Sabino et Rufino [15]) Conss. [316.]

22. [f]) Idem A. ad populum. — Lex, quae tutores curatoresque necessitate adstrinxit, ut aurum, argentum, gemmas, vestes, ceteraque mobilia pretiosa: urbana etiam [16]) mancipia, domos, balnea, horrea atque omnia, quae intra civitatem [17]) sunt, venderent, omniaque ad nummos redigerent praeter praedia et mancipia rustica, multum minorum utilitati adversa est. §. 1. Praecipimus itaque, ut haec omnia nulli tutorum curatorumve liceat vendere, nisi hac forte necessitate et lege, qua rusticum praedium atque mancipium vendere vel pignorare vel in donationem propter nuptias [18]) vel in dotem dare in praeteritum [19]) licebat, scilicet per inquisitionem indicis et probationem causae et interpositionem decreti, ut fraudi locus non sit. §. 2. Ante omnia igitur urbana mancipia, quae [20]) totius supellectilis notitiam gerunt, semper in hereditate et in domo retineantur [21]); nam boni servi fraudem fieri prohibebunt, mali, si res exegerit, sub quaestione positi poterunt prodere veritatem. Atque ita omnia observabunt, ut nec inventarium minuere nec mutare vel subtrahere aliquid [22]) tutor valeat; quod in veste, margaritis, gemmis, et in [23]) vasculis ceteraque supellectili necessarium est. Et tolerabilius est, si ita contigerit, servos mori suis dominis, quam servire extraneis. Quorum fuga potius tutori adscribitur, sive negligentia dissolutam esse patiatur disciplinam, sive duritia vel inedia atque verberibus eos afficiat. Nec enim dominos exsecrantur, sed magis diligunt, ita ut haec lex per hoc quoque melior antiqua sit; tunc enim remota servorum custodia, etiam vita minorum saepius prodebatur. §. 3. Nec vero domum vendere liceat, in qua defecit pater, minor crevit, in qua maiorum imagines aut non [24]) videre fixas aut revulsas videre [25]) satis est lugubre. Ergo et domus et cetera omnia immobilia in patrimonio minorum permaneant, nullumque aedificii genus, quod integrum hereditas dabat [26]), collapsum tutoris fraude depereat. Sed et si parens vel [27]) cuiuscunque heres est minor, reliquerit

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 9. 31. — *Sch. s. t.* — [b]) *Bas. XXXVIII.* 9. 32. — *Sch. u. x.* — [c]) *Bas. XXXVIII.* 9. 33. — *Sch. y.* (*T. V. p.* 154.) — [d]) *l.* 1. *Th. C. de administr. et peric. III.* 19. (30.); *Bas. XXXVIII.* 9. 34. (*T. V. p.* 134.) — *Sch. z. a.* — [e]) *fons hui. const. est amplius edictum, quod servant Vatic. fragm.* §. 249., *ex quo manarunt l.* 1. *Th. C. de donat. VIII.* 12. *conveniens legi* 25. *C. eod. VIII.* 54., *l.* 2. *Th. C. de administr. et peric. III.* 19. (30.), *quam nostra const. repraesentat, et Consultatio IX.; de quo nexu cfr. Haenel. not. ad rubr. tit. Th. C. de pactis II.* 9., *impugnans quae dixit Buchholtz in ed. Vatic. fragm. p.* 199 *sqq.*; *Bas. XXXVIII.* 9. 35. *Sch. d. e.* (*T. V. p.* 155.) — [f]) *l.* 3. *Th. C. de administr. et peric. III.* 19. (30.), *ut est mutila restituta ex plmps. Taurin., exhibet extremam partem hui. const.; pars eius* (§. 6.) *geminatur in l.* 4. *C. quando decreto V.* 72.; *cum quibus aliis constitutt. communem fontem probabiliter habent v. in not. m. ad l.* 2. *C. si adversus vendit. II.* 28.; *Bas. XXXVIII.* 9. 36. — *Sch. f—i.*

[1]) donare *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *vetera Cont.*, *Hal.* — [2]) X. *abest a ms. Pist.*, *quod vel. subscr. firmat.* — [3]) et CC. *om. mss. Cas. Pl.* 1. — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; prohibeantur *Hal. et rell.*, *deleto puncto post deneg.* — [5]) et Iulianus C. *add. Theod. C. ex ed. Gothofr.*, *male*; *de Crispo addendo cogitat Haenel. not. t. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [6]) *hoc nomen, quod habent edd. Nbg. Hal. et postea rell.*, *reprobant omnia mea mss. et Theod. C.*; Basso P. P. *coni. Haenel. l. c.*; Fileto *mss. Vat. Pl.* 1.; Philiete *ms. Cas. Propter quae testimonia inscribere malim* Phileto *vel* Philetae, *nomen in rescr. satis frequens, ut in l.* 7. *C. V.* 14. *l.* 2. *C. VII.* 2. *l.* 1. *C. VII.* 14. *l.* 3. *C. VII.* 48. — [7]) Idem est — administrav. *absunt a Theod. C.* — [8]) ad Maximum *mss. Pist. Cas.*, *Theod. C.* — [9]) *Theod. C.*, *l.* 25. *C. VIII.* 54.; P. P. *mss. Pist. Bg.*, *edd. omnes*; *omnis dignitas abest a mss. Vat. Pl.* 1.; *cfr. Haenel. in ed. Theod. C. p.* 215. *in not.* — [10]) Pupillorum seu *om. Theod. C.*, *quae omissio magis concordat cum Vat. fr.* — [11]) PP. *Vat. fr.*, *Bk.* — [12]) *Theod. C. ed. Haenel.*, *l.* 25. *C. VIII.* 54., *Bk.*; IV. Kal. *Theod. C. ed. Gothofr.*; III. Kal. *edd. Cod. praeter Bk.* — [13]) Novemb. *Theod. C. ed. Gothofr.* — [14]) in foro divi Traiani *ex Vat. fr. addit Bk.*; *sed quum subscr. in Vat. fr. ordiatur a sigla* PP., *certe dubitari potest, an non illa loci descriptio ad diem propositae const. pertinuerit.* — [15]) Severo et Rufino, *ut sit a.* 323., *Vat. fr. ed. Buchholtz, sed ex coniectura tantum, uti literae inclinatae probant*; *v. auctor. alleg. in not. e.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et vetera Cont.*, *edd. Nbg. Hal.*; praedia *ins. ed. Schf.*; praedia et *ins. Russ. et rell.* — [17]) civitates *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [18]) vel in donat. propter nupt. *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal.*; *vv.* in donationem *absunt a mss. Russ. et a veter. libris Cont.*, *sicut uterque notat in marg. Profecto maxime suspecta sunt vv.* vel — nupt., *iam propter dictionem* donat. propter nuptias, *quae certe Constantini fuisse censeri nequit. Sed tuetur ea vv. Cuiac. in Recitatt. in Cod. h. t.* — [19]) in praeterito *ms. Bg.* — [20]) quia *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; qui *ms. Bg.* — [21]) retineant *mss. Pl.* 1. 2. — [22]) aliquid *edd. Nbg. Hal.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.*; in *om. rell.* — [24]) non *abest ab omn. codd. Russ.*; *v. not. seq.* — [25]) aut videre fixas aut revulsas non videre *ms.* [*Pl.* 1. *ex emend.*, *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Cont. in marg. Quia omnes codd. negationem tantum agnoscunt post* revulsas, *ita coniicio* aut videre refixas aut revulsas non videre. — [26]) dabit *mss. Pl.* 1. 2., *ed Schf.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; ille *ins. ms. Bg.*, *Russ. et rell.*; alius *inserere quosdam Russ. in marg. notat, quod ex gl. Accurs. ad h. l. irrepsisse in aprico est.*

liquerit deformatum aedificium, tutor testificatione operis ipsius et multorum fide id reficere cogatur; ita enim annui reditus plus minoribus conferent, quam per fraudes pretia diminuta [1]). §. 4. Servi etiam, qui aliqua sunt arte praediti, operas suas commodo minoris inferent [2]), et reliqui, qui in usu [3]) minoris domini [4]) esse non poterunt, quibusque ars nulla est, partim labore suo partim alimoniarum taxatione pascantur. §. 5. Lex enim non solum contra tutores, sed etiam contra feminas immoderatas atque intemperantes [5]) prospexit minoribus, quae plerumque novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt. Huic accedit, quod ipsius pecuniae, in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt, foenerandi usus vix diuturnus, vix continuus et stabilis est; quo facto [6]), intercidente [7]) saepe pecunia, ad nihilum minorum patrimonia deducuntur. §. 6. Iam ergo venditio tutoris nulla sit sine interpositione decreti, exceptis his duntaxat [8]) vestibus, quae detritae usu aut [9]) corruptae servando servari non potuerint [10]). Animalia quoque supervacua [11]) minorum, quin veneant, non vetamus. Dat. [12]) Id. Mart. Sirmii [13]) Constantino A. VII. et Constantio [14]) Caes. Conss. [326.]

23. [a]) Idem A. Felici. — Si tutoris vel curatoris culpa vel dolo, eo quod vectigal praedio emphyteutico impositum minime dependere voluissent, minori [15]) fuerit amissum, damnum, quod ei contigit, ex substantia eorum resarciri necesse est. Dat. XIII. [16]) Kal. Mai. Constantinop. Dalmatio et Zenophilo [17]) Conss. [333.]

24. [b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano P. P. — Tutores vel curatores, mox quam [18]) fuerint ordinati, sub praesentia publicarum personarum inventarium rerum omnium et instrumentorum solemniter facere curabunt. Aurum argentumque et quidquid vetustate temporis non mutatur, si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima custodia collocent, ita tamen, ut ex mobilibus aut praedia idonea comparentur, aut, si forte (ut assolet) idonea non potuerint inveniri, iuxta antiqui iuris formam usurarum crescat [19]) accessio, quarum exactio ad periculum tutoris [20]) pertinet. Dat. VII. [21]) Kal. Mart. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [396.]

25. [c]) Imp. Iustinianus A. Iuliano [22]) P. P. [23]). — Sancimus, creatione tutorum et curatorum cum omni procedente cautela, licere debitoribus pupillorum vel adultorum ad eos solutionem facere, ita tamen, ut prius sententia iudicialis sine omni damno celebrata hoc permiserit [24]). Quo subsecuto, si et iudex [25]) pronuntiaverit et debitor persolverit, sequitur huiusmodi causam [26]) plenissima securitas, ut nemo in posterum inquietetur; non enim debet, quod rite et secundum leges ab initio actum est, ex alio eventu resuscitari. Non autem hanc legem extendimus etiam in his solutionibus, quae vel ex reditibus vel ex pensionibus vel aliis huiusmodi causis pupilli vel adulto accedunt, sed si extraneus debitor ex foeneratitia forsitan cautione vel aliis similibus causis solutionem facere et se liberare desiderat; tunc enim eam [27]) subtilitatem observari [28]) censemus. Dat. X. [29]) Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

26. [d]) Idem A. Ioanni P. P. — Quum quaedam mulier testamento condito filium suum praeteriisset, idem autem filius, qui praeteritus erat, vel fratris vel extranei esset tutor vel curator, qui scriptus a matre tutoris [30]) fuerat heres, in praesenti specie manifestissimum erat, stare tutorem vel curatorem in praecipiti loco. Sive enim auctoritatem suam vel consensum de adeunda hereditate [31]) praestare pupillo aut adulto minime voluerit, ne ex hac causa sua iura aliquod patiantur praeiudicium, satis ei [32]) imminet periculum tutelae vel utilis negotiorum gestorum actionis, ne pupillus vel adultus, utpote ex illius tarditate laesus, litem ei ingerat; sive huiusmodi timore perterritus auctor fuerit pupillo vel adulto, aliud [33]) periculum emergebat. Dum enim alii consentit, ipse sua iura perdit; videbatur etenim confirmare matris suae iudicium, quod oppugnandum esse existimabat. Et multae aliae insuper species oriuntur, ex quibus verendum est tutori vel curatori circa suas res praeiudicium [34]), puta in hypothecis et aliis variis causis [35]). Invenimus autem generaliter definitum, post officium depositum omnes actiones, quas tutor vel curator ex necessitate officii subierit, in quondam pupillum vel adultum transferri. Quare tam optimo exemplo argumentati [36]), nec non et in [37]) aliis omnibus

[a]) *l. 5. Th. C. de administr. et peric. III.* 19. (30.) *fons est hui. const.*; *Bas. XXXVIII.* 9. 37. (*T. V. p.* 135.) — *Sch. k.* (*T. V. p.* 156.) — [b]) *hausta ex l.* 6. *Th. C. de administr. et peric. III.* 19. (30.); *tamquam vices, quinta hui. tit. allegatur nostra const. a Theod. Hermopol. in Heimbach. Anecdotis I. p.* 225. — [c]) *Bas. XXXVIII.* 9. 38. — *Sch. l. m.*; *hui. const. partem repetit* §. 2. *I. quib. alien. lic. II.* 8. — [d]) *Bas. XXXVIII.* 9. 39. (*T. V. p.* 136.) — *Sch. n—r.* (*T. V. p.* 156.)

[1]) praedia demolita *Russ. in marg. ex uno ms., quod iam refutant Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; inferunt *ed. Nbg.*; inferant *rell.* — [3]) in usum *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [4]) reliqui minoreis, qui in usu domini *Hal.* — [5]) intemperatas *ms. Bg., ed. Schf.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; subsecuto *edd. Schf. Russ. et postea rell.*; *utrumque abest ab Hal.* — [7]) intercedente *ms. Pl.* 1. — [8]) his duntaxat *om. ms. Gt., Hal.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; seu *edd. Schf. Russ. et rell.* — [10]) *etiam tutore* vel curatore sollicito, ut eaedem inspiciat frequenti recognitione incolumes *ins. Theod. C.* — [11]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk., Theod. C.*; quamvis *ins. ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.* — [12]) III. *ins. Theod. C., qui num. abest a reliquis const. cum nostra lege iungendis*; *v. not. f. ad h. l.* — [13]) *Theod. C., Bk., l.* 2. *C. II.* 28.; Constantinop. *Hal. et rell., quod ex nominibus seqq. probabiliter ortum est.* — [14]) *Theod. C., Bk.*; Constantino *rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; minoris *ms. Pl.* 2., *Russ. et rell. Caeterum* praedium *add. Russ. et postea rell., quod abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., e codd. Russ. et veter. libris Cont., ab edd. Nbg. Schf. Hal.*, *et quod adiectitium esse apparet ex ipsa glossa ad h. l.* — [16]) XIV. *Theod. C.* — [17]) Xenophilo *Hal. et rell. praeter Bk. contra Theod. C.* — [18]) eodem momento quo *Theod. C.*; mox quum *ed. Nbg.* — [19]) adcrescat *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *sed contra Theod. C.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; tutorum *edd. Schf. Russ. et rell.* — [21]) VI. *Theod. C.*; VIII. *ms. Pist.* — [22]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., vetera mss. Cont., ed. Nbg.*; Ioanni *Hal. et rell.* — [23]) *hanc inscr. falsam esse propter* §. 2. *I. II.* 8. *sine causa divinatur Russ. in marg.*; *cfr. Schrader ad* §. 2. *I. cit. et Cuiac. in Recitat. ad Cod. VIII.* 37. 14. — [24]) permittat *ms. Bg.*, *quod magis convenit cum* §. 2. *I. cit.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; hoc *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) solutionem §. 2. *I. cit.* — [27]) eandem *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [28]) observare *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [29]) X. *om. Sp. Bk. contra Hal. et rell.* — [30]) tutoris *om. ms. Pl.* 2.; tutoris vel curatoris *ms. Bg.* — [31]) ad adeundam hereditatem *ms. Gt.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Hal.*; satis enim *Hal. et rell.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; aliud *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Nbg., Hal. in textu*; parari *add. ed. Schf., Hal. in not., Russ. et rell., improbante Cont. in marg. et refragante Schol. Bas.* — [35]) casibus *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [36]) argumenti *ms. Gt.* — [37]) *mss. Pl* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; in *om. rell.*

bus casibus [1]), in quibus veretur tutor vel curator, ne praeiudicium ei aliquod fiat, timorem eius removemus. Damus igitur eis cum summa fiducia res pupillorum vel adultorum gubernare, scituris, quod lex nostra sua eis iura immutilata reservat, nihil ex huiusmodi auctoritate vel consensu praeiudicii subituris. Dat. X. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

27. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Constitutionem, quam nuper fecimus, disponentes, quemadmodum debent solutiones in contractibus minorum causa [2]) fieri, sive ex reditibus, sive ex pensionibus, sive ex aliis similibus causis [3]), etiam in usuras [4]) extendimus, quae tamen non summatim, neque ex multis annis collectae iam debentur, biennales metas et centum solidorum quantitatem minime excedentes [5]). Dat. X. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

28. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Sancimus, neminem tutorum vel curatorum [6]) pupilli vel adulti vel furiosi aliarumque personarum, quibus tam ex veteribus quam ex nostris constitutionibus [7]) creantur curatores, defensionem, quam pro lite suscepernnt, recusare, sed ab initio litis modis omnibus memoratas personas defendere, et litem praeparatam secundum leges instruere, scientes, quod et [8]) hoc munus necessarium est tam tutelae quam curationi. Et si hoc recusaverint vel subire distulerint, non solum utpote suspecti amoveantur, amissa eorum existimatione, sed etiam ex substantia sua omne detrimentum, quod antelatae personae ex recusatione defensionis sustineant [9]), resarcire cogantur. §. 1. Sed et si quis ex quadam interpellatione admonitus propter litis instructionem [10]) consuetam cautelam exposuerit, vel post litem contestatam, quam per se et [11]) non per procuratorem suscepit [12]), vel demens vel furiosus factus fuerit, sancimus, continuo curatorem ei in competente iudicio ordinari, cura et provisione tam iudicis, sub quo lis vertitur, quam cognatorum [13]) et propinquorum, et actoris, si voluerit, ut non ab eo instituta lis diutius protrahatur; necessitatem habente creando [14]) curatore defensionem subire et cetera litis adimplere; §. 2. personis etiam, quae periculo proprio vel suae substantiae tutores vel curatores petierunt, sive matres forte fuerint vel [15]) quidam alii, compellendis, eos, quos ordinaverint tutores vel curatores, praeparare [16]) talem subire defensionem. Vel si illi noluerint hoc facere, et propter huiusmodi defensionis recusationem a tutela vel curatione removeantur, [17]) necessitatem imponimus memoratis personis alios tutores vel curatores ordinare, in ipsis gestis, in quibus tutores vel curatores creantur, ex sua confessione declarantes talem subire defensionem. Ne autem tales personae sine provisione debita relinquantur, vel contra eos agentium iura diutius protelentur, sancimus, continuo, id est post recusationem defensionis, in casibus videlicet, in quibus (sicut dictum est) hoc fieri possit, creationem aliorum tutorum vel curatorum celebrari; cognatis aliisque propinquis, et affinibus, vel creditoribus, vel aliis, quorum interest, adeuntibus vel admonentibus eos, qui secundum leges ius habent tutores vel curatores constituere. §. 3. Defensionem autem et nomen eius in hoc casu apertius declarantes, ne forte putaverint tutores vel curatores gravamen sibimet imponi, illam decernimus defensionem eos subire, quae non satisdatione pro eventu litis constituitur, sed ut tantummodo [18]) litem secundum legum ordinem pro pupillo vel adulto aliisque personis instruant [19]), licentiam ex hac nostra auctoritate habentes, sine decreto res, quarum gubernationem gerunt, pro cautela litis subsignare. §. 4. Omnem autem dubitationem pro defensione pupillorum et adultorum aliarumque personarum penitus amputantes, sancimus, omnes tutores vel curatores [20]) non alias creari, nisi prius cum aliis solemnibus verbis, quae pro gubernatione rerum tam in gestis, quam in cautionibus ab his conscribuntur, et hoc specialiter expresserint, quod omnimodo sine ulla dilatione defensionem pro pupillis et adultis aliisque supra memoratis personis subire eos necesse est. §. 5. Hisque adiicimus, nullam neque [21]) in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes, tutoribus et omnibus curatoribus licere fructus, sive qui ex reditibus praediorum colliguntur, sive ex [22]) substantia personarum, quarum gubernationem habent [23]), inventi fuerint, id est vinum et oleum et frumentum, vel cuiuscunque speciei sunt, sine decreto distrahere iusto pretio, quod in his locis, in quibus venditio celebratur, tunc temporis noscitur obtinere, et quae ex venditione eorundem fructuum colliguntur pecuniae, cum alia pupillorum vel adultorum aliarumque personarum substantia administrentur. Dat. XII. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.] [c])

Tit. XXXVIII.

[d]) DE PERICULO TUTORUM ET CURATORUM.

1. Imp. Alexander [24]) A. Quanto [25]). — Et qui notitiae causa liberti tutores dantur, quamvis soli administrandorum negotiorum pupillorum sive adultorum facultatem interdum non accipiant propter tenuitatem sui patrimonii, periculo tamen omnes sunt obligati, sive ea, quae scire debent ex utilitate eorum tutores

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 9. 40. (*T. V. p.* 137.) — *Sch. s.* (*T. V. p.* 157.) — [b]) *Bas. XXXVIII.* 9. 41. — *Sch. t—a.* — [c]) *l.* 29. *h. t. allegatur in Schol. c. ad Bas. XXVIII.* 4. 37. (*T. IV. p.* 277.) — [d]) *Dig. XXVI.* 7.

[1]) causis *edd. Nbg. Hal.* — [2]) causa, *quod add. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *omittunt Russ. et postea rell.*; causae *ms. Pl.* 2. — [3]) casibus *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Hal.* — [4]) usuris *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *ed. Schf.* — [5]) extendentes *Russ. in marg.*, *male, ut iam probant Bas.* — [6]) tutorem vel curatorem *ms. Pl.* 2., *Hal.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. mss. Russ.*; ex nostris legibus *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; ex nostr. legibus vel constitutionibus *edd. Schf. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; et *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; sustinent *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; pro lit. instructione *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; et *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ms. Bg. ante correct.*, *edd. Nbg. Hal.*; susceperit *rell.* — [13]) adgnatorum *Russ. in marg.*; *sed Bas. quoque* συγγενῶν. — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; creato *ms. Bg. recentiore manu*, *Russ. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sive *Russ. et rell.* — [16]) properare *ms. Pl.* 2. — [17]) sic *praemittunt mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [18]) tantummodo *abest ab Hal.*; tantum *ed. Schf.* — [19]) instituant *ms. Bg.*, *cui superscriptum est* instruant. — [20]) vel curatores *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [21]) neque *abesse ab omnibus suis mss.*, *notat Russ. in marg.*; *quod vix credibile, quum in codd. Cont. et meis legatur. Haud ita raro in notis Russardum minus accuratum deprehendi.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sive in *Hal.*; sive qui ex *Russ. et rell.* — [23]) habere *ms. Bg. ex correct.* — [24]) Antoninus *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [25]) Quinto *ms. Cas.*; Quarto *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.*

tutores sive curatores, dissimulaverint [1]), aut [2]) fraudem aliquam adhibuerint vel cum aliis participaverint, aut quum suspectos facere deberent, in [3]) officio muneris vel debito obsequio cessaverint. PP. IX. Kal. Februar. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

2. [a]) Idem A. Saturo. — Ad eos, qui in alia provincia tutelam administrant, periculum administrationis ex persona tutorum, qui in alia provincia res pupilli gerunt, non porrigitur. PP. Non. Iul. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

3. Imp. Philippus A. et Philippus C. Gratiano. — Si res pupillares, quas in horreo conditas habere aut etiam venumdare debuisti, in hospitio tuo, ut asseveras, vi ignis absumtae sunt, culpam seu negnitiem tuam non ad tuum damnum, sed ad pupilli tui spectare dispendium, minus probabili ratione deposcis. PP. III. Kal. April. Philippo A. et Titiano Conss. [245.]

4. Iidem A. et C. Floro. — Tutoribus seu [4]) curatoribus fortuitos casus, adversus quos caveri non potuit, imputari non oportere, saepe rescriptum est. PP. XII. Kal. Septemb. Philippo A. et Titiano Conss. [245.]

5. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [5]) Severo. — Si tutor petitus vel testamento datus, tutorem te constitutum esse, non ex remissioris [6]) negligentiae vitio, sed iustae ignorationis ratione non didicisti, idque liquidis probationibus ostenderis, periculo eius temporis, quod ignorante te transmissum est, non teneberis. PP. III. Id. Septemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

6. Iidem AA. et CC. Epicteto. — Temporis, quod insequitur post tutelae translationem, administrationis officio finito, ad eos, qui fuerunt tutores, gerendae rei non pertinere periculum, rationis est. S. V. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294.]

Tit. XXXIX.

[b]) QUANDO EX FACTO TUTORIS VEL CURATORIS MINORES AGERE VEL CONVENIRI POSSUNT.

1. Imp. Antoninus A. Septimo [7]). — Iuliana [8]), cuius tibi curatores condemnati sunt, si vicesimum quintum annum aetatis egressa est, actio iudicati utilis adversus ipsam bonaque eius [9]) exercenda est. Nam tutores curatoresque finito officio non esse conveniendos ex administratione pupillorum vel adolescentium, saepe decretum [10]) est. PP. VIII. Kal. Iul. [11]) Romae, Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

2. Imp. Alexander A. [12]) Sorarcho [13]). — Etsi tutores tui, quum pecuniam pupillarem crederent, ipsi stipulati sunt, utilis actio tibi datur [14]). PP. XV. Kal. Septemb. . . . . [15]).

3. Imp. Gordianus A. Prudentiano. — Si in rem minoris pecunia profecta sit, quae curatori vel tutori eius nomine minoris mutuo data est, merito personalis in eundem minorem actio danda est. PP. Non. Septemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

4. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [16]) Maximianae. — Si hi, qui te in pupillari aetate constituta fuerint tutores, postea in administratione perseverantes vel curatores constituti tua praedia locaverunt, eos competenter conveni; sed [17]) ex eorum contractu utilis tibi quaeri potuit contra successores conductoris actio. S. III. Non. Mart. [18]) AA. Conss. [293—304.]

5. Iidem AA. et CC. Onesimae. — Per tutorem pupillo actio, nisi certis ex causis, quaeri [19]) non potest. Dat. Id. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XL.

[c]) SI EX PLURIBUS TUTORIBUS VEL CURATORIBUS OMNES VEL UNUS AGERE PRO MINORE [20]) VEL CONVENIRI POSSUNT.

1. Imp. Antoninus A. Cassio, militi [21]). — Ab uno ex tutoribus vel curatoribus causam posse minoris [22]) defendi, quum alii tutores vel curatores eum [23]) defendere noluerint, ignorare non debes. PP. Non. Novemb. Messala et Sabino Conss. [214.]

2. [d]) Imp. Constantinus A. et Liciniu C. [24]) ad Symmachum [25]). — Si divisum administrationis periculum per provincias sit, his tantum omnibus [26]) insinuari convenit, et ab ipsis inferri litem, qui in ea provincia tutelae vel curae officium sustinent, ne de aliis provinciis defensores minorum ad iudicia perducantur [27]). Dat. prid. Non. Febr. Sirmio. Accepta VIII. Id. Mart. Corinthi [28]), Constantino A. V. [29]) et Licinio Caes. Conss. [319.]

Tit. XLI.

NE TUTOR, VEL CURATOR VECTIGAL [30]) CONDUCAT.

1. [e]) Imp. Antoninus A. Sexto. — Competens index non ignorat, non esse admittendos ad vectigalia conducenda eos, qui pupillorum vel adolescentium tutelam

---

[a]) *Bas. XXXVII.* 7. 3. (*T. IV. p.* 835.) — [b]) *Dig. XXVI.* 9. — [c]) *Dig. XXVI.* 7. — [d]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de denuntiat. II.* 4. — [e]) *Bas. XXXVIII.* 13. 1. (*T. V. p.* 180.) — *Sch. a—d.* (*T. V. p.* 181.)

[1]) dissimulaverunt, *et mox* adhibuerunt — participaverunt — cessaverunt *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sive *Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; vel in *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; vel *rell.* — [5]) et CC. *add. ms. Pl.* 1. — [6]) remissae *Hal.*; remissionis *mss. Pl.* 2. *Gt., ed. Schf.* — [7]) *mss. pleraque*; Septimio *Hal. et postea rell.* — [8]) Iuliana *om. Hal.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; ei *ins. ed. Nbg.*; tibi *ins. Russ. et rell.* — [10]) rescriptum *mss. Pl.* 2. *Bg.*; declaratum *ms. Pl.* 1. — [11]) Iul. *abest ab Hal.* — [12]) Id. A. *ms. Pist.*; Id. AA. *ms. Bg.* — [13]) Zandro, Zodandro, Sosandro, Sarachor *mss.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; dabitur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *ex ms. Pist. hanc lacunosam subscr. restitui, quae nec est apud Hal. et rell.* — [16]) et CC. *om. mss. Pist. Bg.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Bk.*; et *edd. Nbg. Hal.*; sed et *Russ. et rell.* — [18]) *diem firmat ms. Pist., a quo absunt conss.* — [19]) dari *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Russ. Cont.* 62. — [20]) vel unus peragere rem minoris *Hal.* — [21]) *pro* Cassio mil. *mss. mea habent* Miliciali, Miliciadi, Miltiadi. — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; minorum *ms. Bg., edd.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.*; eos *ms. Bg.*; eam *Hal. et rell.* — [24]) et Licin. C. *om. Theod. C. contra omnia mea mss.*; *cfr. de simili discrimine inter utrumque Cod. l.* 11. *C. V.* 34. *in inscr.* — [25]) *Symmachum propter subscr. Proconsulem Achaiae facit Iac. Gothofr. ad l.* 1. *Th. C. cit.*; *cfr. l.* 8. *C. II.* 21. *in inscr.* — [26]) hominibus *Fabrot. in Enarrat. ad Cuiac. Parat. Cod. h. t., cui lect. magis convenit Interpr. Visigoth. leg.* 1. *Th. C. cit.* — [27]) producantur *Theod. C.* — [28]) Sirm. — Corinthi *addidi cum Bk. ex Theod. C.*; *profecto incertum est, num ita ampla subscr. in Iust. Cod posita fuerit.* — [29]) V. *om. Hal. Russ. Cont.* — [30]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Cont., edd. Nbg. Hal.*; vectigalia *edd. Schf. Russ. et rell.*

tutelam seu curam administrant vel [1]) eius administrationis rationem nondum reddiderunt. Sed quamvis contra interdictum ad vectigal conducendum accesseris, tamen, quoniam ultro me adiisti [2]), si tam vectigali quam pupillis [3]) satisfeceris, falsi crimine carebis. Quum autem fisco te [4]) iam obstrictum postea tutorem esse [5]) dicas, periculo te excusare poteris. PP. VIII. Kal. August. Romae, Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

Tit. XLII.

DE TUTORE VEL CURATORE [6]), QUI SATIS NON DEDIT.

1. [a]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Tito et Flaviano. — Si nondum vobis aetas legitima completa est, satisdationem ab his, quos minus idoneos curatores vobis ab adversario, quum magistratu fungeretur, datos dicitis, postulate. Prohibentur enim ab administratione, nisi securitati vestrae satisdatione prospexerint. PP. Non. Iul. Aemiliano et Basso Conss. [259.]

2. [b]) Iidem AA. et Valerianus C. Euploio [7]). — Et [8]) eum tutorem, qui superest, si secundum praesidis praeceptum et iuris formam satis non dat, removeri a tutela (si inopia hoc faciat, sine infamia; si fraude, etiam cum nota), aditus rector provinciae iubebit; et in locum defunctorum [9]) alios idoneos [10]) substitui praecipiet, praesertim quum patrimonium pupilli nova hereditate auctum esse proponas. Tutores autem dati ab heredibus eorum, quos decessisse dicis, rationem tutelae deposcent [11]). PP. Id. Mai. Seculare et Donato Conss. [260.]

3. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [12]) Stratonicae [13]). — In dubium non venit, tutores, qui non testamento dati sunt, administrandi potestatem, nisi satisdatione emissa, salvam tutelam fore [14]), non habere. Si igitur tutor, qui pro tutelari officio non caverat, iudicio expertus est, adversus eum lata sententia iuri tuo officere non potuit, nec ea, quae ab eo gesta sunt, ullam firmitatem obtinent. Frustra igitur in integrum restitutionis auxilium desideras, quando ea, quae ab eo gesta sunt, ipso iure irrita sunt. PP. XVIII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Diocletiano III. et Maximiano AA. Conss. [15]) [287.]

4. [d]) Iidem AA. et CC. Tertullo. — Non omnium tutorum par similisque causa est. Quapropter quum exemplo testamentarii confirmatum a praeside vel datum ex inquisitione non onerari satisdatione, rem pupillorum salvam fore, manifestum sit, pluribus autem [16]) datis ex inquisitione tutoribus illum, qui satis secundum formam edicti rem pupilli [17]) salvam fore dedit, in administratione praeferri, iamdudum obtinuit. S. Id. Decembr. Nicomediae Caess. Conss. [294—305.]

5. [e]) Impp. Constantius et Maximianus AA. et [18]) Severus et Maximinus CC. [19]). — Tutor, qui satisdationem, quum dare [20]) debuit, minime interposuit, nihil omnino [21]) ex bonis pupilli alienare potest. Posteaquam autem ad tutelae administrationem electus est [22]), et bonorum possessionem pupilli nomine agnoscere eum potuisse, et cetera eius, quae tempore arctarentur, persequi debuisse, aperte claret. Dix. [23]) XI. Kal. Ianuar. Constantio et Maximiano AA. Conss. [305. 306.]

Tit. XLIII.

[f]) DE SUSPECTIS TUTORIBUS VEL CURATORIBUS [24]).

1. Imp. Antoninus A. Domitiae [25]). — Libertum tuum et tutorem filii tui, si fraudulenter res eius administrare existimas, suspectum facere potes, modo si officium eius pubertate pupilli finitum non est. Nam si eo iure tutor esse desiit, [26]) iudicio tutelae conveniendus est. PP. Id. August. Romae, duobus Aspris Conss. [212.]

2. Idem A. Longino. — Curatores quidem suo periculo, quanto tardius ad eos tutela transfertur, cessant. Quodsi id fraude factum [27]) existimas, suspectos eos postula; qui si summoveri meruerint, in locum eorum alios accipies. PP. Id. Ianuar. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

3. Imp. Alexander A. Fortunatae. — Praeses provinciae tutores filiorum tuorum, strictioribus remediis adhibitis, omni modo administrationis officium compellet agnoscere. Quodsi in eadem contumacia perseveraverint, suspectos postulare, ut alii in locum eorum petantur, non prohiberis. PP. Id. Ianuar. Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.]

4. Idem A. Thalidae. — Etiam testamento patris tutorem datum suspectum postulare potes [28]), si fraudem tutoris argueris. PP. VIII. Kal. Ian. Maximo [29]) et Paterno Conss. [233.]

5.

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 8. 10. (*T. V. p.* 112.) — *Sch. f.* (*T. V. p.* 120.) — [b]) *Bas. XXXVIII.* 8. 11. — *Sch. g. h.* — *Cfr. not. f. ad l.* 4. *C. in quib. cas. tut. V.* 36. — [c]) *Bas. XXXVIII.* 8. 12. — *Sch. i—l.*; *gemina const. est l.* 4. *C. in quib. caus. in int. II.* 41. — [d]) *Bas. XXXVIII.* 8. 13. (*T. V. p.* 113.) — *Sch. m. n.* — [e]) *Bas. XXXVIII.* 8. 14. — *Sch. o. p.* — [f]) *Dig. XXVI.* 10.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; qui *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [2]) ultra dedisti *Hal. Russ. Cont. in marg.*; audisti *Russ. in marg.*; *verum* ἑκουσίως προσῆλθεν *Bas.* — [3]) pupillae *ms. Bg.* — [4]) te *om. mss. Pl.* 1. *Bg., quam omiss. probant Bas.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; factum *add. Russ. et rell.* — [6]) procuratore *edd. Nbg. Hal.* — [7]) Kploio, Euploro *mss. nonn.*; Euphoro, Eupolio *al.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., vetera mss. Cont., ed. Schf.*; Et *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [9]) desertorum *var. l. gl.* — [10]) idoneos *om. edd. Nbg. Hal.* — [11]) reposcent *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [12]) et CC. *add. l.* 4. *C. II.* 41. — [13]) Numidio *Cont. in marg.* — [14]) salvam tut. fore *om. edd. Nbg. Hal.* — [15]) *valde diversa est subscr. leg.* 4. *C. II.* 41. — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; tamen *Hal. et rell.* — [17]) pupillo *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; pupillorum *Russ. in marg.* — [18]) *mss. Pist. Pl.* 1. *Bg.*; et *om. rell.* — [19]) *ita scribendum est secundum mss. Pist. Pl.* 1. *Bg., Hal. Bk., Cuiac. in Recitatt. ad Cod. h. t., qui tamen alterum Caes. dicit Maximianum*; Maximo et Severo *ms. Cas., similiter ed. Nbg.*; Severo et Maximo CC. *Russ. et rell.*; *similis est inscr. l.* 1. *C. III.* 12. — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; satisdare *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) nihilo minus *var. l. gl.* — [22]) et satisdedit *add. ed. Nbg.* — [23]) *Hal.*; Dat *Russ. et rell.*; *sed lectio Hal. optime convenit cum inscr., quae nullum fert nomen eius, ad quem data est const.*; *cfr. l.* 2. *C. III.* 3. *l.* 1. *C. III.* 11. *in inscr.* — [24]) tutor. vel curator. *om. mss. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; vel curator. *om ms. Cas.* — [25]) Dominae *ms. Vat.* — [26]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; in *ins. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2.; quodsi a fraude factum *ms. Bg.*; quodsi in fraudem fact. *Hal.*; quodsi in fr. id factum *Cont.* 62., *cum quo fere convenit ed. Nbg.*; quodsi in fraud. id esse factum *edd. Schf. Russ. et rell.* — [28]) possis *ed. Nbg., ut et ms. Pl.* 1. *ante correct.* — [29]) II., *quod add. Hal. et rell., equidem cum Bk. omisi.*

5. [a]) Idem A. Asclepiadi. — In postulandis suspectis tutoribus seu curatoribus non vires patrimoniorum principaliter, sed an nihil seguiter [1]), nihil fraudulenter geratur, perpendi oportet. PP. VI. Kal. Ianuar. Maximo [2]) et Paterno Conss. [233.]

6. [b]) Imp. Gordianus A. Felici. — Pietatis fungeris munere, qui [3]) fratris tui filios, ut necessitudo sanguinis suadet, protegere conaris. Si igitur tutores vel curatores eorum non recte administrant, suspectis eis postulatis atque ostensis, ut alii in locum eorum constituantur, facile impetrabis. Quodsi nihil in fraudem [4]) egerunt [5]), verum ita egeni sunt, ut in eorum administratione fratris tui filiorum substantia periclitetur, an eis iniungendus [6]) sit curator, qui idoneus [7]) facultatibus sit, rector provinciae aestimabit. Removendi autem licentia non solum parentibus utrinsque sexus, sed etiam cognatis et extraneis et affinibus et ipsi, cuius res administrantur, si non impubes sit, arbitrio cognatorum bonae opinionis constitutorum conceditur. PP. V. Id. Novemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

7. Idem A. Gorgoniae [8]). — Eum, quem ut suspectum tutorem vel curatorem accusas, pendente causa cognitionis abstinere ab administratione rerum tuarum, donec causa finiatur, praeses provinciae iubebit. Alius tamen interea in locum eius in administratione rerum ordinandus est. PP. VII. Kal. Mart. Sabino II. et Venusto Conss. [240.]

8. Imp. Philippus A. et Philippus C. Proculo [9]). — Si non suspectum contutorem tuum postulare ac removere ab administratione bonorum pupilli curaveris, admitti nequaquam potest ratio desiderii tui, iam nunc postulantis tutelam tibi nomine eiusdem pupilli restitui. PP. XIV. Kal. Novemb. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

9. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [10]) Hammiano [11]). — Suspectos tutores ex dolo, non etiam eos, qui ob negligentiam remoti sunt, infames fieri, manifestum est. S. VIII. Kal. Mai. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XLIV.

DE IN LITEM DANDO TUTORE VEL CURATORE.

1. Imp. Antoninus A. Miltiadi [12]). — Si quas petitiones adversus pupillos tuos habes, dirigere eas potes, assistentibus causamque defendentibus contutoribus tuis, quum et si alios tutores non haberent, ad hoc genus litis defendendae curatores accipere deberent. PP. XIII. [13]) Kal. August. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

2. Imp. Alexander A. Euaresto [14]). — An tibi partis fundi paterni vindicatio competat, is, cuius de ea re notio est, aestimabit. Respicere autem debes officium, in quo te esse tutorem dicis, ne ob eiusmodi petitionem, evictione secuta, ultra pretii quantitatem auctoris [15]) heredem, pupillum tuum, oneres, qui laudatus per te defendi debeat, quum aut compensationis rationem habere, aut contrario tutelae iudicio experiri possis. Sed ne tuum ius, si quod habes, impediatur, ad eam rem defendendam, quae adversus te vindicantem agenda erit, curatores pupillo petantur [16]). PP. XII. Kal. Mai. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

3. Imp. Gallienus A. Valerio [17]). — Ad protegendam causam tutor sive curator datus conveniri non potest administrationis periculo, quum [18]) sola suscepti negotii tutela mandata est. Si nihil igitur, ut allegas, praeter negotium gessisti, frustra conveniris. PP. Kal. April. Valeriano [19]) et Lucillo [20]) Conss. [265.]

4. Idem A. Irenaeo. — Ad litem datus tutor, si quid bona fide erogasti, a contutoribus more solito exigere potes. PP. Kal. Novemb. Paterno et Arcesilao Conss. [267.]

5. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Tigrani. — Sive ex testamento sive [21]) iure legitimo fratris tui filiorum tutelae onus ad te pertineat [22]), vereri non debes de his quaestionibus, quas adversus fratrem tuum quondam tibi fuisse dicis, quum, si qua emerserit lis, procuratore dato, et illis curatore ad litem constituto, et solemnitati iuris, ubi tutor exigitur, et indemnitati utrinsque prospici possit. S. IV Kal. Mai. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XLV.

[d]) DE EO, QUI PRO TUTORE [23]) NEGOTIA GESSIT.

1. [e]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Marcello. — Etiam mulieres, si res pupillares pro tutore administraverint, ad praestandam rationem tenentur. PP. . . . . Aemiliano et Basso Conss [259.]

2. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Marco. — Non utiliter nominatus tutor pupillorum nomine agendo, licet ex eorum persona in iunctas impleat intentiones, exceptione si tutor non est [24]) submovetur. Dat. Non. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XLVI.

SI MATER INDEMNITATEM PROMISERIT [25]).

1. [g]) Imp. Alexander A. Brutiae. — Suo potius periculo magistratus tutores, quos petiisti, dederunt, quam tu contra sexus conditionem alicui ex ea obligatione obstricta es, quod tuo periculo tutores filiis tuis dari postulasti. PP. III. Id. Mart. Maximo II. [26]) et Urbano Conss. [234.]

2.

---

[a]) *haec const. post leg.* 6. *collocatur in ms. Bg.* — [b]) *Bas. XXXVII.* 10. 6. (*T. IV. p.* 836.) — [c]) *Bas. XXXVII.* 10. 9. — [d]) *Dig. XXVII.* 5. — [e]) *Bas. XXXVIII.* 5. 6. (*T. V. p.* 96.) — *Sch. k. l.* — [f]) *Bas. XXXVIII.* 5. 7. — [g]) *Bas. XXXVIII.* 8. 21. (*T. V. p.* 115.) — *Sch. x.* (*T. V. p.* 121.)

[1]) nihil seguiter *deesse monet Russ. in marg., profecto tamen retinenda sunt.* — [2]) II. *add. Hal. et rell. praeter Bk.* — [3]) fungeris officio, si *edd. Nbg. Hal.* — [4]) in fraude *ms. Pl.* 1.; fraude *ms. Pl.* 2. — [5]) gerunt *ms. Pl.* 1. — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; adiungendus *edd. rell.* — [7]) idoneis *mss. Bg. Gt.* — [8]) Gordianae *ms. Pl.* 1.; Gorgianae *al.* — [9]) Proculae *mss. nonn.* — [10]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Bk.*; et CC. *om. rell.* — [11]) Ammiano *Sp. Bk.*; Ammiano P. P. *Cont.* 62. — [12]) Miliadi, Meltiadi, Miliciadi, Militiadi *mss.* — [13]) XIIII. *ms. Pist.* — [14]) Evaristo *ms. Bg.* — [15]) actoris *ed. Schf., quam male docet seq.* laudatus. — [16]) petuntur *ms. Bg., ed. Schf.* — [17]) Imp. Gall. et Val. *ms. Bg.*; Valeriano *al., cfr. l.* 17. *C. V.* 62. *in inscr.* — [18]) cui *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [19]) II. *ex fastis ins. Bk.* — [20]) *ita ex monumentorum fide cum Bk. hoc nomen scribendum est*; Luciano *Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; ex *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; perveniat *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [23]) curatore *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [24]) non es *coni. Fabrot. in Enarr. ad Cuiac. Parat. h. t., quo melius formula exceptionis sibi constet, quam revera in his verbis proponi, etiam Bas. docent.* — [25]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; promisit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) *ita cum Bk. mutavi ex fastis*; III. *Hal. et rell.*

2. [a]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Asclepiadi et Menandro. — Quaedam pupillorum vestrorum a matre itemque avo paterno [1]) administrata, eorumque nomine indemnitatem vobis promissam esse [2]) asseveratis. Quae si ita sunt, et iidem pupilli, legitimae aetatis effecti, non adversus matrem suam itemque [3]) avum, sed contra vos congredi malunt, non immerito indemnitatem ab his praestari desiderabitis, quos et [4]) administrationem suo periculo pridem suscepisse proponitis. PP. IV. Id. Iul. Praesente et Albino Conss. [246.]

3. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [5]) Gaiano. — Ob tutorem non idoneum a matre petitum, frustra vobis eam teneri contenditis, quum non nisi specialiter, eius periculo dari, decreto fuisset [6]) comprehensum, ex ea obligatione obstricta est [7]). S. Kal. Decemb. AA. Conss. [293—304.]

Tit. XLVII.

SI CONTRA MATRIS VOLUNTATEM TUTOR DATUS SIT.

1. [c]) Impp. Severus et Antoninus AA. Tertio. — Si contra matris ultimam voluntatem Fuscinium filio communi tutorem datum probaveris, eum sine damno existimationis a tutela removendum praetor decernet. Quae rescriptio, si in fraude [8]) convictus fuerit, non suffragabitur. PP. XIII. Kal. Mart. Laterano et Rufino Conss. [197.]

Tit. XLVIII.

UT CAUSAE POST PUBERTATEM ADSIT TUTOR.

1. [d]) Imp. Philippus A. Dextro. — Tutores, qui necdum administrationem [9]) ad curatores transulerunt, defensioni causarum pupillarium assistere oportere, saepe rescriptum est. Et ideo, si (ut proponis) instrumenta, quibus asseri possunt causae provocationis, etiamnum hi, quorum meministi, apud se detinent, aditus praeses provinciae periculi sui eos admoneri praecipiet. PP. XII. Kal. Novemb. Philippo A. et Titiano Conss. [245.]

Tit. XLIX.

[e]) UBI PUPILLI EDUCENTUR [10]).

1. [f]) Imp. Alexander A. Dionysiodoro [11]). — Educatio pupillorum tuorum nulli magis, quam matri eorum, si non vitricum eis induxerit, committenda est. Quando autem inter eam et cognatos et tutorem [12]) super hoc orta fuerit dubitatio, aditus praeses provinciae, inspecta personarum et qualitate et coniunctione, perpendet, ubi puer educari debeat. Sin autem aestimaverit, apud quem educari debeat, is [13]) necessitatem habebit hoc facere, quem [14]) praeses iusserit. PP. VII. Id. Februar. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Gratae. — Utrum nepos tuus [15]) ex filia apud te, an apud patruum suum morari debeat, ex singulorum [16]) affectione, et qui magis ad suspicionem ex spe successionis propior sit, aestimabitur [17]). S. XVIII. Kalend. Novemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

Tit. L.

[h]) DE ALIMENTIS PUPILLO PRAESTANDIS.

1. [i]) Imp. Antoninus A. Faustino. — Pupillus, si ei alimenta a tutore suo non praestantur, praesidem provinciae adeat, qui, ne in alimentorum praestatione mora fiat partibus suis fungetur. Idem est et si [18]) de statu pupilli seu adulti et de bonis eius controversia pendeat. PP. VI. Id. Iul. Romae, Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

2. [k]) Imp. Alexander A. Euphido [19]). — Quod plerumque postulatur, ut arbitrio praetoris alimenta pro modo facultatum pupillis vel iuvenibus constituantur, pro officio suo hi [20]), qui aliena negotia gerunt, ne apud iudicem controversiam habeant, faciunt. Ceterum si bonus vir [21]) et [22]) innocens tutor arbitrio suo aluit pupillos (quod interdum etiam necesse est fieri, ne secreta patrimonii et suspectum aes alienum [pandatur [23])], quod melius est interim taceri, quam, quum de modo bonorum quaeritur, ultro proferri, et apud acta ius dicentis contra utilitatem pupillorum designari [24])), non dubie accepto ferre debebunt

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 8. 22. — *Sch. y—a.* (*T. V. p.* 122.) — [b]) *Bas. XXXVIII.* 8. 23. — *Sch. b. c.* (*T. V. p.* 123.) — [c]) *Bas. XXXVIII.* 8. 24. — *Sch. d.* — [d]) *Bas. XXXVIII.* 9. 14. (*T. V. p.* 129.) — *Sch. g—i.* (*T. V. p.* 150.) — [e]) *Dig. XXVII.* 2. — [f]) *Bas. XXXVIII.* 2. 7. (*T. V. p.* 57.) — *Sch. x—z.* (*T. V. p.* 61.) — [g]) *Bas. XXXVIII.* 2. 8. — *Sch. a.* — [h]) *Dig. XXVII.* 2. — [i]) *Bas. XXXVIII.* 2. 9. (*T. V. p.* 58.) — *Sch. b—d.* — [k]) *Bas. XXXVIII.* 2. 10. — *Sch. e—g.* (*T. V. p.* 62.)

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; materno *ms. Bg., edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.*; *sed ὁ πρὸς πατρὸς πάππος Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; esse *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; neque *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) et *om. mss. Bg. Gt.* — [5]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *om. edd.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Cont.* 62.; fuerit *rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [8]) in fraudem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [9]) administrationis rationem *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf., ms. Pl.* 1. *ex correct., quam lect. vel 'maxime Schol. Bas. tueri videntur.* — [10]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. *Bg., omnia mss. Cont., edd. Nbg. Schf. Hal.*; pup. educantur *ms. Pl.* 2.; pupillus educetur *mss. Ce. Gt.*; pupilli educari debeant *Russ et rell.* — [11]) *mss. pleraque*; Dionysodoro *edd.* — [12]) *mss. Pl.* 1. *Gt., Hal.*; tutores *rell. mss. et edd., sed nostram lect. tuentur Bas.* — [13]) Is autem, *omissis vv.* Sin autem — debeat, *Russ. in marg. ex uno mss.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. edd. Nbg. Schf.*; quod *Hal. et rell., male, ut docent Bas.* ἀνάγκην ἔχοντος τοῦ κελευομένου πᾶσι τρόποις λαμβάνειν τὸν ανηβον. — [15]) Utrumne postumus *Hal., quod alienum est ab omnibus codd. Cont. et meis et reprobatur a Bas.* Πότερον ὁ ἐγγονός σου. — [16]) inspecta *ins. ms. Bg.*; aspecta *ins. ms. Pl.* 2. — [17]) aestimabit praeses *mss. Bg. Pl.* 2. — [18]) id est, etsi, *ut exprimatur ratio dubitandi, mavult Cuiac. in Recitatt. in Cod. h. t., quod sane convenit cum Bas.* — [19]) Aufidio *ms. Cas.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; hi *om. Hal. et rell.* — [21]) vir *om. ms. Pl.* 2. — [22]) aut *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [23]) pandatur *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ab omnibus mss. Cont.*; aperiatur *ins. ed. Schf.*; manifestetur *vel* proferatur *vel* divulgetur *inseri in aliis, Russ. in marg. testatur, quae omnia esse glossemata, idem Russ. recte monet, qui ita reponendum censet*— necesse est fieri, quod melius est interim secr. patrim. et susp. aes alien. taceri, quam cum *etc.*; *sed hic verborum ordo ab omni librorum fide destitutus est. Quare et eum reiicio et quae verba hic interponi ideo solent, ut habeat illud* ne, *quod ab ipso pendeat; commode enim ex seqq. cogitando suppletur* proferatur et designetur. — [24]) signari *ms. Pl.* 2., *ms. Pl.* 1. *ante correct.*; assignari *ms. Gt., edd. Nbg. Hal.*; praesignari *Russ in marg.*

bunt ea, quae vir bonus arbitrabitur [1]) merito [2]) ad exhibitionem educationis ministeria studiaque erogata esse. Nec ferendus est iuvenis, qui, quum praesens esset, studiisque eruditus atque alitus esset [3]), si ea per alium se consecutum non probet, sumtus [4]) recuset, quasi vento vixerit aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit. PP. Non. Decemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

Tit. LI.

[a]) ARBITRIUM [5]) TUTELAE.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Leoni. — Quum tutelae administratae ratio a te peti coeperit, neque veritati neque iustis probationibus officit, quod, ut dicis, testator modum patrimonii sui verbis testamenti ampliavit vel minuit. PP. V. Kal. Octob. Romae, duobus [6]) Aspris Conss. [212.]

2. [c]) Idem A. Praesentino. — Nomina paternorum debitorum si idonea fuerint initio susceptae tutelae, et per latam culpam tutoris minus idonea tempore tutelae esse coeperunt, index, qui super ea re datus fuerit, dispiciet [7]); et si palam dolo tutoris vel manifesta negligentia cessatum est, tutelae iudicio damnum, quod ex cessatione accidisset, pupillo praestandum esse, statuere curabit. PP. Non. Iul. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

3. [d]) Idem A. Vitalio. — Si curator post [8]) decretum praesidis, sublata pecunia, quae ad comparationem possessionis fuerat deposita, sibi praedium comparavit, elige, utrum malis, in emtione negotium tibi eum gessisse, an, quia in usus suos pecuniae conversae sunt, legitimas usuras ab eo accipere; secundum quae iudex tutelae iudicio redditus [9]) partem religionis implebit. PP. III. Kal. Iul. Romae, Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

4. [e]) Imp. Alexander A. Aglao. — Eum, qui bonis paternis secundum edicti formam abstentus est, hereditariis actionibus conveniri, nulla ratio suadet. Nec ad rem facit, quod adversus curatores vel tutores, si non consulte abstentus sit, actio ei competat. Nihil quippe in ea [10]), quae ex officio gesta sunt vel geri debebunt [11]), veniet, sed culpa solummodo, quantique interfuit eius, non fuisse abstentum, aestimatur [12]). Cui consequens est, ut, si propter eam causam transegisti cum tutoribus vel [13]) curatoribus, nulla adversus te creditoribus patris tui petitio competat. PP. III. Kal. Mai. Alexandro A. Cons. [222.]

5. [f]) Imp. Gordianus A. Victorino. — Omnes tutores seu heredes eorum, qui administraverunt tutelam, ad eundem iudicem ire debere, iampridem constitutum est. Quum igitur patrem tuum cum alio tutelam administrasse allegas, praeses provinciae eundem iudicem adversus te atque heredes contutorum patris [14]) tui dare debebit, quatenus quisque [15]) condemnari debeat, examinaturum. PP. X. Kal. August. Pio et Pontiano Conss. [238.]

6. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [16]) Septimo et Cononi [17]). — Quum interdictae venditionis vitium etiam pretii fraude tutor vester cumulasse proponatur, non dubitabit praeses provinciae, quando venditionem confirmare voluistis, residuum pretium cum usuris venditae a tutore possessionis celeriter vobis restitui iubere. Quod autem petitis ab heredibus eius, qui vendidit, pretium vobis exsolvi, superfluo a nobis desideratis, quia nec praesidis experientiam possit [18]) latere, tutores, qui gesserunt, sive eorum heredes ob ea negotia, quae per eos administrata sunt, principali loco conveniri debere, ceteris ob culpae rationem non servati detrimenti periculo substitutis, vel si pariter administrasse doceantur, etiam adversus unum liberum experiundi arbitrium competere, ita ut actiones, quas adversus alios habetis, ad electum transferatis [19]). PP. IV. Kal. Septemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

7. [h]) Iidem AA. et CC. Alexandro. — Quidquid tutoris dolo vel lata culpa aut levi, seu curatoris, minores amiserint, vel, quum possent, non quaesierint [20]), hoc [21]) in tutelae seu negotiorum gestorum utile iudicium venire, non est incerti iuris. S. prid. Id. April. AA. Conss. [293—304.]

8. [i]) Iidem AA. et CC. Dalmatio. — Tutores tutelae conveniri, longi [22]) temporis praescriptio non prohibet. Unde si his transactione vel novatione [23]) atque [24]) acceptilatione liberationem non praestitisti, apud rectorem provinciae, quaecunque tibi debentur, repetere non prohiberis. S. XIV. Kal. Mai. AA. Conss. [293—304.]

9. [k]) Iidem AA. et CC. Iuliano. — Tutorem quondam, ut tam rationem, quam si quid reliquorum nomine debet, reddat, apud praetorem convenire potes. Quamvis enim matrem tuam, susceptis bonis vestris, indemnitatem pro hac administratione tutori se praestituram promisisse proponatur, tamen adversus tutorem tibi tutelae, non adversus matris successores ex stipulatu competit actio. S. prid. Kal. Ianuar. AA. Conss. [293—304.]

10. [l]) Iidem AA. et CC. Pomponio. — Si defunctus tutelam vestram administravit, non rerum eius dominium vindicare vel tenere potes, sed tutelae contra

---

[a]) *Dig. XXVII.* 3. — [b]) *Bas. XXXVIII.* 3. 26. (*T. V. p.* 70.) — *Sch. y—a.* (*T. V. p.* 86.) — [c]) *Bas. XXXVIII.* 3. 27. — *Sch. b. c.* — [d]) *Bas. XXXVIII.* 3. 28. — *Sch. d—f.* — [e]) *Bas. XXXVIII.* 3. 29. (*T. V. p.* 71.) — *Sch. g. h.* (*T. V. p.* 87.) — [f]) *Bas. XXXVIII.* 3. 30. — *Sch. i.* — [g]) *Bas. XXXVIII.* 3. 31. — *Sch. k—n.* — [h]) *Bas. XXXVIII.* 3. 32. (*T. V. p.* 72.) — *Sch. o—q.* (*T. V. p.* 88.) — [i]) *Bas. XXXVIII.* 3. 33. — *Sch. r. s.* — [k]) *Bas. XXXVIII.* 3. 34. — *Sch. t. u.* — [l]) *Bas. XXXVIII.* 3. 35. — *Sch. x. y.* (*T. V. p.* 89.)

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; arbitratur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) digne [ac] merito *ms. Bg., edd. Nbg. Schf.* — [3]) est *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [4]) sumtusque *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [5]) De arbitrio *ms. Pl.* 2. — [6]) et *ins. Hal. et rell.* — [7]) despiciet *ms. Bg., Hal.*; displicet *ms. Pl.* 2. — [8]) Curator qui post *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; Curatorem qui post *ms. Pl.* 1. *Fortasse iustum initium est:* Curator quis post, *ut in Bas.* κουράτωρ τις, *et tunc post* compar. *plene interpungendum.* — [9]) datus *ms. Pl.* 2., *ms. Pl.* 1. *ex correct., edd. Nbg. Schf.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; actione *add. edd. Schf. Russ. et rell.* — [11]) debuerunt *Hal.* — [12]) aestimabitur *edd. Schf. Russ. et postea rell. contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [13]) tutoribus vel *om. Schol. Bas. in* τῷ κατὰ πόδα. — [14]) patrui *Russ. in marg.* — [15]) unusquisque *ms. Bg., ed. Schf.* — [16]) *ms. Cas., Bk.*; et CC. *add. rell.* — [17]) *ms. Cas.*; Sept. et Cononio *ms. Pl.* 1.; Dictevendi et Cononi *ms. Vat., similiter ms. Bg., quae inscr. ex princ. const. oriunda;* Cononi et aliis *Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; hoc *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; transferantur *Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; acquisierint *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [21]) etiam *add. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; et *ins. ms. Pl.* 2. — [22]) longi *om. ed. Nbg., Hal. in textu, verum restituit in not.* — [23]) vel novatione *om. ms. Pl.* 1., *Hal., sed contra Bas.* — [24]) *Hal., Cuiac. Obss. XVII.* 6. *et Recitatt. in Cod. h. t.*; aut *mss. et edd. rell.*; *verum Bas.* διὰ μεταγέσεως χρέους καὶ ἀποχῆς.

contra eius successores tibi competit actio. Debitum autem aliis indiciis comprobari oportet. Nam quod neque ipse neque uxor eius quidquam ante administrationem habuerunt, non idoneum huius [1]) continet [2]) indicium; nec enim pauperibus industria vel augmentum patrimonii, quod laboribus et multis casibus quaeritur, interdicendum est. S. X. Kal. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

11. [a]) Iidem AA. et CC. Chrusiano [3]). — Tutor post puberem aetatem [4]) puellae [5]), si in administratione connexa perseveraverit, tutelae actione totius temporis rationem praestare cogitur. Sin autem post finitam administrationem in iisdem rebus minime se immiscuerit, temporis, quod insequitur, periculum ad eum non pertinet. S. Kal. Decemb. Anchialo [6]), Caess. Conss. [294—305.]

12. [b]) Iidem AA. et CC. Quintillae. — Tutelae actio tam heredibus quam etiam [7]) contra successores competit. S. X. Kal. Decemb. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

13. [c]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Veteris iuris dubitationem [8]) decidentes sancimus, si quidem tutor vel curator pro substantia pupilli vel adulti aliquid ubicunque dixerit, ad maiorem quantitatem eam reducens, sive pro utilitate pupilli vel adulti, sive pro sua simplicitate [9]), sive per aliam quamcunque causam, nihil veritati praeiudicare, sed hoc obtinere, quod ipsius rei inducit natura et mensura pupillaris vel adulti ostendit substantiae [10]). Sin autem inventario publice facto res pupillares vel adulti conscripserit [11]), et ipse per huiusmodi scripturam confessus fuerit ampliorem quantitatem substantiae, non esse aliud inspiciendum, nisi hoc, quod inscripsit [12]), et secundum vires eiusdem scripturae patrimonium pupilli vel adulti exigi; neque enim sic homo simplex, immo magis stultus invenitur, ut in publico inventario scribi contra se aliquid patiatur. §. 1. Illo procul dubio observando, ut non audeat tutor vel curator res pupillares vel adulti aliter attingere vel ullam sibi communionem ad eas vindicare, nisi prius inventario publice facto secundum morem solitum res ei tradantur; nisi testatores, qui substantiam transmittunt, specialiter inventarium conscribi vetuerint. Sciturís tutoribus et curatoribus, quod, si inventarium facere neglexerint, et quasi suspecti ab officio removeantur [13]), et poenis legitimis, quae contra eos interminatae sunt, subiacebunt, et postea perpetua macula infamiae notabuntur, neque ab imperiali beneficio absolutione huiusmodi [14]) notae fruituri. Dat. Kal. [15]) August. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. LII.

[d]) DE DIVIDENDA TUTELA, ET PRO QUA PARTE QUISQUE TUTORUM CONVENIATUR.

1. [e]) Imp. Gordianus A. Optato. — Si post finitum administrationis officium collegae tui indemnitati praestandae idonei fuerint, posteaque, dum non conveniuntur, minus idonei effecti sunt, vitium alienae cessationis ad dispendium tuum pertinere, iuris ratio non patitur. PP. VI. Id. Mart. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

2. [f]) Impp. Carinus [16]) et Numerianus AA. Primigenio [17]). — Si divisio administrationis inter tutores sive curatores in eodem loco seu provincia constitutos [18]) necdum fuit [19]), licentiam habet adolescens et unum eorum eligere et totum debitum exigere, cessione videlicet ab eo adversus ceteros tutores seu curatores actionum ei competentium facienda. In divisionem autem administratione deducta sive a praeside sive a [20]) testatoris voluntate, unumquemque pro sua administratione convenire potest, periculum invicem tutoribus seu curatoribus non sustinentibus, nisi per dolum aut culpam suspectum non removerunt, vel tarde suspicionis rationem [21]) moverunt, quum alter eorum non solvendo effectus sit, vel suspicionis causam agendo sua sponte iura pupilli prodiderunt. Nec prodest eis, dicentibus, contutorem [22]) suum non administrasse res pupillares. Sin vero ipsi inter se res administrationis diviserunt, non prohibetur adolescens et [23]) unum ex his in solidum convenire, ita ut actiones, quas adversus alios habet, ad electum transferat. PP. emissa [24]) XII. Kal. April. Carino II. et Numeriano AA. Conss. [284.]

3. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Zotico. — Licet tutorum conventione mutuum periculum minime finiatur, tamen eum, qui administravit, si solvendo sit, primo in [25]) loco eiusque successores conveniendos esse, non ambigitur. S IV. Kal. Octob. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. LIII.

[h]) DE IN LITEM IURANDO.

1. [i]) Impp. Severus et Antoninus AA. Asclepio [26]). — Adversus heredem [27]) tutoris ob [28]) transferendam tutelam iudicem accipiens, tempore litis instrumenta ad puberem pertinentia restitui desiderabis. Quodsi

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 3. 36. (*T. V. p.* 73.) — *Sch. z—b.* — [b]) *Bas. XXXVIII.* 3. 37. — *Sch. c.* — [c]) *Bas. XXXVIII.* 3. 38. — *Sch. d. e. h.* — [d]) *Dig. XXVI.* 7. — [e]) *Bas. XXXVIII.* 14. 1. (*T. V. p.* 181.) — *Sch. a. b.* (*T. V. p.* 182.) — [f]) *Bas. XXXVIII.* 14. 2. (*T. V. p.* 182.) — *Sch. c—e.* (*T. V. p.* 183.) — [g]) *Bas. XXXVIII.* 14. 3. — *Sch. f.* — [h]) *Dig. XII.* 3. — [i]) *Bas. XXXVIII.* 15. 1. (*T. V. p.* 183.) — *Sch. a.* (*T. V. p.* 185.)

[1]) huius *om. ms. Bg.*; huiusmodi *ed. Schf.* — [2]) convenit *Russ. in marg.* — [3]) Casianae, Drusianae *mss. nonn.*; Chrusianae, Chrissianae *al.* — [4]) post pubertatem *ms. Pl.* 1. — [5]) pupillae *mss. Pl.* 1. 2.; pupilli *ed. Schf.* — [6]) Anchiali *Bk.* — [7]) etiam *om. mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [8]) ambiguitatem *ms. Pl.* 1. — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; pro sola simplic. *edd. Nbg. Hal.*; per suam [tuam *Cont.* 62.] simplicitatem *edd. Schf. Russ. et rell.* — [10]) substantia *ms. Pl.* 2. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; inscripserit *Russ. et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal.*; inscripserit *ms. Bg.*, *edd. rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; removebuntur *Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; huius *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *mss. Veron. Pist.*; Id. *Hal. et rell.* — [16]) Impp. Carus (Car.) Carin. *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Cont.* 62.; *merito tamen Carum ab inscr. abesse videri, docet Reland. fast. cons. p.* 251. — [17]) P. P. *add. ms. Vat.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Hal. in textu*; facta *ins. Hal. in not.*, *Russ. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; fuerit *edd.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; a *om. rell.* — [21]) actionem *Russ. in marg.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; eum contutorem *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; et *om. edd. rell.*, *sed adiectioni favent Bas.* — [24]) *v.* emissa *ob praeced.* PP. *suspectum est, fortasse ex depravato nomine loci oriundum, velut* Emesae. — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*; in *om. edd. Schf. Russ. et rell.* — [26]) Asclepiodoto *Cont.* 62. *Sp. Bk. contra mss. et rell. edd.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; heredes *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed nostrum etiam ob Bas. magis probatur.* — [28]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; ad *ms. Pl.* 2., *ed. Schf. et rell.*

Quodsi dolo non exhibeantur, in litem iurandi tibi facultas erit, modo si quondam pupillo debitam affectionem ad vincula quoque religionis extendere volueris. PP. Kal. August. Antonino A. [1]) II. et Geta II. [2]) Conss. [205.]

2. [a]) Imp. Antoninus A. Severo. — Is, qui rationes [3]) tutelae seu curae reposcit, invitus in litem iurare compelli non potest. Sed volens ita demum audiendus est, si heres per longam successionem [4]) tutoris instrumenta pupillaria dolo [5]) circumveniendi pupilli gratia exhibere non vult. Sin vero neque dolus neque lata culpa neque fraus heredis [6]) convincitur, omissa inrisiurandi facultate, index de veritate cognoscet, quae etiam argumentis liquidis investigari potest. PP. XI. Kal. Octob. duobus [7]) Aspris Conss. [212.]

3. [b]) Idem A. Prisciano [8]). — Summa sententia comprehensa, quam cessantibus curatoribus quondam tuis iudex, secutus iurisiurandi a te prolati [9]) religionem, in condemnationem deduxit, minui pacto non potuit. PP. Kal. Iul. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

4. [c]) Imp. Gordianus A. Mutiano. — Alio iure est tutor, alio heres eius. Tutor enim inventarium ceteraque instrumenta si non proferat, in litem iusiurandum adversus se potest admittere; at enim heres eius ita demum, si reperta in hereditate dolo malo non exhibeat. Sed quum adversus ipsum tutorem litem contestatam esse dicatis, transferentibus vobis in heredes eius actionem praeses provinciae partes suas exhibebit, non ignorans, nisi exhibeantur instrumenta, quatenus iuxta formam constitutionum partes suas debeat moderari. PP. VII. [10]) Kal. Octobr. Pio et Pontiano Conss. [238.]

5. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Artemidoro [11]). — Licet adversus heredes ob non factum inventarium iusiurandum in actione tutelae praetermitti placuerit, iudicem tamen [12]), velut ex [13]) dolo tutoris [14]), aliis iudiciis instructum adversus eos ferre sententiam convenit. S. VIII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

Tit. LIV.

DE HEREDIBUS TUTORUM [15]).

1. [e]) Impp. Severus et Antoninus AA. Fusciano [16]). — Heredes tutoris [17]) ob negligentiam, quae non [18]) latae culpae comparari possit, condemnari non oportet [19]), si non contra tutorem lis inchoata est, neque ex damno pupilli lucrum captatum aut gratia [20]) praestitum sit. PP. VI. Id. Mart. Laterano et Rufino Conss. [197.]

2. [f]) Imp. Antoninus A. Valentino et Materno. — Pater vester tutor vel curator datus si se non excusavit, non ideo vos minus heredes eius tutelae vel utili iudicio conveniri potestis, quod eum [21]) tutelam seu curam non administrasse dicitis; nam etiam cessationis ratio reddenda est. Prius tamen propter actum suum eos conveniendos esse, qui administraverunt, saepe rescriptum est. PP. XI. Kal. Mart. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

3. [g]) Idem A. Vitae [22]). — Adversus heredes quondam tutoris tui tutelae actione consiste. In iudicium autem veniet etiam id, quod tibi tutor ex causa fideiussionis debuit. PP. IV. Non. Iul. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

4. [h]) Imp. Alexander A. Frontino. — Heredes eorum, qui tutelam vel curam administraverunt, si quid ad eos ex re pupilli vel adulti pervenit, restituere cogantur; et [23]) in eo etiam [24]), quod tutor vel curator administrare debuit, nec administravit, rationem reddere eos debere [25]), non est ambigendum. PP. VIII. Kal. Novemb. Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.]

Tit. LV.

[i]) SI TUTOR [26]) NON GESSERIT.

1. [k]) Imp. Alexander A. Zotico. — Certum est, non solum eos, qui gesserunt, sed etiam qui gerere debuerunt,

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 15. 2. (*T. V. p.* 184.) — *Sch. b. c.* — [b]) *hanc const. ex Greg. C., in quo vulgo est l.* 3. *de pact. I.* 3., *servavit Consultatio IX.*; *Bas. XXXVIII.* 15. 3. — *Sch. d. e.* (*T. V. p.* 186.) — [c]) *Bas. XXXVIII.* 15. 4. — *Sch. f.* — [d]) *Bas. XXXVIII.* 15. 5. (*T. V. p.* 185.) — *Sch. g.* (*T. V. p.* 186.) — [e]) *Bas. XXXVIII.* 7. 9. (*T. V. p.* 104.) — *Sch. l—n.* (*T. V. p.* 107.) — [f]) *Bas. XXXVIII.* 7. 10. — *Sch. o. p.* — [g]) *Bas. XXXVIII.* 7. 11. (*T. V. p.* 105.) — *Sch. q.* — [h]) *Bas. XXXVIII.* 7. 12. — *Sch. r. s.* (*T. V. p.* 108.) — [i]) *Dig. XXVI.* 7. — [k]) *Bas. XXXVIII.* 16. 1. (*T. V. p.* 186.) — *Sch. a—c.* (*T. V. p.* 187.)

[1]) A. *inserui cum Bk. ex fastis, quia in subscriptt. hui. anni abesse non solet.* — [2]) Geta C. *Bk.*; *cfr. not.* 19. 20. *ad l.* 1. *C. I.* 54. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal. Bk.*; rationem *ms. Bg.*, *edd. rell.*; *sed* λόγους *Schol. Bas.* — [4]) pro longa successione *ms. Pl.* 1.; *sed* διὰ τῆς μακρᾶς διαδοχῆς *Schol. Bas.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Cuiac. in Recit. in Cod. h. t.*; vel *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*, *quod et reprobat Schol. Bas.* κατὰ δόλον περιγραπτέου πουτ. ἕνεκεν. — [6]) Sin vero neque fraus neque dolus heredis *Hal.*, *verum etiam contra Schol. Bas.*, *quod habet* τὸ κατὰ πόδα. — [7]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [8]) P. P. *add. ms. Pl.* 1.; militi *add. Consult.* — [9]) perlati *Consult.* — [10]) VI. *ms. Pist.*, *quod diem habet*, *non conss.* — [11]) Archimidoro *mss. pleraque.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; datum *add. edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [13]) vel ex *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; *sed* ὡς ἀπὸ δόλου τοῦ ἐπιτρόπου. — [14]) *male deleto hoc commate vulgo interpungitur post* instructum, *quum sententia procul dubio haec sit*, *iudicem ex dolo tutoris condemnare quidem eius heredes*, *sed omisso iuramento in litem aliis probationibus edoctum; similiter est in l.* 2. *hoc tit. i. f.* — [15]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; vel curatorum *addunt Russ. et rell.* — [16]) Fusiano *mss. nonn.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; tutorum *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [18]) non *delendum censet Cuiac. Obss. XIII.* 39. *et al. loc. ob auctoritatem Bas.*, *quae habent* Τοὺς κληρονόμους τοῦ ἐπιτρόπου ἀπὸ μεγάλης ἀμελείας οὐ προσήκει καταδικάζεσθαι; *de qua emendatione, num vera sit, ipse subdubitat Cuiac. Obss. XXI.* 2. *Ac profecto nil mutandum, quum fides Bas. vacillet propter Schol. l. cit.*, *atque nullus, quod sciam, codex adhuc collatus negationem omittat. De causis magis internis, quibus Cuiac. refutatur, cfr. Hasse die Culpa des Röm. Rechts. p.* 601 *sqq.* — [19]) condemn. possunt *ms. Gt. manifesto vitio in ipso cod. serius emendato.* — [20]) gratiae *ms. Pl.* 2., *Hal. Russ. Cont.* 62., *sed contra multa vetera mss. Russ.*, *quae habent* gratia (*non* gratis, *ut refert Sp. in not.*); gratis *Char. in marg.*; *vulgaris lectio optime convenit cum Schol. Bas. n. cit.* — [21]) eam *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [22]) Avitae *mss. nonn.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*: et *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) autem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Nbg.* — [25]) eos debere *om. ms. Bg.*, *quod probo*; debere *om. ms. Gt.* — [26]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; vel curator *add. Russ. et rell.*; *nobiscum consentit rubr. tit. Bas. XXXVIII.* 16.

debuerunt, tutelae [1]) teneri etiam in ea, quae a contutoribus servari non potuerunt, si modo, quum [2]) suspectos facere deberent, id officium omiserunt. Tu autem, etsi contra patronum tuum famosam actionem instituere non potuisti, providere tamen, ne quid tutelae deesset, necessariis postulationibus apud eum, cuius de ea re iurisdictio fuit, potuisti. PP. II. Id. Decembr. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. [a]) Idem A. Iusto. — Qui se non immiscuerunt tutelae vel curae, ex persona eorum, qui gesserunt et idonei sunt, non onerantur. Si qua vero sunt, quae, quum geri debuerint, omissa sunt, latae culpae ratio omnes aequaliter tenet. PP. VIII. Kal. Mai. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

Tit. LVI.

DE USURIS PUPILLARIBUS.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Praesentino [3]). — Tutorem vel curatorem pecuniae, quam in usus suos convertit, legitimas usuras praestare debere, olim placuit. PP. Non. Iun. [4]) Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

2. [c]) Imp. Alexander A. Ampliato. — Eius, quod ex causa tutelae debetur, usuras praestari oportere, dubium non est, quamvis aliis pro participe muneris necessitas solutionis irrogetur, quia non id alias contingit, quam si cessatio contutoris in suspecto faciendo imputari [5]) possit. PP. XIII. Kal. Iul. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

3. [d]) Idem [6]) A. Vitalio. — Si pecuniam pupillarem neque idoneis hominibus [7]) credere, neque in emtionem possessionum convertere potuisti, non ignorabit iudex, usuras eius a te exigi non oportere. PP. Id. April. Modesto et Probo Conss. [228.]

4. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Ditatio [8]) et [9]) Aurelio. — Pupillus agere vobiscum actione tutelae compelli non potest. Verum adversus futuram calumniam et ut [10]), si quid ei debetis, cursus eius [11]) inhibeatur usurarum, denuntiationibus frequenter interpositis ad iudicium eum provocate, ac si rem dissimulatione proferat, actis apud praesidem provinciae factis, voluntatis vestrae rationem declarate; quo facto tam vobis ipsis, quam securitati filiorum vestrorum consuletis. Quod et in curatoribus locum habet. PP. III. Kal. Septemb. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

Tit. LVII.

[f]) DE FIDEIUSSORIBUS TUTORUM VEL CURATORUM.

1. [g]) Imp. Alexander A. Felici [12]). — Eligere debes, utrum cum ipsis tutoribus vel curatoribus seu heredibus eorum, an cum his, qui pro ipsis se obligaverunt, agere debeas, vel (si ita malis) dividere actionem. Nam in solidum et cum reo et cum fideiussoribus agi iure non potest. PP. X. Kal. Februar. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

2. Idem A. Prisco. — Non est ambigui iuris, electo reo et solvente fideiussorem liberari. Et ideo, si [13]) simpliciter acceptus est fideiussor in id, quod tutor seu curator debiturus esset, quum proponas tutorem seu curatorem condemnatum solvisse, quid dubium est, fideiussorem liberatum esse? Plane, si stipulatio, rem salvam [14]) fore, interposita est, vel cautum est in id, quod a tutore seu curatore servari non potest, manet fideiussor obligatus ad supplendam tibi indemnitatem. PP. VII. Kal. August. Fusco II. et Dextro Conss. [225.]

Tit. LVIII.

[h]) DE CONTRARIO IUDICIO TUTELAE [15]).

1. [i]) Impp. Severus et Antoninus AA. Stratoni. — Si pro iudicato contutore pecuniam solvisti, nullum iudicium tibi contra pupillum competit, ut delegetur tibi adversus liberatum actio. Quodsi nomen emisti, in rem suam [16]) procurator datus heredes iudicati poteris convenire. PP. VII. Kal. Mart. Fabiano et Muciano Conss. [201.]

2. [k]) Imp. Antoninus A. Primitivo. — Si non ex propria culpa solus pupillae condemnatus es, sed absens et indefensus acquievisti, quum ex causa iudicati satisfacere coeperis, actiones adversus contutores tuos mandari tibi a pupilla desiderabis, vel utili actione uteris. PP. II. Id. Octob. duobus [17]) Aspris Conss. [212.]

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [18]) Thesidi. — Si pater tuus, quem privigni sui tutelam administrasse proponis, testamento recte facto, pupillo etiam quondam suo herede instituto, decessit, quoniam non nisi pro portione hereditaria tutelae petitionem confusione constet exstingui, pro residua parte succedentem patri tutelae te convenit apud competentem iudicem reddere rationem; qui secundum bonam fidem, eorum etiam, quae patrem tuum in rem eius [19]) erogasse dicis, admissa compensatione, reliqui [20]), si quid amplius debetur, faciet condemnationem. Quodsi sciens, amplius in rem suam erogatum, agendum propterea tutelae non putaverit, eum contrario iudicio convenire potes. S. XVIII. Kal. Ianuar. Caess. Conss. [294—305.]

TIT.

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 16. 2. (*T. V. p.* 187.) — *Sch. d.* — [b]) *Bas. XXXVIII.* 17. 1. (*T. V. p.* 188.) — *Sch. a.* (*T. V. p.* 189.); *hoc rescr. probabiliter eundem fontem habet cum l.* 2. *C. arbitr. tut. V.* 51. — [c]) *Bas. XXXVIII.* 17. 2. — *Sch. b.* — [d]) *Bas. XXXVIII.* 17. 3. (*T. V. p.* 189.) — *Sch. e.* (*T. V. p.* 190.) — [e]) *Bas. XXXVIII.* 17. 4. — *Sch. d—f.* — [f]) *Dig. XXVII.* 7. — [g]) *Bas. XXXVIII.* 7. 13. (*T. V. p.* 105.) — [h]) *Dig. XXVII.* 4. — [i]) *Bas. XXXVIII.* 18. 1. (*T. V. p.* 190.) — *Sch. a. b.* (*T. V. p.* 192.) — [k]) *Bas. XXXVIII.* 18. 2. (*T. V. p.* 191.) — *Sch. e. d.*

[1]) tutela *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; *censeo legendum* tutelam, *ut pendeat a* gerere, *quam coniect. defendunt Bas.* οἵτινες χειρίζειν ὤφελον τὴν ἐπιτροπήν. — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; eos *ins. edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *nobiscum faciunt Bas.* — [3]) *mss. Pist. Vat. Cas. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Praesentano *ms. Bg.*; Crescentino *Hal. et rell.* — [4]) *diem firmat ms. Pist.*, *a quo conss. absunt.* — [5]) computari *ms. Bg.*, *Hal. Russ. Cont.* 62., *contra vetera mss. Cont.* — [6]) Imp. Alex. *mss. Pist. Vat.* — [7]) nominibus *Russ. Cont. Char. in marg.*, *quam lect. manifesto veriorem contendit Cont. in marg.*; *sed Bas. etiam* εὐπόροις προσώποις. — [8]) Vultatio *ms. Pl.* 1.; Vitalio *al.* — [9]) Ditatio et *om. mss. Cas. Vat. Bg.* — [10]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; ut *omisso* et *Hal. Bk.*; ut et *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Nbg.*; eius cursus *Hal.*; eius *om. edd. Schf. Russ. et rell.* — [12]) Felici *om. mss. Vat. Cas Bg.* — [13]) ideo etsi *Hal.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; pupillo *ins. edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) tutelae *om. mss. Cas. Vat. Bg.*, *ed. Schf.* — [16]) tuam *edd. Schf. Bk.*, *Russ. Cont. in marg.*, *qui hanc lect. probant meorum codd. fide destitutam.* — [17]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [18]) *Bk.*; et CC. *om. Hal. et postea rell.*; Id. AA. [et] CC. *mss. Cas. Bg.*; Id. A. *ms. Pl.* 1.; Imp. Theodos. *Cont. in marg.* — [19]) in rem eius *om. ms. Pl.* 2. — [20]) et reliqui *edd. Nbg. Hal.*

Tit. LIX.

[a]) DE AUCTORITATE PRAESTANDA.

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Antoniano [1]). — Neque tutoris neque curatoris absentia quidquam stipulationi pro [2]) pupillo [3]) habitae nocet. Sine die et Conss. [4]) [293—304.]

2. Iidem AA. et CC. Serenae. — Neque actiones, sine tutoris auctoritate, in aetate pupillari constituta remittendo quidquam amittere poteris. S. XVII. Kal. Mai. Caess. Conss. [294—305.]

3. Iidem AA. et CC. Gaio [5]). — Eum, qui a pupillo sine tutoris auctoritate distrahente comparavit, longi temporis spatium non defendit. S. III. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

4. Imp. Iustinianus A. Ioanni [6]) P. P. — Clarum posteritati facientes, sancimus, omnimodo [7]) debere et agentibus et pulsatis in criminalibus causis minoribus viginti quinque annis adesse tutores vel curatores, in quibus casibus adultos [8]) et pupillos leges accusari concedunt, quum cautius et melius est [9]), cum suasione perfectissima et responsa facere minores litemque inferre, ne ex sua imperitia vel invenili calore aliquid vel dicant vel taceant, quod, si fuisset prolatum vel non expressum, prodesse eis poterat et a deteriore calculo eos eripere. Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

5. Idem A. Ioanni P. P. — Veterem dubitationem amputantes, per quam testamentarii quidem vel per inquisitionem dati tutoris et [10]) unius auctoritas sufficiebat, licet plures fuerant, non tamen diversis regionibus destinati, legitimi autem vel simpliciter dati omnes consentire compellebantur, sancimus, si plures tutores fuerint ordinati, sive in testamento paterno sive ex lege vocati, sive a iudice vel ex inquisitione vel simpliciter dati, et [11]) unius tutoris auctoritatem pro [12]) omnibus tutoribus sufficere, ubi non [13]) divisa est administratio vel pro regionibus vel pro substantiae partibus; ibi etenim necesse est singulos pro suis partibus vel regionibus auctoritatem pupillo praestare, quia in hoc casu non absimiles esse testamentariis et per inquisitionem datis legitimos et simpliciter datos iubemus, eo quod fideiussionis onere praegravantur, et subsidiariae actionis adminiculum speratur. Sed haec omnia ita accipienda sunt, si non res, quae agitur, solutionem faciat ipsius tutelae, utputa si pupillus in arrogationem se dare [14]) desiderat. Etenim absurdum est, solvi tutelam nec [15]) consentiente, sed forsitan [16]) ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus. Tunc etenim, sive testamentarii, sive per inquisitionem dati, sive legitimi, sive simpliciter creati sunt, necesse est omnes suam auctoritatem praestare, ut, quod omnes similiter tangit, ab omnibus comprobetur. Quae omnia simili modo et in curatoribus observari oportet. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

Tit. LX.

QUANDO TUTORES VEL CURATORES ESSE DESINANT.

1. [c]) Imp. Alexander A. Hermulae [17]). — Si curatores tutoribus adiuncti sunt, pubertate pupilli tam tutorum quam curatorum adiunctorum officium finiri, ideoque alios propter aetatis infirmitatem curatores esse dandos, manifestissimum est. PP. IV. Kal. August. Romae, Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

2. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Menippo [18]). — Tutoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri, certissimum est. S. XIII. Kal. Februar. Caess. Conss. [294—305.]

3. [e]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Indecoram observationem in examinanda marium pubertate resecantes, iubemus: quemadmodum feminae post impletos duodecim annos omnimodo pubescere [19]) indicantur, ita et mares post excessum quatuordecim annorum puberes existimentur [20]), indagatione corporis inhonesta cessante. Dat. VIII. Id. April. Constantinop. Decio V. C. Cons. [529.]

Tit. LXI.

DE ACTORE A TUTORE SEU CURATORE DANDO.

[1.] [f]) Imp. Alexander A. Sebastiano. — Neque tutores neque curatores ex sua persona in rem pupilli vel adolescentis procuratorem facere possunt, sed actorem constituere debent. Pupillus autem vel pupilla, adultus vel adulta tam ad agendum quam ad defendendum, tutore seu curatore interveniente, procuratorem ordinare possunt. Ipsi etiam tutores et curatores post litis contestationem a se factam, ad exemplum procuratorum, qui litem contestati sunt, dare procuratores non prohibentur. PP. prid. Id. Mai. Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.]

1. [2.] Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Alphocrationi [21]). — Si sui iuris constituti filii tui matri successerunt, licet te tutorem eorum esse probetur, tamen non per procuratorem, sed [22]) actorem

---

[a]) *Dig. XXVI. 8.* — [b]) *geminam const. esse leg. 7. C. de contrah. et comm. stip. VIII. 38. contendit Cuiac. Recitatt. in Cod. ad l. 7. cit.* — [c]) *Bas. XXXVIII. 19. 1. (T. V. p. 193.)* — *Sch. a—c.* — [d]) *Bas. XXXVIII. 19. 2.* — *Sch. d. (T. V. p. 194.); l. 2. in ms. Bg. est secunda in tit. LXII.* — [e]) *Bas. XXXVIII. 19. 3.* — [f]) *hic tit. in omnibus mss. et edd. praeter Bk. unam tantum const., scilicet l. 2.* Si sui iuris, *amplectitur. Positam autem fuisse sub hoc tit., ordine primam, leg. 11. C. de procurat. II. 13., Schol. Thalelaei ad Bas. VIII. 2. 85. (ed. Heimbach. I. p. 407.) tam perspicue docet, ut l. 11. cit., a glossatoribus propter geminationem verosimiliter omissa, merito hic restituatur.*

[1]) Antonino *al.* — [2]) pro *om. ms. Pl. 2. ms. Gt. ante correct.* — [3]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Hal., Cuiac. in Recitatt. in Cod. ad l. 7. VIII. 38.*; vel adulto *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [4]) *ms. Veron.*; Sine die AA. Conss. *rell.* — [5]) *ita hic et in aliis inscr. fere constanter in meis codd. legitur, non* Caio. — [6]) Iuliano *ms. Cas.* — [7]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; omnino *edd. Schf. Russ. et rell.* — [8]) adultos *om. ms. Gt., Cont. 62.*; adultos et *abesse ab omnibus suis codd., testatur Russ. in marg., quod vix credibile.* — [9]) sit *Hal. et postea rell.* — [10]) et *abest a ms. Pl. 2., edd. Nbg. Hal. Russ., ipso improbante Russ. in marg.* — [11]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.*; et *om. Russ. Cont. 66. et postea rell.*; ei *ins. ms. Pl. 2.* — [12]) pro *abest a ms Gt., edd. Schf. Cont. 62., et ab omn. mss. Russ. praeter unum.* — [13]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. Bk.*; nondum *edd. Schf. Cont. 66. et rell.* — [14]) dari *ms. Pl. 1.* — [15]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; non *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) et *ins. mss. Bg. Gt., ed. Schf.* — [17]) Hermillae, Herminiae *mss. nonn.* — [18]) Mompo *ms. Pl. 1.*; Meompo, Meompto *al.* — [19]) puberes *ms. Pl. 2., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62., contra omnia mss. Russ.* — [20]) existant *ms. Bg.*; aestimentur *ed. Schf.* — [21]) Alphocratori *al.* — [22]) per *ins. ms. Pl. 2., edd. Nbg. Schf. Bk.*

rem decreto constitutum a te res eorum, te absente, peti convenit. S. Non. Ianuar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

Tit. LXII.

[a]) DE EXCUSATIONIBUS [1]) ET [2]) TEMPORIBUS EARUM [3]).

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Aviolae. — Falsa suasione credis te propterea, quod spado sis, immunitatem a tutelis habere. PP. Kal. Mai. Chilone et Libone Conss. [204.]

2. [c]) Iidem AA. Habentiano [4]) et Cosconio. — Si curatores dati estis generaliter, nec decreto significatum est, Italicarum tantum rerum vobis munus iniunctum [5]), adire debetis competentem iudicem, ut vos a provinciali administratione liberet. Quod si factum fuerit, petent sibi in provincia curatores adolescentes. PP. VIII. Kal. Septemb. Chilone et Libone Conss. [204.]

3. [d]) Iidem AA. Crispino. — Excusationis quidem tuae, si ingenuus libertino tutor datus es, certa causa est. Sed quum te praeses provinciae audiendum non putaverit propter praescriptionem, quasi tardius adires, nec a decreto provocaveris, intelligis, parendum esse sententiae. PP. Id. Mart. Albino et Aeliano [6]) Conss. [206.]

4. [e]) Imp. Antoninus A. Agathodaemoni. — Amplissimi ordinis consulto, qui pupillam suam uxorem ducit, nuptias contrahere non intelligitur, et tamen infamis constituitur. Sed si tu Demetriae, quum eam in matrimonio haberes, absens et ignorans curator constitutus es, potes esse securus, dum tamen alius substituatur. Non enim [7]) debet ignorantia maritorum amplissimi ordinis consulto fraus quaeri. PP. XI. Kal. Iul. Sabino [8]) et [Aemiliano [9])] Conss.

5. [f]) Imp. Alexander A. Basilio [10]). — Libertos a tutela vel cura liberorum patroni seu patronae nullam excusationem impetrare [11]), amplissimus ordo, auctore divo Marco, censuit. Et ideo nec illud eis prodesse debet, quominus curatores etiam inviti patroni seu patronae liberis dentur, quod eorundem tutelam administravernnt.

6. [g]) Idem A. Maximiano. — Quinquaginta dies, qui praefiniti sunt ad professionem excusationis his, qui tutores seu curatores dati sunt, ex eo die cedere, ex quo decretum praetoris aut testamentum parentis notum factum erit [12]) ei, qui ad munus vocatus fuerit, ipsa constitutio, quae hoc induxit, sanxit. Sed si quis in eius temporis computatione ab eo, cuius de ea re notio fuit [13]), iniuriam passus non provocavit, acquiescere rebus indicatis debet. PP. III. Non. Mai. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

7. Idem A. Antonio. — Neque a tutela neque a cura ideo quis excusatur, quod creditor sive debitor eius est, cui tutor sive curator datus est, sed participem in munere habere debet, ut (si res exegerit) is, qui alieno auxilio eget, defendatur. PP. III. Id. Iul. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

8. [h]) Idem A. Maximo. — Coloni, id est [14]) conductores praediorum ad fiscum pertinentium, hoc nomine excusationem a muneribus civilibus non habent, ideoque iniunctae tutelae munere fungi debent. PP. IV. Kal. Februar. Fusco et Dextro Conss. [225.]

9. [i]) Idem A. Romano. — Frater tuus non ideo a tutela vel cura excusari debet, quod oculum amisit. Proinde intelligis, munus susceptum eum deserere non posse. PP. Kal. Februar. Modesto et Probo Conss. [228.]

10. [k]) Idem A. Crispino. — Exactores tributorum tanto tempore, quanto rationem tributariam [15]) tractaverint, non solum ab oneribus, sed etiam a tutelis vacationem habere, dubitare non debuisti. Dat. Id. August. Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.]

11. [l]) Idem A. Hylae. — Testamento tutor datus, ut a bonis his excuseris [16]), quae pupilli tui in alia provincia, quam unde es ubique moraris, possident, intra quinquagesimum diem postulare debuisti. Quod si facere cessasti, excusatio quidem temporis praescriptione summovetur, sed propter late diffusum patrimonium an tibi adiungi aliquos curatores oporteat, praeses provinciae, si te insufficientem deprehenderit, aestimabit [17]). PP. VIII. Id. Decembr. Pompeiano et Peligno Conss. [231.]

12. [m]) Imp. Gordianus A. Valentino [18]). — Voluntaria [19]) tutelae munera privilegiis nihil derogant. PP. XI. Kal. Novemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

13. [n]) Idem A. Apollinari. — Nec [20]) senatorum quidem liberti, nedum [21]) ceterorum, propterea, quia patronorum negotia gerunt, a muneribus civilibus habent immunitatem. Tantummodo etenim unus senatoris libertus, qui patroni negotia gerit, a tutela sive cura vacationem habet. PP. X. Kal. Februar. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

14. [o]) Idem A. Heraclidae. — Severiter praeses provinciae exsequetur, si animadverterit, avunculum tuum propterea nominari tutorem, ut metu huiusmodi creationis a magistratibus iniuriam redimat. Quin etiam [22]) si aliqua ei excusatio competit, et non alia causa nominatus est, quam ut lite fatigetur [23]), quod

---

[a]) *Dig. XXVII.* 1. — [b]) *Bas. XXXVIII.* 1. 52. (*T. V. p.* 19.) — [c]) *Bas. XXXVIII.* 1. 53. — *Sch. a.* (*T. V. p.* 49.) — [d]) *Bas. XXXVIII.* 1. 54. — *Sch. b. c.* — [e]) *Bas. XXXVIII.* 1. 55. — *Sch. d. e.* — [f]) *Bas. XXXVIII.* 1. 56. — *Sch. f. g.* (*T. V. p.* 50.) — [g]) *Bas. XXXVIII.* 1. 57. (*T. V. p.* 20.) — *Sch. h. i.* — [h]) *Bas. XXXVIII.* 1. 58. — *Sch. k.* (*T. V. p.* 51.) — [i]) *Bas. XXXVIII.* 1. 59. — *Sch. l. m.* — [k]) *Bas. XXXVIII.* 1. 60. — *Sch. n.* — [l]) *pars hui. rescr. geminatur in l.* 3. *C. in quib. cas. tut. V.* 36.; *Bas. XXXVIII.* 1. 61. — *Sch. o. p.* — [m]) *Bas. XXXVIII.* 1. 62. — [n]) *Bas. XXXVIII.* 1. 63. — *Sch. q.* — [o]) *Bas. XXXVIII.* 1. 64. (*T. V. p.* 21.) — *Sch. r.*

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; tutorum et curatorum *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; de *ins. Hal. in not. et rell.* — [3]) et tempor. ear. *om. ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [4]) Abentiano *mss. pleraque*; *v. Cuiac. Obss. XV.* 3. — [5]) adiunctum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [6]) *leg.* Aemiliano *secundum fastos.* — [7]) tamen *ed. Nbg.* — [8]) II. *add. Cont.* 62. *Bk.* — [9]) *hoc nomen profecto falsum est, atque emendanda subscr. aut* Messala et Sabino (214.), *aut, quod verisimilius est et quod habent Cont. in marg. et Bk. in textu*, Sab. et Anulino [216.]. — [10]) Bassiae, Besiae *mss. pleraque*; Albino *al.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; vel spectare posse *ins. ed. Schf.*; posse *ins. Russ. et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; fuerit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; fuerit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) Coloni idem *ms. Bg.*; Col. vel *ms. Pl.* 2. — [15]) tributoriam *ed. Schf.* — [16]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ms. Pl.* 1. *ante correct.*; excusareris *edd.* — [17]) examinabit *ms. Pl.* 2. — [18]) Valenti, Valentiniano *mss. nonn.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Hal.*; Voluntariae *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; Ne *Hal. et rell.*; Οὐδὲ *Schol. Bas.* — [21]) neque *ms. Pl.* 2., *Hal.* — [22]) etiam *om. Hal.* — [23]) ut litigetur *ms. Pl.* 1. *ante emendat.*, *Hal.*; *sed nostra lect. magis convenit cum Bas.*

quod in ea re [1]) absumtum [2]) fuerit, is, qui eum nominavit, iuxta formam constitutionum ei reddere cogetur. PP. Id. Septemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

15. [a]) Idem A. Tauro. — Quamquam in tutela detentus, eo, quod excusatio, quam obiiciebas, non est admissa, provocationis auxilium flagitares [3]), et in medio tempore hi, quorum meministi, in adulta aetate agere coeperunt [4]), tamen non eo minus causa interpositae provocationis propter periculum administrationis eius temporis indiciorum more examinanda est. PP. VIII. Kal. Novemb. Ariano et Pappo Conss. [243.]

16. [b]) Imp. Philippus A. Theodoto [5]). — Si, ut allegas, tutor his datus es, cum quibus disceptationem hereditatis tibi esse proponis, et tempora antiquitus excusationibus praestituta [6]) etiam nunc opitulantur, adire praesidem provinciae potes, formae super ea re [7]) statutorum principalium obtemperari pro sua gravitate iussurum. PP. X. Kal. August. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

17. [c]) Impp. Gallienus et Valerianus AA. [8]) Epagatho. — Licet orationis sub divo Marco habitae verba deficiant, is tamen, qui post contractas nuptias nurui suae curator datur, excusare se debet, ne manifestam [9]) sententiam eius offendat, et labem pudoris contrahat. Dat. VI. Id. Ianuar. Valeriano II. et Lucillo [10]) Conss. [265.]

18. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Sabino [11]). — Tutores [12]) nominatos appellationem interponere necesse non habere, certissimi iuris est. Quapropter, licet non appellasti, si quam te excusationem habere confidis, intra tempus, quod divi Marci constitutione praescriptum est, hac apud praesidem provinciae uti non prohiberis. Nam quod omnium bonorum patrem pupilli usumfructum reliquisse quondam uxori suae proponis, ad excusandos vos a tutela non est idoneum. Dat. Non. April. Caess. Conss. [294.]

19. [e]) Idem AA. et CC. Dionysio. — Inusitatam rem desideras, de tutela filii [13]) te dimitti postulans, quod te posse contrario tutelae iudicio matrem eius convenire contendis. — Sine die et consule.

20. [f]) Idem AA. et CC. Cratino [14]). — Curator adultis nominatus, quorum tutor antea fuerat [15]), invitus in administratione teneri non potest. Proinde si dies excusationibus praefinitus nondum excessit, uti competenti defensione potes. S. X. Kal. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294.]

21. [g]) Idem AA. et CC. Parammoni [16]). — Quod [17]) res cum uterinis fratribus tibi communes esse profitearis [18]), ad excusationem tutelae non est idoneum, quum harum divisio curatore dato fieri possit. S. XVIII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294.]

22. [h]) Idem AA. et CC. Hermodoro. — Si tutor nominatus decreto praesidis, habens excusationem, absolutus es, ad te non pertinere periculum administrationis, manifestum est. Dat. XIII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294.]

23. [i]) Idem AA. et CC. Neophyto. — Humanitatis ac religionis ratio non permittit, ut adversus sororem vel filios sororis actionum necessitates tutelae occasione suscipias, quum [19]) ipsius etiam pupilli, cui tutor datus es, aliud exigere videatur utilitas, scilicet ut eum tutorem potius habeat, qui ad defensionem [20]) eius non inhibeatur affectu. Iuxta formam igitur, quam consulti dedimus, praetorem adiri oportet, ut et iusto tuo desiderio et pupilli ipsius commodo consulatur. S. VI. Kal. Februar. Sirmii, Tusco et Anulino Conss. [21]) [295.]

24. [k]) Imp. Arcadius et Honorius AA. Flaviano P. U. [22]). — Excusationem navicularius tutelae sive curae hactenus ipsis tribuimus, ut in huiusmodi officiis minoribus sui tantum corporis obligentur. Dat. III. Non. Mart. Mediolani, Stilicone et Aureliano Conss. [23]) [400.]

25. [l]) Imp. Anastasius A. Antiocho, Praeposito sacri cubiculi [24]). — Viros clarissimos sacri nostri palatii silentiarios, circa latus nostrum militantes, de tutelis et curationibus excusari sancimus. Dat. Kal. Ianuar. Ioanne et Asclepione Conss. [499.]

Tit. LXIII.

[m]) SI TUTOR VEL CURATOR [25]) FALSIS [26]) ALLEGATIONIBUS EXCUSATUS SIT.

1. [n]) Imp. Alexander Symmacho et Diotimo [27]). — Si absentibus necessariis personis vel his, qui sua sponte vos defendere volebant [28]), non competentibus allegationibus, qui vobis tutores aut curatores dati erant, liberati esse a munere iussi [29]) sunt, ne eis circumvenisse iudicis religionem prosit, praeses provinciae audiet vos, et si iniustum decretum extorsisse eos apparuerit, exinde ad eos periculum administrationis pertinere pronuntiabit, ex quo dati sunt.

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 1. 65. — *Sch. s.* — [b]) *Bas. XXXVIII.* 1. 66. — [c]) *Bas. XXXVIII.* 1. 67. (*T. V. p.* 22.) — *Sch. t.* — [d]) *Bas. XXXVIII.* 1. 68. — *Sch. u.* — [e]) *Bas. XXXVIII.* 1. 69. — *Sch. x.* (*T. V. p.* 52.) — [f]) *Bas. XXXVIII.* 1. 70. — *Sch. y. z.* — [g]) *Bas. XXXVIII.* 1. 71. — *Sch. a.* — [h]) *Bas XXXVIII.* 1. 72. — *Sch. b. c.* — [i]) *Bas. XXXVIII.* 1. 73. (*T. V. p.* 23.) — *Sch. d.* — [k]) *l.* 1. *Th. C de excusat. tut. III.* 31.; *Bas. XXXVIII.* 1. 74. — *Sch. e. f.* — [l]) *hausta haec const. ex ampliore l.* 5. *C. de silentiar. XII.* 16.; *Bas. XXXVIII.* 1. 75. — *Sch. g.* (*T. V. p.* 53.) — [m]) *Dig. XXVII.* 1. — [n]) *Bas. XXXVIII.* 1. 76. — *Sch. h—l.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; in eam rem *edd. Schf. Russ. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [2]) assumptum *edd. Nbg. Schf.*; adsumptum *Hal.*; καὶ ὁ ἐπίτροπος — δαπανήματα ἐποίησε *Bas.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; flagitaveris *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; coeperint *edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) Theodoro *mss. pleraque.* — [6]) praestita *ms. Bg., ed. Nbg.* — [7]) re *om. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Hal. Russ. Cont.* 62. — [8]) Impp. Val. et Gall. AA. *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; Imppp. Gall. et Val. et Gallicanus AAA. *Cont.* 62.; *alias abest ab inscrr. eius anni Valerianus, qui certe Caesar tantum nominandus fuisset.* — [9]) manifeste *Hal., quod magis convenit cum Bas.* — [10]) Luciano *Hal. et rell. praeter Bk., qui scribit* Lucilio; *cfr. not.* 20. *ad l.* 3. *C. V.* 44. — [11]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; et aliis *add. Hal. et rell.* — [12]) Curatores *Russ. in marg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; filiae *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [14]) Charatino, Charitino *mss. mea.* — [15]) fuerat *et postea* potest *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; fueras *et postea* potes *edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) Parameni, Parameno, Paramni *mss. mea.* — [17]) Quoniam *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [18]) profiteris *ms. Gt., Hal. Bk.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.*; et cum *ms. Bg.*; cum et *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) a defensione *Russ. in marg.* — [21]) Sirmii CC. Coss. *Hal. in textu, sed reiecta in not.* — [22]) P. U. *flagitat chronologia* (*v. Iac. Gothofr. in Prosopogr. p.* 45.) *et Theod. C.* (*cfr. Haenel not. s. ad h. l.*); P. P. *mss. et edd. Cod.* — [23]) *Theod. C., Bk.*; Mediol. AA. Coss. *Hal. et rell.* — [24]) palatii *ms. Bg.* — [25]) tutor vel curator *delenda, ut docent mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [26]) ex falsis *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [27]) Dictimo, Diomacho *mss. nonn.* — [28]) nolebant *Russ. in marg., etiam contra Bas.* — [29]) visi *Hal. Russ., contra mss. omnia Russ vetera Cont. et mea.*

sunt. PP. XII. Kal. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. [a]) Imp. Philippus A. et Philippus C. [1]) Aulizano. — Tutores, quos postea quam bona pupillorum administraverunt, a praeside provinciae quasi re integra excusari se impetrasse asseveras, periculum administrationis evitare minime posse, manifestum est. PP. XIV. Kal. Iun. Philippo A. et Titiano Conss. [245.]

3. [b]) Iidem A. et C. Octavio [2]). — Si, ut proponis, pars diversa ab administratione tutelae seu curae tuae itemque fratris tui ambitione potius, quam iuris ratione se excusavit, periculo iniuncti muneris minime liberata [3]) est. — Sine die et consule.

Tit. LXIV.

[c]) SI TUTOR [4]) REIPUBLICAE CAUSA ABERIT.

1. [d]) Imp. Gordianus A. Guttio [5]). — Qui tutores vel curatores dati reipublicae causa abfuturi sunt, ad tempus se excusare debent a tutela, ne etiam medii temporis periculo obstringantur. Quod quidem et tu si [6]) fecisti, eius intervalli, quo abfuisti, periculum non debes pertimescere. Quodsi id praetermisisti, ut priore loco is conveniatur, qui administravit, de iure postulabis. PP. Id. Mart. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

2. [e]) Idem A. Reginio. — Certum est, eos, qui reipublicae causa abesse desierunt, ab omni nova tutela anno vacare [7]) debere. PP. V. Kal. Mart. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

Tit. LXV.

[f]) DE EXCUSATIONE [8]) VETERANORUM.

1. [5]) Imp. Antoninus A. Saturnino [9]). — Qui causaria missione sacramento post viginti [10]) stipendia solvuntur, et integram famam retinent, et [11]) ad publica privilegia veteranis concessa pertinent. PP. VII. Id. August. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

2. [h]) Imp. Gordianus A. Celeri, Veterano. — Quod placuit, veteranos tantummodo conveterani filiorum seu militum, et quidem unam, tutelam seu curam eodem tempore administrare compelli, eo pertinet, ut, si aliis dati fuerint, intra solemnia tempora causas excusationis apud [12]) competentem iudicem deferant. PP. III. Kal. Iul. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

Tit. LXVI.

[i]) QUI NUMERO LIBERORUM SE EXCUSANT.

1. [k]) Impp. Severus et Antoninus AA. Herodiano [13]). — Qui ad tutelam vel curam vocantur, Romae quidem trium liberorum incolumium numero, quorum etiam status [14]) non ambigitur, in Italia vero quatuor, in provinciis autem quinque habent excusationem. PP. Non. April. Geta et Plautiano Conss. [203.]

2. [l]) Imp. Antoninus A. Marcello. — Neque filia amissa in [15]) numero prodest ad declinanda municipalia munera, neque nepotes [16]) numerantur, quorum pater superest, quum suo nomine patri prosint. Dat. Id. Iun. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

Tit. LXVII. [LXVIII.]

[m]) QUI MORBO [17]).

1. [n]) Impp. Severus et Antoninus AA. [18]) Sabino. — Luminibus captus, aut surdus, aut mutus, aut furiosus, aut perpetua valetudine tentus tutelae seu curae excusationem habent [19]). PP. V. Id. Septemb. Chilone et Libone Conss. [20]) [204.]

Tit. LXVIII. [LXVII.]

[o]) QUI AETATE [21]).

1. [p]) Imp. Philippus A. et Philippus C. [22]) Severo.

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 1. 77. — *Sch. m.*; *in ms. Pl.* 1. *haec const. est ultima hui. tit.* — [b]) *Bas. XXXVIII.* 1. 78. (*T. V. p.* 24.) — [c]) *Dig. XXVII.* 1. — [d]) *Bas. XXXVIII.* 1. 79. — *Sch. n. o.* — [e]) *Bas. XXXVIII.* 1. 80. — *Sch. p. q.* — [f]) *Dig. XXVII.* 1. — [g]) *Bas. XXXVIII.* 1. 81. — *Sch. r.* — [h]) *Bas. XXXVIII.* 1. 82. — *Sch. s. t.* — [i]) *Dig. XXVII.* 1. — [k]) *nonnulla verba genuina hui. rescr. a compositoribus Cod. valde mutati servant Vatic. fragm.* §. 247.; *Bas. XXXVIII.* 1. 83. — *Sch. u. x.* (*T. V. p.* 54.) — [l]) *Bas. XXXVIII.* 1. 84. (*T. V. p.* 25.) — *Sch. y—a.* — [m]) *Tit.* Qui morbo *ponendus est post tit.* Qui aetate, *ut docent mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Gt. et Bas.*, *quod et flagitat Cuiac. in Recitatt. in Cod. ad tit.* Qui aetate. *Recte collocavit hos titt. Bk.* — *Cfr. etiam Cod. X.* 50. *et* 51. — [n]) *Bas. XXXVIII.* 1. 86. — *Sch. c.* — [o]) *Dig. XXVII.* 1. — [p]) *Bas. XXXVIII.* 1. 85. — *Sch. b.*

[1]) Imp. Ant. *ms. Bg.*; Id. AA. *ms. Pl.* 1. — [2]) Octani, Octoni, Otami *mss.* — [3]) liberatus *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [4]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; vel curator *ins. Russ. et rell.* — [5]) Gratio, Gutio, Giatio, Guicio *mss.* — [6]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; et si tu *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*; si tu *om.* et *Russ. et rell.* — [7]) carere *omisso* ab *ante* omni *Hal.*; *verum Bas. etiam* σχολάζειν. — [8]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; De excusationibus *edd. Schf. Hal. et rell.* — [9]) Elio *ms. Bg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Hal.*; annorum *ins. ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed nostram lect. optime convenire loquendi generi veterr. usitato, docebit l.* 2. *C. X.* 54. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; *et om. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed nobiscum faciunt Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; ad *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [13]) Claudio Herodiano *Vatic. fr.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; de quor. etiam statu *edd. Nbg. Russ. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; in *om. edd. rell.* — [16]) pronepotes *Russ. in marg.*, *etiam contra Bas.* — [17]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Cont. Char. Pac.*; se excusant *add. edd. Schf. Russ. Sp. Bk.* — [18]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; Imp. Philipp. A. et Philipp. C. *Hal. et rell.*, *inscriptione leg. seq. ad nostram const. translata, et sic vice versa. Videbatur mssorum fidei esse parendum, atque causa inversarum ab Hal. inscriptionum in eo latere, quod subscriptt., quas Hal. in suo cod. utrique const. adscriptas videret, illam inversionem flagitarent. Equidem, quum varius inscriptt., saepissime autem subscriptt. a suis locis aberrasse ex codd. edoctus sim, satius duxi servare ordinem inscriptionum, quem omnes mei codd. tuentur, atque invertere seriem subscriptt. Caeterum iam ante Philippum ab Impp. de excusatione propter morbum rescriptum fuisse, i. a. docent Vatic. fr.* §. 238. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; habet *rell.* — [20]) *subscr. leg. seq. huc collocata est ab Hal. et rell.*; *v. not.* 18. *supra.* — [21]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Cont. Char. Pac.*; se excusant *add. edd. Schf. et rell.* — [22]) *hanc inscr. tuentur mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; *inscr. leg. praeced. huc refertur ab Hal. et rell.*; *cfr. not.* 18. *supra.*

Severo. — Pater tuus si maior est annis septuaginta, ad tutelam seu curam devocatus [1]) excusare se solemniter potest. PP. XIII. Kal. April. Praesente et Albino Conss. [2]) [246.]

Tit. LXIX.

[a]) QUI NUMERO TUTELARUM.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Pompeiano [3]). — Si tres tutelas vel curas eodem tempore non defunctorie susceptas administras, onere quartae tutelae seu curationis pupillorum seu adolescentium non gravaberis. Finito autem officio pubertate pupillorum vel aetate adolescentium, aliae substitui possunt, licet nondum ratio tutelae seu curae administratae reddita sit. Sed imperfectae diversae species vacationis [4]), licet permixtae, ad excusationem non proficiunt. Scire igitur debes, eum, qui duos filios habet et duas tutelas administrat, excusationem non mereri. PP. IV. Id. Octob. Antonino A. II. et Geta II. [5]) Conss. [205.]

Tit. LXX.

[c]) DE CURATORE FURIOSI VEL PRODIGI [6]).

1. [d]) Imp. Antoninus A. Marinianae [7]). — Curatores impleta legitima aetate prodigis vel furiosis solent tribui. PP. IV. Kal. August. Messala et Sabino Conss. [214.]

2. [e]) Imp. Gordianus A. Avitio [8]). — Orationis divi Severi beneficium, quo possessiones rusticas sine decreto praesidis pupillorum seu adolescentium distrahi vel obligari prohibitum est, non iniuria etiam ad agnatum [9]) furiosi porrigitur. Si igitur citra decretum praesidis fundus mente capti etiam ab agnato eius tibi pignori nexus est, vinculum pignoris in eo non consistit, utilem [10]) tamen adversus eum personalem actionem, si ob eius utilitatem pecunia mutua acceptа est, poteris habere. PP. Kal. Ianuar. [11]) Pio et Pontiano Conss. [238.]

3. [f]) Idem A. Aurelio [12]). — Si pater tuus mentis compos non est, pete ei curatores, per quos [13]) si quid gestum est, quod revocari oporteat, possit causa cognita in pristinum statum restitui. PP. VII. Id. April. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

4. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [14]) Asclepiodoto. — Quum repudiante furiosam sui iuris constitutam marito [15]), qui solus repudiare potuit, quaedam matrem furiosae marito quondam eius instrumenta confecisse significas, intelligis, nihil eam contra furiosam disponere potuisse, quum eius ad eam iure non pertinerit defensio. S. Id. April. Byzantii, AA. Conss. [293—304.]

5. Imp. Anastasius A. ad populum. — Ne lucrum quidem antea indebitae successionis emancipato vel emancipatis deputasse, nihil vero de oneribus tutelae prospexisse videamur, curatores nihilo minus eos pro duodecim tabularum lege furiosis fratribus et sororibus, utpote [16]) legitimos, exsistere, hac legis sanctione decernimus.

6. [h]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Quum aliis quidem hominibus continuum furoris infortunium accidit [17]), alios autem morbus non sine laxamento aggreditur [18]), sed in quibusdam temporibus quaedam eis intermissio pervenit, et in hoc ipso multa est differentia, ut quibusdam breves induciae, aliis maiores ab huiusmodi vitio inducantur, antiquitas disputabat, utrumne in mediis furoris intervallis permaneat [19]) eis [20]) curatoris intercessio, an [21]) furore quiescente finita iterum morbo adveniente redintegretur [22]). Nos itaque eius [23]) ambiguitatem decidentes sancimus (quum incertum est in huiusmodi furiosis hominibus [24]), quando resipuerint, sive ex longo sive ex [25]) propinquo spatio, et impossibile est, et in confinio furoris et sanitatis eum saepius constitui, et per [26]) longum tempus sub eadem esse varietate, ut [27]) quibusdam videatur etiam paene furor esse remotus [28])), curatoris creationem non esse finiendam, sed manere quidem eum, donec talis furiosus vivit, quia non est paene tempus in quo huiusmodi morbus desperatur; sed per intervalla, quae perfectissima sunt, nihil curatorem agere, sed ipsum posse furiosum, dum sapit, et hereditatem adire, et omnia alia facere, quae sanis hominibus competunt; sin autem furor stimulis suis iterum eum accenderit, curatorem in contractu suo coniungi [29]), ut nomen quidem curatoris in omne tempus habeat, effectum autem, quotiens morbus redierit, ne crebra vel quasi ludibriosa fiat curatoris creatio, et frequenter tam nascatur quam desinere videatur. Dat. Kal. Septemb. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

7. [i]) Idem A. Iuliano P. P. — Quum furiosus, quem morbus detinet perpetuus, in sacris [30]) parentis sui

---

[a]) *Dig. XXVII.* 1. — [b]) *Bas. XXXVIII.* 1. 87. — *Sch. d.* — [c]) *Dig. XXVII.* 10. — [d]) *Bas. XXXVIII.* 10. 18. (*T. V. p.* 164.) — *Sch. h. i.* (*T. V. p.* 174.) — [e]) *Bas. XXXVIII.* 10. 19. — *Sch. k.* — [f]) *Bas. XXXVIII.* 10. 20. (*T. V. p.* 165.) — *Sch. l.* — [g]) *Bas. XXXVIII.* 10. 21. — *Sch. m—o.* — [h]) *Bas. XXXVIII.* 10. 22. — *Sch. p. q.* — [i]) *pars hui. const.* (§. 4—6.) *est l.* 27. *C. de episcop. aud. l.* 4.; *Bas. XXXVIII.* 10. 23. (*T. V. p.* 166.) — *Sch. r—u.* (*T. V. p.* 175.)

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; evocatus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [2]) *Hal. et rell. huc referunt subscr. leg. praeced.*; *cfr. not.* 18. *supra.* — [3]) Pontiano *Russ. Cont. in marg.* — [4]) vocationis *Sp. vitio typorum.* — [5]) II. *om. Bk.*; *cfr. not.* 20. *ad. l.* 1. *C. I.* 54. — [6]) et omnibus curatoribus *add. ms. Bg.* — [7]) Marianae, Marcianae, Marciano *mss. pleraque.* — [8]) Nicio, Anicio *mss. pleraque.* — [9]) agnatos *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk. contra mssorum fidem.* — [10]) utiles *et postea* personales actiones *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., cui tamen lect. Bas. non favent.* — [11]) *scrupulus huic diei moveri solet* (*v. Relandi fast. consul. p.* 184.) *propterea, quod domum a medio hoc anno regnasse Gordianum contenditur.* — [12]) *mss. Cas. Vat.*; Aureliano *ms. Pl.* 1.; Aureliae *edd.*; *sed ad filium patris furiosi rescribi, etiam Bas. suadent.* — [13]) *male multi commata interpungunt post* quos, *quod et improbant Bas.* — [14]) *mss. Cas. Vat. Bg.*; et CC. *om. edd.*; Idem A. *inscribit ms. Pl.* 1. — [15]) *mss. Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., ed. Schf.*; repud. furiosa sui iuris constituta maritum *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. et rell., quod etiam Bas. reprobant, in quibus casus hui. rescr. ita ponitur* Ἀνὴρ μαινομένην ἔχων γαμετὴν ἀπεπέμψατο αὐτήν. — [16]) utpote *om. ms. Bg.* — [17]) *indicativum hic et in seqq.* aggreditur — pervenit — est *flagitant mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.*; acciderit *ms. Bg., quod porro indicativum tuetur*; accidat *et postea* aggrediatur — perveniat — sit *Hal. et rell.* — [18]) ingreditur *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; permaneret *Hal. et rell.* — [20]) eius *edd. Nbg. Schf.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; cum *add. ms. Pl.* 2., *edd.* — [22]) *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Nbg. Schf.*; redintegratur *mss. Pl.* 2. *Bg.*; redintegraretur *Hal. et rell.* — [23]) eiusmodi *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk. contra mssa.* — [24]) incert. est huiusmodi furiosi (furoris) homines *ms. Bg., ed. Schf.* — [25]) in *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; post *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; in *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [28]) remissus *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [29]) vocari *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Gt. ex correct.*; *fortassa antea legendum* in contractus suos. — [30]) detinet in sacris perpetuis *edd. Nbg. Hal.*

sui constitutus est, indubitate curatorem habere non potest, quia sufficit ei ad gubernationem rerum, quae ex castrensi peculio vel aliter ad eum pervenerunt, vel [1]) ante furorem ei acquisitae sunt vel in furore obveniunt, vel in his, quorum proprietas ei tantummodo competit, paterna verecundia. Quis enim talis affectus extraneus inveniatur, ut vincat paternum? vel cui alii credendum est res liberorum gubernandas, parentibus derelictis? Licet Tertullianus, iuris antiqui interpres, libro singulari, quem de castrensi peculio condidit, tali tractatu proposito videatur obscure eandem attingere sententiam, tamen nos hoc apertissime introduximus. §. 1. Sin autem parentes ab hac luce decedere contigerit, nostra constitutio, quam promulgavimus de his, quae in testamento furioso relinquenda sunt, vel substitutione eorum, in suo robore permaneat. §. 2. Sin vero perpetuo [2]) furiosus sui iuris sit, tunc in paterna quidem hereditate, quae quasi debita ad posteritatem suam devolvitur, nulla est iuris [3]) veterum dubitatio, quum illico appareat [4]) et suus heres exsistat suis parentibus. §. 3. Sin autem ex alia quacunque causa hereditas ad eum vel successio perveniat, tunc magna et inextricabilis vetustissimo iuri dubitatio exorta est, sive adire hereditatem vel bonorum possessionem petere furiosus possit, sive non, et si curator eius ad bonorum possessionem petendam admitti debeat. Et iuris auctores ex utroque latere magnum habuere certamen. Nos itaque utramque auctorum aciem certo foedere compescentes sancimus, furiosum quidem nullo modo posse vel hereditatem adire vel bonorum possessionem agnoscere; curatori autem eius licentiam damus, immo magis necessitatem imponimus, si utilem esse [5]) successionem existimaverit, eam bonorum possessionem agnoscere, quae antea ex decreto dabatur, et ad similitudinem bonorum possessionis habere, quum petitio bonorum possessionis Constantiniana [6]) lege sublata est [7]), et ab ea introducta observatio [8]) pro antiqua sufficit petitione. §. 4. Sed quum antiquitas in curatore furiosi multas ambages constituit, quemadmodum ab eo cautio vel satisdatio detur, vel pro quibus rebus et quibus [9]) personis, et si omnis curator talem praestet [10]) cautelam, necessarium nobis visum est, ut humano generi consulentes omnem quidem obscuritatem et inextricabilem circuitum tollamus, compendioso autem et dilucido remedio totum complectamur. Et prius de creatione curatoris, qui furiosis utriusque sexus datur, sancientes, tunc et aliis certum finem imponemus [11]). §. 5. Et si quidem pater [12]) curatorem furioso vel furiosae in ultimo elogio heredibus institutis vel exheredatis dederit, ubi [13]) et fideiussionem cessare necesse est, paterno testimonio [14]) pro [15]) satisdatione sufficiente, ipse, qui datus est, ad curationem perveniat, ita tamen, ut in hac florentissima civitate apud urbicariam praefecturam deducatur, in provincia autem apud praesidem eius, praesente etiam [16]) tam viro religiosissimo locorum antistite, quam tribus primatibus, et actis intervenientibus, tactis sacrosanctis scripturis [17]), edicat, omnia se recte et cum utilitate furiosi agere, neque [18]) praetermittere ea, quae utilia furioso esse putaverit, neque admittere, quae inutilia existimaverit.

Authent. ut hi, qui obligatas. §. penult. (Nov. 72. c. 8.) — *Quod nunc generale est circa omnes curatores, ut iurent quidem, non tamen a ratiociniis sint exempti. Idem est in tutore* [19]).

Et inventario cum omni subtilitate publice conscripto [20]), res suscipiat, et eas secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad similitudinem tutorum et adulti curatorum. §. 6. Sin autem testamentum quidem parens [21]) non confecerit, lex autem curatorem utpote agnatum vocaverit, vel, eo cessante aut non idoneo forsitan exsistente, ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit, tunc secundum praefatam divisionem in hac quidem florentissima civitate apud gloriosissimam urbicariam praefecturam creatio procedat; sed si quidem nobilis sit furiosi persona, etiam florentissimo senatu convocando, ut ex inquisitione curator optimae atque integrae opinionis nominetur. Sin vero non talis persona sit, etiam solo viro gloriosissimo praefecto urbi praesidente hoc procedat. Et si quidem curator substantiam idoneam possideat et sufficientem [22]) ad fidem gubernationis, et sine aliqua satisdatione nominationem eius procedere. Sin autem non talis eius census inveniatur, tunc et [23]) fideiussio, in quantum possibile est, ab eo exploretur, creatione quidem [24]) omnimodo sacris scripturis propositis in omni causa celebranda, ipso autem curatore, cuiuscunque [25]) substantiae vel dignitatis est, praefatum sacramentum pro utiliter rebus gerendis praestante, et inventarium publice conscribente, quatenus possint undique res furiosi utilitee gubernari. In provinciis vero his omnibus observandis, ut apud praesidem cuiuscunque provinciae, et virum religiosissimum episcopum civitatis, nec non tres primates memorata creatio procedat, eadem observatione et pro iureiurando, et pro inventario, et satisdatione, et hypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibenda. §. 7. Tali itaque ordinatione in curatore furiosi disposita, si quid postea ad furiosum pervenerit sive ex hereditate, vel successione, vel legato, vel fideicommisso, vel alio quocunque modo, hoc furioso accedat, et hoc [26]) cum alia eius substantia manibus curatoris tradatur, inventario etiam super his [27]) rebus scilicet faciendo; et sub eius cura custodiatur [28]), quatenus, si quidem resipuerit furiosus et acquisitionem admiserit,

---

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Nbg.*; et vel *Hal. et rell.* — [2]) perpetuus *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; iuri *ms. Bg.*, *Hal. et rell.* — [4]) apparet *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; util. eius *ed. Nbg.*; util. ei esse *Russ. et rell.*; *nobiscum faciunt Bas.* — [6]) Constantinia *ed. Schf.*; Constantiana *volunt aliqui propter inscr. leg.* 9. *C. VI.* 9.; *vulgatam lect. etiam Bas. tuentur.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; quae *ins. ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [9]) vel pro quib. *Hal.*; et pro quib. *ms. Bg.*; vel ex quib. *ms. Pl.* 1.; vel quib. *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [10]) praestabat *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; praebeat *ms. Pl.* 1. — [11]) imponimus *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [12]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *l.* 27. *C. I.* 4.; pater vel parens *ed. Schf.*; parens *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [13]) ibi *ms. Bg.*, *ed. Schf.* — [14]) testamento *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62. — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *l.* 27. *C. I.* 4.; eius *ins. Hal. et rell.* — [16]) ei *ms. Pl.* 2. — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *l.* 27. *C. I.* 4.; evangeliis *ms. Bg.*, *Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; et neque *rell. contra leg.* 27. *C. I.* 4. — [19]) *Idem est in tutore absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *l.* 27. *C. I.* 4.; scripto *edd. Hal. Russ. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *l.* 27. *C. I.* 4.; eius *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) *edd. Nbg. Schf.*, *Russ. Cont. in marg.*; et eo sufficiente *ms. Pl.* 1.; eo sufficiente *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal. et rell.*; *sed v. l.* 27. *C. I.* 4. — [23]) et tunc *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; *v. l.* 27. *C. I.* 4. — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; quidem *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [25]) *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.*, *l.* 27. *C. I.* 4.; vel *ins. rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; hoc *om. rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; omnibus *add. Hal. et rell.* — [28]) constituatur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*

admiserit, ipsi restituatur. §. 8. Sin autem in furore diem suum finierit [1]), vel in [2]) suam sanitatem perveniens eam repudiaverit, si quidem successio est, ad eos referatur, volentes tamen, id est vel substitutum vel ab intestato heredes vel ad nostrum aerarium; eo scilicet observando, ut hi veniant ad successionem, qui mortis tempore furiosi propinquiores exsistant ei, ad cuius bona vocabantur [3]), si non in medio erat [4]) furiosus, omni satisdatione vel cautione, quam per inextricabilem circuitum veteris iuris auctores induxerunt, radicitus excisa. §. 9. [5]) Legatis autem procul dubio et fideicommissis ceterisque acquisitionibus furioso acquirendis, et substantiae eius aggregandis; sin autem ipse resipuerit, et ea admittere noluerit, et aperte haec respuerit, vel heres eius hoc fecerit, a substantia eius illico separandis, quasi nec fuerint ab initio ad eum devoluta, et per [6]) legitimum tramitem ambulantibus, substantiam furiosi neque praegravantibus neque adiuvantibus. §. 10. Sin autem curator furiosi secundum nostram legem nominatus decesserit, sub eodem modo eademque observatione [7]) alius creabitur; quemadmodum et si suspectus reperiatur, alter subrogatur [8]). Quod etiam veteribus legibus placuit. §. 11. Haec autem omnia, quae de creationibus curatorum [9]) per novam definitionem introducta sunt, futuris casibus imponantur, et neque antea facti curatores removeantur, neque aliquid eis novum accedat, sed antiquo ordine statuti in antiquos, quantum ad creationem, permaneant [10]) terminos; cautione videlicet vel satisdatione, quae antiquitus fuerat introducta, super postea venientibus [11]) ad furiosos successionibus minime praestanda. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. Lamadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. LXXI.

[a]) DE PRAEDIIS ET ALIIS REBUS MINORUM SINE DECRETO NON ALIENANDIS VEL OBLIGANDIS.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Mutiano [12]). — Venditio quidem praedii, quod iure pignoris vel in causa iudicati captum et distractum est, ad senatusconsultum, quod de non alienandis praediis pupillorum vel adolescentium, nisi auctore praetore vel praeside provinciae, factum est, non pertinet. Sed si etiamnum in ea aetate es, cui subveniri solet, aditus competens index, an te in integrum restituere debeat, praesente diversa parte causa cognita dispiciet. PP. XIII. Kal. Decemb. duobus [13]) Aspris Conss. [212.]

2. [c]) Imp. Gordianus A. Clearcho et Aphrodisio [14]). — Non est vobis necessaria in integrum restitutio, si tutores vel curatores vestri possessionem, licet pignori nexam, vendiderunt sine decreto [15]). Quodsi creditores id fecerunt, ita demum iuxta formam edicti beneficium tibi impertietur, si fraudulenta venditione, participante consilio emtoris [16]), damnum tibi inflictum esse doceatur. PP. III. Kal. Februar. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

3. [d]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Theodosiano et aliis. — Quum emancipatis vobis praedium acquisitum foret, alienari a patre eodemque curatore sine praesidis auctoritate non potuit, maxime si, tanquam suum esset [17]) non tanquam [18]) pupillare, vendiderit, illibataque [19]) vobis persecutio eius manet. PP. III. Non. Ianuar. Tusco et Basso Conss. [20]) [258.]

4. [e]) Idem AA. Mithridati. — Non solum per venditionem rustica praedia vel suburbana pupilli vel adolescentes alienare [21]) prohibentur, sed neque transactionis ratione [22]), neque permutatione, et multo magis donatione, nec [23]) alio quoquo modo ea transferre [24]) sine decreto [25]) a dominio suo possunt. Igitur etsi tu [26]) fratribus tuis per transactionem fundum dedisti, vindicare eum potes. Sed [27]) si quid invicem ab eis ex eodem pacto consecutus es, id mutuo restituere debebis [28]). PP. XV. Kal. Mai. Seculare II. et Donato Conss. [260.]

5. [f]) Idem AA. Sereno. — Etsi praeses [29]) decreverit alienandum vel obligandum pupilli suburbanum vel rusticum praedium, tamen actionem pupillo, si falsis allegationibus circumventam religionem eius probare possit, senatus reservavit; quam exercere tu quoquo non vetaberis. PP. III. Kal. Mai. Seculare II. [30]) et Donato Conss. [260.]

6. [g]) Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Varo. — Minorum possessionis venditio, per procuratorem delato ad praetorem vel praesidem provinciae libello, fieri non potuit, quum ea res confici recte aliter non potest [31]), nisi apud acta causis probatis, quae venditionis [32]) necessitatem inferant, decretum solemniter interponatur. S. Non. Mai. [33]) Caro et Carino AA. Conss. [283.]

7. [h]) Idem AAA. Isidoro. — Si ad resolvendam donationem, quam in emancipatum te pater contulerat [34]), minor [35]) annis cautionem [36]) emisisti [37]), quum

---

[a]) *Dig. XXVII.* 9. — [b]) *Bas. XXXVIII.* 9. 42. (*T. V. p.* 138.) — *Sch. b. c.* (*T. V. p.* 158.) — [c]) *Bas. XXXVIII.* 9. 43. (*T. V. p.* 139.) — *Sch. d—f.* — [d]) *Bas. XXXVIII.* 9. 44. — *Sch. g. h.* — [e]) *Bas. XXXVIII.* 9. 45. — *Sch. i—l.* — [f]) *Bas. XXXVIII.* 9. 46. — *Sch. m.* (*T. V. p.* 159.) — [g]) *Bas. XXXVIII.* 9. 47. — *Sch. n.* — [h]) *Bas. XXXVIII.* 9. 48. (*T. V. p.* 140.)

[1]) obierit *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; ad *Hal. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; vocabuntur *Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; fuisset *Hal.*; esset *Russ. et rell.* — [5]) *hic aptius incipit* §., *quam paulo post a vv.* sin autem, *quod statuunt rell.* — [6]) per *om. mss. Pl.* 1. *Gt.* — [7]) ordinatione *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Hal.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; subrogetur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [9]) cum *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [10]) pertineant *ms. Bg.* — [11]) evenientibus *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [12]) *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*: Minutiano *Hal. et rell. praeter Sp.*, *qui scr.* Manutiano. — [13]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [14]) *ita inscribendum secundum mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Clearcho et aliis *Hal. et rell.* — [15]) sine decreto *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *videnturque ea vv. interpretationis causa serius addita*; *cfr. not.* 25. *ad l.* 4. *h. t.* — [16]) consilio emtore *mss. Pl.* 2. *Bg.*; consilium emtore *ed. Schf.* — [17]) esset *om. ms. Bg.* — [18]) tanquam suum esset, non tanquam *alias deesse, Russ. et apertius Char. in marg. indicant*; *sed Schol. Bas. ea vv. tuetur.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Hal.*; itaque illibata *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [20]) *hanc subscr. firmat ms. Pist.* — [21]) adolescentis alienari *mss. Pl.* 1. 2. — [22]) neque transactione *ms. Bg. ex correct.*, *Hal. Russ. Cont.* 62. — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*; vel *edd. rell.* — [24]) transferri *ms. Pl.* 2. — [25]) sine decreto *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal.*; *v. not.* 15. *ad l.* 2. *h. t.* — [26]) et tu si *ms. Pl.* 2., *Russ. et postea rell. praeter Bk.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; et *ins. edd.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; debes *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; provinciae *ins. edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [30]) II. *om. ms. Pist.*, *quod rel. subscr. confirmat.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; possit *Hal. et rell.* — [32]) venditioni *ms. Bg.*, *ed. Schf.* — [33]) pp. non. mar. *ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. convenit*; *de scrupulo, quem movet hic dies, cfr. Beland. fast. consul. p.* 250. — [34]) contulit (contulerit) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; viginti quinque *add. edd. Schf. Russ. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [36]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; ei *add. ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [37]) remisisti *ms. Gt.*, *male*, *ut Bas. quoque docent.*

quum huiusmodi scriptura contra senatusconsulti auctoritatem data sit, non oberit iuri tuo. PP. VI. Id. Decemb. Caro et Carino AA. Conss. [283.]

8. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Theodorae [1]). — Praedia rustica, quae contra senatusconsultum donata [2]) esse ante nuptias sponsaliorum nomine precum tuarum confessio ostendit, quum proprietas ad te propter iuris interdictum transire non potuerit, in dominio mariti permansisse palam est PP. [3]) III. Non. Novemb. Diocletiano A. [4]) et Aristobolo Conss. [285.]

9. [b]) Iidem AA. Mutiano. — Etsi is, quem praedium rusticum minoris distraxisse affirmas, curatoris officio functus id fecit, venditio tamen, contra divi Severi orationem facta, praesidis sententia non immerito rescissa est. Pignora sane, quae ob evictionis periculum idem curator ex rebus propriis tibi obligavit, non prohiberis persequi. PP. Non. Novemb. Diocletiano et Aristobolo Conss. [285.]

10. [c]) Iidem AA. [5]) Grato. — Praediorum, quae sine decreto alienata sunt, dominium tibi persequenti praeses opem feret. Apud quem si illuxerit, non universa pretia, quae curatori tuo data sunt, in patrimonium tuum processisse, pro ea duntaxat pecuniae parte te conveniri [6]) permittet, quam in facultates tuas erogatam esse constiterit. PP. V. Id. Aug. ipsis IV. et III. AA. [7]) Conss. [290.]

11. [d]) Iidem AA. [8]) Trophimo [9]). — Si quidem sine decreto minor annis patronus tuus rusticum praedium venumdedit, supervacuum est de vili pretio tractare, quum senatusconsulti auctoritas, retento dominio, alienandi viam obstruxerit. Si vero iure interposito decreto venditionem vili pretio eius possessionis, cuius vires ignorabat, fecit, iuxta perpetui edicti auctoritatem in integrum restitutio causa [10]) cognita si [11]) praebetur. PP. XII. Kal. Decemb. ipsis IV. et III. AA. [12]) Conss. [290.]

12. [e]) Iidem AA. et CC. Leontio. — Ob aes alienum tantum causa cognita praesidali decreto praedium rusticum minoris provinciale distrahi permittitur. Dat. II. Kal. Mai. [13]) Heracliae, Caess. Conss. [294—305.]

13. [f]) Iidem AA. et CC. Zenophilae [14]). — Etiam vectigale vel patrimoniale sive emphyteuticum praedium sine decreto praesidis distrahi non licet. Dat. VIII. [15]) Kal. Septemb. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

14. [g]) Iidem AA. et CC. Phrominio [16]). — Utere viri prudentissimi Papiniani responso ceterorumque, quorum precibus fecisti mentionem, sententiis, ac doli mali exceptionem oppone, pretium ob eorum debitum solutum probans, si sortem cum usuris, quae fisco deberentur, pupilli non offerentes, fundos provinciales citra decretum praesidis venumdatos cum fructibus petant. Dat. IX. Kal. Decemb. ipsis Caess. Conss. [294—305.]

15. [h]) Iidem AA. et CC. Sabinae [17]). — Si minor viginti quinque annis praedium rusticum, quum aliud deberes, sine decreto in solutum dedisti, dominium a te discedere non permisit [18]) senatusconsulti auctoritas. Dat. [19]) VIII. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

16. [i]) Iidem AA. et CC. Eutychiae. — Si praedium rusticum vel suburbanum, quod ab urbanis non loco, sed qualitate secernitur, in pupillari aetate constituta tutore auctore, vel adulta sine decreto praesidis provinciae, in qua situm est, venumdedisti, secundum sententiam senatusconsulti dominium eius sive ius a te discedere non potuit, sed vindicationem eius et fructuum, vel his non exsistentibus condictionem competere constitit. Emtor autem, si probare potuerit, ex ceteris facultatibus obedire te muneribus sive oneribus non potuisse, ad utilitates praeterea tuas cessisse [20]) pecuniam, quam pretii nomine sumseras, doli exceptionis auxilio pretium cum usuris, quas praestitura esses, et sumtus meliorati praedii servare tantummodo potest. Dat. VI. Id. April. Anchialo [21]), Caess. Conss. [294—305.]

17. [k]) Iidem AA. et CC. Philippo. — Inter omnes minores nec commune praedium sine decreto praesidis sententia senatusconsulti distrahi patitur. Nam ad divisionis causam provocante tantum [22]) maiore socio, eius alienationem, et sine decreto fieri iampridem obtinuit. Dat. VII. Id. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

18. [l]) Impp. Constantinus A. et Constantinus C. [23]) ad Severum [24]). — Si minores vel ex

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 9. 49. — *Sch. o.* — *Manavit hoc rescr. ex ampliore, cuius alia pars est l.* 1. *C. si advers. donat. II.* 30. — [b]) *Bas. XXXVIII.* 9. 50. — [c]) *Bas. XXXVIII.* 9. 51. — *Sch. p.* — [d]) *Bas. XXXVIII.* 9. 52. — *Sch. q. r.* — [e]) *Bas. XXXVIII.* 9. 53. (*T. V. p.* 141.) — *Sch. s.* (*T. V. p.* 160.) — [f]) *Bas. XXXVIII.* 9. 54. — [g]) *Bas. XXXVIII.* 9. 55. — [h]) *Bas. XXXVIII.* 9. 56. — *Sch. t.* — [i]) *Bas. XXXVIII.* 9. 57. — *Sch. u—a.* — [k]) *Bas. XXXVIII.* 9. 58. (*T. V. p.* 142.); *in ms. Pl.* 2. *et ed. Schf. haec const. est ult. h. t.* — [l]) *desumta ex l.* 2. *Th. C. de praed. minor. III.* 21. (*rectius* 32.), *ex qua et manasse quibusdam videtur l.* 17. *C. de appellat. VII.* 62., *cfr. not.* 24.; *Bas. XXXVIII.* 9. 59.

[1]) *ita scripsi propter leg.* 1. *C. II.* 30.; *consentit ed. Nbg.*; Theodotae *mss. et rell. edd.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; data *Hal.*, *qui fortasse ambiguitatis vitandae causa ita correxit, et rell.* — [3]) S. *l.* 1. *C. II.* 30. — [4]) A. *inserui ex l.* 1. *C. II.* 30.; A. II. *ins. Bk.*, *qui et scribit* Aristobulo; *idem eodem modo corrigit in subscr. leg. sq.* — [5]) et CC. *add. mss. Vat. Pl.* 1. — [6]) convenire *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [7]) *subscr. plenior rest. ex ms. Veron.* — [8]) *et* CC. *add. mss. Vat. Pl.* 1. — [9]) Trophino, Trophono *mss. nonn.*; Triphoni *al.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; tamen *ins. edd. Nbg. Hal. et rell. contra omnia mss. Russ. et contra Bas.*, *quae habent τὸ κατὰ πόδα.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; ei *om. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* αὐτῷ ἀποκαθίστατο *Bas.* — [12]) *subscr. plenior rest. ex ms. Veron.*; IV. et III. *hic et in anteced. l. om. rell.* — [13]) *diem firmat ms. Pist.*, *a quo rell. absunt.* — [14]) Zenonillae *mss. pleraque*; Zenolae *Hal. in textu, mutatum in not.* — [15]) IIII. *et postea* āā css. *ms. Pist.* — [16]) Frontoni, Frontonio *mss. mea.* — [17]) Sabino *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; permittit *edd. rell.* — [19]) SD. *et postea* āā css *ms. Pist.* — [20]) accessisse *ms. Pl.* 1. — [21]) Anchiali *Bk.*; *locus abest a ms. Pist.*, *quod pro* Dat. *scriptum habet* SD. — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Cont.* 62.; tantum *om. Hal.*; tantummodo *edd. Schf. Russ. et rell.* — [23]) et Constantinus AA. *ms. Pl.* 1.; et Constantius C. *ms. Cas., ed. Nbg.*; et Constant. C. *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [24]) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; Severo *ms. Pl.* 1.; ad Senatum *Cont.* 66. *et rell.*; *licet ita se emendare ex vet. ms. alleget Contius, tamen fidem ei habere contra auctoritatem omnium meorum codd. non potui. Praeterea multas dubitationes movent et huius const. inscr., quae praeter Constantinum A. et Caesarem, in aliis inscriptt. hui. anni in nostro Cod. constanter omissum, prae se fert, et magis etiam nexus, qui hanc const. et leg.* 17. *C. VII.* 62. *intercedit. Quae constt., si verba earum cum l.* 2. *Th. C. III.* 21 *comparantur, ex hac ipsa l.* 2. *manasse videntur, in inscriptt. vero et subscriptt. ita inter se dissident, ut ad communem fontem eas referre nullam habeat veritatis speciem. Inter coniecturas virorum ll., quas lege apud Haenelium in not. q. ad l.* 2. *Th. C. cit.*, *mihi praefertur ipsius Haenelii sententia, qua vero similiorem*

ex patris nomine vel ex suo, debitis duntaxat fiscalibus ingruentibus [1]), vel ex privatis contractibus reperiantur obnoxii, decreti interpositio a Constantiniano praetore celebranda est, probatis examinatisque [2]) causis, ut, patefacta rerum fide, firma venditio perseveret. Dat. XII. Kal. Ianuar. Probiano [3]) et Iuliano Conss. [322.]

Tit. LXXII.

[a]) QUANDO DECRETO OPUS NON EST.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. [4]) Valentino [5]). — Si probare potes [6]), patrem pupilli, cuius tutores convenisti, consensisse, ut reddito sibi praedio pretium reciperet [7]), id, quod convenit, servabitur. Neque enim in ea re auctoritas praesidis necessaria est, ut tutorum sollicitudini consulatur, si voluntati defuncti pareant. Dat. VI. [8]) Kal. Ianuar. Antonino A. II. [9]) et Geta [10]) Conss. [205.]

2. [c]) Imp. Aurelianus A. Pulchro. — Illud requirendum est, an adito principe Saturninus, vir clarissimus, specialiter ius venditionis acceperit. Ad instar enim praesidalis decreti concessio principalis accedit. PP. Byzantii, Id. Ian. sine Conss. —

3. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Stratoniciano [11]). — Praedium rusticum vel suburbanum a minore viginti quinque annis alienari sine decreto praesidis, nisi parentis voluntas seu testatoris, ex cuius bonis ad minorem pervenit, super alienando eo aliquid mandasse deprehendatur, nulla ratione potest. PP. XV. Kal. Apr. Nic. . . . . Tusco et Anullino Conss. [12]) [295.]

4. [e]) Imp. Constantinus A. ad populum. — Et sine interpositione decreti tutores vel curatores quarumcunque personarum vestes detritas et supervacua animalia vendere permittimus. Dat. Id. Mart. [13]) Sirmii [14]), Constantino A. VII. et Constantio Caes. [15]) Conss. [326.]

Tit. LXXIII.

[f]) SI QUIS IGNORANS, REM MINORIS ESSE, SINE DECRETO COMPARAVERIT.

1. [g]) Imp. Gordianus A. Felici. — Si ea, quae in iura [16]) tutoris hereditario vel honorario titulo successit, possessionem tuam vendiderit, si ut pupillarem distraxit, emtor, qui sciens a tutoris herede mercatus est, quum officium morte finiatur, alienam rem comparando de temporis intervallo nullam potuit acquirere defensionem. Si vero ut suam distraxit, ignoransque rem alienam emtor comparavit, neque statim per traditionem possessionis dominus effectus est, sed tantummodo adversus te statuti temporis, quum te legitimae aetatis esse non diffitearis, potest uti praescriptione. Dat. [17]) V. Id. Septemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

2. [h]) Idem A. Crispinae. — Si contra amplissimi ordinis decretum possessiones tuae distractae sunt, conveni earum possessorem, ut, si ita probaveris gestum, et possessio retrahatur, et fructus universi revocentur, si non bona fide emtorem fuisse, qui emit, constiterit. Dat. [18]) XVI. Kal. Iul. [19]) Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

3. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [20]) Agathae. — Possessiones tuae [21]) rusticae vel suburbanae, sine cognitione causae et interpositione decreti contra senatusconsultum alienatae, nec a secundo emtore recte tenentur, nisi statutum [22]) temporis spatium intercesserit. Dat. Id. Februar. Nicomediae, Caess. Conss. [294—302.]

4. [k]) Idem AA. et CC. Alexandro. — Quoniam adversus emtorem, ad quem ex persona eius, cui contra senatusconsultum donata res est, iusto titulo interveniente ea res, de qua lis est, transitum fecit, requirere [23]) oportebit, an, praesente priore domino et maiore effecto sine controversia bona fide decennio, vel absente viginti annis, qui quaestionem patitur, possessor fuisse monstretur. Quod si apud gravitatem tuam manifeste constiterit, sine ulla cunctatione, habita longi temporis praescriptione, petitorem oportebit excludi. Dat. VI. Id. Iun. Dorostolo, Diocletiano VIII. et Maximiano VII. AA. Conss. [303.]

Tit. LXXIV.

[l]) SI MAIOR FACTUS ALIENATIONEM [24]) FACTAM SINE DECRETO [25]) RATAM HABUERIT [26]).

1. [m]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA.

---

[a]) *Dig. XXVII.* 9. — [b]) *Bas. XXXVIII.* 9. 60. — *Sch. c. d.* (*T. V. p.* 161.) — [c]) *Bas. XXXVIII.* 9. 61. (*T. V. p.* 143.) — *Sch. e.* — [d]) *Bas. XXXVIII.* 9. 62. — *Sch. f.* — [e]) *desumta ex ampliore l.* 22. *C. de admin. tut. V.* 37.; *cum quibus aliis constit. propter fontis communionem fortasse iungenda sit, lege in not. m. ad l.* 2. *C. de adv. vendit. II.* 28.; *l.* 3. *Th. C. de administr. et peric. III.* 19. (*rectius* 30.); *Bas. XXXVIII.* 9. 63. — *Sch. g. h.* — [f]) *Dig. XXVII.* 9. — [g]) *Bas. X.* 4. 60. — [h]) *Bas. X.* 4. 61. — [i]) *Bas. X.* 4. 62. — [k]) *Bas. X.* 4. 63. — [l]) *Dig. XXVII.* 9. — [m]) *Bas. X.* 4. 64.; *fortasse iungenda l.* 4. *C. de O. et A. IV.* 10.

non habeo. Censet autem vir doctissimus, leg. 2. *ex duabus diversorum Impp. constitutt. fuisse conflatam, atque, quum haec coniunctio de inscr. et subscr. scrupulos movisset, absque plena inscr. et subscr. in Theod. C. relatam; iam vero videri nostri Cod. conditores denuo eam divisisse, atque aliunde inscr. et subscr. supplevisse. Ac mihi quidem probabile est, in utraque ad nostram const. supplenda leg.* 1. *Th. C. h. t. ob oculos versatam fuisse, quod incongruum quidem, mihi tamen in iis verisimile, qui accuratam inscr. et subscr. descriptionem non magni ducerent, ut multis licet comprobare exemplis; cfr. e. g. l.* 1. *Th. C. I.* 1. *cum l.* 4. *Iust. Cod. I.* 23. — [1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*, *Theod. C.*; urgentibus *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) examussim *Theod. C.* — [3]) Paulino *corrigit ex mss. Iac. Gothofr. in Chronol. Theod. C. p. XXII.* — [4]) *Soli Antonino hoc rescr. tribuunt mss. Pist. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., quare suspecta est tam inscr. quam subscr.* — [5]) militi *add. mss. Pist. Pl.* 1. — [6]) probari potest *ms. Bg.* — [7]) recuperaret *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [8]) Proposita V. *ms. Pist.* — [9]) *ms. Pist., Bk.*; A. II. *om. Hal. et rell.* — [10]) Caes. II. *ins. Bk.* — [11]) Stratonicae *al.* — [12]) *subscr. legum* 2. *et* 3. *pleniores restitutae ex ms. Veron.* — [13]) *diem firmat ms. Pist., quod om ret. subscr.*; Dat. III. Id. Mart. *Theod. C.* — [14]) *Theod. C.*; *locus abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; *Cont.* 71. *locum etiam omittere voluisse videtur, ex errore tamen typorum, habet* Constantinop. A. VII.; *sic repetunt Char. Pac., atque hac via haud dubie oriunda est lectio, quam habent Sp. et Bk.*, Constantinop. Constantino A. VII. *etc.* — [15]) *Theod. C., Bk.*, *l.* 22. *C. V.* 37.; IV. *add. Hal. et rell.* — [16]) in iure *ms. Pl.* 1. — [17]) $\overline{\text{pp}}$ *ms. Pist.* — [18]) $\overline{\text{pp}}$ *ms. Pist.* — [19]) *ms. Pist.*; Iul. *abest ab Hal. et rell.*; *caeterum ms. Pist. rel. subscr. tuetur, nisi quod omittit num.* II. — [20]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *om. edd.* — [21]) tuae *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.* — [22]) statuti *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [23]) inquirere *ed. Schf.* — [24]) venditionem *Hal.* — [25]) sine decreto *om. ed. Nbg., Hal. in textu*; sine decr. fact. alien. *mss. pleraque.* — [26]) confirmaverit *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*

AA. [1]) Liciniae [2]). — Quum proponas, curatorem patris tui non interposito praesidis decreto praedium rusticum heredi creditoris sen tutori [3]) eius destinasse venumdare, eamque venditionem deceptum patrem tuum ratam habuisse, si minore pretio distractum est praedium, et inconsulto errore lapsum patrem tuum perperam venditioni consensum dedisse constiterit, non abs re erit, superfluum pretii in compensationem deduci; quod praesidis provisione fieri convenit, cuius solertiae congruum est, si diversa pars bonam fidem non amplectatur, in arbitrio eius ponere, an velit possessionem cum fructibus restituere, ita ut foenebris pecunia cum competentibus usuris restituatur. PP. V. Non. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [4]) [290.]

2. [a]) Iidem AA. et CC. [5]) Alexandro [6]). — Si sine decreto praesidis praedia tua a tutore tuo alienata sunt, nec speciali confirmatione vel, si bona fide possessor fuisset, statuti temporis excursu id, quod perperam est actum, fuerat stabilitum, praeses provinciae possessionem in ius tuum retrahet. S. D. Kal. Iun. Sirmii, AA. Conss. [7]) [293—304.]

3. [b]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Si quando sine decreto minorum, vel adhuc sub curatoribus constitutorum vel per veniam aetatis eorum curam excedentium, res alienantur vel supponuntur, et ad perfectam aetatem iidem minores provecti longo silentio querelam huiusmodi tradiderint, ut inutilis alienatio vel suppositio diuturno silentio roboretur, certum tempus ad talem confirmationem praefinitum esse censemus. Ideoque praecipimus, si per quinque continuos annos, post impletam minorem [8]) aetatem (id est [9]) viginti quinque annos) connumerandos, nihil conquestus est super tali alienatione vel suppositione is, qui eam fecit, vel heres eius, minime [10]) retractari eam occasione praetermissionis decreti, sed sic tenere [11]), quasi ab initio legitimo decreto fuisset res alienata vel supposita. Quum autem donationes a minoribus nec cum decreto celebrari possint, si minor vel [12]) post veniam aetatis rem immobilem donationis titulo in alium, excepta propter nuptias donatione, transscripserit, non aliter hoc firmitatem habebit, nisi post viginti quinque annos impletos inter praesentes quidem decennium, inter absentes autem vicennium donatore acquiescente effluxerit; ut tamen in heredis persona [13]) illud tantummodo tempus accederet [14]), quod post eiusdem [15]) heredis minoris aetatem silentio transactum sit. Dat. VIII. [16]) Id. April. Constantinop. [17]) Decio V. C. Cons. [529.]

Tit. LXXV.

[c]) DE MAGISTRATIBUS CONVENIENDIS.

1. [d]) Imp. Antoninus A. Mutiano. — Si magistratus a tutoribus seu curatoribus, quos tibi dederint seu nominaverint, stipulati sunt, se eo nomine indemnes futuros, et, si quid praestitissent, repetituros [18]), inque eam rem fideiussores acceperunt extra rem salvam fore satisdationem, actio, quam adversus tutores seu curatores tuos institutisti, alienam obligationem non resolvit. Sed adversus magistratus, qui curatorem dederunt, actio utilis ita demum competit, si universis bonis excussis, revocatisque, quae eum in fraudem alienasse constiterit, indemnitati tuae in solidum satisfieri non potuit. Quam si exercueris, mandatis tibi ab eis actionibus, adversus fideiussores, quos acceperunt, consistere potes, licet utilem actionem sine cessione habeas. Accepta Non. Ianuar. duobus [19]) Aspris Conss. [212.]

2. [e]) Imp. Alexander A. Paterno. — In heredes magistratus, cuius non [20]) lata culpa idonee cautum pupillo non est, non solet actio dari. PP. III. Non. Iul. Iuliano II et Crispino Conss. [224.]

3. [f]) Imp. Gordianus A. Aproniano [21]). — Si tu et collega tuus, quum magistratu fungeremini, minus idoneum tutorem dedistis, cautionemque idoneam non exegistis, nec alias servari pupillo indemnitas potest, et utrique solvendo estis, pro virili parte in vos actionem dari non iniuria postulabis. Dat. VIII. Kal. Novemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

4. [g]) Idem A. Aruntiano [22]). — Adversus nominatorem tutoris vel curatoris minus idonei non ante perveniri potest, quam si bonis nominati, itemque fideiussoris eius, nec non collegarum [23]), ad quorum periculum consortium administrationis spectat, excussis, non sit indemnitati pupilli vel adulti satisfactum. PP. Id. Mart. Attico et Praetextato Conss. [242.]

5. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA.

---

[a]) *Bas. X.* 4. 65. — [b]) *Bas. X.* 4. 66.; *iungenda l.* 3. *C. de his, qui veniam act. II.* 45. — [c]) *Dig. XXVII.* 8. — [d]) *Bas. XXXVIII.* 8. 15. (*T. V. p.* 113.) — *Sch. q.* (*T. V. p.* 121.) — [e]) *Bas. XXXVIII.* 8. 16. (*T. V. p.* 114.) — *Sch. r.* — [f]) *Bas. XXXVIII.* 8. 17. — *Sch. s. t.* — [g]) *Bas. XXXVIII.* 8. 18. — [h]) *Bas. XXXVIII.* 8. 19.

[1]) *hanc const. et sequentem ad Dioclet. et Maxim. referre iubent mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf., in omnibus enim ad const.* 1. *aut ipsa horum imperatorum nomina exscribuntur, ut in mss. Cas. Pl.* 1. *ed. Schf., aut* (*habito respectu ad inscr. leg. ult. tit. praeced.*) *inscribitur* Iidem AA.; *in mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *superadditur* et CC. *Accedit fides subscriptionum in ms. Pist., quae utramque const. ad Impp. dictos referre cogunt. Gordiano haec et sq. const. demum tribuitur ab Hal., qui et subscriptt. habet ad suas inscriptt. aptas. Cum Hal. faciunt rell. Hoc sane loco suspicionem movet Haloandri opera in supplendis inscr. et subscr., alias fere semper probatissima.* — [2]) Lucillae *mss. Pist. Pl.* 1.; Lioniae *ms. Bg.* — [3]) curatori *Hal.*; tutoris *al.* — [4]) *ms. Pist.*; Dat. Non. Oct. Pio et Pontiano Conss. [238.] *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 1. *ad h. l.* — [5]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Iidem AA. *ed. Nbg.*; Idem A. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 1. *supra.* — [6]) Alexandrae *mss. nonn.* — [7]) *ms. Pist.*; Dat. VII. Kal. Ianuar. Pio et Pontiano Conss. [238.] *Hal. et rell.* — [8]) minorum *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., Hal. Russ. Cont.* 62. — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; post *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; posse *ins. Russ. et rell.* — [11]) teneri *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [12]) vel *abest ab ed. Nbg.*, *in ms. Bg. serius insertum.* — [13]) personam *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; accedat *Hal. et rell.* — [15]) aetatem *post* eiusdem *collocant mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf., quam lect. probant Russ. et Cont. in marg., et quae magis convenit cum Bas. Nostram lect. tuetur et Cuiac. in Paratitl. ad h. t.* — [16]) *ms. Pist.*; VIII. *om. Hal. et rell.* — [17]) *ms. Pist.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [18]) recepturos *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [19]) et *ins. Hal. et rell.* — [20]) non *Cuiac. Obss. XIII.* 39. *ex ingenio delevit, recessit autem ab hac opinione profecto falsa, uti Bas. etiam probant, in Obss. XXI.* 2.; *cfr. not.* 18. *ad l.* 1. *C. V.* 54. — [21]) *mss. Cas. Vat.*; Aproviano *mss. Pl.* 1. *Bg.*; Probiano *Hal. et rell.*; Apro, Proniano *Russ. in marg.* — [22]) Auriciano, Afrontiano *mss. nonn.* — [23]) quoque *add. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*

AA. et CC. [1]) Eugeniae. — In magistratus municipales tutorum nominatores, si administrationis finito tempore non fuerint solvendo, nec ex cautione fideiussionis solidum exigi possit, pupillis quondam in subsidium indemnitatis nomine actionem utilem competere ex senatusconsulto, quod auctore divo Traiano, parente nostro, factum est, constitit. Dat. VII. Id. Decemb. ipsis et [2]) Conss. [293—304.]

6. [a]) Imp. Zeno A. Aeliano [3]) P. P. — Quum sit adiecta praetoris sententia, generalem curatori administrationem mandantis, et, quod eam pro more sequitur, decretum pariter sit compositum [4]), manifestum est, non curatoris dationem fuisse invalidam, sed in aestimanda adultae substantia scribae vitium, qui, tanquam non amplius ducentis libris auri patrimonium valeret, fideiussorem [5]) acceperat, intercessisse. In quo casu non curatoris erit ratio [6]) reprehendenda, si qua laesio rebus minoris illata fuisse adversus legum ordinem comprobetur, sed super negligentia vel dolo scribae, qui veram substantiae taxationem passus est occultari, legibus erit agendum. Dat. V. [7]) Kal. Ianuar. Basilio V. C. Cons. [480.]

---

[a]) *Bas. XXXVIII.* 8. 20. — *Sch. u.*; *hui. const. idem est fons, qui et legis* 9. *C. d. int. rest. min. II.* 22. *et leg.* 28. *C. de iure dot. V.* 12., *ut docet Cuiac. Obss. XVI.* 14.

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *om. edd.* — [2]) ipsis AA. *Sp. Bk.* — [3]) Aemiliano *ms. Cas.*, *ed. Nbg.* — [4]) interpositum *ms. Pl.* 2. — [5]) fideiussionem *edd. Nbg. Hal. Russ.*, *sed ab Hal. correctum in notis, et contra omnia mss. Russ.* — [6]) datio *magis conveniret cum Bas.* ἡ—τοῦ κουράτωρος δόσις ἔῤῥωται. — [7]) *num.* V. *delendus secundum subscriptt. l.* 9. *C. II.* 22. *et l.* 28. *C. V.* 12.

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER SEXTUS.

Tit. I.

) DE SERVIS FUGITIVIS [1]), ET LIBERTIS MANCIPIISQUE CIVITATUM ARTIFICIBUS ET AD DIVERSA OPERA [2]) DEPUTATIS, ET AD REM PRIVATAM VEL [3]) DOMINICAM PERTINENTIBUS.

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aemiliae. — Servum fugitivum sui furtum facere, et ideo non habere locum nec usucapionem nec longi temporis praescriptionem, manifestum est, ne servorum fuga dominis suis ex quacunque causa fiat damnosa. S. Id. Decemb. Maximo II. et Aquino Conss. [286.]

2. [c]) Iidem AA. et CC. Pompeiano. — Requirendi fugitivos potestatem fieri dominis, praesidalis officii est. Dat. Kal. Mai. Caess. Conss. [294—305.]

3. [d]) Impp. Constantinus et Licinius AA. [4]) ad Probum. — Si fugitivi servi deprehendantur ad barbaricum [5]) transeuntes, aut pede amputato debilitentur, aut [6]) metallo dentur, aut qualibet alia poena afficiantur. — Sine die et consule [7]).

Authent. ut nulli iudicum. §. Quia vero nos oportet. (Nov. 134. c. 13.) — *Sed novo iure, si criminis qualitas membri abscissionem exigat, una sola* [8]) *manus abscindetur. Sed pro furto nec morietur nec aliquod membrum abscindetur, sed aliter castigabitur* [9]). *Fures autem vocantur, qui occulte* [10]) *et sine armis huiusmodi delinquunt. Qui autem violenter aggrediuntur aut cum armis, aut sine armis, aut in domibus, aut in itineribus, aut in mari, poenis legalibus subiiciantur.*

4. [e]) Imp. Constantinus A. ad Valerianum [11]). — Quicunque fugitivum servum in domum vel in agrum [12]) inscio domino eius susceperit [13]), eum cum pari alio vel viginti solidis [14]) reddat. Sin [15]) vero secundo vel tertio eum susceperit [16]), praeter ipsum duos vel tres alios, vel praedictam aestimationem pro unoquoque [17]) domino repraesentet; in minorum persona tutoribus vel curatoribus poena simili imminente. Quodsi ad praedictam poenam solvendam is, qui susceperit, minime sufficiat, aestimatione competentis iudicis castigatio in eum procedat. Quodsi servus [18]), ingenuum se esse mentitus, sub mercede apud aliquem

---

[a]) *Dig. XI.* 4. — [b]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 32.; *Bas. LX.* 7. 6. (*T. VII. p.* 222.) — *Sch. s—x.* (*T. VII. p.* 226.) — [c]) *Bas. LX.* 7. 7. — *Sch. y.* (*T. VII. p.* 227.) — [d]) *Bas. LX.* 7. 8. — *Sch. z.* — [e]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 33.; *prima pos. est in Ivonis Decr. XVI.* 71.; *Bas. LX.* 7. 9. — *Sch. a—n.* (*T. VII. p.* 228.)

[1]) De fugit. serv. *mss. mea, ed. Schf.* — [2]) et diversae operae *ms. Bg.*; et diverso opere *ms. Vat.* — [3]) et *edd. Nbg. Hal.* — [4]) *sic inscribendum ob mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., quae in Licinio A. addendo conspirant*; Imp. Constantinus A. *edd.*; *nostrae lect. etiam fidem facit inscr. leg. seq., quae, si nostra ad solum Constantin. pertineret, certe foret* Idem A., *ut in l.* 5. *et* 6. *h. t.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; barbaricos *mss. Bg. Gt., ed. Schf.*; barbaros *Russ. et rell.*; *sed* ἐπὶ τὸ βαρβαρικὸν ἀπιὼν *Bas. Cfr. l.* 1. *C. IV.* 41. — [6]) in *ins. mss. Pl.* 1. 2. — [7]) *hanc const. ad a.* 314. *refert Iac. Gothofr. in Chronol. Th. C. p. VIII., provocans ad l.* 1. *Th. C. ad SCt. Claud. IV.* 11., *quae etiam Probo inscribitur; profecto huic sententiae conveniunt Impp., quos prae se fert inscr.; cfr. e. g. l.* 3. *C. VII.* 22. — [8]) *solum mss. Pl.* 1. *Bg.* — [9]) *hic finit auth. in ms. Bg.* — [10]) *si tamen occulte, omissis vv. sed aliter castig. — vocantur qui, mss. Pl.* 1. 2. — [11]) Valentinianum *Russ. in marg. contra mss. mea.* — [12]) in domo vel (in) agro *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *Ivo*; *sed lect. Hal., quam sequuntur rell., tuetur coll. Ans. ded.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Ivo, coll. Ans. ded.*; suscepit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) solidos *ms. Pl.* 2., *ms. Bg. ex correct., quod magis convenit cum Bas.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., coll. Ans. ded.*; Si *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) *Bas. haec vv. ita interpretantur, ac si non de reiteratione delicti, sed de pluribus servis fugitivis ab eodem susceptis sermo esset.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62., *coll. Ans. ded.*; servo *ins. edd. Nbg. Hal. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [18]) *mss. Pl.* 2. *Gt., Hal. Russ. Cont.* 62., *coll. Ans. ded.*; fugitivus *add. mss. Pl.* 1. *Bg. edd. rell.*

aliquem fuerit, nihil is, qui eum habuit, poterit incusari. Sane mancipium torqueri oportet, ut manifestetur [1]), utrum propter lucrum capiendum callide a domino ad domum vel [2]) agrum eius, qui [3]) suscepit, immissus est [4]), an non. Quod si maligne factum esse ex servi interrogatione patuerit, servo etiam suo eum, qui hoc fecerit, privari oportet, et ad fiscum pertinere mancipium. Dat. V. Kal. Iul. Thessalonicae [5]), Gallicano et Basso Conss. [317.]

5. [a]) Idem A. ad Ianuarium. — Mancipia diversis artibus praedita, quae ad rempublicam [6]) pertinent, in iisdem civitatibus placet permanere, ita ut, si quis tale mancipium sollicitaverit vel avocandum [7]) crediderit, cum servo altero sollicitatum restituat, duodecim solidorum summa inferenda rei publicae illius civitatis, cuius mancipium abduxerit; libertis quoque artificibus, si sollicitati fuerint, cum eadem forma civitati reddendis; ita ut pro fugitivo servo, si sollicitudine defensoris non fuerit requisitus et revocatus, idem defensor duo vicaria mancipia exigatur, nec beneficio principali nec venditione in eius persona iam de cetero valituris. Dat. XVI. Kal. Mart. Constantino A. V. et Licinio Caes. Conss. [319.]

6. [b]) Idem A. ad Tiberianum [8]), Comitem Hispaniarum. — Quum servum quispiam repetit fugitivum, et alius evitandae legis gratia, quae in occultantes mancipia certam poenam statuit, proprietatem opponet [9]), vel in vocem libertatis eum animaverit, illico nequissimus verbero, super quo ambigitur, tormentis subiiciatur, ut aperta veritate disceptationis terminus fiat. Quod non solum utrisque iurgantibus proderit, sed etiam servorum animos a fuga poterit deterrere [10]). Dat. XV. Kal. Septemb. Pacatiano et Hilariano Conss. [332.]

7. [c]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Felicem, Consularem [11]). — Si quis servum fiscalem putaverit occultandum, non solum eum restituere, sed etiam duodecim libras argenti poenae nomine fisci viribus [12]) dependere compellatur. Dat. II. Id. April. Gratiano A. [13]) II. et Probo Conss. [371.]

8. [d]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Albino, P. U. Romae. — Si qui publicorum servorum fabricis seu aliis operibus publicis [14]) deputati, tanquam propriae conditionis immemores, domibus se alienis et privatarum ancillarum consortiis adiunxerint, tam ipsi quam uxores eorum et liberi confestim conditioni pristinae laboriqne restituantur. Dat. VIII. Kal. August. [15]) Timasio et Promoto Conss. [389.]

Tit. II.

[e]) DE FURTIS ET SERVO CORRUPTO.

1. [f]) Imp. Severus et Antoninus AA. Theogeni. — Si [16]) pecunia tua, mandantibus servis [17]), quidam praedia comparaverunt, eligere debes, utrum furti actionem et condictionem, an mandati potius inferre debeas. Neque enim aequitas patitur, ut et criminis causam persequaris, et bonae fidei contractum impleri postules. Dat. XI. Kal. Mai. Severo et Victorino [18]) Conss. [200.]

2. [g]) Iidem AA. [19]) negotiatoribus. — Incivilem rem desideratis, ut agnitas res furtivas non prius reddatis, quam pretium fuerit solutum a dominis. Curate igitur cautius negotiari, ne non tantum in damna huiusmodi, sed etiam in criminis suspicionem incidatis. PP. III. [20]) Kal. Decembr. Chilone et Libone Conss. [204.]

3. [h]) Imp. Antoninus A. Secundo. — Si nondum rem templo divino dedicatam vitricus tuus furto abstulit, habes adversus eum furti actionem. PP. VI. Id. Septemb. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

4. [i]) Imp. Alexander A. Aurelio [21]) Herodi. — Adversus eum duntaxat, quem servum tuum sollicitasse dicis, si eum deterioris animi fecit, servi corrupti agere potes. Quodsi sollicitatum occultaverit, etiam furti cum eodem agere potes. Quas actiones etiam per procuratorem exercere minime prohiberis. PP. Id. Septemb. Alexandro A. Cons. [222.]

5. [k]) Idem A. Cornelio. — Civile est, quod a te adversarius tuus exigit, ut rei, quam apud te fuisse fateris, exhibeas venditorem. Nam a transeunte et [22]) ignoto te [23]) emisse, dicere non convenit volenti evitare alienam boni viri [24]) suspicionem. PP. III. Kal. Mai. [25]) Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

6. [l]) Idem A. Pythidoro [26]). — Alienum servum sine voluntate domini qui sciens vendidit seu donavit vel alio modo alienavit [27]), nihil domino [28]) diminuere

---

[a]) *Bas. LX.* 7. 10. (*T. VII. p.* 223.) — *Sch. o.* (*T. VII. p.* 229.); *nostram const. iungendam legi* 2. *C. de agric. et manc. XI.* 68. *censet Iac. Gothofr. in Chronol. Th. C. p. XV.* — [b]) *Bas. LX.* 7. 11. — *Sch. p.* (*T. VII. p.* 230.) — [c]) *Bas. LX.* 7. 12. — *Sch. q. r.* — [d]) *Bas. LX.* 7. 13. (*T. VII. p.* 224.) — *Sch. s. t.* — [e]) *Dig. XI.* 3. *XLVII.* 2. — [f]) *Bas. LX.* 6. 18. (*T. VII. p.* 189.) — *Sch. x—b* (*T. VII. p.* 207.) — [g]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 37.; *Bas. LX.* 6. 19. (*T. VII. p.* 190.) — *Sch. c—g.* — [h]) *Bas. LX.* 6. 20. — *Sch. h. i.* (*T. VII. p.* 208.) — [i]) *Bas. LX.* 6. 21. — *Sch. k—m.* — [k]) *Bas. LX.* 6. 22. — *Sch. n. o.* (*T. VII. p.* 209.) — [l]) *Ivonis Decr. XVI.* 72.; *Bas. LX.* 6. 23. — *Sch. p. q.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62. *Bk.*, *coll. Ans. ded.*; manifestet *edd. Nbg. Russ. et rell.*, *sed contra omnia mss. Russ.* — [2]) ad *ins. edd. Schf. Russ. et postea rell.*, *etiam contra coll. Ans. ded.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *coll. Ans. ded.*; eum *ins. Cont.* 66. *et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *coll. Ans. ded.*; sit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) *locum, qui abest ab Hal. et rell.*, *restitui ex coll. Ans. ded.*, *quae cum rel. subscr. convenit.* — [6]) ad reipublicae ius *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.* — [7]) advocandum *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [8]) Tyberianum *edd. contra mea mss.* — [9]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; opponit *ms. Pl.* 1. *ex correct.*, *edd. rell.* — [10]) detenere *ms. Bg.*; detinere *Hal.* — [11]) Consulem *ms. Pl.* 1. — [12]) *Cuiac. Obss. XXVIII.* 1.; iuribus *edd.*; *in codd. dubia est scriptura.* — [13]) A., *quod om. Hal. et rell. praeter Bk.*, *in subscriptt. hui. anni fere numquam abest.* — [14]) publicis *abest a mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Cont.* 62.; *sed* εἰς ἄλλα ἔργα τινὰ τῆς πόλεως. — [15]) *si dies vitio caret*, *locum supplere licet ex l.* 49. *Th. C. XI.* 30., *quae eod. die data est* Romae. — [16]) ex *ins. mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; tuis *ins. ms. Bg.*, *edd. rell.*; *nec glossa hoc verbum in textu agnoscit.* — [18]) *hanc const. ad conss. Severum et Albinum* (194.) *referunt Hal. et rell.*, *quod*, *si inscriptio omnibus meis codd. probata recte se habet*, *manifesto vitiosum est*; *equidem nostram subscr. hausi ex ms. Pist.*, *in quo est* pp̄. — Sev. ā II. et vīc; *de vitio siglarum* a. II. *v. not.* 41. *ad l.* 2. *C. III.* 31. — [19]) Impp. Sev. et Ant. AA. *mss. Pist. Vat. Bg.*, *refragantibus mss. Cas. Pl.* 1. 2. — [20]) *ms. Pist.*, *Coll. Ans. ded.*; III. *abest ab Hal. et rell.*; *cum rel. subscr. conveniunt ms. Pist. et coll. Ans. ded.* — [21]) Aureliano *mss. nonn.*; et *add. ms. Vat.* — [22]) etiam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [23]) te *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; bono viro *Hal. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [25]) pp̄. VI. K. ian. *ms. Pist.*, *quod conss. tuetur.* — [26]) Pythoro, Pitodoro *mss. mea.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Ivo*; vendiderit — donaverit — alienaverit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [28]) nihil ei *Ivo.*

diminuere potest; et si contrectet vel apud se detinuerit, etiam [1]) furtum facit. PP. Kal. Mai. Iuliano II. et Crispino Conss. [2]) [224.]

7. [a]) Idem A. Dato. — Si is, cui te pecuniam ad matrem tuam perferendam dedisse proponis, parva quantitate numerata, reliquam in usus suos convertit, furtum fecit. PP. prid. [3]) Id. Iun. Modesto et Probo Conss. [228.]

8. [b]) Idem A. Valentino [4]). — Etiam furti actione tributorum exactor tenetur, si, te non cessante in tributoria exactione, sciens, quod nihil deberetur [5]), ancillam tui iuris abduxit aut vendidit. Quae res facit, ut nec emtor usucapiat [6]) vindicatioque tibi ipsius competat. PP. X. Kal. Mart. Pompeiano et Peligno [7]) Conss. [231.]

9. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [8]) Aedisio. — Subtracto furto vel vi abrepto mancipio, quamvis hoc [9]) rebus humanis non oblatum fuerit exemtum, tam ad raptorem quam ad furem periculum redundabit, et uterque eorum poena legitima coërcebitur. Dat. VII. Id. Febr. Sirmii, AA. Conss. [10]) [293—304.]

10. [d]) Idem AA. et CC. Valerio. — Si abducta mancipia furto vel plagio venumdata praeses provinciae perspexerit, quum nec ab emtore propter cohaerens vitium, antequam ad dominum possessio revertatur, haec usucapi possint, et te ei, cuius fuerint, successisse repererit, restitui tibi providebit. — Sine die et consule [11]).

11. [e]) Idem AA. et CC. Demostheni. — De his, quae subtraxisse novercam pupilli tui precibus significas, rectorem adi provinciae, qui, si eam, posteaquam dominus rerum is, pro quo supplicas, factus est, aliquid furatam cognoverit, non ignorat, in quadruplum [12]) manifesti, nec manifesti vero dupli actione furti constituta, condemnationem formare [13]). Dat. [14]) VII. Kal. Septemb. Viminacii [15]), Caess. [16]) Conss. [294—305.]

12. [f]) Idem AA. et CC. Quintae [17]). — Ancillae subtractae partus apud furem editi, prinsquam a domino possideantur, usucapi nequeunt; matris furem etiam horum causa furti teneri convenit actione. Quapropter furti actione et condictione vel adversus possidentem [18]) vindicatione de mancipiis uti non prohiberis, quum altera poenam contineus alterius electione minime tolli possit. Nam extra poenam rei persecutionem esse, nulla iuris quaestio est, quum etiam hi, qui aliena mancipia comparaverint, si hanc causam non ignorant [19]), furti actione tenentur [20]). Dat. [21]) Id. Octob. Sirmii, Caess. [22]) Conss. [294—305.]

13. [g]) Idem AA. et CC. Domno. — Post decisionem furti leges agi prohibent. Quodsi non transegisti, sed de sublatis partem tantum accepisti, residuam [23]) vindicare vel condicere et actione furti apud praesidem provinciae [24]) agere potes. Dat. Kal. Decemb. [25]) Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

14. [h]) Idem AA. et CC. Dionysio. — Eos, qui a servo furtim ablata scientes susceperint, non tantum de susceptis convenire, sed etiam poenali furti actione potes. Dat. VIII. Kal. [26]) Ianuar. Sirmii, Caess. [27]) Conss. [294—305.]

15. [i]) Idem AA. et CC. Socratae [28]). — Furti actione minime teneri successores, ignorare non debueras. De instrumentis autem ablatis in rem actione tenentes [29]) convenire potes. Dat. III. Kal. [30]) Ianuar. Sirmii, Caess. [31]) Conss. [294—305.]

16. [k]) Idem AA. et CC. Artemidoro et aliis. — Si servum vestrum nutriendum qui susceperat, venumdedit, furtum commisit. Dat. [32]) Kal. Octob. Viminacii, Caess. Conss. [294—305.]

17. [l]) Idem AA. et CC. Cononi [33]). — Quamvis [34]) expilatae hereditatis crimine [35]) promiscuus usus, exemplo actionis furti, ream uxorem fieri non patiatur, tamen heredes iidemque [36]) filii super his, quae de patris bonis possidet [37]), adversus eam in rem actione experiri non prohibentur. Dat. [38]) Id. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

18. [m]) Idem AA. et CC. Dionysiodoro. — In eum, qui ex naufragio vel incendio cepisse vel in his rebus damni quid dedisse dicitur, intra [39]) annum utilem ei, cui [40]) res abest, quadrupli, post annum [41]), in simplum actionem proditam, praeter poenam olim statutam, edicti forma perpetui declarat. Dat. Kal. [42]) Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

Nova

---

[a]) *Bas. LX.* 6. 24. — *Sch. r. s.* — [b]) *Bas. LX.* 6. 25. (*T. VII. p.* 191.) — *Sch. t—y.* (*T. VII. p.* 210.) — [c]) *Bas. LX.* 6. 26. — *Sch. z. a.* — [d]) *Bas. LX.* 6. 27. — *Sch. b. c.* — [e]) *Bas. LX.* 6. 28. — *Sch. d.* — [f]) *Bas. LX.* 6. 29. — *Sch. e—l.* (*T. VII. p.* 211.) — [g]) *Bas. LX.* 6. 30. — *Sch. m—p.* (*T. VII. p.* 212.) — [h]) *Bas. LX.* 6. 31. (*T. VII. p.* 192.) — *Sch. q.* — [i]) *Bas. LX.* 6. 32. — *Sch. r.* — [k]) *Bas. LX.* 6. 33. — *Sch. s. t.* — [l]) *Bas. LX.* 6. 34. — *Sch. u—y.* — [m]) *Bas. LX.* 6. 35. (*T. VII. p.* 193.) — *Sch. z—e.* (*T. VII. p.* 213.)

[1]) etiam *om. ms. Bg., Ivo.* — [2]) pp. VI. k. ian. max. II. et eli. css. *ms. Pist., quae subscr. verbotenus repetit eam, quam ms. Pist. tribuit const. praec., ideoque suspecta est.* — [3]) prid., *quod abest ab Hal. et rell., inserui ex ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — [4]) Valenti *mss. mea.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.*; debetur *ms. Bg., edd. rell.; nobiscum facit Schol. Bas.* — [6]) usucaperet *vel* usucapere posset *vel* usuc. possit *mss. mea, edd. Nbg. Schf.* — [7]) Peligniano *Bk.* — [8]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *om. edd.* — [9]) hoc *abest ab Hal.* — [10]) *hanc subscr. pleniorem restitui ex ms. Pist.*; S. VII. Kal. Febr. Sirmii * *Hal. et rell.* — [11]) Sine—cons. *etiam addit ms. Pist.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; furti *ins. Russ. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; formari *Hal. Russ. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [14]) S. *ms. Pist.* — [15]) Viminatio *ms. Pist.* — [16]) AA. *ms. Pist., quod praeferendum videtur, quia ex sigla* css. (*i. e.* Conss.) *facilius oriri potuit sigla* cc, *quam intrudi literae* aa. — [17]) Quintillae *ms. Pist.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; rei *ins. edd. Nbg. Russ. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; ignorent *edd. rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; teneantur *Hal. et rell.* — [21]) S. *ms. Pist.* — [22]) AA. *ms. Pist.*; *v. not.* 16. *ad l. praeced.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; residua *ms. Gt., edd. Nbg. Hal.*; residuum *Russ. et rell.* — [24]) provinc. *om. mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [25]) *diem firmat ms. Pist., a quo rell. absunt.* — [26]) S. VII. K. *ms. Pist.* — [27]) AA. *ms. Pist.* — [28]) Socratiae, Socraticae *mss. mea.* — [29]) tenentem *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [30]) S. K *ms. Pist.* — [31]) AA. *ms. Pist.* — [32]) S. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. conspirat.* — [33]) Canoni, Catoni *mss. nonn.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; etiam *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; criminis *Hal. et rell.* — [36]) idemque *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; itemque *Hal. et rell.*; *sed nostra lect. magis consentanea mssis et melius convenit cum Bas.* οἱ—κληρονόμοι παῖδες ὄντες αὐτοῦ. *Sane Bas. in eodem cap. alio loco hos actores ita describunt:* οἱ κληρονόμοι καὶ οἱ παῖδες τοῦ ἀνδρός. — [37]) possident *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [38]) S. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — [39]) infra *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [40]) cuius *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [41]) annum *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.* — [42]) S. III. K. *ms. Pist., quod habet rel. subscr. sine loco.*

Nova constitutio Friderici Imperatoris de statutis et consuetudinibus contra ecclesiae libertatem editis [a]). — *Navigia quocunque locorum pervenerint, si quo casu contingente rupta fuerint, vel alias ad terram pervenerint, tam ipsa navigia quam navigantium bona illis integra reserventur, ad quos spectabant, antequam navigia* [1]) *huiusmodi periculum incurrissent, sublata penitus omnium* [2]) *locorum consuetudine, quae huic adversatur sanctioni; nisi talia sint navigia, quae piraticam exerceant pravitatem, aut sint nobis sive Christiano nomini inimica. Transgressores autem huius nostrae constitutionis bonorum suorum* [3]) *publicatione mulctentur, et, si res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum nostrum modis aliis* [4]) *compescatur.*

19. [b]) Idem AA. et CC. Nestiaeo [5]). — Falsus procurator depositum recipiendo vel aes alienum exigendo citra [6]) domini voluntatem furtum facit, ac praeter rei restitutionem actione dupli nec manifesti furti convenitur. — Sine die et consule.

20. [c]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Si quis servo alieno suaserit, ut [7]) aliquam rem domini sui surriperet et ad se deferret [8]), servus autem hoc domino manifestaverit, et domino concedente res eius ad iniquum huiusmodi suasionis auctorem pertulerit, et ipse inventus fuerit rem detinere [9]), quali teneatur actione is, qui res [10]) suscepit, utrumne pro occasione furti, an pro servo [11]), quia eum corrumpere voluit [12]), aut [13]) non solum furti, sed etiam servi corrupti is obligetur, veteres dubitaverunt. Nobis itaque eorum altercationes decidentibus placuit, non solum furti actionem, sed etiam servi corrupti contra eum dari [14]). Licet enim servus minime deterior factus est, tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est; et quemadmodum secundum iuris regulas furtum quidem non est commissum, quia is videtur furtum committere, qui contra domini voluntatem res eius contrectat, ipse autem furti actione propter dolum suum tenetur, ita et servi corrupti contra eum actio propter suum vitium non abs re extendatur, ut sit ei poenalis actio imposita, tanquam re ipsa fuisset servus corruptus, ne ex huiusmodi impunitate et in alium servum, qui [15]) possit corrumpi, hoc facere pertentet. Dat. Kal. August. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

21. [d]) Idem A. Iuliano P. P. — Apud antiquos quaerebatur, si servus, quem aliquis bona fide possidebat [16]), furtum commiserit alienarum rerum vel ipsius, apud quem constitutus est, si [17]) ipse, qui eum bona fide detinet, noxalem furti actionem adversus verum dominum habeat, vel ipse ab eo, qui furtum passus est, praedicta conveniatur actione. Quumque generalis regula ab antiqua prudentia exposita est, huiusmodi [18]) hominis gratia, pro quo noxalem furti actionem suscipere aliquis [19]) compellitur, adversus alium furti actionem habere non concedens, quidam ita eam per coniecturam interpretati sunt, adversus bonae fidei quidem possessorem nullo modo furti actionem extendi, ipsi autem, si furtum fuerit passus, adversus verum dominum furti actionem noxalem recte decerni; tunc autem bonae fidei possessorem furti nomine, quod passus est, noxalem actionem contra dominum habere posse, quando servus sub domini sui fuerit constitutus possessione; et pro his rebus posse eum adversus dominum habere actionem, non solum quas servus subtraxerit [20]) iam apud eum constitutus, sed et [21]) quas furatus est, quando fugit quidem a bonae fidei possessore, adhuc autem nondum sub manibus domini sui fuerit constitutus. Quam interpretationem prisca quidem iura per coniecturam introducebant. Nos autem altius et verius ad eam respicientes, generalem regulam sic ab initio esse prolatam accipimus. Quum igitur bonae fidei possessor domini cogitatione furem possidet, merito, donec apud eum constitutus est, et aliis tenetur noxali actione, si extranei furtum a servo fuerint passi, et ipse adversus verum dominum non habet [22]) actionem secundum regulam, dicentem: qui habet adversus alium furti actionem, ipse ea teneri non potest. Sin autem desinat in servi retentione, et ille apud verum dominum fuerit inventus, tunc ipse quidem noxali furti actione minime potest teneri, adversus autem verum dominum habet ipse furti noxalem actionem pro rebus, quas vel nunc [23]) furatus est, quum est apud verum dominum, vel antea, postquam bonae fidei possessoris retentionem excesserit [24]), necdum apud verum dominum factus est. Sic iterum regulae generali casus evenit [25]) consentaneus. Qui enim habet tunc furti actionem adversus dominum, ipse aliis teneri furti actione non potest; et sic ex tempore omnibus discretis, vetustissima dubitatio nostro foedere conquiescat, et bonae fidei possessor in parte certa temporis et [26]) habeat actionem et non teneatur actione [27]), et ipse dominus in alio tempore non teneatur actione et in alio sub actione constituatur. De eo autem, qui liber constitutus ab alio bona fide tenetur, si furtum commiserit, recte et sine aliqua dubitatione dicitur posse eum, qui [28]) liber est cognitus, et ab ipso, qui bona fide eum detinet, pro furto conveniri, et bonae fidei possessorem, si extraneo furtum liber commiserit, non posse conveniri,

---

a) *addi solita Nov. Collat. X.* — b) *Bas. LX.* 6. 36. — *Sch. f. g.* (*T. VII. p.* 214.) — c) *Bas. LX.* 6. 37. — *Sch. h. i.; aliquam partem hui. const. repetit Iustinianus in* §. 8. *I. de obl. quae ex del. IV.* 1. — d) *Bas. LX.* 6. 38. (*T. VII. p.* 194.) — *Sch. k—n.* (*T. VII. p.* 215.)

1) *navigium et post incurrisset ed. Schf., ipsa const. Frid.* — 2) *omni ed. Schf.* — 3) *suorum om. edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — 4) *modis omnibus edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — 5) Menestheo, Nesitheo, Monae, Mennae *mss. mea.* — 6) contra *ms. Bg., var. l. gl.;* παρὰ γνώμην *Bas.* — 7) ut *om. Hal. et postea habet* surripere—deferre, *quam construct. probant mss. Bg. Gt.* — 8) deduceret *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; ducere *ms. Bg.*; deducere *ms. Gt., v. not. praeced.* — 9) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ.*; detinens *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 10) rem *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — 11) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., Hal. Cont.* 62.; corrupto *add. edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.* — 12) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; voluerit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 13) *ms. Bg., ed. Nbg.*; ut *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; ú *ms. Pl.* 2., *quam siglam non intelligo*; an *Russ. Cont.* 66. *et rell. Secundum* §. 8. *I. IV.* 1. *dubitatio haec fuit, utrum furti tantum an neutra actio competat.* — 14) dare *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62. — 15) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Hal.*, §. 8. *I. IV.* 1.; facile *ins. ms. Pl.* 1., *edd Nbg. Schf. Russ. et rell., sed ex gl. h. v. venisse in textum, ipsa docet gl. ad v.* corrumpi. — 16) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; possideat *Hal. et rell. contra omnia mss. Russ.* — 17) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; an *Hal. et rell.* — 18) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Schf. Cont.* 62.; huius *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — 19) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; quis *edd. Schf. Russ. et rell.* — 20) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; subtraxit *Hal. et rell.* — 21) et *abest ab Hal. in textu, restitutum in not.* — 22) furti *ins. ms. Bg., Cont.* 62. — 23) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; tunc *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; nunc vel tunc *ed. Schf.* — 24) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; excessit *Hal. et rell.* — 25) evenit et *mss. Pl.* 1. *Bg.*; *scr.* eveniet, *ut ed. Schf.* — 26) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; et *om. edd. rell.* — 27) actione *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg Gt., ed. Nbg.* — 28) quia *mss. Veron. Gt.*

conveniri, sed ipsam pro suo furto respondere, quia generalis regula de servo prolata est, et pro eo, qui non servus, sed liber et suae potestatis est, noxalem moveri actionem, impossibile nostrisque legibus incognitum est. Dat. Kal. Octob. Constantinop.[1]) Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

22. [a]) Idem[2]) A. Iuliano[3]) P. P. — Manifestissimi quidem iuris est, perpetrato furto ei competere furti actionem, cuius interest, ne furtum committatur. Sed quaerebatur apud antiquos legum interpretes, si quis commodavit alii rem ad se pertinentem, et ipsa res[4]) subtracta est, an furti actio adversus furem institui possit ab eo, qui rem utendam accepit[5]), idoneo scilicet constituto, quia et ipse commodati actione a domino pro ea re conveniri potest[6]). Et hoc quidem paene iam fuerat concessum, ut habeat ipse actionem, nisi inopia dignoscatur laborare; tunc enim furti actionem domino competere dicebant. Sed ea satis increbuit[7]) dubitatio, si tempore, quo furtum committebatur, idoneus erat is, qui rem commodatam accepit[8]), postea autem ad inopiam pervenit, antequam moveatur actio, quae ei antea competebat, an debeat actio, quae semel ei acquisita est, firmiter apud eum manere, vel ad dominum reverti, quum[9]) et hoc quaerebatur, an in hoc[10]) casu furti actio ambulatoria sit, nec ne. Sed omnem talem tractatum alia sequitur subdivisio, si ex parte solvendo sit is, qui rem utendam accepit, ut possit non in totum, sed particularem solutionem ei facere, an habeat furti actionem, vel non. §. 1. Tales itaque ambiguitates veterum, immo magis, quod melius dicendum est, ambages, nobis decidentibus in tanta rerum difficultate simplicior sententia placuit, ut in domini sit voluntate, sive commodati actionem adversus res accipientem movere desiderat, sive furti adversus eum, qui rem surripuit, et alterutra earum electa, dominum non posse ex poenitentia ad alteram venire[11]); sed si quidem furem elegerit, illum, qui rem utendam accepit, penitus liberari; sin autem quasi[12]) commodator veniat adversus eum, qui rem utendam[13]) accepit, ipsi quidem nullo modo competere posse adversus furem furti actionem, eum autem, qui pro re commodata convenitur, posse adversus furem[14]) furti actionem habere, ita tamen, si dominus sciens, rem esse surreptam, adversus eum, qui eam accepit[15]), perveniat. §. 2. Sin autem nescius et dubitans, rem non esse apud eum, commodati actionem instituit, postea autem, re comperta, voluit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem pervenire, tunc licentia ei concedatur, et adversus furem venire, nullo obstaculo ei opponendo, quoniam[16]) incertus constitutus[17]) movit adversus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem, nisi domino ab eo satisfactum est (tunc etenim omnimodo furem a domino quidem furti actione liberari, suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit), quum manifestissimum est[18]), etiamsi ab initio dominus actionem instituit commodati, ignarus[19]) rei surreptae[20]), postea autem, hoc ei cognito, adversus furem transivit, omnimodo liberari eum, qui rem commodatam suscepit[21]), quemcunque causae exitum adversus furem dominus habuerit; eadem definitione obtinente, sive in partem sive in solidum solvendo sit is, qui rem commodatam accepit. §. 3. Sed quum in secundam dubitationem incidebat[22]), quid statuendum sit, si quis rem commodatam habuerit, quam aliquis furto subtraxerit, et lite pulsatus condemnationem passus fuerit non tantum in rem furtivam, sed etiam in poenam[23]) furti, et postea dominus rei venerit, omnem condemnationem accipere desiderans, utpote ex suae rei occasione ortam, alia dubitatio incidit veteribus, utrumne rem tantummodo[24]) suam vel eius aestimationem consequatur, an etiam summam poenalem. Et licet ab antiquis variatum est, et ab ipso Papiniano, in contrarias declinante sententias, tamen nobis hoc decidentibus Papinianus, licet variaverit, eligendus est, non in prima, sed in secunda eius definitione, in qua lucrum statuit minime ad dominum rei pervenire[25]); ubi enim periculum, ibi et lucrum collocetur, nec[26]) sit damno tantum deditus, qui rem commodatam accepit, sed liceat ei etiam lucrum sperare. §. 4. Quum autem in confinio earum dubitationum tertia exorta est[27]), quare non et eam decidimus? Quum enim apertissimi iuris est[28]), non posse maritum constante matrimonio furti actionem contra suam uxorem habere, quia lex ita atrocem actionem dare in personas ita sibi coniunctas[29]) erubuit, huiusmodi[30]) incidit veterum sensibus quaestio. Quidam etenim, re sibi commodata, huiusmodi rei furtum a sua muliere passus est; et dubitabatur, utrumne domino rei furti actio contra mulierem praestetur[31]), an propter necessitatem causae et maritus eius, utpote

---

[a]) *Bas. LX.* 6. 39. (*T. VII. p.* 195.) — *Sch.* ο — *y.* (*T. VII. p.* 217.); §§. 1. *et* 2. *hui. const. receptae sunt in* §. 16. *I. de obl. quae ex del. IV.* 1.

[1]) *plmp. Veron.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [2]) Imp. Iust. *mss. Pist. Vat. Bg.* — [3]) *mss. Veron. Pist. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Ioanni *Hal. et rell.* — [4]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; res *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; acceperit *ms. Pl.* 2.; suscepit *Hal. et rell.* — [6]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; poterit *ed. Nbg.*; possit *Hal. et rell.* — [7]) increpuit *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*; increbruit *ms. Veron.* — [8]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; acceperit *ed. Nbg.*; acceperat *Hal. et rell.* — [9]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; tum *Hal. et rell.*, *plerumque post* reverti *plene interpungentes. Verum novam iuris quaestionem hic non proponi, etiam Schol. Bas. o. et q. citt. docent.* — [10]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; hoc *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [11]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; actionem *ins. rell.* — [12]) quasi *om.* §. 16. *I. IV.* 1. — [13]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, §. 16. *I. cit.*; rem commodatam *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; rem commodatam utendam *ms. Pl.* 1. — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*, §. 16. *I. cit.*; quidem *ins. ed. Schf.*, *Hal. in not.*, *Russ. et rell.*; furti actionem, eum autem — advers. furem *om. plmp. Veron.* — [15]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; adv. eum, cui res commodata fuit *rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, §. 16. *I. cit.*; iam *add. edd. Nbg. Hal. et rell.*; quod iam *plmp. Veron.* — [17]) constitutus *om. ms. Bg.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, §. 16. *I. cit.*; sit *ms. Veron.*, *Hal. et postea rell.*; *utrumque abfuit a ms. Bg. ante correct.* — [19]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*, §. 16. *I. cit.*; ignorans *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; rem esse surreptam *rell.* — [21]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Gt.*; susceperit *edd.*; accepit *mss. Pl.* 2. *Bg.*, §. 16. *I. cit.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; incidebant *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [23]) in re furtiva sed et. in poena *mss. Bg. Gt.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; tantum *Hal. et rell.* — [25]) *in Bas. haec ita vertuntur, ac si domino rei etiam lucrum summae poenalis deberetur.* — [26]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; ne *Russ. et rell.* — [27]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; dubitatio *ins. ms. Bg.*; quaestio *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell. cum ms. Veron.* — [29]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; personam — coniunctam *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [30]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; eiusmodi *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; praestatur *mss. Bg. Gt.*; praestaretur *Russ. et rell.*

pote commodati actioni suppositus, possit [1]) habere furti actionem. Et auctores quidem iuris satis et in hac specie contra se iurgium exercuerunt; ex praesente autem lege et anterioribus nostris decisionibus, quae in ista positae sunt constitutione, potest et haec species apertius dirimi. Si enim domino dedimus electionem, ad quem voluerit, pervenire, sive ad eum, qui rem commodatam accepit, sive contra eum, qui furtum commisit, et in hac specie maritus quidem propter matrimonii pudorem non furti, sed rerum amotarum actionem habeat [2]) (si ipsum dominus elegerit), dominus autem omnem licentiam possideat, sive adversus maritum commodati, sive adversus mulierem furti actionem extendere; ita tamen, ut, si ipse, qui rem commodatam accepit, solvendo sit, nullo modo adversus mulierem furti actio extendatur, ne ex huiusmodi occasione inter maritum et uxorem, qui non bene secum vivunt, aliqua machinatio oriatur, et [3]) forsitan marito volente [4]) uxor eius extrahatur et furti patiatur poenalem condemnationem. Dat. XV. Kal. Decemb. [5]) Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. III.

[a]) DE OPERIS LIBERTORUM.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Romano. — Si tempore manumissionis operae tibi impositae sunt, scis, te eas praestare debere. Solet autem inter patronos et libertos convenire [6]), ut pro operis aliquid praestetur, licet pretium peti [7]) non possit, nisi quando propter inopiam pro alimentis id extra ordinem peti necessitas suaserit, quum, etsi operae non erant impositae, defectis tamen facultatibus patroni, eum alere cogebaris. PP. III. Kal. Ianuar. [8]) Chilone et Libone Conss. [204.]

2. [c]) Iidem AA. Eutycheti. — Manumissionis causa traditus neque in servitutem reduci [9]) a manumissore potest, neque impositas operas praestare cogitur. PP. VI. Kal. Mai. Antonino A. II. et Geta [10]) II. Conss. [205.]

3. [d]) Iidem AA. Quintiano. — Qui nummis acceptis ab extraneo servum suum manumisit, et pro operis pecuniam ab eo accepit, sive fuerant operae impositae, sive non fuerant [11]), ut indebitam solutam [12]) reddere cogitur. PP. Kal. Novemb. Albino et Aemiliano Conss. [13]) [206.]

4. [e]) Imp. Antoninus A. Valeriano [14]). — Si quam tibi pecuniam a liberto tuo ex venditione operarum deberi probaveris, restitui tibi a liberto tuo praeses iubebit. Ex hoc enim liberam testamenti factionem libertus habet, modo si non onerandae libertatis gratia emissam [15]) cautionem probabitur. PP. XIV. Kal. Mai. duobus [16]) Aspris Conss. [212.]

5. [f]) Idem A. Terentio [17]). — Mater tua ab eo, quem ex causa fideicommissi manumisit, operas impositas petere non potest, nisi eius tantummodo [18]) temporis, quo eum ante manumisit, quam dies fideicommissae libertatis exsisteret. Sed nisi ei honorem patronis debitum exhibuerit, adeat [19]) competentem iudicem, pro modo admissi vindicaturum. PP. III. Id. Mai. duobus Aspris Conss. [212.]

10. [6.] [g]) Imp. Alexander A. Caecilio. — Liberti libertaeque defunctorum operas neque extraneis heredibus patronorum [20]), neque maritis patronarum debent. PP. Kal. Novemb. Alexandro A. Cons. [222.]

6. [7.] [h]) Idem A. [21]) Minicio [22]). — Nec patronis pro operis mercedem accipere licet, quamvis, si indictae operae praestitae non sint, ad pecuniae exactionem obsequii non praestiti aestimatio convertatur. §. 1. Qui autem duos filios in potestate, vel diversis temporibus, habuit, lege Iulia de maritandis ordinibus obligatione operarum liberatur. Dat. XII. Kal. Ian. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

7. [8.] [i]) Idem A. Augustino. — Si tuis nummis emtus es ab eo, a quo manumissus es, nec operas ei debes, nec puniri ab eo utpote [23]) ingratus potes; patronum tamen tuum [24]) esse [25]) negari non oportet. Dat. III. Id. Septemb. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

8. [9.] [k]) Idem A. Lictorio [26]). — Libertae tuae ducendo eam uxorem dignitatem auxisti, et ideo non est cogenda operas tibi praestare, quum possis legis beneficio contentus esse, quod invito te alii non possit iuste nubere. Dat. X. Kal. Mart. Fusco et Dextro Conss. [225.]

9. [10.] [l]) Idem A. Herculiano. — Titius si, quum testamentum faceret, servo suo Caio [27]) libertatem cum conditione hac dedit: Caium servum meum a die mortis meae annis tribus peractis manumitti volo, ita [28]) ut praestet heredibus meis, sicut me vivo praestabat, et quum idem servus testatori diurnum quiddam praestaret, et post mortem eius usque ad diem praestandae libertatis etiam heredibus praestiterit [29]), manifestum est,

---

[a]) *Dig. XXXVIII.* 1. — [b]) *Bas. XLIX.* 3. 1. (*T. VI. p.* 597.), *int. apud Meermanum num. XLIX.* 3. 50. (*T. V. p.* 17.), *ex quo et rell. capp. Bas. in hoc tit. allegantur.* — [c]) *Bas. XLIX.* 3. 51. — [d]) *Bas. XLIX.* 3. 52. — [e]) *Bas. XLIX.* 3. 53. (*Meerm. T. V. p.* 18.) — [f]) *Bas. XLIX.* 3. 54. — [g]) *Bas. XLIX.* 3. 55. *Hanc const. hic collocant mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *quam sedem corroborant Bas., inscriptt., quae seriem quinque rescriptorum Imp. Alexandri ab hac ipsa const. ordiri docent, nec non anni, quos continent subscriptt. Post leg. Titius posita est in ms. Bg., edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [h]) *Bas. XLIX.* 3. 57. *et* 58.; *in Bas. haec const. est postposita sequenti Si tuis.* — [i]) *Bas. XLIX.* 3. 56. — [k]) *Bas. XLIX.* 3. 59. — [l]) *Bas. XLIX.* 3. 60.

[1]) potest *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.* — [2]) habet *mss. Bg. Gt., quod rectius videtur.* — [3]) si *ins. ms. Bg.*; ne *ins. edd. Nbg. Schf.* — [4]) nolente *ms. Gt., ms. Veron. ex correct., Russ. in marg., atque ita legerunt conditores Bas.* καὶ μηδὲ βουλομένου πολλάκις. — [5]) *plmp. Veron.*; Septemb. *Hal. et rell., sed illud praeferendum, quia ita sibi constat series constitutt. chronologica.* — [6]) conveniri *mss. Veron. Bg., edd. Nbg. Schf.* — [7]) peti *om. mss. Veron. Pl.* 1. *Bg.* — [8]) *diem firmat ms. Pist., a quo absunt conss.* — [9]) deduci *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; *sed nostra lect. melius convenit cum Bas.* — [10]) Caes. *ins. Bk.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia mss. Russ., ed. Nbg.*; fuerant *om. edd. rell.* — [12]) indebitas solutas *ms. Pl.* 2.; indebita soluta *Hal.* — [13]) *subscr. firmat ms. Pist.* — [14]) Valerio *mss. nonn.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; esse *add. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [16]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [17]) Tertio, Tervo, Terentiano *mss. nonn.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; tantum *Hal. et rell.* — [19]) adi *ms. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [20]) patronorum *om. Hal., cui sane favent Bas.* — [21]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; Imp. Alexander A. *Cont.* 66. *et rell.* — [22]) Annitio, Minicio, Mutiano *mss. nonn.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; ut *Russ. et rell.* — [24]) patronus — tuus *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; eum *ins. Hal. et rell.* — [26]) Laetorio, Latario, Laterio *mss. mea.* — [27]) *Gaium scribunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [28]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Hal Cont.* 62. *Bk.*; tamen *ins. ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [29]) praestiterat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*

est, quod adeptus libertatem ad eandem praestationem compelli non possit. Dat. VII. Id. August. Fusco et Dextro Conss. [225.]

11. [a]) Imp. Gordianus A. Africano. — Quod ex liberta [1]) muliere nascitur, ingenuum est. §. 1. Is autem, qui libertae suae nubendi commodavit assensum, quamvis operas ab ea exigere non possit, iura [2]) patronatus non amittit. PP. III. Non. August. [3]) Pio et Pontiano Conss. [238.]

12. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [4]) Veneriae [5]). — Qui manumittuntur, liberum, ubi voluerint, commorandi arbitrium habent, nec a patronorum filiis, quibus solam reverentiam debent, ad serviendi necessitatem redigi possunt, nisi ingrati probentur, quum neque cum patrono habitare libertos iura compellant. S. IX. Kal. Iun. Ipsis AA. [6]) Conss. [293 — 304.]

13. [c]) Impp. Valentinianus, Valens et Gratianus [7]) AAA. ad Probum P. P. — In redhibitione [8]) operarum maneat poena in eum, qui libertum alienum recipiendum esse duxerit. Dat. III. [9]) Id. Iul. Gratiano A. II. et Probo Conss. [371.]

Tit. IV.

[d]) DE BONIS LIBERTORUM ET IURE PATRONATUS.

1. [e]) Impp. Severus et Antoninus AA. Secundae. — Multum interest, utrum quis suis nummis emtus ac [10]) manumissus sit ab emtore, an a domino suo data pecunia mereatur libertatem. Priore enim casu ad bona eius [11]) contra tabulas admitti patronum non placet, posteriore [12]) omnia iura patronatus retinet. Et ideo, quum Sabiniani patroni filii, qui plenum ius habuit, ut hostis publici, bona fisco vindicata sint, secundum ea, quae divo Pertinaci placuerunt et nos secuti sumus, in iura libertorum eius fiscus noster successit. PP. V. Non. Iul. Faustino et Rufino Conss. [210.]

2. [f]) Impp. Valentinianus et Valens [13]) AA. ad Florianum [14]), Comitem rerum privatarum. — Si liberti conniventibus patronis consortium cum ancillis colonisve nostris [15]) elegerint, sciant illi, se deinceps commoda patronatus amissuros. Dat. III. Id. Octobr. Triveris [16]), Lupicino et Iovino VV. CC. Conss. [367.]

3. [g]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Si quis patronorum in posterum huiusmodi narrationem conceperit vel in libertatibus, quae inter vivos actitantur, vel in his, quae ex testamento vel codicillis, scriptis vel sine scriptis habitis, proficiscuntur, ut liberti eorum a iure patronatus liberentur, antiqua interpretatione semota, non dubitet [17]), etiam patronatus ius ex sola tali verborum conceptione libertis esse remittendum, nec eorum [18]) successionibus, quae ab intestato descendunt, quas veteres et [19]) post huiusmodi actus servari in libertorum bonis decreverunt, a nobis patronis integris reservandis. Sed quemadmodum in natalium restitutione omne ius tollitur patronatus, ita et in huiusmodi verbis eandem vim esse observandam omnes non ignorent [20]). Idemque iuris est, si, inter vivos manumissione imposita [21]), in ultimis voluntatibus concessio data fuerit patronatus; ita tamen, ut in omnibus natalium restitutiones, ex quibus paene solis ingenuitas mera libertis competit, tam obtineant, quam in nostra republica polleant, quum nobis cordi est, ingenuis magis hominibus, quam libertis eam frequentari: reverentia tamen, quae a libertis [22]) debetur, et iure, quod adversus ingratos libertos patronis competit, integris reservandis, et si per verborum conceptionem secundum [23]) a nobis inductum modum ius patronatus fuerit amissum, quum etiam haec ingenuitatis praemio tolluntur [24]), quam paene sola natalium restitutio inducit; his videlicet casibus, per quos poenalibus modis ius patronatus quasi ab indignis patronis eripitur, in suo robore durantibus [25]). Recitata Septimo [26]) in novo consistorio palatii Iustiniani. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. [529.]

4.

---

[a]) *Bas. XLIX.* 3. 61. — [b]) *Bas. XLIX.* 3. 62. — [c]) *hausta ex ampliore l.* 1. *C. de colonis Illyric. XI.* 52.; *Bas. XLIX.* 3. 63. — [d]) *Dig. XXXVII.* 14. *XXXVIII.* 2. — [e]) *Bas. XLIX.* 1. 25. (*Meerm. T. V. p.* 4.) — [f]) *Bas. XLIX.* 1. 26. — [g]) *Bas. XLIX.* 1. 27.

[1]) libera *ms. Gt.*; *etiam Bas.* ἀπὸ τῆς ἐλευθέρας. — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; tamen *add. edd. Nbg. Hal. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [3]) *diem firmat ms. Pist., quod om. conss.* — [4]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *om. edd.* — [5]) Valeriae *ms. Pl.* 1. — [6]) et *ins. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [7]) *in ordine horum nom. plurimum inter se differunt mss. et edd.* — [8]) redditione *Russ. in marg.*; *glossema hoc esse apparet ex gl.*; *cfr. l.* 1. *C. XI.* 52. — [9]) III. *om. l.* 1. *C. XI.* 52. — [10]) at *ed. Nbg.*; atque *edd. Schf. Hal.* — [11]) eius *om. Hal.*; bona eius *om. ms. Gt.*; ad bona eius *om. Cont.* 62. — [12]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; autem *ins. ed. Nbg.*; vero *ins. ms. Pl.* 1., *Russ. et rell.* — [13]) *Gratianum A. add. Bk., quod et voluit Sp. in not., recte secundum chronolog., quae Gratianum mense Augusto hui. anni Augustum electum fuisse docet, sed refragantibus mssis Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. et omnibus edd.* — [14]) Floriatum *mss. Cas. Vat. Bg.* — [15]) nostris *om. Hal.*; vestris *ed. Nbg.*; *sed* γεωργήσαις δεσποτικαῖς *Bas.* — [16]) Triberi *mss. Pist. Paris., quae diem firmant, sed conss. non habent*; Treviris *Bk.*; Treveri *Hal. et rell.* — [17]) dubitetur *edd. Nbg. Hal. Bk.* — [18]) eorum *om. mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Schf Hal.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; etiam *edd. Nbg. Russ. et postea rell.*; *utrumque abest ab Hal.* — [20]) *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk.*; ignorant *mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.* — [21]) interposita *Russ. in marg.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; patronis *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [23]) verb. conceptione *omisso v.* secundum *Hal.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; tollantur *Russ. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; duraturis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) *Cuiac. Obss. XX.* 3.; septimiliario *Cont. in marg.*; *mss. Pist. Paris. his siglis utuntur:* R. VII. $\overline{m}$ (*lege aut* in *aut* miliario) $\overline{C}$. N. V. P. I.

4.[a]) A. *Graecae const. Imp. Iustiniani* [1]) *argumentum ex Bas.*

Μέλλουσα διδόναι τύπον ἐπὶ τοῖς πατρωνικοῖς δικαίοις, ἡ διάταξις διηγεῖται πρότερον τὰ ἀπὸ τοῦ δυοκαιδεκαδέλτου καὶ ἀπὸ τοῦ πραίτωρος καὶ ἀπὸ τοῦ Παπίου νόμου κρατοῦντα [2]) *τὸ παλαιὸν πατρωνικὰ δίκαια, καὶ οὕτως ἄρχεται τῆς νομοθεσίας.*

§. 1. *Καὶ πρῶτον μὲν ἐξαριθμεῖται τοὺς μὴ ὑποκειμένους πατρωνικοῖς δικαίοις, ὅπερ συμβαίνει, ἡνίκα ὁ ἐλευθερῶν ἐν ζωῇ ἢ ἐν τελευταίᾳ βουλήσει εἴπῃ συγχωρεῖν τῷ ἀπελευθέρῳ τὸ πατρωνικὸν δικαιον. τότε γὰρ πρόδηλον, ὡς οὔτε αὐτῷ τῷ πάτρωνι, οὔτε τοῖς ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ, πολλῷ δὲ μᾶλλον οὐδὲ ἐξωτικοῖς αὐτοῦ κληρονόμοις ἁρμόζει καὶ αὐτοῦ πατρωνικὸν δίκαιον. Καὶ ὅτε δὲ ὁ* [3]) *δεσπότης, ὁρῶν τὸν οἰκέτην αὐτοῦ στρατευσάμενον ἢ ἀξίας ἐπιτυγχάνοντα, μὴ ἀντιλέγει, οὐ μόνον ἐλεύθερος γίνεται διὰ τούτου ὁ οἰκέτης, ἀλλὰ καὶ ἀπήλλακται παντὸς πατρωνικοῦ δικαίου.*

§. 2. *Εἰ δὲ καί τις τὴν ἑαυτοῦ θεράπαιναν προστήσει* [4]) *ἐπὶ τὸ πορνεύεσθαι, πάλιν καὶ αὐτὴ ἡ θεράπαινα ἐλευθεροῦται, καὶ ἀποστερεῖται παντὸς πατρωνικοῦ δικαίου ὁ δεσπότης· ὥςπερ ὁ νοσοῦντα τὸν οἰκέτην περιορῶν, καὶ μηδὲ αὐτὸς ἐπιμελόμενος αὐτοῦ, μηδὲ εἰς ξενῶνα πέμπων αὐτόν, μηδὲ τὴν συνήθη χορηγῶν αὐτῷ σίτησιν, παντὸς ἀποστερεῖται δικαίου κατὰ τῆς τούτου περιουσίας.*

§. 3. *Εἰ δὲ καὶ προςπαθών τις θεραπαίνῃ αὐτοῦ, καὶ μὴ ἔχων νόμιμον γαμετήν, παλλακὴν αὐτὴν σχοίη, καὶ μείνῃ μέχρι τελευτῆς ἐπὶ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως, μηδὲν εἰπὼν περὶ τῆς τύχης αὐτῆς, οὐ μόνον ἐλευθέρα γίνεται καὶ αὐτὴ καὶ οἱ παῖδες, οὓς ἔτεκεν ἐκ τοῦ δεσπότου, ἀλλὰ καὶ εἰς εὐγένειαν ἁφαρπάζονται* [5]), *κερδαίνοντες καὶ τὸ ἴδιον πεκούλιον· καὶ εἰκότως οὐδὲν πατρωνικὸν δίκαιον ἔχουσιν ἐπὶ αὐτοῖς* [6]) *οἱ τοῦ δεσπότου κληρονόμοι, εἴτε παῖδές εἰσιν, εἴτε ἐξωτικοί.*

§. 4. *Εἰ δὲ καί* [7]) *τις ὑπέρ τινος τὴν περὶ ἐλευθερίας δίκην ἀγωνισάμενος ἡττηθῇ τῷ δεσπότῃ, καὶ τὸ τίμημα ὑπὲρ τῆς τοῦ δούλου διατιμήσεως καταβάλῃ, ἐλευθεροῦται μὲν ὁ οἰκέτης, ὑπὲρ οὗ τὸ τίμημα δέδοται τῷ δεσπότῃ, οὐκ ἔχει δὲ ἐπ' αὐτῷ πατρωνικὸν δίκαιον ὁ δεσπότης, ὥςπερ οὐδὲ ἐπὶ ἐκείνῳ τῷ κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους ἰδίοις ἀργυρίοις ἀγορασθέντι· κατὰ τούτου γὰρ καὶ οἱ παλαιοὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πραίτωρος πατρωνικὰ δίκαια ἠρνοῦντο* [8]) *τῷ ἐλευθερώσαντι.*

§. 5. *Εἰ δὲ καὶ ἀργύρια ἀντὶ τῶν ὑπηρεσιῶν ἐπερωτήσει ὁ πάτρων τὸν ἀπελεύθερον ἢ τὴν ἀπελευθέραν, ἢ ὁρκώσει αὐτοὺς μὴ γήμαι μηδὲ παιδοποιή-*

Constitutio novam formam datura iuribus patronatus, prius enarrat quae ex lege XII. tabularum et ex iure praetorio et ex lege Papia antiquitus obtinebant patronatus iura, atque ita sanctionem suam orditur.

§. 1. *Ac primum quidem enumerat eos, qui iuribus patronatus subiecti non sunt, quod accidit, quum manumissor inter vivos vel in ultima voluntate dixit, se remittere liberto ius patronatus; tunc enim manifestum est, neque ipsi patrono, neque iis, qui ex eius stirpe sunt, et multo magis nec extraneis eius heredibus ius patronatus in illum competere. Sed et quum dominus videt servum suum militare vel dignitatem adipisci, nec contradicit, non solum liber fit hoc modo servus, sed etiam omni solvitur patronatus iure.*

§. 2. *Et si quis ancillam suam prostituerit, etiam haec ancilla fit libera, et omni privatur patronatus iure dominus; sicuti et is, qui aegrotantem servum negligit, et neque ipse eum procurat, neque in xenonem eum mittit, neque consueta ei praebet salaria, omni in eius substantia iure excidit.*

§. 3. *Et si quis amore affectus erga ancillam suam, neque habens legitimam uxorem, concubinam illam sibi iungat, et ad mortem usque in eadem maneat voluntate, tacuerit autem de eius fortuna, nor solum libera fit ipsa cum liberis, quos peperit ex domino, sed in ingenuitatem etiam eripiuntur et lucrantur peculium suum; ideoque nullum ius patronatus in iis habent domini heredes, sive liberi sunt, sive extranei.*

§. 4. *Et si quis pro aliquo libertatis causam agens domino succubuerit, atque idem pretium pro servo aestimato solverit, liberatur servus, pro quo pretium datum est domino, neque habet dominus in eo ius patronatus, sicuti nec in eo, qui secundum veteres leges suis nummis emtus est; adversus eum enim et veteres praetoria patronatus iura manumissori denegabant.*

§. 5. *Et si pecuniam pro operis stipulatur patronus a liberto vel liberta, vel eos adstringit iureiurando, quod nec matrimonium inire nec liberos procreare*

---

[a]) *Graecae const.* 1., *epitome servatur in Bas. XLIX.* 1. 4. (*Fabr. T. VI. p.* 586., *Reitz. in Meerm. Thes. T. V. p.* 4.); 2., *brevius argumentum* §§. 9—19., *idque haud raro a Bas. recedens, enarratur in* §. 3. *I. de succ. libert. III.* 7.; 3., *brevem ex* §§. 10. 11. *epitomen continet* §. 10. *I. de grad. cogn. III.* 6.; 4., *nonnulla ex argumento* §§. 15. 21. *breviter tanguntur in* §. 4. *I. de bon. possess. III.* 9.; 5., *notatu dignissima sanctio ex const. de iure patronatus enarratur in* §. 7. *I. de leg. agnat. succ. III.* 2., *quam sanctionem ad* §. 20. *nostrae const. referre non dubito, subdubitat autem, Schrader ad* §. 7. *I. cit.*; 6., *argumentum* §. 3. *exhibet Photii Nomoc. XIII.* 5. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1108.); 7., *latinam constitutionem, quae fere concordat cum argumento* §§. 9. *sqq. et Iustinianeae decisionis speciem prae se fert, a Codicis autem missis aliena est, primus edidit Cuiac.* (*Obss. XX.* 34.) *ex membranis quibusdam* (*num Codicis?*), *ac denuo invenit Savigny in cod. Inst. Gotting. in Auth. speciem ad* §. 3. *I. de succ. libert. III.* 7. *adscriptam. Tandem nostra aetate contigit, ut* 8., *genuinae const. particula* (*inde a media* §. 23. *usque ad finem*) *inveniretur in palimpsesto Veronensi, quae nunc primum in lucem prodit. — Restitutionis opera incipit a Cont.* 62., *qui praebet text.* 3. 2. 4.; *Cont.* 66. *ex Schol. Bas. ex Harmenopulo et ex text.* 2—6. *conglutinavit deperditae legis epitomen, de cuius vitiis legendus est Witte* (*Die leges restit. p.* 196.); *cum Cont.* 66. *faciunt Cont.* 71. *Char. Pac., ac parum ab iis recedit Cont.* 76.; *text.* 1., *quem iam restituerat Cuiac.* (*Obss. XX.* 34.), *demum receptus est a Sp.*; *Bk. exhibet text.* 1. 6. 3. 7. *Equidem edo text.* 1. 8. 6. 2. 5. 7.

[1]) *huius const. ipse Iustinianus se laudat conditorem in Inst. III.* 2. 7., *III.* 6. 10., *III.* 7. 3., *III.* 9. 4. — [2]) *Reitz, Fabr.*; *κρατοῦντος Cuiac.* — [3]) *ὁ abest a Cuiac. et Fabr.* — [4]) *προςθήσει Cuiac. Fabr.*; *προςτήσῃ mavult Reitz in not.* — [5]) *ἀφ' οὗ ἁρπάζονται Cuiac. Fabr.*; *malim ἀναρπάζονται.* — [6]) *αὐτῷ Cuiac. Fabr* — [7]) *καὶ om. Cuiac.* — [8]) *ἀν Reitz ex cod.*; *ἠροῦντο Cuiac.*; *ἠροῦντο Fabr.*

ποιήσασθαι, καὶ οὕτως πάντων ἐκπίπτει τῶν πατρωνικῶν [1]), ἐπειδὴ καὶ τὸ παλαιὸν καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ δυοκαιδεκαδέλτου καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ [2]) πραίτωρος πατρωνικῶν δικαίων ἐξέπιπτεν.

§. 6. Εἰ δὲ καὶ ἀναφωνήσαντος ἀπελευθέρου πρὸς εὐγένειαν, συμπαιγνίᾳ χρησάμενος ὁ πάτρων συγχωρήσῃ [3]) αὐτὸν εὐγενῆ ἀποφανθῆναι, ἐλεγχομένης τῆς πρὸς τὸν ἀπελεύθερον συμπαιγνίας, πάντων ἐκπίπτει τῶν πατρωνικῶν δικαίων καὶ οὗτος ὁ πάτρων.

§. 7. Εἰ δὲ καὶ ὁ τιμηθεὶς fideicommissaρίᾳ [4]) ἐλευθερίᾳ, ἀγνωμόνως πειρασθεὶς [5]) τοῦ ὀφείλοντος ἐπιθεῖναι αὐτῷ τὴν ἐλευθερίαν, προσελθὼν τῷ ἄρχοντι τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ ἢ τὸ λανθάνειν αὐτὸν διελέγξει, καὶ ἁρπάζεται ἀπὸ δογμάτων συγκλήτου εἰς ἐλευθερίαν, καὶ οὐδενὶ πατρωνικῷ δικαίῳ ὑπόκειται.

§. 8. Εἰ δὲ καὶ υἱὸς πάτρωνος ἢ κεφαλικὴν κατηγορίαν κατὰ τοῦ πατρῴου ἀπελευθέρου ἐνστήσηται, ἢ πρὸς δουλείαν ἑλκῦσαι [6]) πειραθείη, ἀπαλλάττεται καὶ οὗτος ὁ [7]) ἀπελεύθερος παντὸς πατρωνικοῦ δικαίου, ἐπειδὴ καὶ τὸ παλαιὸν τῶν ἐκ τοῦ πραίτωρος πατρωνικῶν δικαίων ἀπηλλάττετο.

§. 9. Τούτων τοίνυν ἁπάντων τοῦ πατρωνικοῦ δικαίου ἀτέλειαν ἐχόντων, νομοθετεῖ λοιπὸν μετὰ τὴν τούτων ὑπεξαίρεσιν, ποῖα βούλεται εἶναι πατρωνικὰ δίκαια κατὰ τῶν ἄλλων ἀπελευθέρων. Καὶ εἰ μὲν ἐλάττονα τῶν ἑκατὸν νομισμάτων σχοίη περιουσίαν ἀπελεύθερος ἢ ἀπελευθέρα, οὐ περιεργάζεται ταύτην τὴν ποσότητα ἡ διάταξις, ἀλλ' ἐπιτρέπει αὐτοῖς διατίθεσθαι, καθάπερ ἂν βουληθείησαν. Ἀδιαθέτων δὲ καὶ ἀπαίδων τελευτώντων τῶν ἐχόντων τὴν ἐλάττονα τῶν ἑκατὸν νομισμάτων περιουσίαν, δίδωσι τοῖς πάτρωσι τὴν ἐξ ἀδιαθέτου διαδοχήν.

§. 10. Τῶν δὲ ὑπὲρ τοὺς ἑκατὸν χρυσίνους καταλιμπανόντων οὐσίαν εἰ μὲν εἶησαν παῖδες, ἢ ἔγγονοι [8]), ἢ προέγγονοι, ἢ ἀπέγγονοι, ἄῤῥενες ἢ θήλειαι, δι' ἀῤῥένων ἢ διὰ θηλέων [9]) προσώπων κατιόντες ὁσοιδήποτε, εἴτε προελευθερωθέντες τῶν γονέων, εἴτε συνελευθερωθέντες αὐτοῖς, εἴτε καὶ μετ' αὐτοὺς ἐλευθερωθέντες, ἢ καὶ μετὰ τὴν ἐλευθερίαν τεχθέντες, αὐτοὺς καλεῖ πρὸς τὴν τῶν ἀπελευθέρων διαδοχήν, ἐπειδὴ καὶ τῇ φύσει δίκαιόν ἐστι, τοὺς παῖδας τὰ τῶν γονέων διαδέχεσθαι. καὶ ὁ δυοκαιδεκάδελτος γὰρ ὑπεξουσίους εὑρὼν τοῦ ἀπελευθέρου [10]) παῖδας, οὐδὲν παρεῖχε τοῖς πάτρωσιν, ὁ μέντοι πραίτωρ, καὶ ὑπεξουσίων καὶ αὐτεξουσίων ὄντων τῷ ἀπελευθέρῳ παίδων, οὐκ ἐκάλει τὸν πάτρωνα πρὸς τὴν ἐναντίωσιν τῆς διαθήκης. Τούτοις τοίνυν ἀκολουθήσασα καὶ ἡ προκειμένη διάταξις, ὅταν εὕρῃ παῖδας τοῦ ἀπελευθέρου ἢ τῆς ἀπελευθέρας, οὐδὲ ἓν δίκαιον τοῖς πάτρωσιν ἢ τοῖς παισὶν αὐτῶν [11]) ἐκ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου δικαίων χαρίζεται, ἀλλὰ καλεῖ τοὺς τῶν ἀπελευθέρων παῖδας εἰς τὴν αὐτῶν διαδοχήν, εἰ καὶ ἐν δουλείᾳ τεχθέντες συνελευθερώθησαν.

§. 11. Καὶ τὸ μεῖζον, οὐ τότε μόνον αὐτοὺς καλεῖ, ὅτε μόνοι ὑπεισιν οἱ ἐν δουλείᾳ τεχθέντες καὶ τῷ πατρὶ ἢ καὶ τῇ μητρὶ συνελευθερωθέντες, ἀλλ' εἰ καὶ ἑτέρους ἔχοι παῖδας ὁ ἀπελεύθερος ἢ ἡ ἀπελευθέρα μετὰ τὴν ἐλευθερίαν τεχθέντας, ἢ ἐκ τῶν αὐτῶν γάμων ἢ ἐξ [12]) ἑτέρων, κοινῶς ἅπαντας καλεῖ. Καὶ τὸ ἔτι [13]) τούτου παραδοξότερον, καὶ αὐτοὺς τοὺς παῖδας εἰς τὴν ἀλλήλων κληρονομίαν

creare velint, etiam hoc modo omni excidit iure patronatus, quoniam et olim iuribus patronatus, quae ex lege XII. tabularum et quae ex iure praetorio sunt, excidebat.

§. 6. *Et si liberto ad ingenuitatem proclamante, patronus collusione usus permiserit, eum ingenuum declarari, detecta cum liberto collusione, omnibus excidit patronatus iuribus et hic patronus.*

§. 7. *Et si honoratus fideicommissaria libertate, iniuriose in periculum adductus ab eo, qui libertatem ipsi debet imponere, adierit praesidem et absentiam eius vel, latitare eum, probaverit, et eripitur in libertatem ex senatusconsultis et nulli subiacet patronatus iuri.*

§. 8. *Et si filius patroni aut capitalem accusationem adversus paternum libertum instituerit, aut in servitutem trahere tentaverit, liberatur et hic libertus omni patronatus iure, quia et olim iuribus patroni, quae erant ex iure praetorio, liberabatur.*

§. 9. *His igitur omnibus a iure patronatus liberationem habentibus, sancit deinceps, postquam hi excepti sunt, qualia velit esse patronorum iura adversus reliquos libertos. Et si quidem minorem centum aureis habuerit substantiam libertus vel liberta, huius quantitatis rationem non habet constitutio, sed permittit iis testari, quomodocunque voluerint. Sed si intestati ac sine liberis decedunt ii, qui minorem centum aureis substantiam habent, dat patronis ab intestato successionem.*

§. 10. *Quodsi eorum, qui maiorem centum aureis relinquunt substantiam, exstent liberi, vel nepotes, vel pronepotes, vel abnepotes, masculi aut feminae, per masculini aut feminini sexus personas descendentes, quotcunque sint, sive manumissi ante parentes, sive cum iis manumissi, sive etiam post eos manumissi vel post manumissionem nati, eos vocat ad libertorum successionem, quoniam et natura aequum est, liberos in bona parentum succedere. Ipsa enim lex XII. tabularum, liberti liberos inveniens in eius potestate, nihil praestabat patronis, profecto autem praetor, sive in potestate sive sui iuris exstarent liberto liberi, non vocabat patronum ad bonorum possessionem contra tabulas. Hos igitur secuta et praesens constitutio, si liberos invenerit liberti aut libertae, ne ullum quidem ius patronis aut liberis eorum ex iuribus intestati successionis largitur, sed vocat libertorum liberos ad eorum successionem, etium si in servitute nati cum iis manumissi sunt.*

§ 11. *Et quod magis est, non modo tunc eos vocat, quando soli supersunt in servitute nati et una cum patre vel matre manumissi; verum etiam, si alios habeat liberos libertus vel liberta post manumissionem natos, sive ex iisdem nuptiis sive ex aliis, communiter omnes vocat. Et quod mirabilius est, ipsos etiam liberos ad mutuam successionem vocari vult constitutio, indulget autem et liberto et libertae, ut liberis suis*

---

[1]) δικαίων ins. Fabr. — [2]) τοῦ abest a Cuiac. — [3]) συγχωρήσει Cuiac. Fabr. — [4]) φιδικοιμισσαρίᾳ Cuiac. Fabr. et sic saepius. — [5]) Reitz, valde offensus his verbis, ita se vertere ait, ac si legisset ἀγνώμονος πειραθείς; quis sit casus, docet l. 15. C. VII. 4.; profecto genit. τοῦ ὀφειλ. medelam iubet huic loco adhiberi, fortasse legendum πηρωθείς. — [6]) ἑλκῆσαι Cuiac. Fabr. — [7]) καὶ οὗτος καὶ Cuiac. Fabr. — [8]) ἔκγονοι et sic porro Synopsis. — [9]) θηλείων Cuiac. Fabr. — [10]) sic Reitz recte emendavit in notis; τοὺς ἀπελευθέρους omnes in textu; fortasse restius τοῦ ἀπελευθέρου. — [11]) αὐτοῦ cod., ut monet Reitz in not. — [12]) ἐξ om. Fabr. — [13]) Reitz in not. ex coniect.; τὸ ὂν idem ex alia coniect.; τὸ ἐστὶ Cuiac Fabr.; τὸ ἐν Reitz in textu.

μίαν καλεῖσθαι βούλεται ἡ διάταξις [1]), χαρίζεται δὲ καὶ τῷ ἀπελευθέρῳ καὶ τῇ ἀπελευθέρᾳ τὴν τῶν ἰδίων παίδων διαδοχήν, ὥςπερ ἐπὶ τῶν εὐγενῶν οἱ πατέρες καὶ αἱ μητέρες καλοῦνται πρὸς τὴν τῶν παίδων κληρονομίαν, καὶ βούλεται ἐπὶ τούτων τῶν θεμάτων τὸ πατρωνικὸν δίκαιον ἀργεῖν, ὥςτε καὶ ἀπελευθέρους καὶ ἀπελευθέρας ὑπὸ τῶν παίδων κληρονομεῖσθαι, καὶ αὐτοὺς τοὺς παῖδας ὑπ' ἀλλήλων καὶ ὑπὸ τῶν γονέων αὐτῶν, καὶ μηδαμοῦ χώραν εἶναι τῇ πατρωνικῇ διαδοχῇ, τῶν τοιούτων προςώπων ὑπόντων.

§. 12. Ταῦτα περὶ τῶν τελευτώντων ἐξ ἀδιαθέτου νομοθετήσασα, μεταβαίνει καὶ πρὸς τοὺς διατιθεμένους ἀπελευθέρους, καὶ παρακελεύεται, εἰ τοὺς ἰδίους παῖδας γράψοιεν [2]) κληρονόμους οἱ ἀπελεύθεροι ἢ αἱ ἀπελεύθεραι, πάντως ἀργεῖν τὴν πατρωνικὴν κλῆσιν.

§. 13. Εἰ δὲ ἀποκληρονόμους ποιήσοιεν [3]) τοὺς παῖδας, εἰ μὲν ἀδίκως, ὥςτε καὶ ἀνατραπῆναι τὴν διαθήκην διὰ τῆς μέμψεως (δίδωσι γὰρ καὶ ταύτην τοῖς οἱοιςδήποτε τῶν ἀπελευθέρων παισὶν ἡ διάταξις), πάλιν ἀργεῖν βούλεται τὴν πατρωνικὴν διαδοχήν, ὡς ἀδιαθέτου τελευτῶντος τοῦ ἀπελευθέρου καὶ ὑπὸ τῶν παίδων ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομουμένου.

§. 14. Εἰ δὲ εὐλόγως τοὺς παῖδας ἀποκλήρους ἐποίησαν τοὺς ἰδίους οἱ ἀπελεύθεροι, καλείσθωσαν οἱ πάτρωνες, ὡς αὐτῶν μὴ ἐσχηκότων παῖδας. Ἐπειδὴ δὲ [4]) δοκοῦσι συγγενεῖς εἶναι τῶν ἐλευθερουμένων οἱ ἐλευθεροῦντες αὐτούς, διὰ τοῦτο καὶ καλοῦνται ἐκ τῆς νομίμου διακατοχῆς [5]). Ὥςπερ ἐπὶ τῶν εὐγενῶν οἱ κατὰ βαθμὸν ἐγγύτεροι καλοῦνται, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν ἀπελευθέρων. ὅθεν εἰ μὲν παῖδας ἔχουσιν οἱ ἀπελεύθεροι καὶ κληρονομοῦσιν αὐτούς, ἀποκλείουσι τὸν πάτρωνα· εἰ δὲ μὴ ὄντων παίδων ἢ ἀποκληρονόμων γενομένων, οἱ πάτρωνες ἔλθωσι, κατὰ βαθμὸν καλείσθωσαν εἰς τὴν οὐσίαν τῶν ἀπελευθέρων, τῶν κεκτημένων οὐσίαν ὑπερβαίνουσαν τὴν ποσότητα τῶν ἑκατὸν νομισμάτων, ἵνα πρῶτοι αὐτοὶ οἱ πάτρωνες καὶ αἱ πατρωνίσσαι καλῶνται [6]), εἶτα μετ' αὐτοὺς οἱ παῖδες αὐτῶν [7]), καὶ ἐὰν μὴ ὦσι παῖδες αὐτῶν [8]), οἱ ἔγγονοι [9]) αὐτῶν, οἱ κατιόντες ἐξ ἀῤῥένων ἢ ἀπὸ θηλειῶν. τοῦτο γὰρ εἴρηται καὶ ἐπὶ τῶν εὐγενῶν, ὥςτε κατὰ βαθμὸν καλεῖσθαι πάντας τοὺς συγγενεῖς πρὸς τὴν κληρονομίαν, καὶ τῶν πρώτων ἀπονούντων, τότε τοὺς μετὰ ταῦτα ἔρχεσθαι καὶ κληρονομεῖν. Εἰ δὲ μηδένας ἔχει κατιόντας ὁ πάτρων ἤτοι ἡ πατρώνισσα, τότε καὶ τοὺς ἐκ πλαγίου αὐτῶν καλοῦμεν κατὰ βαθμόν, ἵνα οἱ ἐγγύτεροι συγγενεῖς προτιμῶνται τῶν ὄντων ἐν μακροτέρῳ βαθμῷ. Ἕως δὲ πέμπτου βαθμοῦ οἱ ἐκ πλαγίου συγγενεῖς τοῦ πάτρωνος καὶ οἱ κατιόντες αὐτοῦ κληρονομείτωσαν τὸν ἀπελεύθερον.

§. 15. Ταῦτα μὲν πάντα εἴρηται, ἐὰν οἱ ἀπελεύθεροι παῖδας ἔχωσιν. Ἐὰν δὲ παντελῶς οὐκ ἔχωσι παῖδας, ἀλλὰ ποιήσωσι διαθήκην καὶ γράψωσιν ἐξωτικοὺς κληρονόμους, οὐδὲ κατὰ τὸν δυοκαιδεκάδελτον λέγομεν, ἐπειδὴ γέγονε διαθήκη, τοὺς πάτρωνας ἀποκλείεσθαι πανελῶς, οὐδὲ κατὰ τὸν Πάπιον δεχόμεθα αὐτούς, ἵνα καὶ ἑνὸς παιδὸς γραφέντος κληρονόμου τὸ ἥμισυ λάβωσιν, ἢ δύο παίδων γραφέντων κληρονόμων τὸ τρίτον λάβωσιν, ἀλλὰ καλοῦμεν αὐτούς, ἵνα μόνον τὸ τρίτον τῆς τοῦ ἀπελευθέρου κληρονομίας δυνηθῶσι λαβεῖν, οὐ πάντες οἱ καλούμενοι πρὸς τὴν πατρωνικὴν κληρονομίαν, ἀλλὰ πάτρων καὶ πατρώνισσα, καὶ παῖδες αὐ-

suis succedant, sicuti in ingenuis patres et matres vocantur ad liberorum hereditatem, atque in his casibus iubet cessare ius patronatus, ita ut libertis et libertabus liberi succedant, et ipsi liberi invicem sibi, et liberis parentes, nec usquam patronorum successioni locus sit, eiusmodi personis exsistentibus.

§. 12. *Postquam haec de iis, qui intestati decedunt, sanxit, transit etiam ad testatos libertos, iubetque, si suos liberos scripserint heredes liberti vel libertae, penitus cessare patronorum successionem.*

§. 13. *Quodsi liberos exheredaverint, si quidem iniuste, ita ut testamentum rescindatur per querelam (concedit enim et hanc qualibuscunque libertorum liberis constitutio), rursus cessare iubet patronorum successionem, tamquam si intestatus obierit libertus, et liberi ab intestato ei succedant.*

§. 14. *Si vero iure meritoque liberti liberos suos exheredaverint, vocentur patroni, tamquam si liberos illi non habuerint. Quoniam autem libertorum cognati videntur esse manumissores eorum, ideo etiam vocantur ex legitima bonorum possessione. Sicut in ingenuis gradu proximiores vocantur, ita etiam in libertis; unde si liberos habent liberti, qui heredes iis exsistunt, excludunt patronum; si vero liberis non exstantibus vel exheredibus factis, patroni veniant, secundum gradum vocentur in rem libertorum, quantitate centum aureorum maiorem, ut primi ipsi patroni et patronae vocentur, deinde post eos liberi eorum, et, si non exstent liberi, nepotes eorum ex maribus vel feminis descendentes. Hoc enim et de ingenuis dictum est, secundum gradum omnes cognatos ad hereditatem vocari, et primis deficientibus, reliquos venire et heredes fieri. Sin vero nullos descendentes habet patronus vel patrona, tunc et collaterales eorum vocamus secundum gradum, ut propiores cognati praeferantur iis, qui in ulteriore gradu sunt. Usque ad quintum autem gradum collaterales patroni et descendentes eius succedant liberto.*

§. 15. *Haec quidem omnia dicta sunt, si liberti habeant liberos. Si autem liberos omnino non habeant, verum testamentum condiderint et scripserint extraneos heredes, neque secundum legem XII. tabularum dicimus, quia factum sit testamentum, omnimodo excludi patronos, neque secundum legem Papiam eos admittimus, ut filio uno herede scripto dimidiam capiant, vel duobus filiis heredibus scriptis tertiam partem accipiant, sed vocamus eos, ut solum tertiam partem hereditatis liberti capere possint, nec tamen omnes ad patroni ius hereditarium vocati, sed patronus et patrona, et liberi eorum, et nepotes, et abnepotes, id est patronorum descendentes ad quintum usque gradum*

---

[1]) *in §. 10. Inst. III. 6. ad hunc locum, quo de mutua descendentium liberti successione sermo est, enumerantur eae descendentium varietates, quae in hac ex Bas. epitome proxime ante ad liberorum successionem referebantur.* — [2]) *γράψαιεν mavult Reitz.* — [3]) *ποιήσαιεν Cuiac. Fabr., probante Reitz.* — [4]) *γὰρ coni. Reitz in not.* [5]) *διακατοχῆς mutare iubet in διαδοχῆς Reitz in not., quod iam visum esse Fabroto, versio eius demonstrat.* — [6]) *Cuiac. Fabr.; καλοῦνται Reitz.* — [7]) *εἶτα — αὐτῶν om. Cuiac. Fabr.* — [8]) *καὶ ἐὰν — αὐτῶν omissa per scribae incuriam, iam a Cuiac. inserta, qui commate interpungit post ὕπεισι.* — [9]) *ἢ ἔχγονοι Cuiac.; ἔχγονοι, omisso tam οἱ quam ἢ Fabr*

αὐτῶν, καὶ ἔγγονοι [1]), καὶ ἀπέγγονοι, τουτέστιν οἱ ἕως πέμπτου βαθμοῦ κατιόντες τῶν πατρώνων, καὶ μόνοι. Οἱ οὖν περαιτέρω αὐτῶν κατιόντες ἢ ἐκ πλαγίου, οὐκ ἔχουσι τὴν ἐναντίωσιν τῆς διαθήκης ἐξωτικῶν γραφομένων κληρονόμων, ἐπὶ τὸ [2]) λαβεῖν τὸ τρίτον τῆς οὐσίας.

§. 16. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν εὐγενῶν τριούγκιον ἐν τοῖς χρόνοις τούτου τοῦ κώδικος ὡρισμένον ἦν τοῖς δυναμένοις κινῆσαι τὴν κατὰ τῆς διαθήκης μέμψιν, οὕτως, ἐὰν ἀπελεύθερος τελευτήσῃ, τετραούγκιον καθαρὸν καὶ ἀπηλλαγμένον ληγάτων καὶ fideicommissων τῷ πάτρωνι καταλείψας, ἀποκλείει αὐτόν. Κἂν γὰρ παισὶν ἰδίοις κατέλειψεν ὁ ἀπελεύθερος ἀπὸ τοῦ πάτρωνος λήγατον, οὐκ ἔχει καθαρὸν τὸ τρίτον. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς μέμψεως ζητοῦμεν, ἵνα καθαρόν ἐστι πάντων τῶν ληγάτων τὸ τριούγκιον, οὕτως καὶ ἐνταῦθα ἀπαιτοῦμεν, ἵνα καθαρόν ἐστι πάντων τῶν ληγάτων τὸ πατρωνικὸν τετραούγκιον. Ἐλευθερίαις δὲ ὑπόκειται καὶ τὸ τετραούγκιον τοῦ πάτρωνος. τὸ γὰρ παλαιὸν παῖδες μὲν κινοῦντες τὴν κατὰ τῆς διαθήκης μέμψιν, ἐδίδουν τὰς ἐλευθερίας, πάτρωνες δὲ κινοῦντες εἰς ἥμισυ τὴν ἐναντίωσιν τῆς διαθήκης κατὰ τῆς τοῦ ἀπελευθέρου διαθήκης, οὐκ ἐπεγίνωσκον τὰς ἐλευθερίας. Πάντα δὲ τὰ λήγατα, ὧν ὁ πάτρων ἀπήλλακται, διδότωσαν οἱ κληρονόμοι τοῦ ἀπελευθέρου, δηλονότι πρότερον παρακατέχοντες ἑαυτοῖς ἐκ τῆς οὐσίας τὸν φαλκίδιον τῶν περιλιμπανομένων αὐτοῖς ὀκταουγκίων, ἵνα μηκέτι τριούγκιον, ἀλλὰ μόνον διούγκιον [3]) παρακατάσχωσιν.

§. 17. Εἴτε οὖν ὁ πάτρων παντελῶς μηδὲν ἔχει, λαμβάνει τὸ τετραούγκιον, εἴτε ἐγράφη κληρονόμος εἰς ἧττον τοῦ τετραουγκίου, ἀναπληροῦται καθαρὸν τὸ [4]) τετραούγκιον, πάσης αἱρέσεως καὶ πάσης ὑπερθέσεως ἀπηλλαγμένον, τουτέστιν ἵνα, κἂν γράψῃ αὐτὸν ὁ ἀπελεύθερος κληρονόμον ὑπὸ αἵρεσιν, περιέλωμεν τὴν μνήμην τῆς αἱρέσεως. Εἰ δὲ καὶ ἡ αἵρεσις τῶν πάντως ἐξερχομένων ἐστίν, ὑπέρθεσιν δὲ ἔχει, τυχὸν ἐὰν φθάσῃ ὁ τῶν καλανδῶν καιρός, καὶ ταύτην τὴν αἵρεσιν περιαιροῦμεν [5]), φυλάττοντες αὐτοῖς τὸ τετραούγκιον, εἴτε εἷς ἐστίν, εἴτε πλείονες.

§. 18. Εἰ δὲ γραφῶσι κληρονόμοι ὑπὲρ τὸ τετραούγκιον καὶ βαρηθῶσι ληγάτοις [6]), ἐὰν αὐτοὶ μόνοι ὦσι κληρονόμοι, παράσχωσι τὰ ληγάτα καὶ τὰ fideicommissa, δηλονότι μὴ βλαπτομένου τοῦ τετραουγκίου αὐτῶν· ὁ γὰρ φαλκίδιος ἐπὶ αὐτοῦ [7]) τετραουγκίου ἐστίν. Ἐὰν δὲ μὴ εἰς ὁλόκληρον, εἰς πλέον μέντοι τοῦ τετραουγκίου, τυχὸν εἰς ἓξ ἢ εἰς ὀκτὼ οὐγκίας, ἐγράφησαν κληρονόμοι, καὶ ἐβαρήθησαν ληγάτοις, τότε τὸ περισσὸν ὑπὲρ τὸ τετραούγκιον διδότωσαν τοῖς ληγαταρίοις καὶ fideicommissaρίοις, τὸ δὲ λοιπὸν παρεχέτωσαν οἱ κληρονόμοι, φυλάττοντες ἑαυτοῖς ἐκ τῆς ἰδίας ἐνστάσεως τὸν φαλκίδιον.

§. 19. Ὅσοι δὲ ἂν [8]) εἶησαν πάτρωνες, κἂν ἐξ ἀνίσων μερῶν ἦσαν δεσπόται τοῦ οἰκέτου, μεθ' ὃ γένωνται πάτρωνες, ἐξ ἴσου κληρονομοῦσιν. Ἐὰν δὲ τελευτήσωσιν οἱ πάτρωνες, καὶ ὁ μὲν ἔχει παῖδας, ὁ δὲ [9]) ἐγγόνους, οἱ ἐγγύτεροι περὶ τὸν βαθμόν, τουτέστιν οἱ παῖδες τοῦ ἑνὸς πάτρωνος, ἀποκλείσουσι τοὺς ἐγγόνους τοῦ ἄλλου πάτρωνος. Καὶ γινέσθω ἡ κλῆσις οὐχὶ κατὰ σειράν, ἀλλὰ προσωπικῶς, τουτέστιν ἵνα πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν παίδων τοῦ

dum, et hi quidem soli. Ulteriores itaque eorum descendentes et collaterales non habent bonorum possessionem contra tabulas extraneis heredibus scriptis, ut tertiam bonorum partem consequantur.

§. 16. *Nam sicuti in ingenuis quadrans tempore huius Codicis definitus erat iis, qui inofficiosi testamenti querelam movere poterant, ita, si libertus decesserit et trientem purum et liberum a legatis et fideicommissis patrono reliquerit, excluditur patronus. Etiamsi enim libertus liberis suis a patrono legatum reliquerit, tertiam partem puram non habet; sicut enim in querela inofficiosi requirimus, ut purus sit quadrans ab omni legato, ita et hic postulamus, ut purus ab omni legato sit triens patroni. Libertatibus autem subiicitur etiam patroni triens; olim enim liberi quidem de inofficioso querelam instituentes, praestabant libertates, patroni autem in semissem petentes bonorum possessionem contra tabulas liberti, non agnoscebant libertates. Omnia autem legata, quibus patronus liberatus est, praestent heredes liberti, antea scilicet ex bonis sibi retinentes Falcidiam bessis sibi relicti, ut non amplius quadrantem, sed sextantem tantum retineant.*

§. 17. *Sive igitur patronus nihil omnino habeat, accipit trientem, sive scriptus sit heres in quantitatem triente minorem, repletur ei purus triens ab omni conditione et dilatione liber, id est ut, etiamsi libertus eum heredem scripserit sub conditione, mentionem conditionis tollamus. Verum etiam si conditio sit ex illis, quae omnino sunt eventurae, sed dilationem habeat, veluti si venerit Kalendarum tempus, hanc quoque conditionem tollimus, servantes iis trientem, sive unus sit, sive plures.*

§. 18. *Quodsi heredes scripti sint ultra trientem et legatis onerati, si ipsi soli heredes fuerint, praestent legata et fideicommissa, scilicet salvo eorum triente; nam Falcidia in ipso triente inest. Si vero non in assem quidem, attamen in plus quam trientem, forte in sex vel octo uncias, scripti fuerint heredes et onerati legatis, tunc quod trientem excedit praestent legatariis et fideicommissariis, reliquum autem solvant heredes, servantes sibi ex sua institutione Falcidiam.*

§. 19. *Quotcunque autem fuerint patroni, etsi ex inaequalibus partibus domini fuerunt servi, postquam patroni facti sunt, ex aequis partibus succedunt. Quodsi patroni obierint, et alius quidem liberos habeat, alius nepotes, gradu propiores, id est liberi unius patroni, excludent nepotes alterius patroni. Atque procedat vocatio non in stirpes, sed in capita, hoc est ut pro numero liberorum patroni portio divi datur. Et si forte duo patroni decesserint liberis relictis,*

---

[1]) καὶ προέγγονοι ins. Cuiac. Fabr. Bk.; sed haec insertio neutiquam necessaria est, ut quinque gradus sibi constent. Recte se habet textus, si censeas patronam facere primum gradum, et nepotibus contineri pronepotes. Synopsis habet μόνοι οἱ πάτρωνες καὶ παῖδες αὐτῶν καὶ ἔκγονοι ἕως πέμπτου βαθμοῦ. — [2]) ἐπὶ τῷ coni. Reitz, sed τὸ tuetur Synopsis. — [3]) δυούγκιον Cuiac. Fabr. — [4]) articulus abest a Cuiac. Fabr. — [5]) Εἰ δὲ καὶ — περιαιροῦμεν om Fabr., per incuriam, ut Reitz recte monet. — [6]) ληγάτων Cuiac.; λεγάτων Fabr. — [7]) Cuiac. Fabr.; αὐτῶν Reitz. — [8]) Reitz in not.; ἐὰν omnes in textu. — [9]) οἱ δὲ Fabr.

τοῦ πάτρωνος τὸ μέρος διαιρῆται. Καὶ τυχὸν ἐὰν δύο πάτρωνες τελευτήσωσιν ἐπὶ παισίν, ὁ μὲν ἐπὶ δύο, ὁ δὲ ἐπὶ τέτρασιν, εἰς ἓξ μέρη γίνεται ἡ κληρονομία, οἰκείοις εἰς δύο, ἐπειδὴ καὶ δύο πατρώνων παῖδες εἰσίν. Ἐὰν δὲ εἷς τῶν δύο πατρώνων τὸ μέρος τὸ ἴδιον παραιτήσηται, τότε τὸ μέρος αὐτοῦ οἱ λοιποὶ πάτρωνες λαμβανέτωσαν.

§. 20. Εἰ δὲ καὶ ὁ προλαμβάνων [1]) βαθμὸς παραιτήσηται, τότε πάλιν ὁ μετὰ ταῦτα βαθμὸς καλείσθω· δεχόμεθα γὰρ τὰς κατὰ συγγένειαν διαδοχὰς ἐπὶ τῶν ἀπελευθέρων, τουτέστιν ἵνα, τοῦ πρώτου παραιτουμένου, ὁ μετὰ ταῦτα βαθμὸς ὑπεισέρχεται [2]). τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν εὐγενῶν κρατεῖ [3]), ἐπειδὴ καὶ τὸ παλαιόν, ὅτε ἐπὶ [4]) κληρονομίας οὐκ ἦν ὑπεισέλευσις τῶν μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τῆς ἐπιτροπῆς ἐφυλάττετο, καὶ τοῦ πρώτου τυχὸν καλουμένου ἐξκουσσατεύοντος ἑαυτόν, ὁ μετὰ ταῦτα ἐκαλεῖτο.

§. 21. Καλείσθωσαν δὲ μὴ μόνον οἱ ἐν φύσει κατιόντες τῶν πατρώνων, ἀλλὰ καὶ οἱ κυοφορούμενοι αὐτῶν, καὶ οἱ εἰς θέσιν παρ' αὐτῶν δεδόμενοι. Ἡ οὖν παλαιὰ ὑπόκρισις καὶ παρατήρησις, ὅτε ἐπλαττόμεθα τὴν θυγατέρα τοῦ πάτρωνος υἱόν [5]) πάτρωνος εἶναι, ἀνηρείσθω, σήμερον γὰρ [6]) καὶ αὐτὴ καλεῖται πρὸς τὴν κληρονομίαν. Καὶ καλείσθωσαν μὴ μόνον διακατοχὴν [7]) αἰτοῦντες, ἀλλὰ καὶ ὡς νόμιμοι κληρονομοῦντες, καὶ κληρονόμοι δὲ γραφόμενοι ὡμολογημένως ἐχέτωσαν τὴν ἐκ τῆς διαθήκης βοήθειαν· αἱ δὲ λοιπαὶ πατρωνικαὶ διακατοχαὶ ἡσυχαζέτωσαν.

§. 22. Ἐὰν δὲ θετοὺς παῖδας ἔχωσιν οἱ ἐλευθερωθέντες ἢ οἱ πάτρωνες, τούτους, εἰ καὶ ὑπεξουσίους ἔχωσιν, οὐ δεχόμεθα ἐν τάξει υἱῶν, ἀλλ' ἐν τάξει ἐξωτικῶν. Εἰ δὲ καὶ [8]) τελευτήσωσιν οἱ πάτρωνες ἐπὶ ἐξωτικοῖς κληρονόμοις, οὐ καλοῦνται πρὸς τὴν τοῦ ἀπελευθέρου κληρονομίαν· συγγενικῷ γὰρ δικαίῳ κληρονομοῦνται οἱ ἀπελεύθεροι.

§. 23. Ἐπειδὴ δὲ ἡ παλαιὰ διακατοχὴ ἤρμοζε, καὶ ὅτε ἐτελεύτησεν υἱὸς ἀπελευθέρου γεννηθεὶς μετὰ τὴν ἐλευθερίαν, διαθήκης καὶ συγγενείας χωρίς, καὶ ἐκάλει τὸν ἐλευθερώσαντα τὸν πατέρα καὶ τοὺς ἐξ ἀρρενογονίας αὐτοῦ συγγενεῖς, εἴτε ἔμειναν συγγενεῖς [9]), εἴτε ἔπαθον καταστάσεως ἐναλλαγήν, ἐκέλευσε [10]) δέ, ἵνα, ἐὰν ὁ πάτρων τούτου τοῦ ἀπελευθέρου καὶ αὐτὸς ἀπελεύθερος ἦν ἑτέρου τινός, καὶ ὁ τοῦ πάτρωνος πάτρων καὶ ἡ συγγένεια αὐτοῦ καλεῖται [11]), κελεύει ἡ διάταξις, ἵνα, ἐὰν μετὰ τὴν ἐλευθερίαν γεννηθέντες τοῦ ἀπελευθέρου παῖδες τελευτήσωσιν ἀδιάθετοι καὶ μηδένα παντελῶς ἔχοντες συγγενῆ, καλοῦνται [12]) ὁ πάτρων καὶ ἡ πατρώνισσα μόνοι. Ἔστιν οὖν τοῦτο τὸ δίκαιον ἐπὶ μόνων υἱῶν τοῦ ἀπελευθέρου ἢ θυγατέρων, πάτρωνος ἢ πατρωνίσσης περιόντων, ἵνα δόξωσι μηκέτι κληρονομεῖν ἀπελεύθερον (πῶς γὰρ ἐστὶν ἀπελεύθερος ὁ τεχθεὶς μετὰ τὴν ἐλευθερίαν;), ἀλλ' ἔχειν [13]) τὸ κέρδος ἀπὸ τούτου τοῦ νόμου.

§. 24. Εἰ δὲ ὁ πάτρων εὐλόγως ἀποκλήρους [14]) ποιήσει τοὺς παῖδας τοὺς ἰδίους, μηδὲ κατὰ τῶν ἀπελευθέρων ἐχέτωσαν τὸ δίκαιον οἱ παῖδες αὐτῶν, ἐὰν διαθέμενοι τελευτήσωσιν· εἰ δὲ ἀδιάθετοι, τότε κληρονομοῦσιν αὐτούς.

§. 25. Σωζέσθω δὲ τὸ πατρωνικὸν δίκαιον καὶ τῷ τὸν υἱὸν ἢ τὴν θυγατέρα ποιήσαντι αὐτεξουσίους, ὥστε καὶ κατὰ διαθήκης αὐτοῦ ἁρμόζειν τῷ πατρὶ τὸν λόγον τοῦ τετραουγκίου. κἂν ἀδιάθετος τελευτήσῃ, καλεῖται ὁ πατήρ, ὡς δοκούσης νῦν τῆς αὐτεξουσιότητος contracta fiducia γενέσθαι, τουτέστιν ὡς

relictis, alter quidem duobus, alter vero quaternis, in sex partes dividitur hereditas. non in duas, quod duorum patronorum liberi sint. Si vero unus ex duobus patronis suam partem repudiaverit, tunc partem eius reliqui patroni capiant.

§. 20. *Sed et si praecedens gradus repudiaverit, tunc sequens gradus vocetur; amplectimur enim successiones cognatorum in libertinis, id est ut primo repudiante sequens gradus succedat. Hoc enim et in ingenuis obtinet, postquam et antiquitus, quum in hereditate non esset successio posteriorum, in tutela tamen hoc observatum erat, et eo, qui primus forte vocatus erat, se excusante, sequens vocabatur.*

§. 21. *Vocentur autem non solum descendentes patronorum iam nati, sed et postumi eorum, et in adoptionem ab ipsis dati. Antiqua igitur simulatio et observatio, qua fingebamus, patroni filiam esse filium patroni, sublata sit; hodie enim et ipsa ad hereditatem vocatur. Et vocentur non solum bonorum possessionem petentes, sed etiam ut legitimi heredes, et, quum heredes scripti sunt, habeant profecto bonorum possessionem secundum tabulas; caeterae autem bonorum possessiones, quae patronis dabantur, conquiescant.*

§. 22. *Quodsi adoptivos liberos habeant manumissi aut patroni, hos, licet filiifamilias sint, non filiorum loco habemus, sed extraneorum. Sed et si patroni decesserint extraneis heredibus relictis, hi non vocantur ad liberti hereditatem; cognationis enim iure succeditur libertis.*

§. 23. *Quoniam vero vetus bonorum possessio competebat, et quum filius liberti post manumissionem natus sine testamento et cognatione decessisset, vocabatque patris manumissorem et cognatos eius per virilem sexum, sive mansissent cognati, sive status mutationem passi essent, statuebat autem, ut, si huius liberti patronus ipse libertus esset alius cuiusquam, patroni quoque patronus eiusque cognatio vocaretur, sancit constitutio, ut, si liberti liberi post manumissionem nati moriantur intestati et nullum penitus habentes cognatum, soli vocentur patronus et patrona. Competit igitur hoc ius in solis filiis et filiabus liberti patrono vel patronae superstitibus, ut non amplius videantur succedere liberto (quomodo enim libertus est natus post manumissionem?), sed lucrum habere ex hac ipsa lege.*

§. 24. *Si vero patronus iuste liberos suos exheredavit, neque ius habeant liberi eorum in libertos, si testati decesserint; sin vero intestati, tunc iis succedunt.*

§. 25. *Servetur autem ius patronatus etiam et, qui filium aut filiam emancipavit, ut etiam contra testamentum eius patri ratio trientis competat; et si intestatus obierit, pater vocatur, quandoquidem emancipatio nunc videtur contracta fiducia facta esse, id est ut pater secundum veteres leges videatur convenisse*

---

[1]) παραλαμβάνων *Fabr. in textu, sed emendatum in marg.* — [2]) ὑπεισέρχηται *Fabr.* — [3]) κρατείτω *coni. Reitz in not., quod sane* §. 7. *I. III.* 2. *suadet.* — [4]) τῆς *ins. Cuiac. Fabr.* — [5]) τὸν υἱὸν *omisso* πάτρωνος *Fabr.* — [6]) γὰρ *om. Cuiac. Fabr.* — [7]) *ita in not. Reitz recte emendat, quem sequitur Bk.;* διαδοχὴν *rell.; cfr.* §. 4. *I. III.* 9. — [8]) καὶ *om. Cuiac. Fabr.* — [9]) *ita iam emendavit Cuiac., quem sequuntur omnes; in ms. est* εὐγενεῖς [*i. e. ingenui*]. — [10]) ἐκέλευε *Fabr.* — [11]) καλῆται *coni. Reitz in not.* — [12]) καλῶνται *Fabr.* — [13]) *ex mea coni.;* ἔχει *rell.* — [14]) ἀποκλήροις *ms.*

ὡς δόξαντος τοῦ πατρὸς κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους συμφωνεῖν πρὸς τὸν δοκοῦντα ἀγοράζειν τὸν υἱόν, ἵνα πάλιν αὐτὸς ὁ πατὴρ αὐτὸν [1]) ἀγοράσῃ καὶ ἐλευθερώσῃ.

§. 26. Πᾶς δὲ μὴ ὑπάρχων μὲν τῇ ἀληθείᾳ πάτρων, δοκῶν δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους πάτρων εἶναι, ὡς ὁ [2]) ὀμόσας τυχὸν ὅτι πάτρων ἐστίν, μὴ ὢν δὲ ταῖς ἀληθείαις, ἢ ὁ ἐλέγξας τὴν συμπαιγνίαν τοῦ πάτρωνος καὶ τοῦ ἀπελευθέρου (πολλάκις γὰρ ὁ πάτρων ἔδοξε κινεῖν κατὰ τοῦ ἀπελευθέρου περὶ εὐγενείας καὶ συμπαίξαι ᾧ ἠτιήθη, εὑρέθη δέ τις ὕστερον ὁ τὴν συμπαιγνίαν ταύτην ἐλέγχων), οὗτοι μόνον τιμὴν ἐχέτωσαν, μὴ μέντοι κερδαινέτωσαν ἐκ τῆς οὐσίας τῶν [3]) δῆθεν ἀπελευθέρων.

§. 27. Ὅσα δὲ δίκαια ἔχουσιν οἱ τοῦ πάτρωνος παῖδες, ταῦτα παρέχομεν καὶ τοῖς παισὶ τῶν ἐν διαθήκαις οἰκέτας ἐλευθερωσάντων κατὰ τῶν ἀπελευθέρων τῶν λεγομένων ὀρκίνων. πάντες γὰρ οἱ ἐν διαθήκῃ ἐλευθερούμενοι ὀρκῖνοι ἀπελεύθεροι καλοῦνται [4]).

nisse cum imaginario emtore filii, ut rursus ipse pater eum emat atque manumittat.

§. 26. *Omnis autem, qui revera patronus non est, videtur autem secundum veteres leges patronus esse, velut qui forte iuravit se patronum esse, nec tamen revera est, vel qui collusionem liberti et patroni detexit (saepe enim patronus visus est agere contra libertum de ingenuitate et cum eo colludens victus est, postea autem exstitit qui hanc collusionem detegeret), hi honorem tantum habeant, lucrum autem non faciant ex bonis eorum tamquam libertorum.*

§. 27. *Quaecunque autem iura liberis patroni competunt, eadem praestamus et liberis eorum, qui in testamentis servos manumiserunt, adversus libertos orcinos; omnes enim in testamento manumissi orcini liberti vocantur.*

B. *Genuinae consti. particula a media* §. 23. *usque ad finem ex palimpsesto Veronensi.*

. . . . . [5]) χωρὶς συγγενείας ἁπάσης τελευτώντων, τὸν πάτρωνα καὶ τὴν πατρωνίσσαν τούς τε αὐτῶν υἱοὺς καὶ θυγατέρας καλεῖσθαι, καὶ μέχρι τούτου ταύτην τελεῖσθαι [6]) τὴν διαδοχὴν [7]), οὐκ ἀπελευθερικῆς τῆς κλήσεως αὐτοῖς ἀλλ' ἐκ τῆς παρούσης ἡμῶν διατάξεως διδομένης.

§. 24. Κἀκεῖνο δὲ τῷ νόμῳ προσθεῖναι καλόν τε καὶ ἀναγκαῖον ᾠήθημεν, ὡς, εἰ ἀναφανῇ [8]), τοὺς ἐλευθερῶντας [9]) ἀπὸ κληρονόμων ποιησάσθαι τοὺς ἑαυτῶν παῖδας καὶ μηδὲν αὐτοῖς τῆς ἑαυτῶν περιουσίας καταλιπεῖν, μὴ συντεθῆναι [10]) τε αὐτοὺς [11]) μάτην ἀφορισμένους [12]) ἀποδείξῃ, μηδὲ [13]) τούτους ἔξειν κατὰ τῶν διαθηκῶν τῶν ἀπελευθέρων πατρωνικὰ δίκαια. ἀδιαθέτων μέντοι καὶ ἀπαίδων τελευτώντων τῶν ἀπελευθέρων, κἀκείνους, ἴσως μὲν οὐκ ἀξίους [14]), ἀπὸ φιλανθρωπίας [15]) δὲ ὅμως καλοῦμεν, καὶ μάλιστα ἐπεὶ παρὰ πάντα τὸν ἡμέτερον νόμον πρὸς τὴν φύσιν [16]) ἠρμόσαμεν [17]).

§. 25. Σώζεσται [18]) γε μὴν καὶ τῷ τὸν ὑπεξουσιον [19]) ἢ τὴν ὑπεξουσίαν ἔχοντι καὶ τοῦτον ἢ ταύτην ἐλευθερωκότι τὸ πατρωνικὸν δίκαιον, ὅπερ καὶ πρόσθεν [20]) εἶχεν θεσπιζόμενον [21]), ὡς, εἰ ἀδιάθετος καὶ ἄπαις ὁ ἐλευθερωθεὶς [22]) τελευτήσειεν ἢ γράψας ἐξωτικοὺς κληρονόμους, ἢ εἰς τὸ πᾶν ἐξ ἀδιαθέτου ἢ πρὸς τὸ τετραούγκιον κατὰ τῆς διαθήκης ὁ ἐλευθερώσας κληθείη [23]), ὡσανεὶ δοκούσης contracta fiducia τῆς emancipationis γεγενῆσθαι.

§. 26. Ταῦτα μέντοι κρατεῖν ἐπὶ [24]) τῶν τὴν ἐλευθερίαν ἐπιθέντων θεσπίζομεν, οὓς δὴ καὶ μόνους ὑφῆσθαι [25]) τῇ τοῦ πάτρωνος προσηγορίᾳ συγχωροῦμεν. Τοὺς γὰρ δὴ κατά τινα περινοίαν νομισθέντας ἐν τοῖς παλαιοῖς βιβλίοις πάτρωνας εἶναι, καίτοι γε οὐκ ἐλευθερώσαντας, ὁποῖον δὴ τὸν ἐλέγξαντα τὴν συμπαιγνίαν τοῦ ἀπελευθέρου, τὸν οὔτε ὄντα μετά τε ἀληθείας πάτρωνα, ἐξ ὧν [26]) δὲ ὠμοσεν [27]) ψευδῶς, πειρώμενον ἑαυτῷ πατρωνικὰ περιτιθέναι

. . . . . sine ulla cognatione mortuis, patronum et patronam eorumque filios et filias vocari, et hucusque finiri hanc successionem, non in liberti hereditatem, sed ex praesente nostra lege iis data vocatione.

§. 24. *Verum illud etiam constitutioni adiicere pulchrum et necessarium censuimus, ut, si apparuerit, manumissores fecisse exheredes liberos suos et nihil iis ex sua substantia reliquisse, probatum autem fuerit temere eos exheredes constitutos esse, tunc neque hisce competant iura patronatus contra libertorum testamenta. Sin vero intestati et sine liberis liberti decesserint, etiam illos, certe quidem haud dignos, propter humanitatem tamen vocamus, et praesertim quia in omnibus legem nostram ad naturam accommodavimus.*

§. 25. *Servari autem etiam ei, qui filium vel filiam in potestate habebat et illum vel hanc manumisit, ius patronatus, quod iam dudum constitutum habuit, ut, si intestatus et sine liberis manumissus decesserit vel institutis extraneis heredibus, manumissor aut ex asse ab intestato, aut in trientem adversus testamentum vocetur, tamquam si contracta fiducia emancipatio facta fuisse videretur.*

§. 26. *Haec autem valere iubemus in iis, qui libertatem imposuerunt, quos et solos patroni subesse concedimus nominationi. Qui enim ex machinatione quadam in veteribus libris censebantur patroni esse, verumtamen neutiquam manumiserunt, cuiusmodi est qui detexit liberti collusionem, qui quum revera patronus non esset, ex iis tamen, quae mendaciter iuravit, conatus est sibi adsciscere patronatus iura, et si quis omnino alius eiusmodi in veteribus libris inventur, eum*

---

[1]) αὐτὸν om. Cuiac. Fabr. — [2]) Cuiac. Fabr.; ὁ om. Reitz in textu, addere autem suadet in not. — [3]) scr. αὐτῶν. — [4]) πάντες — καλοῦνται ex scholio in textum aberrasse videntur. — [5]) quae proxime praecesserunt, haec fere fuisse coniicio τῶν παίδων τοῦ ἀπελευθέρου, τῶν μετὰ τὴν ἐλευθερίαν γεννηθέντων, ἀδιαθέτων καὶ [liberis liberti, qui post manumissionem nati sunt, intestatis et]. — [6]) ταυτηνιε εασθαι ms. Veron. — [7]) ita secunda manu codex, prima autem διαθηκην. — [8]) ωςειεαναφαιη ms. Veron., ductibus incertis. — [9]) ελευθερωτας ms. Veron. — [10]) συντιθηναι ms. Veron. — [11]) εαυτους ms. Veron. — [12]) αοριςμενους ms. Veron. [13]) μητε ms. Veron. — [14]) αξιω ms. Veron. — [15]) φιλανθρωπιαν ms. Veron. — [16]) φασιν ms. Veron. — [17]) η χρησαμεν ms. Veron., sed literae χρη ita incertae sunt, ut iusto liberior mea coniectura argui non possit; aliis fortasse placuerit ἠγγίσαμεν vel ἠρθρώσαμεν. — [18]) Σωζέσθω scr. Schrader in not. ad §. 8. I. III. 2. — [19]) και το των υπεξουσιων ms. Veron. — [20]) προς θεν ms. Veron. — [21]) maluerim θεσπίζομεν. — [22]) απαις θελευθερωθεις ms. Veron. — [23]) καθειη ms. Veron. — [24]) ε vel ετι vel εν ms. Veron. habere videtur. — [25]) αφησθαι ms. Veron. — [26]) εξων ms. Veron. — [27]) ωνοθεν ms. Veron., vel ωριςθεν vel ωνοσεν; meae coniecturae rationem docet argum. ex Basil. §. 26. supra.

τιθέναι δίκαια [1]), εἰ καί τις ὅλως ἕτερος τοιοῦτος ἐν τοῖς βιβλίοις ἐστίν, τοῦτον παντελῶς παντὸς κέρδους ἐκ πατρωνικοῦ δικαίου ἀφορίζομεν, μόνην [2]) αὐτῷ τὴν βεβεραντίαν φυλάττεσθαι παρὰ τῶν τοιούτων δήθεν ἀπελευθέρων συγχωροῦντες, ἐκείνους εἶναι μόνους πάτρωνας ταῖς ἀληθείαις κρίνοντες [3]), ὅσοι ταῖς ἀληθείαις τὴν ἐλευθερίαν ἐπιτιθέασιν.

§. 27. Τὰ αὐτὰ δὲ δίκαια δίδομεν καὶ τοῖς κατιοῦσιν καὶ τῇ λοιπῇ φαμιλίᾳ τῶν ἐν διαθήκαις ἢ τελευτείαις [4]) ὅλως βουλήσεσιν ἐλευθερωσάντων τινὰς κατὰ τῶν καλουμένων ὁρκίνων ἀπελευθέρων, ὡςανεὶ παρ' αὐτῶν τούτων [5]) ἐλευθερουμένων [6]). PP. Kal. Decemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis [7]) VV. CC. [531.]

eum penitus ab omni lucro ex patronatus iure arcemus, solam ei reverentiam servari a talibus tamquam libertis permittentes, illos tantum revera patronos esse censentes, qui revera libertatem imponunt.

§. 27. Eadem vero iura praestamus et descendentibus et reliquae familiae eorum, qui in testamentis vel ultimis omnino voluntatibus aliquos manumiserunt, adversus orcinos, qui dicuntur, libertos, tamquam si hi ab ipsis manumissi essent.

C. *Argumentum* §. 3. *ex Photii Nomoc.*

Ἡ [δούλη] τῷ δεσπότῃ μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ παλλακευθεῖσα, μὴ ἔχοντι γαμετὴν νόμιμον, ἁρπάζεται μετὰ τῶν παιδῶν αὐτῆς εἰς εὐγένειαν, καὶ λαμβάνει τὸ πεκούλιον, ὅπερ εἶχεν ἐν τῷ τελευτᾷν τὸν δεσπότην, πρὸς τὸ νόμιμον μέτρον, καὶ οὐκ ἔχουσι κατ' αὐτῆς πατρωνικὸν δίκαιον οἱ παῖδες ἢ οἱ κληρονόμοι ἢ οἱ συγγενεῖς τοῦ τελευτήσαντος.

Quae [*serva*] *domini, legitimam uxorem non habentis, usque ad mortem eius concubina fuerit, rapitur cum liberis suis in ingenuitatem, et accipit peculium, quod, quum dominus moriebatur, habebat, usque ad legitimum modum, neque habent adversus eam ius patronatus defuncti liberi vel heredes vel cognati.*

D. *Argumentum* §§. 9 — 19. *ex* §. 3. *I. de success. libert.*

Nostra constitutio . . . . ita . . definivit, ut, si quidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est minus centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiae summam interpretati sumus, ut pro mille sestertiis unus aureus computetur), nullum locum habeat patronus in eorum successionem, si tamen testamentum fecerint; sin autem intestati decesserint, nullo liberorum relicto, tunc patronatus ius, quod erat ex lege duodecim tabularum, integrum reservavit. Quum vero maiores centenariis sint, si heredes vel bonorum possessores liberos habeant, sive unum sive plures, cuiuscunque sexus vel gradus, ad eos successionem parentum deduximus, omnibus patronis una cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint, si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus; si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem vel patronas praeterierint, quum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus eos praeterierit, ita ut non possint argui inofficiosa eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam, ut ante, sed tertiam partem bonorum liberti consequantur, vel quod deest eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerint, ita sine onere, ut nec liberis liberti libertaeve ex ea parte legata vel fideicommissa praestentur, sed ad coheredes hoc onus redundaret; multis aliis casibus a nobis in praefata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi iuris dispositionem perspeximus, ut tam patroni patronaeque, quam liberi eorum, nec non qui ex transverso latere veniunt, usque ad quintum gradum ad successionem libertorum vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est, ut, si eiusdem patroni vel patronae vel duorum duarum pluriumve sint liberi, qui proximior est, ad liberti seu libertae vocetur successionem, et in capita non in stirpes dividatur successio, eodem modo et in his, qui ex transverso latere veniunt, servando.

in agnatorum hereditatibus non esse eis denegandam, quum satis absurdum erat, quod cognatis a praetore apertum est, hoc agnatis esse reclusum, maxime quum in onere quidem tutelarum et primo gradu deficiente sequens succedit, et quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum.

E. *Supplementum* §. 20. *ex* §. 7. *I. de legit. agnat. success.*

Nostra constitutione sanximus . . . ., successionem

F. *Constitutio, argumentum* §§. 9 *sqq. exhibens, ab ipso verosimiliter Iustinian profecta, a Codice autem repet. prael. aliena, si libris mssis. credere par est.*

Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Veteris iuris altercationes, quas super successionibus libertorum antiquitas introduxit, nec non et inextricabiles circuitus legis Papiae, et numerosam summam centum millium sestertiorum, quam praedicta lex in bonis libertorum requirebat, a nostra republica penitus amputantes, hac edictali lege in perpetuum valitura sancimus, ut, si libertus vel liberta minus centum aureis in bonis habuit (sic enim praefatae legis summam interpretamur, pro mille sestertiis unum aureum computantes), et intestatus nec liberos habens decesserit, in solidum ad eius successionem patronus vocetur. Si vero plus centum aureis habens intestatus decesserit, relictis liberis cuiuscunque sexus vel gradus, ad eos integram successionem deducimus, patrono scilicet similiter repellendo, sive liberos habens testamentum fecerit, in quo ipsos scripserit heredes, sive iniuste eos exheredaverit; tunc enim et ipsi tantum ad hereditatem vocabuntur. Sane si iuste fuerint exheredati, patronum ad liberti successionem admittimus et eius parentelam usque ad quintum gradum. Si autem filium non habens extraneum scripserit heredem, tertiam partem bonorum patronus liberti consequatur, vel quod deest ei repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta ei reliquerit, sine onere penitus legatorum et fideicommissorum, quod onus ad heredes redundabit. Sed si patronus plus quam in tertiam vel in assem fuerit heres institutus, quatenus heres scriptus est, respondebit legatariis et fideicommissariis. Hoc quoque decernimus observandum, ut, si eiusdem patroni vel patronae, duorum seu duarum pluriumve sint liberi, proximior gradus ad successionem admittatur, hereditate in capita non in stirpes dividenda, ita ut, si quispiam patronorum ab here-

[1]) *sequi videtur* τα. — [2]) *ms. Veron. prima manu* αωριζομενην, *correctum dein in* αωριζομεν μονην *per superscriptionem litt.* μον. — [3]) χρινοντας *ms. Veron.* — [4]) τελευτεαις *ms Veron.* — [5]) των *ms. Veron.* — [6]) ελευθερωμενων *ms. Veron., sed ultimae syllabae et initii subscr.* (pp. k.) *vestigia fallacia exhibentur.* — [7]) cōs lamp. et ō. *ms. Veron.*

hereditate liberti vel libertae fuerit exclusus, eius portio ad ulteriores transmittatur, eodem observando et si gradus aliqua de causa excludatur, ut sequens vocetur ad successionem: adoptivis filiis sive patronorum sive libertorum a nostra constitutione penitus excludendis; hos enim, etsi filiifamilias sint, extraneos reputamus, extraneos vero heredes patronorum a libertorum successione prorsus removemus. Hoc autem nostrae serenitatis beneficium ob honorem patronalis reverentiae patronis et eorum liberis indulgemus, ut non solum ad bona libertorum admittantur, sed etiam filiorum ipsorum, si fuerint in libertate nati, et intestati sine cognatione decesserint. Si vero filius patroni a parente suo iniste fuerit exheredatus, nullam habet impugnandi testamentum liberti potestatem. Plane decedente liberto ab intestato sine liberis, tam ipse exheredatus quam emancipatus succedunt cum his, qui sunt in potestate. Sed et is, qui filium emancipavit, liberto ab intestato sine liberis decedente, vel extraneo herede instituto, in assem vel in trientem vocetur. Et hoc de his, qui vere patroni sunt. Ceterum si iureiurando praestito vel ex alia simili causa patronus habeatur, hunc quidem, etsi ei reverenti-patronalis a liberto debeatur, ad eius successionem minime revocamus.

Tit. V.

[a]) SI IN FRAUDEM PATRONI A LIBERTIS [1]) ALIENATIO FACTA EST [2]).

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Claudio. — Si in fraudem [3]) patroni libertus aliquid alienaverit, quatenus legitima pars deminuta est, revocandi tributum convenit esse potestatem. Dat. [4]) Kal. Novemb. Sirmii [5]), Caess. Conss. [294—305.]

2. [c]) Iidem AA. et CC. Iuliae. — Defuncto quidem liberto patronus intestato succedens per actionem Calvisianam in eius fraudem alienata revocare potest. Verum quum patronum post liberti sui mortem ab eo fundi collatam donationem habuisse ratam asseveras, manumissoris factum infirmare successores eius minime possunt. Dat. VIII. [6]) Kal. Ianuar. Sirmii [7]), Caess. Conss. [294—305.]

Tit. VI.

[d]) DE OBSEQUIIS PATRONO [8]) PRAESTANDIS.

1. [e]) Imp. Alexander A. Zotico. — Contra patronum tuum famosam actionem instituere non potes. PP. prid. Id. [9]) Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. [f]) Idem A. Leontogono [10]). — Libertae, quae voluntate patroni aut [11]) iure nuptae sunt, non coguntur [12]) officium patronis suis praestare. PP. [13]) XIV. Kal. August. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

3. [g]) Idem A. Xantho [14]). — Etiam qui pactione [15]) data a [16]) dominis manumittuntur, mero iure [17]) omne obsequium patronis [18]) debent. PP. Kal. Novemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [19]) [223.]

4. [h]) Idem A. Victorino. — Si manumissori tuo vim et audaciam obiecisti, ei [20]), qui, te beneficio suo ex servitute liberando, ut adversarium [21]) haberet, fecit, praeses provinciae, quatenus coërcere eiusmodi temerariam licentiam debeat, aestimabit. Nam si qua tibi pecunia debebatur, sive de rebus adversus patronum disceptatio fuerat, non protinus ad litigandum currere debueras; maxime autem si [22]) hoc facere auderes, sine atrocitate certe [23]) verborum aequitatem petitionis tuae commendare iudici potuisti, omni honore patrono debito reservato [24]). PP. prid. [25]) Kal. Octob. Iuliano II. [26]) et Crispino Conss [224.]

5. [i]) Imp. Gordianus A. Sulpiciae. — Etiam liberis damnatorum consuetum obsequium libertos paternos praestare debere, in dubium non venit. Proinde si non agnoscunt reverentiae debitae munus, non immerito videntur ipsi adversus se provocare severitatem. PP. [27]) Non. Septemb. Sabino II. et Venusto Conss. [240.]

6. [k]) Idem A. Cornelio. — Libertos sive libertas, maxime quibus impositae operae non sunt, consuetum potius obsequium, quam servile ministerium manumissoribus exhibere debere [28]), neque vincula perpeti, non est opinionis incertae. Dat. III. Kal. April. [29]) Attico et Praetextato Conss. [242.]

7. [l]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Metrodoro. — Neque libertis novercae iniuriae infe-

---

[a]) *Dig. XXXVIII.* 5. — [b]) *Bas. XLIX.* 6. 14. (*Meerm. T. V. p.* 33.) — [c]) *Bas. XLIX.* 6. 15. — [d]) *Dig. XXXVII.* 15. — [e]) *Bas. XLIX.* 2. 10. (*Meerm. T. V. p.* 11.) — [f]) *Bas. XLIX.* 2. 11. — [g]) *Bas. XLIX.* 2. 12. — [h]) *Bas. XLIX.* 2. 13. — [i]) *Bas. XLIX.* 2. 14. *In ms. Pl.* 1. *l.* 5. *sequitur post l.* 6. — [k]) *Bas. XLIX.* 2. 15. — [l]) *Bas. XLIX.* 2. 16.

[1]) a libertis *om. mss. Bg. Gt.* — [2]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*; sit *edd.* — [3]) fraude *ms. Bg.*, *quod aliqui codd. etiam in rubr. habent.* — [4]) XV. *ins. ms. Pist.*; 8. XC *plmp. Veron.* — [5]) Sir VI. *ms. Pist.*, *quod. conss. tuetur.* — [6]) VII. *ms. Pist.*; 8. VIII *plmp. Veron.* — [7]) Sir. vc. *ms. Pist.*, *quod. conss. firmat*, *sed* Sirmi *plmp. Veron.* — [8]) patronis *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *plmp. Veron.* — [9]) *mss. Veron. Pist.*; II. Id. *Hal. et rell.* — [10]) Leontonio *ms. Pl.* 1.; pp. *add. ms. Cas.* — [11]) aut *omittunt Bas.*; ac *em. Köhler Interpretatt. II.* 10. — [12]) cogantur *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [13]) *mss. Veron. Pist.*; Dat. *Hal. et rell.*; *num. seq. est in ms. Veron.* X II (*vel* XIIII), *in ms. Pist.* VII. — [14]) Acato, Acanto *mss. nonn.* — [15]) pecunia *Graeci legisse videntur Leunclavio* (*Notat. II.* 195.); *in Bas. enim est* Εἰ καὶ παρέσχε χρήματα — ὁ δοῦλος. — [16]) a *om. ms. Veron.* — [16]) merito et iure *Russ. in marg.*; *fortasse interpungendum est post* iure *et tollendum comma post* manumitt. — [18]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; omne eis obseq. *Hal. et rell.* — [19]) *ita restitui ex ms. Veron.*, *quod sic habet* pp. k. nōn. māx. II. et aēl. ōēs.; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [20]) ei *om. ms. Pl.* 2.; *sed* ἐκείνῳ *Bas.* — [21]) *mss. Veron. Gt.*, *Hal.*; *consentiunt Bas.* ἵνα ἀντίδικον σχοίη; te *ins. rell.* — [22]) ut maxime autem *omisso* si *Hal. Bk.*, *contra mss. et Bas.*, *quae vertunt* Εἰ καὶ τὰ μάλιστα. — [23]) certe *om. ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [24]) *mss. Veron. Bg.*, *edd.*; πάσης τιμῆς φυλαχθείσης *Bas.*; servato *mss. Pl.* 1. 2. — [25]) *mss. Veron. Pist.*; PP. II. *Hal. et rell.* — [26]) II. *om. mss. Veron. Pist.*, *quae rel. subscr. tuentur.* — [27]) III. *ins. ms. Veron.* — [28]) debere *seriore manu insertum in ms. Pl.* 1. — [29]) *diem firmat ms. Pist.*, *omissis conss.*; *hos tuetur ms. Veron.*, *quod subscr. ita orditur* pp. III. k. ap

inferendae privignis eius libera facultas esse debet; paternos etiam libertos, sicut [1]) dicis, iniuriosos tibi falsse, ferendum non est. Praeses igitur provinciae vindictam tibi personarum conditioni congruentem impertiri non dubitabit. Dat. [2]) V. Id. Mai. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

8. [a]) Iidem AA. Hermiae [1]). — Neque patronae tuae obsequiis refragari te fas est. Dat. [4]) XII. Kal. Februar. Diocletiano III. [5]) et Maximiano AA. Conss. [287.]

Tit. VII.

DE LIBERTIS ET EORUM LIBERIS.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Daphno [6]). — Non est ignotum, quod ea, quae ex causa fideicommissi manumisit, ut ingratum libertum accusare non potest, quum id iudicium extra ordinem praebeatur ei, qui voluntate [7]) servo suo libertatem gratuitam praestitit, non qui debitam restituit. PP. V. Kal. Mai. Messala et Sabino Conss. [214.]

2. [c]) Imp. Constantinus [8]) A. ad Maximum P. U. [9]) — Si manumissus ingratus circa patronum suum exstiterit, et quadam iactantia vel contumacia cervices [10]) adversus eum erexerit aut levis [11]) offensae contraxerit culpam, a patrono [12]) rursus sub imperio ditioneque [13]) mittatur, si in iudicio [14]) vel apud pedaneos iudices patroni querela exorta [15]) ingratum eum ostendat; filiis etiam, qui postea nati fuerint, servituris, quoniam illis delicta parentum non nocent, quos tunc esse ortos constiterit, dum libertate illi potirentur. Sane si is, qui in [16]) nostro consilio [17]) vindicta liberatus est, post coërcitionem ex poenitentia dignum se praestiterit, ut ei civitas Romana reddatur, non prius fruetur beneficio libertatis, quam si hoc patronus eius oblatis precibus impetraverit. PP. [18]) Idib. April. Romae, Constantino A. VI. et Constantino C. Conss. [19]) [320.]

3. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Senatum [20]). — Liberti non modo adversus patronos non audientur [21]), verum etiam eaudem, quam patronis ipsis [22]), reverentiam praestent heredibus patronorum, quibus ingrati [23]) actio sicut ipsis manumissoribus deferetur, si illi, datae sibi libertatis immemores, nequitiam receperint servilis ingenii. Dat. VIII. [24]) Id. August. Ravennae, Mariniano et Asclepiodoto [25]) Conss. [423.]

4. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. [26]) Basso P. P. — Libertinae conditionis homines vel eorum filii si [27]) militantes docebuntur ingrati, ad servitutis nexum procul dubio reducentur [28]). Dat. III. [29]) Kal. April. Ravennae, Theodosio XII. et Valentiniano II. [30]) AA. Conss. [426.]

Tit. VIII.

[f]) DE IURE AUREORUM ANNULORUM ET DE NATALIBUS RESTITUENDIS.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [31]) Philadelpho. — Natales antiquos et ius ingenuitatis non ordo praestare decurionum, sed a nobis peti potuit. Dat. XV. Kal. April. Ravennae, ipsis AA. et [32]) Conss. [293 — 304.]

2. Iidem AA. et CC. Eumeni. — Aureorum usus annulorum beneficio principali tributus libertinis [33]), quoad vivunt, imaginem non statum ingenuitatis praestat. Natalibus autem antiquis restituti liberti, ingenui nostro constituuntur [34]) beneficio. Dat. XIII. Kal. . . . Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

Authen.

---

[a]) *Bas. XLIX.* 2. 17. — [b]) *Bas. XLIX.* 2. 18. — [c]) *initium hui. const. convenit cum l.* 1. *Th. C. de libert. IV.* 10.; *Bas. XLIX.* 2. 19. — [d]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de libert. IV.* 10.; *Bas. XLIX.* 2. 20. *Ex eiusd. amplioris edicti fonte manarunt l.* 12. *C. de testib. IV.* 20., *l.* 17. *C. de accusat. IX.* 2., *l.* 10. *C. de calumn. IX.* 46. *In ms. Pl.* 1. *nostra const. posita est post l.* 4. — [e]) *pars leg.* 3. *Th. C. de libert. IV.* 10.; *Bas. XLIX.* 2. 21. — [f]) *Dig. XL.* 10. *et* 11.

[1]) tu *ins. mss. Pl.* 2. *Bg.*; sicuti *ms. Pl.* 1. — [2]) PP. *ms. Veron., quod rel. subscr. firmat.* — [3]) Hemmae, Hennae, Ermiae *mss.*; Nerinae *ed. Nbg.* — [4]) PP. *ms. Veron.* — [5]) III. *inserui ex ms. Veron.* — [6]) Daphidapono, Dasidapono, Dapho *mss.* — [7]) voluntate *om. mss. Pl.* 1. 2., *Cuiac. in Recitatt. in Cod. h. t., refragantibus Bas.* — [8]) *ms. Cas., Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Bk.*; Constantius *Hal. et rell.* — [9]) P. P. *mss. Cas. Bg. Pl.* 1., *ed. Nbg. Cfr. de dubia saepe Maximi dignitate Iac. Gothofr. in Prosopogr. p.* 66.; *sed* P. U. *plmp. Veron.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; cervicem *ms. Veron., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [11]) et haud levis *em. Leunclav. Notat. II.* 196. *propter Bas.* ἀγανακτήσεως δικαίας; *sed nostram lect. ab omn. mss. et a Theod. C. defensam recte tuetur Iac. Gothofr. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [12]) patronis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., sed contra ms. Veron.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; sub imperium ditionemque *Russ. et rell.*; sub imperia ditionemque *Theod. C.*; sub imperio ditionemque *ms. Veron. Caeterum male add.* sententia *edd. Nbg. Hal.* — [14]) iudicium *ms. Bg.*; iudicio *Russ. in marg.*; in iu. (*l.* in iure) *Char. in marg. ex libro Aured.* — [15]) exerta *mss. Bg. Rg., var. l. gl.*; exercita *var. l. gl.* — [16]) in *om. ms. Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [17]) concilio *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; *sed v.* §. 4. *Inst. I.* 6. *ed. Schrader.* — [18]) *ms. Pist.*; Dat. *Hal. et rell.* — [19]) *hanc subscr. Hal. et rell. praeter Bk. ita exhibent:* Dat. Idib. April. Romae, Constantio A. V. et Constante C. Conss., *manifesto errore, quum Constantius A. quintum consul* (352.) *cum Constantio C. fuerit, atque a.* 352. *nullum praeferat Maximum P. U. Quae dignitas Max. causa fuit, ut ad a.* 319. *referretur subscr., atque in Bk. ita emendaretur:* Dat. Id. April. Rom. Constantino A. V. et Licinio C. Conss.; *verum duplici vitio, primum quod certe annis* 319 — 322. *extra Romam versatus est Const.* (*cfr. subscr. leg.* 27. *C. III.* 28.), *deinde quod dignitas Maximi demum a Kal. Septemb. h. a. incipit, auctore Notitia Praefector. urbi. Equidem leviori medela Haloandrinae lect. atque auspice Iac. Gothofredo* (*Prosopogr. p.* 67.) *refero hanc const. ad a.* 320., *mutato* Dat. *in* PP. *secundum mss. Pist. Veron. Prope ad nostram lect. accedit ms. Veron., in quo est* pp. id. apr. rom. const. a. IIII (*vel* VII) et const. cc. ass. — [20]) *ampliorem inscr. exhibent Theod. C., l.* 17. *C. IX.* 2. *et l.* 10. *C. IX.* 46. — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; audiantur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Bk.*; *Theod. C.*; debent *add. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [23]) ingratis *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [24]) *Theod. C.*; VII. *Hal. et rell.* — [25]) *inverso ordine conss. leguntur in Theod. C.* — [26]) Impp. Honor. et Theod. *Hal.* (*ut opinor, ex vitio typogr.*), *quem contra Theod. C. et mss. et chronologiam tamen sequuntur Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; etiam si *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed pro omiss. vbi* etiam *stant Bas. quoque, utut perversa est eorum in hoc cap. interpretatio.* — [28]) producentur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; ducentur *Hal.* — [29]) *Theod. C.*; III. *om. rell.* — [30]) *numeros consulatuum ita cum Bk. ex Theod. C. restituendos censui, cfr. Iac. Gothofr. not. i. ad l.* 3. *Th. C. cit.*; Theod. XI. et Val. *Hal. et rell.* — [31]) *mss. Cas. Vat. Bg., Cont.* 62.; et CC. *om. rell.* — [32]) et *om. Sp. Bk., quod in aliis similibus subscriptt. antea a me quoque aliquoties omissum fuisse, iam valde reprehendo.* — [33]) *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t., coniectura quam maxime probabili*; libertinitatis *mss. et edd.*; *sed v. l.* 1. *C. IX.* 21. — [34]) efficiuntur *ms. Bg.*

[a]) Authent. ut liberti in posterum. §. Propterea et §. Illud. (Nov. 78. c. 1. et 2.) — *Sed hodie quia manumittentes* [1]) *cives denuntiant Romanos (non enim aliter licet) ex ipsa manumissione aureorum annulorum et regenerationis ius habent, ut sint quidem liberi et ingenui, sed iure patronatus illaeso.*

Tit. IX.

[b]) QUI ADMITTI AD BONORUM POSSESSIONEM POSSUNT, ET INTRA [2]) QUOD TEMPUS.

1. [c]) Impp. Severus et Antoninus AA. Macrinae [3]). — Bonorum possessio filiofamilias delata, quum ignorante quoque patre possit peti, emolumentum etiam [4]) patri allatura, si ratam petitionem pater habuerit, amittitur transacto tempore. — Sine die et consule [5]).

2. [d]) Iidem AA. Crispino [6]). — Si bonorum possessio duntaxat tibi competit proximitatis nomine, habuisti spatium centum dierum utilium, ex quo eum defunctum scisti, ad bonorum possessionem amplectendam. PP. III. Non. Novemb. Antonino A. II. et Geta II. Conss. [7]) [205.]

3. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [8]) Crescentio [9]). — Infantis nomine agnitam bonorum possessionem, et, antequam loqueretur, diem functi, recte competere, nulla dubitatio est. S. Kal. [10]) Ianuar. Mamimo II. et Aquilino Conss. [286.]

4. [f]) Iidem AA. et CC. Marcello. — Emancipata, si non agnovit intra annum Unde liberi bonorum possessionem, nullam ad heredes vindicationem successionis [11]) transmittere potuit. Dat. III. Kal. [12]) Mai. Heracliae, Caess. Conss. [294 — 305.]

5. [g]) Iidem AA. et CC. Maximo. — Quamdiu per facti quaestionem incertum est, utrumne secundum tabulas, an ab intestato, et ex quo capite possessio sit delata, ne tibi tempus agnoscendae bonorum possessionis praefinitum cedat, superstitiosam geris sollicitudinem.

6. [h]) Iidem AA. et CC. Frontinae [13]). — Iuris ignorantiam nec mulieribus prodesse in edicti perpetui cursum [14]) de agnoscenda bonorum possessione, manifestum est. Dat. III. Kal. Mai. Sirmii. Caess. Conss. [15]) [294 — 305.]

7. [i]) Pars epistolae Constantii [16]) et Maximiani AA. et Severi et Maximini [17]) nobilissimorum CC. — Bonorum quidem possessionem pupilli nomine agnoscere tutorem potuisse, aperte declaratur. Ipse autem pupillus bonorum possessionem sine tutoris auctoritate amplecti non potest, nisi etiam impuberi sine tutoris auctoritate hoc postulanti, sciens hoc, competens iudex dedit [18]) bonorum possessionem; tunc enim emolumentum successionis videtur [19]) praetorio iure quaesitum esse . . . VI. Id. Septemb. Constantio et Maximiano Conss. [305. 306.]

8. [k]) Imp. Constantius [20]) A. ad Dionysium. — Quicunque res ex parentum vel proximorum successione iure sibi competere confidit, sciat, sibi non obesse, si per rusticitatem, vel ignorantiam facti, vel absentiam [21]), vel quamcunque aliam rationem intra [22]) praefinitum tempus bonorum possessionem minime petiisse noscatur, quoniam haec sanctio huiusmodi [23]) consuetudinis necessitatem mutavit. PP. [24]) prid. Id. Mart. Heliopoli, Constantio A. II. [25]) et Constante C. Conss. [339.]

9. [l]) Idem [26]) A. ad populum. — Ut verborum inanium excludimus [27]) captiones, ita hoc observari decernimus, ut apud quemlibet iudicem vel etiam apud duumviros qualiscunque testatio amplectendae hereditatis ostendatur, statutis prisco iure temporibus coarctanda, eo addito, ut, etiamsi intra alienam vicem, id est prioris gradus, properantius exseratur, nihilominus tamen efficaciam parem, quasi suis sit usa curriculis [28]), consequatur. Dat. Kal. Februar. Laodiceae. . . . . [29]).

TIT. X.

---

[a]) *prorsus aliter concepta, ac in textu, legitur haec auth. in ms. Pl.* 2. — [b]) *Dig. XXXVII.* 1. — [c]) *Bas. XL.* 1. 17. (*T. V. p.* 287.) — [d]) *Bas. XL.* 1. 18. (*T. V. p.* 288.) — *Sch. p.* (*T. V. p.* 296.); *cum hac const. iungendam censeo l.* 1. *C. VI.* 55. — [e]) *Bas. XL.* 1. 19. — *Sch. q r.* — [f]) *Bas. XL.* 1. 20. — *Sch. s — u.* — [g]) *Bas. XL.* 1. 21. — *Sch. x. y.* — [h]) *Bas. XL.* 1. 22. (*T. V. p.* 289.) — *Sch. z.* (*T. V. p.* 297.) — [i]) *Bas. XL.* 1. 23. — *Sch. a.* — [k]) *desumta ex ampliore const., ex qua et manavit l.* 4. *Th. C. de matern. bon. VIII.* 18.; *Bas. XL.* 1. 24. — *Sch. b. c.* — [l]) *Bas. XL.* 1. 25. — *Sch. d — f.* (*T. V. p.* 298.)

[1]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; *servos suos add. Cont. et rell.* — [2]) infra *Hal.*; *v. not.* 22. *ad l.* 8. *h. t.* — [3]) Marcianae *mss. nonn.* — [4]) etiam *om. ms. Bg.*; et *ms. Pl.* 2., *Hal.* — [5]) *hanc deficientis subscr. notam comprobat ms. Pist.* — [6]) Crispinae *Cont. in marg.*, *quod probabiliter praestat propter l.* 1. *C. VI.* 55. — [7]) *diem firmat ms. Pist., a quo conss. absunt*; *Hal. et rell. subscr. lacunosam hanc habent:* Dat. III. Non. Nov. Geta Cons.; *equidem non dubitavi pro* Dat. *emendare* PP. *ex ms. Pist.*, *ac. pleniorem edere subscr. ex l.* 1. *C. VI.* 55., *cum qua communem fontem habere nostrum rescr. et inscriptio et pars subscriptionis hucusque edita et argumentum suadent*; *Reland. Fast. consul. p.* 101. *nostram const. ad a.* 203. *referre mavult.* — [8]) et CC. *add. mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [9]) Crisentio, Crisentino, Crescentino *mss.* — [10]) PP. V. Kal. *ms. Pist.*, *quod et mensem et Maximum cons. agnoscit, omissis rell.* — [11]) possessionis *Russ. in marg.* — [12]) XIIII. Kal. *ms. Pist.*, *quod mensem et locum tuetur, omissis conss.* — [13]) Fortianae, Fortunae, Florentiae *al.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; cursu *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) D. IIII. k. mai. $\overline{\text{vv}}$. cc. $\overline{\text{cc}}$. $\overline{\text{ss}}$. *ms. Pist.* — [16]) *Constantinum dicunt mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [17]) *Maximianum dicunt mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal. et postea rell.*; *v. l.* 5. *C. V.* 42. — [18]) dederit *Russ. Cont.* 66. *et postea rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; ei *add. edd. Schf. Russ. et rell.* — [20]) *nomini Imp. dubia parit l.* 7. §. 3. *C. V.* 70. — [21]) facti, vel absentiam *omittere vult Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t., absunt enim h. vv. a Bas., in quibus secundum Schol. est* τὸ κατὰ πόδα. — [22]) infra *add. Nbg. Hal.*; *sed Bas. quoque* ἔσω. — [23]) huius *edd. Nbg. Hal. Bk.*; *verum Bas.* τῆς τοιαύτης συνηθείας. — [24]) *Theod. C., cuius accuratiori subscr. plus fidendum est*; Dat. *Hal. et rell.* — [25]) *Theod. C.*; II. *om. Hal. et rell.* — [26]) Imp. Constantinus *ms. Pl.* 1. — [27]) exclusimus *var. l. gl.* — [28]) suis scita a curr. *ms. Pl.* 1.; suis sitam a curr. *ms. Pl.* 2.; suis sitam curr. *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [29]) *secundum Iac. Gothofr. Chronol. p. XL. XLI. h. const. iungenda cum l.* 15. *C. VI.* 23., *l.* 21. *C. VI.* 37., *inque eandem valde probabilem sententiam ivisse videtur Cont.* 62., *qui hanc subscr. habet:* Dat Kal. Febr. Serdiae (?) Constantino A. VI. (?) et Constante Caes. Conss. *Caeterum Gothofr. l. c. minus recte nostrae const. et sociare vult leg.* 1. *C. II.* 58.

Tit. X.

QUANDO NON PETENTIUM PARTES PETENTIBUS ACCRESCANT.

1. [a]) Imp. Gordianus A. Marthanae [1]). — Quoties pluribus liberis, cessante legitima successione, bonorum possessio defertur, beneficium edicti perpetui quibusdam omittentibus, his solis, qui [2]) bonorum possessionem agnoverunt, portionem non petentium accrescere, in dubium non venit. Dat. Idib. [3]) Ianuar. Peregrino et Aemiliano [4]) Conss. [244.]

Tit. XI.

[b]) DE BONORUM POSSESSIONE SECUNDUM TABULAS.

1. [c]) Imp. Alexander A. Vitali. — Pendente appellatione a sententia, qua falsum testamentum pronuntiatum est, incerto adhuc, an defunctus intestatus decesserit, proximitatis nomine bonorum possessioni locus non est. Dat. III. Kal. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. [d]) Imp. Gordianus A. Cornelio. — Bonorum quidem possessionem ex edicto praetoris non nisi secundum eas tabulas, quae septem testium signis signatae sunt, peti posse, in dubium non venit. Verum si eundem numerum adfuisse, sine scriptis testamento condito, doceri potest, iure civili testamentum factum videri, ac secundum nuncupationem bonorum possessionem deferri, explorati iuris est. PP. XII. [5]) Kal. Mart. Attico et Praetextato Conss. [242.]

Tit. XII.

[e]) DE BONORUM POSSESSIONE CONTRA TABULAS, QUAM PRAETOR LIBERIS POLLICETUR.

1. Imp. Alexander A. Rufo. — Liberi, contra tabulas parentum bonorum possessione admissa, solis parentibus et liberis legata praestare secundum edictum debent. PP. IV. Id. Octobr. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. Idem A. Claraе [6]). — Postumo nato, qui neque heres institutus a patre, neque nominatim exheredatus est, testamentum rumpitur; et si contra tabulas bonorum possessio infantis nomine a [7]) tutore petita est, secundum tabulas [8]) possessio locum habere non potest. Dat. [9]) Kal. Mart. Iuliano II. [10]) et Crispino Conss. [11]) [224.]

Tit. XIII.

[f]) DE BONORUM POSSESSIONE CONTRA TABULAS LIBERTI, QUAE [12]) PATRONIS LIBERISQUE EORUM DATUR.

1. [g]) Imp. Gordianus A. Herculiano. — Licet ex causa fideicommissi manumissus sit is, quem ex voluntate patris cum sorore [13]) te manumisisse proponis, tamen, si extraneos scripsit heredes, partis legitimae contra tabulas eius bonorum possessionem petendo, vel contra nuncupationem, si testamentum sine scriptis conditum est, intra tempora edicto praestituta eam partem poteris obtinere. PP. VI. Kal. Decemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [14]) [239.]

2. [h]) Imp. Theodosius [15]) A. Asclepiodoto P. P. [16]). — Patronus, liberti muneribus electis [17]) et operis, a contra tabulas bonorum possessione repellitur. Dat. XIII. [18]) Kal. Mart. Constantinop. [19]) Victore V. C. Cons. [20]) [424.]

Tit. XIV.

[i]) UNDE LIBERI.

1. [k]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [21]) Sarpedoni. — Si avus tuus relictis tribus emancipatis filiis decesserit [22]), hique bonorum possessionem Unde liberi acceperint, pro rata portione heredes eos exstitisse, palam est. Dat. [23]) IV. Non. Mart. [24]) Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

2. Idem AA. et CC. Zosimo. — Ex testamento vel ab intestato exsistente filio vel nepote suo herede, nemo potest ab [25]) intestato heres exsistere. Dat. III. Id. Mart. [26]) ipsis AA. Conss. [293—304.]

3. [l]) Imp. Constantius [27]) A. ad Leontium, Comitem [28]) Orientis. — Qui se patris post avum intestatum defuncti [29]) negat heredem, mortui avi paterni [30]) suscipere facultates non potest, maxime emancipatus, nisi per bonorum possessionem ad huiusmodi beneficium pervenerit. Dat. VIII. Id. April. Limenio et Catulino [31]) Conss. [349.]

TIT. XV.

---

[a]) *Bas. XL. 7. 1. (T. V. p. 350.) — Sch. a. b. (T. V. p. 351.) —* [b]) *Dig. XXXVII. 11. —* [c]) *Bas. XL. 7. 2. — Sch. c. (T. V. p. 352.) —* [d]) *Bas. XL. 7. 3. (T. V. p. 351.) — Sch. d. e. —* [e]) *Dig. XXXVII. 4. —* [f]) *Dig. XXXVII. 14. —* [g]) *Bas. XL. 7. 4. — Sch. f — h. —* [h]) *hausta ex l. 7. Th. C. de testam. IV. 4., ex qua et venit l. 8. C. de codic. VI. 36.; Bas. XL. 7. 5. — Sch. i. —* [i]) *Dig. XXXVIII. 6. —* [k]) *Bas. XL. 3. 19. (T. V. p. 310.) — Sch. c. (T. V. p. 317.) —* [l]) *hausta ex l. 5. Th. C. de matern. bon. VIII. 18., ex qua et venit l. 15. C. de iure delib. VI. 30.*

[1]) Martinae, Marchenae *mss. nonn.*; Marcianae *al.* — [2]) his, qui soli *mss. Pl. 2. Bg. Gt., Hal.*; *sed consuetam lect. defendit ms. Pl. 1. et vetustus liber Russardi.* — [3]) PP. prid. Id. *ms. Pist.* — [4]) et Theod. *ms. Pist.* — [5]) XII. *om. ms. Pist., quod rel. subscr. tuetur.* — [6]) Hilarae, Ambylariae *mss. nonn.* — [7]) infanti a *mss. Pl. 2. Gt., Cont. in marg.* — [8]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.*; bonorum *ins. edd. Nbg. Cont. 66. et rell.* — [9]) PP. *ms. Pist.* — [10]) II. *om. ms. Pist.* — [11]) Crispo cc. ss. *ms. Pist.* — [12]) quae liberti *inverso ord. ms. Pl. 1.* — [13]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; tua *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) *hanc subscr. firmat ms. Veron.* — [15]) *hunc imp. flagitant mss. Vat. Pist. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Cont. 62. Bk., Theod. C.*; Anastasius *Hal. et rell., quos tuetur ms. Veron.* — [16]) *mss. Veron. Vat. Cas. Pl. 1. Bg., Cont. 62. Bk., Theod. C.*; P. P. *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) illectus *male Theod. C. ed. Til., probante tamen Russ. in marg.* — [18]) *sic ms. Veron. et edd. Cod.*; XVI. *Theod. C. ed. Iac. Goth.*; X. *Haenel ibid.* — [19]) *Theod. C., Bk.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [20]) *Theod. C., Bk.*; Victore ꝟis. *ms. Veron.*; Viatore et Aemiliano Conss. *Hal. et rell.* — [21]) et CC. *ins. mss. Vat. Pl. 1.* — [22]) decessit *et postea* acceperunt *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.* — [23]) pp. *ms. Veron.* — [24]) *ms. Veron.*; *mensis abest ab Hal. et rell.* — [25]) ab *om. mss. Pl. 1. 2. Gt., Hal.* — [26]) mai *ms. Veron.*, *a quo et abest* ipsis. — [27]) *Theod. C.*; Impp. Constantius et Constans *Bk. contra mss.*; Imp. Constantinus *Hal. et rell.* — [28]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., Theod. C., Bk.*; R. P. *ins. Hal. et rell.* — [29]) post av. int. def. *om. Theod. C.* — [30]) defuncti avi *omisso* paterni *Theod. C.* — [31]) Catullino *ms. Veron.*, *quod rel. subscr. tuetur.*

Tit. XV.

[a]) UNDE LEGITIMI ET UNDE COGNATI.

1. Imp. Alexander A. Ulpio. — Consobrinorum tuorum intestatorum bona, si ad prioris necessitudinis neminem iure pertinuerint, tu, qui [1]) eorum possessionem agnovisti, persequi non prohiberis. Dat. [2]) III. Id. Ian. [3]) Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Zenoni [4]). — Quum propiorem sobrinum [5]), id est natum a consobrina, rebus humanis intestatum defunctum proponas, intelligis, sine auxilio bonorum possessionis eius te successionem vindicare non posse. Dat. VII. Kal. Iun. [6]) Laodiceae, AA. Conss. [7]) [287—304.]

3. Iidem AA. et CC. [8]) Felici. — Nepotibus avi materni pro virili portione etiam iure honorario successio defertur. Dat. Id. Octobr. [9]) Sirmii, Caess. [10]) Conss. [294—305.]

4. [b]) Iidem AA. et CC. [11]) Syristae. — Non hoc, an tenuerit quis res hereditarias, nec ne, sine voluntate acquirendae sibi hereditatis [12]), quaerendum est, sed an admisit [13]) hereditatem vel bonorum possessionem. Dat. XI. Kal. Ian. Sirmii, Caess. [14]) Conss. [294—305.]

5. [c]) Iidem AA. et CC. [15]) Platoni. — Certum est quidem, cognationis iure citra admissionem bonorum possessionis neminem posse succedere, defuncti [16]) vero cognati succedere nolentes petere bonorum possessionem non urgentur. Dat. XII. Kal. Mart. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XVI.

[d]) DE SUCCESSORIO EDICTO [17]).

1. Imp. Alexander A. Iuliano. — Si mater tua propter furorem suum patrui [18]) sui bonorum possessionem non accepit, tu, filius eius, ad eorundem bonorum patrui magni possessionem ex edicto, quo prioribus non petentibus sequentibus permittitur [19]), admissus es. PP. III. Id. Decemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [20]) Firmo. — Si aviae frater eorum [21]), de quorum successione agitur, velut ex testamento adiit hereditatem, quos intestatos decessisse, ac falsum testamentum prolatum contendis, et ab intestato non petita bonorum possessione vita functus est, ac tu, licet quinto gradu constitutus, ex successorio capite petiisti bonorum possessionem, vel necdum exclusus petas, eorum successionem potes vindicare. Nam is, quem quarto gradu constitutum [22]) non ambigitur, ex edicto petiit, nec hoc te latuit, frustra nobis supplicasti. Dat. VI. Id. April. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XVII.

[e]) DE CARBONIANO EDICTO.

1. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Florae. — Si tibi ac filio tuo status [23]) ab his, contra quos supplicas, movetur quaestio, perspicis, praemature rerum, quas velut de patris successione filius tuus vindicat, restitutionem postulari, quum, si in pupillari permaneat aetate, secundum formam edicti Carboniani data bonorum possessione, satisdatione impleta, tunc demum in possessionem eum constitui conveniat, vel hac non oblata, portionem ab omnibus, quam vindicat, possideri, servitutis vero quaestionem in tempus differri pubertatis. Dat. XII. Kal. Novemb. Sirmii, Caess. [24]) Conss. [294—305.]

2. [g]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius [25]) AAA. ad Rufinum P. P. — Carboniano edictum sub personis legitimis [26]) indubitato matrimonio, custodito partu, et probata legitima successione defertur, scilicet ut in possessione [27]) novus heres constitutus [28]), usque ad pubertatis annos sine inquietudine rebus utatur interdum alienis. Dat. III. [29]) Kal. Octob. Constantinop. [30]) Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [393.]

TIT. XVIII.

---

[a]) *Dig. XXXVIII.* 7. *et* 8. — [b]) *Bas. XL.* 8. 3. (*T. V. p.* 353.) — [c]) *Bas. XL.* 8. 4. — [d]) *Dig. XXXVIII.* 9. — [e]) *Dig. XXXVII.* 10. — [f]) *Bas. XL.* 5. 17. (*T. V. p.* 338.) — *Sch. c—e.* (*T. V. p.* 346.) — [g]) *l.* 1. *Th. C. de Carbon. edicto IV.* 3.; *Bas. XL.* 5. 18. (*T. V. p.* 339.) — *Sch. f.* (*T. V. p.* 347.)

[1]) tuque *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *sed contra ms. Veron.* — [2]) PP. *ms. Pist.* — [3]) *mss. Pist. Veron.*; August. *Hal. et rell.* — [4]) Sozioni, Sozoni *mss. pleraque.* — [5]) Cum propius sobrino *Hal. Bk.*, *contra omnes meos codd.* — [6]) Iul. *habere videtur ms. Veron.* — [7]) *quum ab inscr. absint Caess.*, *annus esse videtur* 287. *vel* 290. — [8]) et CC. *om. mss. Vat. Bg.* — [9]) Ian. *ms. Veron.* — [10]) AA. *ms. Veron.* — [11]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Bk.*; et CC. *om. edd. rell.* — [12]) sine volunt. — hereditatis *absunt a mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *in ms. Pl.* 1. *fuisse videntur sed serius erasa*, *absunt a melioribus codd. Russ. et a plerisque Cont.*, *leguntur autem in plmp. Veron.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; misit *ms. Veron.*; admiserit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) AA. *ms. Veron.*, *cum quo convenit rel. subscr.* — [15]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Bk.*; et CC. *om. edd. rell.* — [16]) defunctis *Hal.*, *quem defendit ms. Bg.*, *in quo et postea* cognatis. — [17]) De edicto success. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [18]) patris *Cont.* 66. *ex vitio*, *ut videtur*, *typorum*, *quod retinent Cont.* 71. 76. *Char. Pac.* — [19]) promittitur *ms. Bg.* — [20]) *mss. Veron. Vat. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, *Bk.*; et CC. *om. rell. edd.* — [21]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; aviae eorum frater *edd. Schf. Russ. et rell.* — [22]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; esse *ins. rell.* — [23]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; status *post* supplicas *ponunt edd. rell.* — [24]) AA. *ms. Veron.*, *quod cum rel. subscr. convenit.* — [25]) Imppp. Valent. Theod. et Arc. *mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*, *Cont.* 62., *Theod. C. ed. Gothofr.*; Impp. Theod. Valent. et Arcad. *ms. Pl.* 1. *Sed chronologia suadet nostram lect.*, *quam primus proposuit Hal. in not.* — [26]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; ex *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [27]) possessionem *mss. Pl.* 1. 2. — [28]) locatus *Theod. C.* — [29]) IV. *Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; *nobiscum facit ms. Veron.* — [30]) *ms. Veron.*, *Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; *locus abest ab Hal. et rell.*

Tit. XVIII.

[a]) UNDE VIR ET UXOR

1. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio P. P. — Maritus et uxor ab intestato invicem sibi in solidum pro antiquo iure succedant, quoties deficit omnis [1]) parentum liberorumve seu propinquorum legitima vel naturalis successio, fisco excluso. Dat. X. [2]) Kal. Mart. Constantinop. [3]) Felice et Tauro [4]) Conss. [428.]

Authent. De exhibendis et introducendis reis. §. Quoniam vero. (Nov. 53. c. 6.) et Authent. ut liceat matri et aviae. §. Quia vero. (Nov. 117. c. 5.) *Praeterea si matrimonium sit absque dote, coniux autem praemoriens locuples sit, superstes vero laboret inopia, succedet una cum liberis communibus alteriusve matrimonii in quartam, si tres sint vel pauciores, quodsi plures sint, in virilem portionem, ut tamen eiusdem matrimonii liberis proprietatem servet, si exstiterint; his vero non exstantibus, vel si nullos habuerit, potietur etiam dominio, et imputabitur legatum in talem portionem.*

Tit. XIX.

DE REPUDIANDA BONORUM POSSESSIONE.

1. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [5]) Theodosiano. — Emancipatus, repudiata bonorum possessione, absentiae patroni causae velamento rursus ad eandem redire quaestionem frustra conatur. — Sine die et Consule [6]).

2. [d]) Iidem AA. et CC. Theodoro. — Filio delatam bonorum possessionem patri ad fraudem filii repudiare non licet. Dat. [7]) VI. Kal. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305]

Tit. XX.

[e]) DE COLLATIONIBUS.

1. [f]) Imp. Alexander A. Deuteriae. — Emancipatos liberos, testamento heredes scriptos et ex eo successionem obtinentes, a patre donata fratri [8]) conferre non oportere, si pater, ut hoc fiat, supremis iudiciis non cavit, manifesti iuris est. PP. III. Id. Iul. Iuliano II. [9]) et Crispino Conss. [224.]

Authent. de triente et semisse. §. Illud quoque bene. (Nov. 18. c. 6.) — *Ex testamento et ab intestato cessat dotis et aliorum datorum collatio ita demum, si parens hoc designavit expressim, aliis, quae de collatione dicta sunt, suum robur obtinentibus* [10]).

2. [g]) Idem A. Primo. — Si pater intestatus decessit [11]), relictis duobus filiis et filia, cuius nomine dotem promiserat, portiones hereditatis aequae sunt, et dos nihilominus ita conferenda est, ut pro portionibus [12]) fratres eius a necessitate praestandae eius [13]) liberentur. Dat. III. [14]) Id. Septemb. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

3. [h]) Idem A. Alexandro. — Pactum dotali [15]) instrumento comprehensum, ut contenta dote, quae in matrimonio collocabatur, nullum ad bona paterna regressum haberet, iuris auctoritate improbatur, nec intestato patri succedere filia ea ratione prohibetur. Dotem sane, quam accepit, fratribus, qui in potestate manserunt, conferre debet. Dat. XIV. [16]) Kal. Iul. Agricola et Clementino Conss. [230.]

4. Imp. Gordianus A. Marino. — Filiae dotem in medium ita demum conferre cogunur, si vel ab intestato succedant, vel contra tabulas petant; nec dubium est, profectitiam seu adventitiam dotem a patre datam vel constitutam, fratribus, qui in potestate fuerunt, conferendam esse. His etenim, qui in familia defuncti non sunt, profectitiam tantummodo dotem post varias prudentium opiniones conferri placuit. PP. IV. Id. Mart. [17]) Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

5. [i]) Idem A. Alexandriae [18]). — Dotis quidem petitio [19]) perseverante matrimonio tibi non competebat; quamvis enim eam, intestato patre defuncto, fratri conferre debueras, non tamen eo nomine adversus maritum tibi actio potuit esse, quum eo minus in [20]) partem tibi delatae successionis patris anferre potueris. Dat. Non. Septemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.] Authent.

---

[a]) *Dig. XXXVIII.* 11. — [b]) *hausta videtur ex l.* 9. *Th. C. de legit. hered. V.* 1., *de qua quaestione saepius ventilata cfr. Haenel not. x. ad l.* 9. *cit.; de dubitatione, quam parit vulgata nostrae const. subscr., v. not.* 4. *infra; Bas. XLV.* 5. 2. (*T. VI. p.* 134.) — *Sch. d — f.* (*T. VI. p.* 136.) — [c]) *gemina const. esse videtur l.* 4. *C. de postul. II.* 6., *cum qua praeterea iungunt leg.* 38. *de transact. II.* 4., *leg.* 10. *de pet. hered. III.* 31., *leg.* 3. *de repud. her. VI.* 31. *Contius et Cuiac.* (*Recitatt. h. t.*); *Bas. XL.* 8. 1. (*T. V. p.* 353.) — *Sch. a.* (*ibid.*). *In ms. Pl.* 1. *haec const. est secunda hui. tit.* — [d]) *Bas. XL.* 8. 2. — *Sch. b. c.* — [e]) *Dig. XXXVII.* 6. — [f]) *Bas. XLI.* 7. 19. (*T. V. p.* 508.) — *Sch. k.* (*T. V. p.* 530.) — [g]) *Bas. XLI.* 7. 20. (*T. V. p.* 509.) — *Sch. l.* (*T. V. p.* 531.) — [h]) *Bas. XLI.* 7. 21. — *Sch. m. n.* (*T. V. p.* 533.) — [i]) *Bas. XLI.* 7. 22. — *Sch. o.*

[1]) omnis *om. ms. Gt.*; omnium *ms. Pl.* 1. — [2]) *mss. Veron. Pist., quae et ideo sequenda duxi, quia reliqua subscr. multa vestigia depromtae hui. const. ex l.* 9. *Th. C. cit. continet*; XII. *Hal. et rell.* — [3]) *ms. Veron.*, *quod et hic convenit cum l.* 9. *Th. C. cit.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [4]) Hierio et Tauro *ms. Veron.*, *quod emendandum aut in* Hierio et Ardaburio (427.), *aut in* Felice et Tauro (428.); *illud habent Hal. et rell., hoc est in l.* 9. *Th. C. cit. Equidem hoc praetuli, partim quia Hierii nomen ex inscr. facilius in subscr. irrepere potuit, partim quia rel. subscr. et textus const. docent, ex lege* 9. *cit. nostram const., licet valde mutatam, fluxisse. Itaque coniungo nostram const. cum l.* 2. *C. II.* 58., *l.* 17. *C. V.* 3., *l.* 22. *C. V.* 4., *l.* 6. *C. V.* 11., *l.* 11. *C. VI.* 24., *l.* 2. *C. VI.* 61., *l.* 29. *C. VIII.* 54. *Coniecturae virorum dd., qui nostram const. ex l.* 9. *Th. C. cit. fontem habere negant, praecipue nituntur sententiae falsae et ex plmp. Veron. profligatae, subscriptionem conss. Hierii et Ardaburii in Iust. Cod. prorsus esse indubitatam; nulla tamen alia fulcitur auctoritate, quam Haloandri* (*reliqui enim editores per se nihil sapiunt*), *cui profecto fides plmps. Veron. non postponenda est.* — [5]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl* 1. *Bg.*; et CC. *om. edd.* — [6]) Sine die et $\overline{\text{SSS}}$. *ms. Veron.*; *profecto tamen subscr. habet l.* 4. *C. II.* 6. — [7]) S. *habere videtur ms. Veron.*, *quod cum rel. subscr. convenit.* — [8]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; fratribus *edd. rell.*; *sed* τῷ ἀδελφῷ *Schol. Bas.* — [9]) II. *om. ms. Veron.*, *quod rel. subscr. firmat.* — [10]) *aliis — obtinentibus absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [11]) decesserit *edd. Schf. Cont.* 66. *et postea rell.* — [12]) portione *ms. Veron.* — [13]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russ., Hal. Cont.* 62.; dotis *ins. ms. Bg., edd. rell.* — [14]) IV. *esse videtur in ms. Veron.*, *quod rel. subscr. firmat, nisi quod om.* II. *post.* Iul. — [15]) dotale *ms. Veron.*; *sed* συμφωνον — ἐν τῷ προικαίῳ συμβολαίῳ. — [16]) III. *ms. Veron.*, *quod cum rel. subscr. convenit, nisi quod* Clemente *scr. pro* Clementino. — [17]) $\overline{\text{pp}}$. VI. id. $\overline{\text{mai}}$ *omiss. conss. ms. Pist.* — [18]) *ms. Pl.* 1., *Russ. Cont. in marg., Bk.*; Alexandro *Hal. et rell.* — [19]) portio *Cont.* 71., *profecto ex vitio typ.*, *in quo perseverant Char. Pac.* — [20]) in *om. mss. Pl.* 2. *Gt.*

Authent. de aequalitate dotis. §. Illud quoque. (Nov. 97. c. 6.) — *Quod locum habet, sive pars viri sit idonea, sive mulieri possit imputari, quare, marito ad inopiam vergente, ex lege Iustiniani etiam constante matrimonio non exegerit dotem; quod ei licet. et quum* [1]) *sui iuris sit et legitimae aetatis, et quum mater obtulerit dotem, et quum* [2]) *pater ei consentiat agenti. His cessantibus, solam actionem, licet inanem, conferens partem ex hereditate feret. Hoc, quum dos parva sit. Sed dotem magnam, quae conferri speratur, invito etiam patre filia exigere potest* [3]). *Haec observantur, ubicunque collationis ratio emergit, etiamsi avita sit successio.*

6. [a]) Idem A. Claudio. — Ea demum ab emancipatis fratribus his, qui manserunt [4]) in potestate, conferri consueverunt, quae in bonis eorum fuerunt eo tempore, quo pater fati munus implevit, exceptis [5]) videlicet, quae ab ipsis aliis debentur. Dat. VII. Kal. Mai. [6]) Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

7. Imp. Philippus A. Tyranniae. — Filiam, testamento patris institutam heredem, fratribus iisdemque coheredibus dotem conferre non oportere, nisi pater hoc ipsum specialiter designavit [7]), explorati iuris est. PP. VI. Kal. Mai. Praesente et Albino Conss. [246.]

8. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [8]) Calippo [9]). — Si soror tua in paternorum bonorum divisione te fefellit, nec dotem, quam acceperat a patre vestro intestato diem functo, contulit, praeses provinciae, examinatis partium allegationibus, cum bonis dotem confundi iubebit, et quod deducta ratione plus apud eam esse animadverterit, tibi restitui iubebit. Idem est, et si arbitro dato divisio celebrata est. S. VI. Id. Iul. ipsis AA. Conss. [287 — 293.]

9. [b]) Idem AA. et CC. Onesimo [10]). — Si emancipati utrique a patre fuistis, collatio cessat. Sin autem frater tuus in potestate [11]) mortis tempore fuerat, nec ullum testamentum relictum [12]) vel novissimum iudicium communis patris, neque emancipatum probatum fuerit, ab intestato te ad successionem paternam venientem ad collationem forma edicti perpetui certo iure provocat. S. VI. Kal. Mai. Heracliae, Caess. Conss. [294.]

10. [c]) Idem AA. et CC. Hirenae [13]). — A patre verbis precariis in codicillis relictum extero iure capiens filia ad collationem dotis urgeri non potest. S. VI. Kal. Decemb. [14]) Sirmii, Caess. Conss. [294.]

11. [d]) Idem AA. et CC. Artemiae. — Postumo praeterito, patris testamentum rumpenti atque intestato succedenti, emancipatum petita bonorum possessione conferre debere bona sua, perpetuo edicto cavetur, quum his etiam, qui sui futuri essent, si vivo patre nati fuissent, conferri [15]) manifeste significatur, et emancipatis, si legi datae collationi [16]) non pareatur [17]), denegandas actiones, non est ambigui iuris. PP. [18]) V. Kal. Ianuar. ipsis AA. [19]) et Conss.

12. [e]) Idem AA. et CC. Philanteae [20]). — Filiae, licet maneat in sacris, si dotem non conferat, quam mortis tempore communis patris habuit, fratribus in eadem familia constitutis, actiones hereditarias denegari non ambigitur. Unde consulte ac pro iuris ratione collationem fratribus tuis, quos in patris communis mortis tempore fuisse potestate proponis, offeres [21]). Quin [22]) autem fratres tui durantes in familia patris peculium, si hoc neque castrense, neque relictum eis doceatur, praecipuum habere non possint [23]), sed in divisionem paternae veniat hereditatis, nec quidquam mutet, penes quem res ex hoc proficiscentes et in eadem causa durantes constitutae reperiantur, absoluti manifestique iuris est. Dat. XI. Kal. Febr. Sirmii, Caess. Conss. [294.]

13. [f]) Idem AA. et CC. Antistiae. — Si donatione tibi post mortem patris fundum quaesiisti, soror tua [24]) portionem eius vindicare non potest. Nam si is filiaefamilias constitutae tibi a patre donatus est, cum sorore patri communi succedens eum praecipuum habere contra iura postulas. Dat. VI. Id. [25]) Febr. Sirmii iisdemque Caess. Conss. [294.]

14. [g]) Idem AA. et CC. Stratonicae. — Si maritus quondam tuus ab intestato patri suo heres exstitit, et ei postumus a te editus successit, actiones hereditarias amitae filii vestri, quas [26]) habuit patris sui mortis tempore, dotem non conferenti denegari praeses non dubitabit. PP. VII. Kal. Mart. Trimontii, Tusco et Anulino Conss. [295.]

15. [h]) Idem AA. et CC. Philippo. — Nec emancipati post mortem communis patris quaesita conferre coguntur, sed haec retinentes eius bona pro hereditaria dividunt portione. Dat. Id. Decemb. ipsis Caess. Conss. [300 — 305.]

16. [i]) Idem AA. et CC. Socrati. — Filiam, cum fratribus suis coheredibus [27]) intestato patri succedentem, ultra relictum codicillis non conferentem dotem iudicio familiae erciscundae nihil posse consequi, summa cum ratione placuit. Dat. V. Kal. Ianuar. ipsis Caess. et Conss. [300 — 305.]

17.

---

[a]) *Bas. XLI.* 7. 23. (*T. V. p.* 510.) — [b]) *Bas. XLI.* 7. 24. — *Sch. p. q.* — [c]) *Bas. XLI.* 7. 25. — *Sch. r.* — [d]) *Bas. XLI.* 7. 26. — *Sch. s.* — [e]) *Bas. XLI.* 7. 27. — *Sch. t — x.* (*T. V. p.* 534.) — [f]) *Bas. XLI.* 7. 28. (*T. V. p.* 511.) — *Sch. y — a.* — [g]) *Bas. XLI.* 7. 29. — *Sch. b.* (*T. V. p.* 535.) — [h]) *Bas. XLI.* 7. 30. (*T. V. p.* 512.) — *Sch. c.* — [i]) *Bas. XLI.* 7. 31.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *cum et Cont.* 62. *et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *quum om. Cont.* 62. *rell.* — [3]) *Hoc, quum dos — exigere potest om. mss. Pl.* 2. *Bg.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*; remanserunt *rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; his (iis) *ins. edd. rell.* — [6]) *de dubiis, quae multis peperit hic dies, cfr. Reland. Fast. cons. h. a.* — [7]) *mss. mea, edd. Nbg. Hal.*; designaverit *edd. rell.* — [8]) et CC. *add. mss. Pl.* 1. *Bg.* — [9]) Capillo, Gallipio *mss. nonn.* — [10]) Calpiano *ms. Pl.* 1. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; patris *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; est *ins. Russ. et rell.* — [13]) Ireneae, Bireneae *mss.* — [14]) *diem firmat ms. Pist.*, *omissis rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; conferri debere *edd. Nbg. Bk.*; conferre debere *Hal. et rell.*, *sed nobiscum facit Schol. Bas.*, *in quo est τὸ κατὰ πόδα.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*; collationis *ms. Gt.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; pateant *Russ.*; pareant *Cont. et rell.*; ἐὰν τῇ ἀπὸ τοῦ νόμου δοθείσῃ συνεισφορᾷ μὴ πείθωνται *Schol. Bas.*, *secundum quod scribendum foret* si lege datae collationi non pareant. — [18]) *ms. Pist.*, *quod diem firmat*, *conss. non habet*; PP. *om. rell.* — [19]) *hi conss. cum serie constitutt. chronologica pugnant.* — [20]) Nilanthiae *mss. pleraque.* — [21]) offers *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; offer *mss. Pl.* 1. 2. — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*, *var. l. gl.*; Quod *Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *quod ex gl. ad h. l. oriundum videtur*; Cum *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [23]) possunt *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [24]) tua *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.* — [25]) Id. *om. Sp.*, *haud dubie vitio typor.*, *in quo perseverat Bk.* — [26]) actionem hereditariam — quam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [27]) heredibus *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.

17.[a]) Imp. Leo A.[1]) Erythrio P. P. — Ut liberis tam masculini quam feminini sexus, inris sui vel[2]) in potestate constitutis, quocunque iure intestatae successionis, id est aut testamento penitus non condito, aut, si factum fuerit, contra tabulas bonorum possessione petita vel inofficiosi querela mota rescisso, aequa lance parique modo prospici possit, hoc etiam aequitatis studio praesenti legi credidimus inserendum, ut in dividendis rebus ab intestato defunctorum parentum tam dos quam ante nuptias donatio conferatur, quam pater vel mater, avus vel avia, proavus vel proavia, paternus vel maternus dederit vel promiserit pro filio vel filia, nepote vel nepte, aut pronepote sive[3]) pronepte, nulla discretione intercedente, utrum in ipsas sponsas pro liberis suis memorati parentes donationem contulerint, an in ipsos sponsos earum, ut per eos eadem in sponsas donatio celebretur, ut in dividendis rebus ab intestato[4]) parentis, cuius de hereditate agitur, eadem dos vel ante nuptias donatio ex substantia eius profecta conferatur; emancipatis videlicet liberis utriusque sexus pro tenore praecedentium legum[5]) quae in ipsa emancipatione a parentibus suis (ut adsolet fieri) consequuntur, vel post emancipationem ab iisdem[6]) acquisierint, collaturis. Dat. V. Kal. Mart. Marciano et Zenone Conss.[7]) [469.]

18.[b]) Imp. Anastasius A. Constantino P. P. — Liberos, qui per nostrae legis auctoritatem per oblationem precum et imperiale rescriptum sui iuris effecti fuerint, ad similitudinem ceterorum, qui emancipati ex antiquo iure sunt, collationes facere iubemus compelli secundum ea, quae super ceteris emancipatis statuta sunt. Dat. XII.[8]) Kal. August. Constantinop. Probo et Avieno iuniore Conss. [502.]

19.[c]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Illam merito dubitationem amputare duximus, quae super collatione dotis vel ante nuptias donationis inter certas personas satis iam ventilata est. Nam si intestatus quis defunctus esset, filio vel filiis vel[9]) filia vel filiabus relictis, et ex mortua filia vel filio[10]) cuiuscunque sexus aut numeri nepotibus, vel si qua intestata defuncta esset, filio quidem vel filiis[11]) similiter relictis, ex mortuo vero filio vel filia itidem nepotibus cuiuscunque sexus[12]), de modo quidem successionis minime dubitabatur, sed palam erat, quod huiusmodi nepotes duas partes paternae vel maternae portionis tantummodo[13]) haberent, tertiam partem patruis suis vel avunculis vel amitis vel materteris pro iam posita constitutione concedentes. De collatione vero dotis vel ante nuptias donationis, quam defuncta persona pro filio vel filia superstitibus et pro mortuo vel mortua filio vel filia dedisset, multa dubitatio orta est, superstitibus quidem filiis defunctae personae, non debere se dotem et ante nuptias donationem, pro se datam a suo patre vel matre, conferre filiis mortui fratris sui vel mortuae sororis suae, contendentibus eo, quod nulla constitutio super huiusmodi collatione posita est[14]), nepotibus vero mortuae personae non tantum huic resistentibus, sed etiam illud[15]) asserentibus, quod onus collationis, constitutione[16]) Arcadii et Honorii divae memoriae sibi impositum, in personis tantummodo suorum avunculorum, non etiam patruorum vel amitarum vel materterarum locum habere potest[17]). Talem igitur subtilem dubitationem amputantes praecipimus, tam filios vel filias defunctae personae dotem vel ante nuptias donationem a parentibus suis sibi datam conferre nepotibus vel neptibus mortuae personae, quam eosdem nepotes vel neptes patruis suis aut avunculis, amitis etiam et materteris dotem et ante nuptias donationem patris sui vel matris, quam pro eo vel ea mortua persona dedit, similiter conferre, ut, commixtis huiusmodi collationibus cum bonis mortuae personae, duas quidem partes nepotes vel neptes habeant illius portionis, quae patri vel matri eorum, si superesset[18]), deferebatur, tertiam vero eiusdem portionis partem una cum sibi competentibus portionibus filii vel filiae defunctae personae, cuius de hereditate agitur, capiant. Dat. Kal. Iun. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

Authent. de triente et semisse. §. Neque illo. (Nov. 18. c. 4.) — *Quae tertiae portionis diminutio*[19]) *correctionem novo iure capit, ad aequalitatis iustitiam redacta in omnibus talibus personis.*

20.[d]) Idem A. Mennae P. P. — Illud sine ratione a quibusdam in dubietatem deductum plana sanctione revelamus, ut omnia, quae in quartam portionem[20]) ab intestato successionis computantur his, qui ad actionem de inofficioso testamento vocantur, etiam si intestatus is decesserit, ad cuius hereditatem veniunt, omnimodo coheredibus suis conferant. Quod tam in aliis, quam in his, quae occasione militiae uni heredum ex defuncti pecuniis acquisitae lucratur is, qui militiam meruit, locum habebit, ut lucrum, quod tempore mortis defuncti ad eum pervenire poterat, non solum testamento condito quartae parti ab intestato successionis computetur, sed etiam ab intestato conferatur. Haec autem regula, ut omnia, quae portioni quartae computantur, etiam ab intestato conferantur, minime e contrario tenebit, ut possit quis dicere, etiam illa, quae conferuntur, omnimodo in quartam partem his computari, qui ad inofficiosi querelam vocantur. Ea enim tantummodo ex his, quae conferuntur, memoratae portioni computabuntur, pro quibus specialiter legibus, ut hoc fieret, expressum est. §. 1.

---

[a]) *Bas. XLI. 7. 32. Communem habere fontem videtur cum l. 6. C. de sec. nupt. V. 9., l. 12. C. de hered. inst. VI. 24., l. 4. C. de bonis quae lib. VI. 61.* — [b]) *Bas. XLI. 7. 33. (T. V. p. 513.)* — *Sch. d. Ex eodem ampliore edicto, ex quo nostra const., manarunt l. 11. C. de legit. her. VI. 58. et l. 5. C. de emanc. lib. VIII. 49., quarum prior ex parte gemina dici potest.* — [c]) *Bas. XLI. 7. 34.* — [d]) *Bas. XLI. 7. 35. (T. V. p. 514.)* — *Sch. f — k.*

[1]) Impp. Leo A. *ms. Pl. 1., fortasse signum omissi a librario Anthemii Imp.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.;* sui iuris vel *Hal.;* sive sui iuris vel *ed. Nbg.;* sive sui iuris sive *Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.;* aut pronep. aut *ed. Schf.;* pronep. vel *Russ. et rell.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., edd. Nbg. Hal.;* defuncti *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., Cont. 62.;* ea *ins. edd. rell.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* parentibus *ins. edd. rell.* — [7]) *hos conss. flagitat ms. Pist.* (marc. css.), *quod sequendum videbatur et propter coniunctionem, quae nostram const. et alias ll. in not. a. dictas intercedit;* Buseo (Buzaeo *vel* Pusaeo) et Ioanne Conss. [467.] *Hal. et rell.* — [8]) *num. incertus est propter subscr. legum, quas enumerat not. b.* — [9]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.;* vel *om. ms. Pl. 2.;* aut *Hal. et rell.* — [10]) vel filio *omittendum secundum mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., vetera Russ., edd. Nbg. Schf.* — [11]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* filia vel filiabus *ins. Russ. et rell.* — [12]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.;* aut numeri *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [13]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.;* tantum *edd. rell.* — [14]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.;* esset *Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., omnia mss. Russ., ed. Schf.;* illud *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) *l. 5. Th. C. V. 1.* — [17]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont. 62.;* posset *Hal. et rell.* — [18]) superessent *mss. Pl. 1. Bg., ed. Schf.* — [19]) *imminutio mss. mea.* — [20]) in quarta portione *mss. Pl. 1. Bg.*

§. 1. Ad haec, quum ante nuptias donatio vel dos, a patre data vel matre vel aliis parentibus pro filio vel filia, nepote vel nepte ceterisque descendentibus, conferatur, si unus quidem [1]) vel una liberorum ante nuptias tantummodo donationem vel dotem, non etiam simplicem donationem accepit vel acceperit, alter vero vel altera neque dotem neque donationem ante nuptias a parente suo suscepit vel susceperit, sed simplicem tantummodo donationem, ne ex eo iniustum aliquid oriatur, ea [2]) quidem persona, quae ante nuptias donationem vel dotem suscepit, conferre eam cogenda [3]), illa vero, quae simplicem tantummodo donationem mersit, ad collationem eius minime coarctanda; si quid huiusmodi accidit vel acciderit [4]), iubemus, ad similitudinem eius, qui ante nuptias donationem vel dotem conferre cogitur, etiam illam personam, quae, nulla dote vel ante nuptias donatione data, solam simplicem donationem a parentibus suis accepit, conferre eam, nec recusare collationem eo [5]), quod simplex donatio non aliter confertur, nisi huiusmodi legem donator tempore donationis suae indulgentiae imposuerit. Dat. VIII. Id. August. Constantinop. Decio V. C. Cons. [529.]

21. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Ut nemini de cetero super collatione dubietas oriatur, necessarium duximus constitutioni [6]), quam iam favore liberorum fecimus, hoc addere, ut res, quas parentibus acquirendas esse prohibuimus, nec collationi post obitum eorum inter liberos subiaceant. Ut enim castrense peculium in commune [7]) conferre in hereditate dividenda et ex prisci iuris auctoritate minime cogebantur, ita et alias res, quae minime parentibus acquiruntur, proprias liberis manere censemus. Dat. XV. Kal. Novemb. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. anno secundo [8]). [530 vel 532.]

Tit. XXI.

[b]) DE TESTAMENTO MILITIS [9]).

1. Imp. Antoninus A. Floro, militi. — Frater tuus miles si te specialiter de [10]) bonis, quae in paganico habebat, heredem fecit, bona, quae in castris reliquit, petere non potes, etiamsi is, qui eorum heres institutus est, adire ea noluerit; sed ab intestato succedentes veniunt, modo si in eius loco [11]) substitutus non es [12]), et liquido probatur [13]), fratrem tuum castrensia bona ad te pertinere noluisse. Nam voluntas militis in expeditione occupati [14]) pro iure servatur. Accepta V. Id. Septemb. duobus [15]) Aspris Conss. [212.]

2. Idem A. Septimo, militi. — Miles si castrensium tantummodo bonorum commilitonem suum instituit heredem, cetera bona eius, ut intestati defuncti, mater eius iure possedit [16]). Quodsi extraneum scripsit heredem, isque adiit hereditatem, bona eius in te transferri, non iure desideras. PP. XI. Kal. Mart. Antonino A. IV. et Balbino [17]) Conss. [213.]

3. Idem A. Vindiciano. — Quamquam militum testamenta iuris vinculis non subiiciantur, quum propter simplicitatem militarem quomodo velint et quomodo possint ea facere his concedatur, tamen [18]) in Valeriani quondam centurionis testamento institutio etiam iure communi accepit auctoritatem. Nam quum paterfamilias filiam ex duabus unciis, uxorem ex uncia heredem [19]) scripserit, nec de residuis portionibus quidquam significaverit [20]), in tres partes divisisse eum apparet hereditatem, ut duas habeat, quae sextantem accepit, tertiam, quae ex uncia heres est instituta. PP. Kal. Novemb. Antonino A. IV. et Balbino [21]) Conss. [213.]

4. Imp. Alexander A. Iunio [22]). — Si Iufinus, vir clarissimus tribunus laticlavius [23]), maior annis lege definitis faciens testamentum te manumisit, iustam tibi libertatem competiisse, scire debes. Quodsi minor annis ex lege constitutis [24]) fuerit, quum faceret testamentum, lege impediente nullam libertatem adeptus es, quae in hac parte nec militibus remissa est. Quodsi idem testator causam manumittendi te habuit, quae probabilis vivo manumittente [25]) consilio [26]) futura esset, quia per fideicommissum data libertas a quolibet minore annis ei, cuius causa probari potuit, praestari debet [27]), et [28]) ex testamento militis eiusmodi servis iustam libertatem competere, consequens est. Dat. [29]) XVI. Kal. Decemb. Alexandro A. Cons. [222.]

5. Idem A. Sozomeno. — Ex testamento militis, sive adhuc in militia, sive intra annum missus honeste decessit, hereditas et legata omnibus, quibus relicta sunt, debentur, quia inter cetera, quae militibus concessa sunt, liberum arbitrium, quibus velint, relinquendi supremis suis [30]) concessum est, nisi lex specialiter eos prohibuerit. Dat. [31]) XVII. Kal. Februar. Iuliano II. et Crispino CC. [32]) Conss. [224.]

6.

---

[a]) *Bas. XLI.* 7. 36. (*T. V. p.* 516.) — *Sch. l.* (*T. V. p.* 537.) — [b]) *Dig. XXIX.* 1.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; quidem *om. Hal. et rell.*; *sed* ἐὰν ὁ μὲν εἷς *Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; si ea *Hal. et rell.*; *sed* τούτου μὲν τοῦ προσώπου — συνεισενεγκεῖν — ἀναγκαζομένου *Bas.*, *quae in hac const. textum presse sequuntur.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; est *ins. ed. Schf.*; sit *ins. Hal. et rell.*; *sed v. not. praeced.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; huiusm. accidit *ms. Gt.*, *Cont.* 62.; huiusm. acciderit *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* εἴ τι τοιοῦτο συνέβη ἢ συμβήσεται *Bas.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; ex eo *Hal. et rell.* — [6]) *l.* 6. *C. VI.* 61. — [7]) in communi *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [8]) *ita Hal. et rell. praeter Bk.*, *qui emendat* post cons. Lamp. et Or. — anno sec.; *equidem vacillantem subscr. retinere malui*, *quam sine codd. corrigere.* — [9]) De militari testamento *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [10]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *verosimiliter etiam ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf. Hal.*; in *Russ. et postea rell.*; a *ms. Gt.*; ex *mss. Russ.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; locum *Russ. et rell.* — [12]) est *Hal. Russ. Cont.* 62. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2 *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. vetera Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; probetur *Russ. et rell.* — [14]) in exped. occup. *abesse ab omnibus suis mss.*, *notat Russ. in marg.*, *sed dubito*, *an accurate ita*, *quum ab omnibus mss. et meis et Contii haec. vv. defendantur.* — [15]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [16]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; possidet *ms. Pl.* 1.; possidebit *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [17]) II. *ins. Bk.* — [18]) quomodo velint, et possint ea facere, tamen *Russ. in marg. ex melioribus suis codd.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; heredes *edd. Schf. Russ. et rell.* — [20]) signaverit *ms. Pl.* 1. — [21]) II. *ins. Bk.* — [22]) Iunio Rufino *ms. Cas.* — [23]) lati clavi *mss. Bg. Gt.*, *omnia mss. Cont.*, *Hal.*; latis clavis *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf.*; datis clavis *ms. Pl.* 2. — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; constitutus *Russ. et rell.* — [25]) manumittenti *ms. Pl.* 1. — [26]) concilio *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [27]) deberet *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg.* — [28]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; et *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [29]) PP. *ms. Veron.*, *quod cum rel. subscr. consentit.* — [30]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *ed. Schf.*; relinquendis summis *Hal.*; relinquendi supremis iudiciis suis *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [31]) PP. *ms. Veron.*, *quod et om.* II. *post* Iul., *reliquam autem subscr. firmat.* — [32]) CC. *om. Bk.*, *sed ms. Veron. quoque hanc siglam tuetur*, *ante eam fortasse excidit* VV.

6. Idem A. Valentino [1]). — In testamento quidem eius, qui non miles fuit, si duobus heredibus institutis, altero, cui potuit usque ad tempus pubertatis parens facere testamentum, altero, cui postea quam heres exstitit, substituere non potuit, invicem substitutio iisdem verbis facta esset [2]), in eum solum casum eam locum habere et [3]) sententiis prudentium virorum et constitutionibus divorum parentum meorum placet, quo utrique pari ratione potuit substitui. Sed quum ex testamento militis controversiam esse proponas, defuncta parvula eius filia, postea quam heres exstitit patri, cum qua simul aequis partibus heres institutus eras, substitutione invicem facta, et mater quidem intestatae filiae sibi successionem defendat, tu autem ex substitutione ad te pertinere contendas, iuris quidem ratio manifesta est, licere militibus proprio privilegio etiam heredibus extraneis, postea quam heredes exstiterint, mortuis substituere. Sed tibi probandum est, an ita frater tuus senserit [4]). PP. XI. [5]) Kal. Mai. Fusco II. et Dextro Conss. [225.]

7. Idem A. Fortunato. — Ex his verbis: Fortunato liberto meo do lego, vindicare tibi libertatem non potes, si pagani testamentum proponatur. At enim quum testatorem militem fuisse proponas, si non errore ductus libertum te credidit, sed dandae libertatis animum habuit [6]), libertatem, et quidem [7]) directam, competere tibi, sed et legati vindicationem habere te [8]), praerogativa militaris [9]) privilegii praestat. Dat. XII. Kal. Ianuar. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [10]) [226.]

8. Imp. Gordianus A. Aeterno, militi. — Certi iuris est, militem ad tempus etiam heredem instituere posse. PP. III. Kal. Octob. Pio et Pontiano Conss. [11]) [238.]

9. Idem A. Valerio. — Sicut certi iuris est, militem, qui scit se filium habere, aliosque scripsit heredes; tacite enim exheredare intelligi, ita si ignorans, se filium habere, alios scribat heredes, non esse [12]) filio ademtam hereditatem, sed minime valente testamento, si sit in potestate, eum ad successionem venire, in dubiis non habetur. PP. V. Non. [13]) Octob. Pio et Pontiano Conss. [238.]

10. Imp. [14]) Philippus A. et Philippus C. Iustino, militi. — Si, quum vel in utero haberetur filia inscio patre milite, ab eo praeterita sit, vel quum in rebus humanis eam non esse, falso rumore prolato [15]), pater putavit, nullam eius [16]) testamento fecit mentionem, silentium huiusmodi exheredationis notam nequaquam infligit. Is autem miles, qui testamento filiam suam [17]) appellavit eique legatum dedit, non instituendo eam heredem, exheredavit. PP. XII. Kal. Iun. Praesente et Albino Conss. [18]) [246.]

11. Iidem A. et C. Aemiliano [19]), militi. — Captatorias institutiones etiam in militis testamento nullius esse momenti, manifestum est. PP. VII. Kal. Iul. Praesente et Albino Conss. [20]) [246.]

12. Iidem A. et C. Domitiae. — In testamento militis legem Falcidiam et in legatis et [21]) fideicommissis cessare, explorati iuris est. Sane si quid ultra vires patrimonii postulatur, competente defensione tueri te potes. PP. VI. Non. Iul. Praesente et Albino Conss. [22]) [246.]

13. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Claudiae. — Et militibus nostris, centurionibus quoque ob flagitium militare damnatis, non aliarum quam castrensium rerum testamenta [23]) facere permittitur, et intestatis iure proprio succeditur a fisco. PP. Non. August. Valeriano et Gallieno AA. III. et II. [24]) Conss. [255.]

14. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [25]) heredibus Maximi. — Si a fratre suo militante mater vestra scripta heres successionem eius sibi quaesivit, quamvis testamenti scriptura non continet iuris observationem, hanc [26]) hereditatem fratrem testatoris vel eius filios ab intestato evincere non potuisse, iure constitit. PP. V. Non. Maii, ipsis AA. et Conss. [27]) [293—304.]

15. [a]) Impp. Constantinus A. ad populum. — Milites in expeditione degentes, si uxores, aut filios, aut amicos, aut commilitones suos, postremo cuiuslibet generis homines amplecti voluerint supremae voluntatis affectu, quomodo possint ac velint, testentur [28]), nec uxorum aut filiorum eorum, quum voluntatem patris reportaverint, meritum aut libertas dignitasve quaeratur. Proinde, sicut iuris rationibus licuit ac semper licebit, si quid in vagina aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus adnotaverint, aut in pulvere inscripserint gladio sub [29]) ipso tempore, quo in praelio vitae sortem derelinquunt, huiusmodi voluntatem stabilem esse oportet. Dat. III. Id. August. Nicomediae, Optato et Paulino Conss. [30]) [334.]

16. Imp. Anastasius A. Hierio P. P. — Scriniarios vel apparitores [31]), qui virorum magnificorum magistrorum militum iussionibus vel actibus [32]) obtemperant, etsi nomina eorum matriculis militaribus referri videantur, nullatenus [33]) in ultimis a se conficiendis voluntatibus iuris militaris habere facultatem [34]) decernimus. Dat. Id. Februar. Constantinop Paulo V. C. [35]) Cons. [496.]

17.

---

[a]) *Bas. XXXV. 21. 15. (T. IV. p. 817.)*

[1]) Valenti *mss. Veron. Pl.* 1. — [2]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; est *Hal. et rell.* — [3]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg. Gt., Cont.* 62.; et *om. Hal. Russ. Cont.* 66. *et postea rell.*; ex *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.* — [4]) consenserit *ms. Pl.* 1. *ex correct.* — [5]) XII. *ms. Veron., quod reliquam subscr. firmat, nisi quod* II. *om. post* Fusco. — [6]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; crediderit — habuit *ms. Pl.* 1.; crediderit — habuerit *Hal. et rell.* — [7]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Gt., Bk.*; libertatem equidem *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. rell.* — [8]) te *om. mss. Veron. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [9]) praerogativam militare *ms. Veron.* — [10]) *secundum ms. Veron. haec esse debet subscr.* PP. XII. Kal. Iul. Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.] — [11]) *hanc subscr. firmat ms. Veron.* — [12]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont.* 62.; non obesse *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [13]) V. K. N°. *ms. Veron., quod cum rel. subscr. convenit.* — [14]) Impp. *ins. Pl.* 1. — [15]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; perlato *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; in *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) suam *om. mss. Veron. Bg.* — [18]) *hanc subscr. firmat ms. Veron.* — [19]) Aemilio *mss. plerique.* — [20]) *hanc subscr. tuetur ms. Veron. quod in fine tamen dubium est.* — [21]) in *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [22]) *et hanc subscr. tuetur ms. Veron.* — [23]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Nbg.*; testamentum *Hal. et rell.* — [24]) III. et II. *om. ms. Veron., quod cum rel. subscr. convenit.* — [25]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *om. edd.* — [26]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; tamen *ins. Russ. et rell.* — [27]) *in ms. Veron. subscr. haec est:* S. V. Non. Mai. aurris (*lego* Treviris) Caesa Conss. — [28]) testantur *ms. Veron.*; *sed* διαθέσθωσαν *Bas.* — [29]) suo *Sp., ut ex not. eius apparet, ex vitio typorum, Bk., refragantibus omnibus mssis et edd. prioribus, et Bas.* — [30]) *hanc const. ad a.* 325. (*Paulino et Iuliano Conss.*) *trahit Iac. Gothofr. in Chronol. Th. C. p. XXXIV., sed refragante plmp. Veron., in quo subscr. Haloandrina confirmatur.* — [31]) Scriniariis vel apparitoribus *mss. Bg. Gt., Hal.* — [32]) actionibus *Hal.* — [33]) *mss Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg Schf. Hal.*; tamen *ins. Russ. et rell.* — [34]) iur. mi. facult. esse *Hal.*; *cfr. not.* 31. — [35]) Cost. et (*oriundum fortasse ex* Costāt.) Paulo *ms. Veron*

17.[a]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Ne quidam putarent, in omni tempore licere militibus testamenta, quoquo modo [1]) voluerint, componere, sancimus, his solis, qui in expeditionibus occupati sunt, memoratum indulgeri circa ultimas voluntates conficiendas beneficium. Dat. IV. Id. [2]) April. Constantinop. [3]) Decio V. C. Cons. [529.]

18. Idem A. Ioanni P. P. — Licet antiquis legibus permittebatur pupillis, si tribunatum numerorum [4]) merebantur [5]), ultimum elogium conficere posse, attamen indignum nostris temporibus esse videtur, eum, qui stabilem mentem nondum adeptus est, propter privilegia militum sapientium hominum iura pertractare, et in tam [6]) tenera aetate ex tali licentia parentibus forte suis vel aliis propinquis nocere, propriam substantiam extraneis relinquendo [7]). Ideoque hoc fieri nullo modo concedimus. Dat. Kal. [8]) Novemb. Constantinop. [9]) post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno II. [532.]

Tit. XXII.

[b])QUITESTAMENTA FACERE POSSUNT, VEL NON [10]).

1.[c]) Imp. Gordianus A. Petronio, militi. — Quamquam omnium bonorum socer tuus itemque frater eius socii fuerint, tamen non eo minus idem frater eius, quum fati munus impleret, testamento suo potuit sibi heredem instituere quem vellet. Item [11]) non idcirco minus is testamenti factionem habet, quod indivisam successionem cum sorore sua dicatur habuisse. PP. XII. Kal. August. Arriano et Pappo [12]) Conss. [243.]

2.[d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Viatori et Pontiae. — Si is, qui te cum uxore tua [13]) heredem scripsit, quando testamentum ordinabat [14]), sanae mentis fuit, nec postea alicuius sceleris conscientia obstrictus, sed aut impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie constrictus se praecipitem dedit, eiusque innocentia liquidis probationibus commendari potest a te [15]), adscitae mortis obtentu postremum eius iudicium convelli non debet. Quodsi futurae poenae metu voluntaria morte supplicium antevertit [16]), ratam voluntatem eius conservari, leges vetant. PP. Kal. Decembr. [17]) ipsis AA. [18]) Conss. [293 — 304.]

3. Idem AA. et CC. Licinio. — Senium quidem aetatis vel aegritudinem corporis sinceritatem mentis tenentibus testamenti factionem certum est non auferre. §. 1. Filium [19]) autem, qui in potestate est, testamentum facere non posse, indubitati iuris est. Dat. [20]) IV. Non. April. Sirmii, Caess. [21]) Conss. [294 — 305.]

4.[e]) Idem AA. et CC. Rodoni [22]). — Si frater patruelis tuus ante quartum decimum aetatis annum [23]) suae decessit, quum facere non potuit testamentum, nihil ex eius postremo recte postulatur iudicio [24]). Nam si hanc aetatem egressus, licet vigoris necdum emersissent vestigia [25]), suum ordinavit solemniter iudicium, hoc evellere frustra conaris. S. VI. Id. Novembr. Pantichi [26]), Caess. Conss. [294 — 305.]

5. Imp. Constantius A. ad Rufinum P. P. — Eunuchis liceat facere testamentum, componere postremas exemplo omnium voluntates, conscribere codicillos salva testamentorum observantia. Dat. V. Kal. Mart. Sirmii, Constantio A. V. et Constante Caes. [27]) Conss. [352.]

6.[f]) Idem A. ad Volusianum [28]) P. U. [29]) — Si quis Imperatorem forte heredem instituerit, habeat mutandi iudicii facultatem, et, quemcunque voluerit, secundum leges in testamento suo heredem scribendi. Dat. XII. Kal. Mart. Mediolani, Arbitione [30]) et Lolliano Conss. [355.]

7. Imppp. Valentinianus, Valens [31]) et Gratianus AAA. ad Maximum [32]). — Quum heredes instituuntur Imperator seu Augusta, ius commune cum ceteris habeant; quod et [33]) in codicillis vel [34]) fideicommissariis epistolis iure scriptis observandum erit. Et, sicuti [35]) priscis legibus cautum est, Imperatori quoque vel [36]) Augustae testamentum facere liceat, et mutare. Dat. VII. Id. August. Contionaci [37]), Gratiano A. II. et Probo Conss. [371.]

8.

---

[a]) *de coniunctione hui. const. cum l.* 8. *C. de restit. mil. II.* 51. *et l.* 8. *C. quib. non obi. longi temp. pr. VII.* 35. *v. not. g. ad leg. prior.*; *cfr. etiam pr. I. de mil. test. II.* 11.; *Bas. XXXV.* 21. 17. (*T. IV. p.* 818.) — [b]) *Dig. XXVIII.* 1. — [c]) *Bas. XXXV.* 3. 1. (*T. IV. p.* 777.) — [d]) *Bas. XXXV.* 3. 2. — [e]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 66. — [f]) *Bas. XXXV.* 3. 6. (*T. IV. p.* 778.)

[1]) quomodo *mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; *sed v. pr. Inst. cit.* — [2]) VI. Id. *l.* 8. *C. II.* 51.; Kal. *l.* 8. *C. VII.* 35. — [3]) *ms. Veron.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [4]) tribunatum numeri *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *verosimiliter et Pl.* 1., *ed. Schf.*; tribunatum numerum *ed. Nbg.*; tribunatus numerum *Russ. Cont. in marg.* — [5]) mereantur *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; merentur *ms. Pl.* 1. — [6]) tam *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [7]) relinquentes *ms. Bg.*, *probabiliter etiam ms. Pl.* 1. *ante correct.*; relinquentem *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *omnia mss. Cont.*, *ed. Schf.* — [8]) XII. Kal. *ms. Veron.* — [9]) *ms. Veron.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [10]) vel non *om. mss. Pl.* 1. *Bg.*; vel non possunt *mss. Veron. Pist.*, *Hal.*, *cum quo consentit rubr. Bas. XXXV.* 3. — [11]) Itemque *ed. Schf.*, *Russ. in marg. ex omn. mssis suis*, *quod vix credibile.* — [12]) *ms. Veron.*, *quod subscript. tuetur*; Ariano et Pappo *Hal. et rell. praeter Bk.*, *qui scr.* Arriano et Papo. — [13]) tecum uxorem tuam *ms. Veron.*, *ms. Pl.* 1. *ante correct.*; tecum uxorem suam *ms. Gt.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; ordinavit *ms. Veron.*, *edd. rell.* — [15]) a te *om. mss. Pl.* 1. 2. — [16]) antevenit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Nbg.*; antevenerit *ed. Schf.*; anteverterit *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [17]) S. Dec. *ms. Veron.* — [18]) ipsis Caess. III. AA. *ms. Veron.* — [19]) Filiam *et post* quae *ms. Gt.*, *Hal. Caeterum secundum gl. ad v.* Filium *aliqui hic ordiuntur novam const.* — [20]) Dat. *om. ms. Veron.* — [21]) AA. *ms. Veron.*, *quod diem et locum tuetur.* — [22]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 1.; Redoni *ms. Bg.*; Radoni *edd.* — [23]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Coll. Ans. ded.*; annum aetatis suae *edd.* — [24]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Coll. Ans. ded.*, *edd. Nbg. Schf.*; nih. recte ex ei. postr. iud. postul. *Hal. et rell.* — [25]) emersisset vestigii *ms. Veron.* — [26]) *hic locus etiam in ms. Veron. est, lit.* P. *tamen incerta*; *fortasse* Antiochiae. — [27]) et Constant. CC. *ms. Veron.*, *quod hanc subscr. tuetur.* — [28]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [29]) P. P. *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*; P. Pf. (*i. e.* Pro praef.) *corrigit Iac. Goth. in Chron. Th. C. p. LIV.* — [30]) Arbitrione *Hal.*; Arbetione *Bk.*, *sed contra ms. Veron.*, *quod hanc subscr. firmat.* — [31]) *nomina impp. ita cum Bk. collocare melius convenit mss. Cas. Vat. Bg.*; Valens, Valentinianus *Hal. et rell.* — [32]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Maximo *edd.* — [33]) et *om. ms. Pl.* 1., *mss. Russ.* — [34]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; et *edd. Schf. Russ. et rell.* — [35]) sic uti *ms. Veron.* — [36]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; et *edd. rell.* — [37]) *locum supplevi ex ms. Veron.*, *quod habet* Cornionaci, *cum rel. autem subscr. consentit*; *cfr. Iac. Goth. ad l.* 3. *Th. C. de denunt. II.* 4.

8.[a]) Imp. Iustinus A. Demostheni P. P. — Hac consultissima lege sancimus, ut carentes oculis, seu morbo, vel [1]) ita nati, per nuncupationem suae condant moderamina voluntatis, [2]) praesentibus septem [3]) testibus, quos aliis quoque testamentis interesse iuris est, tabulario etiam, ut cunctis ibidem collectis, primum ad se convocatos omnes, ut sine scriptis testentur, edoceant [4]); deinde exprimant [5]) nomina specialiter heredum, et dignitates singulorum, et indicia, ne sola nominum commemoratio quidquam ambiguitatis pariat, et ex quanta parte vel ex quot unciis in successionem admitti debeant, et quid unumquemque legatarium seu fideicommissarium assequi velint [6]); omnia denique palam edicant [7]), quae ultimarum capit dispositionum series lege concessa. Quibus omnibus ex ordine peroratis uno eodemque loco et tempore, sed et tabularii manu conscriptis sub obtentu [8]) septem (ut dictum est) testium, et eorundem testium manu subscriptis, dehinc consignatis tam ab hisdem testibus quam a tabulario, plenum obtinebit robur testantis arbitrium. Quae in eundem modum erunt observanda, quamvis non heredes instituere, sed legata solum vel fideicommissa, et in summa quae codicillis habentur [9]) congrua, duxerit [10]) ordinanda. §. 1. At quum humana fragilitas, mortis praecipue cogitatione turbata [11]), minus memoria possit res plures consequi, patebit eis licentia, voluntatem suam, sive in testamenti sive in codicilli tenore compositam, cui velint, scribendam credere, ut in eodem [12]) postea convocatis [13]) testibus et tabulario, re etiam (ut dictum est) patefacta, cuius causa convocati sunt, etiam chartula promatur [14]), quam susceptam testatori recitabit tabularius, simul et testibus, ut, ubi tenor eorum cunctis innotuerit, elogium ipse suum profiteatur agnoscere, et ex animi sui, quae lecta sunt, disposuisse sententia, et in fine subscriptio sequatur testium, nec non omnium signacula tam testium (prout dictum est) quam tabularii. §. 2. Sed quia tabulariorum copia non in omnibus locis datur quaerentibus, iubemus, ubi tabularius reperiri non possit, octavum adhiberi testem, ut, quod tabulario pro supradicto modo commisimus, id per octavum testem effectum capiat; libera potestate concedenda suas voluntates in praedictum modum ordinantibus, chartulam ita subscriptam, ita denique consignatam, ut antelatae formae declarant, cui velint ex testibus [15]) custodiendam mandare. Sic fieri namque confidimus, ut non recipiat se tantum in caecis testandi licentia, sed ne [16]) locum quidem ullum relinquat insidiis, tot oculis spectata, tot insinuata sensibus, tot insuper in tuto [17]) locata manibus. Dat. Kal. Iun. Constantinop. Instiniano et Valerio Conss. [18]) [521.]

9.[b]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Furiosum in suis induciis [19]) ultimum condere elogium posse, licet ab antiquis dubitabatur, tamen et retro principibus et nobis placuit. Nunc autem hoc decidendum est, quod simili modo antiquos animos movit, si coepto testamento furor eum invasit. Sancimus itaque, tale testamentum hominis, qui in ipso actu testamenti adversa valetudine tentus est, pro nihilo esse. Sin vero voluerit in dilucidis intervallis aliquod condere testamentum vel ultimam voluntatem, et hoc sana mente et [20]) inceperit facere et consummaverit, nullo tali morbo interveniente, stare testamentum sive quamcunque ultimam voluntatem censemus, si et alia omnia accesserint, quae in [21]) huiusmodi actibus [22]) legitima observatio sequitur [23]). Dat. Kal. Septemb. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [24]) [530.]

10.[c]) Idem A. Iuliano [25]) P. P. — Discretis surdo et muto, quia non semper huiusmodi vitia sibi concurrunt, sancimus, si quis utroque morbo simul laborat [26]), id est ut neque audire neque loqui possit, et hoc ex ipsa natura habet [27]), neque testamentum facere, neque codicillos, neque fideicommissum relinquere, neque mortis causa donationem celebrare concedatur, nec libertatem sive vindicta sive alio modo imponere; eidem legi tam masculos quam feminas obedire imperantes. Ubi autem et huiusmodi vitii [28]) non naturalis sive masculo sive feminae accidit [29]) calamitas, sed morbus postea superveniens et vocem abstulit et aures conclusit, si ponamus huiusmodi personam litteras scientem, omnia, quae priori interdiximus, haec ei sua manu scribenti permittimus. §. 1. Sin autem infortunium discretum est, quod ita raro contingit, et surdis, licet naturaliter huiusmodi sensus variatus est, tamen omnia facere et in testamentis, et in codicillis, et in mortis causa donationibus, et in libertatibus, et in aliis omnibus permittimus. Si enim vox articulata ei a natura concessa est, nihil prohibet, eum omnia, quae voluerit [30]), facere, quia scimus, quosdam iurisperitos et hoc subtilius cogitasse, et nullum esse exposuisse, qui penitus non exaudit [31]), si quis supra cerebrum illius loquatur, secundum quod Inventio [32]) Celso placuit. In eo autem, cui morbus postea [33]) superveniens [34]) auditum tantummodo abstulit,

---

[a]) *Bas. XXXV.* 3. 8. *Cfr. Glossa Inst. Taurin. no.* 171. (*Savigny Gesch. d. R. R. i. MA. II. p.* 444.) — [b]) *Bas. XXXV.* 3. 9. (*T. IV. p.* 779.) — [c]) *Bas. XXXV.* 3. 10.

[1]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; seu morbo seu *Cont.* 62.; seu morbo vitiove seu *Russ. Cont.* 66. *et rell.*; *sed* vitiove *abesse ab omnibus mssis, testatur Russ. in marg.* — [2]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; scilicet *ins. Hal. et rell.* — [3]) ζ ἢ ε' (*VII. vel V.*) *Bas.*; *v. Leuncl. Notatt. II.* 198. — [4]) testetur edoceat *ms. Gt., Hal.*; testetur doceat *gl. Taurin.*; testentur edoceat *ms. Veron.* — [5]) exprimat *ms. Gt., Hal., gl. Taurin.* — [6]) velit *mss. Veron. Bg., Hal.* — [7]) edicat *mss. Veron. Bg. Gt., Hal.* — [8]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; obtutu *Cont. et rell.*; ἐπ' ὄψει *Bas.* — [9]) habeantur *Hal. Bk.* — [10]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg. Gt., Hal.*; duxerint *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [11]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; perturbata *edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [12]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; loco *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [13]) collocatis *ms. Bg., ed. Schf.*; collatis *mss. Pl.* 1. 2.; collectis *Hal.* — [14]) prometur *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; provetur *ms. Veron.* — [15]) testium (*om.* ex) *ms. Bg.*; in testibus *ms. Veron.*, *sed in expunctum.* — [16]) nec *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [17]) toto *ms. Veron.* — [18]) *hanc subscr. firmant mss. Veron. Pist.* — [19]) iudiciis *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *sed contra mss. Cont., ut in marg. ed.* 1562. *testatur, et contra quinque exempl. Russ.*; dilucidis induciis *mavult Cont.* 66. *in marg. ex vet. ms.*; ἐν τοῖς διαχείμμασι *Bas.* — [20]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; et *om. edd. rell.* — [21]) in *om. ms. Veron.* — [22]) actionibus *ms. Bg., Sp.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., edd. Nbg. Schf. Hal.*; requirit *ms. Veron.*; requiritur *Russ. et rell.* — [24]) *cum hac subscr. congruit ms. Veron.* — [25]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; Ioanni *Hal. et rell.* — [26]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; laboret *Hal. et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 62.; habeat *rell.* — [28]) et in huiusmodi vitiis *ms. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [29]) accedit *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [30]) voluit *mss. Veron. Pl.* 1. *Gt.* — [31]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*; exaudiat *edd.* — [32]) *ms. Pl.* 2., *Bk.*; Iuvencio *vel* Iubentio *rell.* — [33]) postea *om. mss. Veron. Pl.* 1. 2. — [34]) perveniens *ms. Veron., Hal.*

tulit, nec dubitari potest, quin possit omnia sine aliquo obstaculo facere. Sin vero aures quidem apertae sint et vocem recipientes, lingua autem [1]) penitus praepedita, licet a veteribus auctoribus saepius de hoc variatum est, attamen si et [2]) hunc peritum litterarum esse proponamus, nihil prohibet, et [3]) eum scribentem [4]) omnia facere, sive naturaliter sive per interventum morbi huiusmodi infortunium ei accessit [5]); nullo discrimine neque in masculis neque in feminis in omni ista constitutione servando. Dat. XV. Kal. Mart. [6]) Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

11. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Nemo ex lege [7]), quam nuper promulgavimus, in rebus, quae parentibus acquiri non possunt, existimet aliquid esse innovandum, aut [8]) permissum fuisse [9]) filiisfamilias cuiuscunque gradus vel sexus testamenta facere, sive sine patris consensu bona possideant secundum nostrae legis distinctionem, sive cum eorum voluntate. Nullo etenim modo hoc eis permittimus, sed antiqua lex per omnia conservetur, quae filiisfamilias, nisi in casibus certis, testamenta facere nullo modo concedit, et in his personis, quae huiusmodi facultatem habere iam concessae sunt. Dat. IV. Kal. August. [10]) Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [11]) [531.]

12. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Omnes omnino, quibus quasi [12]) castrensia peculia habere ex legibus concessum est, habeant licentiam in ea tantummodo ultimas voluntates condere, secundum nostrae constitutionis tenorem [13]), quae talibus testamentis de inofficiosi querela immunitatem praestavit [14]). Dat. Kal. Septemb. [15]) Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis [16]) VV. CC. [531.]

Tit. XXIII.

[c])DE TESTAMENTIS ET QUEMADMODUM TESTAMENTA ORDINENTUR.

1. Imp. Hadrianus A. Catonio Vero [17]). — Testes, servi an liberi fuerunt [18]), non oportet in hac causa tractari, quum eo tempore, quo testamentum [19]) signabatur, omnium consensu liberorum loco habiti sunt [20]), nec quisquam eis usque adhuc status controversiam moverit. — Sine die et consule [21]).

2. Imp. Alexander A. Expedito. — Publicati semel testamenti fides, quamvis ipsa materia, in qua primum a testatore scriptum relictum fuit, casu, qui probatur, intercidit, nihilominus valet. PP. Kal. Iun. [22]) Fusco II. et Dextro Conss. [225.]

3. [d]) Idem A. Antigono. — Ex imperfecto testamento nec Imperatorem hereditatem vindicare [23]), saepe constitutum est. Licet enim lex imperii solemnibus iuris Imperatorem solverit, nihil tamen tam proprium imperii est, quam [24]) legibus vivere. PP. XI. Kal. Ianuar. Lupo et Maximo Conss. [25]) [232.]

4. Imp. Gordianus A. Rufino. — Si in nomine, [26]) praenomine, seu cognomine, seu agnomine [27]) testator erraverit, nec tamen, de quo senserit, incertum sit, error huiusmodi nihil officit veritati. PP. XII. Kal. Ianuar. [28]) Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

5. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Lucillo. — Neque professio, neque asseveratio nuncupantium filios, qui non sunt, veritati praeiudicat, et quae ut filiis testamento relinquuntur, iuxta ea, quae a principibus statuta sunt, non deberi, certi iuris est. Accepta VI. [29]) Non. Iul. Valeriano et Gallieno AA. III. et II. [30]) Conss. [255.]

6. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Terentiae. — Verba testamenti, quibus mater vestra decedens, nihil se cuiquam donasse, significavit, si res se aliter habet [31]), fidem veri non perfringunt [32]). PP. III. Non. Novemb. Diocletiano A. II. [33]) et Aristobulo [34]) Conss. [285.]

7. Iidem AA. Rufinae [35]). — Errore scribentis testamentum iuris solemnitas mutilari nequaquam potest, quando minus scriptum, plus nuncupatum videtur. Et ideo recte testamento facto [36]), quamquam desit: heres esto, consequens est, exsistente herede legata seu fideicommissa iuxta voluntatem testatoris

---

[a]) *Bas. XXXV.* 3. 11. — *Sch. a.* — [b]) *Bas. XXXV.* 3. 12. — [c]) *Dig. XXXVIII.* 1. — [d]) *Bas. XXXV.* 2 3. (*T. IV. p.* 774.) — *Sch. a.* (*T. IV. p.* 777.)

[1]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; eius *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; et *om. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [3]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; et *om. ms. Pl.* 1., *edd.* — [4]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., Hal.*; haec *ins. edd. rell.* — [5]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; accesserit *Russ. et rell.* — [6]) X. K. Mai. *ms. Pist.*; *lit.* V. *etiam incerta est num adsit in ms. Veron., quod rel. subscr. tuetur.* — [7]) *l.* 6. *C. VI.* 61. — [8]) et *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [9]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; suis *ex errore librarii pro* fuisse *ms. Pl.* 1.; esse *Russ. et rell.* — [10]) *ms. Veron.*; S. Dat. Kal. Decemb. *Hal. in textu*; S. Dat. K. Septemb. *idem in not., Russ. et rell. Verum Haloandro in hac subscr. vacillanti praetuli fidem msi Veron., maxime propter subscr. const. seq.* — [11]) *locum et conss. tuetur ms. Veron.* — [12]) quasi *om. ms. Gt., sed contra omnium meorum libr. fidem*; ἰδιόκτητον πεκούλιον *Bas.* — [13]) *l.* 37. *C. III.* 28. — [14]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt., omnia mss. Cont., edd. Nbg. Schf.*; praestat *ms. Pl.* 1.; praestitit *Hal. et rell.* — [15]) *in hoc die conspirant mss. Veron. et Pist.*; Dat. III. Non. Decemb. *Hal. et rell.* — [16]) Orestae *ms. Veron., quod locum et conss. tuetur.* — [17]) Vero *om. mss. Veron. Vat. Cas. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ.*; *Cont.* 62. *hoc nomen se inseruisse ait ex Theophilo* (§. 7. *Inst. II.* 10., *in qua nostrum rescr. allegatur*) *et ex duobus mssis, quae mihi magis Institutionum, quam Codicis esse videntur.* — [18]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; fuerint *edd.* — [19]) testamento *ms. Veron.* — [20]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sint *Hal. et rell.* — [21]) sine die et ȳȝ *ms. Veron.* — [22]) *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76., *nec non ms. Veron., quod totam subscr. confirmat*; Ian. (Ianuar.) *Cont.* 71. (*ut mihi videtur, vitio typorum*), *quem sequuntur Char. et rell.* — [23]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg. Gt., Hal.*; posse *ins. ms Pl.* 2., *edd. rell.* — [24]) ut *ms. Veron.* — [25]) *hanc subscr. tuetur ms. Veron.* — [26]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; vel *ins. edd. rell.* — [27]) seu agnomine *om. mss. Veron. Bg. Gt., octo exemplaria Russ. quaedam Cont. nec non lib. Auredani et Dionysianus apud Char. collati*; vel agnomine *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; περὶ τὸ κύριον ὄνομα, ἢ περὶ τὸν χρηματισμόν, καὶ τὴν πατρωνυμίαν, ἢ τὴν προσηγορίαν *Bas. Cfr.* §. 29. *Inst. II.* 20. — [28]) Aug. *ms. Veron., quod et postea om.* A., *cum rel. vero subscr. convenit.* — [29]) IV. *ms. Veron., quod reliquum diem tuetur.* — [30]) Valer. II. et Gallo AA. *ms. V on., quod ideo hoc rescr. ad a.* 254. *refert.* — [31]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; habeat *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [32]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; perstringunt *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [33]) *ms. Veron., Bk.*; II. *om. Hal. et rell.* — [34]) *ms. Veron., Bk.*; Aristobolo *Hal. et rell.* — [35]) Rufino *ms. Veron.* — [36]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Cont.* 62.; condito *edd. Schf. Hal. et rell.*

toris oportere dari. PP. XVII. Kal. Februar. ipsis AA. [1]) IV. et III. Conss. [290.]

8. [a]) Idem AA. Marcellino. — Casus maioris ac novi contingentis ratione adversus [2]) timorem contagionis, quae testes deterret, [3]) aliquid de iure laxatum est. Non tamen prorsus reliqua etiam [4]) testamentorum solemnitas peremta est. Testes enim huiusmodi morbo oppresso [5]) eo tempore iungi atque sociari remissum est, non etiam conveniendi numeri eorum observatio sublata [6]). Dat. XVI. Kal. Iul. [7]) ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

9. [b]) Idem AA. Patroclae. — Si non speciali privilegio patriae [8]) tuae iuris observatio relaxata est, et testes non in conspectu testatoris testimoniorum officio functi sunt, nullo iure testamentum valet. PP. X. [9]) Kal. Iul. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

10. Idem AA. et CC. Menophiliano [10]). — Si testamentum iure factum sit, et heres sit capax, auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet. Dat. [11]) XV. Kal. August. AA. Conss. [293 — 304.]

11. Idem AA. et CC. Zenoni [12]). — Non idcirco minus iure [13]) factum testamentum [13]) suas obtinet vires, quod post mortem testatoris subtractum probatur. S. [14]) prid. Id. Novemb. [15]) AA. Conss. [293 — 304.]

12. Idem AA. et CC. Matronae [16]). — Si unus de septem testibus defuerit, vel coram testatore omnes eodem loco testes suo vel alieno annulo non signaverint, iure deficit [17]) testamentum. De his autem, quae interleta sive suprascripta [18]) dicis, non ad iuris solemnitatem, sed ad fidei pertinent [19]) quaestionem, ut appareat, utrum testatoris voluntate emendationem meruerint [20]), vel ab altero inconsulte deleta sint, an ab aliquo falso haec fuerint commissa. S. [21]) prid. Non. Iul. Philippopoli, AA. Conss. [293 — 304.]

13. Idem AA. et CC. Euriphidae [22]). — Testandi causa de pecunia sua legibus certis facultas [23]), non [24]) iurisdictionis mutare [25]) formam vel iuri publico derogare cuiquam permissum est. S. VI. Kal. Decemb. Caess. Conss. [26]) [294 — 305.]

14. Idem AA. et CC. Achilleo [27]). — Non codicillum, sed testamentum aviam vestram facere voluisse, institutio et exheredatio facta probant evidenter. Subscr. [28]) Id. Decemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

15. [c]) Imp. Constantius [29]) A. ad populum. — Quoniam indignum est, ob inanem observationem irritas fieri tabulas et iudicia mortuorum, placuit ademtis his, quorum imaginarius usus est, institutioni heredis verborum non esse necessariam observantiam, utrum imperativis et directis verbis fiat, an [30]) inflexis [31]). Nec enim interest, si dicatur: heredem facio, vel instituo, vel volo, vel mando, vel cupio, vel esto, vel erit, sed quibuslibet confecta sententiis vel [32]) [33]) quolibet loquendi genere formata institutio valeat, si modo per eam liquebit voluntatis intentio, nec necessaria sint [34]) momenta verborum, quae forte seminecis et balbutiens lingua profudit. Et in postremis ergo iudiciis ordinandis amota erit solemnium sermonum [35]) necessitas, ut, qui facultates proprias cupiunt ordinare, in quacunque instrumenti materia conscribere, [36]) quibuscunque verbis uti, liberam habeant facultatem. S. Dat. Kal. Februar. Laodiceae [37]), Constantio A. II. [38]) et Constante A. [39]) Conss. [339.]

16. [d]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. — Non dubium nec incertum est, sicut Imperatoribus, ita qualibet dignitate vel potestate decoratis viris tam hereditatem quam legatum seu fideicommissum relinqui posse. §. 1. Illud etiam adiiciendum est, ut, qui ex testamento vel ab intestato heres exstiterit, etsi voluntas defuncti circa legata seu fideicommissa seu libertates legibus non sit subnixa, tamen, si sua sponte agnoverit, implendi eam necessitatem habeat. S. Dat. XV. [40]) Kal. Iul. Thessalon. Gratiano V. et Theodosio AA. Conss. [380.]

17.

---

[a]) *Bas. XXXV. 2. 8.* — [b]) *Bas. XXXV. 2. 9.* — [c]) *ex eodem, quo haec const., ampliore edicto et manavit l. 21. C. de legatis VI. 37., quae ex aliqua parte geminata dici potest; probabiliter et iungenda l. 9. C. qui adm. ad bon. poss. VI. 9., cfr. not. 29. ad l. 9. cit.* — [d]) *iungendae videntur l. 3. C. de sponsal. V. 1., l. 1. C. si rector prov. V. 2., l. 8. C de bon. proscr. IX. 49., l. 1. C. de primic. XII. 7.; cfr. not. 40.*

[1]) AA. *post* III. *collocat ms. Veron., quod subscr. tuetur.* — [2]) adversum *ms. Bg.* — [3]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; licet *ins. Hal. et rell.* — [4]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.*; etiam *om. ed. Schf. Hal. et rell.* — [5]) *ms. Veron.*; oppressos *vulg. lect quam rell. mei codd. et edd. tuentur*; oppressis *coni. Dion Gothofr. in not., quem haud dubie movit cap. Bas. cit., in quo casus hui. const. non de teste vel testibus repentino morbo correptis, sed de testatore aegrotante accipitur.* — [6]) *mss. Veron. Pl. 1., ed. Schf.*; est *add. rell.* — [7]) S. K. Iul. *ms. Veron., quod rel. subscr. firmat.* — [8]) patruae *ms. Veron.*; *sed* προνόμιον ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει *Bas.* — [9]) X. *abest a ms. Veron., quod rel. subscr. firmat.* — [10]) *pleraque mss. mea*; Menophelimo *Hal. et rell.* — [11]) S. *ms. Veron., quod et om. AA., sed cum rel. subscr. convenit.* — [12]) Zepho, Zeto, Zecho, Zetho *mss. mea.* — [13]) iuris *Hal., qui et post* testam. *ins. et.* — [14]) *ms. Veron.*; Dat. *add. Hal. et rell.* — [15]) prid. Non. Iul. *ms. Veron.* — [16]) Matroniae *plura mss.* — [17]) deficiat *mss. Veron. Pl. 2. Gt.*; defecit *ms. Pl. 1.* — [18]) subscripta *ed. Nbg.* — [19]) pertinet *ms. Pl. 1.* — [20]) meruerunt *et postea* sunt *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg.* — [21]) *ms. Veron., quod rel. subscr. firmat*; Dat. *add. Hal. et rell.* — [22]) Euripidi, Euripidae, Euruphi *mss.* — [23]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; est *add. edd. Nbg. Hal.*; est permissa *add. edd. Schf. Russ. et rell.* — [24]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; autem *ins. Hal. et rell.* — [25]) imitare *ed. Schf.* — [26]) *ms. Veron.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [27]) Achillae *mss. pleraque.* — [28]) S. *ms. Veron., quod rel. subscr. tuetur.* — [29]) *Hal Russ. Cont.* 62.; Constantinus *male Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Imppp. Constantinus, Constantius et Constans *ex inscr. leg.* 21. *C. VI.* 37., *auctore Russ. Cont. in not., Bk. Equidem nihil mutandum censui, quum mss. Veron. Cas. Vat. Pl. 2. Bg. tantum unum in inscr. Imp. agnoscant, quod et confirmatur lege* 9. *C. VI.* 9. — [30]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.*; aut *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [31]) inflexa *ms. Veron.* — [32]) vel *om. mss. Pl. 1. 2. Gt, edd. Nbg. Schf. Hal.* — [33]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ.*; in *ins. edd.* — [34]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Schf. Hal. Bk.*; sunt *edd. rell.* — [35]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; verborum *Russ. et rell.* — [36]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; et *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [37]) *Iac. Gothofr. in Chron. Th. C. p. XL. XLI., l. 9. C. VI. 9.*; Serdicae *Hal. et rell.* — [38]) II. *om. Hal. Russ.* — [39]) CC. *ins. Hal. et rell. praeter Bk., quod ex duplicata sigla, qua Conss. denotari solet, probabiliter oriundum.* — [40]) XV. *dubium est, quippe omissum ab Hal. Russ. Cont. Char. Pac.; unde et de coniunctione nostrae const. cum legibus in not. d. dictis dubitare licet.*

17. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Aeternali, Proconsuli Asiae. — Testamentum non ideo infirmari debebit, quod diversis hoc deficiens nominibus appellavit, quum superflua non noceant. Namque necessaria praetermissa imminuunt contractus et testatoris officiunt voluntati, non abundans cautela [1]). Dat. XII. Kal. April. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [396.]

18. [b]) Idem AA. Africano P. U. — Testamenta omnia [2]) ceteraque, quae apud officium censuale publicari solent, in eodem [3]) reserentur [4]), nec usquam permittatur fieri ulla translatio. Mos namque retinendus est fidelissimae vetustatis, quem si quis in hac urbe voluerit immutare [5]), irritam mortuorum videri faciet voluntatem. Dat. XII. [6]) Kal. Octob. Constantinop. Caesario et Attico Conss. [397.]

19. [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni P. P. — Omnium testamentorum solemnitatem superare videatur [7]), quod insertum mera fide precibus inter tot nobiles probatasque personas etiam conscientiam principis tenet. Sicut igitur [8]) securus erit, qui actis cuiuscunque iudicis aut municipum aut auribus privatorum mentis suae postremum publicavit iudicium, ita nec de eius unquam successione tractabitur, qui nobis mediis, et toto iure, quod [9]) nostris est scriniis constitutum, teste succedit. Nec sane illud heredibus nocere permittimus, si rescripta nostra nihil de eadem voluntate responderint. Voluntates etenim hominum audire volumus, non iubere, ne post sententiam nostram inhibitum videatur commutationis arbitrium, quum hoc ipsum, quod per supplicationem nostris auribus intimatur, ita demum firmum sit, si ultimum comprobatur [10]), nec contra iudicium suum defunctus postea venisse detegitur [11]). Ne quid sane praetermisisse credamur huiusmodi institutionis successoribus designatis, omnia, quae scriptis heredibus competunt, iubemus eos habere, nec super bonorum possessionis petitione ullam controversiam nasci, quum pro herede agere cuncta sufficiat, et ius omne ipsa complere aditio videatur. Omnibus etenim praestandum esse censemus, ut libero arbitrio, cui testandi facultas suppetit, successorem suum oblatis precibus possit declarare, et stabile sciat esse, quod fecerit, nec institutus heres pertimescat, quum oblatas preces secundum voluntatem defuncti idoneis testibus possit approbare, si ei alia nocere non possunt. Dat. XII. [12]) Kal. Mart. Ravennae, post consulatum Honorii IX. [13]) et Theodosii V. AA. Conss. [413.]

20. [d]) Eorundem AA. [14]) Edictum ad populum urbis Constantinopolitanae [15]) et omnes provinciales. — Nolumus convelli deficientium scriptas iure ac solemniter voluntates, dum quoddam morientis supremum et non adscriptum [16]) processisse confirmatur arbitrium, tanquam patrimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere. Omnibus enim privatis et militantibus interdicimus, ut [17]) huiusmodi perhibeant testimonia, et falsi criminis reos teneri praecipimus, si, quum scriptae iure ac solemniter deficientium exstiterint voluntates, non scriptum aliquid sub nostrorum nominum mentione falso adstruere moliantur. Nemo itaque relictus heres vel legibus ad successionem vocatus nostrum vel potentium nomen horrescat; nemo ferre testimonia in hunc modum, vel suscipere [18]) gestis huiusmodi voces audeat nostro [19]) vel etiam privatorum potentium nomine. Dat. VII. [20]) Id. Mart. Constantinop. Theodosio A. VII. et Palladio Conss. [416.]

21. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio [21]) P. P. — Hac consultissima lege sancimus, licere per scripturam conficientibus testamentum, si nullum scire volunt [22]) quae [23]) in eo scripta [24]) sunt, signatam [25]) vel ligatam, vel tantum clausam [26]) involutamque [27]) proferre scripturam, vel ipsius testatoris vel cuiuslibet alterius manu conscriptam, eamque rogatis testibus, septem numero, civibus romanis puberibus, omnibus simul offerre signandam et subscribendam, dum tamen testibus praesentibus testator suum esse testamentum dixerit, quod offertur, eique [28]) ipse coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripserit; quo facto, et testibus uno eodemque die ac tempore subscribentibus et consignantibus [29]), testamentum valere, nec ideo infirmari, quod testes nesciant, quae in eo scripta sunt testamento. §. 1. Quodsi literas testator ignoret vel subscribere nequeat, octavo subscriptore pro eo adhibito eadem servari decernimus. §. 2. In omnibus autem testamentis, quae praesentibus vel absentibus testibus dictantur, superfluum est, uno eodemque tempore exigere testatorem et testes adhibere, et dictare suum arbitrium, et finire testamentum. Sed licet alio [30]) tempore dictatum scriptumve proferatur testamentum, sufficiet, uno [31]) eodemque die [32]), nullo actu [33]) interveniente, testes

---

[a]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de testam. IV.* 4.; *de coniunctione cum l.* 11. *C. de petit. hered. III.* 31., *cfr. not. i. ad l.* 11. *cit.* — [b]) *l.* 4. *Th. C. de testam. IV.* 4. — [c]) *desumta videtur ex ampliore edicto, ex quo et manavit l.* 12. *Th. C. de div. rescr. I.* 2., *l.* 6. *Th. C. de inoff. test. II.* 19. *et l.* 4. *Th. C. de iure liberor. VIII.* 17. — [d]) *l.* 5. *Th. C. de testam. IV.* 4. — [e]) *hausta ex Nov. Theod. XXIII.*, *ex qua et sunt l.* 8. *C. de testam. tut. V.* 28. *et l.* 14. *C. de testam. man. VII.* 2.; *vv. Si vero — pro nullo haberi in* §. 3. *nostrae const. desumta sunt ex l.* 26. *C. fam. ercisc. III.* 36.; *Bas. XXXV.* 2. 21.

[1]) Praeterm. namque necessaria, non abund. caut. vel contr. imminuit, vel testatoris officit volunt. *Theod. C.* — [2]) omnium *Theod. C.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *Theod. C.*; loco *add. edd. Schf. Russ. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Bk.*, *probantt. Russ. et Cont. in marg.*, *Theod. C. ed. Gothofr.*; reserventur *aliqua mss. Cont.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *Theod. C. ed. Haenel.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; mutare *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) VI. *Theod. C.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; videtur *edd. Schf. Russ. et rell.* — [8]) ergo *edd. Schf. Russ. et postea rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; in *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; comprobetur *Russ. et rell.* — [11]) *mss. Bg. Gt.*; detegetur *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; detegatur *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) XVI. *Theod. C. in constitutt. cum hac lege iungendis.* — [13]) *Theod. C. in legibus not. c. recensitis*; VIII. *Hal. et rell.* — [14]) Id. AA. *mss. Vat. Cas. Pl.* 1. *Bg.*; Impp. Hon. et Theo. AA. *ms. Pist.* — [15]) urb. Constant. *om. mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; scriptum *ms. Bg.*, *duo mss. Cont.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; ne *eodem sensu*, *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*, *Theod. C.*; in *ins. edd. rell.* — [19]) nostrorum *Theod. C.* — [20]) IV. *Theod. C.* — [21]) Laurentio *ms. Pl.* 1.; Floro *ms. Bg.* — [22]) volent *Nov. Theod.*; voluerint *ed. Schf.* — [23]) ea quae *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et postea rell. contra mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Nov. Theod.* — [24]) conscripta *Nov. Theod.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Cont.* 62., *Nov. Theod.*; consignatum *edd. Nbg. Schf. Hal. et rell.* — [26]) inclusam *ed. Schf.*, *aliquae edd. Nov. Theod.* — [27]) involutamve *Nov. Theod.* — [28]) ibique *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [29]) signantibus *Nov. Theod* — [30]) tali *Hal.*, *probabiliter vitio typor.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62., *Nov. Theod.*; tempore *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [32]) tempore *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. vetera Cont.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *Nov. Theod.*; extraneo *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*

testes omnes, videlicet simul nec diversis temporibus, subscribere signareque [1]) testamentum. Finem autem testamenti subscriptiones et signacula testium esse decernimus. Non subscriptum namque [2]) a testibus ac [3]) signatum testamentum pro imperfecto [4]) haberi convenit. §. 3. Ex imperfecto autem testamento voluntatem tenere [5]) defuncti, nisi inter solos liberos a parentibus utriusque sexus [6]) habeatur, non volumus. Si vero [7]) in huiusmodi voluntate liberis alia sit extranea mixta persona, certum est, eam voluntatem [8]), quantum ad illam duntaxat permixtam personam, pro nullo haberi, sed liberis accrescere.

Authent. de testamentis imperfectis. §. Nos igitur omnia. (Nov. 107. c. 1.) — *Quod sine subscriptione ita procedit, si parens, literas edoctus, manu propria, non signis, sed literarum consequentia declaret et tempus, et liberorum nomina, item et unciarum numerum seu signa rerum specialium; in quo et aliis legari, et fideicommitti, et libertas relinqui potest.*

Authent. de testamentis imperfectis. §. Et si quidem. (Nov. 107. c. 2.) — *Hoc inter liberos testamentum ita infirmatur, si parens septem testibus adhibitis declaret, se nolle tale testamentum valere, et aliam disponat voluntatem vel in testamento perfecto, vel in non scripta perfecta voluntate.*

§. 4. Per nuncupationem quoque, hoc est sine scriptura, testamenta non alias valere sancimus, nisi [9]) septem testes, ut supra dictum est, simul uno eodemque tempore collecti, testatoris voluntatem, ut [10]) testamentum sine scriptura facientis, audierint. §. 5. Si quis autem, testamento iure perfecto, postea ad aliud venerit testamentum, non alias, quod ante factum est, infirmari decernimus, quam si [11]) id, quod secundo [12]) facere testator instituit, iure fuerit consummatum, nisi forte, in priore testamento scriptis his, qui ab intestato ad testatoris hereditatem vel successionem venire non poterant, in secunda voluntate testator eos scribere instituit, qui ab intestato ad eius hereditatem vocantur. Eo enim casu, licet imperfecta videatur scriptura posterior, infirmato priore testamento, secundam eius voluntatem, non quasi testamentum, sed quasi voluntatem [13]) intestati valere sancimus. In qua voluntate quinque testium iuratorum depositiones sufficient [14]); quo non facto, valebit primum testamentum, licet in eo scripti videantur extranei. §. 6. Illud etiam huic legi prospeximus [15]) inserendum, ut etiam graece omnibus liceat testari. Dat. prid. [16]) Id. Septemb. Constantinop. [17]) Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [439.]

22. Imp. Zeno A. Sebastiano P. P. — Dictantibus testamenta vel aliam quamlibet ultimam voluntatem legatum, vel fideicommissum, vel quodcunque aliud quolibet legitimo titulo testatorem posse relinquere, minime dubitandum est. Testibus etiam ad efficiendam voluntatem adhibitis pro suo libitu, quod voluerit, testator relinquere non prohibetur. Dat. Kal. Mai. Constantinop. Basilio iuniore V. C. Cons. [480.]

23. [a]) Imp. Iustinus A. Archelao P. P. — Consulta divalia, quibus considerate prospectum est, ne voluntates ultimae deficientium, in hac regia urbe confectae, apud alium aperiri possint, quam [18]) virum clarissimum pro tempore census magistrum, monumentis intervenientibus pro iuris ordine, neve in hereditate, cuius summa centum aureorum pretium non excedit, mercedis quidquam aut sumtuum censum administrantes aut censualis apparitio super intimandis iisdem elogiis audeant assequi, firma nunc quoque ducimus [19]), ac [20]) repetita promulgatione non solum iudices quorumlibet tribunalium [21]), verum etiam defensores ecclesiarum, quos turpissimum intimationis genus irrepserat, praemonendos censemus, ne rem attingant, quae nemini prorsus omnium secundum constitutionum praecepta, quam census magistro, competit. Absurdum est namque, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, et alii creditum alius subtrahat, ac praecipue clericis, quibus opprobrium est, si peritos se velint disceptationum esse forensium; poena etiam temeratoribus praesentis sanctionis feriendis quinquaginta librarum auri. Nec enim concedendum est, ut suprema vota deficientium eversionis [22]) quidquam ex incongrua insinuatione contrahant, dum res ab incongruis usurpatur [23]) audacter. Dat. XIII. Kal. Decemb. Constantinop. Iustino A. II. et Opilione Conss. [524.]

24. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Ambiguitates, quae vel imperitia vel desidia testamenta conscribentium oriuntur, resecandas esse censemus, et sive institutio heredum post legatorum dationes [24]) scripta sit, vel alia praetermissa sit observatio, non ex mente testatoris, sed vitio tabellionis vel alterius, qui testamentum scribit, nulli licentiam concedimus per eam occasionem testatoris voluntatem subvertere vel minuere. Dat. Kal. Ianuar. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

25.

---

[a]) *gemina const. est l.* 41. *C. de episcop. I.* 3.

[1]) signareve *Nov. Theod.*; subsignareque *ed. Schf.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *meliora mss. Cont.*, *edd. Schf. Hal. Bk.*, *Nov. Theod.*; autem *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *meliora mss. Cont.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Nov. Theod.*; non *ins. ms. Bg.*, *edd. Schf. Russ. et rell.*, *Hal. in not.* — [4]) *ms. Pl.* 1., *Nov. Theod.*, *Cuiac. in Recitatt. in Cod. h. t.*; infecto *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. omnes*; *sed cfr. verba sqq. et Bas.*, *in quibus est* ἡ — διαθήκη ἀτελής ἐστιν. — [5]) teneri *ms. Gt.*, *ed. Schf.*, *Nov. Theod.* — [6]) a parent. utr. sexus *absunt a Nov. Theod.* — [7]) Si vero — accrescere *om. Nov. Theod.*, *cfr. not. e. supra.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *l.* 26. *C. III.* 36.; defuncti *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Nov. Theod.*; quam si *edd.* — [10]) ut *om. ms. Bg.*; et *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; aut *Nov. Theod.* — [11]) si *om. mss. Bg. Gt.*, *Nov. Theod.* — [12]) secundum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *idem, inserto post* facere *ubo* testamentum, *edd. Nbg. Hal.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Nov. Theod.*; ultimam *add. edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed* ὡς βούλησιν ἀδιαθέτου *Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *Nov. Theod.*; sufficiant *ed. Schf.*; sufficiunt *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) perspicimus *Nov. Theod.* — [16]) *Nov. Theod.*; prid. *om. Hal. et rell.* — [17]) *Nov. Theod.*, *locus abest ab Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Cont.* 62.; apud *ins. edd. Nbg. Schf. Hal. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; duximus *mss. Pl.* 2. *Gt.*; dicimus *Hal. et rell.* — [20]) hac *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [21]) protribunalium *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; *cfr. et not.* 2. *ad l.* 41. *C. I.* 3. — [22]) repraehensionis *ed. Nbg.*, *Hal. in textu, sed mut. in not.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal Russ. Cont.* 62.; usurpantur *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [24]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Bk.*; dationem *ms. Pl.* 1.; donationes *edd. Nbg. Russ. et rell.*

25. [a]) Idem A. Mennae P. P. — Praeposteri reprehensionem, quam novella constitutio divi Leonis [1]) in dotalibus instrumentis sustulisse noscitur, in aliis quoque omnibus tam contractibus, quam testamentis tollimus, ut, tali exceptione cessante, et stipulatio, et alii [2]) contractus, et testatoris voluntas indubitate valeant [3]), exactione videlicet post conditionem vel diem competente. S. Dat. VII. Id. Decembr. Dn. Instiniano A. PP. II. Cons. [528.]

26. [b]) Idem A. Mennae P. P. — In testamentis sine scriptis faciendis omnem formalem observationem penitus amputamus, ut, postquam septem testes convenerint [4]), satis sit, voluntatem testatoris vel testatricis simul omnibus manifestari, significantis, ad quos substantiam suam pervenire vellet [5]), vel [6]) quibus legata dare [7]), vel fideicommissa, vel libertates disponere [8]), etiamsi non ante huiusmodi dispositionem praedixerit testator vel testatrix illa formalia verba, ideo eosdem testes convenisse, quod sine scriptis suam voluntatem vel testamentum componere censuit. S. Dat. IV. Id. Decemb. Constantinop. Dn. Instiniano A. PP. II. Cons. [528.]

27. [c]) Idem A. Iuliano P. P. — Sancimus, si quis legitimo modo condidit testamentum, et post eius confectionem decennium profluxit [9]), si quidem nulla innovatio vel contraria voluntas testatoris apparuit [10]), hoc esse firmum. Quod enim non mutatur, quare [11]) stare prohibetur [12])? quemadmodum enim, qui testamentum fecit et nihil voluit contrarium, intestatus efficitur? Sin autem in medio tempore contraria [13]) voluntas ostenditur, si quidem perfectissima est secundi testamenti confectio, ipso iure prius tollitur testamentum. Sin autem testator tantummodo dixerit, non voluisse prius stare testamentum, vel aliis verbis utendo contrariam aperuit [14]) voluntatem, et hoc vel per testes idoneos, non minus tribus, vel inter acta manifestaverit, et decennium fiat [15]) emensum, tunc irritum esse [16]) testamentum tam ex contraria voluntate, quam ex cursu temporali. Aliter etenim testamenta mortuorum per decennii transcursionem evanescere nullo patimur modo, prioribus constitutionibus [17]), quae super huiusmodi testamentis vacuandis [18]) latae fuerant, penitus antiquandis. Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

28. [d]) Idem A. Iuliano P. P. — Quum antiquitas testamenta fieri voluit [19]) nullo actu interveniente, et huiusmodi verborum compositio non rite interpretata paene in perniciem et testantium et testamentorum procederet [20]), sancimus, in tempore, quo testamentum conditur, vel codicillus nascitur, vel ultima quaedam dispositio secundum pristinam observationem celebratur, — nihil enim ex ea penitus immutandum esse censemus — ea quidem, quae minime necessaria sunt, nullo procedere modo, quippe causa subtilissima proposita, ea, quae superflua sunt, minime debent intercedere. Si quid autem necessarium evenerit, et in [21]) ipsum corpus laborantis respiciens contigerit, id est vel victus necessarii vel potionis oblatio, vel medicaminis datio vel impositio, quibus relictis ipsa sanitas testatoris periclitetur, vel si quis necessarius naturae usus ad depositionem superflui ponderis immineat vel testatori vel testibus, non esse ex hac causa testamentum subvertendum, licet morbus comitialis, quod et factum esse comperimus, uni ex testibus contigerit, sed eo, quod urget et imminet, repleto vel deposito, iterum solita [22]) per testamenti factionem adimpleri. Et si quidem a testatore aliquid fiat testibus paulisper separatis, quum coram his facere aliquid naturale testator erubescat, iterum introductis testibus, consequentia [23]) factionis testamenti procedere. Si tamen in quendam vel quosdam testium aliquid tale contingat, si quidem ex brevi temporis intervallo necessitas potest transire, iterum eorundem testium reversum exspectari, et solemnia peragi [24]). Sin autem longiore spatio refectio fortuiti casus indigeat, et maxime si salus testatoris periclitantis immineat, tunc illo vel illis testibus, circa quos aliquid tale eveniet, separatis, alios surrogari, et ab eo vel ab eis tam testatorem, quam alios testes sciscitari, si ea, quae eorum praesentiam antecedunt, omnia coram his processissent. Et si hoc fuerit undique manifestum, [25]) tunc eos vel eum una cum aliis testibus ea, quae oportet, facere, etsi in medio subscriptiones testium iam fuerant subsecutae. Sic enim et naturae medemur, et mortuorum elogia in suo statu facimus permanere

§. 1. Quum autem constitutione [26]), quae de testamentis ordinandis processit, cavetur, quatenus septem testium praesentia in testamentis requiratur, et subscriptio a testatore fiat vel ab alio [27]) pro eo, et constitutio sic edixit: octavo subscriptore adhibito, et quidam testamentum suum omne manu propria conscripsit, et post eius literas testes adhibiti suas subscriptiones supposuerunt, aliaque omnia solemniter in testamento peracta sunt, et testamentum ex hoc, de quo dubitabatur, irritum [28]) factum est [29]), eandem constitutionem corrigentes sancimus, si quis sua manu totum testamentum vel codicillum [30]) conscripserit, et hoc specialiter in scriptura reposuerit, quod haec sua manu

---

[a]) *fortasse iungenda l.* 11. *C. de contrah. stipul. VIII.* 38. — [b]) *Bas. XXXV.* 2. 26. (*T. IV. p.* 746.) — [c]) *Bas. XXXV.* 2. 27. — [d]) *Bas. XXXV.* 2. 28.

[1]) divi Leonis *om. ms. Bg., omnia mss. Russ., pleraque et vetustiora Cont., codd. Aured. et Dionys. ap. Char. Iam Russ. de additamento ex* §. 14. *Inst. III.* 19. *cogitavit.* — [2]) alius *edd. Nbg. Hal.* — [3]) valeat *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [4]) conveniunt *edd. Nbg. Hal.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; velit *edd. Schf. Hal. et rell.* — [6]) ut *mss. Pl.* 1. 2. — [7]) dare *om. ms. Bg.*; dari *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.* — [8]) disponeret *ms. Gt., Cont. in marg.*; *quod probo, et omittendum censeo* dare. — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; profluxerit *edd.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; apparuerit *edd.* — [11]) cur *edd. Nbg. Hal.* — [12]) prohibeatur *et mox* efficiatur *Hal. Bk.* — [13]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; testatoris *ins. ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; aperuerit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., Cont.* 62.; fuerit *edd. rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; est *edd. Schf. Russ. et rell.* — [17]) *l.* 6. *Th. C. IV.* 4. — [18]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; evacuandis *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; voluerit *Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia mss. Cont., edd. Nbg. Schf.*; processerit *Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; in *om. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [22]) solitam *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [23]) consequentiam *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., ed. Schf.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont.* 62.; sancimus *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; iubemus *ins. edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [26]) *l.* 21. *supra h. t.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Cont.* 62.; aliquo *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [28]) *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; ex hoc, de quo dubitatur, irritum *mss. Bg. Pl.* 2.; ex hoc dubitabatur, an irritum *Hal. et rell.*; *sed contra omnia Russ., quae habent* de quo *et om.* an. — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; esset *Hal. et rell.* — [30]) codicillos *ms. Bg.*

manu confecit, sufficiat ei totius testamenti scriptura, et non alia subscriptio requiratur neque ab eo, neque pro eo ab alio, sed sequantur huiusmodi scripturam et literae testium et omnis, quae exspectatur, observatio, et sit [1]) testamentum validum, et codicillus, si quinque testium literae testatoris scripturae coadunentur, in sua firmitate remaneat [2]), et nemo callidus machinator huiusmodi iniquitatis in posterum inveniatur. Dat. VI. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

29. Idem A. Iuliano [3]) P. P. — Iubemus, omnimodo [4]) testatorem, si vires habeat ad scribendum [5]), nomen heredis vel heredum in sua subscriptione vel in quacunque parte testamenti ponere, ut sit manifestum, secundum illius voluntatem hereditatem esse transmissam. Sin autem forsitan ex morbi acerbitate vel literarum imperitia hoc facere minime potuerit, testibus testamenti praesentibus nomen vel nomina heredis vel heredum ab eo nuncupari, ut omnimodo sciant testes, si non ipse subscribere potest [6]) qui [7]) sint scripti heredes, et ita certo heredis nomine successio procedat. Si enim talis est testator, qui neque scribere neque articulate loqui potest, mortuo similis est, et falsitas in elogiis committitur, quam, ut exul fiat a republica nostra, maxime in testamentorum confectione, cupientes, hanc edictalem legem in orbem [8]) terrarum ponimus. Quod si non fuerit observatum, et nomen heredis vel heredum non fuerit manu testatoris scriptum vel voce coram testibus nuncupatum, hoc testamentum stare minime patimur, vel in totum, si tota heredum nomina fuerint praetermissa, vel in eius heredis institutionem, cuius nomen neque lingua neque manus testatoris significavit. Sed ne aliqua forsitan oblivio testium animis incumbat [9]), pluribus interdum nominibus heredum expressis, ipsi testes in suis subscriptionibus, quum testator haec non scripserit [10]), sed nuncupaverit, eorum nomina subscribere non differant ad aeternam rei memoriam. Sin vero ipse testator in qualicunque parte testamenti nomina heredum (sicut dictum est) scripserit, supervacuum est, [11]) testes in sua subscriptione haec exprimere, quum forsitan nescire eos [12]) testator suos heredes voluit [13]), et semel causa ex ipsius testatoris scriptura appareat. [a]) Oportet enim omnimodo vel ex literis testatoris, vel ex voce quidem testatoris, literis autem testium, qui ad elogium conficiendum fuerint convocati, nomina manifestari heredum. Quemadmodum enim in elogio, quod sine scriptura conficitur, necesse est, testatorem voce exprimere nomen vel nomina heredum, ita oportet [14]) et in testamentis per scripturam conficiendis, quum ipse testator manu sua scribere heredes vel noluerit vel minime potuerit, voce tamen eius eos manifestari. Quae in posterum tantummodo observari censemus, ut, quae testamenta post hanc novellam nostri numinis [15]) legem conficiuntur [16]), haec cum tali observatione procedant, — quid enim antiquitas peccavit, quae praesentis legis inscia pristinam secuta est observationem? — scituris et tabellionibus et his, qui conficienda testamenta procurant, quod, si aliter facere ausi fuerint, poenam falsitatis non evitabunt, quasi dolose in tam necessaria causa versati. Dat. Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

Authent. ut sponsalitia largitas. §. Quia vero. (Nov. 119. c. 9.) — *Et* [17]) *non observato eo, subvenitur testamentis, sive per se, sive per alium quis inscribat nomen heredis.*

30. Idem A. Ioanni P. P. — Nostram provisionem, maxime circa ultima elogia defunctorum, nunc etiam extendi [18]) properamus. Unde, quum invenimus [19]), quasdam controversias veteribus iuris interpretatoribus exortas propter testamentum, quod legitimo modo conditum [20]), septemque testium signa habens, postea fortuito casu vel per ipsius testatoris operam lino toto vel plurima eius parte incisa, in ambiguitatem incidit, solitum ei praebemus remedium, sancientes, si quidem testator linum vel signacula inciderit vel abstulerit [21]), utpote eius voluntate mutata, testamentum non valere; sin autem ex alia quacunque causa hoc contigerit, durante testamento scriptos [22]) ad hereditatem vocari, maxime quum nostra constitutio [23]), quam super [24]) tuitione testamentorum promulgavimus, testatorem disposuit [25]) vel sua manu nomen heredis scribere, vel, si imperitia literarum vel adversa valetudine seu alio modo hoc facere non potest [26]), testes ipsos, audito nomine heredis, sub praesentia ipsius testatoris nomen heredis suis subscriptionibus declarare. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

31. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Et ab antiquis legibus, et a diversis retro principibus semper rusticitati consultum est, et in multis legum subtilitatibus stricta observatio eis [27]) remissa est [28]), quod ex ipsis rerum invenimus documentis. Quum enim testamentorum ordinatio sub certa definitione legum instituta [29]) est [30]), homines rustici [32]) et quibus non est

---

[a]) *hic ins. Cont.* 62. *Authent., quam cum rell. post hanc const. collocamus.* — [b]) *Bas. XXXV.* 2. 31.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sic *Russ. et postea rell.*; *utrumque, tam* sit *quam* sic, *abest ab Hal.* — [2]) *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Nbg. Hal.*; permaneat *ms. Pl.* 2.; remaneant *ms. Bg., edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., Hal. in textu*; Ioanni *Hal. in not., Russ. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont.* 62.; omnino *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) subscribendum *mss. Pl.* 2. *Gt., ed. Schf.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., omnia mss. Cont., nec non omnia Russ., nisi quod pro* si *invenit* et si; si non ipse subscr. pot. *absunt ab Hal. et rell. Causa omissionis profecto falsae esse videtur ed. Nbg., quam fundamento fuisse Haloandrinae certissima signa probant; in ed. Nbg. enim a suo loco aberrarunt illa verba et post vv.* Si enim talis est testator *inseruntur, a quo falso loco reiecta sunt ab Hal., sed iusto non reddita.* — [7]) quod *Russ. in marg.* — [8]) orbe *mss. Bg. Gt.* — [9]) obcumbat *ms. Pl.* 1. — [10]) subscripserit *ed. Schf., omnia* (*?*) *mss. Russ.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; postea *ins. edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; forsitan nec eos scire *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; voluerit *Russ. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; oportet *in fine hui. posit. post* manifestari *collocant Russ. et rell.* — [15]) nominis *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [16]) efficiuntur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [17]) *Sed ms. Pl.* 1. — [18]) ostendi *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Hal. in not.* — [19]) invenerimus *Cont.* 66. *et postea rell.* — [20]) est *add. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [21]) vel abstulerit *om. mss. Bg. Gt., Hal.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; heredes *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [23]) *l.* 29. *h. t.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; pro *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Nbg. Hal.*; disposuerit *Russ. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Nbg. Hal.*; possit *Russ. et rell.* — [27]) ei *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; est *om. Russ. et rell.* — [29]) statuta *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [31]) rusticani *Hal. ex sua, ut mihi videtur, coniect.*

est literarum peritia, quomodo possunt tantam legum [1]) subtilitatem custodire in ultimis suis voluntatibus? Ideo [2]) ad Dei humanitatem respicientes, necessarium duximus per hanc legem eorum simplicitati subvenire. Sancimus itaque, in omnibus quidem civitatibus et in castris orbis Romani, ubi et leges nostrae manifestae sunt, et literarum viget scientia, omnia, quae in [3]) libris nostrorum Digestorum, seu Institutionum, et imperialibus sanctionibus, nostrisque dispositionibus in condendis testamentis cauta sunt, observari, nullamque ex praesente lege fieri innovationem. In illis vero locis, in quibus raro inveniuntur homines literati, per praesentem legem rusticanis concedimus, antiquam eorum consuetudinem legis vicem obtinere, ita tamen, ut, ubi scientes literas inventi fuerint, septem testes, quos ad testimonium vocari [4]) necesse est, adhibeantur, et [5]) unusquisque pro sua persona subscribat; ubi autem non inveniuntur literati, septem testes etiam sine scriptura testimonium adhibentes admitti. Sin autem in illo loco minime inventi fuerint septem testes, usque ad quinque modis omnibus testes adhiberi [6]) iubemus; minus autem nullo modo concedimus. Si vero unus aut duo vel plures scierint literas [7]), liceat eis pro ignorantibus literas, praesentibus tamen, subscriptionem suam imponere [8]), sic tamen, ut ipsi testes cognoscant testatoris voluntatem, et maxime quem vel quos heredes sibi relinquere voluerit, et hoc post mortem testatoris iurati deponant. Quod igitur quisque rusticorum, sicut praedictum est, pro suis rebus disposuerit, hoc omnimodo, legum subtilitate remissa, firmum validumque consistat. Dat. III. Non. Iul. [9]) Constantinop. Dn. Instiniano A. IV. et Paulino V. C. Conss. [534.] [a]).

Tit. XXIV.

DE HEREDIBUS INSTITUENDIS, ET QUAE PERSONAE HEREDES INSTITUI NON POSSUNT.

1. Imp. [10]) Titus Aelius [11]) Antoninus A. [12]) Anthestiano. — Qui deportantur, si heredes scribantur, tanquam peregrini capere non possunt, sed hereditas in ea causa est, in qua esset, si scripti non fuissent. — Sine die et consule.

2. Imp. Antoninus A. Caelitio [13]). — Pater tuus, si ex residua parte heres institutus est, quam alter heres scriptus capere non posset [14]), isque ad nullam partem hereditatis propter [15]) conditionem suam admitti potuit, ex asse heres exstitit; nam residui commemoratio etiam totum admittit. PP. XV. Kal. Iul. Romae, duobus [16]) Aspris Conss. [212.]

3. Imp. Alexander A. Vitali, militi. — Quum proponas, Alexandrum equitem testamento primo loco Iulianum, ut libertum suum, heredem instituisse, eique substituisse his verbis: quodsi ex aliqua causa primus [17]) hereditatem meam adire noluerit vel non potuerit, tunc in locum eius [18]) secundum heredem substituo Vitalem, post mortem autem testatoris [19]) Iulianum servum communem fuisse defuncti militis et Zoili, fratris eius, apparuerit, an tu ex substitutione admittaris [20]), voluntatis est quaestio. Nam si credens eum proprium et suum libertum heredem instituit, nec per eum ad alium quemquam hereditatem pertinere voluit, exstitit conditio substitutionis, tibique hereditas delata est. Quodsi verba substitutionis subscriptae ad ius retulit, ut, si nec per semet ipsum alium fecisset heredem (potuit enim, quamvis iubente domino, nolle adire), ita demum substitutus vocaretur, si tamen paruit domino et adiit [21]), substitutioni locus non est. PP. VI. Kal. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. Imp. Gordianus A. Ulpio. — Si pater tuus eum quasi filium suum heredem instituit, quem falsa opinione ductus suum esse credebat, non instituturus, si alienum nosset, isque postea subditicius [22] esse ostensus est, auferendam ei successionem, divi [23]) Severi et Antonini placitis continetur. PP. prid. Non. Octob. Pio et Pontiano Conss. [238.]

5. Idem A. Cassiano. — Non ideo minus uxor tua iure heres videtur instituta, quod non uxor sed affinis testamento nominata est. PP. V. Kal. Octob. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

6. Impp. Philippus A. et Philippus C. Antonio [24]). — Si compensandi debiti gratia uxor maritum fecit heredem, desiderio tuo, praeter portionem hereditatis debitum quoque restitui postulantis, non

---

[a]) *In fine hui. tit. signum deficientis graec. const. habent mss. Vatic. Bg., eandemque lacunam ante leg.* 1. *tit. prox. adnotant Russ. ex uno cod., Cont.* 66. 76. *ex quibusd. vet. libr., Char. ex codd. Aured. et Dionys. Ant. August. in Coll. const. graec. duas excidisse graec. constt. Iustiniani censuit, quarum brevia argumenta, post l.* 23. *h. t. inserenda, in* §. 4. *l. de legat. II.* 20. *et* §. 11. *l. de testam. II.* 10. *reperisse sibi visus est; minus tamen recte. Etenim usque ad l.* 29. *h. t. nostram constitutionum in hoc tit. seriem defendunt Byzantini iuris libri, et notae const. graec. in mssis eae sunt, ut, si quid ex hoc tit. excidit, in fine eius excidisse censendum sit. Profecto autem non posset in Inst. mentio fieri eius const., quae demum post absolutum hoc opus prodierit.* — [b]) *Dig. XXVIII.* 5.

[1]) legis *ms. Bg., Hal., Cont.* 62. — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; Ideoque *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) ex *mss. Pl.* 1. *Bg.*; etiam *ed. Nbg.*; et *Hal.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., Cont.* 62.; convocari *edd. rell.* — [5]) ut *edd. Nbg. Sp.* — [6]) exhiberi *ms. Gt.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; sciant literas *omnia mss. Russ., Cont.* 62.; fuerint literati *edd. Schf. Russ. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; interponere *edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) non. kal. iul. *ms. Pist., a quo absunt sqq.* — [10]) Impp. *ms. Pl.* 1., *similiter ed. Nbg.* — [11]) M. Aelius *et* T. Aurelius *Hal. in not.; sed lectio text. confirmatur omnibus mss. Russardi, ut et Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. Idem nomen, quod habet inscr. leg.* 1. *C. III.* 31. *in mssis, iusto tamen magis mutatum in edd., non Antoninum Pium, ut aiunt Russ. Cont. in marg., sed M. Aurel. Anton. Philos. denotat.* — [12]) A. *om. mss. Bg. Vat.*; AA. *mss. Cas. Pl.* 1. — [13]) Celio, Caecilio *al.* — [14]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; possit *ms. Pl.* 2.; poterat *Hal. Russ. Cont.* 66 *et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; per *Hal. et rell.* — [16]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Cont.* 62., *omnia mss Russ.*; heres *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [18]) eius *om. mss. Pl.* 2. *Bg., Hal. Cont.* 62. — [19]) *alios addere si Cont.* 66. 76. *in marg. probat.* — [20]) admitteris *mss. Pl.* 2. *Bg.*; admittereris *ed. Schf., cum qua facere videtur ms. Pl.* 1. — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; paruerit — adierit *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., optima mss. Cont., tria Russ.*; subditus *ms. Pl.* 2., *edd.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2., *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; divorum *Russ. et rell.* — [24]) Antonino *mss. nonn.*

non tantum iuris severitas, verum etiam defunctae voluntas refragatur. PP. XII. Kal. Mart. Praesente et Albino Conss. [246.]

7. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Zizoni [1]). — Nec apud peregrinos fratrem sibi quisquam per adoptionem facere poterat. Quum igitur, quod patrem tuum voluisse facere dicis, irritum sit, portionem [2]) hereditatis, quam is, adversus quem supplicas, velut adoptatus frater heres institutus tenet, restitui tibi praeses provinciae curae habebit. PP. III. Non. Decemb. Diocletiano II. et Aristobulo Conss. [285.]

8. Iidem AA. Hadriano. — Collegium, si nullo speciali privilegio subnixum sit, hereditatem capere non posse, dubium non est. PP. X. Kal. Iun. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

9. Iidem AA. et CC. Iuliae. — Extraneum etiam quum moreretur [3]), heredem scribi [4]) placuit. PP. XVI. Kal. Novemb. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

10. [b]) Iidem AA. et CC. Asclepiadae. — Neque per se heredes institutos, quibus hoc concessum non est, neque per servos proprios hereditatem posse quaerere, iuris dictat ratio. S. XVI. Kal. Septemb. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

11. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio P. P. — Extraneum etiam penitus ignotum heredem quis instituere potest. Dat. X. [5]) Kal. Mart. Constantinop. Felice et Tauro Conss. [428.]

12. [d]) Imp. Leo A. Erythrio P. P. — Hereditatis, vel legati, seu fideicommissi, aut donationis titulo [6]) domus, aut annonae civiles, aut quaelibet aedificia, vel mancipia ad ius inclytae urbis vel alterius cuiuslibet civitatis pervenire possunt. Dat. V. Kal. Mart. Marciano et Zenone Conss. [469.]

13. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Quoties certi quidem ex certa re scripti sunt heredes, vel certis rebus pro sua institutione contenti esse iussi sunt, quos [7]) legatariorum loco haberi certum est, alii vero ex certa parte vel sine parte, qui pro veterum legum tenore ad certam nuciarum institutionem referuntur, eos tantummodo omnibus hereditariis actionibus uti vel conveniri decernimus, qui ex certa parte vel sine parte scripti fuerint, nec aliquam deminutionem earundem actionum occasione heredum ex certa re scriptorum fieri. Dat. VIII. Id. April. Constantinop. Decio V. C. Cons. [529.]

14. Idem A. Ioanni P. P. — Quum in libris Ulpiani, quos ad Massurium Sabinum scripsit, talis species relata est [8]), hanc apertius expedire nobis visum est. Quidam testamentum faciens ita instituit: Sempronius Plotii heres esto. Veteres quidem existimabant, errorem nominis esse, et sic institutionem valere, quasi testator Plotius nominaretur, et Sempronium sibi [9]) scripsisset heredem. Sed huiusmodi sententiam crassiorem [10]) esse existimamus; neque enim sic homo supinus, immo magis stultus inveniitur, ut suum nomen ignoret. Sed si quidem ipse testator Plotio cuidam heres exstitit, manifestum est [11]), sibi Sempronium heredem instituisse, ut per mediam ipsius [12]) personam Plotii heres efficiatur; et hoc argumentamur ex antiqua regula, quae voluit heredem heredis testatoris esse heredem. Sin autem nihil tale factum est, supervacuam et inanem huiusmodi institutionem esse, nisi prius herede Plotio sibi instituto sic adiecit: Sempronius Plotii heres esto. Tunc etenim existimandum est, eum dixisse, si non Plotius heres sibi fuerit, tunc Sempronium in locum [13]) partemve Plotii ex substitutione vocari, ut ita [14]) ex consequentia verborum Plotius quidem institutus, Sempronius autem substitutus inveniatur. Sin autem neque ipse testator Plotio heres exstitit, neque Plotium heredem antea scripsit et sic Sempronium Plotio heredem esse voluit, nullius esse momenti talem institutionem, quum non est verisimile, in suum nomen quemquam errasse. Dat. III. Kal. August. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

Tit. XXV.

[e]) DE INSTITUTIONIBUS VEL [15]) SUBSTITUTIONIBUS SEU [16]) RESTITUTIONIBUS SUB CONDITIONE FACTIS.

1. Impp. Severus et Antoninus AA. Alexandro. — Quum avum maternum ea conditione filiam tuam heredem instituisse proponas, si Anthylli [17]) filio nupsisset, non prius eam heredem existere, quam conditioni paruerit, aut filio Anthylli recusante matrimonium impeditum fuerit, manifestum est. PP. Kal. Octob. Annulino [18]) et Frontone Conss. [199.]

2. [f]) Imp. Antoninus A. Cassiae [19]). — Conditioni, sub qua testamento matris tuae heres instituta es, si non paruisti, locum habet substitutio. Nec enim videri potest sub specie turpium nuptiarum vidnitatem tibi indixisse [20]), quum te filio sororis suae, consobrino tuo, probabili consilio matrimonio iungere voluerit. Nec extraordinario auxilio indiges, quum ex his, quae libello [21]) complexa es, declaretur, non per eum stetisse, quo minus supremae voluntati matris tuae testatricis satisfieret. PP. VIII. Id. Mart. Romae,

---

[a]) *Bas. XXXV.* 9. 78. (*T. IV. p.* 795.) — *Sch. a. b.* — [b]) *Bas. XXXV.* 9. 78. — [c]) *hausta ex l.* 9. *Th. C. de legit. hered. V.* 1.; *cum quibus aliis consit. sit iungenda, docet not.* 4. *ad l.* 1. *C. unde vir et uxor VI.* 18. — [d]) *geminata in l.* 3. *C. de vend. reb. cir. XI.* 31. *cfr. not. a. ad l.* 17. *C. de collat. VI.* 20. — [e]) *Dig. XXVIII.* 7. — [f]) *Bas. XXXV.* 12. 2. (*T. IV. p.* 804.)

[1]) Zazoni, Tizoni *mss. nonn.* — [2]) portiones *et post* quas *mss. Bg. Gt.* — [3]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *omnes libri antiqui teste Cuiac. in Recitatt. in Cod. h. t.*, *pleraque mss. teste Cont.* 62. *in marg.*, *edd. Nbg. Cont.* 62.; cum morietur *mss. Pl.* 2. *Gt.*; cum emorietur *Hal. Bk.*; cum is morietur *Cont.* 66. 76. *in marg. ex aliis libris*; cum quis moreretur *edd. Schf. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Nbg.*; sibi *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [5]) *Theod. C.*; XI. *Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl* 1 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. vetera Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; titulis *Russ. et rell.* — [7]) quo *Russ. in marg. ex duobus libris.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [9]) sibi *om. ed. Nbg.*, *Hal. in textu*; suum *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [10]) grossiorem *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; grassiorem *ms. Bg.* — [11]) manifestissimum esse *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *in ms. Pl.* 1. *autem* esse *recenter adiectum.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; testatoris *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62., *Hal. in not.*; totum *Hal. in textu*, *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; ita ut *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *Hal.*; et *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [16]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*; et *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [17]) Antilli *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*, *et sic porro.* — [18]) II. *ins. Bk. cum fastis.* — [19]) Cassianae *mss. nonn.* — [20]) induxisse *Russ. Cont. in marg.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; cum ex his quae in lib. *ed. Schf.*; cum e. h. q. precibus *ms. Bg.*; cum ex iis precibus quas libello *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* quae *in omn. suis mss. esse testatur Russ. in marg.*

Romae, Antonino A. IV. et Balbino [1]) Conss. [213.]

3. Idem A. Maxentio et aliis. — Si mater vos sub conditione emancipationis heredes instituit, et priusquam voluntati defunctae pareretur, sententiam [2]) pater meruit vel aliter defunctus est, morte eius vel alio modo patria potestate liberati ius adeundae hereditatis cum sua causa quaesistis. S. prid. Kal. Mai. Sabino [3]) et Annlino Conss. [216.]

4. Imp. Alexander A. Aemiliano [4]). — Si pater filium, quem in potestate habebat, sub conditione, quae in ipsius potestate non erat, heredem scripsit, nec in defectum eius exheredavit, iure testatus non videtur. Quum autem trans mare et longe te agentem sub hac conditione heredem scriptum esse dicas, si in patriam, quae in provincia Mauritaniae erat, regressus fuisses, nec exheredatum te alleges, si in eum locum non redisses, manifestum est, multis casibus non voluntariis sed fortuitis evenire potuisse, ut eam implere non posses; et ideo adire hereditatem non prohiberis. PP. VI. Kal. April. Iuliano II. et Crispino Conss. [225.]

5. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Maximae [5]). — Reprehendenda tu magis es, quam mater tua. Illa enim, si heredem te sibi esse vellet, id quod est inutile, matrimonium te dirimere cum viro, non iuberet. Tu porro voluntatem eius divortio comprobasti; oportuerat autem, etsi conditio huiusmodi admitteretur, praeferre [6]) lucro concordiam maritalem. Enimvero quum boni mores haec observari vetent, sine ullo damno coniunctionem retinere potuisti. Redi igitur ad maritum, sciens hereditatem matris, etiamsi redieris, retenturam, quippe quam retineres, licet prorsus ab eo non recessisses. PP. XII. Kal. Decemb. Valeriano IV. et Gallieno III. AA. Conss. [257.] [a])

6. Imp. Iustinianus A. [7]) ad Senatum. — Generaliter sancimus, si quis ita verba sua composuerit, ut edicat, si filius vel filia intestatus vel intestata, vel etiam [8]) sine liberis, aut sine nuptiis [9]) decesserit, et ipse vel ipsa liberos sustulerit, sive nuptias contraxerit [10]), sive testamentum fecerit, firmiter res possideri, et non esse locum substitutioni [11]) vel restitutioni; si enim nihil ex his fuerit subsecutum, tunc valere conditionem, et res secundum verba testamenti restitui, ut incertus successionis morientis exitus videatur certo substitutionis vel restitutionis fine concludi. Cui enim ferendus est intellectus, si forsitan testamentum quidem non fecerit, posteritatem autem habuerit, propter huiusmodi verborum angustias liberos eius omni paene fructu paterno defraudari? Viam itaque impiam obstruentes, ut ne quis [12]) alius deviaverit [13]), huiusmodi facimus sanctionem, et hanc legem in perpetuum valituram inducimus, tam patribus quam liberis gratam; quo exemplo etiam aliis personis, licet extraneae sint, de quibus huiusmodi aliquid scriptum fuerit, medemur. §. 1. Quum autem invenimus excelsi ingenii Papinianum in huiusmodi casu, in quo pater filio suo [14]) substituit, nulla liberorum ex his [15]) procreandorum adiectione habita, ex [16]) optimo intellectu disposuisse, evanescere substitutionem, si is, qui substitutione praegravatus est, pater efficiatur et liberos sustulerit, [17]) intelligentem, non esse verisimile, patrem, si de nepotibus cogitaverit, talem fecisse substitutionem; humanitatis intuitu hoc et latius et pinguius interpretandum esse credidimus. Et si [18]) quis naturales habuerit filios [19]), et partem eis reliquerit vel dederit usque ad modum, quem nos statuimus, et substitutioni eos subiugaverit, nulla liberorum eorum mentione facta, et hic intelligi evanescere substitutionem, liberis eam excludentibus, et intellectu optimo his, qui ad substitutionem vocantur, obsistente, et non concedente ad eos eam partem venire, sed ad filios vel filias, nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes morientis transmittente, et non aliter substitutione locum accipiente, nisi ipsi liberi sine iusta sobole decesserint: ut, quod inter iustos liberos sancitum est, hoc et [illegible] naturales filios extendatur. Quae omnia et in legatis et fideicommissis specialibus locum habere sancimus. Dat. XI. Kal. August. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

7. Idem A. Ioanni P. P. — Si quis heredem scripserit sub tali conditione: si ille consul factus fuerit, vel praetor, vel ita filiam suam instituerit heredem: si nupta fuerit [20]), vivo autem testatore vel ille consul processerit, vel praetor fuerit factus, vel filia eius nupta fuerit, et [21]) adhuc vivo testatore consulatum quidem vel praeturam ille deposuerit [22]), filia autem eius [23]) diverterit, omni veterum dubitatione explosa, sancimus, quandocunque impleta

---

[a]) *Hal. inter l. 5 et 6. graecam const. Iustiniani desiderari notat, quam notam eodem loco repetierunt Russ. et rell. praeter Sp.; et profecto lacunae indicium est, quod codd. legi 6. constanter Idem A. inscribunt atque ita ad praecedentem Iustiniani const. ablegant, quae iam non adest. Explendae lacunae solus periculum fecit Cuiac. in Recitatt. in Cod. h. t. (Opp. post. T. V. p. 735. ed. Neapol.), qui post leg. 6. graeca excidisse et ex l. 53 §. 2. C. de episcop. I. 3. restituenda esse censuit. Quae sententia num mera nitatur coniectura, ipse Cuiac. silet, equidem tam propter hanc causam, quam quia subscr. leg. 53. cit. pugnat et cum eo loco, quo secundum Hal. graeca const. excidit, et cum eo, ubi secundum Cuiac. lacuna quaerenda est, in commemoranda Cuiacii opinione subsistere debui.*

[1]) II. *ins. Bk. cum fastis.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; deportationis *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*, *sed apparet adiectum esse ex glossa ad h. l., in qua est:* sententiam *scil. deportationis.* — [3]) II. *ins. Bk. cum fastis.* — [4]) Emilio *mss. pleraque.* — [5]) *veteres quidam libri Cont., Bk.*; Maximo pp *ms. Bg.*; Maximiano *ms. Cas.*; Maximo *ms. Pl. 1., Hal. et rell.* — [6]) praeferri *Russ. in marg., quod sensui magis convenire videtur, nisi emendare malis* oportueras. — [7]) *nomen Imp. exscribunt edd. Nbg. Bk., et recte quidem, quum ad inscriptionem deperditae ante hanc leg. Iustiniani constitutionis lectores iam remitti nequeant*; Idem A. (AA.) *mss. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., Hal. et rell.*; *cfr. not. a.* — [8]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; etiam *om. edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [9]) *mss. Pl. 1. 2. Bg.*; vel sine nuptiis *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; aut sine testamento vel sine nuptiis, *ms. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *et rell., verum contra veteres libros Cont. et plures melioresque Russ.* — [10]) sive nuptias contraxerit *om. Hal.* — [11]) *mss. Pl. 2. Bg. Gt.*; eorum *ins. ms. Pl. 1., edd.* — [12]) et *ins. mss. Pl. 1. Gt., Hal.* — [13]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; deviet *Russ. et rell.* — [14]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnes veteres libri Russ., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; filiis suis *edd. Schf. Russ. et rell.*; *cfr. et l.* 30. *C. VI.* 42. — [15]) ex huiusmodi *ed. Schf.* — [16]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; ex *om. edd. Schf. Russ. et rell.* — [17]) et *ins. mss. Pl. 1. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [18]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt.*; ut si *edd. Nbg. Schf.*; ut et si *ms. Pl. 2., Hal. et rell.*; *sed* ut *abest ab omnibus mss. Russ. et a quibusdam Cont.* — [19]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.*; nat. habuit fil. *ms. Pl. 2.*; nat. fil. habeat *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) erit *mss. Pl. 2. Bg. Gt., Hal.* — [21]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; vel *edd. Nbg. Hal. et rell., male.* — [22]) illi deposuerint *mss. Pl. 2. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [23]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ. edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; a marito *ins. edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. *et rell.*

pleta fuerit conditio, sive vivo eo, sive mortis tempore, sive post mortem, conditionem videri esse completam. Quod et in legatis et fideicommissis et in [1]) libertatibus obtinendum esse censemus, ne, dum nimia utimur circa huiusmodi sensus subtilitate, indicia testantium defraudentur. Dat. IX. Kal. August. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

8. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Si testamentum ita scriptum inveniatur: ille heres esto secundum conditiones infra scriptas, si quidem nihil est adiectum, neque aliqua conditio in testamento posita est, supervacuam esse conditionum pollicitationem sancimus, et testamentum puram habere institutionem. Et argumento utimur, quod Papinianus respondit, vicos reipublicae relictos, qui proprios fines habebant, non ideo ex fideicommisso minus deberi, quod testator fines eorum et certaminis [2]) formam, quam [3]) celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum promisit, ac postea morte praeventus non fecit. Sin autem conditiones quasdam in quavis parte testamenti posuit, tunc videri ab initio conditionalem esse institutionem, et sic omnia compleri, tanquam si testator ipsas institutiones eisdem conditionibus copulasset, quae infra scriptae [4]) sunt. Dat. VI. Kal. August. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

9. Idem A. Ioanni P. P. — Quum quidam, praegnantem habens coniugem, scripsit heredem ipsam quidem suam uxorem ex parte, ventrem vero ex alia parte, et adiecit, si non postumus natus fuerit, alium sibi heredem esse, postumus autem natus impubes decessit, dubitabatur, quid iuris sit, tam Ulpiano quam Papiniano viris disertissimis voluntatis esse quaestionem scribentibus, quum opinabatur Papinianus ideo [5]) testatorem voluisse postumo nato et impubere defuncto matrem magis ad eius venire successionem, quam substitutum. Si enim et [6]) suae substantiae partem uxori dereliquit, multo magis et luctuosam hereditatem ad matrem venire [7]) curavit. Nos itaque in hac specie Papiniani dubitationem resecantes, substitutionem quidem in huiusmodi casu, ubi postumus natus adhuc impubes viva matre decesserit, respuendam esse censemus. Tunc autem tantummodo [8]) substitutionem admittimus, quum postumus minime editus fuerit, vel post eius partum mater prior decesserit. Dat. III. Kal. August. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [9]) [531.]

Tit. XXVI.

[b]) DE IMPUBERUM ET ALIIS [10]) SUBSTITUTIONIBUS.

1. [c]) Imp. Titus [11]) Aelius Antoninus A. Secundo. — Quum heredes ex disparibus partibus instituti et invicem substituti sunt, nec in substitutione facta est ullarum partium mentio, verum est, non alias partes testatorem substitutioni tacite inseruisse, quam quae manifeste in [12]) institutione expressae sunt. Dat. . . . . Claro II. et Severo Conss. [146.]

2. Impp. Severus et Antoninus AA. Frontiniae [13]). — Hereditatem quidem [14]) intestati filii delatam tibi dubitari non oportet. Substitutio enim testamento patris facta ad pubertatis tempora porrigi non potest, quia, ipso et aliis non eiusdem conditionis heredibus institutis et invicem substitutis, propter eorum personam, quibus in unum casum duntaxat substitui potest, etiam in filio idem debere servari, et ratio suadet, et divus Marcus pater constituit. PP. VI. Kal. August. Chilone [15]) et Libone Conss. [204.]

3. Imp. Alexander A. Achilleae [16]). — Heres instituta matris testamento, si successionem ex testamento omisisti, et ab intestato bonorum possessionis ius habere voluisti, substituto locum quam feceris, in dubium non venit. Proinde si substitutus hereditatem amplexus est, actionibus, quae [17]) adversus matrem competebant, ipsum convenire, non successionem ab intestato potes vindicare. PP. XI. Kal Septemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. Idem A. Firmiano [18]). — Quamvis placuerit, substitutionem impuberi, qui in potestate testatoris fuerit, a parente factam ita: si heres non erit, porrigi ad eum casum, quo, posteaquam heres exstitit, impubes decessit, si modo non contrariam defuncti voluntatem exstitisse probetur; quum tamen proponas ita substitutionem factam esse: si mihi Firmianus filius et Aelia uxor mea (quod abominor) heredes non erunt [19]), in locum eorum Publius Firmianus heres esto, manifestum est, in eum casum factam substitutionem, quo utrique heredum substitui potuit. PP. IV. Kal Iul. Fusco II. et Dextro Conss. [225.]

5. Impp. Diocletianus et Maximianus AA Hadrianae [20]). — Post aditam hereditatem directae substitutiones non impuberibus filiis factae exspirare solent. PP. X. Kal. Iun. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

6. [d]) Idem AA. et CC. Quintiano. — Testamento iure facto multis institutis heredibus et invicem substitutis, adeuntibus suam portionem etiam invitis coheredum repudiantium accrescit portio. — Sine die et consule.

7. Idem AA. et CC. Feliciano. — Si testamento [21]) facto intra pupillarem aetatem et in sua potestate constitutae filiae, si intra pubertatem decesserit, directis verbis pater substituit, heredem te factum ex testamento post eventum conditionis intestati succes-

---

[a]) *Papiniani fragm., quod haec const. refert, est in l. 77. §. 33. D. de legatis II.* — [b]) *Dig. XXVIII. 6.* — [c]) *§. 2. I. de vulg. subst. II. 15.; Bas. XXXV. 13. 1. (T. IV. p. 804.)* — [d]) *Bas. XXXV. 13. 6.*

[1]) in *om. Russ. et postea rell.* — [2]) certam in *his var. l. gl.* — [3]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Hal., l. 77. §. 33. D. de legat. II.;* quod *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Gt., edd. Nbg. Hal.;* scripta *ms. Bg.;* conscriptae *edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.;* eundem *Russ. et rell.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.;* et *om. Russ. et rell.* — [7]) venire *om. ed. Nbg., Hal. in textu.* — [8]) omnino *edd. Nbg. Hal.* — [9]) Lampadio et Oreste *ms. Pist., in quo rel. subscr. firmatur.* — [10]) aliorum *ms. Bg.* — [11]) *mss. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., vetera mss. Russ. et Cont., Hal. in textu, Bk.;* Ticius *ed. Nbg.;* Marcus (M.) *Hal. in not., Russ. et rell., refragante subscr. et §. 2. Inst. II. 15.* — [12]) in *om. mss. Pl. 1. Bg., Hal.* — [13]) Fronimae, Forminae, Frommae, Fronianae *mss. mea.* — [14]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Hal.;* defuncti *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [15]) II. *ins. Bk.* — [16]) *mss. Vat. Pl. 1. Bg.;* Achillae *edd.* — [17]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Cont. 62.;* tibi *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [18]) Firmino *mss. mea.* — [19]) heres non erit *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.* — [20]) Hadriano *mss.* — [21]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.;* iure *ins. Russ. et rell.; cfr. initium const. anteced.*

successionem exclusisse, constitit [1]). S. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

8. Idem AA. et CC. Patronae [2]). — Precibus tuis manifestius exprimere debueras, maritus quondam tuus miles defunctus, quem testamento facto heredem communem filium vestrum instituisse proponis, et secundos heredes [3]) scripsisse, utrumne in primum casum, an [4]) filio suo, quem habuit in potestate mortis tempore, si intra decimum quartum suae aetatis annum aut [5]) postea decesserit, substituerit [6]). Nam non est incerti iuris, quod, si quidem in patris militis positus potestate primo tantum casu habuit substitutum, et patri heres exstitit, eo defuncto ad te omnimodo eius pertineat successio. Si vero substitutio et [7]) in secundum casum vel expressa, vel compendio [8]) non usque ad certam aetatem facta reperiatur, si quidem intra [9]) pubertatem decesserit, eos habeat heredes, quos pater ei constituit, et adierint [10]) hereditatem; si vero post pubertatem, [11]) te eius successionem obtinente, veluti ex causa fideicommissi bona, quae, quum moreretur, patris eius fuerint, a te peti [12]) possunt. S. V. Id. April. AA. Conss. [293—304.]

9. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Humanitatis intuitu parentibus [13]) indulgemus, ut, si filium vel [14]) nepotem vel pronepotem cuiuscunque sexus habeant, nec alia proles descendentium eis sit, iste tamen filius vel filia, nepos vel neptis, pronepos vel proneptis mente captus vel mente capta perpetuo sit, vel si duo vel plures isti fuerint, nullus vero eorum saperet [15]), liceat iisdem parentibus, legitima portione ei vel eis relicta, quos voluerint, his substituere, ut occasione huiusmodi substitutionis, ad exemplum pupillaris, nulla querela contra testamentum eorum oriatur, ita tamen, ut, si postea resipuerit vel resipuerint, talis substitutio cesset, vel [16]) si filii [17]) aut alii descendentes ex huiusmodi mente capta persona sapientes sint, non liceat parenti, qui vel quae testatur, alios, quam ex eo descendentes, unum vel certos vel omnes, substituere. Sin vero etiam alii [18]) liberi testatori vel testatrici sint sapientes, ex his vero personis, quae mente captae sunt, nullus descendat, ad fratres eorum, unum vel certos vel omnes, eandem fieri substitutionem oportet. Dat. III. Id. Decemb. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

10. Idem A. Ioanni P. P. — Quum quidam, duobus impuberibus filiis suis heredibus institutis, adiecit, si uterque impubes decesserit, illum sibi heredem esse, et [19]) dubitabatur apud antiquos legum auctores, utrumne tunc voluerit substitutum admitti [20]), quum uterque filius eius in prima aetate decesserit, an alterutro decedente illico substitutum [21]) in eius partem succedere [22]), et [23]) placuit Sabino, substitutionem tunc locum habere, quum uterque decesserit (cogitasse enim patrem, primo [24]) decedente, fratrem suum in eius portionem succedere); nos eiusdem Sabini veriorem sententiam existimantes non aliter substitutionem admittendam esse censemus, nisi uterque eorum in prima aetate decesserit. Dat. VI. Kal. August. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

11. Idem A. Ioanni P. P. — Si quis, duobus heredibus institutis, filio suo impuberi eos una cum alio tertio substituerit, et verba testamenti ita composuerit: quisquis mihi heres erit, et Titius filio meo heres esto, secundum quod apud Ulpianum invenimus, mortuo impubere filio quaerebatur, quomodo ad substitutionem vocentur tres substituti: utrumne duo priores, qui et patri heredes fuerant scripti, in dimidiam vocantur [25]) et Titius [26]) in reliquam dimidiam? an tres substituti, unusquisque ex triente, ad substitutionem vocantur [27])? alia applicata dubitatione, si quis heredem ita scripserit: Titius una cum filiis suis et Sempronius heredes mihi sunto. Et in praesenti enim [28]) specie quaerebatur secundum Ulpianum voluntas testantis: utrumne Titium una cum filiis suis in dimidiam vocat [29]) et Sempronium in aliam dimidiam, an omnes in virilem portionem? Nobis autem in prima quidem specie videtur, tres substitutos, unumquemque in trientem vocari, in secunda autem specie, quum et natura pater et filius [30]) eadem esse persona paene intelliguntur [31]), dimidiam quidem partem Titio cum filiis suis, alteram autem partem Sempronio assignari. Dat. VI. Kal. August. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

TIT. XXVII.

---

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; constat *Russ. et rell.* — [2]) Petroniae, Patroniae *mss. pleraque.* — [3]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Cont.* 62.; secundum heredem *ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *mss. Cont.*, *ed. Schf.*; in secundo *ins. ed. Nbg.*; in secundum *ins. Russ. et postea rell.*; *Hal. nobiscum omitt.* in sec., *sed ins.* an *post* tempore *contra libros meos.* — [5]) an *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [6]) substituerit *om. mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; et *om. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [8]) compendiosa *edd. Schf. Russ.*, *quod reprehendit Cont. in marg.* — [9]) infra *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62. — [10]) adierunt *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Hal. Bk.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; tunc *ins. Hal. et rell.*, *probabiliter oriundum ex geminat. vocis* te, *in codd. enim* tunc *scribi solet* tc̄. — [12]) petere *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *var. l. gl.* — [13]) patribus *ms. Bg.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel *om. rell. edd.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sapiat *Hal. et rell.* — [16]) sed *Russ. et Cont. in marg.*, *quae lect. ex gl. ad h. l. oriunda videtur.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; filia *edd. Nbg. Hal. Russ. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; alii *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Cont.* 62.; et *om. edd. rell.* — [20]) tantummodo *add. edd. Schf. Hal.* — [21]) substitutus *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Cont.* 62. — [22]) succederet *ms. Pl.* 1.; succedat *ms. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; succedit *ms. Bg.* — [23]) et *om. ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; filio *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd Nbg. Schf.*; vocentur *Russ. Cont.* 66. *et postea rell.*; *vocem om. Hal. Cont.* 62. — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; tertius, *omisso* et, *Russ. et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; vocarentur *Hal.*; vocentur *Russ. et rell.* — [28]) enim *om. ms. Bg.*; etenim *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *quae edd. antea omitt.* Et. — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vocet *edd. rell.* — [30]) haec *ins. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; intelligantur *Russ. et rell.*

Tit. XXVII.

DE NECESSARIIS[1]) SERVIS HEREDIBUS INSTITUENDIS VEL SUBSTITUENDIS.

1.[a]) Imp. Antoninus A. Aufidio [2]). — Quum servi constituti sub appellatione libertorum heredes scripti essetis, ea scriptura benigna interpretatione perinde [3]) habenda est, ac si liberi et heredes instituti fuissetis. Quod in legato locum non habet. Accepta VII. Kal. Mart. Prisco et Apollinari Conss. [169.]

2.[b]) Imp. Pertinax A. Lucretio. — Is, qui solvendo non est, heredem necessarium etiam in fraudem creditorum relinquere potest. Sed si pignori datus fuisti, et in eadem causa permansisti, nec [4]) ab eo quidem debitore, qui solvendo non fuit, liber et heres necessarius exsistere potuisti. PP. XI. Kal. April. Falcone et Claro Conss. [193.]

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [5]) Felici. — Si tutor ancillam tuam contubernio suo coniunxit, ac post heredem [6]) instituit, neque dominium ex huiusmodi facto tibi auferri [7]) potuit, et ut eius aditione iussu tuo tibi per hanc successio quaeratur, iure concessam habes facultatem. S. XVI. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

4. Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Quum quidam suum pupillum heredem [8]) instituit, et servo directis verbis libertatem reliquit, et in secundo gradu, in quo pupillarem substitutionem faciebat, ipsum servum sine libertate pupillo suo substituit, quaesebatur inter prudentes, si ex huiusmodi substitutione heres necessarius pupillo exsistat [9]). Causa enim altercationis ex vetere regula orta est, qua [10]) omnibus placuerat, hunc servum necessarium heredem domino fieri, cui in eodem gradu et hereditas et libertas relinquebatur. In praesenti autem non in unum tam libertas quam substitutio congregata est, sed in alium et alium gradum. Nobis itaque eandem altercatione decidentibus mirabile visum est, si quis putet, ex huiusmodi scrupulositate impediri testatoris voluntatem, et [11]) maxime domini, et existimet, non fieri servum heredem necessarium, sed ei licentiam praestet, et libertatem consequi, et hereditatem respuere, et domini voluntati reclamare; qui si [12]) hoc differre [13]) tentaverit, etiam puniendus est. Sit itaque et vivo pupillo liber, quia testator hoc voluit, et mortuo pupillo necessarius heres, quia et hoc testator voluit. Dat. XV. Kal. Decemb. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

5.[c]) Idem A. Ioanni P. P. — Quidam, quum testamentum conderet, duobus heredibus scriptis, unum quidem ex parte instituit, servum autem suum, cuius et nomen addidit, ex reliqua parte sine libertate scripsit heredem, et postea eundem servum alii legavit, vel post institutionem heredis servum per legatum alii assignavit, et tunc heredem eum sine libertate instituit; et [14]) dubitabatur, si huiusmodi legatum vel institutio aliquas vires posset habere, et cui acquiratur legatum vel institutio. Dubitationis autem materia erat, quod adhuc servum suum constitutum heredem sine libertate scripserat, et tanta inter veteres exorta est contentio, ut vix possibile sit videri eandem decidere. Sed antiquitatem quidem haec altercantem relinquendum est [15]). Nobis autem [16]) alius modus huiusmodi [17]) decisionis inventus [18]) est, quia semper vestigia voluntatis sequimur testatorum. Quum igitur invenimus, a [19]) nostro iure hoc esse inductum, ut, si quis servum suum tutorem filiis suis reliquerit sine libertate, ex ipsa tutelae datione praesumatur, etiam libertatem ei favore pupillorum imposuisse, quare non hoc etiam in hereditate et humanius et favore libertatis inducimus, ut, si quis servum suum scripserit heredem sine libertate, omnimodo [20]) civis Romanus efficiatur? quo inducto neque acquisitio, neque tam effusus veterum atque inextricabilis tractatus locum habeat. Neque enim ferendum est supponere, quosdam esse ita supinos, ut eundem servum et heredem instituant sine libertate, et iterum [21]) alii per legatum eundem servum assignent. §. 1. Sed quum veteres et aliam proposuerunt ambiguitatem, dicentes, si quis servum suum in testamento quidem heredem ex parte sine libertate scripsisset [22]), in codicillis autem libertatem ei reliquisset, si possit institutio valere, et ille tam heres quam liber fieri, ne videatur per codicillos hereditas confirmari, in quibus hereditas dari secundum veterem regulam [23]) non potest; nos [24]) in tali dispositione, licet in codicillis fuerit scripta, et libertatem et hereditatem simul servis per nostram liberalitatem et benignam interpretationem indulgemus, ut gratulentur, quum non servi remaneant, sed et liberi et heredes efficiantur, quum tanta in eos nostri numinis benevolentia effusa est, ut, etsi libertas eis neque testa-

---

[a]) *turbata est series constitutt. In mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., in omnibus fere exemplarr. Cont. et nonnullis Russ., in edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac., in S. Perus. l.* 1. *h. t. collocata est post l.* 2. *Is qui; in ms. Cas. l.* 1. *locum habet post l.* 3. *Si tutor. Vitium fortasse latet in subscriptt., quae Haloandrum movisse videntur, ut a serie constitutt., quam pleraque mss. tuentur, recederet.* — [b]) *Bas. XXXV.* 13. 1. (*T. IV. p.* 804.) — *Sch. a.* (*T. IV. p.* 806.) — [c]) *Bas. XXXV.* 13. 39. (*T. IV. p.* 805.)

[1]) et *ins. mss. Cas. Vat. Bg. Gt., edd. Schf. Hal., nec non Summa Codicis Perusina, quam nunc primus edidit G. E. Heimbach* (*Anecdotor. Tom. II. p.* 1 — 144.) *et ego ab hoc inde tit. sum collaturus. Signum in not. erit S. Perus.* — [2]) Eusidio, Eufidio *mss. nonn.*; et aliis *add. Hal. et postea rell. contra mss. Vat. Cas. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., S. Perus., haud dubie propter pluralem num., quo in allocutione utitur Imp.* — [3]) proinde *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; ne *Russ. et rell.* — [5]) Id. A. *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; Id. A. et CC. *ms. Pl.* 1.; Id. AA. et CC. *mss. Cas. Vat.*; Idem a. et c. *S. Perus.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal. Cont.* 62.; eam *ins. edd. rell.* — [7]) auferre *ms. Pl.* 2. — [8]) pup. suum hered. *ms. Pl.* 2.; suum hered. pup. *ms. Pl.* 1. — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; existeret *Hal. et rell.* — [10]) quia *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [11]) et *om. Russ. Cont.* 66. *et postea rell.* — [12]) quod si *ms. Pl.* 2. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. vetera Cont., edd. Schf. Cont.* 62.; facere *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; et *om. edd. rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; relinquendum *Cont.* 62.; relinquendo *edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; relinquendam esse *Russ. in marg.*; antiquitati quid. haec altercatio relinquenda est *Cont. in marg.* — [16]) *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; a nobis autem *mss. Pl.* 1. *Bg.*; nobis, *om.* a *et* autem, *edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont.* 62.; huius *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [18]) inveniendus *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; a *om. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Cont.* 62.; omnino *rell. edd.* — [21]) item *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [22]) scripsisset *et post* reliquisset *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; scripserit — reliquerit *Hal. et rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; veteres regulas *Hal. et rell.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; itaque *edd. Nbg. Hal. et rell.*

testamento neque codicillis data est [1]), tamen hereditate servis relicta quasi iniunctam et [2]) libertatem esse videri [3]); §. 2. illo videlicet observando, ut, si legatum vel fideicommissum eis sine libertate relinquatur, maneant in servitute. Non tamen ita impii heredes exsistant, ut liberalitatem [4]) testatoris et [5]) serviles labores debita remuneratione defraudare conentur, et non derelictum, licet adhuc servis constitutis, donent. §. 3. Quae iuris nostri definitio etiam ad aliam speciem dubitatam benigne extendatur. Si quis etenim in [6]) principali testamento servum suum cuidam legaverit, in pupillari autem substitutione eundem servum filio suo sine libertate substituerit, quaerebatur, sive utilis esset talis substitutio, et per servum legatum substitutio post mortem pupilli legatario acquiratur, sive inutilis esset huiusmodi substitutio, quia sine libertate in servum proprium facta est. Melius itaque nobis videtur, legatario eum non statim acquiri sancire, sed exspectandum esse substitutionis eventum. Et siquidem pupillo mortuo locus fuerit substitutioni, et liber et heres efficiatur; sin autem substitutio minime locum habuerit, forsitan pupillo iam in pubertatem perveniente, tunc ad legatarii dominium transeat. Quemadmodum enim veteres, si cum libertate substitutio fuisset, hoc inducebant, quatenus in suspenso fiat libertas et statuliber [7]) intelligatur, ita et ex nostra interpretatione, et sine adiectione libertatis in substitutione, et liber et heres pupillo exsistat. Dat. II. Kal. Mai. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

6. Idem A. Ioanni P. P. — Decisione nostra, quam fecimus sancientes, eum, qui a domino suo sine libertate heres instituitur, videri libertatem accepisse, in propria firmitate durante, si quis servum suum pure quidem heredem instituit [8]), libertatem autem sub conditione ei donavit, siquidem conditio talis sit, quae in potestate servi posita est, ille autem eam neglexerit minimeque compleverit, et libertate eum et hereditate sua culpa defraudari. Sin autem casualis conditio est, et ex fortunae insidiis defecerit, tunc humanitatis intuitu libertatem quidem ei omnimodo competere, hereditatem autem, si quidem solvendo sit, ad alios venire, quos leges vocant [9]), si non aliquis fuisset substitutus. Sin autem solvendo non sit, ut necessarius heres constitutus [10]) simul et libertatem et hereditatem obtineat. Tunc enim secundum definitionem tam veteris quam nostrae decisionis et liber et heres exsistat necessarius. Dat. II. Kal. August. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

Tit. XXVIII.

a) DE LIBERIS PRAETERITIS VEL EXHEREDATIS.

1. Imp. Antoninus A. [11]) Favio [12]). — Quum post omnes heredum gradus exheredatio scribatur [13]), si adiiciat testator, ab omnibus se gradibus exheredare, non dubitatur iuri satisfactum [14]). Et ideo, etiamsi id non adiiciatur, appareat tamen, eum cum eo [15]) consilio scripsisse, ut ab omnibus exheredaret, recte factum testamentum videtur. Proinde quum paterfamilias, filiis institutis et invicem substitutis, filiam [16]) exheredaverit, intelligendus est exheredationem ab utroque gradu fecisse. Nam quum iidem heredes instituti sunt, nulla ratio reddi potest, quare videatur in posteriore tantum casu exheredare voluisse. PP. VI. Kal. Iul. [17]) Chilone [18]) et Libone Conss. [204.]

2. Imp. Alexander A. Heraclidae. — Si avus tuus, qui patrem tuum et novercam aequis portionibus heredes instituit, quum te quoque haberet in potestate, testamento nominatim non exheredavit, mortuo patre tuo vivo avo, sine impedimento legis Velleiae [19]) succedendo in patris tui locum, rupisti avi testamentum, et ad te hereditas eius tota pertinuit. PP. VI. Id. April. Fusco II. et Dextro Conss. [225.]

3. Imp. Iustinianus A. Iuliano [20]) P. P. — Si quis filium proprium ita exheredaverit: ille filius meus alienus meae substantiae fiat, talis filius ex huiusmodi verborum conceptione non praeteritus, sed exheredatus intelligatur [21]). Quum enim manifestissimus est sensus testatoris, verborum interpretatio nusquam [22]) tantum valeat, ut melior sensu exsistat. Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

4. Idem A. Ioanni P. P. — Maximum vitium antiquae subtilitatis praesente lege corrigimus, quae putavit, alia esse iura observanda in successione parentum, si ex testamento veniant, in masculis et [23]) in feminis, quum ab intestato simile ius utrique sexui servaverunt [24]); et aliis verbis exheredari filium debere sanxerunt [25]), aliis filiam; et inter nepotes exheredandos alia iura civilia, alia praetoris [26]) introduxerunt; et si praeteritus fuerat filius, vel ipso iure testamentum evertebat, vel contra tabulas bonorum posses-

---

a) *Dig. XXVIII. 2.*

[1]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [2]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., Hal.*; et *om. ms. Pl. 2., edd. rell.* — [3]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., mss. Russ. et Cont., edd. Nbg. Schf. Hal.*; possit *add. Russ. et rell., sed omissum esse per Graeci sermonis imitationem Cont. in marg. recte monet.* — [4]) liberalitate *mss. Bg. Gt., Hal.*; libertate *ed. Schf.* — [5]) et *om. mss. Bg. Gt., edd. Schf. Hal.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Schf. Cont. 62.*; in *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) et statim liber *Cont. in marg.*; nec statim liber *Russ. in marg.* — [8]) instituit *et post* donavit *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; instituerit — donaverit *Russ. et rell.* — [9]) vocabant *mss. Pl. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ.* — [10]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., Hal. Bk.*; institutus *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.* — [11]) Impp. Severus et Antoninus AA. *Bk., quod sane convenit subscriptioni, sed refutatur a codd. et S. Perus.* — [12]) *mss. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., S. Perus., ed. Nbg.*; Faviano *Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf., probante Cont. in marg.*; scribitur *Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., Hal.*; esse *add. ms. Pl. 2., edd. rell.* — [15]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf.*; eo, *om.* eum cum, *Hal.*; eum id eo *Russ. et rell., sed omnia mss. Russ. tuentur* cum *pro* id. — [16]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; filium *Russ. et rell.* — [17]) Iun. *Sp., probabiliter vitio typor., inque eo persistit Bk.* — [18]) II. *ms. Bk. cum fastis.* — [19]) Velleae *ms. Bg., Hal.* — [20]) *mss. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., S. Perus., ed. Nbg.*; Ioanni *Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; intelligitur *Russ. et rell.* — [22]) nunquam *Hal. Russ. Cont. 62. Bk., contra codd.* — [23]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; alia *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *seq.* in *abest a mss. Pl. 1. Bg.* — [24]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; servaverit *edd. Nbg. Hal. Bk.*; reservaverint *ed. Schf.*; servaverint *Russ. et rell.* — [25]) sanxerit *Hal. Bk. contra codd.* — [26]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.*; praetores *ms. Pl. 2., edd. Nbg. Hal.*; praetoria *Russ. et rell.*

possessionem in totum accipiebat; filia autem praeterita ius accrescendi ex iure vetere accipiebat, ut eodem momento et testamentum patris quodammodo ex parte iure accrescendi evertat [1]), et ipsa quasi scripta legatis supponeretur, ex praetore autem habebat contra tabulas bonorum possessionem in totum, constitutio autem magni Antonini eam in tantum coarctabat, in quantum ius accrescendi competebat. Qui enim tales differentias inducunt, quasi naturae accusatores exsistunt, cur non totos masculos generavit [2]), ut, unde generentur, non fiant [3]). Nam hoc corrigentes et [4]) maiorum nostrorum sequimur vestigia, qui eandem observationem colere manifestissimi sunt [5]). Scimus etenim, antea simili modo et filium et alios omnes [6]) inter ceteros exheredatos scribere esse concessum, quum etiam [7]) centumviri aliam differentiam introduxerunt. Et ex hac iniquitate vitium emersit, quale [8]) ex libris Ulpiani, quos ad edictum fecit praetoris, inventum a Triboniano, viro gloriosissimo [9]) nostro quaestore, ceterisque viris facundissimis compositoribus iuris enucleati, ad nostras aures relatum est. Nam quum ultimum adiutorium de inofficiosi querela positum est [10]), et nemo ex alio ortus praesidio ad hanc decurrere possit [11]), inventa fuerat filia praeterita minus habens, quam filia exheredata. Quum enim per contra tabulas bonorum possessionem vel ius accrescendi semissem substantiae filia praeterita accipiebat, et omnibus legata praestare compellebatur, scilicet usque ad dodrantem suae portionis, remanebat ei sescuncia [12]) tantummodo in sua successione. Quodsi fuisset exheredata, quarta pars omnimodo totius substantiae ei relinqui debebat, et quam iniuria dignam pater existimabat, amplius habebat ea, quam taciturnitate in institutione praeteriit; et si secundum nostrae constitutionis definitionem, quam de supplemento quadrantis posuimus [13]), repletio fuerat introducta, simili modo exheredatae in quartam [14]) repletio accedebat, et ita vitium permansit, ut nec ex nostra constitutione emendationem aliquam sentiret. §. 1. Sancimus itaque, quemadmodum in successionibus parentum, quae ab intestato deferuntur, aequa lance mares et feminae vocantur, ita et in scriptura testamentorum eas honorari, et similibus verbis exheredationes [15]) nominatim procedere, et contra tabulas bonorum [16]) possessionem talem habere, qualem filius [17]) suus vel emancipatus [18]), ut et ipsa, si fuerit praeterita, ad instar filii emancipati vel sui, vel testamentum ipso iure evertat, vel per contra tabulas bonorum possessionem stare hoc non patiatur. Et haec non solum in filiabus obtinere, sed etiam in nepotibus et neptibus [19]) et deinceps observari censemus, si tamen ex masculis progeniti sunt. §. 2. Sed quia et aliud vitium fuerat sub obtentu differentiae introductum, et alia iura exheredationis in postumis, alia in iam natis observabantur, quum necesse fuerat, postumam inter ceteros exheredatam etiam legato honorari, filiam autem iam progenitam et [20]) sine datione [21]), et hoc brevissimo incremento verborum ad plenissimam definitionem deduximus, sancientes, eadem iura obtinere et in postumis exheredandis, sive masculini sive feminini sexus sint, quae in filiis et filiabus iam statuimus, ut etiam ipsi vel ipsae nominatim exheredentur, id est postumi vel postumae facta mentione. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

Authent. ut quum de appellat. cognoscitur. §. Aliud quoque capitulum. (Nov. 115. c. 3.) — *Non licet parenti aliquem ex liberis exheredare vel praeterire, nisi is probetur ingratus, et* [22]) *ingratitudinis causas nominatim inserat testamento. Causae vero ingratitudinis nova constitutione expressae sunt quatuordecim* [23]).

Authent. ut quum de appellat. cognoscitur. §. Si tales igitur. (Nov. 115. c. 4. §. 9.) — *Ex causa exheredationis vel praeteritionis irritum est testamentum quantum ad institutiones; cetera namque firma permanent.*

Tit. XXIX.

[a]) DE POSTUMIS HEREDIBUS INSTITUENDIS VEL EXHEREDANDIS VEL PRAETERITIS [24]).

1. Imp. Antoninus A. Brutatio [25]). — Si post testamentum factum, quo postumorum suorum [26]) nullam mentionem testator fecit, filiam [27]) suscepit, intestato vita functus est, quum agnatione postumae [28]), cuius non meminit, testamentum ruptum sit. Ex rupto autem testamento nihil deberi neque peti posse, explorati iuris est. Dat. et [29]) PP. IV. Kal. [30]) Iul. Antonino A. IV. et Balbino [31]) Conss. [213.]

2.

---

[a]) *Dig. XXVIII. 2.*

[1]) *mss. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; evertebat *ms. Pl. 1. recente manu, ed. Nbg.*; everteret *Hal. et rell.* — [2]) generarit *Hal. Bk. contra codd.* — [3]) fiat *Russ. et Cont. in marg.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; et *om. edd. rell.* — [5]) *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; manifesti sunt *Cont.* 62.; manifestissimi visi sunt *ms. Pl. 1. ex recente correct.*; manifestissime visi sunt *Russ. Cont.* 66. *et rell.*; sed manifestissimi *in omn. libris Russ.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Cont.* 62.; et filium et filios et omnes *ed. Schf.*; filium et filiam omnes *Hal.*; et filium et filiam omnes *Russ.*; *sed contra omnes suos libros, in quib.* et alios omnes; filium et filiam et alios omnes *ed. Nbg.*; et filium et filiam et alios omnes *Cont.* 66. *et rell.* — [7]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; tametsi *Hal.*; tum etiam *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [8]) quare *ms. Pl. 1.* — [9]) clarissimo *ms. Pl. 1.* — [10]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf.*; esset *Hal. et rell.* — [11]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; posset *Hal. et rell.* — [12]) sexcuncia *ms. Pl. 1.*; sexcuntia *ms. Pl. 2., ed. Nbg.* — [13]) disposuimus *edd. Schf. Russ. et postea rell. contra mss.* — [14]) *mss. Bg. Gt., ed. Schf.*; in quarta *mss. Pl. 1. 2., Cont.* 62.; in quartam partem *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) exheredationis *ms. Pl. 2., ms. Bg. ante correct.* — [16]) bonorum *om. mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [17]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; vel *ins. edd. rell.* — [18]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Nbg., Hal. in textu*; haberet *add. Hal. in not., edd. Nbg. Russ. et rell.* — [19]) et neptibus *om. mss. Pl. 2. Bg.* — [20]) etiam *edd. Schf. Russ. et postea rell. contra mss.* — [21]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., probante Cont. in marg.*; donatione *Hal.*; datione legati *Russ. et rell.* — [22]) *vel ms. Pl. 1., edd. Schf. Hal. Russ.* — [23]) *quatuordecim om. Hal. Russ.*; *subti. de inoff. test. add. ms. Pl. 1., ed. Schf.* — [24]) vel praeteritis *om. mss. Vat. Pl. 1. 2. Gt.*; vel *om. S. Perus.* — [25]) Brittacio (Britacio) *mss. pleraque*; Uritiano *S. Perus.* — [26]) suorum *om. ms. Pl. 1.* — [27]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Hal.*; filium filiamve *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.* — [28]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Hal.*; postumi vel postumae *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.* — [29]) Dat. et *om. ms. Pist.* — [30]) VI. Id. *ms. Pist., quod mensem et conss. tuetur, sed habet* III. *loco* IV. — [31]) II. *ins. Bk. cum fastis.*

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Soterico. — Uxoris abortu testamentum mariti non solvi, postumo vero praeterito, quamvis natus illico decesserit, non restitui ruptum, iuris evidentissimi est. S. [1]) XII. Kal. Mart. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

3. [a]) Imp. Iustinianus A. Iuliano [2]) P. P. — Quod certatum est apud veteres, nos decidimus. Quum igitur is, qui in ventre portabatur, praeteritus fuerat, qui, si ad lucem fuisset redactus, suus heres patri exsisteret, si non alius eum antecederet, et nascendo ruptum testamentum faciebat [3]), si postumus in hunc quidem orbem devolutus est, voce autem non emissa ab hac luce subtractus est, dubitabatur, si is postumus ruptum facere testamentum potest [4]). Veteres [5]) animi turbati sunt, quid de paterno elogio statuendum sit. Quumque Sabiniani existimabant, si vivus natus est [6]), etsi vocem non emisit, rumpi testamentum, apparet, quod [7]), etsi mutus fuerat, hoc ipsum faciebat. Eorum etiam nos laudamus sententiam, et sancimus, si vivus perfecte natus est, licet illico, postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decessit, nihilominus testamentum rumpi [8]), hoc tantummodo requirendo, si vivus ad orbem totus processit, ad nullum declinans monstrum vel prodigium. Dat. XV. Kal. Decemb. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

4. Idem A. Iuliano [9]) P. P. — Quidam, quum testamentum faciebat, his verbis usus est: si filius vel filia intra decem mensium spatium post mortem meam editi fuerint, heredes sunto, vel ita dixit: filius vel filia, qui intra decem menses proximos mortis meae nascentur [10]), heredes sunto. Iurgium antiquis interpretatoribus legum exortum est, an videantur non contineri testamento, et hoc ruptum facere [11]). Nobis itaque eorum sententiam decidentibus, quum frequentissimas leges posuimus testatorum voluntates adiuvantes, ex neutra huiusmodi verborum compositione [12]) ruptum fieri testamentum videtur [13]), sed sive vivo testatore, sive post mortem eius intra decem menses a morte testatoris numerandos filius vel filia fuerint progeniti, maneat testatoris voluntas immutilata, ne poenam patiatur praeteritionis, qui suos filios [14]) non praeteriit. Dat. XII. Kal. Decemb. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. XXX.

[b]) DE IURE DELIBERANDI ET DE ADEUNDA VEL ACQUIRENDA HEREDITATE.

1. Imp. Antoninus A. Titiae. — Si a patre emancipata eo defuncto bonorum possessionem non agnovisti, frustra vereris, ne hereditati paternae sis obligata, quod servum eius nullo iure manumisisti, resque [15]) et mancipia quaedam propter funeris impensas distraxisti [16]). PP. Kal. Iul. Messala et Sabino Conss. [214.]

2. [c]) Imp. Alexander A. Florentino [17]), militi. — Quum debitum paternum te exsolvisse allegas [18]) pro portione hereditaria, agnovisse te hereditatem defuncti non ambigitur. PP. VI. Id. Februar. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

3. Imp. Gordianus A. Florentino [19]), militi. — Si fratris tui filius mortis tempore in patris sui fuit potestate, sive ex asse heres institutus est, etiam clausis tabulis heres potuit exsistere, sive ex parte, nihilominus statim suus ei heres exstitit, nec ea propter, quod intra paucos dies mortis patris sui concessit in fatum, tu ad eiusdem fratris tui potes accedere successionem. Quodsi, quum iuris sui esset, ante aditam hereditatem decessit, tuque fratri tuo legitimus heres exstitisti, seu intra tempora edicto praefinita bonorum possessionem agnovisti, quae [20]) facultatum sunt, vel quae ab alio iniuria detinentur, praesidis diligentia tibi restituentur. PP. XV. Kal. Septemb. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

4. [d]) Imp. Decius A. Athenaidi [21]). — Filiofamilias delata hereditate, si pater pro herede voluntate filii gessit, solemnitati iuris satisfactum videri, saepe rescriptum est. PP. X. Kal. Mart. Decio A. [22]) et Grato Conss. [250.]

5. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Paulo. — Potuit pupillus pro herede tutore auctore gerendo consequi successionem, sed ipsius actus et voluntas [23]) fuit necessaria. Nam si quid nesciente eo tutor egit, illi hereditatem non potuit acquirere PP. XVI. Kal. Iul. ipsis IV. et III. AA. [24]) Conss. [257.]

6. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Philippae [25]). — Si avia tua patrem tuum ex duabus unciis scripsit heredem, ex sola animi destinatione pater tuus heres fieri poterat. Igitur si testamento suo [26]) easdem uncias ad te pertinere [27]) decrevit, apud rectorem provinciae duarum unciarum ius persequi poteris. PP. XVI. Kal. August. Sirmii, ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

7. [e]) Idem AA. et CC. [28]) Eusebio [29]). — Quoniam sororem tuam prius defunctam esse proponis, quam cognosceret, an a fratre sibi aliquid hereditatis fuisset relictum, manifestum atque evidens est, ante-

---

[a]) *Bas. XXXV.* 8. 3. (*T. IV. p.* 783.) — *Sch. a.* (*T. IV. p.* 784.) — [b]) *Dig. XXVIII.* 8. *XXIX.* 2. — [c]) *Bas. XXXV.* 18. 2.; *jung. l.* 8. *C. III.* 28.— [d]) *Bas. XXXV.* 18. 4. (*T. IV. p.* 812.) — [e]) *l.* 2. *Herm. C. de succession. XI.* (*apud Haenel. l.* 4. *de pactis. IV.*) *ex Consultatione cap. VI.*

[1]) S. *et post* Caess. *om. ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. convenit.* — [2]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*, *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*; Ioanni *Hal. in not.*, *Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. vetera Cont.*, *edd. Nbg. Schf.*; faceret *Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; posset *edd. Schf. Hal. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Cuiac. in Recitatt. ad Cod. h. t. et Obss. XVIII.* 9.; veterum *edd. Nbg. Schf.*; et veterum *Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; esset *Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Cont.* 62.; apparent, quod *ed. Nbg.*; apparetque, quod *Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*; apparere, quod *Cont. in marg.* — [8]) corrumpi *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [9]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *vetera mss. Cont.*, *S. Perus.*, *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*; Ioanni *Hal. in not.*, *Russ. et rell.* — [10]) nascerentur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [11]) *Contio deesse videntur verba* hi qui vivo testatore nati sunt *vel similia, sane posset tale quid additum esse, verum non debet.* — [12]) positione *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Cont.* 62. — [13]) videatur *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [14]) filios *om. Hal.*, *probante Cont. in marg.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; res quoque *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) detraxisti *Russ.*, *ipso improbante in marg.* — [17]) Florentio *ms. Vat.*, *S. Perus.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; alleges *Russ. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [19]) Florentio *ms. Vat.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Cont.* 62.; hereditariarum *ins. edd. Nbg. Schf. Hal. et rell.* — [21]) Thenaidi, Anthenaidi *mss. nonn.* — [22]) II. *ins. Bk.* — [23]) actus voluntas *Russ. in marg.* — [24]) et *ins. Sp. Bk.* — [25]) Cassiae Philippae *ms. Bg.* — [26]) suo *om. ms. Pl.* 1., *Hal.* — [27]) pervenire *mss. Pl.* 1. 2., *Hal. Russ. Cont.* 62. — [28]) et CC. *om. ms. Pl.* 1., *Herm. C.* — [29]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Herm. C.*, *S. Perus.*; Eusebiae *ed. Nbg.*; Eusebino *Hal. et rell.*

antequam [1]) pro herede gereret vel bonorum possessionem admitteret [2]) defuncta [3]), successionem eam non potuisse ad heredes suos transmittere. PP. Kal. Mai. Trallis, AA. Conss. [4]) [293 — 304.]

8. Iidem AA. et CC. Claudio. — Licet in continenti sui heredes se paternis non miscuerint [5]) bonis, tamen ignorantes, delatam sibi esse hereditatem, longi temporis praescriptione, quominus hanc recte vindicent, excludi non possunt. S. XVII. [6]) Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

9. Iidem AA. et CC. Platoni. — Si curatoris quondam tui testamento iure facto vel ab intestato legitima delata est successio, hoc casu ei, qui non repudiavit hereditatem, eam licet [7]) adire. Rector igitur provinciae aditus, si hereditati necdum sunt obligati, eos, an heredes sint, interrogare debebit, ac si tempus ad deliberandum petierint, moderatum statuet. S. XVI. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

10. [a]) Iidem AA. et CC. Sabinae [8]). — Si te bonis paternis maior quinque et viginti annis miscuisti [9]), neque inopia patris te excusat, neque vis fratris, portionem tuam vel testamentum eripientis, arcere te [10]) de exactione creditorum, qui iure civili pro hereditaria portione te conveniunt, potest. S. XVI. Kal. Ianuar. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

11. Iidem AA. et CC. Philumenae [11]). — Renitente te, pater tuus, in cuius fuisti potestate, neque spem delatae tibi legitimae quaerendae successionis absumere [12]), neque hereditarios manumittendo servos his praestare libertatem potuit. S. VI. [13]) Id. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

12. Iidem AA. et CC. Antonio [14]). — Puberem agnoscentem bonorum possessionem, posteaquam ei fuit hereditas delata, pro herede gerere non ambigitur. S. III. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

13. Iidem AA. et CC. Sclepolidi [15]). — Suum heredem omissa bonorum possessione paternam successionem obtinere potuisse, certi iuris est. S. III. Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

14. Iidem AA. et CC. Flaviae. — Si sorori suae frater tuus civili vel honorario successit iure, licet res ex eius bonis descendentes non probetur tenuisse, heres tamen effectus contra possidentes experiri potest. S. XII. Kal. Ianuar. Nicomediae [16]), Caess. Conss. [294 — 305.]

15. [b]) Imp. Constantius [17]) A. ad Leontium, Comitem Orientis [18]). — Non est dubium, si prius quam filius iussu patris adierit hereditatem, propriae potestatis effectus sit, arbitrio suo eundem hanc sibi potuisse quaerere. Dat. VIII. Id. [19]) April. Limenio et Catulino Conss. [349.]

16. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Ennodio [20]). — Nec emere, nec donatum assequi, nec damnosam quisque [21]) hereditatem adire compelliur. Dat. VII. [22]) Kal. Ianuar. Olybrio et Probino Conss. [395.]

17. [d]) Iidem et Theodosius AAA. [23]) Anthemio P. P. — Cretionum scrupulosam solemnitatem hac lege penitus amputari decernimus. Dat. V. [24]) Kal. April. Constantinop. [25]) Honorio VII. et Theodosio II. [26]) AA. Conss. [407.]

18. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum. — Si infanti, id est minori septem annis, in potestate patris vel avi vel proavi constituto vel constitutae, hereditas sit derelicta vel ab intestato delata a matre vel linea, ex qua mater descendit, vel aliis quibuscunque personis, licebit parentibus eius, sub quorum potestate est, adire eius nomine hereditatem vel bonorum possessionem petere. §. 1. Sed si hoc parens neglexerit, et in memorata aetate infans decesserit, tunc parentem quidem superstitem omnia, ex quacunque successione ad eundem infantem devoluta, iure patrio quasi iam infanti quaesita capere. §. 2. Parente vero non subsistente, si quidem post eius obitum tutor infanti sit vel datus fuerit, posse eum [27]) etiam, adhuc infante pupillo constituto, eius nomine adire hereditatem, sive vivo parente sive post mortem eius ad eum devolutam, vel bonorum possessionem petere, et eo modo eidem infanti hereditatem quaerere. §. 3. Sin vero vel non sit tutor, vel, quum sit, ea facere neglexerit, tunc eodem infante in ea [28]) aetate defuncto, omnes hereditates ad eum devolutas et non aguitas ita intelligi, quasi ab initio non essent ad eum delatae, et eo modo ad illas personas perveniant, quae vocabantur, si minime hereditas infanti fuisset delata. Ea vero, quae de infante in potestate parentum constituto statuimus, locum habebunt, et si quacunque causa sui iuris idem infans inveniatur. §. 4. Sin [29]) autem septem annos aetatis pupillus excesserit, et priore parente mortuo in pupillari aetate fati munus impleverit, ea obtinere praecipimus, quae veteribus continentur

---

[a]) *Bas. XXXV.* 18. 10. — [b]) *hausta ex l.* 5. *Th. C. de matern. bon. VIII.* 18., *ex qua et venit l.* 3. *C. unde liberi VI.* 14. — [c]) *hausta ex l.* 149. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [d]) *desumta ex l.* 8. *Th. C. de matern. bon. VIII.* 18.; *fortasse iungenda l.* 10. *C. de cohortal. XII.* 58. — [e]) *hanc const. I. Gothofr. in Comment. ad l.* 3. (1.) *Th. C. de respons. prud. I.* 4. *partem facit maioris Valentinianeae orationis, cuius aliae partes in Iust. C. exstantes esse iubentur l.* 2. (*l*) *et* 3. *C. de legg. I.* 14., *l.* 7. *C. de prec. imp. offer. I.* 19., *l.* 5. *C. si contra ius I.* 22., *l.* 11. *C. de suis et legit. VI.* 55., *l.* 5. *C. ad Sct. Tertull. VI.* 56., *l.* 3. *C. de bonis matern. VI.* 60., *l.* 1. *C. de bonis quae lib. VI.* 61., *l.* 9. *C. de revoc. donat. VIII.* 56.

[1]) cerneret vel *ins. Herm. C.* — [2]) admiserit *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; peteret *Herm. C.* — [3]) *ms. Bg.*, *in quo serior manus mutavit in* defunctam, *Consult.*, *Herm. C. ed. Haenel.*; defuncto *Herm. C. ed. Schult.*; defunctam *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Hal.*; defuncti *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [4]) PP. X. Kal. Mart. iisdem AA. Coss. *Herm. C.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*; immiscuerint *edd. rell.* — [6]) VIIII., *om.* S., *ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. convenit.* — [7]) liceat *ms. Bg.*, *ed. Schf.* — [8]) Sabino, Sabiniano *mss. plura.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; immiscuisti *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [10]) *ms. Pl.* 1., *Russ. in marg.*, *Cont.* 62. *Bk.*; te *om. mss. et edd. rell.* — [11]) Philuminae, Philomenae, Filiimennae *mss. nonn.* — [12]) repudiando *add. mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [13]) Dat. VII. *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. cuetur*, *sed* conss. *non habet.* — [14]) Antonino *S. Perus.* — [15]) Archepolidi, Archipolidi, Archipilidi, Anchepalidi *mss. mea*, *quae certe evincunt*, *nomen in textu falsum esse.* — [16]) S. D. XVIIII. k. ian. nice, *om.* Caess. *ms. Pist.* — [17]) Constantinus *S. Perus. male.* — [18]) com. ordinarium *S. Perus. male.* — [19]) *Theod. C.*, *quem sequi non dubitavi*, *quum l.* 3. *C. VI.* 14. *a subscriptione eius non recedat*; XVII. Kal. April. *Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Bk.*; Hennodio *S. Perus.*; Ennoio *Theod. C.*; Annodio *Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; quisquam *edd. Schf. Russ. et rell.* — [22]) VI. *Hal. Russ. Cont. Char. Pac. contra ms. Pist. et Theod. C.* — [23]) Iidem AA. et Theod. A. *fortasse magis conveniret cum mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Impr. Theod. A. *S. Perus.*, *male*, *nam Arcadii est lex.* — [24]) XVI. *Theod. C.* — [25]) DD. NN. *ins. Theod. C.* — [26]) *Theod. C.*, *Bk.*; II. *om. Hal. et rell.* — [27]) eum *deesse*, *Russ. et Cont. in marg. notant.* — [28]) eadem *edd. Nbg. Hal.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* Si *edd. Nbg. Hal. et rell*

nentur legibus, nulla dubietate relicta, quin pupillus post impletos septem annos suae aetatis ipse adire hereditatem vel bonorum possessionem petere, consentiente parente, si sub eius potestate sit, vel cum tutoris auctoritate, si sui iuris sit, poterit [1]), vel si non habeat tutorem, adire praetorem et eius decreto hoc ius consequi. Dat. VII. [2]) Id. Novemb. Ravennae, Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss. [3]) [426.]

19. Imp. Iustinianus A. Demostheni [4]) P. P. — Quum [5]) antiquioribus legibus, et praecipue in quaestionibus Iulii Pauli invenimus, filiosfamilias paternam hereditatem deliberantes posse et in suam posteritatem hanc [6]) transmittere, et aliis [7]) quibusdam adiectis, quae in huiusmodi personis [8]) praecipua sunt; eam deliberationem et in omnes successores, sive cognatos sive extraneos, duximus esse protelandam. Ideoque sancimus: si quis vel ex testamento vel ab intestato vocatus deliberationem meruerit, vel [9]) hoc quidem non fecerit, non tamen successioni renuntiaverit, ut ex hac [10]) causa deliberare videatur, sed [11]) nec aliquid gesserit, quod aditionem vel pro herede gestionem inducit [12]), praedictum arbitrium in successionem suam transmittat, ita tamen, ut unius anni spatio [13]) eadem transmissio fuerit conclusa; et siquidem [14]) is, qui sciens, hereditatem sibi esse vel ab intestato vel ex testamento delatam, deliberatione minime petita, intra annale tempus [15]) decesserit, hoc [16]) ius ad suam [17]) successionem intra annale tempus extendat. Si enim ipse, postquam testamentum fuerit insinuatum, vel ab intestato [18]) vel aliter ei cognitum sit, heredem eum [19]) vocatum fuisse, annali tempore translapso nihil fecerit, ex quo vel adeundam vel renuntiandam hereditatem manifestaverit, is cum successione sua ab huiusmodi beneficio excludatur. Sin autem instante annali tempore decesserit, reliquum tempus pro adeunda hereditate suis successoribus sine aliqua dubietate relinquat, quo completo nec heredibus eius alius regressus in hereditatem habendam servabitur. Recitata Septimo [20]) in novo consistorio palatii Instiniani. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. [529.]

20. Idem A. Ioanni P. P. — Quidam elogio condito heredem scripsit in certas uncias, et post certa verba testamenti eundem in alias uncias vel tantas vel quantascunque, et tertio vel in [21]) aliam partem hereditatis vel in quendam unciarum modum, ille autem unam institutionem vel duas admittens, unam vel duas vel quantascunque respuendas esse censuit. Quaerebatur apud veteres, si hoc ei [22]) facere permittitur [23]). Similique modo dubitabatur, si impuberem quis filium suum heredem ex parte institutit, et quendam extraneum in aliam partem [24]), quem pupillariter substituit, et postquam testator decessit, pupillus quidem patri [25]) heres exstitit, extraneus autem hereditatem adiit, et postea adhuc in prima aetate pupillus constitutus ab hac luce subtractus est, et pupillaris substitutio locum sibi vindicavit; quumque substitutus eandem partem admittere noluit, quaesitum est, si potest iam heres ex principali testamento factus pupillarem substitutionem repudiare. Utramque igitur dubitationem simul decidendam esse censemus. Placuit etenim nobis, sive in institutionibus [26]), sive in pupillari substitutione, ut vel omnia admittantur, vel omnia repudientur, et necessitas imponatur heredi particulari facto vel aliam aut alias partes hereditatis admittere [27]), vel etiam substitutionem pupillarem. Dat. prid. Kal. Mai. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

21. Idem A. Ioanni P. P. — Quum aliquis scripsit heredem eum, qui de sua conditione ei, qui dominium eius vindicabat, in iudicio adversabatur, is autem, qui dominum sese [28]) dicebat, adire eum hereditatem imperabat, ut acquisitio hereditatis per eum celebretur [29]), indignatus est quasi domino ei parere. Dubitatio veteribus exorta est, si qua poena ei imponitur [30]) huiusmodi insolentiae. Veteres in multas retrahuntur [31]) sententias, sed nos eorum discordiam sic esse decidendam censemus, ut distinctio subtilis causae [32]) imponatur. Et [33]) si quidem ita scripta est institutio: illum servum illius heredem instituo, quia apertissimum est, intuitu domini institutionem esse conscriptam, necesse est [34]) omnimodo per competentem iudicem eum compelli adire quidem hereditatem et eam acquirere, nulli autem ex postfacto subiici gravamini, si liber pronuntietur, sed omne sive lucrum sive damnum ad eum redundare, qui in servitutem eum trahebat, et denegari ei et [35]) adversus eum omnes hereditarias actiones, nullo ei ex hoc praeiudicio generando. Sin autem quasi liber institutus est, nulla domini vel servi [36]) mentione in institutione [37]) habita, tunc nullo compelli modo eum adire hereditatem, nec denegari ei liberale iudicium, sed et hereditatem per suum ius decurrere, et liberale iudicium suam exspectare sententiam, sive agente eo sive

---

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; possit *Russ. et rell.* — [2]) *ms. Pist.*, *quod magis accedit ad rectam lect. Theod. C.*: VIII., *quam Hal. et rell.*, *qui scr.* VI. — [3]) Valent. — Conss. *om. ms. Pist.* — [4]) Ioanni *Cont. in marg. contra codd.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; in *ins. Cont. et rell.* — [6]) hanc *suspectum est, abest a ms. Pl.* 1., *in ms. Bg. est* hoc. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; etiam *ins. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [8]) personam *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; persona *ms. Pl.* 2. — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; si *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [10]) hac *om. ms. Pl.* 1. — [11]) si *ins. ed. Schf.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; inducat *Hal. et rell.* — [13]) spatiis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [14]) Et quidem, *omisso* si, *Russ. contra omnes suos libros et meos*; Et sic quidem *coni. Vangerow in ephemeridd. Archiv f. civilist. Prax. T. XXII.* p. 156.; Et si quidem, *ut tria sint verba, scribunt edd. praeter Hal.*, *omnes autem ante* Et *plene interpungunt.* — [15]) intra annale tempus *in uno veteri deesse, testatur Russ. in marg.* — [16]) omne, *omisso* hoc, *ms. Pl.* 2. — [17]) suam *om. ms. Bg.* — [18]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; vel ex testamento *ins. ms. Pl.* 2., *edd. omnes.* — [19]) eum *om. Hal.* — [20]) septimiliario *mavult Cont. in marg.*, *male*, *v. Cuiac. Obss. XX.* 3.; *in ms. Pl.* 1. *habetur subscr. ita* Recitata in novo septimo constitutoris palatii iustiniani. — [21]) in *et quod proxime sequitur* in *om. mss. Pl.* 1. *Gt.*; *secundum* in *deest in ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [22]) ei *om. mss. Pl.* 1. *Gt.* — [23]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; permittatur *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [24]) in alia parte *mss. Pl.* 1. 2. — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; eius *ins. edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.*, *male.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; institutione *Hal. et rell.* — [27]) *in ms. Pl.* 1. *ante correct. fuisse videtur* amittere. — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; se esse *Russ. et rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; celebraretur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Cont.* 62.; poena imponitur *edd. Schf. Hal. Russ.*; poena imponatur *Cont.* 66. *et rell.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; trahuntur *Russ. et rell.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal. Bk.*; eis *ins. ed. Schf.*; ei *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ut *Cont.* 66. *et rell.*, *qui ante h. v. non plene interpungunt.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [35]) ei et *om. ms. Pl.* 1.; et *abfuit a ms. Bg.*, *sed serius insertum.* — [36]) domini ad servum *ms. Pl.* 1. — [37]) in institut. *om. ms. Bg.*

sive pulsato, ut, si quidem servus pronuntietur, tunc domino suo hereditatem acquirat, sin autem liber, eam adipiscatur, si adire maluerit. Dat. II. Kal. Mai. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

22.[a]) Idem A. ad Senatum. — Scimus, iam dnas esse promulgatas a nostra clementia constitutiones, unam quidem de his, qui deliberandum pro hereditate sibi delata existimaverunt[1]), aliam autem de improvisis debitis et incerto exitu per diversas species eis imposito. Sed etiam[2]) veterem constitutionem[3]) non ignoramus, quam divus Gordianus ad Platonem scripsit de militibus, qui per ignorantiam hereditatem adierunt, quatenus pro his tantummodo rebus conveniantur, quas in hereditate defuncti invenerint, ipsorum autem bona a creditoribus hereditariis non inquietentur; cuius sensus ad unam praefatarum constitutionum a nobis redactus est. Arma etenim magis, quam iura scire milites sacratissimus legislator existimavit. Ex omnibus itaque istis unam legem colligere nobis apparuit esse humanum, et non solum milites adiuvare huiusmodi beneficio, sed etiam ad omnes hoc extendere, non tantum si improvisum emerserit debitum, sed etiam si onerosam quis inveniat esse, quam adierit[4]), hereditatem. Ita enim nec satis necessarium deliberationis erit auxilium, nisi hominibus formidolosis, qui et ea timent, quae nulla digna sunt suspicione. §. 1. Quum igitur hereditas ad quendam sive ex testamento, sive ab intestato fuerit[5]) delata, sive ex asse, sive ex parte, si quidem recta via adire maluerit hereditatem, et spe certissima hoc fecerit, vel sese immiscuerit, ut non postea eam repudiet, nullo indiget inventario, num omnibus creditoribus suppositus est[6]), utpote hereditate ei ex sua voluntate infixa. Similique modo, si non[7]) titubante animo respuendam vel abstinendam esse crediderit hereditatem, ei[8]) apertissime intra trium mensium spatium, ex quo ei cognitum fuerit, criptum se esse vel vocatum heredem,[9]) renuntiet, nullo nec inventario faciendo, nec alio circuitu exspectando, et[10]) sit alienus[11]) huiusmodi hereditate, sive onerosa sive lucrosa sit. §. 2. Sin autem dubius est, utrumne admittenda sit, nec ne, defuncti hereditas, non putet sibi esse necessariam deliberationem, sed adeat hereditatem vel sese immisceat, omni tamen modo inventarium ab ipso conficiatur, ut intra triginta dies, post apertas tabulas vel postquam nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam sibi ab intestato hereditatem cognoverit, numerandos, exordium capiat inventarium super his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat. Et hoc inventarium intra alios sexaginta dies modis omnibus impleatur sub praesentia tabulariorum ceterorumque, qui ad huiusmodi confectionem necessarii sunt. Subscriptionem tamen supponere heredem necesse est, significantem et quantitatem rerum, et quod nulla malignitate circa eas ab eo facta vel facienda res apud eum remanent[12]), vel si ignarus sit literarum, vel scribere praepediatur, speciali tabulario ad hoc solum adhibendo, ut pro eo literas supponat, venerabili signo[13]) antea manu heredis praeposito, testibus videlicet assumendis, qui heredem cognoscant[14]), et iubente eo[15]), tabularium pro se subscribere, interfuerint. §. 3. Sin autem[16]) locis, in quibus res[17]) hereditariae vel maxima pars earum posita est, heredes abesse contigerit, tunc eis unius anni spatium a morte testatoris numerandum damus ad huiusmodi inventarii consummationem; sufficit enim praefatum tempus, etsi longissimis spatiis distant; tamen[18]) dare eis facultatem inventarii conscribendi vel per se, vel per instructos procuratores in locis[19]), ubi res positae sunt, mittendos. §. 4. Et si praefatam observationem inventarii faciendi solidaverint, et[20]) hereditatem sine periculo habeant, et legis Falcidiae adversus[21]) legatarios utantur beneficio, ut in tantum hereditariis creditoribus teneantur, in quantum res substantiae ad eos devolutae valeant. Et eis satisfaciant, qui primi veniant creditores[22]), et, si nihil reliquum est, posteriores venientes repellantur, et nihil ex sua substantia penitus heredes amittant, ne, dum lucrum facere sperant, in damnum incidant. Sed et[23]) si legatarii interea venerint, et[24]) eis satisfaciant ex hereditate defuncti, vel ex ipsis rebus, vel ex[25]) earum forsitan venditione. §. 5. Sin vero creditores, qui et[26]) post emensum patrimonium necdum completi sunt, superveniant, neque ipsum heredem inquietare concedantur, neque eos, qui ab eo comparaverunt[27]) res, quarum pretia in legata vel fideicommissa vel alios creditores processerunt; licentia creditoribus non deneganda adversus legatarios venire, et[28]) vel hypothecis vel indebiti condictione uti, et haec, quae acceperint, recuperare, quum satis absurdum est[29]), creditoribus quidem ius suum persequentibus legitimum auxilium denegari, legatariis vero, qui pro lucro certant, suas partes legem[30]) accommodare. §. 6. Sin vero heredes res hereditarias creditoribus hereditariis pro debito dederint in solutum, vel per dationem pecu

---

[a]) *Bas. XXXV.* 18. 22.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; existimaverint *Russ. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; et *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [3]) *cfr.* §. 6. *Inst. II.* 19. — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; adiit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; sit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Nbg. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [7]) non *respuere videntur Bas. εἰ μὲν σκαζουσῃ διανοίᾳ, sed probabiliter legend. εἰ μὴ.* — [8]) *mss. Pl.* 2. *Gt., ed. Nbg.*; eam *ms. Bg.*; vel ei et *ms. Pl.* 1.; et *edd. Schf. Hal et rell.*; *sed copulam hic inseri vetant Bas.* — [9]) *mss Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; ei *ins. Russ. Cont.* 66. *et rell. contra omnia mss. Russ., v. not. anteced.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; et *om. Hal. et rell.*, *verum Bas.* καὶ εἴη. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.: ab *ins. edd. Russ. Schf Cont.* 66. *et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; remaneant *edd. Schf. Hal. et rell.* — [13]) crucis *ins. edd. Schf. Russ., quod ex gl. ad h. l. venisse in textum apparet, et rectius subauditur*; *abest etiam a Bas.* — [14]) cognoscunt *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.* — [15]) iubenti ei *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; iubenti eas *ms. Gt.*; *sed textus magis convenire videtur cum Bas.* κελεύοντος αὐτοῦ. — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omnes libri Russ., edd. Schf. Hal.*; a *ins. ms. Bg., edd. Nbg. Russ. et rell.* — [17]) fuerint *ins. edd. Nbg. Hal.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; placuit *ins. Russ. et rell., ita tamen, ut omnes praeter Sp. et Bk. hoc verb. interpretationis causa adiectum cancellis includant.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; loca *Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnes libri Russ., edd. Schf. Cont.* 62.; et *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) adversos *ed. Nbg., vix aliter quam ex vitio typorum, quod et transiit in ed. Hal.* — [22]) creditoribus *Russ. in marg. in omnibus se reperisse ait, sed ex meis solum ms. Pl.* 2. *ita habet*; ex creditoribus *coni. idem in marg.* — [23]) et *om. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; et *om. edd. Schf. Russ. et rell.* — [25]) ex *om. ms. Gt., Hal.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omnes libri Russ., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; et *om. ms. Bg., Russ Cont.* 66. *et rell.* — [27]) comparaverint *edd. Schf. Russ. et postea rell.* — [28]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd Schf. Hal. Cont.* 62.; et *om. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; leges *edd. Nbg. Hal. et rell.*

pecuniarum satis eis fecerint, liceat aliis creditoribus, qui ex anterioribus veniunt hypothecis, adversus eos venire, et a posterioribus creditoribus [1]) secundum leges eas abstrahere, vel per hypothecariam actionem, vel per [2]) condictionem ex lege, nisi voluerint debitum eis offerre. §. 7. Contra ipsum tamen heredem, secundum quod saepius dictum est, qui quantitatem rerum hereditariarum expendit [3]), nulla actio extendatur. §. 8. Sed nec adversus emtores rerum hereditariarum, quas ipse [4]) pro solvendis debitis vel legatis vendidit, venire alii concedatur [5]), quum satis anterioribus creditoribus a nobis provisum est, vel ad posteriores creditores, vel ad legatarios pervenientibus, et suum ius persequentibus. §. 9. In computatione autem patrimonii damus ei [6]) excipere et retinere, quidquid in funus expendit, vel in testamenti insinuationem, vel in inventarii confectionem, vel in alias necessarias causas hereditatis [7]) approbaverit sese persolvisse. Sin [8]) vero et ipse aliquas contra defunctum habebat [9]) actiones, non hae confundantur, sed similem [10]) aliis creditoribus per omnia habeat [11]) fortunam, temporum tamen praerogativa inter creditores servanda. §. 10. Licentia danda creditoribus seu legatariis vel fideicommissariis, si maiorem putaverint esse substantiam a defuncto derelictam, quam heres in inventario scripsit, quibus voluerint legitimis modis quod superfluum est approbare, vel per tormenta forsitan servorum hereditariorum, secundum anteriorem nostram legem, quae de quaestione servorum loquitur, vel per sacramentum illius, si aliae probationes defecerint, ut, undique veritate exquisita, neque lucrum neque damnum aliquod heres ex huiusmodi sentiat hereditate; illo videlicet observando, ut, si ex hereditate aliquid heredes surripuerint, vel celaverint, vel amovendum curaverint, postquam fuerint convicti, in duplum hoc restituere vel hereditatis quantitati computare compellantur. §. 11. Donec tamen inventarium conscribitur, vel si res [12]) praesto sint, intra tres menses, vel si abfuerint, intra annale spatium secundum anteriorem distinctionem, nulla erit licentia neque creditoribus, neque legatariis vel fideicommissariis eos [13]) inquietare, vel ad iudicium vocare [14]), vel res hereditarias quasi ex hypothecarum auctoritate vindicare, sed sit hoc spatium ipso iure pro deliberatione heredibus concessum, nullo scilicet ex [15]) hoc intervallo creditoribus hereditariis circa temporalem praescriptionem praeiudicio generando. §. 12. Sin vero, postquam adierint vel sese immiscuerint [16]), praesentes vel absentes inventarium facere distulerint, et datum iam a nobis tempus ad inventarii confectionem effluxerit, tunc ex eo ipso, quod inventarium secundum formam praesentis constitutionis non fecerunt [17]), et heredes esse omnimodo intelligantur, et debitis hereditariis in solidum teneantur, nec legis nostrae beneficio perfruantur, quam contemnendam esse censuerunt. §. 13. Et haec quidem de his sancimus, qui deliberationem nullam petendam [18]) curaverint, quam putamus quidem penitus post hanc legem esse supervacuam, et debere ei derogari; quum enim liceat [19]) et adire hereditatem, et sine damno ab ea discedere ex praesentis legis auctoritate, quis locus deliberationi relinquitur? Sed quia quidam vel vana formidine vel callida machinatione pro deliberando nobis supplicandum necessarium esse existimant, quatenus eis liceat annale tempus tergiversari, et hereditatem inspicere, et alias contra [20]) eam machinationes excogitare, et eandem deliberationem flebilibus assertionibus repetita prece saepius accipere; ne quis nos putaverit antiquitatis penitus esse contemtores, indulgemus quidem eis petere deliberationem, vel a nobis vel a nostris iudicibus, non tamen amplius ab imperiali quidem culmine uno anno, a nostris vero iudicibus novem mensibus, ut neque ex imperiali largitate [21]) aliud tempus eis indulgeatur, sed etsi fuerit datum, pro nihilo habeatur. Semel enim et non saepius eam peti concedimus. §. 14. Sin autem hoc [22]) aliquis fecerit et inventarium conscripserit (necesse est enim omnimodo deliberantem [23]) inventarium cum omni subtilitate facere), non liceat ei post tempus praestitutum, si non recusaverit hereditatem, sed adire maluerit, nostrae legis uti beneficio, sed in solidum secundum antiqua iura omnibus creditoribus teneatur. Quum enim gemini tramites inventi sunt [24]), unus quidem ex anterioribus, qui deliberationem dedit [25]), alter autem rudis et novus a nostro numine [26]) repertus, per quem et [27]) adeuntes sine damno conservantur, electionem ei damus vel nostram constitutionem eligere et beneficium eius sentire, vel, si eam aspernandam existimaverit et ad deliberationis auxilium convolaverit, eius effectum habere; et si non intra datum tempus recusaverit hereditatem, omnibus in solidum debitis hereditariis teneatur, et non secundum modum patrimonii, sed etsi [28]) exiguus sit census hereditatis, tamen quasi heredem eum in totum obligari, et sibi imputet, qui pro novo beneficio vetus [29]) elegerit gravamen. Et ideo et in [30]) ipsam deliberationis dationem et divinum rescriptum super hoc promulgandum [31]) hoc adiici volumus, ut sciant omnes, quod omnimodo post petitam deliberationem, si adierint vel pro

---

[1]) creditoribus *ab omnibus abesse*, *Russ. in marg.*, *sed vereor, ne per errorem, quum in omnibus meis libr. legatur.* — [2]) per *om. ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [3]) expenderit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Cont.* 62., *Hal. in textu*; debitor *ins. ms. Bg.*; heres *ins. Hal. in not.*, *edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) alicui concedatur *ms. Bg.*, *Cont.* 62.; aliis concedatur *ed. Schf.*; alii concedantur *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Nbg.*; ea concedantur *Russ. in marg.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; licentiam *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*, *improbante Cont. in marg.* *Quod secundum Russ. in marg. censendum est*, *ab omn. eius libr. deesse ei*, *hoc vitio typorum ita notatum mihi videtur et potius referendum ad v.* licentiam. — [7]) hereditarias *edd. Nbg. Hal.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; Si *Hal. et rell.* — [9]) habet *ms. Bg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; cum *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [11]) habeant *ms. Bg.*; habet *mss. Pl.* 1. 2. — [12]) heredes *ms. Gt.*, *sed contra omnes meos libros, neque etiam priores edd. ita variare lect. memorant.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) revocare *Hal.* — [15]) nulloque ex *edd. Nbg. Hal.* — [16]) *comma hic tollunt Hal. Russ. Cont.* 62. *et ponunt post* absentes. — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; fecerint *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia Russ.*, *Hal. Cont.* 62.; esse *ins edd Nbg. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; ei *ins. ed. Schf.*; eis *ins. Russ. et rell.* — [20]) *in ms. Pl.* 2. *esse videtur* circa. — [21]) largitione *ed. Nbg.*, *Hal. in textu.* — [22]) et hoc *Russ. in marg.* — [23]) deliberantes *mss. Bg. Gt.*, *Cont.* 62. — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sint *Russ. et rell.* — [25]) dederunt *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; dederint *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [26]) nomine *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; *sed v. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [27]) *mss Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; et *om. Hal. et rell.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; etiam si *edd. Schf. Russ. et rell.* — [29]) vetus *om. Hal.* — [30]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; ideo in *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*; ideo ad *Russ. et rell.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; sup. hoc permulgundum *ms. Bg.*; sup. hoc promulgatum *ed. Nbg.*; super hac promulgatum *Russ. et rell.*

pro herede gesserint vel non recusaverint hereditatem, omnibus in solidum hereditariis oneribus teneantur. Si quis autem temerario proposito deliberationem quidem petierit, inventarium autem minime conscripserit, et vel adierit hereditatem vel minime eam repudiaverit, non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiae beneficio minime utatur. Quodsi post deliberandum[1]) recusaverit, inventario minime conscripto, tunc res hereditatis[2]) creditoribus vel his, qui ad hereditatem vocantur, legibus[3]) reddere compelletur[4]), quantitate earum sacramento res accipientium manifestanda, cum taxatione tamen a indice statuenda. §. 15. Notissimum autem est, ex[5]) hac constitutione, quae omnes casus continet, nostris constitutionibus iam pro eisdem capitulis[6]) promulgatis esse derogatum, quarum altera et[7]) Gordianae constitutionis sensus continebatur. Quum enim ampliore tractatu habito melior exitus inventus est[8]), et tribus constitutionibus in unum congregatis, unus apparet[9]) et in milites et in alios omnes iuris probabilis articulus; quapropter[10]) ex anterioribus inquietari nostro subiectos imperio non[11]) patimur, scilicet ut milites, etsi propter simplicitatem praesentis legis subtilitatem non observaverint, in tantum tamen teneantur, quantum in hereditate invenerint. Quam, patres conscripti, in huiusmodi casibus in posterum obtinere sancimus. Dat. V. Kal. Decemb. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.][a])

Tit. XXXI.

[b]) DE REPUDIANDA VEL ABSTINENDA HEREDITATE.

1. Imp. Antoninus A. Mutiano[12]). — Si paterna hereditate te abstinuisse constiterit, et non ut heredem in domo, sed ut inquilinum vel custodem vel ex alia iusta ratione habitasse liquido fuerit probatum, ex persona patris conveniri te procurator meus prohibebit. PP. Id. Iul.[13]) Messala et Sabino Conss. [214.]

2. Idem A. Severo[14]). — Si paterna hereditate[15]) abstinuisti, non ideo, quod a creditoribus fundos comparasti, si modo id bona fide fecisti, a posterioribus, qui sub eisdem obligationibus pecuniam patri crediderunt, iure conveniris. S.[16]) PP. V.[17]) Kal. Iul. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

3.[c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Theodotiano[18]). — Suus heres exceptione pacti, qui testamentum iniustum asseverans, postea nihil se de paterna successione petiturum non ex causa donationis, sed transigendi animo in iure professus est, quum respuere quaesitam neqniret hereditatem, et transactio, nullo dato vel retento sen promisso, minime procedat, submoveri non potest. S. VIII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss.[19]) [294—302.]

4. Iidem AA. et CC. Modestino, militi[20]). — Sicut maior quinque et viginti[21]) annis, antequam adeat, delatam repudians successionem, post quaerere non potest, ita quaesitam renuntiando nihil agit, sed ius, quod habuit, retinet, nec quod confessos in iure[22]) pro iudicatis haberi placuit, ad vocem repudiantis hereditatem, sed ad certam quantitatem deberi[23]) confitentem[24]) pertinet. S.[25]) V. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss.[26]) [299—304.]

5. Iidem AA. et CC. Claudianae[27]). — Pupillorum repudiatio delatae hereditatis sine tutore auctore facta, nihil eis nocet. S.[28]) prid.[29]) Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [299—304.]

6. Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Si quis suus[30]) recusaverit paternam hereditatem, deinde maluerit eam adire, quum fuerat indistincte[31]) ei

---

[a]) *In Dictato de consiliariis* (*cfr. Iust. Novell. per Iulianum de graeco translatae. Ex biblioth. P. Pithoei. Basil.* 1576. *p.* 206.) *haec leguntur: Lege — constit. de inventario suô Tit. de iure deliberandi, ultima latina ad Senatum. Inde Bienerus* (*Revis. des Just. Cod. p.* 159.) *suspicatur, graecam const. in fine hui. tit. deesse, quae fortasse restitui queat ex Synopsi XXXV.* 18. 1. (*ed. Leuncl. p.* 335.), *quod cap. Fabr. in ed. Bas. T. IV. p.* 811. *ita habet: Μητρὸς τελευησάσης ἐπὶ ἀνήβῳ θυγατρί, εἰ ἀποθάνῃ μετὰ ις' ἡμέρας, ἢ ἐλάττονας ἢ καὶ πλείονας, ἡ κόρη, παραπέμπεται ἐπὶ τοὺς κληρονόμους αὐτῆς τὸ τῆς διασκέψεως δίκαιον.* [*Matre defuncta relicta impubere filia, si decesserit post sedecim dies, vel pauciores vel etiam plures, puella, transmittitur ad eius heredes ius deliberandi.*] *Bk. hoc cap. tanquam leg.* 23. *in textum recepit, quem non sequor, quia nec testimonia, excidisse constitutionem, satis certa sunt, nec de iure quo ille locus Synops. huc trahitur; videtur potius desumtus ex Nov.* 158. — [b]) *Dig. XXIX.* 2. — [c]) *pars hui. rescr. geminatur in l.* 38. *C. de transact. II.* 4.; *secundum Cuiac. in Recitatt. ad Cod. hoc tit. et iungendae sunt l.* 4. *C. de postul. II.* 6., *l.* 1. *C. de repud. bon. poss. VI.* 19., *l.* 10. *C. de petit hered. III.* 31.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; deliberationem *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; hereditarias *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) a legibus *edd. Nbg. Hal. Bk., commate praeced. post* legibus *posito.* — [4]) compellatur *ms. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; ex *om. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [6]) eodem capitulo *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; etiam *edd. Schf. Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Hal.*; apparent *ms. Bg., edd. Nbg. Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; eapropter *Russ. et rell.* — [11]) non *om. mss. Pl.* 1. 2. — [12]) Mutiano *vel* Muciano *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus., ed. Nbg.*; Mutatio *Hal. et rell.* — [13]) III. Kal. Iul. *ms. Pist., quod conss. firmat, verum scribit* Savino. — [14]) Sabino *ms. Pl.* 1.; Emiliano *ed. Nbg.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; te *ins. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [16]) S. *om. ms. Pist., fortasse ex geminatione ortum est.* — [17]) III. *ms. Pist., quod rel. subscr. tuetur, sed alterum cons. non habet.* — [18]) *sic mss. pleraque et optima,* Theodosiano *al.* — [19]) *hanc pleniorem subscr. ex lege gemina* 38. *C. II.* 4. *hic restituere non dubitavi, quum vix credibile sit, subscriptionem talem, qualem Hal. cum rell. habet* (Sine die, Caess. Conss.), *in nostro Cod. tributam fuisse ei rescripto, quod certe in fontibus eius cum subscr. plena exstabat. Fortasse in ms. Haloandri exciderant* VIII. K. Ian. Nicome., *et legebatur* S. die caess. css., *quod vir magnus, geminationis in l.* 38. *cit. immemor, iam* Sine die Caess. Coss. *interpretatus est.* — [20]) militi *abest a mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S Perus.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; viginti quinque *Hal. et rell.* — [22]) in iure *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [23]) debere *ms. Pl.* 2. — [24]) confitentis *Char. in marg.* — [25]) S. *om. ms. Pist., quod firmat diem et locum.* — [26]) ā. et css. *ms. Pist., fortasse* A. et C. Conss. — [27]) Claudio *S. Perus.* — [28]) S. *om. ms. Pist.* — [29]) *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit*; II. *Hal. et rell.* — [30]) Si quis suus heres *ms. Bg., edd. Nbg. Schf.*; Si quis filius *ms. Pl.* 1.; Si quis filius heres *Cont. in marg.* — [31]) indistricte *ms. Pl.* 1.

ei permissum [1]), donec res paternae in eodem statu permanent [2]), hoc facere, et post multum tempus [3]) licebat ei ad eandem hereditatem redire, hoc corrigentes sancimus, si quidem res iam venditae sint [4]), ut nullus aditus ei ad hereditatem reservetur; quod et antiquitas observabat. Sin autem res alienatae non sint [5]), si quidem maior annis constitutus est, et tempora restitutionis nulla ei supersunt, intra trium annorum tantummodo spatium huiusmodi ei detur licentia. Sin autem vel minor est vel in utili tempore constitutus, tunc post completum [6]) quadriennium, quod spatium pro utili anno, qui restitutionibus dabatur, praestitum [7]) est, aliud triennium ei indulgeri, intra quod potest, rebus in suo statu manentibus, adire hereditatem et suam abdicationem revocare. Quo tempore transacto, nullus aditus penitus ad paternam hereditatem ei reservetur, nisi forte, adhuc eo in minore aetate constituto, res venditae sint. Tunc etenim per in integrum restitutionem non denegatur ei adire hereditatem, et res recuperare, et creditoribus paternis satisfacere. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo [8]). [532.]

Tit. XXXII.

[a]) QUEMADMODUM TESTAMENTA APERIANTUR ET [9]) INSPICIANTUR ET DESCRIBANTUR.

1. Imp. Alexander A. Proculae [10]). — Ut testamentum, quod dicis factum, proferatur et publice recitetur, competens iudex iubebit. PP. prid. [11]) Kal. April. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Alexandro. — Testamenti tabulas ad hoc tibi a patre datas, ut in patriam perferantur [12]), affirmans, potes illic [13]) proferre [14]), ut [15]) secundum leges moresque locorum insinuentur, ita scilicet, ut, testibus non praesentibus, adire prius vel pro tribunali vel per libellum rectorem provinciae procures, ac permittente eo honestos viros adesse facias, quibus praesentibus aperiantur, et ab his rursum obsignentur. PP. XII. Kal. Ianuar. Maximo II. et Glabrione Conss. [256.]

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [16]) Aristoteli. — Eius, quod ad causam novissimi patris vestri iudicii pertinet, de calumnia tibi iuranti, (praeter partem, quam aperiri defunctus vetuit, vel ad ignominiam alicuius pertinere dicitur) inspiciendi ac describendi, praeter diem et consulem, tibi [17]) rector provinciae facultatem fieri iubebit. Dat. VI. Kal. Mai. Caess. Conss. [294 — 305.]

4. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hesperium [18]) P. P. — Codicillos seu scripturam quolibet tenore formatam [19]) ea oportebit observatione in publicum proferri, qua testamenta panduntur. Dat. III. Kal. August. [20]) Mediolani [21]), Ausonio et Olybrio Conss. [379.]

Tit. XXXIII.

[c]) DE EDICTO DIVI HADRIANI TOLLENDO, ET QUEMADMODUM SCRIPTUS HERES IN POSSESSIONEM [22]) MITTATUR.

1. [d]) Impp. Severus et Antoninus AA. [23]) Lucillo [24]). — Quum inter institutum et substitutum controversia moveatur, eum, qui primo loco institutus est, induci in possessionem oportet. PP. XII. [25]) Kal. Decemb. Dextro [26]) et Prisco Conss. [196.]

2. Imp. Alexander A. Eutacto [27]). — Quamvis quis se filium defuncti praeteritum esse alleget, aut falsum vel inofficiosum testamentum seu alio vitio subiectum, vel servus defunctus esse dicatur, tamen scriptus heres in possessionem mitti solet. PP VI. Kal. Novemb. Maximo II. et Aeliano Conss [223.]

3. Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Edicto divi Hadriani, quod sub occasione vicesimae [28]) hereditatum [29]) introductum est, cum multis ambagibus et difficultatibus et indiscretis narrationibus penitus quiescente, quia et [30]) vicesima hereditatis ex nostra recessit republica, antiquatis nihilominus et aliis omnibus, quae circa repletionem vel interpretationem eiusdem edicti promulgata sunt, sancimus, ut, si quis ex asse vel ex parte institutus competenti iudici testamentum ostenderit non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque suae formae parte vitiatum, sed

---

[a]) *Dig. XXIX.* 3. — [b]) *desumta videtur ex ampliore edicto, ex quo et manavit l.* 6. *Th. C. de matern. bon. VIII.* 18.; *Bas. XXXV.* 6. 8. (*T. IV. p.* 782.) — [c]) *Dig. XXIX.* 3. — [d]) *Bas. XXXV.* 19. 1. (*T. IV. p.* 814.) *In duobus codd. Russ. haec const. est ultima tit. seq.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *veteres libri Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. *Bk.*; remissum *Hal. et rell.* — [2]) remanent *ms. Pl.* 1.; remanerent *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.* — [3]) temporis *Russ. et postea rell. contra mss. mea et Russ. et cod. Gt.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; sunt *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; sunt *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia Russ.*, *ed. Nbg.*; impletum *edd. Schf. Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; praestitutum *Russ. et rell.* — [8]) anno *sec. abest ab Hal. in textu*, *sed add. in not.*; *subscr. firmat ms. Pist.* — [9]) *mss. Pist. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *S. Perus.*, *Cont.* 62.; et *om. edd. rell.* — [10]) Proculo *vel* Proculo P. P. *Russ. in marg. contra meos codd.* — [11]) *ms. Pist.*, *quod subscr. firmat*; II. *Hal. et rell.* — [12]) proferantur *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Schf. Nbg. Hal.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnes libri Russ.*, *ed. Schf.*; illuc *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnes libri Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; perferre *Russ. et rell.* — [15]) ut *post* locorum *collocant ms. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [16]) AA. et CC. *om. ms. Vat.*; et CC. *om. mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *S. Perus.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; tibi *om. Cont.* 66. *et rell.* — [18]) Esperium, Sperium, Herium *mss. nonn.*; Tiberium *Russ. in marg.* — [19]) firmatam *ms. Pl.* 1.; *sed* γραφὰ — γενομέναι *Bas.* — [20]) Dat. prid. Kal. Aug. Acc. IV. Kal. Sept, *omisso loco*, *l.* 6. *Th. C. VIII.* 18. — [21]) Mediolano *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. tuetur.* — [22]) possessione *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. 2. — [23]) Impp. Severus A. et Antoninus C. *Bk.*, *verum contra codd. et edd.* — [24]) Lucillae, Lucilliae *mss. nonn.* — [25]) XIII. *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. confirmat.* — [26]) II. *ins. Bk.* — [27]) Etacto *ms. Cas.*; Et ut acto *ms. Bg.*; Ettractos *ms. Pl.* 1.; Eustatio *S. Perus.*; Eutatico *ed. Nbg.*; Eutaracto, Etacho *al.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; partis *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [29]) *ms. Pl.* 1., *mss. Bg. Gt. ante correct.*, *Hal. Bk.*, *Cuiac. Obss. XVIII.* 9.; hereditatis *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [30]) et *om. ms. Pl.* 1., *Hal.*

sed quod [1]) prima figura sine omni vituperatione appareat, et depositionibus testium legitimi numeri vallatum sit, mittatur quidem in possessionem earum rerum, quae testatoris mortis tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur, et eam cum [2]) testificatione publicarum personarum accipiat. Sin autem aliquis contradictor exstiterit, tunc in iudicio competente causae in possessionem missionis et subsecutae contradictionis ventilentur, et ei possessio acquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit, sive qui missus est, sive qui antea detinens contradicendum putavit; nullis angustiis temporum huiusmodi missione coarctanda, sed sive tardius, sive praemature aliquis missus est, legis tantummodo arbitrium requiratur et causa [3]), unde vel missio vel contradictio exoritur. Sive enim post annale tempus, sive post maioris aevi curricula aliquis fuerit missus, si tamen [4]) ex legitime formato testamento missio procedat, nullum ei temporis obstaculum obiiciatur, nisi tantum temporis effluxerit, quod possit vel possessori plenissime securitatem et [5]) super dominio praestare, vel ipsi, qui missus est, omnem intentionem excludere. Si enim vel ex una parte vel ex utroque latere temporis prolixitas occurrerit, manifestissimum est, non solum missionem, sed etiam ipsam principalem causam esse sopitam. Dat. XII. Kal. April. Constantinop.

4. [e]) *Epitome graec. const. Zenonis* [15]) *ex Synopsi.*

Ἐάν τις κωλύσῃ τινὰ διαθέσθαι, ἢ ἀρξάμενον αὐτὸν διατίθεσθαι κωλύσῃ πληρῶσαι τὴν διαθήκην, κατέχεται μὲν καὶ τῷ ζημιωθέντι [16]). *προφάσει τῆς κωλύσεως, καὶ εἴ τι δὲ ἄλλο περισσεύσει, δημεύεται, καὶ αὐτὸς ἐξορίζεται.* Dat. III. Kal. Iun. Constantinop. Zenone A. Cons. [17]) [475 — 479.]

post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.] [a])

Tit. XXXIV.

[b]) SI QUIS ALIQUEM TESTARI PROHIBUERIT VEL COEGERIT.

1. [c]) Imp. Alexander A. Severae. — Civili disceptationi crimen adiungitur, si testator non sua sponte testamentum fecit, sed compulsus ab eo, qui heres est institutus, vel [6]) quoslibet alios [7]), quos noluerit [8]), scripserit [9]) heredes [10]). S. [11]) XV. Kal. Ian. Alexandro A. III. et Dione Conss. [12]) [229.]

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [13]) Nicagorae. — Eos, qui, ne testamentum ordinaretur [14]), impedimento fuisse monstrantur, velut indignas personas a successionis compendio removeri, celeberrimi iuris est. PP. Kal. Ianuar. Diocletiano II. et Aristobulo Conss. [285.]

3. [d]) Idem AA. et CC. Euthychidi. — Iudicium uxoris postremum in se provocare maritali sermone non est criminosum. Dat. V. Kal. Ianuar. Caess. Conss. [294 — 305.]

Si quis prohibuerit aliquem testari, vel eum, quum testari coepisset, testamentum perficere prohibuerit, tenetur quidem et laeso ex causa prohibitionis, et si quid aliud superfuturum est, hoc publicatur, et ipse relegatur.

Tit. XXXV.

[f]) DE HIS, QUIBUS UT INDIGNIS HEREDITATES [18]) AUFERUNTUR, ET AD SENATUSCONSULTUM SILANIANUM.

1. [g]) Impp. Severus et Antoninus AA. Celeri. — Heredes, quos necem testatoris inultam omisisse constiterit, fructus integros cogantur reddere. Neque enim bonae fidei possessores ante controversiam illatam videntur fuisse, qui debitum officium pietatis scientes omiserint [19]). Ex hereditate autem rerum distractarum vel a debitoribus acceptae pecuniae post motam litem bonorum usuras inferant. Quod in fructibus quoque locum habere, quos in praediis hereditariis inventos aut exinde perceptos [20]) vendiderint, procul dubio est. Usuras autem semisses dependere satis est. Dat. XV. Kal. April. Chilone [21]) et Libone Conss. [204.]

2.

---

[a]) *In ms. Cas. hic additur nota deperditae graecae const.* — [b]) *Dig. XXIX.* 6. — [c]) *Bas. XXXV.* 1. (*T. IV. p.* 780.) — *Sch. a.* (*T. IV. p.* 781.) — [d]) *Bas. XXXV.* 4. 4. — [e]) *Graecae const., cuius lacunam adnotat ms. Cas., epitome servatur in Synopsi* (*ed. Leuncl. p.* 328.), *ex qua hausit Fabr. in ed. Bas. XXXV.* 4. 5. *Mentionem facit hui. const. Schol. Bas. in Labbaei Observatt. p.* 98. *in Bas. ed. Fabr. T. IV. p.* 781. *Locum ex Synopsi restituit nostro titulo Leunclav. Adnot. ad Cod. p.* 103., *primus tamen Bk. Codici inseruit.* — [f]) *Dig. XXIX.* 5. *XXXIV.* 9. — [g]) *haec epistola allegatur in l.* 20. §. 12. *D. de hered. petit. V.* 3.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; in *ins. Russ. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; cum *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) causae *mss. Pl.* 1. 2. — [4]) si tantum *ms. Pl.* 1.; et tantum *ms. Gt.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; etiam *ed. Nbg.*; tam et *quam* etiam *om. edd. Schf. Hal. et rell.* — [6]) vel *om. ed. Schf.* — [7]) *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; quolibet alio *ms. Pl.* 2.; a quolibet alio *ms. Pl.* 1., *Hal. et rell. Verum nostra lectio profecto difficilior magis accedit ad Bas.* — [8]) voluerit *var. l. gl.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; scripsit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [10]) heredes *om. mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [11]) S. *om. ms. Pist.* — [12]) *ms. Pist.*; *lacunosa est subscr. ap. Hal. et rell.* Alex. A. et Conss. — [13]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk., S. Perus.*; et CC. *add. Cont.* 66. *et rell.* — [14]) ordinetur *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [15]) *cfr. not.* 17. — [16]) *τῷ μέλλοντι γραφῆναι κληρονόμῳ Schol. Bas.* — [17]) *subscr.* d. III. k. iun. cp. Zenonae. ā. *in ms. Pist. addita est subscriptioni leg.* 3. *h. t., ita ut l.* 3. *duas subscr. continuo stilo habeat*; *iam quum ipsa const. graeca* 4. *absit, dubitari vix potest, subscriptionem eius servatam ad finem legis* 3. *aberrare debuisse*; *nec sine exemplo est, servari in codd. subscriptt. legum graecarum, quarum textus penitus interiit, cfr. l.* 10. *C. I.* 14., *l.* 13. *C. I.* 51. *et maxime l.* 1. *C. IV.* 24. *ibique not.* — [18]) hereditates *om. mss. Pl.* 1. *Gt., S. Perus.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; omiserunt *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) petitos *Russ. in marg.* — [21]) Cilonae *ms. Pist., quod cum rel. subscr. consentit*; II. *ins. Bk.*

2. Idem AA. Vero [1]). — Polla quidem liberam habuit administrandi patrimonii sui potestatem [2]), nec idcirco, quod pupillus illi heres exstitit, ea, quae ab ipsa finita sunt, revocari in disceptationem oportet. Sed si pupilli nomine falsum dicere vis testamentum, de quo per Pollam transactum est, potes experiri, dum memineris, si in causa non obtinueris, et portionem, quam ex eo testamento pupillus habet, te ei salvam facturum, quam adimi pupillo necesse erit secundum iuris formam, et de calumnia tua [3]) praesidem deliberaturum, quamvis pupilli nomine agere videaris, quum retractas ea, quae finita sunt per coheredem. PP. VII. Kal. Mai. Antonino A. III. et Geta III. [4]) Conss. [208.]

3. Imp. Alexander A. Antiochiano. — Si ea quaestio infertur filiis eius, quam consobrinam tuam dicis, quod tabulae testamenti patris eorum, qui a familia interfectus dicebatur, priusquam quaestio de servis haberetur, apertae et recitatae sunt, propter amplissimi ordinis consultum hereditas a fisco vindicatur, et ideo agi causa apud procuratorem meum debet, quia non eo tempore pupilli fuerunt. PP. II. Non. April. Alexandro A. Cons. [222.]

4. Idem A. Philomuso [5]). — Hereditas in testamento data per epistolam vel codicillos adimi [6]) non potuit. Quia tamen testatrix voluntatem suam non mereri unum ex heredibus [7]) declaraverat [8]), merito eius portio, non iure ad alium translata, fisco vindicata est. Libertates autem in eadem epistola datae peti poterunt. PP. II. Kal. Decemb. [9]) Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

5. Idem A. Tyranno. — Non oportet ut indignis heredibus successiones auferri praetextu, quod in sepultura supremis [10]) defunctorum obtemperatum non fuisset. PP. VII. Id. Mart. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

6. Idem A. Venusto et Clementino. — Minoribus viginti quinque annis heredibus non obesse crimen inultae mortis placuit. Quum autem vos etiam accusationem pertulisse, et quosdam ex reis punitos proponatis, licet is, qui mandasse caedem dicitur, provocaverit, vereri non debetis, ne quam hereditatis paternae a fisco meo quaestionem patiamini. Convenit enim pietati vestrae respondere [11]) causam appellationis reddenti. Quodsi maioris aetatis fuissetis, etiam ex necessitate provocationis certamen implere deberetis, ut possetis adire hereditatem. PP. XV. [12]) Kal. Iul. Alexandro A. III. et Dione [13]) Conss. [229.]

7. Idem A. Vitaliae [14]). — Si ideo ultio necis testatoris non est desiderata, quia caedis auctores reperiri non potuerunt [15]), obesse heredibus, in quo [16]) nulla eorum culpa detegitur, non oportet. PP. Id. Mart. Lupo et Maximo Conss. [17]) [232.]

8. Imp. Gordianus [18]) A. Tatiae [19]). — Alia causa est eius, qui falsi instituta accusatione ad finem usque, quod insimulabat, perduxit et contrariam sententiam meruit, alia eius, qui inchoatam accusationem non pertulit, quum in illius quidem partem succedat fiscus, hic autem, qui contrariam iudicis sententiam non sustinuit, suae partis non perdat persecutionem. PP. XV. Kal. Februar. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

9. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [20]) Aelianae [21]). — Quum fratrem tuum veneno peremtum esse asseveras [22]), ut effectus successionis eius tibi non auferatur, mortem eius ulcisci te necesse est. Licet enim hereditatem eorum, qui clandestinis insidiis perimuntur, hi, qui iure vocantur, adire non vetantur, tamen, si interitum non fuerint ulti, successionem obtinere non possunt. PP ..... Tiberiano et Dione Conss. [23]) [291.]

10. Idem AA. et CC. Silvanae [24]). — Sororem, fratris necem iure licito vindicantem, evincere ab uxore scripta recte [25]) successionem non convenit. Secundum quae, si fiduciam innocentiae geris, et neque dolo malo tuo maritum necatum, neque alias indignam te successione probari [26]) posse confidis, adversus omnem calumniam maximam habes securitatem. Dat. XII. Kal. Mai. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

11. Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum Silanianum [27]) senatusconsultum et [28]) a nobis tam laudandum quam corroborandum est, nec non divi Marci oratio, quae circa id facta est, invenimus autem nullam in ea mentionem libertatis factam, et veteres movit quaedam de libertatibus relictis in testamento necati testatoris quaestio, necessarium nobis visum est etiam [29]) hanc dirimere. Hi enim, qui libertate fuerant in hoc testamento donati, [30]) si eam accepissent, lucrum, quod eis in medio [31]) accidit [32]), poterant sibi acquirere, interea autem, procrastinatione propter necis vindictam habita, hoc minime ad eos pervenit, et postea in libertatem deducti periclitabantur. Sed [33]) ne medium tempus fieret [34]) eis damnosum, et maxime si ancillae in medio pepererint, et postea hereditas adita sit, bellissimum nobis videtur, divi Marci prudentissimi principis orationem et in libertatibus producere, ne princeps philosophiae plenus aliquid videatur imperfectum sanxisse; sed ita in hereditatibus, et in [35]) legatis

---

[1]) Verosolae *ms. Pl.* 1.; Viro Pollae *ed. Nbg.* — [2]) facultatem *ms. Pl.* 1. — [3]) tua *om. ms. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [4]) et Geta C. II. *cum fastis Bk.* — [5]) Filomaso, Philomoso, Filiomoso *mss.*; Filomono *S. Perus.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., mss. Russ. et Cont., ed. Schf.*; verbis directis *ins. edd. Nbg. Hal. Russ. et rell., ita tamen, ut Russ. Cont. Char. Pac. cancellis includant et in marg. reiiciant haec verba, quae ex gl. Acc. in textum venisse haud dubium est.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; suis *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Hal.*; declaraverit *ms. Bg.*; declaravit *Russ. et rell.* — [9]) Decemb. *om. Sp.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., lib. Aured. ap. Char., Hal.*; supremis iudiciis *ed. Schf.*; supr. voluntatibus *ms. Bg.*; supremis iudiciis vel voluntatibus *edd. Nbg. Russ. et rell.*, sed *vv.* iud. — volunt. *tamquam spuria cancellis notant Russ. Cont. Char. Pac.* — [11]) et *ins. ms. Bg., omnia mss. Russ., Hal.* — [12]) XII. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — [13]) II. *ins. Bk.* — [14]) Vitalianae *ms. Pist.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; potuerint *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ.*; in quos *ed. Nbg.*; ex quo *edd. Schf. Hal. et rell.* — [17]) pp. id. a. max. *cos. subscr. ms. Pist.* — [18]) Id. A. et Gord. *ms. Cas.* — [19]) Ticiae *ms. Pist.* — [20]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Bk., S. Perus.*; et CC. *add. Hal. et rell.* — [21]) Helianae *ms. Pist., ed. Nbg., S. Perus.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; asseveres *Russ. et rell.* — [23]) *conss. firmat ms. Pist., a quo dies etiam abest.* — [24]) *mss. mea*; Sylvanae *Hal. et rell.* — [25]) *ita vv. collocantur in mss. edd. princc. et Hal.*; recte scripta *Russ. et rell.* — [26]) probare *ms. Pl.* 2. — [27]) Sillanianum *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.*; Sylanianum *Cont.* 62.; Syllanianum *Russ.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; et *om. Russ. et rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; et *rell.* — [30]) et *praemittunt mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., Hal. Cont.* 62.; in medium *ed. Schf.*; in medio tempore *edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [32]) accedit *Hal.* — [33]) Sed *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf., Cont.* 62., *qui comma ponit post* periclitab. — [34]) fuerit *mss. Bg. Gt.*; fiat *mss. Pl.* 1. 2. — [35]) *hoc* in *et quod prox. sequitur defendunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; *utrumque* in *om. Russ. et rell.*

legatis, et in fideicommissis, et maxime in libertatibus, quas semper philosophia amplectitur, extendatur eius oratio, ut et lucrum, quod in medio accidit [1]), eis [2]) post libertatem acceptam restituatur, et partus liber et ingenuus esse intelligatur, nullaque machinatione huiusmodi praepeditio damnum aliquod irrogare concedatur, et [3]) libera eorum posteritas, si in medio fuerint ab hac luce subtracti, suorum genitorum commodum consequatur. Merito enim nobis sacratissimi Marci per omnia constitutionem replere placuit; nihil etenim actum esse credimus, dum aliquid addendum superest. Dat. II. Kal. Mai. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

12. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Talis de antiquo iure dubietas nostrae serenitati suggesta est propter senatusconsultum Silanianum et servos, qui supplicio afficiuntur, sub eodem tecto commorantes, et non suum auxilium domino per insidias occiso praebentes. Veteres enim certum non faciunt, quis [4]) intellectus de verbis: sub eodem tecto significatur, sive in eodem cubiculo, sive in triclinio, vel porticu, vel in aula haec appellatio accipi debeat, adiicientes, si dominus in via vel in agro fuerit interfectus, eos servos puniri, qui praesto erant et non auxilium ad prohibendum periculum praebuerunt, nulla distinctione super qualitate praesentiae utentes. Nos igitur omnem eis occasionem ad declinanda supplicia super negligentia salutis domini sui amputantes, sancimus, omnes servos, ex quocunque loco, sive in domo, sive in via, sive in agro possint clamorem exaudire vel insidias sentire, et non auxilium tulerint, supplicio senatusconsulti subiacere. Oportet enim eos, ubicunque senserint dominum periclitantem, ad prohibendas insidias concurrere [5]). Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo [6]). [532.]

Tit. XXXVI.

[b]) DE CODICILLIS.

1. Imp. Alexander A. Mocimo [7]) et aliis. — Rupto quidem testamento postumi agnatione, codicillos quoque ad testamentum pertinentes non valere, in dubium non venit. Sed quum post ruptum testamentum patrem pupillorum vestrorum literas emisisse proponatis, quibus praecedens iudicium confirmavit, praetor nihil contra ius fecit, si novissimam eius voluntatem secutus, relictum testamento reipublicae fideicommissum, ut ex codicillis relictum, praestandum esse pronuntiavit. PP. III. Kal. Iul. Maximo [8]) et Paterno Conss. [233.]

2. Imp. Philippus A. et Philippus C. Asclepiodotae. — Hereditatem quidem neque dari neque adimi codicillis posse, manifestum est; verbis tamen precariis per huiuscemodi [9]) etiam [10]) novissimi iudicii ordinationem iura non faciunt irritas voluntates. Unde inefficaciter te codicillis rogatam esse, ut quibusdam rebus contenta portionem, quam testamento fueras consecuta, aliis restitueres, falso tibi persuasum est. PP. Id. Octobr. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Hyacintho et aliis. — Quum proponatis, pupillorum vestrorum matrem diversis temporibus ac dissonis voluntatibus duos codicillos ordinasse, in dubium non venit, id, quod priori codicillo inscripserat, per eum, in quem postea secreta voluntatis suae contulerat, si a prioris [11]) tenore discrepat, et contrariam voluntatem continet, revocatum esse. PP. VI. Id. Septemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

4. Iidem AA. et CC. Stratonico. — Non idcirco minus, quod intestato te absente codicillos mater tua fecit, hi, quibus precariis verbis adscripta sunt, relicta capiunt. — Sine die et consule.

5. Iidem AA. et CC. Flaviae. — Ne [12]) codicillos quidem furentem posse facere, certissimi iuris est. Si igitur scriptura velut codicillorum patris tui fuit prolata, ut [13]) aliquid ex hac peti possit, asseverationi tuae, mentis eum compotem fuisse negantis, fidem adesse, probari convenit. Dat. VI. Kal. Decemb. Divelli [14]), Caess. Conss. [294 — 305.]

6. Iidem AA. et CC. Demostheni. — Sive initio quae fuerat codicillis relicturus generaliter, sive novissime relicta servari mandaverat [15]), confirmatione munitus nullam iustam gerere solicitudinem potes. Dat. III. Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 —305.]

7. Imp. Constantinus [16]) A. ad Maximum P. P. — Si idem codicilli, quod testamenta possent, cur diversum his instrumentis vocabulum mandaretur [17]), quae vis ac potestas una sociasset? Igitur specialiter codicillis instituendi ac substituendi [18]) potestas iuris auctoritate data non est. Dat. III .... Iun. Pacatiano et Hilariano Conss. [332.]

8. [c]) Imp. Theodosius A. Asclepiodoto P. P. — Si quis agere ex testamento, quolibet modo, sive scripto [19]), sive sine scriptura confecto, de hereditate voluerit, ad fideicommissi persecutionem adspirare cupiens, minime permittatur. Tantum enim abest, ut aditum cuiquam pro suo migrandi desiderio concedamus, ut etiam illud sanciamus: si [20]) testator faciens testamentum in eodem, pro codicillis etiam id valere, complexus sit, qui hereditatem petit, ab ipsis intentionis exordiis, utrum velit, eligendi habeat potestatem, sciens, se unius electione alterius sibi aditum praecluisse, ita ut, sive [21]) bonorum possessionem secundum tabulas aut [22]) secundum nuncupationem ceterasque similes postulaverit, aut certe mitti se in possessionem ex more petierit, statim inter ipsa huius iuris [23]) auspicia propositum suae intentionis explanet.

§. 1. Illud quoque pari ratione servandum est, ut testator, qui decrevit facere testamentum, si id implere [24]) nequiverit, intestatus [25]) videatur esse defunctus, nec transducere liceat ad fideicommissi inter-

---

[a]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 73. — [b]) *Dig. XXIX.* 7. — [c]) *hausta ex l.* 7. *Th. C. de testam. IV.* 4., *ex qua et venit l.* 2. *C. de bon. poss. contra tab. lib. VI.* 13.

[1]) accedit *ms. Gt.*, *Hal.* — [2]) eis *om. Hal.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; ut et *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [4]) quin *Cont.* 71. *Char.*; qui *ms. Bg.*, *Coll. Ans. ded.* — [5]) occurrere *ms. Pl.* 2. — [6]) *hanc subscr. firmat Coll. Ans. ded.* — [7]) Mocino, Mocinio *mss. nonn.* — [8]) III. *ins. Hal. et rell. praeter Bk.*; II. *mavult Russ. in marg.* — [9]) *mss. Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; huiusmodi *rell.* — [10]) etiam *om. edd. Schf. Hal.* — [11]) prioris *ms. Pl.* 1. — [12]) Nec *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [13]) ne *ins. ms. Bg.*; re *post* hac *ins. alii, ut monet Russ. in marg.* — [14]) *probabiliter idem locus, quem Hal. in subscr. leg.* 7. *C. VI.* 30. *habet, nempe* Tiralli, *pro quo haud dubie reponendum* Tralli. — [15]) *ms. Pl.* 2., *Hal.*; mandaverit *mss. et edd. rell.* — [16]) Constantius *Hal.*, *quod corrigit ipse in not. recogn. op.* — [17]) daretur *coni. Cuiac. Obss. XVIII.* 9. — [18]) ac substituendi *om. ms. Bg.* — [19]) scriptura *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.* — [20]) ut si *Theod. C.* — [21]) si *ms. Pl.* 1. — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; vel *Theod. C.*; sive *Russ. et rell.* — [23]) inter ipsius iuris *mss. Pl.* 1. 2. — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Theod. C.*; adimplere *Hal. et rell.* — [25]) *ms. Pl.* 1. *ex correct.*, *edd. Nbg. Schf. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; intestato *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal. Cont.* 66. *et rell.*

interpretationem velut ex codicillis ultimam voluntatem, nisi [1]) id ille complexus sit, ut vim etiam codicillorum scriptura debeat obtinere; illo iure electionis videlicet perdurante, ut, qui ex testamento agere voluerit, ad fideicommissum migrare non possit. §. 2. Si quis vero ex parentibus utriusque sexus ac liberis usque ad quartum gradum agnationis vinculis alligatus, vel cognationis nexu [2]) constrictus usque [3]) ad tertium, scriptus heres fuerit vel nuncupatus, in eo videlicet testamento, quod testator vicem quoque codicillorum voluit obtinere, licebit ei, si de hereditate ex testamento secundum mortui voluntatem agens fuerit forte [4]) superatus, vel certe ipse sponte voluerit, ad fideicommissi subsidium convolare. Non enim par eademque ratio videtur, amittere [5]) debita, et lucra non capere [6]). §. 3. In omni autem ultima voluntate, excepto testamento, quinque testes, vel rogati vel qui fortuito [7]) venerint, in uno eodemque tempore debent adhiberi, sive in scriptis sive sine scriptis voluntas conficiatur; testibus videlicet, quando in scriptura [8]) voluntas componitur, subnotationem suam accommodantibus. Dat. X. [9]) Kal. Mart. Constantinop. Victore V. C. Cons. [424.]

Tit. XXXVII.

[a]) DE LEGATIS.

1. [b]) Imp. Antoninus Pius A. [10]) libertis Sextiae Basiliae [11]). — Quamvis verbis his: ut quoad [12]) cum Claudio Iusto morati essetis, alimenta vobis et vestiarium legatum sit, tamen hanc fuisse defuncti cogitationem interpretor, ut et post mortem Iusti [13]) eadem vobis praestari voluerit. — Sine die et consule.

2. Impp. Severus et Antoninus AA. [14]) Saviniano. — Quamvis heres institutus hereditatem vendiderit, tamen legata et fideicommissa ab eo peti possunt, et quod eo nomine datum fuerit, venditor ab emptore vel fideiussoribus eius petere poterit. PP. X. Kal. Septemb. Laterano et Rufino Conss. [15]) [197.]

3. [c]) Iidem AA. Victorino. — Qui post testamentum factum praedia, quae legavit, pignori vel hypothecae dedit, mutasse voluntatem circa legatariorum personam non videtur; et ideo etiam, si in personam actio electa est, recte placuit, ab herede praedia liberari. PP. VI. Kal. Mai. Gentiano et Basso Conss. [16]) [211.]

4. [d]) Imp. Antoninus A. Sulpicio. — Servis testamento dominorum non data libertate, legatum seu fideicommissum relictum non valet, nec convalescere potest, licet post mortem testatoris libertatem aliqua ratione consecuti sunt [17]). PP. V. Kal. Iul. Antonino A. IV. et Balbino [18]) Conss. [213.]

5. [e]) Idem A. Donato. — Non est dubium, denegari actionem legatorum ei pro portione competente in his rebus, quas subtraxisse eum de hereditate apparuerit. PP. V. Id. Septemb. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

6. Idem A. Iulio [19]). — Si legata relicta primus legatarius agnovit, substitutio eorum in persona Pontianae facta evanuit. PP. VIII. Kal. Mai. Romae, Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

7. Idem A. Fausto. — Si Fortidianum fundum primo pater tuus fratribus per praeceptionem, ac mox tibi legavit, concursu dominium eius tibi quoque quaeritur. §. 1. Error autem nominum in scriptura factus, si modo de mancipiis vel de [20]) possessionibus legatis non ambigitur [21]), ius legati dati non minuit. PP. V. Id. Iul. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

8. Idem A. Demetrio. — Ab administratione tutelae religio sacramenti Marcellum, quem vobis a patre tutorem datum testamento proponitis, eripit. Quae res, quominus legatum consequatur, non impedit; nec enim iuste ab ea petitione repellitur, quum, etiamsi vellet tutelam administrare, prohibeatur. PP. VIII. Id. Mart. Romae, Sabino II. et Anulino Conss. [216.]

9. [f]) Imp. Alexander A. Antiocho. — Si in fraudem eorum, quae testamento relicta sunt, admissus est accusator, qui testamentum falsum diceret praeses provinciae secundum iurisdictionis formam solv legata iubebit, interposita cautione, si evicta fuerit hereditas, ea restituturum [22]), quamvis alias tunc cautioni locus sit, quum sine controversia legata solvantur. PP. VII. Id. Febr. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

10. [g]) Idem A. Ingenuae. — Quum alienam rem quis reliquerit, si quidem sciens, tam ex legato quam ex fideicommisso ab eo, qui legatum seu fideicommissum meruit, peti potest. Quodsi suam esse putavit, non aliter valet relictum, nisi proximae personae, vel uxori vel alii tali personae, datum sit, cui legaturus esset, etsi scisset, rem alienam esse. PP. V. Kal. Febr. Albino et Maximo Conss. [227.]

11. [h]) Idem A. Albiniano. — Filia legatorum non habet actionem, si ea, quae ei [23]) testamento reliquit, vivus pater postea [24]) in dotem dedit [25]). PP.

---

[a]) *Dig. XXX — XXXIII.* — [b]) *hoc rescr. et servatur in l.* 13. §. 1. *D. de aliment. leg. XXXIV.* 1. — [c]) *Bas. XLIV.* 4. 3. (*T. V. p.* 768.); *hoc rescr. et relatum est in* §. 12. *I. de legat. II.* 20. — [d]) *Bas. XLIV.* 4. 4. — [e]) *Bas. XLIV.* 4. 5. (*T. V. p.* 809.) — [f]) *Bas. XLIV.* 4. 5. (*T. V. p.* 769.) — [g]) *Bas. XLIV.* 4. 6. — [h]) *Bas. XLIV.* 4. 7.

[1]) nisi si *Theod. C.* — [2]) vero *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [3]) usque *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *in ms. Bg. serius adiectum.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; forte *om. Hal.*; forsitan *ins. Theod. C.* — [5]) admittere *Russ. Cont. in marg.*, *Theod. C. ex ed. Sichard.* — [6]) lucro non carere *Russ. in marg. ex uno cod.* — [7]) fortuito *edd. Nbg. Cont.* 62. *Bk. contra mss. mea.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; scriptis *edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) *Russ. et omnes paene codd. Theod. C.*, *ut monet Haenel. in not.*; XVI. *Theod. C. ed. Gothofr.*; XV. *Hal. et rell.* — [10]) Pius *post A. collocant mss. Cas. Pl.* 1., *ed. Nbg.*, *et similiter S. Perus.* — [11]) *l.* 13. §. 1. *D. XXXIV.* 1.; Sextiliae Basiliae (Basilicae) *mss. Cas. Vat. Bg.*; Sextiliae *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *S. Perus.* — [12]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; ut *om. ms. Pl.* 1., *cuius tamen antiquae scripturae his novior successit, edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed cfr. Dig. l. c.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Hal.*, *Dig. l. c.*; Claudii *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [14]) Severus A. et Antoninus C. *Bk.*, *refragantibus codd.* — [15]) *hanc subscr. defendit ms. Pist.* — [16]) *hanc subscr. tuetur ms. Pist.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sint *Russ. et rell.* — [18]) A. III. et Albino *ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. convenit.* — [19]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Iuliano *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; de *om. rell.* — [21]) ambigunt *Hal. Russ.*, *contra omnia mss. Russ.* — [22]) restituiri *Char. in marg. ex libro Aured.*, *Cuiac. Obss. XVIII.* 9.; restitutum iri *Giphan. ad Cod. T. II. p.* 118. — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal.*; ex *ins. ms. Bg.*, *ed. Schf.*; in *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [24]) vivus postea pater *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; dederit *Cont.* 66. *et rell.*

PP. [1]) V. Non. Mart. Pompeiano et Peligno [2]) Conss. [231.]

12. [a]) Imp. Gordianus A. Muciano. — Quum responso viri prudentissimi Papiniani, quod precibus insertum est, praecepticnis legatum et omissa parte hereditatis vindicari posse declaratur [3]), intelligis, desiderio tuo iuxta iuris formam esse consultum. Verba vero responsi haec sunt. Filiae mater praedium ita legavit: praecipito sumito extra partem hereditatis; quum hereditati matris filia renuntiasset, nihilominus eam recte legatum vindicare visum est. PP. constitutio V. Id. Iul. Sabino II. et Venusto Conss. [240.]

13. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [4]) Severae. — Proprias tuas res legari vel fideicommitti tibi non potuisse manifestum [5]) est. PP. XV. Kal. Mai. Maximo II. et Aquilino [6]) Conss. [286.]

14. Iidem [7]) AA. Tatiano [8]). — Monumenta quidem legari non posse manifestum est, ius autem mortuum inferendi legare nemo prohibetur. PP. II. Kal. Septemb. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

15. Iidem AA. Terentio et aliis [9]). — Si universae facultates, quas pater vester reliquit, debito fiscali aut privato absumuntur, nihil ex his, quae [10]) testamento eius adscripta sunt, valere potest. Quodsi deducto debito in relictis bonis superfluum est, libertates impediri iuris ratio non permittit, quin [11]) etiam legata nec non [12]) fideicommissa, salva lege Falcidia, praestanda sunt. PP. III. Kal. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

16. Iidem AA. et CC. Syllae. — Crediter, si a debitore suo rem, quam pignoris nomine susceperat [13]), legatam sibi contendit, etiam debito ab heredibus eius oblato, quominus restituat, defendi potest. S. XVIII. Kal. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

17. Iidem AA. et CC. Eutychiano. — Datum legatum adimi tam pure, quam sub conditione, non libertis tantum, sed etiam ingenuis, placuit. Dat. III. Non. Mart. Caess. Conss. [294 — 305.]

18. Iidem AA. et CC. Iustino. — Ex legato nominis, actionibus ab his, qui successerunt, non mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non potest, utilibus [14]) autem suo nomine experietur. Dat. VI. Id. Decemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

19. Iidem AA. et CC. Niconi. — Non tantum duum [15]) mensium, sed et minoris temporis maritus uxori [16]) testamento scriptus succedit, nec legata vel fideicommissa seu donationes temporis huius angustia capi prohibet. Dat. V. Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

20. Iidem AA. et CC. [17]) Eutychiano. — Uxor patrui tui si testata decesserit, res tuas [18]), tantum usumfructum earum habens, legare non potuit Dat. VII. Kal. Ianuar. Caess. Conss. [294 — 305.]

21. [b]) Imp. Constantius A. [19]) ad populum. — In legatis vel fideicommissis verborum necessaria non sit observantia, ita ut nihil prorsus intersit, quis talem voluntatem verborum casus exceperit, aut quis loquendi usus effuderit. Dat. Kal. Februar. Laodiceae [20]), Constantio II. et Constante Conss. [339.]

22. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — In annalibus legatis vel fideicommissis, quae testator non solum certae personae, sed etiam [21]) eius heredibus praestari voluit, eorum exactionem omnibus heredibus et eorum heredum heredibus conservari [22]) pro voluntate [23]) testatoris praecipimus. Dat. III. Id. Decemb. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

23. Idem A. Iuliano P. P. — Quum quaestio talis de significatione verborum animos veterum [24]) movit, si quis cuidam agrum Cornelianum puta vel alium quempiam [25]) in solidum legaverit, deinde alii partem eius dimidiam, quantam portionem primus, quantam secundus legatarius consequitur (simili dubitatione et in hereditate et in fideicommissis habita), quumque computationes multae introducebantur et multis ratiocinatoribus [26]) dignae; nos huiusmodi computationes, quasi superfluas et contrarias voluntati testatorum [27]), omnes esse sopiendas censemus. Quum enim manifestissimum [28]) est, eum, qui ab initio duodecim uncias rei cuidam reliquit, alii autem postea sex, recessisse quidem a priore voluntate, voluisse autem minui eam sex unciis, quum alii eas obtulit, et praesens casus exitum apertissimum inveniet. Si quis itaque vel agrum vel hereditatem reliquerit, primo quidem in totum, secundo autem in partem dimidiam, utrumque in sex uncias esse vel dominum rei legatae vel heredem. Et si tota re primo relicta, tertiam partem secundo reliquerit, secundum praedictum modum octo quidem uncias vel agri vel hereditatis apud primum remanere, tertiam autem partem vel quatuor uncias ad secundum migrare. Et sic in omnibus statuendum est, id est in hereditatibus vel legatis vel fideicommissis; vestigia enim voluntatis testatoris non aliter, nisi per huiusmodi viam, aestimanda [29]) sunt. §. 1. Sed et aliam disce-

---

[a]) *Bas. XLIV.* 4. 8. — [b]) *iungendae l.* 9. *C. qui admitti ad bon. poss. VI.* 9. *et l.* 15. *C. d. testam. VI.* 23.

[1]) D. *ms. Pist.* — [2]) Peligniano *Bk. ex fastis.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; declaretur *Russ. et rell.* — [4]) Id. A. *ms. Bg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; certum *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [6]) Max. II. et eliano *ms. Pist., quod diem firmat.* — [7]) Imp. Diocl. et Max. *ms. Bg.* — [8]) Ticiano *ms. Pl.* 1. — [9]) et aliis *om. mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., S. Perus.* — [10]) ex *ins. edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [11]) quando *ms. Pl.* 1., *omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal., var. l. gl.* — [12]) legata vel *ms. Bg.* — [13]) susceperit *ms. Pl.* 1. — [14]) utilius *var. l. gl.* — [15]) *mss. Pl.* 1. *Gt., Hal., Cuiac. Obss. XVIII.* 9.; duorum *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; uxoris *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [17]) *mss. Pist. Pl.* 1.; Idem a. et c. *S. Perus.*; Iidem AA. *rell.* — [18]) tibi *add. ms. Pl.* 1. — [19]) *Unum Imp. inscribere iubent mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg. Hal. in textu S. Perus., vacillant autem inter Constantini, Constantis et Constantii nomen; ut hunc inscriberem, movit l.* 9. *C. VI.* 9. *et ratio a Iac. Gothofr. in Chronol. C. Theod. p. XLI. exposita*; Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA. *Hal. in not., Russ. et rell.* — [20]) *l.* 9. *C. VI.* 9., *Iac. Gothofr. l. l.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; et *Russ. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; servari *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [23]) ex voluntate *mss. Pl.* 1. 2.; per voluntatem *edd. Nbg. Hal.* — [24]) veteres *ms. Bg., ms. Gt. ante correct., ed. Schf., Cuiac. Obss. XVIII.* 9.; veteres *omisso* animos *Russ. in marg.* — [25]) quendam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — [26]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., libri veteres testis Cuiac. in Recitatt. ad h. t.*; ratiociniis *ms. Pl.* 1. *ante correct.*; ratiocinationibus *edd.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; testatoris *Hal. et rell.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.*; manifestum *ms. Bg. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [29]) existimanda *ms. Pl.* 1. 2.

disceptationem iuris antiqui non absimilem constitutam decidere nobis humanum esse apparuit. Agitabatur enim, si quis agrum Cornelianum vel forte alium vel quandam rem cuidam legaverit, et postea iterum vel saepius ei eandem rem per legatum vel fideicommissum dederit, post talia [1]) autem verba testamenti Sempronio eundem agrum vel aliam rem legaverit, ut saepius quidem fuisset Titii mentio, semel autem Sempronii, quid statuendum est [2]), et quid iuris sit, si coniunctim aut [3]) separatim eis relinquatur, sive in legato hoc consistat, sive in hereditate? Huiusmodi igitur decidentes antiquam controversiam sancimus, cuicunque [4]) fuerit vel [5]) hereditas vel ager in memoratis casibus, sive coniunctim, sive soli, sive saepius eidem relictus, aequa lance et hereditatem et agrum et aliam quamcunque rem dividi, et ad dimidiam partem unumquemque vocari, nisi specialiter expresserit et dixerit testator, tantas quidem partes velle unum, tantas autem alterum habere. In omnibus etenim testatoris voluntatem, quae legitima est, dominari censemus. Dat. XV. Kal. Decemb. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

24. Idem A. Ioanni P. P. — Quum quidam suum filiumfamilias impuberem exheredatum fecit, aliis heredibus scriptis [6]), eidem autem pupillo alium substitutum reliquit, maximam [7]) scilicet ostendens ad filium suum [8]) affectionem, cui nihil quidem emolumenti reliquit, sed post exheredationis iniuriam etiam substitutionem ei addidit, et a substituto legatum reliquit, quaerebatur, si huiusmodi legatum vel fideicommissum potest [9]) valere. Sed et si legatum eidem exheredato filio pater reliquerit, et substituerit ei exheredato facto aliquem extraneum, iterum certabatur, si saltem per eundem modum fideicommissum potest [10]) relinquere. Quum igitur antiquitas quidem hoc diverse tractare malnit [11]), nobis autem huiusmodi iurgia supervacua esse videntur [12]), sancimus, nullo legato, nullo fideicommisso huiusmodi substitutum, qui exheredato pupillo datus est, praegravari, nec si ipsam rem, quam pupillo legavit, a substituto eius vel legare vel fideicommittere voluit. Dat. II. Kal. Mai. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

25. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Si legatarius [13]) celaverit testamentum, et postea hoc in lucem emerserit, an posset [14]) legatum sibi relictum is, qui celaverit, ex eo testamento vindicare, dubitabatur. Quod omnimodo inhibendum esse censemus, ut non accipiat fructum suae calliditatis, qui heredem voluit hereditate [15]) defraudare; sed huiusmodi legatum illi quidem auferatur, maneat autem quasi [16]) pro non scripto apud heredem, ut, qui alii nocendum esse existimavit, ipse suam sentiat iacturam, quemadmodum, si legatarius, cui propter tutelam gerendam aliquid relictum sit, non subierit tutelam, ei quidem legatum auferatur, pupillo autem assignatur, cui ille utilis esse nolnit. Dat. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

26. Idem A. Ioanni P. P. — Illud, quod de legatis vel fideicommissis temporalibus, utpote irritis, a legum conditoribus definitum est, emendare prospeximus, sancientes, et talem legatorum vel fideicommissorum speciem valere et firmitatem habere. Quum enim iam constitutum est [17]), fieri posse temporales donationes et contractus, consequens est, etiam legata vel fideicommissa, quae ad tempus relicta sunt, ad eandem similitudinem confirmari; post completum videlicet tempus ad heredem iisdem legatis vel fideicommissis remeantibus, necessitatem habente legatario vel fideicommissario cautionem in personam heredis exponere, ut [18]) post transactum tempus res non culpa eius deterior facta restituatur. Dat. XV. Kal. Novemb. [19]) Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

Tit. XXXVIII.

[b]) DE VERBORUM ET RERUM [20]) SIGNIFICATIONE.

1. Imp. Antoninus A. Antipatrae [21]). — Praediis instructis legatis, quamvis ex fructibus oleum et vinum in eodem fundo habuerit [22]), tamen si id venale fuit, item ea, quae ad tempus propter incursionem latronum tutelae causa in praedium [23]) translata sunt, legato non cedere, iuris auctoribus placuit. Vinum vero, quod in apothecis fuit, si ideo illic habuit, ut, quum in praedium venisset, materfamilias [24]) eo uteretur, legato cedere, ignorare non debes. PP. VI. Id. August. Antonino A. IV. et Balbino [25]) Conss. [213.]

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Rufino. — Fundo sicut instructus est legato sive per fideicommissum relicto, villicum [26]) hominesque et omnia, quae vel [27]) ipse paterfamilias, quum ibi ageret, vel [28]) ut [29]) fundus esset instructus, non temporis causa, in eo habuit, relicta esse, iuris auctoritate definitum est. Ea etiam, quae tam fructum colligendorum quam servandorum, item pecora stercorandi vel pascendi causa ibi

---

[a]) *Bas. XLIV.* 4. 9. (*T. V. p.* 769.) — [b]) *Dig. XXXII.* — *Variae lectionis ex editionibus ante Haloandrum collectae apparatum ad quatuor priores constt. hui. tit. dedit* Schrader *Civilist. Abhandl. tabb. ad p.* 451. *Caeterum ad hunc tit. collata est editio, quam curavit* Cramer *in libro: De verborum significatione tituli Pandect. et Cod. cum variae lect. apparatu, p.* 135 *sqq.*

[1]) alia *ms. Bg.*, *ed. Schf.*, *probante Russ. in marg.* — [2]) esset *Bk. contra codd. et edd.* — [3]) an *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [4]) cuiuscunque *ms. Bg.*, *Hal. in textu emendat. in not.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; sit, *om.* vel, *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) inscriptis *Hal.* — [7]) malam *Char. in marg. ex libro Aured.* — [8]) adversus filium *Russ. in marg. ex coni.*, *idem autem in nonnullis veterr. libr. reperiri asseverat Char. in marg.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; posset *Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; posset *Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; maluerit *rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; videantur *rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; vel fideicommissarius *add. edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. *et rell.*, *etiam contra Bas.* — [14]) possit *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Hal.*; sua *add. edd. Nbg. Russ. et rell.*, *etiam contra Bas.* — [16]) quasi *om. mss. Pl.* 1. *Gt.*; *sed Bas.* ὡς μὴ γεγραμμένον. — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *Russ. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; ei *ins. edd. Nbg. Hal. et rell. contra omnia mss. Russ.* — [19]) Decemb. *Russ. in marg.* — [20]) et rerum *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [21]) *in ms. Bg. inscr. leg. seq. huc refertur*; Antipatro *S. Perus.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; habuit *rell.* — [23]) in praedio *ms. Pl.* 2., *Russ. in marg. ex omnibus suis libr.* — [24]) paterfam. *ms. Bg. ex correct.*, *edd. Nbg. Schf.* — [25]) II. *ins. Bk. ex fastis.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; quidem *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [27]) quae velut (veluti) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; quae velit *al.* — [28]) vel *om. ed. Nbg.* — [29]) ut *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*

ibi [1]) constituta, ut de his fructus capiantur, vel ut [2]) fundus sit instructior [3]), fideicommisso cedere, certi iuris est. Dat. Non. Octobr. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

3. Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Sancimus, cautionis nomine vel ἀσφαλείας [4]) non esse fideiussoris [5]) dationem [6]) interpretandam, nisi hoc specialiter vel in graecis vel in latinis verbis scriptum inerit; nisi enim vel generaliter de satisdatione, vel [7]) fideiussione specialiter sit nominatum, cautione [8]) vel ἀσφαλείᾳ [9]) minime fideiussionem, sed nudam promissionem significari [10]). Dat. Kal. Mart. Constantinop. [11]) Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

4. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Quum quidam sic vel institutionem, vel legatum [12]), vel fideicommissum, vel libertatem, vel tutelam scripsisset: ille aut [13]) ille mihi heres esto, vel illi aut illi do lego vel dari volo, vel illum aut illum liberum aut tutorem esse volo vel iubeo, dubitabatur, utrumne inutilis sit huiusmodi institutio et legatum, et fideicommissum, et libertas, et tutoris datio, an occupantis melior conditio sit, an ambo in huiusmodi lucra vel munia [14]) vocentur, et an secundum aliquem ordinem admittantur, an uterque omnimodo, quum alii primum [15]) in institutionibus quasi institutum admitti, secundum quasi substitutum, alii in fideicommissis posteriorem solum accepturum fideicommissum existimaverunt [16]), quasi recentiore voluntate testatoris utentem [17]). Et si quis eorum altercationes sigillatim exponere maluerit, nihil prohibet non leve libri volumen extendere, ut sic explicari possit tanta auctorum varietas, quum non solum iuris auctores, sed etiam ipsae principales constitutiones, quas ipsi auctores retulerunt, inter se variasse videntur. §. 1. Melius itaque nobis visum est, omni huiusmodi verbositate explosa, coniunctionem aut pro et accipi, ut videatur copulativo modo esse prolata, et magis sit παραδιάζευξις [18]), ut et primam personam induca et secundam non repellat [19]). Quemadmodum enim verbi gratia in interdicto quod vi aut clam aut coniunctio pro et apertissime posita est, ita et in omnibus huiusmodi casibus sive institutionum, sive legatorum, sive fideicommissorum, vel libertatum, seu tutelarum hoc esse [20]) intelligendum, et [21]) ambo veniant aequa lance ad hereditatem, ambo legata similiter accipiant, fideicommissum in utrumque dividatur, libertas utrumque [22]) capiat, tutoris ambo fungantur officio. Sic [23]) nemo defrandetur a commodo testatoris, sic maior [24]) providentia pupillis inferatur, ne, dum dubitatur, apud quem debet [25]) esse tutela, in medio res pupillorum depereant. Sed haec quidem sancimus, quum in personas huiusmodi proferatur scriptura. §. 2. Sin autem una quidem est persona, res autem ita derelictae [26]): illam aut illam rem illi do lego, vel per fideicommissum relinquo, tunc secundum veteres regulas et antiquas definitiones vetustatis iura maneant incorrupta, nulla innovatione eis ex hac constitutione introducenda. Quod etiam in contractibus locum habere censemus. Dat. prid. Kal. Mai. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [331.]

5. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Suggestioni Illyricianae [27]) advocationis respondentes decernimus, familiae nomen talem habere vigorem, parentes, et liberos, omnesque propinquos, et substantiam, libertos etiam, et patronos, nec non servos per hanc appellationem significari; et si quis per suum elogium fideicommissum familiae suae reliquerit, nulla speciali adiectione super quibusdam certis personis facta, non solum propinquos, sed etiam, his deficientibus, generum et nurum. Et hos [28]) enim nobis humanum esse videtur ad fideicommissum vocari, ita videlicet, si matrimonium morte filii vel filiae fuerit dissolutum. Nullo etenim modo possint [29]) gener vel nurus filiis viventibus ad tale fideicommissum vocari, quum hi procul dubio eos antecedant; et hoc videlicet gradatim fieri, ut post eos liberti veniant [30]). Hoc eodem valente, et si quis rem immobilem cuidam legaverit vel fideicommiserit, eamque alienari [31]) prohibuerit, adiiciens, ut, si hoc fideicommissarius praeterierit, familiae suae res acquiratur. In aliis autem casibus nomen familiae pro substantia oportet intelligi, quia et servi et aliae res in patrimonio uniuscuiusque esse putantur. Dat. XV. Kal. Novemb. [32]) Constantinop post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

TIT.

---

[a]) *Bas. XLIV.* 3. 13. (*T. V. p.* 766.) — [b]) *Bas. XLIV.* 3. 14. (*T. V. p.* 767.)

[1]) ita *ed. Schf.* — [2]) ut *om. mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; instructus *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) vel ἀσφαλείας *om. ms. Bg., ed. Schf.*; *graecum vocab. habet ms. Pl.* 1., *eiusdem vestigia sunt in ms. Pl.* 2.; *interpretationem latinam* i. securitatis, *a codd. alienam, male textui ins. Cont.* 71. *Char. Pac.* — [5]) fideiussionis *ms. Bg.* — [6]) donationem *ms. Pl.* 1. *vitio scripturae, Sp. vitio typorum.* — [7]) de *ins. mss. Bg. Gt., ed. Schf.* — [8]) cautionem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg., in quibus libris et additur* vel cautelam; vel cautela *add. ms. Gt., ed. Schf.* — [9]) vel ἀσφαλ. *om. mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [10]) significare *ms. Pl.* 2., *Pl.* 1. *ex correct.* — [11]) *S. Perus., quae subscr. hic habet, post diem ita pergit* p̄c Lampadio et Orestes, *unde quis coniecerit legendum esse* post consulat. Lampadii et Or.; *sed propter ablat.* Lampadio *verisimilius est, per scribae errorem* p̄c *scriptum fuisse pro* c̄p., *quae sigla in codd. Constantinopolin denotare solet.* — [12]) vel legatum *om. edd. Nbg. Hal., sed contra codd. et Bas.* — [13]) vel *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., quae varietas statim post saepius occurrit.* — [14]) *ms. Pl.* 1., *Hal.*; munera *mss. et edd. rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; primum *post institut. collocant edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; existimaverint *Russ. et rell.* — [17]) utentes *ed. Schf.* — [18]) et magis sit παραδιάζ. *om. Hal.*; παραδιάζ. *om. ms. Bg. ante recent. addit., ed. Schf.*; et magis ita κατὰ μαθαιόθην *ed. Nbg.*; *sed textum comprobant mss. Pl.* 1. 2., *licet scriptura corrupta sit, et Bas.* — [19]) expellat *edd. Nbg. Hal.*; ἐκβάλῃ *Bas.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; est *Russ. et rell., sed Bas.* εἶναι νοητέον. — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; ut et *ed. Schf.*; ut *Russ. et rell., verum Bas.* καί. — [22]) utrosque *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal., Cramer.*; ut sic *Russ. et rell.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Cramer*; et maior *Russ. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; debeat *Russ. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; sunt *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [27]) Illyricinae *Hal., corr. in not., contra mss. mea*; *cfr. l.* 9. *C. II.* 7. *et Schrader. ed. Inst. p.* 273. *in not.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; Eos *om.* et *edd. Nbg. Hal. et rell.*; Et hoc *Russ. in marg. ex omnibus, ut ait, mss.*; *Bas. sane* καὶ τοῦτο. — [29]) *ms. Bg.*; possit *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; possunt *edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.*; δυνηθήτωσαν *Bas.* — [30]) perveniant *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; ἔλθωσι *Bas.* — [31]) *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; alienare *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.*; ἐκποιηθῆναι *Bas.* — [32]) diem firmat *ms. Pist., a quo rell. absunt.*

Tit. XXXIX.

[a]) SI OMISSA SIT CAUSA TESTAMENTI.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. [1]) Ianuariae. — Si in fraudem legatorum [2]) transmissam hereditatem ad substitutum probatura es, utilis actio adversus eum, cum quo fraudis consilium participatum est, [3]) competit. Plane si pecunia accepta omisit aditionem, legata et fideicommissa praestare cogitur. Accepta Kal. Octobr. Dextro et Priso [4]) Conss. [196.]

2. Imp. Philippus A. et Philippus C. [5]) Victoriae. — Eum, qui, quum testamento posset obtinere hereditatem, ab intestato ius successionis voluit amplecti, libertatibus eodem testamento datis obesse non posse, iam pridem placuit. Quodsi, quum [6]) neque adiri ex testamento hereditas, neque bonorum possessio peti possit, indicium defuncti non usurpabitur [7]), sed ad irritum iuris ratione vocatum [8]) est, petitio relictorum nullo iure procedit. Si vero iure facto testamento, cessante herede scripto, alter ab intestato adiit hereditatem, neque libertates neque legata ex testamento posse praestari, manifestum est. PP. Kal. Ianuar. Philippo A. et Titiano Conss. [245.]

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [9]) Apro et Piae. — Si Proculiana patri vestro, cuius estis heredes, testamento quid reliquit, et scripti iure secundum eius iudicium, vel omissa causa testamenti successerunt ab intestato, aditus competens iudex, quatenus legis Falcidiae modus patitur, vobis relicta restitui iubebit. Dat. XV. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

Tit. XL.

DE INDICTA VIDUITATE ET DE [10]) LEGE IULIA MISCELLA [11]) TOLLENDA.

1. Imp. Gordianus A. Bono. — Legatum alii sub conditione sic relictum, si uxor nuptui se post mortem mariti non collocaverit, contractis nuptiis conditione [12]) deficit [13]), ideoque peti legatum [14]) nequaquam potest. PP. XIII. Kal. August. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

2. Imp. Iustinianus A. Ioanni [15]) P. P. — Ambiguitates legis Iuliae Miscellae generali lege tollentes, nullum concedimus fieri iuramentum secundum praedictam legem, sed penitus ea una cum Mutiana [16]) cautione super hac causa quiescente, licere mulieribus, etiam maritorum suorum interminatione spreta, quae viduitatem eis indicit [17]), et non dato sacramento procreandae sobolis gratia [18]), tamen [19]) ad secundas migrare nuptias, poena huiusmodi cessante, sive habeat liberos, sive non, et [20]) ea percipere, quae maritus dereliquit (quorum omnium manifestissimum est dominium minime eas liberis exsistentibus habere, usufructu tantummodo apud eas manente [21]), et ad liberos prioris tori [22]) proprietate eorum deferenda, secundum ea, quae de secundis nuptiis et lucris, quae ex his [23]) mulieribus obveniunt [24]), statuta sunt), ne ex necessitate legis et sacramento colorato periurium committatur. Quum enim mulieres ad hoc natura progenuit [25]), ut partus ederent, et maxima eis cupiditas in hoc constituta est [26]), quare scientes prudentesque periurium committi patimur? Tale igitur iuramentum conquiescat, et lex Iulia Miscella cedat cum Mutiana cautione super hoc introducta, a nostra [27]) republica separata. Augeri etenim magis nostram rempublicam, et multis hominibus legitime [28]) progenitis frequentari, quam impiis [29]) periuriis [30]) affici volumus, quum satis esse inhumanum videatur, per leges, quae periuria puniunt, viam periuriis aperiri. Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

Authent. de nuptiis §. Quae vero nunc sequitur (Nov. 22. c. 43. et 44.) — *Cui relictum quid fuerit a coniuge vel a qualibet persona, ne secundas ineat nuptias, infra* [31]) *annum quidem non petat, nisi spes nuptiarum deficiat, post annum vero capiat, praestita cautione rei cum fructibus restituendae, si contra fecerit. Pro re immobili iuratoria cautio fiat cum hypothecis, pro mobili, si persona sit idonea, eadem sit cautio; alioqui et* [32]) *fideiussor exigitur, si praestari potest. Con-*

---

[a]) *Dig. XXIX.* 4. — [b]) *Bas. XLIV.* 26. 1. (*T. IV. p.* 790.)

[1]) Imp. Alexander A. *Bk., ex ingenio profecto, sine auctoritate librorum; nam nostram inscr. tuentur mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. et omnes edd. et S. Perus.; v. not. ad subscr.* — [2]) legatariorum *coni. Leuncl. Notat. II.* 202. *ex Synopsi Bas.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; tibi *ins. edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [4]) Fusco et Dextro (225.) *Hal. et rell., falso, ut patet ex inscr. omnis fidei plenissima. Equidem emendavi* Dextro et Prisco, *quum saepius utriusque anni consules commutentur, cfr. l.* 1. *C. IX.* 41., *Cuiac. Obss. II.* 33. *et Relandi fast. consul. p.* 84. — [5]) et Phil. C. *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; iam *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [7]) non insuperhabitum *coni. Cuiac. in Recitatt. in Cod. hoc tit., quod improbat Cont. in marg., quippe a codd. alienum*; usurpatur *ms. Pl.* 2. — [8]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; devocatum *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; revocatum *Russ. et rell.* — [9]) et CC. *om. mss. Pl.* 1. *Bg.* — [10]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. Gt., S. Perus.*; de *om. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [11]) lege visscellia *ms. Pl.* 2. — [12]) conditio *mss. Pl.* 1. *Bg. ante emendat., edd. Nbg. Schf.*; conditiove *Cont.* 71. *Char.* — [13]) defecit *ms. Pl.* 2., *vetera Cont.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; legatum *om. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) Iuliano *mss. Vat. Pl.* 1., *S. Perus.* — [16]) Muciana *ms. Bg., edd. Nbg. Schf.* — [17]) inducit *ms. Pl.* 2. — [18]) *male Hal. et rell. interpungunt non hoc loco, sed post v.* sacramento; *v. Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; tantum *edd. Nbg. Hal. et postea rell., improbante Cuiac. l. c.*; *utrumque om. ed. Schf.* — [20]) et *om. Hal. contra librorum fidem, et profecto non ferenda est copula, si ita interpungitur, ut not.* 18. *notavi.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ.*; remanente *edd. Schf. Cont.* 62. *rell.* — [22]) *secundum Russ. in marg. al.* priores, *al.* prioris mariti, *al.* prioris matrimonii; ad liberos, *omni additamento om., Char. in marg. ex lib. Aured. et Dionys.* — [23]) huiusmodi *ms. Bg.* — [24]) obveniunt *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal., ideoque expungerem, si liceret eiicere v.* quae, *quod proxime antecedit.* — [25]) progenuerit *Russ. et postea rell. contra codd.* — [26]) sit *Russ. et postea rell. contra codd.* — [27]) nostra *om. mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [28]) legitimis *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [29]) nuptiis *ed. Nbg.* — [30]) periur. *om. ms. Pl.* 1. *ante emend.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *intra Cont. et rell.* — [32]) *et om. edd. Schf. Hal. Russ.*

Contractis nuptiis etiam [1]) *res data vindicari potest; quod sic admittitur* [2]), *ac si ei relictum vel ordinatum non esset.*

3. Idem A. Ioanni P. P. — Legem Iuliam Miscellam quemadmodum in feminis sustulimus, ita et in masculis esse sublatam, pertinere quidem ad sensum nostrae legis, quam super hoc promulgavimus, non est incertum. Ne tamen quaedam ambiguitas simplices animos moveat, etiam expressim sancimus, legem Iuliam Miscellam et Senatusconsulta, quae circa eam facta sunt [3]), nec non Mutianam cautionem, quae super talibus nuptiis introducta est, non solum in feminis, sed etiam in masculis cessare. Sed quia apud Ulpianum in libris Sabinianis invenimus quaedam verba, quae effugiunt legis [4]) Miscellae observationem, ne quis et ea sublata esse putaverit, sancimus, quum huiusmodi verbis mulieribus aliquid relinquatur: si vidua erit, vel quotiens vidua erit, vel quam vidua erit [5]), vel e contrario maribus: si amiserint uxores, vel quando ad caelibatum pervenerint non vetari ea vindicare vel legitimo modo sumere, quae eis derelicta sunt. Neque enim ut permaneant vel feminae in viduitate vel masculi in coelibatu videtur esse relictum, ut locum vel [6]) ante nostram legem habeat [7]) lex Iulia Miscella, quae iam peremta est, sed quum primum hoc evenerit, illico competat talibus personis eius, quod relictum est, persecutio, quia sub conditione relictum esse videtur, sive semel, sive in annos singulos haec liberalitas fuerit conscripta, quasi pro solatio suae tristitiae. Dat. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

Tit. XLI.

[a]) DE HIS, QUAE POENAE NOMINE IN TESTAMENTO VEL CODICILLIS RELINQUUNTUR [8]).

1. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Supervacuam observationem veterum legum, per quam testatorum voluntates ad effectum duci impediebantur, amputamus, praecipientes, nullum valere dicendo, poenae nomine quaedam esse relicta vel ademta in supremis testantium voluntatibus, ea [9]) infirmare, sed licere testanti pro implenda sua voluntate vel pecunias dari praecipere, vel aliam pecuniariam poenam inferre, quibus voluerit, tam in adimendis hereditatibus vel legatis vel fideicommissis vel libertatibus, quam in praecipiendo, ad alias personas ea [10]) transferri ab eo, cui relicta ab initio sunt, vel aliquid aliis ab eo dari, si minus dispositionibus suis heres vel legatarius vel libertate donatus paruerit. Quodsi aliquid facere vel legibus interdictum, vel alias probrosum, vel etiam impossibile iussus aliquis eorum fuerit, tunc sine ullo damno, etiam neglecto testatoris praecepto, servabitur. Dat. Kal. Ianuar. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

Tit. XLII.

[b]) DE FIDEICOMMISSIS.

1. Imp. Antoninus A. Demetrio [11]). — Si probaveris, Demetrium petiisse de matre heredeque sua, ut tibi alimenta menstrua, et vestiarium annuum praestaret, eamque secutam voluntatem filii sui per multum temporis, id est non minus in tali causa triennio, ea praestitisse; ut in futurum quoque ea praestentur, et si qua in praeteritum [12]) praestita non sunt, ut exsolvantur, impetrabis. PP. XVII. Kal. Septemb. duobus [13]) Aspris Conss. [212.]

2. [c]) Idem A. Eupatrio. — Etsi inutiliter fideicommissum relictum est [14]), tamen si heredes, comperta voluntate defuncti, praedia ex causa fideicommissi avo tuo praestiterunt, frustra ab heredibus eius de ea re quaestio tibi movetur, quum non ex ea sola scriptura, sed ex conscientia relicti fideicommissi defuncti voluntati satisfactum [15]) esse videatur. PP. VI. Kal. Aug. Laeto II. et Cereale [16]) Conss. [215.]

3. Idem A. Rufino. — Quum secundum voluntatem defunctae [17]) Chrysidem puellam ab heredibus manumissam, eamque, prinsquam ei restitueretur hereditas, intestatam [18]) vita functam proponas, ad manumissores eius successio pertinet. Qui si adierint eius hereditatem, confusis actionibus, fideicommisso sunt liberati. PP. V. Id. [19]) Decemb. Laeto II. et Cereale [20]) Conss. [215.]

4. Imp. Alexander A. Victorino. — Voluntas patris, prohibentis liberos fundos extra familiam vendere vel pignori dare, fratrem sorori donare prohibuisse non videtur. PP. V. [21]) Kal. Iul. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

5. Idem A. Reginae. — Si frater tuus, postquam [22]) patri heres exstitit, pubes iam [23]) sine liberis decessit, ex pupillari substitutione tibi hereditas eius delata non est. Sed si verbis fideicommissi aliqua parte testamenti confirmata est, fideicommissum ab heredibus petere non prohiberis. PP. XV. Kal. Februar. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

6. [d]) Idem A. Nilio. — Praedia obligata, per legatum vel fideicommissum relicta, heres luere debet, maxime quum testator conditionem eorum non ignoravit, aut, si scisset [24]), legatarius tibi aliud, quod non

---

[a]) *Dig. XXXIV.* 6. — [b]) *Dig. XXX — XXXII.* — [c]) *Bas. XLIV.* 1. 32. (*T. V. p.* 759.) — [d]) *Bas. XLIV.* 1. 33.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal. Russ.*; *etiam om. rell.* — [2]) *sicut est ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *qui libri et om. vel ordinatum.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; senatusconsultum, quod circa eam factum est *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *male*; *v. Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.* — [4]) Iuliae *ins. ms. Bg.* — [5]) vel cum vid. erit *om. edd. Nbg. Hal.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; vel *om. edd. Schf. Russ. et rell.* — [7]) habuerit *Hal.*; habebat, *et antea* ubi *pro* ut, *ed. Schf.* — [8]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *S. Perus.*; relinquentur *ms Cas.*; scribuntur vel relinquuntur *Hal. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; eas *Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; eas *edd.* — [11]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *quinque vetera mss. Russ.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.*; Demetrio *om. Hal. et rell.*, *et profecto suspicio est*, *nomen ex ipsis rescripti verbis in inscr. venisse.* — [12]) in praeterito *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [13]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; sit *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [15]) satis def. volunt. factum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [16]) Cereali *Hal. Russ. Cont.* 62. — [17]) defuncti *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; intestato *Hal. et rell.* — [19]) Id. *om. Sp.*, *vitio typ.* — [20]) Cereali *Hal. Russ. Cont.* 62. — [21]) V. *om. ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. convenit.* — [22]) postea quam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. omnia Russ.*, *edd. Schf. Hal.*; factus *ins. edd. Nbg Russ. et rell.* — [24]) aut ignoravit, at si scisset *corr. van de Water Obss. II.* 13., *qua emend. nihil opus est.*

non minus esset, fuisset. Sin vero a creditore distracta sunt, pretium heres exsolvere cogitur, nisi contraria defuncti voluntas ab herede ostendatur. PP. XVI. Kal. Mart. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

7. Idem A. Septimo [1]). — Voluntatis defuncti quaestio in aestimatione iudicis est. PP. XV. Kal. Mart. Fusco II. [2]) et Dextro Conss. [225.]

8. Idem A. Masculo [3]). — Qui fideicommissariam libertatem meruit, legata seu fideicommissa a defuncto sibi data [4]) suo iure persequitur. PP. XV. [5]) Kal. Iun. Fusco II. et Dextro Conss. [226.]

9. Imp. Gordianus A. Paulinae. — Ab eo, qui neque legatum, neque fideicommissum, neque hereditatem, vel mortis causa donationem accepit, nihil per fideicommissum relinqui potest. PP. XVII. Kal. Octob. Pio et Pontiano Conss. [238.]

10. Idem A. Firmo. — Verbum volo, licet desit, tamen quia additum perfectum sensum facit, pro adiecto habendum est. PP. III. Id. Decemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [6]) [239.]

11. Idem A. Papyriano [7]). — Quotiens ab omnibus, qui alienatione facta ad fideicommissi petitionem adspirare possunt, venditio celebratur, aut quibusdam vendentibus alii consenserint, contractus auctoritas convelli nequaquam potest. PP. II. Kal. Ianuar. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

12. Imp. Philippus A. et Philippus C. [8]) Rufino [9]). — Post mortem suam rogatam [10]) restituere hereditatem defuncti iudicio, et antequam fati munus impleat, posse satisfacere, id est restituere hereditatem, [11]) quarta parte vel retenta vel omissa, si voluerit, explorati iuris est. PP. Id. Octob. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

13. Iidem A. et C. Sempronio. — Quotiens principali [12]) loco heres instituitus testatori succedit, legata seu fideicommissa a substituto data posci iure non possunt. PP. VIII. Kal. Mart. Praesente et Albino Conss. [247.]

14. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Falconi. — Eam [13]), quam frater tuus instituerat, sive quaesita, sive non quaesita hereditate decesserit, quum tamen simpliciter, antequam duodecimum aetatis annum implevisset, verbis precariis [14]) testamento facto nonnullos ei voluerit substitutos, nihil prohibet fideicommissum petere [15]) vel ab ipsius [16]) heredibus vel ab his [17]), qui bona intestati tenent. Tunc enim locum habet, quod regulariter traditur, ea, quae in testamento relinquuntur, si ex testamento non adeatur hereditas, non valere, quum verbis relicta directis [18]) adiri potuit hereditas, non quum illa ipsa sic data est, ut esset [19]) ab intestato successoribus postulanda. Quod rescripsimus sequentes asseverationem tuam, quasi scripta heres non fuerit iure adoptata. Alioquin si in familia relicta heres facta decesserit, et consequenter ipsius heredes petitioni fideicommissi respondere coguntur. PP. XIV. Kal. Septemb. Valeriano III. et Gallieno II. AA. Conss. [255.]

15. Iidem AA. [20]) Philocrati. — Quamvis simpliciter [illegible] ac fratrem tuum [21]) aliquis instituerit heredes, eiusque hereditatis commodum pater ex tua fratrisque persona pro portionibus vestris potestatis ratione quaesierit, tamen quia inferioribus verbis testamenti vos sui iuris facere testator curavit, intelligi potest, restituendi [22]) hereditatis commodi [23]) fideicommisso patrem obstrictum esse. PP. VI. Id. Octob. Romae, Maximo II. et Glabrione Conss. [256.]

16. Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Isidorae [24]). — Quum virum prudentissimum Papinianum respondisse non ignoramus [25]), etiam legata huiusmodi fideicommisso contineri, id est ubi heres rogatus fuerit, quidquid ex hereditate [26]) pervenerit, post mortem restituere, animadvertimus [27]), etiam praeceptionis compendium testatoris verbis comprehensum esse. Sane quoniam in fideicommissis voluntas magis, quam verba plerumque intuenda sunt [28]), si quas pro rei veritate praeterea probationes habes, ad commendandam hanc patris voluntatem, quam fuisse asseveras, apud praesidem [29]) experiri non vetaris. PP. prid. Id. Novemb. Caro [30]) et Carino AA. Conss. [283.]

17. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Fortunato. — Si creditoris voluntas iure subnixa, liberari te debito volentis, doceri potest, et [31]) antequam solemniter tibi liberatio a successore praestetur, exceptionem tibi ex voluntate [32]) descendentem competere, manifestum est. PP. XII. Kal. Mai. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

18. Iidem AA. Apolausto. — Quum necessitatem reddendae rationis defunctus remittendam tibi esse petierit, manifesti iuris est, voluntatem defuncti immutatam [33]) esse debere. PP. Id. Mart. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

19. Iidem AA. Ampliato [34]). — Clari et aperti iuris est, in fideicommissis posteriores voluntates esse firmiores. PP. VIII. [35]) Id. Septemb. ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

20.

---

[1]) Septimio *mss. nonn.* — [2]) II. *om. ms. Pist., quod rel. subscr. firmat.* — [3]) Mascilo *ms. Pist.*; Marcello *S. Perus.* — [4]) delata *ms. Pl.* 1. — [5]) pp. XVII. *ms. Pist., a quo rell. absunt.* — [6]) *hanc subscr. firmat ms. Pist., nisi quod om.* A. et. — [7]) Papiniano *mss. mea pleraque*; Papiano *ms. Vat.*; Appiano *S. Perus.* — [8]) et Phil. C. *om. mss. Pl.* 1. *Bg.* — [9]) *al. add.* P. U., *ut Cont. in marg. monet.* — [10]) rogatus *om.* suam *ms. Gt.*; *fortasse rectius* rogatum. — [11]) etiam *ins. mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; et *ins. ed. Schf.* — [12]) principe *Cuiac. Obss. XVIII.* 9. *et Recitatt. ad h. t. ex veter. libris.* — [13]) Ea *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [14]) precativis *ms. Bg.* — [15]) peti *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.* — [16]) ipsis *Char. in marg.* — [17]) ab his *om. ms. Pl.* 2.; vel ab his *om. ms. Gt.*, *Hal.*, *etiam in ms. Pl.* 1. *recens addita videntur*; vel ab ipsis *ed. Nbg.* — [18]) directis *om. Russ. et Cont.* 62., *contra omnia mss. Russ.* — [19]) etiam *ins. ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [20]) Idem A. et C. *S. Perus.* — [21]) fratres tuos *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [22]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; restituendae *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; de restituendae *ms. Pl.* 2.; restituendo *Russ. in marg.* — [23]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; commodo *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.*; *v. not. praeced.* — [24]) Hysidoro *ms. Bg.* — [25]) ignoremus *Russ. Cont.* 66. *et rell. contra omnia mss. Russ. et mea.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; ad eum *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [27]) animadvertis *mss. Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 1. *ante emend.*, *ed. Schf.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; est *Russ. contra omn. sua mss.*, *Cont.* 66. *et rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; provinciae *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [30]) II. *ins. Bk. ex fastis.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; etiam *Russ. et rell.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Schf.*, *Hal. in not.*; defuncti *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [33]) mutatam *Russ. in marg. contra codd.*; immutilatam *ms. Pl.* 2., *Cuiac. Obss. XVIII.* 9. — [34]) Stratonico *ms. Pl.* 1. — [35]) III. *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. tuetur, nisi quod* AA. *ponit post* III.

20. [a]) Idem AA. Iuliano. — Etiam a pupillorum tutoribus, velut ab ipsis [1]) relicta, fideicommissa debentur. PP. III. Non. Decemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

21. Idem AA. et CC. [2]) Tiberio. — Si in personam [3]) patris tui, cui te successisse proponis, fideicommissi dies utiliter cessit, licet tempore, quo fuerat datum, necdum te [4]) natum probetur, uxorem patrui [5]), quem contendis patri tuo rogatum [6]), si sine liberis decesserit, ab avo [7]) relicta restituere, si ei successit [8]), de fideicommisso convenire debes. Nam si patrui etiam hereditas tibi quaesita est, non de fideicommisso [9]) quaerendum, sed hereditas ab ea vindicanda est. Dat. VI. Id. Februar. AA. Conss. [293 — 304.]

22. [b]) Idem AA. et CC. Plautiano. — Et in epistola vel libello [10]), vel sine scriptura, imo etiam nutu fideicommissum relinqui posse adhibitis testibus, nulla dubitatio est. Dat. Id. April. Byzantii, AA. Conss. [293 — 304.]

23. Idem AA. et CC. Stratonico. — Si veritas vel solemnitas iuris deest, nec amplexus parentis voluntatem relicta dedisti, vel transactionis causa stipulantibus promisisti, negotiumque integrum est, ad solutionem urgeri non potes. Dat. V. Kal. Februar. AA. Conss. [293—304.]

24. Idem [11]) AA. et CC. Menestrato [12]). — Instrumenta praediorum per fideicommissum relictorum, quae ad probationem originis eorum pertinent, heredes praestare necesse non habent. Cautionem tamen [13]) praestare debent, quod, si opus fuerit, legatario seu fideicommissario ipsa, si habeant, proferant. Dat. Kal. Decemb. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

25. Idem AA. et CC. Iulianae. — Heredum etiam res proprias per fideicommissum relinqui posse, non ambigitur. Dat. prid. [14]) Kal. Mart. Caess. Conss. [294—305.]

26. [c]) Idem AA. et CC. Gaiano [15]). — Ex repudiatione fideicommissi doli mali exceptio, iusta causa intercedente, tunc opponitur, quando ipse, cui fideicommissum relictum est, repudiatione usus fuerit. Unde quum hoc non te, sed patrem fecisse asseveras [16]), qui tibi nocere non potuit, nihil tibi obesse potest. Dat. II. Id. April. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

27. Idem AA. et CC. Olympiadi [17]). — Fideicommissum, eius, qui reliquerat, poenitentia probata, successores nunquam praestare compelluntur. Dat V. Kal. Octob. Viminacii, Caess. Conss. [294—305.]

28. Idem AA. et CC. Gaio [18]). — Ex fideicommisso sub conditione sine libertate servis propriis inutiliter dato libertas peti non potest. Dat. XV. Kal. Novemb. Trans mare [19]), Caess. Conss. [294—305.]

29. Idem AA. et CC. Achilleo. — Ex testamento, quod iure non valet, nec fideicommissum quidem, si non [20]) intestato quoque succedentes rogati probentur, peti potest. Dat. VIII. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

30. Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Quum acutissimi ingenii vir et merito ante alios excellens, Papinianus, in suis statuerit Responsis [21]), si quis filium suum heredem instituit et restitutionis post mortem oneri subiegit, non aliter hoc videri disposuisse, nisi quum filius eius sine sobole vitam suam reliquerit; nos huiusmodi [22]) sensum merito mirati plenissimum ei donamus [23]) eventum, ut, si quis haec disposuerit, non tantum filium heredem instituens, sed etiam filiam, vel ab initio nepotem vel neptem, pronepotem vel proneptem, vel aliam deinceps posteritatem, et eam restitutionis post obitum gravamini subiugaverit, non aliter hoc sensisse videatur, nisi hi, qui restitutione onerati sunt, sine filiis vel filiabus, nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus fuerint defuncti, ne videatur testator alienas successiones propriis anteponere. Recitata Septimo [24]) in novo consistorio palatii Iustiniani. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. [529.]

31. Idem A. Ioanni P. P. — Quidam filium suum a sacris paternis remisit, et postea testamento condito eum praeteriit, nullo ei penitus relicto, aliis heredibus derelictis, ipsum autem, quem neque heredem neque exheredatum fecit, fideicommisso praegravavit. Quaerebatur, si utile est [25]) huiusmodi fideicommissum. Tota igitur antiqua dubietate super hoc explosa, nobis in hoc casu placuit, ut emancipatus, utpote iniuria a patre affectus, non compellatur fideicommissum a sua persona relictum praestare. Quod etiam in aliis personis, quas exheredari necesse est, locum habere censemus. Dat. prid. Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

32. [d]) Idem A. Ioanni P. P. — Quaestionem ex facto emergentem resecantes, et voluntati mortuorum prospicientes, sancimus, si sine scriptura et praesentia testium fideicommisso derelicto, fideicommissarius elegerit heredis iuramentum, vel forsitan legatarii vel fideicommissarii, quotiens ab eo relictum est fideicommissum, sive universitatis sive speciale, necesse habere heredem vel legatarium vel [26]) fideicommissarium, prius iureiurando de calumnia praestito, vel sacramentum subire et omni inquietudine sese relaxare, vel,

---

[a]) *geminatur prior pars leg. 5. C. de reb. cred. IV.* 1. — [b]) *Bas. XLIV.* 1. 34. (*T. V. p.* 760.) — [c]) *Bas. XLIV.* 1. 35. — [d]) §. 12. *I. de fideic. hered. II.* 23.

[1]) pupillis *ins. l.* 5. *C. IV.* 1. — [2]) et CC. *om. mss. mea.* — [3]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal. Russ. Cont.* 66. *et postea rell.*; in persona *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62. — [4]) *esse ins. ed. Schf.*; fuisse *post* natum *ins. Russ. Cont.* 66. *et postea rell. contra mss. mea et Russ.* — [5]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *Hal. Cont.* 62.; tui *ins. ms. Pl.* 1. *ex rec. emend.*, *edd. rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; esse *add. ms. Pl.* 2.; fuisse *add. ed. Schf.*; quem cont. rogatum fuisse patri tuo *Russ. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; tuo *ins. edd. Schf. Russ. et rell. contra omnes libr. Russ.* — [8]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *Hal.*; successerit *rell.* — [9]) non fideicommissum *ms. Pl.* 1., *ms. Gt. ex correct.*; de *abest et ab ed. Nbg.* — [10]) vel [in] brevi libello *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omn. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; ἐν οἱῳδήποτε λιβέλλῳ *Bas.* — [11]) *Impp. Carum*, *Carinum et Numerianum inscribunt mss. Pist. Pl.* 1. — [12]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.*; Menostrato *Hal. et rell.* — [13]) *cum. mss. magis legendum videtur* tantum cautionem. — [14]) *ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. convenit*; II. *Hal. et rell.* — [15]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Gaio *S. Perus.*; Fortunato *edd.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; asseveres *Hal. et rell.* — [17]) Olimpiani *mss. nonn.*; Olympiade *S. Perus.* — [18]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*; Tiberio *edd.* — [19]) *sic Hal. et rell.*; *fortasse* Trimontii, *ut in subscr. leg.* 14. *C. VI.* 20. — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*; ex *ins. ed. Schf.*; ab *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [21]) *cfr. l.* 102. *D. XXXV.* 1. — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; huius *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [23]) donavimus *mss. Pl.* 1. 2. — [24]) Septimo miliario *Cuiac. Obss. XX.* 3. — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; esset *Hal. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; seu *Russ. et rell.*

vel, si recusandum existimaverit sacramentum, aut certam partem vel [1]) quantitatem manifestare fideicommissario derelictam noluerit, si forsitan maiorem fideicommissarius expetat [2]), omnimodo exactioni fideicommissi subiacere, et eum ad satisfactionem compelli, quum ipse sibi index et testis invenitur [3]), cuius religio et fides a fideicommissario electa est, nullis testibus nullisque aliis adventitiis probationibus requisitis. Sed sive quinque sint testes, vel [4]) minores, vel nemo, causam per illius sacramentum vel dandum vel recusandum suam habere tam firmitatem quam exactionem, sive pater sit, qui fideicommissum dederit, sive extraneus, ut aequitatis ratio communiter in omnes procedat. Quum enim res per testium solemnitatem ostenditur, tunc et numerus testium et nimia subtilitas requirenda est. Lex etenim, ne quid falsitatis incurrat per duos forte testes compositum [5]), maiorem numerum testium expostulat, ut per ampliores homines perfectissima veritas reveletur. Quum autem is, qui aliquid ex voluntate defuncti lucratur, et maxime ipse heres, cui summa auctoritas totius causae commissa est, dicere compellitur veritatem per sacramenti religionem, qualis [6]) locus testibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propria et indubitata [7]) relicta? quum et in leges respeximus, quae iustis dispositionibus testatorum omnimodo heredes obedire compelluntur, et sic strictius [8]) causam exigunt, ut etiam amittere lucrum hereditatis sanciant eos, qui testatoribus suis minime paruerint. Dat. V. Kal. Decemb. Constantinop. post consulat. Lampadii et Orestis VV. CC. [9]) [531.]

Authent. de heredib. et Falcid. §. Si quis autem non impleus. (Nov. 1. c. 1.) — *Hoc amplius, qui defuncti iudicium lege* [10]) *repraesentatum monitus a iudice intra annum non implet, excluditur eo, quod praeter debitum naturale perceperit ex eodem iudicio. Hoc autem cum onere suo, danda super hoc cautione, defertur primo substitutis, mox ordine servato coheredibus adeuntibus, vel generali fideicommissario* [11]) *soli vel ex pluribus in parte potiori, vel speciali fideicommissario vel legatario maioris emolumenti, vel omnibus, vel volentibus, vel libertate in testamento donatis, prout quisque eorum prior nominatus est, exheredatis ne hic quidem respectis; postremo defertur extraneo vel fisco.*

Tit. XLIII.

*) COMMUNIA DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS, ET DE IN REM MISSIONE TOLLENDA.

1. Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Quum hi, qui legatis vel fideicommissis honorati sunt, personalem plerumque actionem habere noscuntur [12]), quis vel vindicationis, vel sinendi modo, aliorumque generum legatorum subtilitatem prono animo admittet [13]), quam posteritas, optimis rationibus usa, nec facile suscepit, nec inextricabiles circuitus laudavit? quis [14]) in rem missionis scrupulosis utatur ambagibus? Rectius igitur esse censemus, in rem quidem missionem penitus aboleri, omnibus vero tam legatariis quam fideicommissariis [15]) unam naturam imponere, et non solum personalem actionem praestare, sed etiam [16]) in rem, quatenus eis liceat easdem res, vel [17]) per quodcunque genus legati vel [18]) per fideicommissum fuerint derelictae, vindicare in rem actione instituenda, et insuper utilem Servianam, id est hypothecariam, super his, quae fuerint derelicta, in res mortui praestare. Quum enim iam hoc iure nostro increbuit, licere testatori hypothecam rerum suarum [19]) in testamento, quibus voluerit, dare, et iterum novellae constitutiones in multis casibus et tacitas hypothecas introduxerunt [20]), non ab re est, etiam nos in praesenti casu [21]) hypothecariam donare [22]), quae et [23]) nullo verbo praecedente possit ab ipsa lege induci. Si enim testator ideo legata vel fideicommissa dereliquit, ut omnimodo personae ab eo honoratae ea percipiant, apparet, ex eius voluntate etiam praefatas actiones contra res testatoris esse instituendas, ut omnibus modis voluntati eius satisfiat, et praecipue quum talia sint legata vel fideicommissa, quae piis actibus sunt deputata. Et haec disponimus [24]), non tantum si ab herede fuerit legatum derelictum vel fideicommissum, sed et si a legatario vel fideicommissario vel alia persona, quam gravare fideicommisso possumus, fideicommissum cuidam relinquatur. Quum enim non aliter valeat, nisi aliquid lucri afferat [25]) ei, a quo derelictum est, nihil est grave, etiam adversus eum non tantum personalem, sed etiam in rem et hypothecariam extendere actionem in rebus, quas a testatore consecutus est. In omnibus autem huiusmodi casibus in

---

*) *Dig. XXX — XXXII.*

[1]) partem vel *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.* — [2]) exspectat *mss. Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 1. *ante emend.*, *Hal. Russ. Cont.* 62. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*; inveniatur *edd. rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sive *Russ. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Cuiac. Obss. XVIII.* 9.; testamentum *add. edd. Schf. Russ. et rell.*, *quod ex gl. ad v.* compos. *in textum venisse*, *ex ipsa glossa apparet.* — [6]) quis *ms. Pl.* 1., *Hal.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *mss. Russ.*, *ed. Nbg.*, *Hal. in textu*, *Cont.* 62.; fide *ins. Hal. in not.*, *edd. rell.* — [8]) districtius *ms. Pl.* 1. — [9]) *subscr. abest ab Hal. et rell.*; *in ms. Pist. haec est* dt. V. K. dēc. cp. lāpadi. et ōr. ;ſ.; *equidem propter subscr. anteced. const. censui, siglam* cp. *non solum locum denotare, sed in ea et latere* post cons., *quod transpositis litt.* pc. *vulgo significatur.* — [10]) *ms. Pl.* 2., *Hal. Russ. Bk.*; *non ins. mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. rell.*; *hanc lectionis variat. iam glossa notat, quae nostram lect. planiorem dicit.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; *vel legatario ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [12]) *mss Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; noscantur *Russ. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; admitteret *ed. Schf.*; admittat *Russ. et rell.* — [14]) quibus *mss. Pl.* 2. *Bg.*; qui *et post* utuntur *ms. Gt.* — [15]) tam legatis quam fideicommissis *ms. Bg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; et *edd. rell.* — [17]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; quae *ms. Pl.* 1.; quae vel *Hal.*; sive *Russ. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sive *Russ. et rell.* — [19]) suarum *om. in aliis*, *Russ. in marg. notat.* — [20]) induxerunt *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.* — [21]) causa *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; actionem *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [23]) etiam *edd. Schf. Russ. et postea rell. contra mss. mea.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; disposuimus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [25]) offerat *mss. Pl.* 1. 2.; conferat *ms. Gt.*

in tantum et hypothecaria unumquemque conveniri volumus, in quantum personalis actio adversus eum competit, et hypothecam esse non ipsius heredis vel alterius personae, quae gravata est fideicommisso, rerum, sed tantummodo earum, quae a testatore ad eum pervenerint. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [529.]

2. Idem A. Iuliano [1]) P. P. — Omne verbum, significans testatoris legitimum sensum legare vel [2]) fideicommittere volentis, utile atque validum est, sive directis verbis, quale est iubeo forte, sive precariis utetur [3]) testator, quale est rogo, volo, mando, fideicommitto, sive iuramentum interposuerit [4]), quum et hoc nobis audientibus ventilatum est, testatore quidem dicente ἐνορκῶ [5]), partibus autem huiusmodi verbum huc atque illuc lacerantibus. Sit igitur, secundum quod diximus, ex omni parte verborum non inefficax voluntas secundum verba legantis vel fideicommittentis, et omnia, quae naturaliter insunt legatis, ea [6]) et fideicommissis inhaerere intelligantur, et e contrario [7]) quidquid fideicommittitur, hoc intelligatur esse legatum, et si quid tale est, quod non habet natura [8]) legatorum, hoc ei ex fideicommissis accommodetur, et sit omnibus perfectus eventus, et ex omnibus nascantur in rem actiones, ex omnibus hypothecariae, ex omnibus personales. Ubi autem aliquid contrarium in legatis et fideicommissis eveniet [9]), hoc [10]) fideicommisso quasi humaniori aggregetur, et secundum eius dirimatur [11]) naturam. Et nemo morieus putet, suam [12]) legitimam voluntatem reprobari, sed nostro semper utetur adiutorio, et quemadmodum viventibus providimus, ita et morientibus prospiciatur; et si specialiter legati tantum faciat testator mentionem, hoc et legatum et fideicommissum intelligatur, et si fidei heredis vel legatarii aliquid committatur, hoc et legatum esse videatur. Nos enim non verbis, sed ipsis rebus leges [13]) imponimus. Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. [14]) post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

3. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Si duobus vel tribus hominibus vel pluribus forte optio servi vel alterius rei fuerit relicta, vel si uni quidem legatario opti servi vel alterius rei relicta est, ipse autem moriens plures sibi reliquerit heredes, dubitabatur inter veteres [15]), si inter legatarios vel heredes legatarii fuerit certatum, et alter alterum servum vel aliam [16]) rem eligere velit, quid sit statuendum. Sancimus itaque, in omnibus huiusmodi casibus rei iudicem fortunam esse, et sortem [17]) inter altercantes adhibendam, ut, quem sors praetulerit, is quidem habeat potestatem eligendi, ceteris autem aestimationem praestet contingentium eis partium; id est [18]) servis quidem et ancillis maioribus decem annis, si sine arte sint, viginti solidis aestimandis, minoribus videlicet [19]) decem annis non amplius, quam in decem solidos [20]) computandis; sin autem artifices sint [21]), usque ad triginta solidos aestimatione [22]) eorum procedente, sive masculi sive feminae sint, exceptis notariis et medicis utrinsque sexus, quum notarios quinquaginta solidis aestimari volumus [23]), medicos autem et obstetrices sexaginta; eunuchis minoribus quidem decem annis usque ad triginta solidos valentibus, maioribus vero usque ad quinquaginta [24]), sin autem artifices sint, usque ad septuaginta. §. 1. Sed et si quis optionem servi vel alterius rei reliquerit non ipsi legatario, sed quem Titius forte elegerit, Titius autem vel noluerit eligere [25]), vel morte fuerit praeventus, et in hac specie dubitabatur apud veteres, quid statuendum sit, utrumne legatum exspiret, an aliquod ei inducatur adiutorium, ut viri boni arbitratu procedat electio. Censemus itaque, si intra annale tempus ille, qui eligere iussus est, hoc facere supersederit, vel minime potuerit, vel quandocunque decesserit, ipsi legatario videri esse datam [26]) electionem, ita tamen, ut non optimum ex servis vel aliis rebus quidquam eligat, sed mediae aestimationis, ne, dum legatarium satis esse fovendum existimamus, heredis commoda defraudentur. §. 2. Sed quia nostra maiestas per multos casus legatariis et fideicommissariis prospexit, actionesque tam personales quam in rem et hypothecarias dedimus, et in rem missionis tenebrosissimus error abolitus est, et ad hanc legem pervenimus. Nemo itaque [27]) ea, quae per legatum vel pure vel sub certo die relicta sunt, vel quae restitui aliis disposita sunt, vel substitutioni supposita [28]), secundum veterem dispositionem putet esse [29]) in posterum alienanda, vel pignoris vel hypothecae titulo assignanda, vel mancipia manumittenda, sed sciat, hoc [30]), quod alienum est, non ei licere [31]), utpote sui patrimonii existens, alieno iuri applicare, quia satis absurdum est et irrationabile, rem, quam in suis bonis pure non possidet, eam ad alios posse transferre, vel hypothecae pignorisve nomine obligare, vel manumittere, et alienam spem decipere. §. 3. Sin autem sub conditione vel sub incerta die fuerit relictum legatum vel fideicom-

---

[a]) *prine. const. est in Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 29.; *cfr.* §. 23. *I. de legat. II.* 20.

[1]) Iohanni *ms. Pist.* — [2]) ac *ms. Pl.* 1. — [3]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; utitur *mss. Pl.* 2. *Gt.*; utatur *Russ. et rell.* — [4]) imposuerit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ.* — [5]) *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk., Cuiac. Obss. XVII.* 25. *et Recitatt. in Cod. h. t.*; ἐν ὄρκῳ [*certe* ὅρκῳ *erat scribendum*] *Cont.* 66. *et rell. edd.*; ἐξορκίζω σε *Russ. in marg.*; *sed textum confirmant et mss. Contii et ms. Bg., et proxime ad eum accedunt mss. Pl.* 1. 2. — [6]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; et ea *mss. Pl.* 2. *Gt*; ea, *om.* et, *Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; et contra *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2.; naturam *ms. Bg., edd. omnes.* — [9]) eveniat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [10]) hoc et *ms. Pl.* 1. — [11]) dirimetur *mss. mea.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; suam *om. Hal. et rell.* — [13]) legem *mss. Pl.* 1. 2.; *sed v. l.* 28. *C. IV.* 32. — [14]) *diem et locum firmat ms. Pist., a quo rell. absunt.* — [15]) inter veteres *om. ms. Pl.* 1. — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk., Coll. Ans. ded.*; alteram *edd. Schf. Russ. et rell.* — [17]) et sortem esse *edd. Nbg. Hal.*; sortem etenim *ms. Gt., Coll. Ans. ded.* — [18]) in *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Coll. Ans. ded., ed. Schf.*; *aliud* in *ins. post* quidem *in mss. Pl.* 1. *Bg., Coll. Ans. ded.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., Coll. Ans. ded., edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; vero *Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [20]) quam decem solidis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [21]) sint *om. mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sunt *ms. Pl.* 1., *Coll. Ans. ded.* — [22]) aestimationes *et post* procedent *Coll. Ans. ded.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Coll. Ans. ded.*; velimus *Hal. et rell.* — [24]) LXX. *ms. Pl.* 1., *in quo post pro* septuag. *est* LXXX. — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Bk.*; vel non potuerit *ins edd Schf. Russ. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt, omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; delatam *Hal. in not., edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf Hal.* heres *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [28]) vel sub conditione posita *ms. Bg.*; vel substitutione posita *mss. Pl.* 1. 2., *omnia mss. Russ., vetera Cont., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; esse *om. Cont.* 71. *Char. et rell.* — [30]) hoc *om. mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Nbg.*; sciat, quod hoc, quod *Hal.* — [31]) non liceat ei *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*

commissum universitatis vel speciale, vel substitutione [1]), vel restitutione, melius quidem faciet, et si [2]) in his casibus caveat ab omni venditione vel hypotheca, ne se gravioribus oneribus evictionis nomine supponat. Sin autem avaritiae cupidine propter spem conditionis minime implendae ad venditionem vel hypothecam prosiluerit, sciat, quod conditione impleta ab initio causa in irritum devocetur, et sic intelligenda est, quasi nec scripta nec penitus fuerat [3]) celebrata, ut nec usucapio nec longi temporis praescriptio contra legatarium vel fideicommissarium procedat. Quod similiter obtinere [4]) censemus in huiusmodi legatis, [5]) sive pure, sive sub die certo, sive sub conditione, sive sub incerta die relicta sint. Sed in his omnibus casibus legatario quidem vel fideicommissario omnis licentia pateat rem vindicare et sibi assignare, nullo obstaculo ei a detentatoribus [6]) opponendo.

Authent. de restitution. et ea, quae parit. §. Quamobrem praesentem. (Nov. 39. c. 1.) — *Res, quae subiacent restitutioni, prohibentur alienari quidem vel obligari. Sed si liberis portio legitima non sufficit ad dotis sive donationis propter nuptias oblationem* [7]), *permittitur res praedictas in eam causam alienare vel obligare, pro modo honestati personarum congruo. Ea enim, quae communiter omnibus prosunt, his quae specialiter quibusdam utilia sunt, praeponimus* [8]).

§. 4. Emtor autem, sciens [9]) rei gravamen, adversus venditorem actionem habeat tantum ad restitutionem pretii, neque duplae [10]) stipulatione neque melioratione locum habente, quum sufficiat ei, saltem pro pretio, quod sciens dedit pro aliena re, sibi satisfieri; creditori nihilominus pignoratitia contraria actione adversus debitorem competente, ut ex omni parte omnique studio id, quod semper properamus, ad effectum perducatur, et [11]) ultima elogia defunctorum legitimum finem sortiantur; bonae fidei procul dubio emtoribus integra iura et nullo modo ex hac constitutione deminuta contra venditores habentibus. Dat. Kal. Septemb. [12]) Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

Tit. XLIV.

[a]) DE FALSA CAUSA ADIECTA LEGATO VEL FIDEICOMMISSO.

1. Imp. Antoninus A. Septimo. — Verba testamenti, quae inseruisti, aut solutam pecuniam debitam testatori declarant, aut voluntatem eius, liberare volentis debitorem, manifeste ostendunt. Et ideo aut peti, quod solutum est, non potest, aut ex causa fideicommissi, ut debitor liberetur, agendum est, nisi liquido probari possit, eum non liberari debitorem voluisse, sed errore lapsum solutam sibi pecuniam existimasse. PP. VII. Kal. Mart. Antonino A. IV. et Balbino [13]) Conss. [213.]

2. [b]) Imp. Alexander A. Faustinae. — Etiam si veritas debiti non subest, falsa [14]) demonstratio non perimit legatum, et [15]) ex testamento eius quoque nomine competit actio. PP. VII. Id. Novemb. Alexandro A. Cons. [222.]

3. [c]) Idem A. Verinae. — Si non designata certa quantitate dotem tibi legavit maritus, sed quodcunque ad eum dotis nomine pervenisset perventurumve esset, et id ex testamento petis, necessaria probatio est numeratae pecuniae. Quodsi quantitatem expressit [16]), debetur, etsi in dotem datum [17]) non est, quasi aliud legatum, non eo iure, quo dos fungitur. PP. Non. Mai. Maximo II. et Aeliano [18]) Conss. [223.]

4. Imp. Gordianus A. Alexandro. — Si dotem, ut proponis, defuncta in matrimonio uxore tua patri eius reddidisti, vel etiam ea non reddita testamenti verbis, ut asseveras, munitus es, quibus se [19]) recepisse dotem universam quondam socer tuus significavit, ne hoc nomine conveniaris, sollicite agere non debes, quum aut soluta dote nulla supersit actio [20]), aut non reddita adversus petentem iuxta defuncti voluntatem parata sit exceptio. PP. XV. Kal. Iun. Sabino II. et Venusto [21]) Conss. [240.]

5. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Severae. — Refert [22]) largiter, dotem [23]) tibi reddi maritus, an quae instrumento dotali conscripta sunt, legati seu precariis verbis statuit, quippe [24]) superiore quidem casu datum probanti repeti tantum, posteriore vero, nihil nocente falsa demonstratione, significatum instrumento [25]) postulari possit. S. XIV. Kal. Decembr. Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XLV.

[d]) DE HIS, QUAE SUB MODO LEGATA [26]) SEU [27]) FIDEICOMMISSA RELINQUUNTUR.

1. [e]) Imp. Antoninus A. Saturninae. — In legatis quidem et fideicommissis etiam modus adscriptus pro conditione observatur [28]). Sed si per te non stat, quominus voluntati testatoris pareas, sed per eum, cui nubere iussa es, quominus id, quod tibi relictum est, retineas [29]) non oberit. PP. V.

---

[a]) *Dig. XXXV.* 1. — [b]) *Bas. XLIV.* 16. 3. (*T. V. p.* 781.) — [c]) *Bas. XLIV.* 16. 4. (*T. V. p.* 782.) — [d]) *Dig. XXXV.* 1. — [e]) *Bas. XLIV.* 28. 1. (*T. V. p.* 791.)

[1]) vel sub conditione *ms. Bg. ex correct.* — [2]) si et *Russ. et postea rell.*; *sed si ponunt post* et *mss. mea, ms. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; fuerit *Russ. et rell.* — [4]) obtinere *om. mss. Pl.* 1. *Gt.* — [5]) quae *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [6]) detentoribus *Cont. in marg. ex veter. libr., favet ms. Pl.* 1. — [7]) *ms. Pl.* 2.; *obligationem mss. Pl.* 1. *Bg., edd.*; *sed v. Nov.* 39. *c.* 1. — [8]) *Ea enim — praeponimus om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [9]) si scit *ms. Bg.*; si sciens *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Cont.* 62. — [10]) dupli *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [11]) ut *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [12]) *diem firmat ms. Pist., a quo locus et conss. absunt.* — [13]) II. *ins. Bk.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; tamen *ins. Cont.* 66. *et rell.* — [15]) sed *edd. Nbg. Hal.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; expresserit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) data *ms. Pl.* 2. — [18]) *Hal. Bk.*; CC. *ins. Russ. et rell.* — [19]) se *om. mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.* — [20]) exactio *mss. Pl.* 1. 2. — [21]) *Hal. Bk.*; CC. *ins. Russ. et rell.* — [22]) Differt *ms. Pl.* 1. *ante emendat.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; an dotem *edd. Schf. Russ. et rell.*, *sed a Cont. Char. Pac.* an *cancellis inclusum*; si dotem *Russ. in marg.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; cum *ins. Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., mss. Cont., ed. Schf.*; quod significatum est instr. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) legati *et post* fideicommissi *ed. Nbg.* — [27]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; vel *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [28]) observetur *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; obtineas *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *sed contra vetera mss. Contii, qui in marg. nostram lect. praefert*; οὐκ αναγκάζεται τὸ λέγατον ἀναδοῦναι *Bas.*

V. Kal. Ianuar. Gentiano et Basso Conss. [211.]

2. Imp. Gordianus A. Ammonio P.P. [1]— Ex his [2]) verbis: Titio decem millia vel insulam relinquo, ita ut quinque millia ex his vel eandem insulam Maevio restituat, licet antea neque legati neque fideicommissi petitio nascebatur, tamen in libertate a divo Severo hoc admissum est. Sed et in pecuniariis causis voluntatis tuendae gratia non immerito recipiendum [3]) est, ut etiam ex huiusmodi verbis, sive ad conditionem, sive ad modum respiciant, sive ad dandum, vel faciendum aliquid, fideicommissi actio omnifariam nascatur, videlicet in conditionibus post exitum earum. Sin vero legato aut fideicommisso relicto, testator legatarium seu fideicommissarium prohibuerit heredem [4]) suum vel alium quendam debitum exigere, habet debitor adversus legatarium seu fideicommissarium agentem usque ad quantitatem relicti [5]) fideicommissi vel [6]) legati exceptionem. PP. VI. Id. August. Sabino II. et Venusto Conss. [240.]

Tit. XLVI.

[a]) DE CONDITIONIBUS INSERTIS TAM IN [7]) LEGATIS QUAM [8]) FIDEICOMMISSIS ET LIBERTATIBUS.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. [9]) Claudiae. — Quum testatorem fideicommissum Trallianо [10]) ab eo, quem pro parte heredem instituerat, ita reliquisse proponas, si sine liberis institutus [11]) diem obiisset, isque nepotem, quem ex filia susceperat, heredem instituerit [12]), conditionem adscriptam fideicommisso defecisse, manifestum est, nisi alia defuncti voluntas evidenter probabitur [13]). PP. Non. Decemb. Laterano et Rufino Conss. [197.]

2. Iidem AA. [14]) Galliano [15]). — Quum patremfamilias fideicommissi nomine, quod in diem certam [16]) reliquit, ita cavere praecepisse proponas, si a marito non divertisset, iurisdictionis originem perinde [17]) servari aequum est, ac si nihil super ea re scriptum fuisset. Nec exemplum legati vel hereditatis, in quibus conditio divortii nonnunquam remitti solet, huic rei comparandum est, quum absurdum sit, ideo perpetui edicti negligi formam, quia patris sui voluntati non obtemperatur. PP. Antiochiae, XI. Kal. August. Antonino A. II. et Geta II. [18]) Conss. [205.]

3. Imp. Antoninus [19]) A. Aurelio, militi. — Si ea conditione Aulizanus [20]) legata testamento praestari voluit, si cum focaria sua matreque eius moraretur, et per eum stetit, quominus voluntati testatoris pareret, quum [21]) sponte scripturae testamenti non obtemperaverit, ad petitionem non admittitur. PP. VI. Id. Iul. Laeto II. et Cereale [22]) Conss. [215.]

4. Imp. Alexander A. Liciniae. — Legatum sive fideicommissum a patruo tuo relictum tibi sub conditione, si filio eius nupsisses, quum mortuo filio, priusquam matrimonium cum eo contraheres, conditio defecerit, nulla ratione deberi tibi existimas. PP. Kal. Decemb. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

5. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Faustino. — Si uxorem tuam [23]) tempore nuptiarum in patria potestate fuisse monstretur, fideicommissi commodum ei relictum, quum nupserit, nullo alio diem eius cedere [24]) prohibente, patri quaesitum non ambigitur. Quodsi a patre ante nuptias emancipata fuerit, ac postea decesserit, superstite patre et marito ac liberis, actionem fideicommissi sibi competentem ad heredes suos transmisit. S. VI. Kal. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

6. [c]) Imp. Iustinianus [25]) A. Ioanni P. P. — Si plures personae unam conditionem implere fuerint iussae, apud Ulpianum dubitabatur, utrumne omnes simul eandem facere debent [26]), an singuli quasi soli implere eam compelluntur. Videtur autem nobis, unumquemque necessitatem habere conditionem implere, et pro portione sibi contingente [27]) accipere, quidquid ex hoc commodi [28]) est, ut hi quidem, qui compleverint iussa, ad lucrum vocentur, qui autem neglexerint, sibi imputent, si ab huiusmodi commodo repellantur. Dat. III. Kal. August. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

7. [d]) Idem [29]) A. Ioanni P. P. — Quum quidam testamento condito libertatem servo suo dere liquit sub conditione, si suo heredi certum numerum solidorum praestet [30]), vel aliam quandam speciem, vel

---

[a]) *Dig. XXXV.* 1. — [b]) *Bas. XLIV.* 29. 1. — [c]) *In ms. Gt. haec const. est ult. hui. tit., sequens vero ordine sexta; cum ms. Gt. facit S. Perus.* — [d]) *Russ. in marg. ex uno, Char. in marg. ex duobus mssis lacunam Graecae const. adnotant. Veritatis aliquam speciem haec lacuna inde habet, quod in inscr. leg. 7. h. t. codices ipsum Iustiniani nomen habere solent, haud vero nomen supplere iubent ex inscr. leg. praeced., ut hodie editiones; cfr. not. 29. ad h. l.*

[1]) P. P. *om. mss. Vat. Pl. 1. Bg., ed. Nbg., S. Perus.* — [2]) Et ex his *mss. Pl. 1. 2.* — [3]) extendendum *ms. Pl. 1.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Gt., Hal.*; heredemve *ed. Nbg.*; vel heredem *ms. Bg., edd. Schf. Russ. et rell.*, *sed* vel *a Russ. cancellis inclusum.* — [5]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; sive *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2., edd. Schf. Hal.*; sive [seu] *ms. Bg., edd. rell.* — [7]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Cont. 62.*; in *om. ms. Pl. 2., edd. Nbg. Russ. et rell.* — [8]) in *ins. mss. Vat. Pl. 1. Gt., ed. Schf.* — [9]) Imp. Sev. A. et Anton. C. *Bk.* — [10]) Trallianis *Hal. Russ. Cont. 62., convenit ms. Pl. 2., in mss. Pl. 1. Bg. ante correct. etiam* Tralianis *fuisse videtur.* — [11]) instituti *Russ. in marg. ex veter. libr., censetque legendum institutis, quod Cont. in marg. probat; sed ἐὰν ὁ κληρονόμος ἄπαις τελευτήσῃ Bas.* — [12]) instituerat *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [13]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; probetur *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [14]) Impp. Severus et Antoninus AA. *Bk. contra codd.* — [15]) Gallicano *mss. Cas. Vat. Pl. 1., S. Perus.* — [16]) diem certum *ed. Nbg.*; die certa *mss. Pl. 1. Bg. Gt.* — [17]) proinde *mss. Pl. 1. Bg. Gt.* — [18]) et Geta C. *Bk.*; *sed v. not. 20. ad l. 1. C. I. 54.* — [19]) Imp. anast. *mss. Vat. Bg.* — [20]) Aulazanus *Hal. et postea rell. contra meos codd.*; *v. inscr. l. 2. C. IV. 19., l. 2. C. IV. 23., l. 2. C. V. 63.* — [21]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Cont. 62.*; sua *ins. ms. Pl. 2., edd. rell.* — [22]) Cereali *Hal. Russ. Cont. 62.* — [23]) uxor tua *ms. Pl. 1., ed. Nbg.* — [24]) cedere *om. Hal.* — [25]) Id. A. *mss. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.*; Id. AA. *ms. Pl. 2.* — [26]) debent *et post* compelluntur *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; debeant — compellantur *Russ. et rell.* — [27]) et portionem sibi contingentem *Hal.* — [28]) commodum *mss. Pl. 1. 2.* — [29]) Imp. Iustinianum (*variis scribendi compendiis*) *in inscr. nominant mss. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., S. Perus.* — [30]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; praestaret *edd. Schf. Russ. et rell.*

vel vicarium servum, ille autem servus, non in eodem loco constitutus, ubi etiam heres fuerat, herili testamento cognito properabat ad heredem cum ipso, quod iussus erat dare heredi, sed in medio latronum vel hostium incursione [1]) peremtum est, quod portabat; quaerebatur inter antiquos, si praepeditur [2]) libertas, quia hoc dare servus non potest propter memoratum fortuitum casum. Itaque veterum dubietate quiescente, nobis placuit, ut et libertas omnimodo competat, et commodum, quod heredi vel extraneo relinquitur, non abstrahatur. Ex quacunque igitur causa impediatur, sive per heredem, sive per eum, cui dare aliquid iussus est, sive per fortuitos casus, in libertatem quidem ipse omnimodo perveniat, nisi ipse servus noluit [3]) adimplere conditionem; obnoxius tamen constituatur post libertatem heredi vel ei, cui dare [4]) iussus est, nisi et ipse oblatas pecunias non susceperit (quod enim semel repudiatum ab eo est, redintegrari minime concedimus), quatenus hoc, quod dare iussus est, omnimodo adimplere [5]) compellatur vel in ipso mancipio [6]), si exstat, vel in aestimatione eius, non amplius quam in quindecim solidos [7]) computanda [8]), vel in alia re, si et ipsa appareat, vel si non existat [9]), vera eius aestimatione praestanda. Dat. prid. Kal. Mai. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

Tit. XLVII.

DE USURIS ET [10]) FRUCTIBUS LEGATORUM SEU FIDEICOMMISSORUM.

1. [a]) Impp. Severus et Antoninus AA. Maximo. — Legatorum seu fideicommissorum usuras ex eo tempore, quo lis contestata est, exigi posse manifestum est. Sed et fructus rerum et mercedes servorum, qui ex testamento debentur, similiter praestari solent. Proposita [11]) prid. Kal. August. Anulino [12]) et Frontone Conss. [199.]

2. Imp. Antoninus A. libertis Cassiani. — Adversus eos, qui sub obtentu legis [13]) Falcidiae legata morantur, notissimum est iuris auxilium. Si igitur proposita stipulatione cavere cum satisdatione potestis, vos restituturos, quanto amplius, quam per eam legem licet, acceperitis [14]), iudex, qui de [15]) fideicommissis ius dicit, solida vobis legata praestari iubebit. Quodsi satisdationem implere non poteritis [16]), arbitro dato certum [17]) diem vobis praefiniet, intra quem altera parte cessante partibus fungetur. Et si constiterit legi Falcidiae locum non esse, et usuras et fructus post litem contestatam percipietis. PP. XVI. Kal. Iun. duobus [18]) Aspris Conss. [213.]

3. Imp. Alexander A. Paterno. — Si homines certi per fideicommissum tibi relicti fuerint, post moram periculo debitoris fideicommissi fuerunt [19]). Proposita XII. Kal. April. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

4. Imp. Gordianus A. Dionysio. — In legatis et fideicommissis fructus post litis contestationem, non ex die mortis sequuntur [20]), sive in rem, sive in personam agatur. PP. Non. Septemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

Tit. XLVIII.

DE INCERTIS PERSONIS [21]).

1. [b]) A. *Graecae const. Iustiniani* [22]) *fragm. ex Photii Nomoc.*

Λέγει . . . . ἡ διάταξις . . . ., ὅτι ἐῤῥώσθαι τὸ καταλιμπανόμενον θεμιτῷ συστήματι ἢ σωματείῳ, οἷον

Dicit . . . constitutio . . . ., valere, quod relinquitur licito collegio aut corpori, ut puta senatoribus, vel

---

[a]) *Bas. XLIV.* 2. 14. (*T. V. p.* 763.) — [b]) *deperditae graecae const. paucae tantum laciniae restitui possunt:* 1., *ex Photii Nomoc. II.* 1. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 889.); 2., *ex Paratitlis ad coll. const. eccl. I.* 2. *et I.* 3. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1251. *et p.* 1270.), *qui duo loci eandem brevem particulam nostrae const. continent*; 3., *ex Schol. Bas. q. ad XLVIII.* 13. 12. (*Fabr. T. VI. p.* 506.); 4., *ex* §. 24 — 28. *I. de legatis. II.* 20.; 5., *ex pr. I. de bonor. possess. III.* 9. (10.). — *Restitutionis opera incipit a Cont.* 62., *qui breve exhibet argumentum conflatum ex text.* 4. *et* 5.; *Cont.* 66. *in Praetermissis habet idem argumentum et latinam translationem textus* 1., *quam praecedit versio loci Photiani ex Nomoc. XII.* 9. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1069.), *ubi nostra const. allegatur quidem, nihil autem argumenti eius servatur; cum Cont.* 66. *faciunt Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.*; *Ant. August. in Coll. graec. const. praebet text.* 4. 5. 2. 1.; *Cont.* 76. *habet ut Cont.* 66., *addito tamen text.* 2. *et* 1.; *Bk. ex omnibus* 5. *textibus restituere tentavit. Idem et a me factum est.* — *Graecae const. deperditae nota est in mss. Cas. Vat., in uno ms. Russ., in libro Aured. ap. Char. in*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*; vel alio fortuito casu *ins. edd. rell.*, *sed apud Russ. cancellis notata.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf*; praepediretur *Hal. et rell.* — [3]) noluerit *edd. Schf. Cont.* 66. *et postea rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; aliquid *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; implere *Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; praestando *ins. edd. Nbg. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [7]) solidos, *om.* in, *Hal.* — [8]) imputanda *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [9]) extat *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [10]) vel *mss. Cas. Vat. Bg.*, *Hal.* — [11]) *sic Hal. et rell.*; PP. *ms. Pist.*, *quod diem firmat.* — [12]) Annulino *ms. Pist.*; Anulino II. *Bk.*; Aemiliano *Hal. et rell.* — [13]) legis *om. Sp.* — [14]) acciperet is *ms. Pl.* 1.; accipere is *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [15]) de *om. ms. Bg.*, *ed. Nbg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; poteris *ed. Nbg.*; potueritis *Russ. et rell.* — [17]) certum *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [18]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ms. Gt. ex correct.*, *edd. Schf. Hal.*; sunt *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; consequuntur *Russ. et rell.* — [21]) *hanc rubr. ex duobus veterr. mss. restituit Cont.* 62.; *prorsus rubr. desideratur in ms. Vat.*, *in textu missorum Pl.* 1. *Bg.*, *in ed. Hal*; *copulata cum rubr. tit. seq. legitur in ms. Cas.* (De incertis personis ad senatuscons. Trebell.), *in ms. Pl.* 2. (Ad senatuscons. Trebell. et de incertis personis), *et similiter in indice titulorum msi Pl.* 1., *in edd. Nbg. Schf. Russ.*; *in marg. msi Bg. ad rubr. tit. seq. scriptum est* dubitatio de titulo; *S. Perus. numerum quidem tituli habet, haud vero rubricam*; *rubr. a tit. sequente seiuncta est in ms. Pist.*, *in edd. post Cont.* 62. — [22]) *v.* §. 27. *Inst II.* 20.

οἷον συγκλητικοῖς, ἢ βουλῇ, ἢ τάξει ἄρχοντος, ἢ ἰατροῖς, ἢ διδασκάλοις, ἢ συνηγόροις, ἢ στρατιώταις, ἢ ὁμοτέχνοις[1]), *ἢ ἱερεῦσιν, ἢ ἑτέρῳ τινί. καὶ μερίζονται κατὰ πρόσωπον ἐξ ἴσου οἱ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τελευτῆς ἐν τῷ καταλόγῳ εὑρισκόμενοι, εἰ μὴ ῥητὸν ποσὸν ὁ διαθέμενος ἑκάστῳ ὁρίσῃ*[2]). *Καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς αὐτῆς διατάξεως, ὅτι, ἐὰν πρὸς ἅπαξ*[3]) *ἢ ἐτήσιον καταλειφθῇ εὐσεβῶς ἢ ἐκκλησίαις, ἢ ξενῶσιν, ἢ πτωχείοις, ἢ εὐαγέσιν οἴκοις, ἢ κοινῷ κλήρῳ*[4]), *ἢ εἰς αἰχμαλώτων ῥύσιν*[5]), *ἢ αὐτοῖς τοῖς πτωχοῖς, ἢ τοῖς αἰχμαλώτοις, κρατεῖ ἡ τοῦ τελευτήσαντος βούλησις.*

vel curiae, vel apparitioni praesidis, vel medicis, vel professoribus, vel advocatis, vel militibus, vel artificibus, vel sacerdotibus, vel cuipiam alii; et portiones aequas inter se dividunt singuli, qui tempore mortis in catalogo reperiuntur, nisi certam quantitatem testator unicuique assignaverit. Et in calce eiusdem constitutionis hoc legitur, quod, si quid praesens aut annuum relictum sit pietatis causa aut ecclesiis, aut xenonibus, aut ptochiis, aut venerabilibus domibus, aut communi clero, aut ad captivorum redemtionem, aut ipsis pauperibus aut captivis, valet defuncti voluntas

B. *Aliud eiusdem const. fragm. ex Paratitlis ad coll. const. eccl.*

Capite octavo dicit constitutio, posse aliquem legatum ecclesiis relinquere et hereditatem.

Ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ φησὶν ἡ διάταξις, ὅτι δύναταί τις ληγάτον ἐκκλησίαις καταλιμπάνειν καὶ[6]) *κληρονομίαν.*

C. *Aliud eiusdem fragm. ex Schol. Bas.*

Didicisti . . . ., quod recte quis libertatem relinquit etiam postumo suo.

Ἔγνως . . . ., ὅτι καλῶς τὶς ἐλευθερίαν καταλιμπάνει καὶ τῷ ἰδίῳ ποστούμῳ.

D. *Particula argumenti eiusdem const. ex §. 25 — 28. I. de legatis.*

Incertis . . . personis neque legata neque fideicommissa olim relinqui concessum erat . . . . . Libertas quoque non videbatur posse incertae personae dari, quia placebat nominatim servos exheredari. Tutor quoque certus dari debebat . . . . . Postumo quoque alieno inutiliter legabatur . . . . . Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione derelicta, quum in nostro Codice constitutio posita est, per quam et huic parti medevimus[7]) non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis et fideicommissis; quod evidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet[8]), quia certo iudicio debet quis pro tutela suae posteritati cavere. postumus autem alienus heres institui et antea poterat et nunc potest, nisi in utero eius sit, quae iure nostro uxor esse non potest.

E. *Alia particula ex pr. I. de bonor. possess.*

Si alienus postumus heres fuerit institutus, quamvis hereditatem iure civili adire non poterat, quum institutio non valebat, honorario tamen iure bonorum possessor efficiebatur, videlicet quum a praetore adiuvabatur; sed et hic a nostra constitutione hodie recte heres instituitur, quasi et iure civili non incognitus.

Tit. XLIX.

[a]) AD SENATUSCONSULTUM TREBELLIANUM.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA.[9]) Probo. — Si ex senatusconsulto quartam partem hereditatis retinuisti, et dodrantem fideicommissario[10]) restituisti[11]), quod creditoribus hereditariis pro novem unciis praestiteris, a fideicommissario petere potes. PP. XV. Kal. April. Laterano et Rufino Conss. [197.]

2. [c]) Imp. Philippus A. et Philippus C.[12]) Iuliano. — Ad eum, cui ex Trebelliano senatusconsulto pars hereditatis restituitur, successionis onera seu legatorum praestationem pro competente portione spectare, indubitati iuris est. PP. XVIII.[13]) Kal. Novemb. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

3.

---

marg., in S. Perus. — Caeterum unam tantum fuisse hui. tit. const., docet Photius II. 1., *et quod duas fuisse contendit* Leunclav. *Notatt. I.* 53., *id ex errore venit, quo aliud* Paratitlon *(in* Voëlli *bibl. T. II. p.* 1252.), *ex lege* 10. *C. de bon. auctor. iud. VII.* 72. *haustum, ad nostram const. referret. Quam autem prolixa nostra fuerit, apparet ex* Paratitlis *in textu* 2., *quae octavi cap. laciniam afferunt, et ex* Photii Nomoc. *XII.* 9. *(v. supra), ubi de nostra const. dicitur πολλὰ — θέματα ἔχει, tandem ex* Cuiacii *not. ad* §. 27. *I. de legat., ubi haec traduntur a Cuiacio in vetustissimo cod. ad tit. De incertis personis inventa: Ista iisuius unam constitutionem habet Iustiniani totam graecam, quae tenet folia octo, id est quaternionem unum. — De verbo initiali nostrae const. dissidet utrumque* Paratitlon *sub* 2. *notatum; primum enim habet* Incertis, *alterum autem* Certus. *Qui fieri potuerit, ut graeca const. a verbo latino ordiretur, interpretari studet* Witte *Die leges restitutae etc. p.* 202. — [a]) *Dig. XXXVI.* 1. — [b]) *Bas. XLI.* 3. 1. *(T. V. p.* 452.) — *Sch. a. (T. V. p.* 456.) — [c]) *Bas. XLI.* 3. 2. — *Sch. b. c (T. V. p.* 457.)

[1]) *Augustin., Cont.* 76.; *ἢ ὁμοτέχνοις om. rell.* — [2]) *ὁρίσει Augustin., Cont.* 76. — [3]) *προςάπαξ Augustin., Cont.* 76. — [4]) *Augustin., Cont.* 76.; *κληρικῷ rell.; fortasse κληρικῶν.* — [5]) *λύσιν Augustin., Cont.* 76. — [6]) *ἢ καὶ Augustin., Cont.* 76. — [7]) *apud Theophilum h. l.* Sed nec huiusmodi *et rell. ita se habent:* *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πάντα κατὰ τὸ παλαιόν· διάταξις δὲ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἐν τῷ αὐτοῦ κώδικι κειμένη, ἅπαν τοῦτο τὸ τῶν ἐγκέρτων παραδόξως διώρθωσεν.* — [8]) *num hoc diserte sanxerit const., dubium movet Theophilus h. l.:* *Ἐπίτροπος δὲ ἐγκέρτος δίδοσθαι οὐδὲ ἐκ τῆς προειρημένης δυνήσεται διατάξεως.* — [9]) Imp. Sev. A. et Anton. C. *Bk. contra codd. et edd.* — [10]) fideicommissis *ms. Bg.*; fideicommissi *tres vett. libri Russ., ms. Gt.; Schol. Bas. sane τοῦ φιδεϊκομμίσσου.* — [11]) et dodr. fideic. restit. *om. Hal.* — [12]) et Philipp. C *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [13]) XIII. *ms. Pist.*

3.[a]) Imppp. Carus, Carin. et Numerian. AAA. Zotico et aliis[1]). — Si per fideicommissum hereditas reipublicae relicta[2]) est, ex Trebelliano senatusconsulto, quod ab intestato quoque locum habet, quartae partis et fructus eius vobis restitutio[3]) competit. — Sine die et consule.

4.[b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Quintianae. — Non iustam te gerere solicitudinem per fideicommissum relictae portionis hereditatis perspicimus, verentem, ne fructum amittas relicti fideicommissi, quoniam avia testatoris, ex parte heres scripta et tibi rogata restituere, calliditate ac fraude repudiavit, ut ad alium nepotem eundemque coheredem devolvatur portio, a quo tibi nominatim non fuerat fideicommissum relictum, et coacta suspectam hereditatem adire, priusquam pro herede gereret, rebus sit humanis exemta, quum divo Antonino, parenti nostro, deberi etiam a substitutis fideicommissum contemplatione iudicii testatoris, quasi tacite ab his repetitum, iamdudum placuerit. Neque enim quartae retentionem, quam illa, quae repudiavit hereditatem[4]), adire coacta[5]) suspectam, retinere non potuit, timere debes. S. VI. Id. Iul. Philippopoli, AA. Conss. [293—304.]

5.[c]) Iidem AA. et CC. Verissimo. — Et sine scriptura per fideicommissum hereditas recte relinquitur. Igitur si uxor tua te et privignum suum, in discrimine mortis constituta, designavit velle successionem obtinere[6]), usque ad dodrantem eius voluntatem ratam servari convenit, quum[7]) intestato ei succedentes, de restituendo fideicommisso conventos[8]) ultra quartam, aere alieno deducto, quantum[9]) penes eos sententia senatusconsulti relinqui praecepit, tantum obtinere[10]) posse praestiterit[11]). S. V. Kal. Mai. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

6.[d]) Imp. Zeno A. Dioscoro[12]) P P. — Iubemus, quotiens pater vel mater, filio seu filia, filiis vel filiabus ex aequis vel inaequis partibus heredibus institutis, invicem seu simpliciter quosdam ex his aut quendam rogaverit, qui[13]) prior sine liberis decesserit, portionem hereditatis suae superstiti seu superstitibus restituere, ut omnibus modis retenta quarta pro auctoritate Trebelliani senatusconsulti, non per imputationem reditnum, licet hoc testator rogaverit vel insserit, sed in[14]) ipsis rebus hereditariis, dodrans restituatur. Idemque in retinenda legis Falcidiae portione obtinere iubemus[15]), et si pater vel mater, filio seu filia institutis (sicut supra dictum est) heredibus, rogaverit eos easve nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel pronepotibus suis, ac deinceps restituere hereditatem. §. 1. In supradictis autem casibus fideicommissorum servandorum satisdationem cessare iubemus, si non specialiter eandem satisdationem testator exigi disposuerit, et quum pater vel mater secundis existimant nuptiis non abstinendum. In his enim duobus casibus, id est quum testator specialiter satisdari[16]) voluerit, vel quum secundis se pater vel mater matrimoniis iunxerit, necesse est, ut eadem satisdatio pro legum ordine praebeatur. §. 2. Sin autem is, qui fideicommissaria restitutione gravatus est, uno filio superstite, vel nepote ex filio seu ex[17]) filia nato, vel pronepote, vel postumo relicto decesserit, non videtur exstitisse conditio, et ideo deficit fideicommissi petitio. §. 3. Illud etiam admonemus, ea, quae de Falcidiae portione[18]) non per reditus, sed per ipsas res hereditarias retinenda, et de satisdatione[19]) fideicommissorum (sicut supra dictum est) concedenda diximus, non ulterius, quam in his personis et casibus, quorum superius mentio facta est, oportere produci. PP. Kal. Septemb. Constantinop. Probino et Eusebio Conss. [489.]

e) Authent. de sanctissimis episcopis. §. Sed et hoc praesenti. et §. seq. (Nov. 123. c. 7. et 8.) — *Nisi rogati restituere datum dotis causa vel propter nuptias donationis, vel relictum sub conditione nuptiarum vel liberorum, monasterium vel alium locum venerabilem ingrediantur*[20]), *sive restitutio aut*[21]) *substitutio fiat sub praedictis conditionibus, sive in redemtionem captivorum seu in egentium alimenta.*

Authent. de restitutionibus. §. Nobis ergo recte. (Nov. 108. c. 1.) — *Contra quum rogatus fuerit quis, ut sine liberis decedens, quod tunc ex hereditate superest, restituat, vel aliis huiusmodi fideicommissi verbis gravatus, quartam institutionis fideicommissario cogitur reservare*[22]). *Super hoc igitur et cautionem, nisi a defuncto remissa sit, exponet. Quodsi contingat eam diminui, aut ex ipsius substantia suppletur, aut, ea deficiente, in rem actione et hypothecaria fideicommissario uti permittitur adversus rerum acceptores. Ex causa tamen dotis, seu propter nuptias donationis, seu captivorum redemtionis, vel si non habeat, unde faciat expensas, huius quartae permittitur diminutio.*

7.[f]) Imp. Iustinianus A. Iuliano[23]) P. P. — Sancimus, licentiam esse, etiam soli tutori recte fieri fideicommissi nomine universitatis restitutionem, quod pupillo relictum est, et sine onere fideiussionis, ubi tamen pupillus fari non possit vel abesse noscitur, ne, dum nimia subtilitate utimur circa res pupillares,

---

[a]) *Bas. XLI.* 3. 3. — *Sch. d — f.* — [b]) *Bas. XLI.* 3. 4. — *Sch. g. h.* (*T. V. p.* 459.) — [c]) *Bas. XLI.* 3. 5. (*T. V. p.* 453.) — *Sch. i.* — [d]) *Bas. XLI.* 3. 6. (*T. V. p.* 454.) — *Sch. k — o.* (*T. V. p.* 460.) — [e]) *ad hanc auth. v. Savigny Gesch. d. R. R. i. MA. T. IV. p.* 44. *not.* 61. — [f]) *Bas. XLI.* 3. 7. (*T. V. p.* 455.) — *Sch. p — x.*

[1]) et aliis *om. mss. Vat. Pl.* 1. *Bg., Hal., S. Perus.*; *Bas. aiunt* ἀντιγράφει ἡ διάταξις τοῖς τῆς πόλεως προνοοῦσιν. — [2]) restituta *Hal. Russ.*, *sed contra omnia mss. Russ. et mea.* — [3]) retentio *legere iubet Cuiac. Obss. XVIII.* 9., *qui alios habere* institutio *simul monet*; *sed* δύνασθε ἀπαιτεῖν — ἀποκαταστασιν *Bas.*; *cfr. glossa ad h. l.* — [4]) *hic interpungo cum Hal. Russ. Cont.* 62. *et Schol. Bas.*, *non post* repudiavit, *ut rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2., *Hal.*; ut *ins. ms. Bg., edd. rell.*, *contra Schol. Bas.*, *in quo est* τὸ κατὰ πόδα. — [6]) *post* dodrantem *demum interpungere solent edd.* — [7]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Hal.*; ab *ins. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [8]) *sic Hal. Russ. Cont.* 62.; *male hic comma ponunt Cont.* 66. *et rell.* — [9]) quam *var. l. gl.* — [10]) nil obtinere *coni. Cuiac. Obss. XVIII.* 9.; *si recte interpungas, ea emend. non opus est.* — [11]) constiterit *Russ. in marg.* — [12]) *mss. Cas. Pl.* 1., *Cont.* 62., *S. Perus.*; Dioscori *ms. Bg.*; Dioscino *ed. Nbg.* — [13]) ut qui *et post* restitueret *Russ. in marg.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; de *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed nostram lect. Bas. magis defendunt.* — [15]) *Cuiac. in Recitatt. in Cod. h. t. plene interpungere iubet post* iubemus. — [16]) satisdare *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; ex *om. Russ. et rell.* — [18]) petitione *ms. Bg. ante correct.* — [19]) satisfactione *edd. Nbg. Hal.* — [20]) *in mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf. hic finit auth., nec verisimile est, Accursium eam ampliorem habuisse.* — [21]) *sive* [*seu*] *edd. Nbg. Hal. Russ.* — [22]) *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Schf. Hal. Russ.*; *cogitur servare ms. Pl.* 1.; *servare cogatur ed. Nbg.*; *restituere cogitur Cont.* 62. *et rell.* — [23]) Ioanni *inser. ms. Pl.* 1., & *Perus.*

lares, ipsa subtilitas ad perniciem eorum revertatur. Ideinque iuris esse oportet, et si furioso fideicommissaria debeatur hereditas, ut restitutio curatori eius soli, nomine scilicet furiosi, celebretur. Quis enim sensus, quae vox certa furioso esse intelligitur, quum in utroque casu restituentes plenissimam consequantur [1]) ex nostra lege securitatem? hoc eodem observando, et si ipsi pupilli vel furiosi restitutione gravati sunt. §. 1. Quum autem aliquis hereditatem restituere iussus est, et dolo malo vel post litem contestatam vel antea sese contumaciter celaverit, vel si suppositus fideicommissariae restitutioni, antequam restitueret hereditatem, ab hac luce subtractus est nullo herede vel successore [2]) exsistente, vel [3]) fideicommissarius, cui restituta est ex Trebelliano senatusconsulto [4]) hereditas, alii per fideicommissum restituere iussus fuerit res hereditarias; quemadmodum actionum translatio celebretur in tribus istis casibus, apud veteres dubitabatur. Et Domitius Ulpianus constituendum esse super his putavit. Sancimus itaque, ut, sive per contumaciam abfuerit is, cui restitutio imposita est, sive morte praeventus nullo relicto successore fuerit, sive a primo fideicommissario in secundum translatio celebrari iussa est, ipso iure utiles actiones transferantur. Dat. X. Kal. Novemb. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

8. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Quidam testamento condito iussit heredem omnem hereditatem, quam ei dereliquit, alii restituere, speciale autem [5]) fideicommissum alteri adscripsit. Et quaerebatur, specialis fideicommissarius id, quod ei derelictum est, a quo consequi debeat, utrumne ab herede, ut post retentionem [6]) eius alias res universitatis fideicommissarius accipiat, an una cum aliis rebus oporteat et hoc generali fideicommissario aggregari, ut ipse speciali fideicommissario hoc tradat, sive in rebus sive in pecuniis sit fideicommissum [7]). Sancimus itaque, totam quidem substantiam secundum senatusconsulti Trebelliani auctoritatem restitui generali fideicommissario, illum autem speciali fideicommissario id, quod ei derelictum est, dependere. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.] [b])

Tit. L.

[c]) AD LEGEM FALCIDIAM.

1. [d]) Impp. Severus et Antoninus AA. [8]) Prisco. — Scire debes, omissa Falcidia, quo pleniorem fidem restituendae portionis exhiberes, non videri plus debito solutum esse. PP. III. Id. Mai. Laterano et Rufino Conss. [197.]

2. [e]) Idem AA. [9]) Sanctiano [10]). — Falcidiae rationem adversus omnes pro modo legatorum et fideicommissorum locum habere, certi et explorati iuris est. PP. Kal. Iul. Laterano et Rufino Conss. [11]) [197.]

3. [f]) Imp. Alexander A. Hermagorae. — Etiamsi tacitum fideicommissum heredem administrasse apparuerit, legata tamen seu fideicommissa, quae testamento relicta sunt, praestanda esse, ambigi non oportet, ad eum videlicet modum, quem lex Falcidia patitur, quum quartam, quae aufertur [12]) heredi, qui contra legem fidem suam obtulit, legatariis proficere non placuit. PP. Id. Octob. Alexandro A. Cons. [222.]

4. [g]) Idem A. Philetiano. — Et in legatis principi datis legem Falcidiam locum habere, merito divo Hadriano placuit. PP. V. Kal. Ian. Alexandro A. Cons. [13]) [222.]

5. [h]) Idem A. Damasatae [14]). — Si mortis causa immodicas donationes in sororem tuam matrem contulisse probare potes, legis Falcidiae ratione secundum constitutionem divi Severi, avi mei, uti [15]) potes. PP. XV. Kal. Novemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

6. [i]) Idem A. Secundinae. — In ponenda [16]) ratione legis Falcidiae omne aes alienum deducitur, etiam quod ipsi heredi mortis tempore debitum fuerit, quamvis aditione hereditatis confusae sint actiones. §. 1. Omnia autem legata, quamvis in operibus publicis conficiendis statuisque ponendis data sint, ad contributionem dodrantis pro rata suae cuiusque quantitatis revocantur. §. 2. Nec si quid ultro [17]) solidum heres praestiterit aut perfecerit, legitimae computationi praeiudicatur. S. V. Kal. [18]) Ianuar. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

7.

---

[a]) *Bas. XLI.* 3. 8. (*T. V. p.* 456.) — *Sch. y.* (*T. V. p.* 460.) — [b]) *Ant. Augustin. in Coll. graec. const. suspicatur, ab hoc tit. deesse graecam const. Iustiniani, qua Pegasiani SC. vires in Trebellianum transferuntur; provocat autem ad* §. 7. *I. de fideicomm. hered. II.* 23., *ad Const. Tanta* §. 6., *ad Nov.* 1. *c.* 1. — [c]) *Dig. XXXV.* 2. — [d]) *Bas. XLI.* 1. 96. (*T. V. p.* 400.) — *Sch. x. y.* (*T. V. p.* 436.) — [e]) *Bas. XLI.* 1. 97. — *Sch. z.* (*T. V. p.* 437.) — [f]) *Bas. XLI.* 1. 98. — *Sch. a.* — [g]) *Bas. XLI.* 1. 99. (*T. V. p.* 401.) — [h]) *Bas. XLI.* 1. 100. — *Sch. b.* — [i]) *Bas. XLI.* 1. 101. — *Sch. c—e.*

[1]) sequantur *mss. Pl.* 1. *Bg.*; assequantur *ms. Pl.* 2.; *κτῶνται Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; ei *ins. edd. Nbg. Hal. et rell. contra omn. mss. Russ.*, *et contra Bas.* *μηδενὸς κληρονομου — φαινομένου.* — [3]) si *ins. ms. Pl.* 1., *quod probant Bas.* — [4]) senatusconsulto *om. mss. Pl.* 2. *Gt., Hal.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; etiam *Hal. et rell., verum Schol. Bas.* *ἰδιχὸν δέ.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2.; restitutionem *ms. Bg., edd. omnes*; *sed* *μετὰ τὴν παρακατάσχεσιν Schol. Bas., in quo est* *τὸ κατα πόδα.* — [7]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; fideicomm. sit *edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; fideicommiss. relictum sit *edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et post rell.*; fideicomm. *omissis* relictum *et* sit *ms. Pl.* 2.; *additionem verbi* relictum *etiam respuunt ms. Gt., omnes libri Russ. et Schol. Bas.* *εἴτε ἐν χρημασίν ἐστι τὸ φιδεϊκομμισσον.* — [8]) Imp. Sev. et Ant. A. et C. *S. Perus.*; Impp. Sev. A. et Ant. C. *Bk.* — [9]) Idem *A. Cont.* 66. 71. 76., *Char. Pac. Sp.*; Id. AA. et CC. *ms. Vat.*; Idem A. et C. *Bk., S. Perus.*; Impp. Sev. et Ant. AA. *ms. Pist.* — [10]) *ms. Cas.*; Sancciano *mss. Pist. Vat.*; Sauciano *ms. Bg., ed. Nbg.*; Sactiano *Hal. et postea rell.*; Lateranae *ms. Pl.* 1.; Laterano *S. Perus.* — [11]) *diem firmat ms. Pist., in quo et consulum sunt vestigia.* — [12]) auferetur *ms. Pl.* 2. — [13]) *ms. Pist. cum hac subscr. convenit, nisi quod om.* V. — [14]) Samosatae, Adamositae, Samosidae, Demosaiae *mss. mea.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; merito *ins. Hal. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Cont.* 62.; Imponenda *Hal.*; In imponenda *ms. Bg., edd. rell.*; *ὅτε γίνεται λόγος φαλκιδίου Bas.*; *cfr. l.* 8. *h. t.* — [17]) *ms. Pl.* 2., *ms. Bg. ex emendat.*; ultra *ms. Pl.* 1., *edd. omnes*; *sed nostram lect. flagitat et ipse sensus, et Bas.* *ἐαν εὑρεθῇ ὁ κληρονόμος ἐν τινι θέματι αμελήσας τοῦ φαλκιδίου*, *et Cuiac. Opp. Post. T. IV. P. I. p.* 582. — [18]) pp. V. K. *ms. Pist., in quo deest mensis, sed reperiuntur conss.*

7. [a]) Idem A. Primo et [1]) Pomponio. — In testamento quidem militis ius legis Falcidiae cessat. Sed [2]) ea, quae ad vos pertinentia [3]) defunctus tenuit, bonorum eius videri minime possunt, et ideo recte rationem eorum, ut aeris alieni, haberi desiderabitis [4]). PP. Kal. Mai. Alexandro II. et Marcello Conss. [226.]

Authent. de heredibus et Falcidia. §. Hinc nobis. et §. seq. (Nov. 1. c. 2. et 3.) — *Sed quum testator hoc expressim vetuit, non ignarus, quis modus sit sui patrimonii, cessat Falcidia, et si heres in hoc defuncto non pareat, defertur hereditas personis* [5]) *enumeratis sub titulo de legatis* [6]). *Item si heres quaedam legata, substantiae* [7]) *mensuram subtiliter agnoscens, praestat in solidum, neque ex his repetitio, nec ex aliis permittitur retentio, nisi inopinatum quid emergat. His cessantibus locus est Falcidiae, si fiat inventarium secundum modum tempusque statutum in aditione; hac quoque adhibita observatione, ut in* [8]) *praesentia omnium ipsius civitatis, in qua fiat, legatariorum aut pro eis agentium, si personae ratio sit habenda, perficiatur* [9]), *vel si quis absit ex ipsis aut interesse noluerit, succedat praesentia trium testium, itidem ipsius civitatis locupletum et bonae opinionis, absque praeiudicio tamen veritatis inquirendae per servorum quaestionem et heredis testiumque iusiurandum. Quo non observato, solida legata praestet, etsi fines hereditarios excedant. Nulla autem quaestionum talium vel litium excedat annum. Anno enim culpa heredis transacto, cadet a relictis* [10]).

Authent. ut sponsalitia largitas. §. Si quando. (Nov. 119. c. 11.) — *Sed et in ea re cessat Falcidia, quae ita relicta est, ne alienetur, sed permaneat apud successores eius, cui relicta est.*

Authent. de ecclesiast. titulis. §. Si autem heres. (Nov. 131. c. 12.) — *Similiter Falcidia cessat in his, quae ad pias causas relicta sunt.*

8. [b]) Idem A. Aurelio. — Irritum quidem propterea testamentum fratris tui esse non potest, quod ex causa fideicommissi obligatus fuit, ut, si sine liberis prior decederet, paternam tibi hereditatem redderet. Sed licet te heredem scripserit, in ponenda [11]) tamen legatorum ratione, quibus te oneratum esse suggeris, fideicommissum debitum aeris alieni loco deduci oportet, insuperque in residuo legis Falcidiae beneficium vindicabis. PP. Id. Septemb. Maximo II. et Paterno Conss. [233.]

9. [c]) Imp. Gordianus A. Mestriano. — Error facti quartae ex causa fideicommissi non retentae repetitionem non impedit. Is autem, qui sciens se posse retinere, universum restituit, condictionem non habet; quin etiam si ius ignoraverit, cessat repetitio. PP. XV. Kal. Novemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

10. [d]) Idem A. Diogenio [12]). — Quanquam pater tuus fratrem tuum rogaverit, ut, si sine liberis diem suum fungeretur, portionem hereditatis tibi restitueret, tamen intestato eo [13]) diem suum functo, id, quod beneficio legis Falcidiae habere potuit, ad successorem intestati pertinere, ideoque non immerito sororem tuam, quae simul tecum ab intestato ei successit, emolumenti, quod retineri [14]) potuit, portionem sibi vindicare, manifestum est. PP. V. Id. Novemb. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

11. [e]) Idem A. Maximae. — Si, ut allegas, pater tuus eam portionem, ex qua te fecit heredem, fratribus tuis restituere iussit, certisque speciebus pro Falcidia praecepit esse contentam, auxilium legis Falcidiae, quod imploras, apud suum iudicem non prohiberis flagitare. PP. VII. Kal. Novemb. Arriano [15]) et Pappo [16]) Conss. [243.]

12. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Iustino. — In donationibus inter virum et uxorem factis legem Falcidiam habere locum, quando fideicommissi partibus funguntur, nonnullis iuris placitis comprehensum est. PP. XVI. Kal. Iul. ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

13. [g]) Iidem AA. et CC. Zetho [17]). — Si ea, cuius filium tuum servum significas, ex indicii defuncti, quem dicis fideicommissariam libertatem e reliquisse, aliquid consecuta est, ad restituendam fideicommissariam libertatem non immerito obnoxia constituta debet urgeri. Nam fideicommissum ei relictum usque ad eum modum potest petere, quem [18]) deducit pretio servorum, quos fuerat rogata manumittere, relictorum substantia patitur. S. V. Kal. Maii, Heracliae [19]), AA. Conss. [293 — 304.]

14. [h]) Iidem AA. et CC. Faustinae. — Licet adieris patris hereditatem, et confusione pro parte, qua eidem successeris, exstinguatur actio, quam tibi [20]) competere eo, quod ex administratione tutelae multa eum debuisse [21]) contendis; pro residuis tamen partibus coheredes convenire non prohiberis, et fundum a te relictum eatenus, quoad deducta quarta residui substantia patitur, praestare necesse habes. Dat. VI. Kal. Octob. Viminacii, AA. Conss. [293 — 304.]

15. [i]) Iidem AA. et CC. Pomponio. — Si praediorum dotis apud te iure remanentis instrumenta verbis precariis vel testamento vel codicillis uxor tibi dari

---

[a]) *Bas. XLI.* 1. 102. — *Sch. f.* (*T. V. p.* 438.) — [b]) *Bas. XLI.* 1. 102. — *Sch. g — i.* (*T. V. p.* 439.) — [c]) *Bas. XLI.* 1. 103. (*T. V. p.* 402.) — *Sch. k.* — [d]) *Bas. XLI.* 1. 104. — *Sch. l.* — [e]) *Bas. XLI.* 1. 105. — *Sch. m.* — [f]) *Bas. XLI.* 1. 106. (*T. V. p.* 403.) — *Sch. n.* (*T. V. p.* 440.) — [g]) *Bas. XLI.* 1. 107. — *Sch. n.* — [h]) *Bas. XLI.* 1. 108. — *Sch. o — q.* — [i]) *Bas. XLI.* 1. 109. (*T. V. p.* 404.) — *Sch. r.*

[1]) Primo et *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*, *vetera mss. Cont.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; si *ins. edd.*, *a Russ. cancellis notatum.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; pertinentia sunt *ms. Bg.*; pertinent *edd.* — [4]) desideratis *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; desideras *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [5]) *supra ins. Hal. et Russ.*, *et omitt. enumer. sub tit. de legat.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; *et fideicommissis add. ed. Schf. Cont. et rell.*; *sed v. gl. ad h. l.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; *suae ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [8]) *id est loco ut in mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [9]) *perficiatur om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [10]) *Anno — relictis om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; imponenda *ms. Bg.*, *Hal.*; in imponenda *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.*; λόγου γινομένου τοῦ φαλκιδίου *Bas.*; *cfr. l.* 6. *h. t.* — [12]) Diogeni *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*, *S. Perus.* — [13]) eodem *mss. Bg. Gt.*, *Hal.* — [14]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*; retinere *ms. Pl.* 2., *edd. rell.*; *sed Schol. Bas.* ὅπερ παραχαταστχεθῆναι ἠδύναιο. — [15]) Ariano *Hal. Russ. Cont.* 62. — [16]) Papo *Bk.* — [17]) Zeto, Zero, Theodio *mss. nonn.*; Tetho, Etheo *al.* — [18]) quoad *Hal.*; *sed Schol. Bas. etiam* ἕως ἐκείνου τοῦ μέρους, ὅπερ. — [19]) Heracleae *Bk.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 62.; adseris *ins. Russ. Cont.* 66. *et rell.*, *etiam contra Schol. Bas.* — [21]) debuisset *Hal. in textu*, *sed correctum in not.*; *etiam Schol. Bas.* πολλὰ αὐτὸν χρεωστῆναι φιλονικεῖς.

dari mandavit, eius iudicium successores implere compellentur, quum instrumentis praediorum domino relictis, Falcidiae nulla potest [1]) intervenire quaestio. Supposita XVI. Kal. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

16. [a]) Iidem AA. et CC. Diomedi. — Successores legata vel fideicommissa, si aes alienum hereditarium defuncti substantiae fines occupaverit, legis Falcidiae iussio peti, item Trebelliani senatusconsulti praeceptum exigi non concedit. S. XVI. Kal. Febr. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

17. [b]) Iidem AA. et CC. Gaio. — A [2]) coheredibus relicta legata, quatenus modus legi Falcidiae praestitutus [3]) patitur, posse peti, certissimi iuris est. Suppos. V. Kal. Novemb. Auchiali, Caess. Conss. [4]) [294 — 305.]

18. [c]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Si quis quadringentorum forte solidorum habens substantiam iusserit, heredem non aliter adire hereditatem, nisi prius trecentos octoginta solidos cuidam persolvat, vel aliam quantitatem, quae diminuere Falcidiae rationem potest, sancimus, heredem, si adierit, legis Falcidiae beneficio sustentatum, repleri [5]) quidem, quod ad Falcidiam deest, et prius eo dato vel retento (sive una datio est [6]), quae celebrari disposita fuerit, sive in multas dividitur personas) praefatae legis immutilatum habere beneficium. Si enim, quum mortis causa donatio procedat [7]), et haec [8]) modum legis Falcidiae excedat, heres post aditionem repetit eam pecuniam, quae ultra modum [9]) Falcidiae [10]) corporaliter quidem data est, lege autem in patrimonio testatoris permansit, quare non in praesenti casu et [11]) viventibus et morientibus providemus, et eorum ultima elogia conservantes, et commodum hereditarium non minuentes? Dat. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

19. [d]) Idem A. Ioanni P. P. — Quum certum sit, heredem, qui plenam fidem testatori [12]) exhibet, in solidum legata dependentem, non posse postea rationem legis Falcidiae praetendentem repetitione [13]) uti, quia videtur voluntatem testatoris sequi, iubemus, hoc simili modo firmum haberi, et si cautionem super integra legatorum solutione fecerit; quod veteribus legibus in ambiguitatem deductum [14]) est. In utroque etenim casu, id est sive solverit, sive super hoc cautionem fecerit [15]), aequitatis ratio similia suadere videtur. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

Tit. LI.

DE CADUCIS TOLLENDIS.

1. [e]) Imp. Iustinianus A. Senatui urbis Constantinopolitanae [16]). — Et nomen et materiam caducorum, ex bellis ortam et auctam civilibus, quae in se populus Romanus movebat, necessarium duximus, Patres conscripti, in pacificis nostri imperii temporibus ab orbe Romano [17]) recludere, ut, quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas sopiret. Et quemadmodum in multis capitulis lex Papia ab anterioribus principibus emendata fuit, et per desuetudinem abolita, ita et a nobis circa caducorum observationem invidiosum suum amittat vigorem, qui et ipsis prudentissimis viris displicuit, multas invenientibus vias, per quas caducum ne [18]) fieret. Sed et ipsis testamentorum conditoribus sic gravissima caducorum observatio visa est, ut et substitutiones introducerent, ne fiant caduca, et si facta sint, ad [19]) certas personas recurrere disponerent, vias recludentes, quas lex Papia posuit in caducis; quod et nos fieri concedimus. Et quum lex Papia, ius antiquum, quod ante eam in omnibus simpliciter versabatur, suis machinationibus et angustiis circumcludens, solis parentibus et liberis testatoris usque ad tertium gradum, si scripti fuerant heredes, suum imponere iugum erubuit, ius antiquum intactum eis conservans, nos [20]) omnibus nostris subiectis sine differentia personarum [21]) concedimus. §. 1. Quum igitur materiam et exordium caducorum lex Papia ab aditionibus, quae circa defunctorum hereditates procedebant, sumsit, et ideo non a morte testatoris, sed ab apertura tabularum dies [22]) cedere legatorum, senatusconsulta, quae circa legem Papiam introducta sunt, concesserunt [23]), ut, quod in medio deficiat, hoc caducum fiat, primum hoc corrigentes et antiquum statum renovantes sancimus, omnes habere licentiam a morte testatoris adire hereditatem [24]), similique modo legatorum vel fideicommissorum pure vel in diem certam [25]) relictorum diem a morte testatoris cedere. §. 2. Et quum triplici modo ea, quae in ultimis elogiis relinquuntur, contingebat deficere, consentaneum est, et tempora eorum et nomina manifeste exponere, ut, quod vel tollitur vel reformatur, non sit incognitum. Ea enim [26]) vel his relinquebantur, qui in rerum natura tunc temporis, quum condebantur extrema [27]) elogia, non fuerant, forte [28]) hoc ignorantibus

---

[a]) *Bas. XLI.* 1. 110. — *Sch. s.* — [b]) *Bas. XLI.* 1. 111. — *Sch. t.* (*T. V. p.* 441.) — [c]) *Bas XLI.* 1. 112. — *Sch. u — y.* — [d]) *Bas. XLI.* 1. 113. (*T. V. p.* 405.) — *Sch. z. a.* — [e]) *Bas. XLIV.* 30. 1. (*T. V. p.* 792.) *nonnulla continet ex* §. 9. *et* 10. *hui. const.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; possit *Russ. et rell.* — [2]) A *om. Hal.*; *sed contra Schol. Bas. quoque* ἐκ τῶν συγκληρονόμων. — [3]) lege falcidia praestitutus *ms. Pl.* 1.; a lege falcidia praestitus *ms. Pl.* 2.; legis falcidiae praestitus *ms. Bg., ed. Schf.*; legis Falcidiae praestitutus *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* τὸ μέτρον τῷ νόμῳ τῷ φαλκιδίῳ προωρισμένον *Schol. Bas.* — [4]) pp. V. K. nōv. Tanciali. css. *subscr. ms. Pist.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; replere *Russ. et rell.*; *sed* κληρονόμον — ἀναπληρουσθαι *Bas.* — [6]) est *om. Sp., probabiliter vitio typorum, cum eo facit Bk.* — [7]) procedit *edd. Schf. Hal. Bk.* — [8]) ultra *ins. edd. Nbg. Hal., contra Bas.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; legis *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed* ὑπὲρ τὸ μέτρον τοῦ φαλκιδίου *Bas.* — [10]) Falcidiae *om. ms. Pl.* 2.; *sed v. Bas. in not.* 9. — [11]) et *om. edd. Nbg. Hal., contra Bas.* — [12]) testatoris *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [13]) rationem legis praetendentem Falcidiae repet. *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [14]) ductum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [15]) posuerit *ms. Bg.* — [16]) et urbis Rome *add. S. Perus.* — [17]) ab urbe romana *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [18]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; non *ms. Pl.* 1. *ex correct., Russ. et rell.* — [19]) apud *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; ad *Hal. et rell.* — [20]) quoque hoc *ins. ed. Schf.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; hoc *ins. Hal. et rell.* — [22]) diem *ms. Bg.* — [23]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., vetera Cont., edd. Nbg. Schf.*; concesserint *ms. Pl.* 1.; censuerunt *Hal. et rell.*; *nostram lect. fere omnibus antiquis libris inesse, docet Cuiac. in Recitatt. ad Cod. h. t.* — [24]) hereditates *ms. Bg., ed. Nbg.* — [25]) certam *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia Russ., vetera Cont.* — [26]) etenim *ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Russ. et postea rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; ultima *edd. Schf. Russ. et rell.* — [28]) et *ins. mss. Bg. Gt.*

rantibus testatoribus, et ea pro non scripto [1]) esse [2]) leges existimabant; vel vivo testatore is, qui aliquid ex testamento habuit, post testamentum ab hac luce subtrahebatur, vel ipsum relictum exspirabat, forte quadam conditione, sub qua relictum erat [3]), deficiente, quod veteres appellabant in causa [4]) caduci; vel mortuo iam testatore hoc, quod relictum est [5]), deficiebat, quod aperta voce caducum nuncupabatur. §. 3. In primo itaque ordine, ubi pro non scriptis [6]) efficiebantur ea, quae personis iam ante testamentum mortuis testator donasset, statutum fuerat, ut ea omnia bona [7]) manerent [8]) apud eos, a quibus fuerant derelicta, nisi vacuatis vel substitutus suppositus vel coniunctus fuerat aggregatus; tunc enim [9]) non deficiebant, sed ad illos perveniebant, nullo gravamine nisi perraro in hoc pro non scripto superveniente. Quod et nostra maiestas, quasi antiquae benevolentiae consentaneum et naturali ratione subnixum, intactum atque illibatum praecepit custodiri in omne aevum [10]) valiturum. §. 4. Pro secundo vero ordine, in quo ea vertuntur, quae in causa caduci fieri contingebant, vetus ius corrigentes sancimus, ea, quae ita evenerint, simili quidem modo manere apud eos, a quibus sunt derelicta, heredes forte vel legatarios vel alios, qui fideicommisso gravari possunt, nisi et in hunc casum vel substitutus vel coniunctus eos antecedat; sed omnes personas, quibus lucrum per hunc ordinem defertur, eas etiam gravamen, quod ab initio fuerat complexum [11]), omnimodo sentire, sive in dando sit constitutum, sive in quibusdam faciendis, vel in modo [12]), vel conditionis implendae gratia, vel alia quacunque via excogitatum. Neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. §. 5. In novissimo autem articulo, ubi proprie caduca fiebant, secundum quod praediximus, etiam clausis tabulis tam exsistere heredes quam posse adire, sive ex parte sint sive ex asse instituti, censemus, et dies legatorum et fideicommissorum, secundum quod praediximus, a morte defuncti cedere; hereditatem etenim, nisi fuerit adita, transmitti, nec veteres concedebant, nec nos patimur, exceptis videlicet liberorum personis, de quibus Theodosiana lex super huiusmodi casibus [13]) introducta loquitur; iis nihilominus, quae super his, qui deliberantes ab hac luce migrant, a nobis constituta sunt, in suo robore mansuris. §. 6. Libertatibus procul dubio et post praesentem sanctionem propter sui naturam, quae additionem heredis exspectant [14]), ab adita hereditate una cum aliis, quae servis in testamento manumissis vel aliis legatis relicta sunt, competentibus. Excepto etiam usufructu, qui sui [15]) natura ad heredes legatarii transmitti non patitur, quia [16]) neque a morte testatoris, neque ab adita hereditate, quantum ad transmissionem, dies eius cedit. Sed haec quidem [17]) omnia in his observari sancimus secundum praefatam dispositionem, quae pure vel in diem certum [18]) relicta fuerint. §. 7. Sin autem aliquid sub conditione relinquatur vel casuali, vel potestativa, vel mixta, quarum eventus ex fortuna, vel ex honoratae [19]) personae voluntate, vel ex utroque pendeat, vel sub incerta [20]) die, exspectare [21]) oportet conditionis eventum, sub qua fuerit derelictum, vel diem, ut tunc cedat, quum vel conditio impleatur, vel dies incertus exstiterit. Quodsi in medio is, qui ex testamento lucrum sortitus est, decedat, vel eo superstite conditio defecerit, hoc, quod ideo non praevaluit, manere disponimus simili modo apud eos, a quibus relictum est, nisi et hic vel substitutus relictum accipiat, vel coniunctus, sive heres sive legatarius, hoc sibi acquirat, quum certi iuris sit, et in institutionibus, et legatis, et fideicommissis, et mortis causa donationibus posse substitui. §. 8. Sed ut manifestetur, pro qua parte manere oportet hoc, quod fuerit defectum, apud eos, a [22]) quibus sit derelictum, sancimus, si quidem ad heredes lucrum perveniat, pro parte hereditaria fieri eius distributionem, quum et ab ipsis simili modo, si valuisset, praestaretur, nisi nominatim ab uno vel a [23]) certis heredibus fuerat [24]) derelictum; tunc enim, quemadmodum solus vel soli praestabant [25]), ita et lucrum sentiant [26]). Sin autem legatarii vel fideicommissarii sint, vel mortis causa donatione honorati, vel alia forte persona, quae fideicommisso praegravari potest, et hoc evanescat, manere hoc apud enumeratas [27]) personas sancimus pro virili omnimodo portione, id est pro numero personarum. §. 9. Ne autem hoc, quod non inelegante summi ingenii vir Ulpianus in hac parte cum omni subtilitate disposuit, praetereatur, sanctione nostra hoc apertius inducimus. Quum enim iam statuimus, hoc cum suis oneribus ad eum, qui lucretur [28]), pervenire, sancimus, si quidem conditio vel aliud gravamen in dando sit constitutum, hoc omnimodo lucrantes pro modo lucri agnoscere. Sin autem in faciendo aliquid impositum est, si quidem hoc et [29]) per alium impleri possit, simili modo et a lucrante agnosci, puta si honorata [30]) persona iubeatur insulam, vel monumentum, vel aliud tale suis sumtibus facere vel heredi, vel legatario, vel alii forte, cui [31]) testator voluerit, vel rem ab herede [32]) testatoris emere, vel locationem vel fideiussionem subire, et si quid huiusmodi facti simile sit; nihil etenim refert, sive per eum, de quo testator locutus est, sive per alium eiusdem lucri successorem adimpleatur. Sin vero talis est verborum conceptio et facti natura, ut, quod relictum est, ab alio adimpleri [33]) non possit, tunc, etsi lucrum ad aliquem pervenerit [34]), non tamen et gravamen sequi, quia

---

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., vetera Cont., edd. Schf. Hal.*; scriptis *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [2]) esse *om. mss. Pl.* 2. *Bg.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; fuerat *Cont.* 66. *et rell.* — [4]) causam *ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; erat *Hal. et rell.* — [6]) scripto *Hal.* — [7]) bona *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., a Russ. cancellis inclusum.* — [8]) maneant *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [9]) tunc omnimodo *ms. Bg.* — [10]) omni aevo *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [11]) complexus *ed. Nbg.*; connexum *vel forte* annexum *Russ. in marg.* — [12]) in modum *ms. Bg.* — [13]) causis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [14]) exspectat *edd. Nbg. Hal.*; *fortasse statim ante* quia *pro* quae. — [15]) quem sua *Hal. Russ. Cont.* 62.; *sed* sui *in omn. libris Russ.*; *fortasse* quia sui *v. not. seq.* — [16]) et, *omisso* quia, *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont.* 62. — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; quidem *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) certam *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [19]) honeratae *Hal.*, *quod probat Russ. in marg. et ms. Gt.*; honeratae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; incerto *Cont.* 66. *et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. libri Russ., edd. Schf. Cont.* 62.; exspectari *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) ex *mss. Bg. Gt.* — [23]) a *om. ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*; ex *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; fuerit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; praestabunt *Hal. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sentient *Hal. et rell.* — [27]) memoratas *ms. Pl.* 2.; denumeratas *ms. Bg.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; lucratur *edd. rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; et *om. Hal. et postea rell*; etiam *ed. Schf.* — [30]) onerata *ed. Nbg.*; honerata *mss. Pl.* 1. 2. — [31]) quem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omn. Russ., ed. Schf.* — [32]) ad heredem *mss. Pl.* 1. 2. — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; impleri *Russ. et rell.* — [34]) pertinuerit *ms. Pl.* 1.

quia hoc neque ipsa natura concedit, neque testator voluit. Quid enim, si [1]) iusserit eum in certum locum abire [2]), vel liberalibus studiis imbui, vel domum suis manibus exstruere, vel pingere, vel uxorem ducere? quae omnia testatoris voluntas in ipsius solius persona intelligitur conclusisse, cui et suam munificentiam relinquebat. Hoc videlicet in omnibus obtinente, ut pro simili parte et lucrum sentiant, et gravamen, ubi hoc possit procedere, subeant. Et hoc locum habente [3]) omni quidem modo in his, quae in causa caduci vel caduca, secundum quod supra dictum est, fiebant; in pro non scriptis autem non omnibus, sed quibusdam, quia eorum quaedam, etsi talia sint, tamen cum suo onere veniebant, quae et nos in novi iuris compositione specialiter enumerari iussimus, ne quis veteris iuris prolixitatem, quasi rebus necessariam, vel pro eorum revolvat [4]) scientia.

§. 10. His ita definitis, quum in superiore parte nostrae sanctionis in plurimis locis coniuncti fecimus mentionem, necessarium esse duximus omnem inspectionem huiusmodi [5]) articuli latius et cum subtiliore tractatu dirimere, ut sit omnibus et hoc apertissime constitutum. Non enim tantum coniunctivo modo quaedam relinquuntur, sed etiam disiunctivo. In his itaque, si quidem coheredes sunt omnes coniunctim [6]) vel omnes disiunctim vel [7]) instituti vel substituti, hoc, quod fuerit quoquo [8]) modo vacuatum [9]), si in parte hereditatis vel partibus consistat, aliis coheredibus cum suo gravamine pro hereditaria parte, etiamsi iam defuncti sunt, acquiratur. Et hoc [10]) nolentibus ipso iure accrescat, si suas portiones iam agnoverint, quum sit absurdum, eiusdem hereditatis partem quidem agnoscere, partem vero respuere, secundum quod et [11]) in divinis nostri numinis [12]) decisionibus statutum est. Sin vero quidam ex heredibus institutis vel substitutis [13]) permixti sunt, et alii coniunctim alii disiunctim nuncupati [14]), tunc, si quidem ex coniunctis aliquis [15]) deficiat, hoc omnimodo ad solos [16]) coniunctos cum suo veniat onere, id est pro parte hereditatis, quae ad eos pervenit. Sin autem ex his, qui disiunctim scripti sunt, aliquis [17]) evanescat, hoc non ad solos disiunctos, sed ad omnes tam coniunctos quam [18]) disiunctos similiter cum suo onere pro portione hereditatis perveniat. Hoc ita tam varie, quia coniuncti quidem propter unitatem sermonis quasi in unum corpus redacti sunt, et partem coniunctorum sibi heredum quasi suam praeoccupant, disiuncti vero ab ipso testatoris sermone apertissime sunt discreti, et [19]) suum quidem habent [20]), alienum autem non soli appetunt, sed cum omnibus coheredibus suis accipiunt [21]). Et haec in heredibus tantummodo statuenda sunt.

§. 11. Ubi autem legatarii vel fideicommissarii duo forte vel plures sunt, quibus aliquid relictum sit, si quidem hoc coniunctim relinquatur, et omnes veniant ad legatum, pro [22]) sua portione quisque hoc habeat. Sin vero pars quaedam ex his deficiat, sancimus, eam omnibus, si habere maluerint, pro virili portione cum omni suo onere accrescere, vel si omnes noluerint, tunc apud eos remanere, a quibus derelictum est; quum vero quidam voluerint, quidam noluerint, volentibus solummodo id [23]) totum accedere. Sin autem disiunctim fuerit relictum, si quidem omnes hoc [24]) accipere et potuerint et maluerint, suam quisque partem pro virili portione accipiat, et non sibi blandiantur, ut unus quidem rem, alii autem singuli solidam eius rei aestimationem accipere desiderent, quum huiusmodi legatariorum avaritiam antiquitas varia mente suscepit [25]), in uno tantummodo genere legati eam accipiens, in aliis [26]) respuendam esse existimans, nos autem omnimodo repellimus, unam omnibus naturam legatis et fideicommissis imponentes, et antiquam dissonantiam in unam trahentes concordiam. Hoc autem ita fieri sancimus, nisi testator apertissime et expressim disposuerit, ut uni quidem res solida, aliis autem aestimatio rei, singulis in solidum, praestetur. Sin vero non omnes legatarii, quibus separatim res relicta sit, in eius acquisitionem concurrant, sed unus forte eam accipiat, haec solida eius sit, quia sermo testatoris omnibus prima facie solidum assignare videtur, aliis supervenientibus partes [27]) a priore abstrahentibus, ut ex aliorum quidem concursu prioris legatum minuatur. Sin vero nemo alius veniat vel venire potuerit, tunc non vacuatur pars, quae deficit [28]), nec alii accrescit, ut eius, qui primus accepit, legatum augeri [29]) videatur, sed apud ipsum, qui habet, solida res maneat [30]), nullius concursu diminuta. Et ideo si onus fuerit in persona [31]) eius, apud quem remanet legatum, adscriptum, hoc omnimodo impleat, ut voluntati testatoris pareatur. Sin autem ad [32]) deficientis personam [33]) onus fuerit collatum, hoc non sentiat is, qui non alienum, sed suum [34]) legatum imminutum habet. Sed et [35]) varietatis non in occulto sit ratio, quum ideo videtur [36]) testator disiunctim haec reliquisse, ut unusquisque suum onus, non alienum agnoscat. Nam si contrarium volebat, nulla erat [37]) difficultas coniunctim ea disponere.

§. 12. Quae autem antiquis legibus dicta sunt de his, quae ut indignis auferuntur, et nos simili modo intacta servamus, sive in nostrum fiscum, sive in alias personas perveniant.

§. 13.

---

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; testator *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [2]) adire *mss. Pl.* 1. *Bg., Hal. in textu, mutat. in not.* — [3]) habere *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [4]) resolvat *Russ. in marg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; huius *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [6]) coniuncti *et post* disiuncti *ms. Pl.* 2., *Cont.* 62. — [7]) et vel *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Cont.* 62. — [8]) quocunque *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Schf. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; evacuatum *edd. rell.* — [10]) et *ins. ms. Pl.* 1. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal.*; et *om. edd. rell.* — [12]) nominis *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; *sed v. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [13]) vel substitutis *cancellis notantur a Contio, sed omnes mei libri haec verba tuentur.* — [14]) sunt *add mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [15]) aliquid *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.* — [16]) suos *Hal.* — [17]) *ms. Bg., ms. Pl.* 1. *ex correct., Cont. in marg.*; aliquid *ms. Pl.* 2., *edd.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; etiam *Hal. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; ut *Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; habeant *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; appetant — accipiant *edd Nbg. Russ. et rell.* — [22]) *mss. Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Bk.*; et pro *mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.* — [23]) id *om. mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.* — [24]) hoc *om. ms. Pl.* 1., *Hal.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; susceperit *Hal. et rell.* — [26]) autem *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omn. Russ., ed. Nbg.* — [27]) partem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [28]) defecit *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Schf. Hal.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; augere *ms. Bg., edd. rell.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; solida remaneat res *ed. Nbg.*; sol. res remaneat *ed. Schf.*; sol. remaneat *Hal. et rell.* — [31]) in personam *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., omn. libri Russ.* — [32]) a *et post* persona *Hal. Russ. Cont.* 62. — [33]) *mss. Pl.* 1. 2., *omnes libri Russ., ed. Schf.*; hoc *ins. ms. Bg., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; tantum, *quod ed. Nbg. addit post* legatum, *hic ins. Russ. et rell., sed a Russ. Cont. cancellis notatum.* — [35]) ut *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf., omn. mss. Russ.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.*; videatur *Hal. et postea rell.*; *utrumque deest in ms. Bg., quod habet* reliquisset. — [37]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; erit *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.*

§. 13. Quum autem in superiore parte legis non aditam hereditatem minime (nisi quibusdam personis) ad heredes [1]) transmitti disposuimus, necesse est, si quis solidam hereditatem non adierit, hanc, si quidem habeat substitutum, ad eum, si voluerit et potuerit, pervenire. Quodsi hoc non sit, vel ab intestato successores eam suscipiant, vel si nulli sint, vel accipere nolint, vel aliquo modo non capiant, tunc ad nostrum aerarium devolvatur. §. 14. Haec autem omnia locum habere censemus tam in testamentis, sive in [2]) scriptis sive sine scriptis habitis, quam in codicillis et omni ultimo elogio, vel si quid ab intestato fuerit derelictum, nec non in mortis causa donationibus. Tantum etenim nobis superest clementiae, quod scientes, etiam fiscum nostrum ultimum ad caducorum vindicationem vocari, tamen nec illi pepercimus [3]), nec Augustum privilegium exercemus, sed quod communiter omnibus prodest, hoc rei [4]) privatae nostrae utilitati praeferendum esse censemus, nostrum esse proprium subiectorum commodum imperialiter existimantes. §. 15. Locum autem huic legi constituimus in his defunctorum elogiis, quae posthac composita fuerint; anteriores etenim casus suo marte discurrere concedimus. §. 16. Haec omnia ad vos, Patres conscripti [5]), duximus esse sancienda, ut [6]) nemini maneat incognitus nostrae benevolentiae labor, sed edictis ex solemnitate a nostris magistratibus propositis omnibus innotescat. Dat. Kal. Iun. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. IV. et Paulino V. C. Conss. [534.]

Tit. LII.

DE HIS QUI ANTE APERTAS TABULAS HEREDITATEM [7]) TRANSMITTUNT.

1. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hormisdae P. P. — Per hanc inhemus sanctionem, in posterum [8]) filios seu filias, nepotes aut neptes, pronepotes aut proneptes a patre vel matre, avo vel avia, proavo vel proavia scriptos heredes, licet non sint invicem substituti, seu cum extraneis seu soli sint instituti, et ante apertas tabulas defuncti, sive se noverint scriptos heredes, sive ignoraverint, in [9]) liberos suos, cuiuscunque sint sexus vel gradus, derelictam sibi hereditariam portionem posse transmittere, memoratasque personas, si tamen hereditatem non recusant, nulla huiusmodi praescriptione obstante, sibi [10]) tanquam debitam vindicare; quod scilicet etiam super legatis seu fideicommissis a patre vel a matre, avo vel avia, proavo vel proavia derelictis locum habet; siquidem perindignum est, fortuitas ob causas vel casus humanos nepotes aut neptes, pronepotes aut proneptes avita vel proavita successione frandari, aliosque adversus avitum vel proavitum desiderium vel institutum insperato legati commodo vel hereditatis gaudere. Habeant vero solatium tristitiae suae, quibus est merito consulendum. Dat. III. Non. April. post consulatum Protogenis et Asterii [11]). [450.]

Tit. LIII.

[a]) QUANDO DIES LEGATI VEL FIDEICOMMISSI CEDIT.

1. Impp. Severus et Antoninus AA. Agrippae. — Si competenti iudici annua legata vel fideicommissa tibi relicta probaveris, ab initio cuiusque [12]) anni exigendi ea habebis facultatem. Supposita III. Kal. Iun. Saturnino et Gallo Conss. [198.]

2. Idem AA. Prisco. — Agrum pluribus relictum nominatim animadvertimus, et cautum [13]), ut ad eum, qui supervixisset, res pertineret [14]). Quicunque igitur is fuerit, ad heredem suum dominium transmisit [15]), nec tali [16]) fideicommisso adstringitur [17]). PP. XV. [18]) Kal. August. Chilone et Libone Conss. [204.]

3. [b]) Idem AA. Aeliae [19]). — Si Pontionilla [20]) ad eam aetatem pervenit, cui legatum vel fideicommissum delegatum [21]) erat, petitionem ad heredes transmisit, licet ante decesserit, quam conseqeretur legatum vel fideicommissum. PP. V. Kal. Aug. Chilone et Libone Conss. [204.]

4. Idem AA. Ammiae [22]). — Quum uxor ususfructus fundi [23]) legatur, et eius proprietas, quum liberos habuerit, nato filio statim proprietatis legati dies cedit, nec quidquam obest, si is decedat. PP. Kal. August. Antonino A. III. et Geta item III. [24]) Conss. [208.]

5. Imp. Alexander A. Maximo. — Ex his verbis: do lego Aeliae Severinae filiae [25]) et [26]) Secundae decem, quae legata [27]) accipere debebit, quum ad legitimum statum [28]) pervenerit, non conditio fideicommisso vel legato inserta, sed petitio in tempus legitimae aeta-

---

[a]) *Dig. XXXVI* 2. — [b]) *Bas. XLIV.* 19. 13. (*T. V. p.* 785.)

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; defuncti *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) in *om. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Hal.* — [3]) prospeximus *ms. Bg., Hal.* — [4]) rei *om. Hal. et quidam codd. Contii.* — [5]) conscripta *Russ. in marg.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. libri Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; scilicet *ins. Hal. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [7]) hereditates *mss. Pist. Cas. Gt., Hal., S. Perus.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62. *Bk.*; valituram *add. edd. Schf. Russ. et rell., ipso improbante Russ. in marg.* — [9]) solos *ins. ms. Bg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; praescr. sibi obstante *Cont.* 62.; praescr. sibi obstante, ea *Russ.*; praescr. sibi obstante, eam *Cont.* 66. *et rell.* — [11]) Asturi *ms. Pist., quod rel. subscr. tuetur; cfr. subscr. leg.* 8. *C. V.* 14. — [12]) cuiuscunque *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., omn. libri Russ.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Hal.*; est *add. ms. Bg.*; esse *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; qui superfuisset, pertineret *Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; transmittit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) alii *emendat ex vet. Cuiac. Obss. XVIII.* 16., *sed contra meos libros.* — [17]) *Russ. Cont. in marg. haec addi in nonnullis codd. monent:* ut heredibus eorum restituat, sicut ipse fuit restitutus ab illis. — [18]) *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; V. *Cont.* 71. *et rell.* — [19]) Heliae *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.* — [20]) Potentianilla *optimum ms. Cont.*; Pontianilla *omn. mss. Russ., consentiunt mea et ms. Gt.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; deligatum *vel* delatum *Russ. in marg.*; legatum *ms. Bg.*; derelictum *edd. Hal. Russ. Cont.* 62.; relictum *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.*; *sed nostram lect., utpote omnibus codd. communem, flagitat Cuiac. Obss. XVIII.* 16. — [22]) Anniae, Amiae, Anuae *mss. mea*; Ambitae *S. Perus.*; Protagorae *al.* — [23]) praedii *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [24]) et Geta C. II. *Bk.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal. Russ. Cont.* 62.; meae *ins. edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [26]) et *om. ms. Pl.* 2. — [27]) quae legati nomine *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *sed contra omnia mss. Russ. et Cont.* — [28]) legitimam aetatem *liber Aured. apud Char. in marg.*

aetatis dilata videtur. Et ideo, si Aelia Severina, filia testatoris, cui legatum relictum est, die legati cedente vita functa est, ad heredem suum actionem transmisit, scilicet ut eo tempore solutio fiat, quo Severina, si rebus humanis subtracta non fuisset, vigesimum quintum annum aetatis implesset [1]). Non coeptum enim annum, sed impletum, si de emolumento relicti fideicommissi tractetur, exspectandum esse [2]) prudentibus placuit. PP. XIII. Kal. Ianuar. Alexandro A. II. et Marcello Conss. [226.]

6. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Eusebio. — Si fideicommissum ab intestato fuerit sorori tuae relictum codicillis, et postea quam dies fideicommissi cessit, rebus humanis [3]), licet ignorans fideicommissum, decessit [4]), actionem huiusmodi acquiri potuisse, dissimulare non poteris [5]), salva scilicet ab intestato succedenti quarta portione. Suppos. Kal. Mai. Trallis, AA. Conss. [293 — 304.]

Tit. LIV.

[a]) UT IN POSSESSIONEM LEGATORUM VEL FIDEICOMMISSORUM SERVANDORUM CAUSA MITTATUR, ET QUANDO SATISDARI [6]) DEBEAT [7]).

1. Divus [8]) Pius Salvio. — Quoniam nihil actor amplius postulat, quam ut fideicommissi nomine satisdetur, non debet is, qui iuri dicundo praeest, subtiliter cognoscere, debeatur nec ne fideicommissum, sed tantum decernere, ut satisdetur. — Sine die et consule.

2. Divus Marcus Stratonicae. — Ipsis rerum experimentis cognovimus, ad publicam utilitatem pertinere, ut satisdationes, quae voluntatis defunctorum tuendae gratia in legatis et [9]) fideicommissis introductae [10]) sunt, eorumdem voluntate remitti possint. Quocunque enim iudicio [11]) voluntatis cautio legati vel fideicommissi remitti potest. — Sine die et consule [12]).

3. Impp. Severus et Antoninus AA. [13]) Symphoro. — Si, postquam servandi legati seu fideicommissi gratia in possessionem inductus es, pignoris obligatio aut venditio ab herede intervenit [14]), praecedere causam tuam, quam iure praetorio velut [15]) pignus habuisti, manifestum est. PP. XI. Kal. Decemb. Dextro [16]) et Prisco Conss. [196.]

4. Imp. Antoninus A. [17]) Protagorae. Quum Artemidoram patri pupillorum tuorum heredem exstitisse proponas, quamvis, ut fideicommissam [18] hereditatem his quum moreretur restitueret, petita sit, nullam tamen adversus debitores hereditarios habent pupilli tui actionem. Plane ut satis fideicommissorum nomine [19]) Artemidora det, si modo testator id fieri non prohibuerit, apud suum iudicem conveni [20]). PP. III. Kal. Iul. Laeto II. et Cereale [21]) Conss. [215.]

5. Imp. Alexander A. Paulinae. — Qui legati sive fideicommissi causa in possessionem mittuntur, non proprietatem nanciscuntur, sed ius pignoris. Ut autem et post acceptum pignus satisfiat defuncti voluntati, competens index te adeunte providebit. PP. III. Id. August. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

6. Idem A. Donato. — Certa est forma iurisdictionis, qua fideicommissi servandi causa in possessionem rerum, quae in causa hereditaria sunt aut dolo malo esse desierunt, is, cui legati vel fideicommissi nomine satis non datur, mittitur, vel in proprias res heredis, si fideicommisso satis non fit [22]) post sex menses, quam peti coeperit, secundum divi Antonini patris mei constitutionem. PP. VI. Id. Ianuar. Fusco II. et Dextro Conss. [225.]

7. [b]) Idem A. Proculiano. — Scire debetis, fideicommissi [23]) et legati satisdationem remitti posse, divum Marcum et divum Commodum [24]) constituisse; ut autem boni viri arbitratu is, cui ususfructus relictus est, utatur fruatur, minime satisdationem remitti testamento posse. PP. X. Kal. Mart. Fusco II. et Dextro Conss. [225.]

8. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [25]) Zenodoro. — Contra eos sive successores eorum, qui rempublicam administrantes, per officii necessitatem civitati sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt, quanti reipublicae intererit [26]) satis acceptum non esse, dirigendam certum est actionem. Suppos. [27]) VII. Kal. Mart. Caess. Conss. [294 — 305.]

TIT. LV.

---

[a]) *Dig. XXXV.* 3. *et* 4. — [b]) *Bas. XLIV.* 31. 1. (*T. V. p.* 792.) — [c]) *geminatio legis* 2. *C. XI.* 30. —

[1]) impleret *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; inpenderet *ms. Bg.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; iuris *ins. Russ. et rell.*, *sed contra omnia mss. Russ.* — [3]) humanis *in mss. Pl.* 1. *Bg. serius additum.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; decesserit *edd. Nbg. Hal.*; excesserit *Russ. et rell.* — [5]) potueras *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; potueris *ms. Bg.*, *ms. Pl.* 1. *ex correct.* — [6]) satisdare *mss. Cas. Pl.* 1. 2., *liber Dionys. ap. Char. in marg.*, *S. Perus.* — [7]) debet *mss. Cas. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; non debet *Cont. in marg.* — [8]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.*; Antoninus *ins. Hal. et rell.* — [9]) item et *ms. Pl.* 1.; vel in *ms. Bg*; item *S. Perus.* — [10]) inductae *ms. Gt.*, *Hal.*; iniunctae *S. Perus.* — [11]) indicio *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *quod probo*, *cfr. l.* 77. §. 3. *D. XXXV.* 1.; in iudicio *S. Perus.* — [12]) Sine — cons. *firmat S. Perus.* — [13]) Imp. Sev. A. et Anton. C. *Bk.* — [14]) intervenerit *edd. Schf. Cont.* 66. *et postea rell.* — [15]) veluti *edd. Schf. Russ. et postea rell.* — [16]) II. *ins. Bk.* — [17]) Id. A. *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *S. Perus.*; Id. AA. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [18]) fideicommissariam *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [19]) nomine *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [20]) conveniri potest *ed. Schf.*; convenit *Russ.* — [21]) Cereali *Hal. Russ. Cont.* 62. — [22]) fecit *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *sed contra omn. libros Russ.* — [23]) quidem *ins. edd. Nbg. Schf Russ. et postea rell.*, *contra omnia mss. Russ. et mea.* — [24]) *Russ. in marg. ad l.* 2. *h. t. monet*, et div. Commod. *in nonnullis et melioribus codd. omitti*; *fortasse serius omissa propter leg.* 2. *h. t.* — [25]) Id. AA. et CC. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Id. A. *ms. Pl.* 2, *ed. Nbg.*, *S. Perus.* — [26]) interest *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [27]) Sp. *Hal.*

Tit. LV.

a) DE SUIS ET LEGITIMIS [1]) LIBERIS [2]) ET EX FILIA NEPOTIBUS [3]) AB INTESTATO VENIENTIBUS.

1. b) Impp. Severus et Antoninus AA. Crispinae. — Si fratri tuo legitima [4]) heres esse potes, centum dierum praefinitione non excluderis ad acquirendam hereditatem [5]). PP. III. Non. Novemb. Antonino A. II. et Geta II. [6]) Conss. [205.]

2. c) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [7]) Aviae. — Nepotes ex diversis filiis, varii numeri, avo succedentes ab intestato, non virilibus [8]) portionibus, sed ex [9]) stirpibus succedunt. S. III. Kal. [10]) Mart. Hadrianopoli, ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

3. d) Idem AA. et CC. Frontoni. — Ut intestato defuncto [11]) filius ac nepos ex alio, qui mortis eius tempore in rebus humanis non invenitur, manentes in sacris, pariter succedant, evidenter lege duodecim tabularum cavetur. Quod et honorarii iuris observatio sequitur. S. XV. Kal. Iul. AA. Conss. [293 — 304.]

4. e) Idem AA. et CC. Marrellae. — Intestato [12]) defuncto postumum suum heredem, quam sororem, licet consanguineam, haberi potiorem, ordo successionum lege duodecim tabularum factus nimis evidenter demonstrat. S. VI. Id. Decemb. AA. Conss. [293 — 304.]

5. f) Idem AA. et CC. Appiano. — Si te parens, in cuius fuisti potestate, solemniter in adoptionem dedit, cum filiis naturalibus adoptivi patris ante vel post quaesitis defuncto intestato succedere potes. Dat. VI. Kal. [13]) Mart Sirmii [14]), Caess. [15]) Conss. [294 — 305.]

6. g) Idem AA. et CC. Posidonio [16]). — Ex libera conceptus et servo velut spurius habetur, nec ut decurionis filius, quamvis pater eius naturalis manumissus et natalibus suis restitutus hunc adeptus fuit honorem, defendi potest. Supposita VI. Id. Februar. Caess. Conss. [17]) [294 — 305.]

7. h) Idem AA. et CC. Aemilianae. — Filium habere suum libertus in potestate non prohibetur, quum ob praeteritum statum, ex legitimis nuptiis ingenuorum exemplo filios habere, liberto non sit interdictum. S. XVI. Kal. Mart. Caess. Conss. [294 — 305.]

8. i) Idem AA. et CC. Catoniae. — Apud hostes patre defuncto, filia communis vobis, quo casu mortis scientia non postulatur, heres exstitit sua, et ad te transmisit successionem. S. XII. Kal. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [18]) [294 — 305.]

9. k) Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Constantiano [19]), P. P. Galliarum [20]). — Si defunctus cuiuscunque sexus aut numeri reliquerit filios, et ex filia diem functa [21]) cuiuscunque sexus aut numeri nepotes, eius partis, quam defuncta filia [22]), superstes patri, inter [23]) fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia, tertia pars fratribus sororibusve eius, quae defuncta est, id est filiis filiabusque eius, de cuius bonis agitur, avunculis scilicet sive materteris eorum, quorum commodo legem sancimus, accrescat. Haec eadem, quae de avi materni bonis constituimus, et [24]) de aviae maternae sive etiam paternae simili aequitate sancimus, nisi forte avia elogia inurenda impiis nepotibus iusta semotis ratione dixerit [25]), et hoc fuerit legibus approbatum. Non solum autem si intestatus avus aviave defecerit [26]), haec [27]) nepotibus, quae sancimus, iura servamus, sed et si avus vel avia, quibus huiusmodi nepotes erunt [28]), testati obierint, et praeterierint nepotes aut exheredaverint; eadem [29]) et de iniusto avorum testamento. Et [30]) si quae filiae poterant vel de re vel de lite competere actiones, nepotibus deferimus secundum iustum nostrae legis modum, quae de parentum inofficiosis testamentis competunt filiis. Dat. V. Kal. Mart. Mediolani, Timasio et Promoto Conss. [389.]

10. l) Impp. Honorius et Theodosius [31]) AA. Maximo P. U. [32]). — Ubi aviarum successio mor-

---

a) *Dig. XXXVIII!.* 16. — b) *Bas. XLV.* 2. 15. (*T. VI. p.* 65.) — *Sch. m.* (*T. VI. p.* 18.); *iungenda l.* 2. *C. qui admitti. VI.* 9. — c) *Bas. XLV.* 2. 16. — *Sch. n.* — d) *Bas. XLV.* 2. 17. — *Sch. o.* (*T. VI. p.* 79.) — e) *Bas. XLV.* 2. 18. — *Sch. p. q.* — f) *Bas. XLV.* 2. 19. — *Sch. r. s.* — g) *Bas. XLV.* 2. 20. — *Sch. t. u.* — h) *Bas. XLV.* 2. 21. — *Sch. x.* (*T. VI. p.* 80.) — i) *Bas. XLV.* 2. 22. (*T. VI. p.* 66.) — *Sch. y. z.* — k) *l.* 4. *Th. C. de legit. hered. V.* 1. — l) *l.* 6. *Th. C. de legit. hered. V.* 1.; *Bas. XLV.* 2. 23. — *Sch. a.*

1) et *ins. ms. Cas.* — 2) heredibus *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — 3) ex filia nepot. *om. ms. Bg.* — 4) legitimo *ms. Pl.* 1.; *λεγίτιμος κληρονόμος Schol. Bas.* — 5) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; ab acquirenda hereditate *Russ. et rell.*; *sed Schol. Bas. οὐκ ἀποκλεισθήσῃ εἰς τὸ κτήσασθαι την κληρονομίαν.* — 6) et Geta C. *Bk.* — 7) et CC. *add. mss. Pist. Pl.* 1. — 8) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; pro non viril. *Russ. Cont.* 62.; non pro viril. *Cont.* 66. *et rell.* — 9) ex *om. mss. Bg. Gt., ed. Schf., a Cont.* 62. *cancellis notatum.* — 10) D. IV. Id. *ms. Pist.* — 11) *ms. Pl.* 2., *ms. Gt. ex correct., edd. Nbg. Schf.*; defuncti *mss. Pl.* 1. *Bg.* (*quae hoc verb. post* filius *collocant*), *Hal. et rell.*; *sed ἵνα τῷ ἀδιαθέτως τελευτήσαντι Schol. Bas., in quo est τὸ κατὰ πόδα.* — 12) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62.; quidem *ins. edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — 13) VII. Kal. *ms. Pist.* — 14) *ms. Pist.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — 15) AA. *ms. Pist.* — 16) Possidonio *mss. pleraque.* — 17) *in ms. Pist. haec est subscr.* Dat. IV. Id. Febr. AA. css. — 18) *S. Perus. haec habet ex subscr.:* Sub die decimo Kl. Dec. Nicea. — 19) *Theod. C., Bk.*; Constantino *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 20) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *Cont.* 62., *Theod. C.*; Galliae *ed. Nbg.*; P. P., *om.* Gall., *ms. Bg., edd. rell.* — 21) defuncta *ms. Pl.* 2., *Theod. C.* — 22) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; filia *om. Hal. et rell.*, defuncti filia *Theod. C.* — 23) in *Sp., probabiliter ex vitio typor., in quo perseverat Bk.* — 24) et *om. mss. Bg. Gt., Theod. C.* — 25) duxerit *ms. Pl.* 2., *ed. Schf., quod probat Wenek in ed. librorum V. priorum Cod. Theod. p.* 274. *not. s.*; monstraverit *Theod. C., a quo absunt vv.* et hoc fuer. leg. approb. — 26) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., omn. libri Russ., edd. Schf. Cont.* 62., *Theod. C.*; decesserit *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 27) de *ins. edd. Nbg. Hal.* — 28) erant *ed. Nbg., Theod. C.* — 29) exheredav. eosdem *Theod. C.*, exheredav. easdem *ed. Schf.* — 30) et *tollere vult Iac. Gothofr. in not. ad l.* 4. *Th. C. cit. Edd. Theod. C. commate interpungunt post* testamento. — 31) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Bk., S. Perus., Theod. C.*; Theodosius et Valentinianus *Hal. et rell., probabiliter ex coniectura, ut cum falsa subscr. conveniret inscr.; cfr. inscr. leg. seq., quae non habet* Iidem AA. — 32) *Theod. C. ed. Haenel., Bk.*; P. P. *mss. et edd. rell.*

morte [1]) interveniente discutitur, capitis deminutio paterna [2]) quaerenda non est. Tunc enim in huiusmodi hereditatibus filiorum status aut persona spectatur, quotiens de eius bonis, qui potestatem familiae potuit habere, tractatur. Dat. V. Kal. Octob. Ravennae, Theodosio A. IX. et Constantio III. Conss. [3]) [420.]

11. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum urbis Romae. — Si matre superstite filius vel filia, qui quaeve moritur, filios dereliquerit, omnimodo patri suo matrive suae [4]) ipso iure succedant. Quod sine dubio et de pronepotibus observandum esse censemus. Dat. VIII. [5]) Id. Novemb. Ravennae [6]), Theodosio XV. et Valentiniano II. [7]) AA. Conss. [430.]

12. [b]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Quotiens aliquis vel aliqua intestatus vel intestata mortuus vel mortua fuerit, nepotibus vel pronepotibus cuiuscunque sexus, vel deinceps aliis descendentibus derelictis, quibus unde liberi bonorum possessio minime competit, et insuper ex latere quibuscunque agnatis, minime possint iidem agnati quartam partem hereditatis mortuae personae sibi vindicare, sed descendentes soli ad mortui successionem vocentur. Quod tantum in futuris, non etiam praeteritis negotiis servari decernimus. Dat. Kal. Iul. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

Authent. de heredibus ab intestato. §. 1. (Nov. 118. c. 1.) — *In successione mortui patrisfamilias sive filiifamilias* [8]) *liberi eius, si sunt, omnibus aliis praelati succedunt. Primi quidem gradus aequaliter succedunt, nepotes et ulteriores in stirpes, non distinguendo sexum vel iura* [9]) *potestatis, sed sola naturali causa inspecta.*

Tit. LVI.

[c]) AD SENATUSCONSULTUM TERTULLIANUM.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [10]) Vivianae. — Licet liberi matribus ab intestato ita demum per se heredes exsistant, si fari possint, tamen matres liberis, etiamsi infantes naturae concesserint, posse succedere, nulla dubitatio est. PP. X. Kal. April. Tiberiano et Dione Conss. [291.]

2. Iidem AA. et CC. Rhesae [11]). — In successione filii vel filiae communis, sine liberis et fratribus vel [12]) sororibus morientis, pater manumissor [13]), quia ei sit vetus ius servatum, matri praefertur. S. VI. Id. Dec. Caess. Conss. [294 — 305.]

3. [d]) Imp. Constantius [14]) A. Catulino, Proconsuli [15]) Africae. — Matres, quae puberes amiserunt filios, licet impuberibus eis tutores non petierint, praescriptione [16]) non petiti tutoris ad excludendam eorum successionem minime debere praescribi, certum est. Dat. VI. Kal. August. Constantio A. VII. et Constante [17]) Conss. [354.]

4. [e]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. — Si qua mulier nequaquam religionem priori viro, ex quo filios seu filias [18]) non habet, nuptiarum festiuatione praestiterit, ex iure quidem notissimo sit [19]) infamis, nisi huiusmodi maculam imperiale beneficium ei remittat. Sin autem ei filii erunt seu filiae, et impetraverit indulgentiam [20]), infamiae abolitionem permittimus et ceterarum poenarum antiquationem, si facultatum omnium, quae fuerunt tempore nuptiarum, medietatem filio vel filiae, filiis seu filiabus donaverit, quos habebat ex viro priore susceptos, pure scilicet et omni donationis solemnitate completa, nec retento quidem usufructu. Quem quidem semissem si duobus filiis seu filiabus pluribusve donaverit, et sorte fatali unus vel una, seu alius vel alia ex iisdem intestatus vel intestata obierit, semper ad superstites fratres vel sorores volumus pertinere. Sin autem universi vel universae [21]) intestati [22]) diem obierint, durae fortunae ad matrem solatia ex integro revertantur, ita scilicet, ut hunc semissem, quem filiis vel filiabus donaverat, intestato diem obeuntibus, rursus ipsa separatim ab ultimi filii vel filiae hereditate praesumat. PP. XV. Kal. Ianuar. Gratiano V. et Theodosio AA. Conss. [380.]

5. [f]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Senatui urbis Romae [23]). — Mater, quae defuncto filio filiave [24]) sine liberis, ex testamento vel ab intestato

---

[a]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de legit. hered. V.* 1., *cuius prior pars est in l.* 5. *tit. seq.*; *Bas. XLV.* 2. 24. — *Sch. b. c.* (*T. VI. p.* 81.); *cum quibus aliis iungenda sit const., v. in not. ad l.* 18. *C. de iure delib. VI.* 30. — [b]) §. 16. *I. de heredit. quae ab int. III.* 1. — [c]) *Dig. XXXVIII.* 17. — [d]) *Bas. XLV.* 1. 36. (*T. VI. p.* 18.) — *Sch. e.* (*T. VI. p.* 52.) — [e]) *ex parte gemina est l.* 1. *C. de secund. nupt. V.* 9.; *Bas. XLV.* 1. 37. (*T. VI. p.* 19.) — *Sch. f — m.* — [f]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de legit. hered. V.* 1., *cuius posterior pars est in l.* 11. *tit. praeced.*; *quibus aliis sit iungenda const., docet not. e. ad l.* 18. *C. de iure delib. VI.* 30.; *Bas. XLV.* 1. 38. (*T. VI. p.* 20.) — *Sch. n — q.* (*T. VI. p.* 53.)

[1]) occasu [casu] *Theod. C.* — [2]) materna *flagitat Cuiac. Obss. XVIII.* 16. *et Recitatt. in Cod. h. t., provocans ad Theod. C. et ad Bas.*; *sane Schol. Bas., quod τὸ κατὰ πόδα habet, ita vertit ἡ κάπιτις δεμιγουτίων τῆς μητρὸς οὐκ ἐπιζητεῖται; cum Cuiac. facit Bk.; equidem nolui a codd. recedere, qui constanter defendunt* paterna, *quam lect. et tuetur Iac. Gothofr. in Commentar. ad l.* 6. *Th. C. cit. Notabilis est interpretatio Visigoth. ad l.* 6. *cit., quae ita habet:* In bonis aviae emancipatio patris aut matris non impediat. — [3]) *hanc subscr., quam ex Theod. C. recepit Bk., flagitat inscriptio*; Dat. XV. Kal. Oct. Rav. Theod. XIII. et Valentiniano III. AA. Conss. *Hal. et rell.* — [4]) suae *om. mss. Bg. Gt., Theod. C.* — [5]) *Theod. C. ed. Haenel.*; VII. *ins. Bk.*; *num. abest ab Hal. et rell.* — [6]) *Theod. C.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [7]) *Theod. C., Bk.*; III. *Hal. et rell.* — [8]) *sive filii mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [9]) *sexu vel iure mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; *sexus vel iure ms. Pl.* 2. — [10]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Bk., S. Perus.*; et CC. *add. Hal. et rell.* — [11]) Resae *mss. mea, edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [12]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; et *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [13]) manumissorque *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omn. Russ., edd. Nbg. Schf.* — [14]) Constantinus *ms. Pl.* 1., *S. Perus.* — [15]) PP. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; Praefecto *ms. Pist., S. Perus.* — [16]) tamen *ins. Russ. et postea rell. contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., et contra Schol. Bas.*, *quod habet τὸ κατὰ πόδας.* — [17]) C. II. *ins. Bk.* — [18]) filium vel filiam *ms. Gt., Hal.*; *etiam contra Bas.* — [19]) fit *ms. Gt.*; *sed ἄτιμος ἔστω Bas.* — [20]) et *ins. ed. Nbg.*, *quae comma ponit post* abolit. — [21]) universae vel universi *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*, *consentiunt Bas.* — [22]) intestato *ms. Pl.* 1., *omn. Russ., ed. Schf.* — [23]) ad Senatum, *om.* urb. Rom., *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1., *S. Perus.*; Senatui *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. Russ.* — [24]) *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; filiaeve *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Russ. et rell.*; *sed nostram lect. defendunt Theod. C. et Schol. Bas., in quo τὸ κατὰ πόδα sic habet: ἥτις τελευτήσαντος τοῦ υἱοῦ ἢ τῆς θυγατρός, — ἐκληρονόμησεν.*

stato succedit, si matrimonium secundum post mortem filii vel filiae non contraxerit, omnia filii seu filiae [1]) morte delata vel derelicta pleno iure conquirat [2]). Sin vero alterius mariti coniunium elegerit, extrinsecus quidem quaesita filio filiaeve simili firmitate possideat, rerum vero paternarum defuncti solo usufructu humanitatis contemplatione potiatur, proprietatem [3]) sororibus et fratribus transmissura defuncti. Dat. VIII. [4]) Id. Novemb. Ravennae, Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss. [426.]

6. [a]) Idem AA. Florentio P. P. — Omnem matri sive ab intestato, sive iure substitutionis, si filius impubes moritur, denegandam volumus successionem, si ea, legitima liberorum tutela suscepta, ad secundas contra sacramentum praestitum [5]) adspiraverit nuptias, anteqnam ei tutorem alium fecerit ordinari, eique, quod debetur ex ratione tutelae gestae, persolverit [6]). Dat. VII. Id. Iul. Constantinopoli [7]), Theodosio A. XVII. [8]) et Festo [9]) Conss. [439.]

7. [b]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Si quis vel si qua, matre superstite et fratre, vel legitimo vel sola cognationis iura habente, intestatus vel intestata decesserit, non excludi a filii successione matrem, sed una cum fratre mortui vel mortuae, si superstes vel filius vel privignus ipsius sit, ad eam pervenire, ad similitudinem sororum mortui vel mortuae; ita tamen, ut, si quidem solae sorores agnatae vel cognatae et mater defuncti vel defunctae supersint [10]), pro [11]) veterum legum tenore dimidiam quidem mater, alteram vero dimidiam partem omnes sorores habeant; sin vero matre superstite et fratre, vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus, intestatus quis vel intestata moriatur, in capita distribuatur eius hereditas, nec ficeat matri occasione sororum mortui vel mortuae ampliorem partem sibi vindicare, quam rata portio capitum exigit; patruo scilicet mortui vel mortuae et eius filio vel nepote nullum ius ad eius hereditatem, matre [12]) herede exsistente, habentibus, nec ex veteribus legibus vel ex [13]) constitutionibus partem matris minui. §. 1. Sin autem defuncta persona non solum matrem et fratres et sorores superstites habeat, sed etiam patrem, si quidem sui iuris decessit, quia patris persona interveniens matris iura superare videtur, omnibus pio animo providentes sancimus, fratres quidem et sorores mortuae personae ad successionem proprietatis solos pro virili portione [14]) vocari, patri autem et matri usumfructum totius successionis pro besse [15]) competere, aequa lance inter patrem et matrem dividendum, reliqua parte ususfructus apud fratres et sorores remanente. Sin vero defuncta persona in sacris patris constituta decesserit, pater quidem usumfructum, quem et vivente filio habebat, teneat, donec vivat, incorruptum, mater autem, quia hunc usumfructum habere vivente patre non potest, totum apud patrem constitutum, una cum fratribus defunctae personae ad proprietatem vocetur, scilicet cum sororibus sola in dimidiam, cum fratribus vel promiscui generis secundum supradictam [16]) distributionem in virilem portionem. Omnibus videlicet, quae de mulieribus ad secundas nuptias migrantibus sancita sunt, in suo statu durantibus. Dat. Kal. Iun. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

Authent. de nuptiis. §. Et quoniam mater. (Nov. 22. c. 47.) — *Et cum solis fratribus, et cum solis sororibus, et cum permixtis vocantur matres in virilem portionem.*

Authent. ut cum de appellat. cognoscitur. §. Iustum autem. (Nov. 115. c. 4.) — *In testamento quoque non licet liberis parentes excludere, nisi iusta causa exheredationis inseratur, quae septenario numero nova constitutione distribuitur. Alioquin rescinditur testamentum circa institutiones; nam in ceteris perseverat.*

Authent. de heredibus ab intestato. §. Si igitur. (Nov. 118. c. 2.) — *Defuncto sine liberis* [17]) *parentes, si soli sunt, succedunt salva gradus sui praerogativa; si pari gradu sunt, pariter succedunt, paternis quidem dimidia, maternis vero alia dimidia delata, licet sit dispar eorum numerus. Sed si cum parentibus fratres et sorores utrimque defuncto coniuncti supersint, vocantur cum ascendentibus gradu proximis, ita ut viriles portiones fiant, exclusa prorsus omni differentia sexus et patriae potestatis: ubi nulla secundarum nuptiarum fit mentio.*

TIT. LVII.

---

[a]) *ex Nov. Theod. XVII., ex qua et sunt l.* 10. *C. de legit. hered. VI.* 58. *et l.* 6. *C. in quib. caus. pign. VIII.* 15., *in quibus quaedam ex nostra const. geminantur; Bas. XLV.* 1. 39. — *Sch. r — t.* (*T. VI. p.* 54.) — [b]) *iungendam censet Peg.* 2. *C. de iure liber. VIII.* 59. *Cuiac. in Recitatt. ad Cod. h. t.*, *idque suadet* §. 4. 5. *J. de Senatusc. Tertul. III.* 3.

[1]) seu filiae *absunt a Theod. C.*, *ut et* vel derelicta; *utrumque additamentum ignorat et Schol. Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *Theod. C.*; acquirat *edd.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; et *ins. Hal. et rell.*; *quae sequuntur* soror. et *absunt a Theod. C.* — [4]) *Theod. C. ed. Haenel.*; V. *Hal. Russ. Cont.* 62.; VII. *rell. edd.* — [5]) praestitutum *Nov. Theod.* — [6]) solverit *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [7]) *locus abest ab Hal. Russ.* — [8]) *Ritter not. p. ad Nov. cit.*, *Bk.*; XVI. *Hal. et rell.* — [9]) V. C. *ins. Nov. Theod.*, *Cont.* 62. — [10]) subessent *mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; superessent *ms. Pl.* 2. — [11]) sub *edd. Nbg. Hal.* — [12]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*; eius *ins. ms. Pl.* 2., *edd.*; *etiam* herede *om. ms. Gt.* — [13]) ex *om. Sp.*, *quem sequitur Bk.* — [14]) parte *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.* — [15]) ususfructus totius successionis semissem *ms. Gt. ante correct.*, *Hal.*; ususfructus *etiam in ms. Bg.*; ususfructus — bessem *Russ. in marg.* — [16]) suprascriptam *mss. Bg. Gt.*, *Hal.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; *filio ins. Hal. et rell.*

Tit. LVII.

a) AD SENATUSCONSULTUM ORPHITIANUM [1]).

1. b) Imp. Alexander A. Evangelo. — Si intestatae mulieris [2]) consanguinei existant et mater et filia, ad solam filiam ex senatusconsulto Orphitiano hereditas pertinet. PP. XV. Kal. Februar. Fusco II. et Dextro Conss. [225.]

2. Impp. Diocletianus et Maximianus. AA. et CC. Metrodorae [3]). — Non pro numero superstitum mortis matris tempore, sed succedentium, materna scinditur hereditas. Quapropter si mater vestra, te et uno fratre emancipatis, duobus autem aliis in patria positis potestate superstitibus, diem functa est, et hi, qui in potestate patris fuerant, priusquam maternam hereditatem sibi quaererent, rebus humanis exemti sunt, inter duos tantum viriles non ambigitur factas portiones. S. VII. Kal. April. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

3. c) Idem AA. et CC. Iulianae. — Matri intestatae [4]) defunctae secundum Orphitianum senatusconsultum, citra bonorum possessionem, filia pro herede gerendo succedere non prohibetur. S. XII. Kal. Novemb. AA. Conss. [293—304.]

4. d) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hilarianum [5]) P. P. [6]). — Quotiens de emancipati filii filiaeve successione tractatur, filiis ex his genitis deferatur intacta pro solido successio, neque ulla defuncti defunctaeve patri matrique [7]) concedatur intestatae successionis hereditas. Dat. XV. [8]) Kal. Mart. Mediolani [9]), Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

5. e) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Si qua illustris mulier filium ex iustis nuptiis procreaverit, et alterum spurium habuerit, cui [10]) pater incertus sit, quemadmodum res maternae ad eos perveniant, sive tantummodo ad liberos iustos, sive etiam [11]) ad spurios, dubitabatur. Sancimus itaque, ut neque ex testamento, neque ab intestato, neque a [12]) liberalitate inter vivos habita, iustis liberis exsistentibus, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perveniat, quum in mulieribus ingenuis et illustribus, quibus castitatis observatio praecipuum debitum est, et [13]) nominari spurios, satis iniuriosum satisque acerbum et nostris temporibus indignum esse iudicamus [14]), et hanc legem ipsi pudicitiae, quam semper colendam censemus, merito dedicamus. Sin autem concubina liberae conditionis constituta filium vel filiam ex licita consuetudine ad hominem liberum [15]) habita procreaverit, eos etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, quae iure legitimo et [16]) in suo patrimonio possidet, nulla invidia [17]) est. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [18]). [529.]

6. f) Idem A. Iuliano P. P. — Quidam ancillae suae per fideicommissum libertatem reliquit, eo autem, a quo libertas relicta est, moram in libertate praestanda [19]) faciente, peperit ancilla. Et esse [20]) quidem ingenuum puerum vel puellam, qui post moram nati sunt, omnes veteris iuris auctores consentiunt, dubitabatur autem inter eos, si matri morienti potest [21]) succedere. Huiusmodi itaque dubitationem eorum decidentes, ulterius eam procedere non patimur, sed sancimus, eandem matris progeniem heredem ab intestato ei posse exsistere, salvo iure legitimo ex auctoritate senatusconsulti Orphitiani proli servando, et tam matre ex senatusconsulto Tertulliano, quam prole ex Orphitiano senatusconsulto invicem ad suas hereditates venientibus. Dat. Kal. Octob. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. LVIII.

g) DE LEGITIMIS HEREDIBUS.

1. Imp. Alexander A. Cassio et Hermionae. — In successione, quae [22]) titulo consanguinitatis, vel in bonorum possessione, quae proximitatis nomine competit, tam fratres quam sorores pari iure esse, licet non [23]) eadem matre suscepti [24]) sunt, ius certum est. Nec huic derogatur, quod amitas vestras ab avo vestro dotatas fuisse proponitis. PP. Non. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. h) Imp. Gordianus A. [25]) Tatianae [26]) et aliis. — Si eius, quae vos heredes instituit, patri hereditatem non quaesistis, posteaque mortuo patre ac repudiata eius hereditate defunctae successionem agnovistis,

---

a) *Dig. XXXVIII.* 17. — b) *Bas. XLV.* 1. 40. (*T. VI. p.* 20.) — *Sch. u. x.* (*T. VI. p.* 54.) — c) *Bas. XLV.* 1. 41. — *Sch. z.* (*T. VI. p.* 55.) — d) *fons est l.* 3. *Th. C. de legit. hered. V.* 1. — e) *Bas. XLV.* 1. 42. — *Sch. a—g.* — f) *Bas. XLV.* 1. 43. (*T. VI. p.* 21.) — *Sch. h. i.* — g) *Dig. XXXVIII.* 16. — h) *Bas. XLV.* 1. 44. (*T. VI. p.* 22.) — *Sch. k. l.* (*T. VI. p.* 56.)

1) *ms. Pl.* 2., *S. Perus.*, *Dig. XXXVIII.* 17. *rubr.*; Orfitianum (Orficianum) *mss. rell. et edd.*, *et sic porro per hunc tit.* — 2) *ms. Pl.* 1, *edd. Schf. Hal.*; mulieri *mss. et edd. rell.*; *sed* ἐὰν — *γυναικὸς Schol. Bas.* — 3) Metrodoro *al.* — 4) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; intestato *Hal. et rell.* — 5) Hilarium *Theod. C.*; *sed cum mss. meis melius convenit* Hilarianum. — 6) *mss. Cas. Pl.* 1., *S. Perus.*, *Theod. C.*; P. U. *Hal. et postea rell.*; *dignitas abest a mss. Vat. Bg.* — 7) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *Theod. C.*; matrive *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — 8) XI. *Theod. C.*; *num. abest a ms. Pist.*, *quod rel. subscr. tuetur.* — 9) Mediolano *Theod. C. ed. Haenel.* — 10) cuius *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; *sed* ᾧ τινι *Bas.* — 11) etiam *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; *sed* εἴτε καὶ *Bas.* — 12) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; neque alia liberal. *ms. Bg.*; neque ex liberal. *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; neque liberal. *ed. Schf.*; *sed* μήτε ἀπὸ δωρεᾶς *Bas.* — 13) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; et *om. Hal. et rell.*; *sed* καὶ ὀνομάζεσθαι *Bas.* — 14) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; iudicemus *Hal. et rell.* — 15) *Cuiac. in Recitatt. ad Cod. h. t. ex veteribus libris*, *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; ab homine libero *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd.*; *sed* συνηθείας πρὸς ἄνθρωπον ἐλεύθερον γενομένης *Bas.* — 16) et *abest ab edd. Nbg. Hal. et postea rell. contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *et contra Bas.* νομίμῳ δικαίῳ καὶ ἐν ἰδίᾳ οὐσίᾳ. — 17) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; dubitatio *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.*; *sed* φθόνος *Bas.* — 18) *pro hac subscr. et stat ms. Pist.* — 19) in libertatem praestandam *ms. Pl.* 1. *ante correct.*, *ed. Schf.*, *idque defendunt Bas.* — 20) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; eum *ins. Hal. et rell.*; *sed* εἶναι μὲν εὐγενῆ τὸν παῖδα. — 21) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; possit *edd. Nbg. Hal.*; posset *Russ. et rell.* — 22) quae *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — 23) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; ex *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — 24) susceptae *mss. Pl.* 1. 2., *omn. Russ.*, *ed. Schf.* — 25) Idem A. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg*, *S. Perus.*; *unde maxime dubiae sunt et inscr. et subscr. hui. rescr.* — 26) Ticianae *mss. nonn.*

vistis, ea, quae bonorum sunt defunctae, ab his separari, quae patris vestri fuerunt, praeses provinciae non ignorabit. PP. VI. Id. April. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

3. Imp. Decius A. Asclepiodotae. — Consanguinitatis iure et feminas ad intestatorum successionem admitti posse, explorati iuris est. Proinde quum fratris tui intestato mortui ad te consanguinitatis iure hereditas pertineat, nulla ratione alterius fratris tui filii ad eandem successionem adspirare desiderant; nam et cessante iure agnationis in persona omnium, praetorii iuris beneficio ad te potius, quae secundum gradum obtines, hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui [1]) tertio gradu constituti sunt. PP. II. Non. Decemb. Decio A. [2]) et Grato Conss. [250.]

[a]) Authent. de heredibus ab intestato. §. Reliquum. (Nov. 118. c. 2.) et Authent. ut fratrum filii. §. 1. (Nov. 127. c. 1.) — *Cessante successione lineae descendentis et eius, quae sola sit adscendentis, vocantur primo fratres fratrisque praemortui filii in stirpes. Dico autem de fratre eiusque fratris filiis, qui ex utroque parente contingunt eum, de cuius hereditate nunc agitur. Quae personae veniunt et sine defunctae nunc personae parentibus, et cum proximis gradu adscendentibus. Et quidem praedicti fratris filius, etsi tertio gradu sit, praefertur fratribus defuncti, qui ex uno tantum parente cognati sunt. In hac successione omnis differentia sexus et emancipationis cessat.*

Authent. de heredibus ab intestato. §. His autem non. (Nov. 118. c. 3.) — *Post fratres autem ex utroque parente et eorum filios admittuntur ex uno latere fratres sororesve, cum quibus et filii eorum, si qui ex eis iam decesserint. Hi autem fratrum filii, quum pares sint defuncti fratribus, praeferuntur procul dubio eiusdem defuncti patruis et aliis similibus. Et in his successionibus omnino cessat sexus et agnationis ratio.*

Authent. de heredibus ab intestato. §. Si vero neque. (Nov. 118. c. 3.) — *Post fratres fratrumque filios vocantur, quicunque gradu sunt proximiores, ut pares in gradu pariter admittantur, sublata differentia masculorum et feminarum; sola namque cognatio spectatur in talibus. Fiet autem divisio in capita, et non in stirpes.*

4. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [3]) Caecilio. — Si aut nullum testamentum nepos patrui tui ordinavit, aut intra quatuordecim annos constitutus fecit, et agnationis iure successio eius tibi delata est, etiam citra bonorum possessionis subsidium legitimo iure subnixus es. PP. Idib. Iul. ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

5. Iidem AA. et CC. Cupillae [4]). — Ad intestati successionem agnationis, quam proximitatis iure venientes haberi potiores, certum est. Suppos. XVI. Kal. Iul. Sirmii, AA. Conss. [293 — 299.]

6. [b]) Iidem AA. et CC. Claudianae. — Defunctis, suis [5]) exstantibus [6]) heredibus, et abstinentibus vel repudiantibus hereditatem, frater iure consanguinitatis succedere potest. Suppos. Kal. Ianuar. AA. Conss. [7]) [293 — 299.]

7. Iidem AA. et CC. Amiano [8]). — Patruo ac materterae, [9]) tertio constitutis gradu, non pariter intestati successio defertur, sed patris frater agnationis iure sorori matris anteponitur. S. XVII. Kal. Mart. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 302.]

8. [c]) Iidem AA. et CC. Silano [10]). — Si his, de quorum successione agitur, apud hostes defunctis secundum legis Corneliae beneficium iure agnationis [11]) adita hereditate vel petita bonorum possessione successisti, eorum substantiam vindicare non prohiberis. S. Non. Iul. Sirmii, AA. Conss. [299 — 304.]

9. Iidem AA. et CC. Demagorae. — In successione intestatae sororem [12]), quam [13]) avum maternum, haberi potiorem, non ambigitur. S. VI. Kal. Iul. Nicomediae, Caess. Conss. [300 — 305.]

10. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Florentium P. P. — Sciant qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto eius patre tutorem ei secundum leges [14]) non petierint intra annum, omnem [15]) eis, sive ab intestato, sive iure substitutionis, successionem eius, si impubes moritur, denegandam [16]). Dat. VII. [17]) Id. Iul. Constantinop. Theodosio A. XVII. et Festo [18]) Conss. [439.]

11. [e]) Imp. Anastasius A. Constantino P. P. — Si ab eo, qui ex sacro rescripto secundum nostram constitutionem fieri postulaverit emancipationem liberorum, petitum sit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandave est, minime legitima iura per emancipationem exstinguantur, eadem iura tam emancipato vel emancipatae contra personas alias hoc modo sibi coniunctas, quam aliis itidem contra eum vel eam in hereditatibus, vel [19]) successionibus, et tutelis, nec non ceteris serventur intacta. [collationibus tamen ab his secundum ea quae super emancipatis statuta sunt, quotiens talis casus emerserit, utpote peracta emancipatione, faciendis [20]).] Dat. XV. [21]) Kal. August. Constantinop. [22]) Probo et Avieno iun. Conss. [502.]

12.

---

[a]) *hae authenti. post leg.* 4. *h. t. inseruntur in ed. Schf.* — [b]) *hoc rescr. iungit cum l.* 5. *C. de repud. hered. VI.* 31. *Cuiac. in Recitatt. ad Cod. h. t.* — [c]) *Bas. XLV.* 1. 45. — *Sch. m — o.* (*T. VI. p.* 57.) — [d]) *hausta ex Nov. Theod. XVII., iungendaeque propter fontis communionem l.* 6. *C. ad Sct. Tertull. VI.* 56. *et l.* 6. *in quib. caus. pign. VIII.* 15.; *Bas. XLV.* 1. 46. — *Sch. p — r.* — [e]) *Bas. XLV.* 1. 47. — *Sch. s — u.* (*T. VI. p.* 58.); *iungendae l.* 18. *C. de collat. VI.* 20. *et l.* 5. *C. de emancipat. VIII.* 49.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; in *ins. Hal. et. rell.; cfr. l.* 7. *h. t.* — [2]) II. *ins. Bk.* — [3]) *mss Cas. Vat. Bg., S. Perus., Bk.*; et CC. *add. rell.* — [4]) Curillae, Cirillae, Cyrillae *mss. mea.* — [5]) *sublato commate post* Defunctis, *interpungit post* suis *Chesius Interpr. l.* 7. — [6]) existentibus *mss. Pl.* 1. 2. — [7]) d. prid. K. iul. vōr. ā. ā. et c̄c. cons. *ms. Pist.* — [8]) Ammiano *mss. nonn.*; Cumiano *al.*; Lamnio *S. Perus.* — [9]) de *ins. mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Schf. Hal.*; in *ins. ms. Gt., ms. Pl.* 1. *ex correct.* — [10]) Sillano, Syllano *mss. et edd. nonn* — [11]) agnitionis *ms. Pl.* 1. — [12]) matrem *Russ. in marg. ex uno vetust. cod.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., optima mss. Cont., edd. Schf. Hal.*; aviam vel *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Nov. Theod.*; legem *Hal. et rell.* — [15]) omnem *a suis abesse monet Russ. in marg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Nov. Theod.*; esse *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) *Nov. Theod., Bk.*; VI. *Cont.* 62.; V. *Hal. et rell.* — [18]) V. C. *ins. Nov. Theod., sed om. ms. Pist.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; in *ins. Hal. et rell.* — [20]) collationibus — faciendis *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., absunt a codd. quam plurimis, ad quos provocat Cuiac. Obss. XVIII.* 18. *et Recitatt. ad Cod. h. t., absunt a Schol. Bas., in quo exhibetur τὸ κατὰ πόδα. Spuria illa verba, quae nec sensus legis fert, ut Cuiac. ll. citt. probat, ex l.* 18. *C. VI.* 20. *interpolata esse videntur.* — [21]) XII. *l.* 18. *C. VI.* 20.; XI. *l.* 5. *C. VIII.* 49. — [22]) *locum suppeditat utraque const. in not.* 21. *cit.; abest ab Hal. et rell.*

12. [a]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Si maior quinquagenaria partum ediderit, si debet huiusmodi soboles suo patri sua constitui [1]) et hereditatem eius nancisci, a Caesariana advocatione interrogati sumus. Et sancimus, licet mirabilis huiusmodi partus invenitur [2]) et raro contingit [3]), nihil tamen eorum, quae probabiliter a natura noscuntur esse producta, respui, sed omne ius, quod ex quacunque lege liberis praestitum [4]) est, hoc merum atque immutilatum huiusmodi filiis vel filiabus servari in omnibus successionibus, sive ex testamento, sive ab intestato. Et summatim, non absimiles aliis fiant, quos similes natura effecit [5]), maxime quum et anteriore nostra lege huiusmodi nuptias permisimus, impares eas videri minime concedentes. Dat. IX. [6]) Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

13. Idem A. Ioanni P. P. — De emancipatis filiis, qui [7]) sacro rescripto patribus impertito hoc a suis genitoribus meruerunt, dubitatum est. Quum enim [8]) Anastasiana lex iura fratribus legitima noscitur servare, si quis ex his sine testamento et liberis decesserit, utrumne ad fratrem vel sororem eius successio devolvatur, an ad superstitem patrem, dubitabatur [9]). Huiusmodi dubitationem compendioso responso duximus esse finiendam, ideoque sancimus, ad similitudinem maternarum rerum aliarumque, de quibus iam a nobis lex posita est, et [10]) huiusmodi hereditatem iure quidem dominii ad fratres vel sorores in totum pervenire, usumfructum autem eius patri [11]) totum, sive priorem torum servaverit, sive ad secundas migraverit nuptias, acquiri, sive per sacrum oraculum emancipatio procedat, sive alio legitimo modo a sacris paternis fuerint absoluti. Quum enim et pater utitur usufructu, et votum eius est, ad alios filios suas res pervenire, quapropter [12]) quum ex lege Anastasiana in alium articulum fratribus prospectum est, nunc [13]) a nobis in hac specie plenius eis subvenitur, ut pater habeat usumfructum, fratres autem vel sorores dominium rerum relictarum; exceptis maternis rebus, in quibus, si de [14]) eadem matre fratres vel sorores sint, eos solos vocari oportet; sin autem non supersint, tunc ad similitudinem aliarum rerum in totam fraternitatem dominium earum cedere, ut sit apertissimus in omnibus tractatus, et non per differentiam personarum vel rerum vacillare noscatur. Dat. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo [15]). [532.]

14. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Lege duodecim tabularum bene humano [16]) generi prospectum est, quae unam consonantiam tam in maribus quam in feminis legitimis, et in eorum successionibus [17]), nec non et in [18]) liberis observandam esse existimavit, nullo discrimine in successionibus habito, quum natura utrumque corpus ediderit, ut maneat suis vicibus immortale, et alterum alterius auxilio egeat, et uno semoto et [19]) alterum corrumpatur. Sed posteritas, dum nimia utitur subtilitate, non piam induxit differentiam, sicut Iulius Paulus in ipso principio libri singularis, quem ad senatusconsultum Tertullianum fecit, apertissime docuit. Cui enim ferendum est, ab intestato successionibus suas quidem filias ad similitudinem masculae [20]) sobolis in parentis vocari successionem, et iterum germanas iure consanguinitatis eandem sibi vindicare praerogativam, deinceps autem legitimas feminarum personas, si iura consanguinitatis non possident, a successione legitima repelli, quum maribus eadem successio pateat? Quare enim patris soror non ad successionem filii fratris sui una cum masculis vocatur, sed aliud ius in amitis [21]), aliud in patruis observatur? vel qua ratione fratris filius ad successionem patrui vocatur, germana autem eius ab eadem successione recluditur? Huiusmodi itaque legis antiquae reverentiam et nos anteponi novitati legis censemus, et sancimus, omnes legitimas personas, id est per virilem sexum descendentes, sive masculini sive feminini generis sint, simili modo ad iura legitimae successionis ab intestato [22]) vocari secundum gradus sui praerogativam, non ideo excludendas, quia consanguinitatis iura secundum germanae observationem non habent [23]). Quum enim unius sanguinis iura remanent [24]) per virilem sexum incorrupta, quare naturam [25]) offendimus et legitimo iuri derogamus? quum et aliam maximam iniuriam res in se continet, plerisque quasi vulnus intestinum incognitum. Quum enim [26]) ad earum [27]) mulierum successionem masculi iure agnationis vocantur, quis patiatur, earum quidem hereditatem ad eos legitimo iure deferri, ipsas vero neque invicem sibi neque [28]) masculis eodem iure posse succedere, sed propter hoc solum puniri, quod feminae natae sunt, et paterno vitio (si hoc vitium est) prolem innocentem gravari? §. 1. In his igitur casibus legem duodecim tabularum sequentes, et novum ius novissimo iure corrigentes, etiam unum gradum pietatis intuitu transferri a [29]) iure cognationis in legitimam volumus successionem, ut non solum fratris filius et filia, secundum quod iam definivimus, ad successionem patrui sui vocentur, sed etiam germanae eo sanguineae vel

---

[a]) *Bas. XLV.* 1. 48. (*T. VI. p.* 23.) — *Sch. x. y.* — [b]) §. 3. 4. *I. de legit. agn. success. III.* 2., *v. leg. seq. in princ.*

[1]) *mss. Bg. Gt., Hal.*; soboles patri sua (*corr. in* suo) constitui *ms. Pl.* 1.; sob. suo patri succedere *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.*; *sed vulg. haec lectio, quae intolerabilem tautologiam admittit, et respuitur a Schol. Bas., in quo τὸ κατὰ πόδα ita habet: εἰ ὀφείλει ἡ τοιαύτη γονὴ τῷ ἰδίῳ πατρὶ σοῦα καθίστασθαι.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; inveniatur *edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; contingat *Russ. et rell.* — [4]) praestitutum *Russ. et Cont. in marg.*; *sed δεδομένον Schol. Bas.* — [5]) *ms. Gt., edd. Nbg. Hal.*; efficit *mss. et edd. rell.*; *sed ἐποίησε Schol. Bas.* — [6]) D. IIX. *Hal.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Schf. Cont.* 62.; ex *ins. edd. Hal. Russ. et rell.* — [8]) enim *om. Hal. Bk. contra codd.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2., *Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; dubitabatur *om. mss. Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt, edd. Nbg. Hal.*; etiam *edd. rell.* — [11]) ad *ins. ms. Bg., ed. Schf.*; in *ins. ms. Gt.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; eapropter *Russ. et rell.* — [13]) non *ms. Bg., ed. Nbg.*; nunc non *ms. Pl.* 2.; nec nunc *ed. Schf.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; *ex rell.* — [15]) anno secundo *om. ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — [16]) romano *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.* — [17]) successoribus *Russ. in marg.* — [18]) et *om. ms. Bg.*; in *om. ms. Pl.* 2.; et in *om. ms. Gt., Hal.* — [19]) et *om. mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.* — [20]) masculinae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [21]) amita *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [22]) success. intestatorum *Hal.* — [23]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; habeat *ms. Pl.* 1. *ante correct.*; habeant *edd. rell.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Hal.*; permanent *ed. Nbg.*; remaneant *ms. Bg., edd. rell.* — [25]) naturae *mss. Bg. Gt., omn. mss. Russ.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; et *ins. Hal. et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; ad ipsarum *Hal. et rell.* — [28]) cum *ins. ms. Bg.* — [29]) ab *mss. mea.*

vel sororis uterinae filius et filia soli, et non deinceps personae una cum his ad iura avunculi sui perveniant, et mortuo eo, qui patruus quidem est fratris sui filiis, avunculus autem sororis suae soboli, simili modo ab[1]) utroque latere succedant[2]), tanquam si omnes legitimo iure veniant, scilicet ubi frater et soror[3]) superstites non sunt. His etenim personis praecedentibus et hereditatem admittentibus, ceteri gradus remanent[4]) penitus semoti. Illo procul dubio observando, ut successio non ad[5]) stirpes, sed in capita dividatur, et in[6]) gradus in ordinem legitimum transferatur; ceteris omnibus successionibus secundum ius usque ad praesens tempus observatum in suo statu manentibus. Si qui autem casus iam evenerunt, secundum quod pristina iura volebant, eorum fiat distributio. Dat. V. Kal. Decemb.[7]) post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC.[8]) [531.]

15. Idem A. Ioanni P. P. — Meminimus antea divinam[9]) promulgasse constitutionem, per quam ad vestigia legis duodecim tabularum totam progeniem ex legitima sobole descendentem, sive masculinam sive femininam, legitimo iure hereditatem adipisci sanximus, ut, quemadmodum ipsis a legitimis personis succeditur, ita et ipsae legitimarum personarum amplectantur successionem. In qua constitutione unum gradum ex cognatis in ius legitimum reduximus, id est germanae[10]) filios et filias et sororis uterinae filios ac filias; quam constitutionem in suo robore permanere censemus, quum et in nostris Institutionibus[11]) tenor eius a nobis relatus est. Sed subtiliore tractatu habito necessarium duximus, et si quid ex praetoria iurisdictione frugi inventum est, et hoc cum perfectissima definitione disposito nostras leges ampliari. §. 1. Quum igitur praetorem[12]) filium emancipatum, licet subtili iure capite fuerat deminutus, attamen in patris successionem sine ulla deminutione vocare manifestum est, non eodem autem iure etiam ad fratrum suorum successiones ab eo vocabatur, sed nec filii eius iure legitimo suis patruis succedebant, necessarium duximus hoc primum corrigere, et legem Anastasianam iusto incremento perfectam ostendere, ut emancipatus[13]) filius et filia non solum in paternis bonis ad suorum similitudinem succedant, sed etiam in fratrum vel sororum suarum successione[14]), sive omnes sui, sive omnes emancipati sunt[15]), sive permixti[16]), aequo iure[17]) invicem sibi succedant, et non secundum legem Anastasianam parte aliqua deminuta. Et haec quidem de filiis emancipatis sancire bellissimum nobis visum est. §. 2. Sed nec fratrem vel sororem uterinos concedimus in cognationis loco relinqui. Quum enim tam proximo gradu sunt, merito eos sine ulla differentia, tanquam si consanguinei fuerant, cum legitimis fratribus et sororibus vocandos esse sancimus, ut secundo gradu constituti, et legitima[18]) successione digni reperti, aliis omnibus, qui sunt ulterioris gradus, licet legitimi sint, praecellant. Et haec quidem de secundi gradus successione satis abundeque a nobis cum summa utilitate disposita sunt. §. 3. Quum autem tertio gradui ex transversa linea fuerit locus, ubi patruis et filiis fratrum et sororum locum antiquitas dedicavit, una cum illis tam emancipati fratris quam emancipatae sororis filium tantummodo et filiam, sive emancipatos sive suos patribus suis constitutos, et neminem alium ulterius, nec non fratris uterini et sororis germanae[19]) vel uterinae filium et filiam tantummodo ex legitima linea invicem vocari censemus, sicut iam sanximus, ut omnes, qui vel ab antiquo iure vel a nostra liberalitate in legitimorum quidem positi sunt praerogativa, et[20]) eodem[21]) tertio gradu sunt, simili iure vocentur. Successionis videlicet iure et in hac parte servando, ut, si qui ex secundo gradu vocati renuntiaverint hereditati et noluerint eam adire, nullusque alius sit in secundo gradu, qui succedere potest et vult, tunc hi, quos praesente lege enumeravimus ex tertio gradu, in locum recusantium succedant. Illo etiam observando, ut successio non ad stirpem[22]), sed in capita dividatur; ceteris omnibus successionibus secundum ius usque ad praesens tempus observatum procedentibus et nullo ex cognatis supra memoratos gradus ac iuris agnatitii formam redigendo, sed suum ordinem suamque proximitatem retinente[23]) incorruptam. §. 4. Quas autem personas ex iure cognationis[24]) in legitimas successiones transveximus, eas et tutelae gravamini vicissim supponimus, scilicet si et[25]) masculi sint et perfectae aetatis, secundum nostrae constitutionis tenorem, ut non solum lucrum sentiant, sed etiam gravamini subiugentur. §. 5. Si qui autem casus iam evenerunt, et per iudicialem sententiam vel amicabilem[26]) transactionem sopiti sunt, nullam sentiant ex hac lege retractationem. Dat. Idib. Octob. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. IV. et Paulino V. C. Conss. [534.]

TIT. LIX.

---

[1]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, §. 4. *Inst. III.* 2.; ex *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [2]) succedatur *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.* — [3]) fratres et sorores *edd. Nbg. Hal.* — [4]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*, §. 4. *Inst. cit.*; remaneant *ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*, §. 4. *Inst. cit.*; in *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [6]) hic, *correctum in* hi, *et post* transferantur *ms. Pl.* 1.; his *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *sed ita saepius is aspiratur.* — [7]) Constantinop. *ins. Bk.*, *qui locus abest ab Hal. et rell.* — [8]) *deesse* anno II. *suspicari potest propter subscr. leg. antec.*, *in qua vere ipsa hoc additamentum dubium est.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; nos *ins. Hal. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; consanguineae *add. ms. Bg.*, *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [11]) §. 4. *Inst. III.* 2. — [12]) praetor *et infra* manifestissimus *Hal.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Bg. ex correct.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; emancipati *edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) successionem *ms. Bg.*; successiones *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; sint *edd. rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; mixti [misti] *Hal. et rell. Caeterum* sui cum emancipatis *add. ed. Nbg.*, *et similia ms. Gt.*, *ed. Schf.* — [17]) omnes aequo iure *mss. Bg. Gt.*; integro iure omnes *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; omnes inv. aequo iure *ms. Pl.* 1. — [18]) ex legit. *ms. Bg.* — [19]) consanguineae *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; *sed receptam lect. mei codd. tuentur.* — [20]) et *om. mss. Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; eodemque *ms. Pl.* 1. — [21]) autem *ins. ms. Gt.*, *ed. Schf.* — [22]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*; in stirpem *ms. Gt.*, *ed. Nbg.*; in stirpes *rell.* — [23]) tenente *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; tenentem *ed. Schf.* — [24]) cognationum *ms. Pl.* 1. — [25]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; et si *ms. Pl* 1.; si, *om.* et, *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [26]) amicalem *mss. Pl.* 1 *Bg. Gt.*, *Hal. Russ. Cont.* 62.

Tit. LIX.

COMMUNIA DE SUCCESSIONIBUS.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Varianae. — Scire debuisti, fratre emancipato potiorem eam, quae in familia mansit, in alterius emancipati bonis non haberi, sed eos pariter, si solemniter petierint bonorum possessionem, succedere. S. XV. Kal. Iun. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 302.]

2.[a]) Iidem AA. et CC. Apollinari [1]). — Si pater tuus propiori [2]) sobrino tuo agnato constituto et intestato defuncto, civili iure adita hereditate, vel hoc ab initio non interveniente, seu capitis deminutione peremto, solemniter bonorum possessione admissa, successit, ac tibi patris tui quaesita hereditas est, adire praesidem provinciae debes, ac tutorem eius de tutela convenire. Dat. XIV. Kal. Iun. Veronae, AA. Conss. [299 — 304.]

3. Iidem AA. et CC. Ulpianae. — Vitrico privigni successionem intestati [3]) civili vel honorario iure non deberi, certissimum est. S. XV. Kal. Mart. Sirmii, Caess. Conss. [300 — 305.]

4.[b]) Iidem AA. et CC. Asterio. — Servus successores habere non potest. Dat. Non. [4]) April. Sirmii [5]), Caess. Conss. [300 — 305.]

5. Iidem AA. et CC. Iustinae. — Amitae, cui successisse filios suos proponis, hereditatem tuo nomine non recte petis. Sed quoniam hos etiam intestatos diem functos asseveras, siquidem hi, quos privignos eiusdem amitae dicis, eorum consanguinei fuerint, fratres tam agnationis quam cognationis iure secundo gradu constitutos tibi praeferri, non ambigitur. Nam [6]) si, amitinis tuis alio etiam patre natis, nunquam eorum matris privigni sunt [7]), admisisse te bonorum possessionem probans, eorum vindica successionem. S. XII. Kal. Mart. Caess. Conss. [300 — 305.]

6. Iidem AA. et CC. Publiciano. — Avunculo priori, qui est in tertio gradu, quam consobrino, qui sequentem occupat, deferri successionem intestati, certi iuris est. Suppos. Kal. Octobr. Caess. Conss. [300 — 305.]

7.[c]) Iidem AA. et CC. Nicolao. — Affinitatis iure nulla successio promittitur [8]). S. Id. Octob.[9]) Caess. Conss. [300 — 305.]

8.[d]) Iidem AA. et CC. Iustae. — Antequam scriptus [10]) cuiuscunque portionis capax repudiet hereditatem vel alia ratione quaerendae facultatem amittat, ei, qui testamentum reliquit, intestato nemo succedit. Igitur perspicis, quod testamentariae successionis spe durante, intestato [11]) bona defuncti non recte vindicentur. S. VI. Idib. Mart. Retiariae [12]), Caess. Conss. [300 — 305.]

9.[e]) Iidem AA. et CC. Sopatro. — Ancillae dominus liberi hominis, cum quo contubernium haec habuit, per hanc coniunctionem [13]) successionem vindicare non potest. S. XV. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss.[14]) [300 — 305.]

10.[f]) Iidem AA. et CC. Danubio[15]). — Nutritoribus hoc nomine nec civili nec honorario iure defertur hereditas. S. VI. Kal. Ianuar. Caess. Conss. [300 — 305.]

Nova Constitutio Friderici Imperatoris[g]) de statutis et consuetudin. contra libertat. eccles. editis. §. Omnes peregrini. — *Omnes peregrini et advenae libere hospitentur, ubi voluerint, et hospitati, si testari voluerint, de rebus suis liberam ordinandi habeant facultatem; quorum ordinatio inconcussa servetur. Si* [16]) *vero intestati decesserint, ad hospitem nihil perveniet* [17]), *sed bona ipsorum per manus episcopi loci, si fieri potest, heredibus tradantur, vel in pias causas erogentur. Hospes vero, si aliquid ex talium bonis contra hanc constitutionem nostram habuerit, episcopo triplum restituat, quibus visum ei fuerit* [18]), *assignandum, non obstante statuto aliquo, aut consuetudine, seu privilegio* [19]), *quae hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra hanc nostram constitutionem venire praesumserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt* [20]), *alias, prout culpae qualitas exegerit, puniendi.*

11. Imp. Iustinianus A. Demosthen. P. P. — Sancimus, quemadmodum de his rebus, quae liberis in sacris constitutis ex occasione maritali acquisitae sunt, certus destinatus est ordo, ut, si quis ex his ab hac luce fuerit subtractus, pars eius, quam lucratus fuerat [21]), ad liberos eius vel nepotes vel pronepotes [22]) concedatur [23]), quibus non exstantibus [24]), ad fratres suos ex eodem matrimonio progenitos.

---

[a]) *Bas. XLV.* 1. 50. (*T. VI. p.* 23.) — *Sch. z—b.* (*T. VI. p.* 59.) — [b]) *hanc const. iungendam esse cum l.* 8. *C. de petit. hered. III.* 31. *et l.* 27. *C. de liber. causa VII.* 16. *docet Cuiac. Recitatt. ad l.* 8. *C cit.*; *Bas. XLV.* 1. 51. — *Sch. c.* — [c]) *Bas. XLV.* 1. 52. — *Sch. d. e.* — [d]) *Bas. XLV.* 1. 53. — *Sch. f. g.* — [e]) *Bas. XLV.* 1. 54. — *Sch. h. i.* (*T. VI. p.* 60.); *iungenda l.* 28. *C. de rei vind. III.* 32. — [f]) *Bas. XLV.* 1. 55. (*T. VI. p.* 24.) — *Sch. k. l.* — [g]) *addi solita Novell. Collat. X.* (*orig. const.*)

[1]) Apollinario *al.*; *consentiunt mei codd.* — [2]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt, edd. Nbg. Schf., Brisson. de V. S. s. v.* Prope, *Cuiac. Recitatt. ad Cod. h. t.*; proiori *ms. Pl.* 2.; propius *Hal. et rell.*; *sed* ἐγγυτέρῳ sobrino *Schol. Bas.*, *in quo exhibetur* τὸ κατὰ πόδα. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; intestato *Hal. et rell.* — [4]) III. Kal. *l.* 8. *C. III.* 31., *sed improbante Cuiac. l. c.* (*v. not. b.*) — [5]) *locum, qui abest ab Hal. et rell.*, *et qui iam in l.* 8. *C. III.* 31. *a me restituendus fuisset, praebet Cuiac. l. c.* (*v. not. b.*) — [6]) quamquam *lib. Aured. ap. Char. in marg.* — [7]) Nam si amitinis — natis non consanguinei eorum matris privigni sunt *coni. Cuiac. Obss. XII.* 7. — [8]) *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *Cuiac. Recitatt. ad Cod. h. t.*; permittitur *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd.*; *sed* ἐπηγγελται *Bas.* — [9]) D. pd. n. oct. *ms. Pist.* — [10]) *ms. Pl.* 1., *omnia mss. Russ.*, *Cont.* 62.; heres *ins. mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. rell.*; *sed omittendum secundum Schol. Bas.*, *in quo est* τὸ κατὰ πόδα. — [11]) intestati *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; ἐξ ἀδιαθέτου *Schol. Bas.* — [12]) *locus emendatione eget, fortasse reponendum* Treviris. — [13]) commixtionem *ed. Nbg.*, *quam sequuntur Hal. Russ. Cont.* 62., *sed contra omnia mss. Russ. et Cont.* — [14]) D. XV. K. iun. annast. hic. cc. cs. *subscr. ms. Pist.*; *literae, quae locum significant, fortasse ex v.* Naissi *depravatae sunt. Cuiac. Recitatt. h. t. hic et in l.* 28. *C. III.* 32. *diem vult* VII. Kal. Ian. — [15]) Danulo *al.* — [16]) *qui ins. orig. const.* — [17]) *perveniat ed. Nbg.*, *orig. const.* — [18]) *cui visum fuerit orig. const.* — [19]) *privilegiis orig. const.* — [20]) *deliquerint orig. const.* — [21]) est *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; vel pronepotes *om. edd. rell.* — [23]) cedat *ms. Bg. ante emendat.*; concedat *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [24]) existentibus *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal.*

nitos, vel si etiam non supersint, ad fratres ex aliis nuptiis procreatos, quumque nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perveniat; ita et de his, quae [1]) materna linea per quamcunque occasionem [2]) vel inter vivos, vel per ultimas dispositiones, vel ab intestato descendunt, similis ordo servetur, primo in filii vel filiae successionem posteritate eius vocanda, eaque non inventa, fraterno consortio eiusdem vel alieni matrimonii secundum praedictum ordinem arcessito; tunc ad ultimum locum pater a legibus conclametur, et sui filii non gratam hereditatem relictam, sed triste lucrum sibi lugeat acquisitum. In omnibus videlicet casibus, in superstite sobole liberorum et fratribus adhuc viventibus, qui ad hereditatem defuncti patrem antecedunt, usufructu rerum, quarum dominium ad eos pervenit, apud parentes remansuro. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [529.]

Authent. de consanguineis et uterinis fratribus. §. 1. (Nov. 84. c. 1.) — *Itaque mortuo patrefamilias si filius decedat intestatus sine liberis, relictis fratribus* [3]), *aliis consanguineis, aliis uterinis, quibusdam* [4]) *ex utroque parente coniunctis, in eos solos transmitti hereditatem, qui utrimque*[5]) *connexi sunt.*

Tit. LX.

DE BONIS MATERNIS [6]) ET MATERNI GENERIS.

1. [a]) Imp. Constantinus A. Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis [7]), Senatui salutem [8]). — Res, quae ex matris successione, sive ex testamento sive ab intestato, fuerint ad filios devolutae, ita sint in parentum potestate, ut [9]) fruendi duntaxat habeant [10]) facultatem, dominio videlicet earum [11]) ad liberos pertinente. Parentes autem, penes quos maternarum rerum utendi fruendique tantum potestas est, omnem debent tuendae rei diligentiam adhibere, et quod iure filiis debetur, in examine per se vel per procuratorem poscere, et sumtus ex fructibus impigre facere, et litem inferentibus resistere, atque ita omnia agere, tanquam solidum perfectumque dominium eis acquisitum fuisset [12]), et personam gerant legitimam, ita ut, si quando rem alienare voluerint, emtor vel is, cui res donatur, observet, ne unquam [13]) partem earum rerum, quas alienari prohibitum est, sciens accipiat vel ignorans. Docere enim pater debet, proprii iuris eam rem esse, quam donat aut distrahit; et emtor, si velit, fideiussorem licebit accipere, quia nullam poterit praescriptionem opponere filiis quandoque [14]) rem suam vindicantibus. Dat. XV. Kal. August. Aquileia [15]). Recitata apud Vettium [16]) Rufinum [17]) P. U. in Senatu Non. Septemb., Constantino A. V. et Licinio Caes. [18]) Conss. [319.]

Authent. de nuptiis. §. Sed quod sancitum est. (N. 22. c. 24.) — *nisi tricennale tempus transeat, quo possessor dominus fit* [19]), *et detentatio accipientes dominos faciat vel constituat, tempore incipiente filiis currere, ex quo suae potestatis esse apparuerint, nisi tamen aliquem impuberem aetas adiuvet* [20]).

2. [b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Florentino [21]) P. U. [22]). — Quidquid avus, avia, proavus, proavia ex materna linea venientes [23]) nepoti, nepti, pronepoti, pronepti testamento, fideicommisso, legato, donatione, vel alio quolibet titulo largitionis, vel etiam intestati successione contulerint, pater filio filiaeve integra illibataque custodiat [24]), ut vendere, donare, relinquere, alteri obligare, sicut nec materna bona, [25]) non possit, usufructu duntaxat ad eum pertinente, ita ut, quemadmodum ipse super his rebus [26]) licentiam totius potestatis amittit, defunct. eo, filio filiaeve praecipua computentur, nec ab illis, qui ex patre [27]) sunt coheredes, vindicentur. Dat. Id. Octob. Mediolano [28]), Olybrio et Probino [29]) Conss. [395.]

3. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum urbis Romae [30]). — Si viva matre emancipati sunt filii, et postea decessit [31]) mater, quoniam

---

[a]) *fons est l.* 1. *Th. C. de matern. bon. VIII.* 18.; *Bas. XLV.* 4. 1. (*T. VI. p.* 104.) *Sch. a—d.* (*T. VI. p.* 117.) — [b]) *l.* 7. *Th. C. de matern. bon. VIII.* 18.; *Consultatio cap. VII.*; *Bas. XLV.* 4. 2. (*T. VI. p.* 105.) — *Sch. e—i.* (*T. VI. p.* 118.) — [c]) *l.* 9. *Th. C. de matern. bon. VIII.* 18.; *Bas. XLV.* 4. 3. — *Sch. k—r.*; *cum quibus sit iungenda constit., lege in not. ad l.* 18. *C. de iure delib. VI.* 30.

[1]) a *ins. ms. Bg.*; ex *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [2]) sint *ins. ms. Pl.* 1.; sunt *ins. mss. Bg. Gt.*; sunt acquisita *ins. ed. Schf.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *et add. edd. Schf. Hal. Russ.*; *et sororibus add. edd. Nbg. Cont. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *quibus ed. Schf.*; *aliis quibusdam ed. Nbg.*; *quibusdam etiam Hal. Russ.*; *et quibusdam Cont. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *ex utroque parente ed. Nbg.*; *utroque latere edd. Schf. Hal. Russ.*; *ex utroque latere Cont. et rell.* — [6]) paternis *ms. Cas.* — [7]) plebis *om. S. Perus.* — [8]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.*; 8. *Hal. et rell.*; salutem dicit *Theod. C.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont.* 62., *Theod. C.*; utendi *ins. edd. Schf. Russ. Cont.* 66. *et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; in diem vitae *ins. edd. Schf. Russ. et rell. contra Theod. C.* — [11]) rerum *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [12]) eis acquis. fuisset *om. Theod. C.*, *et in quibusdam deesse monet Cont. in marg.* — [13]) ne quam *edd. Nbg. Hal. Russ. Bk., Theod. C.*, *contra mea mss.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal. Cont.* 62., *Theod. C.*; quandocunque *edd. rell.* — [15]) *ms. Pist., Theod. C. ed. Haenel.*; Aquileiae *rell. Caeterum Hal. et rell. praeter Bk. addunt* Sabino et Rufino Conss., *refragante Theod. C. et mso Pist.*, *videntur que hi conss. ex seqq.* (Vettium Rufinum) *interpolata esse.* — [16]) *Theod. C., Bk.*; Vectium *Hal. et rell.* — [17]) Recitata apū eciā rufinū *ms. Pist.*; *de scrupulis, quos hic P. U. movet, v. Haenel ad l.* 1. *Th. C. cit. p.* 789. *not. x.* — [18]) *Theod. C. ed. Haenel, Bk., ms. Pist.*; in Senatu — Conss. *om. Hal. Russ.*; *num.* V. *et* Caes. *om. Cont.* 66. *et postea rell.*; *num.* V. *om., sed add.* V. C. *post* Licin. *Cont.* 62. — [19]) *Nisi tricennalem, qua possessor fit dominus ms. Bg.*, *in quo his verbis concluditur auth.*; *idem est in ms. Pl.* 2., *nisi quod in eo additur: ex quo actiones movere potuerit.* — [20]) *apparuerit ubi et impubes aetas adiuvet adhuc. ed. Schf.*, *v. Nov.* 22. *cap.* 24. — [21]) *ms. Bg., Theod. C.*; Florentio *Hal. et rell.* — [22]) *Theod. C.*; P. P. *mss. et edd. Cod. Iust. praeter Bk.* — [23]) ex materna lin. venient. *om. Theod. C., Consult.* — [24]) *in v.* custodiat *desinit Consult.* — [25]) relinquere alteri aut obligare, *omissis* sicut — bona, *Theod. C.* — [26]) rebus *om. ms. Gt., Theod. C.*, *neque agnoscunt hoc v. Bas.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt. Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Cont.* 62., *var. l. gl.*, *Cuiac. Obss. XVIII.* 9.; parte *edd. Schf. Hal. et rell. Nobiscum faciunt Bas* ἀπὸ τοῦ πατρὸς *et Theod. C.* ab illis, qui ex patre sunt, consortibus vindic. *In ms. Bg. dubia est scriptura.* — [28]) *Theod. C. ed. Haenel.*; Mediolani *Cont.* 62. *Bk.*; *locum om. rell.* — [29]) Olibrio et Probo *ms. Pist.* — [30]) Post alia *ex Theod. C. ins. Cont.* 62. — [31]) decesserit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*

quoniam omni commodo destitutur pater, nec retinet usumfructum, viriles ei inter filios, sive unus sive plures sunt [1]), ususfructus tribuimus portiones. §. 1. Sin vero mulier morieus alios ex filiis emancipatos a patre, alios in patria potestate dimiserit, in hoc [2]) casu dispari utetur maritus defunctae beneficio; quo casu [3]) utrisque [4]) praescripsimus [5]), id est circa eorum quidem portionem, quos adhuc in sacris retinet [6]), usumfructum ex legum auctoritate retinebit [7]), et praemium delatae [8]) emancipationis, quum volet, accipiet, in eorum vero parte, quos exisse de potestate viva matre constiterit, usumfructum virilis inter eos portionis secundum praescripta percipiet. §. 2. In nepotibus etiam vel neptibus hoc observandum [9]) esse censemus, ut maritus, qui uxore mortua, non exstantibus filiis, cum solis nepotibus vel neptibus ex hac lege ad emolumentum vocandus est, si unus vel una pluresve nepotes ex filio uno vel pluribus, qui in potestate defecerunt, procreati sunt, hoc iure utatur, quod de filiis constitutum est. Nam licet hoc novum praesens lex constituat in nepotes, non est tamen ab re [10]), ut in hoc casu deteriores esse nepotibus filii non sinantur. Habeat igitur avus veniens cum nepotibus in potestate durantibus usumfructum bonorum omnium, quae ex defunctae aviae successione delata sunt. Quum vero his quoque libertatem emancipatione largitur, similiter et ab ipsis, sicut de filiis constitutum est, praemium [11]) manumissionis accipiat, vel, si ex pluribus alteros manumittit [12]) alteros retinet [13]), ex parte manumissorum legitimum praemium [14]), ex parte vero in potestate manentium retineat usumfructum. §. 3. Quodsi nepotes sint neptesve aut ex emancipato filio aut ex filia procreati, aut ab ipso avia vivente [15]) sacris dimissi, idem avus virilis cum ipsis portionis habeat usumfructum. Si vero ex nepotibus neptibusve tempore, quo in aviae successionem vocantur, alii in avi sunt potestate, id est mariti defunctae [16]), alii sui iuris sunt, circa personas quidem eorum, qui in potestate consistunt, et in usufructu consequendo et in [17]) emancipationis praemio conquirendo ratio supradicta servetur; in his vero, qui sui iuris sunt, facultas capiendi ususfructus virilis inter eos portionis habeatur. §. 4. Eadem autem et de pronepotibus utriusque sexus sancimus, manente definitione, quae de singulis sancita est, si [18]) filii sint pariter ac nepotes. Dat. VIII. [19]) Id. Novemb. Ravenna [20]), Theodosio XII. et Valentiniano II. [21]) AA. Conss. [426.]

4.[a]) Imp. Leo A. Callistrato [22]) P. P. per Illyricum. — Omnem ambiguitatis confusionem amputantes hac liquida et compendiosa lege sancimus, circa usumfructum maternarum rerum nullam esse differentiam, sive in priore matrimonio pater, ex quo filios habuit, permanere voluerit, sive novercam filiis superduxerit [23]), legibus, quae de maternis bonis latae sunt, suam habentibus [24]) firmitatem. Patres igitur usumfructum maternarum rerum, etiamsi ad secundas migraverint nuptias, sine dubio habere debebunt, nec ullam filiis vel quibuslibet ex persona eorum contra patres improbam vocem accusationemque [25]) posse competere. Dat. Kal. Septemb. Anthemio A. II. Cons. [468.]

Tit. LXI.

DE BONIS, QUAE LIBERIS IN POTESTATE [26]) CONSTITUTIS EX MATRIMONIO VEL ALITER [27]) ACQUIRUNTUR, ET EORUM ADMINISTRATIONE.

1.[b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum urbis Romae [28]). — Quum venerandae leges vetuerint patribus iure potestatis acquiri [29]), quidquid eorum filiis avus, avia, proavus, proavia [30]) a linea materna venientes quocunque titulo contulissent, hoc quoque convenit observari, ut, quidquid vel uxor marito non emancipato, vel maritus uxori in potestate positae quocunque titulo vel iure contulerit sive transmiserit, hoc patri nullatenus acquiratur; atque ideo in eius tantum, cui delatum est, iure durabit. Dat. VIII. [31]) Id. Novemb. Ravennae [32]), Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss. [426.]

2.[c]) Iidem AA. [33]) Hierio P. P. — Constitutionis novae capitulum clariore interpretatione sancimus, ut, quae per filios, nepotes, pronepotes, itemque filias, neptes, proneptes, quamvis in potestate sint,

---

[a]) *Bas. XLV.* 4. 4. (*T. VI. p.* 106.) — *Sch. s — u.* (*T. VI. p.* 119.) — [b]) *l.* 1. *Th. C. de bonis quae filiisfam. VIII.* 19.; *Bas. XLV.* 4. 5. (*T. VI. p.* 107.) — *Sch. x. y.* (*T. VI. p.* 120.); *de legibus cum nostra iungendis v. not. ad l.* 18. *C. de iure delib. VI.* 30. — [c]) *Bas. XLV.* 4. 6. — *Sch. z — b.*; *constitutt. cum nostra iungendas docet not.* 4. *ad l.* 1. *C. unde vir et uxor. VI.* 18.

[1]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; sint *rell.* — [2]) hoc *om. Theod. C.*, *in quo statim post est* utitur. — [3]) quod casui *Theod. C.* — [4]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; utrique *ms. Pl.* 2., *edd.* — [5]) praescribimus *Theod. C.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; qui — retinentur *ms. Bg.*, *mss. Cont.*, *edd. Nbg Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 62.; pater *ins. edd. Nbg. Hal. et rell. contra omn. libros Russ. et Theod. C.* — [8]) datae *ms. Pl.* 1.; debitae *Theod. C.*; *idem hic ins.* quam volet *adstipulante ms. Bg. et ed. Schf.* — [9]) servandum *ms. Bg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; non tamen ab [abs] re est *rell.* — [11]) trientem pro praemio *Theod. C.* — [12]) manumittat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Hal.* — [13]) retineat *ms. Pl.* 2., *Hal.* — [14]) trientem *pro* legit. praem. *Theod. C.* — [15]) de *ins. mss. Pl.* 2. *Bg.*; a *ins. ed. Schf.*; in *ins. Theod. C.* — [16]) id est mar. def. *om. Hal.* — [17]) et in triente ex *Theod. C.* — [18]) et si *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Hal.* — [19]) *Theod. C. ed. Haenel.*; VII. *mss. Pist. Paris.*, *Sp. Bk.*; VI. *Hal. et rell.* — [20]) *Theod. C. ed. Haenel.*; Ravennae *Cont.* 62. *Bk.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [21]) *hoc conss. flagitant Theod. C. et leges cum nostra iungendae*; Theod. XIII. et Valent. III. *Hal. et rell. praeter Bk.* — [22]) Caligrato, Callicato *mss. mea*; Colligrato *S. Perus.*; *coni.* Callicrati *propter inscr. leg.* 14. *C. II.* 7. — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; superinduxerit *edd. Nbg Hal. et rell.*; *v. lexx.* — [24]) moderantibus *omnes libri Russ.*, *sed dubito*, *an accurate ita adnotaverit.* — [25]) improba voce accusationem *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; improbam vocem causationemque *mss. Pl.* 1. *Gt.*; φωνὴ ἢ αἰτίασις *Bas.* — [26]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *S. Perus.*; patris *ins. Russ. et rell.* — [27]) *mss. Pist. Cas Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *S. Perus.*; alias *Russ. et rell.* — [28]) urbis Romae *om. mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*, *Theod. C.*, *S. Perus. Caeterum Cont.* 62. *et postea rell. addunt* post alia, *haud dubie ex Theod. C. et contra libros mss. Cod.* — [29]) conquiri *Theod. C.* — [30]) alio modo *ins. Theod. C.* — [31]) *Theod. ed. Haenel.*; VII. *Bk.*; VI. *mss Pist. Paris.*; III. *Hal. et rell.* — [32]) Ravenna *Theod C. ed. Haenel.* — [33]) Impp. Theod. et Valent. AA *mss. Pist. Pl.* 1.

sint, minime acquiri [1]) decrevimus a marito vel uxore quocunque titulo collata sive ultima transmissa voluntate, nullus ad id quoque pertinere existimet, quod ab ipso parente datum vel [2]) dotis vel ante nuptias donationis causa [3]) pro una ex memoratis personis praestitum fuerat, ut minime ad eum, si casus tulerit, revertatur (prospiciendum est enim, ne hac iniecta formidine parentum circa liberos munificentia retardetur); sed ut his potestatis iure ad parentes reversis, ceterarum rerum [4]), quae ex substantia speciali coniugis ad superstitem devenerant, quamvis idem in sacris sit, fructu [5]) tamen solo atque usu parentibus deputato, dominium ei, qui a coniuge vel quae [6]) meruit, reservetur, parente pro [7]) emancipationis [8]) beneficio, si voluerit, sicut in maternis rebus, vel quae per eandem lineam veniunt, praemium habituro. Dat. X. [9]) Kal. Mart. Constantinop. [10]) Felice et Tauro [11]) Conss. [428.]

3.[a]) Iidem AA. Florentio [12]) P. P. — Quod scitis prioribus continetur, nec a filia, quae in potestate est, donationem ante nuptias patri, nec a filio dotem acquiri, eo addito confirmamus, ut, defunctis his adhuc in potestate patris, si liberis exstantibus moriantur, ad liberos eorum eaedem res iure hereditatis, non ad patres iure peculii transmittantur, nec per nepotes avo videlicet acquirendae. Sin autem idem nepos, superstitibus tam patre quam avo paterno, diem suum sine liberis obierit, eorum dominium, quae ad ipsum ex matre vel ab eius linea pervenerint, non ad avum, sed ad patrem eius perveniat; usufructu videlicet in [13]) huiusmodi casibus avo, dum supererit, servando [14]). Dat. VII. Id. Septemb. Constantinop. Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [439.] [b])

4.[c]) Impp. Leo et Anthemius AA. Erythrio P. P. — Quaecunque res ad filium vel filiam, nepotes sive pronepotes utriusque sexus in potestate constitutos ex priore, vel secundo, aut tertio, seu numerosiore coniugio pervenerint ex dote vel quacunque donatione, seu hereditate vel [15]) legato vel fideicommisso, earum [16]) usque in diem vitae suae pater vel avus vel proavus usumfructum habeant; easdem res quocunque modo alienandi vel pignoris seu hypothecae iure obligandi facultate eis penitus interdicta, dominio videlicet earum [17]) apud [18]) filios et nepotes sive pronepotes utriusque sexus permanente [19]), etiamsi ex eodem matrimonio procreati non sint, ex quo eaedem res ad parentes eorum, qui quaeve in potestate sunt, fuerint devolutae. Eo videlicet observando, ut morientium fratrum sororumve portiones, qui quaeve ex eodem matrimonio progeniti vel progenitae sunt, primo quidem ad liberos eorum, ut dictum est, si tamen fuerint, deinde his non exstantibus, ad superstites tantummodo fratres vel sorores eorum perveniant, aut ad superstitem, si ex iisdem fratribus aut sororibus unus unave remanserit. Omnibus autem, qui ex eodem coniugio fuerint procreati, defunctis, tunc demum ad eos, qui ex alio sunt matrimonio editi, easdem res pro virili parte [20]) pervenire statuimus; nulla [21]) autem ex memoratis personis exsistente, parentes eorum eas percipere. Parentibus vero, quorum sub potestate sunt, usumfructum duntaxat habituris, memoratas res iure potestatis alienandi vel obligandi licentiam denegamus, non prohibendis iisdem liberis, quandocunque [22]) sui iuris fuerint, nulla temporali praescriptione obsistente, easdem res omnibus modis vindicare, nisi forte, postquam potestate parentum eos contigerit liberari, tantum temporis effluxerit, ut ex continua et inconcussa tenentis possessione eorum intentio excludatur. Dat. V. Kal. Mart. Marciano et Zenone Conss. [23]) [469.]

5.[d]) Iidem AA. [24]) Nepotiano [25]), Magistro militum Dalmatiae [26]). — Non sine ratione de negotio, quod inter matremfamilias, cuius vestra suggestio meminit, et germanum eius vertitur, magnitudo tua, diversis legibus ex utraque parte prolatis, nostram credidit consulendam esse clementiam, quum mulier diversis [27]) iuris lectionibus idem intelligi maritum et sponsum niteretur probare, germanus autem [28]) mariti nomen illi soli, qui nuptias contraxerit [29]), recitatione [30]) constitutionis divorum retro principum Theodosii et Valentiniani, qua cavetur, quidquid maritus vel

---

[a]) *Nov. Theod. XX., ex qua et hausta est l. 5. C. de secund. nupt. V. 9.; Bas. XLV. 4. 7. — Sch. c — e. (T. VI. p. 122.)* — [b]) *ms. Bg. hoc loco glossam inserit hanc: Hic in quibus codicibus invenitur falsa constitutio Galgosiana, quae sic incipit Inter eos. Savigny (Gesch. d. R. R. i. MA. T. IV. p. 315.) hanc suppositiitiam const. ex ms. Paris. 4516. ita edidit: Id. AA. et CC. Inter eos qui de illicita vel incesta procreatione nati sunt nulla est successio vel hereditatis petitio nisi ab eisdem relictum vel concessum aliquo modo inter se doceatur. Improbandus est Bk., qui eam in fine hui. tit. licet cancellis inclusam collocavit.* — [c]) *quae leges iungendae videantur, docet not. a. ad l. 17. C. de collat. VI. 20.* — [d]) *Bas. XLV. 4. 8. (T. VI. p. 108.) — Sch. f.*

[1]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; patri *ins. Russ. et rell., sed omissionem etiam Schol. Bas. flagitat.* — [2]) vel *om. ms. Bg., Hal.*; vel dotis *om. ms. Gt.* — [3]) datum — causa *in Schol. Bas. ita habentur:* δεδομένον πρὸ τῶν γαμῶν ἢ δωρεᾶς ἕνεκεν. — [4]) cetera, *om.* rerum, *mss. Pl. 1. Gt., ed. Schf., idque probatur a Schol. Bas.*; ceterarum, *om.* rerum, *mss. Pl. 2. Bg., Hal.* — [5]) usufructu *edd. Nbg. Hal.* — [6]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.*; ei qui vel quae a coniuge *ms. Pl. 2., Cont. in marg.*; ei quae a coniuge vel quae *Cont. 62.*; ei quae a coni. vel qui a marito *Hal.*; ei quae a coni. vel quae a marito *Russ.*; ei qui a coni. vel quae a marito *edd. Nbg. Cont. 66. et rell.*; *sed nostram lect. probat Schol. Bas.* ἐκείνῳ ὅστις ἀπὸ τοῦ συζύγου ἢ ἥτις ἠξιώθη. — [7]) pro *et post* beneficio *mss. Pl. 2. Bg. Gt.*; per — beneficium *ms. Pl. 1., ed. Schf.*; propter — beneficium *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ὑπὲρ τῆς εὐεργεσίας *Schol. Bas.* [8]) etiam *ins. mss. Pl. 1. 2.* — [9]) X. *om. mss. Pist. Paris.* — [10]) *cfr. l. 1. C. VI. 18.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [11]) Probo *mss. Pist. Paris.* — [12]) Imp. Theod. A. Hierio *ms. Pist.* — [13]) et in *ms. Pl. 1., ed. Schf., quod probat Schol. Bas.*; ex *mss. Pl. 2. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [14]) *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Cont. 62.*; observando *ms. Pl. 1.*; reservando *edd. Schf. Russ. et rell.* — [15]) vel *om. ms. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [16]) *mss. Pl. 1. 2. Bg.*; eorum *ms. Bg.*; earum rerum *edd.* — [17]) earundem *mss. Pl. 1. Gt.*; earundem rerum *ms. Pl. 2., ed. Schf.*; earum rerum *ms. Bg.* — [18]) ad *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [19]) pertinente *ms. Gt. recent. manu.* — [20]) parte *om. Cont. 71. Char. Pac. Sp.* — [21]) nullo *mss. Pl. 1. 2. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [22]) si quandoque *ms. Bg., edd. Schf. Hal.*; quandoque *ms. Pl. 1., Cont. 62., probante Russ. in marg.*; quandoquidem *ms. Pl 2.* — [23]) D. V. K. mr. marci css. *ms. Pist.* — [24]) Id. A. *mss Cas. Bg., S. Perus.* — [25]) Nepoti *mss. Cas. Vat Pl. 1. Bg., ed. Nbg., S. Perus.*; *nomen om. Hal. in textu.* — [26]) max. militi *ms. Bg.*; magistro militi Dalm. *ms. Cas. et similiter ms. Pl. 1.* — [27]) diversi *ms. Pl. 1., idque recte secundum Schol. Bas.* διαφόρων νόμων ἀνιγνώσεσι. — [28]) autem *om. mss. Pl. 1. 2. Gt., edd. Schf. Hal.* — [29]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.*; contraxit *ms. Pl. 2., ed. Nbg.*; contraxisset *Hal. et rell.* — [30]) *mss. Pl. 1. 2., edd. Schf. Hal.*; ex recitatione *ms. Bg., edd. rell., sed pro nostra lect. stat Schol. Bas.*

vel uxor in potestate constituti invicem sibi reliquerint, non patri acquiri, sed ad eorum ius pertinere, imponere [1]). Quamvis ergo significatione nominis maritus vel uxor post coeptum matrimonium intelligatur, ex quo videlicet inducta est dubietas, attamen, quia consequens est, ambiguas atque legum diversis interpretationibus titubantes causas benigne atque naturalis iuris moderamine temperare, non piget nos in praesenti quoque negotio, de quo sublimitas tua suggessit, aequitati convenientem Iuliani, tantae existimationis viri atque disertissimi inrisperiti, opinionem sequi. Qui quum [2]), de dotali praedio tractatu proposito, idem ius tam de uxore quam de sponsa observare arbitratus sit [3]), licet lex Iulia de uxore tantum loquatur; qua ratione tam sponsalitiam donationem quam hereditatem, quam memoratus sponsus suam sponsam lucrari voluit, non acquiri patri, sed ad eam pervenire, benignum [4]) esse perspeximus [5]). Dat. Kal. Iun. Leone A. V. Cons. [473.]

6. [a]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Quum oportet similem providentiam tam patribus quam liberis deferri, invenimus autem in veteris iuris observatione multas esse res, quae extrinsecus ad filiosfamilias veniunt, et minime patribus acquiruntur, quemadmodum in maternis bonis, vel quae ex maritali lucro ad eos pervenerint [6]), ita et in his, quae ex aliis causis filiisfamilias acquiruntur, certam introducimus definitionem. Si quis itaque filiusfamilias, vel patris sui vel avi vel proavi [7]) in potestate constitutus, aliquid sibi acquisierit, non ex eius substantia, cuius in potestate sit, sed ab aliis quibuscunque causis, quae ex liberalitate fortunae vel laboribus suis ad eum perveniant [8]), eas [9]) suis parentibus non in plenum, sicut antea erat [10]) sancitum [11]), sed usque ad usumfructum solum acquirat, et eorum ususfructus quidem apud [12]) patrem vel avum vel proavum, quorum in sacris sit constitutus, permaneat, dominium autem filiisfamilias inhaereat, ad exemplum tam maternarum quam ex nuptialibus causis filiisfamilias acquisitarum rerum. Sic etenim et parenti nihil derogabitur, usumfructum rerum possidenti, et filii non lugebunt, quae ex suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda adspicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres suos, quod etiam gravius multis esse videtur. Exceptis castrensibus peculiis, quorum nec usumfructum patrem vel avum vel proavum habere veteres leges concedunt; in his enim nihil innovamus [13]), sed vetera iura intacta servamus. Eodem observando etiam in his peculiis, quae quasi castrensia peculia ad instar castrensis peculii accesserunt.

[b]) Authent. ut liceat matri et aviae. (Nov. 117. c. 1.) — *Excipitur quod eis datur vel relinquitur ab aliquo parentum conditione hac adiecta, ne ad patrem perveniat ususfructus* [14]).

Authent. de heredibus ab intestato venient. §. Si vero cum. (Nov. 118. c. 2.) — *Item hereditas fratris sororisve, ad quam una cum patre admittitur, et forsan si aliunde quaeratur lege praedicta.*

Authent. ut nulli indicum. §. Quia vero. (Nov. 134. c. 11.) — *Idem est in his, quae ex lege deferuntur liberis, parentibus praesumentibus solvere matrimonium sine causis lege definitis.*

§. 1. Sub hac tamen definitione hunc legis articulum inducimus, ut in successione quidem earum [15]) rerum, quae extrinsecus filiisfamilias acquiruntur, iura eadem observentur, quae in maternis et nuptialibus rebus statuta sunt. §. 2. Non autem hypothecam filiifamilias adversus res patris viventis adhuc seu iam mortui sperare audeant, nec ratiocinia ei [16]) super administratione inferre, sed tantummodo alienatione vel hypotheca suo nomine patribus denegata, rerum habeat parens plenissimam potestatem, uti fruique his rebus, quae per filiosfamilias secundum praedictum modum acquiruntur. Et gubernatio earum [17]) sit penitus impunita, et nullo modo audeat filiusfamilias vel filia vel deinceps personae [18]) vetare eum, in cuius potestate sunt, easdem res tenere aut, quomodo voluerit, gubernare, vel si hoc fecerint, patria potestas in eos exercenda est; sed habeat pater vel aliae personae [19]), quae superius enumeratae sunt, plenissimam potestatem uti frui gubernareque res praedicto modo acquisitas [20]). Et si quid ex usu earum pater, avus vel proavus collegerit, habeat licentiam, quemadmodum cupit, hoc disponere, et in alios heredes transmittere, vel si ex earum rerum fructibus res mobiles vel immobiles vel se moventes comparaverit, eas etiam, quomodo voluerit, habeat, et transmittat, et in alios transferat, sive extraneos, sive liberos suos, seu quamlibet personam. Sin autem res sibi memorato modo acquisitas parens noluerit retinere [21]), sed apud filium vel filiam vel deinceps personas reliquerit [22]), nullam post obitum eius licentiam habeant heredes alii patris vel avi vel proavi, eundem usum fructum vel quod ex hoc ad filiosfamilias pervenit, utpote patri debitum, sibi vindicare, sed quasi diuturna [23]) donatione in filium celebranda, qui usumfructum detinuit, quem patrem [24]) habere oportuerat, ita

---

[a]) *Bas. XLV. 4. 9. — Sch. g—t. (T. VI. p. 123.)* — [b]) *hae tres authentt. in ed. Schf. in fine hui. const. positae sunt.*

[1]) imponeret *ms. Pl. 1.*; imponi *Russ. Cont. in marg.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; qui quidem, *plena interpunctione demum post* loquatur *posita, Hal. et rell.*; *sed* ὅρισις ὅτε *Schol. Bas.* — [3]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; observari arbitratus est *Russ. et rell.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt, edd. Schf. Hal. Cont. 62.*; benigne *ed. Nbg.*; benignius *Russ. Cont. 66. et rell.*; *sed* φιλάγαθον *Schol. Bas.* — [5]) *ms. Pl. 1., edd. Nbg. Hal.*; prospeximus *mss. Pl. 2. Bg.*; perspicimus *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed* ἐθεωρήσαμεν *Schol. Bas.* — [6]) *mss. Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; pervenerunt *mss. Pl. 1. 2.*; perveniunt *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [7]) vel proavi *ignorant Bas.* — [8]) perveniunt *mss. Pl. 1. 2., ed. Nbg.* — [9]) eas *om. ms Bg.*; ταῦτα *Bas., unde* ea *emendat Leunclav. Notat. II. 204.* — [10]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; fuerat *Russ. et rell.* — [11]) θεσπίζομεν *Bas., secundum quae legendum esset* sancimus, *sed emendandum videtur* θεσπιζόμενον. — [12]) ad *ms. Pl. 1.*; *v. not. 18. ad l. 4. h. t.* — [13]) novamus *mss. Pl. 1. 2. Gt.* — [14]) *et si forsan quaeritur aliunde de lege praedicta add. ms. Pl. 2.*; *v. auth. seq.* — [15]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; earundem *edd. rell.* — [16]) eis *mss. Pl. 1. 2. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.*; *etiam Schol. Bas.* αὐτοῖς. — [17]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Cont. 62.*; rerum *ms. Pl. 2.*; rerum earum *edd. Nbg. Hal. et rell. Nobiscum faciunt Bas.* — [18]) *mss. Pl. 1. 2., ed. Nbg.*; persona *edd. Schf. Hal. et rell.*; *in ms. Bg. dubia est scriptura*; τὰ ἐφεξῆς πρόσωπα *Bas.* — [19]) *Bas. ita vertunt, ac si legeretur:* habeat pater in alias res. — [20]) res quae — acquisitae sunt *ms. Pl. 2., edd. Nbg. Hal.* — [21]) tenere *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; κατέχειν *Bas.* — [22]) liquerit *Hal.* — [23]) καθημερινῆς *Bas., quibus magis conveniret* diurna. — [24]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Schf. Cont. 62.*; eius *ins. rell. etiam contra Bas.*

ita causa intelligatur, et [1]) eundem usumfructum post obitum patris ipse lucretur, parente ius exactionis, quasi sibi debitae a filio, qui usumfructum consensu eius possidebat, suae posteritati vel successioni minime transmittente, quatenus in omni pace inter se successio eius permaneat, nec altercationis cuiusdam, maxime [2]) inter fratres, oriatur occasio. §. 3. Quum autem Constantiniana lege cautum erat, si filiifamilias ab his, qui eos in potestate habent, nexu paterno per emancipationem liberentur, debere patrem tertiam partem bonorum, quae acquiri non solent, quasi remunerationis gratia a filio accipere vel retinere, et ex hac causa iterum pars non minima substantiae liberorum adimebatur, sancimus, huiusmodi casu interveniente et emancipatione liberis imposita, non tertiam partem dominii rerum minime acquisitarum, sed dimidiam ususfructus apud maiores, qui emancipationem donant, residere; exceptis et in hoc casu castrensibus et quasi castrensibus tantummodo peculiis, quibus nihil nec [3]) ex hac causa diminuitur. Sic enim nec liberis cuiuscunque sexus aliquid dominii auferetur, et patribus amplioris patrimonii ususfructus assignabitur. Hoc obtinente, etsi in emancipatione sibi parentes hoc minime servaverint; sed nisi specialiter vel in emancipatione huic praemio renuntiaverint, vel donatione facta sese et ab huiusmodi beneficio alienaverint, et in liberos hoc transtulerint, manere apud [4]) eos etiam tacentes ius et beneficium ususfructus retinendi, ut post obitum eorum et [5]) ususfructus in omnibus memoratis causis ad eos perveniat, quorum dominium est, scilicet, secundum quod iam diximus, in successionibus eorum omnibus servandis, quae de maternis et nuptialibus bonis consultissimis legibus definita sunt. §. 4. Sed quum tacitas hypothecas tam veteres leges in quibusdam certis casibus introduxerunt, quam nos in maternis ceterisque [6]), quas servare necesse est, et dubitabatur, ex quo [7]) hypothecas competere oportet, utrumne ab initio, an ex eo tempore, ex quo male aliquid gestum est, compendiosa narratione interpretamur, initium gerendae vel deserendae [8]) administrationis vel observationis esse spectandum, et non tempus, ex quo male aliquid gestum fuerit. Recitata Septimo [9]) in novo consistorio palatii Dn. Instiniani. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. [529.]

7. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Quum multa privilegia imperialibus donationibus iam praestita sunt, dignum incrementum et his conferre [10]) nostra dignata est clementia. Si quis [11]) igitur a serenissimo Principe vel a piissima Augusta, sive masculus sive femina, donationes sit consecutus vel consecuta sive mobilium, sive immobilium, sive se moventium rerum, filiusfamilias tamen constitutus vel constituta, habeat [12]) huiusmodi res omni acquisitione absolutas, et nemini eas acquirat, neque earum usumfructum pater vel avus vel proavus sibi vindicet, sed ad similitudinem castrensis peculii omnem facultatem in eas filii vel filiaefamilias habeant. Ut enim imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet et principales liberalitates culmen habere praecipuum. Dat. Propos. XII. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

8. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Quum non solum in maternis rebus, quae filiisfamilias deferuntur, sed etiam de aliis omnibus, quae acquisitionem effugiunt, et maxime post novellam nostri numinis [13]) legem, quae omnia, quae extrinsecus ad filiosfamilias [14]) perveniunt et non ex paterna substantia [15]), non esse acquirenda patribus statuit, nisi tantummodo ad usumfructum, variae altercationes exortae sunt [16]), et varios eventus variosque continent [17]) tractatus, et semper in iudiciis versantur, necesse est utiliter et apertissime omnia dirimere. Sancimus itaque, in omnibus rebus, quae effugiunt quidem dominii acquisitionem, sed ususfructus tantummodo patri offertur vel [18]) aliis parentibus a filiofamilias cuiuscunque gradus vel sexus, sive pater adire filiumfamilias integrae aetatis compellit, et ille reclamandum existimat, sive filiusfamilias adire cupit, et pater in contrarium inclinat, liberam habere licentiam et patrem ipsum sibi adire hereditatem recusante filio, et omne sive damnum sive lucrum in suam habere fortunam, nullo ex hoc praeiudicio filio generando; sive e contrario patre recusante filius adire hereditatem voluerit, nullam acquisitionem nec usumfructum patri offerri, sed ipsum filium sibi imputare, si quid ex hoc contigerit; nulla actione neque contra patrem danda, ubi adversus eius voluntatem filius hereditatem vel legatum vel fideicommissum vel aliud quidquam ex quocunque titulo, sive donationis sive contractus [19]), sibi acquirere maluerit, neque adversus filium simili modo actione extendenda, ubi recusante eo pater sua auctoritate haec sibi vindicet, huiusmodi aditionis tramite ex praesente lege patri competente. Sed habeat pater omnem licentiam et actiones movere et ab aliis pulsari, ubi ad eum totum commodum advenit, et filius simili modo in agendo et pulsando solus habeat et detrimentum et commodum, necessitate per officium iudicis [20]) patri imponenda tantummodo filio consentire vel agenti vel fugienti, ne iudicium [21]) sine patria [22]) voluntate videatur consistere.

---

[a]) *Bas. XLV.* 4. 10. (*T. VI. p.* 113.) — *Sch. u.* (*T. VI. p.* 126.) — [b]) *Bas. XLV.* 4. 11. — *Sch. x — o.* (*T. VI. p.* 127.). *In ms. Bg. haec const. est ultima tit. seq.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; ut *ms. Bg.*, *edd. omnes*; *sed* καὶ *Bas.* — [2]) maxima *ms. Pl.* 2.; maximae *Hal.*; *sed* καὶ μάλισια *Bas.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; nec *om. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἐξ ἂν οὐδέν, οὐδὲ ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας *Bas.* — [4]) ad *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. Russ.*, *ed. Nbg.* — [5]) et *om. Russ. et postea rell.*; *sed* καὶ ἡ χρῆσις *Bas.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *mss. Russ. et Cont.*; donationibus *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*, *quod etiam Bas. reprobant.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; tempore *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*, *sed pro omissione stant Bas.* — [8]) deferendae *mss. Pl.* 1. 2., *quod convenit cum Bas.* ἢ ἀναληπτέας διοικήσεως; *sed* deserendae *defendit Schol. Bas.* — [9]) *Cuiac. Obss. XX.* 3. *ex veter. mss.*; Septimo *om. Hal. et rell.* — [10]) offerre *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [11]) quid *et infra* donatione *Hal.* — [12]) habeant *et post* acquirant *ms. Pl.* 2., *Hal.* — [13]) nominis *mss. Pl.* 2. *Bg.*; *sed* θειότητος *Schol. Bas. Cfr. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [14]) filiisfam., *om.* ad, *ms. Pl.* 1.; filias *add. ms. Pl.* 2.; filiasfami. *add. Cont.* 62., *utrumque contra Schol. Bas.*, *in quo est* τὸ κατὰ πόδας. — [15]) *mss. Bg. Gt.*; sunt *add. mss. Pl.* 1. 2., *contra Schol. Bas.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; sint *edd. rell.* — [17]) *ms. Gt.*, *Russ. in marg.*; et varius eventus variusque continetur *mss. Pl.* 1. 2., *edd.*; *idem est in ms. Bg.*, *in quo tamen ante correct. fuit* varios; καὶ ποικίλα ἀποτελέσματα καὶ ποικίλας ἔχουσι ζητήσεις *Schol. Bas.* — [18]) ut *loco* vel *Cont.* 62. [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; alterius *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *etiam contra Schol. Bas.* — [20]) iudicis *om. mss. Pl.* 1. *Gt.*, *et abesse debet secundum Schol. Bas.*, *quod ita vertit* ἀνάγκης κατὰ τὸ πρέπον τῷ πατρὶ ἐπικειμένης. — [21]) in iudicium *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; in iudicio *ms. Bg.*, *utrumque contra Schol. Bas.* — [22]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *omn. Russ.*, *ed. Nbg.*; patris *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal. et rell.*; *sed* χωρὶς πατρικῆς βουλήσεως *Schol. Bas.*

stere. Et haec quidem, si plenae aetatis filius est, qui paternam voluntatem sequi non patitur. §. 1. Sin autem in secunda aetate adhuc filius est, et hereditate ei delata, pater consentire adeunti hereditatem noluerit, vel patre volente ipse reclamaverit [1]), si quidem recusaverit filius, licentiam damus patri simili modo hereditatem adire, et eam pleno iure habere, his omnibus, quae superius diximus, locum habentibus. Sin autem patre recusante filius adire maluerit, damus quidem licentiam ei hoc facere, nolente autem patre res filii gubernare [2]), propter causae necessitatem habeat facultatem filius adire competentem iudicem, et ex [3]) eo petere curatorem hereditati dari, per quem gubernatio rerum in [4]) eum delatarum procedat; in utroque casu in integrum restitutionis auxilio minime ei denegando. §. 2. Similique modo et in milite filiofamilias, qui recusaverit aditionem hereditatis, quae ei ex castrensibus occasionibus[5]) perveniat[6]), patri danda licentia adire hereditatem, ut ad ipsum perveniat pleno iure, tam per usumfructum quam per dominium eandem hereditatem possessurum, quasi ipse pater ab initio fuisset heres institutus; eo videlicet subiacente omnibus oneribus hereditariis, et omnia commoda habituro, et ad filium nullo periculo redundante. Et haec quidem in his casibus observanda sunt, quibus discordia inter patrem et filium vertitur. §. 3. Ubi autem in unum voluntas eorum concurrit, et pater usumfructum et filius habeat proprietatem, et in agentibus et fugientibus pater quidem suscipiat actiones et moveat, cuiuscunque aetatis filius inveniatur, adhibeatur autem etiam filiorum consensus, nisi adhuc in prima aetate sunt constituti vel longe absunt, sumtibus videlicet a patre propter rerum incrementa faciendis. Quum enim nuda proprietas apud filium inveniatur, ex qua substantia possibile est eum sumtus litis dependere? §. 4. Sin autem aes alienum ex defuncti persona descendit, quum etiam apud veteres haec esse substantia intelligatur [7]), quae post detractum aes alienum supersedebit, habeat pater licentiam ex rebus hereditariis, primum quidem mobilibus, sin autem non sufficiunt, ex immobilibus, sufficientem partem nomine filii venumdare, ut illico reddatur aes alienum, et non usurarum mere praegravetur. Quodsi pater hoc facere supersederit, ipse usuras vel ex reditibus vel ex substantia sua omnimodo dare compelletur. Sin autem legata vel fideicommissa, sive annalia sive semel relicta, imminent [8]) huiusmodi personis, si quidem tales reditus sunt, qui sufficiunt ad annalia [9]) legata, pater ex huiusmodi reditibus haec [10]) dependere compelletur. Sin autem non habeat substantia sufficientem reditum ad legatorum vel fideicommissorum praestationem, vel minime reditus vel alias accessiones contineat, sint tamen res mobiles vel immobiles, steriles quidem, non tamen inutiles, veluti domus in provinciis pretiosae [11]) vel ubicunque posita suburbana [12]), ex quibus huiusmodi legata possint explicari, licentia dabitur patri sufficientem partem eorum similiter filii nomine vendere, et satisfacere legatis. Hoc procul dubio observando, ut et mancipia ipse usufructuarius aleret [13]), et omnia circa usumfructum faceret [14]), quae nullo modo proprietatem possint deteriorem facere, paterna reverentia eum excusante et a ratiociniis, et a cautionibus, et ab aliis omnibus, quae ab usufructuariis extraneis a legibus exiguntur, secundum nostrae constitutionis tenorem, quam super huiusmodi casibus tulimus. Ipsum autem filium, vel [15]) filios, vel filias, et deinceps alere patri necesse est, non propter hereditates [16]), sed propter ipsam naturam et leges, quae et a parentibus alendos esse liberos imperaverunt, et ab ipsis liberis parentes, si inopia ex utraque [17]) parte vertitur. §. 5. Sed pater quidem in praedictis tantummodo causis habeat licentiam rite res filiorumfamilias vendere filii nomine, vel, si emtorem non invenerit, [18]) supponere, nullo modo licentia concedenda filiis easdem venditiones vel hypothecas retractare, non autem licentia parentibus danda extra memoratas causas res, quarum dominium apud eorum posteritatem est, alienare vel pignori vel hypothecae titulo dare, sed si hoc fecerint, sciturís, quod necesse est eos in legum laqueos incidere, quibus huiusmodi venditiones vel hypothecae sunt interdictae, exceptis videlicet rebus mobilibus, vel immobilibus illis [19]), quae onerosae hereditati sunt vel quocunque modo damnosae, quas sine periculo vendere patri cum paterna pietate licet, ut pretium earum vel in res vel in causas [20]) hereditarias procedat, vel filio servetur. Filiis autem familias in his duntaxat casibus, in quibus ususfructus apud parentes constitutus est, donec parentes vivunt, nec de iisdem rebus testari permittimus [21]), nec citra voluntatem eorum, quorum in potestate sunt, ulla licentia [22]) concedenda dominium rei ad eos pertinentis alienare, vel hypothecae titulo dare, vel pignori assignare. Melius enim est coarctare iuveniles calores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum exspectat patrimonium. Quum enim, sicut dictum est, parentes alere eos secundum leges et naturam [23]) compellantur, quare ad venditionem rerum suarum prosilire desiderant? §. 6. Ubi autem puerilis

---

[1]) reclinaverit *ms. Bg.* — [2]) *sublato hoc commate post* necessitatem *interpungunt Hal. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; ab *edd.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; ad *Russ. et rell.*; εἰς αὐτὸν *Schol. Bas.* — [5]) actionibus *edd. Nbg. Hal.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Nbg.*; proveniat *Hal. Bk.*; veniat *edd. Schf. Russ. et rell.*; περιελθῇ *Schol. Bas.* — [7]) intelligitur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt* — [8]) eminent *mss. Pl.* 2. *Bg., omn. Russ., ed. Schf.*; ἐπίκειται *Schol. Bas.* — [9]) annua *ms. Pl.* 1. — [10]) hoc *Russ. et postea rell. praeter Bk.*; ταῦτα *Schol. Bas.* — [11]) pretiosae *ignorat Schol. Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; vel suburbanae, *om.* ubicunque pos., *Cont.* 62.; vel ubicunque positae suburbanae *ms. Pl.* 2.; vel ubicunque positae vel suburbanae *ed. Nbg.*; vel ubicunque posita aedificia vel suburbana *edd. Schf. Hal. et rell. Nostram lect. tuetur Schol. Bas.* ἢ ὁπουδήποτε κείμενα προάστεια. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; alere *Cont.* 62.; alere debeat *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἵνα τὰ ἀνδράποδα ἀποτρέφῃ *Schol. Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; facere *edd. Nbg. Hal. et rell., sed* ποιήσῃ *Schol. Bas.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; filiam *ins. edd. Nbg. Hal. et rell., contra Schol. Bas.* — [16]) hereditatem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; *sed* διὰ τὰς κληρονομίας *Schol. Bas.* — [17]) alterutra *Hal. Russ. Cont.* 62., *contra omn. mss. Russ. et meu et ipso improbante Contio in marg.*; ἐξ ἑκατέρου *Schol. Bas.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnes vet. libri Russ., edd. Schf. Cont.* 62.; rite pignori *ins. edd. Nbg. Hal. et rell., refragante Schol. Bas.* — [19]) illis *om. ms. Bg., sed* ἢ ἀκινήτων ἐκείνων *Schol. Bas.* — [20]) in res et causas *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; *etiam Schol. Bas.* εἰς τὰ πράγματα καὶ τὰς αἰτίας. — [21]) permittimus *abest a ms. Pl.* 1.; possint, *et supra* Filiifam., *ms. Bg.*; possunt *ed. Schf.*; *sed* ἐπιτρέπομεν *Schol. Bas.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; eis *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [23]) et naturam *om. mss. Bg. Gt., et ignorat haec vv. Schol. Bas.*

puerilis aetas patri licentiam praestat, etiam sine consensu filii hereditatem nomine eius adire, si hoc fecerit [1]), damus quidem filio in integrum restitutionem, postquam patria fuerit potestate liberatus vel adoleverit, patrem autem [2]) oneribus hereditariis, licet nomine filii adiit, modis omnibus illigamus [3]); quare enim talem hereditatem adiit [4]), qualem nec ipse nunc nec [5]) filius idoneam sibi esse existimat? Non autem filio damus licentiam, si in integrum restitutionem petat, respuendam credens esse hereditatem, adhuc minoribus curriculis instantibus, iterum per aliam restitutionem adire praefatam hereditatem, ne ludibrio leges ei fiant, saepius eandem et amplecti et respuere [6]) hereditatem cupienti. Si enim, quod pater fecit, [7]) ratum non habuit, et propter hoc restitutus est, quomodo ferendus videatur iterum iudicium amplectens, quod et [8]) post patris voluntatem contraria affectione aspernandum esse existimavit? Sin vero pater quidem hereditatem repudiaverit infante filio constituto, ipse autem filius postea, vel adhuc in sacris constitutus, vel patria potestate liberatus, adeundam esse crediderit eandem hereditatem, licentiam damus ei [9]), vel si sui iuris efficiatur, tutoribus eius vel curatoribus, hereditatem adire, nullo praeiudicio ex recusatione paterna ei generando; simili modo et in hac parte nulla ei vel tutoribus vel curatoribus eius licentia concedenda, contra priorem suam voluntatem in integrum restitutionem petere. Quae et in legatis, et in fideicommissis, tam specialibus quam per universitatem relictis, et in aliis causis, quas supra enumeravimus, similibusque eis observanda sunt. §. 7. In servis autem, qui filiis vel filiabusfamilias donantur, sive constante matrimonio, sive ab extraneis, sub ea conditione, ut statim eos in libertatem perducant [10]), nullum impedimentum paterna faciat auctoritas. Qualis enim ususfructus potest ei acquiri, qui momentarius esse ostenditur? Si enim in ipso momento necesse habet [11]) eum et possidere et libertate [12]) donare, in talem hominem qualis ususfructus patri potest acquiri? Dat. IV. Kal. August. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [13]) [531.] [a])

Tit. LXII.

DE HEREDITATIBUS DECURIONUM, NAVICULARIORUM [14]), COHORTALIUM, MILITUM [15]) ET FABRICENSIUM [16]).

1. Imp. Constantius [17]) A. Mastichiano [18]), Praefecto annonae. — Si quis navicularius sine testamento et [19]) liberis vel successoribus defunctus sit, hereditatem eius non ad fiscum, sed ad corpus navicularioruin, ex quo fatali sorte subtractus est, deferri praecipimus. PP. XV. Kal. . . . . Lastronae, Constantio A. VII. et Constante Cl. Caes. [20]) Conss. [354.]

2. [b]) Idem A. [21]) Bondso, magistro equitum [22]). — Universis tam legionibus quam vexillationibus comitatensibus seu cuneis insinuare debebis, ut cognoscant, quum [23]) aliquis fuerit rebus humanis exemtus, atque intestatus [24]) sine legitimo herede decesserit, ad vexillationem, in qua militaverit [25]), res eiusdem necessario pervenire. Dat. V. [26]) Id. Mai. Hierapoli, Rufino et Eusebio Conss. [347.]

3. [c]) Idem A. Rufino P. P. — Si quis cohortali conditione gravatus sine testamento vel quolibet successore ultimum diem obierit, successionem eius non ad fiscum, sed ad ceteros cohortales eiusdem provinciae pertinere iubemus. Dat. V. Kal. Ianuar. Limenio et Catulino [27]) Conss. [349.]

4. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. — Intestatorum curialium bona, si sine herede moriantur, ordinibus patriae eorum addici [28]) praecipimus. Dat. V. Id. Mart. Florentio et Dionysio Conss. [429.]

5. [d]) Iidem AA. [29]) Aureliano [30]), Comiti rerum privatarum. — Si quis fabricensis sine liberis vel

---

[a]) *Ant. August. in Coll. graec. const. ait, videri tres constitutt. sub hoc tit. deesse. Causa est, quod undecima const. a Graecis allegatur* (*v. Schol. p. ad Bas. XXVIII.* 14. *T. IV. p.* 492.); *ipse tamen de mendo, quod in numerum irrepserit, cogitat.* — [b]) *l.* 1. *Th. C. de bonis mil. V.* 4.; *Bas. XLV.* 1. 12. (*T. VI. p.* 5.) — *Sch. h. i.* (*T. VI. p.* 31.) — [c]) *Bas. XLV.* 1. 56. (*T. VI. p.* 24.) — *Sch. m. n.* (*T. VI p.* 60.) — [d]) *hausta ex Nov. Theod. VI., ex qua et venit l.* 5. *C. de fabricens. XI.* 10.; *Bas. XLV.* 1. 57. — *Sch. o — q.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; pater *addunt edd. Nbg. Hal. et rell., etiam contra Schol. Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; in omnibus *ins. ed. Schf.*; omnibus *ins. Russ. et rell., sed omissionem flagitat Schol. Bas.* — [3]) alligamus *ms. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.* — [4]) adierit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; nec ipse nec nunc *Russ. et rell.*; *sed* οὔτε αὐτὸς νῦν οὔτε ὁ υἱός *Schol. Bas.* — [6]) eandem et respuendam *edd. Nbg. Hal.* — [7]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; filius *ins. edd. Schf. Hal. et rell., verum contra Schol. Bas.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; et *om. Russ. et rell. contra Schol. Bas.* — [9]) si in potestate est *ins. ms. Pl.* 2. — [10]) producant *mss. Pl* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; habeat *edd.* — [12]) libertatem *ms. Gt., ed. Schf.*; libertati *edd. Nbg. Hal.* — [13]) *mss. Pist. Paris.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [14]) navicular. *om. mss. Cas. Vat.* — [15]) militum *om. ms. Vat., ed. Schf.* — [16]) navicular. — fabricensium *om. liber Dionys. ap. Char., ed. Nbg.* — [17]) Constantinus *S. Perus.*; *v. not.* 20. *ad h. l.* — [18]) Musciano *S. Perus.*; Martiano P. P. *al.* — [19]) vel *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [20]) Constante C. III. *Bk. Caeterum lac. Gothofr. in Chronol. Theod. C. p. XXVII. nostram const. refert ad a.* 326., *ita ut conss. esse debeant* Constantino A. VII. et Constantio Caes., *et in inscr.* Imp. Constantinus; *quod probo. V. not. seq.* — [21]) Imp. Cost. *ms. Bg.*; Impp. Const. *ms. Pl.* 1.; Imp. Constant. *ms. Cas.*; Imp. Constantinus *S. Perus. Quod codd. Imperatoris nomen in hac inser. habent, defendit sententiam Gothofredi, qui primam const. Constantino, secundam Constantio assignat.* — [22]) militum *ms. Bg.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk., Theod. C.*; eorum *ins. Russ. et rell.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal. Bk., Theod. C.*; si *ins. ms. Bg., edd. rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk., Theod. C.*; militavit *Russ. et rell.* — [26]) VII. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [27]) Catullino *Bk.* — [28]) *mss. Bg. Gt.*, *veteres libri Cont.*; adici *ms. Pl.* 2., *Russ. in marg., qui restituere vult* adiici; addi *Hal. Bk.*; adipisci *ms. Pl.* 1., *add. rell.* — [29]) et CC. *addunt edd., refragantibus mss. Pl.* 2. *Bg. et S. Perus. et Nov. Theod.* — [30]) Aurelio *mss. nonn.*

vel legitimo herede decesserit, non condito testamento, eius bona, cuiuscunque summae sint, ad eos pertinere [1]), qui velut creatores [2]) decedentium attinentur [3]), qui fisco pro intercepto respondere cogunturur. Hoc enim facto [4]) contingit, ut et [5]) reipublicae ratio salva permaneat, et fabricenses collegarum suorum solatiis perfruantur, qui damnis ac detrimentis tenentur [6]) obnoxii. Dat. prid. Non. Novemb. Constantinop. ipso A. XVI. et Fausto V. C Conss. [7]) [438.]

---

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; *vancimus addunt Russ. et rell.* — [2]) *duo mss. Cont., Nov. Theod., Cuiac. Recitatt. ad Cod. h. t.*; creditores *mss. et edd. omnes*; curatores *var. l. gl. Nostram lect. tuentur Bas., quae vertunt* χειροτονηταί; *cfr. l.* 5. *C. de fabric. XI.* 10. *vv.* constricti nominationibus suis. — [3]) detinentur *mss. Pl.* 2. *Bg.*; admittuntur *Cont. in marg.*; *sed* κατέχονται *Bas.* — [4]) pacto *Nov. Theod.*; *sed* τούτου — γινομένου *Bas.* — [5]) et *om. mss. mea, edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *sed defenditur a Nov. Theod. et a Bas.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Nov. Theod.*; retinentur *edd.* — [7]) *subscriptionem, quae abest ab Hal. et rell., ex Nov. Theod. restitui.*

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER SEPTIMUS.

Tit. I.

[a]) DE VINDICTA LIBERTATE [1]), ET APUD CONCILIUM [2]) MANUMISSIONE [3]).

1. [b]) Imp. Antoninus A. Tertio [4]). — Eorum, qui apud concilium manumittuntur, post causam a iudicibus probatam [5]) et manumissionem secutam non solet status in dubium revocari [6]), si [7]) dicantur falsa demonstratione liberati.

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Sallustio. — Nihil civitati Romanae semel praestitae vel addere vel detrahere secundam manumissionem potuisse, certissimum est. Dat. prid. Kal. Maii, AA. Conss. [8]) [293—304.]

3. Idem AA. et CC. Attonitae [9]). — Nec mulierem per maritum, nec alium per procuratorem vindicta manumittere posse, non est ambigui iuris.

4. [d]) Imp. Constantius A. Maximo P. P. [10]) — Apud concilium [11]) nostrum [12]), vel apud consules, praetores, [13]) praesides, magistratusve earum civitatum, quibus huiusmodi ius est, adipisci potest patronorum iudicio sedula servitus libertatem [14]).

Tit. II.

[e]) DE TESTAMENTARIA MANUMISSIONE.

1. Impp. Severus et Antoninus AA. Primo. — Si codicillos maior [15]) viginti annis fecisset, confirmationis tempus libertati non nocere certum est; nec enim potestas iuris, sed iudicii considerator.

2. [f]) Idem AA. Phileto. — Ex testamento defuncti libertates praestari non possunt hereditate non adita, vel si rei memoria propter crimen, quod morte non intercidit, damnata est.

3. Idem AA. Euphrosynae [16]). — Libertas testamento [17]) data adita hereditate contingit, et licet [18]) heres scriptus per in integrum restitutionem abstinuerit hereditate, tamen [19]) nihil ea res libertati obest. S. XVII. Kal. Mai. Apro et Maximo Conss. [20]) [207.] 4

---

[a]) *Dig. XL.* 2. — [b]) *Bas. XLVIII.* 2. 23. (*T. VI. p.* 279.) — *Sch. k.* (*T. VI. p.* 285.) — [c]) *Bas. XLVIII.* 2. 24. (*T. VI. p.* 280.) — *Sch. l.* (*T. VI. p.* 286.) — [d]) *hanc const. ex l.* 16. *Th. C. de praet. et quaest. VI.* 4. *haustam censent et cum l.* 1. *C. de off. praet. l.* 39. *coniungunt lac. Gothofr. et Haenel. Dubia tamen inscr. nostrae const. parit; v. not.* 14. — [e]) *Dig. XL.* 4. — [f]) *Russ. in marg. iungendam censet leg.* 1. *C. de fideic. libert. VII.* 4. *indeque repetendam subscr.*

[1]) libertate *om. Hal.*; libertatis *ms. Vat.*; De libertate vindictae *ms. Pl.* 1. — [2]) consilium *mss. Cas. Vat., S. Perus.* — [3]) manumissis *mss. Vat. Bg.*; manumissionis *S. Perus.* — [4]) Terentio *S. Perus.* — [5]) approbatam *ed. Schf., cui lect. favent mss. Pl.* 1. 2. — [6]) vocari *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omn. Russ., ed. Schf.*; *sed efr. l.* 9. *D. XL.* 2. — [7]) etiamsi *ms. Pl.* 2.; et si *ms. Bg.* — [8]) *Bk.*; AA. CC. *Russ. et postea rell.*; *subscr. om. Hal.* — [9]) Aciae, Attiae, Annatiae *mss. mea*; Adciae, Additiae, Adriae *al.* — [10]) ad Maximum P. P. *mss. pleraque.* — [11]) consilium *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [12]) nostrum *om. liber Aured. ap. Char.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ. et Cont., dd. Schf. Cont.* 62. *Bk.*; praesules *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) Dat. III. Kal. Ianuar. Eusebio et Hypatio Conss. (359.) *add. Bk. ex l.* 16. *Th. C. VI.* 4. *Sed quum l.* 16. *cit. Senatui, nostra autem Maximo P. P. inscripta sit, et quum ob aliquot verborum consonantiam non statim censenda sit una ex altera prodiisse, equidem ab illa subscr. abstinui.* — [15]) *Cuiac. Recitatt. ad Cod. h. t. monet, in quibusdam codd. sic legi:* Si codicillos, qui minor testamentum fecerat, maior. — [16]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1.; Effrosinae *ms. Bg.*; Euphrosino *edd.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., ed. Schf.*; defuncti *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) et si *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [19]) tamen *om. mss. Bg. Gt., omn. Russ., ed. Schf.* — [20]) *subscr. om. Hal*

4. [a]) Idem AA. [1]) Archelao [2]). — Quum testamento directam libertatem pater tuus sit consecutus, quamvis ei heres exstiteris, frustra tamen rationes, quas tempore servitutis gessit, ut reddas, compelleris, quum non ea conditione acceperit libertatem. Is autem, cui libertas, seu fideicommissaria seu directa, si rationes reddidisset, relicta est, ante reliqua illata et ea, quae malo consilio amota sunt, ad libertatem non potest pervenire. Sin autem non debitor ex rationibus fuerit repertus, post aditam hereditatem quasi puram libertatem consequitur. Proposita VII. [3]) Kal. Decemb. Laeto II. et Cereale Conss. [4]) [215.]

5. [b]) Imp. Alexander A. Quintiano [5]). — In fraudem creditorum testamento datae libertates, quamvis debitori heres, qui solvendo [6]) est, exstiterit, per legem Aeliam Sentiam non valent.

6. [c]) Imp. Gordianus A. Pisistrato. — Si hereditas eius, a quo testamento dicis te esse manumissum, ob aes alienum spernitur ab heredibus, conservandae libertatis gratia non iniusta ratione, creditoribus hereditariis satis offerens, iudicium testatoris servari [7]) tibi postulabis, maxime quum id etiam a divo Marco consultissimo principe sit constitutum; quod in extranea [8]) quoque persona observari oportet.

7. [d]) Idem A. Iustae [9]). — Contra voluntatem matris tuae libertatem in eum conferre, quem illa liberum fieri prohibuit, non debes, ne videaris iura pietatis violare. PP. X. Kal. Febr. Sabino II. et Venusto Conss. [10]) [240.]

8. [e]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Gemello [11]). — Quum testator libertatem tempore nuptiarum filii sui vel filiae servo dari iussit, non tempus praestandae libertatis [12]) praestituit [13]), sed potius conditioni locum fecit, ut non insecutis [14]) nuptiis libertas iure posci non possit.

9. Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Mauro [15]). — Servo tuo defunctus, licet te heredem scripsisse proponatur [16]), directam tamen libertatem dare non potuit; iure enim directo libertatem servis alienis nemo potest dare.

10. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Germano. — Directis verbis iure data libertate, non sola [17]) impositione pilei, sed [18]) adita hereditate, si nulla iuris impediat constitutio, liberti constituuntur Orcini.

11. [f]) Idem AA. et CC. Laurinae [19]) — Si iure non subsistit testamentum, in hoc nec libertates (quum non fuisse adiectum [20]), ut pro codicillis scriptum valeret, proponas) recte datas constabit [21]).

12. [g]) Idem AA. et CC. Rhyso [22]). — Si heredes iure facto testamento solemniter adierint hereditatem, ex testamento tibi libertas quaesita, postea [23]) colludentibus tam scriptis heredibus, quam ab intestato vindicantibus successionem, adimi non potuit. Quodsi sponte repudiaverint sibi delatam successionem, omnia, quae in testamento fuerant scripta, defecisse convenit. Si vero, ut vos fraudarent [24]) libertate, collusisse eos [25]) praeses animadverterit, secundum haec, quae divus Pius Antoninus constituit [26]), libertatibus consuli providebit. S. Kal. Decemb. Sirmii, AA. Conss. [27]) [293—304.]

13. [h]) Idem AA. et CC. Martiali. — Statuliberis datam libertatem adimi ab herede non posse, certum est; nec alienatio nec usucapio statuliberi, quo minus exsistente conditione libertatem consequatur, nocere potest.

14. [i]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. — Directas libertates graecis verbis liceat in testamentis relinquere, ut ita libertates directae [28]) datae videantur, ac si legitimis verbis eas testator dari iussisset. Dat. prid. Id. Septemb. Constantinop. [29]) Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [30]) [439.]

15. [k]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. [31]) — Quum constitutio divi Marci declarat [32]), si quis conuito testamento, vel sine testamento moriens, ut locus fiat ab intestato successioni, libertates reliquerit, nemo autem adire vult [33]) defuncti hereditatem, eo quod suspecta esse videtur [34]), et fuerint libertates forsitan et [35]) sine scriptis fideicommissariae relictae, licere vel

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 3. 62. (*T. VI. p.* 297.) — *Sch. g — i.* (*T. VI. p.* 318.) — [b]) *Bas. XLVIII.* 3. 63. (*T. VI. p.* 298.) — *Sch. k.* — [c]) *Bas. XLVIII.* 3. 64. — *Sch. l. m.* (*T. VI. p.* 319.) — [d]) *Bas. XLVIII.* 3. 65 — *Sch. n.* — [e]) *Bas. XLVIII.* 3. 66. — *Sch. o. p.* — [f]) *Bas. XLVIII.* 3. 67. — *Sch. q.* (*T. VI. p.* 320.) *Cuiac. Recitatt. ad Cod. h. t. nostrum rescr. iungit cum l.* 2. *C. si advers. solut. II.* 33. — [g]) *Bas. XLVIII.* 3. 68. (*T. VI. p.* 299.) — *Sch. r.* — [h]) *Bas. XLVIII.* 3. 69. — *Sch. s.* — [i]) *hausta ex Nov. Theod. XXIII. i. f., ex qua et descendunt l.* 8. *C. de testam. tut. V.* 28. *et l.* 21. *C. de testam. VI.* 23. — [k]) *Bas. XLVIII.* 3. 70. — *Sch. t — y.* (*T. VI. p.* 321.)

[1]) Imp. Antoninus A. *Bk.*, *haud dubie propter subscr.*, *contra codd.*; *v. not.* 4. — [2]) Achillao, *ms. Pist.*; Anchilao *mss. pleraque.* — [3]) pp VI. *ms. Pist.* — [4]) *subscr. om. Hal.*; *num nostra vitio careat, quaeri potest, quum a.* 215. *solus Antoninus Caracalla regnaverit.* — [5]) *mss. Cas. Vat. Bg., S. Perus.*; Quintio *ms. Pl.* 1.; Quintiniano *ed. Nbg.*; Quintiliano *Hal. et rell.* — [6]) non *ins. ed. Nbg.*; *quam sequitur Hal. in textu, sed corr. in not.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Bk.*; observari *edd. Nbg. Hal. et rell.*; φυλαττῆναι *Schol. Bas.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; extranei *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἐξωτικῷ προσώπῳ *Schol. Bas.* — [9]) Iusto *mss. nonn.*; Vestae *al.* — [10]) *subscriptionem, quae abest ab Hal. et rell., restitui ex ms. Pist.* — [11]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *S. Perus.*; Zemello *ms. Bg.*; Cemellio *ed. Nbg.*; Tremellio *Hal. et rell.* — [12]) libertati *edd. Schf. Hal., consentiente Schol. Bas.* — [13]) praestitit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ.*; praestiterit *ed. Schf.*; δέδωκεν *Schol. Bas.* — [14]) secutis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ.* — [15]) et Thauro *ms. Bg.*; Auro *ms. Pl.* 1. — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; proponitur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; solum *edd. Nbg. Hal. et rell., refragante Cuiac. in Recitatt. ad Cod. h. t.* — [18]) *ms. Pl.* 1.; sed ab *ms. Gt.*; sed et *mss. rell., edd.* — [19]) Laurino *mss. nonn.*; Laurae, Launae, Largino *al.* — [20]) additum *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; aditum *ms. Pl.* 2. — [21]) *Cuiac. huic rescr. tribuit eandem subscr., quae est in l.* 1. 2. *C. II.* 33. (*v. not. f.*), *utrum ex codd., an sua ductus de coniunctione utriusque reser. opinione, nescio.* — [22]) Phico, Phito, Chizo, Ruchzo, Riso *mss. mea.* — [23]) post *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; defraudarent heredes *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* heredes *om. omnia mss. Russ. et Schol. Bas.* — [25]) heredes *ins. ms. Gt., ed. Schf.* — [26]) *Schol. Bas. sic vertit, ac si legeretur:* quae divus Pius et Antoninus constituerunt. — [27]) S. K. d. Sir. aa. cc. ss. *ms. Pist.*, *unde restitui subscr.*, *quae abest ab Hal. et rell.* — [28]) directe *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp. contra Nov. Theod.* — [29]) pridie Septembris, *omisso loco, Russ.* — [30]) *subscr. abest ab Hal. Cont. Char. Pac. Sp., licet a Russ. fuerit tentata ac pronus sit restitutionis fons.* — [31]) Mennae P. P. *ms. Pl.* 1. — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; declaret *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; velit *Hal. et rell.* — [34]) *mss. Pl.* 2. *Gt., ed. Schf.*; videatur *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. rell.* — [35]) et *ignorat Schol. Bas.*

vel cuilibet extraneo vel uni ex servis, qui et ipse libertate donatus est et pro sua periclitatur conditione, adire hereditatem sub hac conditione et satisdatione, quod et creditoribus omnibus satisfaciat, et libertates imponat his, quibus voluit testator; variae dubitationes ex hac constitutione emerserunt. Nam si res hereditariae herede minime invento venierint, an et post venditionem earundem rerum possibile est [1]), vel servum vel quemlibet alium adire, et recuperare quidem ab emtoribus res, satisfacere autem creditoribus et libertatibus, quaerebatur. Et licet divus Severus semel rebus venditis hoc non admisit, nobis tamen, Ulpiani sententia admonente[2]), placuit, maxime propter libertates, ne depereant, et post venditionem rerum annale remedium dare divi Marci constitutioni, intra quod et creditoribus omnibus satisfiat, et emtores nihil novi patiantur, qui annalem saepe sentiebant rescissionem [3]), et licere servo, qui libertate donatus est, vel alii cuidam extraneo vel ante venditionem rerum, vel post venditionem, intra annale tamen [4]) tempus, adire hereditatem et res recuperare, prius satisdatione danda, ut tam libertatibus quam creditoribus satisfiat [5]). §. 1. Sin autem libertatibus quidem omnibus satisfacere quis polliceatur, creditoribus autem non in solidum, sed in partem solvere creditum, illi autem huiusmodi pactionem admiserint, sancimus, et in huiusmodi casu consultissimi principis locum habere constitutionem, et eum modis omnibus admittendum esse censemus, maxime quum ex voluntate creditorum hoc [6]) interponitur; nolentibus etenim creditoribus admitti talem petitionem [7]) nullo modo concedimus. §. 2. Sin vero quidam ex servis libertatem amplexi fuerint, alii autem censuerint esse respuendam, et in hunc casum extendenda est divi Marci oratio, et procul dubio et in hac specie audiendus est petitor hereditatis, et maneat liberum arbitrium servorum, sive ad libertatem venire volunt, sive in servitute [8]) remanere. Licet enim romanam civitatem recusare nemini servorum licitum sit [9]), tamen in hoc casu, ne propter quorundam indevotionem alii maneant in servitute, volentibus quidem omnibus servis licere in libertatem pervenire, nolentibus autem quibusdam vel recusantibus spontaneam servitutem imminere oportet, et quem patronum habere noluerint, dominum suum, et forsitan acerbum, sentiant. §. 3. Sin vero non omnes libertates adimplere pollicitus fuerit, sed certum numerum servorum ex his, qui ad libertatem venire [10]) iussi sunt, melius est, si quidem res hereditariae sufficiunt ad implendos creditores, etiam omnibus servis dare libertatem, etsi hoc pollicitus non est. Sin autem deest [11]) in exsolvendis [12]) creditoribus, humanius est, ut pauci saltem veniant [13]) ad libertatem. §. 4. Sed hoc quidem antiquis dubitationibus remedium invenimus. Bellissimam autem repletionem praefatae constitutioni donantes sancimus: Si [14]) non unus veniat hereditatis petitor, sed plures, si quidem [15]) uno momento uterque vel ampliores, omnibus detur licentia communiter hereditatem adire, prius satisdatione ab omnibus danda, ut creditoribus et libertatibus satisfaciant. Sin autem per intervalla temporum hoc fiat, qui primus veniat [16]), habeat praerogativam, si etiam satisdationem praestare potest; illo enim [17]) cessante hoc facere, alii gradatim secundum tempora petitionis succedant. Et hoc intra annale tempus observetur. §. 5. Sin autem uno pollicente quosdam liberos facere, non autem totos, alius emerserit, satisdationem paratus idoneam praestare, quod omnibus creditoribus et omnibus libertatibus satisfaciat, aequissimum est, eum admitti, ut omnes libertates indistincte celebrentur. Quod privilegium damus non solum servo, qui libertate donatus est, sed etiam ei, cui nulla libertas relicta est, ut aliquid venustum eveniat, ut per eum, cui relicta libertas non est, aliis libertas imponatur. §. 6. Sed si quidem, antequam prior hereditarias res et libertatem accipiat, hoc eveniat, secundo petitori vel tertio vel deinceps ampliores libertates pollicentibus fieri locum censemus. Sin autem iam rebus servo, qui primus petiit hereditatem, datis, et libertatibus ab eo quibusdam servis hereditariis impositis, quidam servus alius hereditarius vel liber [18]) extraneus hoc facere maluerit, licebit quidem hoc ei impetrare, et sub maioribus pollicitationibus et satisdationibus hereditatem accipere, sed prior in libertate petitor maneat, licet res ab eo abstrahantur [19]); his omnibus intra annum, secundum quod dictum est, celebrandis, ex quo prior petitor iudicem adierit.

Tit. III.

[a]) DE LEGE FUSIA [20]) CANINIA [21]) TOLLENDA.

1 Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Servorum libertates in testamento relictas, tam directas quam fideicommissarias, ad exemplum inter vivos libertatum indistincte valere censemus, lege Fusia Caninia de cetero cessante, nec impediente, testantium pro suis servis clementes dispositiones effectui mancipari. Dat. Kal. Iun. Iustiniano PP. A. II. Cons. [22]) [548.]

TIT. IV.

---

[a]) *Dig.* XL. 4.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [2]) *ms. Pl.* 1., *Russ. in marg.*; admodum *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nostra lectio magis accedit ad Schol. Bas.*, *in quo vertitur* ἡ Οὐλπιανοῦ γνώμη ὑπομιμνήσκοντος. — [3]) refusionem *Cont. in marg.*; ἀνάσχεσιν *Schol. Bas.* — [4]) tamen *om. ms. Bg.*, *Schol. Bas.* — [5]) satisfaciat *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; haec *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *utrumque abest a ms. Gt.* — [7]) *ms. Bg.*, *ed. Nbg.*; condicionem *ms. Gt.*; pactionem *mss. Pl.* 2. *Bg*, *edd. omnes*; *sed* τὴν τοιαύτην αἴτησιν *Schol. Bas.*; *v.* §. *seq.* — [8]) servitutem *mss. Pl.* 1. 2., *omn. mss. Russ.*; *sane Schol. Bas.* εἰς τὴν δουλείαν διαμεῖναι. — [9]) licet *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *ed. Schf.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; iure *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*, *sed hoc additam. et respuit Schol. Bas.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; aliquid *add. Russ. et rell.*, *etiam contra Schol. Bas.* — [12]) exsolvendo *ms. Pl.* 1. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *ed. Schf.*; perveniant *edd. Nbg. Hal. et rell.*; ἔλθωσι *Schol. Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1 2. *Bg. Gt*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ut si *Cont.* 66. *et rell.*, *refragante Schol. Bas.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; quidem, *omisso si*, *Cont.* 66. *et rell.*; *sed* εἰ μὲν *Schol. Bas.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; venit *Hal. et rell.*; ὅστις πρῶτος ἔλθῃ *Schol. Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; autem *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sane* ἐκείνου δὲ *Schol. Bas.* — [18]) vel quilibet *edd. Nbg. Hal.*; *sed Schol. Bas. quoque* ἢ ἐλεύθερος. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *Cuiac. Recitatt. h. t.*, *Bk.*; distrahantur *edd. rell.*; *sed Schol. Bas.* τὰ πράγματα παρ' αὐτοῦ ἀφαιρεθῶσι. — [20]) Fufia *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *pleraque mss. Cont.*; Fuffia *ed. Nbg.*, *S. Perus.* — [21]) canina *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Nbg.*; candiva *ms. Pist.* — [22]) *subscr. abest ab Hal.*; Dat. Kal. Iun. . . . AA. Conss. *Russ. et rell.*, *nisi quod Bk. habet* A. Conss.; *diem firmat ms. Pist.*, *quod ita pergit* pp. a. css. *Iam quum dubitari nequeat, Iustiniani consulatum significari, et quum in Cod. sub secundo tantum consulatu Iustiniani Mennas Praef. praet. obveniat, equidem planiorem edere subscr. non dubitavi.*

Tit. IV.

[a]) DE FIDEICOMMISSARIIS LIBERTATIBUS.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. [1]) Primo [2]). — Quum proponas, hereditatem eius [3]) aditam non esse, a quo tibi fideicommissariam libertatem relictam dicis, et ab intestato alium, quam qui scriptus est [4]), hereditatem possedisse, si non a legitimo quoque herede fideicommissaria libertas repetita est, nullo iure praestari eam ab eo, qui rogatus non est, desideras. Plane si pecunia accepta heredem institutum omisisse hereditatem docueris, libertatem tibi praestare cogetur. PP. XIII. Kal. Mart. Laterano et Rufino Conss. [197.]

2. [c]) Imp. Antoninus A. Valerio. — Quamvis codicilli, quibus avunculo defunctae legatus esse videris [5]), falsi pronuntiati sunt, tamen si ante motam criminis quaestionem iustam libertatem es a legatario consecutus, posterior eventus non infirmat ita datam libertatem. Plane secundum divi Hadriani constitutionem datur heredi viginti aureorum repetitio.

3. [d]) Imp. Alexander A. Lucio. — Quum libertatem mulieribus sub conditione datam proponas, quid dubium est, eos, qui ex his ante impletam eam eduntur, servos nasci, et pertinere ad heredes iure dominii? His enim demum succursum est, qui post moram praestandae libertatis progeniti sunt, ut liberi et ingenui nati videantur.

4. [e]) Idem A. Hadriano [6]). — Si voluntate domini in libertate est morata, cui fideicommissaria libertas debita [7]) fuit, secundum senatusconsultum et constitutiones ad id pertinentes [8]) civis Romana facta, ingenuos peperit. Sed si nunquam ab ea [9]) libertas petita est, sibimet imputare debet, quum [10]) interea progeniti ex ea servi sunt [11]).

5. Idem A. Dionysio. — Minor annis lege definitis nec per fideicommissum libertatem supremis suis elogiis [12]) relinquere potest, nisi his, quorum causam probare [13]) potest.

6. [f]) Idem A. Maximo [14]). — Deberi etiam alienae ancillae fideicommissariam libertatem placuit; nec deficit hoc debitum, si interim domina, si modo nihil ex iudicio eius, qui quaeve reliquit libertatem, perceperit, noluit vendere, quia possit tempore procedente, ubicunque occasio redimendae ancillae fuerit, praestari libertas.

7. [g]) Idem A. Nicomedi [15]). — Hi, quibus per fideicommissum libertas supremis indiciis relinquitur, eorum liberti efficiuntur, a quibus manumittuntur. PP. Kal. April. Fusco [16]) et Dextro Conss. [17]) [225.]

8. [h]) Idem A. Eutycheti. — Quum proponas, fideicommissariam libertatem ita tibi datam, si uxori testatoris placuisset, licet ea [18]) non adeunte hereditatem ad filium solida hereditas pertinere coepit [19]), non refragante tamen uxore testatoris, potes petere libertatem. PP. XV. Kal. Septemb. Fusco et Dextro Conss. [20]) [225.]

9. [10.] [i]) Idem A. [21]) Mercuriali. — Fideicommissaria quidem libertas ita tibi relicta, quum testatoris filius ad annum vicesimum quintum pervenisset [22]), non intercidit, licet heredem intra praestitutam aetatem decessisse proponas; tempore quippe [23]), quo, si viveret, praefinitam aetatem impleturus foret, spem libertatis non [24]) intercidere, vetus placitum est. PP. Kal. April. Pompeiano et Peligno Conss. [25]) [231.]

10. [9.] [k]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Daphnidi [26]). — Etsi non adscripta libertate testator servum suum tutorem filiis suis dederit, receptum est [27]) et libertatis et pupillorum favore, ut per fideicommissum manumisisse eum videatur. Et si non suum proprium, sed alienum servum, conditionem eius sciens, tutorem adscripserit, aeque fideicommissariam libertatem datam, nisi aliud evidenter defunctum sensisse appareat, prudentibus placuit. PP. III. Kal. Mart. Seculare et Donato Conss. [28]) [260.]

11.

---

[a]) *Dig. XL.* 5. — [b]) *cfr. not. f. ad l.* 2. *de testam. man. VII.* 2. — [c]) *Bas. XLVIII.* 13. 1. (*T. VI. p.* 499.) — *Sch. a. b.* (*T. VI. p.* 502.) — [d]) *Bas. XLVIII.* 13. 2. (*T. VI. p.* 500.) — *Sch. c. d.* (*T. VI. p.* 503.) — [e]) *Bas. XLVIII.* 13. 3. — *Sch. e. Hoc rescr. sequitur post leg.* 5. *h. t. in mss. Vat. Pl.* 2. — [f]) *Bas. XLVIII.* 13. 4. — *Sch. f.* (*T. VI. p.* 504.) — [g]) *Bas. XLVIII.* 13. 5. — *Sch. g. Reliquam partem hui. tit. a l.* 7. *usque ad v.* censemus *in l.* 17., *exhibet plmps. Veron.* — [h]) *Bas. XLVIII.* 13. 6. — *Sch. h.* — [i]) *Bas. XLVIII.* 13. 7. — *Sch. i.* (*T. VI. p.* 505.) *In edd. Nbg. Hal. et postea rell. legem* 9. Fideicommissaria *antecedit lex* 10. Etsi. *Sed ordinem, quem nos restituimus, flagitant mss. Veron. Cas. Bg. Gt., ed. Schf., S. Perus., Bas. In mss. Vat. Pl.* 2. *haec est series: l.* 7. Hi quibus, *l.* 9. Fideicomm., *l.* 8. Quum prop., *l.* 10. Etsi. — [k]) *Bas. XLVIII.* 13. 8. (*T. VI. p.* 501.) — *Sch. k.*; *iungenda l.* 5. *C. de testam. tut. V.* 28.

[1]) Imp. Severus A. et Antoninus C. *Bk.*, *propter subscr., sed contra codd.* — [2]) Primo *om. mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.*; Phileto *auctoribus mssis mavult Russ. in marg., ut coniungatur const. cum l.* 2. *C. VII.* 2. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; testatoris *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) erat *mss. Pl.* 1 *Bg. Gt., ed. Schf.* — [5]) videaris *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Nbg.* — [6]) Arriano *mss. pleraque.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; relicta *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἐκεχρεώστητο *Schol. Bas., in quo exhibetur* τὸ καὶ ἀποδα. — [8]) *hic interpungit Hal., sublata interpunct. post* fuit. — [9]) ab eo *ed. Nbg.*; ἐξ αὐτῆς *Schol. Bas.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; cur *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ὁπότε *Schol. Bas.* — [11]) sint *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [12]) elogiis *om. ms. Gt., optimi libri Russ.*; suis elogiis *om. ms. Bg.*; suis iudiciis *habent mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [13]) causa probari *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [14]) Maximiano *ms. Vat.*; Maximae *Russ. in marg.* — [15]) Nicomedio, Nicodemo *mss. nonn.* — [16]) II. *ins. BK.* — [17]) *subscr. abest ab Hal.*; *nostram tuentur mss. Veron. Pist.* — [18]) ea *om. mss. Veron. Pl.* 1. 2. — [19]) coeperit *edd.*; *sed indicativum tuentur mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*; pertinere coep. *post* hereditatem *collocant edd. Nbg. Hal. et rell. contra mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [20]) *ms. Veron.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [21]) *mss. Veron. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Iidem AA. *edd. Nbg. Hal. et rell., v. not. i.* — [22]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; pervenerit *ms. Pl.* 1., *Russ. et rell.*; *sed* pervenisse *ms. Veron.* — [23]) quidem *ms. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [24]) non *male om. ms. Veron.* — [25]) *subscriptionem, quae abest ab Hal. et rell. restitui ex ms. Veron. Fasti scribunt* Peligniano *cum constantem lect. in subscriptt. Cod.* — [26]) Dafno, Daphon, Dafino, Dafinae, Alfino *mss. mea*; Daphonio *S. Perus.*; Daphnae *l.* 5. *C. V.* 28. — [27]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; tamen *ins. Russ. et rell., etiam contra Schol. Bas.* — [28]) *ms. Veron.*; *Hal. et rell. omittunt subscriptionem, quae et ex l.* 5. *C. V.* 28. *restitui potuisset.*

11. [a]) **Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC.** [1]) **Flaviano.** — Si servus fuisti, ac tibi per fideicommissum libertas relicta fuit [2]), pervides [3]), sine manumissione te ad libertatem pervenire non potuisse. Quapropter, si verbis precariis constitutus servus libertatem accepisti, adiri praeses provinciae [4]) oportet, ut causa cognita, si tibi deberi libertatem perspexerit, ad manumittendum eum, qui debet, urgeat, vel si latitet, contra latitantem interposito decreto tibi prospiciat. — Sine die et consule [5]).

12. [b]) **Iidem AA. et CC. Irenaeo** [6]). — Ex verbo: **commendo** testamento vel codicillis non videri fideicommissariam libertatem relictam [7]), auctoritate iuris declaratur. Dat. VI. Kal. Mai. Sirmii, Caess. Conss. [8]) [294 — 305.]

13. [c]) **Iidem AA. et CC. Pythagoridae.** — Si te, donatam [9]) ante matrimonium uxori suae, post [10]), ei legato relicto, manumitti testamento [11]) seu codicillis [12]) verbis precariis a successoribus voluit, tam hos [13]) ad redemtionem et manumissionem, quam eam, quae in capiendis relictis defuncti consensit iudicio, teneri, tibique fideicommissariam deberi libertatem, non ambigitur. S. VII. Id. Decemb. Caess. Conss. [14]) [294 — 305.]

14. [d]) **Imp. Iustinianus A. Iuliano** [15]) **P. P.** — Quum inter veteres dubitabatur, si fideicommissariam libertatem possibile esset relinqui servo, qui adhuc in ventre portaretur, et homo fieri speraretur, nos, vetus iurgium decidentes, libertatis favore censemus, et fideicommissariam nec non directam libertatem suam firmitatem habere sive in masculo sive in femina, quae [16]) adhuc in ventre vehitur materno [17]), ut cum libertate solem respiciat, etsi mater sua adhuc in servitute constans eum vel eam ediderit. Sin autem plures creati vel creatae sint, sive unius fecit mentionem, sive pluraliter nuncupavit, nihilominus omnes ad libertatem a primis veniant cunabulis [18]), quum in ambiguis sensibus melius est [19]), et maxime in libertate, favore eius humaniorem amplecti sententiam. Dat. Kal. Octob. Constantinop. [20]) **Lampadio et Oreste VV. CC. Conss.** [21]) [530.]

15. [e]) **Idem A. Iuliano** [22]) **P. P.** — Ancillam sive servum, quum [23]) fideicommissaria libertas eis [24]) relicta sit, sancimus, si mora libertatis a debitore [25]) facta fuerit, sententia praesidis eripi in [26]) libertatem, et nullo facto aut voluntate ab herede exspectanda, sed talem habere eos libertatem, quasi ab ipso testatore directis verbis fuerint libertatem consecuti, quum satis impium atque absurdum est [27]), heredes testatoris differre voluntates [28]), maxime quum ad libertatem respiciant [29]). Dat. Kal. Octob. Constantinop. **Lampadio et Oreste VV. CC. Conss** [30]) [530.]

16. [f]) **Idem A. Iuliano P. P.** — Si quis in suo testamento rogaverit suum heredem ex liberis ancillae suae, quam nominaverit, unum, quem elegerit, ad libertatem perducere, et, quum ancilla unum vel plures enixa est, heres, neque dum superest, in libertatem aliquem adduxerit, vel quum deliberat, quis ad libertatem perducendus [31]) est, ab hac luce fuerit subtractus; dubitabatur ab antiquis, utrumne omnes, an quidam, aut [32]) nemo ex his ad libertatem pervenant [33]). Sed veteris quidem iuris altercatio multa sibi [34]) super huiusmodi casibus resonavit [35]). Nos autem heredis coercentes malignitatem, si non voluntatem testatoris adimpleverit, et mox, quum potuerit, non elegerit unum ex liberis ancillae et eum libertate donaverit, sancimus, compelli non solum eum, sed etiam heredes vel successores eius omnes ancillae liberos in libertatem perducere [36]). Neque enim hoc contrarium est sententiae testatoris. Quum enim [37]) omnimodo quendam ex his liberum esse disposuerit [38]), et non ad certum corpus, sed ad omnes respexerit [39]), si non pareatur [40]) eius voluntati, sine dubio ex sententia

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 13. 9. — *Sch. l. m.* — [b]) *Bas. XLVIII.* 13. 10. — *Sch. n.* (*T. VI. p.* 506.) [c]) *Bas. XLVIII.* 13. 11. — *Sch. o. p.* — [d]) *Bas. XLVIII.* 13. 12. — *Sch. q.* — [e]) *Bas. XLVIII* 13. 13. — *Sch. r.* (*T. VI. p.* 507.) — *Cuiac. Obss. XVIII.* 20. *hanc const. recte coniungit cum l.* 6. *C. ad SCt. Orfit. VI.* 57. — [f]) *Bas. XLVIII.* 13. 14. — *Sch. s.*

[1]) et CC. *om. mss. Cas. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [2]) fuerit *mss. Veron. Pl.* 2. — [3]) provides *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., sed contra ms. Veron.*; σκοπεῖς *Schol. Bas.* — [4]) *ms. Veron.*; adire praesidem [praeside *ms. Bg.*] provinciae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; adire praesidem prov. te *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* προσέλευσιν δέξασθαι ἐ ἄρχων — ὀφείλει *Schol. Bas.*, *in quo est* τὸ κατὰ πόδας. — [5]) *ms. Pist*; Sine die et css. *ms. Veron.*; Sine — cons. *om. Hal. et rell.* — [6]) *ms. Veron.*; Yreneo, Yrineo, Hirineo, Hereneo *rell. mea mss.*; Hyreno *ed. Nbg.*; Hyrenio *Hal. et rell.* — [7]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; esse *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed nos etiam Schol. Bas. tuetur.* — [8]) *subscriptionem, quae abest ab Hal. et rell., restitui ex ms. Veron.* — [9]) donata *ms. Veron., sed contra Schol. Bas.*, *quod autem ignorat* te. — [10]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; postea *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [11]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; testamento manumitti *ms. Bg., edd. rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; seu *ins. ms. Veron., Russ. et rell., sed contra Schol. Bas.*, *in quo est* τὸ κατὰ πόδας. — [13]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.*; eos *edd. rell.*; heos *ms. Pl.* 1. — [14]) *ms. Veron.*; *subscr. om. Hal. et rell.* — [15]) Mennae *ms. Pl.* 1.; Ioh. *S. Perus.* — [16]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; qui quaeve *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed contra omn. mss. Russ., quae om.* qui, *et contra Schol. Bas.* ἥτις. — [17]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; materno *om. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἐν τῇ γαστρὶ — τῇ μητρικῇ *Schol. Bas.* — [18]) ad prima veniant cunabula *ms. Veron.*; *sane Schol. Bas.* πρὸς τὰ πρῶτα σπάργανα. — [19]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [20]) *ms. Veron.*, *quod cum rel. subscr. convenit*; *locus abest a rell.* — [21]) *subscr. om. Hal.* — [22]) Ioh. *S. Perus.* — [23]) si *ms. Veron.*; cui *mss. Pl.* 2. *Bg.*; *sed* ὅτι *Schol. Bas.* — [24]) eis *om. mss. Bg. Gt.*; ei *ms. Pl.* 2., *edd.*; *sed contra mss. Pl.* 1. *Veron., et Schol. Bas.*, *in quo est* αὐτοῖς. — [25]) mora a debitore libertatis *mss. Veron Pl.* 2., *ed. Schf.* — [26]) ad *ms. Veron.* — [27]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [28]) *mss. Veron. Bg. Bg, edd. Nbg. Hal.*; voluntatem *rell.*, *sed* βουλήσεις *Schol. Bas.* — [29]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*; respiciunt *edd. Nbg. Hal.*; respiciat *edd Schf. Russ. et rell.* — [30]) *ms. Veron.*; *subscr. abest ab Hal. et rell., licet Cuiac. Obss. XVIII.* 20. *nostrae const. eandem subscr. recte tribuisset, quam dudum habet l.* 6. *C. VI.* 57. — [31]) producendus *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.* — [32]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; an *ms. Bg., Russ. et rell.* — [33]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg.*; perveniat *ms. Pl.* 1., *edd.*; *sed* ἔρχονται *Schol. Bas.* — [34]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; multa sane *Hal. et rell., sed contra Schol. Bas., quod nostram lect. tuetur*; sane *om. ms. Gt.* — [35]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; resonuit *Hal. et rell.* — [36]) producere *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *sane* προαγαγεῖν *Schol. Bas.* — [37]) enim *ab omnibus abesse, Russ. in marg. monet*; *sed dubito, an accurate ita.* — [38]) disposuit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — [39]) respexit *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [40]) paretur *ms. Veron.*

tentia testatoris omnes ad libertatem perveniunt. Similemque esse definitionem censemus, et si non ab herede, sed a legatario vel fideicommissario testator rogaverit libertatem imponi. Sic etenim iusto timore heredes vel [1]) legatarii vel fideicommissarii perterriti et voluntatem testatoris adimplere procurent, et sibi non ex omnium libertate quaudam afferri patiantur iacturam. Quodsi reclamaverint, sibi tale dispendium imputent, non ex nostra lege, sed ex sua lugentes instantia. Dat. XV. Kal. Decemb. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. [2]) Conss. [3]) [530.]

17. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Quum quidam servum suum ita legavit [4]), ut legatarius libertatem ei imponat, et heres, ad huiusmodi legatum improbe versatus, servum dare legatario dedignatus est, ut etiam lite pulsetur, et index non in ipsum servum, sed in aestimationem litis condemnationem proferat; veteris [5]) iuris interpretes dubitabant, ne quod [6]) obstaculum libertati ex hac causa procedat, et si placuerit eandem deberi libertatem, a quo danda est [7]), utrumne ab herede an a legatario, et si heres imponat libertatem, an legatarius, quod ex pecuniaria condemnatione accepit, firmiter detinet [8]), sive [9]) totum, sive ex parte, sive etiam nihil. Talem itaque altercationem resecantes, miramur, quare index, qui praepositus [10]) est in praedicta causa, non omnimodo condemnationem in servum, sed in aestimationem eius fecerit [11]), quum ipsius vitium etiam huiusmodi praebuit altercationi occasionem. Unde si talis quaestio emerserit, nullum quidem iudicem ita esse stultum putamus, ut huiusmodi proferat condemnationem, sed si legatarius immineat, quatenus ei servus restituatur, et post litem contestatam duorum mensium spatium effluxerit, censemus, illico ad libertatem eripi servum, et illum quidem liberum esse, heredem autem pro sua indevotione [12]) omnes expensas, quas legatarius in lite [13]) fecit, in quadruplum ei condemnari, iure patronatus integro legatario servando.

Tit. V.

[b]) DE DEDITITIA LIBERTATE [14]) TOLLENDA.

1. Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Dedititia conditio nullo modo in posterum nostram rempublicam molestare concedatur, sed sit penitus deleta, quia nec in usu esse reperimus, sed vanum nomen huiusmodi libertatis circumducitur. Nos enim, qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in nostris esse legibus, quae re ipsa obtinent. Dat. . . . . Lampadio et Oreste Conss. [15]) [530.]

Tit. VI.

DE LATINA LIBERTATE [16]) TOLLENDA ET PER CERTOS MODOS IN CIVITATEM ROMANAM [17]) TRANSFUSA [18]).

1. [c]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum deditiii liberti iam sublati sint, quapropter [19]) imperfecta Latinorum libertas incertis vestigiis titubata [20]) et quasi per saturam [21]) inducta adhuc remanet, et non inutilis quidem pars eius deminuitur, quod antem ex [22]) ipsa rationabile est, hoc in ius perfectum deducitur? Quum enim [23]) Latini liberti ad similitudinem antiquae Latinitatis, quae in coloniis [24]) missa est, videntur esse introducti, ex qua nihil aliud reipublicae, nisi bellum accessit civile, satis absurdum est, ipsa origine rei sublata, imaginem eius derelinqui [25]). Quum igitur multis modis et paene innumerabilibus Latinorum introducta est conditio, et leges diversae et senatusconsulta introducta sunt, et ex his difficultates maximae emergebant, tam ex lege Iunia [26]), quam ex Largiano senatusconsulto, nec non ex edicto divi Traiani, quorum plenae quidem fuerant nostrae leges, non autem in rebus eorum fuerat experimentum; studiosissimum nobis visum est, haec quidem omnia et Latinam libertatem resecare, certos autem modos eligere, ex quibus antea quidem Latina competebat libertas, in praesenti autem Romana defertur conditio, ut his praesente lege enumeratis, et civibus Romanis nascentibus, ceteri omnes modi, per quos Latinorum nomen inducebatur, penitus conquiescant, et non Latinos pariant, sed pro nullis habeantur. Quis enim patiatur talem esse libertatem, ex qua [27]) ipso tempore mortis in eandem personam simul et libertas et servitium [28]) concurrant, et qui quasi liber moratus est [29]), eripiatur non solum in mortem, sed etiam in servitutem? §. 1. Sancimus itaque, si quis per epistolam servum suum in libertatem perducere [30]) maluerit, licere ei hoc facere quinque testibus adhibitis, qui post eius literas, sive in subscriptione positas sive per totum textum effusas, suas literas supponentes, fidem perpetuam possint chartulae praebere. Et si hoc fecerit, sive per se scribendo sive per tabularium, libertas

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 13. 15. (*T. VI. p.* 502.) — *Sch. t—y.* (*T. VI. p.* 508.) — [b]) *In ms. Vat. titt. V. et VI. positi sunt post tit. VII.* — [c]) *Bas. XLVIII.* 14. 1. (*T. VI. p.* 510.) — *Sch. u.* (*T. VI. p.* 513.) — §. 3. *hui. const. est in Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 72.; *ad eandem* §. *cfr. l.* 4. §. 2. *C. de bonis libert. VI.* 4.

[1]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; aut *ms. Pl.* 1.; et *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Veron. Pist.*, *Bk.*; VV. CC. *om. rell.* — [3]) *subscr. om. Hal.*; *nostram firmant mss. Veron. Pist.* — [4]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; legaverit *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [5]) veteres *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; *sed* τοῦ παλαιοῦ νομίμου *Schol. Bas.* — [6]) quid *ms. Veron.*, *ed. Schf.* — [7]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; detineat *ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [9]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; in *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [10]) propositus *ms. Veron.* — [11]) fecerat *mss. Veron. Pl.* 2.; fecit *ms. Gt.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; *in pro vitando graecismo ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed nostram leet. tuetur Schol. Bas.* — [13]) in litem *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [14]) libertinitate *Hal. Russ. Cont. in not.* — [15]) *Russ ex vet. libro*, *Cont.* 62. *Bk.*; *subscr. abest ab Hal. et rell.* — [16]) libertinitate *Hal. Russ. Cont. in not.* — [17]) in civitate romana *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. ed. Schf.*, *S. Perus.* — [18]) transfusam *ms. Cas.*, *S. Perus.*, *Coll. Ans. ded.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Cuiac. Recitatt. ad Cod. h. t.*; eapropter *Russ. et rell.*; *sed* διά τι *Schol. Bas.* — [20]) *edd. Nbg. Hal.*; titubabat *ed. Schf.*; titubat *mss. et rell. edd.*; *sed* σκαζουσα *Schol. Bas.* — [21]) per satiram *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; per satyram *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* κατασιτοῦραν (*scr.* κατὰ σάτουραν) *Schol. Bas.*; *v. Const.* Omnem reipubl. §. 1. — [22]) re *ins. Sp.*, *male.* — [23]) enim *non agnoscit Schol. Bas.* — [24]) colonis *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Sp.*; colonias *Hal. Russ. Cont. in not.*, *consentiente Schol. Bas.* — [25]) relinqui *omn. mss. Russ.*; *genuina scriptura esse videtur* eiusdem relinqui. — [26]) Iulia *ms. Gt.*, *ed. Schf.* — [27]) in *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf Hal.*; servitus *Russ. et rell.* — [29]) est *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ms. Bg. ante correct.* — [30]) producere *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; *et sic saepius variat lectio.*

bertas servo competat quasi ex imitatione codicilli delata, ita tamen, ut et [1]) ipso patrono vivente et libertatem et civitatem habeat Romanam. §. 2. Sed et si quis inter amicos libertatem dare servo suo maluerit, licebit ei, quinque similiter [2]) testibus adhibitis, suam explanare voluntatem et, quod liberum eum esse voluerit, dicere. Et hoc sive inter acta fuerit testificatus, sive testium voces attestationem sunt amplexae, et literas tam publicarum personarum quam testium habeant, simili modo servi ad civitatem perducantur Romanam, quasi ex codicillis similiter libertatem adipiscentes. §. 3. Sed scimus, hoc etiam esse in antiqua Latinitate ex edicto divi Claudii introductum, quod, si quis servum suum aegritudine periclitantem sua [3]) domo publice eiecerit, neque ipse eum procurans, neque alii eum commendans, quum erat ei libera facultas, si non ipse ad eius curam sufficeret, in xenonem eum mittere, vel quo poterat modo eum adiuvare, huiusmodi servus in libertate Latina antea morabatur, et quem ille morientem [4]) antea [5]) dereliquit, eius bona iterum, quum moreretur [6]), accipiebat. Talis itaque servus, libertate necessaria a [7]) domino etiam nolente re ipsa donatus, fiat illico civis Romanus, nec aditus in iura patronatus quondam domino reservetur. Quem enim a sua domo suaque familia publice repulit, neque ipse eum procurans, neque alii commendans, neque eum in venerabilem xenonem mittens, neque consueta ei praebens salaria, maneat ab eo eiusque substantia undique [8]) segregatus, tam in omni tempore vitae liberti, quam quum moriatur, nec non postquam iam fuerit in fata sua concessus [9]). §. 4. Similique modo, si quis ancillam suam sub hac conditione alienaverit, ne prostituatur, novus autem dominus impia mercatione eam prostituendam esse tentaverit, vel si pristinus dominus iniectionem manus in tali alienatione sibi servaverit [10]), et quum ad eum fuerit reversa, ipse ancillam prostituerit, illico in libertatem Romanam eripiatur, et qui eam prostituerit, ab omni iure patronatus repellatur. Qui enim ita demum [11]) degener et impius constitutus est, ut talem exerceat mercationem, quomodo dignus est vel ancillam vel libertam eam habere? §. 5. Sed et qui domini funus pileati antecedunt, vel in ipso lectulo stantes cadaver ventilare videntur, si hoc ex voluntate fiat vel testatoris vel heredis, fiant illico cives Romani. Et ne quis vana liberalitate [12]) iactare se concedatur, ut populus quidem eum quasi humanum respiciat, multos pileatos in funus procedentes adspiciens, omnibus autem deceptis maneant illi in pristina servitute, publico testimonio defraudati, fiant itaque et hi cives Romani, iure tamen patronatus patronis integre servato [13]). §. 6. Illo procul dubio observando, ut, si quis sive in testamento sive vindicta quendam manumiserit, licet hoc dixerit vel scripserit, quod voluerit [14]) esse Latinum, supervacua adiectio Latinitatis aboleatur, et [15]) fiat civis Romanus, ne modi, qui ab antiqua observatione in civitatem Romanam homines perducebant, per privatorum voluntates deminui videantur. §. 7. Sed et si sub conditione quidam [16]) libertatem servo suo reliquerit, et adhuc pendente conditione extraneus heres libertatem ei imposuerit, non, ut antea, Latinus, sed civis fiat Romanus. Et si quidem conditio defecerit, ipsius heredis, qui libertatem imposuit [17]), maneat libertus. Sin autem fuerit adimpleta [18]), ne eripiatur liberis forsitan et cognatis ius patronatus, orcinus libertus videatur, et ad eum iura patronatus perveniant, cui leges concedunt. §. 8. Illud etiam satis acerbum nobis visum est, quod putabat antiquitas, si in liberali iudicio superatus fuerat servus a domino, deinde servi pretium ab aliquo ei solutum est, in Latinitate eum remorari. Quemadmodum enim rationabile est, et pretio eum perfrui, et mortis liberti tempore denuo eum in servitutem deducere, quum non sint ambo casus sibi consentanei? Et in praesenti igitur casu libertas Romana ei accedat, iure patronatus minime ei subnixo, quia ipse quodammodo sibi libertus invenitur. §. 9. Sed et si quis homini [19]) libero suam ancillam in matrimonium collocaverit, et dotem pro ea conscripserit, quod solitum est in liberis personis solum [20]) procedere, ancilla non Latina, sed civis efficiatur Romana. Si enim hoc, quod frequentissime in cives Romanas [21]), et maxime in nobiles personas fieri solet, id est dotalis instrumenti conscriptio, et in hac persona adhibita est, necessarium est, consentaneum effectum huiusmodi [22]) scripturae observari.

[a]) Authent. de nuptiis. §. Si vero ab initio. et §. Adscriptitio. (Nov. 22. c. 10. et 17.) — *Ad hoc qui suam ancillam credenti* [23]) *tradidit in matrimonium tanquam liberam, sive confecerit dotalia instrumenta, sive non* [24]), *aut sciens, eam duci, tacuit ex studio, dominium eius amittit, eaque ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de servo. Si vero nec domini voluntas nec taciturnitas studiosa interveniat, et quis credidit, liberae se iungi personae, illa vero famula exsistere declaretur, ipso iure matrimonium non tenet. Adscriptitio autem alieno*

[a]) *In mss. Pl.* 1. *Bg. haec auth. finit in vv. de servo*; *ms. Pl.* 2. *etiam solum usque ad haec vv. convenit cum textu, et postea ita pergit: sed non de ascripticio, ille enim, etsi consentiat dominus, non efficitur liber, nec ullum erit matrimonium. Ut e. t. §. ascriptitio. — Cfr. Savigny Gesch. d. R. R. i. MA. T. IV. p.* 43.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; ut ex *ed. Schf.*; ut, *om. tam* et *quam* ex *Russ. et rell., contra Schol. Bas.* — [2]) similiter quinque *edd. Nbg. Hal. et rell. contra mss. mea.* — [3]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ms. Pl.* 1. *ante correct., edd. Nbg. Schf. Hal., Coll. Ans. ded.*; a sua *Russ. et rell.* — [4]) moriendo *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; moriendum *ms. Bg., Coll. Ans. ded.*; τεθνηζόμενον *Schol. Bas.* — [5]) antea *om. mss. Pl.* 2. *Bg., ms. Pl.* 1. *ante correct., consentit Schol. Bas.* — [6]) moriebatur *ms. Pl.* 1. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omn. mss. Russ., ed. Schf., Coll. Ans. ded.*; a *om. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* παρὰ τοῦ δεσπότου *Schol. Bas.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omn. mss. Russ., ed. Schf., Coll. Ans. ded.*; penitus *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* πανταχόθεν *Schol. Bas.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; iam fuerit in fata sua conlapsus *Coll. Ans. ded.*; iam in fata sua concesserit *Hal. et rell.*; *sed* concessus fuerit *omn. mss. Russ.*; fato suo *Hal. Russ. Cont. in not.* — [10]) *mss. Pl.* 1. *Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; servavit *ms. Bg.*; reservaverit *ms. Pl.* 2., *edd. rell.*; *sed* ἐφύλαξεν *Schol. Bas.* — [11]) demum *om. mss. Pl.* 2. *Gt., Schol. Bas.* — [12]) libertate *mss. Pl.* 1.; *sed* φιλοτιμίᾳ *Schol. Bas.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; reservando *ed. Schf.*; reservato *Russ. et rell.*; *sed* φυλαττομένου *Schol. Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; eum *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; ita *ins. edd. Nbg. Hal. et rell., contra Schol. Bas.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; quidem *Hal. et rell.*; *sed* εἰ δὲ καὶ — τις *Schol. Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; imposuerit *edd Nbg. Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ.*; conditio *ins. edd., contra Schol. Bas.* — [19]) huiusmodi *Hal. in textu, sed corr. in not.*; ἀνθρώπῳ *Schol. Bas.* — [20]) solis *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [21]) romanos *ms. Gt.*; *sed* Ῥωμαίας *Schol. Bas.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; huius *edd.*; *sed* τῆς τοιαύτης γραφῆς *Schol. Bas.* — [23]) *liberam ins. ms. Pl.* 2.; *liberam esse ins. ed. Schf.* — [24]) *sive confec.* — *sive non om. mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf.*

alieno nubere liberam non licet, ignorante vel sciente nec consentiente domino, immo datur licentia domino per se vel per praesidem abstrahere adscriptitium suum, et plagis mediocribus eum castigare.

§. 10. Similique modo, si dominus inter acta quendam servum filium suum [1]) nominaverit, voci eius, quantum ad liberam conditionem, credendum est. Si enim ipse tali affectione fuerit accensus, ut etiam filium suum servum nominare non dedignetur [2]), et hoc non secreto neque inter solos amicos, sed etiam actis intervenientibus et quasi in iudicii figura nominaverit, quomodo potest eum servum iterum saltem morientem habere? Sed perducatur et ipse in civitatem Romanam, vera libertate, et non falso sermone domini sui sustentatus. §. 11. Ille autem [3]) novissimus antiquae Latinitatis modus in civitatem Romanam translatus eligendus est, si quis instrumenta, ex quibus servus ostendebatur, vel dederit servo vel corruperit. Sed ne furandi occasio servis forsitan detur et sua malignitate in libertatem perveniant, talis modus certa et indubitata probatione manifestetur, ut testibus praesentibus, non minus quinque, dominus instrumenta vel det famulo suo, vel deleat aut alio modo corrumpat. Et ex eo igitur modo civitatem Romanam ei competere censemus, salvo iure patronatus tam in hac specie, quam in ceteris, nisi ubi specialiter hoc patronis denegavimus. §. 12. His tantummodo casibus ex omni iure Latinitatis antiquae electis, ceteri omnes modi [4]), qui in libris prudentium vel constitutionibus enumerati sunt, penitus conquiescant, nec Latini ab eis procedant, sed maneant, ut dictum est, servi in sua conditione, nec tali remedio abuti concedantur. Et ne in posterum aliquod ius Latinae libertatis [5]) nostris legibus incurrat, lex Iunia taceat, Largiano senatusconsulto cessante, sileat edictum divi Traiani, quod ea [6]) sequebatur, et si qua alia lex vel senatusconsultum vel etiam constitutio loquitur de Latinis, ea inefficax, quantum in [7]) eam partem, remaneat, et triplex antea via libertatis, quae multiplices introducebat ambages, uno directo tramite discat ambulare. Quodsi aliqua lex vel constitutio libertatis faciat mentionem, non autem Latinitatis, ea pro civitate Romana loqui intelligatur. §. 13. Sed si quidem [8]) liberti iam mortui sunt, et bona eorum quasi Latinorum his, quorum intererat, aggregata sunt, vel adhuc vivunt, nihil ex hac lege innovetur, sed maneant apud eos iure antiquo firmiter detenta [9]) et vindicanda. In futuris autem libertis praesens constitutio locum sibi vindicet. Dat. Kal. Novemb. [10]) Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [11]) Conss. [531.]

Tit. VII.

DE COMMUNI SERVO MANUMISSO.

I. [a]) Imp. Iustinianus A. Iuliano [12]) P. P. — In communes servos eorumque libertates [13]), et quando cuidam domino pars libertatem imponentis accrescit, nec ne, et maxime inter milites, qui huiusmodi imponunt libertatem [14]), ambiguitas multa exorta est apud veteres [15]) iuris auctores. Et inventa est constitutio apud Marcianum in Institutionibus [16]) divi Severi, per quam idem Imperator disposuit, necessitatem imponi heredi [17]) militis comparare partem [18]) socii, et servum libertate donare. Sed et alia constitutio divorum [19]) Severi et Antonini principum reperta est, ex qua generaliter necessitas imponebatur socio, partem suam socio suo [20]) vendere, quatenus libertas servo imponatur, licet nihil lucri ex substantia socii morientis alii socio accedat, pretio videlicet arbitrio praetoris constituendo, secundum ea, quae et Ulpianus libro sexto Fideicommissorum et Paulus libro tertio Fideicommissorum refert, ubi et hoc relatum est, quod et Sextus Caecilius [21]), iuris antiqui conditor, definivit, socium per praetorem compelli suam partem vendere, quatenus liber servus efficiatur; quod et Marcellus apud Iulianum in eius Digestis notat. Hocque Marcellum, quum Iulianum notaret, retulisse palam est. §. 1. His itaque apud veteres [22]) iuris auctores inventis, decidentes tales altercationes generaliter sancimus, ut nulla inducatur differentia militis seu privati in servis communibus, sed in omnibus communibus famulis, sive inter vivos sive in ultima dispositione libertatem quis legitimam imponere communi servo voluerit, hoc faciat, necessitatem habente socio vendere partem suam, quantam in servo possidet, sive dimidiam, sive tertiam, sive quantamcunque, et si plures sint socii, uno ex his libertatem imponere cupiente, alios omnes necessitatem habere partes suas, quas in servo possident, vendere ipsi, qui libertatem servo imponere desiderat, vel heredi eius, licet et ipse [23]) communis servus [24]) heres institutus sit, et hoc moriturus dixerit, ita tamen, ut omnimodo ipse, qui partes alias comparaverit, vel heredes eius libertatem imponant. §. 2. Sin autem socius vel socii recusa-

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 14. 4. (*T. IV. p.* 510.) — *Sch. b—g.* (*T. VI. p.* 519.)

[1]) suum *om. edd. Nbg. Hal.*; τινὰ δοῦλον ἴδιον ὄν *Schol. Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; indignetur *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἀπαξιώσῃ *Schol. Bas.* — [3]) etiam *mss. Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; Κακεῖνος δὲ *Schol. Bas.* — [4]) modi *om. mss. Bg. Gt., accedente Schol. Bas.* — [5]) libertinitatis *ms. Pl.* 1.; *sed* ἐλευθερίας *Schol. Bas.* — [6]) *mss. Bg. Gt.*; eam *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; ex ea *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ὅπερ τούτοις ἠκολούθει *Schol. Bas.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; ad *Hal. et rell.*; ὅσον εἰς τοῦτο τὸ μέρος *Schol. Bas.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; si quidam *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* εἰ μὲν οἱ ἀπελεύθεροι *Schol. Bas.* — [9]) detinenda *ms. Pl.* 1. — [10]) *ms. Bg. ex subscr. diem habet ita:* D. XX. K. iul. — [11]) *Bk.*; Or. IVI. CC. *ms. Pist.*; Or. IIII. (IV.) *Russ. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [12]) Iohanni *ms. Pl.* 1. — [13]) libertatem *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [14]) *mss. Pl.* 1 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; libertates *Russ. et rell.* — [15]) veteris *coni.* — [16]) *ms. Bg., Cuiac. Paratitl. et Recitatt. in Cod. h. t.*; constitutionibus *mss. Pl.* 1. 2., *edd.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; heredibus *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) partes *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [19]) divorum *om. mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; divi *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [20]) suo *om. edd. Nbg. Hal. et rell., contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. et ed. Schf.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; Sextus Aelius *Russ. et rell.*; *nostram lect. habet Cuiac. Obss. VII.* 25., *Russardinam idem in Paratitl. et Recitatt. ad Cod. h. t.*; *v. Merillii Variant. ex Cui. lib. II. cap.* 11. — [22]) veteris *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [23]) licet ipse *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., in qua* ei *ins. post* communis; *idem ins. post* ipse *ms. Pl.* 2. — [24]) servus *om. edd. Nbg. Hal.*

recusaverint pretium accipere, licentiam ei damus, offerre hoc per publicas personas et sigillo impresso in aedem sacram deponere, et sic habere facultatem servum libertate donare, et eum habere plenissimam libertatem et civitate Romana perfrui et nullum timere ex sociis. Sibi etenim [1]) imputent, si, quum liceret [2]) lucrari pretium, hoc accipere differunt [3]). §. 3. Sed ne circa peculium servi aliqua fiat dubitatio, peculium eius in omnes socios pervenire [4]) iubemus ex partibus, pro quibus quisque dominium servi possidet; licentia concedenda ei, qui libertatem moriens imponit, etiam eius peculium, quod ei attingit, liberto concedere. Iura autem patronatus procul dubio pro suo ordine ad eum venire, qui libertatem donavit. §. 4. Sin autem servus ratiociniis suppositus sit [5]), ne ratiocinia pereant vel libertas impediatur, praesidem provinciae vel competentem iudicem tempus statuere [6]), intra quod debet [7]), ratiociniis antea factis, et debitis, quae ex his apparuerint, redditis, ita ad libertatem venire. §. 5. Ne autem quantitas servilis pretii sit incerta, sed manifesta, sancimus, servi pretium sive ancillae, si nulla arte sunt imbuti, viginti solidis [8]) taxari, his videlicet, qui usque ad decimum annum suae venerint aetatis, in decem tantummodo solidis ponendis; sin autem aliqua arte praediti sunt, exceptis notariis et medicis, usque ad triginta solidos pretium eorum redigi, sive in masculis sive in feminis. Sin autem notarius sit vel medicus, sive masculus sive femina, notarius quidem usque ad quinquaginta, medicus autem usque ad sexaginta taxetur. Sin vero eunuchi sint servi communes maiores decem annis, si quidem sine arte sint, in quinquaginta solidos computentur, si autem artifices, usque ad septuaginta [9]). Minores etenim decem annis eunuchos non amplius triginta solidis aestimari volumus. Et eorum partem competentem socii accipient, et [10]) libertatem eis per competentes iudices imponere compellentur. §. 6. Sin autem, uno ex sociis libertatem sive [11]) imponere sive relinquere servo cupiente et pretium dante, alter vel alteri ex his ipsi [12]) se velle dixerint libertatem imponere et pretium dare, melior quidem causa erit eius, qui primus ad hanc rationem pietatis perveniet [13]). Si tamen sub obtentu libertatis et ipsi ad hoc prosiluerint, tunc iudicem competentem omnes compellere, sine pretio ei libertatem imponere; peculio quidem in omnes secundum partem dominii distribuendo, iura autem patronatus secundum sui naturam omnibus, qui libertatem imposuerint, aequaliter habentibus. §. 7. Ius autem [14]) accrescendi, quod antiqua iura in communibus servis manumittendis introducebant, nullius esse momenti, nec in posterum frequentari penitus concedimus. Dat. Kal. April. Lampadio et Oreste VV. CC. [15]) Conss. [16]) [530.]

2. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Quum apud omnes iuris peritos hoc placitum est, ut servus communis apud unumquemque dominum partim sit proprius, partim alienus, ut ex hac causa possit et ipse legato honorari, et ipse [17]) legari, huiusmodi incidit quaestio. Duo vel plures domini communem servum habebant, sed unus ex his ipsi servo suam partem, quam in eo habebat, legavit. Et semel accepta dubitationis occasione, hoc vetustas in magnum extulit [18]) certamen. Quum igitur nos [19]), sensum huiusmodi [20]) legati crebra indagatione aggredientes, duplicem eum esse opinamur (aut enim putavit testator, liberum fieri posse ex parte servum, qui huiusmodi legatum ei reliquit [21]), aut, si hoc minime cogitavit, affectu [22]) socii fecit, ut ei acquiratur, heredes autem suos eundem servum possidere minime voluit, ut sit manifestum a suo patrimonio penitus esse eum alienatum); in tali itaque comparatione nos, qui fautores libertatis sumus, sic ambiguam testatoris interpretamur voluntatem, tanquam si voluerit eum libertate in sua parte donare. Et quum iam de communibus servis manumittendis statuimus, quid in huiusmodi casibus fieri oporteat [23]), ex illius sanctionis tenore et huiusmodi species sit definita. Fiat itaque liber, ex parte quidem testatoris secundum eius voluntatem, ex altera autem parte ex nostra definitione, pretio secundum praedictae [24]) constitutionis tenorem [25]) vel sociis ab herede praestando, vel, si accipere noluerint, tam [26]) offerendo quam consignando et periculo eorum deponendo, quum satis abundeque imperiale est, humaniorem sententiam pro durioribus sequi. Dat. XV. Kal. Decemb. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [27]) [530.]

TIT. VIII.

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 15. 5. (*T. VI. p.* 512.) — *Sch. h—m.* (*T. VI. p.* 521.)

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; sibi enim *edd. Nbg.*; sibimet etenim *ed. Schf.*; sibimet enim *Russ. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; eis *ins. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; differrent *ms. Pl.* 2.; distulerunt *Russ. et rell.* — [4]) pertinere *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. Russ.*, *ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; est *edd. rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; oportet *add. edd. Schf. Russ. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; debeat *Cont. et rell.* — [8]) solidos *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *idem statim infra est in ms. Pl.* 1. — [9]) sexaginta *ed. Nbg.*, *Hal. in textu, sed corr. in not.*; *cfr. etiam l.* 3. *pr. C. VI.* 43. — [10]) accipientes, *om.* et, *mss. Pl.* 1. 2. — [11]) sive *om. ms. Pl.* 1. *ante correct.*, *ms. Bg.* — [12]) ex ipsis *ms. Pl.* 1.; ex his et ipsi *ms. Pl.* 2. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; pervenerit *ed. Schf.*; pervenit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) enim *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.* — [15]) Or. III. *ms. Pist.*, *Russ. Cont. Char. Pac.* — [16]) *subscr. om. Hal.* — [17]) ipse *om. ms. Bg.* — [18]) extollit *ms. Pl.* 1. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *omnes libri Russ.*; Nos igitur *Russ. et rell.*; *sed* Ὁπότε οὖν ἡμεῖς *Bas.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; huius *edd.*; *sed* τοῦ τοιούτου *Bas.* — [21]) dereliquerit *ms. Bg.*, *ed. Schf.*; dereliquit *mss. Pl.* 1. 2. — [22]) affectus *Char. Pac. Sp.*, *male.* — [23]) oportet *mss. mea*, *ed. Schf.* — [24]) nostre *ms. Gt.*; *consentiunt Bas.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; vel socio *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*, *refragantibus Bas.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Schf. Bk.*; id *ins. Cont.* 62.; eam *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *utrumque contra Bas.* — [27]) *hanc subscript. restituit Merillius Opp. II. p.* 91. *ita:* Datum Constant. XV. Kal. Dec. VV. CC. Lamp. et Or. Conss.; *subscr. abest ab Hal. et rell.*

Tit. VIII.

DE SERVO PIGNORI DATO MANUMISSO.

1. [a]) Impp. Severus et Antoninus AA. Proculo. — Licet dotale mancipium vir, qui solvendo est, possit manumittere, tamen si te pignori quoque datum mulieri apparuerit, invita ea non posse libertatem assequi, non ambigitur. PP. XII. Kal. Mai. Antonino A. II. et Geta II. Conss. [1]) [205.]

2. [b]) Iidem AA. Abascanto [2]). — Libertas a debitore fisci servo data, qui pignori non est ex conventione speciali, sed tantum privilegio fisci obligatus, non aliter infirmatur, quam si hoc fraudis consilio effectum detegatur.

3. [c]) Iidem AA. Antonio. — Ab eo, qui bona sua pignori obligavit, quae habet quaeque habiturus esset, posse servis libertatem dari, certum est. Non idem iuris est in his servis, qui pignoris iure specialiter traditi vel obligati sunt. PP. III. Kal. Ianuar. Pompeiano et Avito Conss. [3]) [209.]

4. [d]) Imp. Alexander A. Sabiniano. — Si, ut proponis, consentiente creditore, cui pignoris iure cum aliis mancipiis obligatus fuisti, a debitore manumissus es, potuisti ad libertatem pervenire. PP. VI. Id. Mai. [4]) Alexandro A. Cons. [5]) [222.]

5. [e]) Idem A. Extricatiano [6]). — Si creditoribus satisfactum fuerit, ancillae, quae pignori obligatae a debitore manumissae erant, liberae fiunt. Nam ipse manumissor, si fraudem se fecisse creditoribus, ut revocet libertates, audeat dicere, audiri non debet nec heredes eius. PP. III. Kal. Iun. Maximo II. et Aeliano Conss. [7]) [223.]

6. [f]) Idem A. Auctori [8]). — Si tutor tuus de pecunia tua servos emtos manumisit, quoniam huiusmodi servi, sicut ceteras res pupillaribus pecuniis emtae, iure pignoris ex constitutione divorum parentum meorum obligati sunt, favore pupillorum liberi facti non sunt.

7. Imp. Gordianus A. [9]) Iulianae. — Sive quum nupsisses mancipia in dotem dedisti, sive post datam dotem de pecunia dotis maritus tuus quaedam comparavit, iuris [10]) rationibus dominia eorum ad eum pervenerunt. Ideoque frustra quaestionem super statu manumissorum conaris inferre, qui eius facti [11]), qui comparavit vel in dotem accepit, ab eo iure potuerunt manumitti.

Tit. IX.

g) DE SERVIS REIPUBLICAE MANUMITTENDIS

1. Imp. Gordianus A. Epigono. — Si ita, ut lege municipali constitutionibusque principum comprehenditur, quum servus publicus esses, ab ordine, consentiente etiam praeside provinciae, manumissus es, non ex eo, quod is, quem dederas vicarium, in fugam se convertit, iugo servitutis, quod [12]) manumissione evasisti, iterato cogeris succedere.

2. Idem A. Hadrianae. — Si decretum ordinis auctoritas rectoris provinciae comprobavit, quo is libertatem acceperat, cui postea fueras, ut proponis, matrimonio copulata, natam ex huiusmodi matrimonio et civem Romanam esse et in patris potestate, non est opinionis incertae.

3. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Philadelpho. — Titulo non praecedente [13]), quibus dominia servorum quaeri solent, municipum libertus servus non efficitur. Si itaque secundum legem Vectibulici [14]), cuius [15]) potestatem senatusconsulto, Iuventio [16]) Celso iterum et Neratio [17]) Marcello consulibus facto, ad provincias porrectam constitit, manumissus civitatem Romanam consecutus es, post vero ut libertus tabulariam administrando libertatem, quam fueras consecutus, non amisisti [18]), nec actus tuus filio ex liberis ingenuo suscepto, quominus decurio esse possit, obfuit [19]).

Tit. X.

DE HIS, QUI A NON DOMINO MANUMISSI SUNT.

1. [i]) Imp. Antoninus A. Corneliano [20]). — Eum, qui servos alienos ac si suos manumittit, ut pretium eorum dominis, si hoc elegerint, dependat, [21]) quanti sua interest, saepe rescriptum est teneri [22]). PP. Kal. Mart. Antonino A. IV. [23]) et Balbino [24]) Conss. [213.]

2.

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 15. 1. (*T. VI. p.* 522.) — *Sch. a—c.* (*T. VI. p.* 523.); *Cuiac. Recitatt. ad Cod. h. t. recte iungit leg.* 1. *C. de remiss. pign. VIII.* 26. — [b]) *Bas. XLVIII.* 15. 2. — *Sch. d. e.* — [c]) *Bas. XLVIII.* 15. 3. — *Sch. f. g.* (*T. VI. p.* 524.) — [d]) *Bas. XLVIII.* 15. 4. — *Sch. h.* — [e]) *Bas. XLVIII.* 15. 5. — *Sch. i.* — [f]) *Bas. XLVIII.* 15. 6. (*T. VI. p.* 523.) — *Sch. k. l.* — [g]) *Dig. XL.* 3. — [h]) *Cuiac. Recitatt. ad Cod. h. t. iungit leg.* 1. *C. de iure aureor. annul. VI.* 8. — [i]) *Bas. XLVIII.* 16. 1. (*T. VI. p.* 525.) — *Sch. a. b.* (*T. VI. p.* 527.)

[1]) *subscr. leg.* 1. *C. VIII.* 26. *hoc loco cum Cuiacio* (*Opp. T. X. p.* 689. *ed. Neap.*) *restitui; abest subscr. ab Hal. et rell.* — [2]) Absento *ms. Bg.* — [3]) *subscriptionem, quae abest ab Hal. et rell., ex ms. Pist. restitui.* — [4]) D. K. Sept. *ms. Bg., quod conservatur.* — [5]) *subscr. abest ab Hal.* — [6]) *mss. Cas. Vat.*; Extricationae, Extricato *mss. rell.*; Extritatiano *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) *subscr., quae abest ab Hal. et rell., ex ms. Pist. a me restituta est.* — [8]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.*; Auctioni *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [9]) Id. A. Gord. A. *ms. Bg.*; Idem A. *al.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ. et Cont., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; iustis *Russ. et rell.*; *sed τοῖς τοῦ νομίμου λογισμοῖς Schol. Bas.* — [11]) *φάσκω ἐκείνου Schol. Bas.* — [12]) quam *ms. Bg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; Titulis non praecedentibus *Russ. et rell.*; *cfr. l.* 6. *C. VII.* 14. — [14]) vectibilici *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; vectiblibici *ms. Pl.* 2.; vetitilybiti *ms. Gt.*; Vectii libici *in mss. Cont.*; Vettii Lybici *coni. Cuiac. Recitatt. h. t.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; legis *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) *Bk.*; Inventio *ms. Bg.*; Iubentio *rell. mss. et edd.* — [17]) Veratio *ms. Bg.* — [18]) admisisti *ms. Pl.* 1. — [19]) *videtur subscr. leg.* 1. *C. VI.* 8. *hic restituenda esse propter Cuiacii coniecturam sane verosimilem.* (*v not. h.*) — [20]) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg., S. Perus.*, Cornelio *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) vel *ins. Hal. et postea rell. contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Schf., et contra Schol. Bas.* — [22]) teneri *om. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., nec agnoscit hanc vocem Schol. Bas.* — [23]) IV. *ins. Bk., et recte hic num., quem om. Russ. et rell., inseritur secundum ms. Pist., quod habet* K. vv. — [24]) II. *ins. Bk. ex fastis*; *subscr. abest ab Hal.*

2. [a]) Imp. Alexander A. Mercuriali. — Felicissima, quam mandante te servum [1]) emisse dicis, si dominium servi, quem manumisit, nondum ad te transtulerat, frustra petis, ut denegata libertate eius, quem manumissum dicis, possessio tibi tradatur.

3. [b]) Idem A. Pompeio [2]). — Qui tibi hereditatem vendidit, antequam res hereditarias traderet, dominus earum perseveravit, et ideo manumittendo libertatem servo hereditario praestitit. PP. VI. Kal. August. [3]) Agricola et Clementino [4]) Conss. [230.]

4. [c]) Impp. Valerianus et Gallienus [5]) AA. Zoilo. — Si non proprietatem donaveras, sed ministerium ancillae dederas, libertatem mancipio dando ea, quae precarium usum habebat [6]), dominio tuo nihil praeiudicavit. Nemo enim alienum servum, quamvis ut proprium manumittat, ad libertatem perducere potest . . . X. Kal. August. Seculare et Donato Conss. [7]) [260.]

5. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [8]) Marcellinae. — Si tradita sunt ex donatione mancipia, ius manumittendi donatrix non habuit. PP. V. Kal. Mai. Maximo II. et Aquilino Conss. [9]) [286.]

6. [e]) Iidem AA. et CC. [10]) Mido [11]). — Si pater servum vestrum, licet vobis minoribus viginti annis consentientibus, manumisit, ei libertatem praestare non potuit. S. Non. Mart. . . . . Conss. [12]) [293 — 305.]

7. [f]) Imp. Constantinus A. ad Bassum [13]). — Si a non dominis [14]) libertas detur mancipio alieno, si quidem ab his indicibus impetrabitur, quibus dandi ius est, sine ulla trepidatione poenae facilis dissolutio est. Si vero iubentibus nobis quidquam lege actum esse doceatur, et non dominus, ut alienum mancipium manumitteretur, petiisse probetur [15]), tunc eodem, qui in conspectu nostro libertatem monstrabitur a non domino [16]) consecutus, ei protinus, ad cuius proprietatem pertinet, restituto, is, qui mancipium alienum fallendo principis conscientiam manumisit, mancipia duo cogatur domino eius dare huiusmodi [17]) sexus aetatis atque artis, cuius constiterit esse manumissum, et alia tria fisco eadem ratione similia. Quae mulcta non semper imponitur, sed potius conquiescit [18]), si forte manumissus inferentem sibi quaestionem status obiecta legitima praescriptione potuerit excludere, quum sibi amissi mancipii damna debeat imputare [19]), qui in perniciem suam gesta taciturnitate firmaverit [20]). PP. Id. Iul. Constantino A. V. et Licinio Caes. Conss. [319.]

Tit. XI.

8) QUI MANUMITTERE NON POSSUNT, ET NE IN FRAUDEM CREDITORUM MANUMITTATUR.

1. [h]) Imp. Alexander A. Antiocho. — Certum ius est, non alias directas libertates per legem Aeliam Sentiam, quae sunt [21]) in fraudem creditorum manumissorum [22]), revocari, nisi et consilium fraudis hoc animo [23]) manumittentis, et eventus damni suum recipere volentium sequatur. Inter creditores autem etiam eos numerandos esse, quibus fideicommissum debetur, olim placuit. PP. III. Id. Novemb. Maximo II. [24]) et Aeliano Conss. [25]) [223.]

2. [i]) Idem A. Nataliano. — Servos meos nec per interpositam personam ad libertatem perducere homines peculii sui posse, mandatis [26]) comprehenditur.

3. Idem A. Iustinae. — Divo Marco auctore amplissimus ordo censuit, ne quis [27]) spectaculo, quod edatur, actorem suum alienumve servum manumitteret, et si factum esset, pro infecto haberetur.

4. [k]) Idem A. Felicissimo. — Si minor annis viginti ad libertatem praestandam homines tradidisti, senatusconsulto quod gestum est irritum constituitur. PP. III. Id. Mai. Iuliano et Crispino Conss. [28]) [224.]

Authent.

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 16. 2. (*T. VI. p.* 526.) — *Sch. c.* — [b]) *Bas. XLVIII.* 16. 3. — *Sch. d. e.*; *gemina const. est l.* 6. *de hered. vend. IV.* 39. — [c]) *Bas. XLVIII.* 16. 4. — *Sch. f. g.* (*T. VI. p.* 528.) — [d]) *Bas. XLVIII.* 16. 5. — *Sch. h.* — [e]) *Bas. XLVIII.* 16. 6. — *Sch. i.* — [f]) *l.* 1. *Th. C. de his, qui a non dom. IV.* 9. — *Bas. XLVIII.* 16. 7. — *Sch. k — n.* — [g]) *Dig. XL.* 9. — [h]) *Bas. XLVIII.* 7. 33. (*T. VI. p.* 446.) — *Sch. u. x.* (*T. VI. p.* 457.) — [i]) *Bas. XLVIII.* 7. 34. — *Sch. y.* (*T. VI. p.* 458.) — [k]) *Bas. XLVIII.* 7. 35. — *Sch. z. a.*; *Coll. Ans. ded P. VII. c.* 64.

[1]) servos *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [2]) Pontio *ms. Pl.* 1.; Pomponio *l.* 6. *C. IV.* 39.; Pompeiano *al.* — [3]) V. K. Aug. *ms. Bg.*; VIII. Kal. Iul. *l.* 6. *C. IV.* 39. — [4]) *l.* 6. *C. IV.* 39.; Clemente *Russ. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [5]) Diocl. et Max. *ms. Bg.*; *sed v. subscr.* — [6]) habet *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; haberet *ms. Gt.*, *ed. Schf.* — [7]) *subscriptionem restitui ex ms. Bg.*, *in quo consules ita habentur:* Seculār. Donāt. vv. cc. ss. — [8]) *mss. Pist. Cas. Bg.*, *S. Perus.*; et CC. *add. rell.* — [9]) *subscriptionem restitui ex ms. Pist.*, *in quo conss. ita scribuntur:* max. et aqliañ. ss.; *in ms. Bg. dies est hic:* V. K. iunii. — [10]) et CC. *om. ms. Pist.*, *S. Perus.* — [11]) *mss. Pist. Vat. Bg.*, *S. Perus.*; Midosi *ms. Cas.* (*initiali verbo rescr. ad inscr. reluto*); Milo *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Milio et aliis *Hal. et rell.* — [12]) *hanc subscr. lacunosam restitui ex ms. Pist.* — [13]) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ.*, *S. Perus.*, *Theod. C.*; P. P. *add. ms. Pl.* 1., *Cont. Char. Pac. Sp.*; Pf. U. *add. Bk.* — [14]) non a dom. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Theod. C. ed. Gothofr.*, *consentiente Schol. Bas.* — [15]) probetur *om. Theod. C.* — [16]) non a dom. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *absunt haec vv. a Theod. C.*, *neque ea agnoscit Schol. Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; eiusmodi *ms. Gt.*, *ed. Nbg.*; cuiusmodi, *omisso seq.* cuius, *Theod. C.*, *cum quo facit Schol. Bas.*; eiusdem *Hal. et rell.* — [18]) conquiescat *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; is *add. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; firmavit *ms. Bg.*, *edd. rell.* — [21]) fiunt *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Bk.*; *sed* αἵτινες εἰσὶν *Schol. Bas.*, *quod exhibet* τὸ κατὰ πόδας. — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; alienatae *ins. ed. Schf.*; datae *ins. Russ. et rell.*; *utrumque contra Schol. Bas. Apud Bk. commate hic sublato interpungitur post* creditorum. — [23]) hoc est animo *mss. Pl.* 1. 2. (*in ms. Pl.* 1. *ante emend. fuisse videtur* hocce animo); hoc est animus *ms. Bg. ex correct.*, *edd. omnes*, *quam lect. falsam esse ostendit Schol. Bas.* εἰ μὴ καὶ βούλην ζημίας τουτῳ τῷ λογισμῷ ἐλευθεροῦντος. — [24]) II. *recte Bk.*; V. *Russ. et rell.*, *ms. Pist.* — [25]) *subscr. om. Hal.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*; principum *addunt edd.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*; *in ins. ms. Bg.*, *edd. rell.* — [28]) *subscr.*, *quae abest ab edd. omn.*, *restitui ex Coll. Ans. ded.*

Anthent. ut sponsalitia largitas. § Et hoc quoque. (Nov. 119. c. 2.) — *Sed hodie, ex quo testari possunt, et libertates possunt relinquere, antiqua lege cessante.*

5.[a]) Idem A. Prisco. — Si in fraudem eorum, quae fisco debebantur, probari potest libertas data, non valet. Sed si pecuniam is, quem patrem tuum appellas, emtori [1]) dedit, et ab eo redemtus ad libertatem perductus est, nihil videtur bonis defuisse eius, qui fisci debitor dicitur.

6.[b]) Impp. Diocletianus et Maximianus. AA. et CC. Olympio. — Nec fideicommissariam libertatem a pupilla sua servis debitam tutorem posse praestare, certi iuris est. Unde si hos, quos tu rogata fueras manumittere tempore certo aetatis tuae, ad libertatem non perduxisti, sed tutor manumisit, remanserunt in servitute.

7.[c]) Idem AA. et CC. Zotico. — Si debitor ex administratione curae, dominus tuus, non solvendo constitutus, fideicommissariam tibi reliquit libertatem, quum in fideicommissariis libertatibus eventum inspici tantum obtinuerit, nihil eius voluntas tibi prodesse potest [d]).

Tit. XII.

[e]) QUI NON POSSUNT AD LIBERTATEM PERVENIRE.

1.[f]) Impp. Severus et Antoninus AA. [2]) Torquato. — Quum divus [3]) pater meus constituerit, a praesidibus provinciarum, vel qui coercendorum maleficiorum potestatem habent, in perpetua vincula damnatos ad libertatem perduci [4]) non posse, hi, qui intra tempora poenae liberi et heredes esse iussi sunt, aut legatum fideicommissumve acceperunt, neque libertatem adipisci, neque quidquam eorum, quae his [5]) data sunt, capere possunt. Quodsi poenae tempus compleverint, iam omni vinculo exsoluti, et quasi ad pristinam vel simplicem servitutis conditionem redacti, et libertatem et si qua testamentis dominorum illo tempore defunctorum acceperunt, sine ulla quaestione poenae praeteritae consequantur [6]).

2.[g]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Theodoro. — Is quidem, qui [7]) testamento vetitus est manumitti, ad libertatem non potest pervenire. Sed in proposito interest, utrumne eos, quos cum filio educatos esse testator expresserit [8]), propter familiare ministerium et usum filiorum necessarium et venire [9]) et manumitti noluerit [10]), an quasi male meritis poenam irrogaverit. Nam priore casu, morte eius, cui consulebatur, obsequii necessitate finita, libertas potest pervenire, posteriore [11]) id, quod poenae causa in servos statutum est, necesse est vires suas obtinere, quando divis parentibus meis placuerit, eiusmodi [12]) testamentorum [13]) leges perpetuam servitutem male meritis servis irrogare, ut nec per suppositum emtorem ad libertatem perduci possint.

Tit. XIII.

[h]) PRO QUIBUS [14]) CAUSIS SERVI PRAEMIUM [15]) ACCIPIUNT LIBERTATEM [16]).

1. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Firmino [17]). — Quoniam religiosa sollicitudo ad augendam provocandamque fidei observationem iuris praemio affici debet, si ad ulciscendam caedem domini incorruptis probationibus ac strenuo nisu constiteris, libertatem, quam his, qui dominorum caedem vindicant [18]), iampridem senatusconsulto [19]) et statutis principum praestari sancitum est, etiam tu pro tam ingentibus meritis, non ex ipso facto, sed aditione et [20]) sententia

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 7. 36. (*T. VI. p.* 447.) — *Sch. b.* — [b]) *Bas. XLVIII.* 7. 37. — *Sch. c.* — [c]) *Bas. XLVIII.* 7. 38. — *Sch. d.* — [d]) *Ant. Augustin. coll. graec. const. propter* §. 7. *I. Qui quibus ex caus. man. I.* 6. *suspicatur, ex hoc tit. graecam const. excidisse. Vero tamen similius est, novum ius, quod in* §. *cit. continetur, hoc ipso Inst. loco introductum fuisse. Cfr. Schrader ad* §. 7. *cit.* — [e]) *Dig. XL.* 9. — [f]) *Bas. XLVIII.* 17. 1. (*T. VI. p.* 529.) — *Sch. a — c.* (*T. VI. p.* 530.) — [g]) *Bas. XLVIII.* 17. 3. (*T. VI. p.* 530.) — *Sch. d — f.* (*T. VI. p.* 531.) — [h]) *Dig. XL.* 8. — [i]) *Bas. XLVIII.* 18. 1. (*T. VI. p.* 532.) — *Sch. a — c.* (*ibid.*). *Cuiac. Obss. XVIII.* 22. *coniectura valde probabili iungit leg.* 1. *C. de prec. imp. off. I.* 19.; *idem censent Russ. et alii editores in not.*

[1]) venditori *corr. Cuiac. Paratitl. et Recitatt. h. t., sane Schol. Bas. vertit* τῷ πωλήσαντι. — [2]) *Cuiac. Recitatt. h. t. emendat* Impp. Antoninus et Verus AA. *propter leg.* 33. *D. XLVIII.* 19., *sed contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. S. Perus., et omnes edd., in quibus omnibus, quum hic sit nominum ordo* Severus et Antoninus, *ne vestigium quidem Cuiacianae lect. inveniatur; accedit, quod in inscriptt. receptum esse videatur, imperatores, quos Cuiac. flagitat, Divos Fratres dicere, neutiquam vero nomina eorum exscribere; Hal. in not. monet, alias nullum Aug., alias simpliciter Antoninum scribi, et hoc ultimum etiam Cuiac. l. c. admittit, ita ut nomen fratris suppressum esse videatur.* — [3]) *mss. Pl.* 1. *Bg., meliora mss. Russ., mss. Cont., Cuiac. Recitatt. h. t.;* Claudius *ins. mss. Pl.* 2. *Gt., edd., contra Schol. Bas.* — [4]) produci *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [5]) quae ex his *ms. Bg.*; quae de his (iis) *edd. Nbg. Hal. Russ.*; *sed* ἅπερ αὐτοῖς *Schol. Bas.* — [6]) *Cuiac. Recitatt. h. t. subscr. hanc restituit:* Data XVI. Kal. Iul. ipsis Antonino et Vero AA. Conss. *Sed suspecta mihi est, quia non quadrat ad Impp., quos in inscr. retinui; v. not.* 2. — [7]) *mss. Pl.* 1 2. *Bg., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; in *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; expressit *Russ. et rell.* — [9]) veniri *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2.; noluit *ms. Bg.*; vetuit *ms. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; vetuerit *Russ. et rell.*; οὐκ ἠβούλήθη *Schol. Bas.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ms. Bg. ante correct., omnia mss. Russ.*; autem *ins. ed. Schf.*; autem casu *ins. edd. Nbg. Hal. et rell*; ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ *Schol. Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; huiusmodi *Russ. et rell.* — [13]) testatorum *Russ. in marg., cui accedit Schol. Bas.* — [14]) Quibus ex *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [15]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., S. Perus., Coll. Ans. ded.*; praemio *ms. Pist., ed. Schf.*; pro praemio *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) libertatis *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Caeterum vox* liberiat. *ultima est rubricae in mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., S. Perus., Coll. Ans. ded.*; libertatem accipiunt *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) Firmo, Firminae *al.*; *v. l.* 1. *C. I.* 19. *Caeterum* servo *add. Sp. Bk, contra mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus., et edd. omnes.* — [18]) indicant *Cuiac. Obss. XVIII.* 22.; *Bas. enim* Ὁ δοῦλος καταμηνύσας; *consuetam lect. praeter mss. et edd. et tuetur S. Perus. et l.* 1. *C. I.* 19. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; senatusconsultis *Hal. et rell* — [20]) *ex ed. Schf.*

sententia praesidis reportabis. PP. VII. Id. Decemb.[1]).... et Max. Conss.[2])

2.[a]) Imp. Constantinus A. ad Ianuarium[3]). — Servi, qui monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes in publicum detulerint, civitate Romana[4]) donentur, ut[5]) eorum domini pretium a fisco percipiant. Dat. XII. [6]) Kal. Decemb. Roma[7]), Crispo II. et Constantino II. Caess. Conss.[8]) [321.]

3.[b]) Idem A. ad populum. — Si quis servus raptus virginis facinus dissimulatione praeteritum aut pactione transmissum detulerit in publicum, libertate donetur. Dat. prid.[9]) Kal. April. Aquileia[10]), Constantino A. VI. et Constantino[11]) Caes. Conss.[12]) [320.]

4.[c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Syagrium P. P. — Si desertorem militiae[13]) servus prodiderit, libertate donetur. PP. Id. Iul Romae, Gratiano V.[14]) et Theodosio I. AA. Conss.[15]) [380.]

Tit. XIV.

[d]) DE INGENUIS MANUMISSIS.

1.[e]) Imp. Alexander A. Phileto. — Si ingenuum te[16]) testamento[17]) manumissum esse dicas, apud suos iudices causam agere debes, si tamen iustum contradictorem habes, id est eum, qui se patronum tuum esse dicit, memor[18]), senatum censuisse, ut, qui post manumissionem originem repetierint, ea, quae de domo manumissoris habent, ibi relinquant. In qua causa etiam legata ut liberto data esse, iuris prudentibus placuit.

2.[f]) Imp. Gordianus A. Pompeiae. — Ingenuam natam neque nutrimentorum sumtus, neque servitutis obsequium faciunt ancillam, neque manumissio libertinam. PP. V. Id. Mai. Sabino II. et Venusto Conss.[19]) [240.]

3.[g]) Imp. Philippus A. Felicissimo. — Si aviam tuam[20]) manumissam postea ingenuam[21]) solemniter constiterit, statumque eius instae sententiae tuetur auctoritas, filios eius, quamvis ante sententiam susceptos, ingenuam libertatem non immerito flagitare, si cum peritioribus tractatum habuisses, facile cognosceres.

4.[h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC.[22]) Agrippae. — Quum cognatum tuum ingenuum, factum[23]) Palmyrenae factionis dominatione[24]) velut captivum, distractum esse dicas, praeses provinciae ingenuitati suae reddi eum efficiet.

5.[i]) Idem AA. et CC. Crescenti. — Diffamari[25]) statum ingenuorum sen errore seu malignitate quorundam, periniquum est, praesertim quum affirmes, diu praesidem unum atque alterum interpellatum a te vocitasse diversam partem, ut contradictionem faceret, si defensionibus suis confideret. Unde constat, merito rectorem provinciae commotum allegationibus tuis sententiam dedisse, ne de cetero inquietudinem sustineres. Si igitur adhuc diversa pars perseverat in eadem obstinatione, aditus praeses provinciae ab iniuria temperari praecipiet. Dat. prid. Non.[26]).....

6.[k]) Idem AA. et CC. Dionysio. — Scientis conditionem liberum non posse fieri servum, evidentissimi iuris est. Quum igitur proponas, patrem pupillorum, quorum precibus fecisti mentionem, velut liberum te penes se habuisse, ministerium[27]), licet in actu longi temporis, non praecedente[28]) vero titulo, quibus[29]) dominia quaeri solent, mutare tuam conditionem minime potuit. S. VII. Kal. Mai. AA. Conss.[30]) [293—299.]

7.

---

[a]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de falsa mon. IX.* 21., *ex qua et descendit l.* 1. *C. eod. IX.* 24.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 77. — *Bas. XLVIII.* 18. 2. *Sch. d. e.* (*T. VI. p.* 533.) — [b]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de raptu virg. IX.* 24.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 77.; *Bas. XLVIII.* 18. 3. — *Sch. f. g.* — [c]) *hausta ex l.* 4. *Th. C. de desertor. VII.* 18., *ex qua et manavit l.* 1. *C. eod. XII.* 46.; *Bas. XLVIII.* 18. 4. — [d]) *Dig. XL.* 14. — [e]) *Bas. XLVIII.* 10. 7. (*T. VI. p.* 480.) — *Sch. g.* (*T. VI. p.* 484.) — [f]) *Bas. XLVIII.* 10. 8. — *Sch. h. i.* — [g]) *Bas. XLVIII.* 10. 9. — *Sch. k—m.* (*T. VI. p.* 485.) — [h]) *Bas. XLVIII.* 10. 10. (*T. VI. p.* 481.) — *Sch. n.* — [i]) *Bas. XLVIII.* 10. 11. — *Sch. o.* — [k]) *Bas. XLVIII.* 10. 12. — *Sch. p. q.* (*T. VI. p.* 486.); *fortasse iungenda l.* 2. *C. in quib. caus. cess. VII.* 34.

[1]) dec. *ms. Pist.*, *in qua sigla videtur et latere Diocletiani nomen.* — [2]) *hanc lacunosam subscr., quam habent Russ. et rell., tuetur ms. Pist.*; *fortasse restituenda subscr. leg.* I. *C. I.* 19. *In ms. Bg. haec est subscr.* pp. XV. K. iul. iampanio; *fortasse ea huc aberravit a lege* I. *tit. praeced., eiusque conss. ita sunt emendandi:* Pompeiano et Avito (209.); *v. not.* 6. *ad l.* 1. *cit.*, *ubi refertur Cuiaciana subscr., cuius dies proxime ad eum accedit, quem hic praestat ms. Bg.* — [3]) Ianuarinum *Theod. C. ed. Haenel.*; P. P. *add. ms. Pl.* 1. — [4]) ad civitatem Romanam *edd. Nbg. Hal.* — [5]) et *M. Vacar.* (*Drksen. p.* 465.); *sed ἵνα Schol. Bas.*; ita ut *Coll. Ans. ded.* — [6]) XV. *ms. Pist., Russ. Cont. Char. Pac.*; *sed* XII. *Theod. C. et Coll. Ans. ded.* — [7]) *ms. Pist.*, *Theod. C. ed. Haenel.*; Romae *rell.* — [8]) II. et — Conss. *om. ms. Pist.*, *Russ. Cont.* 62.; *subscr. abest ab Hal.* — [9]) prid. *om. Theod. C.*, *sed est in Coll. Ans. ded. et ms. Pist.* — [10]) *ms. Pist.*, *Theod. C. ed. Haenel.*; Aquil. *Cont.* 66. *rell.*; *locum et conss. om. Russ. Cont.* 62. — [11]) *Theod. C. ed. Haenel.*, *Bk.*; Constantio *Cont.* 66. *et rell.* — [12]) *subscr. abest ab Hal.* — [13]) militiae *abest a mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Theod. C.*; *post* servus *ins. h. v. ms. Bg.* — [14]) VI. *Theod. C.* — [15]) *hanc subscr., quae prorsus abest ab Hal., ex Theod. C. restituit Bk.*; Id. Iul. Romae. *Russ. et rell.* — [16]) et *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [17]) ex testamento *edd. Nbg. Hal, et rell.*; *sed* ex *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *aberat quoque a ms. Gt.* — [18]) memineris, *antea puncto post* debes *posito*, *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.* — [19]) *subscr.*, *quam firmat ms. Pist.*, *abest ab Hal.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; ancillam et *ins. ms. Gt.*; ut (uti) ancillam *ins. Hal. in not.*, *Russ. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; esse *ins. Russ. et rell.* — [22]) et CC. *om. mss. Cas. Bg.*, *S. Perus.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*, *Cuiac. Obss. XVIII.* 22.; natum *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* γενόμενον *Schol. Bas.*, *in quo est* το κατὰ πόδα. *Caeterum post* factum *ins. ex edd. Nbg. Hal. et rell.*, *contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *et contra Schol. Bas.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Cuiac. Obss. XVIII.* 22.; redemtum *ins. Russ. et postea rell.*; *in ed. Schf. paulo ante post* factum *ins.* de captivitate redemtum. *Sed nostram lect. tuetur Schol. Bas.* γενόμενον τῇ δεσποτείᾳ τοῦ Παλμυρηνοῦ συστήματος, ὡς αἰχμάλωτον. — [25]) Defamari *mss. Pl.* 1. *Bg.*; Ὑβρίζεσθαι *Schol. Bas.* — [26]) No. *Russ. Cont.* 62.; *nihil subscriptionis habet Hal.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt*, *ms. Bg. ante correct.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; in ministerium, *sublato commate post* habuisse, *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἡ ἐπηρεσία *Schol. Bas.* — [28]) procedente *mss. Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [29]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; quo *ms. Pl.* 2., *edd. rell.*; *sed* τίτλου, δι' ὧν *Schol. Bas.*; *cfr. l.* 3. *C. VII.* 9. — [30]) *subscr. om. Hal.*

7. [a]) Iidem AA. et CC. Matronae [1]). — Si te ac filios tuos ingenuos esse constat, natalium veritas vos tuetur. Nam qui servitutis moverat quaestionem, apud acta causae renuntiando ad ingenuitatis probationem nec nocere quidquam, nec prodesse potest. S. XV. Kal. Iul. AA. et Conss. [2]) [293—299.]

8. [b]) Iidem AA. et CC. Callimorpho. — Ingenui nascuntur, libertini manumissione tantum constituuntur: pactum autem nec servis nec libertinis ingenuitatem assignat, nec his, qui transactioni non consenserunt, quidquam praeindicare [3]) potest. S. IV. Kal. Ianuar. et Caess. Conss. [4]) [294—302.]

9. [c]) Iidem AA. et CC. Potamoni [5]). — Libertina [6]) matre procreatam ingenuis [7]) nasci natalibus, evidentis ac manifesti iuris est. Quum igitur te matre libertina [8]) editam, deinde ab hostibus captam, postliminio reversam proponas, et nunc tibi servitutis moveri quaestionem, consequens est, adiri praesidem provinciae, qui de causa liberali cognoscet, iure laturus sententiam, sciens, neque huiusmodi matris conditionem neque captivitatem reversis de statu pristino quidquam posse detrahere.

10. [d]) Iidem AA. et CC. Athenodorae [9]). — Ad recognoscendos singulos nomina comparata publico consensu, ob celandos natales ingenuis [10]), si mutentur, minime nocet [11]), natosque, licet in ministerio servitutis, liberae conditionis, non servos possessio, sed status ingenuos edi perficit.

11. [e]) Iidem AA. et CC. Maximae [12]). — Si vestram possessionem nullus praecessit titulus, sed ingenui constituti operas mercede placita locastis, nec statui vestro quidquam derogatum est, nec ad conventionis implendam fidem solemniter agere prohibemini. S. Non. Mart. Caess. Conss. [13]) [294—302.]

12. [f]) Iidem AA. et CC. Quietae. — Ad mutandum liberae statum commissum plagii nihil promovet, sed abductam natales, quibus nata est, post hunc etiam casum obtinere convenit. S. III. Kal. Decemb. AA. Conss. [14]) [299—304.]

13. [g]) Iidem AA. et CC. Melandro [15]). — Ingenuum [16]) se contendendo, nec probando, non amittit libertinitatem [17]). S. VII. Id. Decemb. Caess. Conss. [18]) [300—305.]

14. [h]) Iidem AA. et CC. Aristoteli. — Status [19]) ingenuae ex eo solo, quod velut ancilla sponsaliorum nomine data proponitur, praeindicari nulla ratione potest. S. VII. Kal. Ianuar. . . . . Conss. [20])

Tit. XV.

[1]) COMMUNIA DE MANUMISSIONIBUS.

1. [k]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Sancimus, si proprietarius servo, cuius ususfructus ad alium pertinebat, libertatem imposuit [21]), non secundum antiquam observationem et libertatem cadere [22]) et eum sine domino esse intelligi, sed nec invenire personam, cui res ad se venientes acquirat; sed si tam proprietarius quam usufructuarius libertatem ei consentientes imposuerint, pleno iure liberum eum effici, et si quid postea sibi acquisierit, hoc in bonis suis habere. §. 1. Sin autem proprietarius solus libertatem imposuerit, usufructuario minime consentiente, sit quidem ille, qui libertatem a proprietario accepit, inter libertos proprietarii connumeratus, et si quid in medio possedit [23]), hoc sibi acquirat sibique habeat et suae posteritati relinquat, salvo patronatus iure per omnia custodiendo, nisi et hoc ei legibus fuerit remissum. Ipse tamen libertus quasi servus apud usufructuarium permaneat, donec usufructuarius vivit vel ususfructus non [24]) legitimo modo peremtus est. Et enim si finem ususfructus quocunque modo accipiat, tunc facultas ei tribuitur [25]), quo maluerit degere modo. Si vero adhuc superstite usufructuario ab hac luce fuerit libertus exemtus, hereditas eius legitimum tramitem sequatur. §. 2. Sin autem usufructuarius tantummodo libertatem imposuerit, si quidem hoc modo, ut cedat usumfructum proprietario, plenissimum ius habeat in servo proprietarius, et [26]) omnia ei servus acquirat secundum ea, quae generaliter in servos [27]) et dominos constituta sunt. Sin vero gratias agendo usufructuarius eum ab usufructu liberaverit et libertate donaverit, tunc maneat quidem servus proprietario suo annexus, sed non necessitas ei imponatur, donec vivit usufructuarius vel ususfructus constare potest, observare proprietarium et quaedam ministeria ei [28]) adim-

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 10. 13. — *Sch. r. s.* — [b]) *Bas. XLVIII.* 10. 14. — *Sch. t.* (*T. VI. p.* 487.) — [c]) *Bas. XLVIII.* 10. 15. (*T. VI. p.* 482.) — *Sch. u.* — [d]) *Bas. XLVIII.* 10. 16. — *Sch. x. y.* — [e]) *Bas. XLVIII.* 10. 17. — *Sch. z.* (*T. VI. p.* 488.) — [f]) *Bas. XLVIII.* 10. 18. — *Sch. a.* — [g]) *Bas. XLVIII.* 10. 19. — *Sch. b.* (*T. VI. p.* 489.) — [h]) *Bas. XLVIII.* 10. 20. — *Sch. e.* — [i]) *Dig. XL.* 1. — [k]) *Bas. XLVIII.* 19. 1. (*T. VI. p.* 533.) — *Sch. a.* (*T. VI. p.* 535.)

[1]) Patronae *ms. Cas., S. Perus.* — [2]) S. XV. K iul. āā et cc *ms. Bg., unde restitui hanc subscr., quae abest ab Hal. et rell.*; *sed fortasse illae siglae de mixto Augusti et Caesaris consulatu accipiendae sunt.* — [3]) praeiudicari *Russ. in marg., sed* προκρίνειν *Bas.* — [4]) S. IIII. K. ianuarii et cc. ss *ms. Bg., unde restitui subscr., quam om. Hal. et rell.* — [5]) Patomoni *ms. Pl.* 1.; Pacamae *al.* — [6]) A lib. *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [7]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ. et Cont.*; ingenuam *ms. Pl.* 1. *ex correct., edd.*; *sed Schol. Bas.* εὐγενέσι τίκτεσθαι γενεθλίοις. — [8]) μητρὸς ἐλευθέρας *Schol. Bas.* — [9]) Theciodorae, Atheciodorae *mss. nonn.* — [10]) ingenui *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [11]) nocent *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [12]) Maximo Edavio *Russ. Cont. in marg.* — [13]) *subscr. abest ab Hal.*; *in ms. Bg. ita est:* S. nns. marc. id. āā et cc. ss. — [14]) *Russ. in marg. ex ms., Bk.*; S. III. *Russ. in textu, Cont.* 62.; S. III. K. Dec. AA. CC. *Cont.* 66. *et rell.* — [15]) Menandro, Medandro *mss. mea.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg Schf. Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pae.*; quis *ins. Russ. et rell.* — [17]) libertatem *ms. Bg.* — [18]) Caess. Conss., *quod om. edd. omn., addidi ex ms. Pist.*; *subscr. prorsus abest ab Hal.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; Statui *Russ. et rell.* — [20]) ian. cc. āā. css *ms. Pist., in quo mixtum significari consulatum verosimile est*; *v. not.* 2. *ad l.* 7. *h. t.*; *omnis subscr. abest ab Hal.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; imposuerit *ms. Pl.* 2., *Russ. et rell.* — [22]) *ms. Bg.*; libertate cadere *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; libertate carere *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; de libertate cadere *ed. Schf.*; *sed* τὴν ἐλευθερίαν πίπτειν *Schol. Bas., in quo exhibetur* τὸ κατὰ πόδας. — [23]) *mss. Pl.* 1 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; possidet *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed* νεμηθῇ *Schol. Bas.* — [24]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., vetustissimus cod. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; non *om. ms. Pl.* 2., *Russ. et rell.*; alio legitimo *Hal. Russ. Cont. in not.*; *sed* μὴ νομίμῳ τρόπῳ *Schol. Bas.* — [25]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; attribuitur *ms. Pl.* 2.; tribuatur *edd. Nbg. Hal. et rell.*; παρέχεται *Schol. Bas.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; ut *ms. Bg., edd. omn., sed contra Schol. Bas.* — [27]) in servis *ms. Pl.* 1. — [28]) ei *om. mss. Pl.* 1. 2.

adimplere, sed indices nostri eum in quiete tueantur. Post usufructuarii autem mortem vel ususfructus quocunque modo interemtionem, tunc serviat quidem domino, et omnia, quae in medio ad eum pervenerint [1]), haec suo domino acquirat. Et sit ex nostra constitutione haec separatio inter servos et liberos, et non secundum ius antiquum idem servus remaneat, et nullum respiciat dominum. §. 3. Illud quoque huic legi adiicimus, ut explosa antiqua personarum differentia liceat parentibus, tam masculis quam feminis, filiis filiabusve suis [2]), in sacris constitutis sive emancipatis, cuiuscunque gradus, mandatum imponere, quateuus servos [3]) in libertatem perducant sive apud iudicem, sive in sacris ecclesiis, sive secundum alium, quem mandator voluerit, legitimum modum. Quum enim et in successionibus et in aliis paene omnibus nulla est inter liberos discretio [4]), oportet hoc observari et in praesenti casu, maxime pro libertate, quam et fovere et tueri Romanis legibus, et praecipue nostro numini peculiare est. Dat. XV. Kal. April. Lampadio et Oreste Conss. [5]) [530.]

2. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Si quis servo suo libertatem imponat sive in ecclesia, [6]) sive ad qualecunque tribunal vel apud eum [7]), qui libertatem imponere legibus habet licentiam, sive in testamento vel alio ultimo elogio directam vel fideicommissariam, nullo coarctetur [8]) modo eorum, qui ad libertatem veniunt, aetatem requirere. Neque enim eum tantummodo civitatem Romanam adipisci volumus, qui maior triginta annis exstitit [9]), sed quemadmodum in ecclesiasticis libertatibus non est huiusmodi [10]) aetatis differentia, ita in omnibus libertatibus, quae a dominis imponuntur sive in [11]) extremis dispositionibus, sive per indices, vel alio legitimo modo, hoc observari sancimus, ut sint omnes cives Romani constituti; ampliandam enim magis civitatem nostram, quam minuendam esse censemus. Dat. Kal. Aug. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [12]) [530.]

3. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Si quis sine uxore constitutus, ancillam suam nomine [13]) habeat concubinae, et in eadem usque ad mortem suam consuetudine permanserit, et forsitan liberos ex ea sustulerit [14]), sancimus, omnimodo non concedi heredibus defuncti eandem vel liberos eius, si etiam liberos habuerit, in servitutem deducere, sed post mortem domini sub certo modo eripiatur in libertatem una cum sobole sua, si etiam eam forsitan habuerit. Ipsi etenim domino, dum superest, damus licentiam, quomodo voluerit, uti tam ancilla sua, quam etiam ex ea progenita sobole, et in suo ultimo elogio, quidquid voluerit, contra [15]) eos disponere, id est quasi servos eos aliis legare sive in servitute [16]) heredum nominatim relinquere. Sin autem taciturnitate eos praeterierit, tunc post mortem eius ad libertatem eripiantur, ut sit domini mors libertatis eorum exordium. Hominibus [17]) etenim uxores habentibus concubinas vel liberas [18]) vel ancillas habere, nec antiqua iura nec nostra concedunt. Dat. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [19]) [531.]

Tit. XVI.

c) DE LIBERALI CAUSA.

1. [d]) Imp. Antoninus A. Saturnino [20]). — Rem quidem illicitam et inhonestam admisisse te [21]) confiteris, quia proponis, filios ingenuos a te venumdatos. Sed quia factum tuum filiis [22]) obesse non debet, adi competentem iudicem, si vis, ut causa agatur secundum ordinem iuris. PP. V. Id. Februar. . . . . [23]).

2. [e]) Idem A. Veroniano [24]). — Si hi, quos servos tuos esse dicis, liberi esse a diversa parte dicantur, de statu eorum more solito quaeri oportet; nec enim res indicata, qua de proprietate eorum pronuntiatum est, opponi causae liberali potest. Dat. Non. Februar. Romae, Messala et Sabino Conss. [25]) [214.]

3. [f]) Imp. Alexander A. Quirino. — Si liber homo alienae ancillae contubernium sequatur, licet ei fuerit denuntiatum, ut se abstineret, servus domini [26]) mulieris non fit [27]). PP. Non. Februar. Fusco et Dextro Conss. [28]) [225.]

4. [g]) Idem A. Iocundo. — Si is, quem in servitutem petebas, liber, quamvis absente te, causa cognita pronuntiatus est, secunda in servitutem petitio eius dari tibi non debet. Sed si, posteaquam cognovisti, de sententia iudicis appellasti, an iure lata sit, in auditorio quaeretur.

5. [h]) Idem A. Sabino. — Non ideo minus in libertatem proclamare potest ea, quam ancillam tuam esse dicis, quod eam vendente fisco comparasti. Sed nec

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 19. 2. (*T. VI. p.* 534.) — *Sch. b.* (*T. VI. p.* 537.) — [b]) *Bas. XLVIII.* 19. 3. — *Sch. c. d.* (*T. VI. p.* 538.) — [c]) *Dig. XL.* 12. — [d]) *Bas. XLVIII.* 20. 1. (*T. VI. p.* 539.) — *Sch. a. b.* (*T. VI. p.* 547.) — [e]) *Bas. XLVIII.* 20. 2. (*T. VI. p.* 540.) — *Sch. c.* — [f]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 76.; *Bas. XLVIII.* 20. 3. — *Sch. d.* (*T. VI. p.* 548.) — [g]) *Bas. XLVIII.* 20. 4. — *Sch. e—h.* — [h]) *Bas. XLVIII.* 20. 5. — *Sch. i. k.*

[1]) perveniant *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; pervenient *ed. Schf.*; perveniunt *ms. Gt.*; pervenerant *edd. Nbg. Hal.* — [2]) filiis, filiabus sive *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; παισὶν ἢ *Schol. Bas.* — [3]) servum *mss. Pl.* 2. *Gt., consentiente Schol. Bas.* — [4]) discrepatio *ms. Pl.* 1. — [5]) *ab Hal. et Cont.* 62. *abest subscr., quam restituit Russ. ex lib. veteribus.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; sive in aede sacra *ins. edd. Nbg. Hal. et rell., refragante Schol. Bas., in quo est* τὸ κατὰ πόδα. — [7]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; iudicem *addunt ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἢ παρ' ἐκείνῳ ὅστις *Schol. Bas.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; coerceatur *ms. Bg., edd. Schf. Russ. et rell.*; σιενούσθω *Schol. Bas.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.*; existit *Cont. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omn. mss. Russ., addicente Schol. Bas.*; huius *edd.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; in *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) *hanc subscr. restitui ex ms. Bg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; sub nomine *edd. Nbg. Hal. et rell.*; ὀνόματι *Schol. Bas.* — [14]) susceperit *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [15]) circa *esse videtur in mss. Pl.* 2. *Bg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; in servitutem *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἐν τῇ δουλείᾳ *Schol. Bas.* — [17]) Omnibus *corrig. secundum Schol. Bas., in quo est* Πᾶσι. — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., ed. Schf.*; libertas *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἐλευθέρας *Schol. Bas.* — [19]) Orestis IIII. *Russ. Cont. Char. Pac.*; IIII. *om Sp. Bk.*; Or. IIII. cc. css. *ms. Pist.*; *sed illud* IIII. *haud dubie ex* VV. *depravatum est.* — [20]) Saturninae *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [21]) te *om. mss. Bg. Gt., ed. Schf.* — [22]) tuis *ins. edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra codd. et Schol. Bas.* — [23]) *subscr. om. Hal.* — [24]) Verreniano, Verriano, Veralano *mss. nonn.* — [25]) *subscr. abest ab Hal.* — [26]) domino *Russ. in marg. ex omn. suis mss.* — [27]) fiet *ed. Schf.*; fuit *Coll. Ans. ded.* — [28]) *subscr., quam tuetur Coll. Ans. ded., abest ab Hal.*

nec hoc [1]) ad praescriptionem operatur, quod venditionis tempore maior viginti [2]) annis fuerit, quum aetatis allegatio non alias possit praescriptionem adversus civem Romanum [3]) accommodare, quam si participandi pretii gratia consensum servituti dedisse probetur. Probationis sane onus, quum ex servitute in libertatem asseritur, ad se recipit. Quae si affirmationem suam non impleat, inconcussum possessionis ius obtinebis.

6.[a]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus nobilissimus Caesar Versimeno [4]). — Nec si volens scripsisses servum te esse, non liberum, praeiudicium iuri tuo aliquod comparasses; quanto nunc magis, quum eam scripturam dare compulsum te esse testaris [5])?

7.[b]) Imp. Aurelianus A. Secundo. — Si ab eo, cuius servus fuisti, manumissus es, frustra libertatis controversiam sustines, maxime ab herede eius, qui [6]) manumisit, quum, etsi iure libertas non processit [7]), respectu tamen aditae hereditatis voluntatem defuncti suo consensu firmare debuit.

8.[c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [8]) Verinae [9]). — Quum affirmes, placuisse quondam domino tuo, ut pro te et [10]) filia tua dato nummo certae quantitatis vos manumitteret, et te tantummodo liberavit, aditus rector provinciae hortabitur eum, salva reverentia, quam patrono liberti solent exhibere, placito suo stare. Dat. [11]) prid.... Septemb. [12]) Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

9.[d]) Iidem AA. et CC. [13]) Proculo. — Quum precum tuarum conceptio, licet eum, contra quem supplicas, ex ancilla [14]) natum esse expresserit, tamen nomini cognomen, quo liberi duntaxat nuncupantur, addiderit, et non servum esse, sed servili macula adspersum comprehenderit, contra eum, qui servus non est, supplicasse te intelligitur [15]).

10.[e]) Iidem AA. et CC. [16]) Stratonico [17]). — Liberos privatis pactis vel actu quocunque administrationis [18]) non posse mutata conditione servos fieri, certi iuris est. Dat. IV. Non.... [19]).

11.[f]) Iidem AA. et CC. [20]) Faustino. — Non mutant servi statum, si ad civiles honores illicite atque improbe adspiraverint. Unde si status moveatur quaestio, intelligere vobis licet, nihil prodesse posse, quod pater vester civiles honores gessit. Solemnibus itaque ordinatis, apud praesidem provinciae de statu vestro cognoscetur.

12.[g]) Iidem AA. et CC. Secundo [21]). — Si liberum [22]) te natum aliquis comparaverit, statum retines, quem antea habuisti. Si vero ex ancilla editum naturalis pater idemque dominus distraxit, ac post emtori pretium solvisti, non idcirco libertatem consecutus es. PP. XVIII. Kal. Mai..... [23]).

13.[h]) Iidem AA. et CC. Antistiae [24]). — Principaliter de statu defuncti agi non potest. Si vero ex peculio quondam eius, quem tu bona reliquisse commemoras, res vindicentur, vel eius filiis moveatur status quaestio, haec omnia solemniter praesidali notione decidi debent. Dat. V. Kalend. Mai. AA. Conss. [25]) [293 — 299.]

14.[i]) Iidem AA. et CC. Quintiano [26]). — Lite ordinata, in possessione libertatis is, de cuius libertate quaeritur, constituitur, et interim pro libero habetur. Dat. IV. Kal. Mai. Heracleae, AA. Conss. [27]) [293 — 299.]

15.[k]) Iidem AA. et CC. Palladio. — Nec omissa professio probationem generis excludit, nec falsa simulata [28]) veritatem minuit. Quum itaque ad examinationem veri omnis iure prodita debeat admitti probatio, aditus praeses provinciae, solemnibus ordinatis, prout iuris ratio patitur, causam liberalem inter vos decidi providebit.

16.[l]) Iidem AA. et CC. Diogeniae [29]). — Si ministerium [30]) quasi libera exhibuisti, ac te nesciente quasi ancilla in dotem data, conscriptum instrumentum est, nihil haec libertati tuae nocere potuerunt,

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 20. 6. — *Sch. l.* (*T. VI. p.* 549.) — [b]) *Bas. XLVIII.* 20. 7. — *Sch. m.* (*T. VI p.* 550.) — [c]) *Bas. XLVIII.* 20. 8. (*T. VI. p.* 541.) — *Sch. n.* — [d]) *Bas. XLVIII.* 20. 9. — *Sch. o. p.* — [e]) *Bas. XLVIII.* 20. 10. — *Sch. q.* (*T. VI. p.* 551.) — [f]) *Bas. XLVIII.* 20. 11. — *Sch. r.* — [g]) *Bas. XLVIII.* 20. 12. — *Sch. s. t.* (*T. VI. p.* 552.) — [h]) *Bas. XLVIII.* 20. 13. — *Sch. u.* — [i]) *Bas. XLVIII.* 20. 14. (*T. VI. p.* 542.) — *Sch. x.* — [k]) *Bas. XLVIII.* 20. 15. — *Sch. y.* — [l]) *Bas. XLVIII.* 20. 16. — *Sch. z.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ms. Gt. ex emend.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; nec hodie *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο *Schol. Bas.* — [2]) XXV. *ms. Bg.* — [3]) romanam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [4]) Varsimeno, Vausumeno, Varsumetio, Varsumectio *mss. mea*; Barimetio *S. Perus.* — [5]) *ms. Pist. add.* p̄., *initium subscriptionis, omissis rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *ed. Schf.*; te *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*, *contra Schol. Bas.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; processerit *edd. rell.* — [8]) et CC. *ins. edd. Nbg. et rell. praeter Bk.*, *contra mss. Pist. Cas. Bg. et S. Perus.* — [9]) Verenniae, Vereniae *mss. pleraque*; Veneriae *mss. nonn.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; pro *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*, *contra Schol. Bas.* — [11]) p. *ms. Pist.* — [12]) *mensem inserui ex ms. Pist.*; *subscr. tota abest ab Hal.* — [13]) et CC. *om. mss. Cas. Vat. Bg.* — [14]) tua *ins. edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra Schol. Bas.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *ed. Schf.*; intelligis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) et CC. *om. ms. Bg.* — [17]) Stratonio *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Stratio *ms. Pist.*; Stratio et aliis *ms. Cas.* — [18]) vel actus cuiuscunque administrati ratione *coni. Cuiac. Obss. V.* 40. *propter Schol. Bas.*, *in quo τὸ κατὰ πόδας ita habet:* η τῆς πράξεως ἤνιτινα ἐδιοίκησεν λογισμῷ, *cui accedit, quod Thalelaeus in Schol. ad h. l. verba* ratione actus *diserte tuetur*; *Cont.* 66. *in marg. coni.* administratae rationis; *mss. Pl.* 1. *Bg. textum defendunt*; *in ms. Pl.* 2. *est* actus quacunque administrationis, *in ms. Bg.* actus (*sed s erasum est*) quacunque administrationi (*ante correct. fuit* administrationis *sive* administratione). — [19]) *hanc diei partem restitui ex ms. Pist.* — [20]) et CC. *om. ms. Bg.* — [21]) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*; Secundino *ms. Cas.*; Proculo *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *var. l. gl.*; Si libera *ms. Gt.*; Si ex libera *edd. Nbg. Schf.*, *var. l. gl.*; Si ex liberta *ms. Pl.* 2., *var. l. gl.*, *Hal. et rell.*; *sed* ἐλευθεροῦν σε τεχθέντα *Schol. Bas.* — [23]) *etiam dies abest ab Hal.* — [24]) *mss. Pist. Cas.*, *S. Perus.*; Antistiano *mss. Vat. Bg.*; Anistiario *ms. Pl.* 1.; Paulo *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *quod nomen ex lege* 19. *h. t.*, *cuius idem est initium, huc aberrasse videtur.* — [25]) AA. Conss. *restitui ex ms. Pist.*; *dies est apud Russ. et rell.*, *abest ab Hal.* — [26]) Quintianae *mss. pleraque.* — [27]) *hanc subscr.*, *quae abest ab Hal.*, *firmat ms. Pist.* — [28]) *ms. Pl.* 2., *ms. Bg. ante correct. et probabiliter etiam ms. Gt.*; falsa causa simulata *ed. Schf.*; falsa simulatio *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* πλαστὴ προσποιηθεῖσα *Schol. Bas.* — [29]) Diogenae *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; tuum *ins. ms. Bg.*, *edd.*, *refragante Schol. Bas.*

tuerunt, maxime quum te minorem aetate fuisse commemores, et placuerit, minores viginti annis nulla ratione mutare statum [1]) ac pro liberis servos fieri, ne ante libertatem inconsulte amittant, quam aliis [2]) propter aetatis rationem sine consilio [3]) praestare non possunt. PP. VI. Id. Mai. Hadrianopoli, AA. Conss. [4]) [293 — 299.]

17. [a]) Iidem AA. et CC. Regino [5]). — Multis rationibus, natalibus [6]) ingenuis fratribus natis, post delictis vel casibus intervenientibus singulorum causae status separantur. Nihil itaque prohibet, eundem et tibi non movere quaestionem [7]), et eos, quos fratres tuos asseveras, in servitutem vindicare sive retinere. Igitur ad demonstrandam fratrum tuorum libertatem aliae sunt probationes necessariae; nam quod tibi non movetur quaestio libertatis, eorum non idoneam constat habere probationem. S. X. Kal. Iun. AA. Conss. [8]) [293 — 299.]

18. [b]) Iidem AA. et CC. Zotico. — Ad probationem ingenuitatis ab eo, contra cuius successores postulas, facta tibi locatio non sufficit, nec tamen hoc solum ad servitutis vinculum argumentum est idoneum. S. Id. Iul. Philippopoli, AA. Conss. [9]) [293 — 299.]

19. [c]) Iidem AA. et CC. Paulo. — Principaliter [10]) causam eius, de quo supplicas, esse, quam tuam perspicimus. Nam quum te eum ad libertatem perduxisse profitearis, illius interest magis solemniter suum tueri statum, et consequenter tua etiam agetur causa; nam si ab eo, contra quem fundis preces, servus dicatur, eique libertas ex manumissione tua vindicetur, probatio servitutis originis et beneficium manumissionis, libertatem illi assignans, tuum etiam ius patronatus tuetur. Si vero consentiat servituti, tunc iure concesso, adito praeside provinciae, eum invitum etiam defendere poteris.

20. [d]) Iidem AA. et CC. Aeternali. — Sicut semel praestitam libertatem revocari non licet, sic per ea, quae non manumittendi causa domini cum servis propriis agunt, nihil sibi detrahunt. S. VI. Kal. Septemb. AA. Conss. [11]) [293 — 299.]

21. [e]) Iidem AA. et CC. Thrasyllae [12]). — Eam, quae in possessione libertatis non sine dolo malo reperitur, in servitute constitutae simile habere praeiudicium, edicto perpetuo cavetur. Sed [13]) si controversia orit, utrum ex servitute in libertatem petatur, an ex libertate in servitutem, sui conceptione [14]) manifeste probatur, nec quidquam ancillae dolus iuris proprii [15]) dominis aufert. S. Non. Octob. Sirmii, AA. Conss. [16]) [293 — 299.]

22. [f]) Iidem AA. et CC. Pardalae [17]). — Parentes natales, non confessio assignat. Quapropter si ex ancilla nata post ad libertatem manumissa pervenisti, te velut ex altera ancilla natam servam professa [18]), huiusmodi simulatione vel errore quaesitam manumissione libertatem amittere minime potuisti, quum servi nascantur ratione certa, non confessione constituantur. Dat. V. Kal. Decemb. AA. Conss. [19]) [293 — 299.]

23. [g]) Iidem AA. et CC. Musciae. — Si tibi testamento directa libertas a domino relicta est, et ex eo successerunt scriptae [20]) filiae [21]), non idcirco, quod secundum eius voluntatem vel contra de filiis [22]) uni praestas obsequium, ceterae filiae tuam rescindere possunt libertatem.

24. [h]) Iidem AA. et CC. Sebastiano. — Interrogatam et professam apud acta, se esse ancillam, huiusmodi factum defensionem libertatis non excludit. S. IV. Kal. Ianuar. AA. Conss. [23]) [293 - 299.]

25. [i]) Iidem AA. et CC. Licentiano. — Sicut instrumenta praetermissa manumissionis recte factae nullum afferunt praestitae libertati praeiudicium [24]), ita si servum ad libertatem perduxisti, instrumentorum amissio nihil ei nocere potest. S. V. Id. Februar. Caess. Conss. [25]) [294 — 302.]

26. [k]) Iidem AA. et CC. Modesto [26]). — Sicut datam libertatem manumissis adimere patronus non potest, ita manumissionis instrumentum praestare cogitur. S. VII. Id. Mart. Caess. Conss. [27]) [294 — 302.]

27. [l]) Iidem AA. et CC. Asterio [28]). — Arria-

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 20. 17. — *Sch. a. b.* (*T. VI. p.* 553.) — [b]) *Bas. XLVIII.* 20. 18. — *Sch. c. d.* (*T. VI. p.* 554.) — [c]) *Bas. XLVIII.* 20. 19. (*T. VI. p.* 543.) — *Sch. e — g.* — [d]) *Bas. XLVIII.* 20. 20. — *Sch. h — k.* (*T. VI. p.* 555.) — [e]) *Bas. XLVIII.* 20. 21. — *Sch. l.* — [f]) *Bas. XLVIII.* 20. 22. (*T. VI. p.* 544.) — *Sch. m.* — [g]) *Bas. XLVIII.* 20. 23. — *Sch. n.* (*T. VI. p.* 556.) — [h]) *Bas. XLVIII.* 20. 24. — *Sch. o.* — [i]) *Bas. XLVIII.* 20. 25. — *Sch. p. q.* — [k]) *Bas. XLVIII.* 20. 26. — *Sch. r.* (*T. VI. p.* 557.) — [l]) *Bas. XLVIII.* 20. 27. — *Sch. s — u. Cuiac. in Recitatt. ad Cod. h. t. recte iungit leg.* 8. *C. de petit. hered. III.* 31. *et leg.* 4. *C. commun. de success. VI.* 59., *quibus et iungo leg.* 1. *Herm. C. de success.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Nbg.*; posse *ins. edd. Schf. Hal. et rell.*, *contra Schol. Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; alii *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *contra Schol. Bas.* — [3]) concilio *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [4]) Hadriano A. Cos. (Cons.) *Russ. Cont. Char. Pac.*; *subscr. abest ab Hal.*; adrian. ā. c̄ō. *ms. Pist.* — [5]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*; Resino *edd.* — [6]) naturalibus *Hal. Bk.*; *sed γενεθλιακοῖς Schol. Bas.* — [7]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*; status *ins. ms. Pl.* 1., *edd.*, *contra Schol. Bas.* — [8]) *subscriptionem, quae abest ab Hal. et rell.*, *restitui ex ms. Pist.* — [9]) Philippo A. Cos. (Cons.) *Russ. Cont. Char. Pac.*; philip. p̄. ā. cōs. *ms. Pist.*; *subscr. om. Hal.* — [10]) Principaliorem *Russ. in marg.*; *sed Πρωτοτύπως Schol. Bas.* — [11]) *subscr. om. Hal.* — [12]) Thalusae, Thallusae, Thalusiae *mss. mea*; Thalassae *S. Perus.* — [13]) Sed *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; *a Schol. Bas.*, *in quo exhibetur τὸ κατὰ πόδας, absunt* cavetur. Sed, *eamque omissionem veram esse censeo, et cum Thalelaeo verba:* si controv. erit — servitutem *pro verbis habeo edicti*; *cfr. l.* 7. §. 5. *D. XL.* 12. — [14]) confessione *var. l. gl.*, *sed* συνθήκη *Schol. Bas.* — [15]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; nec quidq. anc. dolus iuris propriis *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Hal.*; nec quidq. iuris anc. dolus propriis *Russ. et rell.*; *sed Schol. Bas.* καὶ οὐδέ τί ποτε ὁ τῆς δούλης δόλος τοῦ ἰδίου δικαίου; *nobiscum facit Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.* — [16]) *subscr. om. Hal.* — [17]) Pardaliae, Pardaleae *mss. mea.* — [18]) servam professa *post* te *collocant Hal. et postea rell. contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. et contra Schol. Bas.* — [19]) *subscr. om. Hal.* — [20]) scripturae *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [21]) filiae *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; *male autem Cont. et rell. in marg. monent, secundum Bas. legendum esse* scripti. — [22]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Cuiac. Obss. V.* 40.; filiabus *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἐκ τῶν παίδων ἑνί *Schol. Bas.* — [23]) *subscriptionem restitui ex ms. Pist.* — [24]) vitium *mss. Bg. Gt.*; ἐλάττωμα *Schol. Bas.* — [25]) *subscr. om. Hal.* — [26]) Molento *mss. pleraque.* — [27]) *subscriptionem restitui ex ms. Pist.* — [28]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*; Austerio *edd.*, *sed cfr. const. in not. l. citt.*

Arrianus [1]) si [2]) mota [3]) quaestione a Leonide, liber fuit pronuntiatus, in servitutem a victo iterum non recte petitus est. Coberes etiam tibi ab Arriano datus, colludens cum eo sive heredibus ipsius, qui status [4]) moverat quaestionem, nihil tibi obfuit, nec [5]) quae in confessionem [6]) inter eos venerunt, statum veritatis vel nomen substantiae defuncti mutare potuerunt. Dat. Non. April. [7]) Sirmii, Caess. Conss. [8]) [294 — 302.]

28. [a]) Idem AA. et CC. Eurymedonti [9]). — Avi paterni magistratu functi dignitas ad libertatis probationem nihil nepoti prodest, si quidem in liberali causa matris, non patris inspicitur conditio. Sed nec materni avi sola sufficit, quum, licet avia quoque libera probari possit, multis tamen ex causis status mutari consuevit. . . Sirmii, IV. Id. April. AA. Conss. [10]) [299 — 304.]

29. Idem AA. et CC. Troilae [11]). — De ancilla matre natam et ab eo redemtam, in cuius fuit contubernio, si non manumittitur, in servitute permanere non ambigitur.

30. [b]) Idem AA. et CC. Eutychio [12]). — Solo obsequii non praestiti velamento data libertas rescindi non potest.

31. [c]) Idem AA. et CC. Corsianae [13]). — Si tibi servitutis improbe moveatur quaestio, solemnibus ordinatis, de calumnia vel iniuria, prout vindictae viam elegeris, habita contestatione [14]), posteaquam servus non esse fueris pronuntiatus, adversus eam sententiam postulare potes, tunc demum etiam de his, quae direpta probaveris, restitutionem, quum pro libertate fuerit pronuntiatum, petimus. S. V. Id. Octob. Caess. Conss. [15]) [300 — 305.]

32. [d]) Idem AA. et CC. Athenaidi. — Subscriptio filii domini manumittentis nec addere secuta, nec omissa detrahere libertati quidquam potest. Dat. Non. Novemb. Caess. Conss. [16]) [300 — 305.]

33. [e]) Idem AA. et CC. Melitianae [17]). — Licet accepta pecunia dominus te manumisit, tamen tributa libertas rescindi non potuit. S. III. [18]) Id. Novemb. Caess. Conss. [19]) [300 — 305.]

34. [f]) Idem AA. et CC. Eremoniae [20]). — Libera concubinatus ratione non constituitur ancilla. Dat. Id. Novemb. Caess. Conss. [21]) [300 — 305.]

35. [g]) Idem AA. et CC. Attalo [22]). — Non idcirco minus, quod pupilli res velut tutor administrasse dicitur, ex eius persona servitutis pati quaestionem potest. . . Sirmii, Non. Decemb. Caess. Conss. [23]) [300 — 305.]

36. [h]) Idem AA. et CC. Theodoro [24]). — Post certi temporis ministerium ancillae liberam eam esse cum ea paciscendo, conventionis obtemperandi legi domina nullam habet necessitatem. Utque hoc verum est, ita e contrario, si filios suos, constituta cum his libera, in ministerium tibi tradere promisisse probetur, parere placitis non compellitur.

37. [i]) Idem AA. et CC. Olympio. — Si filium tuum liberum genero vendidisti, qui tam proxima necessitudine coniunctus conditionis ignorantiam simulare non potest, utrisque sociis criminis accusator deest.

38. [k]) Idem AA. et CC. Philesarphi [25]). — Non idcirco minus, quod te limenarcha creato nemo contradixit, reipublicae nomine moveri tibi status quaestio potest. Dat. XVI. Kal. Ianuar. [26]) Nicaea [27]), Caess. Conss. [28]) [300 — 305.]

39. [l]) Idem AA. et CC. Eutychio [29]). — Liberos velut servos [30]) profitentes statum eorum mutare non posse, constat. S. VII. Kal. Ianuar. Sirmii, Caess. Conss. [300 — 305.]

40. [m]) Exemplum sacrarum literarum [31]) ad Verinum [32]). — Iuxta edicti nostri continentiam in liberalibus quoque negotiis, sive de libertinitate sive de ingenuitate moventur [33]), absente nihilominus una parte causam discuti, et pro iustitiae ratione sententiam proferri, nihil prohibet.

41

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 20. 28. — *Sch. x — z.* — [b]) *Bas. XLVIII.* 20. 30. (*T. VI. p.* 545.) — *Sch. a.* (*T. VI. p.* 558.) — [c]) *Bas. XLVIII.* 20. 31. — *Sch. b.* — [d]) *Bas. XLVIII.* 20. 32. — *Sch. c. d.* — [e]) *Bas. XLVIII.* 20. 33. — *Sch. f.* — [h]) *Bas. XLVIII.* 20. 36. — *Sch. g.* — [i]) *Bas. XLVIII.* 20. 37. (*T. VI. p.* 546.) — *Sch. h. i.* (*T. VI. p.* 560.) — [k]) *Bas. XLVIII.* 20. 38. — *Sch. k.* — [l]) *Bas. XLVIII.* 20. 39. — *Sch. l.* — [m]) *Bas. XLVIII.* 20. 40. — *Sch. m. n.*

[1]) Arianus *ms. Pl.* 2., *Hal. et postea rell. contra mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., et contra Schol. Bas.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; si *om. Cont.* 66. *et rell.*; *sed* Ὁ Ἀρριανὸς ἐὰν *Schol. Bas.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; sibi *ins. edd. rell., contra Schol. Bas.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; eius *ins. ed. Nbg.*; ei *ins. Hal. et rell., refragante Schol. Bas.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; ea *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; in confessione *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* εἰς ὁμολογίαν *Schol. Bas.* — [7]) *l.* 4. *C. VI.* 59., *Cuiac. Recitatt. in Cod. ad III.* 31. 6.; III. Kal. April. *l.* 8. *C. III.* 31., *Herm. C. XI.* 1. (*ed. Haenel.*) — [8]) *hanc subscr., auctore Cuiac. in Recitatt. h. t., restitui ex const. cum nostro reser. iungendis; v. not. l. ad l.* 27. — [9]) Euromedonti *mss. nonn.* — [10]) *haec subscr., a Russ. ex vet. cod. edita, abest ab Hal. Cont.* 62. — [11]) Troillae *ms. Pl.* 1., *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk.* — [12]) Eutychiae *edd.*; *sed ad marem rescribi docent mss. Vat. Cas. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.* — [13]) *mss. Cas. Vat., S. Perus.*; Orsianae *ms. Bg.*; Corsinae *mss. Pist. Pl.* 1.; Cassianae *edd.* — [14]) testatione *ms. Bg.*; *sane* μαρτυρίας *Schol. Bas.* — [15]) *subscr. om. Hal.* — [16]) *subscriptionem restitui ex ms. Pist.* — [17]) Militianae, Militino *mss. nonn.*; Miltiadae *S. Perus.* — [18]) *Russ.*; IV. *Cont. et rell.* — [19]) *subscr. om. Hal.* — [20]) Hermoniae, Hermionae, Hermioni *mss. mea.* — [21]) *subscr. om. Hal.* — [22]) Atellio *mss. pleraque.* — [23]) *Russ. ex vet. cod., Bk.*; *subscr. om. rell.* — [24]) Theodorae *mss. nonn.* — [25]) Philoserapi, Philoseraphi, Filio Serassi *mss. mea.* — [26]) pp. X. K. Ian. *S. Perus.* — [27]) Nicea *S. Perus.*; Nic. *Russ. ex cod. vet.*; Nicomed. *Cont.* 66. *et rell.* — [28]) *subscr. om. Hal. Cont.* 62. — [29]) Eytichio *ms. Cas.*; Eutichio *S. Perus.*; Etichiae *ms. Pist.*; Poteseuticio *ms. Vat.*; Potesteuticio *ms. Bg.*; Potesentico *edd., quod nomen, ut verisimile est ex mss. Vat. Bg., oriundum est ex vitio scripturae, quo ultima vox const. praeced. ad hanc inser. referebatur.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; se *ins. edd. Nbg. Hal. et rell., contra Bas. et contra sensum genuinum, qui hic est: parentes, qui filios servos esse profitentur, eorum statum non mutant; cfr. l.* 8. *D. I.* 5. — [31]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., S. Perus.*; AA. et CC. *ins. Hal. et rell.* — [32]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*; Verrinum *ed. Schf.*; Vernium *ms. Pl.* 1.; Verrianum *S. Perus.*; Verutum *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [33]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; movetur *ms. Pl.* 2.; quaestio moveatur *edd., sed contra omn. mss. Russ., in quibus deest* quaestio, *et contra Schol. Bas., in quo* κινοῦνται.

41. [a]) Impp. Constantinus et Licinius AA. ad Titianum [1]), Praesidem Cappadociae. — Iubemus, omnes epistolas actricis, quas ad Aelium tanquam principalem fecerat, inanes ac vacuas esse atque in irritum devocari, ac de ingenuitate eiusdem Aelii requiri, nec mulieri id obesse, quod ad eum tanquam decurionem ac principalem scripserit, vel id, quod idem se finxerit decurionem vel principalem, maxime quum non solum testium professione et cognationis eius iugum servile cognoscitur, verum etiam voce propria eiusdem Aelii apud aliud iudicium patuerat, quod conditionis servilis videretur.

42. [b]) Imp. Constantinus A. ad Maximum P. U. [2]) — Placuit eos, qui nascuntur, matrum conditionibus [3]) uti, quarum mox visceribus exponuntur. Ante litem vero [4]) nati, suo omnes nomine [5]) in quaestionem vocentur, quoniam hos solos, qui in lite nati erunt, omnem fortunam matrum complecti oportet, et [6]) aut iustis tradi dominis, aut libertate cum lucis auctoribus frui. Dat. prid. Id. Iul. [7]) Sirmio [8]), Probiano et Iuliano Conss. [9]) [322.]

Tit. XVII.

[c]) DE ASSERTIONE TOLLENDA.

1. [d]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Lites super servili conditione movendas ad clementiorem tam examinationem quam terminum transferimus, iubentes, si quis vel adhuc serviens liberum se esse dixerit, vel in libertate commorans ad servitutem vocatus fuerit, assertoris difficultatem in utroque casu cessare, ipsumque per se [10]) ad intentiones [11]) eius, qui dominum sese asserit, respondere, et si ex possessione libertatis ad servitutem ducitur, etiam procuratorem dare minime prohiberi, quod his, qui ex servitute ad libertatem prosiluerint, penitus interdicimus; illis legibus, quae dudum et secunda et tertia [12]) vice assertorias lites examinari praecipiebant, in posterum conquiescentibus, quum sit iustum, primam definitionem in suis manere viribus, quum provocatio nulla oblata fuerit. Qua porrecta, ad similitudinem aliorum negotiorum iudex, ad quem res ex provocatione ducitur [13]), eam examinabit [14]), cuius et ipsius iudicium ad secundam exquisitionem minime deducetur occasione legum, quae super assertoriis litibus positae sunt. §. 1. Super peculio etiam eorum vel aliis rebus aut causis veterem defensoris [15]) observationem tollimus, praecipientes, illorum tantummodo peculia, qui ex possessione servitutis super libera conditione litigant, aliasque res, quae vindicantur, in tuto pro dispositione iudicis collocari. §. 2. Omnes vero, qui pro libertate periclitantur, si quidem possint [16]) fideiussorem dare, eum exigi; sin vero revera datio eius impossibilis eis sit, hocque iudici manifeste ostendatur, iuratoriae cautioni committi; scientes quod, si post huiusmodi expositionem abfuerint, et edictis citati in absentia nihilominus per unum annum duraverint, omnimodo servituti obnoxii erunt, et eius dominio, qui litem eis intulit, sine ulla dubitatione assignabuntur. §. 3. Scire vero eos volumus, qui aliquem ad servitutem vocant, quod, si post primam accusationem in quocunque iudicio vel ex divali iussione factam, et [17]) admonitionem ei oblatam, qui servus esse dicitur, in alio iudicio eum accusaverint (praeterquam si eius occasionem ipse, qui servus esse dicitur, praestiterit), etsi domini sint, suo iure privabuntur. Dat. III. Id. Decemb. Dom..... [18]).

2. [e]) Idem A. Ioanni P. P. — Expeditam antea quaestionem, in praesenti autem ex nostra lege, quam de assertione tollenda posuimus, in quandam difficultatem incidere periclitantem, compendioso remedio fulciendam esse censemus. Quum enim [19]) per assertores super libertate iudicium agitabatur, si in medio, assertore litem agente, assertus ab hac luce fuerat subtractus, necessitas imponebatur nihilominus assertori litem implere, ut emtor, si victus erat, et pro libertate fuerat pronuntiatum, habeat regressum adversus venditorem, ut ei quasi liberae personae venditor reddat id, quod emtionali instrumento continebatur vel natura contractus exigebat. In praesenti autem, quia assertorum vana nomina reiecta sunt, si persona, pro cuius conditione lis agitur, mortua fuerit, quemadmodum iudicium potest adimpleri, una tantummodo [20]) persona in iudicium veniente? Sancimus itaque, in praesenti casu licentiam esse emtori adversus suum auctorem venire, quatenus vel ostendat venditor, servum se vendidisse, vel, si non potuerit, quasi libera persona vendita evictionis [21]) periculum ad eum revertatur. Dat. Kal. Sept. ..... [22]).

TIT. XVIII.

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 20. 41. — *Sch. o.* — [b]) *hausta ex l.* 4. *Th. C. de liber. causa IV.* 8.; *Bas. XLVIII.* 20. 42. — *Schf. p. q.* (*T. VI. p.* 561.) — [c]) *Dig. XL.* 12. — [d]) *Bas. XLVIII.* 21. 1. (*T. VI. p.* 561.) — *Sch. a—h.* (*T. VI. p.* 563.) — [e]) *Bas. XLVIII.* 21. 2. (*T. VI. p.* 562.) — *Sch. i. k.* (*T. VI. p.* 565.)

[1]) *ms. Cas.*, *S. Perus.*; ad Ticianum *mss. Vat. Bg.*; Aditicianum *ms. Pl.* 1.; ad Eutitum *ed. Nbg.*; ad Eutychium *Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pist. Vat. Bg.*; P. P. *mss. rell. et edd. praeter Bk.* — [3]) et iure *ins. Theod. C.* — [4]) Ante vero litem *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*, *contra mss. et Theod. C.* — [5]) suo nom. omnes *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*, *contra mss. et Theod. C.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*, *Theod. C.*; et *om. ms. Bg.*, *edd. rell.*, *refragante Schol. Bas.* — [7]) Iun. *Theod. C.*, *Bk.*; *sed* Iul., *quod habent Russ. et rell.*, *firmat ms. Pist.* — [8]) *Theod. C. ed. Haenel.*; Sirmii *Bk.*; *locus abest ab edd. rell.* — [9]) *hos conss.*, *quos tuetur ms. Pist.*, *ex Theod. C. restituit Bk.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; et *ins. Russ. et rell.*, *refragante etiam Schol. Bas.* — [11]) *mss. Pl.* 2. *Gt.*; intentionem *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd.*; *sed* πρὸς τὰς ἐναγωγὰς *Schol. Bas.* — [12]) tertia et quarta *esse debet secundum Schol. Bas.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; deducitur *edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) existimabit *ms. Bg.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2.; defensionis *ms. Bg.*, *edd.*; *sed* τοῦ παλαιοῦ δεφένσορος *Schol. Bas.*, *unde et* veteris *legendum videtur, ut est in ms. Bg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; possunt *edd. rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; post *ins. Russ. et rell.*, *refragante Schol. Bas.* — [18]) *hanc lacunosam subscr. restituit Russ.*; *videtur ita supplenda esse:* Decemb. Dn. Iustiniano. A. II. Cons. (528.); *cfr. not ad subscr. leg.* 1. *C. VII.* 3. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; etenim *edd. rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; tantum *Hal. et rell.* — [21]) emptionis *ms. Bg.* — [22]) *hunc diem restitui ex ms. Pist.*

Tit. XVIII.

[a]) QUIBUS AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET, ET DE REBUS EORUM, QUI AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON PROHIBENTUR.

1. [b]) Imp. Gordianus A. Proculo. — Dispar causa est eius, qui dissimulata conditione sua distrahi se passus est, et eius, qui pretium participatus est. Nam superiori quidem non denegatur libertatis defensio, posteriori autem, etsi civis Romanus sit, et participatus est pretium, libertas denegatur. Eandemque et [1]) in eo distinctionem adhibendam, cui fideicommissaria libertas debetur, meritissimi [2]) iuris auctores responderunt. PP. Kal. Mai. Gordiano A. et Aviola Conss.[3]) [239.]

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [4]) Melanae[5]). — De latronum familia descendentibus, ex largitione principali vel auctoritate fiscali servis factis, retro principes libertatem denegari decreverunt.

3. [d]) Imp. Constantinus A. ad Maximum P. U.[6]) — Si quis in libertatem proclamaverit, id, quod apud se esse eius, qui se dominum dicit, profitebitur, quoniam de eo non dubitatur, reddi ac referri index protinus pronuntiabit. Quod vero petitur, si fuerit negatione dubium [7]), per cautionem conservabitur, ac petitio differetur [8]), ut, si fuerit approbata [9]) libertas, (quoniam et ipsis, qui his rem commiserunt, medendum est) gestarum rerum ab eodem ratio atque omne, quod debetur [10]), reposcatur, ut servitute depulsa [11]), qui pro domino quondam fuerat, habeat, quod ut servo domini [12]) iure largitus est, et quae ex earum rerum quaestu ac fructibus congregata [13]) sunt, et quae de furtivis compendiis obscure capta ac parata [14]) sunt, quum liberum esse non oporteat, quod apud servum dominus peculii nomine collocaverat. Ea vero, quae testamento vel donatione quaesita sunt, aut quae ex earum rerum emolumentis emta confectaque sunt, eidem ingenuo deputentur. Quae tamen universa exacto libertatis indicio, quatenus [15]) a supradictis rebus discernuntur [16]), in sequestro [17]) esse oportet, ut, his ab utroque deductis atque in medio iure [18]) collocatis [19]), ad eorum proprietatem uterque contendat. Dat. XV. Kal. Mart. Thessalonica [20]), Severo et Rufino Conss. [323.]

Tit. XIX.

[e]) DE ORDINE COGNITIONUM.

1. [f]) Imp. Alexander A. Vitalio. — Quum et ipse confessus es, status te controversiam pati, qua ratione postulas, priusquam de conditione constaret tua, accusandi tibi tribui potestatem contra eum, qui te servum esse contendit? Quum igitur, sicut allegas, statu tui generis fretus es, iuxta ius ordinarium praesidem pete, qui, cognita prius liberali causa, ex eventu indicii, quid de crimine statuere debeat, non dubitabit. PP. V. Id. M...[21]) Maximo II. et Aeliano Conss.[22]) [223.]

2. [g]) Idem A. Gallo [23]). — Si de hereditate et libertate controversia est, prius agi causa libertatis debet. Sed si de hereditate agetur, ordinanda [24]) quidem est causa libertatis, sed sufficit ei, qui libertate utitur, ad victoriam, de hereditate secundum eum esse pronuntiatum. PP. V. Id. August. Maximo II. et Aeliano [25]) Conss. [223.]

3. [h]) Idem A. Valeriano [26]). — Si crimen aliquod inferatur ei, quam ingenuam esse dicis, ante liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam praeside praebente, quoniam necesse est ante sciri, si delictum probatum fuerit, utrum ut in liberam et ingenuam, an ut in ancillam constitui oportet [27]). PP. VI. Kal. Decemb. Maximo II.[28]) et Aeliano Conss.[29]) [223.]

4. [i]) Imp. Gordianus A. Menedemo. — Si status controversiam pateris, lite prius liberali terminata, si pro te fuerit pronuntiatum, agere etiam adversus eum, qui se dominum tuum esse contendit, non prohiberis. Quodsi ideo te ab accusatione elidet [30]), quasi servum non proprium sed alienum, liberale quidem iudicium cessat, causae autem examinatio apud eum, qui iudicat, ostendet, utrumne accusatio induci debeat propter statum personae, an evanescat. Dat. X. Kal. Decemb. Gordiano A. et Aviola Conss.[31]) [239.]

5.

---

[a]) *Dig. XL.* 13. — [b]) *Bas. XLVIII.* 9. 2. (*T. VI. p.* 476.) — *Sch. b.* (*T. VI. p.* 478.) — [c]) *Bas. XLVIII.* 9. 3. (*T. VI. p.* 477.) — *Sch. c.* — [d]) *hausta ex l.* 6. *Th. C. de liber. causa. IV.* 8., *ex cuius priore parte descendit l.* 10. *C. de patr. pot. VIII.* 47.; *Bas. XLVIII.* 9. 4. — *Sch. d—f.* — [e]) *Dig. XL.* 12. — [f]) *Bas. XLVIII.* 22. 1. (*T. VI. p.* 565.) — *Sch. a.* (*T. VI. p.* 568.) — [g]) *Bas. XLVIII.* 22. 2. — *Sch. b. c.* — [h]) *Bas. XLVIII.* 22. 3. — *Sch. d. e.* (*T. VI. p.* 569.) — [i]) *Bas. XLVIII.* 22. 4. (*T. VI. p.* 566.) — *Sch. f. g.*

[1]) et *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [2]) meritissimo *Russ. in marg., et sic in ms. Bg. ante correct. fuisse videtur*; *etiam Schol. Bas.* ἀξίως. — [3]) *ab Hal. abest subscr.* — [4]) Imp. Gor. A. et C. *ms. Pist.* — [5]) Meilianae, Mellianae, Incilianae *mss. nonn.*; Molanae *S. Perus.* — [6]) *ms. Vat., ms. Cont., Theod. C., Bk.*; P. P. *rell.* — [7]) negotiatione controversum *Theod. C.*; *sed τῇ ἀρνήσει ἀμφίβολον Schol. Bas., in quo est τὸ κατὰ πόδας.* — [8]) differtur *Theod. C.* — [9]) propria *ins. Theod. C.*; *sed textum tuetur Schol. Bas.* — [10]) debebitur *ed. Schf., Theod. C.* — [11]) depulsus *Theod. C.*; *sed τῆς δουλείας ἐκβληθείσης Schol. Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg, edd. Nbg. Schf. Bk., Theod. C.*; dominii *Hal. et rell., cum quibus facit Schol. Bas.* δικαίῳ δεσποτείας. — [13]) conciliata *Theod. C.* — [14]) parta *Theod. C.* — [15]) quae *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; *etiam Schol. Bas.* ἅπερ; quo *Theod. C.* — [16]) discernantur *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Hal.*; discernatur *ed. Schf.* — [17]) sequestri *Theod. C.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C., Cuiac. Obss. XII.* 6.; iure *om. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed ἐν μέσῳ δικαίῳ Schol. Bas.* — [19]) collatis *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; locatis *Theod. C.* — [20]) *Theod. C. ed. Haenel.*; Thessalonicae *Hal. et rell.* — [21]) PP. Id.* *Russ. et rell.*; p. V. id. m. (*scr.* mai. *sive* mart.) *ms. Pist., quod conss. tuetur, sed om.* II. *post* Max. — [22]) *subscr. om. Hal.* — [23]) Galliae, Iuliae *mss. mea.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; prius *ins. edd. Schf. Russ. et rell., refragante Schol. Bas.* — [25]) *subscr. abest ab Hal. Cont.* 62.; et Aeliano *om. Russ. Cont.* 66. *et rell. praeter Bk., eumque cons. inseri iubet ms. Pist.* — [26]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1.; Iuliano *ms. Bg.*; Valerio *edd.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg, ed. Nbg.*; oporteat *edd. Schf. Hal. et rell. Caeterum* iudicium *addunt edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Sp. Bk., contra mss. Pl.* 1. 2. *Gt. omnia mss. Russ. et contra edd. Schf. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; *simile glossema habet ms. Bg., in quo est* constitui poenam oportet. — [28]) II. *om. ms. Pist.* — [29]) *subscriptionem restitui ex ms. Pist.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; elidat *Russ. et rell.* — [31]) *subscr. om. Hal.*

5. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Alpheno [1]). — Quum status quaestionem tibi moveri, et te debita velle petere commemores, ordinarium est, prius solemnibus interpositis, si hoc iuris admiserit ratio, causam liberalem apud praesidem provinciae decidi, ut, si liber fuerix vel servus non esse pronuntiatus, tunc tibi iure debita restitui iubeat, quum, hoc incerto [2]), utrumne tibi libero constituto, an domino tuo, si servum te sententia declaraverit, debeatur, ad solutionem debitorem tuum urgeri non oporteat [3]). S. prid. Kal. Mai. Beraci [4]), AA. Conss. [5]) [293 — 304.]

6. [b]) Iidem AA. et CC. Alexandriae [6]). — Si res tuas raptas [7]) vel amotas esse dicis ab his, quos servos tuos esse contendis, hique in libertatem proclamaverint, causa liberalis prius adversus eos, et tunc damni dati rerumque amotarum lis apud praesidem provinciae contestanda est, ut, si quidem liberi vel servi non esse pronuntientur, tunc demum damni dati et amotarum rerum procedere possit, adhibita probatione, condemnatio, si vero secus, quaestio rerum amotarum evanescat. Dat. III. Id. Ianuar. Sirmii [8]), AA. Conss. [293 — 304.]

7. [c]) Imp. Constantinus A. ad Bassum P. P. [9]) — Si quando negotium status fuerit exortum, si [10]) ab eius parte, qui dicitur servus, aliquid dicatur dominus abripuisse [11]), prius considerari placet, utrum de possessione servitutis in libertatem reclamandum putet, an vero ex possessione libertatis in servitutem vocetur. Ac [12]) si eum de obsequiis servilibus libertatem constiterit flagitare, ante decidi status convenit causam, atque ita praeberi direptorum negotiorum, si res exegerit, audientiam. Quodsi ei, qui ad servitutem vocatur, quidquam direptum esse memoretur, universa, quae constiterit ablata, ita demum reddi convenit ei, qui servus esse contenditur, si modo salvam rem futuram per idoneos fideiussores promiserit. Nam si tales non potuerit dare, tunc ea convenit, de quibus in iudicio tractabitur, sequestrari in eum diem, in [13]) quo controversia sopietur [14]), ita ut ex iisdem, si alia [15]) facultas esse non poterit, tantum litis sumtibus [16]) et alimoniae hominis [17]) subministretur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit aestimatum. §. 1. Quum autem, necdum lite de statu mota, res ab aliquo direptae sint, et, sententia de restituenda possessione rerum lata, ille, ne [18]) sententiae satisfieret, de statu controversiam movit, necessitatem habebit et sine satisdatione easdem res reddere, et tunc causam liberalem secundum iuris ordinem exercere.

Tit. XX.

[d]) DE COLLUSIONE DETEGENDA.

1. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [19]) Theodorae [20]). — Quum servum matris tuae et stupro violasse dominam suam, et turpis coniunctionis maculam excogitandae ingenuitatis collusione ac falsae captivitatis velamento apud competentem iudicem obtegere voluisse proponas, nec libertatem ei matrem tuam dedisse, sed in solam ingenuitatem eum nudae voluntatis mendacio producere [21]) nisam [22]) asseveres, servum esse palam est, quando etiam divi Pii rescriptum super captivitate emissum, quam non intercessisse significas, ingenuum fecisse non videatur, nec asseveratio consensus tui ingenuitatis ius tribuere potuerit. PP. XIV. Kal. Iul. Diocletiano IV. et Maximiano III. AA. Conss. [23]) [290.]

2. [f]) Iidem AA. et CC. Milesio. — Libertinae conditionis constitutis privatis pactis mutare [24]) statum [25]) non licere, Ninniano [26]) senatusconsulto contra collusorem poena statuta praemioque detegenti promisso, manifeste declaratur. Dat. V. Kal. Decemb. Caess. Conss. [27]) [294 — 305.]

Tit. XXI.

[g]) NE DE STATU DEFUNCTORUM POST QUINQUENNIUM QUAERATUR.

1. [h]) Impp. Severus et Antoninus AA. Niconi. — Aditus competens iudex causam praescriptionis examinabit, et si Domitiae patronum, qui [28]) civis Romanus [29]) in diem mortis vixit, ante quinque annos, quam [30]) lis bonorum mulieris inchoaretur, vita decessisse constiterit, libertae status ex persona manumissoris non retractabitur.

2.

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 22. 5. — *Sch. h.* — [b]) *Bas. XLVIII.* 22. 6. — *Sch. i.* (*T. VI. p.* 570.) — [c]) *Bas. XLVIII.* 22. 7. — *Sch. k.* (*T. VI. p.* 571.) — [d]) *Dig. XL.* 16. — [e]) *Bas. XLVIII.* 23. 1. (*T. VI. p.* 572.) — *Sch. a — c.* (*ibid.*) — [f]) *Bas. XLVIII.* 23. 2. — *Sch. d — f.* (*T. VI. p.* 573.) — [g]) *Dig. XL.* 15. — [h]) *Bas. XLVIII.* 11. 5. (*T. VI. p.* 490.) — *Sch. f.* (*T. VI. p.* 494.)

[1]) Alpheo (Alphaeo, Alfeo) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. *Bg., S. Perus., ed. Nbg.* — [2]) cum hoc incertum est *edd. Schf. Nbg.*; Dum hoc incertum est *Hal. Bk.*, *sed utrumque contra codd. et Schol. Bas.*, *in quo τὸ κατὰ πόδας ita habet:* ὁπότε τουτου ἀδήλου ὄντος. — [3]) oportet *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Bk.* — [4]) *sic locus at ms. Pist. est; fortasse* Hieraci. — [5]) *subscr. om. Hal.* — [6]) Alexandro *ms. Pist., S. Perus.* — [7]) ruptas *emendat Cuiac. Obss. XVIII.* 22.; *sed Schol. Bas. quoque* αρπαγέντα. — [8]) Sirdi *ms. Pist., quod rel. subscr. tuetur.* — [9]) P. P. *om. mss. Cas. Vat. Bg., ed. Nbg., S. Perus.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; si quidem *Hal. et rell.* — [11]) dicatur esse a domino abreptum *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; At *rell.*, *refragante Schol. Bas.* — [13]) in *om. mss. Bg. Gt.* — [14]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; sopiatur *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [15]) si aliqua *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; si aliqua alia *edd. Schf. Hal. et rell.*; *sed* ἐὰν ἄλλη εὐχέρεια *Schol. Bas.* — [16]) *mss. Bg. Gt., ed. Schf.*; sumtus *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* τοῖς τῆς δίκης ἀναλώμασι *Schol. Bas.* — [17]) *mss. Bg. Gt., ed. Schf.*; homini *mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.*; *sed* τῇ τροφῇ τοῦ ἀνθρώπου *Schol. Bas.* — [18]) *mss. Bg. Gt.*; huic *ins. Russ. et postea rell.*, *idem post* sentent. *ins. mss. Pl.* 1. 2. *edd. Nbg. Hal.*, *post* satisfieret *ins. ed. Schf.*; *sed pro nobis stat Schol. Bas.* — [19]) et CC. *om. edd. Nbg. Hal. Bk.*, *quod sane convenit cum subscr.*, *sed pugnat contra codd. meos.* — [20]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.*; Theodoro *edd.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; perducere *Cont. et rell.* — [22]) enisam (enixam) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [23]) *subscr., quam restituit Russ. ex vet. cod., abest ab Hal. Cont.* 62. — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; immutare *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; tuum *ins. ed. Schf.*; suum *Russ. et rell.*, *sed pro nostra lect. stat Schol. Bas.* — [26]) *veteres libri, ad quos provocat Cuiac. Recitatt. h. t.*, *et cum quibus convenit Schol. Bas.* τῶν Νιννίων δόγματι; niniano *ms. Bg.*; viviano *ms. Pl.* 1.; viano *ms. Pl.* 2.; iul. *ed. Schf.*; Noniano *Hal. Russ.*; Numiano *edd. Nbg. Cont. et rell.* — [27]) *subscr. om. Hal.* — [28]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; ut *ins. ms. Pl.* 2., *edd.*, *contra Schol. Bas.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., ed. Schf.*; usque *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; annos quinque ante quam (antequam) *edd. Nbg. Hal. et rell.*; πρὸ πέντε ἐνιαυτῶν, πρὶν *Schol. Bas.*

2.[a]) Idem AA. [1]) Maximo. — Si is, qui te heredem fecit, propter matris conditionem servus dicitur, et mater ante quinque annos litis motae vita decessit, praescriptioni locus erit, quum quaeri de statu non possit, nisi de conditione matris retractetur [2]). Hoc ita, si, quamdiu vixit, sine interpellatione ut civis Romana egit. PP. . . . Sept. [3]) Antonino A. II. [4]) et Geta C. II. [5]) Conss. [205.]

3.[b]) Imp. Alexander A. Olympiadi. — Quamvis defunctus sit maritus quondam tuus, cui status quaestio inferebatur, causa tamen etiam post obitum eius propter emolumentum successionis durat, eamque apud eum, qui de hereditate vel singulis rebus indicaturus est, decidi oportet.

4.[c]) Idem A. Marciano. — Si is, quem servum tuum fuisse et a fratre tuo manumissum atque heredem scriptum [6]) proponis [7]), ut civis Romanus vixit, nec intra quinquennium post mortem eius status quaestionem movere coepisti, intelligis, neque heredibus ab eo scriptis, neque his, quos liberos esse voluit, controversiam te contra formam senatusconsulti facere posse. Quodsi prius, quam id temporis spatium excederet, agere coepisti, et peculium eius more indiciorum persequi, et cum manumissis, ordinata lite, secundum formam edicti experiri non prohiberis. PP. V. Id. [8]) Iun. Modesto et Probo Conss. [228.]

5.[d]) Imp. Gordianus A. Severo. — Quod est constitutum, post quinquennium de statu defunctorum quaestionem incipere non posse, ad speciem emancipationis, iure nec ne perfecta sit, minime pertinet.

6.[e]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Pollae. — Si mater tua quasi ingenua communi opinione vixit, et quinquennium a die mortis eius excessit, potes rempublicam et pupillos, si tibi status quaestionem movere tentaverint, nota praescriptione repellere. An autem pro ingenua in die [9]) mortis egerit, in indicio requiretur. Quodsi varietas interveniat, posteriora tempora spectari convenit. PP. VI. [10]) Id. Iun. Seculare II. [11]) et Donato Conss. [260.]

7.[f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [12]) Heliodoro. — Si pater tuus velut ingenuus vixit, nec status controversiam, quasi fisci servus esset, apud praesidem provinciae, qui super huiusmodi quaestionibus iudicare solet, sed apud curatorem reipublicae [13]) non competentem iudicem passus est, postque eius mortem quinquennium effluxerit [14]), status tuus ex [15]) praescriptione, quae ex senatusconsulto emanat, protectus est.

8.[g]) Idem AA. et CC. [16]) Theodorae [17]). — Repetitio peculii rerum servi tui, si nullo iusto titulo praecedente [18]) corpora possideantur ab aliquo, nulla temporis praescriptione mutilabitur. Nec enim senatusconsultum, quo [19]) super non retractandis defunctorum statibus sancitum est, intervenit, si defunctus in fuga conversatus [20]) atque latitans decessit. Dat. X. Kal. Decemb. Mediolani, Diocletiano et Maximiano AA. Conss. [21]) [293 — 304.]

Tit. XXII.

[h]) DE LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIONE, QUAE PRO LIBERTATE ET NON ADVERSUS LIBERTATEM OPPONITUR.

1. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Mutiano. — Mala fide morato in libertate diu prodesse non potest [22]) temporis praescriptio. Unde, quum confitearis, fuga te ab eo, cuius meministi, recessisse, intelligis ex hoc solo, sine dolo malo in possessione te libertatis non esse. S. Kal. [23]) Septemb. AA. Conss. [24]) [293 — 299.]

2. [k]) Idem AA. et CC. Carterio [25]). — Praestat firmam defensionem libertatis ex iusto initio longo tempore obtenta possessio. Favor enim libertati debitus et salubris iampridem ratio suasit, ut his, qui [26]) bona fide in possessione libertatis per viginti annorum spatium sine interpellatione morati essent, praescriptio adversus inquietudinem status eorum prodesse debeat, ut et liberi et cives Romani fiant. Dat. VII. [27]) Kal. Iul. Antiochiae, Constantio [28]) IV. [29]) et Maximiano IV. [30]) Caess. Conss. [302.]

3. [l]) Exemplum sacrarum litterarum Constantini et

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 11. 6. (*T. VI.* p. 491.) — *Sch. g.* (*T. VI.* p. 495.) — [b]) *Bas. XLVIII.* 11. 7. — *Sch. h. i.* — [c]) *Bas. XLVIII.* 11. 8. — *Sch. k. l.* — [d]) *Bas. XLVIII.* 11. 9. (*T. VI.* p. 492.) — *Sch. m.* (*T. VI.* p. 496.) — [e]) *Bas. XLVIII.* 11. 10. — *Sch. n.* — [f]) *Bas. XLVIII.* 11. 11. — *Sch. o.* — [g]) *Bas. XLVIII.* 11. 12. — *Sch. p.* (*T. VI.* p. 497.) — [h]) *Dig. XL.* 12. — [i]) *Bas. XLVIII.* 24. 1. (*T. VI.* p. 574.) — *Sch. a — c.* (*T. VI.* p. 575.) — [k]) *Bas. XLVIII.* 24. 2. — *Sch. d.* — [l]) *Bas. XLVIII.* 24. 3. — *Sch. e.*; *Iac. Gothofr. vix recte iungit leg.* 1. *Th. C. de ingenuis V.* 6., *rectius iungetur l.* 8. *C. de iudic. III.* 1., *auctore Cuiac. in Recitatt. in Cod. ad l.* 2. *C. VII.* 39. *et Obss. XVIII.* 27.

[1]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1.; et CC. *add. ms. Bg.*, *Hal. et rell. praeter Bk.*; *qui add.* et C. — [2]) *omnes libri Russ.*, *ed. Schf.*; retractaretur *ms. Bg.*; retractatur *ms. Pl.* 2.; tractetur *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* ἀναψηλαφηθῇ *Schol. Bas.* — [3]) P. D. 8. *Russ. et postea rell.*, *quod probabiliter emendandum in* PP. Id. Sept., *de prima certe et tertia lit. non dubitandum videtur.* — [4]) V. *ms. Pist.*, *quod nomina consulum tuetur.* — [5]) II. *om. Bk. cum fastis*; *subscr. om. Hal.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *d. Schf.*; esse *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) post manumissionem *ins. Hal. in not.*, *Russ. Cont.* 62., *contra omnia mss. Russ. et mea et contra Schol. Bas.* — [8]) Id., *quod abest ab omn.*, *inserui ex ms. Pist.*; *subscr. om. Hal.* — [9]) in diem *mss. Bg. Gt.*; ἕως τελευτῆς *Schol. Bas.*; *cfr. l.* 1. *hoc tit.* — [10]) VII. *Russ. in marg.* — [11]) *ms. Pist.*, *Bk.*; II. *om. Russ. et rell.*; *subscr. abest ab Hal.* — [12]) *ms. Cas.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; et CC. *ins. rell.* — [13]) *mss. Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Bk.*; procuratorem reipubl. *mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.*; procuratorem rei privatae *emend. Cuiac. Obss. I.* 24.; *sed* παρὰ τῷ κουράτωρι τῆς πόλεως *Bas.*; *cfr. l.* 6. *D. I.* 22. — [14]) fluxit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [15]) ex *om. mss. Pl.* 2. *Bg.* — [16]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *om. edd.* — [17]) Theodoro *mss. Cas. Pl.* 1., *S. Perus.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2., *probante Russ. in marg.*; intercedente *ms. Bg.*, *edd.*; *sed* μηδενὸς δικαίου τίτλου προλαμβανοντος *Schol. Bas.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *etiam ms. Bg. ante correct.*; quod *edd. Schf. Russ. et rell.* — [20]) *Hal.*; in fugam conversatus *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; in fugam conversus *Russ. et rell.*; ἐν φυγῇ ἀναστραφεὶς *Schol. Bas.* — [21]) *subscr. om. Hal.* — [22]) *mss. Bg. Gt.*; longi *ins. mss. Pl* 1. 2., *edd.*, *refragante Schol. Bas.*, *in quo est* τὸ κατὰ πόδας. — [23]) S. K. d. *ms. Pist.* — [24]) *subscriptionem restitui ex ms. Pist.* — [25]) *mss. Pist. Cas. Vat.* Charterio *ms. Bg.*; Catherio *S. Perus.*; Charcherio *ms. Pl.* 1.; Carcino *edd.* — [26]) ut si qui *ms. Bg.*; *sed* ἵνα τούτοις οἵτινες *Schol. Bas.* — [27]) *ms. Pist.*; VII. *om. Russ. et rell.* — [28]) Constant. *Russ.*; Constantino *Cont. et rell. praeter Bk.* — [29]) III. *ms. Pist.* — [30]) *Bk.*; II. *Russ. et rell.*; *subscr. abest ab Hal.*

et Licinii AA. ad Dionysium, vicariam Praefecturam[1]) agentem. — Sola temporis longinquitate [2]), etiamsi sexaginta annorum curricula excesserit [3]), libertatis iura minime mutilari [4]) oportere, congruit aequitati. Dat. IV. [5]) Kal. Mai. Volusiano et Anniano Conss. [6]) [314.]

Tit. XXIII.

DE PECULIO EIUS, QUI LIBERTATEM MERUIT.

1. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [7]) Rufino. — Longe diversam causam eorum, qui a superstitibus manumittuntur, item illorum, quibus testamento libertas relinquitur, esse, dissimulare non debueras, quum superiore quidem casu concessum tacite peculium, si non adimatur, posteriore vero, nisi specialiter fuerit datum, penes successores remanere, iuris sit evidentissimi.

Tit. XXIV.

DE SENATUSCONSULTO CLAUDIANO TOLLENDO.

1. [b]) Imp. Iustinianus A. Hermogeni, Magistro officiorum. — Quum in nostris temporibus, in quibus multos labores pro libertate subiectorum sustinuimus, satis esse impium credidimus [8]), quasdam mulieres libertate sua fraudari, et quod ab hostium ferocitate contra naturalem libertatem inductum est, hoc a libidine [9]) nequissimorum hominum inferri, Claudianum senatusconsultum et omnem eius observationem circa denuntiationes et iudicum sententias conquiescere in posterum volumus, ne ea, quae libera constituta est, vel semel decepta, vel infelici cupidine capta, vel alio quocunque modo contra naturalem suorum ingenuitatem deducatur in servitutem, et sit pessimum dedecus cognationis suae fulgori, ut, quae forsitan decoratos dignitatibus habeat cognatos, haec in alienum cadat dominium, et dominum pertimescat forsitan cognatis suis inferiorem. Quod et in libertis observari oportet; semel etenim libertate potitam per tale dedecus in servitutem deduci [10]), religio temporum meorum nullo patitur modo. §. 1. Sed ne servi vel adscriptitii putent, sibi impunitum esse tale conamen, quod maxime in adscriptitio verendum [11]) est, ne, liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis, paulatim huiusmodi hominum conditio decrescat, sancimus, si quid tale fuerit vel a servo vel ab adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominum eius, sive per se sive per praesidem provinciae talem servum vel adscriptitium castigatione competente corrigere, et abstrahere a tali muliere. Quod si neglexerit, sciat, in suum damnum huiusmodi desidiam reversuram.

Tit. XXV.

DE NUDO [12]) IURE QUIRITIUM [13]) TOLLENDO.

1. Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Antiquae subtilitatis ludibrium per hanc decisionem expellentes, nullam esse differentiam patimur inter dominos, apud quos vel nudum ex iure Quiritium [14]), vel tantummodo [15]) in bonis reperitur, quia nec huiusmodi volumus esse distinctionem, nec ex iure Quiritium nomen, quod nihil ab [16]) aenigmate discrepat, nec unquam videtur, nec in rebus apparet, sed vacuum est et superfluum verbum, per quod animi invenum, qui ad primam legum veniunt audientiam, perterriti ex primis eorum cunabulis inutiles legis antiquae dispositiones accipiunt. Sed sit plenissimus et legitimus quisque dominus sive servi sive aliarum rerum ad se pertinentium.

Tit. XXVI.

[c]) DE USUCAPIONE PRO EMTORE [17]) VEL TRANSACTIONE.

1. [d]) Imp. Antoninus A. Flaviano. — Mancipia tua si ab eis distracta sunt, qui ius vendendi non habuerunt, vindicare ea potes. Nec enim usucapi ab emtoribus potuerunt, quum illicita venditione furtum contractum sit... prid. Id. [18]) August. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [19]) [213.]

2. [e]) Imp. Alexander A. Marcellino. — Si contra defuncti voluntatem servos, quos propter perfectae artis peritiam heredibus suis defunctus servari testamento praecepit, tutores vendiderunt, usucapi non potuerunt. Dat. V. Non. Mart. Iuliano II. et Crispino Conss. [20]) [224.]

3. [f]) Idem A. Nepotillae. — Si matrem eius, cuius nomine te quaestionem pati dicis, bona fide emtam possidere coepisti, etiamsi ipsa in causam furtivam incidit [21]), tamen postea conceptum apud te partum usucapere potuisti.

4. [g]) Idem A. Achilleo. — Venditioni ancillae consensum dedisse diversam partem si [22]) probaveris, retractando contractum, quem ipsa ratum habuit, non audietur. Sed et hac probatione cessante, si bona fide emtam ancillam a [23]) venditore bona fide distrahente

---

[a]) *Bas. XLVIII.* 24. 4. — *Sch. f.* (*T. VI. p.* 576.) — [b]) *Bas. XLVIII.* 25. 1. (*T. VI. p.* 576.) — *Sch. a. b.* (*T. VI. p.* 578.) *pars hui. const. geminatur in l.* 24. *C. de agric. et cens. XI.* 47. — [c]) *Dig. XLI.* 4. — [d]) *Bas. L.* 4. 14. (*Meerm. Thes. V. p.* 61.) — [e]) *Bas. L.* 4. 15. — [f]) *Bas. L.* 4. 16. — [g]) *Bas. L.* 4. 17.

[1]) vice praefectorum *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ms. Cont.*; vicem praefectorum *ms. Pist.*, *quinque mss. Russ.*, *liber Aured. ap. Char.* — [2]) Solam temp. longinquitatem *Russ. in marg.*, *quod melius convenit cum Schol. Bas.* — [3]) excedit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; excesserunt *ed. Schf.*, *quod magis accedit ad Schol. Bas.* — [4]) mutilare *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *consentiente Schol. Bas.* — [5]) III. *ms. Pist.*; VIII. Kal. *Cuiac. loco in not. l. cit. scribi mavult et in hac lege et in l.* 8. *C. III.* 1. — [6]) *subscr. om. Hal.* — [7]) et CC *ins. mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [8]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; credimus *ms. Pl.* 2., *edd. rell.*, *nobiscum Bas. faciunt* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*; ad libidinem *edd.*; *sed* ἐκ τῆς ἡδονῆς *Bas.* — [10]) reduci *mss. Bg. Gt.*; ἄγεσθαι *Bas.* — [11]) *ms. Gt.*, *Russ. in marg. Bk.*; observandum *ed. Schf.*; asserendum *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Bg. ex correct.*; *sed* εὐλαβητέον *Bas.*; *cfr. l.* 24. *C. XI.* 47. — [12]) ex *ins. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *S. Perus.*, *quod probo.* — [13]) quiritio *mss. Cas. Vat.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2 *Gt.*; nomen *ins. ms. Bg.*, *edd.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; tantum *Hal. et rell.* — [16]) ab *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [17]) emptione *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; pro emt. *om. ms. Pl.* 2. — [18]) p. id. *ms. Pist.*; *fortasse* PP. Id. — [19]) *subscr. om. Hal.* — [20]) *subscr.*, *quam tuetur ms. Pist.*, *abest ab Hal.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; inciderit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) si *antea post* ancillae *collocant edd. Nbg. Hal. et rell. contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [23]) a *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*

bente [1]) temporis spatio usnceperis, intentio proprietatem vindicantis tenere non potest. PP. III. Id. April. . . . . [2]).

5. [a]) Imp. Gordianus A. Marino [3]). — Si partem possessionis malae fidei [4]) possessor venumdedit [5]), id quidem, quod ab ipso tenetur, omnimodo [6]) cum fructibus recipi potest, portio autem, quae distracta est, ita demum recte petitur a possidente, si sciens alienam comparavit, vel bona fide emtor nondum complevit [7]) usucapionem. Violenter autem [8]) possessione amissa [9]), priusquam in domini potestatem perveniat, usucapio emtori, etsi bona fide mercatus est, non competit. PP. XII. Kal. April. Pio et Pontiano Conss. [10]) [238.]

6. [b]) Imp. Philippus A. cum consilio [11]) colloquutus [12]) dixit: Quum sit probatum, rem pignori fuisse obligatam et postea a debitore distractam, palam est, non potuisse eam quasi furtivam usucapi. — Sine die et consule [13]).

7. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [14]) Pecudio [15]). — Sciens servum alienum contra domini voluntatem [16]) venumdans furtum committit. Quod rei vitium, priusquam ad dominum eius revertatur possessio, non permittit usucapionem fieri, licet bona fide possideatur. Dat. V. Id. Febr. Caess. [17]) Conss. [294—305.]

8. [d]) Iidem AA. et CC. [18]) Severo. — Ex causa transactionis habentes iustam causam possessionis usucapere possunt.

9. [e]) Iidem AA. et CC. [19]) Gaio. — Eum, qui a pupillo sine tutoris auctoritate distrahente comparavit, nullum temporis longi [20]) spatium defendit. Sed si locupletior emtoris pecunia factus, post pubertatem occasionem [21]) iuris ad iniquum trahat compendium, doli mali summovebitur [22]) exceptione. S. III. Kal. Decemb. Caess. Conss. [23]) [294—305.]

Tit. XXVII.

[f]) DE USUCAPIONE PRO DONATO.

1. [g]) Imp. Alexander A. Macedonio. — Ive fuerit dominus, qui tibi loca, de quibus supplicasti, donavit, sive a non domino bona fide donata suscepisti, eaque usucepisti, auferri tibi, quod iure quaesitum est, non potest. PP. [24]) V. Id. Mart. . . . . [25]).

2. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [26]) Capitoni [27]). — Donantem ancillam alienam nihil domino deminuere, non est ambigui iuris; furtum etiam contrahere citra voluntatem domini contrectantem, ut eius rei nec usucapio possit procedere. S. V. Id. April. AA. Conss. [28]) [293—304.]

3. [i]) Iidem AA. et CC. Rhodano [29]). — Irritam facere donationem perfectam nemini licet. Utque [30]) hoc verum est, sic [31]) error falsae causae ratione bonae fidei non defenditur. Quod et in dominio pro usucapione [32]) quaerendo servatur.

Tit. XXVIII.

[k]) DE USUCAPIONE PRO DOTE.

1. [l]) Imp. Alexander A. Taurino. — Res mobiles in dotem datae, quamvis alienae, si sine vitio tamen fuerint, a bona fide accipiente [33]) pro dote [34]) usucapiuntur.

Tit. XXIX.

[m]) DE USUCAPIONE PRO HEREDE.

1. [n]) Imp. Antoninus A. Zoilo [35]). — Quum pro herede usucapio locum non habeat, intelligis, neque matrem tuam, cui heres exstitisti, neque te usu mancipia ex ea causa capere posse. PP. VII. Kal. Iul. Romae, Laeto et Cereale Conss. [36] [215.]

2. [o]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Marinae [37]). — Nihil pro herede posse usucapi, suis heredibus exsistentibus, magis [38]) obtinuit. PP. V. Kal. Februar. AA. Conss. [39]) [293—304.]

3.

---

[a]) *Bas. L.* 4. 18. — [b]) *Bas. L.* 4. 19. — [c]) *Bas. L.* 4. 20. — [d]) *Bas. L.* 4. 21. — [e]) *Bas. L.* 4. 22. (*Meerm. T. V. p.* 62.); *pars prior hui. rescr. geminatur in l.* 3. *C. de auctor. praest. V.* 59. — [f]) *Dig. XLI.* 6. — [g]) *Bas. L.* 6. 7. (*Meerm. T. V. p.* 63.) — [h]) *Bas. L.* 6. 8. — [i]) *Bas. L.* 6. 9. — [k]) *Dig. XLI.* 9. — [l]) *Bas. L.* 8. 3. (*Meerm. T. V. p.* 64.) — [m]) *Dig. XLI.* 5. — [n]) *Bas. L.* 5. 5. (*Meerm. T. V. p.* 62.) — [o]) *Bas. L.* 5. 6.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg., Hal. in textu;* longi *ins. edd, Schf. Russ. et rell.* — [2]) *hunc diem restitui ex ms. Pist.* — [3]) Matino, Materno, Manatio *mss. nonn.* — [4]) mala fide *mss. Bg. Gt., ed. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; vendidit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; omnino *Russ. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; implevit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; enim *edd. Nbg. Hal. et rell., refragantibus Bas.* — [9]) possessionis amissae *ms. Bg.* — [10]) *hanc subscr. restitui ex ms. Pist.; de dubio, quod dies parit, cfr. Belandi Fasti cons. p.* 184. — [11]) *mss. Pist. Cas. Vat., Cuiac. Obss. XVIII.* 32.; cum concilio *ms. Bg.*; cum Coelio *edd.* — [12]) collocatus *mss. Vat. Bg.* — [13]) Sine — cons. *om. Hal.* — [14]) *S. Perus., Cuiac. Recitatt. h. t.*; Iid. AA. et CC. *mss. Cas. Vat.*; Iidem (Idem) A. et C. *ms. Bg., edd.* — [15]) *ms. Pist.*; Pecudi *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *S. Perus.*; Peculii *ms. Bg.*; Compedi *edd.* — [16]) sine dom. voluntate *ms. Pl.* 2.; citra dom. volunt. *ms. Pl.* 1.; citra dom. mandatum *ms. Gt., ed. Schf.*; παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου *Bas.* — [17]) Caess. *om. Bk.* — [18]) *ms. Vat.*; Iid. AA. *mss. Pist. Cas.*; Id. A. *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; Iidem (Idem) A. et C. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 14. *ad l.* 7. *h. t.* — [19]) *mss. Cas. Vat. Bg.*; Id. A. *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; Iidem (Idem) A. et C. *Hal. et rell.*; *sed v. l.* 3. *C. V.* 59.; *cfr. not.* 14. *ad l.* 7. *h. t.* — [20]) longi *om. mss. Pl.* 1. *Bg.* — [21]) occasione *ms. Gt., ed. Schf.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2 *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; submovetur *Russ. et rell.* — [23]) *subscriptionem restitui ex l.* 3. *C. V.* 59.; CC. Coss. *Russ. et rell. praeter Bk.* — [24]) P. *Russ. et rell.* — [25]) *hunc diem om. Hal.* — [26]) *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; CC., *om.* et, *ms. Pist.*; et CC. *om. edd.* — [27]) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg., S. Perus.*; Capioni *ms. Pl.* 1.; Capitonio *edd.* — [28]) *subscr. om. Hal.* — [29]) Rodiano *mss. nonn.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnes libri Russ., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; Utique *Russ. et rell.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; si *Russ. et rell.* — [32]) per usucapionem *vel* pro donato usucapione *Russ. in marg.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.*; bona fide acceptae, *omisso* a, *edd. Nbg. Hal. Russ. Bk.*; bona fide ab accipiente *ms. Bg., mss. Russ.*; a bonae fidei accipiente *Cont. et rell.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Bk.*; acceptae *ins. Cont. et rell.*; *v. not. praeced.* — [35]) Zoilo (Zoillo) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1 *Bg., S. Perus.*; Theophilo *edd.* — [36]) *hanc subscr., quam restituit Russ. ex cod., om. Hal. Cont.* 62. — [37]) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg., S. Perus.*; Maurinae *ms. Pl.* 1., *edd.* — [38]) magis *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal. Russ.* — [39]) *hanc subscr. restitui ex ms. Pist.*

3. [a]) Iidem AA. et CC. Diodoro [1]). — Opinione falsa mortis pro herede possessio rerum absentis procedere non potest.

4. [b]) Iidem AA. et CC. Serapioni. — Usucapio non praecedente vero titulo procedere non potest, nec prodesse neque tenenti neque heredi eius potest, nec obtentu velut ex hereditate [2]), quod alienum fuit, domini [3]) intentio ullo longi temporis spatio absumitur. Dat. VII. [4]) Kal. Ianuar. Caess. Conss. [5]) [294—305.]

Tit. XXX.

[c]) COMMUNIA DE USUCAPIONIBUS.

1. [d]) Imp. Alexander A. Sabino. — Qui ex conducto possidet, quamvis corporaliter teneat, non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere. Neque enim colono vel conductori praediorum longae possessionis praescriptio acquiritur [6]). PP. VII. Kal. April. Alexandro A. II. [7]) et Marcello Conss. [8]) [226.]

2. [e]) Idem A. Onesimae. — Iampridem quidem mancipium, de quo supplicas, comparasse te dicis; sed si cogitaveris, rem fisci mei usucapi non posse, respondere te actionibus fisci mei intelligis, nec alias posse rei [9]) proprietatem obtinere, quam si non ex ancilla fiscali natum fuisse constiterit. PP. Non. Mart. Pompeiano et Peligno Conss. [10]) [231.]

3. [f]) Imp. Philippus A. et C. [11]) Pantherio [12]). — Si mala fide servum tuum sciens Antiochus tenuit, intentionem tuam contra successorem eius, licet bona fide possidet, propter initii vitium usucapio non absumsit.

Tit. XXXI.

[g]) DE USUCAPIONE TRANSFORMANDA ET DE SUBLATA DIFFERENTIA RERUM MANCIPI ET NEC MANCIPI.

1. [h]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum nostri animi vigilantia ex iure Quiritium nomen et substantiam sustulerit, et [13]) communes exceptiones in omni loco valeant [14]) decem vel viginti vel triginta annorum, vel si quae sunt aliae maioris aevi continentes prolixitatem, satis inutile est, usucapionem in Italicis quidem soli rebus admittere, in provincialibus autem recludere. Sed et si quis res alienas, Italicas tamen, bona fide possidebat per biennium, miseri rerum domini excludebantur, et nullus eis ad eas reservabatur regressus. Quae et nescientibus dominis procedebant; quo nihil inhumanius erat, si homo absens et nesciens tam angusto tempore suis cadebat possessionibus. §. 1. Ideo per praesentem legem et in Italicis soli rebus, quae immobiles sunt vel esse intelliguntur, sicut annalem exceptionem, ita et usucapionem transformandam esse censemus, ut tantummodo et his decem vel viginti vel triginta annorum et aliarum exceptionum tempora currant, huiusmodi angustiis penitus semotis. §. 2. Quum autem antiqui et in rebus mobilibus vel se moventibus, quae fuerant alienatae [15]) vel quocunque modo, bona fide tamen, detentae, usucapionem extendebant, non [16]) in Italico solo nexu, sed in omnem orbem [17]) terrarum, et hanc annali tempore concludebant, et eam duximus esse corrigendam, ut, si quis alienam rem mobilem seu se moventem in quacunque terra, sive [18]) Italica sive provinciali, bona fide per continuum triennium detinuerit, is firmo iure eam possideat, quasi per usucapionem ei [19]) acquisitam. §. 3. Hoc tantummodo observando, ut in his omnibus casibus ab initio eam bona fide capiat, secundum quod exigit longi temporis praescriptio, et ut continuetur ei possessio etiam anteriori insti possessoris, et connumeretur in decennium vel viginti annorum spatium vel triennium [20]). Quod et in rebus mobilibus observandum esse censemus, ut in omnibus iusto titulo possessionis [21]) antecessoris iusta detentio, quam in re [22]) habuit, non interrumpatur ex posteriore forsitan alienae rei scientia, licet ex titulo lucrativo ea coepta [23]) est. §. 4. Ita etenim ampliatur quidem longi temporis materia, quae ei subdita est, minuitur autem usucapionum compendiosa dominis [24]) iactura et eius iura nocentia, quum [25]) etiam res dividi mancipi et nec mancipi sane antiquum est, et merito antiquari oportet, ut [26]) sit rebus et locis omnibus similis ordo, inutilibus ambiguitatibus et differentiis sublatis. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [27]) [531.]

TIT. XXXII.

---

[a]) *Bas. L.* 5. 6. — [b]) *Bas. L.* 5. 8. — [c]) *Dig. XLI.* 3. — [d]) *Bas. L.* 10. 1. (*Meerm. T. V. p.* 65.) — [e]) *Bas. L.* 10. 2. — [f]) *Bas. L.* 10. 3. — [g]) *Dig. XLI.* 3. — [h]) *Bas. L.* 10. 4.; *iungenda videtur l.* 13. *C. de servitut. III.* 34.

[1]) Diocletiano *mss. pleraque.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; esset *ins. Russ. et rell.* — [3]) dominii *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [4]) Scripta VIII. *Russ. in marg.* — [5]) *subscr. om. Hal.* — [6]) quaeritur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [7]) V. *ms. Pist., Russ. Cont. Char. Pac.* — [8]) *subscr. abest ab Hal.* — [9]) rei *om. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [10]) *hanc subscr., quam restituit Russ. ex cod., denuo omiserunt edd. post eum.* — [11]) Id. A. et C. *mss. Pist. Bg., ed. Nbg., S. Perus.*; Iid. AA. et CC. *mss. Cas. Vat.*; Id. A. *ms. Pl.* 1. — [12]) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg., S. Perus.*; Patherio *ms. Pl.* 1.; Pantino *edd.* — [13]) sustulit et *mss. Pl.* 1. 2.; sustulit et quum *ed. Nbg.*; sustulit ut *ms. Gt.*; sustulerit ut *ed. Schf.*; sustulit ut et *ms. Bg.* — [14]) id est *inserere iubent mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [15]) *v.* nexu, *quod statim post legitur, huc revocat Cuiac. in Paratitl. ad h. t.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; tantum *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; in omni orbe *ms. Pl.* 1., *Russ. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; in *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; eam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Bg. ante correct., ed. Schf., Cuiac. in Paratitl. h. t. ex vet. lib.*; tricennium *edd. Nbg. Hal. et rell., Unterholzner Verjährungslehre II. p.* 86. — [21]) possessoris *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [22]) quam iure *esse videtur in ms. Bg.* — [23]) concepta *ms. Pl.* 1. — [24]) dominii *ms. Bg.* — [25]) nocentia. Et quum *edd. Nbg. Hal.* — [26]) et *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [27]) *hanc subscr., quae abest ab Hal., ex cod. restituit Russ.*

Tit. XXXII.

a) DE ACQUIRENDA ET RETINENDA POSSESSIONE.

1. b) Impp. Severus et Antoninus AA. [1]) Attico. — Per liberam personam ignoranti quoque acquiri possessionem, et postquam scientia intervenerit, usucapionis conditionem inchoari posse, tam ratione utilitatis quam iuris pridem [2]) receptum est. PP. VI. Kal. Decemb. Dextro II. et Prisco [3]) Conss. [196.]

2. c) Imp. Alexander A. Gauro [4]). — Minus instructus est, qui te sollicitum reddidit, quasi in vacuam possessionem eius, quod per procuratorem emisti, non sis inductus, quum ipse proponas, diu te in possessione [5]) fuisse, omniaque ut dominum gessisse. Licet enim instrumento non sit comprehensum, quod tibi tradita sit possessio, ipsa tamen rei veritate id consecutus es, si sciente venditore in possessione fuisti.

3. d) Imp. Decius A. Rufino [6]). — Donatarum rerum a quacunque persona infanti vacua possessio tradita corpore quaeritur. Quamvis enim sint auctorum sententiae dissentientes, tamen consultius videtur, interim, licet animi plenus non fuisset affectus [7]), possessionem per traditionem esse quaesitam; alioquin, sicuti consultissimi viri Papiniani responso continetur, nec quidem per tutorem possessio infanti poterit acquiri. PP. V. Kal. April. Decio A. II. [8]) et Grato Conss. [250.]

4. e) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Nepotianae [9]). — Licet possessio nudo animo acquiri non possit, tamen solo animo retineri potest. Si ergo praediorum desertam possessionem non derelinquendi affectione transacto tempore non coluisti, sed ex [10]) metus necessitate culturam eorum distulisti, praeiudicium tibi ex transmissi temporis iniuria generari non potest. PP. Kal. August. ipsis IV. et III. AA. Conss. [11]) [290.]

5. f) Iidem AA. et CC. [12]) Mennoni. — Quum nemo causam sibi possessionis mutare possit, proponasque, colonum nulla extrinsecus accedente causa ex colendi occasione ad iniquae venditionis vitium esse prolapsum, praeses provinciae, inquisita fide veri, dominii tui ius convelli non sinet.

6. g) Iidem AA. et CC. Valerio. — Si nulla iusta ex causa ingressum agrum [13]) sive vineas eum, cuius meministi, praeses repererit, nec ulla praescriptione tua [14]) interpellatur petitio, restituere tibi possessionem [15]) cum omni causa non dubitabit. S. Id. April. AA. Conss. [293 — 304.]

7. h) Iidem AA. et CC. Asyncrito. — Improba possessio firmum titulum possidendi [16]) nullum praestare potest. Unde ingredientem in vacuam possessionem alieni fundi non consentiente domino vel actore [17]), qui eius rei concedendae potestatem habuit, causam iustam possessionis adipisci non potuisse, certum est. PP. V. Id. Decemb. AA. Conss. [18]) [293 — 304.]

8. i) Iidem AA. et CC. Cyrillo. — Per procuratorem utilitatis causa possessionem, et, si [19]) proprietas ab hac separari non possit, dominium etiam quaeri placuit. PP. XVIII. Kal. Mart. Sirmii, Caess. Conss. [20]) [294 — 305.]

9. k) Iidem AA. et CC. Sergio. — Nec ex vera venditione possessionem, quam non fuerat emtor adeptus, improbe [21]) retinere potest, ac multo minus is, qui asseveratione falsa velut emtor, quum sine obligatione pignoris pecuniam mutuo dedisset, fundum irrumpens alienum, retinendi iustam causam [22]) habet. PP. III. Non. April. Sirmii, Caess. Conss. [23]) [294 — 305.]

10. l) Imp. Constantinus A. ad Maternum [24]). — Nemo ambigit, possessionis duplicem esse rationem, aliam, quae iure consistit, aliam, quae corpore, utramque autem ita demum esse legitimam, quum omnium adversariorum silentio ac taciturnitate firmetur [25]); interpellatione vero et controversia progressa, non posse eum intelligi possessorem, qui, licet [26]) corpore teneat, tamen ex interposita contestatione et causa in iudicium deducta super iure possessionis vacillet ac dubitet. PP. XI. Kal. Februar. Triveris [27]), Volusiano et Anniano Conss. [28]) [314.]

11. m) Impp. Arcadius et Honorius AA. Petronio, Vicario Hispaniarum. — Vitia possessionum a maioribus contracta perdurant, et successorem auctoris sui culpa comitatur. Dat. XV. [29]) Kal. Ianuar. Mediolano [30]), Caesario et Attico Conss. [31]) [397.]

12. n) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Ex libris Sabinianis quaestionem in divinas nostri numinis aures relatam tollentes, definimus, ut, sive servus, sive procurator, vel colonus, vel inquilinus, vel quispiam alius, per quem licentia est nobis possidere, corporaliter nactam possessionem cuiuscunque rei [32]) dereli-

---

a) *Dig. XLI.* 2. — b) *Bas. L.* 2. 52. (*Meerm. T. V. p.* 49.) — c) *Bas. L.* 2. 53. — d) *Bas. L.* 2. 54. — e) *Bas. L.* 2. 55. — f) *Bas. L.* 2. 56. — g) *Bas. L.* 2. 57. — h) *Bas. L.* 2. 58. — i) *Bas. L.* 2. 59. — k) *Bas. L.* 2. 60. (*Meerm. T. V. p.* 50.) — l) *Bas. L.* 2. 61. — m) *hausta ex l.* 5. *Th. C. unde vi. IV.* 22., *cuius priorem partem habes in l.* 2. *C. si per vim. VIII.* 5.; *Bas. L.* 2. 62. — n) *Bas. L.* 2. 62.

1) *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et CC. *addunt edd. praeter Bk.*, *qui haud dubie propter subscr. ita emendat inscr.*: Imp. Sev. A. et Anton. C. — 2) *ms. Pl.* 1. *et codd.*, *ad quos provocat Savigny in libro: Recht d. Besitzes ed.* 5. *p.* 321., *var. l. gl.*; iuris prudentia *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. omnes*; *cfr. Dirksen Civil. Abh. II. p.* 467. — 3) *Bk.*, *similiter Russ. in marg.*; Fusco et Dextro *Russ. et rell.*; *cfr. not. ad l.* 1. *C. VI.* 39.; *subscr. om. Hal.* — 4) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*; Mauro *edd.* — 5) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; eius *ins. Russ. et rell.* — 6) Rufo *mss. pleraque.* — 7) effectus *mss. Pl.* 1. *Bg.* — 8) V. *Russ. et rell. praeter Bk.*; *subscr. om. Hal.* — 9) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*; Nepotiano *edd.* — 10) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *ed. Schf.*; ex *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — 11) *subscr. om. Hal.* — 12) et CC. *om. mss. Pist. Cas.* — 13) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*; tuum *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — 14) vestra *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — 15) te possessioni *mss. Pl.* 1. *Gt.* — 16) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; possidenti *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — 17) auctore *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — 18) *subscr. om. Hal.* — 19) *Hal. et postea rell. male uno verbo scribunt* etsi. — 20) *subscr. om. Hal.* — 21) probe *var. l. gl.*; *statim ante pro* quam non *Noodt. Probab. III.* 4. *sine causa emendat* quam modo. — 22) non *ins. ms. Pl.* 1. — 23) Caess. Conss. *om. Russ. Cont.* 62., *licet iam a Russ. in marg. ex codd. restituta*; *subscr. om. Hal.* — 24) Paternum *S. Perus.* — 25) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; firmatur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 26) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; possessionem *ins. Russ. et rell.* — 27) Trib. *ms. Pist.*; Tribon. *Russ. Cont. Char. Pac.*; Triber *Sp.*; Trevir. *Bk.* — 28) *subscr. om. Hal.* — 29) *Theod. C.*, *Bk.*; V. *Russ. et rell.* — 30) *Theod. C.*; *locus abest a Russ. et rell. praeter Bk.* — 31) *subscr. om. Hal.* — 32) eam *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.

dereliqueris vel alii prodiderit, desidia forte vel dolo, ut locus aperiatur alii eandem possessionem detinere, nihil penitus domino praeiudicii [1]) generetur, ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat, sed et ipse, si liberae conditionis est, competentibus actionibus subingetur, omni iactura ab eo restituenda domino rei vel ei, circa quem negligenter vel dolose versatus est. §. 1. Sin autem necdum sub manibus procuratoris vel coloni, vel inquilini, vel servi possessio facta est, sed ipse eam accipere desidia vel dolo supersedit, tunc et ipse, qui eum transmisit, ex mala sua electione praeiudicium circa [2]) possessionem patiatur, ex memoratarum personarum vel machinatione vel negligentia accedens. Hoc etenim tantum sancimus, ut dominus nullo modo aliquod discrimen sustineat ab his, quos transmiserit, non ut etiam lucrum sibi per eos aliquod [3]) acquirat, quum et antiqua regula iuris [4]), quae definivit, deteriorem conditionem per servum domino [5]) nullo modo fieri, tunc locum habeat, quum dominus de damno periclitetur, non quum sibi lucrum per servum acquiri desiderat; salva videlicet et [6]) in hoc casu domino rei vel ei, qui ad eam detinendam praefatas transmiserit personas, adversus eas omni actione, si qua ex legibus ei competit, servata.

Tit. XXXIII.

[a]) DE PRAESCRIPTIONE LONGI TEMPORIS DECEM VEL VIGINTI ANNORUM.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Iuliano P. P. [7]) — Quum post motam et omissam quaestionem res ad nova dominia bona fide transierint, et exinde novi viginti anni intercesserint sine interpellatione, non est inquietanda, quae nunc possidet, persona, quae, sicut accessione prioris domini non utitur, qui est inquietatus, ita nec impedienda est, quod ei mota controversia sit. Quodsi prior possessor inquietatus est, etsi postea per longum tempus sine aliqua interpellatione in possessione remansit, tamen non potest uti longi temporis praescriptione. Quod etiam in republica servari oportet.

[c]) Authent. ut sponsalitia largitas. §. Rursus. (Nov. 119. c. 7.) — *Malae fidei possessore alienante, cessat longi temporis praescriptio, si verus dominus ignoret suum ius et alienationem factam; spectatur ergo triginta annorum defensio. Si vero is, qui putabat easdem res sibi competere, hoc agnoscens* [8]), *intra decem annos inter praesentes et viginti inter absentes litem non fuerit contestatus, possessor praescriptione munitus firmiter eas habebit.*

Authent. ut sponsalitia largitas. §. De praescriptione. (Nov. 119. c. 8.) — *Quodsi quis quibusdam annis praesens sit, quibusdam absens, adiiciuntur ei super decennium tot anni, quot annis ex decennio fuit absens.*

2. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [9]). — Longi temporis praescriptio his, qui bona fide coeptam [10]) possessionem et continuatam nec interruptam inquietudine litis tenuerunt, solet patrocinari. PP. V. Kal. Decemb. Maximo II. [11]) et Aquilino Conss. [286.]

3. [e]) Iidem AA. et CC. [12]) Antonio. — Si vineae, quas mater tua vitrico tuo in dotem dedit, tuae proprietatis sunt, nec ulla praescriptio ex transacti temporis prolixitate adolevit, praeses provinciae restitui tibi eas efficiet.

4. [f]) Iidem AA. et CC. Hermogeni [13]). — Diutina possessio, tantum iure successionis sine iusto titulo obtenta, prodesse ad praescriptionem hac sola ratione non potest. PP. Sirmii [14]), IV. Id. April. AA. Conss. [293 — 304.]

5. [g]) Iidem AA. et CC. Soterico. — Nec petentem dominium [15]) ab eo, cui petentis solus error causam possessionis sine vero titulo praestitit, silentii longi temporis [16]) praescriptione depelli [17]), iuris evidentissimi est. S. Sirmii, XI. Kal. Mai. AA. Conss. [18]) [293 — 304.]

6. [h]) Pars ex epistola [19]) Diocletiani et Maximiani AA. [20]) et CC. ad Primosum, Praesidem [21]) Syriae. — Si fraude et dolo, licet inter maiores viginti quinque [2]) annis, facta venditio est, hanc confirmare non potuit consequens tempus, quum longi temporis praescriptio in malae fidei contractibus locum non habeat. Accepta . . . . . [23]).

7. [i]) Iidem AA. et CC. Antheae. — Longi temporis possessione munitis instrumentorum amissio nihil iuris aufert, nec diuturnitate possessionis partam securitatem maleficium alterius turbare potest. Dat. prid. Kal. Ianuar. AA. Conss. [24]) [293 — 304.]

8. [k]) Iidem AA. et CC. Celso. — Si is, contra quem supplicas, matris tuae quondam mancipia quasi filius ex causa tantum adoptionis defendit, affectio destinatae ac illicitae adoptionis ad horum dominium ei quaerendum sola non sufficit. Quapropter mancipia petere non prohiberis, nullam timens temporis praescriptionem, si hoc tantum initio praecedente [25]) is, contra quem supplicas, horum possessionem adeptus est.

9

---

[a]) *Dig. XLI.* 3. — [b]) *Bas. L.* 11. 1. — (*Meerm. T. V. p.* 66.) — [c]) *haec auth. in v. defensio finit in mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [d]) *Bas. L.* 11. 2. — [e]) *Bas. L.* 11. 3. — [f]) *Bas. L.* 11. 4. — [g]) *Bas. L.* 11. 5. — [h]) *Bas. L.* 11. 6. — [i]) *Bas. L.* 11. 7. — [k]) *Bas. L.* 11. 8.

[1]) praeiudicium *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *omn. Russ.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; eam *ins. Russ. et rell.* — [3]) aliquod *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [4]) iuris *om. mss. Bg. Gt.* — [5]) domini *mss. Bg. Gt.* — [6]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; et *om. ms. Pl.* 1., *Hal. et rell.* — [7]) Iulius P. *ms. Bg.* — [8]) *edd. Schf. Hal. Russ.*; *cognoscens edd. rell.* — [9]) *ms. Cas.*, *S. Perus.*, *Bk.*; et CC. *add. mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. rell.*, *fortasse oriundum est hoc additamentum, quod subscriptio respuit, ex nomine eius, ad quem data fuit const.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *ed. Schf.*; acceptam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [11]) Maximo V. *crebro errore ms. Pist.*, *quod rel. subscr. firmat*; *subscr. om. Hal.* — [12]) et CC. *om. ms. Cas.*, *ed. Nbg.* — [13]) Hermo, Hermodae *mss. meo.* — [14]) PP. Sirmi *om. ms. Pist.*, *Russ. Cont.* 62., *licet ipse Russ. in marg. ex cod. ita restituerit*; *subscr. om. Hal.* — [15]) dominum *ms. Bg.* — [16]) temporis *om. ms. Bg.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; illeper *Russ. et rell.* — [18]) *subscr.*, *quam restituit Russ. ex vet. cod.*, *abest ab Hal. Cont.* 62. — [19]) Pars epistolae *ms. Vat.*, *S. Perus.* — [20]) eorundem AA. *Hal. et rell.*; *sed nomina impp. exscribere iubent mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [21]) ad primos praefectos *Hal.*, *contra codd.* — [22]) vigint quinque *om. mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ms. Bg. ante correct.* — [23]) *hoc subscriptionis initium restitui ex ms. Pist.* — [24]) *subscr. om. Hal.* — [25]) procedente *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*

9. [a]) Iidem AA. et CC. Demostheni. — Emtor bona fide, contra praesentem decennii praescriptione, cuius [1]) initio contestationem haberi sufficit, posteaquam suam impleveris intentionem petitor, adhibita probatione instae possessionis, defensus, absolvi recte postulat.

10. [b]) Iidem AA. et CC. Regino. — Nec bona fide possessionem adeptis longi temporis praescriptio, post moram litis contestatae completa, proficit, quum post motam controversiam in praeteritum aestimetur. Dat. [2]) Id. Decemb. Caess. Conss. [3]) [294—305.]

11. [c]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Super longi temporis praescriptione, quae ex decem [4]) vel viginti annis introducitur, perspicuo iure sancimus, ut, sive ex donatione sive ex alia lucrativa causa bona fide quis per decem vel viginti annos rem detinuisse probetur, adiecto scilicet tempore etiam prioris possessoris, memorata longi temporis exceptio [5]) sine dubio ei competat, nec occasione lucrativae causae repellatur. Dat. Kal. Iun. [6]) Dn. Iustiniano PP. A. II. [7]) Cons. [528.]

12. [d]) Idem A. Ioanni P. P. — Quum in longi temporis praescriptione tres emergebant veteribus ambiguitates, prima propter res, ubi positae sunt, secunda propter personas, sive utriusque sive alterutrius praesentiam exigimus, et tertia, si in eadem provincia vel [8]) in eadem civitate debent esse personae tam petentis quam possidentis, et res, pro quibus certatur; omnes [9]) praesentis legis amplectimur definitione, ut nihil citra eam relinquatur. §. 1. Sancimus itaque, debere in huiusmodi specie utriusque personae, tam petentis quam possidentis, spectari domicilium, ut tam is, qui dominii vel hypothecae quaestionem inducit, quam is, qui res possidet, domicilium habeant [10]) in uno loco, id est in una provincia. Hoc etenim magis nobis eligendum videtur, ut non [11]) civitate concludatur domicilium, sed magis provincia, et si uterque domicilium in eadem habeat provincia, causam inter praesentes esse videri, et decennii [12]) praescriptione agentem excludi. §. 2. De rebus autem, de quibus dubitatio est, nulla erit differentia, sive in eadem provincia sint, sive in vicina, vel trans mare positae et [13]) longo spatio separatae. §. 3. Sin autem non in eadem provincia uterque domicilium habeat, sed alter in alia, alius in altera [14]), tunc ut inter absentes causam disceptari, et locum esse viginti annorum exceptioni. Nihil enim prohibet, sive in eadem provincia res constitutae sint, sive in alia, super his controversiam in iudicio provinciali moveri, et multo magis in hac florentissima civitate. Quid enim prodest, in ipsa provincia esse possessionem, an in alia, quum ius vindicationis incorporale est, et ubicunque res positae sunt, et dominium earum et vinculum ad dominum vel creditorem possit reverti? Ideo enim nostri maiores subtilissimo animo et divino quodam motu ad actiones et earum iura pervenerunt, ut incorporales constitutae possint ubicunque ius suum et effectum corporalem extendere. Sit igitur secundum hanc definitionem causa perfectissime composita, et nemo posthac dubitet, neque inter praesentes, neque inter absentes, quid statuendum sit, ut, bono initio et possessione [15]) tenentis et utriusque partis domicilio requisito, sit expedita quaestio pro rebus ubicunque positis, nulla scientia vel ignorantia exspectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio. §. 4. Eodem observando et si res non soli sint, sed incorporales, quae in iure consistunt, veluti ususfructus et ceterae servitutes.

Tit. XXXIV.

[e]) IN QUIBUS CAUSIS CESSAT LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIO.

1. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [16]) Marcellinae. — Si is, cui colendum fundum dedisti, post instrumenta, quibus dominium ad te pertinere probari posset [17]), per novercam tuam subtraxit, hoc solo praescriptione [18]) temporis defendi non potest.

2. [g]) Iidem AA. et CC. Dionysio [19]). — In servorum proprietatis negotio, quum usucapio locum habeat, ad quaestionem longi temporis praescriptionis superfluo perveniitur.

3. [h]) Iidem AA. et CC. Apollinari [20]). — Unus individuum commune pro solido possidens intervallo [21]) temporis, quominus socius portionem vindicare vel eum communi dividundo iudicio provocare possit, non defenditur, quum neque familiae erciscundae iudicium, neque communi dividundo actio excluditur [22]) longi temporis praescriptione . . . III. Kal. April. Sirmii, Caess. Conss. [23]) [294—305.]

4. [i]) Iidem AA. et CC. Libroae [24]). — Hereditatem quidem petentibus longi temporis praescriptio nocere non potest. Verum his, qui nec pro herede nec pro possessore, sed pro emto [25]) vel donato seu alio titulo res, quae hereditariae [26]) sunt vel fuerunt, possident, quum ab his successio vindicari non possit, nihil haec iuris definitio noceat [27]) . . . III. Id. Septemb. . . . . [28]).

5. [k]) Iidem AA. et CC. Zosimo [29]). — Si puerum non pro derelicto habitum, sed ab hostibus vulneratum, sumtibus tuis, sicut asseveras, liberum existimans, curasti, longi temporis praescriptione, quominus dominus eius, offerens erogata, recte vindicet, defendi non potes.

TIT. XXXV.

---

[a]) *Bas. L.* 11. 9. — [b]) *Bas. L.* 11. 10; *iungenda videtur l.* 26. *C. de rei vind. III.* 32. — [c]) *Bas. L.* 11. 11. (*Meerm. T. V. p.* 67.) — [d]) *Bas. L.* 11. 12. — [e]) *Dig. XLI.* 3. — [f]) *Bas. L.* 12. 1. (*Meerm. T. V. p.* 68.) — [g]) *Bas. L.* 12. 2. — [h]) *Bas L.* 12. 3. — [i]) *Bas. L.* 12. 4. — [k]) *Bas. L.* 12. 5.

[1]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *vett. mss. Cont.*, *ed. Nbg.*; cuius in *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; in cuius *Hal. et rell.* —) X. *ins. Cuiac. not. ad Cod.* (*ed. Neapol. T. X. p.* 691.) *ex l.* 26. *C. III.* 32. — [3]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [4]) ex decennio *ms. Pl.* 1. — [5]) praescriptio *ms. Pl.* 2. — [6]) *Russ. Cont. Char.*; Iul. *Pac. Sp. Bk.* — [7]) II. *recte ins. Bk.*; *subscr. om. Hal.* — [8]) si *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal*; sive *pro* vel *ms. Bg.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; ambiguitates *ins. ed. Schf.*; eas *ins. Russ. et rell.* — [10]) habeat *edd.*; *sed mss. Pl.* 1. 2. *Bg. pluralem flagitant.* — [11]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; in *ins. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; magis *ins. edd. rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2, *ed. Schf.*; vel *ms. Bg.*, *edd. rell.* — [14]) alter in una, alius in alia *ms. Pl.* 1. — [15]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ms. Gt. ante correct.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Nbg. Hal.*; et possessionem *ms. Pl.* 1.; possessionem, *omisso* et, *Russ. et rell.* — [16]) et CC *om. ms. Cas.*, *S. Perus.* — [17]) probare posses *ms. Pl.* 1. — [18]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; longi *ins. ms. Pl.* 2., *Russ. et rell.* — [19]) Dioni *mss. pleraque.* — [20]) Apollinario *mss. pleraque.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; longi *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; excludatur *edd. rell.* — [23]) *subscr. om. Hal.* — [24]) Libiae, Lybiae, Libroiae, Labrogae *mss. mea.* — [25]) pro emptore *mss. Pl.* 1. *Gt*, *ed. Schf.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; quae ex hereditate *edd. Nbg. Hal et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; nocet *Russ. et rell.* — [28]) *hunc diem om. Hal.* — [29]) *mss. Cas. Vat. Bg.*, *S. Perus.*; Onosimo *ms. Pl.* 1.; Hosimo *edd.*

Tit. XXXV.

[a]) QUIBUS NON OBIICITUR LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIO.

1. [b]) Imp. Alexander A. Venuleio, veterano [1]). — Tempus expeditionis adversus petitiones, si quae competiisse [2]) iuste probari possunt, praescriptionem non parit . . . VI. Non. Iul. Iuliano [3]) et Crispino [4]) Conss. [224.]

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [5]) Aurelio, Archiatro [6]). — Quum per absentiam tuam eos, de quibus quereris, in res iuris tui irruisse asseveres, teque ob medendi curam a [7]) comitatu nostro discedere non posse palam sit, praefectus praetorio noster, accersitis [8]) his, quos causa contigit, inter vos cognoscet. Non necessario autem petis, ex longi temporis diuturnitate praescriptionem tibi non opponi, quando instae absentiae ratio et necessitatis publicae obsequium ab huiusmodi praeiudicio te defendat. PP. XV. Kal. Mart. Nicomediae, Maximo II. [9]) et Aquilino Conss. [10]) [286.]

3. [d]) Iidem AA. [11]) Numidio, Correctori [12]) Italiae. — Non est incognitum, id temporis, quod in minore aetate transmissum est, longi temporis praescriptioni [13]) non computari [14]). Ea enim tunc currere incipit, quando ad maiorem aetatem dominus rei pervenerit. PP. IV. [15]) Id. Septemb. ipsis IV. et III. [16]) AA. Conss. [290.]

4. [e]) Iidem AA. et CC. Crispino. — Si possessio inconcussa sine controversia perseveraverit [17]), firmitatem suam teneat obiecta praescriptio, quam contra absentes vel reipublicae causa, vel maxime fortuito casu nequaquam valere, decernimus. PP. VI. [18]) Kal. Mart. Annibaliano et Asclepiodoto Conss. [19]) [292.]

5. [f]) Iidem AA. et CC. Ianuario. — Neque mutui, neque commodati, aut depositi, seu legati, vel fideicommissi, vel tutelae, seu alii cuilibet personali actioni longi temporis praescriptionem obiici posse, certi iuris est. S. Kal. Februar. AA. Conss. [293 — 304.]

6. [g]) Iidem AA. et CC. Dulcio [20]). — Ab hostibus captus ac postliminio reversus, actione in rem directa [21]) vel qualibet alia dominium vindicando, temporis adversarii possessionem frustra times, quum adversus eos, qui restitutionis auxilio quacunque ratione iuvantur, huiusmodi factum non opituletur.

7. [h]) Iidem AA. et CC. Cassandro. — Praescriptione bona fide possidentes adversus praesentes annorum decem, absentes autem viginti muniuntur. Quod tempus [22]), si ex alicuius persona de petitorum parte restitutionis praetendatur auxilium, deducto eo, quo, si quid fuerit gestum, succurri solet, residuum [23]) computari, rationis est.

8. [i]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Sancimus, his solis militibus, qui [24]) expeditionibus occupati sunt, ea tantummodo tempora, quae in eadem expeditione percurrunt, in exceptionibus declinandis opitulari; illis temporibus, per quae citra expeditionum necessitatem in aliis locis vel in suis aedibus [25]) degunt, minime eos ad vindicandum hoc privilegium adiuvantibus. Dat. IV. Id. [26]) April. Constantinop. Decio V. C. [27]) Cons. [529.]

Tit. XXXVI.

[k]) SI ADVERSUS CREDITOREM PRAESCRIPTIO OPPONATUR [28]).

1. [l]) Imp. Gordianus A. Veneriae [29]). — Diuturnum silentium longi temporis praescriptione corroboratum creditoribus pignus persequentibus ineffacem actionem constituit, praeterquam si debitores vel qui in eorum iura successerunt, obligatae rei possessioni incumbant. Ubi autem creditori a possessore longi temporis praescriptio obiicitur, personalis actio adversus debitorem salva ei competit.

2. [m]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [30]) Marcellae. — Si debitori heres non exstitisti, sed iusta viginti annorum possessione collat. in te donatio roborata [31]) est, neque personali actione quia debitori non successisti, conveniri te iuris ratio permittit, neque data pignori praedia post intervallum longi temporis tibi auferenda sunt, quando etiam praesentibus creditoribus decem annorum praescriptionem opponi [32]) posse, tam rescriptis nostris, quam priorum principum statutis probatum sit.

TIT. XXXVII.

---

[a]) *Dig. XLI.* 3. — [b]) *Bas. L.* 12. 6. — [c]) *Bas. L.* 12. 7. — [d]) *Bas. L.* 12. 8. — [e]) *Bas. L.* 12. 9. — [f]) *Bas. L.* 12. 10. — [g]) *Bas. L.* 12. 11. — [h]) *Bas. L.* 12. 12. (*Meerm. T. V. p.* 69.) — [i]) *gemina const. est l.* 8. *C. de restitut. mil. II.* 51., *et iungenda l.* 17. *C. de testam. mil. VI.* 21.; *Bas. L.* 12. 13. — [k]) *Dig. XLI.* 3. — [l]) *Bas. L.* 14. 1. (*Meerm. T. V. p.* 12.) — [m]) *Bas. L.* 14. 2.

[1]) *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. *Bg.*; veterano *om edd.* — [2]) competiisse *abest a ms. Bg.*, *et abfuisse videtur a ms. Pl.* 1. *ante correct.* — [3]) II. *ins. Bk. cum fastis, sed contra ms. Pist.* — [4]) *ms. Pist.*, *Bk.*; Crispo *Russ. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [5]) *mss. Pist. Cas.*, *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *add. rell. mss. et edd.* — [6]) Archiatro *om. edd. Nbg. Hal.* — [7]) a *om. mss. Pl.* 1. *Bg.* — [8]) accitis *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [9]) Max. V. *crebro vitio ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. convenit.* — [10]) *subscr. om. Hal.* — [11]) *mss. Pist. Cas. Vat.*, *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. rell. mss. et edd.* — [12]) Rectori *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra codd.* — [13]) praescriptione *ms. Bg.*, *ed. Schf.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd Nbg. Schf. Hal.*; imputari *Russ. et rell.* — [15]) III. *ms. Pist.* — [16]) IV. *Russ. Cont.* 62. 66. 76.; *subscr. om. Hal.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; perseveravit *edd. rell.* — [18]) III. *Russ. in marg.* — [19]) *subscr. om. Hal.* — [20]) Dolco, Dolco *mss. mea.* — [21]) dicta *ms. Pl.* 1. *ante correct.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; tempus *om. Hal. et rell.*, *sed contra omnia mss. Russ.* — [23]) tempus *ins. edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *contra omnia mss. Russ. et mea*; *v. not. praeced.* — [24]) in *ins. ms. Pl.* 1. *ex emend.*, *l.* 8. *C. II.* 51. — [25]) sedibus *coni. Russ. in marg.*, *adstipulante Cuiac. in not. ad Cod.* (*ed. Neapol. T. X. p.* 692.), *sed contra meos codd.*; *v. not.* 12. *ad l.* 8. *C. II.* 51. — [26]) *l.* 17. *C. VI.* 21., *quam sequendam duxi, utpote a plmps. Ver. firmatam*; VI. Id. *l.* 8. *C. II.* 51., *Cuiac. l. c*; Kal. *Russ. et rell.* — [27]) V. C. *cum Bk. ins. ex legg. in not. i. citt.*; *subscr. om. Hal.* — [28]) Adversus creditorem, *omissis rell.*, *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *S. Perus.*, *eamque rubr. firmant Bas L.* 14. *in rubr.*; Si adv. creditor. *edd. Nbg. Schf.* — [29]) Heriae, Heneriae *mss. nonn.* — [30]) et CC. *om. ms. Cas.*, *edd. Nbg. Hal.* — [31]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *ed. Schf.*; corroborata *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [32]) ab extraneo *ins. ms. Bg.*

Tit. XXXVII.

DE QUADRIENNII PRAESCRIPTIONE.

1.[a]) Imp. Constantius[1]) A. ad Orphitum[2]) P. U.[3]) — Notum est, a fisco quaestionem post quadriennium continuum super bonis vacantibus inchoandam non esse. Additum etiam[4]) est, et eos, qui nostra largitate nituntur[5]), nulla inquietudine lacessendos, nec his a fisco nostro controversiam commovendam, qui quoquo modo aut titulo easdem res possederint.

2.[b]) Imp. Zeno A. Aeneae, Comiti rerum privatarum. — Omnes, qui quascunque res mobiles, vel immobiles, seu se moventes, vel in actionibus, aut quocunque iure constitutas a sacratissimo aerario comparaverint, eos quin etiam, quibus quaecunque[6]) res mobiles, seu immobiles, seu se moventes, aut in actionibus, vel quocunque iure constitutae munificentiae principalis nomine datae fuerint, omnibus pariter privilegiis, quae ex divinis sanctionibus inclytae recordationis Leonis et nostrae pietatis super certis patrimoniis antea emtores consecuti sunt, perpotiri[7]), et ita cunctos huiusmodi beneficiis seu privilegiis perfrui, tanquam si super singulis substantiis seu patrimoniis etiam nunc vel postea data fuisset huiusmodi dispositio; nec posse contra emtores praedictarum rerum, factos iam vel futuros, vel contra eos, quibus super huiusmodi rebus largitas nostra delata est vel fuerit, aliquas actiones in rem dominii vel hypothecae gratia, vel in personam, civiles seu praetorias, vel ex legibus seu sacratissimis constitutionibus descendentes, vel quaslibet alias, licet nominatim praesenti sanctione non sint comprehensae, moveri; data volentibus licentia intra quadriennium contra sacratissimum aerarium, si quas sibi competere actiones existimant, exercere, ita tamen, ut post elapsum quadriennium nec sacratissimum fiscum licere sibimet quibuslibet actionibus pulsare cognoscant. §. 1. Ad haec fiscalium rerum emtoribus cum ratione institiae consulentes iubemus, quoties competens scrinium gestis intervenientibus, distractarum rerum pretia sese deposuerit[8]) suscepisse, minime post huiusmodi solutae pecuniae depositionem[9]) emtores quasi non numeratis pecuniis molestari, vel necessitatem iisdem emtoribus imponi, licet non solemnem consecuti fuerint securitatem, soluta fuisse pretia probare. Sed quum sit in arbitrio pretia suscipientis minime deponere, sese, quod non accepit[10]), suscepisse, ita convenit, nec emtores, plenissimam ex huiusmodi depositione[11]) super pretii solutione securitatem consecutos, ullum (sicut dictum est) ulterius probationis[12]) gravamen penitus formidare.

3.[c]) Imp. Iustinianus A. Floro, Comiti rerum privatarum et Curatori dominicae domus, et Petro, viro illustri, Curatori divinae domus serenissimae Augustae, et Macedonio, viro illustri, Curatori et ipsi[13]) dominicae domus[14]). — Bene a Zenone divae memoriae fiscalibus alienationibus prospectum est, ne homines, qui ex nostro aerario donationis vel emtionis vel cuiuslibet alienationis titulo quidquam accipiunt, si quid circa contractum contrarium emerserit vel evictionis vel alterius inquietudinis gratia, ad dominium vel hypothecam respiciens, aliquod sustineant detrimentum; sed adversus emtores quidem, vel donationem accipientes, vel per alios titulos alienationis quidquam detinentes minime quaecunque actiones moveantur, sed tantummodo contra aerarium usque ad quadriennium tantum, quo translapso neque adversus fiscum aliqua remaneat actio. Sed scimus[15]), hoc quidem in fiscalibus alienationibus gnaviter observari, sed non simili modo rem fuisse observatam circa eas res, quae a sacratissimis Imperatoribus, non a fiscalibus rebus, sed ex privata eorum substantia procedunt. Quod satis irrationabile est. Quae enim differentia introducitur, quum omnia principis esse intelligantur, sive ex sua substantia, sive ex fiscali fuerit aliquid alienatum? Eodemque modo et si a serenissima Augusta aliquid alienetur, quare non eadem utatur praerogativa, sed curatores nostri, per quos solemus substantiam nostram gubernare, necesse habeant in venditionibus rerum et evictionem et alia, quae sunt privatae utilitatis pacta, emtionalibus instrumentis addere, vel quasdam tales obligationes in alienationum instrumentis agnoscere, vel in permutationibus, vel in transactionibus, si et hoc fuerit celebratum? Hoc enim est eorum, qui nec maiestatem imperialem agnoscunt, et[16]) quantum inter privatam fortunam et regale culmen medium est, et[17]) nostros curatores, per quos res divinarum domuum aguntur, aliquibus iniuriis vel damnis afficere conantur. §. 1. Quae omnia resecantes, per hanc generalem et in perpetuum valituram legem sancimus, omnes alienationes de aula procedentes, sive a nostra clementia, sive a serenissima Augusta coniuge nostra, sive ab his, qui postea digni fuerint nomine imperiali, sive iam alienatum quid est[18]), sive postea fuerit, sine omni inquietudine permanere, sive res eis per nosmet ipsos, sive per procuratores, ex epistalmate tamen nostro, fuerint assignatae. Et nemo audeat eos, qui res accipiunt per quemcunque titulum alienationis, sive mobiles, sive immobiles, seu se moventes, vel iura incorporalia, vel panes civiles, iudiciis afficere vel sperare, aliquam contra eos esse sibi viam apertam, sed omnis aditus excludatur[19]), omnis motus et spes huiusmodi[20]) petulantiae. §. 2. Sed adversus domos[21]) nostras habeant, intra quadriennium tamen[22]), secun-

---

[a]) *Bas. L.* 13. 1. (*Meerm. T. V. p.* 69.) — *T. V. p.* 70.)

[b]) *Bas. L.* 13. 2. — [c]) *Bas. L.* 13. 3. (*Meerm. T. V. p.* 70.)

[1]) *Iac. Gothofr. in Chronol. Theod. C. p. LXII., Bk.*; Constantinus *rell.* — [2]) Orphonium *mss. Vat. Bg.*; Orfinum *ms. Pl.* 1. — [3]) P. U. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *S. Perus.*; *v. l.* 6. *C. XII.* 1. — [4]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; etiam *om. Russ. et rell.*; *in ms. Pl.* 2. etiam *post* est *inseritur.* — [5]) utuntur *ms. Pl.* 1., *sed contra Bas.* — [6]) *Cuiac. Recitatt. h. t., provocans ad Bas.* οἵῳτισιν οἱαδήποτε πράγματα; *cum Cuiac. facit ms. Bg.*; eos quin etiam, quibuscunque *rell.* — [7]) *ms. Pl.* 1., *omnia mss. Russ.*, *mss. Bg. Gt. ante correct., edd. Nbg. Schf. Hal.*; iubemus *ins. ms. Pl.* 2.; sancimus *ins. Russ. et rell.*; *nobiscum faciunt Bas.* — [8]) disposuerit *ms. Bg.*; *sed* κατάθηται *Bas.* — [9]) dispositionem *mss. Pl.* 1. *Bg.*; *sed* κατάθεσιν *Bas.* — [10]) *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*; acceperit *rell. mss. et edd.* — [11]) dispositione *mss. Pl.* 2. *Bg.*; *sed* ἐκ — καταθέσεως *Bas.* — [12]) probationum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [13]) ipsius *mss. Vat. Bg. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [14]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *vetera mss. Cont.*, *ed. Schf.*; serenissimae Augustae *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) sancimus *ed. Schf.*; *sed* γινώσκομεν *Bas.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; nec *Russ. et rell.*; *sed* καὶ ὅσον *Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; qui *ins. Hal. et rell.* — [18]) *ms. Bg.*; quidem, *omisso* est, *ms. Pl.* 2.; quidem est *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf.*; quiddam est *Hal. et rell.*; ἐκποιηθέν τί ποτέ ἐστιν *Bas.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; praecludatur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; huius *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* τῆς τοιαύτης προπετείας *Bas.* — [21]) domus *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [22]) *ms. Pl.* 1.; tantum *edd.*; *in mss. Pl.* 2. *Bg. dubias sunt siglae*; *sed* εἴσω τετραετίας μέντοι *Bas.*

secundum imitationem fisci, quas existimant posse sibi competere actiones in rem vel hypothecariam, ut ex nostra iussione causa moveatur, et competentem mereatur effectum. Quodsi quadriennium fuerit emensum, nec adversus domum nostram habeat quis quamcunque actionem. §. 3. Quia igitur multa scimus tam nosmet ipsos, quam serenissimam Augustam coniugem nostram variis personis iam donasse, et vendidisse, et per alios titulos assignasse, et maxime sacrosanctis ecclesiis, et xenonibus, et ptochotrophiis [1]), et episcopis, et monachis, et aliis innumerabilibus personis, et eandem liberalitatem ex nostra substantia sive serenissimae coniugis nostrae esse confectam, sancimus, etiam eos firmo iure habere, quod consecuti sunt, ita ut contra illos quidem nulla moveatur actio, intra quadriennium autem, ex praesenti die numerandum, pateat omnibus aditus contra nostras divinas domos suas actiones super eisdem rebus movere, scituris, quod praefato quadriennio finito, neque adversus domos [2]) nostras aliquis eis reservetur regressus. §. 4. Quum enim multa privilegia Augusta fortuna meruit et in donationibus sine insinuatione gestorum omnem firmitatem habentibus, et super rebus, quas pro tempore serenissimus princeps divinae Augustae constante matrimonio donaverit, vel ipse a serenissima Augusta per donationis titulum consequatur, ut maneat illico donatio plena, nullo alio affirmationis [3]) tempore exspectando, ita et hoc videatur imperiale esse privilegium. Qui enim suis consiliis suisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctuque laborant, quare non habeant dignam sua praerogativam [4]) fortuna? Quae igitur [5]) pro Augusto honore et cautela res accipientium nostra statuit aeternitas, haec tam sublimitas tua quam ceteri omnes indices nostri observare festinent, ex eo tempore valitura, quo [6]) nutu divino imperiales suscepimus infulas. Dat. V. Kal. Decemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [7]) [531.]

Tit. XXXVIII.

NE REI DOMINICAE VEL TEMPLORUM VINDICATIO TEMPORIS PRAESCRIPTIONE [8]) SUBMOVEATUR.

1. [a]) Impp. Valentinianus et Valens [9]) AA. ad Probum, P. P. Galliarum [10]). — Saepenumero praeceptum est, ut servi atque liberti, coloniqne praeterea rei nostrae, nec non etiam eorum soboles ac nepotes, quicunque de nostris possessionibus recessissent, ac se ad diversa militiae genera contulissent, cingulo, in quo [11]) obrepserant fraudulenter, exuti, si ad aliquas fortasse transcenderint dignitates, omni temporis definitione submota, nostro patrimonio reddantur [12]).

2. [b]) Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Dextro, Comiti rerum privatarum. — Universas terras, quae a colonis sive emphyteuticariis [13]) dominicis [14]), iuris [15]) reipublicae [16]), vel iuris [17]) templorum in qualibet provincia venditae vel ullo alio pacto alienatae sunt, ab his, qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis praescriptione officiente, iubemus restitui, ita ut nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat. Dat. V. Non. Iul. Constantinop. Valentiniano A. III. [18]) et Eutropio Coss. [19]) [387.]

3. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Paulum [20]), Comitem domorum [21]). — Si qua nusquam [22]) loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupavit [23]), secundum veteris census fidem in sua iura retrahantur [24]). Rescripta igitur obreptionibus impetrata cum praescriptione longi temporis et novi census praeiudicio submovebit auctoritas tua, atque ita omnia suo corpori, quae sunt avulsa, restituet. Neque enim [25]) incubatio diuturna aut novella professio proprietatis nostrae privilegium abolere potuit [26]). Dat. V. Kal. April. Constantinop. [27]) Arcadio IV. [28]) et Honorio III. AA. Coss. [29]) [396.]

Tit. XXXIX.

[d]) DE PRAESCRIPTIONE XXX. VEL XL. ANNORUM.

1. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA.

---

[a]) *Bas. L.* 13. 4. (*Meerm. T. V. p.* 71.) — [b]) *Anselm. Lucens. IV.* 40.; *Bas. L.* 13. 5 (*Meerm. T. V. p.* 72.) — [c]) *l.* 15. *Th. C. de iure fisci. X.* 1.; *const. gemina est l.* 2. *C. de fundis et salt XI.* 66.; *Bas. L.* 13. 6. — [d]) *Dig. XLIV.* 3. — [e]) *Bas. L.* 14. 3.

[1]) ptochiis, thochiis *mss. nonn.* — [2]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Parc.*; domus *ms. Pl.* 2., *Sp. Bk.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; confirmationis *Russ. et rell.* — [4]) *ed. Nbg.*; suam praerogativam fortunam *mss. Pl.* 1. *Gt.*; sua praerogativam fortunam *ed. Schf.*; sua praerogativa fortunam *Hal. et rell.*; *sed* ἄξιον τῆς ἰδίας προνόμιον τύχης *Bas.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; ergo *edd. rell.* — [6]) ex quo *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [7]) *subscr.*, *quam restituit Russ. ex cod.*, *abest ab Hal. Cont.* 62. — [8]) exceptione *mss. Pist. Cas. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *S. Perus.* — [9]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *S. Perus.*; Valens et Valentin. *Hal. et rell.* — [10]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *S. Perus.*; Galliae *edd.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; in quod *Russ. et rell.* — [12]) redderentur *mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [13]) seu emphyteuticariis *absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *a ms. Gt. ante correct.*, *a Bas. et Ans. Luc.* — [14]) *ms. Bg.*, *ed. Nbg.*, *libri emendatiores*, *ad quos provocat Cuiac. Obss. XVIII.* 22.; dominici, *ut coniungatur cum v.* iuris, *rell.*; *sed* αἵτινες ἐκ τῶν γεωργῶν τῶν δεσποτικῶν, δικαίου δημοσίου ἢ δικαίου ναϊκοῦ *Bas.* — [15]) iuris *om. ms. Bg.*, *Cuiac. l. c.*, *sed contra meos codd. et contra Bas.*; *v. not. praeced.*; *cfr. Dirksen Civ. Abh. II. p.* 470.; iuri *Ans. Luc.* — [16]) rei privatae *Cuiac. l. c.*; *sic enim interpretatur, quod invenit in libris melioribus* rei p., *et quod est in ms. Pl.* 2. *et ed. Nbg.*; *sed* reipubl. *flagitant mss. Pl.* 1. *Bg. et Bas. et Ans. Luc.*; *v. not.* 14. *supra.* — [17]) *ms. Gt.*, *libri emendatiores Cuiacii l. c.*, *Ans. Luc.*; sacrorum *ins. rell.*; *sed v. Bas. in not.* 14. *supra.* — [18]) IV. *Russ. et rell. praeter Bk.*, *ms. Pist.*; *sed crebrum est vitium*, *quo* II. *transiit in* V. — [19]) *subscr. om. Hal.* — [20]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*, *S. Perus.*; Paulinum *Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [21]) *mss. Pist. Cas. Vat.*; donorum *ms. Bg.*; rerum privatarum *ms. Pl.* 1.; domesticorum *S. Perus.*; dominicae rei *Hal. et rell.*; *dignitas abest a Theod. C.* — [22]) *Theod. C.*; Si quaedam *ms. Gt.*; Si quae quam *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; Si quendam *ms. Bg.*; Si qua *ms. Pl.* 2., *var. l. gl.*; Si qua unquam *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* Εἴ τινας ὁπουδήποτε τόπους *Bas.* — [23]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; occupaverit *rell.* — [24]) retrahentur *ms. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.* — [25]) aut precatio colorata aut *ins. Theod. C.*, *l.* 2. *C. XI.* 66., *eaque verba hoc loco librariorum vitio omissa censet Russ. in marg.*, *sed male*, *quum nec a Bas. agnoscantur.* — [26]) *mss. Pl.* 2. *Gt.*; potuerunt *Theod. C.*; poterit *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd.*; *sed* ἠδυνήθη *Bas.* — [27]) *Theod. C.*, *Bk.*; *locus abest a rell.* — [28]) *Theod. C.*, *Bk.*; V. *rell.*, *ms. Pist.* — [29]) *subscr. om. Hal.*

AA. [1]) Arianae [2]). — Quum asseveras [3]), te absente eos, qui oc los praedi s tuis imposuerant, operam dedisse, ut annonariae collation s praetextu vili pretio ab officio praesidali praedia tua distraherentur, si legitimi temporis spatium ex venditionis die fluxit [4]), qui provinciam regit, inter vos cognoscet, et quod publico iure [5]) praescriptum est, statuet. Sin autem nondum ex die publicae venditionis legitimum tempus transmissum sit, iudex, examinatis allegationibus tuis, quod rei qualitas dictaverit, sequetur, non ignarus, si iniustam esse emtionem perspexerit, pretium, quod pro vitioso contractu datum est, secundum principalium statutorum tenorem malae fidei emtoribus restitui non oportere.

2. [a]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Volusianum P. P. [6]) — Male agitur cum [7]) dominis praediorum, si tanta precario possidentibus praerogativa defertur, ut eos post quadraginta annorum spatia qualibet ratione decursa inquietare non liceat, quum lex Constantiniana iubeat, ab his possessionis [8]) initium non requiri, qui sibi potius quam alteri possederunt. Eos autem possessores non convenit appellari, qui ita tenent, ut ob hoc ipsum solitam debeant praestare mercedem. Nemo igitur, qui ad possessionem conductor accedit, diu alienas res retinendo [9]) ius sibi proprietatis usurpet, ne cogantur domini aut amittere, quod [10]) locaverunt, aut conductores utiles sibi fortassis excludere, aut annis omnibus super dominio suo publice protestari. Dat. VIII. Kal. August. Valentiniano et Valente AA. Conss. [11]) [365.]

3. [b]) Imp. Theodosius A. [12]) Asclepiodoto P. P. — Sicut in rem speciales, ita de universitate [13]) ac personales actiones ultra triginta annorum spatium minime protendantur. Sed si qua res vel ius aliquod postuletur, vel persona qualicunque actione vel persecutione pulsetur, nihilominus erit agenti triginta annorum praescriptio metuenda; eodem etiam [14]) in eius valente persona, qui pignus vel hypothecam non a suo debitore, sed ab alio per longum tempus [15]) possidente nititur vindicare. §. 1. Quae ergo ante [16]) non motae sunt actiones, triginta annorum iugi silentio, ex quo competere iure [17]) coeperunt, vivendi [18]) ulterius non habeant facultatem. Nec sufficiat precibus oblatis speciale quoddam, licet per annotationem, promeruisse [19]) responsum, vel etiam in [20]) iudiciis allegasse, nisi, allegato sacro rescripto aut in iudicio postulatione deposita, fuerit subsecuta per exsecutorem [21]) conventio; non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendenda [22]), sed pupillari aetate duntaxat, quamvis [23]) sub tutoris defensione consistat [24]), huic eximenda sanctioni. Nam quum ad eos annos pervenerint, qui ad solicitudinem pertinent curatoris, necessario eis, similiter ut aliis, annorum triginta intervalla servanda sunt. §. 2. Hae autem actiones annis triginta continuis exstinguantur, quae perpetuae videbantur, non illae, quae antiquis [25]) temporibus limitantur [26]). §. 3. Post hanc vero temporis definitionem nulli movendi ulterius facultatem patere censemus, etiamsi se legis ignorantia excusare tentaverit. Dat. XVIII. [27]) Kal. Decemb. Constantinop. Victore V. C. Cons. [28]) [424.]

4. [c]) Imp. Anastasius A. Matroniano P. P. — Omnes nocendi quibuslibet modis artes omnibus amputantes, cunctas quidem temporales exceptiones, quae ex vetere iure vel [29]) principalibus decretis descendunt, tanquam si per hanc legem specialiter ac nominatim fuissent enumeratae, cum suo robore durare, et suum cunctis, quibus competunt vel in posterum competere valuerint, pro suo videlicet tenore praesidium in perpetuum deferre decernimus. §. 1. Quidquid autem praeteritarum praescriptionum vel verbis vel sensibus minus continetur, implentes, per hanc in perpetuum valituram legem sancimus, ut, si quis contractus, si qua [30]) actio, quae, quum non esset expressim supradictis [31]) temporalibus praescriptionibus concepta, quorundam tamen vel a [32]) fortuita vel excogitata interpretatione [33]) saepe dictarum exceptionum laqueos evadere posse videatur, huic saluberrimae nostrae sanctioni succumbat, et quadraginta curriculis annorum procul dubio sopiatur, nullumque ius privatum vel publicum in quacunque causa vel [34]) quacunque persona, quod praedictorum quadraginta annorum extinctum est iugi silentio, moveatur. Sed quicunque super quolibet iure, quod per memoratum tempus inconcussum [35]) et sine ulla re ipsa illata iudiciaria conventione [36]) possedit, superque sua conditione, qua per idem tempus absque ulla iudiciali sententia simili munitione potitus est, sit liber et praesentis saluberrimae legis plenissima munitione securus. Dat. III. Kal. August. [37]) Constantinop. Olybrio V. C. Cons. [38]) [491.]

5.

---

[a]) *Bas. L.* 14. 4. (*Meerm. T. V. p.* 73.) — [b]) *fons est l.* 1. *Th. C. de action certo temp. fin. IV.* 14.; *Bas. L.* 14. 5. — [c]) *Bas. L.* 14. 6.; *iungendae l.* 14. *C. de fund. patrimon. XI* 61., *l.* 1. *C. utnem. dic. X.* 27.

[1]) et CC. *ins. mss. Vat. Pl.* 1. — [2]) Arrianae, Harrianae, Hermae *mss. mea.* — [3]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; asseveres *ms. Pl.* 1. *ex correct.*, *edd. rell.* — [4]) effluxerit *ms. Pl.* 1. — [5]) iuri *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [6]) P. U. *S. Perus.*, *adstipulante Iac. Gothofr. in Chronol. p. XCV.*; piū *ms. Bg.* — [7]) cum *om. mss. Pl.* 1. 2. — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *ed. Schf.*; possessoribus *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; tenendo *Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; quae *edd. Schf. Russ. et rell.* — [11]) *ad a.* 373 *hanc const. refert Iac. Gothofr. in Chronol. p. XCV.*, *ita ut post* AA. *inserendum sit IV.*, *sed refragatur inscr.* — [12]) *Theod. C.*, *Cuiac. Obss. XVIII.* 26., *Bk.*, *accedente cap.* 5. *X. II.* 26.; *Arcadio et Honorio tribunit hanc leg. mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62, *Honorio autem et Theodosio ms. Pl.* 2., *S. Perus.*, *Cont.* 66. *et rell.* — [13]) ad universitatem *Theod. C.*; *sed* περὶ ὁμάδος *Bas.* — [14]) *ms. Gt.*, *Theod. C.*; iure *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd.*, *sed omissionem verbi defendunt Bas.* — [15]) per longum tempus *om. Theod. C.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Theod. C.*; antea *edd.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; iure comp. *Russ. et rell.*, *contra verborum seriem in Bas.* — [18]) movendi *nonnulli edd. Theod. C.*; τοῦ ζῆν *Bas.* — [19]) meruisse *Theod. C.* — [20]) in *om. ms. Bg.*, *Theod. C.* — [21]) per exsecutor. *om. Theod. C.* — [22]) defendenda *ms. Pl.* 1. — [23]) quam diu *Theod. C.*, *sed* κἂν τὰ μάλιστα *Bas.* — [24]) consistit *ms. Pl.* 1., *Theod. C.*; constitit *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [25]) antiquitus fixis *Theod. C.*; antiquitus certis *Char. in marg. ex lib. Aured.*; *sed textum defendunt Bas.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *Theod. C.*; limitabantur *edd*; *sed* περιορίζονται *Bas.* — [27]) *Theod. C*, *Bk.*; VIII. *Russ. et rell.*; VIIII. *ms. Pist.* — [28]) Victor et Symmacho Conss. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac Sp.*, *sed solum Victorem Cons.*, *quem habent ms. Pist. Russ. Cont.* 62. *Bk. et Theod. C. ed. Haenel.*, *iure flagitat Cuiac. Obss. XVIII.* 26. *et Recitatt. in Cod. h. t.* — [29]) ex *ins. edd. Schf. Russ. et postea rell.*, *contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et edd. Nbg. Hal.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sit *ins. Russ. et rell.* — [31]) saepe dictis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; a *om. Cont. et rell.* — [33]) *comma ponendum videtur post* interpretatione. — [34]) in, *omisso* vel, *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; vel in *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.* — [35]) est *ins. mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; est *ins.*, *sed omisso seq.* et, *mss Bg. Gt.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.*; contentione *Cont. et rell.*; *sed cfr. leg. anteced.* §. 1. — [37]) *l.* 14. *C. XI.* 61.; Dat. IV. Kal., *om.* Aug., *Russ. et rell.* — [38]) *subscr. om. Hal.*

5. [a]) Idem A. ad Thomam, P. P. per Illyricum [1]). — Praescriptionem quadraginta annorum ab his, qui ad curialem conditionem vocantur, opponi non patimur, sed genitalem statum semper eos agnoscere compelli sancimus. Sacra etenim nostrae pietatis lex de aliis loquitur conditionibus, nec anterioribus constitutionibus per eandem novellam legem derogatur, quae manifestissime curiales et liberos eorum, explosis temporalibus praescriptionibus, patriis suis reddi praecipiunt.

6. [b]) Idem A. Leontio [2]) P. P. — Comperit nostra serenitas, quosdam sacratissimam nostrae pietatis constitutionem, quae de annorum quadraginta loquitur praescriptione, ad praeiudicium etiam publicarum functionum solutionis trahere conari, et, siquidem [3]) per tanti vel amplioris temporis lapsum minime vel minus, quam oportuerat, tributorum nomine solutum est, non posse requiri seu profligari [4]), contendere, quum huiusmodi conamen manifestissime sensui propositoque nostrae legis obviare noscatur. Ideoque iubemus, eos, qui rem aliquam [5]) per continuum annorum quadraginta curriculum sine quadam legitima interpellatione possederint, de possessione quidem rei seu dominio nequaquam removeri, functiones autem, seu civilem canonem, vel aliam quampiam [6]) publicam collationem eis impositam dependere compelli, nec huic parti cuiuscunque temporis praescriptionem oppositam admitti.

7. [c]) Imp. Iustinus A. Archelao P. P. — Quum notissimi iuris sit, actionem hypothecariam in extraneos quidem suppositae rei detentatores annorum triginta finiri spatiis, si non interruptum erit silentium, ut lege cautum est, id est etiam per solam conventionem, aut si aetas impubes excipienda monstretur, in ipsos vero debitores aut heredes eorum primos vel ulteriores nullis exspirare lustrorum cursibus; nostrae provisionis esse perspeximus hoc quoque emendare, ne possessores eiusmodi prope immortali timore teneantur. §. 1. Quamobrem iubemus, hypothecarum [7]) persecutionem, quae rerum movetur gratia vel apud debitores consistentium vel apud debitorum heredes, non ultra quadraginta annos, ex quo competere coepit, prorogari, nisi conventio aut aetas, sicut dictum est, intercesserit, ut diversitas utriusque rerum persecutionis, quae in debitorem aut heredes eius, quaeque movetur [8]) in extraneos, in solo sit annorum numero, verum in aliis omnibus ambae similes sint; in actione scilicet personali his custodiendis, quae prisca constitutionum sanxit iustitia. §. 2. Sed quum illud etiam in forensibus controversiis ventilabatur, an creditor anteriora iura praetendens potest posteriorem creditorem hypothecam tenentem etiam ultra triginta annos inquietare, utpote imaginem debitoris obtinentem eique possidentem, necessarium duximus et hoc dirimere. Et sancimus, donec communis debitor vivit, non posse creditori anteriori triginta annorum exceptionem opponi, sed locum esse quadraginta annorum praescriptioni, quia, dum ille vivit, merito anterior creditor confidit, utpote apud debitorem eius possessione per posteriorem creditorem constituta. Ex quo autem in fata sua debitor decesserit [9]), ex eo quasi suo nomine possidentem posteriorem creditorem merito posse triginta annorum opponere praescriptionem; et secundum hanc distinctionem computationem temporum adhibendam, ut ex persona quidem sua posterior creditor triginta annos, quos [10]) ipse post mortem debitoris possedit, opponat. Sin autem coniungere voluerit suae possessioni, quam post mortem debitoris habuit, etiam tempus, quo vivente debitore vel ipse creditor vel communis debitor detinuit, tunc quadraginta annorum exceptionis iura tractari, et quantum deest ad quadraginta annorum possessionem, per quam et ipse debitor creditorem repellere potuerat [11]), hoc se possedisse ostendat. §. 3. Eodem iure pro temporum computatione observando, et si posterior creditor anteriori creditori offerre debitum paratus est, et is creditor longaevam possessionis praescriptionem ei opponere conatur. §. 4. Illud autem plus quam manifestum est, quod in omnibus contractibus, in quibus sub aliqua conditione vel sub die certa vel incerta stipulationes et promissiones vel pacta ponuntur, post conditionis exitum vel post institutae diei certae vel incertae lapsum praescriptiones triginta vel quadraginta annorum, quae personalibus vel hypothecariis actionibus opponuntur, initium accipiunt [12]). Unde evenit, ut in matrimoniis, in quibus redhibitio dotis vel ante nuptias donationis in diem incertam mortis vel repudii differri assolet [13]), post coniugii dissolutionem earundem curricula praescriptionum, personalibus itidem actionibus vel hypothecariis opponendarum, incipiant [14]). §. 5. Immo et illud procul dubio est, quod, si quis eorum, quibus aliquid debetur, res sibi suppositas sine violentia tenuerit, per hanc detentionem interruptio sit praeteriti temporis, si minus effluxit triginta vel quadraginta annis, et multo magis, quam si esset interruptio per conventionem introducta, quum litis contestationem imitatur [15]) ea detentio [16]). Sed et si quis debitorum ad agnoscendum [17]) suum debitum secundam cautionem in creditorem exposuerit, tempora memoratarum praescriptionum interrupta esse videbuntur, quantum ad priorem cautionem pertinet, quae scilicet innovata permansit, tam in personalibus quam in hypothecariis actionibus. Namque improbum est, debitorem hunc contradicere, qui, ne sub accusatione [18]) morae [19]) [debitoris [20])] fiat, secundam in eum super eodem [21]) debito cautionem exposuit. §. 6. In his etiam promissionibus vel legatis vel aliis obligationibus, quae dationem per singulos annos vel menses aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum praescriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque [22]) anni vel

---

[a]) *iungenda videtur l.* 43. *C. de transact. II.* 4., *fortasse et l.* 2. *C. de advoc. divers. iudic. II.* 8. — *Bas. L.* 14. 7.; *c.* 16. *C.* 16. *qu.* 3. — [c]) *Bas. L.* 14. 8. (*Meerm. T. V. p.* 74.)

[1]) per Illyr. *om. edd. Nbg. Hal.*, *contra codd.* — [2]) *mss. Cas. Vat. Bg., S. Perus.*; Leontido *ms. Pl.* 1.; Leoni *edd., contra vetera mss. Cont.* — [3]) *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; si quid *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.*; *sed* καὶ εἰ μὲν *Bas.* — [4]) profligatari *ms. Pl.* 2., *quod rectum videtur*; *etiam Bas.* ἀπαιτεῖσθαι. — [5]) alienam *Russ. in marg.*; *sed Bas. etiam* πρᾶγμα τίποτε. — [6]) quandam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [7]) hypothecariam *mss. Pl.* 1. 2. — [8]) *et ins. ms. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [9]) concessit *ms. Bg., quod probo.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Schf.*; quo *Hal.*; per quos *Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; poterat *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [12]) accipiant *mss. Pl.* 1. 2. — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.*; solet *rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; initium accipiant *Russ. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; imitetur *Russ. et rell.* — [16]) detentatio *ms. Bg.* — [17]) cognoscendum *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., ed. Nbg.*; creditoris *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*; quod ne fiat sub accusat., *omisso* creditoris, *M. Vacar. ap. Dirksen p.* 472. — [19]) *in mss. meis est* more, *quod tamen et* morae *significare potest, idque exigit et sensus, et M. Vacar. ap. Dirksen. p.* 472., *et Cuiac. Obss. XVIII.* 22. *et Recitatt. in Cod. ad h. l. Cuiacii autem emendatio huius loci a Gothofr. et Sp. in not. perverse intellecta est.* — [20]) debitoris *delet Cuiac. ll. citt., et profecto commode ad sensum, sed contra meos codd.* — [21]) super eo *mss. Pl.* 2. *Gt., veteres libri Russ., ed. Schf.*; super priore *ms. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [22]) cuiuscunque *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.*

vel mensis vel alterius singularis temporis computari, manifestum est. Nulla scilicet danda licentia vel ei, qui iure emphyteutico rem aliquam per quadraginta vel quoscunque alios annos detinuerit, dicendi, ex transacto tempore dominium sibi in iisdem rebus quaesitum esse, quum in eodem statu semper manere datas iure emphyteutico res oporteat, vel conductori seu procuratori rerum alienarum dicendi [1]), ex quocunque temporum curriculo non debere se domino, volenti post completa conductionis tempora possessionem recipere, eam [2]) reddere. Dat. Kal. Decemb. Constantinop. [3]) Philoxeno et Probo Conss. [4]) [525.]

8. [a]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Si quis emtionis vel donationis vel alterius cuiuscunque contractus titulo rem aliquam bona fide per decem vel viginti annos possederit, et longi temporis exceptionem contra dominos eius vel creditores hypothecam eius praetendentes sibi acquisierit, posteaque [5]) fortuito casu possessionem eius rei perdiderit, posse eum etiam actionem ad vindicandam eandem rem habere sancimus. Hoc enim et veteres leges, si quis eas recte inspexerit, sanciebant. §. 1. Quodsi quis eam rem desierit possidere, cuius dominus vel is, qui suppositum eam habebat, exceptione triginta vel quadraginta annorum expulsus est, praedictum auxilium non indiscrete [6]), sed cum moderata divisione ei praestari censemus, ut, si quidem bona fide ab initio eam rem tenuerit, simili possit uti praesidio, sin vero mala fide eam adeptus est, indignus eo videatur, ita tamen, ut novus possessor, si quidem ipse rei dominus ab initio fuit vel suppositam eam habebat, et memoratae exceptionis necessitate expulsus est, commodum detentionis sibi acquirat. Sin vero nullum ius in eadem re quocunque tempore habuit, tunc licentia sit priori domino vel creditori, qui nomine hypothecae rem obligatam habuit, et heredibus eorum, ab iniusto detentatore eam vindicare, non obstante [7]) ei, quod prior possessor triginta vel quadraginta annorum exceptione eum removerat, nisi ipse iniustus possessor triginta vel quadraginta annorum, ex eo tempore computandorum, ex quo prior possessor, qui evicit [8]), ea possessione [9]) cecidit, exceptione munitus sit [10]). §. 2. Sed haec super illis detentatoribus censemus, qui sine violentia eandem rem nacti sunt. Nam si quis violenter eam abstulerit, omnimodo licebit priori possessori sine ulla distinctione eam vindicare. §. 3. Sed et si quis non per vim, sed per sententiam [11]) iudicis eam detinuit [12]), ea tantum occasione, quod absens prior possessor ad litem vocatus minime responderit, licebit ei ad similitudinem [13]) ceterorum, qui rei dominium habent, intra annum se offerenti, cautionemque suscipiendae litis danti, eandem rem recipere, superque ea cognitionalia subire certamina. §. 4. Exceptionem etiam triginta vel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus usurae promissae sunt, ex illo tempore initium capere sancimus, ex quo debitor usuras minime persolvit. Dat. III. Id. Decembr. Constantinop. Dn. Iustiniano A. II. Cons. [14]) [528.]

9. [b]) Idem A. Demostheni P. P. — Saepe quidam [15]) suos obnoxios in iudicium vocantes, et iudiciariis certaminibus ventilatis, non ad certum finem lites [16]) producebant [17]), sed taciturnitate in medio tempore adhibita propter potentiam forte fugientium, vel suam imbecillitatem, vel alios quoscunque casus (quum sortis humanae multa sunt [18]), quae [19]) nec dici nec enumerari [20]) possunt), deinde iure suo lapsi esse videbantur eo, quod post cognitionem novissimam triginta annorum spatium effluxerit, et, huiusmodi exceptione opposita suas fortunas ad alios translatas videntes, merito quidem, sine remedio autem [21]), lugebant. Quod nos corrigentes, eandem exceptionem, quae ex triginta annis oritur, in huiusmodi casu opponi minime patimur, sed, licet personalis actio ab initio fuerit instituta, eam tamen in quadragesimum annum extendimus, quum non similis sit, qui penitus ab initio tacuit, ei, qui et postulationem deposuit, et in iudicium venit, et subiit certamina, litem autem implere per quosdam casus praeditus est. Sed licet ipse actor [22]) defecerit, tamen suae posteritati huiusmodi [23]) causae cursum eum relinquere posse definimus, ut eius heredibus vel successoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione sublatam [24]). Quod tempus, id est quadraginta annorum spatium, ex eo numerari decernimus, ex quo novissima processit cognitio, postquam utraque pars cessavit.

TIT. XL.

---

[a]) *Bas. L.* 14. 9. — [b]) *Bas. L.* 14. 10. (*Meerm. T. V. p.* 75.)

[1]) dicenti *Russ. Cont.* 62.; *sed contra omnes codd. Russ. et meos.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; eandem *edd. rell.* — [3]) *locum restitui ex ms. Pict.*, *quod rel. subscr. firmat.* — [4]) *consules, qui absunt a Russ. in textu et a Cont.* 62., *idem Russ. in marg. ex cod. restituit*; *subscr. om. Hal.* — [5]) postea *mss. Bg. Gt.* — [6]) indistincte *edd. Nbg. Hal.*; distinctione *statim post pro* divisione, *M. Vacar. ap. Dirksen. p.* 472. — [7]) obsistente *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [8]) qui eum vicit *ms. Bg.*; qui et vicit *legisse videtur graecus interpres in Bas.* — [9]) eam possessionem *ms. Pl.* 1.; eam possessione *ms. Pl.* 2. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; est *Russ. et rell.* — [11]) sed sententia *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; detinuerit *ed. Schf.*; obtinuit *ed. Nbg.*; obtinuerit *Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; ei et instar *edd. Nbg. Hal.*; et ad similitud. *Russ. et rell.*; *sed* et *ignorant Bas.* — [14]) A. II. Cons *om. rell.*, *sed addenda duxi propter causas in not. ad l.* 1. *C. VII.* 3. *expositas*; *ad eundem annum refert nostram const. Reland. Fast. cons. p.* 698. — [15]) quidem *ms. Gt.*; *sed* Πολλάκις τινὲς *Bas.* — [16]) litis *edd. Nbg. Hal.*; *sed* τὰς δίκας *Bas.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*; προάγουσιν *Bas.*; perducebant *edd. Schf. Russ. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt. Bg.*, *M. Vacar. ap. Dirksen. p.* 473., *ed. Schf.*; cum sortes humanae multae sunt *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.*; *idem, sed mutato* sunt *in* sint, *Russ. et rell. Interpres graecus in Bas. legisse videtur* quum sortis humanae multi sunt, qui. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg.*, *M. Vacar.*, *ed. Schf.*; qui *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *M. Vacar.*, *edd Nbg. Hal.*; numerari *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Schf. Russ. et rell.*; ἀπαριθμεῖσθαι *Bas.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; ante *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed nostra lect. magis convenit cum Bas. et probatur a Russ. in marg.* — [22]) auctor *ms. Bg.*; *sed* ὁ ἐναγών *Bas.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; huius *edd.*; *sed* τῆς τοιαύτης αἰτίας *Bas.* — [24]) *Russ. in marg.*, *et sic ms. Pl.* 1. *ante correct. habuisse videtur*; sublata *nunc habet ms. Pl.* 1., *mss. Pl.* 2 *Bg.*, *edd. omnes*; opposita *al.* ablata *Russ. in marg. Sed nostram lect. flagitant Bas.*, *quae sic vertunt*: ταύτην πληρώσαι, μηδενὶ τρόπῳ τῇ τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν παραγραφῇ ἀνατρεθεῖσαν; *cfr. Reitz not.* 49. *in Meerm. Thes. T. V. p.* 76.

Tit. XL.

[a]) DE ANNALI EXCEPTIONE ITALICI CONTRACTUS TOLLENDA, ET DE DIVERSIS TEMPORIBUS, ET EXCEPTIONIBUS, ET [1]) PRAESCRIPTIONIBUS, ET INTERRUPTIONIBUS EARUM.

1.[b]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P — Super annali exceptione, quae ex Italicis contractibus oritur, tantae moles altercationum in omnibus iudiciis exortae sunt, quantas et enumerari difficile, et explanari impossibile est. Primum etenim natura eius observationis [2]) cum omni scrupulositate et difficultate composita est, quum multa concurrere debent [3]), ut ea [4]) nascatur. Deinde illud spatium annale alii quidem ita effuse interpretabantur, ut possit usque ad decennium extendi, alii iudicantes usque ad quinquennium standum esse putaverunt. Et in nostris temporibus saepius super huiusmodi calculo a iudicibus variatum est, unde nec facile suum effectum in litigiis ostendere huiusmodi exceptio valuit. Quum itaque nobis aliae temporales exceptiones vel [5]) praescriptiones sufficiant, huiusmodi difficultatibus illigari nostro subiectos imperio minime patimur. Ideoque memorata annali exceptione penitus quiescente, aliae omnes legitimae exceptiones vel [6]) praescriptiones in iudiciis suum vigorem ostendant, sive quae super decennio, vel viginti, vel triginta, vel quadraginta annis introductae sunt, sive quae minoribus spatiis concludantur. §. 1. Ad haec quum nihil prohibet, etiam ea, quae aliquam dubitationem acceperunt, clarioribus et compendiosis sanctionibus renovari, iubemus, omnes personales [7]) actiones, quas verbosa quorundam interpretatio iactare [8]) extra metas triginta annorum conabatur, triginta annorum spatiis concludi, nisi legitimus modus, qui et veteribus et nostris legibus enumeratus est, interruptionem temporis introduxerit; sola hypothecaria actione quadraginta annorum utente curriculis. Nemo itaque audeat neque actionis familiae erciscundae, neque [9]) communi dividundo, neque finium regundorum, neque pro socio, neque furti, neque vi bonorum raptorum, neque alterius cuiuscunque personalis actionis vitam longiorem esse triginta annis interpretari; sed ex quo ab initio competit, et semel nata est, et non iteratis fabulis saepe recreata, quemadmodum in furti actione [10]) dicebatur, post memoratum tempus finiri. Exceptis omnibus actionibus, licet personales sint, quae in iudicium deductae sunt et cognitionalia acceperunt certamina, et postea silentio traditae sunt, in quibus non triginta, sed quadraginta annos esse exspectandos, ex quo novissimum [11]) litigatores tacuerunt, lex nostra antea promulgavit. §. 2. Ne autem imperfecta sanctio videatur, quum in maternis quidem rebus filiisfamilias tempora exceptionum currere dispositum erat, ex quo sacris paternis absoluti sunt, in aliis autem, quae minime acquiri possunt, hoc non fuerat specialiter constitutum, apertissima definitione sancimus, filiisfamilias in omnibus his [12]) casibus, in quibus habent res minime patribus suis acquisitas, nullam temporalem exceptionem opponi, nisi ex quo actionem movere potuerint, id est postquam manu paterna vel eius, in cuius potestate erant constituti, fuerint liberati. Quis enim incusare eos poterit, si hoc non fecerint, quod, etsi maluerint, minime adimplere lege obviante valebant? Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [13]) [530.]

2.[c]) Idem A. Ioanni P. P. — Ut perfectius omnibus consulamus, et [14]) nemini absentia vel potentia vel infantia penitus adversarii sui noceat, sed sit aliqua inter desides et vigilantes differentia, sancimus: [15]) si quando abfuerit is, qui res alienas vel creditori obnoxias detinet, et desiderat dominus rei vel creditor suam intentionem proponere, et non ei licentia sit, absente suo adversario, qui rem detinet, vel infantia vel furore laborante, et neminem tutorem vel curatorem habente, vel in magna [16]) potestate constituto, sua auctoritate eas res usurpare [17]), licentia ei detur adire praesidem provinciae [18]) vel libellum [19]) ei porrigere, et hoc in querimoniam deducere intra constituta [20]) tempora, et interruptionem temporis facere; et sufficere [21]) hoc ad plenissimam interruptionem. §. 1. Sin autem nullo poterit [22]) modo praesidem adire, saltem ad episcopum locorum eat vel defensorem civitatis, et suam manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Sin autem abfuerit vel praeses [23]) vel episcopus vel defensor [24]), liceat ei [25]) proponere publice, ubi domicilium habet possessor, seu cum tabulariorum subscriptione, vel, si civitas tabularios non habet, cum trium testium subscriptione; et hoc sufficere ad omnem temporalem interruptionem, sive triennii, sive longi temporis, sive triginta vel quadraginta annorum sit. Omnibus aliis, quae de longi temporis praescriptione vel triginta vel quadraginta annorum curriculis constituta sunt, sive ab antiquis legum conditoribus, sive a nostra maiestate, in suo robore duraturis. Dat. Kal. Octob. Constantinopoli post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC.[26]) [531.]

3.[d]) Idem A. Ioanni P. P. — Si ex multis causis quidam obnoxium habens, et maxime ex similibus quantitatibus, in unius quidem causae summa [27]) libellum

---

[a]) *Dig. XLIV.* 3. — [b]) *Bas. L.* 15. 1. (*Meerm. T. V. p.* 77.) — [c]) *Bas. VII.* 4. 3.; *Bas. L.* 15. 2.; *pars hui. const. geminatur in l.* 31. *C. de episc. aud. I.* 4. — [d]) *Bas. L.* 15. 3.

[1]) et except. et *om. S. Perus.*; et except. vel *emendat Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; *sed textum tuetur rubr. Bas. L.* 15. — [2]) naturae eius observatio *mss. Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 1., *in quo tamen a recentiore manu* observationis. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; debeant *Russ. et rell.* — [4]) exceptio *ins. mss. Pl.* 1. *Gt.* — [5]) et *edd. Nbg. Hal.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; et *Russ. et rell.* — [7]) *Leunclav. Notat. II.* 210. *monet, Graecos legisse* temporales act. — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *omn. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *M. Vacar.*; extendere *Russ. et rell.* — [9]) iudicium *ins. mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; iudicio *ins. ms. Gt.* — [10]) quemadm. furti, *omiss.* in actione, *ms. Bg.* — [11]) novissimo *ms. Pl.* 2. *Bg.*; novissime *ed. Schf.* — [12]) filiisfam. omnibus in his (iis) *mss. Pl.* 1. 2 *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [13]) *haec subscr., quam firmat ms. Pist.*, *abest ab Hal.* — [14]) ut *edd. Nbg. Hal.* — [15]) ut *praefigunt Hal. Russ. Cont.* 62., *contra omn. mss. Russ. et mea.* — [16]) summa *l.* 31. *C. I.* 4. — [17]) sua auctor. eas res usurp. *desunt in mss. Veron. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *videntur que ea verba, quae et in l.* 31. *C. I.* 4. *valde suspecta sunt, merito expungi.* — [18]) provinciae *om. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [19]) et libell. *ms. Pl.* 2.; libellumque *l.* 31. *C. I.* 4. — [20]) statuta *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [21]) sufficiat *ms. Pl.* 2. — [22]) *mss. Pl* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *l.* 31. *C. I.* 4.; potuerit. *Russ. et rell.* — [23]) provinciae *ins. ms. Veron.* — [24]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; civitatis *ins. ms. Bg.*, *edd. rell.* — [25]) et *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [26]) *subscr.*, *quae abest ab Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*, *ex l.* 31. *C. I.* 4. *restituta est a Russ.*, *cuius vetus ms. eam tuetur*; *quapropter fides huius subscr. maior est, quam eius, quae est in ms. Veron.* pp. X. K. ian cp. lamp. et or. vv. cc. cas. — [27]) summam *ms. Pl.* 2. *Gt.*

libellum conventionis composuerit [1]), causam tamen non expresserit, apud veteres agitabatur, an videatur omnes causas in iudicium deduxisse, aut [2]) vetustissimam earum, aut omnino [3]) nihil fecisse, quum eius sensus incertus esse apparebat. Sed et in iudiciis in multis casibus [4]) tales altercationes ventilatas invenimus, et maxime propter longi temporis interruptionem. Si enim personalis forte fuerat mota actio, hypothecariae autem actionis nulla mentio procedebat, quidam putabant, personalem quidem esse temporis interruptione perpetuatam, hypothecariam autem evanescere taciturnitate sopitam. Et si quis generaliter dixerat, obnoxium sibi aliquem constitutum, aliae dubitationes emergebant, si omnes ei competentes actiones huiusmodi narratione contineri credantur, an vero, quasi silentio circa eas habito, tempore exspirare, nullo ex incerta libelli confectione admiaiculo ei acquisito. §. 1. Sancimus itaque, nullam in iudiciis in posterum locum habere talem confusionem, sed qui obnoxium suum in iudicium clamaverit [5]) et libellum conventionis ei transmiserit, licet generaliter nullius causae mentionem habentem, vel unius quidem specialiter, tantummodo autem personales actiones vel hypothecarias [6]) continentem, nihilominus videri ius suum omne eum in iudicium deduxisse, et esse interrupta temporum curricula, quum contra desides homines et sui iuris contemtores odiosae exceptiones opponitae [7]) sunt. Dat. XVI. Kal. Mai. [8]) Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [9]) [531.]

TIT. XLI.

DE ALLUVIONIBUS ET PALUDIBUS ET PASCUIS AD ALIUM STATUM TRANSLATIS.

1. [a]) Imp. Gordianus A. Marco. — Quamvis fluminis naturalem cursum opere manu facto alio non liceat avertere, tamen ripam suam adversus rapidi amnis impetum munire prohibitum non est. Et quum fluvius, priore alveo derelicto, alium sibi facit, ager, quem circumivit [10]), prioris domini [11]) manet. Quodsi paulatim ita auferat, ut alteri [12]) parti applicet, id alluvionis iure ei quaeritur, cuius fundus [13]) crescit [14]). PP. III. Kal. Decemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [15]) [239.]

2. [b]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius [16]) AAA. Caesario [17]) P. P. — Hi, quos [18]) inundatio Nili fluminis reddidit ditiores, pro terris [19]), quas possident, tributorum praestationem agnoscant. Et qui suum deplorant patrimonium deminutum [20]), alieno saltem functionis onere liberentur, et nostrae serenitatis largitate defensi, locorum etiam possessione contenti, pro agitandi census examine respondeant devotioni. PP. IV. Id. Apr..... [21]).

3. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. P. [22]) — Ea, quae per alluvionem, sive in Aegypto [23]) per Nilum, sive in aliis provinciis [24]) per diversa flumina possessoribus acquirantur, neque ab aerario vendi, neque a quolibet peti, nec separatim censeri vel functiones exigi, hac perpetuo valitura lege sancimus, ne vel alluvionum ignorare vitia, vel rem noxiam [25]) possessoribus videamur indicere [26]). Similiter nec ea quidem, quae paludibus antea vel pascuis videbantur adscripta [27]), si sumtibus [28]) possessorum nunc ad frugum fertilitatem translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri vel functiones exigi concedimus, ne doleant diligentes operam suam agri dedisse culturae, nec diligentiam suam sibi damnosam [29]) intelligant. Cuius [30]) legis temeratores quinquaginta [31]) librarum auri condemnatione coërceri decernimus, inter quos habendum est officium quoque tuae sedis excelsae [32]), si aliquid huiusmodi [33]) suggesserit disponendum, vel si preces instruxerit [34]) petitoris. Dat. XI. Kal. Octob. Constantinop. Valentiniano A. V. et Anatolio V. C. Conss. [35]) [440.]

TIT. XLII.

---

[a]) *Bas. L.* 16. 1. (*Meerm. T. V. p.* 78.) — [b]) *Bas. L.* 16. 2. — [c]) *hausta ex Nov. Theod. XXVIII., quae et legitur inter rei agrariae leges ap. Goëssium p.* 343.; *Bas. L.* 16. 3.

[1]) exposuerit *ms. Bg.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; an *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) omnino *om. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omn. Russ., ed. Schf.* — [4]) causis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [5]) proclamaverit *ms. Pl.* 2. — [6]) hypothecariam *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [7]) compositae *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.* — [8]) *hunc diem restitui ex ms. Veron., in quo tamen pro* XVI. *fortasse est* XV. — [9]) *subscr. omnis abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. — [10]) *ms. Gt., et probabiliter ms. Veron.*; circuivit *mss. Pl.* 1. 2.; circumibit *ed. Nbg.*; circumit (circuit) *edd. Schf. Hal. et rell.*; παρῆλθε *Bas.* — [11]) dominii *ms. Veron., sed contra Bas.* — [12]) aliique, *omisso* ut, *ms. Veron.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., ed. Schf.*; fundus *ms. Veron.*; fundo *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., ed. Schf.*; accrescit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) *haec subscr. a Russ. ex eod. estituta, quam tuetur ms. Veron., denuo omissa est ab editoribus post eum.* — [16]) *Theodosium omittit ms. Bg., et expungendum eum censet Iac. Gothofr. in Chronol. p. CLXVIII.* — [17]) Caes. *ms. Veron.*; Cario *ms. Pl.* 1. — [18]) Si quos *mss. Bg. Gt.* — [19]) propter res *mss. Pl.* 2. *Bg., ms. Pl.* 1. *ante correct., ed. Schf.* — [20]) imminutum *mss Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [21]) *ms. Veron., ex quo diem restitui, hanc habet subscr.:* pp. IV (*vel* III) id. apr. theod. ā XV. et proraxio cs̄s., *unde consules certo eruere non possum. Fortasse alterum nomen oriundum est ex urbis nomine, quod a suo loco aberravit, atque ita scribendum:* Brixiae, Theodoro V. C. Cons. [399.] — [22]) *cfr. not.* 32. *infra.* — [23]) Egiptum *ms. Bg.*; Egyptu *ms. Pl.* 1. — [24]) in alias provincias *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg., ed Schf.* — [25]) obnoxiam *ms. Pl.* 2. — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t., Nov. Theod.*; inducere *edd.* — [27]) videbantur esse ablata *ms. Bg.* — [28]) ac laboribus *add. Nov. Theod.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Bk., Nov. Theod.*; iudicantes *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [30]) Huius *ms. Gt., Bk., Nov. Theod.* — [31]) quadraginta *mss. Pl.* 1. 2.; *sed* πεντήκοντα *Bas.* — [32]) *Bas.* ἡ τάξις τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως, *unde in inscr. legisse interpretes graeci videntur* Cyro P. U. — [33]) eiusmodi *ms. Veron., Nov. Theod.* — [34]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Nov. Theod.*; introduxerit *mss. Veron. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [35]) *hanc subscr., quam totam ex Nov. Theod. primus restituit Cont.* 62., *tuetur ms. Veron., nisi quod* XII. *habet pro* XI., *et omittit* A. *et* V. C.; *subscr. om. Hal., diem solum habet Russ.*

Tit. XLII.

[a]) DE SENTENTIIS PRAEFECTORUM PRAETORIO.

1. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus [1]) AA. Thalassio P. P. Illyrici. — Litigantibus in amplissimo praetorianae praefecturae iudicio, si contra ius se laesos affirment, non provocandi, sed [2]) supplicandi licentiam ministramus, licet pro curia vel [3]) qualibet publica utilitate seu alia causa dicatur prolata sententia (nec enim publice [4]) prodest singulis legum adminicula denegari); ita videlicet, ut intra biennium tantum nostro numini [5]) contra cognitionales sedis praetorianae praefecturae sententias, post successionem [6]) indicis numerandum, supplicandi eis tribuatur facultas. Dat. III. Id. August. Constantinop. Theodosio A. XVII. et Festo V. C. Conss. [7]) [439.]

Tit. XLIII.

[c]) QUOMODO ET QUANDO IUDEX SENTENTIAM PROFERRE DEBEAT PRAESENTIBUS PARTIBUS VEL UNA PARTE [d]) ABSENTE.

1. [d]) Imp. Titus Aelius [9]) Antoninus A. [10]) Publicio. — Non semper compelleris, ut adversus absentem pronuntiet, propter subscriptionem patris mei, qua significavit, etiam contra absentes sententiam dari solere. Id enim eo pertinet, ut etiam absentem damnare possis, non ut omnimodo [11]) necesse habeas. — Sine die et cons. [12]).

2. Imp. Gordianus A. Severo. — Cessante quoque causa peremtorii edicti, adversus eos, qui admoniti iudicio adesse noluerunt, sententiam a iudice posse ferri [13]), certum est. S. [14]) IV. Kal. August. [15]) Pio [16]) et Pontiano Conss. [17]) [238.]

3. [e]) Idem A. Antistio. — Ab eo iudicato recedi non potest, quod vobis absentibus et ignorantibus atque indefensis dicitis esse prolatum, si, ubi primum cognovistis, non illico de statutis querelam detulistis. Ita enim firmitatem sententia, quae ita prolata est, non habebit, si ei non sit commodatus [18]) assensus. PP. [19]) IV. Id. Iun. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

4. [f]) Imp. Philippus A. [20]) Domitiano [21]). — Si, ut proponis, pars diversa die feriato, absente ei [22]) ignorante te, a iudice dato [23]) sententiam pro partibus suis, quasi contumaciter deesses, impetravit, non immerito praeses denuo negotium alterius indicis notioni terminandum commisit. PP. V. Id. Octobr. Peregrino et Aemiliano [24]) Conss. [244.]

5. [g]) Idem A. et Philippus C. Longino. — Si, ut proponis, praeses provinciae, quum certum locum causae cognoscendae [25]) dedisset, alibi per obreptionem aditus sententiam adversus te absentem protulit, quod ita gestum est, ad effectum iuris spectare minime oportet.

6. [h]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Domitio. — Si praeses quasi desertam ab adultis tuis causam appellationis, quae ab adiutore [26]) suo facta [27]) fuerat, circumduxit eo tempore, quo adulti curatores non habebant, repetitus notionem suam exhibebit. Neque enim debet adultis nocere, quidquid eo tempore statutum est, quo defensione iusta et curatoris auxilio fuerant destituti.

7. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Marino. — Ea, quae statuuntur adversus absentes, non per contumaciam, scilicet denuntiationibus nequaquam ex more conventos, indicatae rei firmitatem non obtinere, certum est. PP. III. Kal. April. ipsis IV. et III. [28]) AA. Conss. [290.]

8. Idem AA. Claudiae. — Consentaneum iuri fuit, temporibus ad praesentiam partis adversae praescriptis, praesidem provinciae, impleta iuris solemnitate, et adversario tuo trinis [29]) literis vel uno pro omnibus peremtorio edicto [30]), ut praesentiam sui faceret, commonefacto, si in eadem contumacia perseveravit [31]), praesentis allegationes audire; quod vel successor eius facere curabit. A quo ter citatus [32]), si contumaciter praesentiam sui facere neglexerit, non abs re erit, vel ad cogendum eum, ut se repraesentet, [33]) possessionem bonorum, cui incumbit, ad te trans-

---

[a]) *Dig. XLII.* 1. — [b]) *hausta ex Nov. Theod. XIX.*; *Bas. VI.* 4. 1. *et IX.* 1. 55. — [c]) *Dig. XLII.* 1. — [d]) *Bas. IX.* 1. 56. — [e]) *Bas. IX.* 1. 57. — [f]) *Bas. IX.* 1. 58. — [g]) *Bas. IX.* 1. 59. — [h]) *Bas. IX.* 1. 60. — [i]) *Bas. IX.* 1. 61.

[1]) *mss. Veron. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., mss. Russ. et Cont., Sp. Bk., S. Perus., Nov. Theod.*; Dioclet. et Maximian. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) non provocandi, sed *absunt a Nov. Theod.* — [3]) alia *hic ins. Nov. Theod., sed postea omittit* seu alia causa. — [4]) publico *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., Nov. Theod. ed. Sichard.* — [5]) nomini *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., ed. Nbg., var. l. gl.*; *sed v. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [6]) successionem *ms. Bg., ed. Schf.*; cognitionem *Russ. in marg., et sic Nov. Theod. ed. Sichard.* — [7]) *hanc subscr., a qua nec recedit ms. Veron., restituit ex Nov. Theod. Russ.* — [8]) parte *om. mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [9]) *mss. Pist. Cas. Vat., Hal., Cuiac. Not. ad Cod.* (*Opp. T. X. p.* 694. *ed. Neap.*); Titius Elius *ms. Bg., ed. Nbg.*; *et similiter S. Perus.*; Titus et Elius *ms. Pl.* 1.; M. Aurelius *Bk.*; M. Aelius *Hal. in not., Russ. et rell. Sed* Titus *flagitant omnia mss. Cont.* — [10]) A. *om. mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Bg., S. Perus.* — [11]) omnibus *ms. Veron.*; omnino *ms. Bg.* — [12]) Sine — cons. *restitui ex ms. Veron.* — [13]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; fieri *ms. Bg.*; proferri *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [14]) *ms. Veron.*; S. *om. rell.* — [15]) *hunc mensem restitui ex ms. Veron.*; April. *Russ. et rell.*; *sed nostra lectio verosimilior est, v. Beland. fast. cons. p.* 184. — [16]) A., *omisso Pio, Russ. et rell. praeter Bk., qui restituit Pii nomen, consentientibus fastis et cod. Veron.* — [17]) *Russ. in marg. hic restituere vult subscript., quae pertinet ad l.* 1. *C. VII.* 42.; *sed videtur per incuriam editoris vel typogr. ad nostrum locum aberrasse nota, quae ad l.* 1. *cit. referenda fuit*; *subscr. om. Hal.* — [18]) accommodatus *edd. Schf. Russ. Cont.* 62. *Bk., contra omnia mss. Russ. et mea.* — [19]) D. *ms. Pist.*; *subscr. om. Hal.* — [20]) et Philippus cc *add. ms. Pl.* 1. — [21]) Domitio, Demotio, Dometio *mss. nonn.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t. et Obss. XVIII.* 30.; vel *edd. rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; ferri *ins. edd. Schf. Russ. et rell., contra omnia mss. Russ. et nonnulla Cont.* — [24]) *sic reliquae omnes consit. huius anni*; Aeliano *Russ. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [25]) agnoscendae *ms. Pl.* 1. — [26]) a tutore *Russ. in marg.*; ab tutore *ms. Bg.*; *etiam contra Bas.* — [27]) acta *Hal. Russ. Cont.* 62. — [28]) IV. et IIII. *ms. Pist.*; V. et IV. *Russ. et rell., quod ob subscr. leg.* 10. *infra ferendum non est*; *subscr. om. Hal.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; ternis *rell.* — [30]) accersito *add. ms. Pl.* 1., *et similiter ms. Pl.* 2. — [31]) perseveraverit *edd. contra codd. meos.* — [32]) iterum citatus *emendare vult Cuiac. Obss. XVIII.* 30. — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; vel *ins. ms. Gt., edd. Nbg. Hal. et rell., sed contra omnia mss. Contii*; *etiam Russ. hanc voc. cancellis notat.*

transferre, et adversarium petitorem constituere, vel auditis defensionibus tuis id, quod iuris ratio exegerit, indicare. PP. III. Kal. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [1]) [290.]

Authent. de litigiosis. §. Omnem. (Nov. 112. c. 3.) — *Qui semel actionem proponit sive conventione iudiciaria, sive precibus principi oblatis iudicique insinuatis, et per eum adversario cognitis, necesse habet usque ad finem litem exercere. Qui si causam persequi differat, reo postulante, tribus edictis citetur per intervalla triginta dierum, quia vox praeconia paucis innotescit. Quae citatio et per principem delegatis permittitur. Quod et* [2]) *locum habet, etsi lis coepta non sit. Quodsi vocatus litem detrectet, ei aliud anni spatium indulgetur, intra quod si cessat, iudex auditis allegationibus praesentis et perquisita veritate pronuntiet. Sed nec intra annum veniens auditur, nisi prius reo litis expensas* [3]), *quas sustinuerit, inferat. His quoque praestitis, si interrupto duntaxat anno denuo litem deserit, post trium* [4]) *edictorum et anni unius spatii* [5]) *observationem ab omni cadat actione.*

9. Iidem AA. Leontio. — Tres denuntiationes ad peremtorii edicti vicem adversus contumaces convalescere, salubriter statutum est. PP. XI. Kal. Novemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [6]) [290.]

10. [a]) Iidem AA. Blesio. — Quum non voluntatis tuae arbitrio, sed necessitate profectus sis, quidquid contra te [7]) absentem statutum [8]) fuerit, quando absentiae causa necessaria sit [9]), officere tibi iuris ratio non permittit. PP. III. Id. Mai. Tiberiano et Dione Conss. [10]) [291.]

11. [b]) Iidem AA et CC Valerio. — Quum praesentibus partibus litem inchoatam proponas, si, posteaquam contra te, licet absentem, pronuntiatum est, intra praefinitum diem non appellasti, latam sententiam rescindi postulanti multae sacrae constitutiones refragantur.

Tit. XLIV.

[c]) DE SENTENTIIS EX PERICULO [11]) RECITANDIS.

1. [d]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Quinto. — Arbitri nulla sententia est, quam scriptam edidit [12]) litigatoribus, si [13]) non ipse recitavit. Si igitur nihil fallis, omissa provocationis mora, ex integro iudicari impetrabis a rectore provinciae.

2. [e]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum P. P. — Hac lege perpetua [14]) credimus ordinandum, ut indices, quos cognoscendi et pronuntiandi necessitas tenet [15]), non subitas, sed deliberatione habita post negotium sententias ponderatas sibi ante forment [16]), et emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferant, scriptasque ex libello partibus legant, sed ne [17]) sit eis posthac copia corrigendi vel mutandi. Exceptis tam viris eminentissimis praefectis praetorio, quam aliis illustrem administrationem gerentibus ceterisque illustribus iudicibus, quibus licentia conceditur etiam per officium suum et eos, qui ministerium suum eis accommodant, sententias definitivas recitare. Dat. XII. Kal. Februar. Gratiano A. II. et Probo Conss. [18]) [371.]

3. [f]) Iidem AAA. ad Probum P. P. — Statutis generalibus iussimus [19]), ut universi indices, quibus reddendi iuris in provinciis permisimus [20]) facultatem, cognitis causis ultimas definitiones de scripti [21]) recitatione proferant. Huic adiicimus sanctioni, ut sententia, quae dicta fuerit, quum scripta non esset, nec [22]) nomen quidem sententiae habere mereatur, nec ad rescissionem perperam decretorum appellationis solemnitas requiratur. Dat. III. Non. Decemb. Treviris [23]), Gratiano A. III. [24]) et Equitio [25]) Conss. [374.]

[g]) Authent. de mandatis principum. §. Sit tibi. (Nov. 17. c. 3.) et Authent. ut clerici apud proprios episcopos. §. 1. (Nov. 83. pr.) — *Nisi breves* [26]) *sint lites et maxime vilium personarum vel causarum* [27]) (*tunc enim sine scriptis et sine aliqua expensa cognoscere praesidem oportet*), *et nisi episcopus cognoscat inter suos subditos* [28]).

Tit. XLV.

[h]) DE SENTENTIIS ET INTERLOCUTIONIBUS OMNIUM IUDICUM.

1. [i]) Impp. Severus et Antoninus AA. Quintiliano. — Non videtur nobis rationem habere sententia decessoris tui, qui, quum cognovisset inter petitorem et procuratorem, non procuratorem, sed ipsam dominam litis condemnavit, cuius persona in iudicio non fuit. Potes igitur, ut re integra, de causa cognoscere. Dat. IV. Kal. Iun. Antonino A. III. et Geta Caes. [29]) Conss. [208.]

2. [k]) Imp. Antoninus A. Sextilio. — Si arbiter datus a magistratibus, quum sententiam dixit, in libertate morabatur, quamvis postea in servitutem depulsus sit, sententia [30]) ab eo dicta habet rei iudicatae auctoritatem. 3.

---

[a]) *Bas. IX.* 1. 62. — [b]) *Bas. IX.* 1. 63. — [c]) *Dig. XLII.* 1. — [d]) *Bas. IX.* 1. 64. — [e]) *Bas. IX.* 1. 65. — [f]) *l.* 1. *Th. C. de sentent. ex per. rec. IV.* 17.; *Gregorii M. Epist. XIII.* 45.; *c.* 8. *C. II. qu.* 1.; *Bas. IX.* 1. 66. — [g]) *duae sunt authentt. et verbis maxime diversis a textu conceptae in mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [h]) *Dig. XLII.* 1. — [i]) *Bas. IX.* 1. 67. — [k]) *Bas. IX.* 1. 68.

[1]) ipsis — Conss. *om. a Russ. et rell.; equidem restitui ex ms. Pist., in quo est* ipsis IIII. IIII. ā. ā. cūs.; *tota subscr. abest ab Hal.* — [2]) *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Hal. Russ.*; *et om. rell.* — [3]) *sacramento manifestandas addit ed. Schf.* — [4]) *trium om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.; post edictorum XXX. dierum ed. Schf.* — [5]) *et annui spatii mss. Pl.* 2. *Bg.; et anni spatii ed. Schf.* — [6]) *subscr. om. Hal.* — [7]) te *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [8]) statum *mss. Pl.* 1. 2. *ante correct.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; fuit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [10]) *subscr. om. Hal.* — [11]) breviculo *Hal. et inscr. can.* 8. *C. II. qu.* 1.; libello *Russ., sed contra omnia mss. sua et mea.* — [12]) et *ins. ms. Pl.* 1. — [13]) si *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; perpetuo *Russ. et rell. contra Bas.* — [15]) teneret *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [16]) formarent *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; *iidem libri et postea* conferrent — legerent, *eaque lect. magis convenire videtur cum Bas.* — [17]) *mss. Bg. Gt.*; sed nec *mss. Pl.* 1. 2., *edd.*, *quae plene interpungunt ante v.* sed; *verum* ἀλλ' ἵνα μὴ *Bas.*; et ne *Russ. in marg.* — [18]) *subscr. om. Hal.* — [19]) iusseramus *Theod. C.* — [20]) permittimus *Theod. C.* — [21]) de scriptis *ms. Bg.*; descriptas *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [22]) ne *Theod. C.* — [23]) *Theod. C., Bk.*; Tribus *Russ. et rell.* — [24]) IIII. *ms. Pist., Russ. Cont. Char. Pac.* — [25]) V. C. *ins. Theod. C.*; *subscr. om. Hal.* — [26]) *breviores ed. Nbg.* — [27]) *vel causarum om. ed. Nbg.*; *pers. vel caus. serius ex gl. in text. venisse apparet.* — [28]) *clericos ed. Schf.* — [29]) II. *ins. Bk.*; et Caela *Russ.*; *Hal. et Cont.* 62. *om. subscr., quam restituit Russ.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; tamen *ins. edd. Schf Russ. et rell.*

3. [a]) Imp. Alexander A. Vectio [1]). — Praeses provinciae non ignorat, definitivam sententiam, quae condemnationem vel absolutionem non continet, pro insta non haberi. PP. Kal. Octob. Maximo II. et Aeliano Conss. [2]) [223.]

4. [b]) Idem A. Severo [3]). — Prolatam a praeside sententiam contra solitum iudiciorum ordinem auctoritatem rei iudicatae non obtinere, certum est. PP. XV. Kal. Ianuar. Alexandro A. III. [4]) et Dione Conss. [229.]

5. [c]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Montano. — Quum eorum, qui principaliter fisco tenebantur, bona ea lege fideiussoribus procurator tradi iusserit, ut ipsi indemnitatem fisco praestarent, nec a sententia eius intercesserit provocatio, consequens est, datae formae obtemperari.

6. [d]) Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Zoilo. — Quum sententiam praesidis irritam esse dicis, quod non publice, sed in secreto loco, officio eius non praesente, sententiam suam dixit, nullum tibi ex his, quae ab eo decreta sunt, praeiudicium generandum esse constat. PP. V. Kal. Decemb. Caro [5]) et Carino Conss. [283.]

7. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Isidorae. — Ex stipulatione parta actione, pacisci proximis personis suadendo praeses provinciae verborum obligationem, quam certo iure tolli tantum licet, exstinguere non potest, nec vox omnis iudicis iudicati continet auctoritatem, quum potestatem sententiae certis finibus concludi, saepe constitutum sit. Quapropter, si nihil causa cognita secundum iuris rationem pronuntiatum est, vox pacisci suadentis praesidis actionem tuam [6]) perimere, si quam habuisti, minime potuit.

8. [f]) Idem AA. et CC. Licinio. — Libera quidem Theodora, quam ex emtionis causa vel in solutum creditori traditam proponis, pronuntiata, citra provocationis auxilium sententia rescindi non potest. Verum si mota quaestione, praemissa denuntiatione ei, qui auctor huius [7]) mulieris fuit, iudicatum processit, quanti tua interest, emti, si emisti, vel ob debitum reddendum, si in solutum data est, repetere non prohiberis.

9. [g]) Idem AA. et CC. Domno. — Post sententiam, quae finibus certis concluditur, ab eo, qui pronuntiaverat, vel eius successore de quaestione, quae iam decisa est, statuta rei iudicatae non obtinent auctoritatem; nam nec de possessione pronuntiata proprietati ullum praeiudicium afferunt, nec interlocutiones ullam causam plerumque perimunt. S. Non. April. Caess. Conss. [8]) [294 — 305.]

10. [h]) Idem AA. et CC. Menodoro. — Nulli, qui statuendi non habet facultatem, interdicere patriae [9]) cuiquam permittitur . . . III. Non. . . . . [10]).

11. [i]) Idem AA. et CC. Titiano [11]). — Quum iudex in definitiva sententia iusiurandum solummodo praestari praecipiat, non tamen addat, quid ex recusatione vel praestatione sacramenti fieri oportet, huiusmodi sententiam nullam vim obtinere palam est.

12. [k]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Iuliano, Proconsuli Asiae [12]). — Iudices tam latina quam graeca lingua sententias proferre possunt. Dat. V. Id. Ianuar. [13]) Caesario et Attico Conss. [14]) [397.]

13. [l]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Nemo iudex vel arbiter existimet neque consultationes, quas non rite iudicatas esse putaverit, sequendum, et multo magis sententias eminentissimorum praefectorum vel aliorum procerum. Non enim, si quid non bene dirimatur, hoc et in aliorum iudicum vitium extendi oportet, quum non exemplis, sed legibus iudicandum est, nec [15]) si cognitionales sint amplissimae praefectorae vel alicuius maximi magistratus prolatae sententiae. Sed omnes iudices nostros veritatem et legum et iustitiae sequi vestigia sancimus. Dat. III. Kal. Novemb. . . . . [16]).

14. [m]) Idem A. Demostheni P. P. — Quum Papinianus, summi ingenii vir, in Quaestionibus suis rite disposuit [17]), non solum iudicem de absolutione rei iudicare [18]), sed et [19]) ipsum actorem, si e contrario obnoxius fuerit inventus, condemnare, huiusmodi sententiam non solum roborandam, sed etiam augendam esse sancimus, ut liceat iudici vel contra actorem ferre sententiam, et aliquid eum daturum vel facturum pronuntiare, nulla ei opponenda exceptione, quod non competens iudex agentis esse cognoscatur [20]). Cuius enim in agendo observat arbitrium, eum habere et contra se iudicem in eodem negotio non dedignetur. Dat. XV. Kal. Decemb. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [21]) [530.]

Authent. de exsecutoribus. §. fin. (Nov. 96. c. 2.) — *Et consequenter ego ab aliquo conventus, si vicissim ipsum pulsare velim, statim quidem hoc non licet, nisi apud eundem iudicem. Qui si displiceat, intra viginti dies recusari potest, aliumque meremur* [22]), *apud quem rursus utrumque negotium ventiletur. Alioquin lite contra me mota prius ventilata et* [23]) *terminata, tunc demum et ego admittar.*

15.

---

[a]) *Bas. IX.* 1. 69. — [b]) *Bas. IX.* 1. 70. — [c]) *Bas. IX.* 1. 71. — [d]) *Bas. IX.* 1. 72. — [e]) *Bas. IX.* 1. 73. — [f]) *Bas. IX.* 1. 74. — [g]) *Bas. IX.* 1. 75. — [h]) *Bas. IX.* 1. 76. — [i]) *Bas. IX.* 1. 77. — [k]) *Bas. IX.* 1. 78. — [l]) *Bas. IX.* 1. 79. — [m]) *Bas. IX.* 1. 80.

[1]) Vettio, Verino *mss. nonn.* — [2]) *subscr. restituta a Russ. abest ab Hal.* — [3]) Severae *mss. plerique.* — [4]) *Bk.*; II. *ins. ms. Pist.*; *num. abest a Russ. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [5]) II. *ins. Bk. ex fastis.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., ed. Schf.*; tuam *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; huiusmodi *edd. rell.* — [8]) *hanc subscr. restituit Russ. ex cod.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., veteres codd., ad quos provocat Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t., edd. Nbg. Schf. Hal.*; patria *Russ. et rell.* — [10]) III. Non. *om. Hal.* — [11]) *hoc nomen flagitant mss. Cas. Vat. Bg., S. Perus.*; Liciano *ed. Nbg.*; Luciano *Hal. et rell.* — [12]) Africae *S. Perus., Russ. in marg.*; *v. not. seq.* — [13]) *lac. Gothofr. in Prosopogr. Cod. Theod. p.* 63. *monet: dicitur* Dat. Mediolani *in nonn. codd., quod cum inscr. stare non potest. Forte reponendum* Africae. — [14]) *Russ., qui hanc subscr. restituit, consules in suo cod. ita invenit:* C. et Amico; *conss., quos textus agnoscit, idem Russ. in marg. ex coni. restituit.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sit, nec *Hal.*; sit neque *rell.* — [16]) *diem om. Hal.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; disposuerit *Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; iudicatae *Russ. et rell.* — [19]) et *om. mss. Bg. Gt., ed. Schf.* — [20]) cognoscitur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [21]) *subscr. om. Hal.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; *aliumque mereri edd. Schf. Hal. Russ.*; *aliusque mereri Cont.* 62. *et rell.* — [23]) *ventilata et om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *prius tibi termin. ed. Schf.*

15. [a]) *Epitome graec. const. Iustiniani ex Bas.*

[1]) Ἡ διάταξις κελεύει, πολλῶν ὄντων ἐν τῇ δίκῃ κεφαλαίων, δύνασθαι τὸν δικαστὴν ἐπί τισιν αὐτῶν ἐξαγαγεῖν ἀπόφασιν τελείαν, καὶ τότε πάλιν ζητῆσαι περὶ τῶν ἄλλων, καὶ πάλιν ἐξενεγκεῖν τὴν δοκοῦσαν αὐτῷ ἀπόφασιν, καὶ μὴ ἀναγκάζεσθαι μίαν ἀπόφασιν περὶ πάντων ἅμα λέγειν τῶν κεφαλαίων.

Constitutio iubet, si multa sint in lite capita, posse iudicem super quibusdam eorum sententiam definitivam pronuntiare, tuncque rursus de aliis quaerere, et sententiam, quae ipsi placuerit, proferre, neque compelli unam sententiam de omnibus capitibus simul dicere.

16. [b]) Idem A. Iuliano P. P. — Quum solitum est, in sententiis iudicum sic interlocutionem proferri, ut non liceat partibus ante definitivam sententiam ad appellationis vel recusationis venire auxilium, quidam putabant, non licere ante litem contestatam nec iudicem recusare, quemadmodum nec ab eo appellare. Quum enim simul [1]) utrumque vocabulum ponitur tam appellationis quam recusationis, provocatio autem ante litem contestatam non potest porrigi, putabant, quod nec [3]) recusare quidem iudicem cuiquam [4]) conceditur [5]) ante litem contestatam. Quod minime vetitum est. Caveant itaque iudices huiusmodi sermonem simul et sine certa distinctione proferre.

Tit. XLVI.

[a]) DE SENTENTIA, QUAE SINE CERTA QUANTITATE PROFERTUR [6]).

1. [d]) Impp. Severus et Antoninus AA. Aelianae. — Quum iudicem, quoad pecunia condemnationis soluta fuisset, de pendendis [7]) usuris legem dixisse profitearis, non contra iuris formam sententiam datam, palam est.

2. [e]) Imp. Alexander A. Marcellino. — Quamquam pecuniae quantitas sententia curatoris reipublicae non continetur, sententia tamen eius rata est, quoniam indemnitatem reipublicae praestari iussit.

3. [f]) Imp. Gordianus A. Aemilio. — Haec sententia: omnem debiti quantitatem cum usuris competentibus solve, indicati actionem parere [8]) non potest, quum apud iudices ita demum sine certa quantitate facta condemnatio auctoritate rei iudicatae censeatur, si parte aliqua actorum certa sit quantitas comprehensa.

4. [g]) Idem A. Saturninae. — Haec sententia: quae bona fide [9]) accepisti, solve [10]), quum incertum esset, quid accepisset quantumque ab eo peteretur, praesertim quum ipse, qui extra ordinem iudicabat, interlocutus sit, dotem datam, quae repeteretur, non liquidam [11]) esse, iudicati auctoritate non nititur. Quum igitur is, qui postea iudicabat, contra te certam sententiam protulit [12]), neque a statutis provocaveris, ipsa tuo facto confirmasti iudicatum.

Tit. XLVII.

[h]) DE SENTENTIIS, QUAE PRO EO, QUOD INTEREST, PROFERUNTUR.

1. [i]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum pro eo, quod interest, dubitationes antiquae in infinitum productae sunt [13]), melius nobis visum est huiusmodi prolixitatem, prout possibile est, in angustum coarctare. Sancimus itaque, in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem vel naturam, veluti in venditionibus et locationibus et omnibus contractibus, hoc, quod interest, dupli quantitatem minime excedere; in aliis autem casibus, qui incerti esse videntur, iudices, qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem requirere, ut [14]), quod re vera inducitur damnum, hoc reddatur, et non ex quibusdam machinationibus et immodicis perversionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne, dum in infinitum computatio reducitur, pro sua [15]) impossibilitate cadat, quum scimus [16]) esse naturae congruum, eas tantummodo poenas exigi, quae [17]) cum competente moderamine proferuntur vel a legibus certo fine conclusae statuuntur. Et hoc non solum in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio, quia et ex eo veteres id [18]), quod interest, statuerunt. Et sit omnibus, secundum quod dictum est, finis antiquae prolixitatis huius constitutionis recitatio. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [19]) [531.]

TIT. XLVIII.

---

[a]) *Graecae const. servatur epitome in Bas. IX.* 1. 81. *Restitutam a Cuiac. Obss. XII.* 2. *receperunt Char. Cont.* 76. *et rell. Nota deficientis graec. const. est in mss. Vat. Bg. et ms. Aured. apud Char. collato, et in S. Perus., in qua post inscr. Impr. Iustinianus a Iuliano pp. sequitur verbum: Greca.* — [b]) *Bas. IX.* 1. 82. — [c]) *Dig. XLII.* 1. — [d]) *Bas. IX.* 1. 83. — [e]) *Bas. IX.* 1. 84. — [f]) *Bas. IX.* 1. 85. — [g]) *Bas. IX.* 1. 86. — [h]) *Dig. XLII.* 1. — [i]) *Bas. IX.* 1. 87.

[1]) *Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς praemittunt Char. Cont.* 76. *Pac. Sp. Bk., sed male, quia ita iam speciem genuinae const. haec epitome affectat.* — [2]) semel *ms. Pl.* 1. — [3]) ne *Sp. Bk.* — [4]) cuidam *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; concedatur *edd. rell.* — [6]) prolata est *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf., S. Perus.*; prolata *ms. Pl.* 1. — [7]) dependendis *ms. Bg., ed. Nbg.*; pendendis *mss. Pl.* 1. 2., omisso de, *quod et abest a mss. Contii et a ms. Gt.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; praestare *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [9]) fide *om. Pac.* — [10]) *secundum Bas. hic est verborum ordo:* quae accepisti bona fide solve. — [11]) liquidum *Hal.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; protulerit *Russ. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sint *Hal. et rell.* — [14]) *ms. Bg.*; hoc *ins. mss. Pl.* 1. 2., *edd., sed ita, ut in mss. Pl.* 1. 2. *sequens* hoc *post* damnum *omittatur. Videtur itaque alterutrum* hoc *tollendum esse; cum nostra lect. conveniunt Bas.* — [15]) sui, *omisso* pro, *ms. Pl.* 1. — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; sciamus *Hal. et rell.* — [17]) vel *ins. edd. Schf. Hal. et postea rell., contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et ed. Nbg. et Bas.* — [18]) id *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [19]) *ms. Pist., Russ.*; Consu., *omissis* VV. CC., *Cont.* 62. *et rell.*; *subscr. om. Hal.*

Tit. XLVIII.

[a]) SI A NON [1]) COMPETENTE IUDICE IUDICATUM ESSE DICATUR.

1. [b]) Imp. Alexander A. Sabiniano [2]). — Iudex ad certam rem datus, si de aliis pronuntiavit, quam quod ad eam rem [3]) pertinet, nihil egit. IV. [4]) Non. Ianuar. [5]) Maximo II. et Aeliano Conss. [6]) [223.]

2. [c]) Imp. Gordianus A. Liciniae [7]). — Si militaris iudex super ea causa, de qua civilibus actionibus disceptandum fuit, non datus, a quo dari poterat, cognovit, etiam remota appellatione id, quod ab eo statutum est, firmitatem iudicati non habet.

3. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Philetae. — Si de proprietate datus iudex adversus te nihil super hac statuit, rector provinciae aditus causam hanc cognoscere suaque decidere sententia curabit, quum, et si quid de possessione pronuntiatum probetur, hoc causae proprietatis minime noceat. S. Non. Novemb. [Herc. et Caes. [8])] Conss.

4. [e]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Potitum, Vicarium [9]). — Et [10]) in privatorum causis huiusmodi forma servetur, ne quemquam litigatorum sententia non a suo iudice dicta constringat. Dat. X. Kal. Octob. Romae, Ausonio [11]) et Olybrio Conss. [12]) [379.]

Tit. XLIX.

[f]) DE POENA IUDICIS, QUI MALE IUDICAVIT, VEL EIUS, QUI IUDICEM VEL ADVERSARIUM CORRUMPERE CURAVIT [13]).

1. [g]) Imp. Antoninus A. ad Cassium Sabinum [14]). — Constitit in quacunque causa, sive privata, sive publica, sive fiscali, ut, cuicunque data fuerit pecunia, vel iudici vel adversario, amittat actionem is, qui diffidentia iustae sententiae in pecuniae corruptelam [15]) spem negotii reposuerit. Dat. XIV. [16]) Kal. Ianuar. duobus Aspris Conss. [17]) [212.]

Authent. ut litigantes inrent in exordio litis. §. Si quis autem ex litigatoribus. (Nov. 124. c. 2.) — *Novo iure, qui dicit se dedisse alicui vel promisisse, et personam declaraverit, et hoc probaverit veniam meretur. Sed qui accepit vel promissionem suscepit, si causa pecuniaria sit, dati triplum, promissi duplum a comite privatarum rerum exigatur, dignitate seu cingulo amisso. Si vero criminalis causa fuerit, confiscatis omnibus bonis in exsilium mittatur. Sed si datum vel promissum probare litigator nequiverit, persona, quae dicitur suscepisse, iuret, quod neque per se, neque per aliam personam accepit aut promissionem habuit, et sic libera sit. Sed litigator, qui ostendere non potuit, in causa pecuniaria aestimationem litis a comite rerum privatarum exigatur, lite sustinente proprium eventum; in criminali bonis omnibus confiscatis, causis apud competentem iudicem legitime terminandis. Sed si persona a litigatore manifestata praedictum iusiurandum refutaverit, memoratis subiaceat poenis. Sed si quis litigantium iuraverit, se non dedisse vel promisisse, si intra decem menses post sententiam [18]) ostendatur [19]) dedisse vel promisisse, memoratis poenis dantes et accipientes subiacebunt.*

2. [h]) Imp. Constantinus A. ad Felicem [20]). — De eo, qui pretio depravatus aut gratia perperam iudicaverit, ei vindicta, quem laeserit, non solum existimationis [21]) dispendii [22]), sed etiam litis discriminis [23]) praebeatur. Dat. VIII. [24]) Kal. Novemb. Sirmio, Constantino [25]) A. V. et Licinio C. Conss. [26]) [319.]

TIT. L.

---

[a]) *Dig. XLII.* 1. — [b]) *Bas. IX.* 1. 88. — [c]) *Bas. IX.* 1. 89. — [d]) *Bas. IX.* 1. 90. — [e]) *l.* 2. *Th. C. de re iudic. IV.* 16.; *Gregor. M. Epist. XI.* 54.; *Bas. IX.* 1. 91. — [f]) *Dig. XLII.* 1. — [g]) *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 84.; *l.* 1. §. 3. *D. de calumniator. III.* 6. — [h]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de offic. rect. prov. I.* 16.; *Coll. Ans. ded. P. VII. c.* 84.

[1]) Si non a *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *S. Petrus.* — [2]) Sabino, Sabiano *mss. nonn.* — [3]) ad eum *ms. Pl.* 1.; ad eas res *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [4]) III. *ms. Pist.* — [5]) *mensem restitui ex ms. Pist.*, *quod rel. subscr. firmat.* — [6]) *subscr. om. Hal.* — [7]) Licinniae *mss. pleraque.* — [8]) *sic Russ. restituit ex cod.*, *atque intelligit has siglas de consulatu Maximiani A. et Galerii Maximiani Caes.* [297.], *cui assentiuntur Cont.* 66. *et rell.*, *qui hanc subscr. receperunt. Sed quum haud verisimile sit, ita consulis unius nomen, sed non proprium, alterius autem dignitatem, omisso nomine, fuisse in subscr. relatam, equidem ita legendam subscr. existimo:* S. Non. Novemb. Heracleae, Caess. Conss. [294 — 305.] — [9]) Post alia *praemittunt Cont.* 62. *et rell. cum Theod. C.*, *sed contra mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. et edd. Nbg. Hal. Russ.* — [10]) Et *om. Theod. C.*; *sed* Καὶ ἐπὶ ἰδιωτῶν *Bas.* — [11]) *Theod. C.*, *Bk.*; Auxonio (Oxonio) *Cont.* 62. *rell.* — [12]) *subscr. om. Hal.*; *Russ. diem in textu, locum et conss. in marg. habet ex Theod. C.* — [13]) temptaverit *ms. Bg.* — [14]) *ms. Vat.*, *veteres libri, ad quos provocat Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*, *l.* 1. §. 3. *D. III.* 6.; ad Gaudianum *Coll. Ans. ded.*; ad Gaudium *mss. rell. et edd.* — [15]) corruptelas *mss. Pl.* 2. *Bg.*; corruptela *ms. Gt.*, *ed. Nbg.*, *Coll. Ans. ded.* — [16]) XV. *Coll. Ans. ded.*, *quae cum rel. subscr. convenit.* — [17]) *subscr. om. Hal.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; *memoratam ins. rell.* — [19]) *ostendat Hal. Russ.* — [20]) Praesidem Corsicae *add. Theod. C.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Bk.*, *Theod. C.*, *Coll. Ans. ded.*, *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; existimationis *ms. Pl.* 2.; aestimationis *edd. Nbg. Russ. et rell.*, *quam lect. tueri studet Schilling Bemerkungen üb. Röm. Rechtsgesch. p.* 253. — [22]) dispendiis *Theod. C.*, *in cuius ed. Haeneliana deletum est comma post* laeserit; dispendio *Coll. Ans. ded.* — [23]) discrimine *Theod. C.* (*cuius ed. Haeneliana hic commate interpungit*), *Coll. Ans. ded.* — [24]) VII. *Coll. Ans. ded.*; IX. *Theod. C.*, *Bk.* — [25]) *Theod. C. ed. Haenel.*; Sirmii, Constantino *Bk.*; Constantinop., *omisso nomine Imperatoris, Russ. Cont. Char. Pac.*, *quibuscum faciunt ms. Pist. et Coll. Ans. ded.*; Constantinop. Constantino *Sp.* — [26]) *subscr. om. Hal.*

Tit. L.

[a]) SENTENTIAM RESCINDI NON POSSE.

1. [b]) Imp. Gordianus A. Secundo. — Neque suam, neque decessoris sui sententiam quemquam posse revocare [1]), in dubium non venit; nec necesse esse ab huiusmodi decreto interponere provocationem, explorati iuris est. PP. Kal. Mart..... [2]).

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Alexandro [3]). — Peremtorias exceptiones omissas in [4]) initio, antequam sententia feratur [5]), opponi posse, perpetuum edictum manifeste declarat. Quodsi aliter actum fuerit, in integrum restitutio permittitur [6]). Nam iudicatum contra maiores annis viginti quinque non oppositae [7]) praescriptionis velamento, citra remedium appellationis, rescindi non potest. VII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [8]) [294 — 305.]

3. [d]) Imp. Constantinus A. ad Proculum. — Impetrata rescripta non placet admitti, si decisae semel causae fuerint iudiciali sententia, quam provocatio nulla suspendit; sed eos, qui tale rescriptum [9]) meruerint [10]), etiam limine [11]) iudiciorum expelli. Dat. VI. [12]) Kal. Ianuar. Constantino A. V. [13]) et Licinio [14]) Conss. [319.]

Tit. LI.

[e]) DE FRUCTIBUS ET LITIS [15]) EXPENSIS.

1. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [16]) Alexandro [17]). — Hoc fructuum nomine continetur, quod iustis sumtibus deductis superest. III. Non. April. Caess. Conss. [18]) [294 — 305.]

2. [g]) Impp. Valentinianus et Valens AA. Olybrio P. U. [19]). — Litigator victus, qui post conventionem rei incumbit [20]) alienae, non in sola rei redhibitione teneatur, nec tantum fructuum [21]) praestationem [22]) eorum, quos ipse percepit, agnoscat, sed [23]) eos, quos percipi [24]) potuisse [25]), non quos eum redegisse constabit [26]), exsolvat ex eo [27]), ex quo re [28]) in iudicium deducta scientiam malae [29]) possessionis [30]) accepit. Heredis quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est. Dat. VII Kal. Mai. [31]) Treviris, Valentiniano N. P. [32]) et Victore Conss. [33]) [369.]

3. [h]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Asclepiodoto P. P. — Terminato transactoque negotio posthac nulli [34]) actio, neque ex rescripto, super sumtuum repetitione [35]) praestetur, nisi iudex [36]), qui de principali negotio sententiam promulgavit, cominus partibus constitutis, iuridica pronuntiatione significaverit [37]): victori causae restitui debere expensas, aut: super his querelam iure competere. Post absolutum enim dimissumque iudicium nefas est litem alteram consurgere ex litis primae materia [38]). Dat. III. Kal. April. Constantinop. Asclepiodoto et Mariniano [39]) Conss. [40]) [423.]

4. [i]) Impp. Valentiniani et Marciani [41]) AA. edictum ad populum [42]). — Non ignoret is, cuius ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua protractus fuerit examina, quod, si culpa sui [43]) fuerit dilata cognitio, vel minime actioni suae adfuerit, vel delata [44]) non [45]) probaverit, pro calumnia quidem poenam luat [46]) legibus constitutam, pro pecuniaria vero causa, post dispendia [47]), post sumtus, consi-

---

[a]) *Dig. XLII.* 1. — [b]) *Bas. IX.* 1. 92. — [c]) *Bas. IX.* 1. 93. — [d]) *l.* 1. *Th. C. de re iudic. IV.* 16.; *Bas. IX.* 1. 94. *Secundum Iac. Gothofr. fortasse iungenda l.* 2. *C. quae sit longa cons. VIII.* 53. — [e]) *Dig. XLII.* 1. — [f]) *Bas. IX.* 3. 65. — [g]) *fons est l.* 1. *Th. C. de fruct. et lit. exp. IV.* 18.; *Bas. IX.* 3. 66. — [h]) *l.* 2. *Th. C. de fruct. et lib. exp. IV.* 18.; *Bas. IX.* 3. 67.; *iungenda l.* 31. *C. de appellat. VII.* 62. — [i]) *hausta ex Nov. Marc. LXXXI.*; *Bas. IX.* 3. 68.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Schf.*; retractare *edd. Nbg. Hal. et rell.*; ἀνακαλεῖσθαι *Bas.* — [2]) *hic dies, quem tuetur ms. Pist.*, *abest ab Hal.* — [3]) Alexandrae *ms. Cas. Bg.*; Alexandriae *ms. Vat.*, *S. Perus.* — [4]) in *om. ms. Bg.* — [5]) proferatur *mss. Bg. Gt.* — [6]) promittitur *emend. Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.* — [7]) opposito *edd. Schf. Hal.* — [8]) *subscr.*, *quam tuetur ms. Pist.*, *abest ab Hal.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; talia rescripta *ms. Bg.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg*, *Theod. C.*; meruerunt *rell.* — [11]) lumine *Pac. Sp.*, *contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg. et rell. edd. et Theod. C.* — [12]) VII. *Theod. C.*, *Bk.*; *sed* VI. *ms. Pist.* — [13]) *Theod. C.*, *Bk.*; Const. A. R. *ms. Pist.*; V. *om. Russ. Cont.* 62.; A. V. *om. rell.* — [14]) *Theod. C.*; C. *add. Bk.*, *recte secundum fastos*; AA. *Cont.* 66. *et postea rell.*; Licin. Conss. *om. Russ. Cont.* 62.; *subscr. om. Hal.* — [15]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*, *S. Perus.*, *Theod. C. IV.* 18. *in rubr.*; litium *Hal. et postea rell.* — [16]) et CC. *om. mss. Pist. Cas.*, *S. Perus.* — [17]) Etae *ms. Pist.*; Atae *ms. Pl.* 1.; Actae *mss. Cas. Vat. Bg.*, *S. Perus.* — [18]) *subscr. om. Hal.* — [19]) *ms. Pist.*, *Bk.*, *Theod. C.*; P. P. *rell.* — [20]) incubarit *Theod. C.* — [21]) simplorum fructuum *Theod. C.* — [22]) aut *ins. mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; etiam *ins. Russ. et rell.*; sed duplos fructus et eos *Theod. C.* — [24]) *ms. Gt.*, *probabiliter et ms. Pl.* 1. *ante correct.*, *fortasse et ms. Bg.*, *omn. mss. Russ.*, *Theod. C.*; percipere *ms. Pl.* 2., *edd.* — [25]) *ms. Bg.*, *ms. Pl.* 1. *ante correct.*; potuisset *mss. Pl* 2. *Gt.*, *edd.*; oportuisse *Theod. C.*, *dissentientibus Bas*; oportuisset *omn. mss. Russ.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk*, *Theod. C.*; constabat *ed. Schf.*; constat *Russ. et rell.* — [27]) *mss. Pl.* 2. *Bg*, *Theod. C.*; tempore *addunt edd.*, *ms. Pl.* 1 — [28]) res *ms Gt*, *ms. Pl.* 1. *ex correct.*, *ed. Schf.* — [29]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Theod. C.*; fidei *add. ms. Pl.* 2., *edd.* — [30]) possessoris *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra meos codd. et Theod. C.* — [31]) III. Kal. Mart. *Russ.*, *quem tuetur ms. Pist.* — [32]) Valeriano nobis. cc. *ms. Pist.*, *secundum quod* nobilis. Caes. *legendum foret.* — [33]) *subscr. om. Hal.*; *a Russ. in textu conss. absunt.* — [34]) nulla *ms. Pl.* 2., *Hal.* — [35]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Bk.*, *Theod. C.*, *M. Vacar.* (*ap. Dirksen p.* 476); petitione *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. rell.* — [36]) cognitor *Theod. C.* — [37]) signaverit *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*, *Theod. C.* — [38]) natura *ms. Bg.* — [39]) Maximiano *Cont. Char.* — [40]) *subscr. a Russ. ex Theod. C. restituta.* — [41]) *hi impp. reponendi sunt secundum mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. et mss. Contii et Nov. Marc.*; Valentiniani et Arcadii *edd. Nbg. Bk.*; Valent. Theod. et Arcad. *Hal. et rell. Caeterum mss. magis tuentur nom* Marciani *quam* Martiani. — [42]) ad populum *om. Nov. Marc.* — [43]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *Nov. Marc.*; sua *edd. Schf. Hal. et rell.* — [44]) dilata *Hal.*, *sed contra codd. et Nov. Marc. et Bas.* — [45]) non *om. mss. Bg. Gt.*, *veteres libri Cont.*, *ed. Nbg.*, *Nov. Marc.* — [46]) solvat *ms. Bg.*, *ed. Schf.* — [47]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnes vett. libri secundum Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*, *ed. Schf.*, *Nov. Marc.*; post dispendia *absunt ab edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* τὰ δαπανήματα καὶ τὰ ζημιώματα *Bas.*

considerata quantitate postulatorum vel medii itineris intervallo, condemnationem pro aestimatione iudicis sustinebit. Dat. V. Id. Octob. [1]) Constantinop. Valentiniano A. VII. et Aviano V. C [2]) Conss. [450.]

5. [a]) *Epitome graec. const. Zenonis* [3]) *ex Bas.*

[4]) *Ἡ διάταξις κελεύει, ὥςτε πάντα δικαστὴν ἐν ᾗ ἀποφάσει αὐτοῦ* [5]) *κελεύειν, τὸν ἡττηθέντα διδόναι τὰ δαπανήματα πάντα τὰ* [6]) *ἐν τῷ δικαστηρίῳ γενόμενα· ἔχοντος ἐξουσίαν αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ καὶ ὑπερβαίνειν τὴν δαπάνην ἕως τῆς δεκάτης μοίρας τῶν δαπανηθέντων, ἐὰν αὐτὸν ἡ ἀναισχυντία τοῦ ἡττηθέντος* [7]) *μέρους πρὸς τοῦτο παρακινήσῃ* [8]), *ὥςτε τὸ* [9]) *ὑπὲρ τὰ δαπανήματα τῷ δημοσίῳ λόγῳ διαφέρειν, εἰ μή τι ἄρα ὁ δικαστής, τὴν τριβὴν τοῦ νενικηκότος μέρους βουληθεὶς θεραπεῦσαι, μέρος τίποτε* [10]) *ἐκ τούτων αὐτῷ ἀφορίσει. καταδικαζομένου μὴ μόνον τοῦ ἐνάγοντος καὶ τοῦ* [11]) *ἐναγομένου, ὅτε πρόςφορος ἑκατέρῳ ἐστὶν ὁ δικαστής, ἀλλὰ κἂν* [12]) *τοῦ ἐνάγοντος ἀπρόςφορός ἐστιν, ἡττηθῇ δὲ ἐξ ἀντεναγωγῆς, μὴ δυνάμενος ἐκεῖνον τὸν δικαστὴν παραιτήσασθαι, εἴτε ἄρχοντες εἰσὶν δικασταί, εἴτε θεῖοι διαιτηταί· ἔχουσι γὰρ καὶ* [13]) *οὗτοι ἐκβιβαστὰς καὶ ἐπείκειας. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσῃ* [14]) *ὁ δικαστής, αὐτὸς τὴν ζημίαν ταύτην ἀναγκάζεται θεραπεῦσαι τῷ νενικηκότι μέρει. §. 1. Ἐὰν δέ τις ἐναγόμενος εὐγνωμόνως ἀποδώσει, ἢ ἐνάγων ἀποστῇ τῆς δίκης, ἢ καὶ ὁ δικαστὴς εὕρῃ αὐτὸν τῇ ἀληθείᾳ οὐχὶ συκοφάντην, ἀλλὰ ἐπὶ ἀμφιβόλῳ πράγματι δικαζόμενον, ὁ τοιοῦτος ἐκφεύγει τὴν τῶν δαπανημάτων καταδίκην. §. 2. Δῆλον δέ, ὅτι ἐπὶ τῶν χαμαιδικαστῶν ὁ ἄρχων ἐστὶν ὁ ὀφείλων αὐτοῖς ἀφορίσαι ταξεώτην τὸν ταῦτα μεθοδεύοντα.* Dat. VII. Kal. April. post consulatum Longini [15]). [487.]

Constitutio sancit, ut omnis iudex in sententia sua iubeat victum praestare omnes expensas in iudicio erogatas; concessa ipsi iudici potestate et excedendi summam expensarum ad decimam usque partem eorum, quae impensa sunt, si eum victi impudentia ad hoc permoverit, ita ut id, quod expensas excedit, ad publicas rationes pertineat, nisi forte iudex, morae detrimentum parti victrici sarcire volens, partem aliquam eorum ei addicat; condemnando non solum actore et reo, si iudex utrique competens sit, verum etiam si actori sit incompetens, si is vincatur ex reconventione, quum non possit illum iudicem recusare, sive praesides iudices fuerint, sive delegati a principe arbitri; nam et hi exsecutores et compulsores habent. Quodsi iudex hoc non fecerit, ipse hoc damnum victrici parti sarcire cogitur.

§. 1. Si vero aliquis reus officii memor solverit, vel actor a lite destiterit, vel etiam iudex eum revera non calumniatorem deprehenderit, sed de re dubia condemnatum, hic expensarum condemnationem evitat.

§. 2. Manifestum autem est, in pedaneis iudicibus praesidem eum esse, qui eis apparitorem assignari debeat haec exsequentem.

6. [b]) Imp. Anastasius A. Stephano, Magistro militum. — Quum quidam per leges sacrasque constitutiones, alii per speciales largitates sibi praestita [16]) privilegia praetendunt, tam super sportulis pro conventionibus usque ad certam quantitatem praebendis, quam super expensis litium vel minuendis vel penitus non agnoscendis, per hanc legem decernimus, ut, quicunque huiusmodi privilegio munitus est vel postea talem praerogativam quolibet modo meruerit, sciat, et si quos ipse, utpote obnoxios sibi pro quacunque criminali vel civili causa constitutos, in accusationem deduxerit, hos nihilominus iisdem privilegiis potiturros, quoniam non est ferendum, eos, qui praefatas praerogativas, ut [17]) ante latum est, praetendunt, aliquid plus ab adversariis suis quaerere concedi, quam ipsi ab aliis pulsati facere patiantur; ita scilicet, ut haec [18]) forma modis omnibus observetur super privilegiis per liberalitates, vel generaliter quibusdam officiis aut scholis seu dignitatibus, vel specialiter certis personis, praestitis vel postea praebendis, sive hoc ipsum expressim [19]) principalibus dispositionibus vel affatibus insertum, sive praetermissum sit vel fuerit.

Tit. LII.

[c]) DE RE IUDICATA.

1. [d]) Imp. Antoninus A. Stellatori. — Rebus quidem iudicatis standum est. Sed si probare poteris, eum, cui condemnatus es, id, quod furto amisisse videbatur, recepisse, adversus iudicati agentem doli exceptione opposita tueri te poteris. XII. Kal. Mart. Antonino A. IV. et Balbino [20]) Conss. [213.]

2. [e]) Idem A. Pacatiano. — Res iudicatae si sub praetextu computationis instaurentur, nullus erit litium finis. PP. prid. Non. . . . [21]) Romae, Laeto [22]) et Cereale Conss. [215.]

3.

---

[a]) *Graecae const. epitome servatur* 1., *in Bas. IX.* 3. 69., *cum quibus convenit usque ad vv. νενικηκότι μέρει* 2., *Synopsis ed. Leuncl. p.* 112., *a qua rell. absunt. Text.* 1., *restitutus a Cuiac. Obss. XII.* 1., *a Char. Cont.* 76. *et rell. in Codicem receptus est. Graecae const. lacunam indicant ms. Vat.*, *Russ. ex uno vet. cod.*, *Char. ex cod. Aured.*, *Cont.* 66. 71., *S. Perus. Equidem exhibeo textum* 1., *collato propter varias lect. textu* 2. — [b]) *Bas. IX.* 3. 70. — [c]) *Dig. XLII.* 1. — [d]) *Bas. IX.* 3. 71. — [e]) *Bas. IX.* 3. 72.

[1]) *Russ. Bk.*, *Nov. Marc.*; Novemb. *Cont. et rell.* — [2]) *Nov. Marc.*; V. C. *om. Russ. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [3]) *hanc esse Zenonis const. docet subscr.*; *cfr. Nov.* 82. *pr.* — [4]) *Αὐτοκράτωρ Ζήνων praemittunt Char. et rell.*; *quod non probo, v. not.* 1. *ad l.* 15. *C. VII.* 45. — [5]) *ἑαυτοῦ Synops.* — [6]) *διδόναι — πάντα τὰ om. Synops.* — [7]) *τοῦ δαπανηθέντος Synops.* — [8]) *παρακινήσει edd. Cod. cum Cuiacio.* — [9]) *τὰ Synops.* — [10]) *ποτε om. Synops.* — [11]) *τοῦ om. edd. Cod. cum Cuiacio.* — [12]) *ἀλλὰ καὶ ὅτε Synops.* — [13]) *καὶ om. Synops.* — [14]) *ποιήσει Synops.*, *edd. Cod. cum Cuiacio.* — [15]) *Cuiac. hanc subscr. restituit ex vetustissimo cod.*, *in quo notam invenit*, *hanc graecam const. deesse*; *subscr. tuetur cod. Aured. teste Char.*; *cfr. not.* 17. *ad l.* 4. *C. VI.* 34. — [16]) praestituta *ms. Pl.* 1. *ante correct.*, *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *ed. Nbg.*; iam *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt*, *ed. Schf.*; quidem *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) expressum *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [20]) II. *ins. Bk.*; *subscr. om. Hal.* — [21]) *fortasse supplendum* Nov. — [22]) II. *ins. Bk.*; *subscr. om. Hal.*

3. [a]) Idem A. Demetrio [1]). — Si pecuniam, quam mala ratione intercepisse vos apparuit [2]), iussi sitis [3]) inferre cum poena, et comperto [4]) praecepto praesidis non provocaveritis, universam quantitatem debetis inferre.

4. [b]) Imp. Gordianus A. Antonino. — Sub specie novorum instrumentorum postea repertorum res indicatas restaurari [5]), exemplo grave est. Dat. VIII. Id. Mart. . . . . [6]).

5. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Valentino. — Ad solutionem dilationem petentem acquievisse sententiae manifeste probatur, sicut eum, qui quolibet modo sententiae acquieverit. Nec enim instaurari finita, rerum indicatarum patitur auctoritas. Prid. Id. . . . . [7]).

6. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Iuliano, Proconsuli [8]) Africae. — Gesta, quae sunt translata in publica monumenta, habere volumus perpetuam [9]) firmitatem. Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. Dat. III. Kal. Septemb. Ravennae [10]), Constantio et Constante [11]) Conss. [414.]

Tit. LIII.

[e]) DE EXSECUTIONE REI IUDICATAE.

1. [f]) Impp. Severus et Antoninus AA. Iustino. — Nimis propere iudex pignora Marcellae capi ac distrahi iussit ante rem indicatam. Prius est ergo, ut servato ordine actionem adversus eam dirigas, et causa cognita sententiam accipias. PP. III. Kal. Februar. Albino et Aemiliano Conss. [12]) [206.]

2. [g]) Imp. Antoninus A. Maximo [13]). — Si causam iudicati non novasti, rem indicatam praeses provinciae etiam pignoribus captis ac distractis ad emolumentum perduci iubebit. Quodsi novata causa st, ex stipulatu tibi actio competit, et iudice accepto secundum iuris formam experire.

3. [h]) Idem A. [14]) Agrippae. — Ordo rei gestae et [15]) mora solutionis, quae intercessit, constantius desiderat remedium. Si itaque praesidem provinciae, qui rem indicatam exsequi debet, adieris, et allegaveris, res soli, quae pignori datae [16]) sunt, diu subhastatas [17]) ex compacto sive ambitione diversae partis emtorem non invenire [18]), in possessionem earum te mittet, ut vel hoc remedio res tam diu protracta [19]) ad effectum perducatur. Dat. XI. Kal. Iul. Messala et Sabino Conss. [214.]

4. [i]) Idem A. [20]) Marcello, militi. — Stipendia retineri propterea, quod condemnatus ex, non patietur praeses provinciae, quum rem indicatam possit aliis rationibus exsequi. PP. III. [21]) Non. Iun. Sabino II. et Anulino Conss. [22]) [216.]

5. [k]) Imp. Gordianus A. Amando. — Etiam nomen debitoris in causa iudicati capi posse, ignotum non est. PP. III. Id. Octob Attico et Praetextato Conss. [23]) [242.]

6. [l]) Imp. Philippus A. et Philippus [24]) C. Titiano. — Si, ut proponis, rerum indicatarum exsecutor datus partes sibi iudicis vindicavit, et contra ea, quae pridem pro partibus tuis fuerunt statuta, aliquid pronuntiandum putavit, sententia ab eo dicta vim rei iudicatae obtinere nequaquam potest.

7. [m]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Theodoro. — Si longis apertisque frustrationibus partis adversae restitutio remorata [25]) est, etiam servis rebus humanis exemtis, a frustratore aestimatio eorum restituenda est. Animalia quoque cum foetibus [26]) tibi intercessu praesidis repraesentabuntur.

8. [n]) Iidem AA. et CC. Nicomacho [27]). — Executorem eum solum esse manifestum sit [28]), qui post sententiam, inter partes audita omni et discussa lite, prolatam rei indicatae vigorem ad effectum videtur adducere. — Sine die et consule [29]).

9. [o]) Iidem AA. et CC. Glyconi. — Eos, quos debitores tuos esse contendis, apud rectorem conveni provinciae, qui sive debitum confessi, sive negantes et convicti fuerint condemnati, nec intra statutum spatium solutioni satisfecerint, quum latae sententiae pignoribus etiam captis ac distractis secundum ea, quae saepe constituta sunt, meruerint exsecutionem, iuris formam tibi custodiet. S. Non. Novemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

TIT. LIV.

---

[a]) *Bas. IX.* 3. 73.; *fortasse iungenda l.* 8. *C. de legat. VI.* 37. — [b]) *Bas. IX.* 3. 74. — [c]) *Bas. IX.* 3. 75. — [d]) *fons est l.* 55. *Th. C. de haeret. XVI.* 5.; *Bas. IX.* 3. 76. — [e]) *Dig. XLII.* 1. — [f]) *Bas. IX.* 3. 77. — [g]) *Bas. IX.* 3. 78. — [h]) *Bas. IX.* 3. 79. — [i]) *Bas. IX.* 3. 80. — [k]) *Bas. IX.* 3. 81. — [l]) *Bas. IX.* 3. 82. — [m]) *Bas. IX.* 3. 83. — [n]) *Bas. IX.* 3. 84. — [o]) *Bas. IX.* 3. 85.; *Cuiac. iungit leg.* 9. *C. de oblig. et act. IV.* 10.

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., S. Perus.*; et aliis *add. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; apparuerit *Hal. et rell.* — [3]) estis *mss. Pl.* 1. 2., *in quibus statim post est* provocastis. — [4]) aperto *Russ. in marg.* — [5]) instaurari *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [6]) *Russ. in cod. invenit hanc subscr.*: Scr. pri. Id. Febr. Sirm. CC. Conss., *quam hic restituendam censet et mutandam ex l.* 19. *C. II.* 4. *inscriptionem. Sed falso*; *omnis enim fidei plenissima est inscr. nostra. Mihi videtur illa subscr. esse legis* 5. *et crebro in codd. vitio ad l.* 4. *aberrasse.* — [7]) *haec diei pars est in ms. Pist.*, *novumque praebet praesidium sententiae meae de subscr. hui. const.*, *v. not. anteced.* — [8]) procuratori *ms. Pist.*, *S. Perus.* — [9]) perpetim *Theod. C.* — [10]) *lac. Gothofr. not. f. ad l.* 55. *Th. C. cit., Bk.*; Romae *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; *locum om. ms. Pist., Russ. Cont.* 62. — [11]) *unum tantum cons. habent ms. Pist., Russ. Cont.* 62. — [12]) *subscr. om. Hal.* — [13]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., sex mss. Russ., tria Cont., cod. Aured. teste Char., S. Perus.*; *Imp. Antoninum et agnoscunt mss. Pl.* 2. *Gt.*; Iidem AA. [A.] Agrippae *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *v. inscr. const. seq.* — [14]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., cod. Aured. ap. Char., S. Perus.*; Imp. Antoninus A. *ms. Pist.*, *a quo l.* 2. *abest, Bk.*; Iidem AA. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) ex *ms. Pl.* 1. — [16]) captae *ms. Pl.* 1., *quidam codd., quos inspexit Cuiac.*; *v. Paratitl. et Recitatt. in Cod. h. t.* — [17]) et *ins. mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [18]) inveniri *ms. Pl.* 2., *Cuiac. Recitatt. h. t.*; posse *addunt edd. Schf. Hal.*; potuisse *addunt Russ. et rell., sed utrumque contra mss. Russardi et Contii et mea et improbante Cuiacio l. l.* — [19]) tracta *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; tractata *ms. Gt.* — [20]) Iidem AA. *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; *cfr. not.* 13. *ad l.* 2. *h. t.*; Imp. Ant. A. *ms. Pist.* — [21]) III. *om. Bk.* — [22]) *hanc subscr. ex cod. restituit Russ. in marg., recepit in textum Bk.*; PP. III. Non. *Russ. et rell. in textu cum ms. Pist.*; *subscr. om. Hal.* — [23]) *haec subscr., quam tuetur ms. Pist., abest ab Hal.* — [24]) *mss. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.*; Philipp. *om. edd.* — [25]) remota *ms. Gt., ed. Nbg.* — [26]) fetu *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [27]) Agrippae *ms. Pl.* 1., *omn. mss. Cont.*; *nomen abest a mss. Cas. Vat. Bg. et S. Perus.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; est *Hal. et rell.* — [29]) Sine — cons. *om. Hal., sed tuetur ms. Pist.*

Tit. LIV.

a) DE USURIS REI IUDICATAE.

1. b) Imp. Antoninus A. Procuratoribus hereditatium [1]) fisci [2]). — Is, qui bona secundum dictam sententiam persequitur [3]), eas quoque rationes habiturus est, ut, qui post legitimum tempus placitis non obtemperaverit, usuram centesimam [4]) temporis, quod postea fluxerit, solvat.

2. c) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Eos, qui condemnati solutionem pecuniarum, quas dependere iussi sunt, ultra quatuor menses a die condemnationis, vel, si provocatio fuerit porrecta [5]), a die confirmationis sententiae connumerandos distulerint, centesimas usuras exigi praecipimus; nec priscis legibus, quae duas centesimas eis inferebant, nec nostra sanctione, quae dimidiam centesimae statuit, locum in eorum personam [6]) habentibus. Dat. VII. [7]) Id. April Constantinop. Decio Cons. [8]) [529.]

3. d) Idem A. Ioanni P. P. — Sancimus, [9]) si quis condemnatus fuerit, post datas a nobis quadrimenstres [10]) inducias centesimas quidem usuras secundum naturam indicati eum compelli solvere, sed tantummodo sortis et non usurarum, quae ex pristino contractu in condemnationem deductae sunt. Quum enim iam constituimus, usurarum usuras penitus esse delendas, nullum casum relinquimus, ex quo huiusmodi machinatio possit induci. Si enim sine emendatione relinquatur, aliquid absurdum atque inelegans necesse est evenire, quum [11]) utiliter ex contractibus descendentes plerumque minores centesima [12]) ex nostra lege factae sunt, et necesse est, minoribus usuris graviores supponi. Si enim ex indicati actione centesimae omnimodo currunt usurae, ex contractibus autem hoc raro contingit, in capitulis lege nostra tantummodo exceptis, huiusmodi iniquitatem ipsa rerum necessitas introducebat. Et ideo pio remedio causam corrigentes sancimus, sortis tantummodo usuras usque ad centesimam currentes ex iudicati actione profligari [13]), non autem usurarum quantascunque usuras. Si enim novatur iudicati actione prior contractus, necesse est, usurarum quidem, quae anterioris contractus sunt, cursum post sententiam [14]) inhiberi, alias autem usuras ex iudicati actione tantummodo sortis procedere, et non ideo, quod forsitan consummata [15]) est quantitas sortis et usurarum, totius summae usuras postea colligi, sed sortis tantummodo.

§. 1. Et quum antiquitas pessimo exemplo reis quidem condemnatis laxamentum duorum mensium [16]) praestabat, fideiussores autem eorum eodem uti beneficio non concedebat, ut liceret victoribus, relictis propter legem condemnatis personis, a fideiussoribus eorum vel mandatoribus statim pecunias vel res in condemnatione positas exigere, huiusmodi acerbitatem resecantes sancimus, quadrimenstres [17]) inducias, quas dedimus condemnatis, etiam ad fideiussores eorum et mandatores extendi, ne legi fiat derogatum. Quum enim interventor solvere compellebatur [18]), et ipse reum coercebat ad invitam solutionem, nullum condemnatus habebat nostrae sensum humanitatis, quia per medium fideiussorem statim pecunias persolvere compellebatur. Dat. V. Kal. Decemb. Constantinop. post consulat. Lampadii et Orestis VV. CC. [19]) [531.]

Tit. LV.

a) SI PLURES UNA SENTENTIA CONDEMNATI SUNT.

1. f) Imp. Alexander A. Victori. — Si non singuli in solidum, sed generaliter tu et collega tuus [20]) una et certa quantitate condemnati estis, nec additum est, ut [21]), quod ab altero servari non posset, alter [22]) suppleret, effectus sententiae [23]) virilibus portionibus discretus est. Ideoque parens pro tua portione sententiae ob cessationem alterius ex causa iudicati conveniri non potes. PP. Non. [24]) Iul. Alexandro A. III. et Dione Conss. [25]) [229.]

2. g) Imp. Gordianus A. Anniano [26]). — Quoties a tutoribus singulis procuratoribus datis insequitur [27]) in omnium persona condemnatio, periculum sententiae videtur [28]) esse divisum. Ideoque quod ab uno servari non poterit, a ceteris exigi non posse explorati iuris est. PP. XV..... [29]).

Tit. LVI

h) QUIBUS RES IUDICATA NON NOCET.

1. i) Imp. Alexander A. Masculino. — Si neque mandasti fratri tuo defensionem rei tuae, neque quod gestum est ratum habuisti, praescriptio rei iudicatae tibi non oberit. Et ideo non prohiberis causam tuam agere sine praeiudicio rerum iudicatarum. PP. Non. Mai. Alexandro A. Cons. [30]) [222.]

2. k) Imp. Gordianus A. Athenio [31]). — Res inter alios iudicatae neque emolumentum afferre his, qui iudicio non interfuerunt, neque praeiudicium solent irrogare. Ideoque nepti tuae praeiudicare non potest,

---

a) *Dig. XLII.* 1. — b) *Bas. IX.* 3. 86. — c) *Bas. IX.* 3. 87. — d) *Bas. IX.* 3. 88. — e) *Dig. XLII.* 1. — f) *Bas. IX.* 3. 89. — g) *Bas. IX.* 3. 90. — h) *Dig. XLII.* 1. — i) *Bas. IX.* 3. 91. — k) *Bas. IX.* 3. 92.

1) *ms. Cas.*, *ms. Cont.*; hereditarium *ms. Vat.*; hereditatis *ms. Pl.* 1.; heredum *edd. Nbg. Hal.*; hereditatum *rell.* — 2) *mss. Vat. Bg.*, *quatuor mss. Russ.*, *ms. Cont.*; fisci *om. mss. Cas. Pl.* 1., *edd.* — 3) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. mss. Russ.*; prosequitur *edd.* — 4) usuras centesimas *ms. Bg.* — 5) oblata *mss. Pl.* 2. *Bg. Bg.*, *omn. Russ.*, *ed. Schf.*; oblata porrecta *ms. Pl.* 1. — 6) persona *mss. Pl.* 1. 2.; personis *ed. Schf.* — 7) K. *ins. ms. Veron.*, *sed videtur deletum esse.* — 8) *subscr. om. Hal.* — 9) ut *ins. mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — 10) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg.*; quadrimestres *edd.* — 11) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. Russ.*, *ed. Nbg.*; usurae *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — 12) *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; centesimae *mss. et rell. edd.*; *sed* ἥττονες τῆς ἑκατοστῆς *Bas.* — 13) *fortasse* flagitari. — 14) sententias *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; *accedunt Bas.* — 15) consumpta *Russ. in marg.*, *sed contra codd. et Bas.* — 16) τῶν τεσσάρων μηνῶν *Bas.* — 17) *mss. Veron. Bg.*; quadrimestres *rell.* — 18) compellatur *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — 19) *vc. ms. Veron.*, *ex quo hanc subscr. restitui.* — 20) tu et collectus *ms. Veron.* — 21) ut *om. ms. Veron.* — 22) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; idem alter *edd. Nbg. Hal.*; id alter *Russ. et rell.* — 23) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *ed. Nbg.*; pro *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — 24) *potius* N, *quam* K, *esse videtur in ms. Veron.* — 25) *subscr. restitui ex ms. Veron.* — 26) Hanniano *mss. Veron. Cas.*; Iohanniano *S. Perus.* — 27) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sequitur *Russ. et rell.* — 28) videri *ms. Pl.* 1. — 29) *haec tantum lacinia subscr. est in ms. Veron.* — 30) *hanc subscr.*, *quae abest ab Hal.*, *tuentur mss. Veron. Pist.* — 31) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Bg.*, *ed. Nbg.*; Athenio *Hal. et rell.*

potest, quod adversus coheredem [1]) eius indicatum est, si nihil adversus ipsam statutum est. PP. V. Id Iul. [2]) Gordiano A. et Aviola Conss. [3]) [239.]

3. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [4]) Honorato. — Iuris manifestissimi est, et in accusationibus his, qui congressi in [5]) iudicio non sunt, officere non posse, si quid forte praeiudicii videatur oblatum. PP. XIV. Kal. Septemb. Basso et Quintiano Conss. [6]) [289.]

4. [b]) Idem AA. et CC. Soteriano [7]). — Nec in simili negotio res inter alios actas absenti praeiudicare, saepe constitutum est. Dat. Sirmii, VI. Kal. [8]) Decemb. Caess. Conss. [9]) [294 305.]

Tit. LVII.

[c]) COMMINATIONES, EPISTOLAS [10]), PROGRAMMATA, SUBSCRIPTIONES AUCTORITATEM REI IUDICATAE NON HABERE [11]).

1. [d]) Imp. Antoninus A. Rogatiano. — Nec vim stipulationis obtinere potest comminatio iudicis, qui certas usuras praestaturos [12]) eos dixit, qui intra certum diem debitum non exsolvissent. Dat. [13]) prid. Id. Ianuar. Antonino A. IV. et Balbino [14]) Conss. [213.]

2. [e]) Imp. Alexander A. Maximiano [15]). — Rei indicatae effectum non habet, quod per epistolam rector provinciae solvere vos pecuniam reipublicae iussit. PP. [16]) IV. Id. Mart. Maximo II. et Aeliano Conss. [17]) [223.]

3. [f]) Idem A. Zotico [18]). — Ea, quae causa cognita statuuntur, subscriptionibus revocari non posse, saepe rescriptum est. PP. VI. Id. Septemb. Albino et Maximo Conss. [19]) [227.]

4. [g]) Imp. Gordianus A. Asclepiadi [20]). — Interlocutio praesidis apud acta signata: [21]) nisi solutioni debiti is [22]), qui convenitur, obsequium praestitisset, duplum seu quadruplum inferat, voluntas potius comminantis, quam sententia indicantis est, quum placitum eiusmodi [23]), ne rei iudicatae auctoritatem obtineat, iuris ratio declaret. PP. V. Id. Decemb. ..... Conss. [24])

5. [h]) Idem A. Iucundo [25]). — Iudex, qui disceptationi locum dederat, partium allegationes audire et examinare debuit. Nam subscriptionem ad libellum datam talem, quae diversam partem in possessionem fundi mitteret, vicem rei iudicatae non obtinere, non ambigitur. PP. XII. Kal. Febr. Gordiano A. II. [26]) et Pompeiano Conss. [27]) [241.]

6. [i]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Cassiano. — Programma, si quod a praeside provinciae propositum est, vim rei iudicatae nequaquam obtinere potest. Nec comminationem vim rei iudicatae obtinere [28]), manifestum est. PP. X. Kal. April. ..... Conss. [29])

7. [k]) Imp. Constantinus [30]) A. ad Bassum P. P. [31]) — Quod magno conflictu sententia decerni solet, id paucis literis temere adscriptis [32]) definiri, fas non est. Dat. XV. Kal. April. Constant. A. VI. et Max. Conss. [33])

Tit. LVIII.

[l]) SI EX FALSIS INSTRUMENTIS VEL TESTIMONIIS IUDICATUM SIT [34]).

1. [m]) Impp. Severus et Antoninus AA. ad Bassianum [35]). — Si tabulas testamenti, quas secutus proconsul vir clarissimus sententiam dixit, falsas dicere vis, praebebit [36]) notionem suam, non obstante praescriptione rei iudicatae, quia nondum de falso quaesitum est. PP. V..... Conss. [37])

2. [n]) Imp. Alexander A. Optato. — Et qui non provocaverunt, si instrumentis falsis se victos esse probare possunt, quum de crimine docuerint, ex integro de causa audiuntur. PP. XVI. Kal. Octob. Iuliano II. et Crispino Conss. [38]) [224.]

3. [o]) Idem A. Clementi. — Falsam quidem testa-

---

[a]) *Bas. IX.* 3. 93.; *iungenda l.* 9. *C. de accusat. IX.* 2., *auctore Cuiacio in Recitatt. in Cod. h. t.* — [b]) *Bas. IX.* 3. 94. — [c]) *Dig. XLII.* 1. — [d]) *Bas. IX.* 3. 95. — [e]) *Bas. IX.* 3. 96. — [f]) *Bas. IX.* 3. 97. — [g]) *Bas. IX.* 3. 98. — [h]) *Bas. IX.* 3. 99. — [i]) *Bas. IX.* 3. 100. — [k]) *Bas. IX.* 3. 101. — [l]) *Dig. XLII.* 1. — [m]) *Bas. IX.* 3. 102. — [n]) *Bas. IX.* 3. 103. — [o]) *Bas. IX.* 3. 104.

[1]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; coheredes *edd. rell.* — [2]) *ms. Pist.*; PP. Kal. Oct. *ms. Veron., in quo tamen mensis ita evanuit, ut nihil certi de eo iudicari possit.* — [3]) *mss. Veron. Pist.*; *subscr. om. edd.* — [4]) *mss. Pist. Cas., S. Perus., l.* 9. *C. IX.* 2.; et CC. *ins. mss. rell. et edd. omnes.* — [5]) in *om. ms. Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.*; qui iudicium ingressi *ms. Pl.* 1. — [6]) *sic restitui subscr., vestigia secutus msi Pist.*; pp. XIII. K. sept. Basso et Aemiliano css. *ms. Veron., sed vitiose, ut docet l.* 9. *C. IX.* 2. *et inscriptio, quae non fert conss. anni* 259. — [7]) Sociano *mss. nonn.*; Satiano *edd. Nbg. Hal.* — [8]) S. III. K., *omisso loco, ms. Veron., quod mensem et conss. tuetur.* — [9]) *subscr., a Russ. ex cod. restituta, abest ab Hal. Cont.* 62. — [10]) epistolae *mss. Veron. Vat.*; epistola *mss. Pl.* 1. *Bg.*; epistolam (*recentiore manu* per epist.) *ms. Pist.* — [11]) habent *ms. Bg.*; aveant *ms. Veron.* — [12]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; praestituros *edd. rell.* — [13]) *ms. Veron.*; Dat. *om. rell.* — [14]) II. *ins. Bk. ex fastis, sed contra ms. Veron.*; *subscr. om. Hal.* — [15]) *mss. Veron. Pist. Cas. Bg., S. Perus.*; Max. *ms. Pl.* 1.; Maximo *Hal. et rell.* — [16]) *ms. Veron., Russ. in marg. ex cod.*; PP. *om. rell.* — [17]) *subscr., quam firmat ms. Veron., abest ab Hal.* — [18]) Zenoni *mss. Vat. Pl.* 1. — [19]) *Hal. om. subscr., quam firmat ms. Veron.* — [20]) *mss. Veron. Cas. Vat. Bg., S. Perus.*; Asclipiadoti *ms. Pl.* 1.; Asclepiodoto *Hal. et rell.* — [21]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Schf.*; ut *ins. Hal. et rell.* — [22]) is *om. mss. Pl.* 1. *Bg.* — [23]) *mss. Veron. Gt., ed. Schf.*; huiusmodi *rell.* — [24]) *hunc diem restitui ex ms. Veron., ex quo nomina conss. certo erui non possunt.* — [25]) Iocundo *mss. pleraque.* — [26]) *Bk.*; *V. Russ. et rell. cum ms. Veron., crebra commutatione utriusque numeri.* — [27]) *subscr., a Russ. ex cod. restituta et a ms. Veron. firmata, abest ab Hal. Cont.* 62. — [28]) continere *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [29]) *sic restitui ex ms. Veron., in quo conss. incerti sunt.* — [30]) *Constantio tribuit hanc leg. Belandus Fast. Consul. p.* 282. — [31]) P. U. *ms. Pist., S. Perus.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Schf. Bk.*; descriptis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [33]) *sic edidit Russ. subscr., a ms. Veron. firmatam, et ab edd. postea receptam; sed male se habet, quum adversetur inscr. Iac. Gothofr. in Chronol. p. XXIX. restituit Constantinum Caes. V. et Maximum Conss.* [327.] *Fortasse medela haurienda ex ms. Pist., in quo est* VI. et Constant. CC. css.; *tunc enim scribendum* Constantino A. VI. et Constantino C. Conss. [320.], *ut e. g. in l.* 2. *C. I.* 51. — [34]) erit *mss. pleraque.* — [35]) Bissaniae, Bissaniae, Basaniae, Bipsaniae *mss. mea*; Absaniae *S. Perus.* — [36]) praeses *ins. ms. Pl.* 1.; praeses provinciae praebebit *ms. Pl.* 2. — [37]) *tantum haec lacinia subscr. ex ms. Veron. restitui potest.* — [38]) *subscr., quam tuetur ms. Pist., abest ab Hal.*

testationem, qua diversa pars in iudicio adversus te usa est, ut proponis, solito more arguere non prohiberis. Sed causa iudicati in irritum non devocatur, nisi probare poteris [1]), eum, qui iudicaverat, secutum eius instrumenti fidem, quod falsum esse constiterit, adversus te pronuntiasse. PP. VII. Kal. Septemb. ..... [2]).

4. [a]) Imp. Gordianus A. Herennio. — Iudicati exsecutio solet suspendi et soluti dari repetitio, si falsis instrumentis circumventam esse religionem iudicantis, crimine postea falsi illato, manifestis probationibus fuerit ostensum. PP. V. Id. Septemb. ..... [3]).

Tit. LIX.

[b]) DE CONFESSIS.

1. [c]) Imp. Antoninus A. Iuliano. — Confessos in iure [4]) pro iudicatis haberi [5]) placet. Quare sine causa desideras recedi [6]) a confessione tua, quum et solvere cogeris. Accepta III Kal. Octob. [7]) Gentiano et Basso Conss. [211.]

Tit. LX.

[d]) [8]) INTER ALIOS ACTA VEL IUDICATA [9]) ALIIS NON NOCERE [10]).

1. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Epagatho [11]). — Inter alios res gestas aliis non posse facere praeiudicium, saepe constitutum est. Unde, licet quosdam de heredibus eius, quem debitorem tuum fuisse significas, solvisse commemores, tamen ceteri non alias ad solutionem urgentur, nisi debitum probatum fuerit. V. Kal. April. Byzantio, AA. Conss. [12]) [293 — 304.]

2. [f]) Iidem AA. et CC. Severae [13]). — Inter alios factam transactionem absenti non posse facere praeiudicium, notissimi iuris est. Quapropter adito praeside provinciae aviam tuam mancipium tibi donasse proba, ac si hoc iure ad te pertinere perspexerit, restitui tibi providebit. Neque enim, si te absente divisionem eius fecerint [14]), aliquid iuri tuo derogari poterit [15]). S. Id. April. .... Conss. [16])

3. [g]) Iidem AA. et CC. Fortunatae [17]). — Si cum fratre tuo matri successisti, frater pro portione tua cum debitoribus hereditariis paciscendo vel agendo, non ex tua voluntate, pro hereditaria parte tibi quaesitam obligationem exstinguere non potuit. V. Id Octob. Retriae [18]), AA. Conss. [19]) [293 — 304.]

Tit. LXI.

[h]) DE RELATIONIBUS.

1. [i]) Imp. Constantinus A. Profuturo, Praefecto annonae. — Si quis iudicum duxerit esse referendum, nihil inter partes [20]) pronuntiet, sed magis super quo haesitandum putaverit, nostram consulat scientiam, aut, si tulerit sententiam, minime postea, ne a se provocetur, relatione promissa [21]) terreat litigantes, sciens, quod, si hoc fecerit, nihilominus iure appellationum [22]) res agitabitur. Sed nec ad nos mittatur aliquid, quod plena instructione indigeat. Quoties autem ad nostram scientiam index se polliceatur relaturum, consultationis exemplum litigatoribus illico [23]) edi apud acta iubeat, ut, si cui forte relatio minus plena vel contraria videatur, is refutatorias preces similiter apud acta sine aliqua frustratoria dilatione offerat [24]). Dat. IV. Id. [25]) Februar. Sirmio, Constantino A. V. et Licinio C. [26]) Conss. [27]) [319.]

[k]) Authent. ut indices non expectent sacras iussiones. (Nov. 125. c. 1.) — *Novo iure causa perfecte examinata sententia terminetur; quae exsecutioni legitimae demandatur, nisi ab ea fuerit appellatum.*

2. [l]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Viventium P. P. — Super delictis provincialium nunquam rectores provinciarum ad scientiam principum putent esse referendum, nisi ediderint prius consultationis exemplum. Quippe tunc demum relationibus plena veritas [28]) est, quum vel allegationibus repelluntur [29]), vel probantur assensu. Dat. III. Kal. Ianuar. Treviris, Valentiniano et Valente AA. Conss. [30]) [365.]

3. [m]) Iidem AA. et Gratianus A. [31]) ad Apodemium. — Si quando ratio aut necessitas est in negotiis nostra iudicia requirendi exspectandique responsa, omnem omnino causam [32]) relationis series comprehendat, ut recitata consultatione, quae ita est dirigenda, propemodum actorum [33]) recensione non sit opus; actis etiam necessario sociandis. Dat. VI. Id. Mai. Treviris, Valentiniano NB. P. et Victore Conss. [34]) [369.]

TIT. LXII.

---

[a]) *Bas. IX.* 3. 105. — [b]) *Dig. XLII.* 2. — [c]) *Bas. IX.* 4. 9.; *l.* 1. *Greg. C. de confessis. X.* 2. — [d]) *Dig. XLII.* 1. — [e]) *Bas. IX.* 3. 62. — [f]) *Bas. IX.* 3. 63. — [g]) *Bas. IX.* 3. 64. — [h]) *Dig. XLIX.* 1. — [i]) *fons est l.* 2. *Th. C. de relation. XI.* 29., *cui adiecta est pars ex l.* 1. *Th. C. de appellat. XI.* 30. — [k]) *Auth. abest ab ed. Schf.* — [l]) *l.* 3. *Th. C. de relation. XI.* 29. — [m]) *l.* 4. *Th. C. de relation. XI.* 29.

[1]) potueris *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [2]) *hunc diem om. Hal.* — [3]) *hic dies abest ab Hal.* — [4]) Confessos quoque *Greg. C.* — [5]) habere *mss. Bg. Gt.* — [6]) recedere *Greg. C., vbis* quum — cogeris *omissis.* — [7]) prid. Kal. Octob. *Greg. C.*; *subscr. om. Hal.* — [8]) R s *praemittunt ms. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [9]) actas vel iudicatas *Russ. Cont.* 62. — [10]) non noceat *ed. Nbg.*; ne noceat *Hal.*; ne nocere *Russ.* — [11]) Epagato *ms. Vat.*; Pagatho *ms. Pist.*; Epigato *mss. Pl.* 1. *Bg.*; Epygato *ms. Cas.*; Epygrato *ed. Nbg.*; Epicra. *Hal.*; Epicrati *Russ. et rell.* — [12]) *subscr., quam firmat ms. Pist., abest ab Hal.* — [13]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1., *S. Perus.*; bev. *ms. Bg.*; Epigrato *ed. Nbg.*; Epicrati *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 11. *ad leg. anteced.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; fecerit *ed. Schf.*; fecerunt *Russ. et rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; potuit *ms. Pl.* 2., *Russ. et rell.* — [16]) *diem habent Russ. et rell.*; *ms. Pist. addit* h. et a. ccs., *forasse* hiidem AA. Conss. — [17]) Fortunae *mss. men.* — [18]) *sic etiam ms. Pist.*; *lege* Retiariae. — [19]) *cum ms. Pist. magis* Caess. *convenire videtur*; *subscr. om. Hal.*; Retriae cō ccs. *ms. Pist.* — [20]) inter partes *om. Theod. C.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Bg. ante correct., edd. Nbg. Hal. Bk., Theod. C.*; praemissa *edd. Schf. Russ. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; appellationis *edd. Schf. Hal. et rell.* — [23]) litigatoribus intra decem dies *Theod. C.* — [24]) apud acta offerat intra dies quinque, quam illi exemplum consultationis tuae obtuleris *Theod. C.* — [25]) *Theod. C.*; Kal. *Cont. et rell.*; *utrumque om. Russ.* — [26]) *Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; *C. om. Cont.* 66. *et rell.* — [27]) *subscr. om. Hal.* — [28]) maturitas *Theod. C.* — [29]) refelluntur *Theod. C.* — [30]) *subscr. om. Hal.* — [31]) et Gratianus A. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.*; Imp. Ant. A. *mss. Bg.* — [32]) *mss. Pl.* 1. *Gt., Bk., Theod. C.*; omnes omn. causas *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. rell.* — [33]) auctorum *ms. Bg. ante emendat., Theod. C. ed. Gothofr.* — [34]) *subscr. om. Hal.*

Tit. LXII.

[a]) DE APPELLATIONIBUS ET CONSULTATIONIBUS.

1. [b]) Sententia divi Severi [1]) data in persona [2]) Marci Prisci Idibus Ianuar. Pompeiano et Avito Conss. [3]) [209.] — Severus A. dixit [4]): Prius de possessione pronuntiare, et ita crimen violentiae excutere praeses provinciae debuit. Quod quum non fecerit, iuste [5]) provocatum est.

2. [c]) Imp. Alexander A. Plautiano [6]). — Novum quod postulas non est, quod, etsi rescripti mei auctoritas intercesserit, provocandi tamen facultas tibi non denegetur [7]).

3. [d]) Imp. Gordianus A. Victori. — Appellatione interposita, licet a iudice repudiata sit, in praeiudicium deliberationis nihil fieri debere, et in eo statu omnia esse, quo tempore pronuntiationis fuerunt, saepissime constitutum est. PP. IV..... [8]).

4. [e]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Probo. — Si ad scribatum nominatus non provocasti, convelli statuta non possunt.

5. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [9]) Valerio [10]). — Praeses provinciae, ad quem appellasti, si non vitio negligentiae vestrae tempus, quod ad reddendos apostolos praescriptum est, exemtum esse animadverterit, sed ex fatalis casus necessitate, diem functo eo, qui eos perferebat, id accidisse cognoverit, iuxta perpetui iuris formam desiderio vestro medebitur.

6. [g]) Idem AA. et CC. [11]) dicunt: Eos, qui de appellationibus cognoscent ac iudicabunt, ita iudicium suum praebere conveniet, ut intelligant, quod, quum appellatio post decisam sententia litem interposita fuerit, non ex occasione [12]) aliqua remittere negotium ad iudicem suum [13]) fas sit, sed omnem causam propria sententia determinare conveniat, quum salubritas legis constitutae ad id spectare videatur, ut post sententiam ab eo, qui de appellatione cognoscit, recursus fieri non possit ad iudicem, a quo fuerit provocatum. Quapropter remittendi litigatores ad provincias remotam occasionem atque exclusam penitus intelligant, quum super omni causa interpositam provocationem vel iniustam tantum liceat pronuntiare vel iustam. §. 1. Si quid autem in agendo negotio minus se allegasse litigator crediderit, quod in iudicio acto fuerit omissum, apud eum, qui de appellatione cognoscit, persequatur [14]), quum votum gerentibus nobis aliud nihil in iudiciis, quam iustitiam locum habere debere, necessaria res forte transmissa non excludenda videatur. §. 2. Si quis autem post interpositam appellationem necessarias sibi putaverit esse personas, per quas apud iudicem, qui super appellatione cognoscet, veritatem possit ostendere, quam existimavit occultam, hocque fieri iudex perspexerit [15]), sumtus iisdem ad [16]) faciendi itineris expeditionem praebere debebit, quum id iustitia ipsa persuadeat ab eo hoc [17]) recognosci, qui evocandi [18]) personas sua interesse crediderit. §. 3. Super his vero, qui in capitalibus causis constituti appellaverint (quos tamen et ipsos, vel qui pro his provocabunt, nonnisi audita omni causa atque discussa post sententiam dictam appellare conveniet), id observandum esse sancimus, ut, inopia idonei fideiussoris retentis in custodia reis, opiniones suas indices et exempla [19]) appellatoribus edita ac refutatorias [20]) eorum ad scrinia, quorum interest, transmittant, quibus gestarum rerum fides manifesta relatione pandatur, ut meritis eorum consideratis pro fortuna singulorum sententia proferatur. §. 4. Ne temere autem ac passim omnibus provocandi facultas praebeatur [21]), arbitramur, eum, qui malam litem fuerit persecutus [22]), mediocriter poenam a competente iudice sustinere. §. 5. Sin autem in iudicio propriam quis fuerit causam persecutus [23]), atque superatus voluerit provocare, eodem die vel altero libellos appellatorios offerre debebit. Is vero, qui negotium tuetur alienum, supradicta conditione etiam tertio die provocabit.

Authent. de appellation. et intra quae tempora. §. 1. (Nov. 23. c. 1.) — *Hodie autem cuilibet tribuitur spatium decem dierum, a sententiae recitatione* [24]) *numerandum.*

§. 6. Apostolos [25]) post interpositam provocationem, etiam non petente appellatore, sine aliqua dilatione iudicem dare oportet, cautione videlicet de exercenda provocatione in posterum minime praebenda. — Sine die et consule [26]).

7. [h]) Idem AA. et CC. [27]) Neoni [28]). — Hi [29]), qui ad civilia munera vel [30]) decurionatum vel honores devocantur [31]), licet vacationem [32]) a principibus acceperint, si appellationis auxilio non utantur, consensu suo nominationem confirmant. Quum igitur ad munus vocatus appellaveris, apud praesidem provinciae iuste te appellasse ostende.

8. [i]) Idem AA. et CC. Opimiano [33]). — Si, contra maiorem quinque et viginti [34]) annis sententia lata [35]), provocationis secutae tempore praefinito causa

---

[a]) *Dig. XLIX.* 1. — [b]) *Bas. IX.* 1. 95. — [c]) *Bas. IX.* 1. 96. — [d]) *Bas. IX.* 1. 97. — [e]) *Bas. IX* 1. 98. — [f]) *Bas. IX.* 1. 99. — [g]) *Bas. IX.* 1. 100. — [h]) *Bas. IX.* 1. 101. — [i]) *Bas. IX.* 1. 102.

[1]) *mss. Pist. Pl.* 1. 2., *omn. mss. Russ.*, *ed. Nbg.*; A. *ins. Hal. et rell.* — [2]) personam *ms. Cas.* — [3]) Sententia — Conss. *om. ms. Bg.*; Idib. — Conss. *om. mss. Cas. Pl.* 2. — [4]) *mss. Pist. Cas. Vat. et mss. Contii*; Idem A. dixit *mss. Pl.* 1. *Bg.*; Sev. — dixit *om. edd.*, *sed v. Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.* — [5]) iure *ms. Pl.* 1.; ab eo *addunt edd. Nbg. Hal. et postea rell.*, *sed contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et ed. Schf.* — [6]) Plariano, Planario *mss. mea.* — [7]) denegatur *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.* — [8]) *hanc diei laciniam habent Russ. et rell.*; *in ms. Pist. haec est subscr.:* pp. IIII. imphyli. p̄. ā. et, *quae haud dubie ita legenda est:* PP. IV... Ian. Philippo A. et.... [245 — 247.], *et tunc pertinet ad leg. seq.* — [9]) et CC. *om. ms. Cas.*, *S. Perus.* — [10]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Valerio praesidi provinciae *S. Perus.*, *v. init. ipsius const.*; Valenti et aliis *Hal. et rell.* — [11]) et CC. *om. mss. Cas. Vat. Bg.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.* — [12]) non excusatione *ms. Bg.* — [13]) negot. suum ad iudicem *ms. Bg.* — [14]) prosequatur *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *omn. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.* — [15]) prospexerit *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [16]) et *loco* ad *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.* — [17]) haec *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.* — [18]) evocandas *Hal. Russ.*, *sed contra omnia mss. Russ.* — [19]) *mss Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ms. Bg. ante correct.*, *edd. Schf. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; ab *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*, *sed contra omnes libros Russ.*; *cfr. l.* 18. *infra.* — [20]) refutatorios *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; *in ms. Gt. post* eorum *additur* preces; *cfr. l.* 18. *infra.* — [21]) praeberetur *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; praebetur *ms. Bg.* — [22]) prosecutus *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [23]) prosecutus *ms. Bg.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; *revocatione edd. rell.* — [25]) autem *ins. mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [26]) Sine — cons., *quae restituit Russ. ex cod.*, *absunt ab Hal. Cont.* 62. — [27]) et CC. *om. mss. Cas. Vat Bg.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.* — [28]) *mss. Cas. Pl.* 1., *ed. Nbg.*, *S. Perus.*; Nenoni *ms. Vat.*; Niconi *ms. Bg.*; Neroni *Hal. et rell.* — [29]) Hi *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; ad *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; vocantur *ed. Schf.*; evocantur *Russ. et rell.* — [32]) vocationem *Sp. vitio typ.* — [33]) Oppiano, Appiano, Optatio, Opiniano *mss. mea.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; vigintiquinque *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. Russ.*, *ed. Nbg.*; prolata *edd. rell.*

causas non esse repraesentatas, nec appellatione pendente transactione finitum negotium rector animadverterit, res indicatas exsequi curabit.

9. [a]) Idem AA. et CC. Have Heraclida karissime nobis [1]). — Dominus litis causam appellationis, quam procurator suus litigando interposuit, etiam absente procuratore exsequi potest.

10. [b]) Idem AA. et CC. Titiano. — Si actor a curatore ordinatus deteriorem calculum reportaverit, tam ipse, quam curator ad provocationis auxilium possunt pervenire, curator vero solus provocationis litem exercebit. Sin autem interim adolescens veniam aetatis impetraverit, vel ad legitimam aetatem pervenerit, potest suo nomine appellationem exercere. S. prid. Kal. Octob. Viminacii, Caesa Conss. [2]) [294 — 305.]

11. [c]) Idem AA. et CC. Aurelio [3]). — Cives et incolae, manifestas etiam excusationes habentes, si sub iusta nominatione non appellaverint, ad earum probationem non admittuntur. XVII. Kal. Ian..... [4]).

12. [d]) Imp. Constantinus A. ad Catulinum. — [5]) Minime fas est, ut in civili negotio libellis appellatoriis [6]) oblatis aut carceris cruciatus, aut cuiuslibet iniuriae genus, seu tormenta, vel etiam contumelias perferat appellator, absque his criminalibus causis, in quibus, etiamsi provocare possit [7]), eum tamen statum debet obtinere, ut post provocationem in custodia, si fideiussoris idonei copiam non habeat [8]), perseveret. Dat. III. Non. Novemb. [9]) Treviris. Acc. XV. Kal. Mai. Hadrumeto [10]), Volusiano et Anniano Conss. [314.]

13. [e]) Idem A. Petronio Probiano suo salutem [11]). — Ex illo tempore, quo [12]) in civilibus causis, quae inter privatos moventur, consultaturum [13]) vel relaturum te esse promiseris, vel appellationis a te interpositae solemnia completa fuerint, nihil posthac tibi quodlibet speciale ac requisitum vel quibuscunque modis favoris gratiam praeferens audiendum est, sed observandum, ut, iuxta priora statuta solemnitatis more expleto, gesta ad comitatum omnia dirigantur [14]). Dat. Id. August. Arelato. PP. Id. Octobr. Thebeste, Sabino et Rufino Conss. [15]) [316.]

14. [f]) Idem A. ad Bassum P. U. [16]) — Litigatoribus copia est, etiam non conscriptis [17]) libellis, illico appellare voce, quum res poposcerit indicata, tam in civilibus, quam in criminalibus causis [18]). Dat. VIII. [19]) Id. Iun. Sirmio [20]), Gallicano et Basso Conss. [317.]

15. [g]) Idem A. ad Severum, Vicarium [21]). — Ne causas, quae in nostram venerint scientiam, rursus transferri ad iudicia necesse sit, instructiones necessarias plene actis inseri praecipimus. Nam cogimur a proferenda sententia temperare, quoniam verendum est, ne lis incognito negotio dirimatur, ademta copia conquerendi. Quare perennibus inuretur index notis, si cuncta, quae litigatores instructionis probationisque causa recitaverint, indita actis vel subiecta non potuerint inveniri. Dat. X. Kal. Iul. [22]) Aquileia, Constantino A. [23]) V. et Licinio C. [24]) Conss. [319.]

16. [h]) Idem A. ad Maximum. — [25]) Eos etiam, qui imaginem principalis disceptationis accipiunt, appellationum adminicula necesse est accipere. Dat. prid. Id. Ian. Sirmio, Crispo II. et Constantino II. CC. [26]) Conss. [321.]

17. [i]) Idem A. ad Iulianum P. U. [27]) — Si apud utrumque praetorem, dum quaestio ventilatur, ab aliqua parte auxilium provocationis fuerit obiectum, praefecturae urbis iudicium sacrum appellator observet. Dat. III. Non. August. Heracleae, Constantino A. VII. et Constantio C. III. [28]) Conss. [29]) [326.]

18. [k]) Idem A. Victori, Rationali urbis Romae [30]). — Quoniam nonnulli fisci debitores, quum iussi fuerint debitam summam exsolvere, interposito provocationis auxilio vim exsecutionis eludunt, nec iam opinionis exemplum nec refutatorias preces curant petere vel offerre, placuit, ut, si intra dies [31]) solemnitatibus praestitutos ad facienda haec appellatoris cura defuerit, deserta ab eo provocatio existimetur [32]), moxque debitum exigatur. Dat. prid. Kal. August. Constantino [33]) et Maximo Conss. [327.]

19.

---

[a]) *Bas. IX.* 1. 103. — [b]) *Bas. IX.* 1. 104. — [c]) *Bas. IX.* 1. 105.; *iungenda videtur l.* 7. *C. de incolis X.* 39. — [d]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de appellat. XI.* 30., *iungenda l.* 16. *C. de poenis IX.* 47.; *Bas. IX.* 1. 106. — [e]) *l.* 5. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *iungenda l.* 2. *C. ut lite pendente I.* 21.; *Bas. IX.* 1. 107. — [f]) *l.* 7. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *Bas. IX.* 1. 108. — [g]) *fons est l.* 9. *Th. C. de appellat. XI.* 30. — [h]) *hausta ex l.* 11. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *iungenda l.* 9. *C. de iudic. III.* 1.; *Bas. IX.* 1. 109. — [i]) *de coniunctione, quae hanc const. et leg.* 18. *C. de praed. min. V.* 71. *intercedit, cfr. not.* 24. *ad l. c.*; *Russardo et aliis editoribus nostra const. videtur hausta ex l.* 13. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *Bas. IX.* 1. 110. — [k]) *l.* 14. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *Bas. IX.* 1. 111.

[1]) Haberad. (Have rad.) chariss. (cariss.) nobis *Hal. et rell.*; *sed v. Cuiac. Obss. I.* 15. *Variae lectt. ex codd. meis hae sunt:* Habe (Babe) Heraclid. (Heraclidi, Eradid., Aberaclide *uno verbo*) cariss. (Kariss., carissimo, carissimi) nobis. *Cfr. l.* 11. *C. IX.* 2. — [2]) *subscr., quam restituit Russ. ex cod., om. Hal. Cont.* 62. — [3]) *mss. Pist. Cas., S. Perus.*; Aur. *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Ant. *ed. Nbg.*; Antonino *Hal. et rell.* — [4]) *hunc diem restitui ex ms. Pist.* — [5]) Post alia *praemittunt cum Theod. C. Cont.* 66. *et postea rell. contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. et S. Perus.* — [6]) appellationis *mss. Bg. Gt.* — [7]) possunt, *et infra* debent — perseverent *Theod. C.* — [8]) si fideiuss. — habeat *om. Theod. C.* — [9]) April., *omisso* Trev., *Hal. contra Theod. C.* — [10]) *Theod. C.*; Hadrumeti *edd.* — [11]) Probiano suo salutem *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal., S. Perus. Praeterea* dicit *addunt Russ. et postea rell., sed contra Theod. C. et leg.* 2. *C. I.* 21. — [12]) *mss. Pl.* 1. *Gt., mss. Russ., ed. Schf., Theod. C.*; ex quo *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. rell.* — [13]) consulturum *Theod. C.* — [14]) etc. *Russ. et postea reliqui addunt, haud dubie ex Theod. C., sed contra mss. Cod.* — [15]) *subscr. om. Hal.* — [16]) P. U. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus., edd. Nbg. Hal., S. Perus.* — [17]) *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; scriptis *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. rell.* — [18]) tam in civil. — causis *om. Theod. C.* — [19]) VII. *ms. Pist.* — [20]) *Russ., Theod. C.*; Sirmii *Cont. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [21]) Vicarium *om. mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal., S. Perus.* — [22]) Iul. *om. Sp.* — [23]) A., *quod ins. Bk., abest ab edd. rell. et Theod. C.*; *sed ms. Pist. habet* const. āā. et licinio ces. — [24]) CC. *Sp.*; *subscr. om. Hal.* — [25]) Post alia *praemittunt Cont.* 66. *et postea rell., haud dubie ex Theod. C., sed contra mss. Cod.* — [26]) *Russ. Bk., Theod. C.*; CC. *om. Cont. et rell.*; *subscr. abest ab Hal.* — [27]) PP. *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., S. Perus.* — [28]) III. *om. Bk.*; *cfr. Haenel. not. l. ad l.* 13. *Th. C. cit.* — [29]) *num haec subscr., quae abest ab Hal., recte se habeat, dubitandum est, quum a Russ. ex l.* 13. *Th. C. cit. restituta sit*; *cfr. not. i.* — [30]) Ration. urb. Rom. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal., S. Perus.* — [31]) complendis *ins. Theod. C.* — [32]) aestimetur *ms. Bg., edd. Nbg. Schf., Theod. C.* — [33]) *Theod. C. ed. Haenel., Bk.*; Constantio *Russ. et rell.*; *subscr. om. Hal.*

19. [a]) Idem A. ad universos provinciales. — A proconsulibus et comitibus et his, qui vice praefectorum cognoscunt, sive ex appellatione sive ex delegato [1]) sive ex ordine iudicaverint, provocari permittimus, ita ut appellanti index praebeat opinionis exemplum, et acta cum refutatoriis partium suisque literis ad nos dirigat. A praefectis autem praetorio provocare non sinimus. Quodsi victus oblatam nec receptam a iudice appellationem affirmet, praefectos adeat, ut apud eos de integro litiget, tanquam appellatione suscepta. Superatus enim si iniuste appellare [2]) videbitur, lite perdita notatus abscedet [3]); aut [4]) si vicerit, contra eum iudicem, qui appellationem non receperit [5]), ad nos referri necesse est, ut digno supplicio puniatur. Dat. Kal. August. PP. Kal. Septemb. Constantinop. Basso et Ablavio Conss. [6]) [331.]

20. [b]) Imp. Constantius [7]) A. Albino [8]). — Et in maioribus et in minoribus negotiis appellandi facultas est. Nec enim iudicem oportet iniuriam sibi fieri existimare eo, quod litigator ad provocationis auxilium convolavit. Dat. VII. Id. April. Marcellino et Probino Conss. [9]) [341.]

21. [c]) Idem A. [10]) ad Lollianum P. P. — Quoniam iudices ordinarii provocationes existimant [11]) respuendas, placet, ut, si quis appellationem suscipere recusaverit, quae non contra exsecutionem, sed adversus sententiam iurgium [12]) terminantem fuerit interposita, triginta auri pondo cogatur largitionibus nostris [13]) inferre; triginta alia [14]) officio eius itidem soluturo, nisi ei pertinaciter restiterit atque actis contradixerit et, quid iure sit constitutum, ostenderit. Dat. VIII. Kal. August. Messadensi. PP. Capuae [15]), Arbetione et Lolliano Conss. [355.]

22. [d]) Idem A. [16]) ad Volusianum P. P. — [17]) Lata sententia, quae pertinet ad bona vacantia [18]) et ad ea, quae [19]) indignis, legibus cogentibus, auferuntur, si quis putaverit provocandum, vox eius debebit admitti. Dat. III. Kal. August. Arbetione et Lolliano Conss. [20]) [355.]

23. [e]) Idem A. [21]) ad Senatum. — Quum appellatio interposita fuerit per Bithyniam, Paphlagoniam [22]), Lydiam, Hellespontum, insulas etiam ac Phrygiam salutarem, Europam ac Rhodopen et Haemimontum [23]), praefecturae [24]) urbis iudicium sacrum appellator observet. Dat. V. Non. Mai. Tauro et Florentio Conss. [25]) [361.]

24. [f]) Impp. Valentinianus et Valens AA. salutem dicunt [26]) Ordini civitatis Carthaginensis [27]). — Iudicibus non solum appellationis suscipiendae necessitas videtur imposita, verum etiam triginta dierum spatia ex die sententiae [28]) definita sunt, intra quae gesta una cum relatione litigatoribus convenit praestari; iudice et officio eius [29]), si statuta fuerint aliqua parte mutilata, mulctae subiacentibus. Dat. prid. Non. Febr. [30]) Mediol. divo Ioviano et Varroniano Conss. [31]) [364.]

25. [g]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Syagrium P. P. — [32]) Et in mulctis a iudicibus inferendis [33]) appellationes iubemus admitti. Dat. XIV. Kal. Iul. Gratiano V. et Theodosio I. AA. Conss. [34]) [380.]

26.

---

[a]) *l.* 16. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *iungendae l.* 3. *C. ut lite pend. I.* 21., *l.* 2. *C. de litig. VIII.* 37.; *Bas. VI.* 4. 1. *et IX.* 1. 112. — [b]) *Bas. IX.* 1. 113.; *iungenda est l.* 5. *Th. C. quorum appellat. XI.* 36. — [c]) *fons est l.* 25. *Th. C. de appellat. XI.* 30., *cui assuta est pars ex l.* 58. *Th. C. eod.* — [d]) *l.* 26. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *Bas. IX.* 1. 114. — [e]) *l.* 1. *Th. C. de off. praef. urb. I.* 6.; *iungenda l.* 7. *C. de dignitat. XII.* 1.; *Bas. IX.* 1. 115. — [f]) *fons est l.* 32. *Th. C. de appellat. XI.* 30. — [g]) *fons est l.* 38. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *Bas. IX.* 1. 116.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; delegatione *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) appellasse *Theod. C.*; provocare *ms. Pl.* 1. — [3]) abscedat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; ac *Russ.*; at *Hal. Cont. et rell.* — [5]) recepit *mss. Pl.* 2. *Bg.*; receperat *Theod. C.* — [6]) *subscr. om. Hal.* — [7]) Idem A. *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; Id. āā *ms. Pist. Verum mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et S. Perus. in eo conveniunt, quod ab hac lege ordiatur series constitutionum alius legislatoris, qui in his libris aut* Imp. Const. *aut* Imp. Constant. *aut* Imp. Constantinus *vocatur. Equidem Constantium censui reponendum, quem aetas constitutt. sqq. flagitat, et qui nec pugnat cum subscr. hui. const., quum non desint leges anni* 341. *solius Constantii nomen prae se ferentes*; *cfr. l.* 1. *Th. C. VIII.* 2., *l.* 2. *Th. C. XVI.* 10. — [8]) Vicario Hispaniarum *addendum foret secundum Theod. C. XI.* 36. 5. — [9]) *Russ. Cont. Char. Pac. Sp. praeter hanc subscr. et aliam addunt, nempe hanc:* Dat Kal. August. PP. Kal. Septemb. Constantinop. Basso et Balbino (Ablavio *Bk.*) Conss. *Sed quilibet videt, hic accidisse, quod saepius in codd. factum esse scio, ut scilicet a suo loco aberraverit subscr. Legis* 19. *enim subscriptionem hic repetitam videmus. Itaque dubium vix esse potest, hanc esse in l.* 20. *delendam, quum et inscr. doceat, alium esse legislatorem, ac in l.* 19., *et l.* 5. *Th. C. XI.* 36. *nostrae socianda eam solam agnoscat subscr., quam nos retinemus. Male itaque se habet Bk., qui omissa nostra subscr. solam retinuit eam, quae gravissimis indiciis suspecta est.* — [10]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; Idem *ms. Gt.*; Id. āā *ms. Pist.*, *cui favet Theod. C.*; Imp. Constantius A. *Bk.*; Impp. Constantius et Constans AA. *Russ. et rell.*; *v. not.* 7. *ad l. praeced.* — [11]) aestimant *ed. Schf.*, *Theod. C* — [12]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; sententiam et iurgium *ed. Schf.*; sententiam intentionem et iurgium *ms. Pl.* 2.; sententiam intentionem iurgiumque *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed Theod. C.* a sententia iurgium terminante. — [13]) fisco *Theod. C.* — [14]) alias libras auri *Theod. C.* — [15]) PP. Capuae VIII. K. A., *omissis* Dat. Messadensi, *ms. Pist.*; *subscr. om. Hal.* — [16]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. Bk.*; Idem *ms. Gt.*; Iidem AA. *ms. Bg. Russ. et rell.*, *Theod. C.* — [17]) Post alia *praemittunt Russ. et postea rell.*, *haud dubie ex Theod. C.*, *sed contra mss. Cod.* — [18]) et caduca *ins. Theod. C.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *Theod. C.*; ut *ins. ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Hal. et rell.*, *sed contra omn. mss. Russ.* — [20]) *subscr. om. Hal.* — [21]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. Russ.*; Imp. Constantius A. *Theod. C.*, *qui itaque nobiscum facit*; Idem A. et Iulianus C. *Bk.*, *sed v. Theod. C. ed. Haenel. not. g. ad l. c.*; Iid. AA. *ms. Bg.*, *Cont. et rell.* — [22]) Paphlagon. *om. Theod. C.* — [23]) *Cuiac. Obss. I.* 26., *Theod. C.*, *Bk.*; Aemimontum *mss. Gt. Bg.*, *omnia mss. a Cont. inspecta*; Aemum *Hal.*; Hemum montem *Russ. et postea rell.*; Ἐλευθεροντον *Bas. Alias varietates lect. afferre piget.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; huius *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*, *male, quum Gyfyrae data sit haec const.* — [25]) *Theod. C.*, *Bk.*; *subscr. om. rell.* — [26]) salutem dicunt *om. edd. Nbg. Hal.*, *S. Perus.*; dicunt *post* Carthag. *collocant et omittunt* salutem *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [27]) Cartaginensium *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*; Karthaginis *Theod. C.* — [28]) ex die sententiae *om. Theod. C.* — [29]) eius *om. Theod. C.*, *in quo postea est* subiacente. — [30]) Nov. *coni. Iac. Gothofr.*, *quia mense Februario adhuc regnavit Iovianus.* — [31]) *subscr. om. Hal.* — [32]) Post alia *praemittunt Cont. et postea rell.*, *contra mss. Cod.*, *sed eum Theod. C.* — [33]) In condemnationibus *Theod. C.* — [34]) *subscr. om. Hal.*

26. [a]) **Iidem AAA.** et **Arcadius**[1])**A. ad Pelagium, Comitem R. P.** — [2]) Quum post sententiam discussoris vel rationalis fuerit provocatum, ad sinceritatem tuam negotium transferatur, ut, si mediocritas negotii aut longinquitas regionis ad iudicium tuum litigatores venire non patiantur[3]), iudicio rectoris provinciae[4]), quem ipse probaveris, negotium deleges. Dat. XV. Kal. Mart. Mediolano, **Arcadio A. I. et Bautone Conss.**[5]) [385.]

27. [b]) **Imp. Arcadius et Honorius AA. Ennoio**[6]), **Proconsuli Africae.** — [7]) Nominationes libellis vel edictis factae citra consilium[8]) publicum non valent; de quibus nec appellare necesse est, si solemnitas deest. Dat. XVII. Kal. Iun. Mediolano, **Olybrio et Probino Conss.**[9]) [395.]

28. [c]) **Iidem AA. Nebridio, Proconsuli Asiae.** — Si quis libellos appellatorios ingesserit, sciat, se habere licentiam arbitrium commutandi et suos libellos recuperandi, ne instae poenitudinis humanitas amputetur. Dat. XI.[10]) Kal. August. Constantinop. **Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss.** [396.]

29. [d]) **Iidem AA. ad Eutychianum P. P.**[11]) — Addictos supplicio et pro criminum immanitate damnatos nulli per vim atque usurpationem vindicare liceat ac tenere. Quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendae provocationis copiam non negamus, ut ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem per errorem vel gratiam[12]) cognitoris oppressa putatur esse iustitia; ea conditione, ut, si[13]) proconsul, vel comes Orientis, vel[14]) augustalis, vel vicarii fuerint cognitores, non tam ad clementiam nostram, quam ad amplissimas potestates sciant esse referendum. Eorum enim de his plenum volumus esse iudicium, qui, si ita res est, et crimen exegerit, rectius possint punire damnatos. Dat. VI. Kal. August. Mnizo[15]), **Honorio A. IV. et Eutychiano Conss.** [398.]

30. [e]) **Iidem AA. Theodoro**[16]) **P. P.** — Si quis provocatione interposita suspecti iudicis velit prolatam[17]) vitare[18]) sententiam, in hac voce liberam habeat potestatem, nec timeat contumeliam iudiciorum, quum et ab ipsa iniuria possit facile provocare,[19]) maxime quum a solo tantum praefecto praetorio[20]) non sine dispendio causae provocare permissum sit. Sciant igitur cuncti, sibi ab iniuriis et suspectis iudicibus et in[21]) capitali supplicio ac fortunarum dispendio provocationem esse concessam. Dat. VII. Id. Iun. Mediolano, **Theodoro V. C. Cons.** [399.]

31. [f]) **Impp. Honorius et Theodosius**[22]) **AA. Asclepiodoto**[23]) **P. P.** — [24]) Si appellationem oblatam, in qua vel tuae amplitudinis vel urbanae[25]) praefecturae sacrum auditorium postulatur, iudex non susceperit, vel suscepta appellatione apostolorum copiam denegaverit, ad deponendam super hac iniquitate querimoniam, nec non etiam conveniendum adversarium ex sententia prolata iuxta antiquum ius anni metas habeat litigator. Vel si huiusmodi appellatio suscepta non fuerit, in qua inferiorum iudicum sacra desideratur auditio, ad haec eadem facienda sex menses habeat litigator. Si vero arbiter appellationem suscipere aut relationem dare contemserit, quatuor mensium tempora observentur; ut his, quae statuimus, actitatis, pareat appellator temporibus, quae de appellationibus definita noscuntur. Dat. III. Kal. April. Constantinopoli, **Asclepiodoto et Mariniano Conss.** [423.]

32. [g]) **Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. P.** — Praecipimus, ex appellationibus spectabilium iudicum, quae per consultationes nostri numinis disceptationem implorant, non nostram ulterius audientiam exspectari, ne nostris occupationibus, quibus pro utilitate mundi a singulorum nonnunquam negotiis avocamur, aliena fraudari[26]) commoda videantur. Sed si a proconsulibus vel augustali vel comite Orientis vel vicariis fuerit appellatum, virum illustrem praefectum praetorio, qui in nostro est comitatu, virum etiam illustrem quaestorem nostri palatii, sacris iudiciis praesidentes disceptationem iubemus arripere, eo ordine, ea observatione, iisdem[27]) temporibus, quibus ceterae quoque lites fatali die post appellationem in sacris auditoriis terminantur. Et hoc, licet quidam praedictorum spectabilium iudicum iure concesso, ut sacri iudices, appellationes acceperint. §. 1. Quodsi a duce fuerit appellatum, si idem et praeses sit, praefectura necessario tantum iure ordinario in sacro auditorio iudicabit. §. 2. In his autem omnibus iudiciis, quae[28]) consultationum introduximus loco, vel apostolos vel ea, quae apud eum gesta sunt, contra cuius

---

[a]) *hausta ex l.* 45. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *iungenda l.* 7. *C. quorum appellat. VII.* 65.; *Bas. IX.* 1. 117. — [b]) *l.* 53. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *iungenda l.* 46. *C. de decurion. X.* 31.; *Bas. IX.* 1. 118. — [c]) *hausta ex l.* 56. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *Bas. IX.* 1. 119. — [d]) *hausta ex l.* 57. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *const. ex parte gemina est l.* 6. *C. de episcop. aud. I.* 4., *ut et ipsa l.* 57. *Th. C. cit. geminatur in l.* 16. *Th. C. de poenis IX.* 40.; *iungendae legg.* 11. *et* 12. *C. de episc. I.* 3.; *Bas. IX.* 1. 120. — [e]) *hausta ex l.* 58. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *Bas. VI.* 4. 1. *et IX.* 1. 121. — [f]) *l.* 67. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *iungenda l.* 3. *C. de fruct. et lit. exp. VII.* 51. — [g]) *Bas. IX.* 1. 122.; *fortasse iungenda l.* 1. *C. qui pro sua iurisd. III.* 4.

[1]) *Theod. C., Bk.*; Idem a et c Archadius a *S. Perus.*; Impp. Hon. et Arch. *mss. Vat. Bg.*; Iidem AAA. *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) Post alia *praemittunt Russ. et rell. cum Theod. C., sed contra mss. Cod.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char.*; patiatur *Pac. Sp. Bk.*; patitur *Theod. C.* — [4]) iudici provinciae *Theod. C.* — [5]) *subscr. om. Hal.* — [6]) *Cont. Char. Pac., Theod. C.*; Evodio *Hal. Russ.*; Ennodio *mss. mea, Sp. Bk.* — [7]) post alia *praemittunt Cont.* 66. *et postea rell. cum Theod. C., sed contra mss. Cod.* — [8]) *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; concilium *ms. Bg., edd. rell.*; conscilium *mss. Pl.* 1. 2.; *sed* κατὰ κοινὴν γνώμην *Bas.* — [9]) *subscr. om. Hal.* — [10]) X. K. ā. *ms. Pist., quod locum omittit, sed rel. subscr. confirmat* — [11]) *Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; Ruphino pp *ms. Vat., v. not.* 35. *ad l.* 6. *C. I.* 4.; Caesario P. P. *Hal. Cont.* 66. *et postea rell., praeter Bk., qui edidit* Eutychiano Pf. P.; *is, ad quem data est const., penitus abest a mss. Cas. Pl.* 1., *ed. Nbg. et S. Perus. Ms. Bg. inscribit:* Imp. Ant. A. Thōd. [*lege Theodoro*]. — [12]) vel errore vel gratia *Theod. C.* — [13]) sive *Theod. C., a quo trinum* vel *abest, quod sequitur.* — [14]) praefectus *ins. edd. Nbg. Hal. et postea rell., contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et omn. mss. Russ. et ed. Schf. et Theod. C.* — [15]) Mnizi *Bk.* — [16]) Iohanni *mss. Vat. Pl.* 1. — [17]) prolatam *om. Theod. C.* — [18]) *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf., Theod. C.*; evitare *rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg., Theod. C.*; et *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [20]) a solis tantum praefectis, *om.* praetorio, *Theod. C.* — [21]) et a *Theod. C., Bk.* — [22]) Theod. et Honor. *edd. Nbg. Hal. et rell. praeter Bk., contra mss. mea et S. Perus.* — [23]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus., Theod. C.*; ad Asclepiodotum *Hal. et rell.* — [24]) Post alia *praemittunt Russ. et postea rell. cum Theod. C., sed contra mss. Cod.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ., Theod. C.*; urbicariae *edd. Schf. Cont. et rell.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Hal.*; defraudari *edd. Schf. Russ. et rell.* — [27]) que *annectunt ms. Pl* 2., *edd. Nbg. Hal. et postea rell., contra mss. Pl.* 1. *Bg et ed. Schf.* — [28]) in *ins. mss. Pl.* 2. *Bg.*

cuius sententiam dicitur appellatum, suscipere ab appellatoribus, et cognitiones inducere apud viros illustres praedictos indices, et ea, quae geruntur, excipere, scribere, scriptaque litigatoribus edere nostros epistolares praecipimus; officiis videlicet eorum, cum quibus vir illustris quaestor indicat, exsequentibus indicata. §. 3. Haec, si appellatio fuerit oblata iudici [1]), qui non ex delegatione cognoscit. Eorum enim sententiis appellatione suspensis, qui ex delegatione [2]) cognoscunt, necesse est eos aestimare [3]), iuste nec ne fuerit appellatum, qui causas delegaverint iudicandas. §. 4. Huic saluberrimae legi illud etiam consultissime credidimus [4]) inserendum, ut, si privato, non illustri, uni pluribusve, ut assolet, nostra serenitas adita delegaverit causam, et eius eorumve definitio fuerit appellatione suspensa, vir quidem magnificus praefectus praetorio, qui in nostro est comitatu, cum viro illustri quaestore temporali iudicet die [5]). Nostri vero libellenses, quae apud arbitros gesta sunt, suscipiant, cognitiones inducant, et ea, quae geruntur, excipiant, scribant, scriptaque litigatoribus edant; qui etiam apud arbitros, licet illustres sint, ex delegatione nostra cognoscentes excipiunt, si in sacratissimo nostri numinis comitatu causae dicantur. §. 5. Sane si illustrium ac magnificorum iudicum sententiae fuerint appellatione suspensae, eorum videlicet, quorum sententias licet appellatione suspendi, per consultationem nostram volumus audientiam exspectari, licet antea privato homini, id est non illustri, lite a nobis delegata, is postea tempore definitionis illustri decoratus dignitate reperiatur; eodem observando, et si alter ei coniunctus sit arbiter, qui non illustrem meruit dignitatem. §. 6. Quidquid autem hac lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum constitutionumque regulis omnes relictum intelligant [6]).

33. [a]) Idem AA. Cyro P. P. [7]) — Eo casu, quo apparitor magisteriae potestatis de curia vel officio [8]) cohortali de statu in provincia patitur [9]) controversiam, vel ut tributa vel functiones debens in provincia detinetur, si sententia [10]) rectoris provinciae fuerit appellatione suspensa, cum tua sublimitate viro quoque magnifico magistro militum cognoscente causae iubemus merita ponderari, licet magister militum rectori provinciae causam delegaverit peroraudam. Dat. prid. Non. Mart. Constantinopoli, Cyro V. C. Cons. [11]) [441.]

34. [b]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Iubemus, si qua suggestio maioris vel minoris iudicis ad nostram referatur clementiam de negotio, quod indicandum ei tradidimus vel de quo pro sua iurisdictione iudicaverit, petentis, a nostro numine finem eidem imponi negotio, quod ab eo disceptatum est, sive additum sit eidem suggestioni, quid referenti placeat (dum id partibus per sententiae [12]) recitationem manifestum non fecit), sive nihil huiusmodi adiectum sit, sed simpliciter nostri numinis [13]) responsum exspectat, non prius causam [14]) discerni, quam per sacram pragmaticam nostri numinis iussionem duo magnifici viri vel patricii vel consulares vel praefectorii, quos pro tempore nos elegerimus, iubeantur adiungi viro illustri pro tempore quaestori nostri palatii, et una cum eo in scriptis relationem discernere (sive praesentibus partibus [15]) hoc perspexerint [16]), sive absentibus), et responsum relationi dandum sua sententia manifestare; ut tamen dispositio huiusmodi excellentissimorum iudicum omnimodo rata sit, nulli danda licentia provocationem contra [17]) eorum proferre [18]) sententiam, vel aliam quamcunque dubitationem introducere. Quam observationem non solum si unus iudex suggestione vel relatione usus fuerit, tenere censemus, sed etiam si duobus vel amplioribus datis iudicibus, in unam sententiam minime omnes convenerint, sed diversas suas sententias unusquisque nostrae mansuetudini retulerit, vel omnes nos consuluerint, quid decernendum [19]) sit.

35. [c]) *Epitome graec. const. Iustiniani ex Bas.*

[20]) Ἤδη τῆς τριακοστῆς δευτέρας διατάξεως εἰπούσης, ἐπὶ πάντων των ἀρχόντων τῶν ἰλλουστρίων, ἀφ' ὧν [21]) ἐστὶν ἐκκλητος, τὸν βασιλέα τῆς ἐκκλητου ἀκροᾶσθαι, ἡ παροῦσα διάταξις εὑροῦσα νόμιμον ἐγνωσμένον, ὅτι κατὰ τῆς ἀποφάσεως τῶν ἐπάρχων ἐκκλητος μὲν οὐκ ἐστίν, ἀναψηλάφησις δέ ἐστι, καὶ εἰ μὲν ἕτερός ἐστιν ἔπαρχος, πιθανόν ἐστιν, ὅτι ἀνατρέπει τὰ παρ' ἑτέρῳ [22]) κριθέντα, ἐὰν δὲ ὁ αὐτὸς γένηται ἔπαρχος πάλιν ὁ ἤδη ψηφισάμενος [23]), οὕτως

Iam tricesima secunda constitutione dicente, in omnibus magistratibus illustribus, a quibus est appellatio, principem de appellatione cognoscere, quia praesens constitutio invenit ius notum, quod adversus sententiam praefectorum appellatio quidem non est, sed retractatio, et, si alius quidem sit praefectus, credibile est, rescissurum eum apud alterum iudicata, si vero idem rursus praefectus factus fuerit, qui iam pronuntiavit, adversus cuius sententiam et supplicationes

---

[a]) *hausta ex Nov. Theod. XIV., ideoque iungenda l. 3. C. de apparit. mag. mil. XII. 55.; Bas. IX. 1. 123.* — [b]) *Bas. IX. 1. 124.* — [c]) *Bas. IX. 1. 125. et 126. praebent epitomas duarum graecarum constitutt., quae hic exciderunt. Restitutio debetur Cuiacio Obss. XII. 3., quem secuti Codici inseruerunt Char. Cont. 76. et rell. Graeca excidisse testantur ms. Vat., Russ. Cont. 66. 71., S. Perus.*

[1]) iudicis *ms. Pl. 1.* — [2]) cognoscit — delegat. *om. ms. Pl. 1.*; *etiam a ms. Bg. abfuerunt* Eorum — cognoscunt. *Verbi* cognosc. *repetitio causa est huius omissionis.* — [3]) existimare *mss. Pl. 1. Bg. Gt.* — [4]) credimus *mss. Pl. 1. Bg., edd. Nbg. Schf.* — [5]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., Russ. Cont. Char. Pac. Sp., Cuiac. Obss. XII. 4.*; temporali videlicet die *ms. Gt., edd. Nbg. Schf.*; temporali videlicet die cognoscat *Hal. Bk.*; *sed hoc cognoscat ex glossa in textum venisse, ex ipsa glossa apparet*; *nobiscum etiam faciunt Bas.* — [6]) *subscr. fortasse repetenda ex l. 1. C. III. 4.* — [7]) *Nov. Theod., ex qua h. l. manavit, inscribitur* Ariovindo magistro militum. *Sed quum codd. in nostra const. de Cyro conspirare videantur, aut de vitio per codd. vulgato aut de errore ipsorum conditorum Codicis cogitandum est. Nihil itaque muto.* — [8]) a decuria vel off. *ms. Bg.*; a decuriali off. vel *ms. Pl. 2.*; *etiam in ms. Pl. 1.* decuria *uno verbo legitur. Equidem coniicio* a curia vel off., *ut in §. 5. et 6. Nov. cit.* — [9]) patiatur *mss. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf., sed contra Nov. Theod.* — [10]) vel interlocutio *ins. Nov. Theod.* — [11]) *hanc subscr. restitui ex Nov. Theod.* — [12]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., mss. Russ., ed. Nbg.*; suae *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [13]) *etiam hic, ut saepius, codd. vacillant inter* nominis *et* numinis; *quid rectum sit, docet Cuiac. Obss. XXVIII. 1.* — [14]) eam *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.* — [15]) si *ins. mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.* — [16]) prospexerint *ms. Bg., edd. Nbg. Hal.*; prospexerit *ms. Pl. 2.* — [17]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Hal. Bk.*; contra provocationem *edd. Schf. Russ. et rell.* — [18]) offerre *mss. Pl. 1. 2., omn. Russ.* — [19]) discernendum *mss. Pl. 1. 2., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [20]) Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός *praemittunt Char. et rell., quod non probo, cfr. not. 4. ad l. 5. C. VII. 51.* — [21]) *Bas. ed. Fabr. et ed Heimb.*; ἐφ' ὧν *Cuiac. et edd. Cod.* — [22]) ἑτέρου *Bas.* — [23]) ψηφησάμενος *Cuiac. Char. Pac. Sp.*

τινος κατὰ τῆς ψήφου καὶ αἱ δεήσεις προσηνέχθησαν, ἐπειδὴ προείληπται ὑπὲρ τῆς παλαιᾶς αὐτοῦ ἀποφάσεως λέγειν, κελεύει ἡ διάταξις, ὥστε τὸν κοιαίστωρα συνακρυᾶσθαι αὐτῷ, δεύτερον ἢ τρίτον γενομένῳ ἐπάρχῳ [1]) καὶ ἐξετάζοντι τὰς ἐπὶ τῆς προτέρας αὐτοῦ ἀρχῆς γενομένας ἀποφάσεις, θεσπίζουσα, ὥστε μηδεμίαν εἶναι κατὰ τῶν τοιούτων ἀποφάσεων ἀναψηλάφησιν.

nes oblatae sunt, quia praesumitur pro vetere sua sententia dicturus, praecipit constitutio, ut quaestor simul cognoscat cum eo, qui iterum aut tertium praefectus creatus est et in priore suo magistratu latas sententias examinat, statuens, ut nulla sit adversus eiusmodi sententias retractatio.

36. *Epitome graec. const. Iustiniani ex Bas.*

[2]) Χρὴ μετὰ πᾶσαν τὴν δίκην τότε τὴν ἔκκλητον ἐπιδοθῆναι (οὐδὲ γὰρ βλάπτεταί τις, ἐὰν ἐν τῷ μεταξὺ ἐγένετο διαλαλιὰ ἀπαρνουμένη αὐτῷ δίκαιον ἁρμόζον αὐτῷ, τουτέστιν ἢ μαρτύρων παραγωγὴν, ἢ ἀνάγνωσιν συμβολαίου· δύναται γὰρ ἐν τῇ ἐκκλήτῳ πάντα γυμνάσαι), ἵνα μὴ κατὰ τῆς μέσης διαλαλιᾶς ἐπιδεδομένης ἐκκλήτου μῆκος διδῶται ταῖς ὑπερθέσεσι, πολλάκις ἐν τῇ αὐτῇ ὑποθέσει ἐπιδεδομένης ἐκκλήτου καὶ ἐξεταζομένης, πάλιν ἄλλου κεφαλαίου γυμναζομένου, καὶ πάλιν καὶ κατ' αὐτοῦ παρεχομένης ἐκκλητου. Ἐὰν δὲ διαιτητής ἐστιν ὁ ἐν μέσῃ διαλαλιᾷ δίκαιόν τι αὐτοῖς ἀρνησάμενος, κελεύει ἐγγράφως τούτῳ ἐπισκῆπτειν, ὥστε ἐν τῇ ἐκκλήτῳ φυλάττεσθαι αὐτοὺς [3]) τὴν περὶ τούτου δικαιολογίαν ἀπρόκριτον [4]). Εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένηται, μήτε δεχέσθω τὴν ἔκκλητον ὁ δικαστής, καὶ αὐτὸς ὁ ἐκκαλεσάμενος ὑπὲρ τῆς παραβάσεως πενήκοντα λίτρας ἀργύρου παρεχέτω.

Tota lite finita appellationem interponere oportet (neque enim laeditur quis, si in media lite facta interlocutio fuerit, quae deneget ius ei competens. id est vel testium productionem vel instrumenti recitationem; potest enim in appellatione omnia persequi), ne contra mediam interlocutionem interposita appellatione lis protrahatur, saepius in eadem causa appellatione interposita et examinata, rursus alio capitulo ventilato, et rursus adversus ipsum porrecta appellatione. Si vero iudex delegatus est, qui media interlocutione ius aliquod ipsis denegavit, iubet scriptis ei contradicere, ut in appellatione de eo defensionem sine praeiudicio conservent. Si vero contra haec factum fuerit, iudex appellationem ne recipito, et ipse appellator pro transgressione quinquaginta libras argenti persolvito.

37. [a]) Imp. Iustinianus A. [5]) Mennae P. P. — In offerendis provocationibus, ex quibus consultationum more negotium in sacrum nostrum palatium introduci solebat, hoc addendum esse censemus, ut, si quidem non excedat litis aestimatio decem librarum auri quantitatem, ex ipsa scilicet sententia indicis discernendam [6]), non duobus, sicut antea, magnificis indicibus, sed uni tantummodo disceptatio negotii deputetur. Sin vero memoratam excedens quantitatem viginti libris auri terminetur, duobus tradatur [7]) magnificis indicibus, viris scilicet devotis epistolaribus cognitionalia certamina excipientibus, ita tamen, ut, si dissentirent [8]), virum illustrem pro tempore quaestorem adhibeant, ut eo dubietatem dirimente finiatur negotium. His videlicet litibus, quarum aestimatio viginti librarum auri quantitatem excedit, in commune auditorium florentissimorum sacri nostri palatii procerum introducendis, ut tamen secundum iam statuta liceat quidem non solum victo, sed etiam victori consultationem, ad unum vel duos iudices mittendam, intra biennii tempus ei vel eis intimare; post excessum enim memorati temporis huiusmodi licentiam amputamus. Quae vero fuerint ab eo vel eis decreta, nulla provocatione suspendantur. Novas etiam [9]) assertiones a partibus apud eundem vel eosdem iudices addi, ad exemplum consultationis ad sacrum nostrum palatium introducendae [10]), permittimus. Dat. VIII. [11]) Id. April. Constantinop. Decio Cons. [529.]

38. Idem A. Demostheni P. P. — Si quando duciano indicio appellatio fuerit oblata, sive ab ipsa qualitate indicis, sive ex divina delegatione, viro spectabili duci destinata, sive inter spectabiles idem dux connumeretur, sive illustri dignitate decoretur [12]), sive etiam maiore, quum etiam magisteriae potestatis homines nec non consulares saepe utilitate publica poscente ad huiusmodi curam perveniunt [13]), nullo discrimine habito, non dignitatem, sed ducatus magistratum spectari, et appellationem ex quocunque duce pervenientem [14]), non ut antea erat dispositum, sed apud virum sublimissimum magistrum officiorum nec non virum excellentissimum nostri palatii quaestorem, communi audientia proposita, in sacro auditorio more consultationum, viris devotis epistolaribus excipientibus, ventilari [15]); nulla veteris legis in hac causa observatione custodienda, sed apud eosdem tantummodo excellentissimos iudices causa tractanda.

39. [b]) Idem A. Iuliano P. P. — Ampliorem providentiam subiectis conferentes, quam forsitan ipsi vigilantes inveniunt, antiquam observationem emendamus, quum in appellationum auditoriis is solus post sententiam iudicis emendationem mereretur, qui ad provocationis convolasset auxilium, altera parte, quae hoc non fecisset, sententiam sequi, qualiscunque fuisset, compellenda. Sancimus itaque, si appellator semel in iudicium venerit et causas appellationis suae proposuerit, habere licentiam et adversarium eius, si quid iudicatis opponere maluerit, si praesto fuerit, hoc facere et iudiciale mereri praesidium; sin autem absens fuerit, nihilominus iudicem per suum vigorem eius partes adimplere. §. 1. In refutatoriis autem libellis, qui solent maxime in sacro auditorio prudentissimorum nostrorum procerum recitari, caveant tam litigatores quam

---

a) *Bas. IX.* 1. 127. — b) *Bas. IX.* 1. 128.

[1]) τῆς πόλεως ἢ προαιτωρίων *addere cod. Coisl., monet Heimb.* — [2]) Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς *praemitt. Char. Pac. Sp. Bk.*; Ὁ αὐτὸς *A. praemitt. Cont.* 76.; *v. not.* 20. *ad l.* 35. — [3]) αὐτοῖς *Bas. ed. Heimb.* — [4]) *Cuiac. Cont.* 76., *Bas. ed. Heimb.*; ἀπόκριτον *rell.* — [5]) *sic nomen exscribendum est secundum mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. et S. Perus.*; Idem A. *Cont. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; discernenda *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; decernenda *Russ. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *ed. Nbg.*; disceptatio *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; dissenserint *ms. Gt.*; dissentiant *Hal. et rell.* — [9]) etiam *edd. Nbg. Hal.* — [10]) introducere *edd. Schf. Hal.* — [11]) VIIII. *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. tuetur*; *subscr. om. Hal.* — [12]) decoratur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; perveniant *Hal. et rell.* — [14]) venientem *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sancimus *add. Russ. et rell.*

quam libellorum dictatores verbosis uti adscriptionibus [1]), et ea, quae iam perorata sunt, iterum resuscitare, sed haec sola eis inscribere, quae compendiosa narratione causas provocationis possunt explanare, vel aliquid novi continent, vel addere quod derelictum est; scituri, quod, si hoc fuerit praetermissum, non deerit adversus libellorum conditores amplissimi iudicii competens indignatio, quod sufficiant gestorum volumina introducta et virorum spectabilium magistrorum scriniorum breves omnia apertissime ostendere. §. 2. Sed quum [2]) scimus, legem nostram esse promulgatam, per quam more consultationum in causis quidem, quae usque ad decem libras auri extenduntur, unum iudicem sanximus [3]) superponi [4]), viginti autem duos sublimissimos iudices, sed [5]) quum prima quidem facie [6]) videbatur non tantam summam [7]) excedere, in definitiva autem sententia apparebat iudici vel iudicibus etiam maiorem quantitatem debere imponere, non erat eis possibile formam, qua erant conclusi, excedere. Sed nos definimus et omnem eis damus facultatem, si hoc ita fuerit subsecutum, licere eis et ampliorem summam praefata quantitate, in qua dati sunt iudices, excedere, et non ad modum suae rationis, sed ad veritatis indaginem ferre sententiam, ne tanti iudices, quasi vinculis praepediti, non possint legum veritati et iudiciali vigori per omnia satisfacere. Dat. VI. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste Conss. [8]) [530.]

Tit. LXIII.

[a]) DE TEMPORIBUS ET REPARATIONIBUS APPELLATIONUM SEU CONSULTATIONUM.

1. [b]) Imp. Constantinus A. ad Crispinum. — Si quis per absentiam nominatus, vel ad duumviratus aliorumque honorum infulas vel [9]) munus aliquod evocatus, ad provocationis auxilium cucurrerit, ex eo die interponendae appellationis duorum mensium [10]) spatia [11]) ei computanda sunt, ex quo contra se celebratam nominationem didicisse monstraverit. Nam praesenti, qui factam nominationem cognoverit [12]), et appellare voluerit, statim debent [13]) duorum mensium spatia computari. Dat. VIII. [14]) Id. Iul. Constantino A. VI. et Constantio [15]) C. Conss. [320.]

2. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. P. — Tempora fatalium dierum pro seculi nostri beatitudine credimus [16]) emendanda, ubique dilationum materias amputantes. Et primi quidem fatalis diei tempora post appellationem, sive a viro clarissimo rectore provinciae sive a spectabili iudice fuerit appellatum, sex mensium [17]) esse iubemus. Quodsi primo fatali die lapsus est appellator, tricesimum primum diem alterum volumus esse fatalem. Quodsi eo quoque appellator exciderit, tertium similiter totidem diebus intermissis fatalem observari decernimus. Quodsi tertius quoque lapsus fuerit temporalis, quartum etiam fatalem post tricesimum primum diem similiter observari decernimus. Quodsi ita contigerit, ut quatuor fatalibus diebus qui appellavit exciderit, tunc intra trium aliorum mensium [18]) spatium a nostro numine reparationem peti praecipimus; quo petita nec adversarium decernimus admoneri, nec temporalem diem ad petitionem reparationis numerari, sed trium mensium spatio ex quarto fatali numerando causam induci praecipimus, licet ante unum diem reparatio fuerit impetrata, licet allegata in iudicio virorum illustrium praefectorum non fuerit. Nec hoc parti nocebit adversae, quum non dubius, sed notus omnibus dies fatalis appareat. [19]) Hoc, si adversus viri clarissimi rectoris provinciae vel spectabilium iudicum sententias fuerit appellatum. §. 1. Quodsi, [20]) arbitro in provincia ex delegatione sacra disceptante, appellatio subsequatur, post priorem fatalem lapsum tres alii tantum fatales dies similiter, ut supra dictum est, servabuntur, nulla reparatione a nostro numine postulanda, ita ut, nonaginta tribus diebus elapsis, iudicat congruae exsecutioni mandentur. Sin autem ex sententia praetorianae praefecturae vel magistri officiorum vel ab [21]) alio illustri dignitate decorato arbiter in hac sacratissima [22]) civitate fuerit delegatus, et appellatio contra definitionem vel sententiam eius subsecuta fuerit, primus quidem fatalis dies duorum mensium [23]) alii vero tres ad similitudinem supra dictorum fatalium numerentur. Qui vero delegatum vel a spectabili iudice seu praeside provinciae arbitrum [24]) appellaverit, primum quidem fatalem diem duorum mensium, tres vero alios ad similitudinem praedictorum fatalium dierum habeat. §. 2. Illud etiam circa observationem fatalium dierum custodiri decernimus, ut, si forte temporales in feriatos [25]) quoquo [26]) modo inciderint, praecedentes eos dies ut temporales a litigantibus observentur. Quodsi quis secus, ac [27]) iura praecipiunt, lapsus die fuerit temporali [28]), et hoc primo loco vel a praesente adversario vel etiam a iudice, si solus litigat appellator, fuerit oppositum probatumque, pro eo habebitur appellator, ac si sententiam quoquo modo non coactus susceperit. Dat. XII. Kal. Mai. [29]) Valentiniano A. V. et Anatolio Conss. [440.]

Authent.

---

[a]) *Dig. XLIX.* 4. — [b]) *l.* 10. *Th. C. de appellat. XI.* 30., *cui inserta sunt nonnulla ex l.* 19. *Th. C. cod.*; *Bas. IX.* 1. 129. — [c]) *Bas. IX.* 1. 130.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Schf.*; adsertionibus *Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; Sed enim *Hal. et rell.*, *verum contra omn. mss. Russ.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2.; sanccimus *ms. Bg.*; sancimus *edd.* — [4]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.*; supponi *ms. Bg.*, *edd. rell.*; in *addit ms. Veron.* — [5]) sed *lineae superscriptum in ms. Bg.*; *videtur omittendum vel mutandum in et.* — [6]) lis *ins. ms. Gt.* — [7]) non tantum summa *ms. Bg.*, *quod probo.* — [8]) et Or. VV. CC. *ms. Veron.*, *omisso*, *ut videtur*, Conss.; *subscr. a Russ. ex cod. restituta.* — [9]) et *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel ad *ms. Pl.* 1. — [10]) mensuum *ms. Veron.* — [11]) tempora *ms. Veron.*, *Theod. C.* — [12]) cognovit *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.* — [13]) debet *et post* spatium *ms. Veron.*, *Theod. C.* — [14]) VII. *ms. Veron.*, *in quo postea pro* VI. *est* V. — [15]) *scr.* Constantino; *subscr. om. Hal. Cont.* 62., *a Russ. restituta ex Theod. C.* — [16]) credidimus *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [17]) mensuum *ms. Veron.* — [18]) trium alium mensum *ms. Veron.*, *et sic* mensum *statim infra.* — [19]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; kt *praemittunt edd.* — [20]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; ab *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [21]) ab *om. mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; *statim post* alius — decorati *ms. Pl.* 2. *et ms. Gt. secunda manu*; alterius — decorati *ms. Bg. secunda manu*; alia — decoratus *ed. Schf.* — [22]) florentissima *ms. Pl.* 1. — [23]) mensum *ms. Veron.*, *et sic statim post.* — [24]) arbitrium *ms. Bg.* — [25]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; dies *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [26]) quoque *Sp. vitio typ.* — [27]) ut *ins. Sp.* — [28]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; dies — temporalis *edd.* — [29]) Iun. *ms. Veron.*, *quod convenit cum rel. subscr.*, *quae a Russ. ex cod. restituta est et abest ab Hal. et Cont.* 62.

Authent. de his, qui ingrediuntur ad appellat. (Nov. 49 pr. et c. 1.) — *Ei, qui appellat, impertitur annus, intra quem secundum se communiterve cum adversario* [1]) *litem exsequatur, aut si iusta causa intercesserit, alius annus indulgeatur; quo transacto lite non completa, rata manet sententia. Appellatore* [2]) *cessante, quum unus mensis superest ex biennio, licet victori ingredi, ut reus quaeratur, quo sive invento sive non, suas afferat allegationes, et vel confirmetur vel rescindatur sententia; in omni casu absente in expensis condemnando secundum tempora fatalium dierum. Neutro vero occurrente, post secundum fatalem permanet sententia rata.*

Authent. de appellationibus. §. 1. (Nov. 93. c. 1.) — *Si tamen in medio causae apud iudicem appellationis vel motae vel non motae aliqui eligantur arbitri, et propterea biennium transeat, intra quod oporteat appellationem finiri, et per quamlibet occasionem ad iudicem appellationis causa revertatur, non laedatur ex cursu temporis, sed exerceatur, et terminum* [3]) *legitimum suscipiat, etsi decies millies plus, quam biennii tempus transierit, nisi biennium cesserit, postquam arbitrium fuerit desertum.*

Authent. de appellat. et intra quae tempora. §. Ad haec sancimus. (Nov. 23. c. 2.) — *Sed et lis, quae speratur in consistorium principis inferri, absque damno morae maneat intacta, donec ipse faciat eam introduci et a proceribus secundum morem dirimi.*

Authent. ut sponsalitia largitas. §. Hoc quoque. (Nov. 119. c. 4.) — *Si, appellatione secuta, novissimo induciarum die aut pars utraque aut solus, qui appellatione usus est, occurrerit, et suam praesentiam manifestaverit iudici futuro appellationis examinanti negotium, vel eius consiliariis, aut his, qui lites intromittunt, et iudex in definitis diebus eum suscipere differat, nullum praeiudicium partibus aut uni earum ex hoc penitus volumus fieri, sed post hoc examinari appellationes huiusmodi et legitima sententia terminari.*

3.[a]) **Imp. Iustinus** [4]) **A. Appioni** [5]) **P. P.** [c]) — Nemo arbitretur, in posterum licentiam futuram consultationibus [7]) ultra statuti temporis vivendi [8]) spatia, neque per oblationem precum, neque per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum, neque sub praetextu quodam altero; sed omnibus incumbendum esse vigilanti diligentia, quo provocationes eorum intra statutum tempus introducantur, ita ut etiam gesta in iudicio, contra quod provocatum est, non prope finem temporis tradantur scrinio sacrarum epistolarum, ne praepediatur per astutias fatalis rei terminus [9]), sed ant statim, postquam appellatum [10]) sit, aut non minus, quam ante dimidiam partem temporis, praebeantur scrinio, ne, quod per angustias contingit temporum, tardus appellationis fautor [11]) suo dispendio refutetur. Dat. Kal. Decemb. Constantinop. **Magno Cons.** [12]) [518.]

4.[b]) **Idem A. Tatiano** [13]), Magistro officiorum. — Per hanc divinam sanctionem decernimus, ut licentia quidem pateat in exercendis consultationibus tam appellatori quam adversae parti novis etiam assertionibus [14]) utendi vel exceptionibus, quae non ad novum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur et illis coniunctae sunt, quae apud anteriorem iudicem noscuntur propositae. Sed et si qua dicta quidem allegatio monstrabitur vel instrumentum aliquod prolatum, probationes tamen illo quidem defuerunt [15]) tempore, verum apud sacros cognitores sine procrastinatione praeberi poterunt [16]), id quoque eos admittere, quo exercitatis iam negotiis pleniore subveniatur veritatis lumine. Dat. V. Kal. Iun. Constantinop. **Rusticio Cons** [17]) [520.]

5.[c]) **Imp. Iustinianus** [18]) **A. Triboniano**, Quaestori sacri palatii. — Quum anterioribus legibus ex omni provincia ad hunc nostrum sacratissimum comitatum similis cursus ad appellationes exercendas impertitus est, necessarium nobis visum est huiusmodi spatiis iustum imponere libramentum. Sancimus itaque, si quidem ab Aegyptiaco vel Libyco limite, vel Orientali tractu usque ad utrasque Cilicias numerando, vel Armeniis, et [19]) gentibus, et omni Illyrico causa fuerit more appellationum transmissa, primum semestre spatium in antiqua definitione permanere, et nihil penitus neque diminui neque accrescere. Sin autem ex aliis nostri imperii partibus, sive Asianae sive Pontiacae [20]) sive Thraciae [21]) dioeceseos, lis provocatione suspensa in hanc regiam urbem perveniat, pro semestri [22]) spatio trium [23]) tantummodo mensium spatium eis indulgeri; aliis trium mensium spatiis, id est nonaginta [24]) tribus diebus, simili modo sequentibus sive semestre [25]) tempus sive tres priores menses, secundum locorum definitionem, quam designavimus. Sed et aliis tribus mensibus, qui ex reparatione ab aula concedi solent, in suo robore duraturis et prioribus accedentibus, ut partim annale numeretur, partim novem mensium spatium consequatur. §. 1. Et quum antea in fine cuiusque [26]) temporis unus fatalis dies ex antiquis legibus constitutus esset, et [27]) saepe eveniebat (quum multae sunt [28]) occasiones mortales appellationum), vel aegritudine, vel spatii prolixitate, vel per alias causas, quas nec dici nec enumerari facile si eundem diem fatalem non observari [29]), et lites expirare,

---

[a]) *Bas. IX.* 1. 131. — [b]) *Bas. IX.* 1. 132. — [c]) *Bas. IX.* 1. 133.

[1]) *cum adversario* om. *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [2]) *Ab hoc verbo nova incipit Authent. in mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.* — [3]) *triennium ed. Nbg.* — [4]) *Hal.*; Iustinianus *Russ. et rell.*; Iust. *vel* Iustin. *codd. habere solent*; *v. subscr.*, *quae nostram inscr. solam admittit, et not.* 18. *ad l.* 5. *h. t.* — [5]) Apioni *mss. Veron. Bg.* — [6]) *dignitas abest ab edd. Nbg. Hal.*; Pf. *ms. Bg.* — [7]) constitutionibus *ms. Veron.* — [8]) utendi *mavult Leunclav. Notatt. II.* 213.; nocendi *Russ. in marg.* — [9]) terminum *ms. Veron.* — [10]) exappellatum, *omisso fortasse* sit, *ms. Veron.*; *sed legendum probabiliter* est appellatum. — [11]) favor *ms. Bg. secunda manu.* — [12]) *hanc subscr. restitui ex ms. Veron.* — [13]) Taciano, Ticiano *mss. nonn.* — [14]) adstructionibus *Russ. in marg.*; *καινοῖς διχαιολογίαις Bas.* — [15]) *mss. Pl* 1 *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; defuerint *rell.* — [16]) potuerunt *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*; potuerit *ms. Pl.* 2. — [17]) D. V. K. iun. const. rusticio ss. *ms. Veron.*, *unde hanc subscr. restitui*; *cfr. Reland. fast. cons. p.* 688. — [18]) Idem A. *Hal. et postea rell.*, *sed mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. et ed. Nbg. refragantibus.* — [19]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Gt.*, *ed. Nbg.*; vel *ins. mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*; *utrumque*, *tam et quam* vel, *om. Russ. et rell.*; *sed cfr. l.* 5. *C. I.* 29. — [20]) Ponciacae *ms. Pl.* 1.; Pontianae *ed. Nbg.*; Pontiae *Hal.*; *Ποντικῆς Bas.* — [21]) Traicae *ms. Bg.*; Thracianae *Hal. cum ed. Nbg.*; *Θρακικῆς Bas.* — [22]) semestre (sementre) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [23]) duorum *ed. Schf.*; *sed Bas. quoque τριῶν μηνῶν.* — [24]) et *ins. edd. Nbg. Hal. et postea rell.* — [25]) impertiatur *ins. edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *sed contra omnia mss. Russ. et meo.* — [26]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; cuiuscunque *ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Russ. et rell.* — [27]) et *om. ms. Gt.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; sint *Russ. et rell.* — [29]) observare *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*

spirare, et huinsmodi luctuosis infelicitatibus patrimonia hominum titubare; propter hoc fortunae relevantes insidias sancimus, non in unum diem fatalem standum esse in posterum, sed, sive ante quartum diem fatalis luminis et ipsum fatalem, sive post quinque dies, ex quo ortus fatalis effluxerit, appellator venerit, et litem instituendam curaverit, et eam in competens iudicium deduxerit, legi videri satisfactum, nec [1]) ingemiscat mortuae causae dispendio [2]), sed nostro gaudeat beneficio, quum nobis cognitum sit, etiam ex errore calculi dierum, quem officium habuit, saepe esse causas periclitatas; quod in posterum non fieri ex remedio legis praesentis sperandum est. Eodem beneficio et in omnibus fatalibus aliis, qui vel [3]) a pedaneis iudicibus vel ab aliis dantur [4]), quos leges suis sanctionibus enumeraverunt, custodiendo seu observando, ut decem fatales [5]) pro uno ubique institutantur. §. 2. In his autem casibus, in quibus biennium constitutum est, quatenus more consultationum in [6]) regia urbe sub communi audientia florentissimorum [7]) nostri palatii procerum ventilentur, biennii metas unius anni termino coarctamus, ut intra eum et gesta colligere, et ea viris devotis epistolaribus tradere, et refutatorios libellos, si voluerint, offerre, et litem in sacrum nostrum consistorium introducere cogantur; nulli [8]) licentia deneganda victrici parti, si voluerit, secundum quod iam constitutum est, et praemature causam inducere, neque annali spatio exspectato. §. 3. Si tamen in sacro nostro consistorio lis exordium ceperit, etiamsi non fuerit in eodem die completa, tamen perpetuari eam concedimus, quum iniquum sit, propter occupationes florentissimi ordinis, quas circa nostrae pietatis ministeria habere noscitur, causas hominum deperire. §. 4. Illud etiam merito addendum huic legi censemus, ut si quis fatali die apud appellationis iudicem introductus, sive ex una parte sive cognitionaliter causae appellationis imponat exordium, deinde relicta ea discedat, et in desidia reliquum tempus permaneat, et annale tempus post inchoatam litem praeterierit, victore neque sententiam ad effectum perducere valente propter litem iam inchoatam, neque iam terminum accipere inveniente, quum appellatoris absentia eam [9]) finiri non facile concedit [10]), huiusmodi iniquitatem amputantes (quum adversarius potest etiam minime praesente appellatore litem exercere, quia hoc speciale privilegium eius est, qui appellationi examinandae praesidet, posse [11]) ex una parte causam dirimere) iubemus, eundem appellatorem, nisi observaverit iudicium et causam usque ad finem peregerit, sed [12]) per eum steterit, quominus omnia litis certamina impleantur, appellatione defraudari, et sententiam contra eum latam in suo robore durare et ad effectum perduci, tanquam si ab initio minime fuerit provocatum; nisi ipse appellator evidentissime [13]) probationibus possit ostendere, se quidem, summa ope nisum, voluisse litem exercere, per iudicem autem stetisse, vel aliam inexorabilem causam subsecutam, propter quam hoc facere minime valuit. Tunc etenim aliud ei annale tempus indulgemus, quo effluente, et lite minime finem accipiente, cadere eum de appellatorio iuvamine disponimus, quum ei sit apertissima facultas et nostram adire maiestatem, et tarditatem iudicis in querelam deducere, et nostro beneficio perpotiri. §. 5. Cui consentaneum est, ut et in sententiis omnium amplissimorum praefectorum praetorio ex divino oraculo retractandis eadem observatio, quae supra dicta est, post ingressum unius vel utriusque partis tam propter absentiam personarum, quam propter statuta tempora teneat. §. 6. Sin autem partes inter se scriptura interveniente paciscendum esse crediderint, nemini parti licere ad provocationis auxilium pervenire vel ullum fatale [14]) observare, eorum pactionem firmam esse censemus. Legum etenim austeritatem [15]) in hoc casu volumus pactis litigantium mitigari. Dat. XV. Kal. Decemb. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [16]) [529]

Tit. LXIV.

a) QUANDO PROVOCARE NECESSE [17]) NON EST.

1. b) Imp. Alexander A. Apollinari [18]) et aliis. — Latam [19]) sententiam dicitis, quam ideo vires non habere contenditis, quod contra res prius iudicatas, a quibus provocatum non est, lata sit. Cuius rei probationem si promtam habetis [20]), etiam citra provocationis adminiculum quod ita pronuntiatum est sententiae auctoritatem non obtinebit. PP. VIII. Kal April. Alexandro A. Cons. [21]) [222.]

2. c) Idem A. Capitoni [22]). — Si, quum inter te et aviam defuncti quaestio de successione esset, iudex datus a praeside provinciae pronuntiavit, potuisse defunctum et [23]) minorem quatuordecim anni, testamentum facere, ac per hoc aviam potiorem esse sententiam eius contra tam manifesti iuris formam datam nullas habere vires palam est, et ideo in hac specie nec provocationis auxilium necessarium fuit. Quodsi, quum de aetate quaereretur, implesse defunctum quartum decimum annum, ac per hoc iure factum testamentum pronuntiavit, nec provocasti, aut post appellationis [24]) impletam causam destitisti, rem iudicatam retractare non debes.

3. Imp. Gordianus A. Ingenuo. — Si, ut proponis, suspensa apud amplissimos iudices cognitione provocationis, quam te ob id interposuisse dicis, quod decurio nominatus esses, ad duumviratum vocatus es, manifestum est, praeiudicium futurae notioni memoratorum iudicum fieri non potuisse.

4.

---

a) *Dig. XLIX.* 8. — b) *Bas. IX.* 1. 134. — c) *Bas. IX.* 1. 135.

1) ne *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — 2) dispendium *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.* — 3) vel *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — 4) dantur *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; *mendum latere videtur in v.* qui. — 5) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; dies *ins. rell.* — 6) hac *ins. ms. Gt.*, *male*, *v. subscr.* — 7) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; sacri *ins. edd. rell.* — 8) nulla *ms. Gt.* — 9) ea *ms. Pl.* 2. — 10) concedat *edd. Nbg. Hal. et postea rell. contra codd. meos.* — 11) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; et *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — 12) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; si *ed. Schf.*; sed et si *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 13) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; evidentissimis *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 14) fatalem *mss. Pl.* 1. 2. — 15) auctoritatem *ms. Pl.* 1., *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.* — 16) *subscr.*, *a Russ. ex cod. restituta, abest ab Hal. Cont.* 62. — 17) non est necesse *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; *sed seriem verborum in textu tuentur mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.* — 18) Apollinario *mss. pleraque.* — 19) Datam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — 20) haberetis *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — 21) *subscr. om. Hal.* — 22) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *S. Perus.*; Capioni *ms. Bg.*; Capitaneis *edd.* — 23) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd Nbg. Schf. Hal.*; etiam *rell.* — 24) appellationem *mss Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *sed contra mss. Pl.* 1. 2.; *Russ. in cuius omnibus mss. est* appellationem, *hanc lect praefert et statim post coni.* destitutisti.

4. [a]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus Nob. [1]) C. Iuliano. — Quum magistratus datos iudices, et unum ex his pronuntiasse proponas, non videtur appellandi necessitas fuisse, quum sententia iure non teneat.

5. [b]) Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Domitiano. — Certa ratione et fine mulctare praesides possunt. Quodsi aliter et contra legis [2]) statutum modum provinciae praeses mulctam vobis irrogaverit, dubium non est, id, quod contra ius gestum videtur, firmitatem non tenere et sine appellatione posse rescindi. PP. Id. Ian. Caro et Carino Conss. [3]) [283.]

6. [c]) Iidem AAA. Germano. — Quum non eo die, quo praeses provinciae praecepit, iudex ab eodem datus pronuntiaverit, sed ductis diebus alieniore tempore sententiam dedisse proponatur, ne ambages frustra interpositae provocationis ulterius negotium protrahant, praeses provinciae, superstitiosa appellatione submota, ex integro inter vos cognoscet.

7. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [4]) Nicagorae [5]). — Venales sententias, quae in mercedem [6]) a corruptis iudicibus proferuntur, et [7]) citra interpositae provocationis auxilium iam pridem a divis principibus infirmas [8]) esse decretum est.

8. Iidem AA. Constantino [9]). — Si pater tuus, quum decurio creareris, non consensit, et quindecim annos [10]) aetatis agis, aditus praeses provinciae, si inhabilem te ad eundem [11]) decurionatus honorem esse perspexerit, quando huiusmodi aetati etiam praetermissa appellatione subveniatur, iniquam nominationem removebit.

9. [e]) Iidem AA. et CC. Rufino [12]). — Veteranis, qui in legione vel vexillatione militantes post vicesima stipendia honestam vel causariam missionem consecuti sunt, onerum et [13]) munerum personalium vacationem concessimus. Huiusmodi [14]) autem indulgentiae nostrae tenore remunerantes fidam devotionem militum nostrorum, etiam provocandi necessitatem remisimus.

10. [f]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Omnem honorem salvum iudicibus reservantes, si quando una pars, quasi laesa per definitivam eorum sententiam, provocatione usa fuerit, interdicimus alteri parti, quae vicit, pro hoc tantummodo, quod nihil capere pro sumtibus litis vel [15]) detrimentis vel minus, quam oportuerat, iussa est, provocationem offerre, quum ipse [16]) decisionem litis recte factam esse confiteatur; iudicibus scilicet, sive florentissimis proceribus sacri nostri palatii, sive his, quibus pro minore litium aestimatione consultationes delegantur, si perspexerint adiuvandum esse victorem sumtuum perceptione, etiam sine provocatione eius hoc statuentibus, et iustam eorundem sumtuum quantitatem definientibus. §. 1. Sed nec occasione consultationis introducendae victori provocare concedimus, quum et priscis legibus liceat ei et sine provocationis auxilio eandem consultationem differente suo adversario introducere, et nos ei nihilo minus hoc permittimus, iniuriam ex supervacua provocatione iudicibus fieri prohibentes. Dat. VIII [17]) Id. April. Constantinop. Decio V. C. Cons. [18]) [529.]

Tit. LXV.

6) QUORUM APPELLATIONES NON RECIPIUNTUR [19]).

1. [h]) Imp. Antoninus A. Sabino. — Eius, qui per contumaciam absens, quum ad agendam causam vocatus esset, condemnatus est, negotio prius summatim perscrutato, appellatio recipi non potest. PP. Non. Iul. Antonino A. IV. et Balbino [20]) Conss. [213.]

2. [i]) Impp. Constantius et Constan AA. [21]) ad Hieroclem, Consularem Syriae Coeles [22]). — Observare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt [23]), argumentis [24]) convictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium scelusque confessus audiatur appellans. Sicut enim hoc [25]) observari disposuimus, ita aequum est [26]), testibus productis, instrumentis [27]) prolatis, aliisque argumentis praestitis, si sententia contra eum lata sit, et ipse, qui condemnatus est, aut minime vocs sua confessus sit, aut formidine tormentorum territus [28]) contra se aliquid dixerit, provocandi licentiam ei non denegari [29]). Dat V. Id. Decemb. Leontio et Sallustio Conss. [30]) [344.]

3. [k]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Modestum P. P. — Nulli officialium a sententia proprii iudicis provocatio tribuatur, nisi in eo tantum negotio, quod ratione civili, super patrimonio forte [31]), apud proprium iudicem inchoaverit, scilicet ut in eo tantum negotio a sententia eius, cui paret iudici [32]), quis-

---

[a]) *Bas. IX.* 1. 136. — [b]) *Bas. IX.* 1. 137. — [c]) *Bas. IX.* 1. 138. — [d]) *Bas. IX.* 1. 139. — [e]) *Bas. IX.* 1. 140. — [f]) *Bas. IX.* 1. 141.; *Cuiac. Recitatt. in Cod. ad tit. praeced. iungit leg.* 37. *C. de appell. VII.* 62. — [g]) *Dig. XLIX.* 5. — [h]) *Bas. IX.* 1. 142. — [i]) *fons est l.* 7. *Th. C. quorum appellat. XI.* 36.; *Bas. IX.* 1. 143. — [k]) *l.* 17. *Th. C. quorum appellat.*; *Bas. IX.* 1. 144.

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Nob. *om. rell.* — [2]) lege *ms. Pl.* 1. — [3]) *sic ex cod. huss. restituit subscr.*, *quae abest ab Hal. Cont.* 62.; Caro A. II. et Carino C. Conss. *Bk.* — [4]) et CC. *ins. mss. Pl.* 1. *Vat.* — [5]) Nicanori *mss. nonn.* — [6]) pro mercede *Russ. in marg.*; *sed* εἰς μισθὸν *Bas.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; etiam *rell.* — [8]) infirmatas *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; *sed* ἀδυνάτους εἶναι *Bas.* — [9]) Constantio *mss. nonn.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ms. Bg. ex correct.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; et quintum decimum annum *Russ. et rell.* — [11]) ad obeundum *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t. ex castigatioribus libris.* — [12]) Rufinae *Hal. et postea rell. contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et S. Perus.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont.*; vel *ms. Bg.*, *Char. et rell.* — [14]) Huius *mss. Pl.* 1. 2 *Bg.* — [15]) et *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omn. mss. Russ.*; cum et ipse *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; cum et ipse *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) *Russ. Cont.* 66. 76.; VII. *rell.* — [18]) *locum et cons.*, *quos om. Hal. Cont.* 62., *Russ. in marg. restituit ex cod.* — [19]) recipiantur *mss. Pist. Cas. Bg.*, *S. Perus.* — [20]) II. *ins. Bk.*; *subscr. om. Hal.* — [21]) Imp. Constantinus A. *Hal.*; *unum tantum Imp. in inscr. agnoscunt etiam mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.* — [22]) ad Catulinum *rell. omiss. Hal. fortasse ex l.* 6. *C. IX.* 12; *etiam a mss. Pist. Cas. Vat. Bg. dignitas abest*, *eam tamen non penitus omissam esse in Iust. Cod. probat ms. Pl.* 1., *in quo est* adderio [*sive* adclerio] cl. — [23]) adulterorum itemque raptorum *Theod. C.* — [24]) argumento *Theod. C.*, *qui et mox habet* teste. — [25]) ita *ins. mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *omn. mss. Russ.* — [26]) ut *ins. edd. Nbg. Hal.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; instrumentisque *edd. Schf. Russ. et rell.* — [28]) tentus [temptus] *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [29]) denegamus *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; denegemus *Hal.* — [30]) *subscr. om. Hal.* — [31]) forsitan *Theod. C.* — [32]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Theod. C.*; iudicis *rell.*

quisquis velit officialis appellet, quod per procuratorem [1]) persequi iure tribuitur. Dat. IV. Id. Iun. Cyzico [2]), Valentiniano et Valente AA. [3]) Conss. [365.]

4. [a]) Imppp. Valentinianus, Valens et [4]) Gratianus AAA. ad Olybrium P. U. — Abstinendum prorsus [5]) appellatione sancimus, quoties fiscalis calculi satisfactio postulatur, aut tributariae functionis solemne munus exposcitur, aut publici vel etiam privati, dummodo evidentis atque convicti redhibitio debiti flagitatur, ut [6]) necessario in contumacem vigor iudiciarius excitetur. PP. Romae, XV. Kal. Septemb. Valentiniano et Valente II. AA. Conss. [7]) [368.]

[[b]) 4. B. Idem AAA. ad Claudium P. P. — Si clericus ante definitivam sententiam frustratoriae dilationis causa ad appellationis auxilium convolaverit, mulctam quinquaginta librarum argenti, quam contra huiusmodi appellatores sanctio generalis imponit, cogatur expendere. Hanc autem non fisco nostro volumus accedere, sed pauperibus fideliter erogari. Dat. VIII. Id. Iul. Valentiniano N. P. et Victore Conss. [369.]]

5. [c]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Thalassium, Proconsulem Africae. — Ab exsecutione appellari non posse, satis et iure et constitutionibus cautum est [8]), nisi forte exsecutor sententiae modum indicationis excedat. A quo si fuerit appellatum, exsecutione suspensa decernendum putamus, ut, si res mobilis est, ad quam restituendam exsecutoris opera fuerit indulta, appellatione suscepta possessori res eadem detrahatur [9]) et idoneo [10]) collocetur, reddenda ei parti, pro qua sacer cognitor indicaverit. Quodsi de possessione vel de [11]) fundis exsecutio concessa erit [12]), et eam suspenderit provocatio, fructus omnes, qui tempore interpositae provocationis capti vel postea nati erunt, in deposito collocentur, iure fundi [13]) penes eum, qui appellaverit, constituto. Sciant autem se [14]) provocatores vel ab exsecutione appellantes vel ab articulo [15]), si eos perperam intentionem cognitoris suspendisse claruerit, quinquaginta librarum argenti animadversione mulctandos. Dat. III. Kal. Febr. Treviris, Valente VI et Valentiniano II. AA. Conss. [16]) [378.]

6. [d]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hypatium P. U. — Quisquis, ne voluntas defuncti [17]) testamento scripta reseretur, vel ne hi, quos scriptos patuerit [18]) heredes, in possessionem mittantur [19]), ausus fuerit provocare, interpositamque appellationem is [20]), cuius de ea re notio erit, recipiendam esse crediderit, vigiuti librarum argenti [21]) mulcta et litigatorem, qui tam importune appellaverit, et iudicem, qui tam ignave [22]) conniventiam adhibuerit, involvat. Datum Non. April. [23]) Treviris [24]), Ausonio [25]) et Olybrio Conss. [379.]

7. [e]) Idem AA. [26]) et Arcadius A. [27]) ad Pelagium, Comitem rerum privatarum. — Ante [28]) sententiae tempus et ordinem eventus nec a discussore nec a rationali appellare [29]) liceat. Dat. XV. Kal. Mart. Mediolano, Arcadio A. I. et Bautone Conss. [30]) [385.]

8. [f]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Apollodoro, Comiti rerum privatarum. — Et publicarum necessitatum et privati aerarii [31]) deposcit utilitas, ne commoda, quae domui nostrae debentur, callidis debitorum artibus differantur. Quamobrem eorum appellatione reiecta, qui aperte manifesteque convicti sunt, hoc observari praecepti huius auctoritate censemus, ut ei, quem constiterit esse publicum debitorem, appellationis beneficium denegetur. Dat. IV. [32]) Id. August. Mediolano, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [33]) [396.]

TIT. LXVI.

---

[a]) *l.* 19. *Th. C. quorum appellat. XI.* 36.; *Bas. IX.* 1. 145. — [b]) *Geminatam fuisse hoc loco leg.* 2. *C. de episcop. aud. l.* 4. *multis argumentis verisimillimum est.* **Paratitla** *enim ad Coll. const. eccl. l.* 3. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1270.) *docent, in nostro tit. constitutam fuisse legem, cuius argumentum plene convenit cum l.* 2. *C. cit. Accedit, quod haec ipsa l.* 2. *affirmata est ex l.* 20. *Th. C. quorum appellat. non recip. XI.* 36., *depromta igitur ex eo fonte, ex quo noster tit. praecipue haustus est. Tandem et in eo est aliqua vis, quod universus fere tit. de episc. aud. ex geminatis constitutt. compositus est. Pro sententia, repetendum esse in nostro tit. leg.* 2. *de episc. aud., stant Iac. Gothofr. not. ad l.* 20. *Th. C. cit., Haenel. in not. superior. ad l. c.,* **Biener** *Revision d. Just. Cod. p.* 87., *Bk. in ad. Cod. Cfr. not. d. ad l.* 11. *C. I.* 55. — [c]) *l.* 25. *Th. C. quorum appellat. XI.* 36.; *Bas. IX.* 1. 146. — [d]) *l.* 26. *Th. C. quorum appellat. XI.* 36.; *Bas. IX.* 1. 147. — [e]) *l.* 29. *Th. C. quorum appellat. XI.* 36.; *iungenda l.* 26. *C. de appellat. VII.* 62.; *Bas. IX.* 1. 148. — [f]) *l.* 32. *Th. C. quorum appellat. XI.* 36.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; etiam *ins. Hal. et rell.* — [2]) *Theod. C.*; Syzico *Russ.*; Cyzici *Cont. et rell.* — [3]) *Iac. Gothofr. vult III., ut sit a.* 370.; *sed v. Haenel. not. ad l.* 17. *Th. C. cit.* — [4]) Idem AA. et *magis conveniret cum mss. Cas. Pl.* 1. — [5]) *mss. Bg. Pl* 1., *Theod. C.*; ab *ins. ms. Pl.* 2., *edd.* — [6]) *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Russ. et postea rell., Theod. C.*; aut *Hal.*; *utrumque, tam* ut *quam* aut, *abest a ms. Pl.* 1. *et ab omn. mss. Russ.* — [7]) *subscr. om. Hal.* — [8]) ita ut appellantem etiam nostris sanctionibus statuta mulcta compescat *ins. Theod. C., quod additamentum agnoscunt Bas.* — [9]) retrahatur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omn. Russ., edd. Nbg. Hal.* — [10]) *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., Theod. C.*; et idonee *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*; et loco idoneo *ms. Gt.*; et sequestro idoneo *Hal. et rell.*; *verum* sequestro *abest ab omn. libris Russardi et respuitur a Bas.* καὶ ἐπιτηδείως ἀποτεθῇ. — [11]) de *om. Theod. C.* — [12]) *Theod. C., Bk., eamque lect. flagitant Bas.* ἐκβιβασμὸς ἀποδοθῇ; cessaverit *mss. mea et edd. rell.* — [13]) vel *ins. Theod. C.* — [14]) se *post* provocat. *ponunt edd. Schf. Russ. et postea rell. contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et edd. Nbg. Hal. et Theod. C. et Bas.* — [15]) *Bas. vertunt* κατὰ διαλαλιᾶς [*ab interlocutione*]. *Caeterum Theod. C. addit:* ex his duntaxat causis, ex quibus recipi iussimus provocationem. — [16]) *subscr. om. Hal.* — [17]) diem functi *Theod. C.* — [18]) paruerit *ms. Pl.* 1. — [19]) heredes edicti per divum Hadrianum conditi beneficium consequantur *Theod. C.* — [20]) is *om. Theod. C.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Russ. et postea rell.*; auri *ms. Bg., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; *sed* ἀργυρίου *Bas.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; ignavem *edd. Nbg. Schf.*; ignavam *Russ. et rell.* — [23]) Aug. *mavult Iac. Gothofr.* — [24]) Triverio *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — [25]) X. *add. Russ. Cont. Char. Pac., fortasse oriundum ex lit.* x. *superscripta nomini Auson., tamquam varia lectione.* — [26]) AAA. *ms. Vat., Hal. Russ. Cont.* 62. — [27]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. *Bk., contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *quae in eo conveniunt, ut solus Arc. sit nominandus, propter reliquos vero legislatores ad inscr. praeced. const. ablegandum.* — [28]) certum *ins. Theod. C.* — [29]) appellari *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [30]) *subscr. om. Hal.* — [31]) privatae rei *ms. Pl.* 2., *ms. Pl.* 1. *ex correct.* — [32]) *Theod. C., Bk.*; III. *Russ. et rell.* — [33]) *subscr. om. Hal.*

Tit. LXVI.

[a]) SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT.

1. [b]) Imp. Alexander A. Juliano. — Etiam post mortem eius, qui appellavit, necesse est heredibus eius vel reddere [1]) causas [2]) provocationis, vel statutis acquiescere. PP. VI. Kal. Nov. [3]) Alexandro A. [4]) Cons. [222.]

2. [c]) Idem A. Marcellinae. — Eius, qui requirendus annotatus appellaverit [5]) et ante actam causam mortuus est, bona ad successorem pertinere, parentibus meis placuit. PP. III. Non. Decemb. Alexandro [6]) Cons. [222.]

3. [d]) Idem A. Ulpio. — Si is, qui ademtis [7]) bonis in exsilium datus est [8]), appellaverit, ac pendente provocatione defunctus est, quamvis crimen in persona [9]) eius evanuerit, tamen causam bonorum agi oportet. Nam multum interest, utrum capitalis poena irrogata bona quoque reo [10]) adimat, quo casu, morte eius exstincto crimine, nulla quaestio superesse potest, an vero non ex damnatione capitis, sed speciali praesidis sententia bona auferantur; tunc enim [11]) subducto reo sola capitis causa perimitur [12]), bonorum remanente quaestione. PP. VI. [13]) Id. Mart. Modesto et Probo Conss. [14]) [228.]

4. Imp. Gordianus A. Alexandro. — Si pater tuus ad decurionatum devocatus [15]) appellationem interposuit, eaque pendente concessit in fatum, honoris [16]) eius quaestio morte finita est. PP. prid. Non. Octob. Pio et Pontiano Conss. [17]) [238.]

5. [e]) Idem A. Felici. — Quamvis ancilla, de cuius dominio disceptabatur et a rectore provinciae contra te ius dictatum [18]) fuerat, in fatum concesserit, tamen, quum appellationem super ea [19]) interpositam fuisse et in numero cognitionum pendere proponas, ea provocatio suo ordine propter peculium ancillae audiri debet. PP. VII. Kal. Decemb. Pio et Pontiano Conss. [20]) [238.]

6. [f]) Imp. Constantinus A. ad Bassum P. P. [21]) — Si unus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione defunctus sit, non residuum tantum temporis heredes eius habeant [22]), sed etiam alios quatuor menses. Sin autem ad deliberationem hereditatis certum tempus indulgetur, post elapsum [23]) eius idem tempus [24]) quatuor mensium numerabitur [25]), ne ignorantes negotium vel etiam super adeunda hereditate dubitantes, prinsquam aliquod commodum sentiant, damnis affici compellantur. Dat. XIII. [26]) Kal. Iun. [27]) Sirmio [28]), Crispo II. et Constantino II. Caess. Conss. [29]) [321.]

Tit. LXVII.

DE HIS, QUI PER METUM IUDICIS NON APPELLAVERUNT

1. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Diophani [30]). — Si contra te iure pronuntiatum est nec appellationis imploratum auxilium [31]), intelligis, acquiescere te statutis oportere. In sacro enim comitatu nostro timere nihil potuisti. S. XV. Kal. Iun. [32]) Philippopoli, AA. Conss. [33]) [293 — 304.]

2. [h]) Imp. Iulianus A. Germaniano [34]) P. P. [35]) — His, qui tempore competenti non appellant, redintegrandae audientiae facultas denegetur. Omnes igitur, qui contra praefectos urbi, magistros officiorum, [36]) magistros militum [37]), seu proconsules, seu comites Orientis, seu vicarios, seu praefectos augustales [38]), vel alium iudicem [39]) sub specie formidinis provocationem non arbitrantur interponendam, revocanda lite pellantur [40]). Qui vero vim sustinuerunt [41]), contestatione publice proposita, intra dies videlicet legitimos, quibus appellare [42]) licet, causas appellationis evidenti affirmatione distinguant, ut hoc facto,

---

[a]) *Dig. XLIX.* 13. — [b]) *Bas. IX.* 1. 149. — [c]) *Bas. IX.* 1. 150. — [d]) *Bas. IX.* 1. 151. — [e]) *Bas. IX.* 1. 152. — [f]) *fons est l.* 1. *Th. C. si pend. appellat. IX.* 35.; *Bas. IX.* 1. 153. — [g]) *Bas. IX.* 1. 154. — [h]) *fons est l.* 30. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *Bas. IX.* 1. 155.

[1]) reddi *ms. Veron.* — [2]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; causam *edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) *ms. Veron., ms. Russardi*; *proxime accedit ms. Pist.* pp. G. K. non.; PP. III. Non. Decemb. *Russ. et rell.* — [4]) *mss. Veron. Pist., Bk.*; A. *om. rell.*; *Russ. in marg. ex suo cod. restituit* Alexan. A. III. et Dione Conss., *sed contra mss. Veron. Pist.*; *subscr. om. Hal.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; appellaverat *ms. Veron.*; appellavit *Hal. et rell.* — [6]) A. *ins. Bk., contra ms. Veron., quod subscr. tuetur*; *Hal. om. subscr.* — [7]) adempta *ms. Veron.* — [8]) est *om. mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [9]) personam *ms. Veron.* — [10]) rei *ms. Veron.* — [11]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; etenim *edd. rell.* — [12]) permittitur *ms. Veron.* — [13]) *num. abest a Russ. Cont.* 62.; V. *ms. Veron.*; *in ms. Pist. est* pp. G. id. — [14]) *subscr., quam tuetur ms. Veron., abest ab Hal.* — [15]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2 *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; evocatus *Russ. et rell.* — [16]) honeris *ms. Bg.*; oneris *ms. Pl.* 1. *ex correct.* — [17]) *hanc subscr. restitui ex ms. Veron.* — [18]) contra te iudicatum *ms. Veron.* — [19]) *mss. Veron. Gt., ed. Schf.*; super eam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; super ea re *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) *subscriptionem restitui ex ms. Veron.* — [21]) *mss. Cas. Pl.* 1., *S. Perus., ed. Nbg., Theod. C. ed. Haenel.*; P. U. (praef. urbi) *mss. Veron. Pist., Hal. et postea rell.*; *sed cfr. not. n. Haenelii ad l.* 1. *Th. C. cit. Caeterum* Post alia *add. Cont. et postea rell., haud dubie ex Theod. C., contra mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [22]) habent *mss. Veron. Pl.* 2. — [23]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; lapsum *Cont. et rell.* — [24]) *mss. Veron. Bg.*; post elaps. eiusdem tempus *mss. Pl.* 1. 2.; post el. eiusdem temporis *ed. Nbg.*; post elaps. (laps.) eius temporis *edd. Schf. Hal. Russ. Cont. et rell.* — [25]) enumeravitur *ms. Veron.*; spatium *addunt edd. Schf. Hal. et postea rell., contra mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. et ed. Nbg.* — [26]) XII. *Russ.*; III. *mss. Veron. Pist.* — [27]) Ian. *ms. Pist.* — [28]) *Theod. C.*; Sirmi *ms. Veron.*; Sirmii *Russ. et rell.* — [29]) *subscr. om. Hal.* — [30]) *mss. Veron. Cas. Pl.* 1., *S. Perus.*; Diofani *ms. Vat.*; Diophi *ms. Bg.*; Dorophani *Hal. et rell.* — [31]) *mss. Veron. Bg.*; app. aux. impl. (impl. aux.) est *mss. Pl.* 1. 2., *edd.* — [32]) Iul. *ms. Veron.* — [33]) *locum et conss., quos tuentur mss. Veron. Pist., Russ. in marg. restituit ex cod.*; *subscr. om. Hal.* — [34]) *mss. Veron. Pist., S. Perus., Bk.*; Germiano *ms. Cas.*; Germano *ms. Vat.*; Germ. *ms. Bg.*; Geminiano *ms. Pl.* 1., *Hal. et rell.* — [35]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Bg., Bk., Theod. C., S. Perus.*; P. P. *om. ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [36]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Nbg*; vel *ins. ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [37]) mag. off., mag. mi. *om. Theod. C.* — [38]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg. Hal. Bk.*; seu comites, seu praefectus Orientis, seu vicarios augustales *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed nostram verborum seriem probant Bas. et Theod. C., a quo tamen absunt* seu praef. august. — [39]) vel alium iud. *om. Theod. C.* — [40]) *ms. Veron., ms. Bg. ante correct., Theod. C.*; repellantur *mss. Pl.* 1. 2., *edd.* — [41]) sustinuerint *ms. Pl.* 1., *Theod. C.* — [42]) *mss. Veron. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Bk., Theod. C.*; appellari *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. rell.*

facto, tanquam interposita appellatione iisdem aequitatis adminicula tribuantur. Emissa XV. Kal. Iul. [1]) Mamertino et Nevitta Conss. [2]) [362.]

Tit. LXVIII.

SI UNUS EX PLURIBUS APPELLAVERIT.

1. [a]) Imp. Alexander A. Licinio. — Si indici probatum fuerit, unam eandemque condemnationem eorum quoque, quorum appellatio insta pronuntiata est, fuisse, nec diversitate factorum separationem accipere, emolumentum victoriae secundum ea, quae [3]) constituta sunt, ad te quoque [4]) pertinere non ignorabit. PP. XIV. [5]) Kal. Sept. Maximo [6]) II. et Aeliano Conss. [7]) [223.]

2. [b]) Idem A. Sereno. — Si in una eademque causa unus appellaverit, eiusque iusta appellatio pronuntiata est, ei quoque prodest, qui non appellaverit. Quodsi aetatis auxilio unus contra sententiam restitutionem impetravit [8]), maiori, qui suo iure non appellaverit, hoc rescriptum non prodest. S. III. Id. Sept. Iuliano et Crispino Conss. [9]) [224.]

Tit. LXIX.

SI DE MOMENTARIA [10]) POSSESSIONE FUERIT APPELLATUM.

1. [c]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Rusignium P. P. — Quum de possessione et eius [11]) momento causa dicatur [12]), etsi appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortiatur [13]) effectum. Ita tamen possessionis reformationem fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa servetur. Dat. XIV. [14]) Kal. Decemb. Mediolano, Honorio N. P. [15]) et Evodio Conss. [386.]

Tit. LXX.

NE LICEAT IN UNA EADEMQUE CAUSA TERTIO PROVOCARE, VEL POST DUAS SENTENTIAS IUDICUM, QUAS DEFINITIO PRAEFECTORUM ROBORAVERIT [16]), EAS RETRACTARE.

1. [d]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Si quis in quacunque lite iterum provocaverit, non licebit [17]) ei tertio in eadem lite super iisdem capitulis provocatione uti, vel sententias excellentissimorum praefectorum praetorio retractare; licentia danda litigatoribus, arbitro dato, ipsius audientiam, qui eum dedit, ante litis contestationem [18]) invocare, et huiusmodi petitione minime provocationis vim obtinente. Dat. Kal. Iul. Constantinop. Dn. Iustiniano A. II. Cons. [19]) [528.]

Tit. LXXI.

[e]) QUI BONIS CEDERE POSSUNT.

1. [f]) Imp. Alexander A. Irenaeo. — Qui bonis cesserint, nisi solidum creditor receperit, non sunt [20]) liberati. In eo enim tantum [21]) hoc beneficium eis prodest, ne indicati detrahantur [22]) in carcerem. PP. X. [23]) Kal. Decemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [24]) [223.]

2. [g]) Impp. Philippus A. et Philippus C. Abascanto [25]). — Si quantitatem, quam licet reipublicae condemnatus debebas, inferre paratus es, frustra vereris, ne verbum bonorum cessionis, temere a te prolatum, privare te necdum distractis facultatibus iuris rationibus possit. PP. XIII. [26]) Kal. Februar. Philippo A. et Titiano [27]) Conss. [245.]

3. [h]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. [28]) et Valerianus Nobilissimus Caesar [29]) Lenillae [30]). — Si pater tuus bonis cessit propter onera civilia, ipsius facultates oportet inquiri, non patrimonium, quod tibi emancipatae [31]) quaesitum dicis, inquietari. Quod ut fiat, implorare aequitatem praesidis debes. PP. XIII. Kal. Decemb. Aemiliano et Basso Conss. [32] [259.]

4. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Chiloni. — Legis Iuliae de bonis cedendis beneficium, constitutionibus divorum nostrorum parentum [33]) ad provincias porrectum esse, ut cessio bonorum admittatur, notum est; non tamen creditoribus sua auctoritate dividere haec bona et iure dominii detinere [34]), sed venditionis remedio [35]), quatenus substan-

---

[a]) *Bas. IX.* 1. 156. — [b]) *Bas. IX.* 1. 157. — [c]) *l.* 1. *Th. C. si de momento. XI.* 37.; *Bas. IX.* 1. 158. — [d]) *Bas. IX.* 1. 159. — [e]) *Dig. XLII.* 3. — [f]) *Bas. IX.* 5. 10. — [g]) *Bas. IX.* 5. 11. — [h]) *Bas. IX.* 5. 12. — [i]) *Bas. IX.* 5. 13.

[1]) Ian. *Theod. C., Bk.*; *sed* Iul. *tuetur ms. Veron., ut et reliquam subscr.* — [2]) *subscr. om. Hal.* — [3]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Hal.*; saepe *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [4]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Hal.*; qui nec provocasti *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) XIII. *ms. Veron.* — [6]) Max. *restitui ex ms. Veron.* — [7]) et Aeliano Conss. *restitui ex ms. Veron.*; *subscr. prorsus abest ab Hal.* — [8]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; impetraverit *edd. rell.* — [9]) *hanc subscr. restitui ex ms. Veron.* — [10]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., S. Perus.*; momentanea *edd. Schf. Russ. et rell.*; *etiam Bas. IX.* 1. 158. *Μομενταρία νομή.* — [11]) eius *om. Theod. C.* — [12]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; dicitur *Hal. et rell., Theod. C.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; sortatur *ms. Veron.*; sortitur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) XIII. *Hal., qui locum omittit* — [15]) hon. nov. puero *ms. Veron.* — [16]) revocavit *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [17]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; liceat *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Hal.*; ante litem contestatam *Russ. et rell.* — [19]) *hanc subscr. restitui ex ms. Veron., in quo vacillat num. inter II. et V.*; *sed propter causas internas prior tantum stare potest.* — [20]) sint *ms. Veron., M. Vacar.* — [21]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; tantummodo *edd. Schf. Hal. et rell.* — [22]) detrudantur *ms. Pl.* 2. — [23]) *mss. Veron. Pist., Russ. Cont.* 62.; XII. *Russ. in marg. ex cod., Cont.* 66. *et rell.* — [24]) *subscr., quam tuetur ms. Veron., abest ab Hal.*; *apud Russ. in textu et Cont.* 62. *absunt* PP. *et* Kal. — [25]) Abascando *Sp., haud dubie ex vitio typ., Bk.*; *v. l.* 2. *C. VII.* 8. — [26]) XVI. *ms. Veron.* — [27]) *ms. Veron., Bk.*; Retiano *Russ. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [28]) AA. *om. Cont.* 66. *et postea rell. praeter Bk., et intrudunt post* Caes. — [29]) et Val. Nob. Caes. *om. ms. Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *sed contra mss. Veron. Cas. Pl.* 1. — [30]) *mss. Veron. Pl.* 1., *S. Perus.*; Zenillae *ms. Bg.*; Linillae *ms. Cas.*; Lenissae *ms. Vat.*; Iuliano *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; Iuliano Lenissae *Cont.* 66. *et rell.* — [31]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; emancipato *edd. rell.* — [32]) *hanc subscr. restitui ex ms. Veron.* — [33]) parentium *mss. Veron. Bg.* — [34]) retinere *ms. Bg., ed. Schf.* — [35]) remedium *ms. Veron.*

substantia patitur, indemnitati suae consulere permissum est. Quum itaque contra iuris rationem res iure dominii teneas eius, qui bonis cessit, te [1]) creditorem dicens, longi temporis praescriptione petitorem submoveri non posse, manifestum est. Quodsi non bonis eum cessisse, sed res suas in solutum tibi dediisse monstretur, praeses provinciae poterit de proprietate [2]) tibi accommodare notionem.

5. [a]) Idem AA. et CC. Mironi [3]). — Propter honorem municipalem vel munus bonis cedentium invidiosam admitti cessionem minime convenit, sed his obnoxios pro modo substantiae fungi.

6. [b]) Imp. Theodosius A. apud acta [4]) dixit: In omni cessione bonorum ex qualibet causa facienda, scrupulositate priorum legum explosa [5]), professio sola quaerenda est. Idem dixit: In omni cessione sufficit voluntatis sola professio. Dat. [6]) Kal. Mai. Honorio N. P. et Evodio Conss. [7]) [386.]

7. [c]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Quum et filiifamilias possint habere substantias, quae patribus acquiri vetitae sunt, nec non peculium, vel castrense vel quod patre volente possident, quare cessio bonorum eis deneganda sit? quum, etsi nihil in suo censu hi, qui in potestate sunt parentum, habeant, tamen, ne patiantur iniuriam, debet bonorum cessio admitti. Si enim et paterfamilias admittendus est propter iniuriarum timorem ad cessionis flebile veniens adiutorium, quare filiisfamilias utriusque sexus hoc ius denegamus? quum apertissimi iuris est et inter patresfamilias et inter alieno iuri subiectos, si quid postea eis pinguius accesserit, hoc iterum usque ad modum debiti posse a creditoribus legitimo modo avelli. Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis, VV. CC. [8]) [531.]

8. [d]) Idem A. Ioanni P. P. — Quum solito more a nostra maiestate petitur, ut ad miserabile cessionis bonorum homines veniant auxilium, et electio detur creditoribus vel quinquennale spatium eis indulgere vel bonorum accipere cessionem, salva eorum videlicet existimatione et omni corporali cruciatu semoto; quotidie dubitabatur, si quidam ex creditoribus voluerint quinquennales dare inducias, alii autem iam nunc cessionem accipere velint, qui audiendi sint. In tali itaque dubitatione nemini putamus esse ambiguum, quod sentimus, et quod humaniorem sententiam pro duriore eligimus [9]). Et sancimus [10]), ut vel ex cumulo debiti vel ex numero creditorum causa iudicetur. Et si quidem unus creditor aliis omnibus gravior in summa debiti inveniatur, ut, omnibus in unum coadunatis et debitis eorum computatis, ipse alios antecellat, ipsius sententia obtineat, sive indulgere tempus sive cessionem accipere desiderat. Si vero plures quidem sunt [11]) creditores, ex diversis autem quantitatibus, et [12]) nunc amplior debiti cumulus minori summae praeferatur, sive par sive discrepans numerus est creditorum, quum non ex frequentissimo ordine foeneratorum, sed ex quantitate debiti causa trutinatur [13]). Pari autem quantitate debiti inventa [14]), dispari vero creditorum numero, tunc amplior pars creditorum obtineat, [15]) ut, quod pluribus placeat, hoc statuatur. Sin vero undique aequalitas emergat tam debiti quam numeri creditorum, tunc eos anteponi, qui ad humaniorem declinant sententiam, non cessionem exigentes, sed inducias. Nulla quidem differentia inter hypothecarios et alios creditores, quantum ad hanc electionem, observanda; in rebus autem officio iudicis partiendis suam vim singulis creditoribus habentibus, quam eis legum praestabit regula. Nullo praeiudicio creditorum cuiquam [16]) ex quinquennali dilatione circa temporalem praescriptionem generando.

Tit. LXXII.

[e]) DE BONIS AUCTORITATE IUDICIS POSSIDENDIS SEU VENUMDANDIS, ET DE SEPARATIONIBUS BONORUM [17]).

1. [f]) Imp. Antoninus A. Atticae. — In bonis mortui potiorem esse causam legatariorum, qui enim utpote heredem convenire potuerunt, quam eorum, quibus ipse [18]) legavit, manifestum est, quum prius legatum quasi aes alienum exigitur [19]), legatum autem a mortuo relictum post debiti detractionem inducitur [20]).

2. [g]) Imp. Gordianus A. Aristoni. — Est iurisdictionis tenor promtissimus, indemnitatisque remedium edicto praetoris creditoribus hereditariis demonstratum, ut, quoties separationem bonorum postulant, causa cognita impetrent. Praeoptabis [21]) igitur convenientem desiderii tui fructum, si te non heredum fidem secutum, sed ex necessitate ad iudicium eos provocare demonstraveris.

3. [h]) Idem A. Claudianae. — Ex contractu, qui cessionem rerum antecessit, debitorem contra iuris rationem convenies, quum eum aequitas auxilio exceptionis muniat. At [22]) tunc demum iterato [23]) possis desiderare conventionem, quum tantum postea quaesivit, quod praesidem ad eius rei licentiam debeat promovere.

4. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Clarianae [24]). — Incivile est, quod postulas, ut unus ex chirographariis creditoribus debitoris bona compellatur suscipere, satis ceteris eius creditoribus facturus.

5. [k]) Idem AA. et CC. Acyndino [25]). — Si bona debitoris tui vacare constet, et haec a fisco non agnoscantur, in possessionem eorum mitti te a competente iudice recte postulabis. XVII. Kal. Ianuar.... Conss. [26])

6. [l]) Idem AA. et CC. Agathomaro [27]). — Pro

---

[a]) *Bas. IX.* 5. 14. — [b]) *l.* 3. *Th. C. qui bonis ex l. Iul. IV.* 20.; *Bas. IX.* 5. 15. — [c]) *Bas. IX.* 5. 16. — [d]) *Bas. IX.* 5. 17. — [e]) *Dig. XLII.* 5. *et* 6. — [f]) *Bas. IX.* 7. 50. — [g]) *Bas. IX.* 7. 51. — [h]) *Bas. IX.* 7. 52. — [i]) *Bas. IX.* 7. 53. — [k]) *Bas. IX.* 7. 54. — [l]) *Bas. IX.* 7. 55.

[1]) te *om. ms. Veron.* — [2]) proprietatibus *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [3]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., S. Perus.*; Myroni *Hal. et rell.*; *v. inscr. leg.* 1. *C. II.* 24. — [4]) Apud acta Imp. Theod. *verborum ordo est in Theod. C., S. Perus.*; ap. acta *om. mss. Cas. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.* — [5]) bonorum — explosa *om. Theod. C.* — [6]) VIII. *ins. Bk., male, v. Haenel not. l. et o. ad l.* 3. *Th. C. cit.* — [7]) *subscr. om. Hal.* — [8]) *subscr. deest ap. Hal.* — [9]) elegimus *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [10]) sancimus itaque *ms. Bg.* — [11]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; sint *rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; etiam *Russ. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; trutinetur *Hal. et rell.* — [14]) invenienda *ms. Bg.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; ita *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) cuidam *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [17]) bonorum *om. mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.* — [18]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; heres *ins. ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [19]) exigatur *edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; *sed indicativ. flagitant mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; inducatur *Hal. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; Reportabis *Russ. et rell.* — [22]) ac *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [23]) iteratam *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Bg. ex correct., ed. Schf.*; iteratim *ms. Gt.* — [24]) Cleartinae, Clearcinae, Clearcianae *mss. pleraque.* — [25]) Abidimo *mss. pleraque.* — [26]) *haec subscr. abest ab Hal.*; Conss. *om. Bk.* — [27]) Agathemero *mss. pleraque.*

Pro debito creditores addici sibi bona sui [1]) debitoris non iure postulant. Unde siquidem debitoris tui ceteri creditores pignori res acceperunt, potiores eos, quam te, chirographarium creditorem, haberi non ambigitur. Quodsi specialiter vel generaliter nemini probentur obligatae, ac sine successore communis debitor vel eius heres decessit, non dominii rerum vindicatione, sed possessione bonorum itemque venditione aequali portione pro rata debiti quantitate omnibus creditoribus consuli potest.

7.[a]) Idem AA. et CC. Domno. — Si uxor tua pro triente patruo suo heres exstitit, nec ab eo quidquam exigere prohibita est, debitum a coheredibus pro hesse petere non prohibetur, quum ultra eam portionem, qua successit, actio non confundatur. Sin autem coheredes solvendo non sint, separatio [2]) postulata nullum ei damnum fieri patiatur. Dat. Kal. Decemb. AA. Conss. [3]) [299.]

8.[b]) Idem AA. et CC. Aelidae. — In possessionem rei servandae [4]) uxor defuncti vel alii creditores missi, dominium ex hac [5]) causa tenentes adipisci minime possunt. Sub die VI. Kal. Ian. Nicaea Caess. Conss. [6]) [300 — 302.]

9.[c]) Idem AA. et CC. Gerontio [7]). — Quum proponas, eum, contra quem supplicas, ex administratione tibi negotiorum obligatum, hunc secundum iuris rationem adito rectore provinciae potes convenire. Nam si ad circumscriptionem tui iuris latitat [8]), nec defendatur [9]), et enim tuum esse debitorem constat [10]), ad exemplum edicti bonorum eius possessionem poteris impetrare. Tempore autem transacto, etiam venditionem eorum a competente iudice postulare non prohiberis. Dat. XIV. Kal. Septemb. [11]) Diocletiano .. et Maximiano .. AA. [12]) Conss.

Authent. de exhibendis et introducendis reis. §. Si vero semel. (Nov. 53. c. 4.) — *Et qui iurat, se venturum ad iudicem, si se subtraxerit, iudex ipse, si administrator sit vel is, qui iudicem dedit, iubeat eum exhiberi. Si vero omnino absit, examinet iudex, ubi sit, induciis datis, intra quas si non occurrat, secundum unam partem examinato negotio, mittet actorem in possessionem rerum eius iuxta mensuram declarati debiti. Quodsi redeat, antequam prosequatur causam, resarciat actori omne damnum, praestabitque fideiussorem de lite prosequenda, et res suas suscipiet* [13]).

10.[d]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum apud veteres quaestionem ortam invenimus super pecuniis debitis, pro quibus hypothecae non sunt constitutae, propter res ad debitorem pertinentes, dum is severiores creditores formidans sese celaverit, et illi [14]) de rebus ad eum pertinentibus competentia ingrediantur iudicia, postulentque in possessionem rerum sese transmitti, si etiam alii creditores, quibus obnoxius esse videtur, possint quandam habere communionem in rerum possessione [15]); huiusmodi dubitationem amputantes, censemus per praesentem divinam generalem constitutionem, ut, si non omnes huiusmodi debita praetendentes, sed ex his certi ab iudiciali sententia in possessionem rerum mittantur, non solum hi, sed etiam alii omnes talia debita praetendentes eadem commoditate potiantur, et [16]) possint cum prioribus rerum detentatoribus communionem habere in rebus, de quibus (sicut superius declaratur) prolata fuerit [17]) sententia. Quid enim iustius est, quam omnes, qui ad res debitoris mitti debent [18]), esse participes huiusmodi commoditatis? §. 1. Ut autem non in perpetuum aliorum negligentia illi, qui pro suis debitis alacriores creditoribus aliis ostendunntur fuisse, praegraventur, rectum [19]) nobis esse videtur, tunc communionem habere in possessione [20]) rerum alios creditores, qui non hoc peregisse noscuntur, quum praesentes quidem in una eademque degentes provincia, in qua et possessores rerum commorantur, intra duorum annorum spatia, absentes autem intra quadriennium creditoribus possessionem antelato modo detinentibus suum debitum certum faciant, et expensas secundum quantitatem debitorum persolvant eis, qui sententias consecuti sunt, per sacramentum eorum manifestandas, qui eas adipiscendae gratia possessionis rerum sustinuerunt, quia et secundum debita satis eis fieri, explorati iuris est. Post completum autem memoratum tempus nullam eis esse licentiam eos, qui possessionem adepti sunt, molestare vel aliquibus [21]) damnis afficere. Actiones autem, quas ex legibus sibi competere putaverint, contra suos exercere debitores. §. 2. Sin autem hi, qui detinent possessiones, vel ex sententia iudicis res vendiderint [22]), vel alio quocunque legitimo modo omne ius, quod in iisdem rebus habere noscuntur, in alias personas post definitum a nobis [23]) tempus transtulerint, et certas pecunias acceperint, quidquid superfluum inventum fuerit vel [24]) amplius, quam eis debetur, hoc modis omnibus necesse est eos praesentibus tabulariis signare et in cimeliarchio sanctae ecclesiae illius civitatis, in qua huiusmodi contractus celebratur, deponere; attestatione videlicet prius per memoratos tabularios conscribenda, praesente etiam eo, qui res eas [25]) vendiderit vel in alias personas transtulerit, ut per eam manifestetur tam quantitas pecuniarum, quae pro venditione rerum vel translatione praestitae sunt, quam earum [26]), quae superflnae post dissolutum [27]) debitum inveniantur, ut, si quis postea creditor apparuerit et debiti cautionem ostenderit, possit ex his satis sibi facere, prius scilicet rectore provinciae sine aliquo damno causae faciente examinationem, et non concedente, nec viros reverendissimos oeconomos vel cimeliarchas [28]) sanctae ecclesiae, in qua pecuniae deponuntur,

---

[a]) *gemina const. est l. 6. C. de action. hered. IV. 16.*; (*Bas. IX. 7. 56.* — [b]) *Bas. IX. 7. 57.* — [c]) *Bas. IX. 7. 58.* — [d]) *Bas. IX. 7. 59.*

[1]) sui *om. mss. Pl. 1. Bg., ed. Schf.* — [2]) *mss. Pl. 1. Bg., ed. Nbg., Cuiac. Recitatt. h. t.*; separatione *ms. Pl. 2., edd. Schf. Hal. et rell.* — [3]) *hanc subscr., quae abest ab Hal. Cont. 62., Russ. restituit ex l. 6. C. IV. 16.* — [4]) causa *ins. edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62. Bk., sed contra omnia mss. Russ. et mea et S. Perus.* — [5]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; ea *edd. Schf. Russ. et rell.*; *utrumque, tam* hac *quam* ea, *abest a S. Perus.* — [6]) *hanc subscr. hausi partim ex S. Perus., in qua est:* Sub die VI. Kal. Ian. Nicena, *partim ex ms. Pist., in quo est:* XGI. K. ian. nc (*leg.* nic.) $\overline{cc}$. $\overline{\text{ccc}}$. — [7]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl. 1.*; Terentio *ms. Bg.*; Teruncio *Hal. et rell.* — [8]) lateat *ms. Pl. 1.* — [9]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; defenditur *Russ. et rell.* — [10]) constet *Hal.* — [11]) Decemb. *Russ. Cont. 62.* — [12]) dioc. Gl. et max. G. $\overline{\text{aa}}$ *ms. Pist., in quo numerum siglae videntur denotare VI. et V.; supplendum autem est VIII. et VII. aut IX. et VIII., ut sit a.* 303. *vel* 304.; *subscr. om. Hal.* — [13]) *de lite — suscipiet om. mss. Pl. 1. Bg., ed. Nbg.*; *et res suas susc. om. ms. Pl. 2.*; *recipiet ed. Schf.* — [14]) alii *ms. Bg.* — [15]) possessionem *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.* — [16]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.*; ut *edd. Schf. Hal. et rell.* — [17]) fuit *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.* — [18]) debuerint *ms. Pl. 1.*; deberent *ms. Gt.* — [19]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; rectius *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [20]) possessionem *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Nbg.* — [21]) quibusdam *mss. Pl. 1. Bg., ed. Nbg.* — [22]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt.*; vendiderunt *ms. Pl. 2., edd.* — [23]) a nobis *delent Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t. et Alciat. Dispunct. I. 19., ad veteres libros provocantes.* — [24]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; et *edd. Schf. Russ. et rell.* — [25]) eas *om. mss. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.* — [26]) eorum *mss. Pl. 1. 2.* — [27]) solutum *mss. Bg. Gt.* — [28]) *singularem num. ponunt mss. Pl. 1. Bg. Gt.*

nuntur, aliquod detrimentum vel dispendium sustinere, per suam autem interlocutionem creditorem praecipiente secundum modum debiti ex depositis pecuniis suum accipere debitum. §. 3. Ut autem non liceat creditori [1]) in venditione vel translatione rerum dolum vel aliquam machinationem vel circumscriptionem facere, iubemus, attestationem super hoc celebrandam apud defensorem locorum, gestis intervenientibus, insinuari, sive tantum ex pretio, quantum debetur, sive plus sive minus colligitur, et praesentibus non tantum (sicut dictum est) tabulariis, sed etiam viro reverendissimo cimeliarcha, apud quem, si ita contigerit, superfluae pecuniae signatae deponendae sunt, iusiurandum sacrosanctis evangeliis propositis venditorem vel translatorem rerum praestare [2]), quod neque per gratiam emtoris vel eius, ad quem res iure cessionis transferuntur, nec aliquo dolo interveniente minorem iusto rerum pretio quantitatem acceperit, sed eam, quam revera cum omni studio potuerit invenire. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [3]) anno secundo. [532.]

Tit. LXXIII.

[a]) DE PRIVILEGIO FISCI.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Eutropiae. — Bona mariti tui si ob reliqua administrationis primipilariae a [4]) fisco occupata sunt, res, quas tuas [5]) esse liquido probaveris, ab aliis separatae tibi restituantur.

2. [c]) Idem A. Valerianae. — Quamvis ex causa dotis vir quondam tuus tibi sit condemnatus, tamen si prius, quam res eius tibi obligarentur, cum fisco contraxit, ius fisci causam tuam praevenit. Quodsi post bonorum eius obligationem rationibus meis coepit esse obligatus, in eius bona cessat privilegium fisci. PP. XIV. Kal. Novemb. Antonino A. IV. et Balbino [6]) Conss. [213.]

3. [d]) Idem A. Iulianae. — Si, quum pecuniam pro marito solveres, neque ius fisci in te transferri impetrasti, neque pignoris causa domum vel aliud quid ab eo accepisti, habes personalem actionem, nec potes [7]) praeferri fisci rationibus, a quo dicis ei vectigal denuo locatum esse, quum eo pacto universa, quae habet habuitve eo tempore, quo ad conductionem accessit, pignoris iure fisco tenentur [8]). Salva igitur indemnitate fisci, debitorem tuum pro pecunia, quam pro eo fisco solvisti, more solito convenire non prohiberis. PP. III. Kal. Ian. Antonino A. IV. et Balbino [9]) Conss. [213.]

4. [e]) Idem A. Quinto. — Si debitor, cuius fundum fuisse et [10]) ipse confiteris, prius eum distraxit, quam fisco aliquid debuit, inquietandum te [11]) non esse, procurator meus cognoscet. Nam etsi postea debitor exstitit [12]), non ideo tamen ea, quae de dominio eius excesserunt, pignoris iure fisco potuerunt obligari. PP. III. Kal. Iul. Laeto II. et Cereale [13]) Conss. [215.]

5. [f]) Imp. Alexander A. Mennae [14]). — Pecunia, quam creditor a debitore suo recepit, si postea ex iusta causa fisco restituenda erit, sine usuris debetur, quia non foenus contractum, sed suum recuperatum extraordinario iure auferitur [15]). PP. XV. Kal. Iun. Fusco [16]) et Dextro Conss. [225.]

6. [g]) Imp. Gordianus A. Severianae [17]). — Quum patrem tuum fisci debitorem fuisse demonstres, eumque nubenti tibi possessionem dedisse alleges, procuratorem ius fisci exsequentem eam iure pignoris revocare potuisse intelligis. PP. Non. Iul. [18]) Sabino [19]) et Venusto Conss. [240.]

7. [h]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Diodoro. — Si in te ius fisci, quum reliqua [20]) solveres [21]) debitoris, pro quo satisfaciebas, tibi competens iudex adscripsit et transtulit [22]), ab his creditoribus, quibus fiscus potior habetur, res, quas eo nomine tenes, non possunt inquietari. PP. XV. Kal. Iun. Aemiliano et Basso [23]) Conss. [259.]

Tit. LXXIV.

DE PRIVILEGIO DOTIS.

1. [i]) Impp. Severus et Antoninus AA. Firmo. — Scire debes, privilegium dotis, quo mulieres utuntur in actione de dote, ad heredem non transire. PP. Kal. Mai. Pompeiano et Avito Conss. [209.]

Tit. LXXV.

[k]) DE REVOCANDIS HIS, QUAE IN FRAUDEM CREDITORUM [24]) ALIENATA SUNT.

1. [l]) Imp. Antoninus A. Cassiae [25]). — Si heres [26]) post aditam hereditatem ad eum, cui res cessit, corpora hereditaria transtulit, creditoribus permansit obligatus. Si igitur in fraudem tuam id fecit [27]), bonis eius excussis, naitatis actionibus (si tibi [28]) negotium gestum fuerit) ea, quae in fraudem alienata probabuntur, revocabis. PP. II. Id. Octob. Antonino A. IV. et Balbino [29]) Conss. [213.] 2.

---

[a]) *Dig. XLIX.* 14. — [b]) *Bas. IX.* 9. 1. — [c]) *Bas. IX.* 9. 2. — [d]) *Bas. IX.* 9. 3. — [e]) *Bas. IX.* 9. 4. — [f]) *Bas. IX.* 9. 5. — [g]) *Bas. IX.* 9. 6. — [h]) *Bas. IX.* 9. 7. — [i]) *Bas. IX.* 9. 8. — [k]) *Dig. XLII.* 8. — [l]) *Bas. IX.* 8. 26.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; creditoribus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; praesentare *ms. Gt.*; venditore vel translatore rerum praestante *Hal. et rell.* — [3]) *ms. Pist.*, *Russ. Cont.* 62. 66. 76.; virorum clarissimorum *Cont.* 71. *et rell.*; *subscr.*, *quam tuetur ms. Pist.*, *abest ab Hal.* — [4]) a *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [5]) tuis *Russ. contra omn. mss. sua et mea.* — [6]) II. *ins. Bk. ex fastis.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Bk.*; potest *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; teneantur *edd. Schf. Hal. et rell.* — [9]) II. *ins. Bk. ex fastis.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*; et *om. edd. Nbg. Russ. et postea rell.*; tu *ins. ed. Schf.* — [11]) te *om. ms. Bg.* — [12]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ms. Bg. ante correct.*, *edd. Nbg. Hal.*; extiterit *rell.* — [13]) Cereali *Hal. Russ.* — [14]) Magnae *mss. Cas. Vat. Bg.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.*; Mocnae *Hal.* — [15]) transfertur *ms. Bg.* — [16]) II. *ins. Bk. ex fastis.* — [17]) Severo *ms. Bg.*, *quod magis convenit interpretationi huius const. in Bas.* — [18]) *Hal.*, *qui in his subscr. ipse fontis loco est*; Iun. *Russ. et rell.* — [19]) II. *ins. Bk. ex fastis.* — [20]) cum reliquo *coni. Russ. in marg.*, *sed contra codd.* — [21]) solveres *om. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *sex mss. Russ.*, *ed. Schf. Glossa ad v.* debitoris *sic habet:* „*Scilicet* persolveres *subaudi*, *si non habes*, *vel sine hoc verbo sic lege:* si cum satisfaciebas reliqua debitoris (*id est propter reliqua*), pro quo (*id est propter quam rem*) competens iudex adscripsit tibi ius fisci.“ *Sane* solveres *contra fidem codd. est*; *quod si omittatur*, *fortasse ita emendandum*, *ut pro* quum *legatur* quoad. — [22]) *hoc comma in plerisque edd. male omittitur.* — [23]) II. *ins. Bk.* — [24]) creditorum *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *S. Perus.* — [25]) Cessiae *mss. plerique.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; Heres, *omisso si*, *Hal.*; Heres qui *edd. Nbg. Russ. et postea rell.*; Si heres qui *ms. Bg. secunda manu*, *ed. Schf.* *In omn. mss. Russ. sardi est* Si heres. — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; fecerit *edd. rell.* — [28]) sicut *Cuiac. Obss. VII.* 40. *ex vetustioribus libris sublata parenthesi*, *sed contra omnia mss. Contii et mea.* — [29]) II. *ins. Bk. ex fastis.*

2. [a]) Imp. Alexander A. Symphorianae [1]). — Si successione patris abstenta fuisti, ob ea, quae in dotem data sunt, convenire te creditores nequeunt, quibus pignorata [2]) in dotem data non docentur, nisi bonis defuncti non sufficientibus, in fraudem creditorum dotem constitutam probabitur. PP. X. Kal. Iul. Probo [3]) et Maximo Conss.

3. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [4]) Acyndino. — Si paterna hereditate abstinuisti, nec quidquam in fraudem creditorum ex bonis eius in te donationis iure transscriptum est, a privatis creditoribus praeses provinciae conveniri te non patietur. PP. X. Kal. Iul. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

4. [c]) Iidem AA. et CC. Epagatho. — Filios debitoris, ei succedentes, veluti in creditorum fraudem alienatorum facultatem revocandi non habere, notissimi iuris est. Subscripta X. Kal. Mai. AA. Conss. [293 — 304.]

5. [d]) Iidem AA. et CC. Crescentio. — Ignoti iuris non est, adversus eum, qui sententia condemnatus intra statutum tempus satis non fecit, nec defeuditur, bonis possessis itemque distractis, per actionem in factum contra emtorem, qui sciens fraudem comparavit, et eum, qui ex lucrativo titulo possidet, scientiae mentione detracta, creditoribus suis esse consultum. S. X. Kal. Novemb. AA. Conss. [293 — 304.]

6. [e]) Iidem AA. et CC. Menandrae. — Si actu solemni praecedentem [5]) obligationem peremisti, perspicis, adversus fraudatorem intra annum, in quantum facere potest vel dolo malo fecit, quo minus possit, dicto perpetuo tantum actionem [6]) permitti.

---

[a]) *Bas. IX.* 8. 27. — [b]) *Bas. IX.* 8. 28. — [c]) *Bas. IX.* 8. 29. — [d]) *Bas. IX.* 8. 30. — [e]) *Bas. IX.* 8. 31.

[1]) Simpronianae *mss. nonn.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Sehf. Hal. Russ.*; pignora *Cont. et rell.* — [3]) Lupo *Bk.*, *ut reser. pertineat ad a.* 232., *et profecto alterutrum nomen aut Probi aut Maximi falsum est.* — [4]) *mss. Cas. Vat. Bg.*, *Bk.*, *S. Perus.*; et CC. *add. ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [5]) praecedente *ms. Pl.* 1. — [6]) aestimationem *coniicit Giphan. Explanat. difficil. leg. Cod. p.* 310.

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER OCTAVUS.

Tit. I.

[a]) DE INTERDICTIS.

1. [b]) Imp. Alexander A. Evocato. — Quum proponas, radicibus [1]) arborum, in vicina Agathangeli area positis, crescentibus fundamentis domus tuae periculum afferri, praeses ad exemplum interdictorum, quae in albo proposita habet [2]): Si arbor in alienas aedes impendebit, item: Si arbor [3]) in alienum agrum impendebit, quibus ostenditur, nec [4]) per arboris quidem occasionem vicino nocere oportere, rem ad suam aequitatem rediget. PP. VI. [5]) Kal. April. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

2. [c]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Messiae. — Praeses provinciae in eum, qui eiusdem provinciae non est, nec ex interdicto potest cognoscere [6]). PP. VII. [7]) Kal. Maii, Seculare [8]) et Donato Conss. [260.]

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Pompeiano [9]). — Incerti iuris non est, orta proprietatis et possessionis lite, prius possessionis decidi oportere quaestionem competentibus actionibus, ut ex hoc ordine facto de dominii disceptatione probationes ab eo, qui de possessione victus est, exigantur. Interdicta autem licet in extraordinariis iudiciis proprie locum non [10]) habent, tamen ad exemplum eorum res agitur. Subscripta Kal. Ianuar. [11]) Sirmii [12]), ipsis [13]) AA. Conss. [293—304.]

4. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. [14]) Aemiliano P. U. [15]) — Si quis quodlibet interdictum efflagitet, ruptis veteribus ambagibus inter ipsa cognitionum auspicia actionem [16]) exprimere ac suas allegationes inbeatur proponere. Dat. XIII. Kal. August. Constantinop. [17]) Arcadio A. VI. et Probo [18]) Conss. [406.]

TIT. II.

---

[a]) *Dig. XLIII.* 1. — [b]) *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t. iungit leg.* 3. *C. de aedif. priv. VIII.* 10. — [c]) *iungenda l.* 1. *C. ubi de hered. agat. III.* 20. — [d]) *hausta ex l.* 6. *Th. C. de denunt. vel edit. II.* 4.

[1]) radicibus *om. ms. Veron.* — [2]) *ms. Veron., edd. Schf. Hal.*; posita habet *ms. Bg.*; proposita sunt *mss. Pl.* 2. *Gt., ms. Pl.* 1. *ex correct.*; propos. habet praetor *edd. Nbg. Russ. et rell., sed v.* praetor *etiam abest ab omn. mss. Russardi.* — [3]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk.*; arbor *om. edd. Schf. Russ. et rell.* — [4]) ne *ms. Veron., Hal.* — [5]) V. *ms. Veron., quod statim post om.* II., *sed reliquam subscr. tuetur.* — [6]) agnoscere *ms. Veron.* — [7]) VI. *ms. Veron., quod cum rel. subscr. consentit; eandem tuetur ms. Pist.* — [8]) II. *ins. Bk. cum fastis, sed contra mss. Veron. Pist.* — [9]) P. P. *addunt edd. Nbg. Hal. et postea rell., sed contra mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et S. Perus.* — [10]) non *abest a textu msi Veron., sed in marg. additur.* — [11]) Subscr. *om. ms. Pist.*; S. V. K. *ms. Veron.* — [12]) Sermio *ms. Pist.* — [13]) ipsis *om. mss. Veron. Pist.* — [14]) Arc. Hon. et Theodosius AAA. *Theod. C., Bk., sed duos tantum Impp. agnoscunt mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. et edd. omnes praeter Bk.* — [15]) *mss. Veron. Bg., Bk., Theod. C.*; P. P. *rell.* — [16]) rationem *Theod. C., M. Vacar.* (*Dirksen II. p.* 478.), *Hal. in marg.* — [17]) *mensem et locum om. Hal. Russ. Cont.* 62.; *locus abest a ms. Veron.* — [18]) V. C. *ins. Theod. C.*

Tit. II.

a) QUORUM BONORUM.

1. b) Impp. Severus et Antoninus AA. [1]) Iusto. — Hereditatem eius, quem patrem tuum fuisse dicis, petitures, iudicibus, qui super ea re cogniturí erunt, de fide intentionis [2]) allega. Quamvis enim bonorum possessionem ut praeteritus agnovisti, tamen interdicto Quorum bonorum non aliter possessor constitui poteris, quam si te defuncti filium esse et ad hereditatem vel [3]) bonorum possessionem admissum probaveris. PP. VIII. Kal. Ianuar. Laterano et Rufino Conss. [4]) [197.]

2. c) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Marco. — Si ex edicto [5]) sororis patruelis intestatae [6]) sine liberis defunctae recte, petita bonorum possessione, quaesisti successionem, ac negotium integrum est, quae quum moreretur eius fuerunt, secundum interdicti [7]) Quorum bonorum tenorem ab his, qui pro herede vel pro possessore possident dolove malo fecerint, quo magis desierint possidere, tibi rector provinciae restitui efficiet. PP. VI. Kal. April. Caess. Conss. [8]) [294—305.]

3. d) Impp. Arcadius et Honorius AA. Petronio, Vicario Hispaniarum [9]). — Constat, virum a bonis intestatae uxoris, superstitibus consanguineis, esse extraneum, quum prudentium omnia [10]) responsa et [11]) lex ipsa naturae successores eos faciat [12]). Ergo iubemus, ut omnibus frustrationibus amputatis per interdictum Quorum bonorum [13]) in petitorem corpora transferantur, secunda [14]) actione proprietatis non exclusa. Dat. VI. Kal. August. Mediolano [15]), Olybrio et Probino Conss. [16]) [395.]

Tit. III.

e) QUOD [17]) LEGATORUM.

1. f) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Latinae. — Heredi scripto satis idonee lege Falcidia, si exhausta legatis successio probetur, per [18]) quartae retentionem prospectum est. Unde si legatarius vel fideicommissarius non consentiente patre tuo, quem asseveras testatori successisse et bonorum possessionem accepisse, relicta sibi legata vel fideicommissa detinuit, secundum sententiam interdicti, quod adversus legatarios scriptis heredibus propositum est, oblata satisdatione, quam praestari oportet, in possessione [19]) constitui [20]), ut ita retentione competente utaris, experiri potes. Dat. XVI. Kal. Ianuar. AA. Conss. [21]) [293—304.]

Tit. IV.

g) UNDE VI.

1. h) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [22]) Theodoro. — Recte possidenti ad defendendam possessionem, quam sine vitio tenebat, inculpatae tutelae moderatione illatam vim propulsare licet. PP. XV. Kal. Decemb. ipsis IV. et III. [23]) AA. Conss. [290.]

2. i) Iidem AA. et CC. Alexandro. — Vi pulsos restituendos esse interdicti exemplo, si necdum utilis [24]) annus excessit, certissimi iuris est, et heredes teneri in tantum, quantum ad eos pervenit. S..... AA. Conss. [25]) [293—304.]

3. k) Iidem AA. et CC. Ulpiae et Proculinae [26]). — Auctoritatem vobis rescripti nostri tenendae possessionis [27]), quam vos per violentiam adeptam [28]) profitemini, accommodari [29]) nimis improbe postulatis. S. VIII. Id. April. Caess. Conss. [294—305.]

4. l) Iidem AA. et CC. Hygino. — Si de possessione vi deiectus es, eum et legis Iuliae [30]) vis privatae reum postulare, et ad instar interdicti Unde vi convenire potes, quo reum [31]) causam omnem praestare [32]), in qua fructus etiam, quos vetus possessor percipere potuit, non [33]) quos praedo percepit, venire, non ambigitur. S. VI. [34]) Id. April. Sirmii [35]), Caess. Conss. [294—305.]

5. m) Imp. Constantinus A. ad Tertullianum.

---

a) *Dig. XLIII.* 2. — b) *Bas. XL.* 9. 3. (*T. V. p.* 355.) — *Sch. a.* (*ibid.*) — c) *Bas. XL.* 9. 4. — *Sch. b.* (*T. V. p.* 356.) — d) *hausta ex l.* 1. *Th. C. quor. bonor. IV.* 21.; *Bas. XL.* 9. 5. — *Sch. c—e.* — e) *Dig. XLIII.* 3. — f) *Bas. XLI.* 2. 10. (*T. V. p.* 447.) — *Sch. i. k.* (*T. V. p.* 451.) — g) *Dig. XLIII.* 16. — h) *Bas. L.* 3. 48. (*Meerm. T. V. p.* 57.) — i) *Bas. L.* 3. 49. — k) *Anselm. Lucens. VII. extr.*; *Bas. L.* 3. 50. — l) *Anselm. Lucens. VII. extr.*; *Bas. L.* 3. 51. — m) *fons est amplior const.*, *quae est apud Auct. fin. reg.* (*Ius civ. anteiust. Berol. T. II. p.* 1551.), *indeque restituta in l.* 1. *Th. C finium regund. II.* 26., *ex qua et manavit l.* 3. *C. eod. tit. III.* 39.; *Anselm. Lucens. VII. extr.*; *Bas. L.* 3. 52.

1) Imp Sev. A. et Ant. C. *Bk.*, *contra codd.* — 2) intentiones *ms. Veron.* — 3) per *ms. Bg.* — 4) *subscr. tuetur ms. Veron.* — 5) interdicto *ms. Bg.*, *Hal.* — 6) intestato *ms. Veron.*, *Hal.* — 7) edicti *mss. Veron. Bg.*, *quod praeferendum videtur.* — 8) *subscr. tuetur ms. Veron.* — 9) Hispan. *om. mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.* — 10) omnium *ms. Pl.* 2., *Theod. C.* — 11) tum *Theod. C.* — 12) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; faciant *edd. Nbg. Hal. et rell.* — 13) per int. quor. bon. *om. Theod. C.* — 14) secundaria *Theod. C.*; *ms. Veron. prima manu* secundum, *deinde* secundam. — 15) *Theod. C. ed. Haenel.*; Mediolani *edd. Cod.* — 16) *subscr. firmat ms. Veron.* — 17) *ms. Veron.*, *S. Perus.*, *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; Quorum *mss. rell. et edd. omnes.* — 18) pro *et post* retentione *ms. Pl.* 1. — 19) *mss. Veron. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.*; in possessionem *mss. Pl.* 2. *Bg.*; in possessione te *Hal.*; in possessionem te *edd. Nbg. Russ. et rell.*, *sed contra omn. mss. Russ.*, *a quibus constanter abest* te. — 20) constitutis *ms. Pl.* 2.; constituti *ms. Bg. ante correct.* — 21) *cum subscr. convenit ms. Veron.* — 22) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1., *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *add. ms. Veron.*, *Hal. et rell.* — 23) VI. et IV. *ms. Pist.*; *sed nostram subscr. tuetur ms. Veron.* — 24) utilis *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *M. Vacar.*; *verum legitur h. v. in ms. Veron.* — 25) *nec plenior est subscr. in ms. Veron.*, *in quo lacunae ab edd. notatae nullum vestigium est.* — 26) Proclinae *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Anselm. Luc.*, *apud quem haec inscr. tribuitur legi seq.* — 27) ad retinendam possessionem *Hal. Bk.*; ad tenendam possessionem *Anselm. Luc.* — 28) *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*, *Anselm. Luc.*; adēptam *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg.*; ademptam *Cont* 71. *Char. Pac. Sp.*; adeptas *ms. Gt.*, *Hal.* — 29) commodari *mss. Veron. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; accommodare *omnia* (!) *mss. Russ.* — 30) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Anselm. Luc.*; lege Iulia *Hal. et rell.* — 31) cogereque eum *Hal.*, *ut mihi videtur ex coni.*, *quam sequitur Bk.*; *sed ea non opus esse videtur in const.*, *quam male habitam esse a compositoribus Cod. in aprico est.* — 32) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *Anselm. Luc.*; oportet *addunt edd. Schf. Russ. et rell.* — 33) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*, *Anselm. Lucens.*; solum *ins. ms. Bg.*; tantum *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — 34) IV. *mss. Veron. Pist.* — 35) et *ins. ms. Pist.*

lianum [1]). — Invasor locorum poena teneatur legitima [2]), si tamen vi [3]) loca eundem [4]) invasisse constiterit. Nam si per errorem aut incuriam domini loca [5]) ab aliis possessa sunt, sine poena possessio restitui debet. Dat. VI. [6]) Kal. Mart. [7]) Veronae [8]), Gallicano et Symmacho Conss. [330.]

6. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Pancratio [9]) P. U. [10]) — Meminerint cuncti, sive vulgato rescripto mansuetudinis nostrae, sive sententia cuiuslibet iudicis utantur in causis, conveniendos dominos locorum esse, aut, si forte defuerint, actores eorum ad insinuandas sententias procuratoresque esse quaerendos, ne inde iniuriarum nascatur [11]) occasio, unde iura nascuntur. Quodsi praecepta nostra implere neglexerint, omni negotio, de quo iurgare coeperant, privabuntur. §. 1. Sin autem, habito plerumque colludio, curatores vel tutores minorum his rem debitam ea occasione pervadant, ut pupillis vel adultis iurgandi copia et fructus adimatur, his eatenus subvenimus, ut eosdem non afferat damno culpa temeritatis alienae, sed illico quidem possessio ei, a quo est ablata, reddatur, curatores autem vel tutores aeterna deportatione puniti bonorum quoque publicatio persequatur. Dat. prid. [12]) Non. April. [13]) Antonio [14]) et Syagrio Conss. [15]) [382.]

7. [b]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Messianum [16]), Comitem rerum privatarum. — Si quis in tantam furoris pervenerit [17]) audaciam, ut possessionem rerum apud fiscum vel apud homines quoslibet constitutarum ante eventum [18]) iudicialis arbitrii violenter invaserit, dominus quidem constitutus possessionem, quam abstulit, restituat possessori et dominium eiusdem [19]) rei amittat. Sin [20]) vero alienarum rerum [21]) possessionem invasit, non solum eam possidentibus [22]) reddat, verum etiam aestimationem earundem rerum restituere compellatur. Dat. XVIII. Kal. Iul. [23]) Treviris, Timasio et Promoto Conss. [24]) [389.]

8. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Pasiphilo [25]). — Momentariae possessionis interdictum, quod non semper ad vim publicam pertinet vel privatam, mox audiri, interdum etiam sine inscriptione, meretur. Dat. VIII. Kal. Ian. [26]) Mediolani, Olybrio et Probino Conss. [395.]

9. [d]) Imp. Zeno A. Sebastiano P. P. — Si quando vis in [27]) iudicio fuerit patefacta, deinde super rebus abreptis vel invasis vel damno dato [28]) tempore impetus quaestio proponatur, si non potuerit, qui vim sustinuit, quae perdidit singula comprobare, taxatione a iudice facta pro personarum atque negotii qualitate, sacramento aestimationem rerum, quas perdidit, manifestet, nec ei liceat ultra taxationem a iudice factam inrare. Et quod huiusmodi iureiurando dato fuerit declaratum, iudicem condemnare oportet. Dat. Id. Decemb. Constantinop. post consulatum Armati [29]) V. C. [477.]

10. [e]) Idem A. Sebastiano P. P. — Non ab [30]) re est, quemadmodum possessionis alienae invasores tam vetus quam praesens sacra constitutio censuit [31]) puniendos, [32]) nec conductoribus et possessionis alienae detentatoribus [33]) impune procedere, si locatoribus forte

---

[a]) *hanc const. conflatam censeo ex duabus, ac principium quidem manavit ex ampliore edicto, cuius pars est l. 3. Th. C. de cognitor. II. 12. (l. 24. C. de procurator. II. 13.), unde et inscr. et subscr. petitae sunt, §. 1. autem desumta est ex l. 2. Th. C. unde vi IV. 22.; Anselm. Luc. VII. extr. habet princ.; Bas. L. 3. 53. et 54.* — [b]) *hausta ex l. 3. Th. C. unde vi. IV. 22.; Coll. Ans. ded. P. VII. c. 35.; c. 13. C. I. qu. 4.; Docum. Aretinum d. a. 752. (Rheinisch. Museum für Jurisprudenz. Jahrg. 3. p. 460.); Bas. L. 3. 55.* — [c]) *hausta ex l. 8. Th. C. de iurisd. II. 1., ex qua et manarunt l. 16. C. de accusat. IX. 2. et l. 1. C. de abigeis. IX. 37., de quarum coniunctione cfr. Cuiac. Obss. I. 20.; Bas. L. 3. 56.* — [d]) *Bas. L. 3. 57.* — [e]) *ex hac const. epitomata est l. 33. C. de loc. et cond. IV. 65.; Bas. L. 3. 58.*

[1]) V. P. comitem dioeceseos Asianae *add. Auct. fin. reg., Theod. C.; sed quum dignitas absit a mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., ab Anselmo Luc., a S. Perus. et ab omn. edd., minus recte eam inseruit Bk., omissis tamen* V. P.; *cfr. not.* 13. *ad l. 3. C. III. 39., in cuius inscr. etiam dignitas a Cont. adiecta delenda fuisset.* — [2]) teneatur edicti *Theod. C. ed. Haenel.*; teneatur addictus *Auct. fin. reg., sed Goësius ed.* edicti. — [3]) ea *ins. Auct. fin. reg., Theod. C.* — [4]) *mss. Veron. Pl. 2., ed. Schf., Theod. C., Auct. fin. reg.*; eadem *mss. Pl. 1. Bg., edd. Nbg. Hal. et rell., Anselm. Luc.* — [5]) data *ins. Auct. fin. reg.* (dicta *Goës.*), *Theod. C., unde et in Cod. Iust. supplere vult* data *Cuiac. Obss. XIX. 16., sed abest h. v. ab omnibus meis codd., etiam a cod. Veron., et ab Anselmo Luc.* — [6]) VIII. *Auct. fin. reg., Theod. C.; sed num.* VI. *tuentur mss. Veron. Pist. et l. 3. C. III. 39.;* XIV. *corr. Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.* — [7]) *l. 3. C. III. 39., Auct. fin. reg., Theod. C., Cuiac. l. c., Bk.*; Mail *mss. Veron. Pist., Hal. et rell.* — [8]) *l. 3. C. III. 39., Auct. fin. reg., Theod. C., Bk.; locus abest a mss. Veron. Pist., Hal. et rell.* — [9]) *mss. Veron. Cas. Pl. 1. Bg., S. Perus.*; pacr *ms. Vat.*; pāg *ms. Pist.*; Penerario *ed. Nbg.*; Potito *Hal. et rell.* — [10]) *hanc dignitatem tuentur mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., S. Perus., Hal. et postea rell. praeter Bk., qui ed.* Vicario U. *ex l. 2. Th. C. cit., sed male; v. not. a. ad h. l.* — [11]) nascatur *in ms. Veron. in marg. additum.* — [12]) *mss. Veron. Pist.*; Dat. II. *Hal. et rell. praeter Bk.* — [13]) Constantinop. *restituendum videtur ex l. 24. C. II. 13.* — [14]) *sic emendandum ex plerisque hui. anni subscripti.*: Antonino *ms. Veron., Hal. et rell. praeter Bk.* — [15]) *male in locum hui. subscr., quam universam tuetur ms. Veron., et cuius dies firmatur a ms. Pist., Bk. substituit subscriptionem leg. 2. Th. C. IV. 22.*: Dat. prid. Id. Octob. Treviris, Syagrio et Eucherio Conss. [381.]; *cfr. not. a. ad h. l.* — [16]) Mesianum *mss. Pist. Vat. Bg.*; Mersianum *Coll. Ans. ded.* — [17]) pervenit *mss. Veron. Bg., Coll. Ans. ded., Docum. Aret.*; proruperit *M. Vacar.* (*Dirksen. II. p.* 479.) — [18]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Bg., omnes vett. codd. teste Cuiacio Recitatt. in Cod. h. t., edd. Nbg. Schf., Theod. C., Coll. Ans. ded., Decr. Grat., Docum. Aret., M. Vacar.*; adventum *ms. Veron., Hal. et rell.* — [19]) eius *ms. Pl. 1., edd. Nbg. Schf., Decr. Grat.* — [20]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *Coll. Ans. ded., Decr. Grat., Docum. Aret.*; Si *ms. Gt., edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [21]) alienam, *omisso* rerum, *Hal.*; rerum *abest et a ms. Gt.* — [22]) possidenti *ms. Bg.* — [23]) *Coll. Ans. ded., Theod. C., Bk.*; XVII. Kal. Iun. *Hal. et rell., quos tuetur ms. Pist.* — [24]) *locum et conss. firmant ms. Pist., Coll. Ans. ded.* — [25]) suo salutem *add. Theod. C.* — [26]) *Theod. C. ed. Haenel.*; VIII. Id. Ian. *Cuiac. Obss. I. 20.*; VIII. Id. Iun. *Bk.*; VI. Id. Iun. *Hal. et rell.*; *cfr. Haenel. not. d. e. ad l. 8. Th. C. cit.* — [27]) in *om. Hal., in ms. Bg. serius additum est.* — [28]) dato *abest a mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg., videturque ex glossa ad v.* impetus *in textum venisse.* — [29]) *ms. Pist.*; post cons. Armatii *Hal. Russ. Cont.* 62.; post cons. Basilii [Basilisci *Bk.*] II. et Armatii *Cont.* 66. *et rell.*; *sed Basilisci, cuius memoria damnata fuit, nomen recte abest; v. Cuiac. Obss. III.* 19. — [30]) abs *Bk., sed contra codd. meos et edd.* — [31]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.*; esse *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [32]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; ita *ins. edd. Schf. Russ et rell.* — [33]) *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; detentoribus *Russ. et rell.*; et poss. al. detentat. *serius supra lineam addita in ms. Pl. 1.*

forte vel possessionem rerum suarum, quam apud alios precario modo esse concesserant, recuperare secundum leges volentibus, quum nulla sibimet cognita legibus allegatio competeret, duxerint resistendum, et non protinus, id est non exspectato iudiciorum ordine, alienam possessionem recte eam recuperantibus cedere patiantur. Eos namque iubemus pro tanta suae iniquitatis impudentia, si cognitionis iudiciariae eventu fuerint condemnati, rei [1]), cuius possessionem sponte restituere usque ad definitivam sententiam minime passi sunt, aestimationem victrici parti una cum ipsa re praebere compelli. Dat. V. Kal. April. Constantinop. Theodorico et Venantio Conss. [2]) [484.]

11. [a]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum quaerebatur inter Illyricianam advocationem, quid fieri oporteret propter eos, qui vacuam possessionem absentium sine iudiciali sententia detinuerunt, quia veteres leges nec Unde vi interdictum nec Quod vi aut clam vel aliam quandam actionem ad recipiendam talem possessionem definiebant, violentia in ablatam possessionem [3]) minime praecedente, nisi domino [4]) tantummodo in rem actionem exercere permittentes, nos, non concedentes aliquem alienas res vel possessiones per suam auctoritatem usurpare, sancimus, talem possessorem uti praedonem intelligi et generali iurisdictione ea teneri, quae pro restituenda possessione contra huiusmodi personas veteribus declarata sunt legibus. Ridiculum etenim est dicere vel audire, quod per ignorantiam alienam rem aliquis quasi propriam occupaverit. Omnes autem scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere, quum talis dispositio [5]) in furti actione [6]) iam dudum veteribus legibus definita est, dicentibus: [7]) Si quis alienam rem adversus domini voluntatem attigerit, furti actione tenetur [8]). His videlicet, quae super recipienda possessione a nobis disposita sunt, locum habentibus, si non ex die [9]), ex quo possessio detenta est, triginta annorum excesserunt [10]) curricula. Dat. XIII. [11]) Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

Tit. V.

[b]) SI PER VIM VEL ALIO MODO ABSENTIS PERTURBATA [12]) SIT POSSESSIO.

1. [c]) Imp. Constantinus [13]) A. Severo [14]). — Iudices absentium, qui cuiuslibet rei possessione privati sunt, suscipiant in iure personas [15]), et auctoritatis suae formidabile ministerium obiiciant, atque ita tueantur absentes, ut id solum diligenter inquirant, an [16]) eius [17]), qui quolibet modo peregrinatur [18]), possessio ablata est [19]), quam propinquus, vel parens, vel proximus, vel amicus, vel colonus, vel libertus, seu servus quolibet titulo retinebat. Nec eos, qui deiecti sunt, absentium nomine possidentes, quia minime ipsis dictio [20]) causae mandata sit, ab experiunda re [21]) secludant, nec si servi sint, eorum reiiciant in iure personas, quia huiusmodi conditionis hominibus causas orare [22]) fas non sit. Sed post elapsa quoque spatia recuperandae possessionis [23]) legibus praestituta litigium eis inferentibus largiri convenit [24]), ut eos momentariae perinde possessioni sine ulla cunctatione [25]) restituant, ac si reversus dominus litigasset. Cui tamen [26]), quolibet tempore reverso, actionem recuperandae possessionis indulgemus [27]), quia fieri potest, ut restitutio propter servulos [28]) infideles, vel negligentes propinquos, vel parentes, vel proximos, vel amicos, vel colonos, vel libertos interea differatur. Absentibus [29]) enim officere non debet tempus emensum, quod recuperandae possessioni legibus praestitutum est, sed reformato statu, qui per iniuriam sublatus est, omnia, quae supererunt, ad disceptationem litigii immutilata permaneant; iudicio servato [30]) iustis legitimisque [31]) personis, quum valde sufficiat, possessionem tenentibus absentium nomine contra praesentium violentiam subveniri. Dat. X. [32]) Kal. Novemb. Mediolano [33]), Constantino [34]) A. VII. et Constantio Caes. [35]) Conss. [326.]

2. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Petronio, Vicario Hispaniarum. — Nec imperiale responsum [36]), quod supplicatio litigatoris obtinuit [37]), nec interlocutio cognitoris ex quacunque parte innovare [38]) possessionis statum eo, qui rem tenet, absente permittitur [39]), quia negotiorum merita partium assertione panduntur. Dat. XV. Kal. Ianuar. Mediolano [40]), Caesario et Attico Conss. [397.]

TIT. VI.

---

[a]) *Bas. L.* 3. 59. — [b]) *Dig. XLIII.* 16. — (*Meerm. T. V. p.* 58.) — [d]) *hausta ex l.* 5. *Th. C. unde vi. IV.* 22. — [c]) *l.* 1. *Th. C. unde vi. IV.* 22.; *Bas. L.* 3. 60. *ex qua et venit l.* 11. *C. de acquir. et ret. poss. VII.* 32.; *Bas. L.* 3. 61.

[1]) rei *om. ms. Bg.* — [2]) theūd. orcho cōs. *ms. Pist., quod cum die et loco consentit.* — [3]) in ablata possessione *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [4]) nec domino nisi *Hal. Bk.* — [5]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; disputatio *ms. Pl.* 2.; depositio *Cont.* 66. *et rell.* — [6]) in furti actione *absunt a ms. Gt. ante correct. et ab Hal.* — [7]) ut *ins. ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; teneri *Hal. Bk.*; teneatur *edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) ex die *om. ms. Bg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; excesserint *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [11]) XVI. *ms. Pist.* — [12]) turbata *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [13]) Constantius *Hal. Russ. Cont.* 62. — [13]) pp. *add. ms. Cas., male, dignitas enim est* P. U. — [15]) personam *Theod. C.* — [16]) utrum *Theod. C.* — [17]) eis *et postea* peregrinantur *ms. Pl.* 2. — [18]) eius, quolibet pacto, qui peregr. *Theod. C. ed. Haenel.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; sit *Hal. et rell.* — [20]) *ms. Bg., Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; decisio *mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.* — [21]) ab exponenda re *ms. Bg.*; ab experiundo *Hal.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg., ed. Schf., Theod. C., M. Vacar.*; curare *var. l. gl., ms. Gt., Hal.*; perorare *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [23]) possessioni *omnia* (?) *mss. Russardi.* — [24]) conveniet *Theod. C.* — [25]) sine ulla cunct. *om. Theod. C.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk., Theod. C.*; domino *ins. Russ. et rell.* — [27]) indulsimus *Theod. C.* — [28]) *mss. Pl.* 1 *Gt., Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; servos *rell.* — [29]) Absenti *Theod. C.* — [30]) reservato *Theod. C.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., omn. mss. Russ., edd. Schf. Hal. Bk., Theod. C., M. Vacar.*; absentibus *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [32]) X. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [33]) *ita cum Bk. restituo ex Theod. C.*; Constantinop. *Hal. et rell.*; *v. Haenel. not. l. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [34]) Constantio *Hal. Russ. Cont. Char Pac.* — [35]) *Theod. C., Bk.*; Constante Caes. III. *Hal. et rell.* — [36]) rescriptum *Theod. C. ed. Haenel., similiter Bas.* — [37]) obtinebit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal., M. Vacar.* — [38]) interpellare, *omissis* ex quac. parte, *Theod. C.* — [39]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Bg., ed. Schf., Theod. C., M. Vacar.*; permittit *ms. Pl.* 1. *ex correct., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [40]) *sic Theod. C.*; Mediolani *edd. Cod.*

Tit. VI.

a) UTI POSSIDETIS.

1. b) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Cyrillo [1]). — Uti possidetis fundum, de quo agitur, quum ab altero nec vi nec clam nec precario possidetis, rector provinciae vim fieri prohibebit; ac satisdationis vel transferendae possessionis edicti perpetui forma servata, de proprietate cognoscet. Subscripta III. Id. Octob. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

Tit. VII.

c) DE TABULIS EXHIBENDIS.

1. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Germano. — Si in potestate patris fuerunt impuberes filii, et vos eis estis substituti, atque ita ad vos, intra pubertatem illis decedentibus, coepit hereditas pertinere, de exhibendis testamenti tabulis interdicto uti potestis. PP. VII. Kal. Mai. Seculare et Donato Conss. [260.]

Tit. VIII.

d) DE LIBERIS EXHIBENDIS SEU DE DUCENDIS [2]) ET DE HOMINE LIBERO EXHIBENDO.

1. Imp. Antoninus A. Iustino. — Si, ut proponis, quum tuae potestatis esses, super rebus matris [3]) obtinuisti, potes eos, qui tibi condemnati sunt, convenire. Quodsi exstitit [4]), qui te filium et in sua potestate esse contendit, interdicto in eam rem proposito de fide intentionis eius quaeretur. PP. VI. Id. April. duobus [5]) Aspris Conss. [212.]

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Cyrillae [6]). — Adi Praesidem provinciae, ac postula filios tuos exhiberi. Subscripta V. Id. [7]) April. Byzantii, AA. Conss. [293 — 304.]

3. Iidem AA. et CC. Euodiae [8]). — Si ad instar interdicti de exhibenda filia Philippi eum conveniendum putaveris, rector aditus provinciae suam vobis accommodabit notionem. Subscripta XII. Kal. Decemb. Nicomediae, AA. Conss. [293—304.]

Tit. IX.

e) DE PRECARIO ET SALVIANO INTERDICTO.

1. f) Imp. Gordianus A. Aristoni. — Si, te non remittente pignus, debitor tuus ea, quae tibi obnoxia sunt, venumdedit, integrum tibi ius est ea persequi, non interdicto Salviano (id enim tantummodo adversus conductorem debitoremve competit), sed Serviana actione, vel quae ad exemplum eius instituitur utili [9]) adversus emtorem exercenda [10]). PP. VI Id. Septemb. [11]) Pio et Pontiano Conss. [238.]

2. g) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Fabricio. — Habitantis precario heredes ad restituendum habitaculum teneri, contra eos interdicto proposito, manifeste declaratur. S [12]) Kal. Decemb. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

Tit. X.

DE AEDIFICIIS PRIVATIS.

1. Impp. Severus et Antoninus [13]) AA. Tauro. — Et balneum, ut desideras, exstruere [14]), et aedificium ei [15]) superponere potes, observata tamen forma, qua ceteris super balneum [16]) aedificare permittitur, id est, ut concameratis superinstruas [17]), et ipsum concameres, nec modum usitatum altitudinis excedas. PP. sine die et consule.

2. h) Imp. Alexander A. Diogeni. — Negotiandi causa aedificia demoliri et marmora detrahere, edicto divi Vespasiani et senatusconsulto vetitum est. Ceterum de alia domo in aliam transferre quaedam licere, exceptum est; sed nec dominis ita transferre licet, ut integris aedificiis depositis publicus deformetur adspectus. PP. XI. Kal. Ianuar. Alexandro A. [18]) Cons. [222.]

3. i) Idem A. Evocato. — An in totum ex ruina domus licuerit non eandem faciem [19]) in civitate restituere, sed in hortum convertere, et an hoc consensu tunc magistratuum non prohibentium, item vicinorum factum sit, praeses, probatis his, quae in oppido frequenter in eodem genere controversiarum servata sunt, causa cognita, statuet. PP. VII. Kal. April. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

4. k) Imp. Philippus A. et Philippus C. Victori. — Si, ut proponis, socius aedificii ad refectionem eius sumtus conferre detrectat, non necessario extra ordinem tibi subveniri desideras. Etenim si solus aedificaveris, nec intra quatuor mensium tempora cum centesimis [20]) nummus pro portione socii erogatus restitutus fuerit, vel, quo minus id fieret, per socium [21]) stetisse constiterit, ius dominii pro solido vindicare vel obtinere, iuxta placitum antiquitus [22]) poteris. PP. IV. [23]) Kal. April. Philippo A. et Titiano Conss. [245.]

5.

---

a) *Dig. XLIII.* 17. — b) *Bas. L.* 3. 62., *et LX.* 17. 30. (*T. VII. p.* 412.) — *Sch. p. q.* (*T. VII. p.* 434.) — c) *Dig. XLIII.* 5. — d) *Dig. XLIII.* 29. *et* 30. — e) *Dig. XLIII.* 26. *et* 33. — f) *Bas. XXV.* 2. 36. (*T. IV. p.* 42.) — g) *Bas. XXV.* 2. 37. — h) *Bas. LVIII.* 11. 2. (*T. VI. p.* 783.) — i) *iungendae l.* 1. *C. de interd. VIII.* 1. *et l.* 1. *C. quae sit longa consuet. VIII.* 53. — k) *Bas. LVIII.* 11. 4.

1) Quirillo *mss. nonn.* — 2) *ita scribit Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t., provocans ad ipsa edicti verba;* deducendis, *uno verbo, edd. omnes.* — 3) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Hal.;* maternis *Russ. et rell.* — 4) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.;* exstiterit *edd. rell.* — 5) et *ins. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — 6) Cyrillo *Cont. in marg., contra omnes meos codd.* — 7) Id. *abest a ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — 8) Enodio *ms. Bg.;* Evodio *ms. Cas., probante Cuiac. Paratitl. in Cod. h. t.* — 9) *mss. Pl.* 1. *Bg.;* utilis *ms. Pl.* 2., *edd.* — 10) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Hal.;* est *add. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — 11) Nov. *ms. Pist., quod reliquam subscr. tuetur.* — 12) S. *om. ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — 13) Ant. et Sev. *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.* — 14) instruere *mss. Pl.* 1. *Bg.* — 15) ei *om. edd. Nbg Hal.* — 16) balnea *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — 17) superinstruens *ms. Pl.* 1. — 18) ãã *ms. Pist., quod reliquam subscr. confirmat.* — 19) eadem facie *ms. Pl.* 1. — 20) usuris *ins. ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Russ. Cont.* 62., *contra omnia mss. Russ. et Bas.* — 21) id *ins. mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — 22) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.;* antiquitatis *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. Cont.* 62. *Sp. Bk.* — 23) VII. *ms. Pist., in quo postea, omisso A., est et* atticiano.

5. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [1]) Octavio. — Si is, contra quem preces fundis, sciens prudensque, soli partem ad te pertinere, non quasi socius vel collega communis operis sollicitudine solidam balneorum exstructionem ea mente, ut sumtus pro portione tua [2]) reciperet, aggressus est, sed [3]) totius loci dominium usurpare et [4]) collapsum balneum refabricare enisus est, quum aedificia, quae alieno loco imponuntur, solo cedant, nec impensae his, qui improbe id fecerint, restitui debeant, antiquato divi Hadriani edicto, praeses provinciae, memor iuris publici, in dirimenda disceptatione legum placita custodiet. PP. VI. [5]) Non. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

6. Imp. Constantinus A. Elpidio [6]), agenti vicem [7]) P. P. — Si quis post hanc legem civitate spoliata ornatum, hoc est marmora vel columnas, ad rura transtulerit, privetur ea possessione, quam ita ornaverit [8]). Si quis autem ex alia in aliam civitatem labentium parietum marmora vel columnas de propriis domibus in proprias transferre voluerit, quoniam utrobique [9]) haec [10]) esse publicum decus est, licenter hoc faciat; data similiter facultate etiam de possessione ornatum huiusmodi ad possessionem aliam [11]) transferendi, quamvis per muros, vel etiam per mediam civitatem ea transferri necesse sit, ita ut ea solummodo, quae illata fuerint civitatibus, exportentur. Dat. VI. [12]) Kal. Iun. Viminacii [13]), Crispo II. [14]) et Constantino [15]) II. Conss. [321.]

7. [a]) Imp. Iulianus A. ad Avitianum [16]), Vicarium Africae. — Nemini columnas vel statuas cuiuscunque materiae ex alia eademque provincia vel [17]) auferre liceat vel movere. Dat. VI. Kal. Novemb. Iuliano A. IV. [18]) et Sallustio Conss. [19]) [363.]

8. Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. Modesto P. P. — Singularum urbium curiales etiam inviti vel reparare intra civitates, quas olim habuerunt, domos vel de [20]) novo aedificare cogantur, illic semper munilis inservituri et aucturi propriarum frequentiam civitatum. Possessores vero, qui non erunt curiales, in urbibus, in quibus domos possident, easdem domos dirutas neglectasque reparent, iudiciaria ad conservandum hoc praeceptum auctoritate retinendi [21]). Dat. XIII. Kal. Novemb. Gratiano A. IV. et Merobaude Conss. [377.]

9. [b]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Aemiliano P. U. — Si cui loci proprietas aedificandi iuxta publicas aedes animum dederit, is quindecim pedum spatio interiecto inter publica ac privata aedificia ita sibi noverit fabricandum, ut tali intervallo et publicae aedes a periculo vindicentur, et privatus aedificator, velut perperam fabricato loco [22]), destructionis quandoque futurae non timeat detrimentum. Dat. XI. [23]) Kal. Novemb. Constantinop. [24]) Arcadio A. VI. [25]) et Probo Conss. [406.]

10. Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio P. P. — Per provincias Mesopotamiam, Osdroenam [26]), Euphratensem, Syriam secundam, Phoenicen [27]), Libanensem, Ciliciam secundam, utramque Armeniam, utramque Cappadociam, Pontum Polemoniacum, atque Helenopontum [28]), ubi magis hoc desideratur, ceterasque provincias cunctis volentibus permittatur murali ambitu [29]) fundos proprios seu loca sui dominii constituta vallare. Dat. III. Non. Mai. Constantinop. Theodosio A. IX. et Constantio [30]) III. Conss. [420.]

11. [c]) Idem AA. Severino P. P. [31]) — Moeniana, quae Graeci [32]) ἐξώστας [33]) appellant, sive olim constructa, sive in posterum in provinciis construenda, nisi spatium inter se per decem pedes liberi aëris habuerint, modis omnibus detruncentur. In his vero locis, in quibus aedificia privatorum horreis publicis videntur obiecta obstructione moenianorum, quindecim pedum intervalla serventur. Quem intercapedinis modum aedificaturis quoque proponimus, ita ut, si quis intra definitum spatium, id est decem pedum mensuram, aedificare, vel intra quindecim pedum moenianum possidere tentaverit, sciat, non solum fabricam demoliendam [34]), sed etiam ipsam domum fisco nostro adscribendam. Dat. III. Kal. Octob. Asclepiodoto et Mariniano Conss. [423.]

12.

---

[a]) *hausta ex ampliore const., ex qua et descendunt l. 15. Th. C. de cursu publ. VIII. 5., l. 1. Th. C. de ind. deb. XI. 28., l. 2. Th. C. de itin. mun. XV. 3.; cfr. Cuiac. Obss. XIX. 19.* — [b]) *hausta ex l. 46. Th. C. de oper. publ. XV. 1.; Bas. LVIII. 11. 9.* — *Sch. a. (T. VI. p. 787.)* — [c]) *Bas. LVIII. 11. 11.*

[1]) *mss. Pist. Cas. Pl. 1., Bk., S. Perus.*; et CC. *add. mss. Vat. Bg., edd. rell.* — [2]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Bk.*; non *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*; *in ms. Pl. 2. paulo ante est* ut non sumtus. — [3]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; ut *ins. edd.* — [4]) *ms. Gt.*; usurparet, *omisso* et, *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. Bk.*; usurparet et *mss. Pl. 1. 2., edd. Schf. Russ. et rell. Nostra lectio amplectenda videtur, quia* ut, *quod ins. edd. post* sed, *codicum auctoritate destituitur*; *v. not.* 4. — [5]) III. *ms. Pist.* — [6]) Helpidio *ms. Bg.*; Hebidio *ms. Vat.* — [7]) vice *mss. Cas. Pl. 1.* — [8]) ordinaverit *mss. Pl. 1. Gt.* — [9]) utrubique *ms. Pl. 2., Hal. Bk.* — [10]) haec *om. mss. Pl. 1. 2.* — [11]) de possessione ad aliam, *reliquis omissis, Hal.* — [12]) III. *ms. Pist.* — [13]) Viminatio *ms. Pist.* — [14]) V. *ms. Pist., numero post* Const. *omisso.* — [15]) Constantio *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; *post II. ins.* CC. *Bk.* — [16]) *Theod. C. in legg. not. a. dictis, Cuiac. l. c.*; divianum *ms. Vat.*; iudicianum *ms. Pl. 1.*; Vitianum *mss. rell. et edd. Quomodo ferri possit Iulianus in inscr., disputat Haenel not. q. ad l. 8. Th. C. VIII. 1.* — [17]) id *pro* vel *ms. Bg. ante correct.*; provincialis, *omisso* vel, *ed. Schf. Et profecto his verbis, si nostra const. cum reliquis ei sociandis conferatur, videtur mendum inesse, quod fortasse ita corrigendum est:* ex alia eademve provincia per provinciales auferre *rell.* — [18]) III. *ms. Pist.* — [19]) *plenior subscr. in l. 1. Th. C. cit. ita exhibetur:* Dat. VII. Kal. Nov. Antiochiae. Acc. XV. Kal. April. Karthagine, Iuliano A. IV. et Sallustio Conss. — [20]) vel ex *mss. Pl. 2. Gt., ed. Schf.*; ex, *om.* vel, *ms. Pl. 1.*; vel novas *ms. Bg.* — [21]) retinenda *ms. Gt., plures et meliores libri Russ., ed. Nbg.* — [22]) fabricati loci *Theod. C.* — [23]) *Cont. 62. Bk., Theod. C*; *X. Hal. et rell.* — [24]) *ms. Pist., Theod. C.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [25]) III. *ms. Pist.* — [26]) austrenam, ostroenam *mss. nonn.* — [27]) *Hal.*; fenicem *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.*; Phoenicem *mss. omnia Russ.*; phoeniceam *ed. Nbg.*; Phoeniciam *Russ. et rell.*; *v. Iac. Gothofr. Topogr. p.* 108. — [28]) *Hal.*; elinopontum *ms. Pl. 1. ed. Schf.*; eliniopontu *ms. Pl. 2.*; elinoptantum *ms. Bg.*; elenopontum *ed. Nbg.*; Ellinopontum *omnia mss. Russ.*; Hellespontum *Russ. et rell.*; *cfr. Nov.* 28. — [29]) habitu *ms. Bg.* — [30]) Constantino *Sp.* — [31]) Gen. P. P. *Hal. Russ. Cont.* 62.; P. U. *Iac. Gothofr in Prosopogr. p.* 85. — [32]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; graeco vocabulo *edd. Schf. Russ. et rell.* — [33]) *liber Aured. a Char. collatus*; exortas *ms. Pl. 1.*; ortas *mss. Bg. Gt.*; hortas *ms. Pl. 2.*; ὀρθὰς *ed. Nbg.*; orcos *ed. Schf.*; χρόσσας *Hal.*; τειχιοστὰς *Russ. et rell. Sed nostram lect. flagitant Bas.* ἐὰν ἐξώστην ποιῇ τις *et Cuiac. Obss. l. 30., cui assentiuntur Russ. Cont. Char. in marg.*; *cfr. l. 12. §. 5. h. t.* — [34]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; fabricata demolienda *Hal. et rell.*

12. [a]) Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ζήνων, εὐσεβής, νικητής, τροπαιοῦχος, ἀεὶ μέγιστος, ἀεὶ σεβαστος [1]) Αὔγουστος, Ἀδαμαντίῳ, ἐπάρχῳ πόλεως [2]). — Καὶ δικῶν, εἰρήνης ἀπολαύοντας [3]) καὶ τῶν ἔξωθεν πολέμων, ἀπαλλάττεσθαι τοὺς ὑπηκόους βουλόμενοι, νομοθετεῖν [4]) ἑκάστοτε [5]) προθυμούμεθα· διὸ καὶ [6]) τὸν παρόντα φέρομεν [7]) νόμον [8]), ἱκανῶς ἀποδεικνύντα, ὡς καὶ ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια δικαίως ἐδίδαξεν, καὶ ἡμεῖς προνοητικῶς τὰ τὴν δυςχέρειαν λύοντα [9]) διορίζομεν [10]). Καὶ μικρὸν ἀποστάντες [11]) τῶν πρεπωδεστέρων τῇ πολιτείᾳ ῥημάτων, τοῖς τῷ πλήθει γνωριμωτέροις [12]) χρησόμεθα [13]), ὅπως ἂν ἕκαστος αὐτῶν ἐντυγχάνων τῷ νόμῳ μὴ δέοιτο [14]) ἑτέρου βοηθοῦ [15]) πρὸς τὴν οἰκείαν χρείαν [16]). Ἔγνωμεν τοίνυν ἐκ τῶν ἐνεχθέντων παρὰ τοῦ σοῦ μεγέθους, ὡς ὁ θεῖος νόμος τοῦ τῆς ἀθανάτου μνήμης πατρὸς ἡμετέρου Λέοντος, ὃν ἔθετο περὶ τῶν ἐν τῇδε τῇ ἐνδόξῳ πόλει κτίζειν βουλομένων, ἀμφιβόλως εἶναι κατά τινα μέρη δοκεῖ διὰ τὰς τῶν φαύλως ἑρμηνευόντων ἐπινοίας [17]).

§. 1. Καὶ ἡμεῖς προςτάττομεν [18]), τοὺς τὰς ἰδίας οἰκίας ἀνανεοῦντας τὸ ἀρχαῖον σχῆμα μηδαμῶς παρεξιέναι [19]), ὥςτε μὴ τοὺς οἰκοδομοῦντας ἀφαιρεῖσθαι φῶτα ἢ ἄποψιν [20]) τῶν γειτόνων παρὰ τὸ πάλαι κατεστηκός. Οὐ μὴν [21]) προςθήσω, τί [22]) δήποτε δέοι κρατεῖν, οἷον ὁ τῇ οἰκοδομίᾳ χρώμενος δίκαιον ἔχοι [23]), προςῆκον [24]) αὐτῷ ἐκ συμφώνου ἢ ἐπερωτήσεως, ἐπιτρέπον ἀμείβειν, εἰ βουληθείη [25]), τὸ παλαιὸν [26]) σχῆμα. Τότε γὰρ [27]) θεσπίζομεν, εἰ σύμφωνον ἢ ἐπερώτησις βοηθεῖ [28]) τῷ κτίζοντι, ἐξεῖναι αὐτῷ κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ συμφώνου ἢ τῆς ἐπερωτήσεως οἰκοδομεῖν, εἰ καὶ τοὺς γείτονας, οἷς ἐναντιοῦται τὸ σύμφωνον, ἐντεῦθεν βλάπτειν δοκοίη.

§. 2.

Imp. Caesar Zeno, pius, victor, triumphator, semper maximus, semper venerandus Augustus, Adamantio, Praefecto urbis. — Et a litibus, quum pace ab externis quoque bellis fruantur, subditos abstinere cupientes, praemonere eos semper in animo habemus; quapropter et praesentem ferimus legem, quae satis docet, quomodo et tua magnificentia iuste suggesserit, et nos prudenter definiamus ea, quae solvunt difficultatem. Et aliquantum recedentes ab usitatioribus in regenda republica verbis, iis utemur, quae vulgo notiora sunt, ut quicunque in legem inciderit, alio interprete ad ipsius usum non indigeat. Cognovimus igitur ex iis, quae a tua gravitate ad nos relata sunt, divinam legem immortalis memoriae patris nostri Leonis, quam posuit de iis, qui in hac inclyta urbe aedificare vellent, ambigue se habere videri in nonnullis partibus propter male interpretantium opiniones.

§. 1. *Et nos praecipimus, ut, qui suas aedes renovant, nequaquam veterem formam excedant, ne aedificantes lumina vel prospectum vicinorum contra prius constituta auferant. Neque tamen addiderim, quid quandocunque debeat obtinere, qualecunque ius aedificator habeat, competens ei ex pacto vel stipulatione, quo antiquam formam, si velit, mutare permittatur. Tunc enim sancimus, si pactum vel stipulatio aedificantem iuvet, licere ei secundum pacti vel stipulationis vires aedificare, etiamsi vicini, quibus adversatur pactum, inde laedi videantur.*

§. 2.

---

[a]) *Graeca const. Zenonis* περὶ καινοτομιῶν, *quae hic excidit,* 1., *servatur talis, qualis fuit ante receptionem in Cod. Iust., in cod. Novellarum Veneto* (Biener Gesch. d. Nov. p. 618. 620.), *in cod. Florentino* (Bandinius in catal. codd. mss. bibl. Mediceae - Laurent. I. p. 403.), *in cod. Bodleiano* (Ὁ πρόχειρος νομος ed. C. E. Zachariae p. 318.), *in cod. Paris. teste* Bienero (Rev. d. Iust. Cod. p. 164.); 2., *nonnullarum partium epitomae sunt in* Bas. LVIII. 11. 12. *et* LVIII. 12. 12. (T. VI. p. 783. 789.) *ex Synopsi, in* Prochiro XXXVIII. 4 — 6 *et* 8 — 10. (*ed.* Zachariae p. 209.), *apud* Harmenopul. II. 4. §. 24. 45. 46. 51. 54. 55 56. (Meerm. T. VIII. p. 123. 131 *sqq.*), *in* Attaliatae Syn. LIII. 7. et 8. (Leuncl. ius GR. II. p. 47.) — *Textus* 1., *qui vix ita integer a compositoribus Codicis receptus fuit* (*cfr. not.* 2), *primum editus in ed. Cod. Lugdunensi, deinde a Russ. in suae ed. appendice collocatus, apud Cont. et rell. tamquam l.* 12. *h. t. textui insertus est. Idem Contius* 71. *huic const. et locum assignavit inter Novellarum appendices, quod pleraeque edd. secutae sunt. Equidem in edendo textu ad crisin adhibui eos textus, qui sunt in ed. Lugdunensi, apud* Anton. Augustinum *in Coll. const. graec. et in edit. Novellarum* Scrimgeriana p. 509. *Lectio Lugdun., in cuius marg. notas adspersit Hotomanus, plurimis mendis scatet, quae vero non tam exemplari, ex quo haustus est textus, quam ei imputanda esse videntur, qui male illud legit ac descripsit. — Notam deficientis graec. const. post leg.* 11. *h. t. habent mss. Cas. Vat. et ed. Hal., post leg.* 10. *autem ms. Pl.* 1., *in quo eadem nota est in indice titulorum ad rubr. hui. tit.*

[1]) *Zachariae l. c. p.* 318. *ex cod. Bodlei., edd. Lugdun. Russ.*; *uno verbo* ἀειμέγιστος, ἀεισέβαστος *ed. Scrimg. Augustin., Bk.* — [2]) *hucusque consonum inser. habent edd. Lugd. Russ. Bk., cod. Bodlei. ap. Zachar. l. c., ed. Scrimg., Augustin. Simpliciorem inser. in mssis invenit Cont. hanc:* Αὐτοκράτωρ Ζήνων Ἀδαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως, *eamque, omissa nostra ampliore, et ipse restituit, et cum eo Char. Pac. Sp.* — [3]) *Augustin.*; ἀπολαύοντι *ed. Scrimg., cod. Bodlei. ap. Zachar. l. c.*; ἀπολαύοντες *edd. Lugdun. Russ. et rell. In edd. Lugdun. Russ. vv.* καὶ δικῶν *ad inscr. trahuntur, in ed. Scrimg. praeterea et vv.* εἰρήνης ἀπολαύοντι. — [4]) *fortasse* νομοθετεῖν [*leges ferre*]. — [5]) ἑκάστωτε *ed. Lugdun., Augustin.* — [6]) καὶ τῶν ἔξωθεν — διὸ καὶ *absunt ab ed. Scrimg. et cod. Bodlei. ap. Zachar. l. c.* — [7]) φερόμενον *cod. Bodlei. ap. Zachar. l. c.* — [8]) κόμον *ed. Lugdun.* — [9]) δυςχέρει αὐλύοντα *ed. Lugdun.* — [10]) δικαίως — διορίζομεν *om. cod. Bodlei. ap. Zachar. l. c., ed. Scrimg., Russ., qui in marg. supra pro* ὡς *coniicit* ὁ. — [11]) στάντες — ῥημάτων *om. cod. Bodlei. ap. Zachar. l. c.* — [12]) γνωριμοτέροις *ed. Lugdun., Augustin.* — [13]) χρησώμεθα *cod. Bodlei. ap. Zachar. l. c., Augustin.*; χρησάμεθα *ed. Lugdun. Videtur his vv. causa explicari, cur graeca lingua usus sit legislator.* — [14]) δέοι *cod. Bodlei. ap. Zachar. l. c.* — [15]) βοηθείας *cod. Bodlei. ap. Zachar. l. c.* — [16]) *ed. Lugdun., Augustin.*; πρὸς — χρείαν *om. cod. Bodlei. ap. Zachar. l. c., ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [17]) *Augustin., ed. Lugdun.*; ἀμφίβολος, *omissis* εἶναι — ἐπινοίας, *ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [18]) ἡμας πρὸς ταυτο μὲν *ed. Lugdun.* — [19]) παρεξεῖναι *ed. Lugdun., Augustin.* — [20]) ἀποβλεψιν *ed. Lugdun., August*; *sed* ἄποψιν *Prochiron et Harmenopul.* — [21]) ἀλλὰ *ins. ed. Lugdun.* — [22]) *ed. Lugdun., Augustin.*; ὅτι *ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [23]) ἔχων *ed. Lugdun., Augustin.* — [24]) *ed. Lugdun., Augustin.*; διαπροςῆκον *Augustin. in not.*; ἰδίᾳ προςῆκον *ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [25]) βουληθῇ *Augustin.*; βουλητη *ed. Lugdun.* — [26]) παρὸν *ed. Lugdun., Augustin. in not.* — [27]) *Augustin. in not., ed. Scrimg., Russ. et postea rell.*; Διὸ *pro* Τότε γὰρ *ed. Lugdun., Augustin. in textu.* — [28]) *Augustin. in not., ed. Scrimg., Russ. et postea rell.*; βοηθῇ *ed. Lugdun., Augustin. in textu.*

§. 2. Τῆς δέ μου [1]) τῆς διατάξεως εἰπούσης, καὶ [2]) ιβ' ποδῶν χρῆναι καταλιμπάνειν μέσον τῆς τε ἰδίας καὶ τῆς τοῦ γείτονος οἰκίας τὸν οἰκοδομεῖν [3]) μέλλοντα, καὶ τὸ πλέον ἢ ἔλαττον προσθείσης [4]), ὃ [5]) μεγίστην ἀσφάλειαν [6]) εἰκότως ποιεῖ [7]) (τὸ γὰρ ἐνδοιάζον οὐκ ἐπιτήδειον εἰς ἀμφιβολίας ἀναίρεσιν), περιφανῶς κελεύομεν, δυοκαίδεκα πόδας εἶναι μέσους ἑκατέρας οἰκίας, ἀρχομένους μὲν ἀπὸ τοῦ ἐπικειμένου τοῖς θεμελίοις οἰκοδομήματος, παραφυλαττομένους δὲ μέχρι πέρατος [8]) τοῦ ὕψους. καὶ τῷ τοῦτο τοῦ λοιποῦ παραφυλάττοντι ἐξεῖναι τὴν οἰκίαν ἐγείρειν ἐφ' ὅσον θελήσειεν ὕψος, καὶ θυρίδας κατασκευάζειν τὰς καλουμένας παρακυπτικας καὶ φωταγωγους κατὰ τὴν θείαν νομοθεσίαν, εἴτε νέαν οἰκίαν βούλοιτο [9]) κτίζειν, εἴτε παλαιαν ἀνανεοῦν, εἴτε διαφθαρεῖσαν ἐκ πυρὸς οἰκοδομεῖν. μηδαμῶς [10]) ἐκ τούτου τοῦ διαστήματος συγχωρεῖσθαι ἀφαιρεῖν [11]) τοῦ γείτονος ἄποψιν θαλάσσης εὐθεῖαν καὶ οὐ βεβιασμένην ἐξ οἱουδήποτε πλευροῦ τῆς οἰκίας, ἣν ὁ γείτων ἐστὼς ἔνδον ἐν τοῖς ἰδίοις ἢ καὶ καθημενος ἔχει [12]), μὴ [13]) παραιρέπων ἑαυτὸν ἐν τῷ παρακυπτειν εἰς τὸ πλάγιον καὶ [14]) βιαζομενος, ὥςπερ ἰδεῖν θαλασσαν. Τὸ γὰρ τῶν [15]) κηπων τε καὶ τῶν δένδρων οὔτε [16]) περιείληπται [17]) τῇ προτέρᾳ νομοθεσίᾳ, οὔτε τῇ παρούσῃ προστεθήσεται. οὔτε γὰρ προσηκει τοιαυτην δουλείαν κρατεῖν [18]).

§. 2. *Quum vero nostra constitutio dicat, eum, qui aedificaturus est, inter suam et vicini domum duodecim pedum spatium relinquere debere, et plus minusve addat, quod quidem maximam securitatem praestat (ambiguum enim non est idoneum ad tollendam dubietatem), perspicue iubemus, inter utramque domum intermedios esse duodecim pedes, qui incipiant ab aedificio fundamentis imposito et ad culmen altitudinis conserventur. Et ei, qui hoc in posterum observat, licere domum in quamcunque velit altitudinem tollere, et fenestras aperire tam prospectivas, quas dicunt, quam luciferas secundum sacram legislationem, sive novam domum aedificare velit, sive veterem renovare, sive igne consumtam exstruere. Neque tamen licere ex hoc spatio auferre vicini in mare prospectum directum nec impeditum ex quacunque aedium parte, quam vicinus habet stans intus in suis aedibus vel etiam sedens, in prospiciendo se non torquens in obliquum et vim adhibens, ut mare videat. De hortis enim et arboribus neque in priore legislatione aliquid comprehensum est, nec in praesente addetur; haud enim convenit eiusmodi servitutem locum habere.*

§. 3. Μηδενὶ δὲ ἐξέστω κτίζοντι [19]) οἰκίαν, ἐν μέσῳ ὄντος στενωποῦ ἢ πλατείας ὑπὲρ τοὺς δεκαδύο πόδας [20]), διὰ τοῦτο παραιρεῖσθαι μέρος τῆς πλατείας ἢ τοῦ στενωποῦ καὶ τῷ οἰκείῳ προσνέμειν οἰκοδομήματι. Οὐ γὰρ τὰ τῷ δημοσίῳ προσήκοντα βλάπτειν βουλόμενοι καὶ τοῖς κτίζουσιν ἀπονέμειν, δέκα καὶ δύο [21]) ποδῶν εἶναι διάστημα ἐν μέσῳ τῶν οἰκιῶν διωρίσαμεν, ἀλλ' ὥςτε μὴ στενώτερα [22]) εἶναι τὰ μεταξὺ τῶν οἰκιῶν διαστήματα, καὶ πλέον, εἴπερ πλέον ὄντος [23]), ἔχειν ὡς ἔχει, καὶ τοῦτο μειουσθαι μὴ συγχωροῦντες, ἵνα τῇ πόλει τὰ οἰκεῖα περισώζηται δίκαια. Εἰ δὲ τὸ παλαιὸν οἰκοδόμημα κατὰ [24]) τὸ ἀρχαῖον σχῆμα τοιοῦτον ἦν, ὥςτε ἔλαττον εἶναι τῶν ιβ' ποδῶν μεταξὺ ἑκατέρας οἰκίας διάστημα, μη ἐξέστω παρὰ τὸ παλαιὸν σχῆμα [25]) ἢ ὑψοῦν τὸ οἰκοδόμημα ἢ θυρίδας ποιεῖν, εἰ μη ἑ ποδες εἶεν [26]) ἐν μέσῳ. Τηνικαῦτα γὰρ παρακυπτικὰς μὲν ὁ κτίζων οὐ δυνήσεται ποιεῖν, οὐκ οὔσας πάλαι [27]), ὡς εἴρηται, φωταγωγοὺς δὲ ποιήσει ἀπὸ ἓξ ποδῶν τοῦ πάτου εἰς ὕψος, μηδαμῶς τὸ καλούμενον ψευδόπατον ποιεῖν ἐν τῷ ἑαυτοῦ [28]) οἰκήματι τολμῶντος, φωταγωγοὺς θυρίδας κατασκευάζειν [29]) κατὰ τὸ εἰρημένων τῶν ἓξ ποδῶν τὸ ὕψος, καὶ σοφίζεσθαι τον νόμον. Εἰ γὰρ τοῦτο ἕξειη, πάλιν αἱ φωταγωγοὶ διὰ τοῦ ψευδοπάτου παρακυπτικῶν [30]) πληρώσουσι [31]) χρείαν, καὶ τὸν γείτονα βλάψουσιν. ὅπερ γίνεσθαι [32]) κωλυομεν, οὐδαμοῦ τὴν ἐκ τῶν συμφώνων ἤτοι ἐπερωτημάτων ἁρμό-

§. 3. *Nemini autem, qui domum aedificat, interiacente angiportu vel platea latiore duodecim pedibus, ea de causa liceat partem plateae vel angiporti adimere suoque applicare aedificio. Non enim ut ea, quae reipublicae sunt, laedantur et aedificantibus assignentur, duodecim pedum spatium inter domos esse definivimus, sed ut ne sint angustiora inter domos spatia, amplius autem, si quidem amplius est, habeatur, quale est, neque hoc deminui permittimus, ita ut civitati sua iura conserventur. Si vero vetus aedificium ex antiqua sua forma tale erat, ut duodecim pedibus angustius sit inter utrasque aedes spatium, non liceat praeter veterem formam vel extollere aedificium vel fenestras facere, nisi decem pedes in medio sint. Tunc enim prospectivas quidem aedificator facere non poterit, quae antea non fuerint, ut dictum est, luciferas autem faciet sex pedibus altiores a solo, neque vero audeat falsum solum, quod vocant, facere in suis aedibus, luciferas fenestras supra illam sex pedum altitudinem aperire, et legem circumvenire. Hoc enim si liceat, rursum luciferae propter falsum solum prospectivarum usui inservient et vicinum laedent; quod fieri prohibemus, nullo tamen modo auxilium, quod ex pactis vel stipulationibus aedificatoribus competit, si quod tale omnino succurrat, auferentes.*

§. 4.

---

[1]) *Τῆς δὲ πατρός μου ed. Lugdun. in marg.* [*coni. Hotomani*]; *fortasse Τῆς δὲ οὖν, omisso altero τῆς, ut respiciatur ad const. Leonis supra memoratam, vel etiam Τῆς δὲ προτέρας; cfr. §. 4. infra.* — [2]) *εἰ ins. ed. Lugdun., Augustin.* — [3]) *οἰκείας τῶν οἰκοδομείων ed. Lugdun.* — [4]) *προσθήσει ed. Lugdun., Augustin.* — [5]) *ᾧ ed. Lugdun., Augustin.; fortasse ὥςτε et postea ποιεῖν.* — [6]) *ἀμφιβολίαν coniicit Cont. in marg.* — [7]) *ποιείτω alii ποιῇ, Augustin. in not.* — [8]) *παντὸς Prochiron, Harmenopul.* — [9]) *βούληται ed. Lugdun., Augustin.* — [10]) *δὲ addendum videtur Hotomano in marg. ed. Lugdun.* — [11]) *Augustin.; ἀπαιρεῖν ed. Lugdun.; abest ab ed. Scrimger., a Russ. et rell. hoc verb., quod defendunt Bas. et Prochiron et Harmenop.* — [12]) *ἔχειν Augustin.* — [13]) *ed. Lugdun., Augustin.; μηδὲ ed. Scrimger., Russ. et rell.* — [14]) *videtur hoc καὶ omittendum, et antea pro ἐπιτρέπων scribendum ἐπιτρέπειν. Sic enim haec vv. optime convenient cum Prochiro: μὴ ἀναγκαζόμενος παρατρέπειν ἑαυτὸν εἰς πλάγιον, ἐφ' ᾧ ἰδεῖν τὴν θάλασσαν.* — [15]) *γαρ τῶν om. ed. Lugdun., ut et seq. τῶν.* — [16]) *οὐ Augustin. in not.* — [17]) *Augustin.; περιήληπται ed. Lugdun.; παρείληπται ed. Scrimger., Russ. et rell.* — [18]) *ed Lugdun., Augustin.; τοιαύτην — κρατεῖν absunt ab ed. Scrimger., a Russ. et rell.; sed recte addi docent Bas. et Prochiron.* — [19]) *κτίζειν ed. Lugdun., Augustin.* — [20]) *ὑπέργους δεκαδύο ποδῶν ed. Lugdun., Augustin. in textu, reiecta in notas nostra lect., quam tuentur Bas. et Prochiron et Harmenopul.* — [21]) *δεκαδύο ed. Lugdun., Augustin.* — [22]) *ed. Lugdun.; στενότερα Augustin., ed. Scrimger., Russ. et rell.* — [23]) *καὶ τὸ πλέον περιόντι ἐῶντες ed. Lugdun., Augustin.* — [24]) *καὶ ed. Lugdun., Augustin.* — [25]) *σχῆμα abest ab ed. Lugdun. et Augustin.* — [26]) *εἰ δὲ μὴ δέκα ποδῶν εἴη Augustin., similiter ed. Lugdun.* — [27]) *παλαιὰς ed. Lugdun., Augustin.* — [28]) *ed. Lugdun., Augustin.; αὐτοῦ ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [29]) *Augustin., ed. Lugdun.; φωταγωγοῦ θυρίδος κατασκευασθείσης ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [30]) *ed. Lugdun., Augustin.; παρακυπτικὴν ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [31]) *πληροῦσι ed. Lugdun., Augustin.* — [32]) *γενέσθαι ed. Lugdun, Augustin.*

ἁρμόζουσαν τοῖς κτίζουσι[1]) βοήθειαν, εἴπερ[2]) ὅλως ὑπάρχει τοιαύτη τις, ἀναιροῦντες.

§. 4. Ἔτι δὲ τοῦ προτέρου νόμου κελεύοντος, ἑκατὸν πόδας ἐξεῖναι τὰς οἰκίας εἰς ὕψος αἴρειν τὰς ἀπὸ[3]) τοῦ πυρὸς πρώην διαφθαρείσας, εἰ καὶ περὶ[4]) θαλάσσης ἄποψιν ἕτερος βλάπτοιτο, καὶ ταύτην ἀναιροῦντες τὴν ἀμφιβολίαν θεσπίζομεν, τοῦτο αὐτὸ κρατεῖν ἐπὶ τῶν ἐμπρησθεισῶν οἰκιῶν, εἴτε[5]) τῶν ἀνανεουμένων, καὶ ἐπὶ τῶν οὐκ οὐσῶν μὲν πρότερον, κτιζομένων δὲ νῦν, μετὰ ταῦτα[6]) καὶ ἐπὶ τῶν πυρὸς μὲν βλάβην μὴ δεξαμένων, διὰ παλαιότητα δὲ ἤ καί τινα οὐν ἄλλην αἰτίαν σαθρῶν γενομένων, ἵνα[7]) ἐπὶ πάσης οἰκίας οἰκοδομουμένης ρ' ποδῶν εἴη διάστημα[8]) ἐν μέσῳ τῶν ἀμφιβαλλομένων τόπων, κωλύματος χωρὶς γένηται[9]) τε[10]) οἰκοδόμημα[11]), εἰ καὶ τῆς ἄλλῳ[12]) διαφερούσης οἰκίας τὴν ἐπὶ θάλασσαν ἄποψιν λυμαίνηται[13]). Τὰς δὲ ἀπὸ μόνων μαγειρείων[14]) ἢ τῶν καλουμένων ἀποπάτων ἢ ἀφεδρώνων ἢ κλίμακος ἢ διαβάσεων πρὸς πάροδον μόνην χρησίμων ἢ καὶ τούτων[15]), ἃ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ[16]) βαστέρνια[17]), ἄποψιν εἰς θάλασσαν βλάπτειν ἐξέστω, κἂν ἐντὸς ρ' ποδῶν βούλοιτό[18]) τις οἰκοδομεῖν, εἰ δυοκαίδεκα μέντοι πόδες[19]) ἐν μέσῳ τυγχάνοιεν ὄντες[20]). Ταῦτα δὲ παραφυλαχθῆναι θεσπίζομεν, ὅτε μὴ[21]) ὑπάρχει τινὶ σύμφωνον ἐπιτρέπον οἰκοδομεῖν, τοὺς δὲ κτίζοντας ἀπὸ συμφώνου τοῦ γείτονος ἐμμένειν τοῖς οἰοιχηθεῖσι. τηνικαῦτα γάρ, καὶ μὴ παραφυλαχθέντος διαστήματος, κατὰ τὸ σύμφωνον[22]) ἐπιτρέπομεν ἐγείρεσθαι τὰς οἰκοδομάς, εἰ καὶ[23]) βλάπτοιεν περὶ[24]) θαλάσσης ἄποψιν τοὺς συμφωνήσαντας ἢ τοὺς τὰς ἐκείνων οἰκίας διαδεξαμένους, ἐπειδὴ τὰ ἤδη τισὶν ὑπάρχοντα ἐκ συμφώνων[25]) δίκαια οὐ προσήκει διὰ τῶν γενικῶν ἀναιρεῖσθαι νόμων[26]).

§. 5. Ἔτι δὲ[27]) θεσπίζομεν, τὰ καλούμενα σωλάρια[28]) μετὰ τὸν παρόντα νόμον μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι, ἀλλὰ τῷ τῶν λεγομένων ῥωμανισίων[29]) οἰκοδομεῖσθαι σχήματι, δέκα δὲ ποδῶν εἶναι διάστημα μεταξὺ δύο σωλαρίων αντικρουόντων ἀλλήλοις[30]). εἰ δὲ τοῦτο μὴ δυνατὸν εἴη διὰ στενοχωρίαν τοῦ τόπου, ἐκ παραλλαγῆς γίνεσθαι τὰ σωλάρια. εἰ δὲ αὐτὸς ὁ στενωπὸς μὴ περαιτέρω δέκα ποδῶν εἴη, μηδ' ἐπιχειρεῖν ἐκ μηδετέρου μέρους σωλάρια ἤτοι ἐξώστας κατασκευαζειν. Καὶ τὰ γενόμενα[31]) δέ, ὃν τρόπον εἴρηται, κελεύομεν ἀφεστάναι τοῦ ἐδάφους εἰς ὕψος ποδῶν δεκαπέντε διάστημα, καὶ μηδαμῶς κατὰ κάθετον[32]) αὐτῶν κίονας λιθίνους ἢ ξυλίνους ἐπὶ τῷ ἐδάφει ἱσταθαι ἢ τοίχους κατασκευαζεσθαι, ὥστε μήτε τὸν ἀέρα τὸν ὑπὸ τοῖς ἐν τῷ ὕψει γινομένοις, ὡς εἴρηται, σωλαρίοις ἀποφράττεσθαι[33]), μήτε ἐντεῦθεν στενω-

§. 4. *Item quum prior lex sanciat, ut liceat centum pedes in altum extollere domos igne antea consumtas, etiamsi circa maris prospectum alter laedatur, et hanc tollentes ambiguitatem iubemus, hoc ipsum valere et in combustis aedibus, si iam renovantur, et in iis, quae antea quidem non fuerunt, nunc autem exstruuntur, nec non in iis, quae ab igne quidem nihil damni passae, per vetustatem tamen vel aliam causam ruinam traxerunt, ut in omni domo exstruenda centum pedum sit intervallum a circumiacentibus locis, et sine prohibitione aedificium fiat, quamvis ad alium pertinentis domus prospectus in mare corrumpatur. Quum vero e culinis solis prospicitur, aut ex latrinis, quae vocantur, aut secessibus aut scalis aut meatibus ad transeundum solummodo utilibus aut ex iis, quae plerique basternia vocant, liceat in mare prospectui officere, etiamsi intra centum pedes quis velit aedificare, dummodo duodecim pedes intermedii sint. Sancimus autem haec observari, quando nullum suppetit pactum, quod aedificare permittat, eos vero, qui ex pacto cum vicino inito aedificant, conventis stare. Tunc enim, et non observato intervallo, iuxta pactum permittimus extollere aedificia, licet ii, qui contraxerunt vel in horum domos successerunt, circa maris prospectum laedantur, quandoquidem iura, quae ex pactis competunt, per generales leges tolli non convenit.*

§. 5. *Item sancimus, ut solaria, quae dicuntur, post praesentem legem non ex solis lignis et asseribus fiant, sed romanensium, quae vocantur, specie aedificentur, decem autem pedum intervallum sit inter duo solaria invicem sibi opposita. Quod si propter loci angustiam fieri non possit, alterne solaria struantur. Sin vero ipse angiportus non latior decem pedibus sit, ex neutra parte solaria sive moeniana facere praesumant. Et ea, quae secundum dictum modum facta sunt, iubemus quindecim pedum spatio a solo in altum distare, et nullo pacto ad perpendiculum eorum columnas lapideas vel ligneas in solo poni vel muros substrui, ne aër sub solariis in altitudine, ut dictum est, positis impediatur, neve inde angustior fiat angiportus et publica via. Prohibemus etiam scalas fieri, quae a solo angiportus incipiunt et ad solaria ducunt, ut ex firmiore structura et ex eo, quod non ita propinqua*

---

[1]) τοῖς κτίζουσι om. ed. Lugdun., Augustin. — [2]) καὶ εἴπερ ed. Lugdun., Augustin. — [3]) ὑπὸ ed. Lugdun., Augustin. — [4]) ed. Lugdun., Augustin.; παρὰ ed. Scrimg., Russ. et rell. — [5]) scribendum videtur εἶτα [postea] vel εἴ γε [si quidem]. — [6]) μετὰ τουτων ed. Lugdun. — [7]) ed. Lugdun., Augustin.; καὶ, loco ἵνα, ed. Scrimg. Russ. et rell. — [8]) καὶ inserere vult Hotoman. in marg. ed. Lugdun. — [9]) ed. Lugdun., Augustin.; γίνεσθαι ed. Scrimg., Russ. et rell. — [10]) τε om. ed. Lugdun. Augustin. — [11]) ed. Lugdun., Augustin.; οἰκοδομήματα ed. Scrimg., Russ. et rell. — [12]) ed. Lugdun., Augustin.; ἄλλοις ed. Scrimg., Russ. et rell. — [13]) ed. Lugdun., Augustin.; λυμαίνεται ed. Scrimg., Russ. et rell. — [14]) ita mutavi seculus Prochiron et Harmenop.; μαγειρῶν rell. — [15]) ταῦτα ed. Lugdun., Augustin. — [16]) παλαιοὶ ed. Lugdun., Augustin. — [17]) ed. Lugdun., Augustin.; βασιέρνοια ed. Scrimg., Russ. et rell., sed. v. not. 147. ad Harmenop. II. 4. 46. ed. Reitz. — [18]) βούλητο ed. Lugdun., Augustin. — [19]) ex mea coni.; εἰ καὶ δυοκαίδεκα πόδες ed. Scrimg., Russ. et rell.; δώδεκα μέντοι πόδες, omissis εἰ καί, ed. Lugdun. Augustin. — [20]) ed. Lugdun., Augustin.; ὄντες om. ed. Scrimg., Russ. et rell. — [21]) μὲν corrigere vult Hotoman. in marg. ed. Lugdun., male. — [22]) διάστημα τῶν συμφώνων ed. Lugdun., Augustin. — [23]) κἂν ed. Lugdun., Augustin. — [24]) ed. Lugdun., Augustin.; παρὰ ed. Scrimg., Russ. et rell. — [25]) ἐπειδὴ τέλειά τισιν ὑπάρχουσιν ἐκ συμφώνου ed. Lugdun., Augustin. — [26]) δι' αὐτῶν τον γενικὸν ἀναιρεῖσθαι νόμον ed. Lugdun., Augustin. Sed lectio Scrimger. magis convenit cum Prochiro et Harmenop. — [27]) δὲ om. ed. Lugdun., Augustin. — [28]) ed. Lugdun., Augustin.; σολάρια ed. Scrimg., Russ. et rell., et sic saepius; sed Bas. etiam σωλάρια. — [29]) Ῥωμανήσια vocant Bas. — [30]) ἀντικρυ ὄντων ἀλλήλων ed. Lugdun., Augustin. — [31]) ed. Lugdun., Augustin.; γινόμενα ed. Scrimg., Russ. et rell. — [32]) κατὰ κάθετον mavult Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t., et sane cum eo faciunt Bas. — [33]) καὶ εἰς τοὺς τοίχους κατασκευάζειν, ὥστε μὴ τὸν ἀέρα διὰ τῶν εἰς ὕψος γενομένων σωλαρίων ἀποφράττεσθαι Augustin. in not.

στενώτερον [1]) γίνεσθαι τὸν στενωπὸν καὶ τὴν δημοσίαν πάροδον. κωλύομεν δὲ καὶ κλίμακας ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀρχομένας τοῦ στενωποῦ γίνεσθαι, ἀναγούσας ἐπὶ τὰ σωλάρια. ὥστε ἐκ [2]) τῆς ἀσφαλεστέρας κατασκευῆς καὶ ἐκ τοῦ μὴ σφόδρα πλησιάζειν ἀλλήλοις τὰ σωλάρια, κουφοτέρους καὶ σπανιωτέρους συμβαίνειν [3]), ὅ μὴ συμβαίοι [4]) ποτέ, καὶ εὐκολώτερον [5]) παύεσθαι τοὺς [6]) ἐκ τοῦ πυρὸς κινδύνους τῇ πόλει καὶ τοῖς ἔχουσι τὰς οἰκίας. Εἰ δὲ παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον γένηται σωλάριον ἢ κλίμαξ, οὗ τὸ γεγονὸς [7]) ἐκκοπήσεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς οἰκίας κύριος δέκα χρυσίου λιτρῶν [8]) ζημίαν ὑπομενεῖ, καὶ ὁ διατυπώσας ἀρχιτέκτων ἢ ἐργολάβος ἑτέρας δέκα χρυσίου λίτρας καταθήσει, καὶ ὁ ἐργασάμενος τεχνίτης, οὐχ οἷός τε ὢν διὰ πενίαν ζημιοῦσθαι [9]), τὸ σῶμα αἰκισθεὶς τῆς πόλεως ἐξελαθήσεται [10]).

§. 6. Πρὸς τούτοις παρακελευόμεθα, μηδενὶ ἐξεῖναι πολλοὺς ἐφεξῆς κίονας ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς ἀπὸ τοῦ καλουμένου Μιλίου [11]) ἕως [12]) τοῦ [13]) Καπετωλίου ἀποφράττειν [14]) οἰκήμασιν [15]) ἐκ σανίδων μόνων [16]) ἢ καὶ ἄλλοις [17]) ἐν μέσῳ τῶν κιόνων κατασκευαζομένοις. ἀλλὰ μὲν [18]) τὰ τοιαῦτα οἰκήματα μὴ ὑπερβαίνειν πλάτους [19]) μὲν ποδῶν ἓξ σὺν τοῖς τοίχοις ἐπὶ τὴν πλατεῖαν, ὕψους [20]) δὲ ποδῶν ἑπτά, ἐκ πονιὸς δὲ τρόπου διὰ τεσσάρων κιόνων τὰς παρόδους ἐλευθέρας καταλείπεσθαι [21]), τὰς ἀπὸ τῶν στοῶν ἐπὶ τὰς πλατείας· καλλωπίζεσθαι δὲ τὰ τοιαῦτα οἰκήματα ἤτοι ἐργαστήρια μαρμάροις ἔξωθεν, ὥστε κάλλος μὲν διδόναι τῇ πόλει, ψυχαγωγὴν [22]) δὲ τοῖς βαδίζουσι. Τὰ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσι τῆς πόλεως ἐν τοῖς μέσοις τῶν κιόνων τόποις κατασκευαζόμενα ἐργαστήρια, καθάπερ ἂν δοκιμάσειε τῇ πόλει συμφέρειν ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια [23]), καὶ τοῦ μέτρου ἕνεκα καὶ τοῦ τρόπου, κατασκευάζεσθαι θεσπίζομεν, τῆς ἰσότητος δηλαδὴ πᾶσι [24]) φυλαττομένης, ὥστε μὴ ἐπί τινων γειτόνων [25]) ἐπιτραπὲν ἑφ' ἑτέρων κωλύεσθαι [26]).

§. 7. Κακεῖνο δὲ [27]) νομοθετοῦμεν, ὥστε μὴ τὰς τῶν συκοφαντῶν [28]) κακοτεχνίας τοῖς ἐπιεικέσι λυμαίνεσθαι. πολλοὶ γὰρ φθόνῳ [29]) δίκας, οὐκ ἀδικήματός τινος, τοῖς οἰκοδομεῖν [30]) βουλομένοις ὑφαίνοντες, ἀναβολῶν αὐτοῖς αἴτιοι γίνονται, ὥστε τὸν οἰκοδομεῖν ἀρξάμενον, εἶτα κωλυθέντα, καὶ τὸ ἔργον ἀτελὲς καταλιπεῖν [31]) ἠναγκασμένον, καὶ πρὸς τὸ δικαστήριον ἀφελκόμενον, τὸ χρῆμα, ἐξ οὗ τὴν οἰκίαν ἐγείρειν ἤλπισεν, ἀναλίσκειν περὶ τὴν δίκην, καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον, μετὰ τὸ ψῆφον νικώσης ἐπιτυχεῖν, ἔτι καθάπερ αὐτοῖς τισὶ συμπεπλέχθαι δεσμοῖς, τοῦ κωλύσαντος τὸ ἔργον προσχήματι μὲν ἐφέσεως τὰς κυρίας ἀναμένοντος, τῷ [32]) δὲ ἐμποδὼν γίνε-

pinqua inter se sint solaria, leviora rarioraque accidant (quae nunquam evenire contingat!) faciliusque restinguantur ex incendiis pericula et civitati et iis, qui domos habent. Sin autem adversus nostram constitutionem solarium fiat vel scala, non solum quod factum est exscindetur, verum etiam aedium dominus decem librarum auri mulctam sustinebit, et architectus aut ergolabus, qui opus instituit, alias decem libras auri dependet, et opifex, qui fabricavit, si ob paupertatem mulctari nequeat, verberibus caesus ex urbe expelletur.

§. 6. *Ad haec iubemus, nemini licere plures deinceps columnas in publicis porticibus inde a Milio, quod vocatur, usque ad Capitolium occludere domibus, ex asseribus solum constructis, vel aliis inter medias columnas constitutis. Sed eiusmodi domus non excedere latitudinem sex pedum cum parietibus versus plateam, altitudinem vero pedum septem; omnimode autem per quatuor columnas liberum iter a porticibus ad plateam relinqui; exornari etiam eiusmodi aedificia sive tabernas marmoribus extrinsecus, ut et decori sint civitati et oblectamento praetereuntibus. Quae vero in aliis urbis partibus inter columnas tabernae constituuntur, quemadmodum civitati conducere iudicaverit tua magnificentia, quoad mensuram et locum exstrui sancimus, aequalitate videlicet omnibus servata, ne, quod in aliis vicinis permittitur, in aliis prohibeatur.*

§. 7. *Illud etiam lege complectimur, ne probi homines calumniatorum fraudibus laedantur. Multi enim, invidia lites, non propter acceptam iniuriam, aedificare volentibus struentes, morae ipsis auctores fiunt, ita ut qui coeperat aedificare, deinde prohibitus, opusque imperfectum relinquere coactus, et in iudicium protractus, pecuniam, pro qua exstruere domum sperabat, in litem insumat, quodque omnium absurdissimum est, victricem sententiam consecutus velut indissolubilibus nihilominus vinculis irretiatur, dum is, qui prohibuit opus, obtentu appellationis fatales dies exspectat, et se impedimento operi fuisse cum vicini calamitate gaudet. Constituimus itaque, ut in huiusmodi*

---

[1]) *ed. Lugdun., Augustin.*; στενότερον *ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [2]) ἔκτε *ed. Lugdun., Augustin.* — [3]) *ed. Lugdun., Augustin.*; συμβαίη *ed. Scrimg., Russ. et rell.*; *cfr. l.* 14. *C. VIII.* 12. — [4]) *ed. Lugdun., Augustin.*; ὃ μὴ συμβαίοι *om. ed. Scrimg. Russ. et rell.* — [5]) *ed. Lugdun., Augustin.*; δὲ *ins. ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [6]) *ed. Lugdun., Augustin.*; τους *om. ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [7]) οἱ τὰ γενόμενα *ed. Lugdun., Augustin.* — [8]) λίτρας *ed. Lugdun.* — [9]) καὶ διὰ πενίαν ζημιούμενος *ed. Lugdun., Augustin.* — [10]) *hic finire cod. Bodleianum, monet Zachariae ed. Prochiri p.* 318. — [11]) Μιλιαρίου *ed. Lugdun., probantibus Russ. Cont. in marg.*; *sed Bas. etiam* μιλίου. — [12]) μέχρι *ed. Lugdun., Augustin.* — [13]) καλουμένου *ins. ed. Scrimg., Russ. et rell. edd. Cod.* — [14]) *ed. Lugdun., Augustin., consentientibus Bas*; ἢ φράττειν *ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [15]) ἀλλὰ *ins. ed. Lugdun., Augustin., refragantibus Bas.* — [16]) μόνον *ed. Lugdun., Augustin.* — [17]) ἄλλως *ed. Lugdun., Augustin.* — [18]) μην *ed. Lugdun., Augustin.* — [19]) πλεῖον *ed. Lugdun., Augustin.*; *nostra lect. defenditur a Bas.* — [20]) ὕψος *et statim post* πόδας *ed. Lugdun., Augustin.* — [21]) καταλιμπάνεσθαι *ed. Lugdun., Augustin.* — [22]) ψυγαγωγεῖ *ed. Lugdun.*; ψυχαγωγεῖν *Augustin.* — [23]) καθάπερ δοκιμασει ἡ ἐν τῇ πόλει σὴ φρονήσει μεγαλοπρέπεια *Augustin.* — [24]) *ed. Lugdun., Augustin.*; πάσης *ed. Scrimg., Russ. et rell.*; *nostra lect. magis convenit cum Bas.* — [25]) *ed. Lugdun., Augustin.*; μη τούτο ἐπί τινων *ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [26]) τούτων κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον φανερῶν γενομένων καὶ τῆς τῶν προτέρων νόμων ἐν τισι κεφαλαίοις δοξάσης τὰ λοιπὰ μέρη τοῦτο κρατεῖν θεσπίζομεν *addunt ed. Lugdun., Augustin., qui autem in notis monet, haec non sine causa alicubi deesse, nec ipse in sua versione haec vv. amplexus est.* — [27]) Κακεῖνο μέντοι *ed. Lugdun., Augustin.* — [28]) συκοφαντούντων *ed. Lugdun., Augustin.* — [29]) φθόνου *Augustin.*; φθόνον *ed. Lugdun.* — [30]) τὴν οἰκοδομὴν *Augustin.*; τοῖς οἰκοδομὴν *ed. Lugdun.* — [31]) *Augustin. in not. ad v.* καταλιπεῖν *habet*: ἀπολιμπανόμενον ζημίας αφορήτους ὑπομένειν τὸν οἰκοδομεῖν βουληθέντα. *Sed vide paulo infra verba similia, quae huc aberrasse videntur.* — [32]) τὸ *ed. Lugdun., Augustin.*

γίνεσθαι τῇ οἰκοδομίᾳ ἐπὶ ταῖς τοῦ γείτονος συμφοραῖς εὐφραινομένου. Προσιάττομεν τοίνυν, ἐπὶ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων, εἰ ἔφεσις [1]) ἐπιδοθείη κατὰ τῶν τυπωθέντων παρὰ τοῦ διαγνώμονος, ἅμα τῷ δοθῆναι παρὰ τοῦ δικαστοῦ τὴν ἀναφορὰν ἤτοι τύπον ἔγγραφον, καὶ μὴ [2]) παραφυλαχθείσης κυρίας, ἐξεῖναι τῷ νενικηκότι καὶ τῷ ἡττηθέντι, ἅμα ἢ καταμόνας [3]) εἰς τὸ δικαστήριον τῆς σῆς εἰσιέναι μεγαλοπρεπείας, καὶ τοῦ ἀντιδίκου κληθέντος κατὰ τὸ συνηθές, εἰ ἄπεστι, τὸν ὅρον τοῦ διαιτητοῦ φανερὸν ποιεῖν, ἵνα πάσης ἀναβολῆς ἐκκοπείσης νόμιμον ἐπιτεθείη πέρας τῇ ὑποθέσει, καὶ μὴ χειμῶνος, εἰ τύχοι, παρόντος ἢ πλησιάζοντος, ἕως περιμένουσι τοὺς μακροὺς τῶν ἐμπροθέσμων χρόνους, τὸν οἰκοδομεῖν βουληθέντα καὶ μὴ δικαίως κωλυθέντα ζημίας ἀφορήτους ὑπομένειν [4]). Παραπλήσιον δέ, εἰ καί τις ὑποθέσει τοιαύτῃ ἐφεῖναι [5]) βουληθείη μεμφόμενος τοῖς παρὰ τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας ἐψηφισμένοις, παραχρῆμα τὴν καλουμένην consultationa γίνεσθαι, καὶ δίδοσθαι καὶ αὐτῷ καὶ τῷ νενικηκότι σκοπεῖσθαι [6]) κατὰ τὸ εἰωθὸς τὴν ψῆφον ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν παλατίῳ, μηδεμιᾶς ἀναβολῆς γινομένης. Γινωσκέτωσαν δὲ πάντες, ὅσοι κωλύειν ἐπιχειροῦσι τοὺς οἰκοδομοῦντας, ὡς ἡττηθέντες καὶ τὰς ζημίας αὐτοῖς πάσας τὰς συμβάσας καταθήσουσι καὶ τὴν τῶν ὑλῶν τιμήν, ἃς εἰκὸς διαφθαρῆναι ἢ χείρους γίνεσθαι ἐν τῷ τῆς δίκης χρόνῳ. Καὶ τῶν οὐ δικαίως ἐπιχειρησάντων οἰκοδομεῖν, εἰ [7]) ἡττηθεῖεν, καὶ τὰς ζημίας τῷ κεκωλυκότι τὸ οἰκοδόμημα, καὶ δίκην εἰπεῖν περὶ τούτου ἠναγκασμένῳ, καταιτιθέντων [8]).

§. 8. Πᾶσαν μέντοι τοιαύτην δίκην ἐξ ἀποφάσεως μόνου τοῦ δικαστηρίου τοῦ σοῦ μεγέθους κρίνεσθαι κελεύομεν, καὶ μήτε ἄλλον τινὰ τῶν ἐνδόξων ἀρχόντων ἀκροᾶσθαι τοιαύτης ὑποθέσεως, μήτε τινὰς τῶν ἀγωνιζομένων τοιαυτην ὑπόθεσιν στρατείας ἢ φόρου χρῆσθαι παραγραφῇ, ἕνεκα τοῦ μὴ δικασθῆναι ἢ μὴ καταθεῖναι τὰς ζημίας, ὅσας δοῦναι τῇ ψήφῳ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου τῆς πόλεως ἢ τοῦ [9]) παρ' αὐτοῦ δοθέντος διαιτητοῦ προσταχθείη, ἀλλὰ τὴν ἀπαίτησιν ὑπομένειν τὸν ἡττηθέντα διὰ τῆς τάξεως τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας, μηδενὸς ἐπὶ τούτῳ χρωμένου φόρου παραγραφῇ.

§. 9. Προνοείτω δὲ ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια τοῦ μή τινας τῶν ἐργολάβων ἢ τεχνιτῶν ἀρξαμένους ἔργου τοῦτο καταλιμπάνειν ἀτελές, ἀλλ' αὐτὸν μὲν τὸν ἀρξάμενον λαμβάνοντα τὸν μισθὸν ἀναγκαζέτω πληροῦν τὸ ἔργον, ἢ διδόναι τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν ζημίαν τῷ οἰκοδομοῦντι καὶ πᾶσαν τὴν ἐκ τοῦ μὴ τὸ ἔργον τελεσθῆναι [10]) γινομένην βλάβην. εἰ δὲ πένης τε εἴη τυχὸν [11]) ὁ τοιοῦτο ἁμαρτών, πληγάς τε λαμβανέτω καὶ ἐκβαλλέσθω τῆς πόλεως. Μὴ κωλυέσθω δὲ ἕτερος τῆς αὐτῆς τέχνης τὸ παρ' ἑτέρου ἀρχθὲν ἐκπληροῦν, ὅπερ ἔγνωμεν τολμᾶσθαι κατὰ τῶν οἰκοδομούντων οἰκίας παρὰ τῶν ἐργολάβων [12]) τεχνιτῶν, οὔτε αὐτῶν τὸ τέλειον ἐπιτιθέντων οἷς ἤρξαντο ἐργάζεσθαι, οὐδὲ ἑτέρους [13]) τὰ αὐτὰ ἔργα ἀναπληροῦν συγχωρούντων, ἀλλ' [14]) ἐνεγκεῖν ἀφόρητον ζημίαν ἐνιεῦθεν τοῖς τὰς οἰκίας κατασκευαζουσι μηχανωμένων. Ὁ δὲ παραιτούμενος τὸ παρ' ἑτέρου ἀρχθὲν ἐκπληρῶσαι δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ἕτερος ἤρξατο, καὶ αὐτὸς παραπλησίαν τῷ καταλιπόντι τὸ ἔργον ὑπεχέτω δίκην.

modi causis, si appellatio interposita sit adversus decreta eius, qui causam cognovit, simul cum relatione sive forma scripta a iudice data, nec observato fatali, liceat victori et victo, una cum adversario vel soli in magnificentiae tuae tribunal ingredi, et, adversario solito more vocato, si absit, iudicis dati sententiam manifestam facere, ita ut omni dilatione praecisa legitimus finis causae imponatur, neque, si hiems forte adsit vel appropinquet, dum ampla exspectant fatalium tempora, is, qui aedificare voluit et contra ius prohibitus est, intolerabilia damna sustineat. Simili modo, si quis in tali controversia provocare voluerit, incusans ea, quae a tua magnificentia decreta sunt, confestim consultatio, quae dicitur, fiat, et tam ipsi quam victori consueto more sententiam in sacro nostro palatio examinare liceat, omni dilatione cessante. Noverint autem omnes, qui prohibere aedificantes praesumunt, se victos omnia illis damna, quae obvenerint, restituturos nec non materiarum pretium, quae intra litis tempora corruptae aut deteriores factae esse videbuntur. Is etiam, qui contra ius aedificare praesumserint, si victi fuerint, damna resarcientibus ei, qui aedificare prohibuit et litem ea de re ventilare coactus fuit.

§. 8. *Omnem vero huiusmodi litem solius iudicii tuae magnitudinis sententia diiudicari praecipimus, et neque alium quempiam gloriosorum magistratuum talem causam audire, neque aliquos eorum, qui de eius modi causa certant, militiae aut fori praescriptione uti, quo evitent iudicium aut non refundant damna, quae per sententiam gloriosissimi praefecti urbi vel dati ab eo iudicis praestare iussi fuerint; sed victum exactionem sustinere per officium tuae magnificentiae, nemine in hac re utente fori praescriptione.*

§. 9. *Provideat vero magnificentia tua, ne qui ergolaborum vel artificum opere inchoato imperfectum hoc relinquant, sed eum, qui opus inchoaverit, accepta mercede cogat opus perficere, aut praestare damnum inde datum aedificatori et omnem ex opere haud perfecto oriundam noxam. At si pauper forte sit, qui id deliquit, verberibus caedatur et urbe eiiciatur. Nec vero alius eiusdem artis ab alio coeptum perficere prohibeatur, quod contra aedificatores ausos fuisse scimus ergolabos artifices, quum neque ipsi ad finem perducerent fabricari a se coepta, neque ab aliis eadem opera consummari concederent, sed intolerabile inde damnum iis inferre operam darent, qui domos exstruere parant. Qui autem ab alio coeptum opus ideo absolvere recusat, quod alius inchoaverit, et ipse simile cum illo, qui opus dereliquit, iudicium sustineat.*

13.

[1]) ἄφεσις *ed. Lugdun., Augustin.* — [2]) μὴ *contra Bas. abest ab ed. Lugdun. et ab Augustino, improbante eodem in notis.* — [3]) *ed. Lugdun.*; κατὰ μόνας *Augustin., ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [4]) *secundum Bandinium l. c. hic videtur finire ms. Florentin., cuius ultima verba haec sunt:* ζημίαν ἀφόρητον ὑπομένειν τὸν οἰκοδομεῖν βουληθέντα; *sed v. supra not.* 30. — [5]) ἐφεῖσιαι *ed. Lugdun.* — [6]) σκοπῆσθαι *Augustin. in not.* — [7]) *edd. Lugdun. Scrimg., Augustin., Russ.*; ἢ *Cont., haud dubie vitio typorum, in rell. edd. servato.* — [8]) καταθῆναι *ed. Lugdun., Augustin.* — [9]) *ed. Lugdun.*; ἢ, *omisso* τοῦ, *Augustin.*; τοῦ, *omisso* ἢ, *ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [10]) *Augustin. in not.*; τελεσθῆναι *om. Augustin. in textu, edd. Lugdun. Scrimg., Russ. et rell.*; *plerique editores, verbum hic excidisse, asterisco apposito denotant.* — [11]) *edd. Lugdun. Scrimg., Augustin., Russ.*; τυχὼν *Cont., haud dubie vitio typorum, quod servant rell. edd.* — [12]) *fortasse inserendum* ἢ; *vide supra et rubr. C. IV.* 59. — [13]) *ed. Lugdun., Augustin.*; ἑτέροις *ed. Scrimg., Russ. et rell.* — [14]) *ed. Lugdun.*; ἀλλὰ *rell.*

13. *) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum dubitabatur, utrum constitutio Zenonis divae memoriae ad Adamantium [1]) praefectum urbi [2]) scripta, quae de servitutibus loquitur, localis esset [3]) et huic florentissimae urbi dedicata, et deberent [4]) illius quidem iura in hac observari, antiqua vero, quae contraria sunt, locum habere in provinciis; indignum esse nostro tempore putantes, aliud ius in hac regia civitate de huiusmodi observari, aliud apud nostros esse provinciales, sancimus, eandem constitutionem in omnibus urbibus Romani imperii obtinere, et secundum eius definitionem omnia procedere, et, si quod ius ex ea lege innovatum est a vetere dispositione, hoc et in provinciis a praesidibus earum observari; ceteris videlicet omnibus, quae non per Zenonianam legem innovata sunt, sed veteribus legibus comprehensa, in sua firmitate in omni loco manentibus. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

[Tit. XI.

DE NOVI OPERIS [5]) NUNTIATIONE [6]).]

14. [1.] [b]) Idem [7]) A. Ioanni P. P. — De operis novi nuntiatione quandam antiquis ortam fuisse dubitationem, nostra cognovit tranquillitas, dicentibus, si quis denuntiationem ad inhibendum opus miserit, non posse eum post annum elapsum, ex quo denuntiatio missa est, iterum aedificationem prohibere. Quod dupliciter iniquum nobis esse videtur. Sive etenim non recte opus prohibuerit, decet non per totum annum hoc impediri, sive recte denuntiationem emiserit, etiam post annum licentiam habere aedificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibentes, sancimus, si quis denuntiationem emiserit, in hac quidem regia urbe praefectum urbi festinare, in provincia vero rectorem eius, intra trium mensium spatium causam dirimere; sin vero aliquid [8]) fuerit quocunque modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum, licentiam habere eum, qui [9]) aedificationem deproperat, opus, de quo agitur, efficere, prius fideiussore ab eo dato officio urbicariae praefecturae [10]) vel provinciali, ut, si non recte aedificaverit, omne opus, quod post denuntiationem fecerit, suis sumtibus destruet. Sic enim et opera non per inanes denuntiationes prohibebuntur, et recte denuntiantibus [11]) consuletur. Dat. XII. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

[3. [f]) *Epitome legis* 26. *C. de episcop. I.* 3. *ex Synopsi.*

Μήτε μοναχὸς μήτε ἕτερός τις ἐν δημοσίῳ τόπῳ ἢ ἐν ᾧ θέα ἐπιτελεῖται, σταυρὸν ἐπιβαλλέτω η λείψανον ἅγιον.]

Tit. XII. [XI.]

[c]) DE OPERIBUS PUBLICIS.

1. [d]) Impp. Constantius et Constans AA. [12]) ad Catulinum. — Plurimi immunitates operum publicorum concessione indicum adepti sunt, et ideo iubemus, in posterum illicitas [13]) immunitates nullius esse momenti. Dat. VI. [14]) Kal. August. Sirmio [15]), Urso [16]) et Polemio Conss. [338.]

2. [e]) Idem AA. [17]) ad Marcellinum [18]), Comitem Orientis. — Quae operibus publicis impensa constiterit, accepto ferri oportere cognoscas [19]). Dat V. [20]) Non. Octob. Constantinop. Limenio et Catulino Conss. [349.]

[*Neque monachus neque alius quis in loco publico vel ubi spectaculum celebratur, crucem ponat aut reliquias sanctas.*]

4.

---

[a]) *Bas. LVIII.* 11. 12. (*T. VI. p.* 785.) — [b]) *Bas. LVIII.* 10. 23. (*T. VI. p.* 782.) — [c]) *Dig. L.* 10. — [d]) *hausta ex l.* 5. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1.; *Bas. LVIII.* 12. 1. (*T. VI. p.* 788.) — [e]) *l. l.* 6. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1.; *iungenda l.* 1. *C. de praebendo sal. X.* 36.; *Bas. LVIII.* 12. 2. — [f]) *Initio huius tit. abesse graecam const., plures causae indicant. Ms. Pl.* 1. *enim in indice titulorum ad rubricam hui. tit. appositam habet consuetam eiusmodi lacunae notam, eademque post leg.* 2. *h. t. est in cod. Hafniensi, notante Cramero, et in cod. Londin., ad quem provocat Witte in libro: Die leges restitut. p.* 271. *Accedunt indicia nonnulla ex allegationibus nostri tit. apud iuris Graeco-Romani auctores petita (v. Biener. Revis. d. Just. Cod. p.* 165.). *Restitutionis periculum fecit Ant. Augustinus, qui in Coll. graec. const. tamquam legem* 3. *inserere voluit capitulum ex Synopsi, quod bis in ea legitur (ed. Leuncl. p.* 2. 3.). *Id vero, ut recte vidit Cuiac. Obss. XX.* 31., *vix aliud quam epitome legis* 26. *C. de episc. I.* 3. *esse potest, quam const., utpote Leonis, hoc loco geminatam fuisse, ob temporis rationem accipiendum non est. Occasio etiam legis Leonianae, quam refert Schol. ad Bas. I.* 1. 10., *vix patitur, ut ab aliquo retro principe eiusdem argumenti const. prodiisse censeatur. Nec cum Bienero l. c. p.* 89. *statuendum est, in fine hui. tit. ipsam Leonis const. geminatam fuisse; eius enim rei nullum, quod scio, exstat probabile indicium. — Cum Augustino tamen restituerunt illud cap. ex Synopsi Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Bk., verum Bk. cancellis inclusit; quod sequor, nec eiicio, ne numerus const. in hoc tit. usitatus turbetur.*

[1]) *ms. Gt.*; admancium *ms. Pl.* 1.; ad Amantium *mss. rell. et edd.*; *sed v. inscr. leg.* 12. — [2]) urbis *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [3]) est *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [4]) debent *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; debentibus, *omisso* illius, *omnia Russ., ms. Pl.* 2. — [5]) operis novi *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [6]) *haec rubr. abest a mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., a S. Perus., a quinque codd. Paris., ad quos provocat Biener (Revis. d. Iust. Cod. p.* 227.), *a veter. libris Ant. Augustini; ab omnibus mssis eam abesse notari, monet Cont.* 76. *in marg.*; *etiam Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t. hanc rubr. factam arguit, et reiiciendam esse patet ex plurimis praesertim iuris Graeco-Romani locis, quos attulerunt Biener l. c. et Witte (Die leges restit. p.* 75 *sqq.*); *v. not. seq.* — [7]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; Imp. Iustinianus *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal.*; aliquod *edd. rell.* — [9]) ad *ins. ms. Bg., ed. Schf.* — [10]) praefecturae *om. Hal.* — [11]) denunciatoribus *edd. Nbg. Hal.*; denunciationibus *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omn. mss. Russ.* — [12]) Constantinus et Constantius AA. *Hal.*; Constantinus, Constantius et Constans AAA. *Bk., contra Theod. C. et mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. S. Perus. et edd. rell., in quibus constanter sunt duo Impp.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; elicitas *Cont.* 66. *et rell.*; adversus fas elicitas *Theod. C.* — [14]) VI. *om. Hal.* — [15]) *Theod. C.*; Sirmii *edd. Cod.* — [16]) *Theod. C., Bk.*; Urso Lupulo *Hal. et rell.*; *v. Relandi fast. consul. p.* 342. — [17]) Imp. Const. et Constans AA. *ms. Bg.*; Impp. Const. et Constantinus *ms. Pl.* 1.; Imp. Constantius A. *Hal.*; Impp. Constantius et Constans AA. *Bk.* — [18]) Marcellum *Hal., quem tuentur mss. Pl.* 1. *Bg. et S. Perus.* — [19]) cognoscat *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; cognoscatur *Hal.*; cognoscant *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [20]) II. *Hal.*

4. [a]) Idem AA. [1]) Ecdicio, Praefecto Aegypti. — Praetoria indicum et domus publicas oportet publico iuri atque usui semper vindicari. PP. IV. [2]) Non. Decemb. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Conss. [362.]

5. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum P. U. [3]) — Intra urbem Romam, veterem et novam [4]), nullus iudicum novum opus informet, quoties serenitatis nostrae arbitria cessabunt, nisi ex suis pecuniis huiusmodi opus construere voluerit [5]). Ea tamen instaurandi, quae iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, universis licentiam damus. Dat. VIII. [6]) Kal. Iun. Philippis, divo Ioviano et Varroniano Conss. [364.]

6. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Proculum [7]). — Praescriptio temporis iuri publico non debet obsistere, sed nec [8]) rescripta quidem [9]). Atque ideo diruenda sunt omnia, quae per diversas urbes, vel in foro, vel in quocunque publico loco contra ornatum et commodum ac decoram faciem [10]) civitatis exstructa noscuntur. Dat. III. Id. Iun. [11]) Constantinop. Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

7. [d]) Idem [12]) AAA. Cynegio P. P. — Ad portus et aquaeductus et murorum [13]) instaurationem sive exstructionem [14]) omnes certatim, facta operarum tollatione, instare [15]) debent, neque aliquis ab huiusmodi consortio dignitatis privilegiis excusari. Dat. XV. [16]) Kal. Febr. Constantinop. Richomere et Clearcho Conss. [384.]

8. [e]) Idem AA. et Arcadius A. [17]) Cynegio P. P. — Omnes, quibus vel cura mandata fuerit operum publicorum, vel pecunia ad exstructionem solito more credita [18]), usque ad annos quindecim ab opere perfecto cum suis heredibus teneantur obnoxii, ita ut, si quid vitii in aedificatione intra [19]) praestitutum tempus provenerit [20]), de eorum patrimonio (exceptis tamen his casibus, qui sunt fortuiti) reformetur. Dat. III. Non. Febr. Constantinop. Arcadio A. I. [21]) et Bautone Conss. [385.]

9. [f]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Aureliano P. U. [22]) — Si quando concessa a nobis licentia fuerit exstruendi, id sublimis magnificentia tua sciat esse servandum, ut nulla domus inchoandae publicae fabricae gratia diruatur, nisi usque ad quinquaginta libras argenti pretii aestimatione taxabitur. De aedificiis vero maioris pretii [23]) ad nostram scientiam [24]) referatur, ut, ubi amplior poscitur [25]) quantitas, Imperialis extet auctoritas. Dat. III. Kal. Mart. Constantinop. Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [393.]

10. [g]) Idem AAA. Rufino P. P. — Si qui iudices, perfecto publicis pecuniis [26]) operi [27]) suum nomen sine nostri numinis mentione inscripserint [28]), maiestatis teneantur obnoxii. Dat. III. Non. Iul. Constantinop. Arcadio III. et Honorio II. AA. Conss. [394.]

11. [h]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eusebio, Comiti sacrarum largitionum [29]). — Ne splendidissimae urbes vel oppida vetustate labantur, de reditibus fundorum iuris reipublicae tertiam partem reparationi publicorum moenium et thermarum substitui [30]) deputamus. Dat. XI. Kal. Iul. Mediolani, Olybrio et Probino Conss. [395.]

12. [i]) Idem AA. Caesario P. P. — Omnes provinciarum rectores literis moneantur, ut sciant, ordines atque incolas urbium singularum muros vel novos debere facere, vel veteres firmius renovare; scilicet hoc pacto impendiis ordinandis, ut adscriptio currat pro viribus singulorum, deinde adscribantur [31]) pro aestimatione operis futuri territoria civium, ne plus poscatur aliquid, quam necessitas imperaverit [32]), neve minus, ne instans impediatur effectus. Oportet namque per singula non sterilia [33]) inga certa quaeque [34]) distribui, ut par cunctis praebendorum sumtuum necessitas imponatur, nemini excusatione vel alia praesumtione ab huiusmodi immunitate praebenda [35]). Dat. IX. [36]) Kal. April. Arcadio IV. et Honorio III AA. Conss. [396.]

13.

[a]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1. — [b]) *l.* 11. *Th. C. de oper. publ. XV* 1. — [c]) *l.* 22. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1.; *Bas. LVIII.* 12. 6. — [d]) *l.* 23. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1.; *Bas. LVIII.* 12. 7.; *iungenda l.* 1. *C. de auro coron. X.* 74. — [e]) *l.* 24. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1.; *Bas. LVIII.* 12. 8. — [f]) *l.* 30. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1. — [g]) *hausta ex l.* 31. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1. — [h]) *l.* 32. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1.; *Bas. LVIII.* 12. 11. — [i]) *l.* 34. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1.

[1]) *hanc const. propter subscr. Iuliano Imp. tribuit Iac. Gothofr. ad l.* 8. *Th. C. cit.*, *quem secutus Iulianum reposuit Bk*; *sed quum omnia mea mss. et Theod. C. Iulianum respuant, nihil mutavi*; *cfr. etiam l.* 4. *Th. C. l.* 15. *et notas Haenelii. Rectius fortasse* Idem A. (*ita S. Perus.*), *ut solus Constantius intelligatur.* Idem A. et Iulianus Caes. *Hal.* — [2]) VI. *ms. Pist.*, *ed. Hal.*; *ab utrisque et locus abest.* — [3]) P. P. *Hal. cum mss. Cas. Pl.* 1., *contra mss. Vat. Bg. et Theod. C.* — [4]) Romam aeternam *Theod. C.* — [5]) nisi — voluerit *om. Theod. C.* — [6]) VII. *Hal.* — [7]) Have Procule K. N. *ex Theod. C. inscriptioni addunt Russ. Cont.* 62. — [8]) ne *Hal. Bk.*, *Theod. C.* — [9]) antiqua *add. ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; *idem habent*, *omisso seq.* Atque, *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [10]) contra — faciem *om. Theod. C.* — [11]) VI. Id., *omisso* Iun., *Hal. contra ms. Pist. et Theod. C.* — [12]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius *coni. Iac. Gothofr. in not. ad l.* 23. *Th. C. cit.*, *quos Bk. reposuit in textu, sed contra codd. meos, qui aut tuentur* Idem, *aut repetunt nomina, quae sunt in inscr. legis* 6., *ut ms. Pist.* — [13]) et mur. *om. Theod. C.* — [14]) sive exstr. *om. Theod. C.*; sive instructionem *omn. mss. Russ.* — [15]) instaurare *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *veteres libri Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; *sed v.* instare *defendunt ms. Pl.* 1. *et Theod. C.* — [16]) XII. *Hal.* — [17]) *ita emendanda inscr. esse videtur ex ms. Cas.* (Idem AA. Arcadio et), *ex ms. Bg. et ed. Nbg.* (Id. AAA. Arch. et), *ex ms. Pl.* 1. (Id. A. et Arch. AAA.); Imppp. Valent. Theod. et Arcad. AAA., *quos impp. et nostra lectio designat*, *Hal.*; Iidem AAA. *Russ. et rell.* — [18]) decreta *Theod. C.* — [19]) infra *Theod. C.* — [20]) *Theod. C.*, *Bk.*; pernoverit *ms. Pl.* 1.; perveneri *mss. rell. et edd.*; *eum Bas. melius conveniret lectio*: si quid vitio aedificationis — evenerit. — [21]) I. *om. ms. Pist.*, *Hal.* — [22]) pp. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.* — [23]) meriti *Theod. C.* — [24]) sententiam *mss. Pl.* 1. 2. — [25]) noscitur *coni. Iac. Gothofr. in not. ad l.* 30. *Th. C. cit.* — [26]) publ. pecun. *om. Theod. C.* — [27]) opere *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [28]) scripserint *ms. Pl.* 2., *Theod. C.* — [29]) *hanc dignitatem tuentur mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; Comiti Siciliae *Theod. C.*, *ipso Gothofr. in not. improbante.* — [30]) *hanc lect. ex Theod. C. cum Cuiacio* (*Obss. XVIII.* 37.) *et Leunclavio* (*Notatt. II.* 213.) *recepi*, *quippe quam defendant ms. Pl.* 1., *in quo est* subiustioni, *et Bas.*, *in quibus quidem est* ἐκβάσεις, *pro quo tamen Cuiac. probabili coniectura restituit* ἐγκαύσεις; substructioni *Char. in marg. ex libro Aured.*, *quod placet Iac. Gothofredo in comment. ad l.* 32. *Th. C. cit. et Dirksenio l. c. p.* 481.; substitutioni *rell. mss. et omnes edd.* — [31]) scribantur *Theod. C.* — [32]) impetraverit *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.* — [33]) non sterilia *om. Theod. C.* — [34]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *mss. Contii, edd. Nbg. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; quoque *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [35]) nemini — praebenda *om. Theod. C.*, *repetitaque esse censet Iac. Gothofr. ex Nov. Valent. XLII.*; *sed ad eum fontem confugere non opus est.* — [36]) VIII. *Hal.*

13. [a]) Idem AA. Theodoro P. P. — Nemo iudicum in id temeritatis erumpat, ut inconsulta pietate nostra novi aliquid operis existimet inchoandum, vel ex diversis operibus ornamenta [1]) aut marmora vel quamlibet speciem, quae fuisse in usu et ornatu probabitur civitatis, eripere vel alio transferre sine [2]) iussu [3]) tuae sublimitatis audeat. Etenim si quis contra fecerit, sex [4]) libris auri mulctabitur. Similis etiam condemnatio ordines civitatum manebit, nisi ornamentum genitalis [5]) patriae decreti huius [6]) auctoritate defenderint. Horreorum autem vel stabulorum fabricas arbitratu proprio provinciarum iudices studio laudandae devotionis arripiant. Dat. [7]) Kal. Ian. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

14. [b]) Idem AA. Severo P. U. [8]) — Aedificia, quae vulgo [9]) parapetasia [10]) nuncupantur, vel si qua alia opera moenibus vel publicis operibus [11]) sociata [12]) cohaerent, ut ex his incendium vel insidias vicinitas reformidet, aut augustentur spatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, diruí ac prosterni praecipimus. Dat. V. Id. Octob. Constantinop. [13]) Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

15. [c]) Idem AA. Eutychiano P. P. — Si aliquando homines emergant, qui a nostra clementia opus publicum sibi praeberi postulaverint, non nisi diruta penitusque destructa et quae parum sunt in usu [14]) civitatum, percipiant; intimandis huiusmodi rescriptis indicio amplissimae tuae sedis. Dat. Id. Decemb. Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

16. [d]) Idem AA. et Theodosius A. [15]) Aemiliano P. U. [16]) — Si quando usus exegerit, vel porticus vel quaslibet aedes aetatis senio seu fortuitis concussas casibus reparari, liceat, etiam inconsulta clementia nostra, cum reverentia sui imaginem deponere vel nostram vel retro principum, reportatamque post refecta aedificia loco proprio denuo collocare. Dat. V. Kal. Iul. Constantinop. Arcadio A. VI. et Probo Conss. [406.]

17. [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio P. U. [17]) — Quicunque locus in palatio huius urbis privatis aedificiis incommode occupatus est, is quam primum, subruptis [18]) omnibus, quae in eo sunt, aedificiis, palatio reformetur, quod privatorum non est parietibus coarctandum (nam imperio magna ab universis secreta debentur), ut hi tantum locum habeant habitandi, quos legitimus maiestatis nostrae usus et reipublicae disciplina delegit; in futurum etiam universis ab huiusmodi usurpatione prohibendis. Dat. IX. [19]) Kal. Mart. Constantinop. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

18. [f]) Idem AA. Anthemio P. P. — Turres novi muri, qui ad munitionem splendidissimae urbis exstructus est, completo opere praecipimus eorum usui deputari, per quorum terras idem murus studio ac provisione tuae magnitudinis ex nostrae serenitatis arbitrio celebratur. Eadem lege in perpetuum [20]) et conditione servanda, ut annis singulis hi vel [21]) ad quorum iura terrulae demigraverint, proprio sumtu eorum [22]) instaurationem sibimet intelligant procurandam, eorumque usu publico beneficio potientes, curam reparationis ac sollicitudinem ad se non ambigant pertinere. Ita enim et splendor operis et civitatis munitio cum privatorum usu et utilitate servabitur. Dat. prid. Non. April. Lucio V. C. Cons. [413.]

19. [g]) Imp. Theodosius A. [23]) Severino P. U. [24]) — Quia plurimae domus cum officinis suis in porticibus Zeuxippi esse memorantur, reditus memoratorum locorum pro quantitate, quae placuit, ad praebenda luminaria et aedificia ac tecta reparanda regiae huius urbis [25]) lavacro sine aliqua iubemus excusatione conferri. Dat. V. [26]) Id. Ianuar. Victore V. C. Cons. [424.]

20. [h]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. U. [27]) — Qui sine auctoritate divini rescripti, ad iudicium tuae celsitudinis destinandi, angiportus integros vel partes suis domibus incluserunt seu porticus usurparunt, procul dubio iura pristina sacratissimae reddere civitati iubemus; mulcta auri quinquaginta librarum non defutura, si quis posthac in similem audaciam prodire tentaverit. Dat. Kal. Novemb. Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [439.]

21. Idem AA. Cyro [28]) P. U. [29]) — Basilicam inauratam et marmoribus decoratam, liberam in perpetuum manere, neque alicuius imaginis et [30]) pictarum cuiuslibet honoris tabularum obumbratione [31]) fuscari iubemus, neque in aliqua parte eiusdem basilicae tabulato quidquam [32]) opere stationes ergasteriave constitui sancimus. Illud quoque decernimus, ne in eam equos liceat intromitti vel nuptias celebrari. Dat. XI. Kal. Febr. Constantinop. Valentiniano A. V. et Anatolio Conss. [440.]

22.

---

[a]) *l.* 37. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1.; *iungenda l.* 1. *C. de statuis. l.* 24. — [b]) *l.* 39. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1. — [c]) *hausta ex l.* 40. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1. — [d]) *l.* 44. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1. — [e]) *l.* 47. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1.; *l.* 17. *abest a ms. Bg.* — [f]) *l.* 51. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1. — [g]) *l.* 52. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1. — [h]) *Bas. LVIII.* 12. 20.

[1]) aeramon *Theod. C.* — [2]) sine *om. ms. Bg.* — [3]) visione (*lege* iussione) *ms. Pl.* 1. — [4]) tribus *Theod. C.*; V. *ms. Bg.* — [5]) genitale *ms. Pl.* 1. — [6]) *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; huiusmodi *ms. Bg.*, *edd. rell.*; *pro* decreti huius *in ms. Pl.* 1. *est* decretibus. — [7]) *Theod. C.*, *Bk.*; III. *ins. Hal. et rell.*, *quod contra seriem chronologicam constitutionum pugnat.* — [8]) pp. *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.* — [9]) vulgi more *Theod. C.* — [10]) *sic Russ. et postea rell. cum Theod. C.*; *codd. tamen magis defendunt lectionem a Cuiacio* (*Recitatt. h. t.*) *ex Bas. restitutam* parapessia; *etenim* parareisia *est in mss. Pl.* 1. *Gt.*, parareissia *in ms. Bg. in omn. missis Russ. et ed. Hal.*, parapensia *in ms. Pl.* 2., parapesia *in ms. Bg. Graece scriptum fuisse hoc vocab.*, *indicant ed. Nbg.*, *in qua est* παραρρια, *et nota marginalis apud Russ. et Cont.*, *secundum quam in aliis est* παροιχούμενα. — [11]) opera publicis moenibus vel privatis *Theod. C.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; ita sociata *Russ. et rell.* — [13]) Dat. III. Kal. Ianuar. Mediolani *Hal.*; *sed Russ. et rell. sequuntur lectionem Theod. C.*, *quae est nostra.* — [14]) sunt usui *Theod. C.* — [15]) et Theod. A. *ins. Hal. Bk.*, *quod defendunt mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et chronologia.* — [16]) *Theod. C.*, *Bk.*; P. P. *rell.* — [17]) *Theod. C.*, *Bk.*; P. P. *rell.* — [18]) subruptis *Theod. C.* — [19]) VII. *Hal.* — [20]) in perpetuum *om. ms. Bg.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*, *Theod. C.*; vel *om. ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) earum *et mox* earumque *Theod. C.*, *quod recepit Bk.*, *contra meos codd.* — [23]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *Hal. Bk.*, *S. Perus.*, *et similiter ms. Pl.* 1. *et ed. Nbg.*; Iidem AA. *Russ. et rell.* — [24]) *Theod. C.*, *Bk.*; P. P. *rell.* — [25]) reparandae gratia urbis huius *Theod. C. improbante tamen Iac. Gothofr. in not.*; huius *om. edd. Schf. Hal.* — [26]) VI. *Hal.* — [27]) pp. *mss. Cas. Pl.* 1., *S. Perus.* — [28]) Cyrino *ms. Pl.* 1. — [29]) pp. *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*; *vide Ritter. not. b. ad Nov. Theod. X.* 1. — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; vel *ms. Gt.*; aut *Russ. et rell.* — [31]) adumbratione *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; adumbrationem *ms. Pl.* 1. — [32]) quicquid *ms. Bg.*; quidem *ms. Pl.* 2.

22. Imp. Leo A. Erythrio P. P. [1]) — Nemini indicum liceat in hac inclyta urbe vel in provinciis nova opera inchoare, prinsquam ea, quae coepta [2]) invenerit a decessore vel praedecessoribus [3]) suis, vetustate diruta [4]), aut desidia derelicta, diligenti studio instantiaque compleverit, quum ex hoc plurimum laudis acquirat, si ea culta [5]) et perfecta reddiderit, quae vetusta sunt et instaurationem requirunt, quaeque ab aliis initiata [6]) et imperfecta resederant. Dat. II. Kal. Mart. Constantinop. Marciano et Zenone Conss. [469.] [a])

Tit. XIII. [XII.]

DE RATIOCINIIS OPERUM PUBLICORUM ET DE PATRIBUS CIVITATUM.

1. Imp. Zeno A. Arcadio P. P. — Iubemus, provinciarum quidem rectores et singulae dioeceseos viros spectabiles iudices, id est praefectum Augustalem, et comitem Orientis, et utrosque proconsules, et vicarios, una cum suis apparitoribus [7]), pro tenore generalium magnificae tuae sedis dispositionum discutiendis publicis operibus vel aquaeductibus, qui ex civilibus reditibus vel a quolibet spontanea munificentia facti sunt vel fuerint, modis omnibus abstinere, nec aliquid quolibet modo [8]) quolibet tempore in discutiendo civiles reditus vel facta opera [9]) vel quae fieri assolent, unam siliquam sibi ex singulis erogandis solidis vindicando, aut quodcunque lucrum captando, cum huiusmodi rebus habere commune, utpote patribus civitatum et curae eorum deputatis. §. 1. Qui vero opus aliquod pro sua liberalitate se facturos promiserint, licet certum sit, eos ex [10]) sola pollicitatione [11]) ad implendum suae munificentiae opus necessitate iuris teneri, nullum tamen eos vel heredes eorum super facto opere ratiociniis vel discussionem aliquam, utpote non in integrum [12]) promissa quantitate [13]) in [14]) id opus erogata vel inutiliter facto opere, aut alia quacunque ratione, quocunque modo, quocunque tempore inquietudinem sustinere concedimus. §. 2. Quodsi vir clarissimus provinciae moderator vel eius officium, reditus publicos vel opera publica contra vetitum discutiendo, vel unam siliquam aut quodlibet ex iisdem reditibus vel operibus vindicando, sacratissimae nostrae legis praecepta transierit, quinque quidem officii primates, exsilio damnati perpetuo, bona sua civitati, quam laeserint, non dubitent vindicanda, rector vero provinciae quinquaginta librarum auri ferietur dispendio; hac eadem poena spectabilibus quoque iudicibus, licet illustri dignitate fuerint decorati, et eorum officiis (sicut superius dictum [15]) est) imminente [16]). Dat.....

Tit. XIV. [XIII.]

[b]) DE PIGNORIBUS ET HYPOTHECIS [17]).

1. [c]) Impp. Severus et Antoninus AA. [18]) Timotheo. — Debitor, qui pignoribus profitetur se creditoribus cedere, nihilo magis liberabitur. PP. V. Kal. Mart. Severo III. et Antonino AA. [19]) Conss. [202.]

2. [d]) Iidem AA. [20]) Lucio. — Quamvis constet, specialiter [21]) quaedam et universa bona generaliter adversarium tuum pignori accepisse, et aequale ius in omnibus habere, iurisdictio tamen temperanda est. Ideoque si certum est, posse eum ex his, quae nominatim ei pignori obligata sunt, universum redigere debitum, ea, quae postea ex eisdem bonis pignori accepisti, interim [22]) non auferri praeses [23]) iubebit. PP. II. Kal. Iun. [24]) Chilone [25]) et Libone Conss. [204.]

3. [e]) Iidem AA. Maximo. — Creditores, qui non reddita sibi pecunia conventionis legem, ingressi possessionem, exercent, vim quidem facere non videntur, attamen auctoritate praesidis possessionem adipisci debent. PP. Kal. Mai. Antonino A. II. et Geta II. [26]) Conss. [205.]

4. [f]) Iidem AA. Bellio. — Quum te pecuniam accepisse et agros tuos obligasse fatearis [27]), non habet rationem, quod quereris, vi te coactum pignori dare. Si igitur recipere vis rem tuam, solve creditori [28]) pecuniam debitam. Dat. III. Kal. Iun. Antonino A. III et Geta III. [29]) Conss. [208.]

5.

---

[a]) *graecam const. in fine hui. tit. desiderari, primus contendit* Cont. 71., *cui favent ms. Londin., quod citatur a* Wittio (*Die leges restitut. p.* 271.) *et index titulorum msi Pl.* 1., *in quo graecae const. nota rubricae seq. apposita est. Idem Cont. affirmat, hanc deperditam const. continuisse, quod primo cap. legis* 26. *C. de episcop. aud. l.* 4. *caretur, hoc ipsum itaque hic restituendum esse. Nullus autem editor hanc restitutionem, quam reiicit* Cuiac. *Obss. XX.* 31., *amplexus est, et profecto ad eam stabiliendam non sufficit indicium inde haustum, quod aliae omnes legis* 26. *cit. partes praeter principium, quod nostro tit. restituendum fore, in aliis titulis geminatae inveniuntur. Cfr. not. d. ad l.* 26. *cit., ubi praepropere notavi, princ. leg.* 26. *in lege ult. C de oper. publ. geminari.* — [b]) *Dig. XX.* 1. — [c]) *Bas. XXV.* 2. 38 (*T. II. p.* 43.) — *Sch. u.* (*T. IV. p.* 49.) — [d]) *Bas. XXV.* 2. 39. — [e]) *Bas. XXV.* 2. 40. — [f]) *Bas. XXV.* 2. 41.

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Hal. Bk., S. Perus.*; P. P. *om. edd. rell.* — [2]) *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *quibus favent mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; incepta *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [3]) decessoribus *edd. Schf. Hal.* — [4]) derivata *ms. Pl.* 1. — [5]) sculpta *ms. Pl.* 2. — [6]) migrata *ms. Pl.* 2. — [7]) apparicionibus *ms. Pl.* 1. — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; vel *ins. Russ. et rell.*; *a ms. Pl.* 2. *et absunt vv.* quolibet modo. — [9]) factam operam *et mox* asolet *ms. Pl.* 1. — [10]) pro *ms. Bg.* — [11]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; pactione *ms. Pl.* 2.; pollicitatione vel pactione *edd. Schf. Russ. et rell.*; *quod in margine Russardinus adnotatur, vv.* ex sola *ab omnibus abesse, hoc vitio typorum ita adnotari et ad vv.* vel pact. *pertinere mihi videtur. Eiusmodi vitia satis crebra in ed. Russ. inveni.* — [12]) *ms. Bg., ed. Schf.*; integrum *mss. Pl.* 2. *Bg.*; integram *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [13]) promissa quantitate *et mox* erogata *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; promissam quantitatem *et postea* erogata *ms. Pl.* 2.; promissam quantitatem *et mox* erogatam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal.*; ad *edd. rell.* — [15]) supra dictum *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*; supra distinctum *ms. Bg.*; superius distinctum *ed. Schf., et v.* distinctum *tuentur omnia mss. Russ. et ms. Gt.* — [16]) *ms. Bg., Russ. et postea rell.*; imminenda *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [17]) et hypothecis *mittenda videntur, absunt enim a mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ab ed. Schf. et S. Perus.* — [18]) Imp. Severus A. *Bk., sed contra omnes meos codd.*; *v. not. seq.* — [19]) Severo A. II. et Albino *Hal. et rell.*; *quos conss. non fert inscr., in qua omnis fidei plenissima nihil licet immutare; subscriptionis vitium indicat ms. Pist., in quo est:* Sev. III. et XIII., *unde hausi meam emendationem.* — [20]) Impp. Severus et Antoninus AA. *Bk., contra codd.* — [21]) et special. *ms. Pl.* 1. — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; tibi *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. Russ., edd. Nbg. Hal.*; provinciae *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [24]) Iul. *Pac. Sp.* — [25]) II. *ins. Bk. ex fastis.* — [26]) II. *om. Bk.* — [27]) fateris *ms. Pl.* 1. *Bg, ed. Schf.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia Russ., edd. Nbg. Hal.*; tuo *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [29]) VI. *esse videtur in ms Veron., quod rel. subscr. firmat*; II. *Bk.*

5. [a]) Imp. Antoninus A. Domitio. — Praeses provinciae vir clarissimus ius pignoris tui exsequentem te audiet. Nec tibi oberit sententia adversus debitorem tuum dicta, si eum collusisse cum adversario tuo [1]), aut, ut dicis, non causa cognita, sed praescriptione superatum esse constiterit. PP. Id. Mai. [2]) Romae, duobus [3]) Aspris Conss. [212.]

6. [b]) Idem A. [4]) Quinto. — In summa debiti computabitur etiam id, quod propter possessiones [5]) pignori datas ad collationem viarum muniendarum vel quod [6]) aliud necessarium obsequium praestitisse creditorem constiterit. PP. III. [7]) Kal. August. Antonino A. IV. et Balbino [8]) Conss. [213.]

7. [c]) Imp. Gordianus A. Martiano [9]). — Usucapio pignoris conventionem non exstinguit. PP. Non. Septemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

8. [d]) Idem A. Festo. — Quamvis personali actione expertus adversus reum vel fideiussores seu mandatores eius feceris condemnationem, pignoris tamen adhuc habes persecutionem. PP. Id. Mart. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

9. [e]) Idem A. Attico. — Si dominium eius possessionis, quae [10]) pignori data esset, a debitrice domina [11]) ad te translatum est, eamque postea creditor vel eius heredes detinere coeperunt, vindicare eam potes [12]), praeside provinciae curante, ut fructuum deducta ratione residuoque a te oblato, si fuerit satisfactum, ea possessio tibi reddatur. PP. III. [13]) Kal. Octob. Gordiano A. [14]) et Aviola Conss. [239.]

10. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [15]) Alexandro. — Debitores praesentes prius denuntiationibus conveniendi sunt. Igitur si conventi debito satis non fecerint, persequenti tibi pignora seu hypothecas, quas instrumento specialiter comprehensas esse dicis, competentibus actionibus, rector provinciae auctoritatis suae auxilium impertire [16]) non dubitabit. Dat. XVI. [17]) Kal. Febr. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

11. [g]) Idem AA. et CC. [18]) Euphrosyno [19]). — Nominatori pignori capere sine praesidis auctoritate res nominati non licet. S. [20]) III. Kal. [21]) Mart. [22]) AA. [23]) Conss. [293 — 304.]

12. [h]) Idem AA. et CC. Eusebio. — Si uxor tua pro pecunia, quam accepit mutuo, res proprias obligavit pignori, eique tu successisti, licet in instrumentum [24]) eius facti testimonium collatum non sit, soluto [25]) debito creditorem de his tibi reddendis solemni iure conveni [26]). S. V. Kal. April. AA. Conss. [293 — 304.]

13. [i]) Idem AA. et CC. Matronae. — Quum dominam non minorem vigintiquinque annis ea, quae obligaverat, tibi iure dominii possidere permisisse et in solutum dedisse precibus significes, dominae contractus et voluntas ad firmitatem tibi sufficit. S. III. Kal. Mai. Heracliae [27]), AA. Conss. [293 — 304.]

14. [k]) Idem AA. et CC. Apiano [28]). — Distractis a debitore pignoribus, creditores in potestate [29]) habere, utrumne personali obligatos sibi, an pignora possidentes in rem actione convenire velint, non est incerti iuris. S. [30]) Kal. Mai. Heracliae, AA. Conss. [293 — 304.]

Authent. de litigiosis. §. Ab hoc autem. (Nov. 112. c. 1.) — *Hoc ita, si debitor ei non satisfaciat ex pretio rei venditae; quod ut fiat, permittitur ei vindicare* [31]).

15. [l]) Idem AA. et CC. Basilidae. — Debitorem neque vendentem, neque donantem, neque legantem [32]) vel per [33]) fideicommissum relinquentem posse deteriorem facere creditoris conditionem, certissimum est. Unde si tibi obligatam rem probare posse confidis, pignora persequi debes. S. V. Non. Mai. Heracliae, AA. Conss. [293 — 304.]

16. [m]) Idem AA. et CC. Heraidi [34]). — Etsi frater tuus non suam, sed ad te pertinentem pecuniam mutuam suo nomine dedit, ac pignus accepit, tamen tibi pignoris obligationem quaerere non potuit. Subscripta III. [35]) Id. Mai. Hadrianopoli, AA. [36]) Conss. [293 — 304.]

17. [n]) Idem AA. et CC. Pontiae. — Quamvis [37]) ea pecunia, quam a te mutuo frater tuus accepit, comparavit [38]) praedium, tamen, nisi specialiter vel generaliter [39]) hoc tibi [40]) obligavit [41]), tuae pecuniae numeratio in causam pignoris non deduxit. Sane personali actione debitum apud praesidem petere non prohiberis. S. XII. Kal. Iun. AA. Conss [293 — 304.]

18.

---

[a]) *Bas. XXV.* 2. 42. — [b]) *Bas. XXV.* 2. 43. — [c]) *Bas. XXV.* 2. 44. — *Sch. x.* — [d]) *geminatur ex parte in l.* 1. *C. etiam ob chirogr. pec. VIII.* 27.; *Bas. XXV.* 2. 45. — [e]) *Bas. XXV.* 2. 46. (*T. IV. p.* 44.) — [f]) *Bas. XXV.* 2. 47. — [g]) *Bas. XXV.* 2. 48. — [h]) *Bas. XXV.* 2. 49. — [i]) *Bas. XXV.* 2. 50. — [k]) *Bas. XXV.* 2. 51. — [l]) *Bas. XXV.* 2. 52. — [m]) *Bas. XXV.* 2. 53. (*T. IV. p.* 45.) — [n]) *Bas. XXV.* 2. 54.

[1]) suo *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [2]) Mart. *ms. Veron., quod rel. subscr. tuetur.* — [3]) *ms. Veron., Bk.*; et *ins. Hal. et rell.* — [4]) Id. AA. *mss. Veron. Bg.* — [5]) possessione *ms. Veron.*; possessionem *et mox* datam *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [6]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*; quid *ed. Schf.*; quodlibet *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) *fortasse est* IV. *in ms. Veron., quod cum rel. subscr. convenit.* — [8]) II. *ins. Bk., contra ms. Veron.* — [9]) Maetiano *ms. Veron.* — [10]) cum *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf., approbante Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; esset *ins. ms. Veron., eodem verbo mox repetito.* — [11]) *in ms. Veron. esse videtur* a debitrice dona tua; παρὰ τοῦ χρεωστοῦ ἐδωρήθη σοι *Bas.* — [12]) *ms. Pl.* 1. *ex correct., edd. Nbg. Hal.*; vindicta eam potes *ms. Veron.*; vindica eam *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; vindica eam rem *edd. Schf. Russ. et rell.* — [13]) IIII. *ms. Pist., sed* III. *ms. Veron.* — [14]) A. *om. ms. Veron., quod rel. subscr. tuetur.* — [15]) *mss. Veron. Pist. Cas. Pl.* 1., *Bk., S. Perus.*; et CC. *ins. ms. Bg., edd. rell.* — [16]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; impertiri *mss. Pl.* 2. *Bg., Russ. Cont.* 62. *Bk.*; impartiri *edd. rell.* — [17]) *ms. Veron.*; XVIIII. *ms. Pist.*; XIV. *Hal. et rell.*; *mss. Veron. Pist. reliquam subscr. tuentur.* — [18]) et CC. *om. mss. Pist. Vat.* — [19]) Eufrosino *mss. plerque*; Euphroseno *ms. Veron.* — [20]) *mss. Veron. Pist., Hal. Russ. Cont. Char Pac.*; Subscripta *Sp. Bk.* — [21]) *mss. Veron. Pist.*; Id. *Hal. et rell.* — [22]) *mensem om. ms. Veron.* — [23]) et *ins. Hal. et rell. contra mss. Veron. Pist.* — [24]) *ms. Veron.*; in instrumento *ms. Pl.* 2.; instrumento *mss. rell. et edd.* — [25]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; tamen *ins. Hal. et rell.* — [26]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; convenis *ed. Schf.*; convenies *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [27]) *locus abest a ms. Veron., quod cum rel. subscr. consentit*; Heracleae *Bk. et sic saepius.* — [28]) Appiano *mss. Cas. Bg., S. Perus.* — [29]) *mss. Veron. Gt., edd. Nbg. Hal.*; in potestatem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia Russ.*; potestatem *edd. Schf. Russ. et rell.* — [30]) S. *om. ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit, sed universam tuetur ms. Veron.* — [31]) *edd. Nbg. Hal. Russ. Bk.*; *vendere rell.* — [32]) neque legantem *om. ms. Veron.* — [33]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; per *om. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [34]) *mss. Veron. Pist. Vat.*; herchadii *ms. Pl.* 1.; Eranidi *S. Perus.*; Heroidi *Hal. et rell.* — [35]) S. IV. *ms. Pist.*; S. III. IV. *ms. Veron.* — [36]) AA. *om. ms. Veron., sed est in ms. Pist.* — [37]) ex *ins. ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [38]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; comparaverit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [39]) vel generaliter *om. ms. Veron.*; *sed* ἰδικῶς ἢ γενικῶς *Bas.* — [40]) tibi *om. mss. Veron. Pl.* 1. *Bg.* — [41]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; obligaverit *edd. rell.*

18. [a]) Iidem AA. et CC. Eudoxio. — Pignoris vel hypothecae persecutio in rem est. S. [1]) Kal. Decemb. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

19. [b]) Iidem AA. et CC. Maximo. — Sicut vim maiorem pignorum creditor praestare necesse non habet, ita dolum et culpam, sed [2]) et custodiam exhibere cogitur. Dat. [3]) XVII. [4]) Kal. Ian. AA. Conss. [293 — 304.]

20. [c]) Iidem AA. et CC. Alexandro. — Creditor ad petitionem [5]) urgeri iure minime potest. Quapropter eo, quod vos heredibus Evodiani debere confiditis, oblato et (si nolint [6]) accipere) consignato atque deposito, de reddendo pignore hos praesidali notione convenite. PP. XVII. Kal. Febr. Caess. [7]) Conss. [294 — 305.]

21. [d]) Iidem AA. et CC. Vieto [8]). — Res obligatas externus [9]) debito solvto liberando, datum petere, non earum [10]) dominium adipisci potest. Dat. III. [11]) Kal. Novemb. Retiariae [12]), Caess. Conss. [294 — 305.]

22. [e]) Iidem AA. et CC. Antiochiano. — Secundus creditor offerendo priori debitum confirmat sibi pignus, et a debitore sortem eisque tantum usuras, quae fuissent praestandae, non etiam usurarum usuras accipere [13]) potest [14]). PP. [15]) III. Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

23. [f]) Iidem AA. et CC. Macedonio [16]). — Maior annis viginti quinque pignoris conventionem remissam [17]), quum hoc solum pactum vel iurisdictio secundum ipsius voluntatem tueatur, persequi non potest. S. XVIII. [18]) Kal. Ian. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

24. [g]) Iidem AA. et CC. Marco. — Persecutione pignoris omissa debitores actione personali convenire, creditor urgeri non potest. S. XV. Kal. Ian. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

Authent. de fideiussor. §. Sed neque ad res. (Nov. 4. c. 2.) — *Hoc si debitor possideat; alio vero possidente inhibetur hypothecaria, donec personaliter actum sit cum reo et intercessore. Et si nec ex hypothecis debitoris satisfiat, tunc demum intercessoris hypothecae, si quae sunt, petantur. Quod ius et in heredibus locum habet.*

25. [h]) Iidem AA. et CC. Dracontio. — Servo, qui fuerat pignori obligatus, defuncto, debiti permanet integra petitio. Dat. VI. [19]) Kal. Ian. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

26. [i]) Iidem AA. et CC. Mauricio [20]). — Si tibi notarium pignoris titulo debitor tuus obligavit, eum, a quo mancipium abreptum proponis, apud rectorem provinciae conveni. S. IV. [21]) Kal. Ian. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

27. [k]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Super hypothecis, quas argenti distractores vel metaxarii vel alii quarumcunque specierum negotiatores pecunias sibi credentibus dare solent, hoc specialiter super amputanda [22]) omni machinatione sancimus, ut, si post huiusmodi contractum liberis suis vel alio modo cognatis quamcunque militiam iidem negotiatores acquisierint, eam tamen, quae [23]) vendi vel ad heredes sub certa definitione transmitti potest, liceat creditoribus eorum, etiam non probantibus, ex pecuniis eorundem negotiatorum [24]) liberos eorum vel cognatos militasse (dum tamen contrarium non probetur, alios ex suo patrimonio dedisse pecunias), creditum ab his, qui militarint [25]), exigere, vel tantum eos efflagitare, quanti vendi eadem militia possit. Quod ita obtinere sancimus, et si extraneis quibusdam iidem negotiatores de suis pecuniis huiusmodi militiam acquisisse probentur, ut, quod generaliter in ipsis debitoribus militantibus talem militiam, quae vendi vel ad heredes transmitti potest, permissum est, ut liceat creditoribus, et adhuc viventium debitorum iure hypothecae vindicare militias, nisi sibi satisfiat, et post mortem eorum exigere, quod pro iisdem militiis pro tenore communis militantium placiti vel divinae sanctionis, tale praestantis beneficium, dari solet, hoc in negotiatorum personis, licet ipsi militantes minime debito obnoxii sint, integrum creditoribus eorum [26]) servetur. Quod scilicet in futuris militiis, non etiam in his, quas liberi vel cognati eorundem negotiatorum, vel extranei pecuniis eorum meruerunt, tenere sancimus. Dat. Kal. Iun. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

Authent. de exhibendis et introducendis reis. §. Optimum quoque. (Nov. 53. c. 5.); et de aequalitate dotis. §. Quia vero huiusmodi. (Nov. 97. c. 4.) — *Quod obtinet, si ad hoc mutuaverit pecuniam, ut militia emeretur; alioquin filii aut uxor defuncti omnibus praeponentur. Sed* [27]) *si nullus praedictorum fuerit, tunc aliis creditoribus hoc damus* [28]).

TIT. XV.

---

[a]) *Bas. XXV.* 2. 55. — [b]) *Bas. XXV.* 2. 56. — [c]) *Bas. XXV.* 2. 57. — [d]) *Bas. XXV.* 2. 58. — [e]) *Bas. XXV.* 2. 59. — [f]) *Bas. XXV.* 2. 60. — [g]) *Bas. XXV.* 2. 61. (*T. IV. p.* 46.) — [h]) *Bas. XXV.* 2. 62. — [i]) *Bas. XXV.* 2. 63. — [k]) *Bas. XXV.* 2. 64.

[1]) S. *om. ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit, universam tuetur ms. Veron.* — [2]) sed *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal., est autem in ms. Veron.* — [3]) Dat. *om. ms. Pist.*; S. *ms. Veron.* — [4]) X. *ms. Pist.*; XGI *ms. Veron.* — [5]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; debiti *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) *mss. Veron. Gt., Hal.*; si noluerit *mss. Pl.* 1. 2.; si non velint *ms. Bg., edd. rell.* — [7]) *mss. Veron. Pist.*; AA. *Hal. et rell.* — [8]) Vito *mss. Veron. Cas., ed. Nbg.*; Victor *ms. Pl.* 1.; Victori *ms. Vat.* — [9]) exteris *ms. Veron. secunda manu*; *sed ὁ ἐξωτικὸς Bas.* — [10]) eorum *ms. Veron.* — [11]) S. III. (*vel* VI.) *ms. Veron., quod reliquam subscr. tuetur.* — [12]) *scribendum videtur* Raetiariae, *graece enim est* Ραιτιαρια. — [13]) petere *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [14]) usuras accipit *ms. Veron.* — [15]) PP. *om. ms. Pist.*; S. *ms. Veron.* — [16]) *mss. Veron. Pist. Pl.* 1. *Bg.*; Macidonio *ms. Cas.*; Macedoniano *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [17]) pign. conventione remissa *mss. Veron. Pl.* 1.; pignus conventione remissum *coni. Giphan. in Explanat. diffic. legum Cod. p.* 332. — [18]) XIII. *ms. Pist.*; XGI *ms. Veron.*; *cum rel. subscr. hi codd. conveniunt.* — [19]) S. GI. *ms. Pist. et Veron., quod reliquam subscr. confirmat.* — [20]) *mss. Veron. Pl.* 1., *S. Perus.*; Mauritio *rell.* — [21]) VI. *ms. Pist.*, *sed universam subscr. tuetur ms. Veron.* — [22]) amputandam *ms. Veron.* — [23]) ea tamen, *omisso* quae, *ms. Veron.* — [24]) negotiorum *ms. Pl.* 1. — [25]) militarunt *ms. Veron.*; militarent *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Schf.*; militant *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [26]) eorum *om. edd. Nbg. Hal.*, *contra meos codd.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.*; *et ins. Cont. et rell.* — [28]) *licet ad hoc non mutuaverint addit ms. Pl.* 2.

Tit. XV. [XIV.]

[a]) IN QUIBUS CAUSIS PIGNUS VEL HYPOTHECA [1]) TACITE CONTRAHITUR.

1. Imp. Antoninus A. Sperato. — Universa bona eorum, qui censentur, vice pignorum tributis obligata sunt. PP. Kal. Iun. Antonino A. IV. [2]) et Balbino [3]) Conss. [213.]

2. Idem A. Proculo. — Certum est, eius, qui cum fisco contrahit, bona veluti pignoris titulo obligari, quamvis specialiter id non exprimatur [4]). Dat. VI. Kal. Mart. Messala et Sabino Conss. [215.]

3. [b]) Pars ex rescripto Imp. [5]) Alexandri A. ad Demosthenem [6]). — Quamvis fructus pignori datorum praediorum, etsi id aperte non sit expressum, et ipsi pignori [7]) credantur tacita pactione esse [8]), praedia tamen, quae emuntur ex fructuum pretio, ad eandem causam venire, nulli prudentium placuit. PP. Id. Octob. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Africano [9]). — Satis notum est et idem [10]) constitutum, bona earum in dotem data, quae nuptae sunt his, qui primipili sarcinam subeunt, obnoxia necessitati [11]) eius [12]) teneri: verum certo ordine, ut scilicet tunc demum ad hoc mulieris patrimonium periculum [13]) respiciat, si, universis viri ac nominatorum facultatibus exhaustis, nihil residuum inveniatur. Dat V. Id. August. Caro [14]) et Carino AA. Conss. [283.]

5. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Corinthiae. — Si non inducta et illata in fundum, quae pignoris teneri causa placuerat, mancipia fuissent, nec haec [15]) specialiter obligata monstrentur, rector provinciae ea restitui inhebit. Nec enim praetextu debiti pensionum restitutionem eorum morari potest, quum, si quid sibi deberi domina fundi ex pensionibus vel quacunque ratione probare possit, huius solutionem solemniter fieri conveniat. Subscr. XII. Kal. Febr. Caess. Conss. [294—305.]

6. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Florentium P. P. — Si mater, legitima [16]) liberorum tutela suscepta, ad secundas contra sacramentum praestitum [17]) adspiraverit nuptias, antequam eis tutorem alium fecerit ordinari, eisque, quod debetur ex ratione tutelae gestae, persolverit, mariti quoque eius praeteritae tutelae [18]) ratiociniis bona iure pignoris tenebuntur obnoxia. Dat. VII. Id. Iul. Constantinop. [19]) Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [439.]

7. [e]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Sancimus de invectis a conductore rebus et illatis, quae domino pro pensionibus tacite obligantur, non solum in utraque Roma et territorio [20]) earum hoc ius locum habere, sed etiam in nostris provinciis. Tali enim iusta praesumtione etiam omnes nostros provinciales perpotiri desideramus. Dat. XV. Kal. Novemb. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

Tit. XVI. [XV.]

[f]) SI ALIENA RES PIGNORI DATA SIT.

1. [g]) Impp. Severus et Antoninus AA. [21]) Carpo. — Procurator citra [22]) domini voluntatem domum pignori frustra dedit. Si tamen pecuniam creditoris in rem domini versam constabit [23]), non inutilis erit exceptio duntaxat quod numeratum est exsolvi desideranti. PP. XI. Kal. Novemb. Severo A. II. et Albino Conss. [24]) [194.]

2. [h]) Iidem AA. [25]) Latinae. — Si probaveris, praedia [26]) vel [27]) hortos, de quibus agebatur, tuos esse, intelligis, obligari eos creditori ab alio non potuisse, si non sciens hoc agi in fraudem creditoris ignorantis dissimulasti. PP. [28]) Id. Octob. Antonino A. II. et Geta II. [29]) Conss. [205.]

3. [i]) Imp. Antoninus A. Martiae. — Curator adulti [30]) vel tutor pupilli propriam rem mobilem eius, cuius negotia tuetur, pignoris iure obligare non potest [31]), nisi in rem eius pecuniam mutuam accipiat PP. VI. Kal. [32]) Febr. duobus [33]) Aspris Conss. [212.]

4. [k]) Imp. Alexander A. Secundo. — Nec si maior annis viginti quinque fuisset filius tuus, qui in potestate tua erat, te invito rem tuam obligare potuit. PP. V. [34]) Kal. Novemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

5.

---

a) *Dig. XX.* 2. — b) *Bas. XXV.* 2. 65. — c) *Bas. XXV.* 2. 67. — d) *hausta ex Nov. Theod. XVII, ex qua et sunt l.* 6. *C. ad Sct. Tertull. VI.* 56., *in qua pars nostrae const. geminatur, et l.* 10. *C. de legit. hered. VI.* 58.; *Bas. XXV.* 2. 68. (*T. IV. p.* 47.) — e) *Bas. XXV.* 2. 69. — f) *Dig. XX.* 3 — g) *Bas. XXV.* 4. 5. (*T. IV. p.* 54.) — h) *Bas. XXV.* 4. 6. (*T. IV. p.* 55.) — i) *Bas. XXV.* 4. 7. — k) *Bas. XXV.* 4. 8.

1) vel hypotheca *om. mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal., S. Perus., itaque haec vv. hic, ut in praeced. rubr., efficienda videntur.* — 2) ant. ā. iun. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — 3) II. *ins. Bk. ex fastis.* — 4) exprimitur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — 5) Imp. *inserui ex S. Perus., abest a rell.* — 6) ad Demosth. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., S. Perus.* — 7) ipsis pignoribus, *omisso* et, *ms. Bg.*; ex ipsis pignoribus *mss. Pl.* 2. *Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.* — 8) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; inesse *ms. Bg., edd. Schf. Russ. et rell.* — 9) Africano *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.* — 10) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., plures et meliores libri Russ., ed. Nbg.*; item *ms. Gt., Hal.*; ratione *edd. Schf. Russ. et rell.* — 11) necessitate *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.* — 12) ei *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; ea *ms. Gt.* — 13) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; ad hoc peric. mulieris patrim. *Russ. et rell.* — 14) II. *ins. Bk.* — 15) haec *om. mss. Pl.* 1. *Bg.* — 16) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Bk., Nov. Theod., l.* 6. *C. VI.* 56.; legitime *Hal. et rell.* — 17) praestitutum *Nov. Theod.* — 18) gestae *ins. Sp., contra codd. et edd. rell. et Nov. Theod.* — 19) *Nov. Theod., lex utraque in not. d. cit.*; VII. Id. Iul., *omisso loco, Bk.*; VI. Id., *omisso mense et loco, Hal. et rell.* — 20) et per territoria *ms. Pl.* 2. — 21) Imp. Severus A. *Bk., contra omnes meos codd. et S. Perus.* — 22) contra *ms. Gt., contra meos codd.* — 23) universam constituit *Hal. in marg., contra meos codd. et Bas.* — 24) *vitium inesse videtur huic subscr., quum hi conss. in solius Severi imperium incidant; mihi restituendi videntur aut Severus et Victorinus* (200.) *aut Severus III. et Antoninus AA.* (202.); *ms. Pist. habet:* nov. seu. sev. *et rell., omisso II.* — 25) Impp. Severus et Anton. AA. *Bk., contra omnes meos codd.*; *v. not.* 21. *et* 24. *ad leg. praeced.* — 26) *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Schf. Hal. Bk.*; probaveris praesidi *ms. Bg.*; probav. praesidi praedia *edd. Nbg. Russ. et rell.*; probav. praesidi provinciae praedia *ms. Pl.* 2. — 27) et *mss. Pl.* 1. *Bg.* — 28) I. *ins. Hal. Russ.*; prid. *ins. ms. Pist., quod rel. subscr. firmat, nisi quod om.* A. — 29) II. *om. Bk.* — 30) adultae *ms. Bg., omnia mss. Russ., ed. Schf.* — 31) potuit *ms. Pl.* 1. — 32) pp. Gl. K. *ms. Pist., quod rel. subscr. tuetur.* — 33) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk., contra ms. Pist.* — 34) pp. G. K. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit, nisi quod pro* Aeliano *habet* aliene.

5. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Eutychio [1]). — Quum res, quae necdum in bonis debitoris est, pignori data ab eo, postea in bonis eius esse incipiat, ordinariam quidem actionem super pignore non competere, manifestum est, sed tamen aequitatem facere, ut facile utilis persecutio exemplo pignoratitiae daretur [2]). PP. XIII. [3]) Kal. Iun. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

6. [b]) Iidem AA. et CC. Zosimo. — Quae praedium in filios a se titulo donationis translatum creditori suo dat pignori, se magis contrario pignoratitio obligat iudicio, quam quidquam dominis noceat [4]), quum Serviana etiam actio declarat [5]) evidenter, iure pignoris teneri non posse, nisi quae obligantis in bonis fuerint, et per alium rem alienam invito domino pignori obligari [6]) non posse, certissimum est [7]). S. V. Id. Iul. Philipp. AA. Conss. [293 — 304.]

7. [c]) Iidem AA. et CC. Corneliae. — Si in rem suam accepta pecunia mutua tutor mancipium tuum pignori dedit, nec huic post perfectam aetatem consensum accommodasti, pignori res obligari [8]) non potuit. S. VI. Kal. Ianuar. AA. Conss. [293—304.]

8. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni P. P. — Nexum non facit [9]) praediorum, nisi persona, quae iure potuit obligare. Per servum autem, aut per [10]) procuratorem, colonumve [11]), vel [12]) actorem, seu conductorem ullum [13]) praeindicium possessioni invito vel inscio domino imponi non posse, et iure [14]) et legum auctoritatibus [15]) declaratur [16]). Dat. V. [17]) Id. Iul. Ravennae, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss. [422.]

Tit. XVII. [XVI.]

QUAE RES PIGNORI OBLIGARI POSSUNT VEL NON, ET QUALITER PIGNUS CONTRAHATUR.

1. [e]) Impp. Severus et Antoninus AA. [18]) Optato. — Alumnos tuos et ceteras res, quas neminem credibile est pignori specialiter datarum fuisse, generali pacti conventione, quae de bonis tuis facta est, in causa [19]) pignoris non fuisse, rationis est. PP. XII. Kal. April. Laterano et Rufino Conss. [197.]

2. [f]) Iidem [20]) AA. Rogato. — Quum constet, pignus consensu contrahi, non dubitamus, eum, qui emtiones agrorum suorum pignori posuit, de ipsis agris obligandis cogitasse. PP. V. Kal. Iul. Apro et Maximo Conss. [207.]

3. [h]) Imp. Antoninus A. Restituto. — Si monumento corpus filiae tuae intulisti, religiosum id fecisti; quo facto obligari a quoquam [21]), prohibente iuris religione, non posse, in dubium non venit. PP. III. Kal. April. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

4. [i]) Imp. Alexander A. Evocato. — Nomen quoque debitoris pignorari et generaliter et specialiter posse, iam [22]) pridem placuit. Quare si debitor is satis non facit [23]), cui tu credidisti, ille, cuius nomen tibi pignori datum est, (nisi ei, cui debuit, solvit, nondum certior a te de obligatione tua factus) utilibus actionibus satis tibi facere usque ad id, quod tibi deberi a creditore eius probaveris, compelletur, quatenus tamen ipse debet. PP. prid. Kal. Mart. Fusco II. [24]) et Dextro Conss. [225.]

5. [k]) Idem A. [25]) Septimio [26]). — Spem eorum praemiorum, quae pro coronis athletis permitanda sunt, privata pactione pignorare [27]) minime admittendum est, et ideo nec si generale pactum de omnibus bonis pignori obligandis intervenerit, tenet. PP. III. Kal. Mai. Maximo II. et Paterno Conss. [233.]

6. [l]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Rufo. — Qui filios vestros vel liberos homines pro pecunia, quam vobis credebat, pignoris titulo accepit, dissimulatione iuris se [28]) circumvenit, quum sit manifestum, obligationem pignoris non consistere, nisi in his, quae quis de bonis suis facit obnoxia. S. Kal. Mai. Heracliae, AA. Conss. [293 — 304.]

7. [m]) Imp. Constantinus A. ad universos provinciales. — Exsecutores a quocunque iudice dati [29]) ad exigenda debita ea, quae civiliter poscuntur, servos aratores aut boves aratorios aut instrumentum aratorium [30]) pignoris causa de possessionibus abstrahunt [31]), ex quo tributorum illatio retardatur. Si quis igitur intercessor aut creditor vel [32]) praefectus pagi vel vici [33]) vel decurio in hac re fuerit detectus, aestimando a [34]) iudice supplicio subiugetur [35]). Dat. III. [36]) Non. Iun. [37]) Sirmii, Constantino A. IV. [38]) et Licinio IV. [39]) Conss. [315.] 8.

---

[a]) *Bas. XXV.* 4. 9. — [b]) *Bas. XXV.* 4. 10. — [c]) *Bas. XXV.* 4. 11. — [d]) *l.* 2. *Th. C. de pignor. II.* 30.; *repetitur pars nostrae const. in l.* 17. *C. de agricol. XI.* 47.; *iungendae l.* 2. *C. ne liceat potentior. II.* 14., *l.* 1. *C. de prohib. seq. pec. IV.* 4., *l.* 13. *C. quod cum eo. IV.* 26., *l.* 4. *C. de exsecutor. XII.* 61.; *Bas. XXV.* 4. 12. (*T. IV. p.* 56.) — [e]) *Dig. XX.* 1. *et* 3. — [f]) *Bas. XXV.* 5. 20. (*T. IV. p.* 65.) — [g]) *Bas. XXV.* 5. 21. — [h]) *Bas. XXV.* 5. 22. — [i]) *Bas. XXV.* 5. 23. — [k]) *Bas. XXV.* 5. 24. (*T. IV. p.* 66.) — [l]) *Bas. XXV.* 5. 25. — [m]) *l.* 1. *Th. C. de pignor. II.* 30.; *Bas. XXV.* 5. 26.

[1]) Euticho, Euthico, Utico *mss. nonn.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; detur *Hal. et rell.* — [3]) XVI. *et mox* equilino *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. tuetur.* — [4]) nocet *ms. Pl.* 1., *Hal.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; declaret *Hal. et rell.* — [6]) dari *ed. Nbg.*; capi *Hal.* — [7]) sit *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk., contra meos codd.* — [8]) obligare *ms. Gt.* — [9]) faciat *et mox* obligari *Theod. C., sed nostram lect. et codd. mei tuentur et Bas.* — [10]) aut per *om. mss. Pl.* 1. *Gt., sed* οὐδὲ δοῦλος οὐδὲ προκουράτωρ *Bas.*; vel per *ms. Pl.* 2.; vel, *om.* per, *Theod. C.*; aut, *om.* per, *edd. Nbg. Hal.* — [11]) colonum *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; vel *om. Hal. et rell.* — [13]) ullum *om. ms. Gt., Theod. C.*; nullum *ms. Pl.* 2. — [14]) iuris *Theod. C., Bk., contra meos codd.* — [15]) auctoribus *ms. Gt., ms. Pl.* 1. *ante correct.* — [16]) decantatur *Theod. C.* — [17]) *Theod. C. ed. Haenel.*; V. *om. rell.*; *sed v. leges cum nostra iungendas.* — [18]) Imp. Sev. A. et Ant. C. *Bk., contra codd. meos.* — [19]) causam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [20]) Impp. Severus et Antoninus *Bk., contra codd. meos*; *v. not.* 18. *ad l.* 1. *h. t.* — [21]) quopiam *Pac. Sp. Bk, contra codd. et rell. edd.* — [22]) iam *om. mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.* — [23]) *mss. Veron. Gt., Hal.*; fecit *mss. Pl.* 1. 2.; fecerit *edd. rell.* — [24]) II. *om. ms. Veron., quod rel. subscr. confirmat.* — [25]) AA. *mss. Veron. Cas. Vat.* — [26]) Septimo *mss. nonn.* — [27]) pignorari *edd. Schf. Russ. et postea rell. contra mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et omnia mss. Russ. et edd. Nbg. Hal.* — [28]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; se iuris *edd. rell.* — [29]) Intercessores a rectoribus provinciarum dati *Theod. C.* — [30]) aut instrum. arator. *om. Theod. C.* — [31]) *mss. Veron. Pl.* 1., *Theod. C.*; non abstrahant *ms. Bg., edd. omnes*; non retrahant *ms. Pl.* 2. — [32]) aut *ms. Gt., Theod. C.*; *pro* creditor *Wenck. ad l.* 1. *Th. C. cit. coni.* curator, *sed* δανειστής *Bas.* — [33]) praefectus pacis *Theod. C.*; *sane* εἰρηναρχος *Bas.* — [34]) a *om. ms. Veron. et abfuit a ms. Bg.* — [35]) detectus, a rectoribus provinciarum capitali sententiae subiug. *Theod. C.* — [36]) IV. *Theod. C. ed. Haenel., sed contra ms. Veron.* — [37]) CP. *ins. ms. Veron.* (*quae sigla Constantinop. denotare solet*), *habet autem* Sirmi. — [38]) *ms. Veron., Theod. C., Bk.*; IV. *om. Hal. et rell.* — [39]) *Theod. C. Bk.* · IV. *abest a ms. Veron., ab Hal. et rell.*

8. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Probo, Comiti sacrarum largitionum [1]). — Pignorum gratia aliquid, quod ad culturam agri pertinet, auferri non convenit. Dat. VI. [2]) Id. Iun. Constantio et Constante [3]) Conss. [414.]

[b]) Nova constitutio Friderici Imp. de statutis et consuetudinibus contra libertatem ecclesiae editis. §. Agricultores. — *Agricultores et* [4]) *circa rem rusticam occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint in* [5]) *quacunque parte terrarum, ita ut nullus inveniatur tam audax, ut personas, boves et agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad operam rusticalem* [6]) *pertineat, invadere aut capere aut violenter auferre praesumat. Si quis autem huiusmodi statutum ausu temerario violare praesumserit, in quadruplum ablata restituat, et* [7]) *infamiae notam ipso iure incurrat, imperiali animadversione nihilominus puniendus.*

9. [c]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Si quis in cuiuscunque contractus instrumento ea verba posuerit: fide et periculo rerum ad me pertinentium, vel: per earum exactionem satisfieri tibi promitto [8]), sufficere ea verba ad rerum tam earum, quas in praesenti debitor habet, quam futurarum hypothecam [9]), nec ex prioribus sanctionibus minus habere specialis [10]) hypothecae memoriam videri, quum sit iustum voluntates contrahentium magis, quam verborum conceptionem inspicere. Super qua generali hypotheca illud quoque ad conservandam contrahentium voluntatem sancimus, ut, si res suas supponere debitor dixerit, non adiecto, tam praesentes quam futuras, ius tamen generalis hypothecae etiam ad futuras res producatur. Dat. III. Id. Decemb. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. II. [11]) Cons. [528.]

Tit. XVIII. [XVII.]

[d]) QUI POTIORES IN PIGNORE HABEANTUR [12]).

1. [e]) Impp. Severus et Antoninus AA. [13]) Secundo. — Qui pignus secundo loco accepit, ita ius suum confirmare potest, si priori creditori debitam pecuniam solverit [14]), aut, quum obtulisset isque accipere noluisset, eam obsignavit et deposuit, nec in usus suos convertit. PP. Kal. Febr. Laterano et Rufino [15]) Conss. [197.]

2. [f]) Imp. Antoninus A. Chresto [16]). — Si decreto praetoris, qui de fideicommisso ius dixit, in possessionem fundi hereditarii fideicommissi conditionalis servandi gratia prius inducti estis, quam adversarius vester in causa [17]) indicati eiusdem fundi pignus occupavit [18]), iussu eius, qui iure sententiam exsequebatur, tempore potiores estis. Nam quum de pignore utraque pars contendat [19]), praevalet iure, qui praevenit tempore [20]). PP. V. Id. Mai. duobus [21]) Aspris Conss. [212.]

3. [g]) Idem A. Silvano [22]). — Quum rempublicam Heliopolitanorum propter emolumentum sententiae in rerum tam heredis quam hereditariarum possessionem missam esse proponas, intelligis, quamvis pater tuus cum Soziano contraxerit, tamen, si [23]) personali actione eum habuit obligatum, praeponi rempublicam iure pignoris [24]), quae ex auctoritate eius, qui iubere potuit, servandi iudicati causa occupavit. PP. II. [25]) Id. Decemb. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

4. Idem A. Varo. — Si fundum pignori accepisti, antequam reipublicae obligaretur, sicut prior es tempore, ita potior es [26]) iure. PP. V. Id. Octob. Antonino A. IV. [27]) et Balbino Conss. [213.]

5. [h]) Imp. Alexander A. Septimio [28]). — Prior quidem creditor compelli non potest tibi, qui posteriore loco pignus accepisti, debitum offerre, sed si tu illi [29]) omne quod debetur solveris, pignoris tui [30]) causa firmabitur. PP. III. Kal. Mai. Maximo II. [31]) et Paterno Conss. [233.]

6. [i]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Philoxeno [32]). — Si generaliter bona sint obligata, et postea res alii [33]) specialiter pignori dentur, quoniam ex generali obligatione potior habetur creditor, qui ante [34]) contraxit, si ab illo [35]) tu comparasti, non oportet te ab eo, qui postea credidit, inquietari. PP. prid. Id. [36]) Mai. Seculare II. [37]) et Donato Conss. [260.] 7.

---

[a]) *Bas. XXV.* 5. 27.; *iungenda videtur l.* 13 *C. de omni agro des. XI.* 59, *fortasse et l.* 15. *C. de agricol. XI.* 47. — [b]) *Deest haec auth. in mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *ipsa const. solet addi Novell. Coll. X.* (*orig. const.*) — [c]) *Bas. XXV.* 5. 28. — [d]) *Dig. XX.* 4. — [e]) *Bas. XXV.* 5. 29. — [f]) *Bas. XXV.* 5. 30. (*T. IV. p.* 67.) — [g]) *Bas. XXV.* 5. 31.; *in S. Perus. et apud Hal. Russ. Cont.* 62. *haec const. est quarta, tertia autem lex seq. Si fundum*; *sed codd. mei, inter quos ms. Veron., nostram constitutt. seriem tuetur.* — [h]) *Bas. XXV.* 5. 32. — [i]) *Bas. XXV.* 5. 33.

[1]) *hanc dignitatem exscribo, non siglis denoto, secutus mss. Pist. Pl.* 1. — [2]) IV. *potius, quam* VI., *esse videtur in ms. Veron.* — [3]) *sic inverti nomina cum ms. Veron.*; Constante et Constantio *Hal. et rell*; *cfr. Relandi fast. cons. p.* 571. — [4]) *ed. Nbg., orig. const.*; *et om. edd. rell.* — [5]) *in om. ed. Nbg., orig. const.* — [6]) *ed. Nbg., orig. const.*; *ad agrorum operam rusticam edd. rell.* — [7]) *et om. edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [8]) permitto *ms. Veron.* — [9]) *ms. Veron., Hal.*; sancimus *ins. mss. et edd. rell.* — [10]) speciali *et mox* memoria *ms. Veron.* — [11]) Const. Iustino A. II. *ms. Veron.* — [12]) habentur *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [13]) Imp. Sev. A. et Anton. C. *Bk.*, *contra omnes meos codd.*, *inter quos et ms. Veron.* — [14]) solvit *ms. Bg.* — [15]) urphino *ms. Pist.*, *sed* Ruf. *ms. Veron.*, *quod hanc subscr. tuetur.* — [16]) *mss Veron. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., S. Perus.*; et aliis *add. Hal. et rell.* — [17]) *mss. Veron. Pl.* 1., *ms. Bg prima manu, ed. Schf.*; causam *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [18]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; occupaverit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [19]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.*; contendit *ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [20]) tempore *om. Hal. contra codd.* — [21]) *ms. Veron., quod subscr. tuetur*; et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [22]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; Sylvano *Hal. et rell.* — [23]) *pro* tamen si *Cuiac. not. in Cod.* (*Opp. T. X. p.* 703. *ed. Neap.*) *emendat* si tantum; tametsi *ms. Pl.* 2.; tum etsi *ed. Nbg.* — [24]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; in his (iis) *edd Schf. Russ. et rell., sed v.* in *ab omn. mssis Russ. abest.* — [25]) *fortasse est* V. *in ms. Veron., quod cum rel. subscr. convenit.* — [26]) es *om. mss. Veron. Bg. Gt.* — [27]) III. *ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. consentit*; *universam firmat ms. Veron.* — [28]) Septimo *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; ei *ms. Veron.*; illi id *edd. Schf. Russ. et rell.*; *eorum* id *abest ab omnibus libris Russ.* — [30]) tibi *ms. Pl.* 1. — [31]) II. *om. Bk., contra ms. Veron., quod totam subscr. tuetur.* — [32]) Filoxeno *mss. Veron. Pist. Pl.* 1. — [33]) aliis *ms. Gt., edd. Schf. Hal.* — [34]) *ms. Veron.*; *etiam mss. Pl* 1. 2. *Bg. et ed. Nbg. eo utuntur scribendi compendio, quo alias* ante *denotare solent*; antea *edd. Schf. Hal. et rell.* — [35]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2; qui prior est tempore *ins. ed. Schf.*; priore tempore *ins. ms. Bg., edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed v.* tempore *abest ab omn. mssis Russ. et a cod. Gt.* — [36]) *mss. Veron. Pist.*; II. Id. *Hal. et rell.* — [37]) II. *om. ms. Veron., quod rel. subscr. tuetur.*

7. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Iuliano. — Licet iisdem pignoribus multis creditoribus diversis temporibus datis, priores habeantur potiores, tamen cum, cuius pecunia praedium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter [1]) statim convenit, omnibus anteferri, iuris auctoritate declaratur. Subscripta [2]) XVI. [3]) Kal. Febr. AA. Conss. [293 — 304.]

Authent. de triente et semisse. §. Illud quoque in iudiciis. (Nov. 18. c. 10.) — *Item possessor* [4]), *negans rem eius esse* [5]), *cuius actor eam esse asseverat, si probatu* [6]) *intentione nitatur rem retinere, dicens, ex hypotheca vel alia causa in eandem personam relata* [7]) *se propinquiorem esse, quam qui movet causam, prius transferat possessionem, quam ius suum proponat.*

8. [b]) Iidem AA. et CC. Fabricio. — Diversis temporibus eadem re duobus iure pignoris obligata, eum, qui prior [8]) data mutua pecunia pignus accepit, potiorem haberi [9]), certi ac manifesti iuris est, nec alias secundum [10]) distrahendi potestatem huius pignoris consequi, nisi superiori [11]) creditori debita fuerit soluta quantitas. S. prid. Kal. [12]) Mai. Heracliae, AA. Conss. [293 — 304.]

9. [c]) Iidem AA. et CC. Asclepiodoto. — Eos, qui acceperunt pignora, quum in rem habeant actionem, privilegiis omnibus, quae personalibus actionibus competunt, praeferri constitit [13]). Dat. III. [14]) Non. Decemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

10. [d]) Iidem AA. et CC. Polydeucae [15]). — Quum tibi pro dote, quam acceperat, res maritus [16]) obligavit, eo mortuo hi, quibus easdem pignori dederat, non offerentes debitum, nulla possunt persequi ratione [17]). Nam chirographarios [18]) creditores nec in rem nec in personam eos, qui debitori non probantur successisse, ulla ratione convenire posse, manifestum est. PP. Non. Decemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

11. [e]) Imp. Leo A. Erythrio P. P. — Scripturas, quae saepe assolent a quibusdam secrete fieri, intervenientibus amicis, nec ne, transigendi [19]) vel paciscendi seu foenerandi vel societatis coeundae gratia, seu de aliis quibuscunque causis vel contractibus conficiuntur, quae idiochira [20]) graece appellantur, sive tota series earum [21]) manu contrahentium vel notarii aut [22]) alterius cuiuslibet scripta fuerit, ipsorum tamen habeant [23]) subscriptiones, sive testibus adhibitis sive non, licet conditionales sint, quos vulgo tabularios appellant, sive non, quasi publice [24]) scriptas [25]), si personalis actio exerceatur, suum robur habere decernimus. Sin autem ius pignoris vel hypothecae ex huiusmodi instrumentis vindicare quis sibi contenderit, eum, qui instrumentis publice confectis nititur, praeponi decernimus [26]), etiamsi posterior is [27]) contineatur, nisi forte probatae atque integrae opinionis trium vel amplius virorum subscriptiones eisdem idiochiris [28]) contineantur; tunc enim quasi publice confecta accipiuntur. Dat. Kal. Iul. Constantinop. Marciano et Zenone Conss. [469.]

f) Authent. de instrumentorum cautela et fide. §. Si quis igitur. et §. Sed et si quis. (Nov. 73. c. 1. et 2.) — *Si quis vult caute deponere, non soli credat accipientis scripturae, sed advocet etiam testes idoneos et fide dignos non pauciores tribus. Sed et si quis aut mutui instrumentum aut alterius cuiuspiam contractus fecerit, et noluerit hoc specialiter* [29]) *in publico confiteri, non ex ipso videatur credibile, quod scribatur super mutuo documentum, nisi etiam trium testium adhibeatur praesentia* [30]) *fide dignorum, ut, sive veniant et subscriptionibus propriis attestentur, sive alii quidam* [31]) *testificentur, quia* [32]) *eis praesentibus confectum est documentum,* [33]) *fidem causa ex utroque* [33]) *percipiat. Si tamen quisquam aut deponens aut mutuans aut alias contrahens contentus sit sola scriptura eius, cum quo contrahit, sciat, scripturam non sufficere ad probationem.*

12. [g]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Assiduis additionibus mulierum inquietati sumus, per quas suas dotes deperditas esse lugebant, et ab antecedentibus creditoribus substantias maritorum detentas. Nos itaque ad antiquas leges perspeximus [34]), in personalibus actionibus rei uxoriae actioni, quam in praesenti sustulimus, magnam praerogativam praestantes, ut contra omnes paene personales actiones habeant privilegia et creditores alios antecedant, licet fuerint anteriores. Et hoc quum in personalibus statuerant actionibus, si [35]) hypothecam respiciebant [36]), illico iustitiae

---

[a]) *Bas. XXV.* 5. 34. — [b]) *Bas. XXV.* 5. 35. — [c]) *Bas. XXV.* 5. 36. — [d]) *Bas. XXV.* 5. 37. (*T. IV. p.* 68.) — [e]) *Bas. XXV.* 5. 38.; *iungenda est l.* 42. *C. de transact. II.* 4. — [f]) *haec auth., ab Alberico demum confecta, in mss. Pl.* 2. *Bg. desideratur. Cfr. Savigny Gesch. d. R. R. i. MA. T. IV. p.* 43. — [g]) *Bas. XXV.* 5. 39.

[1]) *ms. Veron., Hal.*; obligatum *ins. rell. mss. et edd.* — [2]) S. *ms. Veron.* — [3]) XG. *ms. Veron.*; XGI. *ms. Pist.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; *pignoris ins. edd. rell.* — [5]) *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.*; *esse om. ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg*; *ea ins. edd. rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; *delata edd. rell.* — [8]) prius *ed. Schf.* — [9]) habere *ms. Veron.* — [10]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; creditorem *ins. edd. Schf. Russ. et rell., quae vox ex glossa irrepsit, ut ex ipsa gl. ad v.* secund. *patet.* — [11]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2., *Hal.*; priori *ms. Bg. edd. rell.* — [12]) Pd. id. K. *ms. Pist., sed ms. Veron. totam subscr. defendit.* — [13]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; constat *Russ. et rell.* — [14]) IIII *vel* VII. *ms. Veron., quod cum rel. subscr. convenit.* — [15]) *ms. Veron.*; Polideucae, Polideuciae, Policleucae, Polido *mss. rell.*; Pollipeucae *Hal. et rell.* — [16]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; maritus res, *vulgo commate posito post* marit., *rell.* — [17]) rationem *ms. Veron.* — [18]) chirographarii *ms. Veron.* — [19]) nec non transig. *Hal. Bk., sed contra mss. Veron. Pl.* 1. 2. *et edd. rell., in quibus constanter est* ne; *abest autem ea vocula a ms. Bg. ante correct.* — [20]) *sic latinis literis mss. Veron. Pl.* 1.; ydiochira *ms. Pl.* 2.; ydeochira *ed. Schf.*; ydochyra *ms. Bg.*; ἰδιοχεῖρα *ed. Nbg.*; ἰδιόχειρα *rell.* — [21]) eorum *mss. Veron. Gt., ed. Schf.* — [22]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; vel *edd. rell.* — [23]) ipsorum contrahentium habeantur *ms. Pl.* 1. — [24]) publices *ms. Veron*; *fortasse in lit.* s *latet* sub; *v. not. seq.* — [25]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.*; subscriptas *mss. Pl.* 1. *Bg.*; conscriptas *edd. Schf. Russ. et rell.* — [26]) decernimus *om. mss. Bg. Gt.* — [27]) is *abest a ms. Bg. ante correct.*; iis *ms. Pl.* 2.; his *ms. Pl.* 1., *ms. Bg. recentiore manu, Hal.* — [28]) idiochiris *om. ms. Pl.* 1., *Hal.*; ydiochiris *ed. Schf.*; ydyochiris *ms Bg.* — [29]) *specialiter om. ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [30]) *adhibeat praesentiam ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [31]) *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; *quidem edd. Schf. et rell.* — [32]) *quod Hal. Russ. Bk.* — [33]) *ms. Pl.* 1.; *fidem ex utroque causa ed. Nbg.*; *fidem tamen ex utroque ed. Schf.*; *fidem eandem ex utraque causa Hal. et rell.*; *v. Nov.* 73. *c.* 2. — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg, edd. Schf. Russ.*; prospeximus *ms. Gt., edd. Schf. Russ*; respeximus *Cont. et rell.* — [35]) ad *ins. edd. Schf. Russ. Cont.* 62., *contra omnia mss. Russ.* — [36]) perspiciebant *Russ. in marg.*

iustitiae vigorem relaxabant, et senioribus hypothecis novas mulieris [1]) hypothecas, si habebant actiones, expellebant, nec ad fragilitatem muliebrem respicientes, nec quod et corpore et substantia et omni vita sua maritus fungitur, quum paene mulieribus tota substantia in dote constituta est. Oportebat enim disponi, maritos creditoribus suis ex sua substantia satisfacere, non de dote muliebri [2]), quam ad suos victus suasque alimonias mulier possidet, vel a semetipsa datam [3]) vel pro ea ab alio. §. 1. Ad haec omnia respicientes, et reminiscentes, quod et alias duas constitutiones fecimus pro dotibus mulieribus subvenientes, et [4]) omnia in unum colligentes sancimus, ex stipulatu actionem, quam mulieribus iam pro dote restituenda [5]) dedimus, cuique etiam tacitam donavimus inesse hypothecam, potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anterioris sint temporis privilegio vallati. Quum enim in personalibus actionibus, secundum quod diximus, tali privilegio utebatur res uxoria, quapropter non [6]) in hypotheca hoc mulieri et [7]) nunc indulgemus beneficium, licet res dotales vel ex his aliae comparatae non exstent, sed quocunque modo vel dissipatae vel consumtae sint, si tamen re ipsa fuerint parti mariti datae? Quis enim earum [8]) non misereatur [9]) propter obsequia, quae maritis praestant, propter partus periculum et ipsam liberorum procreationem [10]), pro qua [11]) multa nostris legibus inventa sunt privilegia? Et ideo quod antiquitas quidem dare incepit, ad effectum autem non pertulit, nos pleno legis articulo consummavimus, et, sive liberos habeat [12]) mulier, sive ab initio non habuit, sive progenitos amisit, hoc ei privilegium indulgemus. Exceptis videlicet contra novercas anterioris matrimonii filiis, quibus pro dote matris suae iam quidem [13]) dedimus hypothecam contra paternas res vel eius creditores, in praesenti autem similem [14]) praerogativam servamus, ne [15]), quod posteriori datum est uxori, hoc anteriori denegetur, sed sic maneat eis ius incorruptum, quasi adhuc vivente matre eorum; duabus enim dotibus ab eadem substantia debitis, ex tempore praerogativam manere volumus. §. 2. Haec autem tantum ad dotem sancimus, non ad [16]) ante nuptias donationem, quam suo tempori servire [17]) disponimus et habere inter creditores sui temporis ordinem. Non enim pro lucro fovemus mulieres, sed ne damnum patiantur suisque rebus defraudentur, curamus. §. 3. Quam legem ex praesenti tempore locum habere sancimus, et non retrorsum referimus. Dat. V. Kal. Decemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

Authent. de aequalitate dotis. §. His consequens. et §. seq. (Nov. 97. c. 3. et 4.) — *Quo iure utatur et adversus eos, qui personali privilegio muniuntur, veluti quorum pecunia res emtae sunt sive refectae, nisi qui nova constitutione sunt excepti, sicut qui emendae militiae causa marito in scriptis mutuarunt* [18]).

Authent. ut exactione instante dotis. §. His igitur. (Nov. 91. c. 1.) — *Si quid ex rebus ipsius dotis appareat, mulieri, cui et in rem actio competit, vel filiis eius servetur; alioquin sive supersint ambae mulieres, sive defecerint, sive altera duntaxat exstet, prior omnino seu quaelibet soboles eius superior habeatur; quod nova constitutione factum est apertius.*

Tit. XIX. [XVIII.]

[a]) DE HIS, QUI IN PRIORUM CREDITORUM LOCUM SUCCEDUNT.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Marcellinae. — Non omnimodo succedunt in locum hypothecarii creditoris hi, quorum pecunia ad creditorem transit. Hoc enim tunc observatur, quum is, qui pecuniam postea dat, sub hoc pacto credat, ut idem pignus ei obligetur, et in locum eius succedat. Quod quum in tua persona factum non sit (indicatum est enim, te pignora non accepisse), frustra putas, tibi auxilio opus esse constitutionis nostrae ad eam rem pertinentis. PP. Id. Iul. Pompeiano et Avito Conss. [209.]

2. [c]) Imp. Antoninus A. Felici. — Quum pro patre, in cuius potestate non eras, pecuniam fisco intuleris, et iure privilegio eius successisti, et eius locum, cui pecuniam numerasti, consecutus es, nec hi creditores patris tui, qui personalem habuerunt actionem vel cum eo postea sub pignoribus contraxerunt, pignora tua te ignorante distrahendo iuri tuo aliquid derogaverunt. Unde intelligis, si quid tuo nomine te absente ab actoribus tuis solutum est, ut indebitum numeratum restitui, pignoraque tibi nexa [19]) persequi te posse. PP. Kal. Octob. Romae, Sabino II. et Anulino Conss. [216.]

3. [d]) Imp. Alexander A. Valenti. — Si potiores creditores pecunia tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio, quam emisse te dicis, ita [20]) ut pretium perveniret [21]) ad eosdem priores creditores, in ius eorum successisti, et contra eos, qui infirmiores [22]) illis fuerunt, iusta defensione te tueri potes. PP. Kal. Februar. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

4.

---

[a]) *Dig. XX. 4.* — [b]) *Bas. XXV. 4. 13. (T. IV. p. 56.)* — [c]) *Bas. XXV. 4. 14.* — [d]) *Bas. XXV. 4. 15.*

[1]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; mulieribus *ed. Schf.*; mulierum *Russ. et rell.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Gt., ms. Bg. ex correct.* (*antea* muliebris), *ed. Schf.*; mulieris *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) data *mss. Pl. 1. Bg.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Gt., ms. Bg. prima manu, edd. Nbg. Hal.*; haec *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) *edd. Nbg. Hal. Bk.*; instituendam *ms. Bg. secunda manu, Russ. in marg.*; instituenda *mss. Pl. 1. 2., edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) et *ins. mss. Pl. 1. 2. Bg., et a mss. Pl. 2. Bg. absunt quae mox sequuntur* etiam nunc. — [7]) *mss. Pl. 1. Gt., edd. Nbg. Hal.*; etiam *edd. Schf. Russ. et rell.*; *v. not. anteced.* — [8]) eas *mss. Pl. 1. 2. Bg.*; eis *ed. Schf.* — [9]) miseretur *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [10]) creationem *mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.* — [11]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., omn. mss. Russ., Hal. Bk.*; per quam *ed. Schf.*; pro quibus *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [12]) habet *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.* — [13]) quidem *om. mss. Pl. 1. 2. Gt.* — [14]) eis *ins. ms. Bg., Hal. Russ. Cont. 62. Sp., contra omn. mss. Russ.* — [15]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; ius *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) ad *om. mss. Pl. 1. Bg. Gt.*; autem *Hal.*; autem ad *ed. Nbg.* — [17]) servari *ms. Pl. 2.*; servare *et antea* tempore *ed. Schf.* — [18]) *sicuti illi, quorum pecunia militia empta est, et hoc in scriptis probato ed. Nbg.* — [19]) innexa *mss. Pl. 1. Bg., ed. Schf.* — [20]) ita *om. Hal. contra meos codd.* — [21]) proveniret *ms. Pl. 1.* — [22]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., omn. mss. Russ., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t., Bk.*; inferiores *edd. rell.*

4. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Carpophoro. — Si prior respublica contraxit fundusque ei est obligatus, tibi secundo creditori offerenti [1]) pecuniam potestas est, ut succedas etiam in ius reipublicae. PP. XV. Kal. Iun. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

Tit. XX. [XIX.]

[b]) SI ANTIQUIOR CREDITOR PIGNUS VENDIDERIT.

1. [c]) Imp. Alexander A. Athenioni [2]). — Si vendidisset [3]), qui ante pignus accepit, persecutio tibi hypothecaria superesse non posset. Quum autem debitor ipsi [4]) priori creditori eadem pignora in solutum dederit vel vendiderit, non magis tibi persecutio ademta est, quam si aliis easdem res debitor vendidisset. Sed [5]) ita persequens res obligatas audieris, si, quod eidem possessori propter praecedentis contractus auctoritatem debitum est, obtuleris. PP. Id. Mai. [6]) Agricola et Clementino Conss. [230.]

2. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Eudemiae [7]). — Obligata pignoris iure creditore recte distrahente, post debitor, emtori pretium offerens, vel creditori quod debuit, evincere non potest. S. [8]) XVI. Kal. Ianuar. AA. Conss. [293 — 304.]

3. [e]) Iidem AA. et CC. Theophilo. — Quominus creditor, qui ante [9]) pignus accepit, distrahat, non offerendo secundus priori debitum interpellare non potest. Dat. VI. Kal. [10]) April. Caess. Conss. [294 — 305.]

Tit. XXI. [XX.]

[f]) SI COMMUNIS RES PIGNORATA [11]) SIT.

1. [g]) Imp. Antoninus A. Venusto. — Frater tuus [12]), sicut vobis invitis portionem vobis competentem obligare non potuit, ita suam dando obligationem creditori quaesivit. Unde intelligis [13]), contractum eius nullum praeindicium dominio [14]) vestro facere potuisse. Accepta III. [15]) Kal. Decemb. Messala et Sabino Conss. [214.]

Tit. XXII. [XXI.]

DE PRAETORIO PIGNORE ET UT IN ACTIONIBUS ETIAM [16]) DEBITORUM MISSIO PRAETORII PIGNORIS PROCEDAT.

1. [h]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Si praetorium pignus quicunque iudices dandum alicui perspexerint [17]), non solum super rebus mobilibus et immobilibus et se moventibus, sed etiam super actionibus, quae debitori competunt, praecipimus hoc eis licere decernere. Dat. Kal. April. Constantinop. Decio V. C. Cons. [529.]

2. [i]) Idem A. Iuliano P. P. — Veteris iuris dubitationem decidentes, ad duplum genus hypothecarum respeximus, unum quidem, quod ex conventionibus et pactis hominum nascitur, aliud, quod a iudicibus datur et praetorium nuncupatur. Et quum invenimus, in conventionalibus pignoribus vel hypothecis non solum tenentem creditorem adiuvari, sed etiam si ab [18]) ea possessione cadat, sive sua culpa, sive non, sive fortuito casu, humanius esse perspeximus [19]), et in praetorio pignore dare recuperationem creditori, quocunque modo possessionem amittat, sive culpa sua, sive non, sive fortuito casu. Licet enim debuerat incumbere suo pignori, ne aliquam patiatur [20]) iacturam, tamen, ne quid amarum in [21]) creditoribus consequatur, benignius causam interpretamur et ei [22]) recuperationem donamus. Dat. Kal. Aug. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. XXIII. [XXII.]

SI IN CAUSA IUDICATI PIGNUS CAPTUM SIT.

1. [k]) Imp. Antoninus A. Gabinio. — Res ob causam iudicati [23]) eius iussu, cui ius iubendi fuit, pignoris iure teneri ac distrahi posse, saepe rescriptum est. Nam in vicem iustae obligationis succedit ex causa contractus auctoritas iubentis. PP. V. Kal [24]) August. Romae, Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

2. [l]) Imp. Alexander A. Valeriano [25]). — Quum in causa iudicati aliqua res pignori capitur, per officium eius, qui ita decrevit, venumdari solet, non per eum, qui iudicatum fieri postulavit. Et si alio emtore non exsistente, vel exsistente quidem, sed non dignum pretium offerente, is, cui iudicatus satis non fecit, ad licitationem secundum constituta fuerit admissus, cuiuslibet alterius vice ex officio emere debet. PP VI. Kal. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

3. [m]) Imp. Gordianus A. Antigono [26]). — In causa iudicati pignora ex auctoritate praesidis capta potius distrahi, quam iure dominii possideri consueverunt. Si tamen per calliditatem condemnati emtor inveniri non potest, tunc auctoritate principis dominium creditori addici solet. PP. Id. August. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

TIT. XXIV.

---

[a]) *Bas. XXV.* 4. 16. — [b]) *Dig. XX.* 5. — [c]) *Bas. XXV.* 4. 17. — [d]) *Bas. XXV.* 4. 18. (*T. IV. p.* 57.) — [e]) *Bas. XXV.* 4. 19. — [f]) *Dig. XX.* 3. — [g]) *Bas. XXV.* 4. 20. — [h]) *Bas. XXV.* 7. 14. (*T. IV. p.* 73.) — [i]) *Bas. XXV.* 7. 15. — [k]) *Bas. XXV.* 7. 16. — [l]) *Bas. XXV.* 7. 17. (*T. IV. p.* 74.) — [m]) *Bas. XXV.* 7. 18.

[1]) offerendi *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [2]) Thenio, Ethenio, Anthemoni *mss. nonn.* — [3]) vendiderit *Hal., contra meos codd.* — [4]) ipse *legisse videntur conditores Bas., in quibus* ὁ χρεώστης αὐτός. — [5]) et *ms. Pl.* 2. — [6]) Id. Mai. *om. Hal.*; V. Id. Mai. *ms. Pist.* — [7]) Endemiae *mss. nonn.* — [8]) S. *om. ms. Pist., quod ita pergit* · XGI. id. K. ianuar. — [9]) *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*, antea *ms. Pl.* 2, *edd. rell.* — [10]) *ms. Pist., omisso* Dat., *ita habet:* Siti (*fortasse scr.* Sirmii) III. K. — [11]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg. Gt., Hal.*; pignori data *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Hal.*; vester *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; intelligitis *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) domino *Pac., haud dubie vitio typorum, quod retinent Sp. Bk* — [15]) XIIII *ms. Pist., quod om.* Conss., *sed reliqua firmat.* — [16]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *S. Perus.*; etiam *om. edd. Nbg. Cont.* 66. *et rell.* — [17]) prospexerint *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [18]) ab *om. mss. Pl.* 1. 2. — [19]) prospeximus *mss. Pl.* 1. *Bg.*; respeximus *ed. Schf.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Bk.*; inde *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [21]) in *om. ms. Pl.* 1. — [22]) rei *ms. Bg.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omn. mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; datas *ins. Russ. et rell.*, *eandem vocem post* Res *ins. ms. Bg. recentiore manu.* — [24]) pp. id. K. *et mox* ant. ā. iun. et *ms. Pist.* — [25]) Valenti *mss. nonn.* — [26]) Anticono *mss. nonn.*

Tit. XXIV. [XXIII.]

SI PIGNUS PIGNORI DATUM SIT.

1. [a]) Imp. Gordianus A. Lamponi [1]). — Etiam id, quod pignori obligatum est, a creditore pignori obstringi [2]) posse, iamdudum placuit, scilicet ut sequenti creditori utilis actio detur, tamdiuque eum is, qui ius repraesentat, tueatur, quamdiu in causa pignoris manet eius, qui dedit. Sed si vos usumfructum possessionis tantummodo pignori dedistis, isque, qui accepit, alii eam possessionem, cuius usumfructum nexum habebat, sine vestra voluntate pignoravit [3]), creditor eius id, in quo [4]) pignoris vinculum non constitit, distrahens, dominio vos privare nequivit. Quod si non fuit vestro creditori ususfructus, sed ipsa possessio pignorata, et ante exsolutam a domino [5]) pecuniam creditor secundus pignus acceptum vendidit, non posse venditionem post soluta pecunia [6]) rescindi, divorum principum placitis continetur. PP. Id. Septemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

2. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Gemello. — Si creditor possessionem, quae a parentibus tuis pignoris iure [7]) fuerat obligata, non vendidit, sed alii creditori pignori dedit, examinata fide veri poteris eam soluto eo, quod ex hac [8]) causa creditori debetur, intercessu praesidis provinciae recuperare. PP. XIII. [9]) Kal. Ianuar. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

Tit. XXV. [XXIV.]

DE PARTU PIGNORIS ET OMNI CAUSA.

1. [c]) Imp. Alexander A. Mestriano. — Partus pignoratae ancillae in pari causa esse [10]), qua mater est [11]), olim placuit. PP. Id. Mai. Agricola et Clementino [12]) Conss. [230.]

2. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [13]) Annoso [14]) et Antonino. — Quum pignoris titulo mancipia vos obligasse pro mutua, quam accepistis, pecunia proponatis, horum mancipiorum operis, quas creditor accepit vel [15]) quas percipere potuit, in usuras computatis, et post in sortem, extenuato debito residuum offerentibus vel, si non accipiat, consignatum deponentibus mancipia vobis praeses provinciae restitui iubebit. S. V. Kal. Ianuar. AA. Conss. [293 — 304.]

Tit. XXVI. [XXV.]

[e]) DE REMISSIONE PIGNORIS.

1. [f]) Impp. Severus et Antoninus AA. Proculo. — Si te manumissum et in libertate moratum sciente ea, cui pignoris nomine obligatus diceris, praesidi probaveris, ex consensu creditricis remissam pignoris obligationem apparebit, et per hoc iure te [16]) manumissum, nec ab herede creditricis [17]) in servitutem peti posse, certum [18]) est. PP. XII. Kal. Mai. Antonino A. II. et Geta II. [19]) Conss. [205.]

2. [g]) Idem AA. [20]) Materno. — Si probaveris, te fundum mercatum, possessionemque eius tibi traditam sciente et consentiente ea, quae sibi eum a venditore obligatum dicit, exceptione eam [21]) removebis. Nam obligatio pignoris consensu et [22]) contrahitur et dissolvitur. PP. II. [23]) Id. Feb. Antonino A. III. et Geta III. [24]) Conss. [208.]

3. [h]) Imp. Alexander A. Tauro. — Si ignorante vel invito te debitor tuus, qui universa bona sua ob pecuniam debitam tibi obligaverat, etsi [25]) cum republica, postea contraxit, ius tuum non laesit. PP. III. Id. April. Albino et Maximo Conss. [227.]

4. [i]) Imp. Gordianus A. Aquilino. — Quum te a debitore mercatum proponas eam rem, quae alii pignorata erat, si sciente eo ac pignus suum remittente eam mercatus es, quum eius consensu nexus pignoris evanuerit, si non nova voluntas intercesserit, quae denuo obligationem pignoris constitueret [26]), ea res velut obstricta non potest vindicari. PP. XI. Kal. Mai. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

5. [k]) Idem A. Asclepiadi. — Debitum, cuius meministi, quod per pacti conventionem inutiliter factam remisisti, etiam nunc petere non vetaris et usitato more pignora vindicare. PP. VI. [27]) Id. Septemb. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

6. [l]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Argio. — Si eo tempore, quo praedium distrahebatur, programmate admoniti creditores, quum praesentes essent, ius suum exsecuti non sunt, possunt videri obligationem pignoris amisisse [28]). PP. III Id. Februar. Maximo II. et Aquilino Conss. [29]) [286.]

7.

---

[a]) *Bas. XXV.* 7. 19. — [b]) *Bas. XXV.* 7. 20. — [c]) *Bas. XXV.* 7. 21. (*T. IV. p.* 75.) — [d]) *Bas. XXV.* 7. 22. — [e]) *Dig. XX.* 6. — [f]) *Bas. XXV.* 3. 11. (*T. IV. p.* 51.) — *Sch. c.* (*T. IV. p.* 53.); *iungenda l.* 1. *C. de servo pign. dato. VII.* 8. — [g]) *Bas. XXV.* 3. 12. — [h]) *Bas. XXV.* 3. 13. — [i]) *Bas. XXV.* 3. 14. — [k]) *Bas. XXV.* 3. 15. — [l]) *Bas. XXV.* 3. 16. (*T. IV. p.* 52.)

[1]) et aliis *addunt Hal. et rell.*, *contra mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et ed. Nbg. et S. Perus.* — [2]) astringi *ms. Bg.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Bk.*; pignoraverit *edd. rell.* — [4]) in id quod *mss. Pl.* 2., *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; in id quo *ms. Pl.* 1.; in *om. edd. Nbg. Hal.*; quod *est in omn. mss. Russ.* — [5]) a domino *omittere vult Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; *eadem vv. in ms. Pl.* 2. *mox repetuntur post* soluta. — [6]) *ms. Bg. prima manu, Russ. in marg., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; post solutam pecuniam *ms. Pl.* 2. (*ms. Pl.* 1. *hic lacunam habet*), *edd. omnes.* — [7]) iuri *Pac. Sp.* — [8]) hac *om. ms. Bg.*; ea *edd. Nbg. Hal.*; ex causa crediti *ms. Gt.* — [9]) XVI. *ms. Pist.*, *Russ. in marg.* — [10]) esse *om. mss. Pl.* 1. *Bg. prima manu, Hal.* — [11]) mater esse *ms. Pl.* 1. *prima manu*; matrem esse *Hal.*; mater eius olim fuerat *ed. Schf.*, *omisso* olim, *quod statim sequitur.* — [12]) clemte, *omisso* et, *ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. congruit.* — [13]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1.; et CC. *om. ms. Bg.*, *edd.*; et C. *S. Perus.* — [14]) Nonnoso, Nonoso, Nonsono *mss. meu.* — [15]) eis *ins. mss. Bg. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [16]) *mss. Pl* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ Cant.* 62. 66. 76. *Bk.*; te *om. Cont.* 71. *et rell.* — [17]) debitricis *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; debitoris *var. l. gl.*, *quae nota in multis edd. glossatis trahitur ad v.* creditricis, *quod proxime antecedit.* — [18]) manifestum *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [19]) II. *om. Bk.* — [20]) Imp. Ant. A. [AA.] *mss. Pist. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.* — [21]) eam *om. mss. Pl.* 1. *Bg*, *omn. mss. Russ.* — [22]) et *om. mss Pl.* 1. 2. *Bg.* — [23]) pp. prid. *ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. congruit.* — [24]) II. *Bk. cum fastis.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; etsi *om. Cont. et rell.* — [26]) restitueret *Hal.*; constituerit *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [27]) pp. Gl. *ms. Pist.*, *quod subscr. tuetur.* — [28]) remisisse *Russ. in marg.*, *sed contra meos codd. et dissuadente S. Perus.* — [29]) Max. aa. css. *ms. Pist.*, *quod diem tuetur.*

7. [a]) Idem AA. Paulino. — Creditricem patrui tui sub obligatione fundi, qui per chirographum nexus pignori fuerat, iubentem eandem cautionem reddi, pignoris etiam ius remisisse videri, manifestum est. PP. V. Id. Septemb. Diocletiano III. et Maximiano AA. Conss. [287.]

8. [b]) Idem AA. [1]) Apollonio. — Si, hypothecas fisco distrahente, creditores silentio tradiderunt negotium, palam est, [2]) actionem suam amisisse [3]) eos, quam in rem habebant. Nam fiscalis hastae fides facile convelli non debet. PP. XIII. Kal. Septemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

9. [c]) Idem AA. [4]) Hermiano [5]). — Quum ex causa mandati pro socero tuo te foenebrem pecuniam exsolvisse proponas, curabit praeses provinciae in restituenda pecunia, quam pro eo exsolvisti, nec non etiam [6]) usuris eius, indemnitati tuae prospicere. Nam si recepta a creditore mancipia, quae pignori fuerant data, hac mente socero tuo tradidisti, ut pignoris vinculum tuum [7]) dissolvatur, obligatio semel exstincta instaurari non potest. PP. X. Kal. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

10. [d]) Idem AA. et CC. Quintillae. — Res pignoris hypothecaeve [8]) iure creditoribus obnoxias citra consensum eorum debitores alienantes praecedentem non dissolvunt obligationem. Dat. Kal. Decemb. AA. Conss. [293—304.]

11. [e]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Solita providentia utimur etiam de pignoribus vel hypothecis rerum, quae quibusdam creditoribus suppositae postea a debitoribus venduntur vel alio modo transferuntur, creditore suum consensum contractui praebente, et quodam legitimo postea modo [9]) ad priorem dominum revertuntur. In hoc enim [10]) casu diversae sententiae [11]) legum prudentibus habitae sunt, quibusdam dicentibus, ius pignoris creditori renovari propter verbum futurarum rerum, quod in generalibus hypothecis poni solitum est, aliis, penitus exstingui. Nobis autem visum est, eum, qui semel consensit alienationi hypothecae et hoc modo suum ius respuit, indignum esse eandem rem, utpote ab initio ei suppositam, vindicare vel tenentem inquietare. Dat. XV. Kal. Novemb. [12]) Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

Tit. XXVII. [XXVI.]

ETIAM OB CHIROGRAPHARIAM PECUNIAM PIGNUS TENERI [13]).

1. [f]) Imp. Gordianus A. Festo [14]). — Pignus intercidit, si novatione facta in alium ius obligationis transtulisti nec, ut ea res pignoris nomine teneretur, [15]) cautum est. Quodsi pactum inter te eumque, qui postea dominus fundi constitutus novam obligationem susceperat [16]), intercessit, ut idem fundus [17]) tibi [18]) pignoris nomine teneatur [19]), quamvis personali actione expertus feceris condemnationem, pignoris tamen habes persecutionem. Ac [20]) si in possessione [21]) fueris constitutus, nisi ea quoque [22]) pecunia tibi a debitore reddatur vel offeratur, quae sine pignore debetur, eam [23]) restituere propter exceptionem doli mali non cogeris. Iure enim contendis, debitores eam solam pecuniam, cuius nomine [24]) pignora obligaverunt, offerentes audiri non oportere, nisi pro illa etiam satisfecerint, quam mutuam simpliciter acceperunt. Quod in secundo creditore locum non habet; nec enim necessitas ei imponitur chirographarium etiam debitum priori creditori offerre. PP. Id. Mart. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

Tit. XXVIII. [XXVII.]

[g]) DE DISTRACTIONE PIGNORUM.

1. [h]) Imp. Alexander A. Pacatae [25]). — Fundum pignori obligatum, si creditor ex fructibus [26]) debitum consecutus [27]) est, cum ipso iure pignus ab [28]) obligatione liberatum sit, distrahere minime potest. PP. Id. Ianuar. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. [i]) Idem A. Maximae [29]). — Creditor, qui hypothecae seu pignori rem sibi nexam vendidit, litigiosam rem non videtur vendere, quia precario debitor possidet. PP. XII. [30]) Kal. Octob. Maxim II. et Aeliano Conss. [223.]

3. [k]) Idem A. Luciano. — Hypothecis vel pignoribus a creditore [31]) venumdatis, in id, quod deest, adversus reum vel fideiussorem [32]) actio competit. PP. III. Non. Novemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. [l]) Idem A. Crescenti. — Creditor hypothecas sive pignus quum proscribit, notum debitori facere, et sibi [33]) bona fide rem gerere, et quando licet testato dicere debet. Si quid itaque per fraudem in pignore villae venditae commissum probare potes, ut iureatur actio, quae eo nomine competit, adi eum, cuius de ea re notio est. PP. Kal. Iun. Fusco [34]) et Dextro Conss. [225.]

5.

[a]) *Bas. XXV.* 3. 17. — [b]) *Bas. XXV.* 3. 18. — [c]) *Bas. XXV.* 3. 19. — [d]) *Bas. XXV.* 3. 20. — [e]) *Bas. XXV.* 3. 21. — [f]) *huius rescr. pars est l.* 8. *C. de pignor. VIII.* 14.; *Bas. XXV.* 8. 16. (*T. IV. p.* 90.) — [g]) *Dig. XX.* 5. — [h]) *Bas. XXV.* 7. 23. (*T. IV. p.* 75.) — [i]) *Bas. XXV.* 7. 24. — [k]) *Bas. XXV.* 7. 25. — [l]) *Bas. XXV.* 7. 26.

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*, *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *add. edd. rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; etiam *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) remisisse *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.*; *sed* ἀπόλλυσι — *τὴν ἀγωγὴν Bas.* — [4]) *mss Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*, *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *addunt rell.* — [5]) Hermoniano *ms. Bg.*; Germano *al.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; in *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [7]) tuum *om. mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.* — [8]) vel hypothecae *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [9]) *ms. Pl.* 2., *Russ. Cont.* 62. *Bk.*; res *ins. mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. rell.* — [10]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; etenim *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; a *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [12]) *hunc diem ex mss. restituit Merill. in Exposit. in* 50. *decis. cap.* 50. (*Opp. T. II. p.* 136. 138.); XV. Kal. Novemb. *om. Hal. et rell.* — [13]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*, *S. Perus.*; posse *addunt edd. Nbg. Russ et rell.* — [14]) Fisco *mss. Cas. Bg.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; tibi *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) susceperit *ms. Pl.* 2.; acceperit *ms. Pl.* 1. *prima manu.* — [17]) fundus *om. ms. Pl.* 1., *Hal.* — [18]) tibi *om. ms Pl.* 2. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg Schf.*; teneretur *Hal. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 2. *Bg Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; At *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [21]) possessionem *ms. Bg.*, *omnia mss. Russ. ed. Schf.* — [22]) quoque *abest ab omnibus Russordi sed errorem in ea nota suspicor.* — [23]) rem *ins. ms Pl.* 2. — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* ea *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [25]) Pactae *mss nonn.* — [26]) tantum *ins. ms. Bg.* — [27]) persecutus *mss. Pl.* 1, 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.* — [28]) ab *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [29]) Marcho, Maximo *mss. nonn.* — [30]) XV. *ms. Piat.*, *quod cum rel. subscr. congruit.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2 *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; creditoribus *ms. Bg.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*; eius *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [33]) sibi *abest a ms. Pl.* 2. *et in ms. Bg. recentioris manus vestigia habet*; si *ms. Pl.* 1. — [34]) II. *ins. Bk.*

5. [a]) Idem A. Sossiano [1]). — Si residuum debiti paratus es solvere, praeses provinciae dabit [2]) arbitrum, apud quem, quantum sit, quod superest ex debito, examinabitur; et sive ad iudicem venire diversa [3]) pars cessaverit, sive oblato superfluo ad venditionem prosilnerit, improba alienatio proprietatis tuae ius non auferet [4]). PP. XII. [5]) Kal. August. Pompeiano et Peligno [6]) Conss. [231.]

6. [b]) Imp. Gordianus A. Rogato [7]). — Quamdiu non est integra pecunia creditori numerata, etiamsi pro parte maiore eam consecutus sit, distrahendi rem obligatam non amittit facultatem. PP. XIII. Kal. Septemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

7. [c]) Idem A. Caro. — Si cessante solutione creditor, non reluctante lege contractus, ea, quae sibi pignori nexa erant, distraxit, revocari venditionem iniquum est, quum, si [8]) quid in ea re fraudulenter fecerit, non emtor a te, sed creditor conveniendus sit. PP. V. [9]) Kal. Novemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

8. [d]) Idem A. Maximo. — Si prius, quam distraheretur pignorata possessio, pecuniam creditori obtulisti, eoque non accipiente, contestatione facta, eam deposuisti, et hodie [10]) in [11]) eadem causa permanet, pignoris distractio non valet. Quodsi prius, quam offerres, legem venditionis exercuit, quod iure subsistit revocare non debes [12]). PP. III. Non. April. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

9. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Cyrillo [13]). — Quae specialiter vobis obligata sunt, debitoribus detrectantibus solutionem, bona fide debetis et solemniter vendere; ita enim apparebit [14]), an ex pretio pignoris debito satisfieri possit. Quodsi quid deerit, non prohibemini etiam cetera bona iure conventionis consequi. PP. XIII. Kal. Iun. Diocletiano III. et Maximiano AA. Conss. [287.]

10. [f]) Idem AA. [15]) Rufino. — Et qui sub imagine alterius personae, quam supposuerat, iugiter tenet, quum sibi negotium gerat, alienasse non videtur. Iure enim pignoris obligatum praedium neque si per subiectam personam creditor comparaverit, neque si sibi addixerit, debitori affert praeiudicium, sed in eadem causa permanet, in qua fuit ante huiusmodi collusionem. Sane si debitore distrahente [16]) comparaverit, consensu emtionem perfectam, si neque dolus adversarii neque metus causa gesta arguentur, revocari exemplo grave est. Si igitur poteris evidentibus probationibus monstrare, creditorem per suppositam imaginarii emtoris personam semper possessionem tenuisse, nec vendita bona fide praedia postea sinceriter comparasse, potes, oblata pecunia cum usuris, ad restitutionem creditorem compellere. PP. III. Non. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

11. [g]) Idem AA. et CC. Rufinae. — Mulier licet res specialiter pignori dederit pro alio, creditor eas [17]) distrahendi non habet facultatem, nisi dissimulatione, marito obligante velut proprias, creditoris ignorantiam circumscripserit. PP. V. Kal. Mai. Heracliae [18]), AA. Conss. [293 — 299.]

12. [h]) Idem AA. et CC. Zotico. — Si debitor rem tibi iure pignoris [19]) obligatam te non consentiente distraxit, dominium cum sua causa transtulit ad emtorem. S. prid. Kal. Mai. Heracliae, AA. Conss. [293 — 299.]

13. [i]) Idem AA. et CC. Theodotae [20]). — Qui praedium obligatum a creditore comparavit, si in vacuam possessionem inductus non est, nullam in rem actionem habet.

14. [k]) Idem AA. et CC. Modesto. — Si in hoc, quod iure tibi debetur [21]), satisfactum non fuerit [22]), et debitoribus res obligatas tenentibus, aditus praeses provinciae tibi [23]) distrahendi facultatem inbebit fieri. PP. XVI. Kal. Decemb. [24]) Sirmii, AA. Conss. [293 — 299.]

15. [l]) Idem AA. et CC. Avianae [25]). — Obligatis pignori mancipiis a creditore distractis ac traditis, si post debitor quondam haec sollicitaverit, non venditori [26]), sed emtori contra possidentem in rem competit actio. Dat. [27]) Kal. Mart. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 302.]

16. [m]) Idem AA. et CC. Silvano [28]). — Unus ex multis debitoris, qui pignora tradiderat, heredibus, quod ab eo personali actione peti potuit solvendo, res obligatas distrahendi creditori facultatem non adimit [29]). S. III. Non. April. Caess. Conss. [294 — 302.]

17. [n]) Idem AA. et CC. Agapae [30]). — Rei creditor obligatae generali sive speciali conventione, per creditorem alium, cui non fuerat nexa, venumdatae, non amittit persecutionem. Dat. prid. Non. April. Caess. Conss. [294 — 302.]

18. [o]) Idem AA. et CC. Gaiano. — Qui a creditore pignori [31]) obligatum [32]) iure emit, de proprietate vinci non potest. Subscripta VI. Kal. Mai. [33]) Caess. Conss. [294 — 302.]

19.

---

[a]) *Bas. XXV.* 7. 27. — [b]) *Bas. XXV.* 7. 28. — [c]) *Bas. XXV.* 7. 29. (*T. IV. p.* 76.) — [d]) *Bas. XXV.* 7. 30. — [e]) *Bas. XXV.* 7. 31. — [f]) *Bas. XXV.* 7. 32. — [g]) *Bas. XXV.* 7. 33. — [h]) *Bas. XXV.* 7. 34. (*T. IV. p.* 77.) — [i]) *Bas. XXV.* 7. 35. — [k]) *Bas. XXV.* 7. 36. — [l]) *Bas. XXV.* 7. 37. — [m]) *Bas. XXV.* 7. 38. — [n]) *Bas. XXV.* 7. 39. — [o]) *Bas. XXV.* 7. 40.

[1]) Sosiano, Sasiano *mss. pleraque.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; tibi *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et vetera Cont.*, *ed. Schf.*; adversa *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; aufert *edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) XV. *Russ. in marg.*, *ms. Pist.* — [6]) Peligniano *Bk.*, *cum fastis sed contra plerasque hui. anni subscriptt.* — [7]) Rogatio *mss. nonn.* — [8]) quia si *ed. Nbg.*; quodsi *Hal.*; et si *ms. Pl.* 1. — [9]) pp. Gl. *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. tuetur.* — [10]) quoque *ins. Hal. et postea rell.*, *contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et omnia mss. Russ. et edd. Nbg. Schf.*; hodieque *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [11]) in *om. ed. Nbg.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; revocari non debet *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [13]) *mss. Cas. Bg.*, *S. Perus.*; Cirillo *mss. Vat. Pl.* 1.; Sillo *ed. Nbg.*; Cillo *Hal. et rell.* — [14]) parebit *ms. Bg.*, *Hal.* — [15]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Bk.*; Idem A. *ed. Nbg.*, *S. Perus.*; lid. AA. et CC. *Hal. et rell.* — [16]) creditor *ins. mss. Pl.* 2. *Gt.* — [17]) eas *om. ms. Bg.* — [18]) prid. (*omiss.* PP.) k. mai. eracl. *ms. Pist.*; Heracleae *Bk.*, *et ita saepius.* — [19]) iure pignoris *om. ms. Pl.* 1.; pignori *ms. Pl.* 2. — [20]) Theodoro, Theodorae *mss. nonn.* — [21]) debetur tibi *mss. Pl.* 1. 2. — [22]) fuit *vel* sit *mss. mea*; *caeterum seq.* et *om. edd. Nbg. Russ. et postea rell.*, *contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et edd. Schf. Hal.* — [23]) tibi *om. ms. Pl.* 2. — [24]) XG id. dec. (*omiss.* PP.) *ms. Pist.*, *quod locum et conss. tuetur.* — [25]) Anianae *mss. nonn.* — [26]) creditori *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; debitori *Russ. in marg.*; *sed Bas.* ὁ αγοραστὴς οὐχ ὁ πράτης. — [27]) S. *ms. Pist.* — [28]) *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*; Silvanae *ed. Nbg.*; Salviano *ms. Vat.*; Sylvano *Hal. et rell.* — [29]) ademit *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; addit *ms. Pl.* 1. — [30]) Agrippae *ms. Vat.*, *et similiter ed. Nbg.* — [31]) pignus *ms. Pl.* 2.; pignore *ms. Pl.* 1. — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; praedium *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [33]) III. K. mar. (*omiss.* Subscr.) *ms. Pist.*

19. [a]) Idem AA. et CC. Libyae [1]). — Si maritus tuus mutuam, licet tuam, dedit pecuniam, eorum, quae pignoris titulo accepit, si ei non successisti, distrahendi nomine tuo nullam habes facultatem. S. VI. Id. Novemb. Heracliae, AA. Conss. [299—304.]

20. [b]) Idem AA. et CC. Sabino. — Secundum placiti fidem, si nihil convenit specialiter, pignoribus a creditore maiore, quam ei debebatur, pretio distractis, licet ex eo fundus comparatus sit, non super hoc in rem, sed in personam, id est pignoratitia de superfluo [2]) competit actio. S. VI. [3]) Id. Novemb. Byzantii, Caess. [4]) Conss. [300—305.]

Tit. XXIX. [XXVIII.]

[c]) DEBITOREM VENDITIONEM PIGNORUM [5]) IMPEDIRE NON POSSE.

1. [d]) Impp. Severus et Antoninus AA. Marcello. — Si sunt, qui emere praedia tibi obligata velint, non impediuntur scriptura testamenti, qua complexus est debitor, nulla a se praedia venumdari, et poenam addidit, ut fisci fierent. Nec enim potuisse eum huiusmodi lege ius creditoris facere deterius, manifestum est. Dat. VI. [6]) Kal. Mai. Apro et Maximo Conss. [207.]

2. [e]) Imp. Gordianus A. Nepoti. — Debitoris denuntiatio, qui creditori suo, ne sibi rem pignori obligatam distrahat, vel his, qui ab eo volunt comparare, denuntiat, ita demum efficax est, si universum tam sortis quam usurarum offerat debitum creditori, eoque non accipiente, idonea fide probationis ita, ut portet, depositum ostendat. Nam si vel modicum de orte vel usuris in debito perseveret, distractio rei obligatae non potest impediri, neque ea ratione emtor, tametsi sciat interpositam a debitore creditori denuntiationem, malae fidei [7]) fit possessor. PP. III. Non. August. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

Tit. XXX. [XXIX.]

[f]) SI VENDITO PIGNORE AGATUR.

1. [g]) Imp. Alexander A. Agrippae. — Praeses provinciae aditus, si probatum fuerit, tuum creditorem, cui ius distrahendi pignora fuit, dolo malo fundum vendidisse, quanti tua interest, restituere tibi eundem creditorem [8]) iubebit. Quodsi de bonis creditoris condemnati solvi pecunia non potuerit, et pronatum fuerit, emtorem mala fide emisse, offerente te pecuniam cum usuris, quanti fundus venit [9]), restituere tibi fundum cum fructibus malae fidei emtorem iubebit. PP. Kal. Septemb. Alexandro A. Cons. [222.]

2. [h]) Idem A. Aemilio [10]). — Servos, quos nullo iure a creditore venisse dicis, pater tuus vel tu, si hereditas eius ad te pertinet, a possessoribus petere potes. Quodsi usucapti sunt, petat pater tuus pretium eorum a creditore, qui non iure eos servos [11]) vendidit. PP. III. Kal. Ianuar. Alexandro A. Cons. [222.]

3. [i]) Idem A. Claudio. — Si uxor tua praesidi [12]) probaverit, quum aureos triginta deberet, servos suos amplioris pretii per gratiam aureis viginti creditorem venumdedisse [13]), eumque solvendo non fuisse, iubebit emtores recepto pretio restituere servos. PP. XVI. Kal. [14]) Octob. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. [k]) Imp. Gordianus A. Eudemo [15]). — Quum contra bonam fidem venditionem obligatae possessionis a creditore factam alleges [16]), non observatis, quae in distrahendis pignoribus celebrari consueverunt, adito praeside provinciae experire actione competente non tantum adversus creditorem, verum etiam adversus possessorem, si fraudem enim participasse cum creditore docere potueris, ut revocatis, quae mala fide gesta constiterit, et fructuum ratio et damni, quod irrogatum apparuerit, haberi possit. PP. Kal. April. Sabino II. et Venusto Conss. [240.]

5. [l]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Noniae [17]). — Si creditore pignus, prius quam ei satisfieret, distrahente non per collusionem emtor comparavit [18]), successor eius de superfluo, non emtoris heres, qui rem possidet, conveniendus est. S. XVI. Kal. Ianuar. [19]) Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XXXI. [XXX.]

[m]) DE LUITIONE PIGNORIS.

1. [n]) Impp. Severus et Antoninus AA. Antiochiae. — Qui pro parte heres exstitit, nisi totum debitum exsolvat, suam portionem ex pignoribus recipere non potest. PP. III. [20]) Kal. April. Albino et Aemiliano Conss. [206.]

2. [o]) Imp. Gordianus A. Domitio. — Intelligere debes, vincula pignoris [21]) durare, personali actione submota. PP. XII. Kal. Iun. [22]) Sabino II. [23]) et Venusto Conss. [240.]

3.

---

[a]) *Bas. XXV.* 7. 41. — [b]) *Bas. XXV.* 7. 42. (*T. IV. p.* 78.) — [c]) *Dig. XX.* 5. — [d]) *Bas. XXV.* 7. 43. — [e]) *Bas. XXV.* 7. 44. — [f]) *Dig. XX.* 5. — [g]) *Bas. XXV.* 7. 45. — [h]) *Bas. XXV.* 7. 46. — [i]) *Bas. XXV.* 7. 47. — [k]) *Bas. XXV.* 7. 48. (*T. IV. p.* 79.) — [l]) *Bas. XXV.* 7. 49. — [m]) *Dig. XX.* 6. — [n]) *Bas. XXV.* 7. 50. — [o]) *Bas. XXV.* 7. 51.

[1]) Libiae *mss. pleraque.* — [2]) superflui, *om.* de, *Hal.* — [3]) III. *ms. Pist.* — [4]) Bizantio et cc. *ms. Pist.* — [5]) *mss. Pist. Cas. Vat. Bg. Gt., edd. Schf. Hal., S. Perus.*; pignoris *rell.* — [6]) III. *ms. Pist., quod cum rel. subscr. convenit.* — [7]) mala fide *mss. Pl.* 1. *Bg., omn. mss. Russ., Hal.* — [8]) eundem creditorem *om. ed. Nbg., Hal. in textu.* — [9]) veniit *ms. Bg.* — [10]) Aemiliano *Sp. Bk., sed nostra lect. melius convenit cum codd. meis.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; servos *om. Russ. et rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Hal.*; provinciae *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; vendidisse *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [14]) Kal. *om. ms. Pist., Hal.* — [15]) Eundemo *mss. nonn.*; *ms. Cas. omisso nomine ipsum rescr. sic ordiatur:* Eundem locum contra. — [16]) allegas *ms. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.* — [17]) Nonnae, Nonae *mss. pleraque.* — [18]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; comparaverit *rell.* — [19]) d. K. ian. *ms. Pist., quod rel. subscr. confirmat.* — [20]) IIII *ms. Pist., quod cum rel. subscr. congruit.* — [21]) non *intrudit Giphanius in Explan. difficil. leg. h. t.; sed nullus editor e codd. hanc lectionem adnotavit, quam respuunt et mei codd. et Bas.* — [22]) ian. *ms. Pist.* — [23]) *ms. Pist., Bk.*; II. *om. Hal. et rell.*

3. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Floro. — Si reddita debita quantitate [1]), vel rebus in solutum datis sive distractis, [2]) compensato pretio, satis ei, contra quem supplicas, factum esse adito praeside provinciae [3]) probaveris, vel, si quod residuum debetur, obtuleris ac, si non acceperit, deposueris consignatum, restitui tibi res pacto pignoris obligatas providebit, quum etiam edicto perpetuo actione proposita, pecunia soluta creditori vel si per eum factum sit, quo minus solveretur, ad reddenda ea [4]), quae pignoris [5]) acceperat iure, eum satis evidenter urgeri, manifestum sit [6]). S. VI. Id. [7]) Octob. AA. Conss. [293—304.]

Tit. XXXII. [XXXI.]

[b]) SI UNUS EX PLURIBUS HEREDIBUS CREDITORIS VEL DEBITORIS PARTEM SUAM DEBITI SOLVERIT VEL ACCEPERIT.

1. [c]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Tauro. — Manifesti et indubitati iuris est, defuncto creditore multis relictis heredibus, actionem quidem personalem inter eos ex lege duodecim tabularum dividi, pignus vero in solidum unicuique teneri. Dat. XV. [8]) Kal. Mai. ipsis IV. et III. AA. [9]) Conss. [257.]

2. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Claudiae [10]). — Actio quidem personalis inter heredes pro singulis [11]) portionibus quaesita sciuditur [12]), pignoris autem iure multis obligatis rebus, quas diversi [13]) possident, quum eius vindicatio non personam obliget, sed rem sequatur, qui possident tenentes non pro modo singularum [14]) substantiae conveniuntur, sed in solidum, ut vel totum debitum reddant vel eo, quod [15]) detinent, cedant. S. [16]) V. Kal. Novemb. [17]) Antiochiae [18]), Caess. Conss. [19]) [294—305.]

Tit. XXXIII. [XXXII.]

SI PIGNORIS CONVENTIONEM [20]) NUMERATIO [21]) SECUTA NON SIT [22]).

1. [e]) Impp. Severus et Antoninus AA. Hilaro [23]). — Si pecuniam tibi non esse numeratam, atque ideo frustra cautionem emissam asseris [24]), et pignus datum probaturus es, in rem experiri potes; nam intentio dati pignoris neque redditae pecuniae non aliter tenebit, quam si de fide debiti constiterit. Eademque ratione veritas servetur, si te possidente pignus adversarius tuus agere coeperit [25]). PP. Kal. Septemb. Laterano et Rufino Conss. [197.]

2. [f]) Imp. Alexander A. [26]) Peregrino. — Si, ut nunc asseveras, nihil creditor numeravit uxori tuae, quae pignus dedit, sed inanem extorsit cautionem, mendaci [27]) scriptura contra fidem veritatis obligari eius res non potest. — [28]) Sine die et consule.

Tit. XXXIV. [XXXIII.]

DE IURE DOMINII [29]) IMPETRANDO.

1. [g]) Imp. Alexander A. Nicolae [30]). — Dominii iure pignora possidere desideras, nomina debitorum, quos in solutione cessare dicis, exprimere et, an solemnia peregisti [31]), significare debuisti, dummodo scias, omnia bona debitoris, quae [32]) pignori dedit, ut universa dominio tuo generaliter addicantur, impetrare te non posse. PP. XIV. Kal. Decemb. Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.]

2. [h]) Imp. Gordianus A. Iustae. — Si creditor pignus iure dominii a nostra serenitate [33]) possidere petiit, et post formam rescripti [34]) alio anno usuras a vobis accepit, a beneficio impetrato recessisse videtur. PP. prid. Non. Decemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

3. [i]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Vetustissimam observationem, quae nullatenus in ipsis rerum clarnit documentis, penitus esse duximus amputandam, immo magis clarioribus remediis corrigendam. Igitur in pignoribus, quae iure dominii possidere aliquis cupiebat, proscriptio publica et annus luitionis antiquitus [35]) introducti sunt, pignus autem publice proscriptum neque vidimus neque, nisi tantummodo ex librorum recitatione, audivimus.

§. 1.

---

[a]) *Bas. XXV.* 7. 52. — [b]) *Dig. XX.* 6. — [c]) *Bas. XXV.* 7. 53. — [d]) *Bas. XXV.* 7. 54. — [e]) *geminatur hoc rescr. in l.* 1. *C. de non numer. pec. IV.* 30.; *Bas. XXV.* 7. 55. — [f]) *Bas. XXV.* 7. 56. (*T. IV. p.* 80.) — [g]) *Bas. XXV.* 7. 57. — [h]) *Bas. XXV.* 7. 58. — [i]) *Bas. XXV.* 7. 59.

[1]) pecunia *ms. Bg.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; et *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) provinciae *om. mss. Pl.* 1. *Gt., Hal. Russ.* — [4]) ea *om. ms. Veron., Hal.* — [5]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; pignori *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *Russ. et postea rell. commata interpungunt post* acceperat. — [6]) *mss. Veron. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Bk.*; est *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. rell.* — [7]) G. id. *mss. Veron. Pist., quae mensem et conss. tuentur.* — [8]) *ms. Pist.*; XII. *Hal. et rell.*; *sed nobiscum facere videtur ms. Veron.* — [9]) AA. *post* ipsis *collocant Hal. et rell., contra mss. Veron. Pist.* — [10]) Claudiae, Claudianae *mss. nonn.* — [11]) singulis *om. Hal., contra codd.*; per singulis *ms. Veron.* — [12]) rescinditur *ms. Veron., quantum videre licuit*; *certe duarum literarum spatium superesset.* — [13]) quas de diversis *fuit in ms. Veron. ante correct.* — [14]) rerum *ins. ms. Pl.* 1. *et edd., contra mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; *pro* singularum *est* singularium *in ms. Gt.*, singulorum *in ms. Pl.* 2. — [15]) ea quae *ms. Bg.*; eo quo *ms. Veron.* — [16]) Subscripta *Hal., a quo rel. subscr. abest, Russ. Cont. Char. Pac. Bk., contra ms. Veron.* — [17]) Kal. Nov. *restitui ex ms. Veron.*; Non. *Russ. et rell.* — [18]) Antiochae *mss. Veron. Pist.* — [19]) *conss. restitui ex ms. Veron.* — [20]) pignus conventioni *ms. Veron.* — [21]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., S. Perus.*; pecuniae *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) *mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., S. Perus.*; est *ms. Veron.*; fuerit *Russ. et rell.* — [23]) Ilaro, Hyloro, Helaro, Hilario *mss. mea*; Illaro *Hal. et rell.*; *v. leg.* 1. *C. IV.* 30., *et not.* 1. *ad l. cit.* — [24]) asseris *om. mss. Veron. Pl.* 1. *Bg., Hal.*; *v. leg.* 1. *cit.* — [25]) coepit *ms. Veron.*; cepit *ms. Pl.* 1. — [26]) Id. AA. *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [27]) mendacis *ms. Veron.*; mendacii *ms. Pl.* 1. — [28]) S *praemittit ms. Pist.*, *contra ms. Veron.* — [29]) domini *ms. Veron.* — [30]) Nicolaae *ms. Veron.*; Nicholae, Nocholae *mss. rell.* — [31]) peregeris *Hal. Bk.*; peregistis *ms. Veron.*; *rell. mss. et edd. nostram lect. tuentur.* — [32]) qui *ms. Veron.* — [33]) a nostra seren. *om. Hal. contra codd. meos.* — [34]) praescripti *ms. Veron.* — [35]) antiquus *mss. Veron. Pl.* 2., *et sic ante correct. fuisse videtur in mss. Pl.* 1. *Bg.*

§. 1. Sancimus itaque, si quis rem creditori suo pignoraverit, si quidem in pactione cautum est, quemadmodum debet [1]) pignus distrahi, sive in tempore sive in aliis conventionibus [2]) ea observari, de [3]) quibus inter creditorem et debitorem conventum est. Sin autem nulla pactio intercesserit, licentia dabitur foeneratori ex denuntiatione vel ex sententia iudiciali post biennium, ex quo attestatio missa est [4]) vel sententia prolata est, numerandum, eam vendere. §. 2. Sin vero nemo est, qui comparare eam maluerit, et necessarium fiat creditori saltem sibi eam iure dominii possidere, in huiusmodi casibus [5]) causam esse observandam censemus, ut, sive praesens sit debitor, denuntiatio ei scilicet post biennium mittatur, sive abfuerit, provinciale tribunal [6]) creditor petat, et iudicem certiorare festinet, quatenus ille eum requisierit, certo tempore super hoc ab eo statuendo, ut fiat debitori manifestum per apparitionem iudicis, quod a creditore petitum est, et certum tempus statuatur, intra quod si [7]) fuerit inventus, debet qui [8]) pecunias creditas accepit, debitum [9]) offerre et pignus recuperare. §. 3. Sin autem nullatenus fuerit inventus, iudex certum tempus definiat, intra quod licentia ei dabitur sese manifestare et offerre [10]) pecunias [11]) et pignus a pignoratione [12]) liberare. Sin autem in [13]) tempore statuto vel minime fuerit inventus vel creditam pecuniam totam offerre noluerit, tunc creditor adeat culmen principale, et precibus porrectis iure dominii [14]) habere eandem rem expetat, habeatque ex divino oraculo eam in suo dominio. Et postquam hoc fuerit subsecutum, pietatis intuitu habeat debitor intra biennii [15]) tempus in suam rem humanum regressum [16]), ex die sacri oraculi numerandum, et liceat ei, creditori, qui iam dominus factus est, offerre debitum cum usuris et damnis vitio eius creditori illatis, quorum quantitatem creditor debet suo iuramento manifestare, et suum pignus recuperare. Sin autem biennium fuerit elapsum, plenissime habeat rem creditor idemque dominus iam irrevocabilem [17]) factam. §. 4. Sed si quidem minus in pignore, plus in debito inveniatur, in hoc, quod noscitur abundare, sit creditori omnis ratio integra. Sin autem ex utraque parte quantitas aequa inveniatur, sine omni dubitatione totam rem antea pignoratam retineat. Sin autem minus quidem in debito, amplius autem in pignore fiat, tunc in hoc, quod debitum excedit, debitori omnia intra integra lege nostra servabuntur, creditoribus quidem foeneratoris non suppositum, aliis autem debitoris creditoribus vel ipsi debitori servatum. Et ne ex communicatione [18]) fiat aliqua difficultas, licentia dabitur creditori seu domino, aestimationem superflui debitori vel creditori [19]) debitoris cum competente cautela in eum exponenda offerre. §. 5. Sin vero creditor, postquam iure dominii hoc possideat, vendere hoc maluerit, liceat quidem ei hoc facere, si quid autem superfluum sit, debitori servare. Sin autem dubitatio exorta fuerit pro venditione, utpote [20]) viliore pretio facta, sacramenti religionem creditor praestare [21]) compellatur, quod nulla machinatione vel circumscriptione usus est, sed tanti vendidit [22]) rem, quanti [23]) potuerit [24]) venire [25]); et hoc tantummodo reddi [26]), quod ex iuramento superfluum fuerit visum. Sin autem ex iureiurando etiam minus habuisse creditor inveniatur, in residuo [27]) habeat integram actionem. §. 6. Aestimationem autem pignoris, donec apud creditorem eundemque dominum permaneat, sive amplioris sive minoris, quantum ad debitum, quantitatis est [28]), iudicialis esse volumus disceptationis, ut, quod iudex super hoc statuerit, hoc in aestimatione [29]) pignoris obtineat. Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Cons. [530.]

Tit. XXXV. [XXXIV.]

[a]) DE PACTIS PIGNORUM ET DE COMMISSORIA LEGE [30]) IN PIGNORIBUS RESCINDENDA.

1. [b]) Imp. Alexander A. Victorino. — Qui pactus est, nisi intra certum tempus pecuniam, quam mutuam accepit, solveret, cessurum se [31]) creditoribus, hypothecae venditionem non contraxit, sed id comprehendit, quod iure suo creditor in adipiscendo pignore habiturus erat. Communi itaque iure creditor hypothecam vendere debet. PP. Id. Octob. Alexandro A. Cons. [222.]

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Dionysio. — Si fundi nomine, quem vendideras, emtori ab alio mota proprietatis quaestione, alterum fundum pro eius evictione pignoris hypothecaeve titulo emtionis instrumentis ea lege dedisti, ut, quem secundo tradideras, si is, quem vendideras, evictus non fuerit, obtineas, de hoc contra eum, qui moverat quaestionem, lata sententia [32]), emtori parata securitate, circa eum, quem obligaveras, restituendum conventionis fidem impleri, si negotium integrum est, praeses iubebit. S. Kal. Decemb. Sirmii, AA. Cons. [293 — 304.]

3. [d]) Imp. Constantinus A. ad populum. — Quoniam inter alias captiones praecipue commissoriae pigno-

---

[a]) *Dig. XX. 1.* — [b]) *Bas. XXV. 7. 60. (T. IV. p. 82.)* — [c]) *Bas. XXV. 7. 61.* — [d]) *l. 1. Th. C. de commissoria rescind. III. 2.; Bas. XXV. 7. 62.; iungendae videntur l. 1. C. de infirm. poen. coelib. VIII. 58. et l. 2. C. de exactor. tribut. X. 19.*

[1]) debeat *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.* — [2]) conditionibus *ms. Bg.* — [3]) pro *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [4]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.; est om. Hal. et rell.* — [5]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Hal.;* hanc *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [6]) tribunale *ms. Veron.* — [7]) etsi *mss. Veron. Pl. 1.;* etiamsi *ms. Gt.* — [8]) *mss. Veron. Pl. 1. 2 Bg., ed. Schf.;* inventus debitor, debitum qui *edd. Nbg. Hal.*, inventus debitor, debet is qui *Russ. et rell.* — [9]) debet *edd. Nbg. Hal.; v. not. praeced.* — [10]) et offerre *om. ms. Veron.* — [11]) *mss. Veron. Bg., Hal.;* pecuniam *rell.* — [12]) ab oppignieratione *ms. Veron.* — [13]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.;* in *om. Russ. et rell.* — [14]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal.;* a nostra serenitate *addunt (fortasse ex l. 2. h. t.) edd. Schf. Russ. et rell.; ab edd. Nbg. Hal. etiam abest* habere, *sed contra meos codd.* — [15]) triennii *ms. Veron., sed contra rell. codd., etiam Bas.* ἐντὸς — διετίας. — [16]) reversum *mss. Pl. 2. Bg., ed. Schf.* — [17]) inrecuperabilem *ms. Bg.* — [18]) *mss. Veron. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.;* communione *ms. Pl. 2., edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) creditoris *ms. Veron.* — [20]) utputa *edd. Nbg Hal.* — [21]) religione creditor monstrare *mss. Pl. 1. 2. Bg.* — [22]) *mss. Veron. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk.;* vendiderit *ms. Pl. 1., edd. Schf. Russ. et rell.* — [23]) quantum *ms. Veron.* — [24]) potuit *mss Pl. 2. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk.* — [25]) invenire *mss Pl. 1. 2. Bg.; in ms. Pl. 2. additur* emptorem. — [26]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg., Hal. in textu;* debitori *add. Hal. in not., Russ. et rell.* — [27]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., omnia mss. Russ., ed. Schf.;* in residum *ed. Nbg.;* in residuum *Hal. et rell.* — [28]) *post* est *collocant vv.* quantum ad debitum *edd. Nbg. Hal.* — [29]) aestimationem *edd. praeter Hal. Bk.; ablativum tuentur mss. Bg. Gt.* — [30]) lege commissoria *ms. Pl. 2. edd. Schf. Russ. et postea rell., contra mss. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg. et edd. Nbg. Hal. et S. Perus.* — [31]) se *om. Hal.; idem sublato commate post* creditor., *interpungit post* venditionem, *quod sequuntur Russ. Cont. 62., contra Bas., cum quibus magis conveniret, si legeres* hypotheca. — [32]) et *ins. ms. Bg.*

pignorum [1]) legis crescit asperitas, placet, infirmari eam et in posterum omnem eius memoriam aboleri. Si quis igitur tali contractu laborat, hac sanctione respiret, quae cum praeteritis praesentia quoque depellit [2]) et futura prohibet. Creditores enim, re amissa, iubemus recuperare [3]), quod dederunt. Dat. II. [4]) Kal. Febr. Serdicae, Constantino A. VI. et Constantino [5]) Caes. Conss. [320.]

Tit. XXXVI. [XXXV.]

[a]) DE EXCEPTIONIBUS SEU [6]) PRAESCRIPTIONIBUS.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Claudio. — Debitores quidem hereditarii unicique heredum pro portione hereditaria antiqua lege obligati sunt. Sed si eis heredibus omnem pecuniam exsolvisti, quibus nomen patris tui testator in divisione adscripserat, doli mali exceptione adversus alios agentes tueri te potes. PP. X. [7]) Kal. August. duobus [8]) Aspris Conss. [212.]

2. [c]) Idem A. Iulio. — Pro portione tua, qua domum ad te pertinere dicis, si indicatum non est, actionem dirigere potes [9]). Nam exceptio rei indicatae ei demum obstat, vel successoribus eius, inter quos cognitum super ea re et pronuntiatum est. PP. XV Kal. Mart. Antonino A. IV. et Balbino [10]) Conss. [213.]

3. [d]) Idem A. Vitali. — Adversus fratrem tuum, quondam tutorem legitimum, tutelae iudicio si expertus non es, proposita actione consiste; nec 'imueris exceptionem pacti, si in ea [11]) fraudem dolumque admissum probare potes. Nam replicatio doli opposita bonae fidei iudicium facit et commentum fraudis repellit [12]).

4. [e]) Imp. Alexander A. Iuliano [13]) et aliis. — Quum nondum finitam sententia causam, sed dilatam [14]) allegetis, non est dubium, omnes integras defensiones vobis esse. PP. II. Non. Octob. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

5. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Basilio. — Licet Unde vi interdictum intra annum locum habeat, tamen exceptione perpetua ei succurri, qui per vim expulsus post retinuit possessionem, auctoritate iuris manifestatur. S. Kal. Mai. Trallis, AA. Conss. [293 — 304.]

6. [g]) Iidem AA. et CC. Helenae [15]). — Si pactum intercessit [16]), in exceptione [17]) sine temporis praefinitione [18]) de dolo replicare potes. S. Kal. Septemb. Viminacii, AA. Conss. [293 — 304.]

7. [h]) Iidem AA. et CC. Menandro [19]). — Si ex maiore debiti quantitate minor tibi soluta est nec liberationem debitori tuo praestitisti, petere, quod non probatur redditum, contra exceptionem pacti [20]) replicatione tuam adiuvans intentionem, minime prohiberis. S. II. Kal. Mart. Caess. Conss. [294 — 305.]

8. [i]) Iidem AA. et CC. Aurelio. — Praescriptionem peremtoriam, quam ante [21]) contestari sufficit, omissam [22]), priusquam sententia feratur, obiicere quandoque [23]) licet. S. XV. Kal. Novemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

9. [k]) Iidem AA. et CC. Mutiano. — Si quidem intentionem actoris probatione deficere confidis, nulla tibi defensio necessaria est. Si vero de hac confitendo exceptione te munitum asseveres [24]), de hac tantum agi convenit. Nam si etiam de intentione dubitas, habita exceptionis contestatione [25]), tunc demum, quum intentionem [26]) secundum asseverationem suam petitor probaverit, huic esse locum monstrari, convenit. S. III. Non. Novemb. Burtadizi [27]), Caess. Conss. [294 — 305.]

10. [l]) Iidem AA. et CC. Aquilinae. — Non exceptionibus actores, quibus [28]) reis auxilium tribuitur certis ex causis, sed replicationibus suam intentionem, si quam habent, muniunt [29]). S. Kal. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

11. [m]) Iidem AA. et CC. Neoni [30]). — Defensiones sive exceptiones ad intercessores extendi, quibus reus principalis integro manente statu munitus est, constat. Sub die XV. Kal. Ian..... [31]).

12. [n]) Imp. Iulianus A. ad Iulianum, Comitem Orientis. — Si quis advocatus inter exordia litis praetermissam dilatoriam praescriptionem postea voluerit exercere, et ab huiusmodi opitulatione submotus nihilominus perseveret atque praeposterae defensioni institerit, unius libras auri condemnatione mulctetur. Dat. VII. Id. [32]) Mart. Antiochiae, Iuliano A. IV. et Sallustio Conss. [363.]

13. [o]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Symmacho, Proconsuli Africae. — Praescriptiones fori in principio [33]) a litigatoribus opponendas esse, legum decrevit auctoritas. Dat. V. Kal. Septemb. Ravennae [34]), Honorio X. [35]) et Theodosio VI. AA. Conss. [415.] TIT. XXXVII

---

[a]) *Dig. XLIV.* 1. *et* 4. — [b]) *Bas. LI.* 4. 18. (*Meerm. Thes. T. V. p.* 93.) — [c]) *Bas. LI.* 4. 19. — [d]) *Bas. LI.* 4. 20. — [e]) *Bas. LI.* 4. 21. — [f]) *Bas. LI.* 4. 22. — [g]) *Bas. LI.* 4. 23. — [h]) *Bas. LI* 4. 24. — [i]) *Bas. LI.* 4. 25. — [k]) *Bas. LI.* 4. 26. — [l]) *Bas. LI.* 4. 27.; *in mss. Vat. Pl.* 1. *l.* 10. *posita est ante leg.* 8. *h. t.* — [m]) *Bas. LI.* 4. 28. — [n]) *Bas. LI.* 4. 29. — [o]) *hausta ex l.* 65. *Th. C. de appellat. XI.* 30.; *Bas. LI.* 4. 30.

[1]) pignorum *om. Theod. C.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., add. Schf. Russ., Theod. C.*; repellit *edd. Nbg. Hal. Cont. et rell.* — [3]) recipere *Hal., Theod.C.*; accipere *ms. Gt.*; *sed mei codd. cum edd. rell.* recuperare. — [4]) Dat. pridie *Theod. C.* — [5]) *Theod. C. ed. Haenel.*; Const. A. VII. et Constantio *Hal. et rell.*; *de causis, cur mutaverim, v. Haenel not. d. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [6]) et *edd. Nbg. Hal.*; *pleraque mss.* sive. — [7]) XV. *ms. Pist.*, *quod cum rel. subscr. congruit.* — [8]) *ms. Pist.*, *Bk.*; et *ins. Hal. et rell.* — [9]) tuam *add. ms. Bg.* — [10]) II. *ins. Bk. ex fastis.* — [11]) in eo *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *var. l. gl.* — [12]) bonae fidei iudicio facit, ut commentum fraudis repellatur *coni. Giphanius Explan. difficil. leg. Cod. T. II. p.* 405.; *sed codd. mei et edd. omnes textum tuentur.* — [13]) Iunio, Vinio *mss. nonn.* — [14]) dilatatam *ms. Bg.* — [15]) Aelianae, Allianae, Adianae *mss. pleraque.* — [16]) *Hal. Russ. Cont.* 62. *sublato hoc commate interpungunt post* exceptione. — [17]) exceptionem *ms. Bg. ex emendat.* — [18]) definitione *al.* praescriptione *Russ. in marg.* — [19]) Menandrae *mss. pleraque.* — [20]) placiti *ms. Gt.*, *Hal.*, *et ita in ms. Pl.* 1. *prima manus scripsisse videtur.* — [21]) antea *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.* — [22]) vel omissam *mss. Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 1. *prima manu*, *S. Perus.*; *idque Cuiacio placet in Recitatt. in Cod. h. t.* — [23]) quandocunque *Hal.* — [24]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; asseveras *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [25]) habita exceptione in contestatione *ms. Pl.* 2. — [26]) *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *Hal.*; suam *ins. rell.* — [27]) *scribendum videtur* Burtudizi. — [28]) ex quibus *edd. Nbg. Hal.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; habeant, muniunt *Bk.*; habeant, muniant *edd. Schf. Russ. et rell.*; muniunt *est et in S. Perus.* — [30]) Nicomenianeoni *S. Perus.*, *haud dubie loco ex praecedente subscr. ad hanc inscr. tracto.* — [31]) *hanc subscriptionis laciniam restitui ex S. Perus.* — [32]) Kal. *emendat Iac. Gothofr. in Chronol. Theod. Cod. p. LXVI.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; litis *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed abest haec vox et a S. Perus.*, *quae omittit etiam seq.* a. — [34]) Ravenna *Theod. C. ed. Haenel.* — [35]) Dat. Kal. Septb. Honorio XI. *et rell. S. Perus.*

Tit. XXXVII. [XXXVI.]

[a]) DE LITIGIOSIS.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Paulinae. — Quum creditor pignus vendit [1]), non potest videri litigiosae rei emtio contrahi, etsi debitor interdicat, ne venditio perficiatur. PP. Kal. Mai. Apro et Maximo Conss. [207.]

Authent. de litigiosis. §. 1. (Nov. 112. c. 1.) — *Litigiosa res est, de cuius dominio causa movetur inter possessorem et petitorem iudiciaria conventione, vel precibus principi oblatis et iudici insinuatis, et per eum futuro reo cognitis.*

2. [c]) Imp. Constantinus A. ad provinciales. — Lite pendente actiones, quae in iudicium deductae sunt, vel res, pro quibus actor a reo detentis intendit, in coniunctam personam vel extraneam donationibus vel emtionibus vel quibuslibet aliis contractibus minime transferri ab eodem actore liceat [2]), tanquam si [3]) nihil factum sit, lite nihilominus peragenda. Dat. Kal. August. [4]) Basso et Ablavio [5]) Conss. [331.]

3. [d]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Tatiano [6]) P. P. [7]) — Quicunque rem litigiosam, vel ambiguum chirographum, quodlibet denique mobile vel immobile fisco nostro vel potentiori seu aliis personis in testamento sive codicillo legaverit fideive commiserit aut per hereditatem reliquerit, nullam fiscus noster vel alia persona licentiam habeat iurgiorum, nec iudicium subeat [8]), sed aestimatio eius litis ineatur, praestanda his, quibus actiones vel res litigiosae relictae sunt. Eandem [9]) litem ipsi heredes peragant, suarum actionum periculo ea, quae litigiosa fuerant relicta, vindicantes. Quod et de chirographis placet, ut heredes relictorum fisco vel aliis personis praesentem pecuniam numerent, et [10]) iudicio eos, quos obnoxios existimant, persequantur. Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio AA. [380.] Item rursus XIII. Kal. Ianuar. Constantinop. Pompeio et Avieno Conss. [11]) [501.]

4. [e]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Censemus, si [12]) quis lite pendente vel actiones vel res, quas possidet, ad alium quendam transtulerit, sive scientem sive ignorantem, vitio litigiosi contractus subiacere; distinctione quadam inter contrahentes observanda, ut, si quis sciens vel ad venditiones vel ad donationes seu ad alios contractus accesserit, cognoscat, se compellendum non tantum rem redhibere, sed etiam pretio eius privari, non ut lucro cedat ei, qui rem alienavit, sed ut etiam alia tanta quantitas ab eo fisci viribus [13]) inferatur. §. 1. Sin autem ignorans rem litigiosam emerit, vel per aliam speciem contractus eam acceperit, tunc irrita rei alienatione facta, pretium cum alia tertia parte recipiat. Iustum est etenim, propter dolosam mentem et absconditam machinationem, quum non emtori manifestaverit rem in iudicium deductam fuisse, tertia [14]) parte pretii, sicut iam [15]) disposuimus, eum puniri. Tali videlicet poena non solum in aliis contractibus, verum etiam in donationibus porrigenda, ut vera aestimatione facta, quum pretii datio [16]) non est, rem ad alium transferens mulctetur; omnibus instrumentis, quae super hoc conficiuntur [17]), nullam vim obtinentibus. Exceptis videlicet huius sanctionis dispositione his, qui vel dotis nomine vel ante nuptias donationis vel transactionis [18]) aut divisionis rerum hereditariarum factae, vel per legati vel [19]) fideicommissi causam tales res vel actiones dederint vel acceperint. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

Authent. de litigiosis. §. Et hoc autem praesente (Nov. 112. c. 1.) — *Nunc, si heres in lite victor exstiterit, rem ipsum, cuius dominus esse apparet legatario praestet; qui nihil consequitur, si victus fuerit heres, quum litis eventus ei videatur relictus. Igitur et* [20]) *liti adesse potest, ne colludatur.*

TIT. XXXVIII

---

[a]) *Dig. XLIV.* 6. — [b]) *Bas. XXVII.* 1. 1. (*T. IV. p.* 208.) — [c]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de litigios. IV.* 5.; *iungendae l.* 3. *C. ut lite pendente l.* 21., *l.* 2. *C. ubi in rem act. III.* 19., *l.* 19. *C. de appellat. VII.* 62.; *Bas. XXVII.* 1. 2. — [d]) *de legg.*, *quas nostrae haud recte coniungit lac. Gothofr.*, *v. Haenel in not. ad l.* 6. *Th. C. de sponsal. III* 5. — [e]) *Bas. XXVII.* 1. 4. (*T. IV. p.* 209.)

[1]) vendidit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [2]) oportet, *omissis* ab eodem actore, *Theod. C.* — [3]) si *om. Theod. C.*, *Bk.* — [4]) *Theod. C.*, *Bk.*; Mart. *Hal. et rell.*; *sed v. leges cum nostra iungendas in not. c.* — [5]) *ms. Pist.*, *Theod. C.*, *Bk.*; Ablabio *Hal. et rell.* — [6]) Ticiano *ms. Vat.* — [7]) P. P. *om. ms. Pist. Hic Tatianus P. P. scrupulos movet*, *utpote quem ante a.* 388. *ad praefecturam non evectum fuisse constet*; *Ritterus in praef. ad Tom. III. edit. Theod. C. emendare vult* CSL., *i. e. Comiti sacrarum largitionum.* — [8]) iudicia subeant *ms. Bg.* — [9]) et eandem *ms. Bg.*; eandemque *Hal.* — [10]) in *ins. mss. Pl.* 1. 2. — [11]) *Hal. et rell. vv.* Item rursus Const. XIII. K. Ian. *collocant post* Thessalon., *et omittunt* Pompeio et Avieno, *ita ut eodem anno paucis intermediis mensibus rursus data haec const. videatur. Quod ita mirum est, ut nostra potius subscr. amplectenda videatur, quam hausi ex ms. Pist., quod ita habet:* ... thessal. Grat. VI. K. ian. cp. pōpeiano et abieno cōs. — [12]) *edd. Nbg. Hal. Bk.*; ut si *codd. mei et Russardi*, *edd. rell.*; *fortasse v.* ut *huc translata ex seqq.* ut si quis sciens. — [13]) iuribus *omnes edd.*; *in codd. meis literae utramque lectionem indicant*; *equidem* viribus *restitui*, *utpote dictionem in hac re solemnem*, *cfr. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal. Bk.*; in tertiam *ms. Bg.*, *ed. Nbg.*; in tertia *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed* in *abest ab omn. mss. Russ.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; etiam *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) donatio *Hal.* — [17]) constituuntur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; conficiantur *Hal.* — [18]) transactionum *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *Hal.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; per *ins. Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; *et om. edd. rell.*

Tit. XXXVIII. [XXXVII.]

[a]) DE CONTRAHENDA ET COMMITTENDA STIPULATIONE.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. Secundo. — Licet epistolae, quam libello insernisti, additum non sit, stipulatum esse eum, cui cavebatur, tamen si res inter praesentes gesta est, credendum est praecedentem stipulationem [1]) vocem spondentis secutam [2]). Accepta XVII. Kal. Mai. Severo III. [3]) et Victorino Conss. [200.]

2. Idem AA. Diocli [4]). — Si filiae tuae, quam in potestate habebas, pecuniam dari stipulatus es, paratam obligationem exercere non prohiberis. PP. prid. [5]) Non. Novemb. Faustino et Rufino Conss. [210.]

3. [c]) Imp. Antoninus A. Hadriano [6]). — Si, quum tuam pecuniam crederes [7]) accommodato nomine Iuliani, stipulatio in personam eius absentis directa est, quum nihil sit actum ea verborum conceptione, intelligis, superfluisse tibi rei contractae obligationem. Ac propterea [8]), si pecuniam a debitore tuo [9]) Iulianus exegit [10]), eamque solutionem ratam habuisti, habes adversus eum negotiorum gestorum actionem. PP. VI. [11]) Kal. Mart. Praesente et Extricato [12]) Conss. [217.]

4. Imp. Alexander A. Sabinae. — Secundum responsum Domitii Ulpiani, praefecti annonae, iurisconsulti, amici mei, ea, quae stipulata est, quum moreretur, partem dimidiam dotis, cui velit, relinquere, reddi sibi, quum moreretur, eam partem dotis stipulata videtur. PP. II. Kal. April. Alexandro A. Cons. [222.]

5. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Isidorae. — Nuda pollicitatione, secundum ea, quae saepe constituta sunt, ad praestanda [13]) quae promiserat urgeri quemquam, non semper iura permittunt. Verum quoniam praeterea, si contra pactum fecerit, quanti ea res est, dari tibi stipulanti adversarium tuum promisisse proponas, huius [14]) etiam obligationis post motam litem exstitisse conditionem, et eius summae, quae in hac quoque stipulatione continetur, petitioni locum factum esse, convenit. S. V. Kal. Decemb. AA. Conss. [293 — 304.]

6. Idem AA. et CC. Erotio. — Scire debuisti, quae sub transactione dari placita sunt, certi vel incerti stipulatione subsecuta, peti posse. S. XVI. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

7. [d]) Idem AA. et CC. Antonio. — Neque tutoris neque curatoris absentia quidquam stipulationi nocet, quum et feminam minorem viginti quinque annis absente curatore stipulari posse, non ambigatur [15]). S. XVI. Kal. Februar. Caess. Conss. [16]) [294 — 305.]

8. Idem AA. et CC. Posidonio. — Non moriturum praestari servum, impossibilis promissio est. Post mortem autem eius stipulatus, recte solutionem postulat. S. XII. Kal. Mart. Caess. Conss. [294 — 305.]

9. [e]) Idem AA. et CC. Capitoni. — Si quidem Zenoni stipulanti mortis vel cruciatus corporis territus timore spopondisti, adversus experientem exceptione proposita defendi potes. Sin vero nihil tale probetur, accusationis institutae vel futurae praetextu non ob turpem, sed probabilem causam habita stipulatione, promissio non infirmatur. Sin autem ob non instituendam accusationem criminis pecunia promissa sit, quum de huiusmodi causis pacisci non liceat, petitio denegatur. S. V. Id. Octob. Varvariae [17]), Caess. Conss. [294 — 305.]

10. Imp. Leo A. Erythrio P. P. — Omnes stipulationes, etiamsi non solemnibus vel directis, sed quibuscunque verbis consensu contrahentium compositae sunt, legibus [18]) cognitae suam habeant firmitatem. Dat. Kal. Ianuar. Constantinop. Marciano et Zenone [19]) Conss. [469.]

11. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Scrupulosam [20]) inquisitionem, utrum post mortem, an quum morietur [21]), vel pridie quam morietur [22]), stipulatus sit aliquis, vel in testamento [23]) legati vel fideicommissi nomine aliquid dereliquerit, penitus amputantes, omnia, quae vel in [24]) quocunque contractu [25]) stipulati vel pacti sunt contrahentes, vel testator in suo testamento disposuit, etiamsi post mortem, vel pridie quam moreretur [26]), scripta esse noscuntur, nihilominus pro tenore contractus vel testamenti valere praecipimus. Dat. III. Id. Decemb. Constantinop. Dn Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

12. Idem A. Mennae P. P. — Magnam legum veterum obscuritatem, quae protrahendarum litium maximam [27]) occasionem usque adhuc praebebat, amputantes, sancimus, ut, si quis certo tempore facturum se aliquid vel daturum stipulatori vel alii, quem [28]) stipulator voluit, promiserit, et adiecerit [29]), quod, si statuto tempore minime haec perfecta [30]) fuerint, certam

---

[a]) *Dig. XLV.* 1. — [b]) *Bas. XLIII.* 5. 1. (*T. V. p.* 750.) — [c]) *posterior pars hui. rescr. repetitur in l.* 9. *C. de negot. gest. II.* 19. — [d]) *fortasse gemina const. est l.* 1. *C. de auctor. praest. V.* 59. — [e]) *Bas. XLIII.* 5. 2.

[1]) esse *ins. ms. Pl.* 2. — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal.*; secutam esse *ed. Nbg.*; subsecutam esse *edd. Schf. Russ. et rel.*, *sed v.* esse *etiam deest in omn. mss. Russ.* — [3]) III. *om. Bk.*, *et certe aut delendus hic num.*, *aut* Antonino *pro* Victor. *scribendum videtur*, *ut sit a.* 202. — [4]) Petronio *edd. omnes*; *sed* Diocl. *mss. Pist. Vat.*, Dioc. *mss. Cas. Bg.*; Dioc. et m. *ms. Pl.* 1., Diodeti *S. Perus. Itaque aut* Diocli *aut* Diocletiano *inscribendum censeo.* — [5]) *ms. Pist.*, *quod rel. subscr. firmat*, *sed om.* et Ruf.; prid. *om. Hal. et rell.* — [6]) Sallustio *l.* 9. *C. II.* 19., *idque hic reponere vult Cuiac. not. in Cod. h. t.* (*Opp. T. ult. p.* 709. *ed. Neap.*), *sed refragantibus codd.* — [7]) credideris *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [8]) praeterea *ms. Bg.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.*, *l.* 9. *C. cit.*; tuo *om. ms. Bg. Sp.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*, *l.* 9. *C. cit.*; exegerit *edd. rell.* — [11]) VIII. *l.* 9. *C. cit.* — [12]) II. *ins. Bk.* — [13]) *mss. Bg. Gt., Hal.*; ea *ins. rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Bk.*; huiusmodi *edd. Schf. Cont. et rell.* — [15]) ambigitur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [16]) *subscr. om. Hal.*; *Cuiac. in not. ad Cod. h. t.* (*Opp. T. ult p.* 709. *ed. Neap.*) *ex l.* 1. *C. V.* 59. *emendare vult et inscr. et subscr. nostri rescr.*, *verum ms. Pist. nostram subscr. tuetur.* — [17]) Varroniae *ms. Pist.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; vel legibus *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) et Zenone *om. ms. Pist.*, *quod reliquam subscr. firmat.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Hal.*; veterum *ins. edd. rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; moreretur *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Russ. et rell.*; quum morietur vel *om. Hal.*, *v. finem hui. const.* — [22]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf.*; moriatur *ms. Pl.* 2.; moreretur *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [23]) vel *ins. ms. Bg.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; in *om. Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal. Bk.*; vel *ins. edd. rell.* — [26]) morietur *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; magnam *edd. Schf. Russ. et rell.* — [28]) *ms. Bg.*, *antiquiores et meliores libri, ad quos provocat Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; stipulatori, vel quae *Hal.*; stipuletur vel ea quae *ms. Pl.* 1.; stipuletur vel quae *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf. Russ. et rell. Sed cfr. Cuiac. Obss. XIX.* 37. — [29]) addiderit *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [30]) facta *mss. Pl.* 2. *Gt.*

tam [1]) poenam dabit, sciat, minime se [2]) posse [3]) ad evitandam poenam adiicere, quod nullus eum admonuit. Sed etiam citra ullam admonitionem eidem poenae pro tenore stipulationis fiet obnoxius, quum ea, quae promisit, ipse in memoria sua servare, non ab aliis sibi manifestari poscere debeat [4]). Dat. IX. Id. April. Constantinop. Decio V. C. Cons. [529.]

13. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Veteris iuris altercationes decidentes, generaliter sancimus, omnem stipulationem, sive in dando, sive in faciendo, sive mixta ex dando et faciendo inveniatur, et ad heredes et contra heredes transmitti, sive specialis heredum fiat mentio, sive non; cur enim, quod in principalibus personis iustum est, non ad heredes et adversus eos transmittatur? Et sic existimentur huiusmodi stipulationes, quasi tantummodo in dando [5]) fuerint conceptae, quum nihilominus et heredes factum possint adimplere, illa subtili et supervacua scrupulositate explosa, per quam putabant, non esse possibile factum ab alio compleri, quod alii impositum est. Et quare, quum paene similis omnium hominum [6]) natura est, non et facta omnes vel plus vel paulo [7]) minus adimplere possint, ne ex huiusmodi subtilitate cadant hominum voluntates? Dat. Kal. August. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

14. [b]) Idem A. Ioanni P. P. [8]) — Optimam quaestionem et frequenter in iudiciis versatam satis humanum est saltem in praesenti dirimere, ne diutius nostram rempublicam [9]) molestare concedatur. In multis etenim contractibus, et maxime in foeneratitiis cautionibus, solitum est adscribi, stipulationes per certos servos celebrari. Sed quidam, indevotione tenti, ex hoc materiam altercationis acceperunt; et alii quidem non esse servum adhibitum contendebant, alii vero non eius servum esse, ad quem pertinere scriptura protestabatur; et si non per servum, sed inter praesentes celebratam esse rem [10]) fuerat [11]) scriptum, et hoc iterum dubitabatur, debere ostendi, partes esse praesentes. §. 1. Quum itaque satis utile est, in contractibus et servos adhiberi et praesentes esse personas adscribi, forte propter personas dignitate excelsas vel mulieres, quas naturalis pudor non [12]) omnibus perperam sese manifestare concedit, sancimus, tales scripturas omnifariam esse credendas, et sive adscriptus fuerit servus, et ad quandam personam dicitur pertinere, credi omnimodo, et servum adesse [13]), et fecisse stipulationem, et [14]) eam esse scripto domino acquisitam, et non dubitari, si servus ipse praesto fuerit, vel eius dominus [15]) fuerit is [16]), pro quo scriptus est fecisse stipulationem. §. 2. Et si inter praesentes partes res acta esse dicitur, et hoc esse credendum, si tamen in eadem civitate utraque persona in eo [17]) die commanet, in quo [18]) huiusmodi instrumentum conscriptum [19]) est, nisi is, qui dicit, sese vel adversarium abesse [20]), liquidis ac manifestissimis probationibus, et melius quidem si per scripturam, vel saltem per testes undique idoneos et omni exceptione maiores ostenderit, sese vel adversarium suum eo die civitate abfuisse; sed huiusmodi scripturas propter utilitatem contrahentium esse credendas. Dat. Kal. Novemb. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

15. Idem A. Ioanni P. P. — Si quis sponderit [21]) insulam, quum moriebatur, aedificare stipulatori [22]), impossibilis veteribus videbatur huiusmodi stipulatio. Sed nobis, sensum contrahentium discutientibus, verisimile esse videtur, hoc inter eos actum, ut incipiat quidem contra morientem obligatio, immineat autem heredibus eius [23]), donec ad effectum perducatur. Nemo enim ita stultus invenitur, ut tali animo faceret stipulationem, ut putaret, posse tantum aedificium in [24]) uno momento horae extollere, vel eum, qui moritur, talem habere sensum, quod ipse sufficeret [25]) ad huiusmodi [26]) operis completionem. §. 1. Sancimus itaque, si quid tale evenerit, heredes [27]) teneri, ut factum, quod mortis tempore facere promisit, hoc heredes eius adimpleant, quasi speciali heredis mentione habita, licet hoc minime fuerit expressum. Quemadmodum enim, si in dando concepta [28]) fuerit stipulatio, et [29]) contra heredes transmittebatur, ita, et si in faciendo est, licet in mortis tempus [30]) colligatur, attamen ad similitudinem in dando conceptae stipulationis et heredes obligari, ut non discrepet factum a datione, sed sit lex nostra per omnia sibi consentanea. Quod et in legatis simili modo relictis observari censemus. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

TIT. XXXIX.

---

[a]) *Bas. XLIII.* 5. 3. — [b]) *Bas. XLIII.* 5. 14. (*T. V. p.* 806.); *cfr.* §. 12. *I. de inutil. stipul. III.* 19.

[1]) certam *om. Hal.* — [2]) se *om. ms. Pl.* 2., *Hal.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal.*; debitor *ins. ms. Bg.*, *edd. rell.* — [4]) posse *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *aliquot libri Russ.* — [5]) dandum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [6]) hominum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [7]) plus vel minus, *deleto* vel *et* paulo, *Cuiac. in not. ad Cod.* (*Opp. T. X. p.* 711. *ed. Neap.*) — [8]) *haec const. ad Caesarienses advocatos scripta dicitur in* §. 12. *I. III.* 19.; *cfr. not.* 23. *ad l.* 25. *C. V.* 37. — [9]) rem vestram publ. *ms. Pl.* 2.; vestram rem p. *ed. Schf.*; *v. not. anteced.* — [10]) *Russ. in marg. deesse v.* rem *notat, certe contra meos codd.* — [11]) fuerit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [12]) in *ins. mss. Pl.* 1. 2., *Russ.*, *contra mss. Russardi.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; esse *ms. Bg. ante correct.*; adfuisse *Hal. et rell.* — [14]) et ita *ms. Gt.* — [15]) domini *ms. Pl.* 2.; dominii *ms. Bg.* — [16]) *ms. Bg.*, *ed. Schf.*; fuerit, *omisso* is, *ms. Pl.* 2.; fuit is *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Nbg.*, *ab Hal. et rell. absunt vv.* fuerit is. — [17]) eodem, *omisso* in, *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; in eodem *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [18]) in qua *ms. Pl.* 1., *Hal.*; *sed v.* §. 12. *I. cit.* — [19]) scriptum *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*; inscriptum *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; abfuisse *Russ. et rell.* — [21]) sponderat *mss. Bg. Gt.*; sponderat *ms. Pl.* 2.; sponderet *Hal.* — [22]) stipulatori *om. Hal.* — [23]) eius *om. mss. Pl.* 2. *Gt.* — [24]) in *om. ms. Bg.*, *a quo ante correct. et abest v.* horae. — [25]) sufficiet *mss. Pl.* 1. 2.; sufficiat *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Hal.*; huius *edd. rell.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; eius *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [28]) concepta *om. ms. Pl.* 1., *Hal.* — [29]) et *om. ms. Bg.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ms. Bg. prima manu, omnes codd. Russardi*; tempore *edd.*

Tit. XXXIX. [XXXVIII.]

[a]) DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

1. Imp. Antoninus A. Paulino. — Ex stipulatione, in qua impubes sine tutore auctore spopondisti, non es obligatus. PP. Kal. Iul. Romae, Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

2. Imp. Alexander A. Menophilo [1]). — Libera matrimonia esse, antiquitus placuit. Ideoque pacta, ne liceret divertere, non valere, et stipulationes, quibus poenae irrogarentur [2]) ei, qui [3]) divortium fecisset, ratas non haberi, constat. PP. III. Non. Februar. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [4]) Isidoro [5]). — Ut inter absentes verborum obligatio contrahi non potest, ita alteri, cuius iuri subiectus non est, aliquid dari vel restitui, nisi sua intersit, nemo stipulari potest. Quum igitur, defuncta in matrimonio filia tua, superstitis filii nomine partem dimidiam dotis a marito detineri, alteram vero partem nepoti tuo vel, si is in rebus humanis non esset, Iuliano restitui, per pactum convenisse proponas, praeventoque morte nepote, etiam stipulationem ad Iulianum factam ob absentiam eius non valuisse significes, ac propterea ex persona ac stipulatione tua, qua restitui cuncta iuxta pactorum tenorem provideras, redditi tibi desideres; super stipulatu tuo adi praesidem provinciae, ut examinatis partium allegationibus, quantum [6]) constiterit [7]) interesse tua, iuxta placiti fidem dotis portionem Iuliano restitutam fuisse, ob incertae actionis effectum concludat condemnationem taxatae quantitatis. PP. Id. Decemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

4. [b]) Iidem AA. et CC. Domnae [8]). — Ex eo instrumento nullam vos [9]) habere actionem, quo [10]) contra bonos mores de successione futura interposita fuit stipulatio, manifestum est, quum omnia, quae contra bonos mores vel in pactum vel in stipulationem [11]) deducuntur, nullius momenti sint. PP. III. [12]) Kal. Mai. AA. Conss. [293 — 304.]

5. Iidem AA. et CC. Aquilinae [13]). — Dolo vel metu adhibito, actio quidem nascitur, si subdita stipulatio sit, per doli [14]) tamen vel metus exceptionem submoveri petitio debet. S. XIII. Kal. Octob. AA. Conss. [293 — 304.]

6. Iidem AA. et CC. Septimio et Eustolio [15]). — Si avia vestra sibi et Eustolio [16]), quam mutuam dederat pecuniam, dari fuit [17]) stipulata, nihil ei, cuius subiecta iuri non fuerit, quaerere potuit. Sane si ipse, quod ei solvi placuerat, in stipulationem [18]) suo nomine deduxit [19]), obligationem in eius etiam personam constitisse, non ambigitur. S. V. Kal. Octob. Caess. Conss. [20]) [294 — 305.]

Tit. XL. [XXXIX.]

[c]) DE DUOBUS REIS STIPULANDI ET [21]) PROMITTENDI [22]).

[1. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [23]) Paulinae [24]). — Si duo pluresve rei cuiusdam traditione conventionem [25]) in solidum inierint [26]), cuicunque eorum, quamdiu res in eadem causa permanserit [27]), si casus obtulerit, actio in solidum competit. PP. III. Non. Decemb. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]]

2. [1.] [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus [28]) AA. [29]) Diogeni [30]). — Creditor prohiberi non potest exigere debitum, quum sint duo rei promittendi eiusdem pecuniae, a quo velit. Et ideo, si probaveris te conventum in solidum exsolvisse, rector provinciae iuvare te adversus eum, cum quo communiter mutuam pecuniam accepisti, non cunctabitur. PP. [31]) V. Kal. Mart. Diocletiano III. et Maximiano AA. Conss. [287.]

Authent. de duobus reis promitt. in princ. et §. seq. (Nov. 99. c. 1.) — *Hoc ita, si pactum fuerit speciale, unumquemque teneri in solidum, et si alter inops sit in solidum vel in partem, ut id saltem de altero petatur, vel si absens sit. Quum enim ambo adsunt, per iudicem producuntur, negotiumque communiter examinatur, et sententia communiter infertur. Quod fiet per administratorem, si iudex sit delegatus. Sin autem non convenit*

---

[a]) *Dig. XLV.* 1. — [b]) *Bas. XLIII.* 6. 1. (*T. V. p.* 751.) — *Sch. a.* (*ibid.*) — [c]) *Dig. XLV.* 2. — [d]) *haec const. abest a mss. Veron. Pist. Cas. Pl.* 2. *Gt., ab omnibus veterr. libris Russardi, ab edd. Nbg. Schf. et a S. Perus.; habent eam ms. Vat. recentiore manu, ms. Bg. in fine tit. anteced., ms. Pl.* 1. *in calce hui. tit., unus cod. Cuiacii* (*v. Obss. V.* 35.), *in quo est tertia hui. tit. constitutio. Iam glossa ad Auth. Hoc ita eam reiecit his verbis: „Hic ponunt et habent quidam talem legem, quae non est in Codice“* (*sequuntur ipsa const. verba in plerisque glossae editionibus*). *Reiicit eam Cuiacius* (*Obs. l. c. et Recitatt. in Cod. h. t.*), *quippe quae nec in veteribus codd. legatur nec ab ullo doctore agnoscatur. In editt. habetur auctore Haloandro.* — [e]) *Bas. XXVI.* 3. 4. (*T. IV. p.* 125.)

[1]) Menephilo *mss. uonn.* — [2]) irrogantur *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; quaeve *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [4]) et CC. *add. Hal. et postea rell. praeter Bk. contra mss. Vat. Pl.* 1. *Bg. et ed. Nbg. et S. Perus.* — [5]) *mss. Cas. Bg., Cuiac. not. in Cod.* (*Opp. T. X. p.* 711. *ed. Neap.*); Isidorae *rell.* — [6]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; quanti *Russ. et rell.* — [7]) costituerit *ms. Veron.* — [8]) *Hal. Russ. Bk., cum quibus faciunt mss. Cas. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.*; Damnae *ms. Veron.*; Dominae *Cont. et rell.* — [9]) nos *ms. Bg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; in quo *edd. Schf. Russ. et rell., verum ab omnibus mss. Russ. aberat* in; quia *ms. Veron.*; quod *ms. Gt.* — [11]) in pacto vel in stipulatione *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; *sed textum tuetur ms. Veron.* — [12]) VI. *esse videtur in ms. Veron., quod cum rel. subscr. convenit.* — [13]) Aquiliae *ms. Veron.*; Aquilino *ms. Vat.* — [14]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; mali *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [15]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.*; et Eustolio *om. edd. omnes*; et Eutolio *addere vult ex veteribus Cuiac. not. in Cod.* (*Opp. T. X. p.* 712. *ed. Neap.*) — [16]) vestra Septimio et Eustolio *Hal. in not.* — [17]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Gt., ed. Schf.*; fuerat *ms. Bg.*; fuerit *rell.* — [18]) stipulatione *ms. Veron., ed. Schf.* — [19]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; deduxerit *Russ. et rell.* — [20]) *subscriptionem, quae abest ab Hal., tuetur ms. Veron.* — [21]) duobus reis *ins. ms. Veron. Pist.*; de duobus reis *ins. mss. Cas. Vat., S. Perus.* — [22]) promittendis *et antea* stipulandis *mss. Pist. Cas., S. Perus.* — [23]) et CC. *add. ms. Bg.*; Id. AA. *ms. Pl.* 1. — [24]) Iulio *ms. Pl.* 1. — [25]) traditionem communem *ms. Pl.* 1., *ms. Cuiac.* (*Obss. V.* 35.), *glossa ad Auth. seq. in ed. Schf.*; *etiam in ms. Bg. legitur* communem, *in quo v.* tradit. *plane deest, sed spatium vacuum lacunam indicat.* — [26]) acceperant *ms. Bg.*; acceperint *ms. Pl.* 1. *et ms. Cuiac.*; acceperunt *glossa ad Auth. seq. in ed. Schf.* — [27]) remanserint *glossa ad Auth. seq. in ed. Schf.* — [28]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1., *ed. Nbg., S. Perus.*; Iidem *Hal. et rell.*, *ms. Bg.* — [29]) et CC. *add. mss. Vat. Bg., Hal.* — [30]) AA. Paul. *ms. Veron.* — [31]) *mss. Veron. Pist.*; S. *Hal. et rell.* —

venit [1]) *specialiter, ex aequo sustinebunt onus. Sed et si convenit* [2]), *si tamen* [3]) *ambo praesentes sint et idonei, simul cogendi sunt ad solutionem.*

3. [2.] [a]) Iidem AA. et CC. Fabricio [4]). — Exprimere debueras tuis precibus, utrumne in partem, an in solidum singuli vos obligaveritis, ac duo rei promittendi exstiteritis, quum, si quidem ab initio unusquisque pro parte sit obligatus, egredi contractus fidem non possit, si vero in solidum, electio rescripto adimi non debeat. S. Id. April. Byzantii, AA. Conss. [293 — 304.]

4. [3.] [b]) Iidem AA. et CC. Andronico [5]). — Propter mutuam uni datam pecuniam aliis reis promittendi factis ob non numeratam sibi pecuniam obligationem remitti, desiderio postulantium iura refragantur. S. V. Id. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

5. [4.] [c]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum quidam rei stipulandi certos habebant reos promittendi, vel unus forte creditor duos vel plures debitores habebat, vel e contrario [6]) multi creditores unum debitorem, et alii ex reis promittendi ad certos creditores debitum agnoverunt [7]) vel per solutionem vel per alios modos, quos in anterioribus sanctionibus interruptionis [8]) invenimus positos et nos ampliavimus [9]), vel forte ad unum creditorem quidam ex debitoribus devotionem suam ostenderunt, vel quum plures essent creditores, debitor, qui solus exsisteret, ad unum ex his vel quosdam debitum agnovit, et [10]) quaerebatur, si eis vel ei datur [11]) licentia adversus alios indevotionem suam exercere et quasi tempore emenso exactionem recusare, vel quibusdam ex debitoribus debitum agnoscentibus vel in iudicio pulsatis debent [12]) et alii ab omni contradictione repelli; nobis pietate suggerente videtur esse humanum, semel in uno eodemque contractu qualicunque interruptione vel agnitione adhibita, omnes simul compelli ad persolvendum debitum, sive plures sint rei sive unus, sive plures sint [13]) creditores vel [14]) non amplius, quam unus; sancimusque [15]), in omnibus casibus, quos noster sermo complexus est, aliorum devotionem vel agnitionem vel ex libello admonitionem aliis debitoribus praeiudicare et aliis prodesse creditoribus. Sit itaque generalis devotio, et nemini liceat alienam indevotionem sequi, quum ex una stirpe unoque [16]) fonte unus effluxit contractus, vel debiti causa ex eadem actione [17]) apparuit. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

Tit. XLI. [XL.]

[d]) DE FIDEIUSSORIBUS ET MANDATORIBUS.

1. [e]) Impp. Severus et Antoninus AA. Lysiae. — Si Lysias ademta parte bonorum exsulare iussus est, nonnisi pro parte [18]), quam retinuit, creditoribus obligatus est. Verum qui pro eo fidem suam adstrinxerunt [19]), iure pristino conveniri possunt. PP. Id. Octob. Severo A. III. et Victorino Conss. [200.]

2. Iidem AA. Plocio. — Creditori, qui pro eodem debito et pignora et fideiussorem accepit, licet, si malit [20]), fideiussorem convenire in eam pecuniam, in qua [21]) se obligaverit. Quod quum facit, debet ius pignorum in eum transferre. Sed quum in aliam quoque causam [22]) eadem pignora vel hypothecas habet obligatas, non prius compellendus est transferre pignora, quam omne debitum exsolvatur. Dat. V. Kal. Februar. Apro [23]) et Maximo Conss. [207.]

3. Iidem AA. Maximo. — Non recte procuratores nostri, si allegationi tuae fides adesset, audire te noluerunt ex bonis fideiussoris, quae ad fiscum pervenerunt, pecuniam repetentem, sed rem principalem convenire iusserunt, quum electionis potestas permittatur creditori. Sed quum [24]) duos fideiussores accepisse te proponas, si alter [25]) idoneus est, intelligis, te divisa quantitate partem competentem [26]) a procuratore [27]) petere debere, et adversus alium fideiussorem [28]) experiri. Nam licet significes, adiectum esse [29]) in obligatione, ut singuli in solidum tenerentur, tamen nihil haec res mutat conditionem iuris et constitutionem. Nam et quum hoc non adiiciatur, singuli tamen in solidum tenentur, sed ubi sunt omnes idonei, in portionem obligatio dividitur. PP. XVII. Kal. Septemb. Antonino A. III. et Geta III. [30]) Conss. [208.]

Authent. de fideiussor. et mandator. §. Si quis igitur, et §. Et non solum. (Nov. 4. c. 1. et 2.) — *Praesente tamen utroque, non permittitur intercessorem convenire prius, quam reus inventus est minus idoneus sive in totum sive in partem. Absente autem reo, praesens intercessor iure quidem convenitur, ipso tamen desiderante iudex definiet tempus, intra quod deducat reum primo conveniendum, ipso in subsidium reservando. Nam transacto tempore*

---

[a]) *Bas. XXVI.* 3. 5. — [b]) *Bas. XXVI.* 3. 6. — [c]) *Bas. XXVI.* 3. 7. — [d]) *Dig. XLVI.* 1. — [e]) *Bas. XXVI.* 1. 74. (*T. IV. p.* 112.)

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Bk.*; *convenerunt ed. Nbg.*; *convenerint Cont. et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; *convenerint, ut uterque* [*utrique ed. Nbg.*] *eorum sit obligatus edd. Nbg. Hal. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; *tamen om. edd. rell.* — [4]) *mss. Veron. Cas. Bg.*, *S. Perus.*; Fabrico *ms. Pl.* 1.; Andronico *ms. Vat.*, *v. const. seq.*; Fabiano *edd.* — [5]) Fabricio *ms. Vat.*, *v. const. anteced.*; PP. *addit ms. Veron.*, *quod additamentum ex verbo ipsius const. initiali ortum videtur.* — [6]) vel contrario *mss. Veron. Pl.* 1.; vel contra *Hal.* — [7]) adgnoverint *ms. Veron.*; agnoverant *Hal.* — [8]) in anterior. constitutionibus *ms. Pl.* 2.; *praeterea* et *add. ms. Veron.*, *in quo expunctum postea est*, *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*; etiam *add. ed. Nbg.* — [9]) *ms. Veron. primum* applica, *sed correctum videtur* ampliamus *vel* ampliavimus. — [10]) et *om. ms. Pl.* 1. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; daretur *Hal. et rell.* — [12]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; deberent *Hal. et rell.* — [13]) sint *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; sive *edd. Schf. Russ. et rell.* — [15]) que *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; *in ms. Bg. esse videtur* sancimus vero. — [16]) uno quoque *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [17]) causa eadem actio *ms. Bg.* — [18]) bonorum *ins. ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [19]) adstrinxerint *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [20]) mallet *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [21]) in quam *ms. Veron.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; in alia quoque causa *ms. Veron.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [23]) II. *ins. Hal. et rell. praeter Bk.*, *sed quum hic num. ab aliis omnibus hui. anni subscriptt. absit*, *omittendus videbatur.* — [24]) tu *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; *a ms. Bg. mox abest* te. — [25]) alter et alter *ms. Bg.*; et alter *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — [26]) te divisam quantitatem, *omissis* part. compet., *Hal.* — [27]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; nostro *ins. Russ. et rell.* — [28]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omn. mss. Russ.*, *ed. Schf.*; eius *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [29]) esse *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [30]) II. *Bk.*; *v. Reland. fast. cons. p.* 113.

pore compellitur intercessor satisfacere, cessis sibi a creditore actionibus, absque distinctione contractus sive intercessionis.

4. [a]) Imp. Antoninus A. Rufae. — Novatione legitime perfecta debiti in alium translati, prioris contractus fideiussores vel mandatores liberatos esse, non ambigitur, si modo in sequenti se non obligaverunt. PP. XV. Kal. Octob. Antonino A. IV. et Balbino [1]) Conss. [213.]

5. Idem A. Potamoni. — Iure nostro est potestas creditori, relicto reo, eligendi fideiussores, nisi inter contrahentes aliud placitum doceatur. PP. VI. Non. Mai. Messala et Sabino Conss. [214.]

6. [b]) Idem A. Pollae. — Si pater tuus pro Cornelio, quum pecuniam mutuam acciperet, se non obligavit, frustra ex eo, quod tabulas obligationis ut testis assignavit [2]), conveniris. PP. XI. Kal. Iul. Messala et Sabino Conss. [214.]

7. [c]) Idem A. Kroti [3]). — Si creditor conditioni mandato adscriptae, quum pecuniam mutuam daret, in accipiendis hypothecis non paruit, frustra te iudicio mandati convenit, quando non aliter [4]) te obligasse intelligaris, quam si pignoribus contraheretur obligatio. PP. Kal. Iul. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

8. [d]) Imp. Alexander A. Longo. — Filiusfamilias, qui pro patre [5]), quamvis in venditione fundi, fideiussit, tenetur. PP. II. [6]) Id. Octob. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

9. [e]) Idem A. Aristocrati. — Etiamsi de iure obligationis pignorum actum fuerit, fideiussoribus liberatio non contingit. PP. V. Kal. Decemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

10. [f]) Idem A. Vitali. — Fideiussor seu mandator, si in usuras quoque obligatus est, iustam causam recusandi solvere eas non habet. §. 1. Ut autem is, qui cum altero fideiussit, non solus conveniatur, sed dividatur actio inter eos, qui solvendo sunt, ante condemnationem [7]) ex ordine postulari solet. PP. .....

11. [g]) Idem A. Salustio. — Quum alter ex fideiussoribus in solidum debito satisfaciat, actio ei adversus eum, qui una fideiussit, non competit. Potuisti sane, quum fisco solveres, desiderare, ut ius pignoris, quod fiscus habuit, in te transferretur, et si hoc ita factum est, cessis actionibus uti poteris. Quod et in privatis debitis observandum est. PP. VII. Kal. Novemb. Alexandro A. III. et Dione Conss. [229.]

12. [h]) Idem A. Theodoto. — Blanditus tibi est, qui non teneri te persuasit, quod, quum pro alio intervenires, ὅτι ἐγγυῶμαι τόνδε [8]) dixisti, quum et his verbis obligationem verborum [9]) contrahi, pridem receptum est. PP. VI. Kal. Septemb. Agricola et Clemente [10]) Conss. [230.]

13. Pars ex epistola Gordiani A. ad Auxium [11]). — Si Barsatoram latronem Lysanias decurio inventurum se spopondisset, aut exhibere compellendus est, aut transmittendus [12]) ad praefectum praetorio vel ad praesidem provinciae.

14. [i]) Idem A. Salvio. — Mandati actio personalis est. Quae si nomine fideiussoris vel adversus debitorem seu heredes eius competit, praeses provinciae, quae deberi compererit, reddi iubebit. Pignora etenim, quae reo stipulandi nexa fuerunt, ita demum ad vos transeunt, si facta nominis redemtione solutio celebrata est, vobisque mandatae sunt actiones. Quod si factum est, ea quoque vobis persequentibus adversus [13]) possessores extraordinariam iurisdictionem idem vir clarissimus impertiet [14]). PP. III. Non. Iul. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

15. [k]) Idem A. Claudiano. — Si indebitam pecuniam, quasi ex causa fideiussionis obstrictus, in cautionem per errorem deduxisti, tam doli mali exceptione uti, quam condicere [15]), ut obligatio tibi accepto feratur, potes. Non est autem dubium, fideiussorem rei promittendi [16]), bonis ad fiscum devolutis, si idem fiscus ob debitum restituendum fuerit conventus et solverit, liberari. PP. V. Kal. Decemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

16. [l]) Idem A. Maximo [17]). — Liberum fuit, antequam adversus omnes [18]) fideiussores lis contestaretur, unum eorum eligere creditori, si modo ceteros minus idoneos existimaret. At nunc, post litis contestationem, petitionem divisam redintegrari, iuris ratio non patitur. PP. II. Id. [19]) Iun. Gordiano A. II. et Pompeiano [20]) Conss. [241.]

17. [m]) Idem A. Brasidae. — Omissis quoque pignoribus fideiussorem a creditoribus utiliter conveniri, nisi in id [21]), quod ex his relici non potuerit [22]), acceptus sit, explorati iuris est. PP. VI. Id. Mart. Attico et Praetextato Conss. [242.]

18. [n]) Imp. Philippus A. et Philippus C. [23]) Smyrnae. — Si, ut proponis, fundum ob debitum

---

[a]) *Bas. XXVI.* 1. 75. — [b]) *Bas. XXVI.* 1. 76. — [c]) *Bas. XXVI.* 1. 77. — [d]) *Bas. XXVI.* 1. 78. — [e]) *Bas. XXVI.* 1. 79. — [f]) *Bas. XXVI.* 1. 80. — [g]) *Bas. XXVI.* 1. 81. — [h]) *Bas. XXVI.* 1. 82. (*T. IV. p.* 113.) — [i]) *Bas. XXVI.* 1. 83. — [k]) *Bas. XXVI.* 1. 84. — [l]) *Bas. XXVI.* 1. 85. — [m]) *Bas. XXVI.* 1. 86. — [n]) *Bas. XXVI.* 1. 87. (*T. IV. p.* 114.)

[1]) II. *ins. Bk., contra ms. Veron.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Rg., veteres libri Cuiac.* (*v. not. in Cod. Opp. T. X. p.* 714.), *edd. Nbg. Schf. Hal.*; obsignavit *Russ. in marg.*; signavit *Russ. in textu et rell.*, *cum quibus facere videtur ms. Veron.*; *cfr. l.* 126. §. 2. *D. XLV.* 1. *et Cuiac. ad h. l.* — [3]) Heroti *mss. pleraque*; Isocrati *ms. Vat.* — [4]) alias *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omn. mss. Russ., ed. Schf.* — [5]) Filiusfam. pro patre qui *ms. Pl.* 2. — [6]) prid. *ms. Pist.* — [7]) *textus, quem et codd. et Bas. tuentur, non tentandus est coniecturis, quod facit Noodt. Probabil. II.* 1. — [8]) *in plerisque Russardi codd. graeca ita scripta sunt, ut nescias, τι μὴ αν τι γὰρ sit legendum; in duobus codd., quos Cont. vidit, et in ed. Nbg. est τι μή; Alciat. Parerg. I.* 3. *λέγω restituit*; ὁτιοῦν [ὅτι οὖν] *θέλεις ποιήσω Hal. et postea rell., quae lectio a testimoniis, quae de codicum lectionibus efferuntur, diversa mihi orta inde videtur, quod Hal. in graecum verterat verba latina, quae loco graecorum in ed. Schf. hic leguntur, scilicet* quid vis faciam; *ὅτι ἐγγυῶμαι τόνδε restituit Cuiac. Obss. XIV.* 40., *quem sequor partim propter Bas.* (ὁ εἰρηκώς, *ὅτι ἐγγυῶμαι τόνδε, κατέχεται seqq.*), *partim quia graeci verbi vestigia in ms. Bg. ad v. ἐγγυῶμαι proxime accedunt. Dubium tamen de recipiendo verbo ὅτι residere videtur.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omn. mss. Russ., edd. Schf. Hal.*; posse *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [10]) Clementino *Russ.* — [11]) ad Auxium *om. mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*; ad aur. *ms. Vat.* — [12]) transmittere *coni. Russ. in marg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; pignorum *ins. edd Nbg. Hal. et rell.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; impertietur *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [15]) condictione *ms. Bg.* — [16]) promitt. *om. ms. Gt.* — [17]) Anaxim. *ms. Vat.*; Anasim. *ms. Bg.* — [18]) omnes *om. Hal.* — [19]) prid. Id. *ms. Pist.* — [20]) ã et aviola *ms. Pist.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; tantum *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*; in id tantum *om. ms. Gt.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; poterint *ed. Schf.*; poterit *Russ. et rell.* — [23]) *ms. Cas., S. Perus.*; Phil. A. et CC. *ms. Vat., et similiter ms. Pist.*; Phil. AA. et CC. *ms. Pl.* 1.; Phil C. *ms. Bg.*; Philippus A., *omisso Caesare, Hal. et rell.*

bitum obligatum non iusto pretio vendidisti, residuam quantitatem, quam ex pretio eiusdem servare potuisses, refundi tibi a fideiussore non iure poscis [1]). PP. V. Kal. August. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

19. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Sabino [2]). — Si alienam, reo principaliter constituto, obligationem suscepisti, vel fideiussorio sive mandatorio vel quocunque alio nomine pro debitore intercessisti, non posse urgeri creditorem, eum, qui mutuam accepit pecuniam, magis [3]) quam te convenire, scire debueras, quum, si hoc in initio contractus specialiter non placuit, habeat liberam electionem. S. II. Kal. Mai. AA. Conss. [293 — 304.]

20. Iidem AA. et CC. Aureliano [4]). — Sententia bonorum omnium ademtionem continente, rei damnati principalis intercessores eligendi creditori potestas non adimitur.

21. Iidem AA. et CC. Iuliano. — Sicut eligendi fideiussores creditor habet potestatem, ita intercessorem, postulantem cedi sibi hypothecae sive pignoris [5]) obligata iure [6]), non prius ad solutionem, nisi mandata super hac re fuerit persecutio, convenit urgeri. S. XI. Kal. Novemb. AA. Conss. [293 — 304.]

22. [a]) Iidem AA. et CC. Hermiano. — Si ultra hoc, quod accepit ea, pro qua te mandatorio nomine intercessisse commemoras, daturum te scripsisti, praeses provinciae ex hoc, quod ultra mandatum tuum numeratum est [7]), a te nihil exigi patietur. S. XII. [8]) Kal. Mai. Caess. Conss. [294 — 305.]

23. Iidem AA. et CC. Antipatro [9]). — Reos principales vel mandatores simpliciter acceptos eligere, vel pro parte convenire, vel satis non faciente, contra quem egeras, primo, post [10]) ad alium reverti, quum nullus de his electione liberetur, licet. S. Non. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

24. [b]) Iidem AA. et CC. Pergamio [11]). — Fideiussoris quidem heres exemplo rei principalis tenetur. Sed si idem utrisque succedat, intercessionis obligatione finita, velut principalis tantum debitoris heres conveniri potest. S. XI. [12]) Kal. Ianuar. Caess. Conss. [294 — 305.]

25. Iidem AA. et CC. Philippo. — Pignoribus datis a reo principali distractis, nec post longi temporis intervallum [13]) residuum a fideiussore creditor petere prohibetur. S. VI. Kal. Ianuar. Caess. Conss. [294 — 305.]

26. [c]) Imp. Iustinianus A. Iuliano P. P. — Sancimus, si quis pro alio sponderit, quatenus eum intra certum tempus tradat aut [14]) certam quantitatem pecuniarum pro eo inferat, et tempore statuto iam effluente non poterit eum repraesentare, non statim pecunias pro eo stipulatas inferre, sed competere quidem post temporis lapsum omnimodo poenalem actionem, non autem statim summam, pro qua fideiussor admissus est, profligari. Sed si quidem usque ad sex mensium spatium tempus statutum sit, aliud tantum [15]) ei [16]) indulgeri [17]), intra quod si possit personam exhibere et eam tradere, poena sit liberatus. Sin autem amplius, quam sex mensium tempus ab initio constitutum est, tunc, quantacunque temporis curricula data sunt, tamen post lapsum eorum semestres tantum habere eum inducias, intra quas sit ei licentia personam, et non pecunias reddere. Sin autem et secunda adiectio temporis excedat, tunc omnimodo pecuniariam poenam persolvat. Sed si quidem post statutum ab initio tempus completum maluerit reum, pro quo convenitur, defendere, licere ei hoc facere, nisi pacti tenor ad hoc reclamaverit, si forsitan sine defensione facienda pro eo fideiussit; sed si defensionem subierit, eam usque ad finem adimplere [18]), nulla ei licentia concedenda in medio personam tradere, et pecuniarum dationem effugere. Sin autem et secundum tempus effluxerit, nullo modo ei licentia concedatur nec ad defensionis venire praesidium, sed omnimodo poenam conferat [19]), nisi intra primum tempus, quod statutum est, reus principalis ab hac luce fuerit subtractus; tunc enim penitus ab exactione poenae liberum eum custodiri oportet. Quodsi secundo tempore instante mortuus fuerit, nihilominus poena iam commissa a fideiussore exigatur. Omnibus, quae in fideiussores, quando tali poenae fuerint illigati, statuimus, et in heredes pro utilitate eorum obtinentibus. Dat. VI. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

27. [d]) Idem A. Ioanni [20]) P. P. — Si fideiussor nullam quidem cautionem faciat, ostendens se fideiussorem exstitisse, praesentibus autem tabulariis hoc confessus est, quod in fide sua eum suscepit, dubitabatur a Palaestina advocatione, utrumne post duos menses liberetur [21]), quasi sine scriptis fideiussione facta, secundum generalia edicta sublimissimae praetorianae sedis, an, utpote scriptura interveniente, teneatur; et divisio alia introducebatur, si idem iuris esse debeat tam in publicis causis quam in privatis. Sancimus itaque, nisi confessio literis exposita fuerit a fideiussoribus [22]) ex repraesentatione personarum, licet attestatio super hoc praecesserit [23]), attamen adhuc sine scriptis esse fideiussionem, videlicet in causis privatis, existimari, et duobus mensibus effluentibus ab huiusmodi nexu fideiussores liberari, nisi in tempus certum data est fideiussio; tunc enim in tantum eam extendi, in quantum etiam [24]) attestatio fuerit expressa. Sin autem in [25]) publica causa [26]) interveniat, tunc omnimodo attestationem pro scriptura haberi. Multis etenim privilegiis propter publicas necessitates publico iuri praestitis, non abs re est, et nos

---

[a]) *Bas. XXVI.* 1. 88. — [b]) *Bas. XXVI.* 1. 89. — [c]) *Bas. XXVI.* 1. 90. — [d]) *Bas. XXVI.* 1. 91. (*T. IV. p.* 115.)

[1]) reposcis *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; postulabis *ms. Pl.* 2. — [2]) Sabiniano, Sariniano, Sabinae *mss. nonn.* — [3]) magis *om. ms. Bg.*, *omnia mss. Russ. et Cont.* — [4]) Aurelio *mss. nonn.* — [5]) pignori *ms. Gt.*, *ms. Pl.* 1. *post correct.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.* — [6]) iure *om. edd. Nbg. Hal.*; *Bk. sublato commate interpungit post* obligata. — [7]) *nonnulli coniecturis tentant hunc textum, in quo codd. variare, nulla testimonia exstant; nec opus iis est, v. Cuiac. Obss. XXIX.* 35. — [8]) XV. *ms. Pist.* — [9]) Patro, Patrono *mss. nonn.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; illum *ins. Hal. et rell.* — [11]) Pergamo *mss. nonn.* — [12]) VI. *ms. Pist.* — [13]) nec longi temp. intervallo *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; vel *edd. rell.* — [15]) tamen *Sp. male, etiam contra Bas.* — [16]) si *om. mss. Pl.* 2. *Bg.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; sancimus *ins. edd.*, *sed contra mss. Russardi et Contii.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; implere *edd. rell.* — [19]) inferat *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *contra omnia mss. Russardi.* — [20]) Iuliano *mss. Pist. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.* — [21]) liberatus sit *ms. Bg.*; liberatur *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [22]) et *ins. edd. Nbg. Hal. Bk.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; processerit *edd. rell.* — [24]) etiam *om. edd. Nbg. Hal.* — [25]) in *om. edd. Nbg. Hal.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. Bk.*; publicas causas *ms. Gt.*; publicas necessitates causa *ms. Bg.*; publica causa necessitas *edd. Schf. Russ. et rell.*; *at necessitas abest ab omn. codd. Contii et a melioribus Russardi.*

nos huiusmodi praerogativam ei condonare. Dat. XII. [1]) Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

28. [a]) Idem A. Ioanni [2]) P. P. — Generaliter sancimus, quemadmodum in mandatoribus statutum est, ut contestatione contra unum ex his facta alter non liberetur, ita et in fideiussoribus observari. Invenimus etenim [3]) in fideiussorum cautionibus plerumque ex pacto huiusmodi causae esse prospectum, et ideo generali lege sancimus, nullo modo electione unius ex fideiussoribus vel ipsius rei alterum liberari, vel ipsum reum, fideiussoribus vel uno ex his electo, liberationem mereri, nisi satisfactum sit [4]) creditori, sed manere ius integrum, donec in solidum ei pecuniae persolvantur vel alio modo ei satisfiat [5]). Idemque in duobus reis promittendi constituimus, ex unius rei electione praeiudicium creditori adversus alium fieri non concedentes, sed remanere et ipsi creditori actiones integras, et personales et hypothecarias, donec per omnia ei satisfiat. Si enim pactis conventis hoc fieri conceditur, et in usu quotidiano semper hoc versari [6]) adspicimus, quare non ipsa legis auctoritate hoc permittatur, ut nec simplicitas suscipientium contractus ex quacunque parte [7]) possit ius creditoris mutilare? Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

29. [b]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Ἐάν τις ἐγγυήσηται ἐπὶ τόκοις, μὴ μόνον εἰς διετίαν κατέχεσθαι, ἀλλὰ τοσοῦτον χρόνον, ὅσον συνθῆται. ὅσον οὖν θέλει χρόνον ὁριζέτω, μόνον εἰ μὴ ἐπὲρ τὸ διπλοῦν συνάγεται ἐν αὐτῷ.

Si quis fideiusserit in usuras, non tantum in biennium teneri, sed in tantum temporis, in quantum cavit. Quantum igitur velit tempus definiat, dummodo intra hoc non duplum usura superet.

Tit. XLII. [XLI.]

[c]) DE NOVATIONIBUS ET DELEGATIONIBUS.

1. [d]) Imp. Alexander A. Timotheo. — Delegatio debiti, nisi consentiente et stipulanti promittente debitore, iure perfici non potest. Nominis autem venditio et ignorante vel invito eo, adversus quem actiones mandantur, contrahi solet. PP. V. Id. Febr. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. [e]) Imp. Gordianus A. Firmino. — Ex contractu pecuniae creditae actio inefficax dirigitur, si delegatione personae rite facta, iure novationis vetustior contractus evanuit. PP. Kal. Septemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

3. [f]) Idem A. Mutiano. — Si delegatio non est interposita debitoris tui, ac propterea actiones apud te remanserunt, quamvis creditori tuo adversus eum solutionis causa mandaveras [8]) actiones, tamen, antequam lis [9]) contestetur, vel aliquid ex debito accipiat [10]), vel debitori tuo denuntiaverit, exigere a debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, et eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere. Quodsi delegatione facta iure novationis tu liberatus es, frustra vereris, ne eo, quod quasi a cliente suo non faciat exactionem, ad te periculum redundet, quum per verborum obligationem voluntate novationis interposita, debito [11]) liberatus sis. PP. V. Id. Iun. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

4. [g]) Idem A. Stratonico. — Non abstulit tibi procurator tuus actionem, si, quum ei mandasses exactionem pecuniae, quam hi tibi debebant, contra quos supplicas, parte accepta de reliquo eos liberavit, quum neque contra voluntatem tuam novationem facere, neque in eo, quod non solvebatur, eos liberare potuerit. PP. Id. Novemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

5. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Septimiae. — Si pater tuus, cui te successisse proponis, creditori pro Alexandro suscepto nomine certam pecuniam [12]) stipulanti spopondit, licet per improbitatem Alexander ei satis non fecit, tamen summae promissae nimis improbe solutio negatur. S. II. Id. April. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

6. [i]) Idem AA. et CC. Dertiparo [13]). — Nec creditoris creditori quisquam invitus delegari potest. S. XII. Kal. Novemb. Dorostoli [14]), Caess. Conss. [294 — 305.]

7. [k]) Idem AA. et CC. Zoilo. — Si solvere tibi pecuniam delegatus Eucarpus dare spopondit [15]), vel debitum constituit, suo nomine conveniri potest. Alioquin adversus eum experiri pro chirographario debitore [16]) tuo frustra conaris. S. VII. Kal. Ianuar. Caess. Conss. [294 — 305.]

8. [l]) Imp. Iustinianus A. ad Senatum. — Novationum nocentia corrigentes volumina et veteris iuris ambiguitates resecantes, sancimus, si quis vel aliam personam adhibuerit, vel mutaverit, vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam vel minuendam esse crediderit, vel conditionem seu tempus addiderit vel detraxerit, vel cautionem iuniorem [17]) acceperit, vel aliquid fecerit, ex quo veteris iuris conditores introducebant novationes, nihil penitus prioris [18]) cautelae

---

[a]) *Bas. XXVI.* 1. 92. — [b]) *Cuiac. Obss. XIX.* 34. *hic restituere iussit graecae const, epitomen ex Bas. XXVI.* 1. 93., *cuius lacuna inter codd. nunc cognitos tantum notatur a cod. Londin.* (*cfr. Witte Die leges restitutae p.* 272.). *Versionem latinam textui inseruit Sp., graeca recepit Bk.* — [c]) *Dig. XLVI.* 2. — [d]) *pars huius rescr. est l.* 3. *C. de hered. vel act. vend. IV.* 39.; *Bas. XXVI.* 4. 35. (*T. IV. p.* 135.) — [e]) *Bas. XXVI.* 4. 36. — [f]) *Bas. XXVI.* 4. 37. — [g]) *Bas. XXVI.* 4. 38. (*T. IV. p.* 136.) — [h]) *Bas. XXVI.* 4. 39. — [i]) *Bas. XXVI.* 4. 40.; *iungenda videtur l.* 8. *C. de condict. indeb. IV.* 5. — [k]) *Bas. XXVI* 4. 41. — [l]) *Bas. XXVI.* 4. 42.

[1]) X. *ms. Pist.* — [2]) *Iuliano inscribenda est const. secundum mss. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et ed. Nbg.* — [3]) *ms. Pl.* 2., *Hal.*; enim et *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; etenim et *edd. Schf. Russ. et rell.* — [4]) *ms. Gt.*, *Hal.*; satisfactum fiat *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; satisfiat *edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) satis ei fiat *edd. Schf. Russ. et postea rell. contra codd. meos et edd. Nbg. Hal.* — [6]) servari *ms. Bg.* — [7]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; causa *ms. Pl.* 1., *Hal. et rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; mandaveris *edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) litem *Hal.* — [10]) accepit *et mox* denunciavit *ms. Gt.*, *Hal.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; a debito *edd. Schf. Russ. et rell.* — [12]) dari *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; dare *ins. post* stipul. *ed. Nbg.* — [13]) Derziparo *mss. pleraque*; Ziparo *S. Perus.*; Zyparo *l.* 8. *C. IV.* 5. — [14]) Dorostolo, *omiss.* Caess., *ms. Veron.* — [15]) spondit *ms. Veron.* — [16]) debitorem *ms. Veron.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *duo codd. Hafnienses, veteres codd. Cuiacii, qui nostram lect. flagitat in Obss. XIX.* 36.; minorem *edd.*; iuniorem minorem *ms. Bg.* — [18]) priori *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*

telae innovari, sed anteriora stare, et posteriora [1]) incrementum illis accedere, nisi ipsi specialiter remiserint quidem priorem obligationem, et hoc expresserint, quod [2]) secundam magis pro anterioribus elegerint. Et generaliter definimus, voluntate solum esse, non lege novandum, et si non verbis exprimatur, ut sine novatione, quod solito [3]) vocabulo ἀνοβατεύτως [4]) dicunt [5]), causa procedat; hoc enim naturaliter [6]) inesse rebus volumus, et non verbis extrinsecus supervenire. Dat. XI. Kal. August. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. XLIII. [XLII.]

[a]) DE SOLUTIONIBUS ET LIBERATIONIBUS.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Aristaenetae [7]). — In potestate eius est, qui ex pluribus contractibus pecuniam debet, tempore solutionis exprimere, in quam causam reddat. Quodsi debitor id non fecit, convertitur [8]) electio ad eum, qui accepit [9]). Si neuter voluntatem suam expressit, prius in usuras id, quod solvitur, deinde in sortem accepto feretur. PP. prid. [10]) Non. Novemb. duobus [11]) Aspris Conss. [212.]

2. [c]) Imp. Alexander A. Bassae. — Liberari fideiussores, quoties fiscus tam creditori quam debitori, licet diversis stationibus [12]), succedit, ius certum est. Quod et in tua persona procuratores mei custodient. PP. Kal. Iul. [13]) Lupo et Maximo Conss. [232.]

3. [d]) Imp. Gordianus A. Apollonio. — Si, quum servus liberam peculii administrationem haberet, mutuam ab eo accepisti pecuniam, eique ante ademtum peculium vel priusquam ademtum cognosceres, eam exsolvisti, ea solutione liberatus es. PP. V. Kal. Octob. Pio et Pontiano Conss. [238.]

4. [e]) Idem A. Rufinae. — Nihil interest, utrum creditori mutuam pecuniam solveris, an ex eius voluntate servo numeraveris. Nec enim ex eo, quod creditor in fatum concessit, prinsquam instrumenta redderet, evacuatae obligationis vires reparari queunt. PP. prid. [14]) Id. Octob. Pio et Pontiano Conss. [238.]

5. [f]) Idem A. Celso. — Nulla tibi adversus creditorem alienum actio superest eo [15]), quod debitam ei quantitatem offerens ius obligationis in te transferri desideras, quum ab eo te nomen comparasse non suggeras, licet solutione ab alio facta nomine debitoris evanescere soleat obligatio. PP. XV. Kal. Novemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

6. [g]) Idem A. Alexandro. — Si inter patrem tuum eosque, quos debitores esse dicebas, non de dubia lite transactio facta est, sed parte tantummodo recuperata, universum se recepisse cavit, nec de superfluo eos, quos verbis obligavit, per acceptilationem liberavit, nec donationis causa id factum est, exuberantis debiti integra ei [16]) repetitio competit. PP. III. Id. Febr. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

7. [h]) Imp. [17]) Philippus A. et Philippus C. Antiocho. — Eius quantitatis, cuius petitionem ratio compensationis excludit, usuram [18]) non posse reposci, manifestum est. PP. V. Kal. August. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

8. [i]) Idem A. et C. [19]) Rufo [20]). — Usuras, quae quotannis in urbe numerandae sunt, promittere [21]) alio loco dependi [22]), nisi ex iusta causa, exempli ratio minime sinit. PP. V. Id. Mai. Philippo A. et Titiano Conss. [245.]

9. [k]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Cassio. — Obsignatione totius debitae pecuniae solemniter facta liberationem contingere, manifestum est. Sed ita demum oblatio [23]) debiti liberationem parit, si eo loco, quo debetur solutio [24]), fuerit celebrata. PP. V. Id. Mai. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

10. [l]) Idem AA. et CC. Ambrosio. — Successores eius, qui maior quinque et viginti [25]) annis in solutum pro debito iure mancipia dedit, haec revocare non posse, constat. S. V. Id. April. Byzantii, AA. Conss. [293 — 304.]

11. [m]) Idem AA. et CC. Capitolinae [26]). — Quum maritum tuum a debitoribus tuis minoris viginti et [27]) quinque annis constitutae, velut ex causa tibi debiti, aliquas accepisse quantitates, nec tamen te consensum accommodasse [28]) significes, nullum tibi potuit praeiudicium fieri, nisi factam solutionem post maiorem aetatem ratam feceris. S. V. Kal. Mai. Heracliae [29]), AA. Conss. [293 — 304.]

12. [n]) Idem AA. et CC. Rutychio [30]). — Invito vel ignorante creditore qui solvit alii, non se liberat

---

[a]) *Dig. XLVI.* 3. — [b]) *Bas. XXVI.* 5. 109. (*T. IV. p.* 171.) — [c]) *Bas. XXVI.* 5. 110. (*T. IV. p.* 172.) — [d]) *Bas. XXVI.* 5. 111. — [e]) *Bas. XXVI.* 5. 112. — [f]) *Bas. XXVI.* 5. 113. — [g]) *Bas. XXVI.* 5. 114. — [h]) *Bas. XXVI.* 5. 115. — [i]) *Bas. XXVI.* 5. 116. — [k]) *Bas. XXVI.* 5. 117. (*T. IV. p.* 173.) — [l]) *Bas. XXVI.* 5. 118. — [m]) *Bas. XXVI.* 5. 119. — [n]) *Bas. XXVI.* 5. 120.

[1]) in *ins. ms. Bg. ex correct.* — [2]) quod *om. ms. Pl.* 1., *in ms. Veron. supra versum exstare videtur*; et *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Hal.* — [3]) soluto *ms. Veron.* — [4]) *ms. Veron., veteres libri, ad quos provocat Cuiac. in Comment. ad Inst. III.* 29. 3., *tres codd. Russardi*; ἀνεατεύτως *Hal.*; ἄνευ καινότητος *Russ. et rell., quae lectio a codd. aliena etiam ideo improbanda videtur, quia Graeci interpretes novationem non καινότητα, sed νοβατίωνα vel μετάθεσιν vel ἀνακαινισμὸν vertere solent. Graeci verbi vestigia in meis codd. ad textum nostrum proxime accedunt.* — [5]) Graeci dicunt *edd. Schf. Russ. et postea rell., sed mss. Veron. Pl.* 1. *Bg. et edd. Nbg. Hal. omittunt v.* Graeci. — [6]) *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; naturalibus *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [7]) *feminae inscribunt hoc rescr. mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus*; Aristaeneto (Aristeneto) *Hal. et rell.* — [8]) tunc vertitur *omnia* (*?*) *mss. Russ.* — [9]) accipit *ms. Bg. prima manu.* — [10]) *ms. Veron.*; PP. 11. *Hal. et rell.* — [11]) *ms. Veron., Bk.*; et *ins. Hal. et rell.* — [12]) rationibus *Hal. Russ. Cont.* 62., *contra mea mss. et contra omnia Russardi et vetera Contii, improbante etiam Cuiacio Recitatt. in Cod. h. t.* — [13]) S. K. Iun. *ms. Veron., quod conss. tuetur.* — [14]) *mss. Veron. Pist.*; PP. 11. *Hal. et rell.* — [15]) super eo, *omisso* est, *ms. Veron.* — [16]) rei *ms. Veron.* — [17]) Impp. *mss. Veron. Pl.* 1. — [18]) *ms. Veron., ms. Pl.* 1. *prima manu, Hal.*; usuras *rell.*; τόκον *Bas.* — [19]) AA. et CC. *mss. Veron. Cas. Pl.* 1. — [20]) *mss. Cas. Bg., edd. Nbg. Hal. Russ., S. Perus.*; Rupho *mss. Veron. Pist. Vat. Pl.* 1.; Rufino *Cont. et rell.* — [21]) permittere *var. l. gl., quam probant Pacius in Analysi Cod. h. t. aliique*; *verum Bas. quoque habent* ἐπερωτᾶσθαι. — [22]) deferri *Hal. Russ. Cont.* 62., *contra omnia mss. Russardi et Contii et mea*; διδόναι *Bas.* — [23]) obsignatio *Hal., contra codd.* — [24]) *Russ. et postea rell. praeter Bk. sublato hoc commate interpungunt post* debetur, *annuentibus Bas.*; *in edd. Nbg. et Hal. contra meos codd. hic est verborum ordo*: si eo loco solutio fuerit celebr., quo debetur. — [25]) *mss. Veron. Pl.* 1.; XX. et V. *ms. Bg., ed. Schf.*; vigintiquinque *rell. edd.* — [26]) Capitonae *ms. Veron.* — [27]) *mss. Veron. Gt., ed. Schf.*; et *om. rell.* — [28]) commodasse *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [29]) Heracleae *Bk.*; Heracl. *ms. Veron.* — [30]) Eytycho, Eityco, Eythico, Euticho *mss. mea.*

liberat obligatione. Quodsi hoc vel mandante vel ratum habente eo fecerit, non minus liberationem consequitur, quam si eidem creditori solvisset. S. III. Id. Mai. AA. et CC. [1]) Conss.

13. [a]) Idem AA. et CC. Philotimo. — Si obligatum [2]) ex causa mandati non per stipulationem facta novatione, post acceptilatione [3]) liberasti, sed tantum receptam ex eadem causa debitam quantitatem falso scripsisti, figmento veritatis exstingui non potuit obligatio. S. VI. Kal. Iun. [4]) AA. Conss. [293 — 304.]

14. [b]) Idem AA. et CC. Cohortae [5]). — Pecuniae solutae professio collata instrumento maiorem gestae rei [6]) probationem continet, quam si chirographum acceptae mutuae pecuniae fuisset redditum. S. V. Id. Iul. AA. Conss. [293 — 304.]

15. [c]) Idem AA. et CC. Quartioni [7]). — Quod debitori tuo chirographum redditum contra voluntatem tuam asseveras, nihil de iure tuo deminutum est. Quibuscunque itaque argumentis iure proditis hanc obligationem tibi probanti, eum pro huiusmodi facto liberationem minime consecutum, iudex ad solutionem debiti iure [8]) compellet. S. V. Kal. Septemb. AA. Conss. [293 — 304.]

16. [d]) Idem AA. et CC. Charidemo. — Eum, a quo mutuam sumsisti pecuniam, in solutum nolentem suscipere nomen debitoris tui compelli, iuris ratio non permittit. S. XV. Kal. Novemb. AA. Conss. [9]) [293 — 304.]

Authent. de fideiussor. et mandator. §. Quod autem. (Nov. 4. c. 3.) — *Hoc, nisi debitor in pecunia vel alia re mobili solvere nequeat. Tunc enim res immobilis, quam debitor habet meliorem, solvi potest, facta per iudicem subtili eius causae aestimatione, ut rem praedictam et debitori solvere et creditori liceat petere, praestanda creditori cautela de evictione* [10]), *quae debitori possibilis sit; quod est in omni actione. At si creditor paratus sit emtorem rei praestare, oportet debitorem, cautela iudicis arbitrio creditori praebita, rem* [11]) *distrahere, ut satisfiat creditori* [12]).

17. [e]) Idem AA. et CC. Cassio. — Manifesti iuris est, tam alio pro debitore solvente, quam rebus pro numerata pecunia consentiente creditore datis, tolli paratam [13]) obligationem. S. Kal. Decemb. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

18. [f]) Idem AA. et CC. Domitio. — Inquisitio veritatis tolli non potuit, quod chirographa, quae fecerat procurator tuus, recepta tibique restituta ab ipsius herede proponas cum subscriptione procuratoris, significante, quod nihil creditoribus debeatur, quum nihil prohibeat, et creditoribus satisfactum [14]), et non vestrae pecuniae, sed ipsius, cui negotium gerendum [15]) mandaveras, processisse solutionem. S. Id. Februar. Caess. Conss. [294 — 305.]

19. [g]) Idem AA. et CC. Diogeni. — Si, actore servo [16]) tam mutuis dandis pecuniis quam debitis recipiendis praeposito, in hoc, quod susceperas, eius dominae per ipsum fecisti satis [17]), instrumentum inane solutione celebrata nihil tibi nocere potest. Aliter enim solventes servo de actione domini [18]) liberare se minime possunt. S. V. Id. Octob. Caess Conss. [294 — 305.]

20. [h]) Idem AA. et CC. Eucrati [19]). — Si operas certi servi [20]) pro pecunia sumta sibi [21]) in debitum compensare placuit creditori [22]), his secundum conventionis fidem praestitis, de mancipio restituendo pacti tenor servari debet. S. V. Kal. Novemb. Hadrianopoli, Caess. Conss. [294 — 305.]

21. [i]) Idem AA. et CC. Rufo. — Interest multum, utrumne spe futurae numerationis suscepisse te, quod instrumento continetur, scripsisti, an accepta minore quantitate tantum, quantum lectio probat in scriptura, conferri placuit. Nam superiore quidem casu residui petitio debiti manet integra, posteriore vero consensu transactionis finitis stare convenit. S. III Non. Decemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

22. [k]) Idem AA. et CC. Grato. — Inductum id est cancellatum [23]), nec ne sit chirographum, vestra [24]), solutionem semel debiti causa [25]) factam ei, qui exigendi potestatem habuit, probantium, nihil interest. S. V. Id. Decemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

23. [l]) Idem AA. et CC. Vacio [26]). — Si literarum Auxenonis contemplatione, quas ad Aristonem de numeranda tibi pecunia dederat, recepisse te [27]) scripsisti debitum ab Aristone, mandato non impleto, quum petitio debiti maneat integra, nihil legitimam exactionem impedire potest. S. XV. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

24. [m]) Idem AA. et CC. Rufino. — Quum pro

---

[a]) *Bas. XXVI.* 5. 121. — [b]) *Bas. XXVI.* 5. 122. — [c]) *Bas. XXVI.* 5. 123. — [d]) *Bas. XXVI.* 5. 124. — [e]) *Bas. XXVI.* 5. 125. — [f]) *Bas. XXVI.* 5. 126. (*T. IV. p.* 174.) — [g]) *Bas. XXVI.* 5. 127. — [h]) *Bas. XXVI.* 5. 128. — [i]) *Bas. XXVI.* 5. 129. — [k]) *Bas. XXVI.* 5. 130. — [l]) *Bas. XXVI.* 5. 131. — [m]) *Bas. XXVI.* 5. 132. (*T. IV. p.* 175.)

[1]) *ms. Veron.*, *Russ. et postea rell. praeter Bk.*; AA. CC. *ms. Pist.*; AA. et *om. Hal. Bk. Videtur hoc rescr. referendum ad mixtum unius Augusti et alterius Caesaris consulatum, et scribendum* A. et C., *ut sit a.* 296. *vel* 297. — [2]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; hominem *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*; acceptilationem *mss. Veron. Pl.* 1., *edd. Schf. Russ. et rell.*, *et tunc praepos.* per *cogitando supplenda est, quod satis incommodum videtur*; *Char. in marg. comma ponit post* stipul. — [4]) S. Gl. K. ian. *ms. Veron.* — [5]) Cutae, Cetae, Cretae, Certae *mss. mea.* — [6]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; rei gestae *edd. rell.* — [7]) *mss. Veron. Cas. Pl.* 1. *Bg.*; Quartino *edd.* — [8]) iure debiti *mss. Veron. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.* — [9]) *haec subscr.*, *quae abest ab Hal. et rell.*, *ex ms. Pist. a me restituta est.* — [10]) *de evictione om. mss. Pl.* 1. *Bg.*, *et recte secundum Nov.* 4. *c.* 3. — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; *tunc ins. Cont. et rell.* — [12]) *At si creditor — creditori om. Hal. Russ.* — [13]) comparatam *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *Hal.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; esse *addunt Russ. et rell.* — [15]) gerendum *om. ms. Bg.* — [16]) servo *om. ms. Bg.*, *Hal.*, *probante Russ. in marg.*; *verum Bas.* ἀπὸ ἐνάγοντος δούλου. — [17]) *mss. mea*, *edd. Nbg. Hal.*; satisfecisti *edd. rell.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; dominae *edd. rell.* — [19]) Eucratidi *mss. nonn.* — [20]) operas suscepti servi *ms. Bg.*; op. suscepti, *omissa v.* servi, *liber Aured. secundum Char. in marg.*; operas suscepisti certi servi *ed. Schf.* — [21]) pro pec. sumta sibi, *et mox* creditori *absunt ab Hal.*, *et profecto suspecta sunt haec vv.*, *in quorum serie ita variant codd. et edd. princc.*, *ut de glossemate textui illato cogitandum sit.* — [22]) creditor *ms. Bg.*; creditorem *ed. Schf.*; *v. not. anteced.* — [23]) id est cancellatum *in glossa tantum interlineari exstare in cod. Aured.*, *monet Char. in marg.* — [24]) *sanctiores codd. Cuiacii* (*Obss. XIX.* 37.), *et sic prima manu in ms. Pl.* 1. *fuisse videtur*; vestra *om. ms. Pl.* 2.; vestrum *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *deleto commate post* chirogr.; vestram *ms. Bg.*, *edd. rell.*, *ut pertineat ad v.* solutionem. — [25]) causa *om. ms. Gt.*, *Hal.* — [26]) Vatio, Batio, Bassio *mss. mea*; Probatio *S. Perus.* — [27]) te *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*

pro pecunia, quam [1]) acceperas, secundum placitum Evandro te fundum dedisse profitearis, eius industriam vel eventum [2]) meliorem tibi, non ipsi prodesse, contrarium non postulaturus, si minoris distraxisset, non iuste [3]) petis. S VII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

25. [a]) Idem AA. et CC. Aureliano [4]). — Solutionem asseveranti probationis onus incumbit; quo facto, chirographum condicere potest [5]). S. III. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

Tit. XLIV. [XLIII.]

[b]) DE ACCEPTILATIONIBUS.

1. [c]) Imp. Antoninus A. Apronio. — Iam tibi rescripsi [6]), posse apud iudicem quaeri, an solemnibus verbis, tutoris auctoritate interveniente, soror tua acceptilatione debitorem suum liberaverit [7]). Quare si in repetenda pecunia, quam exsolvit, diversa pars perseveraverit, uteris defensionibus competentibus. PP. III. Id. Febr. duobus [8]) Aspris Conss. [212.]

2. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Claro [9]). — Si donationis gratia novatione facta, per acceptilationem praestitisti liberationem, omnis agendi via peremta est. S. VI. Kal. Ian. AA. et [10]) Conss. [293 — 304.]

3. [e]) Idem AA. et CC. Demetriae. — Per Aquilianam stipulationem pacto subditam obligatione praecedente sublata, et acceptilatione, quae fuit inducta, peremta, ei, qui ex nulla causa restitui potest, omnis agendi via praecluditur. S. V. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

Tit. XLV. [XLIV.]

[f]) DE EVICTIONIBUS.

1. [g]) Impp. Severus et Antoninus AA. Munitio [11]). — Emtor hereditatis rem a possessoribus sumtu ac periculo suo persequi debet. Evictio quoque non praestatur in singulis rebus [12]), quum hereditatem iure venisse constet, nisi aliud nominatim inter contrahentes convenit. PP. VI. Kal. Mart. Severo A. III. [13]) et Victorino Conss. [200.]

2. [h]) Idem AA. Quartae. — Quoniam avus tuus, quum praedia tibi donaret, de evictione eorum cavit, potes adversus coheredes tuos ex causa stipulationis consistere ob evictionem praediorum, pro portione scilicet hereditaria. Nudo autem pacto interveniente, minime donatorem hac actione teneri, certum est. PP. II. [14]) Kal. Mart. Antonino A. II. et Geta II. [15]) Conss. [205.]

3. [i]) Idem AA. Aureliano. — Qui rem emit, et post [16]) possidet, quamdiu evicta non est, auctorem suum propterea, quod aliena vel obligata res dicatur, convenire non potest. PP. VIII. Kal. August. Faustino et Rufino Conss. [210.]

4. [k]) Imp. Antoninus A. Georgio [17]). — Si praedium tibi pro soluto datum [18]) aliis creditoribus fuerat obligatum, causa pignoris mutata non est. Igitur si hoc iure fuerit evictum, utilis tibi actio contra debitorem competit. Nam huiusmodi contractus vicem venditionis obtinet. PP. XI. Kal. August. duobus [19]) Aspris Conss. [212.]

5. [l]) Idem A. Petroniae [20]). — Ex [21]) praediis, quae mercata ex, si aliqua a venditore obligata et necdum tibi tradita sunt, ex emto actione consequeris, ut ea a creditore liberentur. Idem [22]) etiam [23]) fiet, si adversus venditorem, ex vendito actione pretium petentem, doli exceptionem opposueris. PP. XV. Kal. Octob. duobus [24]) Aspris Conss. [212.]

6. [m]) Imp. Alexander A. Octavio. — Non dubitatur, etsi specialiter venditor evictionem non promiserit, re evicta ex emto competere actionem. PP. VIII. Id. Mart. Alexandro A. Cons. [222.]

7. Idem A. Hilariano [25]). — Auctore laudato, si evicta res est, fideiussorem, etiamsi agi causam ignoraverit, conveniri evictionis nomine posse, non ambigitur. PP. III. Non. April. Alexandro A. Cons. [222.]

8. [n]) Idem A. Clementino. — Emtor fundi, nisi auctori aut heredi eius denuntiaverit, evicto praedio, neque ex stipulatu [26]), neque ex dupla [27]), neque ex emto actionem contra venditorem vel fideiussorem eius habet. Sed et si iudicio emtor non adfuit, aut praesens per iniuriam iudicis victus est, absente auctore vel fideiussore, regressum adversus eum non habet. PP. VIII. Id. Decemb. Alexandro A. Cons. [222.]

9. [o]) Idem A. Terentio. — Si controversia tibi possessionis, quam bona fide te emisse allegas, ab aliquo movetur, auctori heredive eius denuntia. Et si quidem obtinueris, habebis quod emisti. Sin autem evictum erit [28]), a venditrice [29]) successoreve eius consequeris, quanti tua interest; in quo continetur etiam eorum persecutio, quae in rem emtam a te, ut melior fieret, erogata sunt. PP. XI. Kal. Ianuar. Alexandro A. Cons. [222.]

10. [p]) Idem A. Largo. — Si fines agri venditor demonstravit, et legem dixit, intra eos neminem ingressurum, si quid inde evincatur, periculo fit auctoris. Quodsi finibus suis, quos demonstravit, agrum vendidit, lis finalis ad venditorem non pertinet. PP. VII. Kal. [30]) Decemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

11.

---

[a]) *Bas. XXVI.* 5. 133. — [b]) *Dig. XLVI.* 4. — [c]) *Bas. XXVI.* 6. 24. (*T. IV. p.* 180.) — [d]) *Bas. XXVI.* 6 25. — [e]) *Bas. XXVI.* 6. 26. (*T. IV. p.* 181.) — [f]) *Dig. XXI.* 2. — [g]) *Bas. XIX.* 19. 1. (*ed. Heimb.*) — [h]) *Bas. XIX.* 19. 2. — [i]) *Bas. XIX.* 19. 3. — [k]) *Bas. XIX.* 19. 4. — [l]) *Bas. XIX.* 19. 5. — [m]) *Bas. XIX.* 19. 6. — [n]) *Bas. XIX.* 19. 7. — [o]) *Bas. XIX.* 19 8. — [p]) *Bas. XIX.* 19. 9.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; mutuo *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [2]) industria vel eventu *ms. Bg.* — [3]) iusta ratione *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [4]) Antelliano *mss. pleraque.* — [5]) potes *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; scripsi *Russ. et rell.* — [7]) *ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Hal. Russ.*; liberaverit *edd. rell.* — [8]) *ms. Pist.*; et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [9]) Varo, Clario *mss. nonn.* — [10]) *Hal.*; et *om. ms. Pist., Bk.*; AA. et CC. *Russ. et rell.* — [11]) Munatio, Minatio, Minitio, Muciano *mss. mea.* — [12]) rebus *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [13]) III. *om. Bk., contra ms. Pist.* — [14]) XII. *ms. Pist.* — [15]) Geta C. *Bk.* — [16]) post *om. ms. Bg.* — [17]) Gorgio, Gerongio *mss. nonn.* — [18]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Russ. in marg.*; quod *ins. ms. Pl.* 1.; est quod *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [19]) *ms. Pist.*; et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [20]) Patronae *mss. pleraque.* — [21]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., Hal.*; his (iis) *ins. ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [22]) Id. *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., Hal.* — [23]) enim *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.* — [24]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [25]) Hilario *mss. nonn.* — [26]) stipulatione *edd. Nbg. Hal.* — [27]) duplo *ms. Bg.*; duplae *ms. Pl.* 1. — [28]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ms. Pl.* 1. *secunda manu, edd. Nbg. Hal.*; fuerit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; *edd. Nbg. Schf.*; venditore *Hal. et rell.* — [30]) Id. *ms. Pist.*

11. [a]) **Idem A. Clementi.** — Exceptione doli recte eum submovebis, quem ab auctore tuo fideiussorem accepisti, si eius [1]) nomine controversiam refert, quasi per uxorem suam, antequam tu emeres, comparaverit, qui venditioni [2]) adeo consensum dedit, ut se etiam pro evictione obligaverit. PP. Non. Febr. Pompeiano et Peligno [3]) Conss. [231.]

12. [b]) **Imp. Gordianus A. Philippo** [3]). — Sive in libertatem evictus est servus, quem mercatus es, sive, quum comparares, convenit, ut, si qua quaestio nomine eius relata esset, etsi necdum evictus esset, tu pretium recuperares [4]), praeses provinciae, quod tibi praestandum animadverterit, restitui iubebit. PP. VII. Id. Mart. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

13. [c]) **Idem A. Zoilo.** — Si ob causam iudicati pignora capta sunt ex eius auctoritate, cui praecipiendi ius fuit, eaque, de quibus complecteris, tu mercatus es, frustra ab ea, quae condemnata est vel quae in eius locum successit, eorum refertur quaestio, quandoquidem, etsi evictio eorum ab alio [5]) subsecuta fuisset, adversus eos debuisse dari actionem, quibus pretii solutio proficit, rectissime [6]) rescriptum [7]) est. PP. XVI. Kal. Iun. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

14. [d]) **Idem A. Secundino.** — Sive possessio venditoris fuit, filius eiusdemque [8]) patris heres frustra quaestionem movet, sive non patris, sed filiis eius possessio fuit, de qua iure hereditario auctor laudari potest, controversiam movere non potest. PP. XIV. [9]) Kal. August. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

15. **Imp. Philippus A. et Philippus C.** [10]) **Menandro.** — Si non iniuria iudicantis, sed iuris ratione superatus es, pignus ob evictionem acceptum solemniter persequi potes PP. Kal. August. [11]) Philippo A. et Titiano Conss. [12]) [245.]

16. [e]) **Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Alexandro et Diogeni.** — Super emti agri quaestione disceptabit praeses provinciae, et si portionem diversae partis esse cognoverit, impensas, quas ad meliorandam rem vos erogasse constiterit, habita fructuum ratione, restitui vobis iubebit. Nam super pretio evictae portionis non eum, qui dominium evicerit, sed auctricem conveniri, consequens est. PP. X. Kal. Iul. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

17. [f]) **Idem AA. Mutiano.** — Si, quum quaestio tibi super eo, quem comparaveras, moveretur [13]), auctorem tuum certum fecisti, nec citra iudicis disceptationem eum, quem emeras, tradidisti, praeses provinciae in damnis, quae te tolerasse meministi, medelam iuris adhibebit. PP. V. Id. Novemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

18. [g]) **Idem AA. et CC. Eutychio.** — Si status super homine tibi [14]) venumdato mota quaestio est [15]), solemnibus, quae iuris admittit ratio, interpositis, si secundum libertatem fuerit lata sententia, poteris de evictione [16]), si nesciens eius [17]) conditionem comparasti, sine aliqua dubitatione auctorem vel eius fideiussores heredesve eorum convenire. Quodsi fuisse servum sententia declaraverit, intelligis, ad venditorem te reverti non posse.

19. [h]) **Idem AA. et CC. Theodoro.** — Si obligata praedia venumdedisti, et longi temporis praescriptione solita emtores se tueri possunt, evictionis periculum timere non potes. S. II. [18]) Kal. Mai. AA. Conss. [293 — 304.]

20. [i]) **Idem AA. et CC. Solidio** [19]) et aliis [20]). — Si parentes vestri mancipia venumdederunt, quaestioque dominii mota est [21]), emtoribus adesse ac defendere causam [22]) non prohibemini. Quodsi eis haec [23]) iam [24]) evicta sunt, instauratio litis ex persona vestra, si appellationem non interposuistis, contra ius desideratur. Emti sane iudicio pro evictione si conveniri coeperitis, nec vobis, ut defendatis, negotium [25]) denuntiatum probetur, intelligitis, quatenus vosmetipsos tueri debeatis. S. VI. Kal. Iul. AA. Conss. [293 — 304.]

21. [k]) **Idem AA. et CC. Heliodoro.** — Emti actio longi temporis praescriptione non submovetur, licet post multa spatia rem evictam emtori fuerit comprobatum. Si itaque is, quem te comparasse commemoras, nunc in libertatem proclamet, interpellare venditorem sive successorem eius debes, ut tibi assistant causamque instruant [26]). Quem si liberum esse vel servum non esse fuerit pronuntiatum, nec te conventione remisisse periculum evictionis fuerit comprobatum, praeses provinciae, si res integra est, quanti tua interest, restitui tibi providebit. S. XI. Kal. August. Serdicae, AA. Conss [27]) [293 — 304.]

22. [l]) **Idem AA. et CC. Iulio.** — Quum tibi liberum venumdatum fundum ab auctore proponas, si ex antecedente obligatione quod debebatur iure solvisti, stipulationem, quam subiectam emtioni de indemnitate proponis, ipsius conceptio commissam manifeste declarat. S. VII. Kal. Septemb. Viminacii, AA. Conss. [293 — 304.]

23. [m]) **Idem AA. et CC. Eustochiae** [28]). — Quum successores etiam venditoris pro evictione teneri possint, si velut obligata sibi respublica Thessalonicensium pignoris institutae iure persequi, quae comparasti, auctoris heredibus quocunque gradu constitutis assistere negotio denuntia. Quod sive praesentibus his fundus, quem emisti, fuerit evictus, sive absentibus, postea, quanti tua interest rem evictam non esse, teneri, non quantum pretii nomine dedisti, si aliud non placuit, publice notum est. S II. Kal. Ian. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

24.

---

[a]) *Bas. XIX.* 19. 10. — [b]) *Bas. XIX.* 19. 11. — [c]) *Bas. XIX.* 19. 12. — [d]) *Bas. XIX.* 19. 13. — [e]) *Bas. XIX.* 19. 14. — [f]) *Bas. XIX.* 19. 15. — [g]) *Bas. XIX.* 19. 16. — [h]) *Bas. XIX.* 19. 17. — [i]) *Bas. XIX.* 19. 18. — [k]) *Bas. XIX.* 19. 19. — [l]) *Bas. XIX.* 19. 20. — [m]) *Bas. XIX.* 19. 21.; *in ms. Bg. hoc rescr. postpositum est sequenti.*

[1]) rei *ins. ms. Pl.* 2. — [2]) vendenti *mss. Bg. Gt., ed. Schf.* — [3]) Peligniano *Bk. cum fastis, sed contra reliquas hui. anni subscriptt.* — [4]) reciperes *ms. Pl.* 1., *Hal. Russ.* — [5]) aliquo *edd. Nbg. Hal.* — [6]) meritissime *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ms. Bg. secunda manu, ed. Schf.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; responsum *edd. Schf. Russ. et rell.* — [8]) isdemque *ms. Pl.* 1.; que *om. ed. Nbg.* — [9]) XVII. *ms. Pist.* — [10]) et Phil. C. *om. edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra meos codd.* — [11]) Aug. *om. Hal.* — [12]) *conss., qui absunt ab Hal. et rell., restitui ex ms. Pist., quod ita habet:* phylipp. et titiano cs. — [13]) commoveretur *mss. Pl.* 1. 2. — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; tibi *post* status *ponunt edd. rell.* — [15]) quaestione, *omiss.* est *et seq.* si, *ms. Bg.* — [16]) *ms. Pl.* 1., *omnia mss. Russ., mss. Cont., ed. Nbg.*; eius *ins. mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Schf. Hal. Bk.*; eius quem comparaveras *ins. Russ. Cont. et rell.* — [17]) eius *om. mss. Pl.* 2. *Gt., Hal. Bk.* — [18]) S. prid. *ms. Pist.* — [19]) Solido *ms. Bg.* — [20]) alii *ms. Cas., S. Perus.* — [21]) *post* emtor. *comma ponunt Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.* — [22]) mota cum emptor. ad defendendam causam *ms. Bg.* — [23]) haec *om. mss. Pl.* 1. *Gt., Hal.* — [24]) *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.*; omnia *ms. Bg.*; etiam *ms. Pl.* 1., *Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; negot. *om. Hal.*; negot. *post* vobis *collocant edd. Schf. Russ. et rell.* — [26]) instituant *ms. Bg.* — [27]) Sardice. s. css. *ms. Pist.* — [28]) Eustochio *mss. nonn.*

24.[a]) Iidem AA. et CC. Eutychio. — Si post perfectam venditionem, ante pretium numeratum, rei venumdatae mota fuerit quaestio, vel mancipia vendita proclament in libertatem, quum in ipso limine contractus immineat evictio, emtorem, si satis ei non offeratur, ad totius vel residui pretii solutionem non compelli, iuris auctoritate monstratur. Unde quum parte pretii numerata domus, quam emisti, tibi [1]), velut pignoris iure obligatae ne ad emtionem accederes, denuntiatum ab aliquo proponas, index tibi, quae ex emtione veniunt, praestari providebit. S. VI. Kal. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

25.[b]) Iidem AA. et CC. Saturninae. — Si tibi liberam Saturninus, conditionem eius ignorans, distraxit, ac nunc eam defendit in libertatem, hac libera pronuntiata, venditorem vel ex stipulatione duplae, quantum in hanc deductum est, vel emti actione, quanti tua interest, convenire potes. S. Id. Februar. Caess. [2]) Conss. [294 — 305.]

26.[c]) Iidem AA. et CC. Neoni. — Si quis tibi servum vendidit, postquam is rebus humanis exemtus est, quum evictionis periculum finitum sit, a te conveniri non potest. S. II. [3]) Kal. April. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

27.[d]) Iidem AA. et CC. Theophilo. — Si fundum sciens alienum vel obligatum comparavit Athenocles, nec quidquam de evictione convenit, quod eo nomine dedit, contra iuris poscit rationem. Nam si ignorans, desiderio tuo iuris forma negantis hoc reddi refragatur [4]). S. XV. [5]) Kal. Octob. Caess. Conss. [294 — 305.]

28.[e]) Iidem AA. et CC. Maximiano [6]). — Emtori etiam venditoris iura prodesse non ambigitur. Si igitur vobis propter rei proprietatem mota fuerit quaestio, tam propriis quam venditoris defensionibus uti poteritis. S. III. [7]) Non. Octob. Scupis [8]), Caess. Conss. [294 — 305.]

29.[f]) Iidem AA. et CC. Rheso [9]). — Si permutationis gratia praedia [10]) curatoribus quondam fratris tui mater tua dedit, his, quae in eorum vicem accepit, posteaquam ad defensionem fuerit denuntiatum, vel quum eorum non haberet facultatem, evictis, quanti interest [11]), eos conveniri posse, rationis est. S. VII. [12]) Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

30.[g]) Iidem AA. et CC. Hastio [13]). — Non ex eo, quod duplam [14]), qui a matre tua mancipium comparavit, evictionis nomine stipulatus est, alienae rei scientia convincitur, nec opinio eius ex hoc laeditur, ut malae fidei emtor existimetur. Aliis itaque hoc iudiciis, si vis [15]), probare debes. S. Id. Decemb. Caess. [16]) Conss. [294 — 305.]

31.[h]) Iidem AA. et CC. Agatho [17]). — Heredem fideiussoris rerum, pro quibus defunctus apud emtorem intercesserat pro venditore, factum eius, cui successit, ex sua persona dominium vindicare non impedit, scilicet evictionis causa durante actione. S. XVIII. Kal. Ian. Nic... [18]) Caess. Conss. [294 — 305.]

Tit. XLVI. [XLV.]

CREDITOREM EVICTIONEM [19]) NON DEBERE.

1.[i]) Imp. Alexander A. Publicio. — Quum iure creditoris propter fisci debita praedium obligatum procurator meus vendidit [20]), evictio non debetur, quia et privatus creditor eodem iure utitur, nisi nominatim hoc repromissum a privato fuerit [21]). Si tamen fiscus in ius alterius creditoris successit, emtori non iusta fisci nomine movetur controversia, sive quia potior fuerat, quando vendebat, sive quia infirmior, quoniam hoc utique praestare debet, qui pignoris iure vendat [22]), potiorem se ceteris esse creditoribus. PP. XV. Kal. Novemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2.[k]) Imp. Gordianus A. Sabino [23]). — Si a creditrice iure pignoris fundos [24]) pater tuus comparaverat [25]), evictis praediis ita demum petitionem adversus creditricem habere iure potes, si vel [26]), quum vendiderit [27]), de evictione rei promisit, vel etiam dolo malo, quum sciret [28]) prudensque esset, rem sine vitio non esse, eam patri tuo, cui successisti, venundedit. Nam sicuti genus huiusmodi contractus inscium creditorem vinculo evictionis non adstringit, ita eum, qui fraudem admisit vel decepit, non excusat. PP. VII. [29]) Id. April. Sabino II. et Venuste Conss. [240.]

Tit. XLVII. [XLVI.]

[1]) DE PATRIA POTESTATE.

1. Impp. Antoninus et Verus AA. [30]) Titio. — Si filium tuum in potestate tua dicis esse, praeses provinciae aestimabit, an audire te debeat, quum diu passus sis ut patrisfamilias res [31]) eius agi per eos, qui testamento matris tutores nominati fuerunt. — PP. sine die et consule [32]). 2.

---

[a]) *Bas. XIX.* 19. 22. — [b]) *Bas. XIX.* 19. 23. — [c]) *Bas. XIX.* 19. 24. — [d]) *Bas. XIX.* 19. 25. — [e]) *Bas. XIX.* 19. 26. — [f]) *Bas. XIX.* 19. 27. — [g]) *Bas. XIX.* 19. 28. — [h]) *Bas. XIX.* 19. 29. — [i]) *Bas. XXV.* 7. 63. (*T. IV. p.* 82.) — [k]) *Bas. XXV.* 7. 64. — [l]) *Dig. I.* 6.

[1]) sibi *ms. Bg. ex correct.*, *ed. Schf. Quum itaque propter codd. fidem retinenda esset lectio* tibi, *ita interpungendum videbatur, ut h. v. ad* denuntiatum *referretur.* — [2]) *ms. Pist.*; AA. *Hal. et rell.* — [3]) prid. *ms. Pist.* — [4]) refragatum *ms. Veron.* — [5]) XVI. *ms. Veron., quod eum rel. subscr. congruit.* — [6]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*; et aliis *addunt Hal. et rell.* — [7]) IV. *esse videtur in ms. Veron.* — [8]) *ms. Pist.*; Scuppis *ms. Veron.*, *Hal. et rell.* — [9]) Chreso *ms. Veron.*; Rhaeso *Hal. Bk.* — [10]) praetia *ms. Veron.* — [11]) inter, *omisso* est, *ms. Veron.* — [12]) *ms. Veron.*; VII. *om. Hal. et rell.* — [13]) Castio *mss. Vat. Bg.* — [14]) *mss. Veron. Pl.* 1.; duplum *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Caeterum is ins. Russ. et postea rell.*, *contra mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et edd. Nbg. Schf. Hal.* — [15]) si vis *om. Hal.*; sivi *ms. Veron.*, *in quo ita scriptum esse solet pro* sibi; suis *ms. Pl.* 1. — [16]) AA. *Hal. et rell.*; *sed Caess. flagitat ms. Veron.* — [17]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Agathoni *Hal. et rell.* — [18]) *ms. Veron.*, *unde aut* Nicomediae *aut* Nicaeae *restituo*; *locus abest a rell.* — [19]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ.*; pignoris *ins. edd. Schf. Cont. et rell.* — [20]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; vendiderit *ms. Pl.* 2.; venumdedit *edd. rell.* — [21]) *mss. Veron. Gt.*; creditore, *quod glossema sapit*, *ins. mss. rell. et edd.* — [22]) *ms. Veron.*, *ms. Pl.* 1. *prima manu*; vendebat *ms. Bg.*; vendidit *ed. Schf.*; vendit *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [23]) *mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *S. Perus.*; Sabinae *edd.* — [24]) *mss. Veron. Pl.* 1., *Hal.*; obligatos *ins. mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. rell.* — [25]) comparaverit *mss. Veron. Gt.* — [26]) vel *om. ms. Veron.*; sive *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [27]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; vendidit *edd. rell.* — [28]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; sciens *edd. Schf. Russ. et rell.* — [29]) VIII. *ms. Veron.*, *quod reliquam subscr. tuetur.* — [30]) Ant. A. et Verus A. *ms. Cas.*; Ant. AA. et Verus A. *ms. Pl.* 1.; Ant. A. et Sev. A. *ms. Vat.*; Ant. et Sev. AA. *ms. Veron.*; Sev. et Ant. AA. *S. Perus.* — [31]) rem *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal.* — [32]) et cā. *ms. Veron.*

2. Imp. Antoninus A. Maroniae[1]). — Eius, quod in potestate patris agens habuisti, dominium ad patrem tuum pertinuit, extra ea. quae non acquiruntur. PP. XVI. [2]) Kal. Mart. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

3. Imp. Alexander A. Artemidoro. — Si filius tuus in potestate tua est, res [3]) acquisitas tibi alienare non potuit; quem, si pietatem patri debitam non agnoscit, castigare iure patriae potestatis non prohiberis, acriore [4]) remedio usurus, si in pari contumacia perseveraverit, eumque praesidi provinciae oblaturus, dicturo sententiam, quam tu quoque dici volueris. PP. VI. [5]) Id. Decemb. Albino et Maximo Conss. [227.]

4. Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. [6]) Calae [7]). — Congruentius quidem videtur, intra domum inter te ac filios tuos, si quae controversiae orinuntur, terminari. Sed si ita res fuerit, ut pro [8]) iniuriis [9]) eorum et ad ius experiendum et ad Vindictam processeris, aditus praeses provinciae super disceptationibus quidem pecuniariis consuetum exerceri inhebit ordinem iuris; reverentiam autem debitam exhibere matri filios coget, et si provectam ad inclementiores iniurias improbitatem deprehenderit, laesam pietatem severius vindicabit. PP. XV. Kal. Iun. Aemiliano et Basso [10]) Conss. [259.]

5. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Donato [11]). — Filia tua non solum reverentiam, sed et [12]) subsidium vitae ut exhibeat [13]) tibi, rectoris provinciae auctoritate compelletur. PP. Kal. Mart. Diocletiano III. [14]) et Maximiano AA. Conss. [287.]

6. Iidem AA. Hermogeni. — Abdicatio, quae graeco more ad alienandos liberos usurpabatur et ἀποκηρυξις [15]) dicebatur, Romanis legibus non comprobatur. PP. XVII. [16]) Kal. Decemb. Maximiano A. II. et Ianuario Conss. [17]) [288.]

7. Iidem AA. et CC. Duplianae. — Si maritus tuus, licet militans, in patria potestate constitutus filium ex [18]) legitimis suscepit nuptiis, eum in potestate avi perseverasse non ambigitur. S. II. [19]) Non. April. Caess. Conss. [294 — 305.]

8. [a]) Iidem AA. et CC. Aemilianae. — Libertos exemplo ingenuorum filios suos, post libertatem ex legitimis nuptiis natos, in potestate habere, non est prohibitum. S. XVI. Kal. Mai. [20]) Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

9. Iidem AA. et CC. Nicagorae [21]). — Nec filium negare cuiquam esse liberum, senatusconsulto de partu agnoscendo, ac denuntiata [22]) poena, item praeiudicium edicto perpetuo propositum, et remedium alimentorum apud praesidem maiori trimo petenti [23]) monstratum, iure manifesto declarant [24]). S. V Kal. Mai. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

10. [b]) Imp. Constantinus A. ad Maximum P. U. — Libertati a maioribus tantum impensum est, ut patribus, quibus ius vitae in liberos necisque potestas olim erat permissa [25]), eripere libertatem non liceret. Dat. XV. Kal. Iun. [26]) Thessalonica [27]), Severo et Rufino Conss. [323.]

Tit. XLVIII. [XLVII.]

[c]) DE ADOPTIONIBUS.

1. Imp. Gordianus A. Martiae [28]). — Hi, qui in aliena potestate sunt, iuxta ius civile non nisi apud eum, apud quem plena legis actio est, adoptari possunt. PP. Kal. Iun. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Timotheo. — Impuberem, quem ad vicem naturalis sobolis arrogare desideras, si hi, qui sanguinis necessitudine [29]) iunguntur, id ei expedire apud praesidem provinciae confirmaverint, filium habebis, ita ut bonorum tuorum quarta pars tam [30]) in [31]) postremo iudicio tuo, quam si a te emancipatus fuerit, ei praebeatur, et super patrimonio eius idoneis fideiussoribus datis servo publico caveatur, ne sub copulandae adoptionis obtentu in facultates eius, quae ei diligenti provisione servandae sunt, irruas. Arrogatio etenim ex indulgentia principali facta perinde valet [32]) apud praetorem vel praesidem intimata, ac si per populum iure antiquo facta esset. PP. V. Id. Mart. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

3. Iidem AA. Marciano. — Quum enim, quem arrogare vis [33]), libertum tuum esse profitearis, nec ullam idoneam causam precibus indideris [34]), id est quod non liberos [35]) habes [36]), intelligis, iuris auctoritatem desiderio tuo refragari. PP. XVI. Kal. Iul. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

4.

---

[a]) *hoc rescr. est geminatio leg. 7. C. de suis et legit. lib. VI. 55.* — [b]) *hausta ex l. 6. Th. C. de liber. causa. IV. 8., ex qua et descendit l. 3. C. quibus ad libertat. VII. 18.* — [c]) *Dig. I. 7.*

[1]) Matronae, Patronae, Mironi *mss. nonn.* — [2]) XIII. *ms. Veron., quod cum rel. subscr. convenit.* — [3]) res *om. ms. Veron.* — [4]) arctiore *habere videtur ms. Veron.*; artiore *ms. Bg.*; arciore *ms. Pl. 2., ms. Pl. 1. ante correct.* — [5]) V. *ms. Veron., quod reliquam subscr. tuetur.* — [6]) et Val. C., *quem omitt. edd., addi flagitant mss. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg. et S. Perus.* — [7]) Caro *ms. Veron.* — [8]) pro *delendum videtur, quum absit a mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg., ab omnibus mss. Russ. et ab ed. Nbg.; fortasse legendum:* ut in iurgiis. — [9]) iniuris *ms. Veron.* — [10]) II. *ins. Bk., contra mss. Veron. Pist., quae nostram subscr. defendunt.* — [11]) Donatio *mss. pleraque.* — [12]) *mss. Veron. Pl. 1. 2.*; etiam *rell.* — [13]) exhiberet *ms. Veron.* — [14]) III. *om. ms. Veron., quod cum rel. subscr. convenit.* — [15]) aroceryxis (*corr.* apoceryxis) *ms. Veron., unde coniiciendum videtur, graecam vocem latina forma indutam huic loco restituendam esse*; ἀποστέρησις *unus cod. Cont.* — [16]) XV. *esse videtur in ms. Veron.* — [17]) dec. max. āā. c̄ss. *ms. Veron.* — [18]) ex *om. mss. Pl. 1. Bg. Gt. omnia mss. Russ., Hal.* — [19]) S. prid. *ms. Veron., quod cum rel. subscr. convenit.* — [20]) Mart. *l. 7. C. VI. 55., sed* Mai. *tuetur ms. Veron.* — [21]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.*; ad Senatum *ed. Nbg.*; Niconagorae *Hal. et rell.* — [22]) denuntiati *coni. Cuiac. XIX. 40., contra ms. Veron. et rell. meos codd.* — [23]) petendi *ms. Veron., edd. Nbg. Hal.*; peti *mss. Pl. 1. 2. Caeterum* nomine eius *addunt mss. Pl. 1. 2., edd. Nbg. Russ. et postea rell., sed recte desunt h. vv. in mss. Veron. Bg. et edd. Schf. Hal.* — [24]) monstratum iure, manifeste declarat *Hal.* — [25]) potestas permissa est *Theod. C.* — [26]) *sic ms. Veron. et edd. Cod.*; Mart. *Theod. C. et l. 3. C. VII. 18.* — [27]) *Theod. C. ed. Haenel.*; Thessalonicae *Hal. et rell.* — [28]) Marciae *mss. pleraque.* — [29]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; sibi *ius. edd. Schf. Russ. et rell.* — [30]) tuorum pars tam quarta *ms. Veron.* — [31]) in *om. mss. Bg. Gt.* — [32]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; valeat *Sp. Bk.* — [33]) *sic emendavi ex ms. Veron.*; quem arrogaveras *ms. Pl. 2.*; quem arrogaveris *mss. rell. et edd. omnes.* — [34]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; indideris, *vel potius* invideris, *ms. Veron*; addideris *edd. rell.* — [35]) *mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.*; quod lib. non *Russ. et rell.* — [36]) *mss. Veron. Pl. 2., ms. Pl. 1. prima manu, ed. Nbg.*; haberes *ms. Bg.*; habeas *edd. rell.*

4. Iidem AA. [1]) Proculiano. — Adoptio non tabulis, licet per tabellionem conficiendis, sed solemni iuris ordine apud praesidem solet copulari. PP. Kal. Septemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

5. [a]) Iidem AA. et CC. [2]) Syrae. — Muliebrem [3]) quidem, quae nec suos filios habet in potestate, arrogare non posse certum est. Verum quoniam in solatium amissorum tuorum filiorum privignum tuum cupis vicem [4]) legitimae sobolis obtinere, annuimus votis tuis secundum ea, quae annotavimus, et eum perinde [5]), atque [6]) ex te progenitum, ad fidem [7]) naturalis legitimique filii habere permittimus. PP. III. [8]) Non. Decemb. Triballis [9]), Tiberiano et Dione Conss. [291.]

6. [b]) Iidem AA. et CC. Meliano [10]). — Arrogationes eorum, qui sui iuris sunt, nec in regia urbe nec in provinciis, nisi ex rescripto principali fieri possunt. S. [11]) VI. [12]) Non. April. Byzantii, Caess. [13]) Conss. [294 — 305.]

7. Iidem AA. et CC. [14]) Attico. — In adoptionem quidem alienae civitatis civi recte dato additur, non mutatur patria, ac propterea ius originis in honorum ac munerum obsequio per adoptionem non minui perspicis. S. XI. Kal. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

8. [c]) Iidem AA. et CC. Isioni. — In adoptionem patre, in cuius est potestate [15]), filiam dante, matris patronus adoptare non prohibetur. Nam sui iuris arrogatio feminae, nisi ex nostro rescripto, nunquam procedit. S. V. Id. Februar. Caess. Conss. [294 — 305.]

9. Iidem AA. et CC. Marciano [16]). — Adoptatum, licet ex beneficio nostro, emancipatione solemni separare a familia sua pater adoptivus minime prohibetur. Dat. Kal. Novemb. Anchiali . . . Conss. [17]).

10. [d]) Imp. Iustinianus A. Ioanni [18]) P. P. — Quum in adoptivis filiis [19]), qui filiifamilias constituti a patribus naturalibus aliis [20]) dantur, antiquae sapientiae incidit quaedam dubitatio, si oporet [21]) talem filium, si [22]) praeteritus a naturali patre fuerat, habere contra eius testamentum de inofficioso actionem (quam Papinianus quidem negat, Paulus autem sine effectu derelinquit, Martianus vero distinguit, ne ex hac causa utriusque patris [23]) perderet successionem, naturalis quidem voluntate eius circumventus, adoptivi propter egestatem, quam forte habebat), et iterum aliud vitium erat exortum (si enim post patris naturalis obitum pater adoptivus per emancipationis [24]) modum iura [25]) adoptionis dissolvisset, nulla spes ei remanebat, neque [26]) contra patris naturalis voluntatem, quia mortis eius tempore in aliena fuerat familia constitutus, neque contra adoptivum patrem, quia per emancipationem eius familia exemtus est); ideo [27]) talem dubitationem [28]) et tale vitium corrigentes, sancimus, per adoptionem quidem ad extraneam personam factam, iura naturalis patris minime dissolvi, sed ita eum [29]) permanere, quasi non fuisset in alienam [30]) familiam translatus. Quum enim tanta fragilitas est adoptionis, ut possit in ipso die et filius fieri, et extraneus per emancipationem inveniri, quis patiatur iura patris naturalis nexu divino [31]) copulata ludibrio defraudari, quum in hoc casu et contradicendi filio ex iure vetere datur [32]) licentia, et invitus transire ad aliam familiam non cogitur? Omnia igitur, secundum quod iam disposuimus, quum ad extraneum patrem filius per adoptionem transfertur, maneant integra [33]) iura, sive ad de inofficioso [34]) querelam, sive ad alias omnes successiones, sive ab intestato sive ex testamento, quae liberis deferuntur, ut et ipse possit prodesse patri naturali, et ab eo naturalia debita percipere. Si vero pater naturalis avo materno filii sui, vel, si ipse fuerit emancipatus, etiam [35]) avo paterno, vel proavo simili modo paterno vel materno filium suum dederit in adoptionem, in hoc casu, quia in unam personam concurrunt et naturalia et adoptionis [36]) iura, maneat stabile ius patris adoptivi, et naturali vinculo copulatum, et legitimo adoptionis modo [37]) constrictum. Et ad eum solum respiciat filius, cui eum et natura aggregavit et lex per adoptionem assignavit, et Papiniani sententia in hac specie procedat, et ad eum [38]) tantummodo filius adoptivus spes totas [39]) extendat, et non patris naturalis successionem molestare concedatur, sed avita et proavita tantummodo reverentia [40]) protegetur [41]), eique acquirat, quae possunt [42]) acquiri et

---

[a]) *Bas. XXXIII.* 1. 5. (*T. IV. p.* 761.) — *Sch. c.* (*T. IV. p.* 763.) — [b]) *Bas. XXXIII.* 1. 6. — [c]) *Hal. hoc rescr. sequenti postponit.* — [d]) *pars hui. const. repetitur in* §. 2. *I. de adoption. I.* 11.

[1]) *mss. Veron. Pist. Vat. Pl.* 1., *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *add. ms. Bg., edd. rell.* — [2]) et CC. *om. edd. Nbg. Bk., contra meos codd.* — [3]) A muliere, *et mox* arrogari *mss. Veron. Pl.* 1. — [4]) in vicem (invicem) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., contra ms. Veron.* — [5]) proinde *ms. Veron.* — [6]) atque si *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Nbg.*; ac si *ed. Schf.*; quasi *ms. Bg.* — [7]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; ad vicem *Russ. et rell.*; ad invicem *omnia* (*?*) *mss. Russardi.* — [8]) S. prid. *ms. Veron.* — [9]) *emendandum est aut* Trallis, *aut* Triveris, *cui favet ms. Veron., in quo est* Trib. — [10]) Melitio, Melitoni, Meliono *mss. nonn.* — [11]) *mss. Veron. Pist.*; PP. *Hal. et rell.* — [12]) IV. *ms. Veron.*; IG. *ms. Pist.* — [13]) AA. *ms. Veron.* — [14]) et CC. *om. ms. Veron.* — [15]) libertae *ins. ms. Veron., ed. Nbg.*; libertae suae *post* dante *ins. ed. Schf.* — [16]) *mss. Veron. Cas. Pl.* 1., *ed. Nbg., S. Perus.*; Marc. *ms. Bg.*; Marino *Hal. et rell.* — [17]) *hanc subscr. restitui ex ms. Veron.*, *in quo ab ult. verbo ipsius rescr. ita habetur:* prohibeturu (*scr.* prohibetur. d.) k. nōv. aniali (*vel fortasse* anta II.) cāſ. *In v.* aniali *locum latere censui*; *sed potest etiam de Anulino cons. cogitari, ut sit a.* 295. — [18]) *mss. Veron. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus., ed. Nbg.*; Iuliano *Hal. et rell.* — [19]) filiis *om. edd. Nbg. Hal.* — [20]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; in adoptionem *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [21]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; oporteret *Hal. et rell.* — [22]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Nbg.*; qui *edd. Schf. Hal. et rell.* — [23]) partis *ms. Veron.* — [24]) emancipationem *ms. Veron.* — [25]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; ius *edd. Schf. Russ. et rell.* — [26]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., mss. Cont., edd. Schf. Hal. Bk.*; enim *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [27]) ideoque *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [28]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; resecantes *ins. ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.* — [29]) eum *om. ms. Bg.* — [30]) aliam *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [31]) iura patris natura vel nutu divino *ms. Bg.*; iura patris nexu dubino *ms. Veron.* — [32]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; detur *Hal. et rell.* — [33]) maneat integrae *ms. Veron.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; de inofficiosi *ms. Veron.*; inofficiosi *Hal. et rell.* — [35]) etiam *abest ab omnibus* (*?*) *mss. Russ.*; *putaverim, hanc notam in ed. Russ. potius referendam esse ad v.* avo, *quae sane abest a pluribus libris, ut a mss. Veron. Bg. et ed. Nbg.* — [36]) adoptiva *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; *v.* §. 2. *Inst. I.* 11. — [37]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; nodo *Cont. et rell.* — [38]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*; eam *Cont.* 71. *et rell.* — [39]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg.*; spem totam *ms. Pl.* 2., *edd.* — [40]) successione *ms. Bg., ms. Pl.* 1. *ante correct.* — [41]) *mss. Veron. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; protegatur *ms. Pl.* 1., *Russ. et rell.* — [42]) acquirat quae possunt *om. ms. Veron.*

et prodesse, et is ei solus pater intelligatur, quem lex fecit et natura non dereliquit. Neque enim Martiani distinctioni locum esse in hoc casu invenimus, ubi nullius circumventionis suspicio potest aliquam sibi vindicare licentiam, avita et proavita affectione haec omnia resecante, sed haec [1]) manere integra, nisi avus et proavus emancipatum fecerint filium adoptivum; tunc etenim necesse est iterum ad patrem naturalem eum reverti, quum emancipationis interventu adoptio in quacunque persona facta solvitur [2]). §. 1. Sed ne articulum adoptionis [3]) in extraneam personam factae sine lege relinquamus, licentiam damus tali adoptivo patri, id est extraneo, si voluerit, nihil ei testamento suo relinquere, sed quidquid ei reliquerit, hoc liberalitatis [4]) sit, non [5]) legitimo vinculo adstrictum; quum enim per omnia naturae suae filium aggregavimus [6]), manifestissimum est, quod et acquisitiones omnium rerum, quae ad filiumfamilias pervenerint, secundum leges nostras non adoptivo extraneo patri, sed naturali usque ad modum ususfructus perveniunt [7]). Et remaneat [8]) in sacris patris naturalis, quasi imaginaria quadam [9]) et nova affectione [10]) ei acquisita, non pristinae cognationis deminutione introducta. Sed siquidem remaneat in tali adoptione, nulla interveniente emancipatione, in hoc tantummodo prodesse ei volumus adoptionem, ut non successione ab intestato patris [11]) extranei adoptivi defraudetur, sed habeat accessionem fortunae ex patris naturalis sibi voluntate acquisitam. Neque enim ex vetere iure cognationis nexus naturalis patris per adoptionem filio dissolvebatur, sed accedebant iura adoptiva, certis [12]) reliquiis [13]) ex iure naturali remanentibus, et qui legitimus erat familiae adoptivae, is naturali fuerat cognatus. Quis enim materna iura posset [14]) abolere, quum videbatur et ex [15]) antiquo iure patrem quidem habere adoptivum, matrem autem eam, quam natura cognoscit? Et ideo sancimus, etsi habeat huiusmodi filius iura integra naturae, tamen [16]), si intestatus pater extraneus adoptivus decesserit, habere eum etiam sui heredis ius ad eius tantummodo successionem, ut non etiam legitima iura ad familiam extranei patris adoptivi habeat, nec ipsa ad eum communionem aliquam habeat, sed quasi extraneus ita ad illam [17]) familiam inveniatur. §. 2. Sin autem per emancipationem iura adoptiva fuerint dissoluta, tunc nullus ei penitus regressus ad adoptivum extraneum patrem, etsi moriatur intestatus, relinquatur, sed maneat tantummodo patrem naturalem cognoscens, tanquam non fuisset ab initio in adoptionem translatus. §. 3. Quae autem de aliis adoptivis diximus, haec sancimus etiam de his, qui ex Sabiniano senatusconsulto ex tribus maribus fuerant ab extraneo adoptati, nulla penitus differentia inter alios adoptivos et eos introducenda. §. 4. Quae in filio diximus in adoptionem a patre dato, haec et in filia et in nepote et nepte et deinceps personis utrinsque sexus in sacris [18]) constitutis extendimus, si tamen tempore mortis avi sui parentes eos vel eas non antecedant. Si enim patres [19]) eos antecedant (ub. nec imponitur necessitas avo aliquid nepoti vel nepti relinquere), maneant omnia iura adoptiva [20]) ei intacta. Haec enim [21]) omnis sanctio de filio et filia et [22]) nepote et nepte et deinceps personis in sacris constitutis introducta est, ubi dubitabatur, quid statuendum esset [23]), quasi duobus patribus ei, uno ex natura, altero [24]) ex lege, impositis [25]). §. 5. Ubi autem homo sui iuris constitutus per arrogationem ex Augusta liberalitate sese dederit in adoptionem, tunc omnia iura patris adoptivi habeat intacta. Quum enim nullum inter patres [26]) inducitur discrimen, sit suus heres adoptivus patri arrogatori, et familiae eius aggregetur, et omnia, quae ad filium arrogatum veteres legumlatores induxerunt [27]), intacta illibataque in eorum personis reserventur. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

11. Idem A. Ioanni [28]) P. P. — Veteres circuitus in adoptionibus, quae per tres emancipationes et duas manumissiones in filiis [29]), aut per [30]) unam emancipationem in ceteris liberis fieri solebant, corrigentes sive tollentes, censemus, licere parenti, qui liberos in potestate sua constitutos in adoptionem dare desiderat, sine vetere observatione emancipationum et manumissionum, hoc ipsum actis intervenientibus apud competentem iudicem manifestare, praesente eo, qui adoptatur, et non contradicente, nec non eo, qui eum [31]) adoptat. Dat. V. Kal. Novemb. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.] [a])

TIT. XLIX.

---

[a]) *Legem* 12. *graecam ex Synopsi XXXV.* 13. 15. (*ed. Leuncl. p.* 347.) *restituere conatus est Ant. August. in coll. graec. const., ita:* Μηδὲ παρὰ ξένοις, τοῖς ἔξω Ῥώμης οἰκοῦσι, διαθέσεως ἀδελφότης συνιστάσθω, κἂν τις ὡς ἀδελφὸς ἀπολειφθεὶς κληρονόμος γραφῇ, ἐκπιπτέτω τῆς κληρονομίας· ἡ φύσις μιμεῖσθαι ὀφείλει τὴν φύσιν, οὐδεὶς δὲ ἑαυτῷ γεννᾷ ἀδελφόν. [*Nec apud peregrinos, qui extra Romam habitant, per adoptionem frater constituatur, et si quis ut frater relictus heres scriptus sit, hereditate excidat. Adoptio imitari debet naturam, nemo autem sibi gignit fratrem.*] *Sed omnes edd. praeter Cont.* 76. *reiecerunt hanc restitutionem cum Cuiacio Obss. XX.* 31., *et profecto bene; nam omnis indicium deficientis sub hoc tit. graecae const. deest, et locus ille Synopseos potius ad l.* 7. *C. de hered. instit. VI.* 24. *referendus est.*

[1]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*; omnia *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [2]) dissolvitur *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Russ. Cont.* 62.; *sed* solvitur *in omnibus mss. Russ. et in mss. Veron. Bg.* — [3]) et *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.* — [4]) libertatis *ms. Veron.* — [5]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.*; sit et non *edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; aggregarimus *Hal.*; aggregaverimus *Russ. et rell.* — [7]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; perveniant *Russ. et rell.* *In ms. Veron. vv.* modum ususfr. perv. et *in marg. addita sunt. Edd. post* perven. *non plene interpungunt.* — [8]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg.*; permaneat *ms. Pl.* 2.; remaneant *edd. Nbg. Hal.*; permaneant *edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) magnaria (*duobus i supraescriptis*) quaedam *ms. Veron.* — [10]) effectione *ms. Veron.* — [11]) ut non — patris *om. ms. Veron.*, *et mox habet* defrudentur. — [12]) ceteris *ms. Gt.* — [13]) reliquis *ms. Veron.* — [14]) possit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.* — [15]) ex *om. mss. Veron. Pl.* 2.; et *om. mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [16]) *mss. Veron. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; attamen *Hal. et postea rell.* — [17]) aliam *ms. Veron.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; patris *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [19]) parentes *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [20]) adoptivo *ms. Bg.*, *a quo abest* ei, *quod ab omnibus suis abesse, Russ. in marg. monet.* — [21]) autem *edd. Nbg. Hal.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel *ed. Nbg.*; de *Hal. et rell.* — [23]) est *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; et altero *edd.* — [25]) positis *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal.* — [26]) partes *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; introduxerunt *Russ. et rell.* — [28]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Iuliano *Hal. et rell.* — [29]) filios *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.* — [30]) per *om. mss. Bg. Gt.* — [31]) eum *om. Hal.*, §. 8. *Inst. I.* 12.

Tit. XLIX. [XLVIII.]

[a]) DE EMANCIPATIONIBUS LIBERORUM.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [1]) Herennio. — Si lex municipii, in quo te pater emancipavit, potestatem duumviris dedit, ut etiam alienigenae liberos suos emancipare possint, id, quod a patre factum est, suam obtinet firmitatem. PP. III. Non. Decemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

2. Iidem AA. [2]) Gennadiae. — In emancipationibus liberorum, nec non donationibus, non tam scriptura, quam veritas considerari solet. PP. V. Id. Mart. Tiberiano et Dione Conss. [291.]

3. Iidem AA. et CC. Heliodoro. — Non nudo consensu [3]) patria liberi potestate, sed actu solemni vel casu liberantur, nec causae, quibus motus pater emancipavit filium, sed actus solemnitas quaeritur. S. [4]) XV. Kal. Octob. [5]) AA. Conss. [293 — 304.]

4. Iidem AA. et CC. Colonae [6]). — Nec avus neptem suam liberare potestate cogitur, nec in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere moris est nostri. Dat. Id. Octob. . . . .

5. [b]) Imp. Anastasius A. Constantino P. P. — Iubemus, licere parentibus, id est patri, avo paterno seu proavo, ceterisque ulterius per masculini sexus personas continua generis serie coniunctis, si liberos, quos habent in potestate propria [7]), id est filium vel filiam, nepotem seu neptem ex filio [8]), pronepotem seu proneptem, ceterosque itidem [9]) per masculini sexus personas continua generis linea sibi coniunctos, per emancipationem, vel absentes et peregre degentes, vel in iisdem locis seu regionibus et [10]) civitatibus commorantes, in iudicio vero non praesentes, iuris sui constituere maluerint, supplicationibus porrectis mereri super hoc divinum oraculum, hocque apud competentem iudicem, ad cuius iurisdictionem actus emancipationis pertinet, insinuare, superque precibus a semet oblatis apud eum deponere, ut hoc subsecuto et auctoritate praecedente principali, plenissimum robur emancipatio sortiatur, et personae, in quas talis liberalitas collata sit, de aliena potestate quasi a parentibus ex emancipatione manumissae liberentur; si tamen ipsae nihilominus sub gestorum testificatione, vel apud eundem iudicem vel apud alium quemlibet, proposito parentum suam etiam voluntatem consonare vel ante preces oblatas et sacros apices promulgatos, vel postea deposuerint, nisi infantes sint, qui et sine consensu etiam hoc modo sui iuris efficiuntur. Dat. XI. [11]) Kal. August. Constantinop. Probo et Avieno iun. Conss. [502.]

6. [c]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Quum inspeximus, in emancipationibus vanam observationem custodiri, et venditiones in liberas personas figuratas, et circumductiones inextricabiles, et iniuriosa rhapismata [12]), quorum nullus rationabilis invenitur exitus, iubemus, huiusmodi circuitu in posterum quiescente, licentiam ei esse, qui emancipare vult, vel ex lege Anastasiana hoc facere, vel sine sacro rescripto intrare competentis iudicis tribunal vel eos adire magistratus, quibus hoc facere vel legibus vel ex longa consuetudine permissum est, et filios suos vel filias, nepotes vel neptes, vel deinceps progeniem in potestate sua constitutam a sua manu dimittere, et legitima iura omnimodo habere, etsi non specialiter hoc sibi servaverit, et peculium donare, vel alias res liberalitatis [13]) titulo in eos transferre, et eas res, quae acquiri indignantur, per usumfructum secundum nostrae constitutionis modum detinere, et omnia facere, vana tantummodo, secundum quod iam dictum est, observatione sublata. Dat. Kal. Novembr. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

Tit. L. [XLIX.]

DE INGRATIS LIBERIS.

1. [d]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Praetextatum P. U. [14]) — Filios et filias ceterosque liberos [15]) contumaces, qui parentes [16]) vel acerbitate convicii vel cuiuscunque atrocis iniuriae dolore pulsassent, leges, emancipatione rescissa, damno libertatis immeritae mulctare [17]) voluerunt. Dat. V. [18]) Kal. Septemb. Ambianis [19]). Lupicino et Iovino [20]) Conss. [367.]

Tit. LI. [L.]

[e]) DE POSTLIMINIO REVERSIS [21]) ET REDEMTIS AB HOSTIBUS.

1. Impp. Severus et Antoninus AA. Ovinio [22]). — Ex duobus captivis Sarmatia nata patris originem ita secuta videtur [23]), si ambo parentes in civitatem nostram rediissent. Quamquam enim iure proprio postliminium habere non possit, quae capta non est, tamen parentum restitutio reddet [24]) patri filiam. Qui quum ab hostibus interfectus sit, matris dumtaxat conditionem, quae secum filiam duxit, videtur necessario secuta. Nam fictio legis Corneliae, quae legitimos apud hostes defuncto constituit heredes, ad eam, quae illic suscepta est, non pertinet, quum eo tempore, quo captus est, diem suum pater obiisse existimetur. PP. sine die et consule.

2.

---

[a]) *Dig. I. 7.* — [b]) *iungendae l. 18. C. de collat. VI. 20., l. 11. C. de legit. her. VI. 58.* — [c]) *haec const. ex aliqua parte repetitur in §. 6. I. quib. mod. ius patr. pot. I. 12.* — [d]) *l. 1. Th. C. de ingrat. lib. VIII. 14.; Bas. XXXI. 3. 1. (T. IV. p. 747.)* — [e]) *Dig. XLIX. 15.*

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl. 1., edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. ms. Bg., edd. rell., contra S. Perus.* — [2]) et CC. *ins. Hal. et postea rell. praeter Bk., contra mss. Pist. Pl. 1. et S. Perus.* — [3]) concessu *ms. Bg.* — [4]) PP. *Hal.* — [5]) *ms. Pist., Cont. et postea rell.*; Aug. *Russ.*; XV. K. Oct. *om. Hal. Caeterum post* Oct. *ms. Pist. ins.* S., *quod* Sirmii *denotare videtur.* — [6]) Coloniae *mss. mea.* — [7]) in patria potest. *ms. Bg.* — [8]) ex filio *om. ms. Bg.* — [9]) inde *ms. Bg.* — [10]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; vel *Hal. et rell.* — [11]) XII. *l. 18. C. VI. 20.*; XV. *l. 11. C. VI. 58.* — [12]) rapismata *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf.*; *cfr. Nov. 81. pr.* — [13]) libertatis *in omnibus (!) mss. Russ.*, *sed* liberalitatis *in omnibus meis et in omnibus fere Contii, qui in uno tantum scriptum invenit* libertatis. — [14]) *ms. Vat., Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76. Bk., Theod. C.*; P. P. *rell.* — [15]) et fil. cet. lib. *om. Theod. C.* — [16]) patres *Theod. C.* — [17]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.*; mulctari *ms. Pl. 2., Russ. et rell.* — [18]) *Theod. C. ed. Haenel.*; XII. *Hal. et rell.*; *sed v. not. o. ad l. 1. Th. C. cit. ed. Haenel.* — [19]) *Theod. C., Bk.*; Mediolani *Hal. et rell.*; *sed v. Iac. Gothofr. in comment. ad l. 1. Th. C. cit.* — [20]) *Theod. C., Sp. Bk.*; Iovino *Hal. et rell.* — [21]) reversis *om. ms. Vat., Hal., S. Perus.* — [22]) *integrum nomen est:* Ovinius Tertullus, *Praeses provinciae Mysiae inferioris, ut patet ex l. 9. D. XLIX. 15.*; *cfr. l. 25. D. eod. et l. 1. §. 3. D. XXXVIII. 17.* — [23]) videbatur *mss. Pl. 2. Bg., ed. Schf.* — [24]) reddit *mss. Bg. Gt., ed. Schf.*

2. [a]) Imp. Gordianus A. Publiciano. — Ab hostibus redemti, quoad exsolvatur pretium, magis in causam [1]) pignoris constituti, quam in servilem conditionem esse detrusi videntur; et ideo, si nummi eo nomine expensi donatio intercedat, pristinae conditioni eos reddi manifestum est. Proinde si ab hostibus redemtam post dissolutum veluti naturalis pignoris vinculum habere in matrimonio coepisti, nihil [2]) est, quod de statu eius sen liberorum communium debeas pertimescere. PP. II. Id. Iun. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Varo. — Quum cognatos tuos nondum postliminio regressos [3]) affirmes, sed adhuc in rebus esse humanis, et bona eorum fraudibus diversae partis dissipari, interpellatus rector provinciae providebit eum sub observatione [4]) constituere, qui stipulante servo publico satis idonee dederit. PP. V. Kal. Septemb. Diocletiano III. et Maximiano Conss. [287.]

4. Iidem AA. [5]) Hermogeni [6]). — Nec nos praeteriit, hereditatem eius, quam incognitum erat ab hostibus interfectam an captam esse, a filio adiri non potuisse (quoniam [7]) eorum bona, qui in hostium potestatem redigantur, eo demum tempore successionis iure acquiri possunt, quum captos apud hostes mortuos esse cognoscitur), nec super facultatibus eius, cuius incerta vita ac fortuna fuit, transigi vel iudicari potuit. Unde posteaquam apud hostes materteram vestram fati munus implesse innotuit, tunc vobis licentia permittitur agnoscendae per bonorum possessionem successionis; non officientibus enim [8]), quae perperam gesta sunt, si priorem gradum obtinetis, successionis compendium ad vos pertinet. PP. V. Kal. Iun. ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

5. Iidem AA. [9]) Ursae. — Quum non redemum ab hostibus filium tuum, sed sine ullo contractu traditum a barbaris praefecto legionis dicas, postliminii ius locum habuit, et illico ingenuitati suae reddi eum praeses provinciae iubebit. PP. XVI. Kal. Iun. ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

6. Iidem AA. [10]) Iusto. — Quum et postliminii ius et communis utilitatis ratio exigat, ut, si qui captos ab hostibus redemerint, accepto pretio, redemtos suae ingenuitati restituant, proponasque, redemtorem tuum [11]) noluisse oblatum pretium a te vel ab alio recipere, praeses provinciae efficaci instantia compellet eum legibus obtemperare, et recepto [12]) eo, quod pretii nomine dependitur, status securitatem non inquietare. PP. Kal. Februar. Tiberiano et Dione Conss. [291.]

7. [b]) Iidem AA. [13]) Claudio. — Foedissimae mulieris nequitia permovemur. Quum igitur filiam tuam, ab hostibus captam ac prostitutam ab ea, quae eam redemerat, ob retinendae pudicitiae cultum ac [14]) servandam natalium honestatem ad te confugisse proponas, praeses provinciae, si filiae tuae supradictam iniuriam ab ea, quae sciebat ingenuam esse, inflictam cognoverit, quum huiusmodi [15]) persona indigna sit pretium recipere propter odium detestabilis quaestus, etiamsi pretium compensatum non est, ex necessitate miserabili, custodita ingenuitate natae tuae, adversus flagitiosae mulieris turpitudinem tutam eam defensamque praestabit. PP. III. Non. Februar. Tiberiano et Dione Conss. [291.]

8. Iidem AA. [16]) Matronae. — Praeses provinciae, ne ulterius in servitutis iugo detinearis, curae habebit, qui pro solertia sua parum ignorat filiorum tuorum statum teneri, quos, posteaquam redemta es, enixam te esse significas, quum eos, qui post redemtionem nascuntur, ne [17]) pignoris quidem vinculo ob pretium, quod pro his datum non est, teneri, nullis [18]) auctoribus visum est. PP. V. Id. Februar. Tiberiano et Dione Conss. [291.]

9. Iidem AA. et CC. Gregorio. — Captum ab hostibus filium, patre mortuo [19]) medio tempore, lex Cornelia reversum, si in potestate patris tempore, quo capiebatur, fuit, suum facit heredem. Unde sive [20]) ex testamento ad te sive ab [21]) intestato successionem patris tui pertinere, apud praesidem provinciae probaveris, restitui tibi res hereditarias iubebit, si non tantum, postquam reversus es, tempus effluxit, quantum intentionem tuam temporis prolixitate conquiescere facit [22]). PP. V. Id. April. AA. Conss. [293 — 299.]

10. [c]) Iidem AA. et CC. Apollodorae. — Sicut liberis captis ab hostibus ac postliminio reversis status pristinus restituitur, sic servi domino. Unde si haec, cuius meministi, ancilla patris tui fuit, nec commercio redemta est, reversa dominum vel eius successorem sequitur, qui per captivitatem hanc amiserat. S. III. Kal. Mai. Hadrianopoli, AA. Conss. [293 — 299.]

11. Iidem AA. et CC. Eutychio. — Si liberum captum te ab hostibus commercio redemit Sabinus, et eum vinculum pignoris superstitem remisisse tibi probetur, non libertus effectus, sed ingenuitati, quam amiseras, restitutus, nullum filiis eius obsequium debes. S. XV. Kal. Ianuar. AA. Conss. [293 — 299.]

12. Iidem AA. et CC. Quintianae. — Ab hostibus capti, et non commercio redemti, sed virtute militum nostrorum liberati, illico statum, quem captivitatis casu [23]) amiserant, recipiunt. Servi autem dominis suis restituentur; receptos enim eos, non captos iudicare debemus, et militem nostrum defensorem eorum decet esse, non dominum [24]). S. V. Kal. Ianuar. AA. Conss. [293 — 299.]

13.

---

[a]) *Bas. XXXIV.* 2. 2. (*T. IV. p.* 768.) — [b]) *Bas. XXXIV.* 2. 7. (*T. IV. p.* 769.) — [c]) *Bas. XXXIV.* 2. 10.

[1]) causa *mss. Bg. Gt.* — [2]) nil *Sp. Bk., contra codd. et rell. edd.* — [3]) reversos *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; consueta *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) *mss. Cas. Pl.* 1., *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *addunt rell.* — [6]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *S. Perus.*; et aliis *addunt Hal. et rell.* — [7]) quando *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; his *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. ms. Bg.*, *edd. rell.* — [10]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *add. ms. Bg.*, *edd. rell.* — [11]) tuum *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Schf. Hal.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; percepto *ms. Gt.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [13]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. Hal. et rell.* — [14]) ad *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.* — [15]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; huius *ms. Pl.* 1.; huiuscemodi *edd. rell.* — [16]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. ms. Bg.*, *edd. rell.* — [17]) ne *om. ms. Pl.* 1.; nec *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [18]) ullis *Russ. et Cont. in marg.* — [19]) *hic comma ponunt Hal. Russ.*, *sublata interpunct. post* filium *et post* temp. — [20]) si *mss. Pl.* 2. *Bg. ed. Schf.*; si sive *ed. Nbg.* — [21]) ab *om. mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; faciat *Russ. et rell.* — [23]) causa *mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; *cfr. l.* 14. *infra.* — [24]) dominos *et antea* milites nostros defensores *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*

13. Idem AA. et CC. Quartinae [1]). — Si is, qui te ab hostibus ingenuam captam commercio redemit, sibi matrimonio coniunxit, dignitate nuptiarum et voto futurae iustae sobolis vinculo pignoris tibi remisso, reddi [2]) natales pristinos, rationis est. S. V. Id. Mart. Caess. Conss. [294 — 302.]

14. Idem AA. et CC. Severae. — Ius postliminii filiam, rebus humanis exemta matre, dum in servitutis ipsa necessitate per captivitatis causam fuit, eventus [3]) purgato [4]) vigore, ad eius legitimam invitat hereditatem, nec tibi medii temporis fortuna, quominus res maternas successione quaesitas persequi possis, iniuriam fieri patimur. S. XVI. Kal. April. Caess. Conss. [294 — 302.]

15. Idem AA. et CC. Mucatraulo [5]). — Is, qui liber constitutus captus ab hostibus commercio redimitur, et [6]) antequam restituatur, pro eo data pecunia, successionis iura sibi vindicare favore ingenuitatis potest, ut ex ea possit pretium pro se datum exsolvere.

16. Idem AA. et CC. Basilinae [7]). — Commercio redemtae feminae [8]) filios, licet ex servo medio susceptos tempore, origini ingenuitatis matris iuxta ea, quae benigne placuerunt, reddi convenit. S. V. Kal. Septemb. Viminacii, AA. Conss. [299 — 304.]

17. Idem AA. et CC. Diogeniae. — Liber, captus ab hostibus et commercio redemtus, tunc demum, quum pretium solverit [9]) vel hoc ei qualicunque remittatur indicio [10]), statum pristinum recipit. Quo genere, matre filium redimente, quum huiusmodi contractus non de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur, voti recipiendi filium cogitatio cum optabili conditione filium illico matri restituit, ita ut [11]) civilium obsequio munerum propter casum praeteritum filius [12]) non excusetur. Pro pietatis [13]) itaque ratione ab hostibus redemto filio, facti te poenitere ac de pretio quidquam tractare non convenit; dotem tamen ab eo debitam iure concesso reddi postulas. S. III. Kal. Novemb. Devellio [14]), Caess. Conss. [300 — 305.]

18. Idem AA. et CC. Triphoniano [15]). — Ab hostibus captis ac postliminio reversis pro huiusmodi casu amissa, quae in eadem causa quidem durant, omnimodo directa, quae vero per usucapionem vel liberationem ex bonis subtracta vel non utendo finita esse videntur, intra [16]) annum utilem experientibus actione rescissoria restituuntur. PP. XII. Kal. Decemb. Caess. Conss. [300 — 305.]

19. [a]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus [17]) AAA. ad Severinum [18]), Ducem. — Si quos forte necessitas captivitatis abduxit, sciant, si non transierint, sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare [19]) debere, recepturos iure postliminii ea, quae in agris vel mancipiis seu aliis rebus [20]) ante tenuerunt, etsi a fisco nostro possideantur. Nec timeat quisquam alicuius contradictionis moram, quum hoc solum requirendum sit, utrum [21]) aliquis cum barbaris voluntate fuerit, an coactus. Dat. V. [22]) Kal. Iul. Remis [23]), Gratiano A. [24]) et Dagalaipho [25]) Conss. [366.]

20. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Theodoro P. P. — Diversarum hominis provinciarum cuiuslibet sexus, conditionis, aetatis, quos barbarica feritas captiva [26]) necessitate transvexerat, invitos nemo retineat, sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas. Quibus si quidquam in usum vestium vel alimoniae impensum est, humanitati sit praestitum, nec maneat victualis sumtus repetitio; exceptis his, quos barbaris vendentibus emtos esse docebitur, a quibus status sui pretium propter utilitatem publicam emtoribus aequum est redhiberi [27]). Ne quando enim damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emtionem, decet redemtos aut datum pro se pretium emtoribus restituere, aut laboris [28]) obsequio vel opere quinquennii vicem referre beneficii, habituros incolumem, si in ea nati sunt, libertatem. Reddantur igitur sedibus [29]) propriis sub moderatione, qua [30]) iussimus, quibus iure postliminii etiam veterum responsis incolumia cuncta servanda [31]) sunt. §. 1. Si quis itaque huic praecepto fuerit conatus obsistere actor, conductor procuratorque, dari se metallis cum poena deportationis non ambigat [32]); sin vero possessionis dominus, rem suam [33]) fisco noverit vindicandam, seque deportandum. Et ut facilis [34]) executio perveniat [35]), Christianos proximorum locorum volumus huius [36]) rei sollicitudinem gerere. Curiales quoque proximarum civitatum placuit admoneri, ut emergentibus talibus causis sciant, legis nostrae auxilium deferendum; ita ut noverint rectores universi, decem libras auri a se, et tantundem a suis apparitionibus [37]) exigendum [38]), si praeceptum [39]) neglexerint,

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de postlimin. V.* 5. — [b]) *l.* 2. *Th. C. de postlimin. V.* 5., *ex qua et manavit l.* 11. *C. de episcop. aud. I.* 4.; *Bas. XXXIV.* 2. 20.

[1]) *nomen eius, ad quem datum est resc., abest a mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *et ed. Nbg.*; Coloniae *ms. Bg.*; Aurelio *S. Perus.* — [2]) redditos *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.* — [3]) eventu *Hal.* — [4]) purgatam *ms. Bg., ed. Schf.* — [5]) *mss. Vat. Pl.* 1., *Cuiac. ad l.* 4. *C. X.* 1.; Mucatraolo *mss. Cont.*; Macrotraulo *Hal. et postea rell.* — [6]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; et *om. ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; etiam *Russ. et rell.* — [7]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.*; Basilidae *Hal. et rell.* — [8]) feminae *om. mss. Pl.* 2. *Gt.* — [9]) solvitur *ms. Bg., Hal.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2., *Hal. Russ., Cuiac. Recitatt. in Cod.*; iudicio *ms. Bg., edd. rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; et *ins. edd. Nbg. Hal.*; a *ins. Russ. et rell.* — [12]) filius *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [13]) Proprietatis *edd. Nbg. Hal. Russ.* — [14]) *hunc locum tanquam suspectum asterisco notant Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; Divelli *Bk.*; *scribendum videtur* Deulto *vel* Develto. — [15]) *mss. Pl.* 1. *Bg., S. Perus.*; Triphoni *ms. Vat.*; Tryphoniano *ms. Cas.*; Tryphiniano *Hal.*; Trypliniano *Russ. et rell.* — [16]) infra *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — [17]) *S. Perus., Theod. C.*; Val. et Grat. *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Grat. et Val. *ms. Cas.*; Valerian. et Gallien. *Hal. in textu*; Grat. Valentin. et Theod. *Hal. in not., Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; Valentinianus et Valens *Bk., cum fastis, sed contra codd., qui constanter Gratianum servant*; *cfr. Haenel. not. x. ad l.* 6. *Th. C. IV.* 12. — [18]) *S. Perus., Theod. C., Bk.*; Severinum *rell.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.*; se *ins. Russ. et rell.* — [20]) seu aliis rebus *om. Theod. C.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; forsitan *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.*, *idem post* voluntate *ins. ms. Pl.* 2. — [22]) XVI. *Theod. C., Bk.* — [23]) *Theod. C., Bk.*; Romae *Hal. et rell.*, *quod ferri non potest*; *cfr. Iac. Gothofr. in not. q. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [24]) *Theod. C. ed. Haenel.*; A. V. *Hal. et rell.*; N. P. (*i. e. nobili puero*) *Bk. ex fastis.* — [25]) et Theodosio *Hal. Russ. Cont.* 62., *ut sit a.* 380.; *sed refragatur inscr.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., Theod. C.*; captivitatis *ms. Bg., edd.* — [27]) reddi debere *ms. Bg.* — [28]) labore *Theod. C.*; *sed codd. mei* laboris. — [29]) *vett. codd. Contii, Theod. C.*; aedibus *mss. Pl.* 1. 2., *edd.*; heredibus *ms. Bg. prima manu.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Theod. C.*; quam *edd.* — [31]) servata *Theod. C.* — [32]) ambiget *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; a *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [34]) facilius *ms. Pl.* 1. — [35]) proveniat *Theod. C.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Bk., Theod. C.*; huiusmodi *edd. Schf. Russ. et rell.* — [37]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Hal. Bk., Theod. C.*; apparitoribus *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [38]) exigendas *ms. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [39]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; neqstrum *ins edd. Nbg. Hal. et rell.*

rint. Dat. III. [1]) Id. Decemb. Ravenna [2]), Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

Tit. LII. [LI.]

[a]) DE INFANTIBUS EXPOSITIS LIBERIS ET SERVIS, ET DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS [3]) NUTRIENDOS ACCEPERUNT.

1. Imp. Alexander A. Claudio. — Si invito vel ignorante te partus ancillae vel adscriptitiae tuae expositus est, repetere eum non prohiberis. Sed restitutio eius, si non a fure vindicaveris, ita fiet, ut, si qua [4]) in alendo eo vel forte ad discendum artificium iuste consumta fuerint, restituas [5]). PP. III. Kal. Iun. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

2. [b]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum P. P. — Unusquisque sobolem suam nutriat. Quodsi exponendam putaverit, animadversioni, quae constituta est, subiacebit. Sed nec dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus, si ab ipsis expositos quodammodo ad mortem voluntas misericordiae amica collegerit; nec enim dicere suum [6]) poterit, quem pereuntem contemsit. Dat. III. Non. Mart. Gratiano A. III. et Equitio Conss. [7]) [374.]

3. [c]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Sancimus, nemini licere, sive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, sive a libertina progenie, sive servili conditione maculatus expositus sit, eum puerum in suum dominium vindicare, sive nomine dominii, sive adscriptitiae, sive colonariae conditionis. Sed neque his, qui eos nutriendos sustulerunt, licentiam concedimus [8]) penitus cum quadam distinctione [9]) eos tollere et educationem eorum procurare, sive masculi sint sive feminae, ut eos vel loco libertorum, vel [10]) loco servorum aut [11]) colonorum aut adscriptitiorum habeant. Sed nullo discrimine habito hi, qui ab huiusmodi hominibus educati sunt, liberi et ingenui appareant, et sibi acquirant, et in posteritatem suam vel [12]) extraneos heredes omnia, quae habuerint, quo modo voluerint, transmittant, nulla macula servitutis vel adscriptitiae aut colonariae conditionis imbuti; nec quasi patronatus iura in rebus eorum his, qui eos susceperint [13]), praetendere concedimus, sed in omnem terram, quae Romanae ditioni supposita est, hoc obtinere. Neque enim oportet eos, qui ab initio infantes abiecerunt [14]), et mortis forte spem circa eos habuerunt, incertos constitutos, si qui eos susceperint, hos iterum ad se revocare conari, et servili necessitati subiugare; neque hi, qui eos pietatis ratione suadente sustulerunt [15]), ferendi sunt denuo suam mutantes sententiam et in servitutem eos retrahentes [16]), licet ab initio huiusmodi cogitationem habentes ad hoc prosiluerint, ne videantur, quasi mercimonio contracto, ita pietatis officium gerere. Haec observantibus tam viris clarissimis praesidibus provinciarum, quam viris religiosissimis episcopis, nec non officiis praesidalibus, et patribus et defensoribus civitatum, et omni civili auxilio. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [529.]

Authent. constitutionem, quae ex adscriptitio. §. 1. (Nov. 54. pr. et c. 1.) — *Antiqua lex erat, quae dicebat, ex persona libera et altera adscriptitia natos adscriptitiam sequi conditionem, quod per Iustinianum ad ius commune liberi ventris redactum est.* [d])

TIT. LIII.

---

[a]) *Dig. XL. 8.* — [b]) *haec const. ex parte repetita est in l. 2. Th. C. de expos. V. 7.; fortasse iungenda l. 8. C. ad l. Corn. de sic. IX. 16.; Bas. XXXIII. 2. 2. (T. IV. p. 764.)* — [c]) *hui. const. pars geminatur in l. 24. C. de episcop. aud. I. 4.* — [d]) *Leunclav. in Adnot. in Cod. 48. ut legem 4. hui. tit. restituere voluit cap. ex Synopsi (XXXIII. 2. 4. ed. Leuncl. p. 318.), in quo caput 1. Novellae 153. haberi, apertissimum est et dudum animadvertit Cuiac. Obss. XVIII. 37. Nihilominus illud cap. ex Synopsi intrudere huic tit. conatus est Pacius, quem sequuntur Dion. Gothofr. et Sp.; in ed. Bk. cancellis tamquam spuria haec restitutio notatur; equidem errorem tam manifestum ex textu delendum censui. Habet autem Paciana restitutio ita: Θεσπίζομεν, ὅσοι ἐν ἐκκλησίαις ἢ ἐν ῥυμαις ἢ ἄλλοις τόποις ἀποριφέντες δειχθῶσι, τουτοις [scr. τούτους] πᾶσι τρόποις ἐλευθέροις [scr. ἐλευθέρους] εἶναι, καὶ εἰ ἀκριβής τις ἀπόδειξις ὑπάρχει τὸ [scr. τῷ] ἐνάγοντι εἰς τὸ δεῖξαι, τὸ τοιοῦτον πρόσωπον τῇ αὐτοῦ διαφέρειν δεσποτείᾳ. Εἰ γὰρ τοῖς ἡμετέροις προστέτακται νόμοις, ὥστε τοὺς νοσοῦντας οἰκέτας παρὰ τῶν δεσποτῶν καταφρονηθέντας καὶ ὡς της αὐτῶν ὑγιείας ἀπελπισθείσης ἐκ τῶν κεκτημένων ἐπιμελείας μὴ ἀξιουμένους, πάντως εἰς ἐλευθερίαν ἁρπάζεσθαι, πῶς ἄρα γε τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ της ζωῆς ἀρχῇ τῇ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καταλειφθέντας εὐσεβείᾳ, καὶ παρ' αὐτῶν ἀναιραφένιας, ἀνεξόμεθα εἰς ἄδικον δουλείαν καθέλκεσθαι; Ἀλλὰ τούτους ἐλευθεροῦσθαι θεσπίζομεν, μήτε τὰς ἐκ τῶν ἡμετέρων νόμων τῶν ταῦτα πρακτόντων διαφευγόντων ποινάς, οἷα πάσης ἀπανθρωπίας καὶ ὠμότητος πληρωμένων, καὶ τοσοῦτον πάσης μιαιφονίας χείρονας [scr. χείρονος], ὅσον ταύτην ἀθλιωτέροις ἐπάγουσι. [Sancimus, quicunque in ecclesiis vel in vicis vel aliis locis expositi probantur, eos omnibus modis liberos esse, etsi petitori manifesta probatio suppetat, qua talem personam ad suum pertinere dominium ostendat. Nam si legibus nostris praeceptum est, ut servi aegrotantes, a dominis neglecti, et velut desperata eorum valetudine possessorum cura digni non habiti, omnino in libertatem eripiantur, quonam pacto eos, qui in ipso vitae initio aliorum hominum pietati relicti et ab eis enutriti sunt, in iniquam servitutem trahi patiamur? Sed eos liberos esse sancimus, nec illis quidem, qui haec patrant, legum nostrarum poenas effugientibus, velut omni inhumanitate et crudelitate repletis, et omni homicidio tanto peiore, quanto miserioribus id inferunt.]*

[1]) IV. *Theod. C.* — [2]) *locus ex Theod. C. receptus a Cont. 66. et postea rell. abest ab Hal. Russ. Cont. 62.* — [3]) vel *ins. mss. Cas. Pl. 1.*; emtos vel *ins. S. Perus.*, *cfr. Theod. C. V. 8. in rubr.* — [4]) quae *Hal. Bk.* — [5]) restitueres *ms. Pl. 1.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Nbg.*; restitueris, *omisso antea* ut, *Hal.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; quis *post* dicere *aut post* suum *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [7]) *subscr. om. Hal.*; *si coniungenda est const. cum l. 8. C. IX. 16.*, *de mense est dubitatio.* — [8]) concedi *ms. Pl. 1.*, *Hal.* — [9]) *mss. Pl. 1. 2. Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; ita *ins. Russ. et rell.* — [10]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; aut *rell.* — [11]) *mss. Pl. 1. 2. Bg.*, *ed. Nbg.*; vel *edd. rell.* — [12]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt.*, *Hal.*; vel ad *ms. Pl. 2.*, *ed. Nbg.*; vel in *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed v. l. 24. C. I. 4.* — [13]) susceperunt *edd. Nbg. Hal.*; susceperunt vel susceperint *mss. Pl. 1. 2. Bg.*, *et similiter ms. Gt.*; acceperunt vel susceperunt *ed. Schf.* — [14]) abegerunt *mss. Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; eiecerunt *Hal.* — [15]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; sustulerint *rell.* — [16]) protrahentes *mss. Bg Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*

Tit. LIII. [LII.]

a) QUAE SIT LONGA CONSUETUDO.

1. b) Imp. Alexander A. Apro [1]). — Praeses provinciae probatis his [2]), quae in oppido frequenter in eodem controversiarum genere servata sunt, causa cognita statuet. Nam et consuetudo praecedens et ratio, quae consuetudinem suasit, custodienda [3]) est, et ne quid [4]) contra longam [5]) consuetudinem fiat, ad sollicitudinem suam revocabit praeses provinciae. PP. VI. Kal. April. Iuliano II. [6]) et Crispino Conss. [224.]

2. c) Imp. Constantinus A. ad Proculum. — Consuetudinis ususque longaevi non vilis auctoritas est, verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut [7]) rationem vincat aut legem. Dat. VII. [8]) Kal. Mai. Constantino A. [9]) V. et Licinio Caes. Conss. [319.]

3. d) Imp. Leo et Anthemius AA. Alexandro [10]). — Leges quoque ipsas antiquitus probata et servata [11]) tenaciter consuetudo imitatur et retinet [12]), et quod officiis, curiis, civitatibus, principiis [13]), vel collegiis praestitum fuisse cognoscitur, perpetuae [14]) legis vicem obtinere statuimus. Dat. VII. Id. Septemb. Marciano et [15]) Zenone Conss. [469.]

Tit. LIV. [LIII.]

e) DE DONATIONIBUS.

1. f) Impp. Severus et Antoninus AA. Lucio. — Emtionum mancipiorum instrumentis dotatis et traditis, et ipsorum mancipiorum donationem et [16]) traditionem factam intelligis; et ideo potes adversus donatorem in rem actionem exercere. PP. V. Kal. Iun. Faustino et Rufino Conss. [210.]

2. g) Imp. Gordianus A. Leonidi [17]). — Si nominis persecutionem in te emancipatam [18]) pater tuus titulo donationis transtulit, frustra praetendit, qui debitori tuo heres exstitit, consensum fuisse debitoris necessarium, quum satis fuerit, actiones eo nomine tibi mandatas fuisse. PP. II. Id. Mart. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

3. h) Imp. Decius A. Marcellino. — Spem futurae actionis, plena intercedente donatoris voluntate, posse transferri, non immerito placuit. PP. Non. Mart. Decio A. II. [19]) et Grato Conss. [250.]

4. i) Imp. Probus A. Marsiae [20]). — Si functiones [21]) per eum, cui [22]) donata res non erat, vel ab actoribus ipsius nomine celebratae sunt, tibi obesse non potest. PP. V. [23]) Kal. Ianuar. Messala et Grato Conss. [280.]

5. k) Imppp. Carus [24]), Carinus et Numerianus AA. Flacconillae [25]). — Si donatio per epistolam facta non apparet, verba tamen testamenti, quibus liberalitas testatricis confirmata est, fideicommissum continere [26]) non ambigitur. PP. VI. Kal. Februar. Romae, Carino II. et Numeriano AA. Conss. [284.]

6. l) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aristianae [27]).—Nec ambigi oportet [28]), donationes etiam inter absentes, maxime [29]) si ex voluntate donantium possessionem [30]) hi, quibus donatum est, nanciscantur, validas esse. PP. III. Id. Februar. Mediolani [31]), Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

7. m) Iidem AA. [32]) Iulio. — Censualis quidem professio domino praeiudicare non solet. Sed si in censum velut sua mancipia deferenti privigno tuo consensisti, donationem in eum contulisse [33]) videris. PP. Id. Iul. ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

8.

---

a) *Dig. I.* 3. — b) *Coll. Ans. ded. VII. c.* 68.; *Ivon. Decr. IV. c.* 201.; *Ivon. Pannorm. II. c.* 162.; *Decr. Grat. c.* 7. *dist.* 12.; *Bas. II.* 1. 50.; *pars hui. rescr. repetita est in l.* 3. *C. de aedif. priv. VIII.* 10.; *iungenda est l.* 1. *C. de interd. VIII.* 1. — c) *Coll. Ans. ded. VII. c.* 68.; *Ivon. Decr. IV. c.* 202.; *Ivon. Pannorm. II. c.* 163.; *Decr. Grat. c.* 4. *dist.* 11.; *Bas. II.* 1. 51.; *fortasse iungenda l.* 1. *C. de mancip. et colon. XI.* 62. — d) *Coll. Ans. ded. VII. c.* 68.; *Bas. II.* 1. 52.; *secundum Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t. iungendae l.* 1. *C. de off. iurid. I.* 57. *et l.* 13. *C. de advoc. divers. iud. II.* 7. — e) *Dig. XXXIX.* 5. — f) *Bas. XLVII.* 1. 35. (*T. VI. p.* 181.) — *Sch. h.* (*T. VI. p.* 211.) — g) *Bas. XLVII.* 1. 36. — *Sch. i.* — h) *Bas. XLVII.* 1. 37. (*T. VI. p.* 182.) — *Sch. k.* — i) *est pars prolixioris rescripti, quod mutilum exhibent Vatic. fragm.* §. 288. *ex Greg. C., in quo secundum Haenel. est l.* 2. *de donation. XIII.* 2.; *Bas. XLVII.* 1. 38. — *Sch. l.* (*T. VI. p.* 212.) — k) *Bas. XLVII.* 1. 39. — *Sch. m.* — l) *pars est prolixioris rescripti, quod servatur in Vatic. fragm.* §. 282., *et cuius pars est l.* 4. *C. de inoffic. donat. III.* 29. — m) *Bas. XLVII.* 1. 40. — *Sch. n.*

1) *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t. eandem vult inscr., quae est in l.* 3. *C. VIII.* 10., *sed nostram defendunt codd.* — 2) his *om. coll. Ans. ded.* — 3) tenenda *ms. Bg., Decr. Grat.* — 4) et quicquid *et mox* fiet *ms. Bg., Decr. Grat., Ivo;* et quicquid *et mox* sit *coll. Ans. ded.* — 5) longam *om. Hal.* — 6) II. *om. coll. Ans. ded.* — 7) aut *om. ms. Gt., coll. Ans. ded.* — 8) VIII. *coll. Ans. ded.* — 9) *coll. Ans. ded.;* Constantino PP. A. *Hal. Russ. Sp. Bk.;* Constantinop. PP. A. *Cont. Char. Pac.* — 10) Duci Aegyptiaci limitis et Praefecto augustali *addere vult Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t. ex l.* 13. *C. II.* 7.; *sed licet recte se habeat haec Alexandri dignitas, codd. tamen, in hac inscr. eam additam non fuisse, persuadent.* — 11) probatas et scrutata *coll. Ans. ded.* — 12) obtinet *ms. Pl.* 2. — 13) principibus *ms. Bg. secunda manu, ed. Schf., var. l. gl.;* principalibus *var. l. gl.;* *sed intelliguntur principia numerorum militarium, cfr. Iac. Gothofr. in comment. ad l.* 2. *Th. C. de veteran. VII.* 20.; *attamen* πωιτεύουσιν *Bas.* — 14) perpetuam *mss. Pl.* 1. 2., *coll. Ans. ded.* — 15) Marc. et *om. coll. Ans. ded., quae cum rel. subscr. congruit.* — 16) *Russ. in marg.* et *ab omnibus* (?) *suis abesse notat, et pro* traditionem *legendum censet* traditione. — 17) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Hal. Russ. Cont. Char.;* Leoni *Pac.;* Leonidae *Sp. Bk.* — 18) emancipatum *ms. Pl.* 1. — 19) II. *Bk. et rell. hui. anni subscriptt.;* I. *Hal. et rell.* — 20) Maniae, Marciae, Marsciae *mss. mea;* Massiciae *Vat. fr.* — 21) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk., Vat. fr.;* exactiones vel tributa *ins. Cont.* 66. *et rell.* — 22) cuius *var. l. gl., cui et Bas. refragantur.* — 23) VI. *Vat. fr.* — 24) *Carum imp., qui inserendus est secundum mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et ed. Nbg. et S. Perus., omitt. Hal. et rell.* — 25) Flagonillae *mss. Vat. Bg. Pl.* 1.; Falconellae *S. Perus.* — 26) tenere *Hal.* — 27) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Aristinae *ms. Bg., l.* 4. *C. III.* 29.; Arestiano *S. Perus.;* Calpurniae Aristenetae *Vat. fr., Bk.;* Christianae *Hal. et rell.* — 28) potest *ms. Bg.* — 29) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk.;* et max. *edd. Schf. Russ. et rell.;* et max. *desunt in Vat. fr.* — 30) *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Bk., Vat. fr.;* possessiones *ms. Pl.* 1. *secunda manu, edd. rell.* — 31) *Vat. fr., Bk.;* *locus abest ab Hal. et rell.* — 32) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Bk.;* et CC. *ins. Hal. et rell.* — 33) transtulisse *edd. Nbg. Bk.*

8. [a]) Idem AA. [1]) Florae. — Si praeses provinciae, non donandi voluntate filiorum tuorum nomine praedia in censum detulisse te, manifestis probationibus cognoverit, quod fides veri suggesserit [2]), statuet [3]). PP. VIII. Id. Septemb. ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

9. [b]) Idem AA. et CC. Augustianae [4]). — Legem, quam rebus tuis donando dixisti, sive stipulatione tibi prospexisti, ex stipulatu, sive non, incerto [5]) iudicio, id est praescriptis verbis, apud praesidem provinciae debes agere, ut hanc impleri provideat. PP. XVI. Kal. Mai. AA. Conss. [293.]

10. [c]) Idem AA. et CC. Hermionae [6]). — Nec ignorans nec invitus quisquam donat. Unde si de hoc fundo non cogitasti, cuius velut donationi te consensisse continetur instrumento, maiores veritate rei, quam scriptura vires obtinente, intelligis, de quo non cogitasti nec specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse. S. V. Kal. Mai. Caess. Conss. [294.]

11. [d]) Idem AA. et CC. Sabiniano [7]). — Quum de bonis tuis partem quidem penes te retinuisse, partem vero in eum, quem in potestate habes, donationis titulo contulisse commemores, non est incerti iuris, in eum, qui in sacris familiae tuae remanet, destinationem magis paternae voluntatis factam, quam perfectam [8]) donationem pervenisse. Delegationes autem nominum in emancipatum collatae perfectam donationem [9]) efficiunt. S. II. Kal. [10]) Mai. Heraclea [11]), Caess. [12]) Conss. [294.]

12. [e]) Idem AA. et CC. Aureliano. — Portionem propriam, rebus necdum [13]) divisis, nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre. Dat. XVII. Kal. Iun. AA. Conss. [299.]

13. [f]) Idem AA. et CC. Uraniae. — Si aliquid per epistolam donatum tibi probetur, brevitas chartulae donationi [14]), si haec recte facta probetur, nihil quidquam derogat. Dat. XV. Kal. Iun. Sirmii, AA. Conss. [299.]

14. [g]) Idem AA. et CC. Idae [15]). — Si filius tuus res ad te pertinentes sponsae suae, te non consentiente, donavit, ad eam, quod non habuit, transferre non potuit. S. XV. Kal. Octob. AA. Conss. [299.]

15. [h]) Idem AA. et CC. Severae. — Aeris alieni, quod ex hereditaria causa venit, non eius, qui donationis titulo possidet, sed totius iuris successoris onus est. Si itaque nemini obligata praedia per donationem consecuta es, supervacuam geris sollicitudinem, ne vel heredes donatricis vel eius creditores te iure possint convenire. S. XV. Kal. Decemb. AA. Conss. [299.]

16. [i]) Idem AA. et CC. Theodoro. — Senectus ad donationem faciendam sola non est impedimento. Dat V. Kal. Decemb. AA. Conss. [299.]

17. [k]) Idem AA. et CC. Hermiae [16]). — Sive emancipatis filiis res donasti, sive in potestate constitutis et sui iuris effectis ac tenentibus non ademisti, blandiri tibi non debes, veluti [17]) res donatas ex poenitentia liceat auferre. Sane si ea, quae in tua positis potestate donaveras, post emancipationem contra tuam tenuerunt [18]) voluntatem, horum penes te dominium remansit, siquidem nec tempore, quo voluisti, propter vinculum potestatis sibi quidquam quaerere, nec post invito te, de rebus tuis potuerunt. S. VI. Kal. Ianuar. AA. Conss. [299.]

18. [l]) Idem AA. et CC. Audiano. — Si donationis causa furti actionem tibi remissam probetur, supervacuam geris sollicitudinem. S. V. Kal. Ianuar. AA. Conss. [299.]

19. [m]) Idem AA. et CC. Alexandriae. — Si avia vestra proprias res quacunque ratione factas titulo liberalitatis in eum, contra quem preces fundi-tis, contulit, quominus haec rata maneant, quod ex origine patris vel avi vestri descendunt, nihil prodest. S. XVI. Kal. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [300 — 302.]

20. [n]) Idem AA. et CC. Helinio [19]). — Vice donatricis alio voluntate eius subscribente, iure facta donatio non habetur [20]) irrita. S. VII. Kal. Februar. Caess. Conss. [300 — 302.]

21. [o]) Idem AA. et CC. Antoniae. — Constante matrimonio dotem penes maritum suum constitutam avia tua tibi donare non potuit. S. V. Id. Mart. Caess. Conss. [300 — 302.]

22. [p]) Idem AA. et CC. Diomedi. — Quum res filio [21]) emancipato ea conditione, ut creditoribus tuis solveret, te donasse proponas, si stipulatione vel in continenti habito pacto huic rei prospexisti, creditoribus quidem non contra eum ex placito vestro, sed adversus te competit actio. Eum autem, cui certa lege praedia donasti, incerta [22]) civili actione ad placitorum obsequium [23]) urgeri secundum legem donationibus dictam, convenit. S. VII. Kal. April. Sirmii, Caess. Conss. [300 — 302.]

23.

---

[a]) *Bas. XLVII.* 1. 41. — *Sch. o.* — [b]) *Bas. XLVII.* 1. 42. — *Sch. p.* — [c]) *Bas. XLVII.* 1. 43. — *Sch. q.* (*T. VI. p.* 213.) — [d]) *hoc reser., aliis omissis aliis additis, est in Consultatione VI., petitum ex Herm. C., inque eo est secundum Haenel. l.* 1. *de donat. int. vir. et uxor.* (*tit. VII.*); *Bas. XLVII.* 1. 44. — *Sch. r.* — [e]) *Bas. XLVII.* 1. 45. (*T. VI p.* 183.) — *Sch. s.* (*T. VI. p.* 214.) — [f]) *Bas. XLVII.* 1. 46. — *Sch. t. u.* — [g]) *Bas. XLVII.* 1. 47. — *Sch. x.* — [h]) *Bas. XLVII.* 1. 48. — *Sch. y.* — [i]) *Bas. XLVII.* 1. 49. — [k]) *Bas. XLVII.* 1. 50. — *Sch. z.* — [l]) *Bas. XLVII.* 1. 51. — *Sch. a.* — [m]) *Bas. XLVII.* 1. 52. — [n]) *Bas. XLVII.* 1. 53. — *Sch. b.* (*T. VI. p.* 215.) — [o]) *Bas. XLVII.* 1. 54. — *Sch. c.* — [p]) *Bas. XLVII.* 1. 55. — *Sch. d.*

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. Hal. et rell.* — [2]) suggerit *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; id statuet *Hal. et rell.* — [4]) Augustinae *mss. mea.* — [5]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ms. Pl.* 1. *prima manu, edd. Nbg. Schf. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; incerti *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; *cfr. l.* 22. *h. t.* — [6]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *Hal.*; Hermoniae *Russ. et rell.* — [7]) *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Sabiano *ms. Cas.*; Sabino *Hal. et rell.*; Septimio Sabiniano *Consultatio.* — [8]) perpetuam *Consultatio.* — [9]) *mss. Bg. Gt.*, *Sp Bk.*; perfecta donatione actionem *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*, *et* donatione actionem *est in omn. mss. Russ.*; perfectam donationem actione *Hal.*; perfectam donationem actionum *Russ. Cont. Char. Pac.*; *sed nostram lect. defendit Schol. Bas.* — [10]) Dat. prid. Kal. *Consultatio.* — [11]) *locum restitui ex Consultatione.* — [12]) ipsis AA. *Consultatio*, *quod praeferendum videtur adeoque in subscr. praecedente reponendum*; *primum enim secundum dierum ordinem constitutiones datae AA. Conss. positae fuisse videntur* (*ll.* 9 — 18.), *ac deinde secundum eundem ordinem eae, quae Caess. Conss. editae sunt* (*ll.* 19 — 23.) — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; nondum *edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) donationis *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [15]) *mss. Vat. Bg.*; Ideae *ms. Cas.*; Idaeo *Hal. et rell.*; *sed reser. esse ad matrem filii donantis, docet Schol. Bas.* — [16]) Heroni *Russ. in marg.* — [17]) ut veluti *ms. Bg.* — [18]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; tenuerint *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [19]) Helmio, Helvio, Hervio, Hellio *mss. mea.* — [20]) habebitur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [21]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; tuo *ins. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [22]) incerti *Hal Bk.*, *sed contra omnes codd. meos et Contii*, *in quibus est* incerta. — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; obsequia *Cont. et rell.*

23. [a]) Idem AA. et CC. Olympiadi. — Si ea, quae donaveras, posteriore placito qui acceperat dono [1]) tibi reddidit, donationis antecedens [2]) instrumentum actis sequentibus nihil obesse potest. S. [3]) V. [4]) Kal. Octob. Caess. Conss. [300 — 302.]

24. [b]) Idem AA. et CC. Macario. — Si patri tuo heres non exstitisti, ex facta ab eo liberalitate titulo donationis non posse iura tua laedi, manifestissimi iuris est. PP. Non. Februar. Antiochiae, Diocletiano IX et Maximiano VIII. [5]) AA. Conss. [304.]

25. [c]) Imp. Constantinus A. ad Maximum P. U. [6]) — Donatio, sive directa sit, sive mortis causa instituta, sive conditione [7]) faciendi ac [8]) non faciendi suspensa, sive ex aliquo notato tempore promissa, sive [9]) animo dantium accipientiumve sententiis, quantum ius sinit, cognominata [10]), sub hac fieri debet observatione [11]), ut, quas leges indulgent, actiones, conditiones pactionesque contineat [12]), hisque penitus cognitis vel recipiantur [13]), si complacitae sunt, vel reiiciantur, si sunt molestae. §. 1. In conscribendis autem donationibus, nomen donatoris, ius ac rem notari oportet, neque id occulte [14]) aut privatim, sed aut tabula [15]), aut quodcunque aliud materiae [16]) tempus dabit, vel ab ipso vel ab eo, quem sors ministraverit [17]), perscribatur [18]); actis etiam annectendis, quae apud iudicem vel magistratus conficienda sunt, ubi hoc leges expostulant [19]). Dat. [20]) III. Non. Februar. Romae, Sabino [21]) et Rufino Conss. [316.]

26. [d]) Idem A. [22]) Catulino [23]), Proconsuli Africae. — Si quis in emancipatum minorem, priusquam fari possit aut habere rei, quae sibi donatur, affectum, fundum crediderit conferendum, omne ius compleat instrumentis ante praemissis. Quod [24]) per eum servum, quem idoneum esse constiterit, transigi placuit, ut per eum infanti acquiratur. Dat. XII. Kal. Mai. Serdicae, Sabino et Rufino Conss. [25]) [316.]

27. [e]) Idem A. ad Severum, Comitem Hispaniarum. — Data [26]) iam pridem lege [27]) statuimus, ut donationes interveniente actorum testificatione conficiantur. Quod vel maxime inter necessarias coniunctissimasque [27]) personas convenit custodiri, siquidem clandestinis ac domesticis fraudibus facile quidvis pro negotii opportunitate confingi potest, vel id, quod vere gestum est, aboleri. Quum igitur nec [28]) liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum confectione secernat, id, quod necessario super donationibus apud acta conficiendis iam pridem statuimus, universos teneat. Gesta autem confici super rebus etiam alibi collocatis [29]) ubicunque sufficit [31]). Dat. III. [32]) Non. Mai. Constantinop. [33]) Dalmatio et Zenophilo Conss. [333.]

28. [f]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio P. P. — Quisquis rem aliquam donando vel in dotem dando vel vendendo [34]) usumfructum eius retinuerit, etiamsi stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur, nec [35]) quid amplius requiratur, quo magis videatur facta traditio, sed omnimodo idem sit in his causis usumfructum retinere, quod tradere. Dat. prid. [36]) Id. Mart. Constantinop. [37]) Honorio A. XI. et Constantio V. C. [38]) II. Conss. [415.]

29. [g]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio P. P. — In extraneos et saepe ignotos donationem collatam valere receptum est; et, si sine scripto donatum quid fuerit, adhibitis aliis idoneis docu-

---

[a]) *Bas. XLVII.* 1. 56. (*T. VI. p.* 184.) — *Sch. e.* — [b]) *Bas. XLVII.* 1. 57. — *Sch. f.* — [c]) *hausta const. ex prolixiore edicto, quod servant Vatic. fragm.* §. 249., *et cuius alia pars est l.* 21. *C. de administrat. tut. V.* 37.; *nostra const. proxime descendit ex l.* 1. *Th. C. de donation. VIII.* 12.; *Bas. XLVII.* 1. 58. — *Sch. g.* (*T. VI. p.* 216.) *Cfr. not. e. ad l.* 21. *C. cit.* — [d]) *fons est l.* 2. *Th. C. de donation. VIII.* 12.; *Bas. XLVII.* 1. 59. — *Sch. h.* — [e]) *hausta ex l.* 5. *Th. C. de donation. VIII.* 12., *additis in fine aliquot verbis ex l.* 8. *Th. C. eod.*; *iungenda l.* 14. *C. de fide instrument. IV.* 21.; *Bas. XLVII.* 1. 60. — *Sch. i.* (*T. VI. p.* 217.) — [f]) *hausta ex l.* 9. *Th. C. de donation. VIII.* 12.; *Bas. XLVII.* 1. 61. — (*T. VI. p.* 185.) — *Sch. k.* (*T. VI. p.* 218.) — [g]) *Bas. XLVII.* 1. 62. — *Sch. l.*; *cum quibus constitutt. iungenda nostra videatur, v. in not.* 4. *ad l.* 1. *C. unde vir et uxor VI.* 18.; *scrupulus tamen ex mensis diversitate residet, num haec nostra cum ibi dictis sociandia sit.*

[1]) donum *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg.*; in donum *Hal.* — [2]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; antecedentis *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *sed* τὸ πρώην γενόμενον ἐπὶ ᾧ δωρεᾷ συμβόλαιον *Schol. Bas.* — [3]) *ms. Veron.*, *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Subscriptum *Cont.* 71. *et rell.* — [4]) IV. *ms. Veron.*, *quod rel. subscr. tuetur.* — [5]) diucl. G. et max. V. *ms. Veron.*, *quod cum rel. subscr. convenit.* — [6]) *mss. Veron. Vat.*, *Theod. C.*, *Bk.*; P. P. *ms. Bg.*, *Hal. et rell.*; *dignitas abest a ms. Pl.* 1. — [7]) conditionibus *Vat. fr.*, *Theod. C.*; conditionis *ms. Veron.* — [8]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; sive *ms. Pl.* 2.; aut *edd. Nbg. Hal. et rell. In Vat. fr. est:* faciendi non faciendive. — [9]) ex *ins. Vat. fr.* — [10]) cognita *Vat. fr.*, *quam lect. et in Cod. reponendam censet Buchholtz*; *sed et Schol. Bas. tuetur textum nostrum*; *v. Cuiac. Obss. XX.* 4. — [11]) eius haec prima observatio est *Vat. fr.* — [12]) promantur *Vat. fr.* — [13]) recipiatur *et mox* reiiciatur *mss. Veron. Bg.* — [14]) aut per imperitos *ins. Vat. fr.*, *Theod. C.* — [15]) sed aut tabulae *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*, *M. Vacar.*; sed aut in tabula *ms. Bg.*; sed ut tabulae *mss. Veron. Pl.* 1. *Gt.*, *Theod. C. ed. Gothofr.*, *refragante Haenelio*; sed ut tabula *ms. Bg.* — [16]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Vat. fr.*, *Theod. C.*; genus *ins. Hal. et rell.* — [17]) sumministraverit *Vat. fr.*, *quae cum Theod. C. addunt* scientibus plurimis. — [18]) perscribantur *ms. Pl.* 2.; *v. not.* 15. — [19]) ubi — expostulant *addita a Iustiniano absunt a Vat. fr. et Theod. C.* — [20]) Romae *om. ms. Veron.*, *Hal. Russ. Cont.* 62. — [21]) *ms. Veron.*, *Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; Severo, *ut sit a.* 323., *Cont.* 66. *et rell.*, *quod probat Buchholtz in ed. Vat. fr.*; *sed v. subscr. seq. const. et leg.* 21. *C. V.* 37. *ibique notas.* — [24]) Id. ā. et c̄. *mss. Veron. Bg.* — [23]) Acenio Catulino *Theod. C.* — [24]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; ius *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [25]) *hanc subscr. tentat Iac. Gothofr.*, *qui in Chronol. p. XII. nostram const. ad annum seq. referre et cum l.* 6. *C. ad l. Iul. de vi. IX.* 12. *sociare vult*; *sed nostram subscr. tuetur ms. Veron.* — [26]) Lata *mss Pl.* 2. *Gt.*, *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.* — [27]) Dat iam pridem legem *et mox* donationis *ms. Veron.* — [28]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Gt.*, *omnes antiqui codd. Cuiacii* (*Recitatt. in Cod. h. t.*), *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; coniunctasque *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [29]) ne *ms. Pl.* 1., *Hal. Bk.*, *Theod. C.* — [30]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Theod. C.*, *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; collatis *edd.*; *cfr. l.* 30. *h. t. vv.* ubicunque positarum rerum. — [31]) sufficiet *Theod. C.*; sufficiat *ed. Schf.* — [32]) IV. *Theod. C.*, *l.* 14. *C. IV.* 21.; *in ms. Veron. est* III. *vel* VI. — [33]) *ms. Veron.*, *Theod. C.*, *Bk.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [34]) vel vendendo *om. Theod. C.* — [35]) ne *ms. Bg.*, *ed. Nbg.*, *Theod. C. ed. Gothofr.*, *M. Vacar.* — [36]) *ms. Veron.*, *Theod. C.*; Dat. II. *Hal. et rell.* — [37]) *Theod. C.*, *Bk.*; *locus abest ab Hal. et rell.* — [38]) *Theod. C.*, *Bk.*; V. C. *om. ms. Veron.*; Constantio Caes. [C.] *Hal. et rell.*

documentis hoc, quod geritur, comprobetur [1]). Dat. XI. Kal. Mai. [2]) Felice et Tauro Conss. [428.]

30. Imp. Leo A. Constantino P. P. — In hac sacratissima urbe conscriptae donationes ubicunque positarum rerum apud magistrum [3]) census insinuentur. In aliis vero civitatibus, sive absens sive praesens rector provinciae sit, sive eadem civitas habeat magistratus sive non habeat et defensor tantummodo sit, donator habeat liberam facultatem, donationes rerum suarum ubicunque positarum sive apud moderatorem cuiuslibet provinciae, sive apud magistratus [4]), sive apud defensorem cuiuscunque civitatis, prout maluerit, publicare; atque, ut ipsa donatio sita est in voluntate donantis, ita ei liceat donationem suam, apud quemcunque ex memoratis voluerit, intimare. Et hae donationes, quae in diversis provinciis et civitatibus apud quemlibet ex praedictis fuerint publicatae, obtineant inconcussam ac perpetuam firmitatem. Dat. V. Non. Mart. Constantinop. Patricio et Ricimere [5]) Conss. [459.]

31. [a]) Imp. Zeno A. Sebastiano P. P. — In donationibus, quae actis insinuantur, non esse necessarium indicamus vicinos vel alios testes adhibere; nam superfluum est privatum testimonium, quum publica monumenta sufficiant. Verum et illas [6]) donationes, quas gestis non est necessarium alligari [7]), si forte per tabellionem vel alium scribantur, et sine testium subnotatione valere praecipimus, ita tamen, si ipse donator vel alius voluntate [8]) eius secundum solitam observationem subscripserit; donationibus, quae sine scriptis conficiuntur, suam firmitatem habentibus secundum constitutionem Theodosii et Valentiniani ad Hierium, praefectum praetorio, promulgatam. Dat. Kal. Mart. Constantinop. Illo [9]) V. C. Cons. [478.]

32. [b]) Imp. Anastasius A. Euphemio [10]) P. P. — Secundum divi Leonis constitutionem donationes apud virum clarissimum magistrum census tantummodo insinuari praecipimus, huiusmodi forma in illis instrumentis observanda, quae in hac regia urbe confecta seu celebrata fuerint; nec concedi, quemquam vel apud defensores seu magistratus aliarum civitatum, vel in aliis quibuscunque [11]) locis praeter memoratum iudicium insinuare; scientibus tam his, qui ad huiuscemodi insinuationem pervenerint, quam his, qui eam susceperint, nec non tabellionibus, quicunque testimonium suum non in competenti (ut dictum est) loco vel iudicio praebuerint, vicenarum librarum auri mulcta et alia gravissima indignatione se [12]) feriendos. Dat. [13]) prid. [14]) Kal. Mai. Paulo V. C. Cons. [15]) [496.]

33. [c]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Illam subtilem observationem amputamus, per quam donationis titulo cessiones [16]) actionum accipientes non aliter eas suis transmittere heredibus poterant, nisi litem ex his contestati essent, vel ius [17]) contestationis divino rescripto meruissent. Nam sicut venditionis titulo cessas actiones etiam ante litis contestationem ad heredes transmitti permittitur, simili modo et donatas ad eos transferri volumus, licet nulla contestatio vel facta vel petita sit. Quod et in procuratore constituendo ad movendas easdem [18]) cessas actiones similiter observandum erit, ut minime quis impediatur procuratorem cessarum sibi per donationem [19]) actionum dare, licet nulla litis contestatio facta vel petita sit. Quae in his tantum [20]) personis locum habere censemus, quae susceptis per donationem cessionibus adhuc superesse noscuntur; nam iam mortuis huiuscemodi personis, vetera iura super hisdem cessionibus posita servari concedimus. Dat. Kal. Iun. Constantinop. Dn. [21]) Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

34. [d]) Idem A. Demostheni P. P. — Sancimus, omnem donationem, sive communem sive ante nuptias factam, usque ad trecentos solidos cumulatam, non indigere monumentis, sed communem fortunam [22]) habere, ut non usque ad ducentorum solidorum summam teneat, sed in huiusmodi observatione similes sint tam communes quam ante nuptias donationes. Si quid autem supra legitimam definitionem fuerit donatum, hoc, quod superfluum est, tantummodo non valere, reliquam vero quantitatem, quae intra legis terminos constituta est, in suo robore perdurare, quasi nullo penitus alio adiecto, sed hoc pro non scripto vel [23]) intellecto esse credatur; exceptis donationibus tam imperialibus quam his, quae in causas piissimas procedunt. Quarum imperiales quidem donationes merito indignari sub observatione monumentorum fieri, tam a retro principibus quam a nobis sancitum est, sed firmam [24]) habere propriam maiestatem.

[e]) Authent. ut non fiant pignorationes. §. Illud quoque (Nov. 52. c. 2.) — *Item et a privatis in principem etiam cessantibus actis fit donatio.*

Alias vero, quae ad pietatem respiciunt, usque ad quingentorum solidorum [25]) summam et sine monumentis esse validas censemus. His insuper ante nuptias donationibus, quae in adultas minores sui iuris constitutas cuiuscunque summae procedunt, secundum veterum legum scita, et nisi [26]) actis intervenientibus corroboratae sunt, suam retinentibus firmitatem.

§. 1.

---

[a]) *Bas. XLVII.* 1. 63. — *Sch. m.* (*T. VI. p.* 219.); *iungo legem* 7. *C. de secund. nupt. V.* 9. — [b]) *Bas. XLVII.* 1. 64. — *Sch. n.* (*T. VI. p.* 220.) — [c]) *Bas. XLVII.* 1. 65. (*T. VI. p.* 186.) — *Sch. o. Contius iungit leg.* 19. *C. de sacros. eccl. I.* 2. — [d]) *Bas. XLVII.* 1. 66. — *Sch. p.* (*T. VI. p.* 221.) — [e]) *haec auth. in ed. Schf. ad calcem hui. const. relata est; et profecto hoc loco interiecta separat ea, quae proxime inter se cohaerent, et occasionem dedit, ut permultae edd. ante v. Alias paragraphi signum male collocarent.*

[1]) *mss. Veron. Pl.* 1., *Hal.*; comprobatur *rell mss. et edd.* — [2]) Kal. Mart. Constantinop. *corr. Cuiac. not. in Cod.* (*Opp. T. X. p.* 719. *ed. Neap.*) *propter leges, quas nostrae coniungit* (*v. not. g ad l.* 29.); *sed textum tuetur ms. Veron.* — [3]) magistratus *vel* magistros *ms. Veron.* — [4]) magistratum *ms. Bg., edd. Nbg. Hal.* — [5]) et Ricim. *om. ms. Veron., quod reliquam subscr. tuetur*; Ricomere, Richomere, Richimere *al.* — [6]) alias *ms. Veron.* — [7]) allegari *mss. Veron. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; voluntatem *mss. Veron. Bg., edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.*; *sed Bas.* ἢ ἄλλος κατὰ γνώμην αὐτοῦ. — [9]) Illo *Hal. et rell. praeter Bk.* — [10]) Eufemio *ms. Veron.*; Euthemio *ms. Bg.* — [11]) quibuslibet *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.* — [12]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg., Hal.*; se *om. ed. Nbg.*; esse *ms. Pl.* 2.; se esse *edd Schf. Russ. et rell.* — [13]) *ms. Veron.*; S. Dat. *Hal. et rell., sed illud* S. *geminatio ultimae lit. verbi* feriendos *esse videtur.* — [14]) prid. *om. ms. Veron.* — [15]) Paulo css. *ms. Veron.* — [16]) successiones *ms. Veron.* — [17]) vel eius *ms. Veron.* — [18]) eas *ms. Veron.* — [19]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk*; super donatione *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [20]) *mss. Veron. Pl.* 1 *Gt., ed. Schf.*; tantummodo *rell.* — [21]) Dn. *inserui ex ms. Veron.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf.*; formam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; non *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [24]) firmam *om. Hal.*; *fortasse* formam *vel* fortunam, *v. l.* 2. §. 4. *C. VII.* 37. — [25]) solidorum *om. mss. Veron. Pl.* 1. *Gt.* — [26]) *mss. Veron. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.*; et sine *mss. Pl.* 2. *Gt.*; etiam nisi *ms. Bg., edd. Schf. Russ. et rell.*

§. 1. Sin autem non in auro res donationis fuerint datae, sed per res mobiles vel immobiles vel se moventes, quantitatem earum aestimari, et si quidem usque ad legitimam solidorum summam erigatur, validam eam esse [1]), et sine monumentis conservari; sin autem amplioris summae inveniatur, et minime actis comprobata est, superfluum tantum vacuari. §. 2. Ne autem communione inducta donatori et ei [2]), qui liberalitatem suscepit, aliqua oriatur contentio, electionem damus ei, qui ampliorem summam in re donata habuerit, reliquam [3]) aestimationis quantitatem offerre ei, qui minorem causam habuit, et totum possidere. Sin autem hoc minime facere maluerit, tunc omnimodo res dividi secundum quantitatem [4]) utrique parti competentem, si res dividi sine suo periculo possibilis [5]) est. Sin autem in huiusmodi casibus, in quibus partitio utiliter celebrari minime potest, amplioris summae dominus noluerit aestimationem offerre, tunc licebit etiam ei, qui minoris summae habet potestatem, offerre pretium, et totum sibi vindicare. §. 3. Si quis autem per diversa tempora in eandem personam multas faciat liberalitates, quarum singulae quidem legitimam quantitatem non excedunt, in unum autem compositae et praedicto modo exaggeratae redundare videntur et maioris esse quantitatis, non videatur eas oportere in unum coadunare, et introducere modos, per quos non valeant [6]), et in irritum devocentur [7]), sed e contrario et plures intelligantur, et singulae secundum sui naturam obtineant, et monumentorum observatione non indigeant. Quum enim a veteribus super hac re variatum est, aliis multas, aliis unam esse definientibus, nobis causa placuit humanior, ut et multae intelligantur, et omnes validae, et hi, qui liberalitates accipiunt, sciant, veros, non falsos suos [8]) esse donatores. §. 4. Si quis autem talem receperit donationem, in qua stipulatus fuerit annuam quandam [9]) sibi [10]) praestari quantitatem tantae summae, quae non excedit legitimum donationis modum, variabatur, utrum enim ex particulari donatione multas fecisse donationes existimandum est [11]), et eas actis non indigere, an ex totius stipulationis fundamento et fonte eius, ex quo [12]) annuae donationes [13]) profluxerunt, et unam esse eam donationem putandam [14]), et procul dubio monumentorum observatione vallandam; quod veteres quidem sat [15]) abundeque variaverunt. Nos autem [16]) certa divisione concludimus, ut, si huiusmodi quidem fuerit donatio, ut intra vitam personarum stetur [17]) vel dantis vel accipientis, multae [18]) intelligantur donationes et liberae a monumentorum observatione. Incertus etenim fortunae exitus hoc nobis suggessit, ut possibile sit, unius anni tantummodo vel brevioris vel etiam amplioris temporis metas supervivere [19]) vel donatorem vel eum, qui donationem accepit, et ex hoc inveniri, [20]) totam summam donationis non excedere legitimam quantitatem. Sin autem etiam heredum ex utraque parte fuerit mentio, vel adiiciatur [21]) tempus vitae vel donatoris vel [22]) qui donationem accipiet [23]), tunc [24]), quasi perpetuata donatione et continuatione eius magnam et opulentiorem eam efficiente, et una intelligatur [25]), et quasi densioribus donationibus cumulata [26]) excedere legitimum modum, et [27]) omnimodo acta reposcere [28]), et aliter minime convalescere [29]). Recitata Septimo [30]) in novo consistorio palatii Iustiniani. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. [529.]

35. [a]) Idem A. Iuliano P. P. — Si quis argentum donaverit, certumque pondus nominaverit, non autem alias [31]) vel generaliter vel specialiter expresserit, necessitatem ei imponimus [32]) omnimodo praefatum pondus argenti dare, sive in vasis, quibus voluerit, non tamen peioribus aestimatione massae, sive in ipsa aestimatione, quae pro massa rudi in illis locis frequentata est. §. 1. Si vero reditum certum ex possessionibus donaverit, non tamen nomina possessionum edixerit, necesse habere de sua substantia fundos tradere, tantum reditum inferre valentes, quantum in donatione posuerit, in talibus tamen agris, qui nec omnibus, quos habet in possessione, anteponuntur, nec deteriores omnibus sunt, sed status mediocris [33]) inveniuntur. §. 2. Similique modo, si quis certum numerum servorum donaverit, non tamen et [34]) hic nominatim servos inscripserit, et hic [35]) mediocris figurae servos tradere, et neque tales, quos non habere magis, quam habere prodest, nec iterum eos, qui omnem servorum familiam donatoris antecellunt; sed et hic mediocritas spectetur [36]). §. 3. Sin autem donator, neque argentum neque servos habens vel non tantum,

---

[a]) *Bas. XLVII.* 1. 67. (*T. VI. p.* 187.) — *Sch. q.* (*T. VI. p.* 223.)

[1]) esse *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; eam *om. ms. Bg.*, *ed. Nbg.* — [2]) ei *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [3]) reliquae *ms. Veron.* — [4]) quantitates *et postea* competentes *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [5]) possibile *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [6]) convaleant *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia Russ.*, *ed. Schf.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Nbg. Hal. Bk.*; revocentur *ms. Veron.*, *Russ. et rell.* — [8]) suos *om. ms. Pl.* 1., *et abesse videtur a ms. Veron.* — [9]) quandam *om. ed. Nbg.*; quidem *ms. Bg.*; cuidam *ms. Pl.* 1., *in quo mox* praestare. — [10]) sibi *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *quibus favet Schol. Bas.* — [11]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; sit *Hal. et rell.* — [12]) ex qua *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.* — [13]) devotiones *ms. Bg.* — [14]) putandum *Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [15]) *mss. Veron. Pl.* 1., *Hal.*; satis *rell.* — [16]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Hal.*; omnia *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*, *etiam contra Schol. Bas.* — [17]) stet *edd. Nbg. Hal.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; et multae *rell.* — [19]) supervenire *ms. Pl.* 1., *var. l. gl.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; etiam *ins. ms. Veron.*, *edd. rell.* — [21]) *hanc vulgatam lect. tuentur mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Bg. et edd. omnes*, *nec ullus editor e codicibus*, *variare lectionem*, *adnotavit*; *Cuiacius autem in Obss. XV.* 22., *cui accedit Cont. in marg.*, *emendat:* vel non adiiciatur, *aut:* nec adiiciatur, *tam propter causas internas quam propter Schol. Bas.* καὶ μὴ προστεθείη ὁ τῆς ζωῆς καιρός. *Verum ipse textus Bas.*, *quem sane impugnat Cuiac. l. c.*, *nostram lect. defendit; est enim in ed. Fabrot. hic:* εἰ δὲ ῥητὸν χρόνον ὁρίσοιεν. — [22]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; ei *ins. ed. Schf.*; eius *ins. Russ. et rell.* — [23]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg.*; acceperit *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; accepit *rell.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; ei *ins. ms. Veron.*, *edd. Schf. Russ. et rell.*, *etiam contra Schol. Bas.* — [25]) donatio *addunt Russ. et postea rell.*, *contra mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et edd. Nbg. Schf. Hal. et Schol. Bas.*; intellegantur *est in ms. Veron.* — [26]) et *ins. mss. Veron. Pl.* 1. 2., *contra Schol. Bas.* — [27]) et *om. ms. Veron.* — [28]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; deposcere *Russ. et rell.* — [29]) convalere *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [30]) septies *ms. Veron.*, *crebro vitio in hoc genere subscriptionum*, *v. Cuiac. Obss. XX.* 3. *et Recitatt. in Cod. h. t.*; *sed* Septimo *ms. Pl.* 1. — [31]) *Isidorus in Schol. Bas. vertit* μὴ μὴν τὰ σκεύη, *ita ut legisse videatur* non autem vasa, *et cum Isidoro faciunt ipsa Bas.* — [32]) imponi *mss. Pl.* 1. 2., *ms. Bg. prima manu*, *omnia mss. Russ.*, *Hal.*; *sed* imponimus *ms. Veron.* — [33]) stati mediocres *ms. Veron.*; *sed* μέσης ποιότητος *Schol. Bas.* — [34]) et *om. edd. Nbg. Hal.*; *Schol. Bas. ignorat* et hic — [35]) et his *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; et is *ms. Veron.*, *ed. Schf.*; κἀνταῦθα *Schol. Bas.* — [36]) expectetur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; expetatur *Hal.*

tantum, quantum donavit, fecerit eorum donationem, aestimationem in his celebrari pro eo, quod deest, ita tamen, ut argenti quidem, secundum quod praediximus, aestimatio detur; in servis autem non amplius nec minus quindecim solidis quantitas [1]) pro singulis reddetur [2]); in reditibus autem in quindecim annos [3]) aestimationem praestet. Sed in his omnibus, si quidem intra legitimam summam donatio fiat, nulla monumenta requirantur; sin autem amplioris summae, tunc ad acta publica decurratur [4]), ita ut [5]) in his, quae amplioris sunt aestimationis, secundum nostram legem non totum, sed solum superfluum evanescat. §. 4. Sed et si quis universitatis faciat donationem, sive bessis [6]), sive dimidiae partis suae [7]) substantiae, sive tertiae, sive quartae, sive quantaecunque, vel etiam totius, si non de inofficiosis donationibus ratio ad [8]) hoc reclamaverit, coarctari donatorem legis nostrae auctoritate tantum, quantum donavit, praestare; observatione et hic monumentorum, secundum quod iam sanximus, omnimodo requirenda. §. 5. Sed si quidem in omnibus supradictis casibus ususfructus fuerit a donatore retentus, et [9]) traditionem iure intelligi fieri. Sin autem hoc minime donator expresserit, si quidem stipulatio donationi [10]) inserta sit, ex eius auctoritate traditionem compelli fieri. Sin vero et hoc praetermissum sit, et usumfructum [11]) minime detinuerit, nihilominus ex lege nostra necessitatem ei imponi etiam tradere hoc, quod donare existimavit, ut non ex hoc inutilis sit donatio, quod res non traditae sunt, nec confirmetur ex traditione donatio, sed liberalitatem plenam et secundum legem nostram perfectissimam constitutam necessarius traditionis effectus sequatur, et necessitatem habeat donator omnimodo [12]) res vel partem substantiae, quam nominaverit, vel totam substantiam tradere. Quum enim in arbitrio cuiuscunque sit hoc facere, quod instituit, oportet eum vel minime ad hoc prosilire, vel, quum ad hoc venire properaverit, non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare, tantamque indevotionem quibusdam quasi legitimis velamentis protegere. Tantoque magis haec firma esse, si piis actibus vel religiosis personis donatio deputata sit (monumentorum observatione in his modis [13]), secundum quod specialiter a nobis in huiusmodi casibus praedictum est, observanda), ne in praefatis [14]) causis [15]) ex quibusdam machinationibus non solum indevotus, sed etiam impius donator intelligatur, poenasque non solum legitimas, sed etiam coelestes exspectet. Resque donatas in omnibus supradictis casibus non solum eos, dum supersunt [16]), sed etiam eorum successores reddere compelli, non tantum his, in quos donatio facta est, sed etiam eorum heredibus. Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

36. [a]) Idem A. Ioanni P. P. — Si quis pro redemtione captivorum pecunias dederit sive per cautionem dare promiserit cuiuscunque quantitatis, cognoscat, se neque repetitionem habere, neque exactionem cautionis posse declinare, utpote [17]) gestis, sicut in donationibus, non subsecutis super insinuatione eiusdem quantitatis; eo videlicet, qui pecunias accepit vel prima vice vel post cautionem, necessitatem habente piissimam administrationem adimplere, nulla ei molestia vel inquietudine inferenda vel ab eo, qui pecunias praebuit, vel ab aliis ex auctoritate legum permissis hoc requirere [18]), sed tantummodo sacramentum praestare, quod revera omnem quantitatem sine dolo [19]) vel aliqua deminutione ad redemtionem dederit captivorum. §. 1. Simili etiam modo a [20]) gestorum absolvimus ordinatione donationes rerum mobilium vel sese moventium, quas viri gloriosissimi magistri militum fortissimis praestant militibus tam ex sua substantia, quam ex spoliis hostium, sive in ipsa bellorum occupatione sive in quibuscunque locis degere noscuntur. §. 2. Eandem [21]) liberalitatem nostrae legis indulgemus etiam his, quorum incendio vel ruina domus [22]) corruptae sunt, quibusdam forte pecuniis cuiuscunque quantitatis praebentibus vel cautionem conficientibus [23]), ut et ipsi nec repetitionem timeant, verum etiam exactionem pecuniarum confessioni insertarum facere possint, licet gesta non fuerint subsecuta; nulla eis licentia danda pecunias ad alias causas, nisi ad refectionem domorum, erogare. Quodsi aliqua dubitatio orta fuerit, utrum tota quantitas, an pars eius in aedificiis expensa est [24]), hoc [25]) domini domus sacramento dirimetur. §. 3. Ceteris etiam donationibus, quae gestis intervenientibus minime sunt insinuatae, sine aliqua distinctione usque ad quingentos [26]) solidos valituris. Hoc etenim tantummodo ad augendas huiusmodi donationes addendum esse ex praesenti lege decernimus; anteriore tempore nostra lege praecedente moderando, qua usque ad trecentos solidos factae donationes et sine insinuatione firmitatem obtinere iussae sunt. Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

37. [b]) Idem A. Ioanni P. P. — Verba superflua, quae in donationibus poni solebant, scilicet sestertii [27]) nummi unius assium quatuor, penitus esse reiicienda censemus. Quid enim verbis opus est, quae rerum effectus nullus sequitur? Sancimus itaque, nullo modo eorum verborum mentionem vel in imperialibus donationibus vel in omnibus aliis de cetero fieri, sed et si quisquam per verbositatem aliquid tale inscripserit, sive remiserit, nulla differentia sit.

TIT. LV.

---

[a]) *Bas. XLVII*, 1. 68. (*T. VI. p.* 188.) — *Sch. r.* (*T. VI. p.* 225.) — [b]) *Bas. XLVII.* 1. 69. (*T. VI. p.* 189.) — *Sch. s.* (*T. VI. p.* 226.)

[1]) quantitatis *ms. Bg.*; quantitate *Hal.* — [2]) *mss. Veron. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ.*; reddatur *ms. Bg.*; detur *edd. Nbg. Cont. et rell.* — [3]) annis *ms. Pl.* 2. *edd. Nbg. Hal.* — [4]) *mss. Veron. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Hal.*; referatur *ed. Schf.*; recurratur *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [5]) aut *loco* ita ut *Hal.*, *vix aliunde, quam ex sua coniectura.* — [6]) sive bessis *om. Hal.*; *verum et Schol. Bas.* εἴτε τοῦ ἡμίσους. — [7]) suae *om. mss. Bg. Gt.*, *contra Schol. Bas.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; in *Hal. et rell.* — [9]) et *et mox* iure *om. ms. Pl.* 1. — [10]) donatio stipulationi *ms. Gt.*, *contra meos libros.* — [11]) et hoc praetermisso usumfructum *ms. Pl.* 1. — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; vel *ins. edd. rell.* — [13]) in his modis *abesse a suis*, *testatur Russ. in marg.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; piis *ins. Russ. et rell.* — [15]) casibus *ms. Pl.* 2. — [16]) supersint *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [17]) utputa *ms. Bg.* — [18]) inquirere *ms. Pl.* 2. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ.*; malo *ins. edd. Nbg. Cont. et rell.*; *nobiscum facit Schol. Bas.* — [20]) a *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; Eandemque *Russ. et rell.* — [22]) *hic est verborum ordo in mss. Pl.* 1. 2. *Bg. et edd. Nbg. Schf. Hal.*; quor. dom. inc. vel ruina *Russ. et rell.* — [23]) cautione confitentibus *ms. Pl.* 2. — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; sit *edd. rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; haec *Russ. et rell.* — [26]) quingentos usque ad *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [27]) sexterciis *ms. Bg.*; sestertius *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; *sed eundem casum esse debere, qui statim post, docet et sensus, de quo cfr. Cuiac. Obss. X.* 37 *et XIX.* 31., *et Schol. Bas.*

Tit. LV. [LIV.]

[a]) DE DONATIONIBUS, QUAE SUB MODO VEL CONDITIONE VEL EX [1]) CERTO TEMPORE CONFICIUNTUR.

1. [b]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Gamicae. — Si doceas, ut affirmas, nepti tuae ea lege esse donatum a te, ut certa tibi alimenta praeberet, vindicatio eam etiam in hoc casu utilem, eo quod legi illa obtemperare noluerit, impetrare potes, id est actionem, qua dominium pristinum tibi restituatur [2]). Nam [3]) condictio quidem [4]) tibi in hoc casu, id est in personam actio [5]), iure procedit; verum [6]) vindicationem quoque [7]) divi principes in hoc casu dandam esse sanxerunt [8]). PP. VI [9]) Kal. Decemb. Tusco et Basso Conss. [258.]

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [10]) Zenoni [11]). — Si praediorum [12]) proprietatem dono dedisti, ita ut post mortem eius, qui accepit, ad te rediret, donatio valet, quum etiam ad tempus certum vel incertum ea fieri potest, lege scilicet, quae ei imposita est, conservanda. PP. V Id. Mart. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

3. [d]) Iidem AA. [13]) Marcellae [14]). — Quoties donatio ita conficitur, ut post tempus id, quod donatum est, alii restituatur, veteris iuris auctoritate rescriptum est, si is, in quem liberalitatis compendium conferebatur, stipulatus non sit, placiti fide non impleta [15]), ei, qui liberalitatis auctor fuit [16]), vel heredibus eius condictitiae actionis persecutionem competere. Sed quum postea benigna [17]) iuris interpretatione divi principes ei, qui stipulatus non sit, utilem actionem iuxta donatoris voluntatem competere admiserint [18]), actio, quae sorori tuae, si in rebus humanis ageret, competebat, tibi accommodabitur. PP. Sirmii [19]), XI. Kal. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

4. [e]) Iidem AA. [20]) Idae [21]). — Perfecta donatio conditiones postea non capit. Quare si pater tuus, donatione facta, quasdam post aliquantulum [22]) temporis [23]) fecisse conditiones videtur [24]), officere hoc nepotibus eius, fratris tui filiis, minime posse, non dubium est. Dat. Kal. Octob. Tiberiano et Dione Conss. [291.]

5. [f]) Iidem AA. et CC. Dexippo. — Si quid mater filiae suae in potestate patris constitutae sub hac conditione, si fuerit intra biennium emancipata, donaverit, licet hoc matris voluntate sui iuris effecta non tenuit, tamen, prius marito defuncto, sui iuris quocunque modo effecta, ad similitudinem legati ita relicti, rem donatam firmiter habere vel vindicare potest. S. Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

Tit. LVI. [LV.]

[g]) DE REVOCANDIS DONATIONIBUS.

1. [h]) Imp. Philippus A. Cosmino [25]). — Etsi perfectis donationibus in possessionem inductus libertus quantolibet tempore ea, quae sibi donata sunt, pleno iure ut dominus possederit, tamen, si ingratus sit [26]), omnis donatio mutata patronorum voluntate revocanda sit [27]); quod observabitur et circa ea, quae libertorum nomine, pecunia tamen patronorum et beneficio comparata sunt. Nam qui obsequiis suis liberalitatem patronorum provocaverunt, non sunt digni, qui [28]) eam [29]) retineant, quum coeperint obsequia negligere, quum magis in eos collata liberalitas ad obsequium [30]) inclinare debeat [31]), quam ad insolentiam erigere. Hoc tamen ius stabit intra [32]) ipsos tantum, qui liberalitatem [33]) dederint [34]). Ceterum neque filii eorum neque successores ad hoc beneficium pertinebunt [35]); neque enim fas est, ullo [36]) modo inquietari donationes, quas is, qui donaverat, in diem vitae suae non retractavit [37]). Dat. XV. Kal. Iul. Aemiliano [38]) et Aquilino Conss. [249.]

2.

---

[a]) *Dig. XXXIX.* 5. — [b]) *Bas. XLVII.* 1. 70. (*T. VI. p.* 190.) — *Sch. t.* — [c]) *Huius rescr. valde interpolati fontem servant Vatic. fragm.* §. 283.; *Bas. XLVII.* 1. 71. — *Sch. u.* (*T. VI. p.* 227.) — [d]) *exstant huius rescr. reliquiae in Vatic. fragm.* §. 286. *ex Greg. C.* (*l.* 1. *de donat. quae sub modo. XIII.* 3. *ed. Haenel.*); *Bas. XLVII.* 1. 72. — *Sch. x.* — [e]) *Bas. XLVII.* 1. 73. — *Sch. y.* — [f]) *Bas. XLVII.* 1. 74. — *Sch. z.* — [g]) *Dig. XXXIX.* 5. — [h]) *haec const. refertur in Vatic. fragm.* §. 272. *ex Greg. C.* (*l.* 1. *de revoc. donat. XIII.* 4. *ed. Haenel.*); *Bas. XLVII.* 2. 1. (*T. VI. p.* 228.) — *Sch. a.* (*T. VI. p.* 230.)

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; ex *om. edd. Schf. Russ. et rell.* — [2]) id est actionem — restituatur *om. Hal.*; pristinum *om. ms. Pl.* 1. — [3]) *ms. Bg.*, *omnia mss. Russ.*; non solum *ins. ms. Pl.* 2., *edd. omnes*; *videntur haec vv. etiam abesse a ms. Pl.* 1., *in quo posterior pars legis fere tota in marg. obscure suppleta est.* — [4]) quidem *om. edd. Nbg. Hal. Bk.*; *quae proxime sequuntur* in hoc casu *suspecta sunt et abesse videntur a ms. Pl.* 1., *v. not. anteced.* — [5]) id est in pers. actio *om. Hal.* — [6]) *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; etiam *ins. rell.* — [7]) quoque *om. ms. Bg. prima manu.* — [8]) censuerunt *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [9]) VII. *Russ. in marg.* — [10]) *mss. Cas. Pl.* 1., *Hal. Russ. Bk.*; et CC. *ins. rell.* — [11]) Iidem Aurelio Carrenoni *Vat. fragm.* — [12]) *mss. Pl.* 1. *Gt. Bg.*; praediorum tuorum *edd. Nbg. Hal.*; rerum tuarum *ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.*; stipendiariorum [praediorum *ins. Buchholtz*] *Vat. fragm.* — [13]) *mss. Cas. Pl.* 1., *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. rell.* — [14]) Iidem Iuliae Marcellae *Vat. fragm.* — [15]) servata *Vat. fragm.* — [16]) interfuit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *ed. Schf.* — [17]) benigni *mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [18]) decernendam esse adm. *Vat. fragm.*, *et sic mox pro* competebat *habent:* potuit decerni. — [19]) *locum inserui ex Vat. fragm.*; *eundem post* Octob. *collocat Bk.* — [20]) *mss. Cas. Vat.*, *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. rell.* — [21]) Idae *om. mss. Cas. Vat. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; *hoc nomen ex codd. se restituisse ait Cont.* 66. *in marg.*; Aureliae *ms. Pl.* 1. — [22]) aliquantum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; *μετ' ὀλίγον τινὰ τῆς δωρεᾶς χαιρὸν Schol. Bas.* — [23]) tempus *ms. Bg.*, *Hal.*, *qui statim post* perfecisse *habet contra sensum et codd. meos*; *ἐπιτεθῆναι* [imposuisse] *Schol. Bas.* — [24]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; probetur *ms. Pl.* 1.; videatur *edd. rell.* — [25]) Cosmiano *mss. mea*; Comano *ed. Nbg.*; Agilio Cominio suo salutem *Vat. fragm.* — [26]) si ingratus sit *om. Vat. fragm.* — [27]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.*, *Vat. fragm.*; est *ms. Bg.*, *Hal. et rell.* — [28]) *Russ. Cont. in marg.*, *Bk.*; quo *mss. mea et edd. rell.*; quod *ms. Gt.*; quin *Vat. fragm.*, *sed* qui *edidit Buchholtz.* — [29]) non, *sublata negatione post* provocav., *hic ins. Vat. fragm.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Vat. fragm.*; eos *ins. Russ. et rell.* — [31]) *ms. Gt.*, *Vat. fragm.*; debet *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; deberet *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [32]) *ms. Gt.*, *Hal.*, *Vatic. fragm.*; inter *rell.* — [33]) libertatem *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.* — [34]) intra ipsorum tantum liberalitatem, qui donaverunt *Vat. fragm.* — [35]) ad bene pervenient *Vat. fragm.* — [36]) omni *Vat. fragm.* — [37]) revocavit *ms. Gt.*, *Vat. fragm.* — [38]) II. *ins. Bk. ex fastis.*

2. [a]) Imp. Probus A. Felici. — Si apud provinciae praesidem aviam filiae tuae, quasi poenitentia ductam, subtracta instrumenta donationum igne exussisse constiterit, vereri te non oportet, ne id, quod iure vires acceperat, ex post facto possit in dubium revocari. PP. III. [1]) Non. Mai. Sirmii, Probo A. et Paulino Conss. [277.]

3. [b]) Imppp. Carus [2]), Carinus et Numerianus AAA. Ianuario et Felicio [3]). — Possessionem, quam in vos emancipatos per donationem [4]) mater contulit, ex poenitentia sola alienare non potuit. PP. II. Id. Ianuar. Carino II. et Numeriano AA. Conss. [284.]

4. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Proculae. — Quum confitearis [5]), te in fraudem alterius donasse, professionem inhonestam continere intelligis. Itaque si donationem perfecisti, eam revocare non potes ex memorata allegatione sub obtentu poenitentiae. PP. Kal. April. Heracliae [6]), AA. Conss. [293 — 304.]

5. [d]) Idem AA. et CC. Epagatho. — Si donationem rite fecisti, hanc auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet. S. V. Kal. Mai. Heracliae, AA. Conss. [293 — 304.]

6. [e]) Idem AA. et CC. Herenniae. — Velles nec ne filio tuo praedia itemque mancipia donare, fuit [7]) initio tibi liberum. Desine itaque postulare, ut donatio, quam perfeceras, revocetur praetextu mariti ac liberorum absentiae, quum huius firmitas ipsorum praesentia non indigeat. S. V. Kal. Octob. Viminacii, Caess. Conss. [294 — 305.]

7. [f]) Impp. Constantius et Constans [8]) AA. ad Philippum P. P. [9]) — His solis matribus, quae non in secundi matrimonii foedus nupserint, sed unius tantum matrimonii sunt, revocandarum donationum, quas in filios fecerint, ita decernimus facultatem, si eos ingratos circa se esse ostenderint. Quidquid igitur is, qui a matre impietatis arguitur, ex titulo donationis tenet eo die, quo controversiae qualecunque principium iussu iudicantis datur, matri cogatur reddere. Ceterum [10]) quae ante [11]), adhuc matre pacifica, iure perfecta sunt, et ante inchoatum coeptumque iurgium vendita, donata, permutata [12]), in dotem data ceterisque causis legitime alienata, minime revocamus. Actionem vero matris ita personalem esse volumus, ut vindicationis tantum habeat effectum, nec in heredem detur, nec tribuatur heredi. De ceteris autem, quae [13]) portentosae [14]) vilitatis abiectaeque pudicitiae sunt, satis etiam tacite cautum putamus. Quis est enim, qui his aliquid arbitretur tribuendum esse, quum etiam illis, quae iure, secundas tamen [15]), contraxerunt nuptias, nihil ex his privilegiis tributum esse velimus [16])? Dat. XII. Kal. Octob. Limenio et Catulino Conss. [17]) [349.]

Authent. de nuptiis. §. Mater tamen. (Nov. 22. c. 35.) — *Quod mater filio donat, ex ingratitudine non revocatur, postquam transiit* [18]) *ad secundas nuptias, nisi ex tribus causis: prima si* [19]) *vitae eius insidiatur; item si manus impias in eam intulerit; tertia si totius substantiae molitus est iacturam.*

8. [g]) Idem AA. [20]) ad Orphitum [21]) P. U. [22]) — Si unquam libertis patronus filios non habens bona omnia vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, et postea susceperit liberos, totum, quidquid largitus fuerit [23]), revertatur in eiusdem donatoris arbitrio ac ditione mansurum. Dat. V. Kal. April. [24]) Arbetione [25]) et Lolliano Conss. [355.]

9. [h]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum [26]). — Donationes [27]) circa filium filiamve, nepotem neptemve, [28]) pronepotem pronepteme emancipatos [29]) celebratas pater seu [30]) avus vel proavus revocare non poterit, nisi edoctis manifestissimis causis, quibus eam personam, in quam collata donatio est, contra ipsam venire pietatem, et ex causis, quae legibus continentur, fuisse constabit ingratam. Dat. VIII. [31]) Id. Novemb. Ravenna [32]), Theodosio XII. et Valentiniano II. [33]) AA. Conss. [426.]

10. [i]) Imp. Iustinianus A. Iuliano [34]) P. P. — Generaliter sancimus, omnes donationes lege confectas firmas illibatasque manere, si non donationis acceptor ingratus circa donatorem inveniatur, ita ut iniurias atroces in eum effundat, vel manus impias inferat, vel iacturae molem ex insidiis [35]) suis ingerat, quae non levem sensum substantiae donatoris imponit [36]), vel vitae periculum aliquod ei intulerit, vel quasdam conventiones, sive in scriptis donationi impositas

---

[a]) *Bas. XLVII.* 2. 2 — *Sch. b.* (*T. VI. p.* 231.) — [b]) *Bas. XLVII.* 2. 3. (*T. VI. p.* 229.) — *Sch. c.* — [c]) *Bas. XLVII.* 2. 4. — *Sch. d.* — [d]) *Bas. XLVII.* 2. 5. — *Sch. e.* — [e]) *Bas. XLVII.* 2. 6. — *Sch. f.* — [f]) *fons est l.* 1. *Th. C. de revoc. donat. VIII.* 13.; *Bas. XLVII.* 2. 7. — *Sch. g.* (*T. VI. p.* 232.) — [g]) *l.* 3. *Th. C. de revoc. donat. VIII.* 13.; *Bas. XLVII.* 2. 8. — *Sch. h.* — [h]) *hausta ex l.* 6. *Th. C. de revoc. donat. VIII.* 13.; *quae leges coniungendae sint, docet not. e. ad l.* 18. *C. de iure delib. VI.* 30.; *Bas XLVII.* 2. 9. (*T. VI. p.* 230.) — *Sch. i.* (*T. VI. p.* 233.) — [i]) *Bas. XLVII.* 2. 10. — *Sch. k.*

[1]) III. *et mox* Sirmii *om. Hal. Russ.* — [2]) *Imp. Carum agnoscunt mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et ed. Nbg., contra Hal. et rell.* — [3]) Felici *mss. Cas. Vat. Bg.*; Felicis *ms. Pl.* 1. — [4]) per donat. *post* contulit *ponunt ms. Bg. et edd. Nbg. Hal., ac Hal. quidem ea vv. cum sequentibus* ex poenit. *etc. coniungit.* — [5]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Hal., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; confiteris *ms. Pl.* 2.; profitearis *edd. rell.* — [6]) Heracleae *in hac et in seq. subscr. Bk.* — [7]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; in *ins. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [8]) *Theod. C., Bk.*; *Constantinus et Constantius Hal. et rell.*; *codicum dubia est scriptura.* — [9]) P. P. *om. ms. Pl.* 1., *Hal. Russ.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; ea *ins. ms. Bg., edd. rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk., Theod. C.*; ante *om. Cont. et rell.* — [12]) permutata *om. ms. Pl.* 1., *Hal.*; mutuata *ms. Gt.*; mutata *Theod. C.*; *nobiscum facit Schol. Bas.* — [13]) Quare de ceteris vel alterius status vel port. *mox omisso* sunt *Theod. C.* — [14]) portentuosae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C. ed. Gothofr.* — [15]) *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf., Theod. C.*; non *ms. Pl.* 2.; tantum *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [16]) volumus *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; vellemus *ms. Pl.* 1., *Theod. C. ed. Gothofr.* — [17]) *subscr. om. Hal.* — [18]) *ed. Nbg.*; *transit edd. rell.* — [19]) *initium hui. auth. multo brevius est in mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ac in ms. Bg. quidem ita: Huc quoque revocantur tribus ex causis, si et rell.* — [20]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp., Theod. C.*; Idem A. *edd. Nbg. Hal. Russ.*; Imp. Constantius A. *Cont.* 62. *Bk., recte secundum fastos.* — [21]) Orfitum *Theod. C.* — [22]) *Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; P. P. *rell.*; *dignitas abest a ms. Bg. et ed. Nbg.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal. Bk., Theod. C.*; fuit *ed. Nbg.*; fuerat *edd. Schf. Russ. et rell.* — [24]) Mediolani *inserere vult Iac. Gothofr.* — [25]) Arbitrione *Hal.*; Arbitione *Russ. et rell. praeter Bk.* — [26]) post alia *ex Theod. C. ins. Cont. et rell.* — [27]) Donationem *et mox* celebratam *Theod. C.* — [28]) *ms. Bg., edd. Nbg. Hal. Bk., Theod. C.*; vel *ins. ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.*; vel pronepotem pronepteme *om. ms. Pl.* 1. — [29]) emancipationis tempore *Theod. C.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; vel *edd. rell.* — [31]) *Theod. C. ed. Haenel.*; V. *Hal. et rell.* — [32]) DD. NN. *ins. Theod. C.* — [33]) *Theod. C., Bk.*; Theod. XIII. et Val. III. *Hal. et rell., male, ut docent leges cum nostra iungendae.* — [34]) Iohanni *ms. Vat.* — [35]) iniuriis *Hal.*; *sed* ἐξ οἰκείας ἐπιβουλῆς *Schol. Bas.* — [36]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; imponat *ms. Pl.* 2., *edd.*

itas sive sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minime implere voluerit. Ex his enim tantummodo causis, si fuerint in iudicium [1]) dilucidis argumentis cognitionaliter approbatae [2]), etiam donationes in eos factas everti concedimus, ne sit cuiquam [3]) licentia et alienas res capere, et fragilitatem [4]) ridere [5]) donatoris, et ipsum iterum donatorem suasque [6]) res perdere, et praefatis malis ab ingrato donationis acceptore affici. Hoc tamen usque ad primas personas tantummodo stare censemus, nulla licentia concedenda donatoris successoribus huiusmodi querimoniarum primordium instituere. Etenim si ipse, qui hoc passus est, tacuit [7]), silentium eius maneat semper, et non a posteritate eius suscitari concedatur vel adversus ipsum [8]), qui ingratus esse dicitur, vel adversus eius successores. Dat. XV. Kal. April. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. LVII. [LVI.]

a) DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS [9]).

1. b) Imp. Alexander A. Daphnae. — Si donatione contineatur, ut altero defuncto, ad alterum portio eorum, quae donabantur, pertineret, exsistente conditione, si mortis causa donatio perficiebatur, fideicommissi actio competit. PP. IV. Kal. Octob. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. c) Imp. Gordianus A. Zoilo. — Intestata mortua quondam nuru tua, neptis tua, quae ex ea filio [10]) tuo quaesita est, quandoque potest ad eius venire successionem. Nec tamen ea [11]) post mortem filii tui, ex quo quaesierat filiam, alii nuptui [12]) se collocando dotem dans prohibeatur [13]), quam velit [14]), conditionem eidem doti dicere. Sed si mortis causa donationem in fratrem suum conferens [15]), in casum [16]) mortis suae eam dotem eundem fratrem suum stipulari passa est, quum divi Severi constitutione etiam in mortis causa donationibus, si de cetero patrimonio, quantum Falcidia iubet, heres non habet, provisum sit, is, qui nurui tuae heres exstiterit, eius constitutionis beneficium non prohibetur postulare. PP. X. Kal. Febr. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

3. d) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Heredi. — Nec fratris sui mortis causa recte factam donationem sorori rescindere licet. S. III. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

4. e) Imp. Iustinianus A. Iuliano [17]) P. P. — Quum de mortis causa donatione dubitabatur, et alii quidem inter ultimas voluntates eam posuerunt et legatis aggregandam esse censuerunt, alii autem inter donationes, quae inter vivos consistunt, eam posuerunt, dubietate eorum explosa sancimus, omnes mortis causa donationes, sive iuxta mortem facientis fuerint celebratae, sive [18]) longiore cogitatione mortis subsecutae sunt, actis minime indigere, neque exspectare publicarum personarum praesentiam et ea, quae super huiusmodi monumentis solent adhiberi. Sed ita res procedat, ut, si quinque testibus praesentibus vel in scriptis vel sine literarum suppositione aliquis voluerit mortis causa donationem facere, et sine monumentorum accessione res gesta maneat firmitate vallata, et nullam [19]) calumniam accipiat, neque propter hoc, quod gesta ei [20]) non accesserunt, inefficax esse [21]) atque inutilis videatur, et omnes effectus sortiatur, quos ultimae habent liberalitates, nec ex quacunque parte absimilis eis [22]) intelligatur. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Tit. LVIII. [LVII.]

DE INFIRMANDIS POENIS COELIBATUS ET ORBITATIS ET DE DECIMARIIS SUBLATIS.

1. f) Imp. Constantinus A. [23]) ad populum. — Qui iure vetere coelibes habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur, atque ita vivant, ac si numero maritorum matrimonii foedere fulcirentur, sitque omnibus aequa conditio capessendi, quod quisque mereatur. Nec vero quisquam orbus habeatur; [24]) proposita huic nomini damna non noceant. Quam rem et circa feminas aestimamus [25]), earumque cervicibus imposita iuris imperia, velut quaedam iuga, solvimus promiscue omnibus. PP. [26]) Kal. April. Romae, Constantino A. VI. et Constantino C. Conss. [27]) [320.]

2. g) Impp. Honorius et Theodosius AA. Isidoro P. U. — Inter virum et uxorem rationem cessare ex lege Papia decimarum, et quamvis non interveniant liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis, nisi forte lex alia imminuerit [28]) derelicta, decernimus. Tantum igitur post haec [29]) maritus vel uxor

---

a) *Dig. XXXIX.* 6. — b) *Bas. XLVII.* 3. 45. (*T. VI. p.* 243.) — *Sch. y.* (*T. VI, p.* 261.) — c) *Bas. XLVII.* 3. 46. — *Sch. z.* — d) *Bas. XLVII.* 3. 47. (*T. VI. p.* 244.) — *Sch. a.* (*T. VI. p.* 262.) — e) *Bas. XLVII.* 3. 48. — *Sch. b.* — f) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de infirm. poen. coelib. VIII.* 16.; *iungendae l.* 3. *C. de pactis pign. VIII.* 35. *et l.* 2. *C. de exactor. X.* 19. — g) *l.* 2. *Th. C. de iure liberor. VIII.* 17.; *iungenda l.* 1. *C. tit. seq.*

1) in iudicio *ms. Bg.*; *sane ἐν δικαστηρίῳ Schol. Bas.* — 2) probatae *ms. Bg., omnia mss. Russ.*; *εἰ — ἀποδειχθῶσιν Schol. Bas.* — 3) cuidam *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — 4) *mss. Pl.* 1. *Bg. prima manu, edd. Schf. Hal., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t., M. Lavar.*; frugalitatem *ms. Pl.* 2., *edd. rell.*; *sed ἀσθένειαν Schol. Bas.* — 5) *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Schf. Hal.*; irridere *ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — 6) suas *mss. Pl.* 1. *Bg.* — 7) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.*; tacet *ms. Bg.*; tacuerit *edd. rell.* — 8) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; eum *edd. Schf. Russ. et rell.* — 9) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg, edd. Nbg. Hal. Bk.*; de donat. causa mortis *edd. Schf. Russ. et rell.* — 10) *mss. Bg. Gt., Hal.*; filioque *mss. Pl.* 1. 2., *edd. rell.* — 11) ea quae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.* — 12) nuptiis *ms. Bg.*; nuptum *ms. Gt., Hal.* — 13) prohibebatur *ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; prohibebitur *Hal.* — 14) vellet *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — 15) inferens *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — 16) *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; in casu *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.*; in causam *Sp. Bk.* — 17) ioanni *ascribitur in mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et ed. Nbg.* — 18) a *ins. ms. Pl.* 1., *ed. Schf.* — 19) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; in ea *ins. Hal. et rell.* — 20) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; ei *om. Cont* 66. *et rell.* — 21) esse *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — 22) ei *ms. Pl.* 1.; esse *ms. Bg., Hal.*; eis esse *Russ. Cont.* 62. — 23) *mss. Cas. Vat. Bg., edd. Nbg. Hal. Bk., Theod. C.*; Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA. *Hal. in not., Russ. et rell., falsa sua ducti subscriptione.* — 24) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf., Theod. C.*; et *ins. ms. Bg., edd. rell.* — 25) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf., Theod. C.*; existimamus *ms. Bg., edd. rell.* — 26) Dat. *Hal. et rell. praeter Bk., male*; *docet enim plenior subscr. in Theod. C., quae dies et datae et pro ositae const. habet, hunc nostrum diem esse propositi edicti*; *Bk. ex Theod. C. ita supplevit:* Dat. prid. Kal. Febr. Serdicae. PP.; *sed Haloandri lectio docere videtur, non ita plenam subscr. in Cod. Iust. receptam fuisse.* — 27) *hos conss. flagitat Theod. C. et inscriptio*; Constantio II. et Constante AA. *Hal. et rell. praeter Bk.* — 28) minuerit *edd. Nbg. Schf., quod Gothofr. in l.* 2. *Th. C. cit. reponere vult.* — 29) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; posthac *edd. rell.*

uxor sibi invicem derelinquant, quantum superstitis [1]) amor exegerit. Dat. prid. [2]) Non. Septemb. Varane V. C. [3]) Cons. [410.]

Tit. LIX. [LVIII.]

DE IURE LIBERORUM.

1. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. [4]) Isidoro P. U. — Nemo post haec [5]) a nobis ius liberorum petat, quod simul [6]) hac lege omnibus concedimus [7]). Dat. prid. [8]) Non. Septemb. Varane V. C. [9]) Cons. [410.]

2. [b]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Illam iniuriam, quae contra matrem defuncti vel defunctae praeteritis fiebat temporibus, pro iustitiae ratione aut putamus, et legitima iura, quae ex Tertulliano senatusconsulto ei praestantur, omnimodo eam habere sancimus, licet tres liberos ingenua, vel libertina quatuor minime pepererit. Dat. Kal. Iun. Constantinop. ipso A. II. Cons. [528.] [c])

---

[a]) *l. 3. Th. C. de iure liberorum; iungenda l. 2. C. tit. anteced.* — [b]) *legem 7. C. ad Sct. Tertull. VI 56. iungit Cuiac.; v. not. b. ad l. 7. cit.* — [c]) *Savigny (Gesch. d. R. R. i. MA. T. VI. p. 453.) constitutionem, quae in pluribus codd. ad calcem huius libri adiecta invenitur, edidit ita: Imp. Gordianus Aug. Rufino. Actione competenti experiri debueras. Causis enim privatorum privata, commoda fisci nostri vel publica crimina persequentibus plerumque actio publica datur. Inventa est haec const. in duobus codd. Hafniensibus, in quibus ultima est hui. tit., deinde in uno cod. Savignii et in cod. Bg., ubi inter leg. 1. et 2. hui. tit. inserta legitur, tandem in uno cod. Montispessulano (cfr. Haenel. ed. Greg. C. p. 30.), in quo, quod aptius videtur, extremo libro nono Cod. adscripta est. Odofredus (v. Savigny l. c.) eam Gosiani vel Galgosii malis artibus excogitatam ac suppletam censet (cfr. Savigny. T. IV. p. 313.); rectius tamen ab Haenelio l. c. pro supplemento ex Gregoriano Cod. hausto habetur. Fortasse iungenda est cum l. 5. C. si reus vel accus. IX. 6. Edd. Cod., excepto Bk., eam ignorant; in textum tamen, licet cancellis inclusa, a Bk. recipienda non fuit.*

[1]) superstes *Theod. C.* — [2]) *Theod. C., Bk.*; Dat. PP. *Hal. et rell.* — [3]) *Theod. C., Bk.*; Varana, *om.* V. C., *Hal. et rell.* — [4]) Id. AA. et CC. *ms. Bg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal., Theod. C.*; posthac *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [6]) similiter *ms. Bg.* — [7]) detulimus, *omisso* omnibus, *Theod. C.* — [8]) *Theod. C., Bk.*; Dat. PP. *Hal. et rell.* — [9]) *Theod. C., Bk.*; Varana, *om.* V. C., *Hal. et rell.*

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER NONUS.

Tit. I.

[a]) QUI [1]) ACCUSARE NON POSSUNT.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. [2]) Silvano [3]). — Prius est, ut criminibus, quae tibi ut graviora ab adversario tuo obiiciuntur, caedis atque vulnerum [4]), respondeas, et tunc ex eventu causae iudex aestimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi prior inscriptionem deposuisti. PP. V. Id. Mart. Tertullo et Clemente Conss. [195.]

2. [c]) Imp. Antoninus A. [5]) Ingenuo. — Si cautiones, quibus Secundinus solutam Eugenio [6]) pecuniam probare se dicit, tutores vel curatores tui suspectas ut [7]) falsas habent, proprio [8]) nomine, quum non liceat alieno, non prohibentur in crimine [9]) falsi subscribere. Nec enim facile vel tutores vel curatores, qui [10]) officio et periculo [11]) res pupillorum vel adolescentium administrant, sententia notantur, nisi evidens eorum calumnia iudicanti apparebit. PP. XII. Kal. Octob. Antonino A. et Geta [12]) Conss. [205 — 208.]

3. [d]) Imp. Alexander A. Rufo [13]). — Qui crimen publicum instituere properant, non aliter ad hoc admittantur, nisi prius inscriptionum pagina praecesserit [14]), et fideiussor de exercenda lite adhibitus fuerit. Sin vero post satisdationem praesentes non fuerint, edicto admonendi sunt, ut veniant ad causam agendam [15]), et, si non adfuerint, non solum extra ordinem [16]) puniendi sunt, sed etiam sumtus, quos in eam rem et circa ipsum iter ad litem vocati fecerunt, dependere cogentur. PP. III. [17]) Non. Februar. Alexandro A. Cons. [222.]

4. [e]) Idem A. Dionysio. — Uxor tua, si consobrini sui necem vindicandam existimat, adeat praesidem provinciae. PP. XVI. Kal. Iul. Alexandro A. Cons. [222.]

5. [f]) Idem A. Marcellinae. — Senatusconsulto permissum non est mulieri legis Corneliae crimine reum facere, nisi res ad eam pertineat. Quum igitur filii tui tutores et [18]) curatores habeant, ipsi deliberare debent, an instrumenta, ex quibus adversarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa esse accusare debeant. PP. Kal. Octob. Alexandro A. Cons. [222.] 6.

---

[a]) *Dig. XLVIII.* 2. — [b]) *Decr. Grat. c.* 4. *C. III. qu.* 11.; *Bas. LX.* 34. 23. (*T. VII. p.* 565.) — *Sch. s — u.* (*T. VII. p.* 576.) — [c]) *Bas. LX.* 34. 24. — *Sch. x.* — [d]) *Bas. LX.* 34. 25. — *Sch. y — e.* (*T. VII. p.* 577.) — [e]) *Bas. LX.* 34. 26. — *Sch. d — f.* (*T. VII. p.* 578.) — [f]) *Bas. LX.* 34. 27. — *Sch. g — i.* (*T. VII. p.* 579.)

[1]) *mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; De his qui *Russ. et rell.*; De criminibus et qui *nonnulli codd., at non meliores, notante Cuiacio in Recitatt. in Cod. h. t.* — [2]) Imp. Severus A. *Bk., contra codd. et edd., haud dubie propter subscriptionem.* — [3]) *mss. Cas. Vat. Bg.*; Silbano *ms. Pl.* 1.; Silo *ed. Nbg.*; Sylvano *Hal. et rell.* — [4]) vulneris *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [5]) Iidem AA. *Hal. Russ. Cont.* 62.; Impp. Severus et Antoninus AA. *Bk.*; *utrumque contra omnes meos codd. et Russardi.* — [6]) Ingenuo *ms. Bg., Hal., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; Ingenio *ms. Pl.* 1. — [7]) aut *ms. Bg., ed. Schf.* — [8]) pupilli *coni. Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t., sed contra codd. meos et Russardi et Contii et contra Schol. Bas. vv.* ἰδίῳ ὀνόματι. — [9]) crimen *ms. Gt., et sic habere videtur ms. Pl.* 1. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; ex *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; et periculo suo *edd. Nbg. Schf.*; periculo suo, *omisso* et, *Russ. et rell. Sed* suo *abest ab omnibus mss. Russ.* — [12]) Ant. A. II. et Geta C. *Bk., vix aliunde, quam ex suo ingenio.* — [13]) *alias addi* P. P., *Cont.* 66. *in marg. monet.* — [14]) processerit *Hal.*; praecedente *ed. Schf.* — [15]) ingerendam *ms. Bg., Hal.*; gerendam *ms. Gt.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal.*; aestimatione iudicis *ins. edd. Nbg. Schf. Russ. et rell.* — [17]) III. *om. Hal.*; *de dubiis, quae mensis parit, v. Roland. fast. consul. p.* 144. — [18]) *mss. Pl.* 1. 2., *Hal.*; sive *ed. Nbg.*; vel *rell.*; *sed nostra lect. magis convenit cum Bas.*

6. [a]) Idem A. Probo. — Accusationem, a qua discedere te professus es, repetere non debes. PP. V. Non. Mai. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

7. [b]) Idem A. Felici. — Si ea, quae crimen intendit, cognitionem moratur, certa perferendae accusationis [1]) tempora index competens praestet, intra quae si agere supersederit, renuntiasse causae intelligitur. PP. XV. Kal. Septemb. Agricola et Clementino [2]) Conss. [230.]

8. [c]) Imp. Gordianus A. Gaio [3]), militi. — Non prohibentur milites accusationem, quae publici iudicii instar obtineat, intendere, si suas [4]) suorumque iniurias exsequantur. Ideoque consobrini tui necem defendere tibi permittimus. PP. XVII. Kal. August. Pio et Pontiano Conss. [238.]

9. [d]) Idem A. Severiano [5]). — Non ignorat competens index, eam, quae ultionem et mortem filii [6]) persequi allegat, non temere ad accusationem esse admittendam, nisi prius matrem se esse probaverit. PP. VI. [7]) Non. Mart. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

10. [e]) Idem A. Mucatraulo [8]), militi [9]). — Si crimen ad tuam tuorumque iniuriam pertinens exsequeris [10]), solemnibus te inscriptionibus adstringe, ut praesidem provinciae habere iudicem possis. PP. Kal. August. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

11. [f]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Saturnino et aliis [11]). — Data opera partis adversae res vestras incendio exarsas esse asseverantes, crimen legis Corneliae de sicariis exsequi potestis. PP. XIII. Kal. Iul. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

12. [g]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [12]) Corinthiae. — De crimine, quod publicorum fuerit iudiciorum, mulieri accusare non permittitur, nisi certis ex causis, id est [13]) si suam suorumque persequatur iniuriam, secundum [14]) antiqui iuris [15]) statuta tantum [16]), de quibus specialiter ei [17]) concessum est, non exacta subscriptione. Unde aditus praeses provinciae in primis examinabit, an tale sit crimen, cuius accusationem mulier subire non prohibeatur. S. V. Kal. Mai. AA. Conss. [293 — 299.]

13. [h]) Idem AA. et CC. ad Asclepium. — Si magnum et capitale crimen, ac non leve, frater contra fratrem suum instituit, non solum audiendus non est, sed etiam exsilii poena plectendus [18]). Dat. X. Kal. Febr. [19]) Caess. Conss. [294 — 302.]

14. [i]) Idem AA. et CC. Aeliae [20]). — Propter insidias, quas tuae vitae paratas contendis, accusationem apud praesidem provinciae contra filium tuum, si pietas et ratio naturalis animi tui non revocat intentionem, constituere potes. S. XVI. Kal. Mart. Caess. Conss. [294 — 302.]

15. [k]) Idem AA. et CC. Lupioni. — Criminis accusationem instituere cum periculo calumniae, si tibi existimatio integra est, minime prohiberis. S. III. Kal. Mart. [21]) Caess. Conss. [294 — 302.]

16. [l]) Idem AA. et CC. Callutico [22]). — Cum rationibus iuris congruit desiderium tuum, postulantis, accusationem tertiam ei, qui duos reos delato habet, non permitti contra legis praescripta, nisi suas suorumque iniurias quis persequatur. S. XII. Kal. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 302.]

17. [m]) Pars sententiae eorundem AA. et CC. Dat. V. Id. [23]) Ian. Diocletiano et Maximiano [24] AA. Conss. [299 — 304.] — Iniquum et longe a seculi nostri beatitudine esse credimus [25]), ut Thaumasius accusandi eius habeat facultatem, in cuius domo eum, licet ingenuum, a prima tamen aetate fuisse constabat [26]). Quare ex nomine Thaumasii mentio [27]) super conflictu criminali [28]) Symmacho conquiescat. Si quam sane civilem petitionem idem Thaumasius sibi competere confidit, iudicio praesidali poterit experiri.

18. [n]) Idem AA. et CC. Iuliano. — Si sororem tuam leviorum commissorum ream facis, accusationem non prohiberis exercere in iudicio praesidali, quo temerarie commissa congrua ultione plectantur [29]). Dat. III. Kal. Mart. Diocletiano IX. et Maximiano VIII. AA. Conss. [304.]

19. [o]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Laodicio [30]), Praesidi [31]) Sardiniae. — Neganda est accusatis, qui non suas suorumque iniurias exsequuntur, licentia criminandi in pari vel minori crimine [32]), priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, secundum scita veterum iuris conditorum, ita tamen, ut et ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint. Dat. prid. Id. August. Carnunti [33]), Gratiano A. III. et Equitio V. C. Conss. [34]) [374.]

20.

---

[a]) *Bas. LX.* 34. 28. (*T. VII. p.* 566.) — *Sch. k. l.* — [b]) *Bas. LX.* 34. 29. — *Sch. m.* (*T. VII. p.* 580.) — [c]) *Bas. LX.* 34. 30 — *Sch. n.* — [d]) *Bas. LX.* 34. 31. — *Sch. o.* — [e]) *Bas. LX.* 34. 32. — *Sch. p.* — [f]) *Bas. LX.* 34. 33. — *Sch. q. r.* — [g]) *Decr. Grat. c.* 1. *C. XV. qu.* 3.; *Bas. LX.* 34. 34. — *Sch. s. t.* — [h]) *Bas. LX.* 34. 35. — *Sch. u. x.* — [i]) *Bas. LX.* 34. 36. — *Sch. y.* (*T. VII. p.* 581.) — [k]) *Bas. LX.* 34. 37. (*T. VII. p.* 567.) — *Sch. z.* — [l]) *Bas. LX.* 34. 38. — *Sch. a. b.* — [m]) *Bas. LX.* 34. 39. — *Sch. c. d.* — [n]) *Bas. LX.* 34. 40. — *Sch. e.* — [o]) *ex parte hausta ex l.* 12. *Th. C. de accusat. IX.* 1.; *Decr. Grat. c.* 2. *C. III. qu.* 11.; *Bas. LX.* 34. 41. — *Sch. f — i.*

[1]) accusationi *mss. Pl.* 1. 2. — [2]) Clemente *Hal. et rell. praeter Bk.* — [3]) Agato *ms. Pl.* 1.; Gatao *vel* Gatro *ms. Vat.* — [4]) suas *et mox* iniurias *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; suam — iniuriam *edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) *mss. Cas. Vat. Bg., Cuiac. not. in Cod.* (*Opp. T. X. p.* 720. *ed. Neap.*); Severino *ms. Pl.* 1.; Severiae *Hal. et rell.* — [6]) sui *ins. mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [7]) VI. *om. Hal.* — [8]) Mucatrabio, Michatrabio, Thrahio *mss. mea*; Buccatrabio *Hal. Russ. Cont.* 62. — [9]) militi *male om. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra codd. meos et contra Bas.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Hal.*; exsequaris *edd. rell.* — [11]) et aliis *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg., et deleuda censeo, quum saepe esse addita ab editoribus sciam, ut cum plurali num. in ipso rescripti tenore melius concordaret inscr.* — [12]) et CC. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [13]) id est *om. ms. Gt.* — [14]) sed secundum *ms. Pl.* 1., *et profecto* sed *in aliis codd. facillime excidere potuit.* — [15]) antiquitus *Hal.* — [16]) tamen *ms. Gt.*; *in uno cod. Hafniensi est* item his. — [17]) eis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal., Decr. Grat.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; est *addunt edd. rell.* — [19]) XIII. Kal. Mart. *Russ. in marg.* — [20]) Heliae *mss. mea.* — [21]) Mai. *Russ. in marg.* — [22]) Callitico *mss. Vat. Cas.*; Gallitico *ms. Bg.*; Africo *vett. libri Cuiacii.* — [23]) Kal. *Russ. in marg.* — [24]) Diocl. VI. et Max. V. *ms. Cas., sed hi numeri ferri non possunt, fortasse* VII. et VI. — [25]) credidimus *ms. Bg., edd. Schf. Hal. Russ.* — [26]) constabit *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.* — [27]) intentio *ms. Pl.* 2. — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal.*; criminis *edd. Nbg. Schf.*; criminis cum *Russ. et rell.* — [29]) *Schol. Bas. vv.* quo temerarie *et rell. ita accipit, ac si de poena in temerarium sororis accusatorem statuenda sanciretur.* — [30]) *mss. Cas. Vat., Cont. Bk., Theod. C.*; Lauditio *mss. Pl.* 1. *Bg., Hal. Russ.*; Laodiceo *Char. Pac. Sp.* — [31]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Hal. Bk., Theod. C.*; praef. [praefecto] *Russ. et rell.* — [32]) crimine *om. Hal.* — [33]) D. II. Id. Mart. Clarimont. *Hal.* — [34]) *Iac. Gothofr. in Comment. ad l.* 12. *Th. C. cit. emendare vult* post consul. Grat. A. III. et Equitii [375.]

20. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano P. P. — Si quis ex familiaribus vel ex servis cuiuslibet domus cuiuscunque criminis delator atque [1]) accusator emerserit, eius existimationem, caput atque fortunas petiturus, cuius familiaritati vel dominio inhaeserit, ante exhibitionem testium, ante [2]) examinationem iudicii [3]), in ipsa expositione criminum atque accusationis exordio ultore gladio feriatur. Vocem enim funestam intercidi [4]) oportet potius, quam audiri. Maiestatis autem [5]) crimen [6]) excipimus. Dat. VI. [7]) Id. Novemb. Constantinop. Caesario et Attico Conss. [397.]

21. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Consulibus, Praetoribus [8]), Tribunis plebis, Senatui [9]) salutem dicunt [10]). — Si liberti [11]) accusatores [12]) manumissorum heredumve esse praesumserint, eodem, quo servi, supplicio tenebuntur, luituri poenas ante prohibitae [13]) delationis exordium. Dat. VIII. [14]) Id. Aug. Ravennae [15]), Asclepiodoto et Mariniano Conss. [423.]

Tit. II.

[c]) DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS [16]).

1. Imp. Alexander A. Martiano. — Eos, qui terminos effodernnt, extraordinaria animadversione coerceri debere, praeses provinciae non ignorabit. PP. III. Kal. Aug. Alexandro A. Cons. [222.]

2. [d]) Idem A. Syro. — Si cuiusdam criminis [17]) obnoxius servus postulatur, dominus eum defendere potest et in iudicio sistere [18]), accusatoris intentionibus responsurus [19]). Post probationem autem criminis non ipse dominus, sed servus pro suo delicto condemnationem sustineat. Ideo enim servum suum domino defendere permissum est, ut pro eo possit competentes allegationes offerre. PP. XI. Kal. Decemb. Alexandro A. Cons. [222.]

3. [e]) Idem A. Stephanidi. — Reos capitalium criminum absentes etiam per procuratores defendi, leges publicorum iudiciorum permittunt. PP. IV. Non. Novemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. [f]) Imp. Gordianus A. Archelao. — Si accusatoribus absentibus, et non per contumaciam adesse iudicio cessantibus, ex una postulatione aditus praeses provinciae, non causa cognita, sententiam dixit, qua eum, de quo querimoniam detulistis [20]), liberandum existimavit, criminatione etiam nunc perseverante, quae, contumacia vel cessatione accusatorum non interveniente, auferri non potuit, causa intentati criminis apud eundem vel successorem eius more iudiciorum tractabitur. PP. Non. Mart. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

5. [g]) Idem A. Paulino. — Non ideo minus crimine seu [21]) atrocium iniuriarum iudicio tenetur is, qui in instam [22]) accusationem incidit, quod dicat [23]), alium se huius [24]) facti mandatorem habuisse. Namque hoc casu, praeter [25]) principalem reum, mandatorem quoque ex sua persona conveniri posse ignotum non est. PP. III. Id. Septemb. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

6. [h]) Idem A. Avidiano. — Absentem capitali crimine accusari non posse, sed requirendum tantummodo adnotari solere, si desit, vetus ius est. Et ideo quum absentem te et ignorantem, cui nunquam ullum [26]) crimen denuntiatum esset, per iniuriam a praeside provinciae in metallum damnatum [27]) dicas, quo magis in praesenti te agente, ut asseveras, iam nunc fides veri possit illuminari, praefectum [28]) praetorio adire cura, qui, quidquid novo more [29]) et contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua iustitia reformabit. PP. IV. Non. April. Ariano et Pappo [30]) Conss. [243.]

7. [i]) Idem A. Proculo. — Ea quidem, quae per officium praesidibus nuntiantur [31]), et citra [32]) solemnia accusationum posse perpendi, incognitum non est. Verum si falsis nec ne [33]) notoriis [34]) insinuatus [35]) sit, perpenso indicio dispici debet. PP. VIII. Id.

---

[a]) *l.* 3. *Th. C. ne praeter crim. mai. IX.* 6.; *Decr. Grat. c.* 4. *C. III. qu.* 11.; *Ivon. Decr. XVI.* 61.; *Bas. LX.* 34. 42. — *Sch. k. l.* (*T. VII. p.* 582.) — [b]) *fons est l.* 2. *Th. C. de libert. IV.* 10.; *Decr. Grat. c.* 4. *C. III. qu.* 11.; *Ivon. Decr. XVI.* 62.; *Bas. LX.* 34. 43. — *Sch. m.*; *iungendae l.* 12. *C. de testib. IV.* 20., *l.* 3. *C. de libert. VI.* 7., *l.* 17. *C. de accusat. IX.* 2., *l.* 10. *C. de calumn. IX.* 46. — [c]) *Dig. XLVIII.* 2. — [d]) *Ivon. Decr. XVI.* 99.; *Bas. LX.* 33. 15. (*T. VII. p.* 545.) — *Sch. l—n.* (*T. VII. p.* 552.); *iungendae l.* 2. *C. ad exhib. III.* 42., *l.* 1. *C. de iniur. IX.* 35. — [e]) *Bas. LX.* 33. 16. — *Sch. o—r.* — [f]) *Bas. LX.* 33. 17. — *Sch. s. t.* (*T. VII. p.* 553.) — [g]) *Bas. LX.* 33. 18. (*T. VII. p.* 546.) — *Sch. u—y.* — [h]) *Bas. LX.* 33. 19. — *Sch. z—b.* (*T. VII. p.* 554.) — [i]) *Bas. LX.* 33. 20. — *Sch. c—f.*

[1]) aut *ms. Bg.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Theod. C.*; anteque *Hal.*; aut *ed. Nbg.*; atque *edd. Schf. Russ. et rell.*, *Decr. Grat.* — [3]) examinatum iudicium *Theod. C.* — [4]) *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*, *Decr. Grat.*; interdici *mss. Pl.* 1. *Bg.* (*cfr. c.* 53. *C. II. qu.* 7.); amputari *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [5]) autem *om. Theod. C.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Hal. Bk.*, *Theod. C.*, *Decr. Grat.*; tantum *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.*, *male*; *nam excipitur et aliud*, *cfr. l.* 1. *D. XLVIII.* 12. — [7]) S. V. *Hal.* — [8]) et *ins. Hal. et postea rell.*, *contra mss. Cas. Pl.* 1. *Bg. et Theod. C.* — [9]) suo *ins. Theod. C.* — [10]) *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, *Theod. C.*; S. D. *Hal. et rell.* — [11]) Liberti si *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Ivo.* — [12]) delatores accusatoresve *Theod. C.* — [13]) adhibitae *Theod. C.*; *sed* τῆς κεκωλυμένης κατηγορίας *Schol. Bas.* — [14]) *Theod. C. in hac et in aliis legibus cum nostra iungendis*; VII. *Hal. et rell.* — [15]) *locus abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. — [16]) et inscript. *om. ms. Pl.* 1. — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *edd. Nbg. Schf.*; cuidam crimini *Hal. et rell.*, *Ivo.* — [18]) consistere *Russ. in marg.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et vetera Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Bk.*; responsurum *Hal. et rell.*, *Ivo.* — [20]) *ms. Pl.* 1., *ms. Bg. prima manu*, *Hal. Bk.*; detulisti *rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; sive *rell.* — [22]) in istam *mss. Pl.* 1. 2., *quod probo.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; quia dicat *edd. Nbg. Hal.*; qui dicit *ed. Schf.*; quia dicit *Russ. et rell.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; huiusmodi *edd. rell.* — [25]) cum *ins. ms. Bg.* — [26]) nullum, *omisso* unquam, *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ac* nullum *in omnibus codd. reperit Russ.* — [27]) datum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Caeterum* esse *ins. edd. Schf. Russ. et postea rell.*, *contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et edd. Nbg. Hal.* — [28]) praefectos *et mox* deprehenderint — reformabunt *mss. Pl.* 2. *Bg.*; praefectos — deprehenderit — reformabunt *ms. Pl.* 1.; praefectum — deprehenderint — reformabunt *ed. Schf.* — [29]) iure *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [30]) Arriano et Papo *Bk.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; denuntiantur *edd.*; *sed nuntiandi vocabulum in hoc genere solemne est.* — [32]) circa *Sp. vitio typorum*, *quod recipit Bk.* — [33]) ne *om. mss Pl.* 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.* — [34]) notariis *Russ. in marg.*, *et sic mss. Pl.* 1. *Bg. prima manu habuisse videntur*; notaria *hoc genus relationum et alias vocari, docet Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.* — [35]) id est accusatus *ins. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; *sed recte Hal. in notis monuit, subditicia haec videri.*

Id. Ianuar. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

8. [a]) Exemplum sacrarum literarum Diocletiani et Maximiani AA. — Si quis se iniuriam ab aliquo passum putaverit et querelam deferre voluerit, non ad stationarios decurrat, sed praesidalem adeat potestatem aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponens. PP. sine die et consule.

9. [b]) Iidem AA. Honorato [1]). — Qui de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio super eodem crimine deferri non potest. Si tamen ex eodem facto plurima crimina nascuntur, et de uno crimine in accusationem fuerit deductus [2]), de altero non prohibetur ab alio deferri. Iudex autem super utroque crimine audientiam accommodabit; nec enim [3]) licebit ei separatim de uno crimine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero quoque crimine fiet [4]). PP. XIV. [5]) Kal. Septemb. Basso [6]) et Quintiano Conss. [289.]

10. [c]) Iidem AA. [7]) Ursae. — Qui explicandi negotii spem, cuius finis in iudicis potestate ac motu situs est, pollicetur, non minus ob illicitam sponsionem crimen contrahit, quam qui ad huiusmodi promissionis commercium contra disciplinam publicam adspirat. PP. III. Kal. Novemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

11. [d]) Iidem AA. [8]) Have Crispine carissime nobis [9]). — Si quis homicidii crimen existimat persequendum, secundum iuris publici formam debebis eum, qui in primordio homicidii postulaverat reum, neque probaverat [10]), ideoque reus absolutus est, praevaricationis arguere; id enim salubriter statutis principum, parentum nostrorum, iurisque forma praescriptum est. Vel si id non putaverit agendum, ad sequens crimen, id est pastorum [11]) latronumve, descendere enim coges, atque id exsequi [12]) iudicio tuo, quum, siquidem id ab incusato appareat esse commissum, ob ultionem publicam obnoxius legibus fiat. Dat. VIII. Id. April. Annibaliano et Asclepiodoto Conss. [292.]

12. [e]) Iidem AA. et CC. Aurelio. — Factum sponte se praecipitantis innocenti criminis periculum afferre non potest. S. XIV. Kal. Iun. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

13. [f]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [13]) AAA. Mariniano, Vicario Hispaniae. — Si quis servos crediderit accusandos, non prius ad corporum [14]) tormenta veniatur, quam se [15]) vinculo subscriptionis [16]) adstrinxerit. Dat. VI. Kal. Iun. [17]) Patavii, Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

14. [g]) Iidem AA. et Arcadius A. [18]) Cynegio P. P. — Singuli universique indices cognoscant, in publicis criminibus non oportere emendicatis [19]) suffragiis decretorum aut relationibus a publicis personis destinandis credere, sed rei veritatem requirere [20]). Dat. prid. Kal. Mai. Constantinop. Arcadio A. I. [21]) et Bautone Conss. [385.]

15. [h]) Iidem AAA. Tatiano P. P. [22]) — Tunc convenit potentiores viros adesse iudiciis, quum eorum praesentiam in criminibus publicis per [23]) inscriptionem causa deposcat, licet in pecuniariis causis per procuratores lites [24]) sustineant [25]). Dat. XV. [26]) Kal. Mart. Mediolani [27]), Valentiniano A. IV. [28]) et Neoterio [29]) Conss. [390.]

16. [i]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Pasiphilo [30]). — In causis criminalibus dignum est, ut inscriptiones praeponantur [31]), quae magnitudinem videlicet criminis tempusque designent, ut alterutram partem digna legum tenere [32]) possit auctoritas [33]). Quod statutum si fuerit forte [34]) contemtum, hi, qui ex officio ingrediuntur secretarium, quinque librarum auri condemnatione ferientur [35]). Dat. VIII. Id. [36]) Ianuar. [37]) Mediolani [38]), Olybrio et Probino Conss. [395.]

17.

[a]) *Bas. LX.* 33. 21. — *Sch. g — i.* (*T. VII. p.* 555.) — [b]) *Bas. LX.* 33. 32. — *Sch. k — p.; iungenda l.* 8. *C. quibus res iudic. VII.* 56. — [c]) *Bas. LX.* 33. 23. (*T. VII. p.* 547.) — *Sch. q — s.* (*T. VII p.* 556.) — [d]) *Bas. LX.* 33. 24. — *Sch. t — x.* (*T. VII. p.* 557.) — [e]) *Bas. LX.* 33. 25. — *Sch. y.* — [1]) *hausta ex l.* 14. *Th. C. de accusation. IX.* 1.; *Bas. LX.* 33. 26. — *Sch. z. a.* — [g]) *fons est l.* 15. *Th. C. de accusation. IX.* 1.; *Bas. LX.* 33. 27. — *Sch. b. c.* — [h]) *l.* 17. *Th. C. de accusation. IX.* 1.; *Bas. LX.* 33. 28. — *Sch. d.* — [i]) *fons est l.* 8. *Th. C. de iurisdict. II.* 1.; *Bas. LX.* 33. 29. — *Sch. e — h.* (*T. VII. p.* 558.); *iungendae l.* 8. *C. unde vi. VIII.* 4. *et l.* 1. *C. de abigeis. IX.* 37., *docente Cuiacio in Obss. I.* 20.

[1]) Optato *ms. Bg.* — [2]) deductum *Hal.* — [3]) enim *om. ms. Bg.* — [4]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., Hal.*; fiat *ms. Pl.* 2, *edd. rell.* — [5]) XIV. *om. Hal.*; *sed v. l.* 3. *C. VII.* 56. *in subscr.* — [6]) *Hal.*; II. *ins. Russ. et rell.* — [7]) et CC. *add. Hal. et rell. praeter Bk., contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [8]) et CC. *add. Hal. et rell. contra mss. Cas. Vat. Bg. Gt.* — [9]) *veteres libri, teste Cuiacio Obss. I.* 15., *Russ. Cont. in marg., Bk.*; liberis Crispinae charissimae nobis *Hal. et postea rell. Varias lectt. ex codd. meis hae sunt* ave (liabe, liberis) Crispine carissimime (carias, karissime) nobis (vob.). *Cfr. s.* 9. *C. VII.* 62. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; postulaverit — probaverit *edd. Schf. Hal. et rell.* — [11]) *v. l.* 1. *Th. C. IX.* 31. *et Gothofr. ad eandem.* — [12]) in *ins. ms. Pl.* 1. — [13]) *mss. Cas. Pl.* 2., *Theod. C.*; Val. Grat. et Theod. *mss. Vat. Pl.* 1., *Hal. et postea rell. praeter Bk.*; Val. et Theod. *ms. Bg.*; Grat. Val. Theod. et Arcadius *Bk., sed v. Haenel. not. n. ad l.* 14. *Th. C. cit.* — [14]) miserorum *Theod. C.*; *τῶν σωματικῶν Schol. Bas.* — [15]) accusator *ins. Theod. C.* — [16]) inscriptionis *Theod. C.*; *sed ὑπογραφῆς Schol. Bas.* — [17]) *Theod. C. ed. Haenel., quem defendit inscriptio*; Ian. *Hal. et rell.* — [18]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. *Bk., contra codd. meos, ac profecto bene se habet nostra inscr., quum creberrime ita* (*scil. per* Iidem AA.) *duo significentur ex tribus Impp., in praecedente inscr. dictis.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Hal. Bk., Cuiac. Obss. I.* 33.; uti *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; inquirere *edd. rell.* — [21]) I. *om. Hal.* — [22]) post alia *ex Theod. C. ins. Russ. et postea rell.*; *sed hoc signum constitutionis in plures partes discissae in Iust. Cod. conficiendo constanter omissum fuisse, docent codices illi permulti, in quibus plenae et integrae inscriptiones exhibentur.* — [23]) praesent. criminalis per *Theod. C.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; litem *edd. Schf. Hal. et rell.*; *sed τὰς δίκας habet τὸ κατὰ πόδα in Schol. Bas.* — [25]) licet — sustineant *om. Theod. C.* — [26]) XII. *Hal.* — [27]) Mediolano *Theod. C.* — [28]) *Bk. cum plerisque huius a. subscriptt.*; V. *Hal. et rell., Theod. C.* — [29]) *Hal. Russ. Bk.*; Neotherio *rell.* — [30]) suo salutem *addit Theod. C.* — [31]) proponantur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; *προτεθῶσιν Bas.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ., ed. Schf., Theod. C. ed. Gothofr.*; terere *ed. Nbg.*; terrere *Hal. et rell.*; *verum Bas. ἵνα θάτερον μέρος ἡ ἀξία τῶν νόμων κατασχῇ αὐθενεία.* — [33]) austeritas *Theod. C. et vetus cod. Contii, at contra Bas.*; *v. not. anteced. et Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.* — [34]) *sic vv. collocanda sunt secundum mss. Pl.* 1. 2. *et ed. Nbg. et Theod. C. et Bas.*; Quod si statutum forte fuerit *vel* Quod si fuer. statut. forte *edd. rell.* — [35]) feriantur *ms. Pl.* 2., *Theod. C.*; *sed πληγήσονται Bas.* — [36]) Kal. *Theod. C.* — [37]) Iun. *Bk.*; *v. not. ad l.* 8. *C. VIII.* 4. — [38]) *Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; *locus abest a rell.*

17. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Consulibus, Praetoribus [1]), Tribunis plebis, Senatui [2]) salutem dicunt [3]). — Accusationis ordinem [4]) iam dudum legibus institutum servari iubemus, ut, quicunque in discrimen capitis accersitur [5]), non statim reus, qui accusari potuit, existimetur [6]), ne subiectam innocentiam feriamus [7]). Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat [8]), custodiae similitudinem, habita tamen dignitatis aestimatione [9]), patiatur, nec impunitam fore noverit licentiam mentiendi, quum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. §. 1. Nemo tamen sibi blandiatur obiectu cuiuslibet criminis de se in quaestione confessus, veniam sperans propter flagitia adiuncti, vel communione [10]) criminis consortium personae superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorum suorum sorte sociandus [11]), aut eripi se posse [12]) confidens aut [13]) studio aut privilegio nominati, quum veteris iuris auctoritas de se confessos ne interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem super conscientia scrutetur aliena. Dat. VIII. Id. Aug. Ravennae, Asclepiodoto et Mariniano Conss. [423.]

Tit. III.

[b]) DE EXHIBENDIS VEL [14]) TRANSMITTENDIS REIS.

1. [c]) Impp. Valentinianus et Valens AA. Valentino [15]), Consulari Piceni. — Si miles in provincia repertus crimen publicum commiserit, eum rector provinciae sub custodia constituat, atque ita vel causae meritum vel [16]) personae qualitatem ad magistrum militum referat. Dat. XII. [17]) Kal. Februar. Mediolani, Valentiniano et Valente AA. Conss. [365.]

2. [d]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. — Nullus in carcerem [18]), prinsquam convincatur, omnino vinciatur. Ex longinquo si quis est acciendus [19]), non prius insimulanti, id est accusatori [20]), accommodetur assensus, quam solemni lege se vinxerit [21]). Ei vero, qui [22]) reducendus [23]) erit, ad disponendas res suas componendosque moestos penates spatium coram loci iudice aut etiam magistratibus sufficientium dierum, non minus tamen [24]) triginta, tribuatur, nulla remanente apud eum, qui ad exhibendum missus est, copia nundinandi. Qui posteaquam ad iudicem venerit, adhibita advocatione ius [25]) debebit explorare quaesitum, ac tamdiu pari cum accusatore fortuna retineri, donec repererit cognitio celebrata discrimen. Dat. III. Kal. Ianuar. [26]) Constantinop. Gratiano V. et Theodosio AA. Conss. [380.]

3. [e]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Drepanio [27]), Proconsuli Africae. — Neminem in [28]) iudicio exhibendum esse praecipimus, nisi de cuius exhibitione iudex pronuntiaverit. Dat. prid. [29]) Non. Februar. Mediolani [30]), Valentiniano A. IV. [31]) et Neoterio [32]) Conss. [390.]

Tit. IV.

[f]) DE CUSTODIA REORUM.

1. [g]) Imp. Constantinus [33]) A. ad Florentium, Rationalem. — In quacunque causa reo exhibito, sive accusator exsistat, sive eum publicae sollicitudinis cura produxerit, statim debet quaestio fieri, ut noxius puniatur, innocens absolvatur. Quodsi accusator aberit ad tempus, aut sociorum praesentia necessaria videatur, id quidem debet quam celerrime [34]) procurari. Interea vero reo exhibito non ferreas [35]) manicas

---

[a]) *l.* 19. *Th. C. de accusation. IX.* 1.; *partem nostrae const. repetit l.* 10. *C. de calumniator. IX.* 46.; *iungendae praeterea l.* 12. *C. de testib. IV.* 20., *l.* 3. *C. de libert. VI.* 7., *l.* 21. *C. qui accus. non poss. IX.* 1.; *Bas. LX.* 33. 30. (*T. VII. p.* 548.) — *Sch. i — n.* — [b]) *Dig. XLVIII.* 3. — [c]) *fons est l.* 2. *Th. C. de exhib. vel transmitt. IX.* 3.; *Bas. LX.* 35. 15. (*T. VII. p.* 586.) — *Sch. a — d.* (*T. VII. p.* 592.) — [d]) *l.* 3. *Th. C. de exhib. vel transmitt. IX.* 3.; *iungenda l.* 5. *C. de custod. reor. IX.* 4.; *Bas. LX.* 35. 16. — *Sch. e — i.* — [e]) *l.* 4. *Th. C. de exhib. vel transmitt. IX.* 3.; *Bas. LX.* 35. 17. (*T. VII. p.* 587.). — *Sch. k. l.* (*T. VII. p.* 593.) — [f]) *Dig. XLVIII.* 3. — [g]) *l.* 1. *Th. C. de custod. reor. IX.* 3.; *Bas. LX.* 35. 18. — *Sch. m — q.*

[1]) et *ins. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp. contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et Theod. C.* — [2]) suo *ins. Theod. C.*; suis *ins. Russ. Cont.* 62. — [3]) *ita haec vv. exscribuntur in mss. Vat. Cas. Pl.* 1. *Bg., a Russ. et Cont.* 62., *a Theod. C.*; S. D. *Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [4]) exordium *ms. Bg., ed. Schf.* — [5]) arcessitur *Hal. Bk., Theod. C.* — [6]) aestimetur *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf., Theod. C.*; *sed vulgata lect. magis convenit cum Bas.* — [7]) faciamus *Theod. C., ad quem Gothofr. nostram lect. sine sensu esse contendit; sed profecto et sensum habet et codd. nostri eam flagitant.* — [8]) accipiat *edd. Nbg. Hal., Theod. C. ed. Gothofr., male; cfr. Decr. Grat. c.* 3. *C. II. qu.* 8. — [9]) existimatione *ms. Bg., Hal.*; extimatione *ed. Nbg.* — [10]) *mss. Pl.* 2. *Bg., Theod. C.*; vel communionem *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Schf.*; vel per communionem *edd. Nbg. Hal. Bk.*; vel pro communione *Russ. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et vetera Cont., edd. Schf. Bk., Theod. C.*; sorciandus *ms. Pl.* 1.; satiandus *edd. Nbg. Hal. et rell., elegans quidem lect., sed a fide codd. aliena.* — [12]) posse *om. ms. Pl.* 1. — [13]) aut *om. Theod. C.* — [14]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., Theod. C. IX.* 2. *in rubr.*; et *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) Valentiniano *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg., Hal. Russ. Cont.* 62.; *v. l.* 17. *Th. C. XV.* 1. — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk., Theod. C.*; etiam *ins. Russ. et rell.* — [17]) XI. *et mox* Mediolano *Theod. C.* — [18]) carcere *ms. Pl.* 2., *et aut sic, aut mox* iniiciatur *pro*; vinciatur *legendum censet Haenel. ad l.* 3. *Th. C. cit.*; *sed τὸ κατὰ πόδα in Schol. Bas. habet* Μηδεὶς εἰς εἰρκτὴν—δεσμεύεσθω. — [19]) citandus *ms. Bg.*; vocandus *ms. Bg.* — [20]) assimulanti *Theod. C., a quo absunt* id est accusatori; *a profecto glossema sapiunt, ut iam Haloandro visum est, sed sunt in meis codd. et in veteribus Contii.* — [21]) et in poenam reciproci stilo trepidante recaverit *adduntur a Russ. et postea rell., sed absunt a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ab omnibus codd. Russardi et Contii, ab edd. Nbg. Schf. Hal. Recte vidit Cont. in marg., ex Theod. C. haec temere addita esse.* — [22]) Eique, qui *ms. Gt., Theod. C.* — [23]) deducendus *Theod. C., Bk.* — [24]) sufficientium non minus tamen *om. Theod. C.* — [25]) *lac. Gothofr. coni.* eius, *et mox pro* explorare *vult* explanare *vel* explicare, *quod non probandum.* — [26]) V. Kal. Iun. *Hal.* — [27]) Trephanio *ms. Bg.*; Derephario *ms. Vat.*; Drephonio *ms. Pl.* 1. — [28]) in *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt., Theod. C.*; *sed* ἐν δικασηρίῳ *Bas.* — [29]) *Theod. C., Bk.*; Dat. PP. *Hal. et rell.* — [30]) Mediolano *Theod. C.* — [31]) *Theod. C., Bk.*; III. *Hal. et rell.* — [32]) Neotherio *Cont. Char. Pac. Sp.* — [33]) Constantius *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [34]) celeberrime *ms. Pl.* 2., *omnia* (*l*) *mss. Russ., ed. Schf.* — [35]) *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.*; Interea vero exhibito non ferreas *ms. Pl.* 1.; Interea viro exhibito non ferreas *Theod. C.*; Interea vero exhibitum non per ferreas *Hal., quem rell. sequuntur, sed ita, ut post* vero *inserant* reum.

manicas et inhaerentes ossibus mitti [1]) oportet, sed prolixiores catenas, si criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem postulaverit, ut et cruciatio desit, et permaneat sub [2]) fida custodia. Nec vero sedis intimae tenebras pati debebit inclusus, sed usurpata luce vegetari [3]), et, ubi nox geminaverit custodiam, [4]) vestibulis carcerum et salubribus locis recipi, ac [5]) revertente iterum die, ad primum solis ortum, illico ad publicum lumen educi [6]), ne poenis carceris perimatur; quod innocentibus miserum, noxiis non satis severum esse dignoscitur [7]). §. 1. Illud etiam observabitur, ut neque his, qui stratorum [8]) funguntur officio, neque ministris eorum liceat crudelitatem suam accusatoribus vendere, et innocentes intra carcerum septa leto dare, aut subtractos audientiae [9]) longa tabe consumere. Non enim existimationis tantum, sed etiam periculi metus [10]) iudici imminebit, si aliquem ultra debitum tempus inedia aut quocunque modo aliquis stratorum [11]) exhauserit, et non statim eum, penes quem officium custodiae est, atque eius ministros capitali poenae subiecerit. Dat. prid. Kal. Iul. Serdicae, Constantino A. VI. [12]) et Constantino [13]) C. Conss. [320.]

2. [a]) Idem A. [14]) ad Evagrium P. P. [15]) — Si quis in ea culpa vel crimine fuerit depreheusus, quo dignus [16]) claustris carceris et custodiae squalore videatur [17]), auditus apud acta, quum de admisso constiterit, poenam carceris sustineat, atque ita postmodum eductus apud acta audiatur. Ita enim quasi sub publico testimonio commemoratio admissi criminis fiet, ut indicibus immodice saevientibus freni quaedam [18]) temperies [19]) adhibita videatur. Dat. III. [20]) Non. Febr. Heracleae [21]), Constantino A. VII. et Constantio [22]) C. [23]) Conss. [326.]

3. [b]) Imp. Constantius A. [24]) Acindyno [25]) P. P. — Quoniam unum carceris conclave permixtos secum [26]) criminosos includit, hac lege sancimus, ut, etiamsi poenae qualitas permixtione iungenda [27]) est, sexu tamen dispares [28]) diversa claustrorum habere tutamina iubeantur [29]). Dat. Non. April. Acindyno [30]) et Proculo Conss. [340.]

[c]) Authent. ut nulli iudicum. §. Necessarium. (Nov. 134. c. 9.) — *Hodie novo iure nullam mulierem pro pecunia fiscali, seu privata causa aut pro crimine quolibet modo in carcerem mitti aut includi aut custodiri concedimus* [31]). *Sed si pro fiscali aut privato debito pulsetur, per virum suum aut quem alium legitime respondeat. Quodsi noluerit vel respondere vel persequi litem suam, legitime in rebus suis executio procedat. Si vero tale sit crimen, ut necesse sit eam custodiri, si quidem fideiussorem dare potest, ipsi credatur; si vero iuraverit, fideiussorem dare se non posse, iuratoriam cautionem praestet de iudicii observatione. Sed si crimen gravissimum sit, de quo accusatur, in monasterium vel asceterium* [32]) *mittatur, vel mulieribus tradatur, per quas custodiatur* [33]). *Iudices autem, qui haec non servant, si maiores sunt, viginti librarum auri poenam, si minores, decem solvant. Obedientes autem eis in praedictis casibus, spoliati cingulo dentur in exilium.*

4. [d]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum P. P. — Ad commentariensem receptarum personarum custodia observatioque pertineat, nec putet hominem abiectum atque vilem obiiciendum esse iudici [34]), si reus modo aliquo [35]) fuerit elapsus. Nam ipsum volumus eiusmodi [36]) poena consumi, qua [37]) obnoxius docebitur fuisse, qui fugerit. Si vero commentariensis necessitate aliqua procul [38]) ab officio egerit, adiutorem eius pari iubemus invigilare cura, et eadem statuimus legis severitate constringi. Dat. III. Kal. Iul. Contionaci [39]), Gratiano A. II. [40]) et Probo Conss. [311.]

5.

---

[a]) *l.* 2. *Th. C. de custod. reor. IX.* 3.; *Bas. LX.* 35. 19. (*T. VII. p.* 588.) — *Sch. r.* (*T. VII. p.* 594.) — [b]) *l.* 8. *Th. C. de custod. reor. IX.* 3. — [c]) *haec auth. multo brevior, ac in textu, legitur in miss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *multa etiam absunt ab ed. Nbg.* — [d]) *l.* 5. *Th. C. de custod. reor. IX.* 3.; *Bas. LX.* 35. 20. — *Sch. s—u.*

[1]) admitti *ms. Bg.*; *fortasse* immitti *vel* iniici; *Schol. Bas. enim* μηδὲ οὐδηρὰ χειροδέσμια — ἐμβαλλέσθω. — [2]) sub *om. Theod. C.* — [3]) *ms. Bg., Theod. C.*; id est sublevari *addunt mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf., quae vv. glossema mihi esse videntur*; ac sublevari *addunt Hal. et rell.* — [4]) *ms. Bg., Theod. C.*; in *ins. rell.* — [5]) recipiatur, *om.* ac, *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; recipiatur ac [atque] *edd. Schf. Hal.* — [6]) reduci *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.* — [7]) cognoscitur *Theod. C.* — [8]) statorum *Hal. Russ., sed contra omnia mss. Russardi et mea.* — [9]) audientia *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [10]) periculum leti *ms. Bg.* — [11]) statorum *Hal. Russ.*; *v. not.* 8. — [12]) XI. *Cont.* 71. *vitio typor., quod repetunt Char. Pac.* — [13]) Constantio *Russ. et postea rell. praeter Bk.*; Constantio A. VI. et Constante, *ut sit a.* 333., *Hal.*; *v. inscr. hui. leg. et subscr. legis* 3. — [14]) *mss. Cas. Vat. Bg., Theod. C.*; Id. AA. *ms. Pl.* 1.; Iidem AA. et CC. *edd. Nbg. Hal. Russ.*; Idem A. et C. *Cont. et rell.* — [15]) P. P. *om. codd. mei.* — [16]) quod dignus *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; qui dignus *ms. Bg.*; quod dignum *Theod. C.*; *sed* dignus *defendunt Bas.* — [17]) videtur *mss. Pl.* 1. *Bg., Theod. C.* — [18]) quidem *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Schf.* — [19]) attemperies *Theod. C.*; *reponendum videtur, quod legitur in ms. Pl.* 2., ac temperies, *et* quaedam *mutandum in* quidam. — [20]) III. *om. Hal.* — [21]) *Theod. C., Bk.*; Heracliae *rell.* — [22]) Constantio A. VII. et Constante *Hal., ut sit a.* 354.; *v. inscr. legis* 1. *h. t. et subscr. leg. seq.* — [23]) *Theod. C., Bk.*; II. *addunt rell.* — [24]) *Theod. C., qui sequendus est, quum perfacile in codd.* Imp. Const., *qui iam inscr. legis* 1. *inesse videretur, mutari potuerit in* Idem A.; Idem A. *codd. mei et edd. praeter Bk.*; Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA. *Bk.* — [25]) Acyndino *Pl.* 1., *Theod. C.*; Acyndyno *Bk.* — [26]) permisto sexu *Hal. Russ. Cont., contra omnia mss. Russ. et mea, quae* permixtos *flagitant*; *at* sexu *idem Russ. in marg. ex libris mssis et Cont. in marg. ex vetere cod. effert. Nobiscum facit Theod. C.* — [27]) iniungenda *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [28]) sexus — dispares *mss. Pl.* 1. 2.; sexum — disparem *ed. Nbg., Theod. C.*; sexus — dispar *ms. Bg.* — [29]) videatur *mss. Pl.* 2. *Bg.*; iubeatur *ms. Pl.* 1., *Theod. C.* — [30]) *v. not.* 25. — [31]) *in carc. mittatur aut viris tradatur, ne castitati iniurientur, omissis rell. usque ad vv. de iudicii observat., ed. Nbg.* — [32]) *assisterium edd. Nbg. Schf.* — [33]) *a quibus custodiatur, donec causa manifestetur, omissis rell., ed. Nbg.* — [34]) iudiciis *Theod. C.*; τῷ δικαστῇ *Bas.* — [35]) conditione aliqua *Theod. C.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62.; huiusmodi *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.*; eius *Theod. C.*; τῇ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ *Bas.* — [37]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; cui *Russ. et rell., Theod. C.* — [38]) procul *male abest ab Hal.* — [39]) Constantinop. *Hal.* — [40]) *Hal. Bk.*; V. *Russ. et rell.*

5. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. — De his, quos tenet carcer [1]), id aperta definitione sancimus, ut aut convictos [2]) velox poena subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Iubemus autem, ut intra tricesimum diem semper commentariensis ingerat numerum personarum, varietatem delictorum, clausorum ordinem [3]) aetatemque vinctorum. Quodsi haec praetermiserit, officium [4]) viginti libras auri aerario nostro iubemus inferre, iudicem [5]) desidem ac resupina cervice tantum titulum gerentem, extorrem impetrata fortuna, decem auri libris [6]) multandum esse censemus. Dat. III. [7]) Kal. Ianuar. Constantinop. Gratiano V. et Theodosio [8]) AA. Conss. [380.]

6. [b]) A. *Epitome graecae const. Iustiniani ad Mennam P. P. ex Bas.* [9])

[10]) Οὐδένα χρὴ ἐμβάλλεσθαι φυλακῇ χωρὶς κελεύσεως μεγάλων ἀρχόντων τῆς βασιλίδος πόλεως, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις χωρὶς [11]) τῶν ταύτας ἰθυνόντων [12]), ἢ τῶν κατὰ τόπους ἐκδίκων.

§. 1. Χρὴ δὲ τὸν ἐπίσκοπον κατὰ τετράδα ἢ [13]) παρασκευὴν ἐπισκέπτεσθαι [14]), διὰ τί ἐνεβλήθησαν [15]).

§. 2. Καὶ εἰ μὲν δοῦλοί εἰσιν, εἴσω εἴκοσιν ἡμερῶν ἐκβάλλεσθαι αὐτοὺς ἢ σωφρονιζομένους, ἢ [16]) τοῖς δεσπόταις παραδιδομένους. ἢ ἐὰν μὴ φαίνωνται οἱ δεσπόται [17]), ἀπολύεσθαι αὐτούς [18]).

§. 3. Εἰ δὲ ἐλεύθεροί εἰσιν, ἐπὶ ἀταξίᾳ [19]) κατεχόμενοι, παραχρῆμα κρίνεσθαι [20]) αὐτοὺς, ἢ ἐὰν περὶ ἄλλης οἱασδήποτε [21]) αἰτίας, παρέχειν [22]) αὐτοὺς ἐγγύας [23]). εἰ δὲ μὴ ἔχουσιν ἐγγυητάς, εἰ μὲν ἐπὶ ἐγκλήματι [24]) κατέχονται, χωρὶς φόνου, ἐν τάχει αὐτοὺς κρίνεσθαι, εἰ δὲ κεφαλικόν ἐστι τὸ ἔγκλημα,

Nemo debet coniici in custodiam sine iussu magnorum magistratuum regiae urbis, aut in provinciis sine iussu eorum, qui eas regunt, vel defensorum locorum.

§. 1. *Oportet autem episcopum quarta quaque aut sexta die inquirere, quam ob causam coniecti sunt.*

§. 2. *Et si quidem servi sint, intra viginti dies excludi eos aut castigatos, aut dominis redditos; vel si non appareant domini, illos carcere dimitti.*

§. 3. *Si vero liberi sint, et propter tumultum detineantur, confestim eos iudicari, vel si ex alia quacunque causa, fideiussores ab ipsis dari. Sin autem non habent fideiussores, et propter crimen detinentur, excepto tamen homicidio, cito eos iudicari, et si capitale est crimen, intra triginta dies. Sed si ampliore dila-*

---

[a]) *fons est l.* 6. *Th. C. de custod. reor.; iungenda l.* 2. *C. de exhib. vel transmitt. IX.* 3.; *Bas. LX.* 35. 21. — *Sch. x.* (*T. VII. p.* 595.) — [b]) *Graecae const.* 1., *epitome servatur in Bas. LX.* 35. 22. (*T. VII. p.* 589.), *cuius maxima pars* (*usque ad vv.* εἴτε χρηματικὴ *in* §. 5.) *transiit* 2., *in Synopsin LX.* 35. 21. (*ed. Leuncl. p.* 519.); 3., *Schol. y ad Bas. l. c.* (*T. VII. p.* 595.) *exhibet argumentum* §§. 2. 3. 4., *haud raro a Bas. recedens et profecto melius dispositum*; 4., *ad illustrandas* §§. 1. 2. 3. 4. 6. *facit Eustath. III.* 7. *X.* 1. *XI.* 5. *XIX.* 11. *XIX.* 15. (*ed. Zachariae. p.* 124. 135. 139. 167. 169.); 5., *Paratitla ad coll. const. eccl. I.* 3. *et l.* 4. (*Voëlli bibl. II. p.* 1270. *et* 1283.) *exhibent sanctionem, quae in* §. 1. *continetur, simulque indicant, verbum initiale nostrae const. fuisse* Οὐδένα; *hoc testimonium plurimum facit, ut* 6., *legem* 22. *C. de episcop. Aud. I.* 4. *ex princ. et* §§. 1. 2. 6. *nostrae const. depromtam censeamus. — Restitutionis periculum primus fecit Cuiac. de divers. temp. praescr. c.* 9., *qui latinum argumentum nostrae const. ex text.* 1. *et* 3. *exhibuit. Deinde Cont.* 66. *restituit text.* 6. *et argumentum latinum Cuiaciano simile adiecit. Exstitit Ant. August.*, *qui in coll. graec. const. restituit text.* 5. *et text.* 2. (*additis ex Cuiaciana versione libri* 60. *Bas. iis, quae desunt in Synopsi*), *et adiecit ex Eustathio duos locos XI.* 5. *et XIX.* 11. *Vestigia Augustini a Cont.* 71. 76. *Char. Pac. Sp. ita premuntur, ut ex eo edant textum* 2. *et supplementum huius text.*, *quod Bas. praebent, latinis verbis adiiciant. Rectius Bk. restituit text.* 1. 3. *et Eustath. X.* 1. *XIX.* 11. *et XIX.* 15. *Equidem exhibendos censui text.* 1. *et* 3., *in notas autem reiiciendos locos Eustathii*; *non enim tam novi aliquid praebent, quam ad dubitationes solvendas proficiunt, quibus locum relinquunt Bas. eorumque Schol. — Deesse graecam const., indicant Dictatum pro consil.* (*Zeitschr. f. gesch. RW. T. V. p.* 342.), *ms. Vat.*; *eiusdem lacunae notam ad rubr. tit. seq. habent mss. Pl.* 1. 2. *Bg., cod. Aured. ap. Char., Russ.*

[1]) *ms. Pl.* 1., *Theod. C.*; inclusos *addunt rell., haud dubie ex glossemate.* — [2]) convictum *et mox* liberandum *Hal., Theod. C.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk, Theod. C.*; ordines *edd. Schf. Russ. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg., Theod. C.*; quidem *ins. edd. rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; vero *ins. Hal. et rell.* — [6]) libras *mss. Pl.* 2. *Bg.*; librarum *ms. Gt., ms. Pl.* 1. *secunda manu, ed. Nbg.* — [7]) IIII. *Hal.* — [8]) *Hal.*; 1. *ins. Russ. et rell., Theod. C.*; *v. subscr. leg.* 2. *C. IX.* 3. — [9]) *cfr. l.* 22. *C. I.* 4. — [10]) Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ὑπάρχοις τῶν θείων πραιτωρίων *inscr. Cont.* 71., *quum nostram const. illam* θείαν διάταξιν *censeat, quam commemorat l.* 22. *C. cit.*; *sequuntur eum rell. Mihi nec de causa Contianae inscr. persuasum est, nec omnino probantur eiusmodi inscriptt.*; *cfr. not.* 1. *ad l.* 15. *C. VII.* 45. — [11]) χωρὶς *om. Synops.* — [12]) τῆς βασιλίδος — ἰθυνόντων *om. Augustin. Cont.* 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [13]) καὶ *Bas., Synops., Bk.*; *sed rectius cum Augustino* ἢ *ediderat Cont.* 71., *quem sequuntur rell.*; *cfr. l.* 22. §. 1. *C. cit., Paratitla locis citt., Eustath. III.* 7. — [14]) *Bas., Synops.*; τοὺς ἐν φυλακῇ *ins. Augustin. Cont.* 71. *et rell.* — [15]) *Synops.*; ἐβλήθησαν *Bas.*; ἐνεκλείσθησαν *Augustin. Cont.* 71. *et rell.* — [16]) *Bas., Synops., Cuiac. Obss. XX.* 13.; καὶ *Augustin. Cont.* 71. *et rell.* — [17]) μὴ φαίνηται ὁ δεσπότης *Synops., Augustin., Cont.* 71. *et rell., contra Bas.* — [18]) §. 2. *apud Eustath. X.* 1. *ita se habet:* "Οτι ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν οἱ ἐπίσκοποι ὀφείλουσι παρασκευάζειν τοὺς ἀρχοντας καὶ ἐν πόλεσι καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκβάλλειν τοὺς ἐμβεβλημένους ἐν φυλακῇ οἰκέτας. εἰ δὲ μὴ φαίνονται οἱ δεσπόται εἴσω κ'. ἡμερῶν, ἀπολύονται. [*Intra viginti dies episcopi debent curare, ut magistratus tum in aliis urbibus tum Constantinopoli dimittant in custodia detentos servos. Et si non appareant eorum domini intra viginti dies, vinculis solvuntur.*] — [19]) ἐπὶ ταξίᾳ *Synops.* — [20]) *Bas.*; κρίνειν *Synops., Augustin., Cont.* 71. *et rell.* — [21]) *Bas., Bk.*; ἐὰν (*omisso* ἢ) περὶ ἀλλοίας δήποτε *Synops.*; ἢ ἐὰν ἄλλης δήποτε *Augustin., Cont.* 71. *et rell.* — [22]) *Bas.*; παρασχεῖν *Synops., Augustin. Cont.* 71. *et rell.* — [23]) *Bas., Synops.*; ἐγγυητὰς *Augustin., Cont.* 71. *et rell.* — [24]) *Bas., Synops., Augustin*; ἐγκλήμασι *Cont.* 71. *et rell.*

ἔγκλημα, εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν. ἐὰν δὲ ᾖ [1]) χρεία πλείονος ὑπερθέσεως, μηδαμοῦ παρέχοντος αἰτίαν τοῦ ἐγκεκλεισμένου, δίδοσθαι αὐτὸν [2]) ἐπὶ ἐξωμοσίᾳ, ἵνα ἡ ψῆφος γένηται κατ' αὐτοῦ, ἐὰν ἀπολειφθῇ.

§. 4. Εἰ [3]) δὲ φόνου ἐστίν, εἰ μὲν ἀπὸ ἀναφορᾶς δημοσιευόντων, εἶσω ἐξ μηνῶν κρίνεσθαι, εἰδότων τῶν δημοσιευόντων, ὅτι, ἐὰν ψεύσωνται, τῇ αὐτῇ ὑπόκεινται τιμωρίᾳ. εἰ δέ τις ἐγγραψάμενος αἴτιος ἐγένετο τῆς ἐνοχῆς [4]), δίδοσθαι αὐτοὺς [5]) ὑπὸ ἐγγύας [6]), ἢ ἐὰν μὴ εὑποῶσιν ἐγγυητῶν, μεῖναι μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τέμνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἐντὸς ἐνιαυτοῦ.

§. 5. Προλήψεως δὲ [7]) περὶ αὐτῶν [8]) γενομένης ὡς ὑπευθύνων, εἶναι αὐτοὺς ἐν τῇ φρουρᾷ, ἕως ὅτε [9]) περαιωθῇ ἡ δίκη. Εἰ δὲ ἤδη [10]) ψῆφος γέγονε παρὰ τῶν ἐγκεκλεισμένων, ἐκβιβάζεσθαι αὐτὴν, εἴτε σωματικὴ ἐστιν, εἴτε χρηματική, ἐχόντων ἐξουσίαν ἐπὶ χρηματικῇ ἐκσιῆναι.

§. 6. Ὑπομιμνησκόντων τῶν ἐπισκόπων τοὺς ἄρχοντας, εἰδότας, ὡς ὅτι καὶ αὐτοὶ καὶ αἱ τάξεις αὐτῶν δέκα λίτρας παρέξουσιν. ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν ἐπισκόπων μηνύειν βασιλεῖ τὴν τῶν ἀρχόντων ῥαθυμίαν [11]).

dilatione opus sit, et inclusus neutiquam causam praebeat, committi eum iuratoriae cautioni, ita ut sententia in eum, licet absentem, feratur.

§. 4. *At si crimen est homicidii, et ex relatione quidem publicarum personarum, intra sex menses iudicari, scientibus publicis personis, eidem poenae, si mentiti fuerint, se subiacere. Si vero accusator, qui inscripsit, auctor eius detentionis fuerit, committi eos fideiussoribus, vel si copiam non habeant fideiussorum, manere eos quidem in vinculis, causam autem intra annum decidi.*

§. 5. *Quodsi eos nocentes esse praesumtio exstiterit, teneri eos in custodia, donec causa terminetur. Et si iam sententia lata sit contra inclusos, hanc exsecutioni dari, sive corporalis sit sive pecuniaria; in pecuniaria condemnatione eis concessa licentia bonis cedendi.*

§. 6. *Episcopis admonentibus magistratus, qui sciant, se et officia sua decem libras illaturos esse; licentia data episcopis principi deferendi magistratuum negligentiam.*

B. §§. 2. 3. 4. *ex Schol. Bas.*

§. 2. Ὁ ἐν φυλακῇ ὢν δοῦλος εἴσω κ'. ἡμερῶν, εἰ μὲν ἀναίτιός ἐστιν, ἀπολυέσθω καὶ διδόσθω τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ, εἰ δὲ ὑπεύθυνος εὑρεθῇ, τιμωρείσθω.

§. 3. Ὁ ἐν εἰρκτῇ βληθεὶς διὰ χρηματικὸν ἐλεύθερος ἀπολυέσθω, παρέχων ἐγγυας· εἰ δὲ ἀπορεῖ ἐγγυῶν, τεμνέσθω εἴσω λ'. ἡμερῶν τὸ κατ' αὐτόν, καὶ ἀπολυέσθω. ἐὰν δὲ πλείονος χρόνου τὸ πράγμα δέηται, τοτε ἐξωμοσίᾳ καταπιστευέσθω μέχρι πέρατος τῆς δίκης· εἰ δὲ μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν ἀπολειφθῇ πρὸ περαιώσεως τοῦ ζητουμένου, ἐκπιπτέτω τῶν οἰκείων πραγμάτων [12]). Ἐὰν ἐλεύθερος ἐγκλήματι κατεχόμενος βληθῇ εἰς φυλακήν, ἐγγύας διδότω καὶ ἀπολυέσθω. εἰ δὲ ἀπορεῖ ἐγγυῶν, μεινάτω ἕως ἐξ μηνῶν μόνων ἐν τῇ φυλακῇ, ὧν ἐντὸς τεμνέσθω τὸ κατ' αὐτόν, εἰ μὴ ἄρα κεφαλικῶς ἐνάγεται [13]).

§. 4. Ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐδὲ ἐγγύῃ καταπισιεύεται, ἐὰν μέντοιγε ὑπὸ τῶν δημοσιευόντων κατηγορηθῇ. ἀλλὰ ἐντὸς πάλιν τῶν ἐξ μηνῶν τὸ κατ' αὐτὸν ὀφείλει πέρας λαβεῖν. Εἰ δὲ μὴ [14]) ὑπὸ τῶν δημοσιευόντων, ἀλλ' ὑπὸ ἰδικοῦ κατηγόρου ἐνήχθη, τότε καταθαρρεῖται ἡ ἐγγύη. ἐὰν δὲ οὐκ εὑποροῦ δουναι

Servus, qui est in carcere, intra viginti dies, si innocens est, solvatur et reddatur domino suo, si vero nocens inventus sit, puniatur.

§. 3. *Liber homo, qui in carcerem coniectus est ex pecuniaria causa, liberetur datis fideiussoribus; quodsi fideiussores non habet, intra triginta dies causa decidatur, et liberetur. Si autem ampliore tempore res egeat, tunc iuratoriae cautioni committatur usque ad finem litis; et si post iuratoriam cautionem absit ante finitam litem, bonis suis excidat. Quodsi liber criminis accusatus in custodiam coniectus sit, fideiussores det et vinculis solvatur; et si fideiussoribus careat, ad sex tantum menses maneat in custodia, intra quos iudicium finiatur, nisi capitalis criminis reus postulatus sit.*

§. 4. *Talis enim nec fideiussoribus committitur, siquidem a publicis personis accusatus sit; at rursus intra sex menses iudicium debet finem accipere. Quodsi non a publicis personis, sed a privato accusatore conventus sit, tunc admittitur fideiussio; et si fideiussores dare non valeat, per unum tantum annum in*

---

[1]) *Bas., Bk., Cuiac. Obss. XX.* 13.; ᾖ *om. Synops.*; ἐὰν δὲ μετὰ *Augustin. Cont.* 71. *et rell.* — [2]) *Bas. Bk., Cuiac. Obss. XX.* 13.; δοθῆναι αὐτῷ *Synops., Augustin., Cont.* 71. *et rell.* — [3]) *Bas.*; ἐὰν *Synops., Augustin., Cont.* 71. *et rell.* — [4]) *Bas., Synops.*; ἐγγραψ. αἴτιος γέγονε τῆς ἐνοχῆς *Bk.*; ἐγγραψ. αὐτῶν γέγονε τῆς ἐνοχῆς *Augustin., Cont.* 71. *et rell.* — [5]) αὐτοὺς *et mox* εὑποροῦσιν *Bas.*; αὐτὸν *et mox* εὑποροῦ *Synops., Augustin., Cont.* 71. *et rell.* — [6]) *Bas., Synops.*; ἐγγυίας *rell.* — [7]) δὴ *Augustin.* — [8]) αὐτῶν *et mox* ὑπευθύνων *et* αὐτοὺς *Bas.*; αὐτοῦ — ὑπευθύνου — αὐτὸν *Synops.*; αὐτοῦ — ὑπεύθυνος — αὐτὸν *Augustin. Cont.* 71. *et rell.* — [9]) ἕως τε *Synops.* — [10]) *Bas., Synops., Augustin., Bk.*; ἤδη *om. Cont.* 71. *et rell.* — [11]) §. 6. *apud Eustath. III.* 7. *ita se habet:* Οἱ ἐπίσκοποι — παρασκευαζέτωσαν τοὺς ἄρχοντας ποιεῖν ἐπ' αὐτοῖς (*scil.* τοῖς ἐν φυλακῇ), ὅσα οἱ νόμοι κελεύουσι. μὴ πειθομένων δὲ τῶν ἀρχόντων, μηνυέτωσαν τῷ βασιλεῖ περὶ αὐτῶν. [*Episcopi curent, ut magistratus circa carcere clausos faciant, quaecunque leges iubent; et si magistratus non pareant, Imperatori de iis nuntient.*] — [12]) *Schol. Bas., quoad recedit ab ipsis Bas. in vv.* Ὁ ἐν εἰρκτῇ βληθεὶς — πραγμάτων, *confirmatur ab Eustath. XI.* 5., *qui sic habet:* Ἐπὶ τῶν χρηματικῶν αἰτιάσεων ὁ μὴ εὑπορῶν ἐγγυητὴν παρασχεῖν οὐκ ὀφείλει πλέον τῶν λ'. ἡμερῶν μεῖναι ἐν τῇ φυλακῇ. εἰ δὲ χρεία ἐστὶ πλείονος διασιήματος, ὀφείλει ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθῆναι. ἀγνωμονοῦντος δὲ, πέμπεται εἰς νομὴν αὐτοῦ ὁ ἀντίδικος. [*In causis pecuniariis qui non valet fideiussorem praebere, non debet plus quam triginta dies in custodia retineri. Si longiore temporis intervallo opus est, iuratoriae cautioni committi debet: et si contumax fuerit, adversarius eius in possessionem mittitur.*] — [13]) *ad vv.* Ἐὰν ἐλεύθερος — ἐνάγεται *pertinet Eustath. XIX.* 15.: Ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος παρασκευάζειν τὸν ἄρχοντα ἐντὸς ς'. μηνῶν ψῆφον ἐκφέρειν περὶ τῶν ἐν φυλακῇ ἀπόρων ἐγγύης, χωρὶς φονέων. [*Debet episcopus curare, ut iudex intra sex menses sententiam ferat de iis, qui sunt in carcere et fideiussores dare non valent, exceptis homicidis.*] — [14]) μὴ *om. Fabr.*

δοῦναι ἐγγύας, φυλάττεται ἐπὶ ἕνα μόνον ἐνιαυτόν, οὗ ἐντὸς τὸ κατ' αὐτὸν χρὴ πάντως τέμνεσθαι [2]).

in custodia tenetur, intra quem omnino causam decidi oportet.

Tit. V.

[a]) DE PRIVATIS CARCERIBUS INHIBENDIS.

1. [b]) Imp. Zeno A. Basilio P. P. — Iubemus, nemini penitus licere per Alexandrinam splendidissimam civitatem, vel Aegyptiacam dioecesin, aut [2]) quibuslibet imperii nostri provinciis vel in agris suis aut ubicunque domi [3]) privati carceris exercere custodiam, viro spectabili pro tempore praefecto Augustali, et viris clarissimis omnium provinciarum rectoribus daturis operam semperque futuris in speculis, ut saepe dicta nefandissimorum hominum arrogantia modis omnibus opprimatur. Nam post hanc saluberrimam constitutionem et vir spectabilis pro tempore praefectus [4]) Augustalis et quicunque provinciae moderator maiestatis crimen procul dubio incursurus est, qui, cognito huiusmodi scelere, laesam non vindicaverit maiestatem; primatibus insuper officiorum eiusdem criminis laqueis constringendis, qui, simulatque noverint memoratum interdictum facinus in quocunque loco committi, proprios indices de opprimendo nefandissimo [5]) scelere non protinus curaverint instruendos. Nam illud perspicuum est, eos, qui hoc criminum [6]) genus commiserint, pro veterum etiam [7]) legum et constitutionum tenore tanquam ipsius maiestatis violatores ultimo subingandos esse supplicio. Dat. Kal. Iul. Constantinop. Longino V. C. [8]) Cons. [486.]

2. [c]) A. *Epitome graecae const. Iustiniani ad Mennam P. P.* [9]) *ex Bas.*

Ἡ διάταξις κελεύει, μὴ γίνεσθαι ἰδιωτικὰς φυλακάς, τοὺς δὲ τοῦτο πράττοντας ὑποκεῖσθαι καὶ ἐπιτιμίῳ καὶ διάγειν ἐν τῇ δημοσίᾳ φρουρᾷ τοσαύτας ἡμέρας, ὅσας δήποτ' ἂν γέγονεν ὁ ἐγκλεισθεὶς [10]) ἐν τῇ γενομένῃ παρ' αὐτῶν φυλακῇ, ὁποίας ἂν εἴησαν τύχης ἢ ἀξίας, ἐκπίπτειν [11]) δὲ καὶ τῆς δίκης [12]) ἁρμοζούσης αὐτοῖς κατὰ τῶν ἐγκλεισθέντων, προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ ἄρχοντος. Εἰ δὲ ῥαθυμήσει ὁ ἄρχων, ὑφίσταται κίνδυνον καὶ περὶ [13]) τὴν οὐσίαν καὶ περὶ τὴν σωτηρίαν.

Constitutio iubet, non haberi privatas custodias, et, qui hoc commiserint, et talioni subiici et tot dies peragere in publico carcere, quot quis fuerit in parata ab ipsis custodia inclusus, cuiuscunque sint fortunae vel dignitatis, et cadere eos causa, quae ipsis adversus inclusos competit, providentia episcopi et praesidis. Quodsi negligens fuerit praeses, et bonorum et salutis periculum subit.

B. *Epitome eiusdem ex Theodoro Hermopol.*

Ὁ νόμος οὐ βούλεται ἰδιωτὴν ἔχειν φυλακὴν ἰδίαν, ἀλλὰ τὸν ἔχοντα κατά τινος ἀναγκάζει τοῖς ἄρχουσι προσιέναι· κἀκεῖνοι εἰ συνείδωσι δίκαιον φυλακὴν γενέσθαι, ἐπιτρέπουσι τοῦτο. Εἰ δὲ τούτου μὴ φροντίσας ὁ ἰδιώτης κατάσχῃ τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ ἐν φυλακῇ ἰδίᾳ, ἀτιμωρήτος οὐκ ἔσται, ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμίῳ ὑποκείσεται, καὶ τοσαύτας ἡμέρας ἐν δημοσίᾳ φρουρᾷ διάξει, ὅσας ἐποίησεν ὁ παρ' αὐτοῦ ἐγκλεισθεὶς [14]) ἰδιωτικῇ φυλακῇ, ὁποίας, καὶ εἴη τύχης, ἐκπίπτων καὶ τῆς κατ' ἐκείνου ἀγωγῆς. Δίδωσι δὲ ἄδειαν καὶ τοῖς ἐπισκόποις ἐκβάλλειν καὶ τοὺς ἐμβαλλομένους ταῖς ἰδιωτικαῖς φυλακαῖς, καὶ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχουσι, οὓς τινας ἔρχονται [15]). καὶ τῷ τῆς ἱεροσυλίας ὑποβάλλει ἐγκλήματι, ἐὰν ῥαθυμήσωσιν, καὶ τοὺς πρώτους τῆς ταξεως αὐτῶν.

C.

Lex neminem privatum privatam habere vult custodiam, sed eum, qui talem in aliquem paratam habet, cogit adire magistratus; qui si intellexerint iuste custodiam fieri, hoc permittunt. Si vero privatus id non curans adversarium suum in privata custodia detineat, impunitus non erit, sed et talioni subiacebit et tot dies in publico carcere peraget, quot sustinuit ab eo inclusus in privata custodia, cuiuscunque sit fortunae, privatus etiam actione, quam in illum habet. Concedit et potestatem episcopis dimittendi quoque inclusos privatis carceribus, et provinciarum praesidibus; quos, si negligentes fuerint, etiam sacrilegii crimini subiicit, et primates officii eorum.

---

[a]) *Dig. XLVIII.* 3. — [b]) *Bas. LX.* 55. 1. (*T. VII. p.* 907.) — *Sch. a — c.* (*ibid*) — [c]) *Graecae const. epitome est* 1., *in Bas. LX.* 55. 2. (*T. VII. p.* 907.), *recepta* 2., *in Synopsin LX.* 35. (*ed. Leuncl. p.* 520); *amplior epitome posita fuit* 3., *a Theodoro Hermopol. in commentario ad l.* 23. *C. de episcop. aud. l.* 4., *quae ex nostra depromta est;* 4., *Paratitla ad coll. const. eccl. l.* 3. *et l.* 4. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1217. *et* 1283.) *pauca ex argumento nostrae const. recensent et verbum eius initiale fuisse testantur* Ἰδιωτικάς (*cfr. l.* 23. *C. cit.*) — *Ant. Augustin. in coll. graec. const. edidit textus* 4. *et* 3., *quos repetiit Cont.* 76. *adiecta versione Cuiaciana textus* 1. *Hanc solam versionem Cont.* 71. *restituerat, quem sequitur Char. Eam et retinent Pac. Sp., adiiciunt autem textum* 2. *Textus* 1. *et* 3. *restituit Bk.; equidem edendos censui textus* 1. 3. 4. — *Deficientis graecae const. notam in fin. hui. tit. Ant. Augustinus in cod. invenerat; ea nota post rubr. tit. seq. est in mss. Pl.* 1. *Bg. et in alio cod. Augustini.*

[1]) *magis ad textum A. accedit argumentum huius paragraphi apud Eustath. XIX.* 11.: Ἐὰν ἐξ ἀναφορᾶς δημοσίων προσώπων ἐπὶ φόνῳ κατεσχέθησαν τινες, οὐκ ὀφείλουσιν ἐγγυηταῖς καταπιστεύεσθαι, ἀλλὰ βληθῆναι εἰς φυλακήν, μέχρι μὲν οὖν ἐξ μηνῶν περαιουμένου τοῦ πράγματος. Εἰ δὲ ὑπὸ ἰδιωτῶν κατηγορήθησαν νομίμως, ὀφείλουσι [ἐγγύας διδόναι ἢ] μεῖναι ἐν φυλακῇ, ἕως ἐνιαυτοῦ τεμνομένου τοῦ πράγματος. [*Si qui ex relatione publicarum personarum propter homicidium detenti sunt, non debent fideiussoribus committi, sed coniici in carcerem, causa scilicet intra sex menses finienda. Si vero a privatis secundum formam legum accusati sunt, debent* [*fideiussores dare aut*] *manere in custodia, causa intra annum decidenda.*] — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; *in ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) domi *om. ms. Pl.* 2.; domui private *ms. Gt.* — [4]) praefectus *om. mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.*; pro tempore *om. ms. Bg.* — [5]) nefariorissimo *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; criminis *edd. rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; etiam pro veter. *edd. rell.* — [8]) II. *ins. Bk., ut sit a.* 490. — [9]) *cfr. l.* 23. *C. l.* 4. — [10]) ὁ ἐγκαλεσθεὶς *Synops.* — [11]) ἐκπίπτει *Synops.* — [12]) *Bas.*; τῆς *ins. Synops., edd. Cod.* — [13]) περὶ *om. Bas.* — [14]) ἐγκληθεὶς *Theodorus apud August.* — [15]) *vv.* οὓς τινας ἔρχονται *corrigenda videntur aut in* προσέρχεσθαι, *aut ita, ut v.* ἔρχονται *pro depravata geminatione v.* ἄρχουσι *habeatur et legatur:* οὓς τινας καὶ τῷ *etc.*

C. *Supplementum eiusdem ex Paratitlis ad coll. const. eccl.*

Ἐάν τις ἐμβληθῇ [1]) ἐν ἰδιωτικῇ φυλακῇ, προνοίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀφελέσθω [2]) παραχρῆμα τῆς φυλακῆς. Σημειωτέον [3]), ὅτι, ῥαθυμουμένου τοῦ πράγματος [4]), δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀναφέρειν τῷ κατὰ καιρὸν προεστῶτι τῶν θείων πριβάτων. τοῦτο γάρ, φησί, μὴ ποιησαντες οὐ τὸν [5]) περὶ μόνην τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τὸν περὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ὑποστήσονται κίνδυνον.

Si quis in privatam custodiam coniectus sit, providentia religiosissimorum episcoporum statim custodiae auferatur. Notandum, quod, si ea res segniter procedit, episcopus debet referre ad eum, qui pro tempore praeest sacris rebus privatis. Hoc enim, ait, qui non fecerint, non circa solum patrimonium, sed circa ipsam salutem periclitaturos.

Tit. VI.

SI REUS VEL ACCUSATOR MORTUUS FUERIT.

1. [a]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Ἐὰν στρατιώτης λειποτακτήσας ἀποθάνῃ [6]), λύεται τὸ ἔγκλημα.

Si miles, qui deseruerat militiam, mortuus fuerit, exstinguitur accusatio.

2. [b]) Imp. Antoninus A. Eutychiano. — Etsi Marcellus, qui crimine falsi postulabatur, vita functus est, ac per hoc crimen in persona eius sit exstinctum, accusatio tamen non est abolita, quum tam uxorem eius, quam te eodem crimine postulatos esse [7]) proponas. PP. VII. Kal. Octob. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

3. [c]) Idem A. Proculo. — Si is, quem homicidii seu cuiusvis criminis postulasti reum, vita functus est, frustra ob poenam desertae accusationis conveniris, quum morte eius crimen cum poena [8]) sit exstinctum, ac per hoc tibi ademta est necessitas accusationis. PP. IV. Kal. Octob. Romae, Sabino et Anulino [9]) Conss. [216.]

4. [d]) Imp. Alexander A. Veroniciano. — Si, ut proponis, causa pecuniaria ad emolumentum tuum spectat, licet Anianus, cui falsi crimen auctor [10]) eius intendebat, vita functus sit, non prohiberis, si quis adversus te instrumento, quod in dubium vocatur, uti coeperit, accusationem instituere [11]). Quamvis enim in persona principalis rei morte subducti iam subsistere non possit, tamen, si quis illo uti voluerit, intelligit, se periculo criminis esse subiectum. PP. VI. Kal. Ian. Albino et Aemiliano [12]) Conss. [227.]

5. [e]) Imp. Gordianus A. Rufo [13]). — Defunctis reis publicorum criminum, sive ipsi per se ea commiserunt, sive aliis mandaverunt, pendente accusatione, praeterquam si sibi mortem consciverint, bona successoribus eorum non denegari, notissimi iuris est. PP. VII. Kal. Novemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

6. [f]) Idem A. Iuliano [14]). — Si quis, quum capitali poena vel deportatione damnatus esset, appellatione interposita et in suspenso constituta, fati diem functus est, crimen morte finitum est. Idem observatur, et si accusator pendente appellationis tempore ultimum diem obiisset. Sin autem relegationis poenam sustinuit, et in parte [15]) bonorum damnatus appellatione usus est, etiam post mortem eius nihilominus appellationis ratio examinabitur, quum desideretur [16]), utrum valeat, nec ne, particularis publicatio. PP. VI. Kal. August. Gordiano A. et Aviol. Conss. [239.]

Tit. VII.

SI QUIS IMPERATORI MALEDIXERIT.

1. [g]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino P. P. — Si quis modestiae nescius et pudoris ignarus improbo petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum [17]) fuerit, eum poenae nolumus subiugari, neque durum aliquid nec asperum [18]) sustinere, quoniam, si id ex levitate processe-

---

[a]) *Graecae const. in initio huius tit. lacunam commemorant Hal. Russ. Cont.* 62., *vetus codex Ant. Augustini, mss. Pl.* 1. *Bg.* (*v. not. anteced.*). *Posset quidem haec nota et de lege* 2. *de privatis carceribus intelligi; verum ut etiam in initio nostri tit. graecam const. excidisse censeamus, movent nonnullae tituli nostri allegationes in Scholiis Bas.* (*cfr. Witte die leges restitutae p.* 217.). *Genuinum restitutionis fontem recte Ant. Augustin. reperisse sibi visus est in Bas. LX.* 56. 1. (*T. VII. p.* 908.), *cuius loci versionem latinam ut legem* 1. *hui. tit. inseruit Cont.* 71., *quem sequuntur Char. Pac. Sp. Graeca restituit Bk.* — [b]) *Bas. LX.* 41. 34. (*T. VII. p.* 715.) — *Sch. b.* (*T. VII. p.* 734.) — [c]) *Bas. LX.* 56. 3. (*T. VII. p.* 908.) — *Sch. b.* (*T. VII. p.* 909.) — [d]) *Bas. LX.* 41. 35. (*T. VII. p.* 715.) — *Sch. c. d.* (*T. VII. p.* 734.) — [e]) *Bas. LX.* 56. 5. (*T. VII. p.* 908.) — *Sch. c — f.* (*T. VII. p.* 909.) — [f]) *Bas. LX.* 56. 6. — *Sch. g — m.* — [g]) *l.* 1. *Th. C. si quis imperat. maledix. IX.* 4.; *Bas. LX.* 36. 13. (*T. VII. p.* 599.) — *Sch. p.* (*T. VII. p.* 606.); *iungendae l.* 43. 44. *C. de decurion. X.* 31.

[1]) *Parat. I.* 3.; *βληθῇ Parat. I.* 4. — [2]) *Parat. I.* 3.; *ἀφιέσθω Parat. I.* 4. — [3]) *Parat. I.* 3.; *Σημειώσαι Parat. I.* 4. — [4]) *τούτου addit Parat. I.* 4. — [5]) *τὴν Paratitla.* — [6]) *λειποτακτήσας, τελευτήσῃ Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t* — [7]) esse *om. mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Hal.* — [8]) eius *ins. mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Nbg.* — [9]) Sabino II. et Anullino *Bk.* — [10]) actor *ed. Schf., quam tuetur τὸ κατὰ πόδα in Schol. Bas.*; *habet enim ὁ διοικητής.* — [11]) instruere *ms. Pl.* 2.; *sed ἐνστήσασθαι Schol. Bas.* — [12]) et Maximo *Bk.*; *v. Reland. fast. consul. p.* 161. — [13]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Rufino *Cont.* 71. *et rell.* — [14]) ῥῥ. *add. mss. Pl.* 1. *Bg.* — [15]) partem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [16]) desideratur *Hal. Russ.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2., *Theod. C.*; imperii *ms. Bg.*; temporum nostrorum *edd.*; *ὁ τοὺς καιροὺς διαβάλλων Schol. Bas.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk., Theod. C.*; volumus *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*

cesserit, contemnendum est, si ex insania, miseratione dignissimum, si ab iniuria [1]), remittendum. Unde integris omnibus [2]) ad nostram scientiam referatur [3]), ut ex personis hominum [4]) dicta pensemus, et utrum praetermitti, an exquiri debeat [5]), censeamus. Dat. V. [6]) Id. August. Constantinop. Theodosio A. III. et Abundantio [7]) Conss. [393.]

Tit. VIII.

[a]) AD LEGEM IULIAM MAIESTATIS.

1. [b]) Imp. Alexander A. Paulino. — Etiam ex aliis causis maiestatis crimina cessant meo seculo, nedum etiam admittam te, paratum accusare iudicem propterea crimine maiestatis, quod contra constitutionem meam [8]) dicis pronuntiasse. PP. III. Id. April. Maximo II. et Aeliano [9]) Conss. [223.]

2. [c]) Idem A. Faustiniano [10]). — Alienam sectae meae sollicitudinem concepisti, quasi crimen maiestatis sustineres, si [11]) servo tuo iratus esse non perseveres, quod semper te facturum inconsulte iuraveris [12]). PP. III. Non. Febr. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

3. [d]) Imp. Constantinus A. ad Maximum P. U. [13]) — Si quis alicui maiestatis crimen intenderit, quum in huiuscemodi re convictus minime quisquam privilegio dignitatis alicuius a strictiore [14]) inquisitione defendatur [15]), sciat, se quoque tormentis esse subdendum, si aliis manifestis iudiciis [16]) accusationem suam non potuerit comprobare. Cum [17]) eo, qui huius [18]) esse temeritatis [19]) deprehenditur [20]), illum quoque tormentis subdi oportet, cuius consilio atque instinctu ad accusationem accessisse videbitur [21]), ut ab omnibus [22]) commissi consciis statuta [23]) vindicta possit reportari. PP. Kal. Ianuar. Volusiano et Anniano Conss. [314.]

4. [e]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Olybrium P. U. — Nullus omnino, cui inconsultis ac nescientibus nobis fidicularum tormenta inferuntur [24]), militiae vel generis aut dignitatis defensione uti prohibeatur, excepta tantum [25]) maiestatis causa, in qua sola omnibus aequa conditio est. Dat. VIII. Id. Iul. Valentiniano N. P. et Victore Conss. [369.]

5. [f]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano P. P. — Quisquis cum militibus vel privatis, barbaris etiam [26]), scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramenta [27]) vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consiliis et consistorio nostro intersunt, senatorum etiam (nam et ipsi pars corporis nostri sunt) vel [28]) cuiuslibet postremo, qui nobis militat, cogitaverit (eadem enim severitate voluntatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt), ipse quidem, utpote [29]) maiestatis reus, gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro addictis. §. 1. Filii vero eius, quibus vitam imperatoria [30]) specialiter lenitate concedimus (paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hereditarii criminis exempla metuuntur [31])), a materna vel avita, omnium etiam proximorum hereditate ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuo egentes et pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos unquam [32]) honores, nulla prorsus sacramenta [33]) perveniant, sint postremo tales, ut his, perpetua egestate sordentibus, sit et mors solatium [34]) et vita supplicium. §. 2. Denique iubemus etiam eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire tentaverint. §. 3. Ad filias sane eorum, quolibet [35]) numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata sive intestata defecerit [36]), volumus pervenire, ut habeant mediocrem potius [37]) filiae alimoniam, quam integrum [38]) emolumentum

---

[a]) *Dig. XLVIII. 4.* — [b]) *Bas. LX. 36. 14.* — *Sch. q.* — [c]) *Bas. LX. 36. 15.* — *Sch. r — s.* — [d]) *l. 1. Th. C. ad leg. Iul. mai. IX. 5.*; *Bas. LX. 36. 16.* (*T. VII. p. 600.*) — *Sch. t. u.* — *Est pars amplioris Edicti Constantini ad nostra tempora conservati, quod primum editum ap. Murator. Thes. inscr. vet. II. p. 580., nunc Vesmii cura elimatius typis exscriptum est in Richteri et Schneideri Annalibus criticis iurispr. German. V. p. 177. Cfr. de hoc Edicto Klenze in ephem. s. t. Zeitschr. f. gesch. RW. IX. p. 56 sqq. 225 sqq.* — [e]) *fons est l. 1. Th. C. de quaestion. IX. 35.*; *Decr. Grat. c. 23. C. 6. qu. 1.*; *Bas. LX. 36. 17.* — *Sch. x. y.* — [f]) *l. 3. Th. C. ad leg. Corn. de sicar. IX. 14.*; *Decr. Grat. c. 22. C. 6. qu. 1., et dist. 6. c. 9. de poenit.*; *Bas. LX. 36. 18.* — *Sch. z — i.* (*T. VII. p. 609.*) *Nostra const. paucis mutatis repetita in Aurea Bulla Caroli IV. c. 24.*

[1]) ob iniuriam *mss. Pl. 1. Gt.* — [2]) *ms. Bg., Hal. Bk., Theod. C.*; hoc *ins. mss. Pl. 1. 2., edd. rell.* — [3]) conscientiam reservetur *ms. Pl. 2.* — [4]) omnium *ms. Pl. 1.* — [5]) *mss. Pl. 2. Bg., Theod. C.*; debeant *ms. Pl. 1., edd.* — [6]) *Theod. C.*; VI. *Hal. et rell.* — [7]) V. C. *addit Theod. C.* — [8]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., Hal.*; eum *ins. edd. rell.* — [9]) Iuliano *Hal. et rell. praeter Bk., contra omnes hui. anni subscriptt.* — [10]) Faustino *mss. nonn.* — [11]) et si *mss. Bg. Gt., Hal.* — [12]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; iuraveras *Hal. et rell.* — [13]) P. P. *mss. Cas. Pl. 1. Bg., ed. Nbg., quod Iac. Gothofredo placet, sed nihil verius est, quam* P. U.; *cfr. Klenze l. c. p. 65.* — [14]) adstrictiore *Theod. C. ed. Gothofr.* — [15]) cum in eiusmodi obiectis minime quemquam privilegium dignitatis alicuius a strictiori inquisitione tueatur *Edict. Const. sec. Vesm.* — [16]) indiciis testibus aut argumentis *Edict. Const. sec. Vesm.* — [17]) *plene interpunxi post* comprobare, *et solo commate post* deprehenditur, *auctore Cuiacio in Recitatt. in Cod. h. t.*; *ab omni sensu abhorrent rell. edd., in quibus commate post* comprob. *et plene post* deprehend. *interpunctum est* (*v. Klenze l. c. p. 62.*). *Plane alius et commodior etiam sensus est in Edicto Const., in quo sec. Vesmium est:* comprobare; cum in eo qui huius esse temerit. deprehend., illud quoq. tormentis erui oporteat, cuius cons. *et rell. Sed ipsos compositores Cod. hic mutasse sensum, docent Bas., secundum quae uterque, et accusator et qui ad accusationem impulit, torquendus est.* — [18]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Hal. Bk., Theod. C., Edict. Const. sec. Vesm.*; huiusmodi *edd. rell.* — [19]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Hal. Bk., Theod. C., Edict. Const.*; reus *ins. edd. rell.* — [20]) deprehendetur *Edict. Const. sec. Vesm.* — [21]) videatur *Edict. Const.* — [22]) tanti *ins. Edict. Const.* — [23]) *ed. Nbg., Theod. C.*; iam statuta *ms. Pl. 1.*; instituta *mss. Pl. 2. Bg., edd. rell.*; *deest* statuta *in Edicto Const.* — [24]) offeruntur *mss. Pl. 2. Bg.*; offerentur *ms. Pl. 1., ed. Nbg.* — [25]) tamen *Theod. C.* — [26]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Bk.*; vel barbaris etiam *Hal., Decr. Grat.*; vel barbaris *edd. Schf. Russ. et rell.* — [27]) *ms. Pl. 1., ed. Nbg., Theod. C.*; sacramentum *rell.* — [28]) vel *om. Theod. C.* — [29]) utpote *om. ms. Pl. 1.* — [30]) imperiali *ms. Bg., Hal.* — [31]) metuentur *mss. Bg. Gt., Hal.*; metuantur *Theod. C.*; metiuntur *ed. Nbg.* — [32]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; nullos prorsus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [33]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg., Theod. C.*; nulla sacram., *omisso* prorsus, *Hal.*; ad nulla sacram., *item omisso* prorsus, *edd. rell.* — [34]) solatio *et mox* supplicio *Theod. C.* — [35]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Bk., Theod. C.*; quotlibet *Hal. et rell.* — [36]) *ms. Pl. 1., edd. Schf Hal., Theod. C.*; decesserit *rell.* — [37]) habeant ingratae potius *Theod. C.* — [38]) integre *Theod. C.*

mentum ac nomen heredis. Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus usuras esse confidimus. §. 4. Emancipatio [1]), quae a praedictis sive in filios, post legem duntaxat latam, sive in filias fuerit collata, non valeat [2]). Dotes, donationes, quarumlibet postremo rerum alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude vel iure factas esse constiterit, quo primum memorati de iniunda factione ac societate cogitaverint, nullius statuimus esse momenti. §. 5. Uxores sane praedictorum, recuperata dote [3]), si in ea conditione fuerint, ut, quae a viris titulo donationis acceperunt [4]), filiis debeant reservare, tempore, quo usufructus absumitur, omnia ea [5]) fisco nostro se relicturas esse cognoscant, quae iuxta legem filiis [6]) debebantur; Falcidia etiam ex his [7]) rebus filiabus tantum, non etiam filiis deputata [8]). §. 6. Id, quod de praedictis eorumque [9]) filiis cavimus, etiam de satellitibus, consciis ac ministris filiisque eorum simili severitate [10]) censemus. §. 7. Sane si quis ex his in exordio initae factionis, studio verae laudis accensus, ipse [11]) prodiderit factionem, et praemio a nobis [12]) et honore donabitur. Is vero, qui usus fuerit factione, si vel sero [13]), incognita tamen adhuc, consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantum [14]) ac venia dignus habebitur. Dat. prid. Non. Septemb. Ancyrae, Caesario et Attico Conss. [397.]

6. *) *Graeca desunt.* — Paulus lib. singulari [15]) de publicis iudiciis Meminisse oportebit, si quid contra maiestatem imperatoris commissum dicatur, etiam post mortem rei id crimen instaurari solere, posteaquam divus Marcus Depitiani [16]), utpote senatoris, qui Cassiani furoris socius fuerat, bona post mortem fisco vindicari iussit, et nostro tempore multis heredibus ablata sunt. In hoc item [17]) crimine, quod ad laesam [18]) maiestatem imperatoris pertinet, etiam in caput domini servi torquentur. — [19]) Marcianus lib. I. de publicis iudiciis tit. [20]) ad legem Iuliam Maiestatis. Post divi Marci constitutionem hoc iure uti coepimus, ut etiam post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit, ut, convicto mortuo [21]), memoria eius damnetur, et eius bona successori [22]) eius [23]) eripiantur; nam ex quo sceleratissimum quis consilium cepit, exinde quodammodo sua mente punitus est. Sic et divus [24]) Severus et Antoninus constituerunt, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare neque manumittere eum posse; nec ei solvere iure debitorem, magnus [25]) Antoninus rescripsit. In hac causa in caput domini servi torquentur, id est propter causam maiestatis [26]). Et si decesserit quis, propter incertam [27]) personam successoris bona observantur, si in causa maiestatis fuisse mortuus arguatur, ut Severus et Antoninus literis ad Rationales missis rescripserunt. — *Graeca desunt.* — Dat. III. Non. Mart.... [28]).

TIT. IX.

---

*) *dubitari non potest, quin huius loci sit graeca const., cui a legislatore inserta erant duo fragmenta ex libris iureconsultorum; Graeca interierunt, haec fragm. autem, quippe latine conscripta, servata sunt. Testatur hoc claris verbis glossa aliqua anteaccursiana, quam in cod. Vindob. invenit Biener (cfr. Gesch. d. Novell. p. 579.), et quae de nostrae const. habitu ita docet: „magna constitutio ponitur hic, que incipit in greco, et in medio istud tantillum ponitur latinum, quod est Meminisse oportet et cetera, in fine vero in greco desinit.“ Idem indicant multa illa codicum et editionum testimonia, quae ante fragmentum Pauli et post locum Marciani graeca deesse docent, ut cod. Vindob. supra laudatus, duo codd. Parisini a Bienero inspecti, edd. Hal Russ. Cont.; accedit ms. Pl. 1., in quo ad inscr. loci Pauliani et ad rubr. tit. seq. graecorum lacuna notatur. Porro sententia nostra et eo fulcitur, quod cod. Paris. et edd. Russ. et postea rell. post locum ex Marciano desumtum subscriptionis partem habent, atque ita indicio sunt, duos illos locos imperialis constitutionis partem constituisse; ad quam rem praeclarum est Haloandri testimonium, qui in notis recogn. op. haec monet: „in fin. add. in vet. cod. dies et consul constit. graecae cui haec iuriscons. responsa subiiciuntur, sed ita corrupte, ut cum sensu aliquo describi nequiverint.“ Tandem Bas. LX. 36. 19. (T. VII. p. 602.) utriusque fragmenti argumentum uno capitulo comprehendunt; in quo quum nec novi aliquid et in utroque fragmento nostro non comprehensi legatur, recte consequimur, potissimum argumentum totius const. in his ipsis ICtorum responsis situm fuisse. Recte itaque abstinemus a restituendo hoc cap. Bas., cuius versionem Cuiacianam receperunt Char. Pac. Sp., graecum autem textum inseruit Bk. Fortasse ex peculiari argumento graecorum, quae interierunt, aliquid servatum est in Schol. Bas. k. (T. VII. p. 609.) vv. Δύναται καὶ δοῦλοι γυμνάσαι τὸ περὶ καθοσιώσεως ἔγκλημα. [Possunt et servi exercere crimen maiestatis.] — Quod attinet ad numeros legum, male apud Char. Pac. Sp. Bk. l. 6. est epitome ex Bas., l. 7. fragm. Pauli, l. 8. fragm. Marciani. Nec sunt probandi Hal. Russ. Cont., apud quos l. 6. est fragm. Pauli, l. 7. fragm. Marciani; nam partes eiusdem const. diversis numeris distinguere non licet; cfr. not. 19.*

[1]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Hal., Theod. C.;* Et emancipatio *ed. Nbg.;* Emancipationes quoque *edd. Schf. Russ. et rell.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.;* fuerint collatae, non valeant *edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) recuperantes dotes *mss. Pl. 1. 2;* recuperatas dotes *ed. Nbg., Theod. C.* — [4]) acceperint *mss. Pl. 1. Gt., Theod. C.* — [5]) ea *om. ms. Bg., Hal. Bk., Theod. C. ed. Gothofr.* — [6]) filiis *male om. Hal.* — [7]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Hal., Theod. C.;* Falcidia ex his etiam *Bk.;* et Falcidia ex his etiam *edd. Schf. Russ. et rell.;* verum et *abest ab omnibus mss. Russardi et a cod. Gt.* — [8]) *mss. Pl. 1. Bg., Hal. Bk., Theod. C.;* deputatur *ms. Gt.;* deputata videatur *ms. Pl. 2., edd. rell.* — [9]) eorum *ms. Pl. 2., Theod. C.;* eorundemque *ed. Nbg.* — [10]) auctoritate *mss. Bg. Gt., omnes codd. Russardi.* — [11]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Nbg. Schf.;* accensus, initam (inita *Russ.*) *Hal. et rell.* — [12]) *mss. Pl. 1. 2., ed. Nbg., Theod. C. ed. Haenel.;* a nobis *om. ms. Bg., Hal.;* a nobis *collocant post* honore *edd. Schf. Russ. et rell.* — [13]) vel sero *om. mss. Pl. 1. 2.;* vel sero *et mox* tamen *om. ms. Bg.;* vera, tamen incognita *Hal.* — [14]) tamen *ed. Nbg.* — [15]) lib. sing. *om. mss. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.;* sing. *om. ed. Nbg.* — [16]) *sic vel* Epigrani *ex veteribus libris et causis historicis legendum esse docuit Cuiac. Obss. III 19. i. f.;* Drunciani *Hal. et postea rell., quod et a codd. Cuiacii et a meis alienum est, nam* Despitiani *ms Pl. 1.,* Adriani *ms. Pl. 2.,* Datiani *ms. Bg.;* Depicrani *ed. Nbg.;* Epigni *ed. Schf.* — [17]) autem *ms. Gt., ed. Schf.* — [18]) laesam *om. ms. Bg.* — [19]) *Hal. Russ. Cont. praemitt.* VII.; *Char. Pac. Sp. Bk. praemitt.* VIII.; *sed v. not. a. in fine. Etiam codd. mei hunc locum Marciani fragmento priori recte ita annectunt, ut solita signa incipientis novae legis desint, et magis nova paragr. sequi videatur.* — [20]) tit. *om. Cont.* 71. *Char Pac. Sp., contra mss. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.* — [21]) reo *ms. Pl. 1.* — [22]) successoribus *ms. Pl. 2., ed. Nbg.* — [23]) eius *om. ms. Pl. 1.* — [24]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.;* divi *Russ. et rell.;* *cfr. l. 20. D. XLVIII. 2.* — [25]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.;* etiam *ins. Hal. et rell.* — [26]) id est — maiestatis *om. Hal., et sane haec vv. glossema sapiunt.* — [27]) insertam *ms. Bg.* — [28]) *hic dies, qui abest ab Hal. Bk., confirmatur a cod. Paris.; cfr. not. a.*

Tit. IX.

[a]) AD LEGEM IULIAM DE ADULTERIIS ET [1]) STUPRO.

1. [b]) Impp. Severus et Antoninus AA. [2]) Cassiae. — Publico iudicio non habere mulieres adulterii accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, lex Iulia declarat, quae, quum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem feminis privilegium detulit. PP. XIII. Kal. August. Laterano et Rufino Conss. [3]) [197.]

2. [c]) Idem AA. [4]) Cyro. — Crimen lenocinii contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio detinuerunt [5]), non qui suspectam adulteram habuerunt. PP. Kal. Iul. Anulino et Frontone Conss. [199.]

3. [d]) Imp. Antoninus A. Iuliano. — Verba [6]) legis Iuliae de adulteriis coërcendis, sed etiam sententia, per quaestionem quoque servorum sive ancillarum crimen admissum probari [7]) volentis, ad earum tantum personarum servos ei [8]) rei exhibendos pertinet, de quibus specialiter comprehendit [9]), id est mulieris, et patris eius, non naturalis, sed iusti duntaxat, quos intra sexagesimum diem ex dissolutione matrimonii numerandum manumitti vel distrahi prohibet, et quorum dominis caveri praecipit, si defuncti fuerint in quaestione vel facti deteriores, secuta absolutione. PP. XV. Kal. August. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

4. [e]) Imp. Alexander A. Iuliano, Proconsuli Narbonensis provinciae [10]). — Gracchus, quem Numerius in adulterio noctu deprehensum interfecit, si eius conditionis fuit, ut per legem Iuliam impune occidi potuerit, quod legitime factum est, nullam poenam meretur. Idemque filiis eius, qui patri paruerunt, praestandum est. Sed si legis auctoritate cessante inconsulto dolore adulterum interemit, quamvis homicidium perpetratum sit, tamen, quia et nox et dolor iustus factum eius relevat [11]), potest in exsilium dari. PP. sine die et consule.

5. [f]) Idem A. Vadanti [12]). — Adulter post quinquennium, quam commissum adulterium dicitur, quod continuum numeratur, accusari non potest, easque praescriptiones legibus reis [13]) datas auferri non oportet. PP. Id. Iun. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

6. [g]) Idem A. Sebastiano. — Iure mariti adulterii accusare volenti sexaginta dies utiles computantur, quibus in publico eius facultas fuerit, apud quem reus vel rea postulari potest; et quum praeterierint dies isti utiles, maritus quoque iure extranei agere potest. Et qui [14]) confidit accusationi, calumniae notam timere non debet; nam ad probationem sceleris divi parentes mei quaestionem de mancipiis eodem modo haberi permiserunt, quasi iure mariti ageretur. PP. II. Id. August. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

7. [h]) Idem A. Heruclano [15]). — Propter violatam virginem [16]) adultam, qui postea maritus esse coepit, accusator [17]) iustus non est, et ideo iure mariti crimen exercere non potest, nisi puella violata sponsa eius fuerit [18]). Sed si ipsa iniurias suas assistentibus [19]) curatoribus, per quos etiam negotia eius gerenda sunt, persequatur, praeses provinciae pro debita tanto delicto, si probetur, severitate examinabit. PP. XII. Kal. Iun. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

8. [i]) Idem A. Domno [20]). — Reos adulterii duos simul, marem et feminam, ex eadem causa fieri, lex Iulia de pudicitia vetat; sed ordine peragi utrosque licet. PP. Id. Iun. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

9. Idem A. Proculo. — Castitati temporum meorum convenit, lege Iulia de pudicitia damnatam in poenis legitimis perseverare. Qui autem adulterii damnatam, si quocunque modo poenam capitalem evaserit, scieus duxit [21]) uxorem vel reduxit, eadem lege ex causa lenocinii punietur. PP. VII. Kal Febr. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

10. [k]) Idem A. Demetriano. — De crimine adulterii pacisci non licet, et par delictum est accusatoris praevaricatoris et refugientis [22]) veritatis inquisitionem. Qui autem pretium pro comperto stupro accepit, poena legis Iuliae de adulteriis tenetur. PP. V. Non. Mai. Fusco et Dextro Conss. [225.]

11. [l]) Idem A. Norbano [23]). — Crimen adulterii maritum, retenta in matrimonio uxore, inferre non posse, nemini dubium est. PP. Kal. Septemb. Alexandro II. [24]) et Marcello Conss. [226.]

Authent.

---

[a]) *Dig. XLVIII.* 5. — [b]) *Bas. LX.* 37. 47. (*T. VII. p.* 628.) *Sch. e — h.* (*T. VII. p.* 663.) — [c]) *Ivonis Decr. VIII.* 266. — [d]) *Bas. LX.* 37. 48. (*T. VII. p.* 629.) — *Sch. i. k.* (*T. VII. p.* 664.) — [e]) *Bas. LX.* 37. 49. — *Sch. l — p.* — [f]) *Ivonis Decr. VIII.* 113.; *Bas. LX.* 37. 50. — *Sch. q.* (*T. VII. p.* 665.) — [g]) *Bas. LX.* 37. 51. — *Sch. r — x.* — [h]) *Bas. LX.* 37. 52. (*T. VII. p.* 630.) — *Sch. y — b.* (*T. VII. p.* 666.) *Apud Hal. series constitutionum hic est: l.* 7. *Castitati, l.* 8. *Propter, l.* 9. *Reos; at idem in not. legem Propter praecedere vult legi Castitati.* — [i]) *Bas. LX.* 37. 53. — *Sch. c — h.* (*T. VII. p.* 667.) *In ms. Gt. huic const. praemissa est sequens.* — [k]) *Bas. LX.* 37. 54. — *Sch. i — m.* — [l]) *Ivonis Decr. VIII.* 114. *In ms. Gt. huic const. est praemissa sequens.*

[1]) de *ins. mss. Cas. Vat., Hal.* — [2]) Sev. A. et Anton. C. *Bk., contra codd.; cfr. not.* 4. — [3]) PP. XII. Kal. Iul. Anulino et Front. Conss., *ut sit a.* 199., *Russ. in marg.* — [4]) Impp. Sever. et Anton. AA. *Bk., contra codd. meos, qui omnes defendunt* Iid. AA. — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; detinuerint *edd. Schf. Hal., Ivo*; retinuerunt *Russ. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., codd. Cuiacii* (*v. Recitatt. in Cod. h. t.*), *ed. Schf.*; Non solum verba *edd. Nbg. Hal. et rell., quae lectio ex glossa Accurs. venit in textum.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t., ed. Schf.*; probare *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [8]) eius *ms. Gt.* — [9]) deprehendit *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [10]) Narbonensium *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg Gt., edd. Schf. Hal.*; relevant *edd. rell.* — [12]) Badanti *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; reo *Hal. et rell.*; *sed* τοῖς ὑπευθύνοις *Bas.* — [14]) et siquidem *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.*; *sed Bas.* καὶ ὅστις. — [15]) Herculiano *mss. Vat. Pl.* 1.; Herculino *ms. Bg.* — [16]) virginem *abfuit a cod. Aured. secundum Char. in marg. et ab uno cod. Contii.* — [17]) *in cod. Dionys., notante Char., ita legitur:* Propter viol. virginem, quae postea adulta esse coepit, maritus accusator, *quam lect., si excipias v.* maritus, *probant Bas.; cfr. Cuiac. Obss. XX.* 16. — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., ed. Schf.*; fuit *ms. Bg.*; fuerat *edd. rell.* — [19]) subsistentibus *edd. Schf. Hal.*; *sed* παρόντων αὐτῇ τῶν κουρατώρων *Bas.* — [20]) Domnae *mss. Cas. Vat.*; Dampnae *ms. Pl.* 1. — [21]) duxit *et mox* reduxit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; duxit — reduxerit *Russ. Cont.* 62.; duxerit — reduxerit *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; delugientis *Cont.* 71. *et rell.*; rei fugientis *coni. Cuiac. Obss. VI.* 11. *et XX.* 19. — [23]) *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Norvano *ms. Cas.*; Narvano *Hal. et rell.* — [24]) Alex. A. II. *Bk.*

Authent. ut liceat matri et aviae. §. Quia vero plurimas. (Nov. 117. c. 8.) — *Sed novo iure potest. Et si accusatio vera esse ostendatur, tunc repudium mittere debet, et in scriptis eam accusare debet* [1]. *Si vero illatam adulterii accusationem maritus non probaverit, illis subiiciatur suppliciis, quae esset passura mulier, si accusatio comprobata fuisset.*

12. [14.] [a]) **Imp. Gordianus A. Aquilae** [2]). — Si, dum in tuo matrimonio uxor tua esset, se adulterio polluit, in ea provincia, in qua id [3]) factum est adulterium, more solito persequi debes. Nec enim ab ea, quae iam nupta est, adulterium passa [4]), exordium accusationis sumi potest, si denuntiatio criminis nuptias non praecessit. PP. Non. Decemb. **Gordiano A. et Aviola Conss.** [239.]

13. [12.] [b]) **Idem A.** [5]) **Basso.** — Etsi crimine adulterii damnatus restitutus non esset, ut proponis, si tamen soror tua, cum qua adulterium commissum dicebatur, non est accusata, nec poenae nec infamiae subiici potuit, et multo magis, quum et accusatorem vita esse functum proponas. PP. Kal. Iun. **Sabino II. et Venusto Conss.** [240.]

14. [13.] [c]) **Idem A. Silvano** [6]). — Adulteram [7]), si postea, quam crimen contra eam inchoatum [8]) est, provinciam excessit [9]), etiam absentem inter reos recipi posse, explorati iuris est. PP. Non. Mart. **Attico et Praetextato Conss.** [242.]

15. [d]) **Idem A. Hilarino** [10]), militi. — Si quondam uxor tua, antequam crimine adulterii accusaretur, provinciam excessit, neque absens accusari potest, neque in eam provinciam, in qua stipendium facis, transmitti iure deposcitur. Sane, quum per occupationem militarem non [11]) licuerit, accusare eam solemniter poteris; nec enim tempus, quo muneribus militaribus occuparis [12]), vindictam tibi, quam maritali dolore percussus reposcis [13]), debet auferre. PP. IV. Id. Mart. **Attico et Praetextato Conss.** [242.]

[a]) **Authent.** ut nulli iudicum. §. Si vero quis. (Nov. 134. c. 5.) — *Si vero criminis commissi occasione latuerit, aut provinciam illam reliquerit, in qua deliquit, iubemus, legitimis edictis a iudice vocari eum* [14]), *et si non audiat, illa in eum* [15]) *procedere, quae nostris legibus sunt definita. Si vero cognoscatur, quod in alia provincia degit* [16]), *iubemus, provinciae illius iudicem, in qua crimen commissum est, epistola publica uti ad provinciae illius iudicem, in qua delinquens degit. Ille vero, qui publicas susceperit literas, periculo suo et officii sui comprehendet eum, et ad iudicem provinciae transmittet, in qua peccavit, suppliciis legitimis subiiciendum. Si vero, qui publicam epistolam susceperit, hoc facere, aut officium eius tradere aut* [17]) *imperata neglexerit, tunc et ipsum iudicem tres libras auri, et officium eius alias tres pro poena inferre iubemus. Sin autem iudex aut aliquis officialium suorum propter lucrum eum non comprehenderit, aut comprehendens non transmiserit, qui hoc fecisse convincatur, spolietur cingulo et exsilio tradatur.*

16. [f]) **Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C.** [18]) **Arcesilao** [19]). — Abolitionem adulterii criminis postulans, praesidem, in cuius officio accusatio fuerit instituta, adire debes. Ceterum erras tu marite [20]), existimans, etiamsi simpliciter, id est sine abolitione, destitisses, senatusconsulto in persona tua futurum locum non fuisse; diversum enim divi principes saepe sanxerunt. Quin hoc amplius scias, nullam fuisse tibi [21]) ulterius potestatem instituendae huiusmodi accusationis [22]), quia et decreto patrum et lege Petronia [23]) ei, qui iure viri delatum adulterium non peregit, nunquam postea hoc crimen deferre permittitur. PP. XV. Kal. Iun. **Maximo** [24]) **et Glabrione Conss.** [256.]

17. **Idem AA. et C.** [25]) **Victorino.** — Sine metu legis Iuliae de adulteriis coercendis revocare uxorem in matrimonium potes, quum nihil amplius, quam libellos accusationis obtulisti, quia postea comperisse te affirmas [26]), quod vana indignatione ad accusationem incitatus fueris. Is enim committit in poenam, quam lex certo capite denuntiat, qui vel publice adulterio damnatam habet, vel adulteram sciens, ut ignorationem [27]) simulare non [28]) possit, retinet uxorem. PP. VI. Kal. August. ipsis AA. IV. et III. **Conss.** [257.]

18. [g]) **Idem AA. et C.** [29]) **Theodorae.** — Eum, qui duas simul habuit uxores, sine dubitatione comitatur infamia. In ea namque re non iuris effectus, quo cives nostri matrimonia contrahere plura prohi-

---

[a]) *Bas. LX.* 37. 55. — *Sch. n — p.* (*T. VII. p.* 668.) *Seriem constitutionum, quae apud me est, tuentur mss. Cas. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.*, *eamque flagitant et Bas. et aetatis ratio*; *in ms. Bg. et in edd. Schf. Russ. et rell. hoc ordine collocatae sunt: l. Etsi* (12.), *l. Adulteram* (13.), *l. Si dum* (14.); *a ms. Vat. abest l. Si dum.* — [b]) *Bas. LX.* 37. 56. — *Sch. q — s.* — [c]) *Bas. LX.* 37. 57. (*T. VII. p.* 631.) — *Sch. t — y.* — [d]) *Bas. LX.* 37. 58. — *Sch. z. a.* (*T. VII. p.* 669.) — [e]) *hanc auth. non invenio adscriptam in mss. Pl.* 2. *Bg.* — [f]) *Bas. LX.* 37. 59. — *Sch. b — d.* — [g]) *Bas. LX.* 37. 60. — *Sch. e — g.* (*T. VII. p.* 670.); *ex hac const. hausta est l.* 5. *C. de donation. ante nupt. V.* 3.

[1]) *et in script.* — *debet om. ms. Pl.* 1., *ed. Schf.*; *in ms. Pl.* 2. *finit auth. in v. mittere.* — [2]) Aquiliae *mss. Bg. Pl.* 1. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; ipsum *ins. edd. rell.*, *contra omnia mss. Russardi et contra Schol. Bas.* — [4]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; nupta adulterium passa; nupta et adulterium passa est *edd. Schf. Hal. et rell.*; *verum* et *abest a ms. Gt. et a Russ. cancellis notatum est.* — [5]) Imp. Gordianus A. *ex ingenio corrigit Bk.*, *ut inscriptioni conveniat subscr.*; *sic autem novum vitium additur ei, quod in male ordinata constitutionum serie situm est, cfr. not. a. ad leg. praeced.* — [6]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*; Sy[illegible] *Hal. et rell.* — [7]) Adultera *omnes codd. Russar*[illegible], [illegible] 66. 71. 76. *Char. Vac.* — [8]) prolatum *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *et sic plerosque codd. habere, notat Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; *sed Bas. textum magis defendunt.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; excesserit *edd. rell.* — [10]) Hylariano, Variano *mss. nonn.* — [11]) non *om. Hal*, *haud dubie ex sua coniect.* — [12]) occupatis *Sp. vitio typ.*, *quod retinet Bk.* — [13]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; reposces *ms. Pl.* 2.; deposcis *Russ. et rell.* — [14]) *eam revocari ed. Nbg.* — [15]) *in eam ed. Nbg.*; *in eo ms. Pl.* 1. — [16]) *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; *degat ed. rell.* — [17]) *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; *tradere aut om. edd. rell.* — [18]) et Valerian. C. *addenda secundum mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, *absunt a rell.* — [19]) *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; Archesilao *Cont.* 66. *et rell.*; Arcisilago *ms. Bg.*; Artisilago *ms. Pl.* 1. — [20]) maritus *ms. Pl.* 1. — [21]) tibi *om. Hal.*; te *ms. Pl.* 1., *in quo mox post* accusat. *additur* habiturum. — [22]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; statuendae hui. accusationis *Hal.*; instituendi hui. accusationis *ms. Pl.* 2., *ed. Nbg.*; instituendi hui. accusationes *edd. Schf. Russ. et rell.* — [23]) patronia *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [24]) II. *ins. Bk.* — [25]) et CC. *ins. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; et C. *om. edd.* — [26]) affirmes *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [27]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; ignorantiam *ms. Pl.* 2., *edd.* — [28]) non *om. Hal.*, *contra meos codd.* — [29]) et CC. *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*; et C. *ed. Nbg.*; et Valerian. C. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 18. *ad l.* 16. *h. t.*

prohibentur, sed animi destinatio cogitatur. Verumtamen ei, qui te ficto coelibatu, quum aliam matremfamilias in provincia reliquisset, solicitavit ad nuptias, crimen etiam stupri, a quo tu remota es, quod uxorem te esse credebas, ab accusatore legitimo solemniter inferetur. Certe [1]) res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonii simulatione deploras, restitui tibi omni exactionis instantia impetrabis a rectore provinciae; nam ea quidem, quae se tibi ut sponsae daturum promisit, quomodo repetere [2]) cum effectu potes quasi sponsa? Accepta Id. Mai. Antiochiae, Tusco et Basso Conss. [258.]

19. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. ad Pompeianum. — Quamvis indubitati iuris sit, quotiens [3]) adulterii crimen intenditur, praesentiam accusatoris procedere [4]) oportere, tamen, quoniam ex literis tuis cognovimus, Materiam, Propositi [5]) Viatoris uxorem, habitis quaestionibus cum Iuliano quondam [6]) adulterium commisisse detectam, sub ipsa prolatione sententiae Viatoris ipsius praesentiam postulasse, non putavimus, confecto paene iudicio [7]), facinore etiam agitata quaestione convicto, Propositum ab excubiis limitis revocandum. Dat. S. [8]) Non. Decemb. AA. et [9]) Conss. [287.]

20. Idem AA. [10]) Didymo. — Foedissimam earum nequitiam, quae pudorem suum alienis libidinibus prosternunt, non etiam earum, quae per vim stupro compressae [11]) sunt, irreprehensam voluntatem [12]) leges ulciscuntur. Quin etiam inviolatae existimationis esse, nec nuptias [13]) earum aliis interdici, merito placuit. PP. III. Non. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

21. [b]) Idem AA. [14]) Silano. — Ob commissa adulteria atque accusandas uxores certa tempora [15]), quae utiliter computari solent, praescripta sunt. Si igitur per occupationes publicas accusationem instituere non potuisti, nec ante creditum tibi munus praescripta tempora transacta sunt, post depositam solicitudinem, qua detineris, integram accusandi potestatem habebis. Ad quam, quum vacare coeperis, properare debebis, ne [16]) effrenata licentia ad terrendam adversariam futurae accusationis speciem praetendas. PP. XIV. Kal. Novemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

22. [c]) Idem AA. [17]) Oblimosi [18]). — Si ea, quae stupro tibi cognita est, passim [19]) venalem formam exhibuit, ac prostitutam [20]) meretricio more vulgo se praebuit, adulterii crimen in ea cessat. PP. XII. Kal. Novemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

23. [d]) Idem AA. [21]) Proculo. — Servi ob violatum contubernium suum [22]) adulterii [23]) accusare [24]) non possunt. §. 1. Is autem, qui post dissociatum matrimonium uxorem licito iure [25]) duxit, obque intentatae accusationis ac potentis patrociinii metum ei, qui accusationem instituerat, aurum et argentum dedit, ad recipiendum id ulciscendamque turpis lucri cupiditatem adire praesidem potest, qui, examinatis partium allegationibus et inquisita fide veri, siquidem id ab [26]) eo, qui innocens est, ob illati criminis timorem datum esse cognoverit, quemadmodum sententiam formare debeat, ex evidentibus iuris placitis instruetur. Sin vero constiterit corrupti matrimonii velut mercedem ad captandam impunitatem solutam [27]) esse, eum, qui etiam adversus senatusconsulti censuram cum foedissimo flagitio accepit, puniri iubebit. PP. Kal. Novemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

[24. [e]) Idem AA. et CC. [28]) Dionae [29]). — Si eius, a quo nunc adulterii rea postularis, contra iuris formam contubernio haesisti, innumeris te auctoritatibus tueri potes.]

25. [24.] [f]) Idem AA. [30]) Sossiano [31]). — Etsi libidine intemperatae cupiditatis ex actorum lectione exarsisse te cognitum est, tamen, quum ancillas comprehendisse [32]), et non liberas stuprasse detectum sit, ex huiusmodi sententia gravatam potius opinionem tuam, quam infamia afflictam [33]) esse manifestum est. PP. V. Id. Mart. Tiberiano et Dione Conss. [291.]

26.

---

[a]) *Bas. LX.* 37. 61. — *Sch. h — k.* — [b]) *Bas. LX.* 37. 62. (*T. VII. p.* 632.) — [c]) *Bas. LX.* 37. 63. — *Sch l.* — [d]) *Bas. LX.* 37. 64. — *Sch.* (*T. VII. p.* 671.) — [e]) *haec const. abest a mss. Cas. Paris. Gt., ac deesse eam in quibusdam libris monet Accursius. Spuriam eam esse, indicat loci diversitas, quo in aliis libris inserta est* (*mss. Pl.* 2. *Bg. eam hic habent, contra in mss. Vat. Pl.* 1. *et edd. Nbg. Hal. posita est post leg.* 21. *h. t.*), *indicat inscriptionis ratio* (*cfr. not.* 28.), *indicant Bas., a quibus prorsus ignoratur. Certissimum autem argumentum, a Codice genuino eam abfuisse, situm est in eo, quod sequentes hui. tit. constitutt. apud iuris Graeco-Romani auctores iis numeris allegantur, ut nostra const. superabundet* (*cfr. Biener Revis. d. Iust. Cod. p.* 90.) — [f]) *Bas. LX.* 37. 65. — *Sch. o.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; Ceterum *edd. Schf. Russ. et rell.* — [2]) petere *l.* 5. *C. V.* 3. — [3]) quandocunque *edd. Schf. Russ. Cont.* 62., *contra omnes codd. Russardi et meos.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; praecedere *edd.* — [5]) praepositi *ms. Pl.* 2., *ed. Schf., et sic infra.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; quondam *Cont. et rell.* — [7]) in iudicio *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*, *quod probat Russ. in marg. et mox ait scribendum* et iam, *sublato scilicet commate post* iudicio. — [8]) S. *ex depravato numero oriundum videtur.* — [9]) et *om. Bk.* — [10]) et CC. *ins. ms. Bg. et edd. praeter Bk. contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. — [11]) comprehensae *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; *cfr. l.* 25. *h. t.* — [12]) *mss. Bg. Gt., ms. Pl.* 1. *ante correct.*; in reprehensam voluntatem *ed. Schf.*; irreprehensa voluntate *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [13]) nuptiis *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; earum *om. ms. Pl.* 2. — [14]) et CC. *ins. edd. praeter Bk. contra codd. meos.* — [15]) temporum *Hal. Russ., contra omnes codd. Russardi et meos.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; nec *Russ. et rell.* — [17]) et CC. *ins. Hal. et postea rell. praeter Bk. contra codd. meos.* — [18]) Obrimo *ms. Cas., quod genuinum nomen videtur*; Obrimosi *mss. Vat. Pl.* 1.; Obtimosi *ms. Bg.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Bk.*; et passim *edd. Schf. Hal. et rell., contra τὸ κατὰ πόδα in Schol. Bas.* — [20]) prostituta *mss. Pl.* 1. 2. — [21]) et CC. *ins. Hal. et postea rell. praeter Bk. contra codd. meos.* — [22]) suum *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Bk., sed defenditur a Schol. Bas., v. not.* 24. — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; crimine *ins. edd. Nbg. Hal. et rell., contra Schol. Bas., v. not.* 24. — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.*; accusari *Cont. et rell. Sed τὸ κατὰ πόδα in Schol. Bas. sic habet:* Δοῦλοι διὰ τὸ χρανθὲν αὐτοῖς τὸ συνοικέσιον περὶ μοιχείας κατηγορεῖν οὐ δυνανται. — [25]) more *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.* — [26]) id quod ab *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omnes codd. Russ., ed. Nbg.* — [27]) pecuniam *ins. edd. Nbg. Schf. Russ. et postea rell., contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et Hal.* — [28]) Imp. Arch. [Archad. Archadius] A. *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; Imp. A. Arch. *ms. Vat.*; Imp. Or. *ms. Pl.* 2. — [29]) *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; Dionysio *edd.* — [30]) et CC. *addunt Hal. et rell. contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [31]) Sosiano, Sociano *mss. nonn.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., veteres libri Cuiacii* (*v. Recitatt. in Cod. h. t.*), *edd. Nbg. Schf. Hal.*; compressisse *Russ. et rell.* — [33]) afflictum *ms. Pl.* 1.

26. [25.] Idem AA. et CC. Crispino. — Quoniam Alexandrum, qui in crimen vocatur, etiam praescriptionem esse pollicitum eo nomine, quod accusator uxorem post deprehensum [1]) adulterium penes se habuisse videatur, et de statu suo agere nunc velle perspeximus, ita ordo quaestionis dirimendus videtur, ut in primis quidem de statu Alexandri quaeratur, ita ut, si liberum eum esse adhibita audientia deprehenderis, praescriptionis ei obiiciendae facias potestatem. Sin vero eundem servum esse cognoveris, remotis praescriptionis impedimentis in adulterium crimen protinus debebis inquirere, ac, si eum detectum in eo flagitio esse perspexeris, poenam decernere, quam in adulterii crimen legum sanctio statuit. Dat. V. Kal. Septemb. AA. Conss. [293.]

27. [26.] [a]) Idem AA. et CC. Phoebo. — Commissum antea adulterium cum eo, cui se postea nuptiis sociavit, velamento matrimonii non exstinguitur. PP. XVIII. Kal. Ianuar. Caess. Conss. [294.]

28. [27.] [b]) Idem AA. et CC. Concordio, Proconsuli [2]) Numidiae. — Ita nobis pudor cordi est, ut removeamus prisci iuris ambages, et constituamus, in adulterii quaestione, abolitis de medio ceteris praescriptionibus, praeter quinquennii temporis et lenocinii, quod marito obiicitur, exceptionem, illam etiam, quae post solutum prius matrimonium ante denuntiationem nuptae [3]) competit, fidem criminis nosci. Indignum est enim, ut ultionem pudoris praestigia versuti iuris excludant. PP. Kal. Iun. Tusco et Anulino Conss. [295.]

29. [28.] [c]) Imp. Constantinus A. Africano [4]). — Quae adulterium commisit, utrum domina cauponae, an ministra fuerit, requiri debebit, et ita obsequio famulata servili, ut plerumque ipsa intemperantiae vina praebuerit; ut, si domina tabernae fuerit, non sit a vinculis iuris excepta, si vero potantibus ministerium praebuit [5]), pro vilitate eius, quae in reatum deducitur, accusatione exclusa, liberi qui accusantur abscedant, quum ab his feminis pudicitiae ratio requiratur, quae iuris nexibus detinentur et matrisfamilias nomen obtinent [6]), hae autem immunes a iudiciaria severitate et stupri et adulterii [7]) praestentur, quas vilitas vitae dignas legum observatione non credidit. Dat. [8]) III. Non. Febr. Heracleae [9]), Constantino A. VII. et Constantio [10]) C. Conss. [326.]

30. [29.] [d]) Idem A. ad Evagrium [11]). — Quamvis adulterii crimen inter publica [12]) referatur, quorum delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur, tamen, ne volentibus temere liceat foedare connubia, proximis necessariisque personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est patri, fratri, nec non patruo et avunculo [13]), quos verus dolor ad accusationem impellit. Sed et [14]) his personis legem imponimus [15]), ut crimen abolitione, si voluerint [16]), compescant. In primis maritum genialis [17]) tori vindicem esse oportet, cui quidem et ex suspicione ream coniugem facere licet, vel eam, si [18]) tantum suspicatur, penes se detinere [19]) non prohibetur, nec inscriptionis vinculo contineri, quum iure mariti accusaret [20]), veteres [21]) retro principes annuerunt. Extraneos autem procul arceri ab [22]) accusatione censemus; nam etsi omne genus accusationis necessitas inscriptionis adstringat, nonnulli tamen proterve id faciunt, et falsis contumeliis matrimonia deformant. §. 1. Sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet [23]). PP. Nicomediae [24]), VII. Kal. Mai. Constantino A. VII. et Constantio [25]) C. [26]) Conss. [326.]

Authent. ut nulli iudicum. §. Si vero quando. (Nov. 134. c. 10.) — *Sed hodie adultera verberata* [27]) *in monasterium mittatur; quam intra biennium viro recipere licet. Biennio transacto vel viro, priusquam educeret ream, mortuo, adultera, tonsa, monastico habitu suscepto, ibi, dum vivit, permaneat; duabus partibus propriae substantiae liberis, si habet, applicandis, tertia monasterio. Sed si liberos non habet, parentibus exstantibus, huiusmodi iniquitati non consentientibus, tertia pars applicabitur, duae monasterio. Quibus praedictis non exstantibus, omnis eius substantia monasterio quaeretur, pactis dotalium instrumentorum in omni casu viro servandis.*

Authent.

---

[a]) *Bas. LX.* 37. 66. — *Sch. p. q.* — [b]) *Bas. LX.* 37. 67. — *Sch. r — t.* — [c]) *l.* 1. *Th. C. ad l. Iul. de adult. IX.* 7.; *Bas. LX.* 37. 68. (*T. VII. p.* 633.) — *Sch. u. x.* — [d]) *l.* 2. *Th. C. ad l. Iul. de adult. IX.* 7.; *Ivonis Decr. VIII.* 115.; *Bas. LX.* 37. 69. — *Sch. z — d.*

[1]) comprehensum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [2]) praesidi *mss. Cas. Vat Pl.* 1. *Bg.* — [3]) ante denunt. nuptae *om. Hal., contra codd. meos et Bas.; cfr. l.* 14. *h. t.* — [4]) V. C. *addit Theod. C.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; praebuerit *edd. rell.* — [6]) et matrisfam. — obtinent *om. Theod. C.* — [7]) et stupri et adult. *om. Theod. C.* — [8]) Subscripta Dat. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Suprascripta. Dat. *Cont.* 71. *Char. Pac.*; suprascripta. Dat., *ita ut, sublato puncto post* credidit, *v.* suprascr. *ad ipsum tenorem legis trahatur, pessime Sp.* — [9]) *Bk., Theod. C.*; Heracliae *rell.* — [10]) A. VI. et Constantino *Hal.* — [11]) P. P. *addit Theod. C., Bk., non tamen ausus sum addere contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; *cfr. not.* 15. *ad l.* 2. *C. IX.* 4. — [12]) iudicia *ins. ms. Bg., edd. Nbg. Schf. Russ. Cont.* 62., *contra Theod. C. et Bas.* — [13]) hoc est patri vel consobrino et consanguineo maxime fratri *Theod. C. ed. Haenel*; *de nostra lectione autem dubitare non licet, quam firmant Bas., Ivo et codd. mei.* — [14]) etiam *edd. Schf. Russ. et postea rell., contra codd. meos et Theod. C.* — [15]) ita ponimus *Ivo*; *sed* ἐπιτίθεμεν *Bas.* — [16]) si voluerint *om. Theod. C.* — [17]) genitalis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ., Ivo.* — [18]) vel si eam *edd. Schf. Hal.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal.*; retinere *Russ. et rell.* — [20]) accusare *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.* — [21]) ream coniugem facere, nec intra certa tempora inscriptionis vinculo contineri, veteres *Theod. C.* — [22]) hac *ins. Theod. C. Ivo, contra Bas.* — [23]) Sacrilegos — oportet *desunt in l.* 2. *Th. C. cit., et Iac. Gothofr. haec ex parte desumta censet ex l.* 4. *Th. C. XI.* 36. — [24]) Nicom. *om. Hal.* — [25]) Constantino *Hal.* — [26]) IV. *addunt Hal. et rell. praeter Bk.* — [27]) *cfr. Wüchter Abhandl. aus d. Strafr. I. p.* 121.

Authent. ut liceat matri et aviae. §. His quoque. (Nov. 117. c. 15.) — *Si quis ei, quem suspectum habet de sua uxore, ter in scriptis denuntiaverit sub praesentia trium testium fide dignorum, et post invenerit eum convenientem uxori suae in domo sua, vel uxoris, vel adulteri, vel in popinis, aut in suburbanis, sine periculo eum perimat. Si alibi inveniat, tribus testibus convocatis tradat eum iudici, qui nulla alia ratione quaesita habet puniendi licentiam* [1]). *Si tamen in sacro oratorio colloqui inveniantur post tres, ut dictum est, denuntiationes, liceat marito utrasque personas defensori ecclesiae* [2]) *tradere aut aliis clericis* [3]), *ut ad eorum periculum divisim isti serventur, donec iudex cognoscens hoc mittat episcopo civitatis, quatenus ei isti tradantur, ut debeant subire tormentum, ut nuntietur per eum ad praesidem provinciae, qui secundum leges poenam imponat legitimam.*

31. [30.] [a]) Impp. Constantinus et Constans AA. ad populum. — Quum vir nubit in feminam [4]) viris [5]) porrecturam [6]), quid cupiat [7]), ubi sexus perdidit locum? ubi scelus est id, quod non proficit scire [8])? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quaeritur, nec videtur [9])? lubemus insurgere leges, armari iura gladio ultore, ut exquisitis poenis subdantur infames, qui sunt vel qui futuri sunt rei. [10]) PP. Romae, XIII. [11]) Kal. Ianuar. Constantio III. et Constante II. AA. [12]) Conss. [342.]

32. [31.] [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [13]) AAA. Cynegio P. P. — In adulterii quaestione ab omni familia (non solum mariti, sed etiam uxoris), quae tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admissum, quaerendum est, sine defensione cuiusquam. Dat. III. [14]) Id. Decembr. Constantinopoli, Arcadio A. I. et Bautone Conss. [385.]

33. [32.] [c]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. [15]) Rufino P. P. — Adulterii accusatione proposita, praescriptiones civiles, quibus aut dos repeti fingitur, aut ex [16]) ratione aliqua debitum flagitatur, quae occurrere atque perstrepere examini consueverunt [17]), iussimus sequestrari, nec earum obice aliquid negotio tarditatis afferri; sed accusatione fundata, hoc est quum constiterit, quo iure, id est maritine an extranei [18]), quove tempore actio [19]) fuerit intromissa, discutiatur crimen, facti qualitas publicetur, quum et iurgia, quae magnitudine superant, praeponantur [20]), et civilis actio criminali iure postponatur, idem tamen, quum competere coeperit, habitura momenti, dummodo non obsit [21]) examini. Dat. VII. [22]) Id. Decemb. Constantinop. Arcadio A. II. et Rufino Conss. [392.]

34. [33.] [d]) Idem AAA. [23]) Rufino P. P. — Si [24]) qui adulterii fuerint accusati, et obtentu proximitatis intentata [25]) depulerint, per commemorationem necessitudinis fidem crimini derogando, dum existimatur, non debere credi, quod allegatur, vel non [26]) potuisse committi, hi, si postmodum in nuptias suas consortiumque conveneriut, facinus illud, in [27]) quo fuerint accusati, manifesta fide atque indiciis evidentibus publicabunt. Unde si qui eiusmodi reperti fuerint, iussimus in eosdem severissime vindicari, et veluti convictum facinus confessumque puniri. Dat. prid. [28]) Non. Decemb. Constantinop. Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [393.]

35 [34.] [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. [29]) Palladio P. P. — Si mulier repudii oblatione sine ulla legitima causa a se dati discesserit, ne viduitatem stupri procacitate commaculet, accusationem repudiato marito iure deferimus. Dat. XII. Kal. [30]) Mart. Ravennae [31]), Eustathio [32]) et Agricola Conss. [421.]

36. [35.] [f]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Libertatem servorum, qui ad dominium pertinent uxoris vel mariti vel parentum eorum, repudio misso propter suspicionem criminis adulterii, legum conditores intra duorum mensium spatium, post missionem repudii numerandum, suspendi definiunt propter tormentorum quaestionem, si opus exegerit, eis imponendam. Sin vero uxor [33]) matrimonio sub praefato modo [34]) dissoluto, rebus humanis exemta fuerit, nihil de tempore, quousque servos eos propter memoratam

---

[a]) *l. 3. Th. C. ad l. Iul. de adult. IX. 7.* — [b]) *hausta ex l. 4. Th. C. ad l. Iul. de adult. IX. 7.; gemina const. est l. 9. C. ad l. Corn. de sic. IX. 16.; Bas. LX. 37. 70. (T. VII. p. 634.) — Sch. e — g. (T. VII. p. 672.)* — [c]) *l. 7. Th. C. ad l. Iul. de adult. IX. 7.; Bas. LX. 37. 71. — Sch. h. i.* — [d]) *l. 8. Th. C. ad l. Iul. de adult. IX. 7.* — [e]) *hausta ex l. 2. Th. C. de repud. III. 16.* — [f]) *Bas. LX. 37. 72. — Sch. k — p. (T. VII. p. 673.)*

[1]) *quaesita reum adulterii facere potest ms. Bg.; in mss. Pl. 2. Bg. hic finit auth.* — [2]) *personas praelato ed. Nbg.* — [3]) *hic finit auth. in ed. Schf.* — [4]) femina *Hal. Russ. contra omnes codd. Russardi et meos.* — [5]) vires *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; viros *Hal. Russ., contra omnia mss. Russardi.* — [6]) porrectura *ms. Pl. 1. prima manu*; paritura *Hal. Russ., contra omnia mss. Russ., quae tuentur* porrecturam; viro se proiecturus [*sive* porrecturus] *coni. Cramer kleine Schriften p.* 140. — [7]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; cupiatur *Hal. et rell.* — [8]) scelus est, id, quod non proficit, ciere *coni. Cramer l. c.* — [9]) et ridetur *coni. Cramer l. c.* — [10]) Dat. prid. Non. Dec. Mediol. *praemittunt, haud dubie ex Theod. C., Russ. et postea rell.* — [11]) *Hal.*; XVII. *Russ. et rell. cum Theod. C.* — [12]) *sic Hal., quem iniuria dereliquerunt Russ. Cont.* 62., *scribentes* Constantino IX. et Constante II. AA., *et Cont.* 66. *et rell., qui ediderunt* Constantino VIII. et Constantio Caes. IV.; *in Theod. C. est* Constantio IX. et Constante AA. — [13]) *hos tres Impp. flagitant mss. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., ed. Nbg., Theod. C.*; *Arcadium addunt Hal. et rell., Bk. autem ita, ut Gratianum deleat.* — [14]) IIII. *Hal., qui mox om. 1.* — [15]) *Honorium delet Bk., contra codd. et Theod. C.* — [16]) ex *om. mss. Pl. 1. Bg., Hal.* — [17]) consuerunt *mss. Pl. 1. Bg. Gt., mss. Russ., Theod. C.* — [18]) mariti vel extr. *mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; vel mar. vel extr. *ms. Pl. 1.*; id est — extr. *om. Theod. C.* — [19]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., Theod. C.*; accusatio *edd.* — [20]) *sic ex Theod. C. restituit Bk.*; superantur, *omisso* praepon., *mss. mea, edd. omnes; nostrae lect. favet Schol. Bas.* — [21]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; huic *ins. Hal. in not., edd. Schf. Russ. et rell.* — [22]) VII. *om. Hal.* — [23]) Imppp Theod. Arcad. et Honor. AAA. *Bk., contra codd.; v. not.* 14. *ad l.* 32. *h. t.* — [24]) Si *om. Hal.*; Hi *ms. Pl. 1.*; Si hi *ed. Schf.* — [25]) intenta *ms. Pl. 1. prima manu.* — [26]) vel *om. Theod. C.*; non *om. ms. Pl. 1.* — [27]) in *om. Theod. C.* — [28]) *Theod. C.*; Dat. II. *Hal. et rell.* — [29]) Constantium A. *addit Bk. ex Theod. C., contra meos codd., et certe Const. saepe abest ab huius anni inscriptt.*; *v. l. 3. C. VI. 40.* — [30]) VI. Id. *Theod. C., Bk.* — [31]) Rav. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [32]) *Theod. C. ed. Haenel., Bk.*; Eustachio *Hal. et rell.*; *saepissime in codd. confunduntur c et t.* — [33]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Bk.*; tua *ins. edd. Schf. Russ. et rell., etiam contra τὸ κατὰ ποδα in Schol. Bas.* — [34]) τὸ κατὰ πόδα *in Schol. Bas. ins.* non *et casum ponit matrimonii morte uxoris dissoluti.*

tam causam permanere deceat, adiicient. Nobis vero necessarium esse videtur, certum tempus etiam in hoc casu statuere propter dotis quaestionem, utrum in lucro marito cedat, an [1]) heredibus mulieris restituatur. Sancimus itaque, duos etiam [2]) menses post mortem mulieris servari, ut intra eos ante dicti servi permaneant, et facultatem maritus habeat probationes adulterii per eos praestare; transacto vero memorato tempore, licentiam habere heredem mulieris libertatem eis imponere, nisi per culpam eius maritus prohibitus fuerit causam adulterii, ipse videlicet imminens [3]), exercere. Dat. V. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.] [a])

Tit. X.

SI QUIS EAM, CUIUS TUTOR FUERIT, CORRUPERIT.

1. [b]) Imp. Constantinus A. ad Bassum, Vicarium Italiae. — Si tutor pupillam quondam suam violata castitate stupraverit, deportationi subiugetur, atque universae eius facultates fisci viribus [4]) vindicentur, quamvis eam poenam debuerit sustinere, quam raptori leges imponunt. Dat. prid. Non. April. Aquileia [5]), Constantino A. VII. et Constantio C. Conss. [326.]

Tit. XI.

DE MULIERIBUS, QUAE SE PROPRIIS SERVIS IUNXERUNT.

1. [c]) Imp. Constantinus A. ad populum. — Si qua cum servo suo [6]) occulte rem habere detegitur, capitali sententiae subiugetur, tradendo ignibus verberone. Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi, sit officio copia nuntiandi, sit etiam servo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur. Filii etiam, quos ex hac coniunctione habuerit, exuti omnibus dignitatis insignibus, in unda maneant libertate, neque per se neque per interpositam personam quolibet titulo voluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. Successio autem mulieris ab intestato vel filiis, si erunt legitimi, vel proximis cognatisque [7]) deferatur, vel ei, quem ratio iuris admittit. Id autem, [8]) quod ille, qui condemnatus est [9]), et quod ex eo suscepti filii quolibet casu in sua videantur habuisse substantia, mulieris dominio sociatum a memoratis successoribus vindicetur. Dat. IV. Kal. Iun. [10]) Serdicae, Constantino A. VII. et Constantio C. Conss. [326.] [d])

Tit. XII.

[e]) AD LEGEM IULIAM DE VI PUBLICA VEL [11]) PRIVATA.

1. [f]) Impp. Severus et Antoninus AA. Pelitiae. — Ob debitum viri vel civile munus res uxoris qui pignori capiunt, vim contrahere videntur. Dat. Kal. Iul. Romae, Antonino A. II. et Geta II. [12]) Conss. [205.]

2. [g]) Imp. Antoninus A. Vero. — Tutoris tui lege Iulia de vi privata damnati, si tertia pars bonorum fisco vindicata est, tutelae actionem pro ea portione adversus fiscum dirige, modo si nulla praescriptio locum habeat. Nam successio pro oneribus [13]) portionis suae respondet. PP. XV. Kal. Mart. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

3. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [14]) Bianori. — Si confidis, sponsam filii tui raptam esse, vel filium tuum inclusum, instituere solemni more legis Iuliae de vi accusationem apud praesidem provinciae non prohiberis. PP. VIII. Kal. Mai. Veronae, AA. Conss. [287 — 304.]

4. [i]) Idem AA. et CC. Liberatio. — Si criminis accusationem propter res a servo raptas intendendam [15]) putaveris, non contra dominum, sed contra eum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. Sed quoniam a Fiscinulo etiam te verberibus afflictum asseveras, si hominibus coactis hoc fecerit, de hoc etiam, si legis Iuliae de vi privata rem deferendum putaveris, apud praesidem provinciae age, non ignarum, quemadmodum criminibus probatis res vindicari debeat. S. XVII. Kal. Iul. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

5.

---

[a]) *Nullum est indicium, excidisse in fine hui. tit. graecam legem. Charondas tamen, quum in versione Cuiaciana libri LX. Basilicorum post caput 72. tit. 37., quod legi 36. h. t. convenit, et plura alia capita sequi videretur, incaute primum ex his, itaque Bas. LX. 37. 73., depromsit, eiusque versionem Cuiacian. in calce hui. tit. posuit. Secutus eum est Pacius, qui graeca ex Synopsi supplevit ita:* Οἱ μοιχοὶ τυπτόμενοι καὶ κουρευόμενοι ῥινοκοπεῖσθωσαν. οἱ δὲ μέσοι καὶ ὑπουργοὶ τῷ τοιούτῳ ἀσεβήματι γεγονότες, τυπτόμενοι διηνεκῶς ἐξορίζεσθωσαν. [*Adulteris verberatis et tonsis nates abscindantur. Nuntii vero et impii huiusmodi facinoris ministri in perpetuum relegentur.*] *Cum Pac. facit Sp.; cancellis hanc restitutionem notat Bk. Profecto, qui novit Novellam* 134. *cap.* 10., *de eiusmodi restitutione vix cogitare poterit.* — [b]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. si quis eam cui. tut. IX.* 8.; *Bas. LX.* 57. 1. (*T. VII. p.* 910.) — [c]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de mulier. quae serv. IX.* 9. — [d]) *Ant. August. in Coll. graec. const. ex Harmenop. VI.* 2. 25. *restituere voluit deperditae legis epitomen, quae et est in Bas. LX.* 37. 75. (*T. VII. p.* 635.) *A sequendo autem Augustino recte abstinuerunt edd. Cod.; nam et omne signum deficientis graecae const. deest, et ipsum illud cap., quod restituere August. voluit, propter argumentum ad seriora post Iustiniani aetatem tempora referendum est.* — [e]) *Dig. XLVIII.* 6. *et* 7. — [f]) *Bas. LX.* 18. 20. (*T. VII. p.* 439.) — *Sch. m — o.* (*T. VII. p.* 445.) — [g]) *Bas. LX.* 18. 21. — *Sch. p.* (*T. VII. p.* 446.) — [h]) *Bas. LX.* 18. 22. — *Sch. q — s.* — [i]) *Bas. LX.* 18. 23. (*T. VII. p.* 440.) — *Sch. t — x.*

[1]) vel *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [2]) etiam *deesse, Cont. in marg. monet, sed defenditur a eodd. meis et a Schol. Bas.* — [3]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Hal.*; ipsi videlicet imminente *ms. Pl.* 1. *secunda manu*; ipse videlicet immunes *ed. Nbg.*; tempus videl. imminens *ms. Bg.*; tempore videlicet imminente *edd. Schf. Russ. et rell.*; *verum omnia mss. Russ. et vetera Cont. flagitant* imminens, *et universam nostram lect. probat* τὸ κατὰ πόδα *in Schol. Bas., in quo est* αὐτὸς δηλαδὴ ἐπικείμενος. *Falsa lectio inde oriri potuit, quod* ipe (ipse) *facile commutatur in* tpe (tempore). — [4]) *Theod. C.*; iuribus *edd. Cod.*; *in eodd. lectio incerta est. Cfr. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [5]) Aquil. *om. Hal.* — [6]) suo *om. Theod. C.* — [7]) cognatis *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; et *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*; admittit, ita ut et quod *Theod. C.* — [9]) qui quondam amatus est *Theod. C., et Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.* ponere *vult* amatus. — [10]) III. Kal. Ianuar. *Hal.* — [11]) seu *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [12]) Geta C. *Bk.* — [13]) pro rebus *ms. Bg., ms. Pl.* 1. *prima manu.* — [14]) et CC. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal.* intentandam *Russ. et rell.*

5. [a]) Idem AA. et CC. Oploni [1]). — In possessionem fundi licet creditor per vim ingrediatur, Iuliae legis vis privatae reus deferri potest. S. VI. Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

6. [b]) Imp. Constantinus A. ad Catulinum, Proconsulem Africae [2]). — Quoniam multa facinora sub uno violentiae nomine continentur, quum aliis vim inferre certantibus [3]), aliis cum indignatione resistentibus, verbera caedesque crebro deteguntur admissae, placuit, si forte quis vel ex possidentis parte vel [4]) eius, qui possessionem temerare tentaverit, interemtus sit, in eum supplicium exerceri [5]), qui vim facere tentavit [6]) et alterutri parti causam malorum praebuit [7]). Et non iam relegatione aut deportatione insulae plectatur, sed supplicium capitale excipiat, nec interposita provocatione sententiam, quae in eum fuerit dicta [8]), suspendat. Dat. XV. Kal. Mai. Serdicae [9]), Gallicano et Basso Conss. [317.]

7. [c]) Idem A. ad Bassum P. U. — Si quis ad se fundum vel quodcunque aliud asserit pertinere, ac restitutionem sibi competere possessionis putat, [10]) civiliter super possidendo agat, aut [11]) impleta solemnitate iuris crimen violentiae opponat, non ignarus, eam se sententiam subiturum, si crimen obiectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. Quodsi omissa interpellatione [12]) vim possidenti intulerit, ante omnia violentiae causam examinari praecipimus, et in ea requiri, quis [13]) ad quem venerit [14]) possidentem, ut ei, quem constiterit expulsum, amissae possessionis iura reparentur, eademque protinus restituta si criminalis quaestio agitetur [15]), violentus, poenae non immerito destinatus, in totius litis terminum differatur, ut, agitato negotio principali, si contra eum fuerit indicatum, in insulam deportetur, bonis omnibus abrogatis. PP. prid. [16]) Non. Octob. Romae, Constantino A. V. et Licinio C. [17]) Conss. [319.]

8. [d]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Albinum P. U. [18]) — Servos, qui fecisse violentiam confessionibus testium aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint, postremo supplicio deditos luere [19]) perpetrata censemus. Quodsi illi metu atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palam est, secundum legem Iuliam dominum infamem pronuntiatum [20]) loci aut [21]) originis propriae dignitate non uti, servos vero, quos furoribus talium [22]) paruisse constiterit, metallis [23]) post [24]) sententiam dedi. Viles autem infamesque personae et hi, qui his aut saepius violentiam perpetrasse convincentur, constitutionum divalium poena teneantur. §. 1. Iudicem vero nosse oportet, quod gravi infamia sit notandus, si violentiae crimen apud se probatum distulerit, [25]) omiserit vel impunitate [26]) donaverit, aut molliorem, quam praestituimus, poenam protulerit [27]). Dat. prid. [28]) Non. Mart. Mediolano, Valentiniano A. IV. et Neoterio [29]) Conss. [390.]

9. [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Aureliano P. P. [30]) — Crimen non dissimile est rapere et ei, qui rapuerit [31]), raptam rem [32]) scientem delictum servare. Dat. III. Non. Mart. Constantinop. [33]) Honorio X. [34]) et Theodosio VI. [35]) AA. Conss. [415.]

10. [f]) Impp. Leo et Anthemius AA. Nicostrato P. P. — Omnibus per civitates et agros habendi buccellarios [36]) vel Isauros armatosque servos licentiam volumus esse praeclusam. Quodsi quis praeter haec, quae nostra mansuetudo salubriter ordinavit, armata mancipia seu buccellarios [37]) aut Isauros in suis praediis aut iuxta se habere tentaverit, post exactam centum librarum auri condemnationem, vindictam in eos severissimam proferri sancimus. Viri quoque clarissimi provinciarum rectores in speculis esse debebunt, ne quis audeat haec [38]) statuta nostrae mansuetudinis in aliquo violare, scientes, quod ex dissimulatione dignitatis et administrationis cingulo privabuntur, et post centum librarum auri mulctam salutis vitaeque suae periculum sustinebunt; primatibus videlicet apparitionis suae personis praeter amissionem fortunarum suarum capitali quoque supplicio [39]) feriendis. Dat. V. Kal. Septemb. Anthemio A. II. Cons. [468.]

TIT. XIII.

---

[a]) *Bas. LX.* 18. 24. — *Sch. y.* (*T. VII. p.* 447.) — [b]) *fons est l.* 1. *Th. C. ad l. Iul. de vi. IX.* 10.; *Bas. LX.* 18. 25. — *Sch. z.* — [c]) *l.* 3. *Th. C. ad l. Iul. de vi. IX.* 10.; *Docum. Aret.* (*ed. Witte in libro: Rhein. Mus. f. Iurispr. III. p.* 461.); *Bas. LX.* 18. 26. — *Sch. a — e.* — [d]) *l.* 4. *Th. C. ad l. Iul. de vi. IX.* 10.; *Bas. LX.* 18. 27. (*T. VII. p.* 441.) — *Sch. f — i.* (*T. VII. p.* 449.) — [e]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de crim. pecul. IX.* 28.; *iungenda l.* 1. *C. de crim. pecul. IX.* 28.; *Bas. LX.* 18. 28. — *Sch. k. l.* — [f]) *Bas. LX.* 18. 29. *et* 30. (*T. VII. p.* 442.) — *Sch. m. n.* (*T. VII. p.* 450.)

[1]) Apoloni *mss. nonn.* — [2]) Procons. Afr. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.* — [3]) tentantibus *Theod. C., in quo mox* repugnantibus. — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; ex *ins. Russ. et rell. cum Theod. C.* — [5]) exseri *Theod. C.* — [6]) *ms. Bg., Theod. C.*; tentaverit *rell., v. not. seq.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; praebuerit *Hal. et rell.* — [8]) data *mss. Pl.* 1. *Bg., ed. Schf.* — [9]) Aquileiae *Hal.* — [10]) *ms. Bg., Theod. C.*; aut *ins. rell., contra Bas.* — [11]) et *legisse videntur conditores Bas.* — [12]) appellatione *Docum. Aret.*; *sed Bas. etiam* ὀχλήσεως. — [13]) quid *Russ. contra omnia mss. sua et mea*; *etiam Bas.* τίς. — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; pervenerit *edd. Schf. Russ. et rell.*; *etiam Bas.* ἠλθε. — [15]) si crim. quaest. agit. *om. Theod. C.* — [16]) D. II. *Hal., qui mox om.* A. — [17]) *Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; C. *om. Hal. Cont.* 66. *et rell.* — [18]) ad Albin. P. U. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; P. P. *Hal.* — [19]) solvere *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [20]) pronuntiandum *Theod. C.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Theod. C.*; atque *edd. Nbg. Hal.*; ac *edd. Schf. Russ. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 2. *Bg., Theod. C.*; talibus *ms. Pl.* 1., *edd.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., Theod. C.*; metallo *edd. rell.* — [24]) per *Theod. C.* — [25]) *ms. Pl.* 1. *prima manu, ms. Gt., edd. Schf. Hal., Theod. C.*; vel *ins. ms. Pl.* 2., *ms. Pl.* 1. *secunda manu*; seu *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [26]) impunitati *ms. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [27]) molliore — poena perculerit *Theod. C.* — [28]) D. VI. *Hal., a quo locus abest.* — [29]) V. C. *ins. Theod. C.* — [30]) II. *add. Theod. C.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg., Theod. C.*; rapuit *edd. rell.* — [32]) rem *om. mss Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.*; *est omittendum et scribendum* rapta, *ut habet Theod. C. et defendunt Bas.* — [33]) *Theod. C., Bk.*; *locus abest a rell.* — [34]) IX. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [35]) V. *Hal. Russ. Cont.* 62. — [36]) Bucellarios *Hal., cum quo faciunt mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; βουκελλαρίους *Bas., sed Schol. Bas. ait, descendere hoc verbum a* βοῦκα, *quod punem denotet. Cogitatur igitur de v.* bucca. — [37]) *v. not. anteced.* — [38]) haec *om. ms. Gt., Hal.*; *accedunt Bas.* — [39]) iudicio *ms. Gt.*; *sed Bas.* κεφαλικῇ τιμωρίᾳ.

Tit. XIII.

DE RAPTU VIRGINUM SEU VIDUARUM NEC NON SANCTIMONIALIUM.

1. [a]) Imp. Iustinianus A. Hermogeni, Magistro officiorum. — Raptores virginum honestarum, vel ingenuarum, sive iam desponsatae fuerint sive non, vel quarumlibet viduarum feminarum, licet libertinae vel servae alienae sint, pessima criminum peccantes, capitis supplicio plectendos decernimus [1]); et maxime si Deo fuerint virgines vel viduae dedicatae (quod non solum ad iniuriam hominum, sed [2]) ad ipsius omnipotentis Dei irreverentiam [3]) committitur, maxime quum virginitas vel castitas corrupta restitui non possit), et merito mortis damnantur supplicio, quum nec ab homicidii crimine huiusmodi raptores sint vacui. Ne igitur sine vindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem constitutionem, ut hi, qui huiusmodi crimen commiserint, et qui eis auxilium invasionis tempore praebuerint, ubi inventi fuerint in ipsa rapina et adhuc flagrante crimine comprehensi [4]), a parentibus virginum, vel [5]) ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet feminarum, aut earum consanguineis, aut [6]) tutoribus, vel curatoribus, vel patronis, vel dominis convicti interficiantur. Quae multo magis contra eos obtinere sancimus, qui nuptas mulieres ausi sunt [7]) rapere, quia duplici tenentur crimine, tam adulterii [8]) quam rapinae, et oportet acerbius adulterii crimen ex hac adiectione puniri. Quibus connumeravimus [9]) etiam eum, qui saltem sponsam suam [10]) per vim rapere ausus fuerit. Sin autem post commissum tam detestabile crimen aut potentatu raptor se defendere, aut fuga evadere potuerit, in hac quidem regia urbe tam viri excelsi praefecti praetorio, quam vir [11]) gloriosissimus praefectus urbi, in provinciis autem tam viri eminentissimi praefecti praetorio per Illyricum et Africam, quam magistri militum per diversas nostri orbis regiones, nec non vir spectabilis [12]) praefectus Aegypti, et comes Orientis, et vicarii, et proconsules, et nihilominus omnes viri spectabiles [13]) duces, et viri clarissimi rectores provinciarum, nec non alii cuiuslibet ordinis iudices, qui in illis locis inventi fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, ut eos possint comprehendere, et comprehensos in tali crimine post legitimas et iuri cognitas probationes, sine fori praescriptione, durissimis poenis afficiant, et mortis condemnent supplicio. Quibus et, si appellare voluerint, nullam damus licentiam, secundum antiquae Constantinianae [14]) legis definitionem [15]).

§. 1. Et si quidem ancillae vel libertinae sint, quae rapinam passae sunt, raptores tantummodo supradicta poena plectentur, substantiis eorum nullam deminutionem passuris. Sin autem in ingenuam personam tale facinus perpetretur, etiam omnes res mobiles seu [16]) immobiles et se moventes tam raptorum, quam etiam [17]) eorum [18]), qui eis auxilium praebuerint, ad dominium raptarum mulierum liberarum transferantur providentia iudicum et cura parentum earum, vel maritorum, vel tutorum seu curatorum. Et si [19]) non nuptae mulieres alii cuilibet praeter raptorem legitime coniungentur, in dotem mulierum liberarum easdem res, vel quantas ex his voluerint, procedere, sive maritum nolentes accipere in sua pudicitia remanere [20]) voluerint, pleno dominio eis sancimus applicari, nemine iudice vel alia quacunque persona hoc audente contemnere.

§. 2. Nec sit facultas raptae virgini vel viduae vel cuilibet mulieri raptorem suum sibi maritum exposcere, sed cui parentes voluerint, excepto raptore, eam legitimo copulent matrimonio, quoniam nullo modo nulloque [21]) tempore datur a nostra serenitate licentia eis consentire, qui hostili more in nostra republica matrimonium [22]) student sibi coniungere. Oportet etenim, ut, quicunque uxorem ducere voluerit, sive ingenuam sive libertinam, secundum nostras leges et antiquam consuetudinem parentes vel alios, quos decet, petat, et [23]) cum eorum voluntate fiat [24]) legitimum coniugium.

§. 3. Poenas autem, quas praediximus, id est mortis et bonorum amissionis, non tantum adversus raptores, sed etiam contra eos, qui hos comitati in ipsa invasione et rapina fuerint, constituimus. Ceteros autem omnes, qui conscii et ministri huiusmodi criminis reperti et convicti fuerint, vel qui eos susceperint, vel quamcunque [25]) opem eis intulerint [26]), sive masculi sive feminae sint, cuiuscunque conditionis vel gradus vel dignitatis, poenae tantummodo capitali subiicimus, ut huic poenae omnes subiaceant, sive volentibus sive nolentibus virginibus sive aliis mulieribus tale facinus fuerit perpetratum. Si enim ipsi raptores metu atrocitatis [27]) poenae ab huiusmodi facinore se [28]) temperaverint, nulli mulieri, sive volenti sive nolenti, peccandi locus relinquetur, quia hoc ipsum, velle mulierem [29]), ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur

---

[a]) *haec const. ex parte geminata est in l. 54. C. de episc. et cler. I. 3.; Bas. LX. 58. 1. (T. VII. p. 911.) — Sch. a — k. (T. VII. p. 914.)*

[1]) decrevimus *ms. Bg.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., l. 54. C. I. 3.*; etiam *ins. Russ. et rell.* — [3]) reverentiam *mss. Pl. 1. 2., ed. Schf.* — [4]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., l. 54. C. cit.*; et *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [5]) vel *om. edd. Nbg. Hal. Bk., contra meos codd.* — [6]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf.*; a *ins. Hal. et rell.* — [7]) fuerint *edd. Nbg. Hal. Bk., contra meos codd.* — [8]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., veteres codd. Russ., edd. Nbg. Hal.*; scilicet *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; connumeramus *ms. Pl. 2., Russ. et rell.* — [10]) *v.* suam *suspectum est et fortasse oriundum ex geminatione ult. syllabae verbi* sponsam; *nam iuris ratio non admittit, ut, qui suam sponsam rapit, coniuncti cum raptu adulterii arguatur, et ipse Iustinianus in Nov.* 143. *huius loci sententiam ita repetit, ut de alienae tantum sponsae raptu cogitari possit. In Bas. sane est:* εἰ μνηστήν τις ἰδίαν ἥρπασεν; *sed totum hoc cap. Bas. non meram continet Iustinianeae legis epitomen, sed multa seriorum imperatorum statuta immiscet. Cfr. Wächter Abhandl. aus d. Strafr. I. p.* 60 *sqq.* — [11]) vir *om. ms. Pl. 2., l. 54. C. cit.* — [12]) viri spectabiles *ms. Bg.* — [13]) *mss. Pl. 1. 2. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*; et *ins. Russ. et rell.*, *favente cod. Bg.*; *sed v. l. 54. C. cit.* — [14]) *l. 1. §. 3. Th. C. IX. 24.* — [15]) distinctionem *ms. Pl. 2.* — [16]) etiam *ins. edd. Schf. Russ. et postea rell., contra mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt. et edd. Nbg. Hal.* — [17]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; etiam *om. edd. rell.* — [18]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., unus cod. Russ., mss. Contii, Hal.*; sodalium vel sequentium vel comitum eorum *ins. ed. Nbg.*; sodalium comitum vel sequentium et *ins. ed. Schf., quam lect., sed omisso* et, *sequuntur Russ. et rell.* — [19]) sive *Hal. Bk., contra meos codd.* — [20]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal.*; manere *edd. Schf. Russ. et rell.* — [21]) nullo *mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.* — [22]) *mss. Pl. 1. Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; matrimonia *ms. Pl. 2., edd. rell.* — [23]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., ed. Schf.*; ut *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [24]) faciat *mss. Pl. 2. Gt.* — [25]) *mss. Pl. 1. 2. Bg., edd. Nbg. Hal., l. 54. C. cit.*; quicunque *edd. Schf. Russ. et rell.* — [26]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; tulerint *Russ. et rell.* — [27]) *mss. Pl. 1. Bg., ed. Nbg.*; metu vel atrocitate *ms. Pl. 2., edd. Schf. Hal. et rell.* — [28]) se *om. mss. Pl. 2. Bg.* — [29]) *ms. Pl. 1.*; mulieri *ms. Bg.*; mulieris *edd. Nbg. Hal.*; mulierum *ms. Pl. 2., edd. Schf. et rell., Hal in not.*

ditatur rapinam, inducitur. Nisi etenim eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non facit [1]) eam velle in tantum dedecus sese prodere. Parentibus, quorum maxime vindicta [2]) intererat, si patientiam praebuerint ac dolorem remiserint, deportatione [3]) plectendis. §. 4. Sed [4]) si quis inter haec ministeria servilis conditionis fuerit deprehensus [5]), citra sexus discretionem eum concremari iubemus, quum hoc etiam Constantiniana [6]) lege recte fuerat [7]) prospectum. Omnibus legis Iuliae capitulis, quae de raptu virginum vel viduarum sive sanctimonialium sive antiquis legum libris sive in sacris constitutionibus posita sunt, de cetero abolitis, ut haec tantummodo lex in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam [8]) de sanctimonialibus etiam [9]) virginibus et viduis locum habere sancimus. Dat. XV. Kal. Decemb. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. III. [10]) Cons. [533.]

Tit. XIV.

DE EMENDATIONE SERVORUM.

1. [a]) Imp. Constantinus A. ad Bassum. — Si virgis aut loris servum dominus affixerit, aut custodiae causa in vincula coniecerit, diernm distinctione sive interpretatione depulsa, nullum criminis metum servo mortuo sustineat. Nec vero immoderate suo iure utatur, sed tunc reus homicidii sit, si voluntate eum [11]) ictu fustis aut lapidis occiderit, vel certe, telo usus, letale vulnus inflixerit, aut suspendi laqueo praeceperit, vel iussione tetra [12]) praecipitandum esse mandaverit, aut veneni virus infuderit, vel dilaniaverit poenis publicis corpus, ferarum unguibus [13]) latera persecando vel exurendo oblatis [14]) ignibus membra, aut tabescentes artus, atro sanguine permixta sanie defluentes [15]), prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere [16]) saevitia immanium barbarorum. Dat. V. Id. Mai. [17]) Romae, Constantino A. V. [18]) et Licinio Conss. [319.]

Tit. XV.

DE EMENDATIONE PROPINQUORUM.

1. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Senatum. — In corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus potestatem, ut, quos ad vitae decora domesticae laudis exempla non provocant, saltem correctionis [19]) medicina compellat. Neque [20]) nos [21]) in puniendis morum [22]) vitiis potestatem in immensum extendi volumus, sed iure patrio auctoritas corrigat propinqui iuvenis erratum [23]), et privata animadversione compescat. Quodsi atrocitas facti ius domesticae emendationis excedit [24]), placet, enormis delicti reos dedi iudicum notioni. Dat. prid. Kal. Decemb. [25]) Valentiniano et Valente AA. Conss. [365.]

Tit. XVI.

[c]) AD LEGEM CORNELIAM [26]) DE SICARIIS.

1. [d]) Imp. Antoninus A. [27]) Herculano [28]) et aliis militibus. — Frater vester rectius fecerit, si se praesidi provinciae obtulerit; cui [29]) si probaverit, non occidendi animo hominem [30]) a se percussum esse, remissa homicidii poena secundum disciplinam militarem sententiam proferet. Crimen enim [31]) contrahitur, si et voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quae ex improviso casu potius quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxae imputantur. PP. prid. Kal. [32]) Febr. Laeto II. et Cereale Conss. [33]) [215.]

2. [e]) Imp. Gordianus A. Quintiano. — Is, qui aggressorem vel quemcunque alium in dubio vitae discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum [34]) calumniam metuere debet. PP. III. Non. April. Ariano et Pappo [35]) Conss. [243.]

3.

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de emendat. serv. IX.* 12.; *Bas. LX.* 59. 1. (*T. VII. p.* 918.) — *Sch. a — d.* (*T. VII. p.* 919.) — [b]) *l.* 1. *Th. C. de emendat. propinq. IX.* 13.; *Bas. LX.* 59. 2. — *Sch. e.* — [c]) *Dig. XLVIII.* 8. — [d]) *conflata haec const. est ex duobus rescriptis, scil. ex l.* 1. *et* 2. *Greg. C. ad l. Cornel. de sic. XIV.* 3., *restitutis ex Collatione I.* 8. *et* 9.; *Decr. Grat. dist. L. c.* 47.; *Bas. LX.* 39. 18. (*T. VII. p.* 688.) — *Sch. m — p.* (*T. VII. p.* 696.) — [e]) *Bas. LX.* 39. 19. — *Sch. q. r.* (*T. VII. p.* 697.)

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; faciet *Cont.* 71. *et rell.* — [2]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; vindictam *ms. Pl.* 1.; vindictae *Cont.* 71. *et rell.* — [3]) de portione *ms. Bg.*, *in quo lineae superscriptum* bonorum; *sed Bas.* περιοριζέσθωσαν. — [4]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*; Et *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; Sed et *edd. Schf. Russ. et rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Nbg.*; comprehensus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [6]) *l.* 1. §. 5. *Th. C. IX.* 24. — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; fuerit *edd. rell.* — [8]) quae *ms. Pl.* 1. — [9]) et *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [10]) *locus, quem l.* 54. *C. cit. nostrae iungenda occupat, docet, eam non ad secundum Iustiniani consulatum* (528.), *sed ad tertium referendum esse*; *quapropter et in hac subscr. reposui* III.; *apud Hal. et rell. est* II. — [11]) vel *ins. Theod. C.* — [12]) terra *Sp. vitio typ.*, *quod repetit Bk.* — [13]) vestigiis *Theod. C.* — [14]) admotis *Theod. C* — [15]) desinentes *ed. Schf.* — [16]) linquere *Theod. C.* — [17]) Mart. *Hal.* — [18]) *Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; V. *om. rell.* — [19]) correptionis *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [20]) tamen *ins. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *contra omnia mss. Russ. et mea et contra Theod. C.* — [21]) nos *om. ms. Bg.*; vos *ed. Nbg.*; non *Russ.* — [22]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *liber Aured. a Char. collatus*, *Theod. C.*; minorum *ms. Pl.* 2., *edd.* — [23]) reatum *ms. Pl.* 2., *ms. Pl.* 1. *secunda manu, ed. Nbg.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; excesserit *ed. Nbg.*; excedat *Russ. et rell.* — [25]) *Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; D. Idib. April. *Hal.*; D. prid. Kal. April. *Cont.* 66. *et rell.* — [26]) Iuliam *ms. Pl.* 1.; Corneliam vel Iuliam *ms. Bg.* — [27]) Aurelio *ins. Collatio.* — [28]) *ms. Cas.*, *Collatio*, *Bk.*; Herculiano *rell.* — [29]) *Collatio, Bk.*; qui *mss. mea et edd.*, *eodem quidem sensu*, *sed obscurius.* — [30]) Iustam *et mox* percussam *Collatio.* — [31]) crimen quippe ita *Collatio.* — [32]) *Collatio*; II. Kal. *Hal. et rell.* — [33]) Laeto bis Cons. *Collatio.* — [34]) facti *ms. Pl.* 2. — [35]) Arriano et Papo *Bk.*

[3. [a]) Idem A. Quintiano [1]). — Si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non ut homicida teneatur [2]), quia defensor propriae salutis in nullo peccasse videtur.]

4. [b]) Imp. Gallienus A. Monatio. — Si, ut allegas, latrocinantem peremisti, dubium non est, eum, qui inferendae [3]) caedis voluntate praecesserat, iure caesum videri. PP. XIII. [4]) Kal. Febr. Valeriano [5]) et Lucillo [6]) Conss. [265.] [c])

5. [d]) Exemplum sacrarum literarum Diocletiani et Maximiani [7]) AA. [8]) Agatoni [9]). — Eum, qui asseverat, homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, quum calcis ictu mortis occasio praebita videatur, si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspicione, quam [10]) ex admissae rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione nostra comprehensum est, volumus liberari. Dat. VII. [11]) Kal. Decemb. Sirmii, ipsis AA. IV. et III. [12]) Conss. [290.]

6. [e]) Idem AA. et CC. Agotio [13]). — Si quis te reum Corneliae legis de sicariis fecerit, innocentia purgari crimen, non adulta aetate defendi convenit. S. VI. Kal. Novemb. Romae, Caess. Conss. [294 — 305.]

7. [f]) Idem AA. et CC. Philisco [14]). — Is, qui cum telo ambulaverit hominis necandi causa, sicut is, qui hominem occiderit vel cuius dolo malo factum erit commissum, legis Corneliae de sicariis poena coercetur. S. VII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

8. [g]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum P. P. [15]) — Si quis necandi infantis piaculum aggressus aggressave sit, sciat, se capitali supplicio esse puniendum [16]). PP. VII. Id. Februar. Romae, Gratiano A. III. et Equitio [17]) Conss. [374.]

9. [h]) Impppp. Gratianus [18]), Valentinianus, Theodosius et Arcadius [19]) AAAA. Cynegio P. P. — Si forte mulier marito mortis parasse insidias vel quolibet [20]) alio genere voluntatem occidendi habuisse inveniatur, vel si [21]) forte maritus eo [22]) modo insectetur uxorem, in eadem quaestione ab omni familia (non solum mariti, sed etiam uxoris [23])), quae tamen tunc temporis domi fuerit, quaerendum est, sine cuiusquam defensione. Dat. III. Id. [24]) Decemb. Arcadio A. I. et Bautone Conss. [385.]

TIT. XVII.

---

[a]) *haec const. abest a mss. Vat. Pl.* 1. 2. *Gt., ignorant eam Bas., delendamque censet Cuiac. in not. in Cod.* (*Opp. T. X. p.* 726. *ed. Neap.*), *haud dubie suis codd. edoctus. Suspicionem de ea porro movet inscr., quae ex antecedente const. ad nostram relata videtur* (*cfr. not.* 1.), *et subscriptionis defectus in ea Codicis parte, in qua profecto integras servavit subscriptiones codex Haloandri. Accedit, quod l.* 6. *h. t. in Schol. h. ad Bas. LX.* 51. 49. (*T. VII. p.* 863.) *ut l.* 5. *allegatur. Propius ad veritatem fortasse ea re ducimur, quod Coll. Ans. ded. VII. c.* 36. *nostram const. inter legis Romanae quidem capitula habet, sed ita: Ne rei dominicae vel temp. vind. temp. exc. summov. ex lib. VII. Cod. tit.* 38. *Qui percussorem ad se venientem ferro repulerit, non habeatur homicida, quia defensor propriae salutis videtur in nullo peccasse. Et qui ad possessionem alienam violentus advenerit cum multitudine congregata, si aut ipse aut aliquis ex eodem numero casu, dum pellitur violentia, occisus fuerit, is, qui pro necessitate hoc fecit, a met. poenae liber habeatur. Dat. VIIII. Kl. oct. inst. optimo. — Ex hoc cap., quod iisdem verbis legitur in Edicto Theodorici XV. XVI.* (*ed. Rhon.*), *coniici posse videtur, nostram const., modo ampliorem modo decurtatam Codici serius additam, variis locis a librariis adscriptam fuisse, et fortasse habendam esse inter supplementa haud pauca, quae ex Greg. vel Herm. Cod nostro Codici admodum vetere tempore adiecta fuisse probabile est* (*cfr. Greg. C. ed. Haenel p.* 30. *in not.*) *Ad Romanum certe fontem nostram const. redire, edictum Theodor. docet. Cfr. ad hanc notam Savigny Gesch d. R. R. i. M. A. T. II. p.* 178. 292. — [b]) *Bas. LX.* 39. 20 — *Sch. s.* — [c]) *licet nullum sit in codd. de perditae const. graecae vestigium, tamen, praeeunte Ant. Augustino in coll. graec. const., recepit Charondas cap. ex Bas., scilicet LX.* 39. 21., *quod epitomen legis* 1. *C. quando liceat unicuique. III.* 27. *exhibere videtur. Charondam, qui versionem tantum Cuiacianam huius cap. inseruit, sequuntur Pac. Sp.; graeca recepit Bk., sed cancellis inclusit. Equidem sustuli hanc restitutionem non satis firmatam, quum sine turbatione numerorum nunc in editionibus consuetorum id fieri potuerit. Habet autem cap. Bas. cit. ita:* Ἐξέστω παντὶ τὸν ἐν τοῖς ἀγροῖς νυκτὸς ἐπιόντα ἢ παραχαθήμενον τὰς ὁδοὺς καὶ οὕτως ἐπιβουλεύοντα τοῖς παριοῦσιν, ἀκινδύνως ἀναιρεῖν, εἰ καὶ στρατιώτης ἐστίν. Κρεῖττον γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις βοηθεῖν ἑαυτῷ, ἢ μετὰ τὸ παθεῖν ἐπιζητεῖν ἑαυτῷ τὴν ἐκδίκησιν. [*Liceat cuilibet noctu in agris aggredientem vel vias obsidentem atque ita insidiantem praeterentibus impune occidere, etiamsi miles sit. Melius enim est in talibus sibi ipsi mederi, quam iniuria accepta vindictam quaerere.*] — [d]) *exstat hoc rescr. in Collatione I.* 10. *haustum ex Greg. C., ubi nunc est l.* 3. *ad l. Corn. de sic. XIV.* 3.; *Decr. Grat. c.* 46. *dist. I.*; *Bas. LX.* 39. 22. — *Sch. x.* (*T. VII. p.* 698.) — [e]) *Bas. LX.* 39. 23. (*T. VII. p.* 689.) — *Sch. y.* — [f]) *Bas. LX.* 39. 24. — *Sch. z.* — [g]) *l.* 1. *Th. C. ad l. Corn. de sic. IX.* 14.; *Decr. Grat. c.* 10. *dist. I. de poenitent.*; *Bas. LX.* 39. 25. — *Sch. a. b.*; *iung. l.* 2. *C. de infant. expos. VIII.* 52. — [h]) *fons est l.* 4. *Th. C. ad l. Iul. de adult. IX.* 7.; *ex parte repetita est in l.* 32. *C. ad l. Iul. de adult. IX.* 9.; *Decr. Grat. c.* 11. *dist. I. de poenitent.*; *Bas. LX.* 39. 26. — *Sch. c — e.*

[1]) Quintiano *om. ms. Bg.*; Id. A. Quint. *om. ed. Nbg.* — [2]) teneatur *ms. Bg., ed. Nbg., et ab utroque libro abest* ut. — [3]) ingerendae *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [4]) III. *Sp. Bk.* — [5]) Valerio *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; C. II. *add. Bk.* — [6]) Lucinio *Sp.* — [7]) Diocletianus et Maximianus *Bk.*; *cfr. e. g. l.* 3. *C. VII.* 22. — [8]) et CC. *addunt Hal. et rell. praeter Bk., contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et Collationem.* — [9]) *ex mea coni.*; Agatodi *ms. Pl.* 1.; Agatocli *ms. Vat.*; Agatho *ms. Bg., Hal. et rell. In Collatione haec est inscr.:* Diocletianus et (Maximianus) Domini nostri. Have Agato Karissime nobis. — [10]) quod *Collatio.* — [11]) Dat. prid. *Collatio, a qua locus abest.* — [12]) Diocletiano Aug. IIII. et Maximiano *Collatio.* — [13]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; ad Agotium *Hal. et rell.* — [14]) Filisco, Silisco *mss. mons.* — [15]) P. P. *om. mss. Cas. Vat. Bg., Hal.* — [16]) erit capitale istud malum *Theod. C.* — [17]) A. II. et Probo, *ut sit a.* 371., *Hal.* — [18]) *Gratianum, contra meos codd. et Theod. C. et Decr., delet Bk.* — [19]) *Arcadium om. ms. Cas., Theod. C., l.* 32. *C. IX.* 9.; *tuentur eum rell. codd., edd. omnes, Decr.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C., Decr.*; quovis *Russ. et rell.* — [21]) si *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; eodem *rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal., Theod. C., l.* 32. *C. IX.* 9.; suae *addunt rell. edd.* — [24]) *Russ. Cont.* 62., *Theod. C., l.* 32 *C. IX.* 9.; III. Kal. *Hal.*; Id., *omisso III., Cont.* 66. *et rell.*

Tit. XVII.

[a]) DE HIS [1]), QUI PARENTES VEL LIBEROS OCCIDERUNT.

1. [b]) Imp. Constantinus A. ad Verinum, Vicarium Africae [2]). — Si quis [3]) parentis aut filii aut omnino affectionis eius, quae [4]) nuncupatione parricidii [5]) continetur, fata properaverit [6]), sive clam sive palam id fuerit euisus, poena parricidii punietur [7]), neque [8]) gladio, neque ignibus, neque ulli alii solemni poenae [9]) subingetur, sed insutus culeo [10]) cum cane et gallo gallinaceo et vipera et simia [11]), et inter eas [12]) ferales angustias comprehensus serpentium contuberniis misceatur, et ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare vel in amnem proiiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, et [13]) ei coelum superstiti, terra mortuo auferatur. Dat. XVII. [14]) Kal. Decemb. Licinio V. et Crispo C. [15]) Conss. [318.] Accept. prid. Id. Mart. Carthagine, Constantino A. V. et Licinio C. Conss. [319.]

Tit. XVIII.

[c]) DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS ET CETERIS SIMILIBUS.

1. [d]) Imp. Antoninus A. Titio [16]). — Plus est hominem exstinguere veneno, quam occidere gladio. PP. sine die et consule.

2. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Tiberio [17]). — Artem geometriae discere atque exercere [18]) publice interest [19]). Ars autem mathematica damnabilis interdicta est [20]) omnino [21]). S. XIII. Kal. Septemb. Sirmii, Caess. Conss. [294 — 305.]

3. [f]) Imp. Constantinus A. ad Maximum. — Nullus haruspex, nullus sacerdos, nullus eorum, qui huic ritui assolent ministrare [22]), limen alterius accedat, nec ob alteram causam, sed huiusmodi hominum amicitia, quamvis vetus, repellatur; concremando illo haruspice, qui ad domum alienam accesserit, et illo in insulam deportando [23]), post ademtionem bonorum, qui eum evocaverit [24]) suasionibus vel praemiis. Accusatorem autem huius [25]) criminis non delatorem esse, sed dignum magis praemio arbitramur. PP. Kal. Febr. [26]) Romae, Constantino A. V. et Licinio C. Conss. [319.]

4. [g]) Idem A. et C. [27]) ad Bassum P. P. [28]) — Eorum est scientia punienda et severissimis merito legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus aut contra salutem hominum moliti, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse [29]) detegentur. Nullis vero criminationibus implicanda sunt remedia humanis quaesita corporibus, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisque [30]) lapidatione quaterentur, quibus non cuiuscunque [31]) salus aut existimatio [32]) laederetur, sed quorum proficerent actus, ne divina munera et labores hominum sternerentur. Dat. X. Kal. Iun. Aquileiae, Crispo et Constantino [33]) CC. [34]) Conss. [321.]

5. [h]) Imp. Constantinus A. et Iulianus C. [35]) ad populum. — Nemo haruspicem consulat aut mathematicum, nemo hariolum. Augurum et vatum prava confessio conticescat. Chaldaei ac magi et ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo divinandi curiositas. Etenim supplicium [36]) capitis feret [37]) gladio ultore prostratus, quicunque iussis [38]) obsequium denegaverit. Dat. VIII. Kal. Febr. Mediolani, Constantio A. IX. [39]) et Iuliano C. II. [40]) Conss. [357.]

6.

---

[a]) *Dig. XLVIII.* 9. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de parricid. IX.* 15. — [c]) *Dig. XLVIII.* 8. — [d]) *Bas. LX.* 39. 27. — *Sch. f.* (*T. VII. p.* 699.) — [e]) *Bas. LX.* 39. 28. — *Sch. g.* (*T. VII. p.* 701.) — [f]) *l.* 1. *Th. C. de malef. IX.* 16., *additis nonnullis ex l.* 2. *Th. C. eod.*; *Bas. LX.* 39. 29. — *Sch. h. i.* — [g]) *l.* 3. *Th. C. de malef. IX.* 16.; *Bas. LX.* 39. 30. — *Sch. k.* — [h]) *l.* 4. *Th. C. de malef. IX.* 16.; *Bas. LX.* 39. 31. (*T. VII. p.* 690.) — *Sch. l.*

[1]) Ad legem Pompeiam [et] de his *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; *vv.* ad leg. Pomp. *adduntur post* occider. *in ms. Pl.* 1., *idemque additamentum in suis quibusdam libris esse, testatur Cuiac. Paratitl. in Cod. h. t.* — [2]) ad universos provinciales *ed. Nbg.* — [3]) in *ins. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*, *sed contra omnes codd. meos et Russardi*; *iidem Russ. et Cont.* 62. *contra fidem codd. mox ins.* aut filiae *post* filii. — [4]) qui *ms. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ.* — [5]) paricidii *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*, *et sic infra.* — [6]) praeparaverit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, puniatur *Russ. et rell.*; poena parr. pun. *om. Theod. C.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; et neque *Russ. et rell.* — [9]) ulla alia solemni poena *mss. Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.* — [10]) culleo *ms. Bg.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.* — [11]) cum cane — simia *om. Theod. C.* — [12]) eius *ms. Pl.* 1., *Theod. C.* — [13]) ut *ms. Pl.* 2., *Theod. C.*; ut et *ms. Pl.* 1. — [14]) *Hal.*; XVI. *Theod. C.*; XI. *Russ. et rell.* — [15]) *Bk.*, *Theod. C.*; C. *om. Hal. et rell.* — [16]) Titio *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [17]) Liberio, Tyberio *mss. nonn.* — [18]) exerceri *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *in qua supra est* disci. — [19]) intersit *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [20]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal.*; damnab. interd. sit *ms. Pl.* 1.; damnab. est et interd. *edd. rell.* — [21]) omnino *om. ms. Pl.* 1., *Hal.* — [22]) ad *ins. edd. Nbg. Russ. et postea rell.*, *contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* *et edd. Schf. Hal. et Theod. C.* — [23]) detrudendo *ms. Gt.*, *consentiente Theod. C.* — [24]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; revocaverit *ms. Pl.* 1.; advocaverit *edd. rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *Theod. C.*; huiusmodi *edd. Schf. Russ. et rell.* — [26]) *hic dies dubia movet*; *v. Haenel. not. v. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [27]) Id. A. et CC. *ms. Pl.* 1.; Iid. AA. et CC. *ms. Bg.*, *Hal.* — [28]) *ms. Cas.*, *edd. Nbg. Hal. Russ. Bk.*, *Theod. C.*; P. U. *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Cont. et rell.* — [29]) defixisse *Theod. C. ed. Gothofr.* (*sed improb. Haenelio*), *quod et nostro loco restituere vult Cuiac. Obss. XXVII.* 17.; dilexisse *ms. Bg. prima manu.* — [30]) aut ruentis grandinis *Theod. C.*, *veteres libri Russ.*; aut ne ventis grandinis *ms. Pl.* 1. — [31]) cuiuscunque *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; cuiusque *ms. Pl.* 2., *Theod. C.*; cuiusquam *edd. rell.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*, *Theod. C.*; aestimatio *edd. Schf. Hal. et rell.* — [33]) *Theod. C.*, *Bk.*; Constant. *Hal.*; Constantio *rell.* *Caeterum post* Crispo *et post* Const. *Bk. ins.* II. — [34]) CC. *om. Hal. Russ.* — [35]) et Iul. C. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Russ.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; supplicio *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [37]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; fieret *ms. Bg.*, *postea mutatum in* feret; feriet *omnia mss. Russ.*; ferietur *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [38]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *mss. Russ.*, *Theod. C.*; nostris *ins. edd.* — [39]) VIII. *Hal.*, *ut sit a.* 356. — [40]) *Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; II. *om. Hal. et rell.*

6. [a]) Idem A. et C. ad populum. — Multi, magicis artibus usi [1]), elementa turbare, vitas [2]) insontium labefactare non dubitant, et manibus accitis [3]) audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos. Hos, quoniam naturae peregrini sunt, feralis pestis absumat. Dat. prid. Non. Decemb. Mediolano [4]), Constantio A. IX. et Iuliano C. [5]) II. Conss. [357.]

7. [b]) Idem A. et C. ad Taurum P. P. — Etsi excepta tormentis sunt corpora honoribus praeditorum, praeter illa videlicet crimina, quae legibus demonstrantur, etsi omnes [6]) magi, in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt, tamen, quoniam [7]) qui in comitatu nostro sunt ipsam pulsant propemodum maiestatem, si quis magus, vel magicis contaminibus [8]) assuetus, qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur, aut haruspex, aut hariolus, aut certe augur, vel etiam [9]) mathematicus, aut narraudis [10]) somniis occultans artem aliquam divinandi, aut certe aliquid horum simile exercens in comitatu meo vel Caesaris fuerit deprehensus, praesidio dignitatis [11]) cruciatus et tormenta non fugiat. Si vero [12]) convictus [13]) ad [14]) proprium facinus detegentibus repugnaverit pernegando [15]), sit eculeo deditus, ungulisque sulcantibus latera perferat poenas proprio dignas facinore. Dat. III. Non. [16]) Iul. Arimini, Datiano [17]) et Cereale Conss. [358.]

8. [c]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Modestum P. P. — Culpa similis est tam prohibita discere, quam docere. Dat. prid. Id. Decemb. Constantinop. Valentiniano et Valente AA. [18]) Conss. [365.]

9. [d]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Albino P. U. [19]) — Quicunque maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit, illico ad publicum protrahat [20]), et indiciorum [21]) oculis communis hostem salutis ostendat. Quodsi quisquam ex agitatoribus, id est aurigis [22]), seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum venire tentaverit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum [23]) maleficae artis oppresserit [24]), ultimum supplicium non evadat, geminae suspicionis [25]) obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, severitati legum et debitae subtraxerit quaestioni, aut proprium fortassis inimicum sub huiusmodi vindictae nomine consilio atrociore confecerit. Dat. XVII. Kal. Septemb. [26]) Romae, Timasio et Promoto Conss. [389.] [e])

Tit. XIX.

[f]) DE SEPULCRO VIOLATO.

1. Imp. Gordianus A. Zenoni. — Res religioni destinatas, quin immo iam [27]) religionis effectas, scientes qui contigerint [28]), et emere et distrahere non dubitaverint, tametsi iure venditio non subsistat, laesae tamen religionis in crimen inciderunt. PP. III. Kal. Mart. Sabino II. et Venusto Conss. [240.]

2. [g]) Imp. Constantius A. ad Titianum [29]) P. U. — Si servus [30]) in demoliendis sepulcris fuerit apprehensus [31]), si id sine domini scientia [32]) faciat, metallo addicatur [33]), si [34]) vero domini auctoritate vel iussione urgetur, relegatione plectatur [35]). Et si forte detractum aliquid de sepulcris [36]) ad domum eius villamque provectum [37]) reperietur [38]), villa sive domus aut aedificium, quodcunque erit, fisci viribus [39]) vindicetur. Dat. VII. Id. [40]) Iul. Mediolano [41]), Acyndino et Proculo Conss. [340.]

3.

---

[a]) *l.* 5. *Th. C. de malef. IX.* 16.; *Bas. LX.* 39. 32. — [b]) *l.* 6. *Th. C. de malef. IX.* 16.; *Bas. LX.* 39. 33. — *Sch. m. n.* (*T. VII. p.* 702.) — [c]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de malef. IX.* 16.; *Bas. LX.* 39. 34. — *Sch. o.* — [d]) *l.* 11. *Th. C. de malef. IX.* 16.; *Bas. LX.* 39. 35. — *Sch. p. q.* — [e]) *Ant. Augustin. in coll. graec. const. restituere voluit legem* 10. *hui. tit. ex Synopsi l.* 1. 17. (*ed. Leuncl. p.* 3.) *Quod cap. quum epitomen contineat legis* 10. *C. de episc. aud. l.* 4., *non de graeca lege nostro loco inde restituenda cogitari potest. Si quis vero suspicetur, legem* 10. *cit. sub nostro tit. certe geminatam fuisse, eum refellit Photii Nomocanon IX.* 25. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 980.) — [f]) *Dig. XLVII.* 12. — [g]) *l.* 1. *Th. C. de sepulcr. viol. IX.* 17.; *Docum. Aretin. d. a.* 752. *in libro: Rhein. Museum f. Jurispr. T. III. p.* 460.; *Bas. LX.* 23. 12. (*T. VII. p.* 508.) — *Sch. n—p.* (*T. VII. p.* 512.)

[1]) ausi *Theod. C.*; visi *ed. Nbg.* — [2]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; vitasque *ms. Pl.* 2.; vitam *edd. Schf. Russ. et rell.* — [3]) inanibus accitis *Russ.*; manes accitos *Hal.* — [4]) *locum om. Hal.* — [5]) *Sp. Bk.*, *Theod. C.*; C. *om. Hal. et rell.* — [6]) homines *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; quoniam tamen *edd. rell.* — [8]) *ms. Pl.* 1., *Theod. C.*; contaminationibus *mss. Pl.* 2. *Gt.*; certaminibus *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Schf.*; cantaminibus *Hal.*, *Dirksen in manual. latin. v.* cantamen; carminibus *Russ. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; etiam *om. edd. rell.*; et *Theod. C.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Theod. C.*; enarrandis *Hal. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 1. *prima manu*, *Theod. C.*; exutus *ins. edd.* — [12]) vero *om. ms. Bg.*, *Hal.*, *Theod. C.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; fuerit et *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [14]) ad *om. ms. Bg.*, *ed. Schf.*; at *coni. Iac. Gothofr.* — [15]) denegando *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; pro negando *ed. Schf.* — [16]) VII. Kal. *Hal.* — [17]) *Theod. C.*, *Bk.*; Titiano *Hal. et rell.* — [18]) III. *videtur addendum, ut sit a.* 370.; *cfr. Haenel. not. t. ad l.* 8. *Th. C. cit.* — [19]) *Theod. C.*, *Bk.*; P. P. *codd. mei et edd. rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*, *Theod. C.*; pertrahat *Russ. et rell.* — [21]) *ms. Bg.*, *Hal.*, *Theod. C.*; iudicum *rell. mss. et edd.* — [22]) id est aurigis *om. Theod. C.*, *sed defenduntur a codd. meis*; *Cont. in marg. refert, quendam in vet. cod. legisse* aut petauristis. — [23]) eum *Hal.* — [24]) suppresserit *Theod. C.* — [25]) suspicioni *Russ. et postea rell.*; *sed genitivum flagitant mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Theod. C.* — [26]) XV. Kal. Decemb. *Hal.* — [27]) iam *om. ms. Bg.*, *Hal.* — [28]) contigerunt *et mox* dubitaverunt *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.* — [29]) *mss. Vat. Pl.* 1., *Bk.*, *Theod. C.*; ad Dic. *ed. Nbg.*; ad Tatianum *rell. Caeterum Constantium et Constantem reponit Bk.*, *ex sua coni.* — [30]) Si quis *Theod. C.*; Ἐὰν οἰκέτης *Bas.* — [31]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *Hal.*, *Theod. C.*; deprehensus *rell.* — [32]) conscientia *Theod. C.* — [33]) adiiciatur *edd. Nbg. Schf.*, *quas firmant mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; adiicietur *Hal.*; adiudicetur *Theod. C.* — [34]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; sin *edd. rell.* — [35]) plectetur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; sepulcro *ms. Bg.*, *edd. rell.*, *Docum. Aret.* — [37]) pervectum *Theod. C.*; vectum *Docum. Aret.* — [38]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *Theod. C.*, *Docum. Aret.*; reperitur *edd. Schf. Russ. et rell.* — [39]) *in mss. Pl.* 1. *Bg. fluctuat v. inter* viribus *et* iuribus; viribus *Bk.*, *Theod. C.*, *Cuiac. Obss. XXVIII.* 1.; iuribus *edd. rell.*, *Docum. Aret.*; fisco *ms. Pl.* 2. — [40]) Kal. *Theod. C.* — [41]) *locum ex Theod. C. recepit Bk.*

3. [a]) Idem A. [1]) ad Limenium P. P. — Si quis sepulcrum laesurus [2]) attigerit, locorum iudices, si hoc vindicare neglexerint, non minus nota [3]), quam viginti librarum auri in sepulcrorum violatores statuta poena mulctentur, ut eam largitionibus nostris inferre cogantur. Dat. V. Kal. April. Limenio et Catulino Conss. [349.]

4. [b]) Idem A. [4]) ad populum. — Qui sepulcra violant, domos, ut ita dixerim, defunctorum, geminum videntur facinus perpetrare; nam et sepultos spoliant destruendo, et vivos polluunt fabricando. Si quis igitur de sepulcro abstulerit saxa vel marmora vel columnas aliamve quamcunque materiam, fabricandi [5]) gratia, sive id fecerit venditurus, decem [6]) pondo auri cogatur fisco inferre, sive quis propria sepulcra defendens hanc in iudicium querelam detulerit, sive quicunque alius accusaverit, vel officium [7]) nuntiaverit. Quae poena priscae severitati accedit; nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulcra [8]) violantibus videtur impositum. Huic autem poenae subiacebunt, et qui corpora sepulta [9]) aut reliquias contrectaverint. Dat. Id. Iun. [10]) Mediolani, Constantio A. IX. [11]) et Iuliano C. II. Conss. [357.]

5. [c]) Imp. Iulianus A. ad populum. — Pergit audacia ad busta diem functorum [12]) et aggeres consecratos, quum et lapidem hinc movere, et terram evertere [13]), et cespitem vellere [14]) proximum sacrilegio maiores [15]) semper habuerint; sed et ornamenta quaedam [16]) tricliniis aut porticibus auferri [17]) de sepulcris. Quibus primo [18]) consulentes, ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum [19]), hoc fieri prohibemus, poena sacrilegii [20]) cohibentes. Dat. prid. Id. Februar. Antiochiae [21]), Iuliano A. IV. et Sallustio Conss. [363.]

6. Imp. Iustinus [22]) A. Theodoro P. U. [23]) — Quum sit iniustum et nostris alienum temporibus, iniuriam fieri reliquiis defunctorum ab his, qui debitorem sibi esse mortuum dicendo debitumque exigendo sepulturam eius impediunt, ne in posterum eadem iniuria procederet cogendis his, ad quos funus mortui pertinet, sua iura perdere, ea quidem, quae mortuo posito ante sepulturam eius facta fuerint vel exigendo, quod debitum esse dicitur, vel confessiones aliquas, aut fideiussorem aut pignora capiendo, penitus amputari praecipimus; redditis vero pignoribus vel pecuniis, quae solutae sunt, vel absolutis fideiussoribus, et generaliter omnibus sine ulla innovatione in pristinum statum reducendis, principale negotium ex integro disceptari; eum vero, qui in huiusmodi fuerit deprehensus [24]) flagitio, quinquaginta libras auri dependere, vel, si minus idoneus ad eas persolvendas [25]) sit, suo corpore sub competente iudice poenas luere. Dat. Kal. Decemb. Constantinop. Olybrio V. C. Cons. [520.]

Authent. ut defuncti seu funera. §. Sancimus igitur. et §. Si vero. (Nov. 60. c. 1.) — *Item qui domum moribundi adscendit* [26]), *ipsum aliosve, qui eius sunt, molestans, aut in rebus eius, non servato legali officio, signacula imponit, ab actione post mortem illius cadat, et alterum tantundem exigatur ab heredibus iniuriati, publicanda tertia parte bonorum, ipsoque infamia notato. Eisdem poenis subiaceat, qui eo moriente circa funus peccat, quum prohibeat exequias.*

Authent. ut quum de appellat. cognoscitur. §. Meminimus. (Nov. 115. c. 5.) — *Sed neque ante novem dies ab obitu numerandos ulla prorsus fiat molestia adversus quemlibet ex persona defuncti. Si qua enim cautio, si quid simile fiat, inutile erit; ex hoc nullo praeiudicio creditori generando* [27]).

Tit. XX.

[d]) AD LEGEM FAVIAM [28]) DE PLAGIARIIS [29]).

1. [e]) Imp. Antoninus A. Placido. — Pater tuus adversus eum, a quo sollicitatam ancillam, plagio quoque facto exportatam queritur, apud suum iudicem civiliter in rem actione instituta consistat. Si [30]) in causa tenuerit, etiam legis Faviae crimen persequi poterit. Quodsi per violentiam mancipium abreptum est, accusationem vis [31]) non prohibetur intendere. PP. XII. Kal. April. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

2.

---

[a]) *hausta ex l.* 2. §. 2. *Th. C. de sepulcr. viol. IX.* 17.; *Docum. Aretin. d. a.* 752. *l. c. p.* 459.; *Bas. LX.* 23. 13. — [b]) *l.* 4. *Th. C. de sepulcr. viol. IX.* 17.; *Bas. LX.* 23. 14. — *Sch. q — u.* — [c]) *hausta ex l.* 5. *Th. C. de sepulcr. viol. IX.* 17.; *Bas. LX.* 23. 15. — *Sch. x.* — [d]) *Dig. XLVIII.* 15. — [e]) *Bas. LX.* 48. 8. (*T. VII. p.* 784.) — *Sch. m.* (*T. VII. p.* 788.)

[1]) Iidem AA. *Bk.*; *cfr. not.* 29. *ad l.* 2. *h. t.* — [2]) *mss. Bg. Gt., Theod. C., Docum. Aret.*; violans *mss. Pl.* 1. 2.; violaturus *edd.* — [3]) *ms. Pl.* 1., *codd. Cuiacii* (*Recitatt. in Cod. h. t.*), *liber Menagii a Fabroto ad Cuiac. Parat. h. t. laudatus, ed. Schf., Theod. C.*; non minus nō *ed. Nbg.*; non minus nota infamiae *Docum. Aret.*; non minus, *omisso v.* nota, *mss. Pl.* 2. *Bg., Hal. et rell., sed in ms. Pl.* 2. *mox inseritur* nota *post* statuta. *Cfr. Witte in libro: Rhein. Mus. f. Jurispr. T. III. p.* 462 *sqq.* — [4]) Imp. Constantius A. et Iulianus C. *Bk., contra mss. mea et edd. omnes et Theod. C.* — [5]) fabricae *Theod. C.* — [6]) viginti *secundum Bas.* — [7]) *mss. Pl.* 1. *Bg., Theod. C., Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; vel officio *mss. Pl.* 2. *Gt., edd. Nbg. Hal.*; vel ad officium *edd. Schf. Russ. et rell*; *sed Bas.* εἴτε ἡ τάξις προσαγγείλῃ. — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; sepulcri *et postea* violatoribus *ms. Bg.*; sepulcrum *edd. rell.*; *sed* τοὺς τάφους *Schol. Bas.* — [9]) Novemb. *Hal.* — [10]) VIII. *Hal., ut sit a.* 356. — [11]) *Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; II. *om. rell.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., Hal., Theod. C.*; defunctorum *edd. rell.*; diem defunctorum *ms. Bg.* — [13]) sollicitare *Theod. C.* — [14]) *ms. Pl.* 1., *Hal., Theod. C.*; evellere *rell.* — [15]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; nostri *ins. edd. rell.* — [16]) quidam *et mox* auferunt *Theod. C.* — [17]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; ferri *ms. Pl.* 2.; auferre *Russ. et rell.* — [18]) primis *Theod. C.* — [19]) religione defunctorum *Theod. C.* — [20]) poena manium vindice *Theod. C.* — [21]) *locum om. Hal.* — [22]) *Hal. Russ. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; Iustinianus *ms. Vat., Cont.* 62. *et rell. edd. In plerisque codd. nomen incertum est, v. Reland. fast. consul. p.* 691. — [23]) *ms. Pl.* 1.; pp. *ms. Bg.*; *dignitas abest a rell.* — [24]) comprehensus *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal.*; deprensus *Sp. Bk.* — [25]) eam persolvendam *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; ea persolvenda *ms. Pl.* 2. — [26]) *accedit Hal. et postea rell., contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. et edd. Nbg. Schf.* — [27]) *ex hoc — generando ignorant mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [28]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., edd. Nbg. Schf. Hal., Dig. XLVIII.* 15. *in rubr.*; Fabiam *Russ. et rell., et sic saepius.* — [29]) de plagiar. *om. ms. Cas., in ms. Vat. a secunda manu adiecta sunt; cfr. Th. C. IX.* 18. *in rubr.* — [30]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal.*; Quodsi *ms. Gt., ed. Nbg.*; Si vero *edd. Schf. Russ. et rell.* — [31]) *hiss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., edd. Nbg. Schf.*; eius *Hal. et rell., dissentientibus Russ. et Cont. in marg., dissentientibus etiam, ut videtur, Bas.*

2. [a]) Idem A. Aurelio. — Si ab Aeliano servum tuum susceptum, et aliquamdiu [1]) occultatum, moxque eo suadente fugae datum probare potes, legis Faviae crimen per te, vel actionem ad eam rem propositam, id est servi corrupti, per procuratorem tuum persequi potes. PP. VII. Kal. Aug. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

3. [b]) Imp. Alexander A. Cornelio. — Ut legis Faviae poena debeatur, in crimen [2]) subscriptio et accusatio et sententia necessaria est. PP. VIII. Kal. Iul. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

4. [c]) Imp. Gordianus A. Paulinae. — Non valet procuratoris sententia, si vicem praesidis non teneatur, qui legi Faviae locum esse pronuntiavit, quum eius legis disceptatio ad praesidis provinciae pertineat notionem. PP. III. Non. Decemb. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

5. [d]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Iulianae. — Si fratrem tuum adversarius tuus [3]) supprimit, legis eum Faviae, adito praeside provinciae, reum debes postulare. PP. Non. Mai. Aemiliano et Basso Conss. [259.]

6. [e]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Martianae. — In fuga servum constitutum neque vendere neque donare licet. Unde intelligis, te in legem incidisse, quae super huiusmodi delictis certam poenam fisco inferendam statuit, exceptis coheredibus et sociis, quibus in divisione communium rerum licitationem de fugitivo servo invicem facere permissum est. Ita vero liceat fugitivum [4]) vendere, ut [5]) tunc venditio valeat, quando ab emtore requisitus fuerit [6]) deprehensus. PP. III. Id. Mart. AA. Conss. [287.]

7. Iidem AA. Maximo P. U. — Quoniam servos a plagiariis alienari ex urbe significas, atque ita interdum ingenuos homines eorum scelere asportari solere perscribis [7]), horum tibi [8]) delictorum licentiae maiore severitate occurrendum esse decernimus. Ac propterea, si quem in huiusmodi facinore deprehenderis, capite eum plecti [9]) non dubitabis, ut poenae genere deterreri ceteri possint, quominus istiusmodi audacia vel servos vel liberos ab urbe abstrahere [10]) atque alienare audeant. Dat. VI. Id. Decemb. Diocletiano III. et Maximiano AA. Conss. [287.]

8. [f]) Iidem AA. [11]) Considio [12]). — Praeses provinciae, discreto prius iure dominii, intelligat, an audiendum sit plagii crimen, nec ne. Nam si proprietatis tuae mancipium esse constiterit, exspirasse criminis intentionem, emersa dominii luce, manifestabit; si vero servum alienum esse constiterit, post disceptatam proprietatis quaestionem et criminis causam audiet. PP. VIII. Kal. Septemb. ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

9. [g]) Iidem AA. et CC. Eugenio. — Eum, qui mancipium alienum celat, Faviae legis crimine teneri, non est incerti iuris. S. III. [13]) Id. Mai. Heracliae [14]), AA. Conss. [293 — 304.]

10. [h]) Iidem AA. et CC. Dizae. — Comparantem ab eo, qui abduxit plagio mancipia, si delicti socius non probetur, nullo crimine teneri convenit. S. Non. Novemb. Lucione [15]), AA. Conss. [293 — 304.]

11. [i]) Iidem AA. et CC. Ampliatae [16]). — Abducti plagio facta venditio statum non mutat; liberae enim personae sollicitatione crimen committitur, non conditioni praeiudicatur. S. Id. Novemb. Lucione [17]) AA. Conss. [293 — 304.]

12. [k]) Iidem AA. et CC. Mutiano. — Si quis servum fugitivum sciens cum rebus furtivis suscepit [18]), quum horum nomine furti actione teneatur, haec tibi rector provinciae cum solita [19]) poena restitui efficiet. Sed et si criminis plagii accusationem instituneris, tibi [20]) audientiam praebere non dubitabit. S. Kal. April. Singiduni, Caess. Conss. [294 — 305.]

13. [l]) Iidem AA. et CC. Severino. — Plagii criminis accusatio publici sit iudicii. S. V. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294 — 305.]

14. [m]) Iidem AA. et CC. Callistheni. — Plagii criminis accusatio cessat, si suos servos vel liberos asseverent [21]), qui suppressisse dicuntur, non commissi velandi causa [22]), sed ad hanc opinionem iusta ducti ratione. S. prid. Non. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

15. [n]) Iidem AA. et CC. Pomponio. — Liberum, sciens conditionem eius, invitum [23]) venumdando plagii crimiuis poena tenetur. Dat. XIII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

16. [o]) Imp. Constantinus A. ad Domitium [24]) Celsum, Vicarium Africae. — Plagiarii, qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli poena cum ceteris ante cognitis suppliciis tenebantur [25]). Si quis tamen eiusmodi [26]) reus fuerit

---

[a]) *Bas. LX.* 48. 9. — *Sch. n — p.* (*T. VII. p.* 789.) — [b]) *Bas. LX.* 48. 10. (*T. VII. p.* 785.) — *Sch. q. r.* — [c]) *Bas. LX.* 48. 11. — *Sch. s.* — [d]) *Bas. LX.* 48. 12. — *Sch. t. u.* (*T. VII. p.* 790.) — [e]) *Bas. LX.* 48. 13. — *Sch. x — a.* — [f]) *Bas. LX.* 48. 14. — *Sch. b.* (*T. VII. p.* 791.) — [g]) *Bas. LX.* 48. 15. — *Sch. c.* — [h]) *Bas. LX.* 48. 16. — *Sch. d. e.* — [i]) *Bas. LX.* 48. 17. — *Sch. f. g.* — [k]) *Bas. LX.* 48. 18. (*T. VII. p.* 786.) — *Sch. h.* — [l]) *Bas. LX.* 48. 19. — [m]) *Bas. LX.* 48. 20. — *Sch. i. k.* — [n]) *Bas. LX.* 48. 21. — *Sch. l. m.* (*T. VII. p.* 792.) — [o]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. ad leg. Fab. IX.* 18.

[1]) aliquando *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; *fortasse* aliquanto. — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; crimine *edd. rell.* — [3]) tuus *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *Hal.*; servum *ins. edd. rell.* — [5]) *ms. Pl.* 2., *ms. Bg. secunda manu*, *edd. Nbg. Schf.*; et *ms. Bg. prima manu*, *Hal. et rell.*; *a ms. Pl.* 1. *tam* et *quam* ut *abest.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*; et *ins. edd. rell.* — [7]) praescribis *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia vett. mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*, *quae lectio bene ferri potest*, *si hoc rescr. subnotatio fuisse intelligatur.* — [8]) tibi *om. ed. Schf.*; te *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; plectere *Russ. Cont.* 62. *Sp. Bk.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; distrahere *edd.* — [11]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. rell.* — [12]) Const. *vel* Constant. *mss. mea.* — [13]) III. *om. Hal.* — [14]) Heracleae *Bk.* — [15]) *Hal. et rell. praeter Bk. hunc locum asterisco notant.* — [16]) *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Ampiatae *ms. Cas.*; Marpiatae *Hal. et rell.* — [17]) Lucionae *Hal.*; *plerique edd. asterisco locum notant*; *v. not.* 15. *ad. leg. praeced.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*; susceperit *edd. rell.* — [19]) solida *Char. in marg. ex cod. Aured.*; *sed Schol. Bas.* τῷ εἰωθότι προστίμῳ. — [20]) vobis *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [21]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *ms. Pl.* 1. *prima manu*, *Hal.*; hi [ii] *ins. edd. rell.* — [22]) causa *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [23]) invitum *abfuit a ms. Gt.*; *sed Bas. etiam* μὴ βουλόμενον. — [24]) Domitium *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg*, *edd. Nbg. Hal.*; *haud dubia receptum est nomen ex Theod. C.* — [25]) *cod. Russ.*, *vetus cod. Cont.*, *Theod. C.*, *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; teneantur *mss. meu.*, *edd. omnes. Cfr. Iac. Gothofr. in comment. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; huiusmodi *ms. Bg.*, *edd. rell.*

fuerit oblatus, posteaquam super crimine clarnerit [1]), servus quidem vel libertate donatus bestiis subiiciatur, ingenuus autem gladio consumatur. Dat. Kal. Aug. Constantino A. IV. et Licinio IV. [2]) Conss. [315.]

Tit. XXI.

AD LEGEM [3]) VISELLIAM [4]).

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Baccho [5]). — Lex Visellia [6]) libertinae conditionis homines persequitur, si ea, quae ingenuorum sunt, circa [7]) honores et dignitates ausi fuerint attentare, vel decurionatum arripere, nisi iure aureorum annulorum impetrato a principe sustententur [8]). Tunc enim, quoad vivunt, imaginem, non statum ingenuitatis obtinent, et sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter, quam etiam [9]) lege Visellia criminaliter poterit perurgeri; in curiam [10]) autem se immiscens, damno quidem cum infamia afficitur. Muneribus vero personalibus in patria patroni, quae congruunt huiusmodi hominibus, singulos pro viribus adstrictos esse, non dubium est. PP. II. Id. Februar. Antiochiae, Caess. Conss. [294—305.]

Tit. XXII.

[a]) AD LEGEM CORNELIAM DE FALSIS.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Severino. — Si partus subiecti crimen diversae parti obiicitis, causa capitalis in tempus pubertatis pueri differri non debuit, sicut iam pridem mihi et divo Severo, patri meo, placuit. Neque enim verisimile est, eam, quae arguitur, non ex fide causam suam defensuram, quum periculum capitis subeat. PP. Non. Mart. duobus [11]) Aspris Conss. [212.]

2. [c]) Imp. Alexander A. Valerio. — Satis aperte divorum parentum meorum rescriptis declaratum est, quum morandae [12]) solutionis gratia a debitore falsi crimen obiicitur, nihilominus, salva exsecutione criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere. PP. III. Non. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

3. [4.] [d]) Idem A. Cassio. — Licet ex tabulis, quas sub nomine patris tui uxorem eius, id est novercam tuam, subrepto vero testamento, falsas protulisse allegas, quum crimen admissum ignorares [13]), legatum adscriptum tibi consecutus sis, tamen non impedieris [14]) accusationem contra eam, impletis solemnibus, instituere. PP. XI. Kal. Ianuar. Albino et Maximo Conss. [227.]

4. [3.] [e]) Idem A. Maximo. — Maiorem severitatem exigit, ut merita eorum, qui falsis rescriptionibus utuntur, digna coerceantur poena. Sed qui deceptus est per alium, si suam innocentiam probat, et eum, a quo accepit, exhibet, se liberat. PP. IV. Kal. Ianuar. Albino et Maximo Conss. [227.]

5. [f]) Idem A. Petronio [15]). — Falsi quidem crimen vel aliud capitale movere vos matri vestrae, secta mea non patitur. Sed ea res pecuniarium compendium non aufert. Si enim de fide scripturae, unde eadem [16]) mater vestra fideicommissum sibi vindicat, dubitatio est, inquiri fides veritatis etiam sine metu criminis potest. PP. III. Kal. Septemb. Agricola et Clementino [17]) Conss. [230.]

6. [g]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Culpio [18]). — Qui falsas tabulas dixerit, nec tenuerit [19]), ad defuncti indicium adspirare non potest. PP. XV. Kal. April. Philippo A. et Titiano Conss. [245.]

7. [h]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Heliodoro. — Ipse significas, quum primo [20]) adversarii instrumenta protulerunt, fidem eorum te habuisse suspectam. Facta igitur transactione, difficile est, ut is, qui provinciam regit, velut falsum, cui semel acquievisti, tibi accusare permittat. PP. III. Kal. Iul. Tusco et Basso Conss. [258.]

8. [i]) Idem AA. et C. [21]) Marino. — Si falsos codicillos ab his, contra quos supplicas, factos esse contendis, non ideo accusationem evadere possunt, quod se illis negent uti. Nam illis prodest instrumenti usu abstinere, qui non ipsi machinatores falsi esse dicuntur, et quos periculo solus usus adstrinxerit. Qui autem compositis per scelus codicillis in severitatem legis Corneliae incidernnt, non possunt, defensiones eius [22]) recusando, crimen evitare. PP. III. Kal. Iul. Aemiliano et Basso Conss. [259.]

9. [k]) Impp. [23]) Carinus et Numerianus AA. Messio. — Si docueris apud praesidem provinciae, ab intestato te heredem eius exstitisse, qui codicillos scripserat, ordinarium est, ut in hereditatis possessione constitutus fideicommissa praebeas, quae iure relicta sunt, nisi consilium est codicillos falsos arguere.

---

[a]) *Dig. XLVIII.* 10. — [b]) *Bas. LX.* 41. 36. (*T. VII. p.* 716.) — *Sch. e — i.* (*T. VII. p.* 735.) — [c]) *Bas. LX.* 41. 37. — *Sch. k — m.* — [d]) *Bas. LX.* 41. 39. — *Sch. o — r.* (*T. VII. p.* 736.); *haec const. postponenda est sequenti, ut docent mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *et Bas.* — [e]) *Bas. LX.* 41. 38. — *Sch. n.* — [f]) *Bas. LX.* 41. 40. — *Sch. s. t.* (*T. VII. p.* 737.) — [g]) *Bas. LX.* 41. 41. — *Sch. u. x.* — [h]) *Bas. LX.* 41. 42. (*T. VII. p.* 717.) — *Sch. y. z.* — [i]) *Bas. LX.* 41. 43. — *Sch. a.* — [k]) *Bas. LX.* 41. 44. — *Sch. b. e.* (*T. VII. p.* 738.)

[1]) patuerit *Theod. C.* — [2]) *Theod. C., Bk.*; IV. *om. rell.* — [3]) Iuliam *ins. ms. Gt., ed. Schf.* — [4]) Visceliam *ms. Pl.* 1.; Viscellam *ms. Gt.*; Viscelliam *mss. Vat. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *hanc legem eandem esse ait, quam Iuliam Miscellam, Cont. in marg., cfr. not.* 11. *ad rubr. C. VI* 40. *Sed audit nostra lex in Bas. LX.* 62. 1. ὁ Βισέλλιος νόμος. — [5]) Bacho *mss. pleraque*; Bacco *Cont.* 62. — [6]) Visclia *ms. Pl.* 1.; Viscellia *mss. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *eadem diversitas mox redit.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; contra *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [8]) sustineantur *ms. Gt., Hal.*; sustentantur *mss. mea.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.*; ex *ins. edd. Schf. Russ. et rell. Apud Hal. est:* civiliter poterit, quam legis Viscelliae crimine perurgeri. — [10]) curia *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [11]) et *ins. Hal. et rell., excepto Bk.* — [12]) moderandae *ms. Pl.* 1., *etiam contra Bas.* — [13]) ignores *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf.*; ἀγνοεῖς *Bas.* — [14]) impediris *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [15]) Patronio *mss. nonn.* — [16]) eadem *om. mss. Pl.* 2. *Gt., Hal.* — [17]) Clemente *Hal. et rell., contra plerasque hui. anni subscriptt.* — [18]) Ulpio *ms. Pl.* 1. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ. et Cont., ed. Schf.*; obtinuerit *edd. Nbg. Hal. et rell.*; *cfr. l.* 1. *C. IX.* 20. — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Bk.*; primum *edd. Schf. Russ. et rell.* — [21]) et CC. *rell.* — [22]) eorum *ms. Bg.* — [23]) *Carum ins. mss. Cas. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; *a ms. Cas. abest Numerianus.*

arguere. Quodsi criminaliter coeptum [1]) interventu indulgentiae sopitum est, habes tamen residuam indagationem [2]), et potes [3]) de fide scripturae civiliter queri. PP. III. Kal. April. Carino II. et Numeriano AA. Conss. [284.]

10. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Legitimo. — Quum suppositi partus crimen patrui tui uxori moveas, apud rectorem provinciae instituta accusatione id proba. PP. XI. Kal. Octob. Diocletiano A. II. et Aristobulo Conss. [285.]

11. [b]) Iidem AA. [4]) Isidoro. — Si lis pecuniaria apud pedaneos iudices remissa est, etiam de fide instrumenti civiliter apud eos iuxta responsum viri prudentissimi Pauli requiretur. PP. X. [5]) Kal. Iul. Diocletiano III. et Maximiano AA. Conss. [287.]

12. [c]) Iidem AA. et CC. Primo. — Querela falsi temporalibus praescriptionibus non excluditur [6]), nisi viginti annorum exceptione, sicut cetera quoque fere crimina. S. VI. Id. Ianuar. Viminacii, Caess. Conss. [294 — 302.]

13. [d]) Iidem AA. et CC. Marco. — Qui veluti praesentem scripsisse res recepisse suas, quum absens esset, conscripsit [7]), non ignoranti quidquam aufert, sed se criminis obligat periculo. PP. VI. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [299 — 304.]

14. [e]) Iidem AA. et CC. Genianae [8]). — Eum, qui celavit vel amovit testamentum, committere crimen falsi, publice notum est. S. III. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [299 — 304.]

15. [f]) Iidem AA. et CC. Rufo. — Si creditor colludens cum debitore suo tibi praedium venumdedit, falsum commisit, et tibi nihil officit [9]), sed se magis criminis accusationi fecit obnoxium. S. XIII. Kal. Febr. Caess. Conss. [300 — 305.]

16. [g]) Iidem AA. et CC. Fortunato. — De fide testamenti querenti [10]) duplex via litigandi tributa est. Quamvis itaque per procuratorem accusationem persequi non potes, disceptatione tamen privata de eiusdem [11]) fide queri non prohiberis, quum reus ita conventus, non tantum ab alio iuste, sed etiam ab eo, qui civiliter egit, solemniter accusari possit. S. VIII. Id. Febr. Sirmii, Caess. Conss. [12]) [300 — 305.]

17. [h]) Iidem AA. et CC. Menelao. — Sicut falsi testamenti vel codicillorum scriptura temporis intervallo firmari non potest, ita vera, quae iure subsistit, non evanescit. Si itaque de fide delicti [13]) vel per accusationem vel per privatum iudicium quereris, rector provinciae tunc demum eos exhiberi, de quibus interrogatio fieri potest, iubebit, si prius [14]) ceteris iudiciis fuerit commotus. S. III. Id. Febr. Sirmii, Caess. Conss. [300 — 305.]

18. [i]) Iidem AA. et CC. Maximo. — Ex initio falsi commissi iusta possessio non paratur. Unde contra eos, quos de dominio fundi tecum contendere proponis, accusationem instituere potes. S. III. Non. Mart. Caess. Conss. [300 — 305.]

19. [k]) Iidem AA. et CC. Cosmiae. — Etsi ad te negotium pertinuit, etiam atque etiam tecum deliberare debueras, ne improbam institueres accusationem, hoc instrumentum, in quo subscripseras, falsum arguere contendens. At [15]) quum mulieribus in aliena causa falsi non sit concessum accusare, tu autem haec eadem praedia te prius alii donasse, proponas, fieri tibi facultatem accusandi contra iuris postulas formam. S. VIII. Id. Mart. Caess. Conss. [300 — 305.]

20. [l]) Iidem AA. et CC. Rufino. — Nec exemplum precum editionis aliter per errorem scriptum, quum non nisi dolo malo [16]) falsum committentes crimini subiugentur [17]), cognitionem dati iudicis moratur. Subscr. XI. Kal. Novemb. Dorostoli, Caess. Conss. [300 — 305.]

21. [m]) Imp. Constantinus A. Mechilio [18]) Hilariano, Correctori Lucaniae et Brittiorum [19]). — Si quis decurio testamentum vel codicillos aut aliquam deficientis scripserit voluntatem, vel conscribendis publicis privatisque instrumentis praebuerit officium, si falsi quaestio moveatur, decurionatus honore seposito, quaestioni, si ita poposcerit causa, subdatur. Sed non statim desinit esse decurio, qui in huiusmodi facto fuerit deprehensus [20]). Quantum enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet; quantum ad rem gestam et veritatem reserandam [21]), uti decurionatus honore non poterit. §. 1. Nec vero is, qui ante fuerit tabellio, ad eludendam [22]) quaestionem super his, quae ante conscripsit [23]), factus decurio defendi hac poterit dignitate, quoniam scripturae veritas, si res poposcerit, per ipsum debet probari auctorem. Dat. III. Kal. Febr. [24]) Sabino et Rufino Conss. [316.]

22. [n]) Idem A. ad Maximum P. U. — Ubi falsi examen inciderit, tunc acerrima fiat indago argumentis, testibus, scripturarum collatione aliisque vestigiis veritatis. Nec accusatori tantum quaestio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur [25]), sed inter utramque personam sit index medius, nec ulla interlocutione divulget [26]), quae sentiat, sed tanquam

---

[a]) *Bas. LX.* 41. 45. — *Sch. d.* — [b]) *Bas. LX.* 41. 46. — *Sch. e.* — [c]) *Bas. LX.* 41. 47. — *Sch. f — h.* — [d]) *Bas. LX.* 41. 48. (*T. VII. p.* 718.) — *Sch. i. k.* (*T. VII. p.* 739.) — [e]) *Bas. LX.* 41. 49. — *Sch. l.* — [f]) *Bas. LX.* 41. 50. — *Sch. m. n.* — [g]) *Bas. LX.* 41. 51. — *Sch. o. p.* — [h]) *Bas. LX.* 41. 52. — *Sch. q. r.* (*T. VII. p.* 740.) — [i]) *Bas. LX.* 41. 53. — *Sch. s.* — [k]) *Bas. LX.* 41. 54. (*T. VII. p.* 719.) — *Sch. t. u.* — [l]) *Bas. LX.* 41. 55. — *Sch. x.* — [m]) *l.* 1. *Th. C. ad l. Cornel. de falso. IX.* 19.; *iungenda l.* 15. *C. de decurion. X.* 31. — [n]) *fons est l.* 2. *Th. C. ad l. Cornel. de falso. IX.* 19.; *Bas. LX.* 41. 56. — *Sch. y — h.*

[1]) iudicium *ins. Russ. et postea rell.*, *contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et edd. Nbg. Schf. Hal. et omnes vett. codd. Russardi.* — [2]) indignationem *ms. Gt.* — [3]) potest *Hal. Russ.*, *et mox* quaeri *est apud Hal.* — [4]) *ms. Cas.*, *Hal. Bk.*; et CC. *ins. rell.* — [5]) X. *om. Sp.* — [6]) excludatur *ms. Bg.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Bk.*; conscripserit *edd. rell.* — [8]) Germanae, Geminianae *mss. nonn.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; offecit *Russ. et rell.* — [10]) querenti *om. Hal.*; querendi *ms. Pl.* 1. — [11]) eius *mss. mea*, *ed. Nbg.* — [12]) PP. Non. Maii. Aemil. et Basso Coss. *Russ. et alii editores in notis.* — [13]) lecti *ms. Bg.*, *unus cod. Cuiacii* (*not. in Cod. Opp. T. X. p.* 727. *ed. Neap.*), *quam lect. veram censeo*; deleti testamenti *ms. Gt.* — [14]) de *ins. mss. Pl.* 1. 2., *omnes codd. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.* — [15]) ac *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [16]) malo *om. mss. Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Russ.* — [17]) subiunguntur *ms. Bg.*: subiungentur *ms. Pl.* 1. — [18]) Mechilio *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*; *insertum hoc nomen ex Theod. C.* — [19]) *Cont.*, *Theod. C.*; Britiorum *ms. Cas.*; Brithiorum *mss. Vat. Pl.* 1.; Broitiorum *ms. Bg.*; Bruttiorum *Bk.*; Brutiorum *Hal. et rell.* — [20]) deprehensus *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *videtur receptum fuisse ex Theod. C.* — [21]) reservandam *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *male.* — [22]) deludendam *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *Theod. C.*; scripsit *ms. Bg.*; scripserit *edd. rell.* — [24]) Acc. Kal. Aug. *ex Theod. C. ins. Russ. Cont.* 62. *Bk.* — [25]) inducatur *mss. Pl.* 2. *Gt.* — [26]) diiudicet *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; diiudicet id est divulget *ed. Schf.*

tanquam ad imitationem relationis, quae solum audiendi mandat officium, praebeat notionem, postrema sententia, quid sibi liqueat, proditurus. Ultimum autem finem strepitus criminalis compendioso spatio [1]) limitamus, quem litigantem disceptantemque [2]) fas non sit excedere, cuius exordium nascetur auspicio testatae [3]) actionis [4]) apud iudicem competentem [5]); capitali post probationem supplicio, si id exigat magnitudo commissi, vel deportatione ei, qui falsum commiserit, imminente. PP. VIII. Kal. April. in foro Traiani, Constantino A. VI. et Constantino C. [6]) Conss. [320.]

23. [a]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Maximinum [7]) P. P. — Damus licentiam litigantibus, si apud iudicem proferatur scriptura, de qua oritur aliqua disputatio, profitendi [8]), utrum de falso criminaliter statuat, qui dubitet de instrumenti fide, experiri, an civiliter. Quodsi expetens vindictam falsi crimen intenderit, tunc, quaestione civili per sententiam [9]) terminata, criminis fiat indago, ut, si quis tabulas testamenti, chirographa testationesque [10]), nec non et rationes privatas vel publicas, pacta, et epistolas vel ultimas voluntates, donationes venditionesve [11]), vel si quid prolatum aliud [12]) instituere [13]) conabitur, habeat accusandi facultatem. Civilis autem inquisitionis inter utrasque partes confligentium lenior [14]) examinatio procedat, quum iudex, qui praeerit quaestioni, intentiones actoris falsas et conficta [15]) crimina reorum ex legibus poenis competentibus possit ulcisci. PP. XVI. Kal. Mai. Romae, Valente V. et Valentiniano AA. Conss. [376.]

24. [b]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Proculo P. U. — Praebemus licentiam, ut [16]) civiliter sive criminaliter, ut actor elegerit, super prolatis codicillis vel aliis instrumentis requiratur, et [17]) incumbat probatio fidei instrumenti ei primitus, qui scripturam obtulerit, deinde ei, qui stricta [18]) instantia falsum arguere paratus sit. Dat. Mediolani [19]), X. Kal. Februar. Timasio et Promoto Conss. [389.]

Tit. XXIII.

[c]) DE HIS, QUI SIBI ADSCRIBUNT IN TESTAMENTO.

1. [2.] [d]) Imp. Antoninus A. [20]) Vallatio [21]) — Quamquam ita interpretentur [22]) iurisperiti, ut contra legem Corneliam videatur se scribere heredem filius emancipatus patre dictante, tamen si, quum [23]) testamentum non esset scriptum, iustus successor futurus esset accepta bonorum possessione filius patri, perinde habebitur, atque si sua manu pater tuus te heredem scripsisset [24]), functus dulci officio. PP. Non. Septemb. duobus [25]) Aspris Conss. [26]) [212.]

2. [1.] [e]) Idem A. [27]) Atticio [28]). — Si testator codicillis, quos scripsisti, legatum quoque seu fideicommissum reliquisse tibi sua manu adscripsit, non videris in poenam [29]) senatusconsulti incidisse. Quodsi testamentum dictasse codicillis significavit, legato quidem vel fideicommisso abstinere debes, poena vero falsi tibi principali beneficio remittitur. PP. Id. Decemb. Antonino A. IV. et Balbino Conss. [30]) [213.]

3. [f]) Imp. Alexander A. Martiali. — Senatusconsulto et edicto divi Claudii prohibitum est, eos, qui ad scribenda testamenta adhibentur, quamvis dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere. Et poena legis Corneliae facienti irrogata est, cuius veniam deprecantibus ob ignorantiam, et profitentibus a relicto discedere, amplissimus ordo vel divi principes veniam raro [31]) dederunt. PP. XVII. Kal. April. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. [g]) Idem A. Crescenti. — Quae in testamento uxoris maritus sua manu legata sibi adscripserit, pro non scriptis habentur, et legis Corneliae poena, si venia impetrata non est, locum habet. PP. III. Non. Februar. Fusco II. et Dextro Conss. [225.]

5. [h]) Idem A. Gallieano [32]), militi. — Quod [33]) adhibitus ad testamentum commilitionis scribendum,

---

[a]) *hausta ex l.* 4. *Th. C. ad l. Corn. de falso. IX.* 19.; *Bas. LX.* 41. 57. (*T. VII. p.* 720.) — *Sch. i.* (*T. VII. p.* 742.) — [b]) *descendit ex l.* 2. *Th. C. de testam. IV.* 4.; *Bas. LX.* 41. 58. — *Sch. k. l.* — [c]) *Dig. XLVIII.* 10. — [d]) *Bas. LX.* 41. 60. — *Sch. o. p. Hanc const. postponendam esse sequenti, docent ms. Pl.* 1. *et Bas., docet etiam ratio, qua utriusque const. inscr. habetur in mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.* (*v. notas criticas*). *Rectum iam vidit Cuiac. in not. in Cod.* (*Opp. T. X. p.* 727. *ed. Neap.*) — [e]) *Bas. LX.* 41. 59. — *Sch. m. n.; v. not. d. ad l.* 1. — [f]) *Bas. LX.* 41. 61. (*T. VII. p.* 721.) — *Sch. q. r.* (*T. VII. p.* 743.) — [g]) *Bas. LX.* 41. 62. — *Sch. s. t.* — [h]) *Bas. LX.* 41. 63. — *Sch. u — y.* (*T. VII. p.* 744.)

[1]) anni spatio *Theod. C.* — [2]) disceptantemque *om. mss. Pl.* 2. *Bg., Hal.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Theod. C.*; contestatae *edd.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; accusationis *edd. rell.* — [5]) cui. exord. testatae apud comp. iud. actionis nascetur auspicium *Theod. C.* — [6]) *Hal. Bk., probante Iac. Gothofr. in Chronol. C. Th. p. XVIII.*; A. VII. et Constantio C. *Russ. et rell., Theod. C.* — [7]) *Theod. C., Bk.*; Maximum *rell.* — [8]) profitendi *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.* — [9]) sententia, *omisso* per, *ms. Pl.* 1. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; attestationesque *Hal. et rell.* — [11]) ve *om. Theod. C.*; que *mss. Bg. Gt., ed. Nbg.* — [12]) falsum *ins. ms. Bg.* — [13]) insimulare *Theod. C., Bk., quae lectio sane praeplacet, sed a mss. Cod. Iust. aliena est.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Hal. Bk.*; levior *edd. rell.* — [15]) convicta *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Cont.* 62.; convincta *ms. Bg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Theod. C.*; sive *ins. edd.* — [17]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; et *om. Hal. et rell. Nobiscum faciunt Bas.* — [18]) instructa *Hal.*; structa *Dirksen* (*Abhandl. II. p.* 487.) — [19]) *locum cum Bk. supplevi ex Theod. C.* — [20]) Id. āā [āāā] *mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg.*; Id. ā. *ms. Pl.* 1., *in quo h. l. est secunda h. t.*; Im. Alex. A. *ed. Nbg.* — [21]) *ms. Cas., Hal.*; Ballatio, Baldatio *mss. rell.*; Valatio *Russ. et rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.*; interpretantur *edd. rell.* — [23]) cum si *ms. Gt.*; cum etsi *ms. Pl.* 2. — [24]) inscripsisset *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — [25]) et *ins. Hal. et rell. praeter Bk.* — [26]) *haec subscr. fortasse est referenda ad const. seq., quae prima est secundum verum ordinem.* — [27]) Imp. Ant. A. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [28]) Antio *ms. Vat.* — [29]) poenas *ms. Gt., Hal. Russ.* — [30]) *haec subscr. videtur referenda ad const. anteced., quae secunda esse debet.* — [31]) raro, *quod abest a mss. Pl.* 1. 2. *Bg. et omnibus Russardi et edd. Schf. Hal., defenditur a Schol. Bas.*; *post* discedere *positum est* raro *in ms. Bg.* — [32]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Gallieno *Hal. et rell.* — [33]) Militi qui *var. l. gl.*

bendum, iussu eius servum tibi adscripsisti, pro non scripto habetur, et ideo id legatum petere non potes. Sed secutus tenorem [1]) indulgentiae meae poenam legis Corneliae tibi remitto [2]), in quam credo te magis errore, quam malitia incidisse. PP. XVII. Kal. Iul. Fusco II. et Dextro Conss. [225.]

6. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [3]) Aufidio. — Si libertatem tibi manu tua, imperante domino, adscripsisti, quum proponas, dominum non subscripsisse nec [4]) suis literis tuam libertatem expressim agnovisse, ad impetrandam libertatem senatusconsulti auctoritas tibi obest. Poena tamen falsi tibi remittitur, quoniam non potueras contra domini voluntatem venire. PP. VI. Id. Decemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

Tit. XXIV.

[b]) DE FALSA MONETA.

1. [c]) Imp. Constantinus A. ad Ianuarium [5]). — Quoniam nonnulli monetarii adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscant, necessitatem sibi incumbere huiusmodi homines inquirendi, ut investigati tradantur iudici [6]), facti conscios per tormenta illico proituri, ac sic dignis suppliciis addicendi [7]). §. 1. Accusatoribus etiam eorum immunitatem permittimus [8]), cuius modus, quoniam dispar patrimonium [9]) est, a nobis per singulos statuitur [10]). §. 2. Si quis autem militum huiusmodi personam susceptam [11]) de custodia exire fecerit, capite puniatur. §. 3. Appellandi etiam privato licentia denegetur; si vero miles aut promotus in gradum [12]) huiusmodi crimen incurrerit, super eius nomine et gradu ad competentes iudices [13]) referatur [14]). §. 4. Domus vero vel fundus, in quo haec perpetrata sunt, si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria vel negligentia punienda est, etsi ignoret, fisco vindicetur, nisi dominus, ante ignorans, ut primum tepererit, scelus prodiderit perpetratum; tunc enim possessio vel domus ipsius roscriptionis iniuriae minime subiacebit. Sin vero longissime ab ea domo vel possessione abfuerit, nullum sustineat detrimentum; actore videlicet fundi, vel servis, vel incolis, vel colonis, qui [15]) hoc ministerium praebuerunt [16]), cum eo, qui fecit, supplicio capitali plectendis. Viduas autem ac pupillos speciali dignos indulgentia credidimus [17]), ut viduae nec in proximo constitutae domo sua vel possessione careant, si nulla apud ipsas tam gravis conscientiae noxa resideat, impuberes [18]) vero, etiamsi conscii fuerint, nullum sustineant detrimentum, quia aetas eorum, quid videat, ignorat. Tutores tamen eorum, si in proximo sint [19]), quoniam ignorare eos, quid in re [20]) pupilli geritur, non oportet, haec poena exspectabit, ut de [21]) rebus eorum, si idonei fuerint, tantum fisco inferatur, quantum a pupillo fuerat inferendum [22]). Dat. XII. [23]) Kal. Decemb. Romae [24]), Crispo II. et Constantino II. [25]) CC. Conss. [321.]

2. [d]) Idem A. ad Tertullum [26]), Proconsulem Africae [27]). — Si quis nummum [28]) falsa fusione [29]) formaverit, universas eius facultates fisco nostro [30]) praecipimus addici; in monetis etenim tantummodo nostris cudendae pecuniae studium frequentari volumus. Cuius obnoxii maiestatis crimen committunt, et, praemio accusatoribus proposito, quicunque solidorum adulter poterit reperiri, vel a quoquam [31]) fuerit [32]) publicatus, illico, omni dilatione summota, flammarum exustionibus mancipetur. Dat. prid. [33]) Non. Iul. Mediolani, Constantino A. VII. et Constantio [34]) C. [35]) Conss. [326.]

3. [e]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [36]) AAA. Rufino P. P. — Si quis super cudendo aere vel rescripto aliquo vel etiam adnotatione nostra sibi arripuerit [37]) facultatem, non solum fructum propriae petitionis amittat, verum etiam poenam, quam meretur, excipiat. Dat. IV. Id. Iul. Constantinop. Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [38]) [393.]

TIT. XXV.

---

[a]) *Bas. LX.* 41. 64. — *Sch. z. a.* — [b]) *Dig. XLVIII.* 10. — [c]) *fons est l.* 2. *Th. C. de falsa mon. IX.* 21., *receptis aliis ex l.* 4. *Th. C. eod.*; *iungenda l.* 2. *C. pro quib. caus. servi. VII.* 13.; *Bas. LX.* 60. 1. (*T. VII. p.* 920.) — *Sch. a.* (*T. VII. p.* 921.) — [d]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de falsa mon. IX.* 21., *cui accesserunt plura ex l.* 5. *et* 9. *Th. C. eod.* — [e]) *l.* 10. *Th. C. de falsa mon. IX.* 21.; *Bas. LX.* 60. 2.

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.*, *Cuiac. not. in Cod.* (*T. X. p.* 727. *ed. Neap.*); secuto tenorem *Russ. Cont. Char. Pac. Bk.*; secuto tenore *edd. Nbg. Sp.*; *sed* ἀκολουθήσας τῇ δυνάμει *Schol. Bas.* — [2]) *Hal.*, *Cuiac. not. in Cod.* (*v. not. antec.*); poena — remittitur [remittetur *ed. Nbg.*] *mss. mea*, *edd. rell.*; *sed* τὸ κατὰ ποδα *in Schol. Bas. sic habet:* τὴν τιμωρίαν — συγχωρῷ. — [3]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *Bk.*; et CC. *ins. rell.* — [4]) *ms. Gt.*, *plures et meliores codd. Russardi*, *Cuiac. not. in Cod.* (*v. not.* 1.); et nec *ms. Bg.*; et *mss. Pl.* 1. 2., *edd.* — [5]) Iarvanum *ms. Cas.*; Ianuarinum *Theod. C. ed. Haenel.*; P. P. *add. ms. Cas.* — [6]) iudiciis *Theod. C.* — [7]) adiciendi *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; adiiciendi *ed. Nbg.* — [8]) promittimus *ms. Bg.*, *probante Iac. Gothofr. ad l.* 2. *Th. C. cit.* — [9]) patrimon. *om. Hal.*; census *Theod. C.* — [10]) statuetur *Theod. C.*, *Bk.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.*, *Theod. C.*; suspectam *Cont. et rell.* — [12]) in gradum *om. Theod. C.*; in gradu *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Schf.* — [13]) ad nos *Theod. C.* — [14]) deferatur *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [15]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; ad *ins. ms. Pl.* 2., *edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; praebuerint *Cont. et rell.* — [17]) *ms. Pl.* 1., *Hal.*, *Theod. C.*; credimus *rell.* — [18]) pupilli *Theod. C.* — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; fuerint *edd. Schf. Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; in rem *ms. Gt.*; in rebus *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) ex *Theod. C.* — [22]) quantum pupillo fuer. auferendum *Theod. C.* — [23]) XV. *Hal.* — [24]) Constantinop. *Hal.* — [25]) III — III. *pro* II — II *Hal.*, *ut sit a.* 324. — [26]) Tertullianum *mss. Cas. Vat. Bg.*, *Hal.*; Tertulianum *ms. Pl.* 1. — [27]) *Theod. C.*, *Bk.*; P. P., *omisso* Afr., *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; P. U. [Praefectus urbis] *Africae Russ. et rell.* — [28]) nummum [numum] *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *Hal.*, *Theod. C.*; nummos *ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [29]) effusione *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [30]) nostro *om. Theod. C.* — [31]) *mss. Pl.* 2. *Gt.*, *Theod. C.*; quodam *ms. Bg.*; quocunque *ms. Pl.* 1., *edd.* — [32]) fuerit *om. edd. Nbg. Hal.* — [33]) D. II. *Hal.* — [34]) Constantino *Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [35]) IV. *add. Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [36]) Theodosius, Arcadius et Honorius *Bk.*, *contra omnes meos codd. et Theod. C.*; *cfr. Haenel not. s. ad l.* 10. *Th. C. cit.* — [37]) eripuerit *ms. Pl.* 2. — [38]) *subscr. deest apud Hal.*

Tit. XXV.

[a]) DE MUTATIONE NOMINIS.

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Iuliano. — Sicut in [1]) initio nominis, cognominis, praenominis recognoscendi singulos impositio libera est privatis, ita eorum mutatio innocentibus periculosa non est. Mutare itaque nomen vel praenomen sive cognomen [2]) sine aliqua fraude licito iure [3]), si liber es, secundum ea, quae saepe statuta sunt, minime prohiberis, nullo [4]) ex hoc praeiudicio futuro. S. XV. Kal. Ian. AA. et [5]) Conss. [293 — 304.]

Tit. XXVI.

[c]) AD LEGEM IULIAM DE AMBITU.

1. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Pompeiano, Proconsuli [6]) Africae. — Nullus omnino principatum vel numeratum seu commentariensis gradum vel cetera officia repetere audeat, quum publicae disciplinae semel gesta sufficiant. At [7]) si quispiam promotorum denuo ad munus, etiam per sacras literas, irrepserit, quod ante decebitur gessisse, cassatis, quae hoc modo sunt impetrata, ad solutionem debiti primitus urgeatur [8]), et, qui contra fecerint, poenam deportationis ad instar legis Iuliae ambitus excipiant. Dat. prid. Kal. Iun. [9]) Mediolani, Stilichone et Aureliano Conss. [400.]

Tit. XXVII.

[e]) AD LEGEM IULIAM REPETUNDARUM.

1. [f]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Matroniano, Duci et Praesidi Sardiniae [10]). — Ut unius poena metus possit esse multorum, ducem, qui male egit [11]), ad provinciam, quam nudaverat [12]), cum custodia competente [13]) ire praecipimus, ut non solum quod eius non dicam domesticus, sed manipularius et minister accepit [14]), verum etiam quod ipse a provincialibus nostris rapuit aut sustulit, in quadruplum exsolvat invitus. Dat. prid. Id. Iun. Constantinop. Antonio et Syagrio Conss. [382.]

2. [g]) Iidem AAA. Floro [15]) P. P. — Sciant iudices super admissis propriis aut a se aut ab heredibus suis poenam esse repetendam. Dat. X. [16]) Kal. Septemb. Antonio et Syagrio Conss. [382.]

3. [h]) Iidem AAA. [17]) Marcellino [18]). — Omnes cognitores et iudices a pecuniis atque patrimoniis manus abstineant, neque alienum iurgium putent suam praedam. Etenim privatarum quoque litium cognitor idemque mercator statutam legibus cogetur subire iacturam. Dat. prid. Non. April. Mediolano [19]), Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

4. [i]) Iidem AA. et Arcadius A. [20]) Edictum ad provinciales [21]). — Iubemus [22]), hortamur, ut, si quis forte honoratorum, decurionum, possessorum, postremo etiam colonorum, aut cuiuslibet ordinis a iudice [23]) fuerit aliqua ratione concussus, si quis scit, venalem de iure fuisse sententiam, si quis poenam vel pretio remissam vel vitio cupiditatis ingestam, si quis postremo quacunque de causa improbum iudicem potuerit approbare, is vel administrante eo vel post administrationem depositam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet, quum probaverit, et victoriam reportaturus et gloriam [24]). Dat. X. Kal. Iul. Constantinop. Honorio N. P. et Evodio Conss [386.]

5. [k]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. [25]) Severino, Comiti rerum privatarum [26]). — Unusquisque procurator, praepositus gynaeceo [27]), tabularius, susceptor, colonus vel quicunque se a comite domorum meminerit esse concussum, quum ipse, cui pecuniam numeravit, [28]) administratione decesserit, intra anni spatium [29]) ad iudicium spectabilitatis tuae, quidquid dederit, repetiturus occurrat [30]), ut prosit pensionibus, quidquid ille reddiderit. Si [31]) vero ex tempore depositae administrationis

---

[a]) *Dig. XLVIII.* 10. — [b]) *Bas. LX.* 60. 3. — *Sch. b.* — [c]) *Dig. XLVIII.* 14. — [d]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. ad l. Iul. de amb. IX.* 26., *adiectis nonnullis ex l.* 3. *Th. C. eod.*; *iungendae l.* 12. *C. de suscept. X.* 70., *l.* 3. *C. de lucris advoc. XII.* 62.; *Bas. LX.* 43. 10. (*T. VII. p.* 764.) — *Sch. t — x.* (*T. VII. p.* 766.) — [e]) *Dig. XLVIII.* 11. — [f]) *l.* 3. *Th. C. ad l. Iul. repet. IX.* 27. — [g]) *l.* 4. *Th. C. ad l. Iul. repet. IX.* 27.; *Bas. LX.* 43. 11. — *Sch. y. z.* — [h]) *fons est l.* 5. *Th. C. ad l. Iul. repet. IX.* 27. — [i]) *l.* 6. *Th. C. ad. l. Iul. repet. IX.* 27.; *Decr. Grat. c.* 126. *C. l. q.* 1.; *Bas. LX.* 43. 12. — [k]) *l.* 7. *Th. C. ad l. Iul. repet. IX.* 27.; *Bas. LX.* 43. 13. — *Sch. b — d.*

[1]) in *om. mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.* — [2]) vel praen. sive cogn. *om. ms. Bg.*; sive cogn. *om. mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia vetera mss. Russ.*, *ed. Schf.* — [3]) more *ms. Bg.* — [4]) nulli *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.* — [5]) et *om. Sp. Bk.* — [6]) *Theod. C. Bk.*; Procons. Afr. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; P. U. Africae *Russ. Cont.* 62.; P. P. Africae *Cont.* 66. *et rell.* — [7]) ac *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [8]) arguetur *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *probabiliter oriundum ex* arcletur, *quod firmat Theod. C.*; urgetur *edd. Nbg. Schf.* — [9]) II. Kal. Iul. *Hal.* — [10]) duci praesidis Ysauriae *ms. Cas.*; Isauriae *etiam est in mss. Pl.* 1. *Bg. Gt. et in ed. Hal.* — [11]) Natalem quondam ducem., *omiss.* qui male egit, *Theod. C.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; nudaverit *Russ. et rell.* — [13]) sub custodia protectorum *Theod. C.* — [14]) accepit — rapuit — sustulit *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *Theod. C.*; accepit — rapuit — abstulit *ms. Pl.* 2.; accepit — rapuit — sustulerit *ed. Schf.*; acceperit — rapuerit — sustulerit *Russ. et rell.* — [15]) Florentio *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *Hal.* — [16]) *Theod. C.*, *Bk.*; X. *om. Hal. et rell.* — [17]) et Arcad. A. *addit Bk.*, *contra codd. et Theod. C.*; *cfr. Haenel not. d. ad l.* 5. *Th. C. cit.* — [18]) Have Marcelline Karissime nobis *Theod. C.* — [19]) *locus abest ab Hal.*, *deinde restitutus ex Theod. C.* — [20]) *Hal. Russ. Cont.* 62., *quos tuetur ms. Bg.*; Id. et Arcad. aa. *ms. Cas.*; Id. et Arcad. aaa. *ms. Vat.*; Iidem AAA. et Arcad. A. *Theod. C.*, *Cont.* 66. *et edd. rell. praeter Bk.*; Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. *Bk.*, *quem tuetur ms. Pl.* 1. — [21]) Edict. ad prov. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*, *addita videntur ex Theod. C.* — [22]) *ms. Pl.* 1., *Theod. C.*; quoque *ins. ms. Bg.*; et *ins. ms. Gt.*, *Hal.*, *Decr. Grat.*; atque *ins. rell.* — [23]) a cuiuslibet ordinis iudice *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal.*, *Decr. Grat.* — [24]) e victoria report. est gloriam *ms. Pl.* 1. — [25]) *sic mss. Cas. Vat. Bg.*, *edd. omnes praeter Bk.*, *Theod. C.*; Iidem AAA. *Bk.*, *quem tuetur ms. Pl.* 1.; *cfr. not.* 20. *ad l. praeced.* — [26]) pp. *mss. Cas. Vat. ed. Nbg.*; p. u. *ms. Pl.* 1. *Sed dignitatem comitis R. P. firmant Bas.* — [27]) *Theod. C.*, *Bk.*; *orthogr. plurimum variat in edd. et codd.*; *genitivum flagitant mss. Pl.* 1. 2., *consentiunt Bas.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2., *mss. Russ.*, *Hal.*, *Theod. C.*; ab *ins. ms. Bg.*, *edd. rell.* — [29]) spatia *ms. Gt.*, *Theod. C.* — [30]) accurrat *Theod. C.* — [31]) Sin *ed. Nbg.*, *Theod. C.*

tionis praestituti temporis curricula transfluxerint, nulla vox advocationis emergat, sed ipsos procuratores, praepositos, colonos, tabularios, susceptores obnoxios ad solutionem volumus coarctari [1]). Dat. prid. Non. Iun. [2]) Mediolani, Valentiniano A. IV. et Neoterio Conss. [390.]

6. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. — Sancimus, eiusmodi viros ad provincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione vel pretio, sed probatae vitae et amplitudinis tuae solent testimonio promoveri, ita sane ut, quibus hi honores per sedis tuae vel [3]) nostram fuerint electionem commissi, iurati inter gesta depromant, se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quidpiam, neque daturos unquam postmodum fore, sive per se sive per interpositam in fraudem legis sacramentique personam [4]), aut donationis venditionisve titulo [5]) aut alio velamento cuiuscunque contractus, et ob hoc, exceptis [6]) salariis, nihil penitus tam in administratione positos, quam post depositum officium pro aliquo praestito beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerint [7]), accepturos. Et licet neminem divini timoris contemnendo iureiurando [8]) arbitramur immemorem, ut saluti propriae ullum commodum anteponat, tamen, ut ad salutis timorem etiam necessitas periculi subiungatur, si quis ausus fuerit praebita sacramenta negligere, non modo adversus accipientem, sed etiam adversus dantem accusandi cunctis tanquam crimen publicum concedimus facultatem, quadrupli poena eo, qui convictus fuerit, modis omnibus feriendo. Dat. VI. Kal. Decemb. Constantinop. Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [439.]

Tit. XXVIII.

[b]) DE CRIMINE PECULATUS.

1. [c]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. [9]) Rufino P. P. — Iudices, qui tempore administrationis publicas pecunias subtraxerunt, lege Iulia peculatus obnoxii sunt, et capitali animadversioni eos subdi iubemus; his quoque [10]) nihilominus, qui ministerium eis ad hoc adhibuerunt, vel qui subtractas [11]) ab his scientes susceperunt, eadem poena percellendis. Dat. III. [12]) Non. Mart. Constantinop. Honorio X. et Theodosio VI. AA. Conss. [13]) [415.]

Tit. XXIX.

[d]) DE CRIMINE SACRILEGII.

1. [e]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. [14]) — Qui divinae legis sanctitatem aut nesciendo confundunt [15]) aut negligendo violant et offendunt, [16]) sacrilegium committunt. Dat. III. Kal. Mart. [17]) Thessalonicae, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. [18]) Conss. [380.]

[2. [f]) *Cap. ex Bas., quod rectius abest.*

Ὁ τὸν προσφεύγοντα εἰς τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἰδίᾳ αὐθενείᾳ ἀποσπάσας, τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος διηνεκῶς ἐξοριζέσθω.]

[*Qui confugientem ad sanctissimam ecclesiam sua auctoritate abstraxerit, verberatus et tonsus in perpetuum exsilium mittatur.*]

3. [2.] [g]) Iidem [19]) AAA. ad Symmachum P. U. — Disputari [20]) de principali iudicio non oportet; sacrilegii enim instar est dubitare, an is dignus sit, quem elegerit imperator. Dat. V. Kal. Ianuar. [21]) Mediolani, Richomere et Clearcho Conss. [384.]

4. [3.]

---

[a]) *Decr. Grat. c.* 26. *C. I. q.* 7. — [b]) *Dig. XLVIII.* 13. — [c]) *conflata ex l.* 1. *et* 2. *Th. C. de crim. pecul. IX.* 28., *ita adeo, ut ex illa sit inscr., ex hac subscr. desumta; iungenda l.* 9. *C. ad l. Iul. de vi. IX.* 12.; §. 9. *I. de publ. iud. IV.* 10.; *Bas. LX.* 45. 15. (*T. VII. p.* 772.) — *Sch. r. s.* (*T. VII. p.* 774.) — [d]) *Dig. XLVIII.* 13. — [e]) *l.* 25. *Th. C. de episc. XVI.* 2.; *iungenda l.* 1. *C. de summa trin. I.* 1.; *Bas. LX.* 45. 16. — *Sch. u. x.* (*T. VII. p.* 775.) — [f]) *Inter epitomas legis* 1. *et* 3. *h. t. in Bas. LX.* 45. 17. *intruditur const., in qua graecam legem* 2. *hui. tit. referri suspicatus est Ant. Augustin. in coll. graec. const. Restituendi huius cap. primus Pacius periculum fecit, quem secuti sunt postea rell.; sed Bk. cancellis notatum edidit. Et profecto abstinendum est ab hac restitutione; silent enim codd. de graecorum lacuna, et genus poenae, quam cap. cit. minatur, certe est aetatis postiustinianeae (Cuiac. Obss. XX.* 31.) *Editores et hoc loco praeproperi fuerunt in fonte restitutionum ex libro LX. Bas. petendo; plurimis enim hic liber refertus est seriorum impp. statutis.* — [g]) *fons est l.* 9. *Th. C. de off. praef. urb. I.* 6.; *Bas. LX.* 45. 18. — *Sch. s.*

[1]) artari *ms. Gt., Hal., Theod. C.* — [2]) II. Non. Iul. *Hal.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.*; per *ins. edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Hal.*; personam *collocant post* interpos. *edd. rell.* — [5]) venditionis donationisve tit. *edd. Schf. Russ. et postea rell., contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. et ed. Hal. et Decr. Grat.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal., Decr. Grat.*; solis *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2., *Hal., Decr. Grat.*; meruerunt *ms. Bg., edd. rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia mss. Russ. et Cont., edd. Schf. Hal.*; iusiurandum *edd. Nbg. Russ. et rell., Decr. Grat.* — [9]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Theod. C.*; Impp. Honor. et Theod. AA. *Hal. Russ. Cont.* 62.; Imppp. Honor. Theod. et Arc. AAA. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Impp. Theod. et Arc. AA. *Bk.*; *sed omnes codd. Russ. tres impp. agnoscunt. Cfr. not. c. ad h. l.* — [10]) quoque *om. ed. Schf.*; hisque *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; iisque *ed. Nbg.* — [11]) subtracta *mss. Pl.* 2. *Gt.*; *sed v.* §. 9. *I. cit.* — [12]) *Theod. C.*; V. *Hal. et rell.*; *sed v. l.* 9. *C. IX.* 12. — [13]) *male Bk. pro hac subscr., quam in Cod. Iust. receptam fuisse ed. Hal. demonstrat, substituit subscriptionem legis* 1. *Th. C. cit.*; *cfr. not. c. ad h. l.* — [14]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Theod. C.*; Eutropio P. P. *addunt Hal. et rell., male, est enim pars edicti ad populum urb. Cont.*; *cfr. l.* 1. *C. I.* 1. — [15]) *cod. Aured. a Char. collatus, veteres libri, ad quos provocat Iac. Gothofr. ad l.* 25. *Th. C. cit.*; *accedunt Bas., in quibus est συγχέουσιν*; comittunt *ms. Pl.* 1.; obmittunt *ms. Bg.*; omittunt *ms. Pl.* 2., *edd.* — [16]) et *ins. mss. Pl.* 1. *Bg., Hal., contra Bas. et Theod. C.* — [17]) Mart. *om. Sp.* — [18]) Theod. AA. *Hal.* — [19]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius *Bk., recte, sed contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. et edd. omnes*; *videtur itaque vitium non tam librariis, quam compositoribus Cod. imputandum esse. Cfr. Haenel not. a. ad l.* 9. *Th. C. cit.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Hal. Bk., Theod. C.*; Disputare *edd. Schf. Russ. et rell.* — [21]) Mai. *Theod. C.*

4. [3.] [a]) Iidem AA. [1]) et Arcadius A. [2]) Eutropio P. P. — Ne quis sine sacrilegii crimine desiderandum intelligat gerendae ac suscipiendae administrationis officium intra eam provinciam, in qua provincialis et [3]) civis habetur [4]), nisi hoc omidam [5]) ultronea liberalitate per divinos affatus imperator indulgeat. Dat. XVI. Kal. August. Arcadio A. [6]) et Bautone Conss. [385.]

Tit. XXX.

DE SEDITIOSIS ET [7]) HIS, QUI PLEBEM AUDENT CONTRA PUBLICAM QUIETEM COLLIGERE [8]).

1. [b]) Imppp. Gratianus [9]), Valentinianus et Theodosius AAA. Florentio, Pf. Augustali [10]). — Si quis contra evidentissimam inssionem suscipere plebem et adversus publicam disciplinam defendere fortasse tentaverit, multam gravissimam sustinebit. Dat. XIII. [11]) Kal. Ian. Constantinop. Richomere et Clearcho Conss. [384.]

2. [c]) Imp. Leo A. Erythrio P. P. — In nullis locis aut civitatibus tumultuosis clamoribus cuiusquam interpellatio contumeliosa procedat, nec ad solam cuiusquam invidiam petulantia verba iacteutur; scituris his, qui huiusmodi voces emiserint moverintque tumultus, se quidem fructum ex his, quae postulant, nullatenus habituros, subdendos autem poenis his [12]), quas de seditionum [13]) et tumultus auctoribus vetustissima decreta sanxerunt. Dat. II. Non. [14]) Mart. Constantinop. Leone A. III. [15]) Cons. [466.]

Tit. XXXI.

QUANDO CIVILIS ACTIO CRIMINALI PRAEIUDICET, ET [16]) AN UTRAQUE AB EODEM EXERCERI POSSIT [17]).

1. [d]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. Antonio P. P. — A plerisque prudentium generaliter definitum est, quoties de re familiari et civilis et criminalis competit actio, utraque licere experiri, sive prius criminalis sive civilis actio moveatur [18]), nec si civiliter fuerit actum, criminalem posse consumi, et similiter e contrario. Sic denique et per vim [19]) possessione deiectus, si de ea recuperanda interdicto Unde vi erit [20]) usus, non prohibetur tamen etiam lege Iulia de vi publico iudicio instituere accusationem; et suppresso testamento, quum ex interdicto de tabulis exhibendis fuerit actum, nihilominus ex lege Cornelia testamentaria poterit crimen inferri [21]); et quum libertus se dicit iugenuum, tam de operis civiliter, quam etiam lege Visellia [22]) criminaliter poterit perurgeri. Quo in genere habetur furti actio et legis Faviae [23]) constitutum [24]), et plurima [25]) alia sunt, quae numerari non possunt, ut, quum altera prius actio intentata sit, per alteram, quae supererit, iudicatum liceat retractari. Qua iuris definitione non ambigitur, etiam falsi crimen, de quo civiliter iam actum est, [26]) criminaliter esse repetendum. Dat. prid. Id. [27]) Ianuar. Treviris [28]), Valente VI. et Valentiniano II. [29]) AA. Conss. [378.]

Tit. XXXII.

[e]) DE CRIMINE EXPILATAE HEREDITATIS.

1. [f]) Imppp. Severus et Antoninus AA. Euphratae. — Expilatae quidem hereditatis crimen intentare non potes, quando communis arcae rebus inspectis claves traditas coheredi profitearis. Sed quum de his exhibendis apud iudicem quaereretur, rationem compensationis induci non oportuit. Exhibitis enim, quae desiderantur, suis iudicibus directa quaestio relinquenda [30]) est. PP. XII. Kal. Mai. Antonino A. II. et Geta II. Conss. [31]) [205.]

2. [g]) Imp. Antoninus A. Primo. — Expilatae hereditatis crimen adversus vitricum adito praeside provinciae non prohiberis persequi. PP. VII. Kal. Mart. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

3.

---

[a]) *Bas. LX.* 45. 19. (*T. VII. p.* 773.) — *Sch. a. b.; cfr. not. b. ad l.* 1. *C. ut nulli patriae l.* 41. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de his qui plebem. IX.* 33.; *Bas. LX.* 61. 1. (*T. VII. p.* 921.) — *Sch. a. b.* (*T. VII. p.* 922.) — [c]) *Bas. LX.* 61. 2. — *Sch. c. d.*; *iungenda l.* 6. *C. de his qui ad eccles. I.* 12. — [d]) *l.* 1. *Th. C. victum civiliter IX.* 20.; *iungenda l.* 24. *C. de probat. IV.* 19.; *Bas. LX.* 62. 1. (*T. VII. p.* 922.) — *Sch. a — g.* (*T. VII. p.* 923.) — [e]) *Dig. XLVII.* 19. — [f]) *Bas. LX.* 29. 7. (*T. VII. p.* 528.) — *Sch. i — n.* (*T. VII. p.* 530.) — [g]) *Bas. LX.* 29. 8. — *Sch. o.* (*T. VII. p.* 531.)

[1]) AAA. *Hal. et rell.*; *sed equidem non dubitavi unum A. tollere* (*v. not. seq.*), *ut antedicti impp.*, *sed sine Gratiano intelligantur; cfr. l. l.* 4. *C. IX.* 27. *in inscr.* — [2]) et Arcad. A. *om. mss. Pl.* 1. *Bg.*; Iid. et Arcad. āā. *ms. Cas.*; Iid. et Arcad. āāāā. *ms. Vat.* — [3]) vel *ms. Gt.* — [4]) habeatur *ms. Pl.* 1., *edd. Schf. Hal.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; cuipiam *Hal. Bk.*; cuiquam *Russ. et rell.* — [6]) 1. *ins. Bk.*, *quod sane in hui. anni subscriptt. fieri assolet.* — [7]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal.*; de *ins. ms. Bg.*, *edd. rell.* — [8]) *mss. Cas. Vat. Bg.*, *idem ordine verborum mutato ms. Gt.*; plebem audent contra rempubl. colligere *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *in verborum ordine variantes.* — [9]) *Gratianum tollit et Arcadium addit Bk.*, *recte secundum chronol.*, *sed contra codd. et Theod. C.* — [10]) P. U. *Hal.*; pp. aūg. *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [11]) XIIII. *Hal.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; hiis *ed. Schf.*; iis *edd. rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; seditionis *edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) prid. Kal. *l.* 6. *C. I.* 12. — [15]) *sic emendavi ex l.* 6. *C. cit.*; VI. *Hal. et rell. praeter Bk.*, *sed sextus Leonis consulatus non exstat, at saepe confunduntur a librariis III. et VI.*; *num. abest a Bk.* — [16]) et *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 2. — [17]) oportet *mss. Vat. Pl.* 1. *Gt.*; oporteat *ms. Bg.* — [18]) sive prius — moveatur *om. Theod. C*; *ut et mox* et simil. e contrar. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; de *ins. ms. Bg.*, *edd. rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; fuerit *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) inferre *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [22]) viselia, visselia, viscellia *mss. mea*; Viscellia *est in edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; *sed Bas.* ὁ Βισέλλιος νόμος, *v. rubr. C. IX.* 21. — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; Fabiae *rell.* — [24]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*, *Theod. C.*; constitutio *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [25]) et cum una excepta sit causa de moribus, sexcenta *Theod. C.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*, *Theod. C.*; etiam *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [27]) *Theod. C.*, *l.* 24. *C. IV.* 19.; Kal. *Hal. et rell.*, *quibus historia refragatur, quae medio hoc anno obiisse Valentem docet.* — [28]) *locum om. Hal.* — [29]) II. *om. Hal.*, *qui antea pro* VI *scrib. V.* — [30]) derelinquenda *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Schf. Hal.* — [31]) et Geta Conss. C. *Bk.*

3. [a]) Idem A. Helenae. — Si avi tui hereditatem adiisti, expilatae hereditatis crimine adversus novercam quondam tuam experiri non prohiberis. PP. III. Non. Ianuar. Sabino [1]) et Anulino Conss. [216.]

4. [b]) Imp. Gordianus A. Basso. — Adversus uxorem, quae socia rei humanae atque divinae domus [2]) suscipitur, mariti diem suum functi successores expilatae hereditatis crimen intendere non possunt. Et ideo res, quas per eaudem abesse quereris, competenti in rem actione, vel, si dolo malo fecerit, quo minus res mobiles possideret, ad exhibendum persequere. Fructus autem rerum, quas [3]) mala fide tenuit, licet expilatae hereditatis non teneatur crimine, suos non facit, sed exstantes quidem vindicari, consumtos vero condici posse, procul dubio est. PP. VI. Kal. Mart. Attico et Praetextato Conss. [242.]

5. [c]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Simplicio [4]). — Obtentu expilatae hereditatis emolumentum legatorum, maxime suspensa cognitione [5]), legatariis iisdemque libertis defuncti auferri non oportet. PP. XV. Kal. Februar. Philippo A. et Titiano Conss. [245.]

6. [d]) Iidem A. et C. Basiliae. — Expilatae hereditatis crimen loco deficientis actionis intendi consuevisse, non est iuris ambigui. PP. X. Kal. Mart. Aemiliano [6]) et Aquilino Conss. [249.]

Tit. XXXIII.

[e]) VI [7]) BONORUM RAPTORUM.

1. [f]) Imp. Gordianus A. Valerio. — Vi bonorum raptorum actionem, quae cum poena sua retrahit ablata, potius ad mobilia moventiaque, quam ad fundos per iniuriam occupatos spectare, explorati iuris est. PP. Kal. Mart. Attico et Praetextato Conss. [242.]

2. [g]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Longino. — Si res mobiles, quarum in te fuerat dominium perfecta donatione translatum, violenter heres donatricis abripuit [8]), vi bonorum raptorum actionem intra annum quidem, quo experiundi potestas fuit, in quadruplum, post annum in simplum intendere non vetaris. PP. VII. [9]) Kal. [10]) Mai. Seculari [11]) et Donato Conss. [260.]

3. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Euelpisto. — Res obligatas sibi creditorem vi rapientem non rem licitam facere, sed crimen committere convenit, eumque etiam vi bonorum raptorum intra [12]) annum utilem in quadruplum, post simpli actione conveniri posse, non ambigitur. S. VII. [13]) Kal Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

4. [i]) Iidem AA. et CC. Attalo. — De his, quae servus alienus nesciente domino vi rapuisse dicitur [14]), intra [15]) annum in quadruplum vi bonorum raptorum, et post in simplum dominus eius noxali actione apud competentem iudicem conveniri potest. S. II. Kal. Mai. Heracliae [16]), AA. Conss. [293 — 304.]

5. [k]) Iidem AA. et CC. Domnae [17]). — Sive negotiorum gestorum contra novercam tuam, sive actione vi bonorum raptorum, quae in quadruplum intra annum utilem, ac post in simplum constituta est, putaveris agendum, notione praesidali [18]) poteris experiri. S. VI. Non. Iul. Philippopoli, AA. Conss [293 — 304.]

Tit. XXXIV.

[l]) DE CRIMINE STELLIONATUS.

1. [m]) Imp. Alexander A. Alexandro. — Improbum quidem et criminosum fateris, easdem res pluribus pignorasse, dissimulando in posteriore obligatione, quod [19]) eaedem aliis pignori tenerentur. Verum securitati tuae consules, si oblato omnibus debito criminis instituendi causam peremeris. PP. V. Id. Februar. Pompeiano et Peligno [20]) Conss. [231.]

2. [n]) Imp. Gordianus A. Valenti. — Si pater tuus in te donationem contulit [21]), et, quum emancipatus esses, traditionibus dominium corporum in te transtulit, posteaque creditorem sortitus, quasdam earum rerum sine voluntate tua, velut proprias suas obstrinxit, ius tuum non laesit. Nec tamen iniuria stellionatus crimine petetur [22]), cum sciens alienam rem, te non consentiente, velut propriam suo nexuit [23]) creditori. PP. II. Kal. Ianuar. Gordiano A. et Aviola Conss [239.]

3. [o]) Idem A. Hadriano. — Stellionatus accusatio inter crimina publica non habetur. PP. Id. April. Attico et Praetextato Conss. [242.]

4. [p]) Imp. Philippus A. [24]) Euprepio [25]). — Ignorantia creditoris, cui res, pridem apud alios obligatae, pignoris sive hypothecae iure obligantur, non sine periculo capi consuevit. Etenim huiusmodi fraudes ad extraordinariam criminis exsecutionem spe-

---

[a]) *Bas. LX.* 29. 9. — *Sch. p.* (*T. VII. p.* 532.) — [b]) *Bas. LX.* 29. 10. (*T. VII. p.* 529.) — *Sch. q — u.* — [c]) *Bas. LX.* 29. 11. — *Sch. x.* — [d]) *Bas. LX.* 29. 12. — *Sch. y. z.* — [e]) *Dig. XLVII.* 8. — [f]) *Bas. LX.* 17. 31. (*T. VII. p.* 413.) — *Sch. s.* (*T. VII. p.* 434.) — [g]) *Bas. LX.* 17. 52. — *Sch. t — x.* — [h]) *Bas. LX.* 17. 33. — *Sch. y.*; *iungenda videtur l.* 7. *C. de O. et A. IV.* 10. — [i]) *Bas. LX.* 17. 34. — *Sch. z. a.* — [k]) *Bas. LX.* 17. 35. — *Sch. b. c.* — [l]) *Dig. XLVII.* 20. — [m]) *Bas. LX.* 30. 5. (*T. VII. p.* 534.) — *Sch. n. o.* (*T. VII. p.* 536.) — [n]) *Bas. LX.* 30. 6. — *Sch. p. q.* — [o]) *Bas. LX.* 30. 7. — *Sch. r. s.* — [p]) *Bas. LX.* 30. 8. — *Sch. t. u.*

[1]) II. *ins. Bk.* — [2]) domum *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*, *quod rectius videtur.* — [3]) quos *ms. Gt.*, *ed. Schf.* — [4]) Sulpicio *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Supplicio *ms. Bg.* — [5]) notione *ms. Bg.* — [6]) II. *ins. Bk.* — [7]) De vi *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Cont.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [8]) arripuit *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [9]) XII. *Russ. Cont. in marg.* — [10]) Kal., *quod om. Hal. et rell. praeter Bk.*, *in marg. suppleverunt Russ. Cont.* — [11]) Seculare II. *Bk.* — [12]) infra *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.* — [13]) III. *l.* 7. *C. IV.* 10. — [14]) dicis *et antea* servum alienum *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Hal.* — [15]) infra *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.* — [16]) Heracleae *Bk.* — [17]) Dominae, Domninae *mss. nonn.* — [18]) notionem praesidalem *ms. Bg.* — [19]) non *ins. alii*, *notante Russ. in marg.*; ὅτι τὰ αὐτὰ *Schol. Bas.* — [20]) Peligniano *Bk.*, *contra modum in scribendo hoc nomine in Cod. consuetum*, *v. Reland. fast. consul. p.* 167. — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; contulerit *edd. rell.* — [22]) plectetur *mss. Pl.* 1. *Gt. secunda manu*, *edd. Nbg. Schf.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; nexuerit *Russ. et rell.* — [24]) et Philippus C. *ins. ms. Pl.* 1. — [25]) Eutrepeti *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Peti *ms. Bg.*

spectare [1]), ac stellionatus commissum severissime esse vindicandum, saepe rescriptum est. Proinde sive ignorantiam tuam debitor circumvenire tentaverit, seu [2]) obligatione rite perfecta, participato fraudis consilio, per subiectam quasi anteriorem personam dispendium tuum ad occultum compendium suum trahere [3]) pertentat, adire suum iudicem potes, congruentem iuri ac debitae religioni sententiam relaturum. PP. VI. Id. Mai. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

Tit. XXXV.

[a]) DE INIURIIS.

1. [b]) Imp. Alexander A. Syro [4]). — Nec servis quidem alienis licet facere iniuriam. PP. XI. Kal. Decemb. Alexandro A. Cons. [222.]

2. [c]) Idem A. Clavo [5]). — Iniuriarum actio tibi duplici ex causa competit, quum et maritus in uxoris pudore, et pater in existimatione filiorum [6]) propriam iniuriam pati intelligantur. PP. prid. Id. Mai. Agricola et Clementino [7]) Conss. [230.]

3. [d]) Imp. Gordianus A. Donato. — Si non es nuntiator, vereri non debes, non eapropter, quod iniuriae faciendae gratia quidam te veluti delatorem esse dixerunt, opinio tua maculata sit. Quin immo adversus eos, qui [8]) minuendae opinionis tuae causa aliquid confecisse [9]) comperientur, more solito iniuriarum iudicio experiri potes. PP. II. Id. Iul. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

4. [e]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Vindio [10]). — Atrocem sine dubio iniuriam esse factam manifestum est, si tibi illata est, quum esses in sacerdotio, et dignitatis habitum et ornamenta praeferres [11]); et ideo vindictam potes eo nomine exsequi [12]). PP. III.... Aemiliano et Basso [13]) Conss. [259.]

5. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [14]) Victorino. — Si non convicii consilio te aliquid iniuriosum dixisse probare potes [15]), fides veri a calumnia te defendit. Si [16]) autem [17]) in rixa [18]), inconsulto calore prolapsus, homicidii convicium obiecisti, et ex eo die annus excessit, quum iniuriarum actio annuo tempore praescripta sit, ob iniuriae admissum conveniri non potes. PP. VI. Id. Iul. ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

6. [g]) Idem AA. [19]) Flaviano. — Quum nec patronos iniuriam facere libertis iuris aequitas permittat, proponasque, patronae heredes eum, qui libertatem a defuncta acceperat, iniuriis afficere, curabit praeses provinciae contumeliam heredum compescere. PP. Id. Iul. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

7. [h]) Idem AA. et CC. Potentiano [20]). — Iniuriarum causa non publici iudicii, sed privati continet querelam. S. Id. Februar. Sirmii, AA. Conss. [293 — 304.]

8. [i]) Idem AA. et CC. Marciano. — Dominum pro atroci iniuria, quam servus eius passus est, edicti perpetui actione proposita, qua damni etiam haberi rationem verbis evidenter exprimitur, agere posse convenit. S. XV. Kal. Novemb. AA. et [21]) Conss. [293 — 304.]

9. [k]) Idem AA. et CC. Nonnae. — Qui liberos infamandi gratia dixerint servos, iniuriarum [22]) conveniri posse, non ambigitur. S. VI. Kal. Decemb. Nicomediae, AA. Conss. [293 — 304.]

10. [l]) Idem AA. et CC. Paulo. — Si quidem aviam tuam ancillam infamandi causa reipublicae civitatis Comanensium dixit Zenodorus, ac recessit, iniuriarum actione statim conveniri potest. Nam si perseveret in [23]) causa, facultatem habens agendi super hac [24]) deferri querelam, ac tunc demum, si non esse serva fuerit pronuntiata [25]), postulari convenit. S. XV. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 305.]

11. [m]) Imp. Zeno A. Alexandro, viro illustri. — Si quando iniuriarum actio, quam inter priuatas delicta veteres [26]) iuris auctores connumerant, a quibuslibet illustribus viris, militantibus seu sine cingulo constitutis, vel uxoribus eorum, vel liberis masculini sexus, vel filiabus, superstitibus videlicet patribus aut maritis illustribus, vel si adversus aliquam huiusmodi personam criminaliter forte movetur, ipsos quidem, qui super iniuria querantur, inscribere, aliaque omnia, quae in huiusmodi causis de more procedunt, solemniter observare [27]) decernimus; licere autem illustri accusatori vel reo, vel uxori, vel liberis masculini sexus, seu filiae itidem illustris superstitis, causam iniuriarum in quocunque iudicio competenti per procuratorem criminaliter suscipere vel movere, sententiam iudice contra eum, qui procuratorem dederit

---

[a]) *Dig. XLVII.* 10. — [b]) *Bas. LX.* 21. 46. (*T. VII. p.* 477.) — *Sch. m. n.* (*T. VII. p.* 497.); *iungendae l.* 2. *C. ad exhib. III.* 42. *et l.* 2. *C. de accusat. IX.* 2. — [c]) *Bas. LX.* 21. 47. — [d]) *Bas. LX.* 21. 48. — [e]) *Bas. LX.* 21. 49. — [f]) *Bas. LX.* 21. 50. — [g]) *Bas. LX.* 21. 51. (*T. VII. p.* 478.) — *Sch. p — r.* (*T. VII. p.* 498.) — [h]) *Bas. LX.* 21. 52. — *Sch. s.* — [i]) *Bas. LX.* 21. 53. — *Sch. t.* — [k]) *Bas. LX.* 21. 54. — *Sch. u. x.* — [l]) *Bas. LX.* 21. 55. — *Sch. y. z.* — [m]) *Bas. LX.* 21. 56. — *Sch. a — i.*

[1]) expectare *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Schf.* — [2]) sive *Russ. et postea rell.*, *contra codd. meos.* — [3]) trahere *om. mss. Pl.* 1. *Bg.* — [4]) Syrone, *ita ut ipsa const. ordiatur a v.* servis, *omisso* Nec, *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; *sed v. leges nostrae iungendae et Bas.* Οὔτε δούλοις. — [5]) Davo, Dabo, Clavio *mss. mea.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; filiarum *edd. Nbg. Hal. et rell.*, *at Bas.* τῶν ἰδίων παίδων. — [7]) Clemente *Hal. et rell. praeter Bk.* — [8]) quos *et mox* comperietur *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf.* — [9]) fecisse *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; *fortasse* convicium fecisse. — [10]) Vindi *mss. Cas. Vat.* — [11]) proferres *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; προέφερες *Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; persequi *edd. Nbg. Russ. et rell.*; ἐκβιβάζειν *Bas.* — [13]) II. *ins. Bk.* — [14]) *mss. Cas. Vat. Bg.*, *Bk.*; et CC. *ins. ms. Pl.* 1., *edd rell* — [15]) probari potest *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *Hal.*; *sed* ἀποδεῖξαι δύνασαι *Bas.* — [16]) Sin *ms. Pl.* 1.; Sed si *ms. Gt.* — [17]) autem *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf*; εἰ δὲ *Bas.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal.*; in rixam *ms. Bg.*, *edd. rell.*; *sed Bas.* ἐν τῇ μάχῃ. — [19]) et CC. *ins. Hal. et rell. praeter Bk.*, *contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [20]) Penentiano *mss. Cas. Vat.*; Penentiane *ms. Pl.* 1.; Ponentiano *ms. Bg.* — [21]) *Hal.*; et *om. rell.* — [22]) *mss. Pl.* 1 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; actione *ins. Russ. et rell.* — [23]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; ea *ins. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [24]) *mss. Pl* 1. *Bg. Gt.*, *Hal.*; hac et *ed. Nbg.*; hac re *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [25]) servam *et mox* pronunciatum *mss. Bg. Gt.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal.*; veteris *ms. Bg.*, *edd. rell.* — [27]) observari *ms. Bg.*

derit, etsi ipse non adesset [1]) iudiciis, sed [2]) causam per procuratorem diceret, legibus prolaturo; ita tamen, ut nullus alius idem sibi audeat vindicare vel a nostro numine postulare; sed in ceteris mos iudiciorum, qui hactenus obtinuit, in posterum servetur intactus. Dat. V. Non. Novemb. Constantinop. Illo V. C. Cons. [478.]

Tit. XXXVI.

[a]) DE FAMOSIS LIBELLIS.

1. [b]) Impp. Valentiniani et Valentis [3]) AA. edictum. — Si quis famosum libellum sive domi sive in publico vel quocunque loco ignarus repererit, aut corrumpat, priusquam alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Sin [4]) vero non statim easdem chartulas vel corruperit vel igni consumserit, sed vim earum manifestaverit, sciat, se quasi auctorem huiusmodi delicti capitali sententiae subiugandum. Sane si quis devotionis suae ac salutis publicae custodiam gerit, nomen suum profiteatur, et ea [5]), quae per famosum [6]) persequenda putavit [7]), ore proprio edicat, ita ut absque ulla trepidatione accedat, sciens, quod [8]), si assertionibus [9]) veri fides fuerit opitulata, laudem maximam ac [10]) praemium a nostra clementia consequetur. Sin vero minime haec vera ostenderit, capitali poena plectetur. Huiusmodi autem libellus alterius opinionem non laedat. PP. XVI. [11]) Kal. Mart. Constantinop. Valentiniano et Valente AA. Cons. [365.]

Tit. XXXVII.

[c]) DE ABIGEIS.

1. [d]) Impp. Arcadius et Honorius [12]) AA. Pasiphilo. — Abacti animalis accusatio non solum cum [13]) inscriptionibus, sed etiam sine ea observatione proponitur. Dat. VIII. [14]) Kal. Ian. Mediolani, Olybrio et Probino [15]) Conss. [395.]

Tit. XXXVIII.

DE NILI AGGERIBUS NON RUMPENDIS.

1. [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. — Si quis posthac per Aegyptum intra duodecimum cubitum fluminis Nili valla fluentis [16]) de propriis ac vetustis usibus praeter fas praeterque morem antiquitatis usurpaverit, flammis eo loco consumatur, in quo vetustatis reverentiam et propemodum ipsius imperii appetierit securitatem, consciis [17]) et consortibus eius deportatione [18]) constringendis, ita [19]) ut nunquam supplicandi eis vel recipiendi civitatem vel dignitatem vel substantiam licentia tribuatur. Dat. X. Kal. Octob. Constantinop. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

Tit. XXXIX.

[f]) DE HIS, QUI LATRONES VEL [20]) ALIIS CRIMINIBUS REOS OCCULTAVERINT.

1. [g]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Simplicio, Vicario [21]). — Eos, qui

---

[a]) *Dig. XLVII.* 10. — [b]) *in Bas. LX.* 63. 1. (*T. VII. p.* 924.) *nostra const., quae composita est ex l.* 7. *et* 9. *Th. C. de famos. lib. IX.* 34., *denuo divisa est in duas positiones, quae, si pauca verba excipias, ad nostrae const. argumentum redeunt. In prima autem positione deperditam graecam legem reperisse sibi visus est Ant. August. in coll. graec. const., eamque, ut legem* 1. *hui. tit., restituere voluit ita:* Πᾶς ὁ εὑρίσκων φλυαρίαν ἐσφραγισμένην ἢ ἀσφράγιστον, καὶ μὴ παραχρῆμα καίων, ἀλλ' ἀναγινώσκων, ὑποκείσθω τῇ τιμωρίᾳ, ᾗ τινι ὑπέκειτο καὶ ὁ συντεθεικὼς τὴν φλυαρίαν. [*Quicunque invenerit famosum libellum signatum vel non signatum, nec statim combusserit, sed recitaverit, subiaceat poenae, quam passurus esset et is, qui composuit famosum libellum.*] *Consentiunt cum Augustino Cuiac.* (*in Paratitlis et in Recitatt. in Cod. h. t.*) *et Witte* (*Die leges restitut. p.* 226.); *defendit eos ms. Cas., in quo ad rubr. hui. tit. graecae const. lacuna notatur. Sed dissentiunt editores, et recte quidem. Ut enim restituendi periculum faciamus, necesse est, ut id ipsum, unde hauritur, eius sit argumenti, quod deperdito loco, non ei, qui in codd. et edd. iam habetur, tribuendum sit. Verba autem sane nova* ἐσφραγισμ. ἢ ἀσφράγ. *nihil nos debent movere, quum plurima capita in libro LX. Bas. additamentis compositorum referta esse certissimum sit; fortasse addita sunt propter leg.* 6. *D. XLVII.* 10. — [c]) *Dig. XLVII.* 14. — [d]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de iurisd. II.* 1.; *iungendae l.* 8. *C. unde vi. VIII.* 4. *et l.* 16. *C. de accusat. IX.* 2. (*v. Cuiac. Obss. I.* 20.); *Bas. LX.* 25. 5. (*T. VII. p.* 516.) — *Sch. m. n.* (*T. VII. p.* 517.). *Caeterum quod Bas. LX.* 25. 4. *constitutionem exhibent de abigeis, quae nec ad tit. D. de abig. referri potest, ansam dedit Ant. Augustino in coll. graec. const., ut illud cap. nostro tit. restituere vellet. Sed ipsum argumentum eius cap. postiustinianeam aetatem sapit, nec adsunt indicia, ex quibus lacunosum hunc tit. esse coniiciatur.* — [e]) *l.* 1. *Th. C. de Nili aggerib. IX.* 32.; *Bas. LX.* 25. 6. — *Sch. o.* — [f]) *Dig. XLVII.* 16. — [g]) *conflata ex l.* 1. *et* 2. *Th. C. de his qui latron. IX.* 29.; *Bas. LX.* 27. 3. (*T. VII. p.* 521.) — *Sch. c—f.* (*T. VII. p.* 524.)

[1]) ac si ipse non abesset *ms. Bg.*; *v. not. seq.* — [2]) nec *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [3]) Valentinianus et Valens *Theod. C.*; Val. et Valens *ms. Bg.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Hal.*; Si *ms. Bg., edd. rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Schf. Hal. Bk., Theod. C.*; ea *om. edd. Nbg. Russ. et rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. *Bg., omnia mss. Russ., Theod. C.*; libellum *ins. ms. Pl.* 2., *edd.* — [7]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; putaverit *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., edd. Schf. Hal., Theod. C.*; sciens qui *ms. Bg. prima manu*; sciens quidem *ed. Nbg.*; sciens quidem, quod *Russ. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Theod. C.*; suis *ins. edd.* — [10]) *ms. Bg., edd. Nbg. Hal., Theod. C.*; et *rell.* — [11]) Dat. XIV. *Russ. Cont.* 62. *cum Theod. C.*; PP XIV. *Bk.* — [12]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Bk. Theod. C.*; Honor. et Arcad. *edd. rell.* — [13]) cum *om. mss. Pl.* 1. *Bg.* — [14]) VI. *Hal. Russ., a quibus mox locus abest.* — [15]) *Theod. C., Bk.*; Promoto *Hal. et rell.*; *v. legg. nostrae iungendas.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Russ.*; valla fluenta *ms. Gt.*, *ms. Aured. apud Char.*; vada fluenta *ms. Bg.*; vada fluentia *ed. Schf.*; ulla fluenta *Theod. C., Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*; ultra fluenta *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Nostram lect. tuentur Bas.* τὸ τάφρον τοῦ Νείλου. — [17]) et sociis *ms. Bg.* — [18]) Oasenae deportationi *Theod. C.*; *v. Cuiac. Obss. XX.* 31. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal. Bk., Theod. C.*; sic *edd. rell.* — [20]) in *ins. mss. Cas. Vat. Pl.* 2., *ed. Schf.* — [21]) Vicario *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; *suppletum videtur ex Theod. C.*

qui secum alieni criminis reos occultando [1]) eum eamve sociarunt, par ipsos et reos [2]) poena exspectet. Et latrones quisquis sciens susceperit vel [3]) offerre indiciis [4]) supersederit, supplicio corporali aut dispendio facultatum pro qualitate personae et [5]) indicis aestimatione plectetur. PP. Romae, X. Kal. April. Gratiano A. III. et Equitio V. C. Conss.[6]) [374.]

2. [a]) Imp. Marcianus A.[7]) Palladio P. P. — Si qui latrones seu aliis criminibus obnoxii in possessione degunt seu latitant, dominus possessionis, si praesto est, aut procuratores, si dominus abest, seu primates possessionis ultro eos offerant, aut, si scientes hoc sponte non fecerint, conveniantur a civili officio, ut tradant provinciali iudicio eos, qui requiruntur, prout iuris est [8]) sub examine iudicis arguendos, et poenas post documenta congruas [9]) subituros. Si vero exhibere eos domini vel procuratores aut primates possessionis distulerint, tunc ad detinendos eos a rectore [10]) provinciae omnia civilia dirigantur [11]) auxilia. §. 1. Sin autem propter multitudinem forte eorum, qui in praedio sunt, civile adminiculum sufficere non posse constiterit, et memorati audaces exsecutoribus obiecerint manus vel alias parere distulerint, tunc index provinciae, memor periculi sui, a viro devoto tribuno seu primatibus militum, qui in locis sunt, auxilium postulet, ut per militarem manum correpti accusati sine damno atque laesione cuiuslibet legibus offerantur, et convicti poenas subeant competentes; non ignaro iudice, quod, si adversus innocentes [12]) vel [13]) ob aliam causam, praeter latronum vel aliorum nocentium investigationem, militare auxilium postulaverit, aut dispendiis affici provinciales concesserit, commotione severissima, prout tua celsitudo iudicaverit, ferietur. Tribuni etiam seu primates numerorum [14]), qui in locis sunt, admoniti per literas iudicis, si adminiculum militare praebere noluerint, aut si ab ipsis militibus damna provincialibus inflicta fuerint, et damna et laesiones restituent, et acerrima condemnatione pro arbitrio virorum illustrium magistrorum militum ferientur. §. 2. Domini etiam praediorum seu procuratores vel primates possessionum impunes non manebunt, si praesentes et scientes ultro non obtulerint nocentes, vel admoniti eos exhibere distulerint; nam dominus quidem possessionis dominio privabitur, procurator vero seu primates perpetuo exsilio subiacebunt. Ipsi quoque procuratori vel domino vel primatibus possessionis, si se ad comprimendam multitudinem rusticanorum sufficere non posse firmaverint [15]), et id provinciali iudicio palam fecerint, militare auxilium rector provinciae a tribuno vel [16]) primatibus numeri faciet dari, si civilia non posse sufficere perspexerit. §. 3. Si vero post exhibitionem eorum, qui accusantur, innocentes eos esse et nihil criminis admisisse patuerit, accusatores poenam, quae in calumniatores exercenda est, subire cogantur [17]). Exemplo enim [18]) grave est, sic latronem requirere, ut innocentibus periculum fiat. Dat. XII. Kal. [19]) Ianuar. Constantinop. Marciano A. et Adelphio [20]) Conss. [451.]

Tit. XL.

[b]) DE REQUIRENDIS REIS.

1. [c]) Imp. Antoninus A.[21]) Rustico. — Quum absenti reo gravia crimina intentantur, sententia festinari non solet, sed annotari, ut requiratur, non utique ad poenam, sed ut potestas ei sit purgandi se, si potuerit. Postquam vero requirendus factus intra annum redierit, si se crimine purgaverit, res arbitrio iudicis signatas recipiat; sin vero intra id tempus reversus, post intimationem suam fuerit defunctus, etsi necdum se purgaverit, ad heredes proprios [22]) res transmittat. Dat..... Tusco et Basso [23]) Conss.

2. [d]) Imp. Constantinus A. ad Ianuarium [24]). — Quicunque ex eo die, quo reus fuerit in iudicio petitus, intra anni spatium noluerit adesse iudicio, res eius fisco vindicentur, et si postea repertus nocens fuerit deprehensus, severiori [25]) sententiae subingetur. Sed et si argumentis evidentibus et pronatione dilucida innocentiam suam purgaverit [26]), nihilominus facultates eius penes fiscum remaneant. Dat. Id. Ianuar. Acc. V. Kal. Aug. Corintho [27]) Constantino A. V. et Licinio C. [28]) Conss. [319.]

3.

---

[a]) *Bas. LX.* 27. 4. (*T. VII. p.* 522.) — *Sch. g — o.* (*T. VII. p.* 525.) — [b]) *Dig. XLVIII.* 17. — [c]) *Bas. LX.* 49. 6. (*T. VII. p.* 793.) — *Sch. n — q.* (*T. VII. p.* 796.) — [d]) *l.* 2. *Th. C. de accusat. IX.* 1.; *Bas. LX.* 49. 7. (*T. VII. p.* 794.) — *Sch. r. s.* (*T. VII. p.* 797.)

[1]) occulendo *Theod. C.*, *a quo absunt* eum eamve. — [2]) par atque ipsos reos *Theod. C.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *Hal. Bk.*, *Theod. C.*; vel eos *ms. Gt.*, *ed. Nbg.*; et eos *edd. Schf. Russ. et rell.* — [4]) *ms. Pl.* 1., *Theod. C.*; iudicibus *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd.*; *sed* τῷ δικαστηρίῳ *Bas.* — [5]) et *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg.* — [6]) D. III. Kal. Mart. Romae Merobaude II. et Saturnino Coss. *Hal.*, *ita ut secundum cod.*, *ex quo hausit, censendum sit, compositores Codicis huic const. dedisse inscriptionem legis* 1., *subscriptionem autem legis* 2. *Th. C. cit.*; *quod non sine exemplo est, v. l.* 1. *C. IX.* 28. *In notis Hal. restituit conss. anni* 374. — [7]) Impp. Honorius et Theodosius AA. *Hal. Russ. Cont.* 62.; Imp. Theodosius A. *Bk. Sed male ita nomina impp. a codd. aliena restituerunt, ut inscriptio conveniret cum subscr. falsa, quam habent.*; *v. not.* 20. — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; prout iuris est *om. Hal. et rell.*; *sed Bas.* ὡς τῷ νομίμῳ ὑπὸ τῆ χρίσει. — [9]) congrua *ms. Gt.*, *ed. Schf.*, *quibuscum consentiunt Bas.* μετὰ τὰς διδασκαλίας τὰς ἁρμοζούσας. — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Nbg.*; adito rectore *edd. Schf. Hal. et rell.*; *sed Bas.* ἐκ τοῦ ἄρχοντος. *Etiam ab omnibus codd. Cont. abfuit* adito. — [11]) diriguntur *ms. Pl.* 1.; *etiam Bas.* ἐθύνουσι. — [12]) *Hal.*, *consentientibus Bas.*; innocentem *rell.* — [13]) vel *om. edd. Nbg. Hal. et postea rell. contra mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. et ed. Schf.*; *etiam Bas.* ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν. — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*; vel officiorum *ins. edd. Nbg. Hal. et postea rell.*; etiam *ins. ed. Schf. Sed Bas.* οἱ πρῶτοι τῶν νοιμέρων, οἵτινες. — [15]) affirmaverint *ms. Bg.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; a *ins. edd. rell.* — [17]) cogentur *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; ἀναγκαζέσθωσαν *Bas.* — [18]) autem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*, *accedunt Bas.* — [19]) XVII. Kal. *Cuiac. in not. in Cod.* (*T. X. p.* 730. *ed. Neap.*); Kal. *om. Hal.* — [20]) *conss. anni* 451. *bene restituit Cuiac. l. c.* (*v. not. praeced.*); Mariniano et Asclepiodoto (423.), *quos inscr. non fert, Hal. et rell.* — [21]) Impp. Valerian. et Gallien. AA. *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *refragantibus omn. codd. meis et Cuiacio l. c.* (*v. not.* 23.) — [22]) proprias *ms. Pl.* 1.; *sed* εἰς τοὺς ἰδίους κληρονόμους τὰ πράγματα. — [23]) *hi conss. anni* 258. *haud dubie moverunt Hal. et alios, ut inscriptionem tentarent*; *sed depravati sunt, ut recte vidit Cuiac. l. c.*, *et restitue* Gentiano et Basso (211.) — [24]) Ianuarinum *Theod. C. ed. Haenel.*; larvanum *ms. Cas.* — [25]) saeviori *Theod. C.* — [26]) purgare suffecerit *Theod. C.* — [27]) Acc. — Corintho *ins. Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *vix aliunde, quam ex Theod. C.*; *absunt ab Hal. et rell.* — [28]) A. et Constantino Caes. *Hal.*

3. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA.[1]) Palladio P. P. — In pecuniariis causis edictum contra latentem [2]) propositum existimationem eius non laedit. Criminalis vero programmatis tenor hanc tantum [3]) ferat de iure censuram, ut inter reos annotati [4]) iam non [5]) patrimonium debeat transferre, sed [6]) famae existimationem laedere. Dat. VIII. [7]) Id. Iul. Ravennae [8]), Eustathio [9]) et Agricola Conss. [421.]

Tit. XLI.

[b]) DE QUAESTIONIBUS.

1. [c]) Impp. Severus et Antoninus AA.[10]) Antigonae [11]). — Quaestionem de servis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterii criminibus, item fraudati census accusationibus, et crimine maiestatis, quod ad salutem principis pertinet. In ceteris [12]) autem, quamquam ea, quae servus contra dominum dixit, iudicatori [13]) sententiam formare non debeant, tamen, si aliis quoque probationibus fides veritatis investigetur, praescriptionis invidia evanescit. In pecuniariis vero causis nec [14]) inopia probationum servos contra dominum interrogari posse, manifestum est. PP. Kal. Ianuar. Dextro II. et Prisco [15]) Conss. [196.]

2. [d]) Iidem AA.[16]) Catulo [17]). — Insolitum est et grave exemplo, audiri servos adversus tutores vel matrem dominorum suorum, nisi tutelae agatur. PP. III. [18]) Id. Septemb. Chilone [19]) et Libone Conss. [204.]

3. [e]) Imp. Antoninus A., quum cognitionaliter audisset, dixit: Primum servi alieni interrogabuntur [20]). Si [21]) praestita fuerint ex tanto scelere argumenta, ut videantur accedere ad verisimilia causae crimina, ipsa quoque mulier torquebitur; neque enim aegre feret, si torqueatur, quae venenis suis viscera hominis exstinxit [22]). PP. VII. Kal. April. Sabino et Anulino [23]) Conss. [216.]

4. [f]) Pars ex rescripto Imp. Antonini A. — Sicuti convictis confessisque ad societatem scelerum vocantibus eos, a quibus apprehensi custoditive sunt, facile credi non oportet, ita, si evidentibus rationibus post commissum communiter facinus ad evitandam de se sententiam id fecisse fuerint probati, publicae vindictae non sunt subtrahendi. PP. V. Kal. April. Sabino et Anulino Conss. [216.]

5. [g]) Imp. Alexander A. Respecto. — Nec si mors testatoris vindicanda est, quaestioni indiscrete subiiciuntur hi, qui libertatem supremo iudicio acceperunt. PP. VI. Id. Mart. Iuliano II. et Crispino Conss. [224.]

6. [h]) Imp. Gordianus A. Herodiano. — Pridem placuit, domestica servorum seu libertorum propriorum vel maternorum [24]) interrogatione in causis ad dominos vel patronos pertinentibus abstinendum esse, ut neque pro his neque adversus eos in capitalibus vel pecuniariis quaestionibus veritatis vim obtinere possit, quod in confessionem [25]) ab eis fuerit deductum. PP. VII. Id. Mai. Sabino [26]) et Venusto Conss. [240.]

7. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Urbanae. — Servos, qui proprii indubitate iuris tui probabuntur, ad interrogationem nec offerente te produci sineremus; tantum abest, ut etiam [27]) invita [28]) te contra dominam vocem rumpere cogantur. PP. Kal. Novemb. Maximo II. et Aquilino Conss [286.]

8. [k]) Iidem AA. ad Salustianum [29]), Praesidem. — Milites neque tormentis neque plebeiorum poenis in causis criminum subiungi [30]) concedimus, etiamsi non emeritis stipendiis [31]) videantur esse dimissi,

---

[a]) *efformata ex l.* 29. §. 2. *Th. C. de petition. X.* 10.; *iungendae l.* 10. *C. de iure fisci. X.* 1. *et l.* 4. *C. de bonis vacant. X.* 10.; *Bas. LX.* 49. 8. — *Sch. t.* — [b]) *Dig. XLVIII.* 18. — [c]) *Decr. Grat. c.* 59. *C. XII. qu.* 2.; *Bas. LX.* 50. 23. (*T. VII. p.* 805.) — *Sch. m. n.* (*T. VII. p.* 819.) — [d]) *Decr. Grat. c.* 60. *C. XII. qu.* 2.; *Bas. LX.* 50. 24. — *Sch. o.* (*T. VII. p.* 820.) — [e]) *Bas. LX.* 50. 25. (*T. VII. p.* 806.) — *Sch. p. q.* — [f]) *Bas. LX.* 50. 26. — *Sch. r — u.* (*T. VII. p.* 821.) — [g]) *Bas. LX.* 50. 27. — *Sch. x. y.* — [h]) *Bas. LX.* 50. 28. — *Sch. z.* — [i]) *Bas. LX.* 50. 29. — [k]) *Bas. LX.* 50. 30. — *Sch. a. b.* (*T. VII. p.* 822.)

[1]) et Constantius A. *ins. Theod. C.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Schf. Hal.*; *accedit Theod. C.*; latitantem *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Schf. Bk., Theod. C.*; tantam *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [4]) annotato *Theod. C.* — [5]) *ms. Bg.*; non tam (iam *corr. Gothofr.*) *Theod. C.*; non tantum *mss. rell. et edd. omnes. Sed haec lectio, quae in contrarium invertit sententiam, ferri non potest, quia notissimi iuris est, solam annotationem et per edicta vocationem bona reo non ademisse, deinde quia praecedunt* hanc tantum ferat censuram, *denique quia Bas. sententiam hui. legis ita explicant, ut vim criminalis programmatis infamiam esse tantummodo dicant. Cfr. not. seq.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; sed et *Hal. et rell., ut cum falsa lectione, quam paulo ante habent* (*v. not.* 5.), *et haec verba conveniant.* — [7]) *Theod. C. et leges cum nostra iungendae*; VII. Kal. *Hal. et rell.* — [8]) Ravenna *Theod. C.* — [9]) *Theod. C. Bk.*; Eustachio *Hal. et rell.* — [10]) Antoninus et Verus *Decr. Grat.*; Severus A. et Anton. C. *Bk.*; *solum Severum agnoscit l.* 1. §. 16. *D. XLVIII.* 18., *ubi huius rescr. pars referri videtur.* — [11]) *mss. Cas. Vat. Bg., veteres libri Contii et Cuiacii* (*Obss. II.* 23.); Atigonae *ms. Pl.* 1.; Antianae *Hal. et rell.*; Antigono *Cuiac. l. c. propter leg.* 1. §. 16. *D. cit.* — [12]) *tentat hunc locum Noodt* (*Probab. III.* 5. *et* 6.), *qui pro* ceteris *mavult* eis. — [13]) iudicantis *mss. Pl.* 1. 2.; iudicaturis *var. l. gl.* — [14]) ex *Hal. Russ. Cont.* 62., *contra omnia mss. mea et Russardi et Contii et contra Bas.* (οὐδὲ ἐν ἀπορίᾳ), *sed assentientibus Cuiacio* (*Obss. II.* 33. *et XX.* 28.) *et Correctoribus Romanis ad Decr. Grat. l. c.* — [15]) *Cuiac. Obss. II.* 33., *Bk.*; Fusco II. et Dextro *Hal. et rell., sed hi conss. anni* 225. *pertinent ad Alexandri regnum. Cfr. not.* 4. *ad l.* 1. *C. VI.* 39. — [16]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., ed. Nbg.*; et CC. *addunt Hal. et rell. praeter Bk.*; Impp. Severus et Antoninus AA. et C. *Bk., v. not.* 10. *ad l.* 1. *h. t.* — [17]) Catullio *ms. Bg.*; Catullo *Hal. Russ. Cont.* 62. — [18]) *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76.; Proposita tertio [*III. Bk.*] *edd. rell.* — [19]) II. *ins. Bk.* — [20]) *male omnes edd. hic comma ponunt, et plane interpungunt post* crimina; *sic enim perit loci sententia, qui de ordine quaestionis habendae constituit. Nobiscum faciunt Bas. et Schol. eorum.* — [21]) et si *ms. Bg.* — [22]) exstinguit *mss. Pl.* 1. *Bg.* — [23]) Sab. II. et Anullino *Bk., hic et in subscr. seq.* — [24]) paternorum *edd. Nbg. Hal. Russ., contra omnes codd. Russ. et meos*; *etiam Bas.* ἀπελεύθεροι — μητρός. — [25]) confessione *mss. Pl.* 2. *Bg., ed. Schf.* — [26]) II. *ins. Bk.* — [27]) etiam *om. mss. Pl.* 2. *Bg.*; et *mss. Pl.* 1. *Gt., edd. Schf. Hal.* — [28]) invito *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.* — [29]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., vet. codd. Contii*; Salustium [Sallustium] *edd.* — [30]) subiugari *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; suis *ins. Hal. et rell.*

missi, exceptis scilicet [1]) his, qui ignominiose sunt soluti. Quod et in filiis militum et veteranorum servabitur. §. 1. Oportet autem indices nec in his criminibus, quae publicorum indiciorum sunt, ad investigationem [2]) veritatis a tormentis initium sumere, sed argumentis primum verisimilibus probabilibusque uti. Et si his veluti certis indiciis ducti, investigandae veritatis gratia ad tormenta putaverint esse veniendum, tunc id demum facere debebunt, si personarum conditio patiatur [3]). Hac enim ratione etiam universi provinciales nostri fructum ingenitae nobis benevolentiae consequentur. PP. sine die et consule.

9. [a]) Iidem AA. [4]) ad Carisium [5]), Praesidem Syriae. — Super statu ingenuitatis per omnia interrogationum et quaestionum vestigia decurrendum est, ne alieni, forte sordidae stirpis [6]), splendidis et [7]) ingenuis natalibus audeant subrogari, vel propria ac debita per compositam quaestionem, quibus competit, successio denegetur. Dat. VI. Id. Mai. Emissa ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

10. [b]) Iidem AA. [8]) Ptolemaeo. — Quum testamentum falsum esse proponas, ad illuminandam veritatem servos hereditarios, etsi libertas eis ab eo, qui se heredem esse affirmat, praestita est, etiam per tormenta interrogari, constitutionibus principum est permissum. PP. VI. Kal. Septemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

11. [c]) Iidem AA. [9]) Boetho [10]). — Divo Marco placuit, eminentissimorum quidem nec non etiam perfectissimorum virorum usque ad pronepotes [11]) liberos plebeiorum poenis vel quaestionibus non subiici, si tamen propioris [12]) gradus liberos, per quos id privilegium ad ulteriorem gradum transgreditur, nulla violati pudoris macula adspergit. In decurionibus autem et filiis eorum hoc [13]) observari, vir prudentissimus Domitius Ulpianus in Publicarum Disputationum [14]) libris ad perennem scientiae memoriam [15]) refert. PP. V. Kal. Decemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

12. [d]) Iidem AA. [16]) Aspro [17]). — Quoties de dominio mancipiorum tractatur, si aliis probationibus veritas illuminari non possit, de se [18]) ipsa esse cum tormentis interroganda, iuris auctores probant. PP. III. Id. Mai. Sirmii, Tiberiano et Dione Conss. [291.]

13. [e]) Iidem AA. et CC. Philippae. — Hoc, quod placet, si de hereditate quaeratur, hereditarios servos interrogari, tibi opitulari non potest. Ibi enim, dum [19]) de dominio incertum est, ad quem ex hereditate [20]) pertineat, merito per interrogationem hereditarii servi ad veritatis indaginem pervenitur. Tu autem, asseverando servum communem esse, non dubitas, portionem ad eum pertinere, contra quem interrogari eum cupis. Quae res quaestionem haberi ab eo non permittit, quum nec communis servus adversus dominum [21]), qui non occidisse socium suum dicatur, interrogari possit. S. III. Kal. Mai. Heracliae [22]), AA. Conss. [293 — 304.]

14. [f]) Iidem AA. et CC. Constantio. — Servos non solum pro dominis, sub quorum dominio sunt constituti, sed nec pro his, quorum antea fuerunt, interrogari posse constat. S. VIII. Id. April. Caess. Conss. [294 — 305.]

15. [g]) Iidem AA. et CC. Maximo. — Interrogari servos de facto suo non solum in criminali causa, sed etiam in pecuniaria (veluti quando per eum [23]) depositi vel commodati nomine vel in [24]) aliis causis legibus cognitis res aliis praestitae [25]) sunt) posse, non ambigitur. S. V. Id. April. Caess. Conss. [294 — 305.]

16. [h]) Imppp. Valentinianus, Valens [26]) et Gratianus AAA. ad Antonium, P. P. Galliarum [27]). — Decuriones sive ob alienum sive ob suum debitum exsortes omnino earum volumus esse poenarum, quas fidiculae et [28]) tormenta constituunt. Quod quidem capitale iudici [29]) erit, si in contumeliam ordinis exitiumque tentetur. Maiestatis tantummodo reos, et quae nefanda dictu [30]) sunt, conscios aut molientes ex ordine municipali maneat tam cruenta conditio. Dat. XV. [31]) Kal. Octob. Treviris [32]), Valente V. et Valentiniano [33]) AA. Conss. [376.]

17.

---

[a]) *Bas. LX.* 50. 31. (*T. VII. p.* 807.) — *Sch. e — e.* — [b]) *Bas. LX.* 50. 32. — *Sch. f.* — [c]) *Bas. LX.* 50. 33. — *Sch. g — i.* — [d]) *Bas. LX.* 50. 34. — *Sch. k.* (*T. VII. p.* 823.) — [e]) *Bas. LX.* 50. 35. — *Sch. l — n.* — [f]) *Bas. LX.* 50. 36. (*T. VII. p.* 808.) — *Sch. o. In ms. Bg. lacuna est usque ad l.* 3. *C. IX.* 44. — [g]) *Bas. LX.* 50. 37. — *Sch. p. q.* — [h]) *hausta ex l.* 2 *Th. C. de quaestion. IX.* 35. — *Bas. LX.* 50. 38. — *Sch. r.* (*T. VII. p.* 824.)

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; scil. *post* qui *collocant edd. rell.* — [2]) investigationum, *omisso* in, *ms. Pl.* 2. — [3]) pateretur *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ed. Nbg.*; patietur *Hal.* — [4]) *mss. Cas. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. rell.* — [5]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Carsium *ms. Bg.*; Carissimum [Charissimum] *Hal. et rell.* — [6]) *ms. Pl.* 1., *vet. libri Cuiacii* (*Recitatt. in Cod. h. t.*); ne alienae forte sordidae stirpes *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. rell. Sed Bas.* ἵνα μὴ οἱ ἀλλότριοι, τυχὸν ῥυπαρᾶς ῥίζης ὑπάρχοντες. — [7]) seu *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Nbg.*, *contra Bas.* — [8]) *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. rell.* — [9]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *Bk.*; et CC. *ins. rell.* — [10]) Boto *mss. nonn.* — [11]) pronepotem *ms. Bg.*, *Hal.*; *sed* τοὺς μέχρι προαγγόνων κατιόντας *Bas.* — [12]) prioris *mss. Pl.* 2. *Bg.*; ἐγγυτέρου *Bas.* — [13]) non *ins. Cuiac. Obss. XX.* 29. *propter leg.* 2. §. 2. *D. L.* 2., *contra codd. et Schol. Bas.* — [14]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; disceptationum *edd. rell.* — [15]) *mss. Pl.* 2. *Gt. Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; scientiam et memoriam *ms. Bg.*, *ms. Pl.* 1. *secunda manu*, *edd. rell.* — [16]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Bk.*; et CC. *ins. rell.* — [17]) Betho *ms. Bg.* — [18]) de re *ms. Gt.*; *sed* περὶ ἑαυτῶν *Bas.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; ibi etenim dum *ms. Pl.* 2.; Ibi enim, *om.* dum, *ed. Schf.*; Ubi enim, *om.* dum, *Russ. et rell.* — [20]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; ad quem hereditas *edd. Nbg. Russ. et rell.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Schf.*; communem *addunt edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) Heracleae *Bk.* — [23]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; eos *ms. Pl.* 2., *Russ. et rell.*; *sed* δι' ἑαυτοῦ *Schol. Bas.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal.*; in *om. edd. rell.*; *sed* η ἐν ταῖς ἄλλαις αἰτίαις *Schol. Bas.* — [25]) permissae *Hal.*; *sed Schol. Bas.* παρασχεθέντα ἐστί *Schol. Bas.* — [26]) Valens, Valentinian. *Bk.* — [27]) Gallianorum *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [28]) et *om. ms. Pl.* 1. — [29]) capitale iudicium *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*; capitalis iudicii *Hal. Russ.* — [30]) dicta *mss. Pl.* 1. 2., *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf.*; dicto *Cont. Char. Pac.*, *Theod. C. ed. Gothofr.*, *sed nobiscum facit Haenel.* — [31]) XV. *om. Hal.* — [32]) Treveri *Hal. Russ. Cont.* 62. — [33]) Valentiniano et Valente *Hal.*, *ut sit a.* 365.

17. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae P. P. — Nihil sibi deflecteus a iustitia indignatio cognitorum, nihil venalis exigentium terror in eas, quae aut innocentia [1]) securae aut principali [2]) sunt honore munitae, intelligat licere personas ad inferendas iniurias corporales. Habeat hanc mercedem laboris multiorum munerum testimoniis commendata devotio. Idemque est [3]), si [4]) munia [5]) decurionatus quis deposuit [6]); nam et ipse propter pristinam dignitatem quaestionem non patitur. Dat. XII. [7]) Kal. Septemb. Theodoro V. C. Cons. [399.]

18. [b]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — De tormentis hereditariorum servorum sancimus, nullo discrimine secundum anteriores leges et constitutiones interposito, sive de iure hereditatis aliqua moveatur inter heredes quaestio, sive de corporibus tantum hereditariis, sive de utroque eorum, servos de corporibus tantum hereditariis interrogari; et licere servos eos tantummodo, qui res gerendas [8]) detinent, sive in servitute relicti sunt sive libertatem adipisci per ultimam testatoris voluntatem praecepti sunt, in quaestionem [9]) rerum hereditariarum deduci, et ex his ea, quae occultata [10]) sunt, revelari; prius tamen [11]) sacramento super his a nobis statuto, praestando. Dat. XV. [12]) Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [529.]

Tit. XLII.

[c]) DE ABOLITIONIBUS.

1. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [13]) Paternae. — Praeses provinciae, si perspexerit abolitionem ad omnia crimina, quae mota sunt [14]), pertinentem a se impetratam, ne semel finita instaurentur, intercessione auctoritatis suae prospiciet. Supplicatione vero porrecta nutui [15]) principali, praefata abolitione sopitum crimen ab eadem persona renovari [16]) potest. PP. XV. Kal. Decemb. Diocletiano III. et Maximiano AA. Conss. [287.]

2. [e]) Imp. Constantinus A. ad Ianuarium [17]) P. U. — Abolitio praesentibus partibus causa cognita non a principe, sed a competente iudice postulari debet, id est si per errorem seu temeritatem seu calorem ad accusationem prosiluerit; hoc enim accusator explanans, abolitioni locum faciet. Sin autem per depectionem [18]) vel pecuniis a reo corruptus ad postulandam abolitionem venit, redemtae miserationis vox minime admittatur, sed adversus nocentem rerum inquisitione facta, poena competens exseratur [19]). Hi autem, qui suas suorumque iniurias [20]) defendunt, et qui cognatos suos in accusationem deduxerunt [21]), omnimodo abolitionem petere non prohibentur. Dat. XVI. [22]) Kal. Decemb. Serdicae, Constantino A. V. et Licinio C. [23]) Conss. [319.]

3. [f]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. [24]) ad Probum P. P. [25]) — Fallaciter incusantibus accusationis abolitio non dabitur. §. 1. Sin autem sincera mente accusationem instituerit, et reus aliquid iniuriae inscriptionibus illatae toleraverit [26]), id est si vel carcerem [27]) sustinuerit vel tormenta vel verbera vel catenas, abolitio non petetur, nisi forte ille, qui haec passus est, suum consensum ad petendam abolitionem accommodaverit [28]). §. 2. Quando autem reus nihil tale passus est, postquam fuerit officii custodiae traditus, intra dies triginta accusatori petenti, etiam invito reo, dari permittitur. Post hoc vero [29]) tempus, nisi reus consentiat, censemus non esse tribuendam. §. 3. Quodsi ingenuorum, licet plebeiorum, qui conscii et [30]) participes criminum non erant, testimonii gratia corpora fuerint lacerata [31]) verberibus tormentisque vexata, abolitionem, etiam duarum partium consensu petitam, iubemus vigore iudicis [32]) denegari, et crimen propositum, cuius examen tormentis iam coeperat, agitari. §. 4. Sin autem testibus tormenta minime sunt illata, etiam [33]) sic abolitio non dabitur in illis criminibus (ut in violata maiestate, aut patria oppugnata vel prodita, aut peculatus admisso, aut sacramentis desertis, omniaque quae iure vetere continentur), in quibus iudex

---

[a]) *l.* 6. *Th. C. de quaestion. IX.* 35.; *iungendae l.* 17. *C. de rescind. vend. IV.* 44. *et l.* 51. *C. de decurion. X.* 31., *probabiliter etiam l.* 6. *C. de modo mulctar. I.* 54. — [b]) *Bas. LX.* 50. 39. — *Sch. s — x*; *iungenda l.* 1. *C. de iureiur. propt. calumn. II.* 59. — [c]) *Dig. XLVIII.* 16. — [d]) *Bas. LX.* 64. 1. (*T. VII. p.* 925.) — *Sch. a.* (*T. VII. p.* 927.) — [e]) *efformata ex l.* 1. *Th. C. de abolition. IX.* 37.; *Bas. LX.* 64. 2. — *Sch. b — e.* (*T. VII. p.* 928.) — [f]) *conflata ex l.* 2. 3. 4. *Th. C. de abolition. IX.* 37.; *ita ut inscr. et subscr. et* §§. 1. 4. *ex l.* 2., *princip. ex l.* 3., §§. 2. 3. *ex l.* 4. *descendant*; *Bas. LX.* 64. 3. (*T. VII. p.* 926.) — *Sch. d — f.*

[1]) innocentiae auctoritate *Theod. C.* — [2]) principalitatis *Theod. C.*; principalis *mavult Cuiac. in not. in Cod.* (*Opp. T. X. p.* 731. *ed. Neap.*), *provocans ad l.* 41. *C. VII.* 41. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Russ. Cont.* 62.; est *om. Hal. et rell.* — [4]) *Hal. Russ. Cont.* 62.; et si *rell.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *edd. Schf. Hal.*; munera *edd. rell.* — [6]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *Hal.*; deposuerit *edd. rell.* — [7]) XII. *et mox* Theodosio et Rufinoridio Coss. *Hal.*, *ut sit a.* 403. — [8]) regendas res *ms. Pl.* 1. — [9]) quaestione *mss. Pl.* 1. 2. — [10]) occulta *ms. Pl.* 1., *Russ. Cont. Char. Pac.* — [11]) tamen *om. mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; autem *ed. Nbg.* — [12]) XII. *et mox* Constantinop. *l.* 1. *C. II.* 59. — [13]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *Bk.*; et CC. *ins. edd. rell.* — [14]) quae mota sunt *om. ms. Gt.*; *sed* ἅτινα κινηθέντα εἰσὶν *Schol. Bas.* — [15]) nutu *ms. Pl.* 1., *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; *sed* τὸ κατὰ πόδα *in Schol. Bas. habet* τῷ νεύματι τῷ βασιλικῷ. — [16]) *mss. Pl.* 1. 2., *omnia mss. Russ. et Cont.*, *edd. Schf. Hal.*; revocari *edd. Nbg. Russ. et rell.*; *sed* ἀνακαινίζεσθαι *Schol. Bas.* — [17]) Ianuarinum *Theod. C. ed. Haenel.* — [18]) *cod. Aured. a Char. collatus*, *Theod. C.*, *Cuiac. Obss. II.* 15. *et Recitatt. in Cod. h. t.*; deceptionem *mss. rell. et edd. omnes*; *sed Bas.* ἐὰν δὲ κατὰ συμφωνον. — [19]) *mss. Pl.* 1. 2., *omnia mss. Russ.*, *Theod. C.*; ingeratur *edd.* — [20]) *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal.*; sua suorumq. iniurias *ms. Pl.* 1.; suam suorumq. iniuriam *edd. rell.*; *sed* ἰδίας ἢ τῶν ἰδίων ἀδικίας *Bas.* — [21]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; deducunt *edd. Schf. Russ. et rell.*; *sed* εἰς κατηγορίαν ηνεγκαν *Bas.* — [22]) VI. *Theod. C. et mox* Serdica. — [23]) *Theod. C.*, *Bk.*; C. *om. Hal. et rell.* — [24]) *mss. Vat. Pl.* 1., *l.* 2. *Th. C. cit.*; *Gratianum om. edd. Nbg. Hal. Cont.* 66. *et postea rell. praeter Bk. Male Russ. et Cont.* 62. *receperunt inscr. leg.* 3. *Th. C. cit.* — [25]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *l.* 2. *Th. C. cit.*; P. P. *om. edd. Nbg. Hal. Cont.* 66. *et postea rell. praeter Bk.*; *v. not. anteced.* — [26]) portaverit *ms. Pl.* 1. — [27]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*, *l.* 2. *Th. C. cit.*; carceres *edd. rell.* — [28]) accommodabit *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; accommodavit *ms. Gt.*, *Hal.* — [29]) vero *om. Hal.*, *l.* 4. *Th. C. cit.* — [30]) vel *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *ed. Schf.* — [31]) lacessita *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *ed. Schf.* — [32]) iudicum *l.* 4. *Th. C. cit.* — [33]) et *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*

index non minus accusatorem ad docenda, quae detulit, quam reum ad purganda, quae negat, debet urgere. Dat. prid. [1]) Id. Octob. Treviris, Valentiniano N. P et Victore Conss. [369.]

Tit. XLIII.

[a]) DE GENERALI ABOLITIONE.

1. [b]) Imp. Antoninus A. Butiliano, Consulari Ciliciae [2]). — Qui potentatus et vis aliorumque criminum reum fecit, si post abolitionem ex forma solita reorum factam et [3]) edicta proposita intra diem statutum repetere supersederit, persequi crimina volens non est audiendus. PP. VIII. Kal. Mai. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Paulino. — Quum eo tempore, quo indulgentia nostra crimina exstinxit, accusatio a te instituta non fuerit, publicae abolitionis praescriptio cessat. PP. VI. Id. Februar. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

3. [d]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Senatum. — Indulgentia, patres conscripti, quos liberat, notat, nec infamiam criminis tollit, sed poenae gratiam facit. Dat. XIV. [4]) Kal. Ian. Treviris, Gratiano A. II. et Probo Conss. [371.]

Tit. XLIV.

UT INTRA CERTUM TEMPUS CRIMINALIS QUAESTIO TERMINETUR.

1. [e]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Desiderio, Vicario [5]). — Quisquis accusator reum in iudicium sub inscriptione detulerit, si intra statutum [6]) tempus accusationem coeptam persequi [7]) supersederit, vel, quod est contumacius, ultimo [8]) die adesse neglexerit, quarta bonorum omnium parte mulctatus aculeos consultissimae legis incurrat, scilicet manente infamia, quam veteres iusserant sanctiones. Dat. IV. Id Iul. Treviris, Arcadio A. I. et Bautone Conss. [385.]

2. [f]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Caeciliano P. P. [9]) — Noverint iudices cuilibet culmini honorive praesidentes, necessariis utrique parti, si petantur, dilationibus non negatis, praecedentibus scilicet inscriptionibus, intra certum tempus [10]) criminales causas limitandas; quo emenso subeat accusator, qui destitit, poenam [11]) legibus constitutam, et si persona vilior fuerit, cui damnum famae non sit iniuria, poenam patiatur exsilii, nisi forte [12]) intra statuti [13]) temporis metas consensus partium abolitionem poposcerit. In [14]) iudicum autem debet esse diligentia, ut, si nulla rationabilis a reo vel accusatore dilatio postuletur, urgeant talium causarum notionem, non exspectatis moris [15]). Dat. XII. Kal. Februar. Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

3. [g]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Criminales causas [16]) omnimodo intra duos annos a contestatione litis connumerandos [17]) finiri censemus, nec ulla [18]) occasione ad ampliora produci tempora, sed post biennii excessum, minime ulterius lite durante, accusatum absolvi, scientibus iudicibus eorumque officiis, quod, si litigatoribus admonentibus ipsi litis introductionem vel examinationem distulerint, poena vicenarum librarum auri ferientur [19]). Dat. Kal. April. . . . . [20]).

Tit. XLV.

[h]) AD SENATUSCONSULTUM TURPILLIANUM [21]).

1. [i]) Imp. Antoninus A. Amato [22]). — Is demum in senatusconsultum incidisse videtur, qui crimen publici iudicii detulit, et causa criminis ordinata, id est inscriptionibus depositis, et fideiussore de exercenda lite praestito, eoque, qui accusatur, sub custodia officii facto, non impetrata abolitione ab exsecutione criminis destitit [23]).

2. [k]) Imp. Gordianus A. Appio [24]). — Si pro eo, qui in crimen subscripsit, fidem tuam adstrinxisti, isque destitit, et commissa stipulatio est, non ultra quantitatem, quam spopondisti, obligatus es; eo qui destitit, infamia nihilominus notando, et extra ordinem secundum iudicialem motum puniendo.

3. [l]) Impp. Valerianus et Gallienus AA Syllano [25]). — Quamvis enim ordinem scriptura contineat, ut primo abolitio criminis posceretur, et tunc de [26]) omnibus [27]) placitis obtemperaretur [28]), non observantibus tamen adversariis pactorum fidem, instaurare

---

[a]) *Dig. XLVIII.* 16. — [b]) *Bas. LX.* 64. 4. (*T. VII. p.* 927.) — *Sch. g.* (*T. VII. p.* 929.) — [c]) *Bas. LX.* 64. 5. — *Sch. h.* — [d]) *hausta ex l.* 5. *Th. C. de indulg. crim. IX.* 38.; *Bas. LX.* 64. 6. — *Sch. i.* — [e]) *l.* 1. *Th. C. ut intra cert. temp. IX.* 36.; *Bas. LX.* 65. 1. (*T. VII. p.* 930.) — *Sch. a. b* (*ibid.*) — [f]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. ut intra cert. temp. IX.* 36.; *iungendae l.* 9. 10. *C. de episc. aud. I.* 4., *l.* 7. 8. 9. *C. de defensor. I.* 55., *l.* 11. *C. de testib. IV.* 20.; *Bas. LX.* 65. 2. — *Sch. c. d.* — [g]) *Bas. LX.* 65. 3. — *Sch. e — h.* — [h]) *Dig. XLVIII.* 16. — [i]) *Bas. LX.* 66. 1. (*T. VII. p.* 923.) — *Sch. a.* (*T. VII. p.* 924.) — [k]) *Bas. LX.* 66. 2. — *Sch. b. c.* (*T. VII. p.* 925.) — [l]) *Bas. LX.* 66. 3.

[1]) *Russ. Cont.* 62., *l.* 2. *Th. C. cit.*; D. II. *Hal. et rell.* — [2]) provinciae *mss. Cas. Vat.*; Liniciae *ms. Pl.* 1.; Liciae *al.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Cuiac. Recitatt. in Cod. h. t.*; post *ins. Hal. et rell.* — [4]) XII. *Hal.* — [5]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1., *Theod. C. ed. Haenel.*; Asiae *addunt Hal. et rell.* — [6]) intra anni tempus *Theod. C.*, *et mox* ultimo anni die; *cfr. l.* 3. *h. t.* — [7]) prosequi *Theod. C.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Bk.*, *Theod. C.*; ultima *Russ. et postea rell.* — [9]) post alia *cum Theod. C. ins. Russ. et postea rell.*, *contra mss. mea et edd. Nbg. Hal.* — [10]) intra anni curricula *Theod. C.*, *et mox* intra anni metas; *cfr. l.* 3. *h. t.* — [11]) habeat accusator, quia destitit, poenam sibi *Theod. C.* — [12]) forsitan *Theod. C.*; sponte *ms. Pl.* 2. — [13]) statutas *ms. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal.* — [14]) *mss. Pl.* 1. *Gt.*, *Theod. C.*; in *om. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [15]) anni moris *Theod. C.*; *v. leg. seq.* — [16]) res *ms. Bg.* — [17]) numerandos *ms. Bg.* — [18]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *mss. Cont.*; alia *ins. ms. Pl.* 1., *edd.* — [19]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; feriantur *rell.* — [20]) *hunc diem om. Hal.*; *esse debet annus* 528. *vel* 529. *propter l.* 13. *C. III.* 1. — [21]) Turpilianum *scriptum est in mss. Cas. Pl.* 1. 2. *Bg.*; *accedunt Bas.* — [22]) Imp. const. [constant.] a. anniano *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. — [23]) desistit *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Schf.*; *sed* ἀπέστη *Schol. Bas.* — [24]) Apio *mss. Vat. Pl.* 1., *edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [25]) Arcadio *mss. Cas. Vat.*; arch. *ms. Pl.* 1. — [26]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; dehinc *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [27]) communibus *esse videtur in ms. Pl.* 2. — [28]) obtemperetur *mss. Pl.* 1. *Gt.*; obtemperarent *ms. Pl.* 2.

rare accusationem minime potes, a qua ipse destitisti. PP. prid. Non. Iul. Tusco et Basso Conss. [1]) [258.]

4. [a]) Idem AA. Patrophilo. — Si is, de quo supplicas, contra parentes vestros desertam, ut dicis, accusationem coeperit persequi, praescriptio illi in iudicio praesidis destitutae rei poterit opponi. PP. prid. Non. Mai. Seculare [2]) et Donato Conss. [260.]

5. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [3]) Matronae. — Si femina suam suorumque iniuriam exsequatur, quum ipsa pacto contra vetitum destitisse profiteatur, in senatusconsulti Turpilliani poenam eam incidisse, certi iuris est. Subdita VII. Non. April. Caess. Conss. [4]) [294 — 302.]

6. [c]) Idem AA. et CC. [5]) Lucilio [6]). — In exsecutionibus criminum obtinuisse videtur, illos destitisse, qui animum accusationis implendae prorsus deseruerunt. Quum igitur aliis ex causis vel simplicitatis ratione necdum te ad finem vindictae pervenisse preces tuae testentur, poteris, postposita formidine impedimenti super aliquantulo silentio, institutam accusationem secundum leges perferens, quam probabis tibi debitam, vindictam reportare. PP. III. Kal. Iul. Diocletiano VI. et Maximiano AA. Conss. [7]) [299 — 304.]

Tit. XLVI.

[d]) DE CALUMNIATORIBUS.

1. [e]) Imp. Alexander A. Sabino [8]). — Calumnia eo tempore coerceri solet, quo de causa praesente accusatore iudicatur. Ideoque postea, quam de causa iudicatum est, contra consuetudinem calumniam accusatoris puniri desideras.

2. [f]) Idem A. Apolloniae. — Mater inter eas personas est, quae sine calumniae timore necem filii sui vindicare possunt; idque beneficium senatusconsulti et in aliis publicis iudiciis servatum est. Sed et [9]) extraneus heres, qui suspicionem, quam de morte sua habuisse defunctus cavit, exsequitur, hoc nomine a calumnia excusatus est, quum inter voluntariam accusationem et officii necessitatem heredis multum intersit. PP. VI. Kal. Iul. Iuliano [10]) et Crispino [11]) Conss. [224.]

3. [g]) Idem A. Aemilio [12]). — Qui non probasse crimen, quod intendit, pronuntiatur, si calumniae non damnetur, detrimentum existimationis non patitur. Non enim si reus absolutus est, ex eo solo etiam accusator, qui potest iustam habuisse veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus est.

4. [h]) Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Archelao [13]). — Calumniae poena in paternae mortis accusatione cessat. PP. XI. Kal. Decemb. Caro [14]) et Carino AA. Conss. [283.]

5. [i]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Caesio [15]). — Qui calumniatores pronuntiantur, in publicorum duntaxat iudiciorum quaestionibus, non etiam in liberalibus causis, quae privatas disceptationes continent, periclitari solent.

6. [k]) Idem AA. et CC. [16]) Domitio [17]). — Dominis servorum per accusatoris calumniam tortorum adversus eum [18]) poena dupli lege Iulia providetur. S. XVI. Kal. Septemb. ipsis AA. Conss. [19]) [293 — 304.]

7. [l]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Valerianum P. U. — Non prius quemquam sinceritas tua ad tuae sedis examen iubebit adduci, quam solemnibus satisfecerit, qui nititur fidem doloris asserere, quum iuxta formam iuris antiqui, ei, qui coeperit arguere [20]), aut vindicta proposita sit, si vera detulerit, aut supplicium, si fefellerit. Dat. VII. Kal. Decemb. Remis, Gratiano NB. P. et Dagalaipho Conss. [21]) [366.]

8. [m]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. [22]) Menandro, Vicario Asiae [23]). — Nostris et parentum nostrorum constitutionibus comprehensum est, eos, qui accusationem alienis nominibus praesumsissent, delatorum numero esse ducendos [24]). Atque ideo calumniosissimum caput et personam iudicio irritae delationis infamiae supplicium sequatur [25]), quo postbac singuli universique cognoscant, non licere in eo, quod non possit ostendi, iudicum [26]) animos commovere [27]). Dat. VIII. [28]) Id. Mai. Constantinop. Arcadio A. I. [29]) et Bautone Conss. [385.]

9.

---

[a]) *Bas. LX.* 66. 4. (*T. VII. p.* 924.) — *Sch. d.* — [b]) *Bas. LX.* 66. 5. — *Sch. e. f.* — [c]) *Bas. LX.* 66. 6. — *Sch. g. h.* — [d]) *Dig. XLVIII.* 16. — [e]) *Bas. LX.* 1. 28. (*T. VII. p.* 10.) — *Sch. s — x.* (*T. VII. p.* 31.) — [f]) *Bas. LX.* 1. 29. — *Sch. y — a.* — [g]) *Bas. LX.* 1. 30. — *Sch. b.* (*T. VII. p.* 32.) — [h]) *Bas. LX.* 1. 31. — *Sch. c.* — [i]) *Bas. LX.* 1. 32. — *Sch. d.* — [k]) *Bas. LX.* 1. 33. (*T. VII. p.* 11.) — *Sch. e — g.* — [l]) *l.* 9. *Th. C. de accusat. IX.* 1.; *Bas. LX.* 1. 34. — *Sch. h — l.* (*T. VII. p.* 33.) — [m]) *l.* 2. *Th. C. de calumniator. IX.* 39.; *Bas. LX.* 1. 35. — *Sch. m — s.*

[1]) *subscr. om. Hal.*; *conss. a Russ. et Cont.* 62. *in marg. adduntur.* — [2]) II. *ins. Bk.*; *subscr. om. Hal.* — [3]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; et CC. *om. rell.* — [4]) *subscr. om. Hal*; PP. VI. Id. Apr. Pisi CC. Coss. *subscr. Cuiac. in not. in Cod.* (*Opp. T. X. p.* 732. *ed. Neap.*) — [5]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; et CC. *om. rell.* — [6]) Lucilliano, Luciniano, Luciano *mss. mea.* — [7]) *subscr. om. Hal.*; *in nostra num.* VI. *falsus est, alterius autem cons. num. deficit, fortasse* Diocl. VII. et Max. VI. — [8]) Sabiniano, Saviniano *mss. pleraque.* — [9]) *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. Bk.*; et *om. ms. Pl.* 1., *edd. rell.*; etiam *ins. ms. Pl.* 1. — [10]) II. *ins. Bk.* — [11]) Crispo *Russ. et rell. praeter Bk.*; *subscr. om. Hal.* — [12]) Eumeliano, Eumiliano, Emiliano *mss. mea.* — [13]) *mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Arcelao *ms. Cas.*; Arcadio *Hal. et rell.* — [14]) II. *ins. Bk.*; *subscr. om. Hal.* — [15]) Cessio *ms. Pl.* 1.; Cestio *al.* — [16]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; et CC. *om. rell.* — [17]) Dominico *ms. Pl.* 1. — [18]) eam *ms. Pl.* 2. — [19]) *hanc subscr. restituit Cuiac. in not. in Cod.* (*Opp. T. X. p.* 732. *ed. Neap.*); S. XV., *nihilque supra, Russ. et rell.* — [20]) urguere [urgere] *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russ. et Cont.*, *ed. Schf.*, *Theod. C. ed. Gothofr.* — [21]) *subscr. abest ab Hal.*, *haud dubie ex Theod. C. restituta est apud Russ. Cont.* 62. *Sp. Bk.*, *in marg. reiecta a Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [22]) *hos impp.*, *quos habent Russ. et postea rell. praeter Bk.*, *firmant Theod. C. et mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Iid. AA. *ms. Bg.*, *ed. Nbg.*; Iid. AA. et Arcad. A. *Hal.*; *Bk.*, *sublato Gratiano, addit Arcadium, recte quidem secundum chronologiam, sed vitium, quod compositoribus Cod. imputandum videtur, non emendare licet; v. not.* 1. *ad l. seq.* — [23]) Assyriae *ms. Bg.* — [24]) dicendos *ms. Bg.*, *ed. Schf.*; adiciendos *ed. Nbg.* — [25]) infamem deportatio sequatur *Theod. C. Notabile autem est et in Bas. dici, eiusmodi calumniatorem* ἀτιμοῦσθαι καὶ περιορίζεσθαι [*infamia notari et deportari*]. — [26]) principum *Theod. C.* — [27]) *ms. Pl.* 2., *ed. Schf.*, *Theod. C.*; convenire *ms. Bg.*; commoveri *ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [28]) VII. *Hal.*, *a quo abest locus.* — [29]) *Russ. Bk.*, *Theod. C.*; I. *om. rell.*

9. [a]) Idem AAA. [1]) Floro P. P. — Fallaciter incusautibus, maxime post exhibitionem accusati, nullius iuris color, veluti derivata [2]) excusatione, proficiat; non publica [3]) abolitio, non privata talibus proficiat [4]) subveniatque personis; non specialis indulgentia, ne [5]) beneficium quidem eos generale subducat. Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. Antonio et Syagrio Conss. [6]) [382.]

10. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis, Senatui [7]) salutem dicunt [8]). — Quisquis crimen intendit, non impunitam fore noverit licentiam mentiendi, quum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Dat. VIII. Id. August. Ravennae, Asclepiodoto et Mariniano Conss. [9]) [423.]

Tit. XLVII.

[c]) DE POENIS.

1. [d]) Imp. Titus Aelius Antoninus A. Lucio [10]). — In [11]) opus perpetuum [12]) damnati non dissimilis conditionis sunt ab his, qui deportantur in insulam. — PP. sine die et consule [13]).

2. [e]) Imp. Antoninus A. Valerio. — Procurator meus, qui vice praesidis non fungebatur, exsilii tibi poenam non potuit irrogare, ac propterea frustra vereris sententiam, quae nulla iuris ratione subnixa est.

3. [f]) Idem A. Geminiano [14]). — Decurionem in opus publicum dari non oportere, manifestum est.

4. [g]) Idem A. Marinae. — Si ante conceptus est puer, de quo libellos dedisti, quam mater eius in metallum condemnaretur [15]), natus conditionis eius est, cuius ante condemnationem mater eius fuit.

5. [h]) Idem A. Senetioni [16]). — Honor veteranis etiam in eo habitus est, ut liberi eorum usque ad primum duntaxat gradum poena metalli vel operis publici non afficiantur, sed in insulam relegentur.

6. [i]) Idem A. Appio [17]). — Incredibile est, quod allegas, liberum hominem, ut vinculis perpetuis contineretur, esse damnatum; hoc enim vix in sola servili conditione procedere potest. PP. III. Id. Febr. Messala et Sabino Conss. [18]) [214.]

7. [k]) Imp. Alexander A. Isidoro. — Impunitas delicti propter aetatem non datur, si modo in ea quis sit, in quam [19]) crimen, quod intenditur, cadere potest.

8. [l]) Idem A. Victorino [20]). — Deportatorum in insulam ab eo, cui id faciendi ius erat, bona fisco vindicantur, relegatorum autem non, nisi sententia specialiter ademta fuerint.

9. Idem A. Demetriano [21]). — Si matrem tuam decurionis filiam fuisse probatum fuerit, apparebit, eam non oportuisse in ministerium metallicorum [22]), nec in opus metalli dari.

10. Idem A. Catullino [23]). — Servus sub poena vinculorum sine temporis praefinitione domino reddi iussus sententia praesidis provinciae, perpetuo vinctus esse debet.

11. [m]) Imp. Gordianus A. Titiano [24]). — Metalli supplicium tam ad personas liberas, quam etiam ad servilis pertinet conditiones.

12. [n]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. in consistorio dixerunt: Decurionum filii non debent bestiis subiici. Quumque a populo exclamatum esset [25]), iterum dixerunt: Vanae voces populi non sunt audiendae; nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut obnoxium [26]) crimine absolvi, aut innocentem condemnari desiderant [27]).

13. [o]) Idem AA. Ursino [28]). — Servo ex sententia damnato, si quoquo modo ex sententia proprietatis ius amputatum non sit, domino suo obsequium par [29]) est.

14. [p]) Idem AA. et CC. Vitali [30]). — Si operis publici temporalis poenae sententia praefinitus necdum [31]) excessit dies, hunc exspectari convenit, quum non remitti poenam facile publice intersit, ne ad maleficia temere quisquam prosiliat.

15.

---

[a]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de abolition. IX.* 37.; *iungendae l.* 25. *C. de probat. IV.* 19., *l.* 3. *C. de secund. nupt. V.* 9., *l.* 3. *C. de abolit. IX.* 42.; *Bas. LX.* 1. 36. — *Sch. t — y.* (*T. VII. p.* 34.) — [b]) *pars legis* 17. *C. de accusat. IX.* 2.; *hausta ex l.* 19. *Th. C. de accusat. IX.* 1.; *iungendae l.* 12. *C. de testib. IV.* 20., *l.* 3. *C. de libertis. VI.* 7., *l.* 21. *C. qui accus. non poss. IX.* 1.; *Bas. LX.* 1. 37. — [c]) *Dig. XLVIII.* 19. — [d]) *Bas. LX.* 51. 44. (*T. VII. p.* 839.) — *Sch. y. z. a.* (*T. VII. p.* 862.) — [e]) *Bas. LX.* 51. 45. — *Sch. b — d.* — [f]) *haec l. abest a ms. Gt., in ms. Bg. haec est legum series:* 2. 5. 3. 6 — 11. 4. 12. — [g]) *Bas. LX.* 51. 46. — *Sch. e.* — [h]) *Bas. LX.* 51. 47. — [i]) *Bas. LX.* 51. 48. (*T. VII. p.* 840.) — *Sch. f.* (*T. VII. p.* 863.) — [k]) *Bas. LX.* 51. 49. — *Sch. g — k.* — [l]) *Bas. LX.* 51. 50. *et* 51. — *Sch. l — o.* — [m]) *Bas. LX.* 51. 52. — *Sch. p.* — [n]) *Bas. LX.* 51. 53. — *Sch. q — s.* — [o]) *Bas. LX.* 51. 54. — *Sch. t — x.* (*T. VII. p.* 864.) — [p]) *Bas. LX.* 51. 55. — *Sch. y — a.*

[1]) Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA. *Bk., contra codd. et edd.*; *v. not.* 23. *ad l.* 8. *h. t.* — [2]) depravata *ms. Bg.* — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Hal. Bk., Theod. C.*; quidem *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [4]) prospiciat *Theod. C.* — [5]) *ms. Pl.* 1., *Theod. C.*; nec *rell.* — [6]) *subscr. om. Hal.* — [7]) suo *ins. Theod. C.* — [8]) *sic mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., Theod. C.*; *siglis* S. D. *utuntur Hal. et rell.* — [9]) *subscr. om. Hal.*; *conss. om. Cont.* 62.; *locus et conss. in marg. reiecti sunt a Russ.* — [10]) Lucio *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Euticiano pp. *ms. Bg.*; Luciano *al.* — [11]) *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *probante Contio in marg.*; Etiam *in ms. Pl.* 1., *edd.* — [12]) opus publicum *ms. Bg.*; opus publicum in perpetuum *ms. Pl.* 2.; *sed* καταδικασθέντες διηνεκῶς εἰς ἔργον *Bas.* — [13]) *subscr. om. Hal.* — [14]) *ms. Pl.* 1.; Geminio *ms. Vat.*; Gemmio *ms. Vat.*; Senitioni *ms. Bg.*; Senatui *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [15]) daretur *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; damnaretur *ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.* — [16]) Senecioni, Senetioni, Senectioni *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Senat. *ed. Nbg.*; Senatui *Hal. et rell.* — [17]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*; Cappio *ms. Cas.*; Apio *ms. Vat.*; Alpio *ed. Nbg.*; Alphio *Hal. et rell.* — [18]) *subscr. om. Hal.* — [19]) qua *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *ed. Schf.* — [20]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Victori *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [21]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Demetrio *ms. Bg.*, *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [22]) metallorum *mss. Pl.* 1. 2. — [23]) *mss. Cas. Vat.*; Catulino *ms. Pl.* 1.; Catullo *Hal. Russ. Cont.* 62.; Catulo *ms. Bg.*, *edd. rell.* — [24]) Attiano *mss. Cas. Vat.*; Atiliano *ms. Pl.* 1. — [25]) est *mss. Pl.* 1. 2. *bg.*, *edd. Nbg. Schf.* — [26]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*; noxium *Russ. et rell.*; ὑπεύθυνον *Bas.* — [27]) desideraverint *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *ed. Nbg.* — [28]) Ursiano *mss. Cas. Pl.* 1.; Ursinano *ms. Vat.* — [29]) parius *ms. Bg.*; peraequum *ed. Nbg.* — [30]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; Vicario *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*; nondum *edd. rell.*

15. [a]) Idem AA. et CC. Agathemero [1]). — Poenam sua dictam sententia praesidi provinciae revocare non licet.

16. [b]) Imp. Constantinus A. ad Catulinum [2]). — Qui sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem in quempiam promat severamque sententiam, quam in adulterii vel homicidii vel maleficii crimen [3]) aut sua confessione aut certe omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conspirantes concordantesque [4]) rei finem, convictus sit, et sic in obiecto flagitio deprehensus, ut vix etiam ipse ea, quae commiserit [5]), negare sufficiat. Dat. III. [6]) Non. Novemb. Treviris. Accepta XV. Kal. Mai. Hadrumeti, Volusiano et Anniano Conss. [314.]

17. [c]) Idem A. Eumelio [7]). — Si quis in metallum fuerit [8]) pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in eius facie scribatur, quum [9]) et in manibus et in suris possit poena damnationis una scriptione [10]) comprehendi, quo [11]) facies, quae ad similitudinem pulchritudinis est coelestis figurata, minime maculetur. Dat. XII. Kal. April. Cabillono, Constantino A. IV. et Licinio IV. Conss. [12]) [315.]

18. [d]) Imp. Constantius A. Theodoro, V. P. [13]) Praesidi [14]) Arabiae. — Quum [15]) reis manifesta probatione convictis spatium ante sententiam temporis [16]) datur, facultas supplicandi vel quibusdam malignis artibus tam praesidum quam officialium [17]) poenas evitandi [18]) criminosissimis patet, quum [19]) in homicidii crimine et in aliis detectis [20]) gravioribus causis ultio differenda non sit. Igitur de cetero iuxta criminis qualitatem legem oportet servari, et in sceleresos et [21]) noxios proferri iuris sententiam. Dat. Id. Octob. Constantio A. IV. [22]) et Constante C. Conss. [352.?]

19. [e]) Impp. Gratianus et Valentinianus [23]), AA. Olybrio [24]) P. U. [25]). — Ne quis pro coercitione [26]) delicti vel pistoribus vel cuicunque alteri corpori, quum alterius sit corporis, addicatur; sed unusquisque pro crimine, in quo fuerit deprehensus, motum [27]) congruae severitatis excipiat [28]). Dat. III. Id. April. Valentiniano et Valente AA. [29]) Conss. [368.?]

20. [f]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Flaviano, P. P. Illyrici et Italiae [30]). — Si vindicari in aliquos severius contra nostram consuetudinem pro causae iniuria iusserimus, nolumus statim eos aut subire poenam, aut excipere sententiam; sed per dies triginta super statu eorum sors et fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat [31]) vinciatque custodia, et excubiis solertibus vigilanter observet. Dat. XV. [32]) Kal. Septemb. Veronae, Antonio et Syagrio Conss. [382.]

21. [g]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. [33]) ad Principium P. P. — Ne diu apparitorum prava admodum venalisque perfidia in publica impune commoda [34]) desaeviret [35]), censuimus [36]), etiam in absentes eos [37]) pro competenti ultione debere consurgi. Dat. Kal. Iun. Arcadio A. [38]) et Bautone Conss. [385.]

22. [h]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano P. P. — Sancimus, ibi esse poenam, ubi et noxia [39]) est. Propinquos, notos, familiares procul a calumnia summovemus, quos reos sceleris societas non facit; nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperitur [40]) delictum. Hoc singulis quibusque [41]) indicibus intimetur. Dat. VIII. Kal. August. Constantinop. [Eutropio et [42])] Theodoro VV. CC. Conss. [399.]

23.

---

[a]) *Bas. LX.* 51. 56. (*T. VII. p.* 841.) — *Sch. b—d.* — [b]) *l.* 1. *Th. C. de poenis. IX.* 40.; *iungenda l.* 12. *C. de appellat. VII.* 62.; *Decr. Grat. c.* 2. *C. II. q.* 1.; *Bas. LX.* 51. 57. — *Sch. e. f.* (*T. VII. p.* 865.) — [c]) *l.* 2. *Th. C. de poenis. IX.* 40.; *Bas. LX.* 51. 58. — *Sch. g.* — [d]) *l.* 4. *Th. C. de poenis. IX.* 40.; *Bas. LX.* 51. 59. — *Sch. h—k.* — [e]) *l.* 9. *Th. C. de poenis IX.* 40.; *Bas. LX.* 51. 60. — *Sch. l.* — [f]) *l.* 13. *Th. C. de poenis. IX.* 40.; *Bas. LX.* 51. 61. (*T. VII. p.* 842.) — *Sch. m. n.* — [g]) *l.* 14. *Th. C. de poenis. IX.* 40.; *Bas. LX.* 51. 62. — *Sch. o. p.* (*T. VII. p.* 866.) — [h]) *l.* 18. *Th. C. de poenis. IX.* 40.; *Bas. LX.* 51. 63. — *Sch. q. r.*

[1]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Regerio *ms. Bg.*; Agath. *ed. Nbg.*; Agatho *Hal. et rell.*; ad Agathonem *praesidem datam esse const., minus recte censet Cuiac. in Obss. XX.* 23. *Cfr. not. ad l.* 5. *C. IX.* 16. — [2]) Proconsulem Africae *addunt Hal. et postea rell., contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et Theod. C. et l.* 12. *C. VII.* 62., *refragante etiam subscriptione. Honor mihi videtur ab Hal. male repetitus fuisse ex l.* 4. *C. III.* 11. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ., Theod. C.*; crimine *Cont. et rell.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt., omnia mss. Russardi, edd. Nbg. Schf. Hal.*; conspirantem concordantemque *Theod. C., Bk.*; conspirante concordanteque *Russ. et rell., quos tuetur ms. Bg.* — [5]) commisit *mss. Pl.* 2. *Bg.* — [6]) IIII. *Hal.* — [7]) Euthymelo *Hal.*; Eutumel. *ed. Nbg.* — [8]) in ludum fuerit vel in metallum *Theod. C.* — [9]) dum *Theod. C.* — [10]) *ms. Bg., Theod. C.*; subscriptione *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Nbg. Schf. Hal.*; inscriptione *Russ. et rell.*; *sed* μιᾷ γραφῇ *Bas.* — [11]) qua *ms. Bg.* — [12]) *subscr. om. Hal.* — [13]) V. P. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.* — [14]) praefecto *mss. Vat. Pl.* 1. — [15]) Dum *Theod. C., Bk.* — [16]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf., Theod. C.*; spat. temp. ante sent. *edd. rell.* — [17]) officiorum *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg.* — [18]) vel quibusdam — evitandi *om. Theod. C.* — [19]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.*; et *ins. ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [20]) detecti *Theod. C.* — [21]) in *ins. Theod. C.* — [22]) V. *emendat Iac. Gothofr., ut sit a.* 352.; *subscr. om. Hal.* — [23]) *in his Impp. conspirant mss. Cas. Vat. Pl* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; Valentinianus et Valens *Russ. et postea rell. praeter Bk., secuti Theod. C.*; Valentinianum Valentem et Gratianum *restituit Bk.* — [24]) ad Olybrium *Russ. et postea rell. cum Theod. C., contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et Hal.* — [25]) P. U. *om. mss. Vat. Pl.* 1. *Bg.*; P. P. *ms. Cas. Hal.* — [26]) atrocitate *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*; *sed* ἐπὶ κολάσει *Bas.* — [27]) modum *Russ. in marg.*; *sed* τὴν κίνησιν *Bas.* — [28]) excipiet *Theod. C.* — [29]) II. *ins Iac. Gothofr. in not. et Cont.* 62., *ut sit a.* 368., *quod probo, quum de Gratiano in inscr. recipiendo mihi constare videatur*; *subscr. om. Hal.*; et Valente A. *om. Russ.* — [30]) et Italiae *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg., edd. Nbg. Hal.*; *videntur inserta ex Theod. C.* — [31]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf., Theod. C.*; excipiat *ms. Pl.* 2., *edd. rell.* — [32]) XI. *Hal.* — [33]) Iidem et Arcadius AAA. *inscribendum videtur secundum mss. Cas. Vat. Bg.*; Iidem Augusti, *omissa rel. inscr., edd. Nbg. Hal.* — [34]) impune in publ. comm. *edd. Schf. Hal. et postea rell., contra meos codd. et Theod. C.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.*; desaeviat *Russ. et rell.* — [36]) *Hal., Theod. C.*; censemus *rell.* — [37]) eos *om. Theod. C.*; reos *ms. Gt. ex correct.*; *sed* ἀπόντας αὐτοὺς *Bas.* — [38]) I. *ins. Bk.*; *subscr. om. Hal.* — [39]) noxa *ms. Pl.* 1., *Theod. C.* — [40]) *ms. Pl.* 2., *Theod. C.*; reperietur *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt.*; reperiatur *edd.* — [41]) quibuscunque *mss. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [42]) Eutropio et *recte absunt a Theod. C., quem sequitur Bk.*; *cfr. not.* 3. *ad l.* 7. *C. III.* 11. *et Cuiac. Obss. III.* 19.

23. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Anthemium P. P. — Omnes, quos damnationis sonditio diversis exsiliis destinatos metas temporis praestituti in carceris implesse custodia deprehendit [1]), solutos poena vinculisque laxatos custodia liberari praecipimus, nec formidare miserias ullas exsilii. Sit satis immensorum cruciatuum semel luisse [2]) supplicia, ne [3]), qui diu privati sunt aurae communis haustu et lucis aspectu, non [4]) intra breve spatium, catenarum ponderibus praegravati, etiam exsilii poenam sustinere iterum compellantur. Dat. XIV. Kal. Mai. Constantio et Constante VV. CC. Conss. [5]) [414.]

24. [b]) Iidem AA. Monaxio P. P — Rectores provinciarum conveniri praecipimus, ut hi, qui pro suo crimine poenam exsilii sub certo temporis spatio subire decreti sunt, exacto praefinito tempore, nec claustris carceralibus, nec in locis, quibus [6]) exsules versati sunt, teneantur. Dat III. Kal. Sept. Eudoxiopoli, D. N. Theodosio A. VII. et Palladio V. C. Conss. [7]) [416.]

25. [c]) Iidem AA. Monaxio P. P. — His, qui conficiendi naves incognitam ante peritiam barbaris tradiderunt [8]), capitale supplicium [9]) proponi decernimus. Dat VIII. Kal. Octob. Constantinop. Monaxio et Plinta Conss. [10]) [419.]

26. A. [d]) *Epitome graecae const. Iustiniani* [11]) *ex Bas.*

Ἡ διάταξις κελεύει, τοὺς πεμπομένους ἐν ἐξορίᾳ μὴ διάγειν ἐν τῇ φυλακῇ τῶν τοπων, εἰς οὓς ἐπέμφθησαν, ἀλλὰ μήτε ἐξορίζεσθαί τινα εἰς τὸ φρούριον τῆς Γύψου ἢ εἰς ἑτέρας φυλακάς. ἀλλ' εἰ μὲν τὸ ἁμάρτημα ἄξιόν ἐστι θανάτου, ὑποκεῖσθαι τῇ τοιαύτῃ κολάσει, εἰ δὲ ἐξορίας, ἢ διηνεκοῦς [12]) ἢ προςκαίρου, τότε ἐξορίζεσθαι αὐτοὺς, μὴ κελευομένους ἐν ταῖς φυλακαῖς τῶν τόπων, ἐν οἷς πέμποντοι, ἀποτίθεσθαι, ἀλλὰ πέμπεσθαι εἰς ἐπαρχίαν, εἰς ἣν ἂν ὁ δικάζων ὁρίζῃ, χωρὶς τῶν ὑπεξῃρημένων κατωτέρω ἐπαρχιῶν τε καὶ πόλεων, ἔχοντας αὐτοὺς ἐξουσίαν ἐν πάσῃ τῇ ἐπαρχίᾳ, εἰς ἣν ἐπέμφθησαν, διατρίβειν, μὴ δυναμένους ἐξιέναι τῆς ἐπαρχίας, ἢ μένοντας ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἄτακτόν τι ποιησαι. Ἐὰν δέ τις ἢ τῆς ἐπαρχίας ἐξέλθῃ, ἢ μένων ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἄτακτόν τι ποιήσῃ, ἔστω ὑπὸ τὸν ἔσχατον κίνδυνον τιμωρούμενος ἢ παρὰ τοῦ ἄρχοντος τῆς ἐπαρχίας ἢ παρὰ τοῦ ἄρχοντος ἐκείνων τῶν τόπων, εἰς οὓς ἔφυγε.

§. 1. Καὶ οἱ βαλλόμενοι δὲ ἐν δεσμωτηρίῳ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει μὴ μενέτωσαν ὑπὲρ τὸν χρόνον τὸν ὁρισθέντα ἤδη ἐν τῷ ἀνωτέρῳ τίτλῳ περὶ τῶν φυλαττομένων. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις συντομωτέραν γίνεσθαι τὴν ἐξέτασιν τῶν ἐγκλημάτων· καὶ ἐὰν φανῇ τις ἄξιος ἐξορίας, ἐξορίζεσθαι αὐτόν, μὴ εἰς φυλακὴν, ἀλλ' εἰς ἐπαρχίαν, χωρὶς τῶν ἀπηγορευμένων, ἐπὶ τῷ πάλιν ὑποκεῖσθαι αὐτοὺς τῇ ἐσχάτῃ τιμωρίᾳ, ἢ ἐὰν ἐξέλθωσι τῆς ἐπαρχίας, ἢ ἐκεῖσε διάγοντες ἄτακτόν τι ποιήσωσι.

§. 2. Τοὺς δὲ ἄρχοντας Ἀλεξανδρείας καὶ Θηβαΐδος κελεύει μόνους εἰς Γύψσον καὶ εἰς Ὄασιν ἐκπέμπειν αὐτους, ἢ ἕως ἓξ μηνῶν, ἢ τὸ μήκισιον ἕως ἐνιαυτοῦ. Εἰ δὲ διηνεκής ἐστιν ἡ ἐξορία, μήτε εἰς Γύψσον πεμπέτωσαν, μήτε εἰς Ὄασιν, μήτε εἰς φυλακὴν ἑτέρας ἐπαρχίας, ἀλλ' ὡς εἴρηται εἰς τελείαν ἐπαρχίαν, ἐπὶ τῷ, εἴ τι πταίσουσιν ἢ παρεξέλθωσι τὰς κελεύσεις τῶν πεμψάντων αὐτοὺς ἀρχοντων, εἰς ἔσχατον τιμωρηθῆναι.

§. 3.

Constitutio iubet, missos in exsilium nequaquam degere in custodia eorum locorum, in quae missi sunt, sed nec relegari quemquam in arcem Gypsi vel in alia praesidia. Sed si quidem crimen sit morte dignum, huic poenae subiaciantur; sin exsilio, vel perpetuo vel temporario, tunc in exsilium mittantur, ita tamen, ut non iubeantur esse in custodiis locorum, in quae missi sunt, sed mittantur in provinciam, quam iudex definierit (praeter provincias et civitates infra exceptas), cum potestate versandi in tota provincia, in quam missi sunt; neque vero liceat exire ex ea provincia, vel inordinate quidquam agere, dum in ea commorantur. Quodsi quis vel provincia excedat, vel in ea manens inordinatum quid fecerit, ultimo supplicio afficiatur vel a praeside provinciae, vel a praeside illorum locorum, in quae confugit.

§. 1. *Et qui coniecti in carcerem sunt in hac regia urbe, ibi non maneant ultra tempus iam definitum in superiori titulo de custodiis. Et simili modo in provinciis breviore tempore confici inquisitionem criminum; et si quis dignus exsilio videatur, eum re legari, non in carcerem, sed in provinciam, quae non sit ex prohibitis, ea lege, ut ultimo supplicio subiaceant, si provincia excesserint, vel ibi versantes inordinatum quid admiserint.*

§. 2. *Praesides autem Alexandriae et Thebaidos solos iubet in Gypsum et in Oasin eos mittere, vel in sex menses, vel ad summum in annum. Si vero perpetuum est exsilium, neque in Gypsum mittant, neque in Oasin, neque in custodiam alterius provinciae, sed, ut dictum est, in integram provinciam, ea lege, ut, si quid deliquerint vel iussa praesidum, qui eos miserunt, transgressi fuerint, ultimo supplicio afficiantur.*

§. 3

---

[a]) *l.* 22. *Th. C. de poenis IX.* 40.; *Bas. LX.* 51. 64. — *Sch. s. t.* — [b]) *l.* 23. *Th. C. de poenis IX.* 40.; *Bas. LX.* 51. 65. (*T. VII. p.* 843.) — *Sch. u. x.* — [c]) *hausta ex l.* 24. *Th. C. de poenis. IX.* 40. — *Bas. LX.* 51. 66. — *Sch. y.* (*T. VII. p.* 867.) — [d]) *Graecae const., quam deesse docent* Paratitla *ad coll. const. eccl. I.* 3. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1271.) *servatur* 1., *argumentum in Bas. LX.* 51. 67.; *cuius supplementum est* 2., *in* Paratitlis *l. c., quae simul perhibent, verbum initiale ipsius const. fuisse* Θεσπίζομεν. *Ant. August. in coll. graec. const. restituit utrumque textum, sed primi solam versionem Cuiacianam, quae recepta fuit a Cont.* 71. *Char. Pac. Sp. Licet iam Cuiac. in Obss. XX.* 31. *graeca edidisset, primus tamen Bk. ea recepit. Equidem utrumque textum restituendum censui.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2., *ed. Nbg.*, *Theod. C.*; deprehenderit *ms. Bg.*, *edd. rell.* — [2]) eluisse *Theod. C.* — [3]) hi *ins. edd. Schf. Hal. et postea rell.*, *contra omnia mss. mea et Russardi et Theod. C.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; non *om. Cont. et rell. cum Theod. C.*, *sed contra Bas.*, *quae ita habent:* Ἵνα μὴ οἵτινες ἐπὶ πολὺ στερηθέντες εἶσι τῆς τοῦ κοινοῦ ἀέρος ἀναπνοῆς καὶ τῆς τοῦ φώτος θεας ἐπὶ πολὺ ἐστηρηθῆσαν, τοῖς τῶν λύσεων βάρεσι etc. — [5]) *subscr. om. Hal.* — [6]) in quibus *Theod. C.* — [7]) *subscr. om. Hal.* — [8]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; tradiderint *Russ. et rell.* — [9]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*, *Theod. C.*; iudicium *Sp. Bk.* — [10]) *subscr. om. Hal.* — [11]) *hanc esse Iustiniani const.*, *Cuiac. l. c. merito inde coniicit*, *quod in* §. 1. *mentio fit legis* 6. *C. IX.* 4. — [12]) διηνεκῶς *Bk.*

§. 3. *Κελεύει δὲ τοὺς ταξεώτας τοὺς ἐν ἑκάστῳ δικαστηρίῳ ὑπομιμνήσκειν τοὺς ἄρχοντας περὶ τούτου τοῦ νόμου, καὶ μηδὲ κατέχεσθαί τινα ὑπὲρ τὸν χρόνον τῆς ἐξορίας ἑαυτοῦ, ἀλλὰ παραχθῆμα ἀφίεσθαι ἀζημίως καὶ ἀδιαστρόφως, τὸν δὲ ἐπιχειρήσοντά τι λαβεῖν, τὸ τετραπλάσιον ἀποδιδόναι.*

§. 4. *Κεκώλυνται [1]) δὲ οἱ ἄρχοντες ἐξορίζειν εἰς τὰς ὑποτεταγμένας τῇ διατάξει ἐπαρχίας τε καὶ πόλεις.*

§. 3. *Iubet autem officiales cuiusque iudicii huius legis commonefacere praesides, neque retinere quemquam ultra tempus exsilii sui, sed statim eos dimittere sine damno et mora, eum vero, qui aliquid accipere ausus fuerit, quadruplum reddere.*

§. 4. *Prohibentur autem praesides relegare in provincias et civitates constitutioni subiectas.*

B. ***Supplementum eiusdem const. ex Paratitlis ad coll. const. eccl.***

Οἱ κατὰ [2]) τόπον ἐπίσκοποι φροντιζέτωσαν παραφυλαχθῆναι ἐν [3]) τοῖς ἐξοριζομένοις διηνεκῶς ἢ ἐπί τινα χρόνον ῥητὸν τὰ προστεταγμένα τῇ διατάξει.

Cuiusque loci episcopi curam gerant, ut in iis, qui in perpetuum vel in certum tempus relegantur, hac constitutione praecepta serventur.

Tit. XLVIII.

NE SINE IUSSU PRINCIPIS CERTIS IUDICIBUS LICEAT CONFISCARE.

1. [a]) Impp. [4]) Theodosius A. et Valentinianus C. [5]) ad Hierium [6]) P. P. — Nulli iudicum liceat, exceptis his [7]), qui in summa administrationis sunt positi potestate, proscriptionis tempestate totius substantiae aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur. Dat. X. Kal. Febr. Constantinop. [8]) Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Conss. [425.]

Tit. XLIX.

[b]) DE BONIS PROSCRIPTORUM SEU DAMNATORUM.

1. [c]) Imp. Antoninus A. Marcello [9]). — Servorum capitis crimine [10]) damnatorum peculia dominis non auferri, notum est, sed quod servum dominus habuisse probaverit, recipiet, pretiumque rerum, si quae ab eo distractae sunt. Ipsius quoque praesentiae potestas ei dabitur, quoad rationes per eum administratae reddantur ac disponantur [11]). Sed meminisse dominum oportebit instare, ut id velocius fiat, ut poenae suae reddi possit.

2. [d]) Imp. Alexander A. Frontoni. — Deportati nec earum quidem rerum, quas post poenam irrogatam habuerint, heredem habere possunt, sed [12]) hae publicantur [13]).

3. Idem A. Iuliano. — Si filius tuus, quum esset in tua [14]) potestate, in insulam deportari meruit, peculium eius, nec quod in castris acquisivit, vel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet. PP VI Id. Sept. Alexandro II. et Marcello Conss. [15]) [226.]

4. Imp. Gordianus A. Callimorpho. — In metallum damnatus poenae servus efficitur, et ideo eiusmodi sententiam passi bona vindicantur rationibus fisci. Quare si quid rerum habuit is, quem postea nostra [16]) indulgentia liberatum esse proponis, ad ius fisci potius, quam ad ipsius dominium pertinet.

5. [e]) Imp. Philippus A. et Philippus C. [17]) Aruntiano [18]). — Si, ut proponis, bona eius, qui tutelam tuam administravit, sententiam passi ad fiscum sunt devoluta, procuratorem nostrum adire cura, qui, si quid [19]) iure posci animadverterit, non negabit.

6. [f]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [20]) Gaudentio. — De bonis matris deportatae filiis nihil deberi, iuris absolutissimi est [21]).

7. [g]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum P. P. — Si quis intra provinciam pro qualitate delicti stilum proscriptionis incurrerit, per ordinarii officii sollicitudinem bonorum eius indago diligentissime celebretur, ne quid rei privatae commodis per gratiam atque colludium furto [22]) subducatur. Et plena descriptio comprehendat, quod spatium et quod sit ruris ingenium, quid aut cultum [23]) sit aut colatur, quid in vineis, olivis [24]), aratoriis, pascuis, silvis fuerit inventum, quae etiam gratia et quae amoenitas sit locorum, quis [25]) aedificiis ac possessionibus [26]) ornatus, quotve mancipia in praediis occupatis

---

[a]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. ne sine iussu princ. IX.* 41.; *Bas. LX.* 67. 1. (*T. VII. p.* 926.) — *Sch. a. b.* (*ibid.*) — [b]) *Dig. XLVIII.* 20. — [c]) *Bas. LX.* 52. 12. (*T. VII. p.* 872.) — *Sch. u — z.* (*T. VII. p.* 876.); *Decret. Ivon. XVI.* 98. — [d]) *Bas. LX.* 52. 13. — *Sch. a. b.* — [e]) *Bas. LX.* 52. 14. — *Sch. c.* — [f]) *fortasse iungenda l.* 11. *C. de religios. III.* 44. — [g]) *l.* 7. *Th. C. de bonis proscript. IX.* 42.; *Bas. LX.* 52. 15. (*T. VII. p.* 873.) — *Sch. d. e.* (*T. VII. p.* 877.)

[1]) *Κελεύονται Bk.* — [2]) *Augustin.*; *τὸν ins. Voëllus.* — [3]) *ἐπὶ Augustin.* — [4]) Imp. *Theod. C.* — [5]) Theod. et Val. AA. *mss. Cas. Vat. Bg., ed. Nbg.* — [6]) Hieroclem *ms. Pl.* 1.; Hierodem *mss. Cas. Vat.*; Gerodem *ms. Bg.* — [7]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk., Theod. C.*; his *om. Cont.* 71. *et rell.* — [8]) D. N. *ins. Theod. C.* — [9]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; Marcho *ms. Bg.*; Marco *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [10]) criminum *ms. Pl.* 1.; criminibus *Ivo.* — [11]) dispungantur *var. l. gt., quam praefert Cuiac. in Recitatt. in Cod. h. t.*; *ἕως — λόγος δοθῇ καὶ καθαροποιηθῇ Bas.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf.*; et *ins. Hal. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Schf.*; publicabuntur *edd. rell.*; *ἀλλὰ ταῦτα δημεύονται Bas.* — [14]) tua *om. Hal.* — [15]) *subscr. om. Hal.* — [16]) nostra *om. mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Schf.* — [17]) *mss. Cas. Vat. Pl.* 1.; et Phil. C. *om. rell.* — [18]) *mss. Vat. Pl.* 1.; Harruntiano *ms. Cas.*; Arriano pp *ms. Bg., ed. Nbg.*; Arriano *Hal. et rell.* — [19]) qui quicquid *ms. Bg.* — [20]) et CC. *ins. mss. Cas. Pl.* 1. — [21]) *fortasse repetenda subscr. ex l.* 11. *C. III.* 44. — [22]) forte *ms. Bg.* — [23]) *mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; aut incultum *ms. Pl.* 2., *edd. Nbg. Hal. et rell.*; haud cultum *coni. Iac. Gothofr.* — [24]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; olivetis *Hal. et rell.* — [25]) *mss. Pl.* 1. *Gt., ed. Nbg., Theod. C.*; in *ins. ms. Bg., edd. rell.*; in aedif. *om. ms. Pl.* 2. — [26]) *ms. Pl.* 1., *Theod. C.*; sit *ins. rell.*

occupatis vel urbana vel rustica, vel quarum artium generibus imbuta teneantur, quot sint censuarii [1]) vel coloni, quot boum [2]) exercitiis terrarum [3]) atque vomeribus instrumentium [4]), quot pecorum et armentorum greges, et in qua diversitate numerati sint, quantum auri et argenti, [5]) vestium ac monilium [6]), vel in specie vel in pondere, et in quibus speciebus, quidve in enthecis [7]) sit repertum. Tunc demum omnia ea, quae velle nos perspicis, inquisitione constricta, rationalis rei privatae tradantur officio aut palatinis super hac causa missis [8]), nostro nectenda patrimonio. Mox vero ad nos sub literis publicis [9]) iudicis singillatim [10]) de omnibus nominatimque referatur [11]), procul dubio negligentia mulctanda. Nam si quid post factam a praedicto officio investigationem, rationalis rei privatae, cui inquisitio secunda mandata est, amplius fortassis invenerit, officium fraudulentum ea condemnatione ferietur, ut aliud tantum, quantum fuerat subtractum, ex propriis facultatibus inferat [12]). Dat. III. Non. Mai. Treviris, Valentiniano NB. P. et Victore Conss. [13]) [369.]

8. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. — Si deportatus suos et emancipatos filios habuerit, pars, quae ex bonis eius liberis concessa est, ad eos tantum, qui in potestate erant [14]), transferatur, si emancipati ea, quae consecuti erant emancipationis tempore, damno suo [15]) existimant conferenda. Sin autem confusionem bonorum et donationis elegerint, ea omnia, quae fiscus liberis damnati [16]) concedit, aequae divisionis partibus sortiantur. Quae regula etiam in dote filiae vel neptis ex filio deportati conferenda custodienda erit. Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Conss. [17]) [380.]

9. [b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Caesario P. P. — Si quis posthac stilum, quod absit, proscriptionis exceperit, uxor [18]) res proprias ex quocunque titulo sibi quaesitas, veluti manu iniecta, mox vindicet, aut certe quoquo modo [19]) occupatas statim recipiat. Dos etiam, non quae aliquoties inaniter [20]) dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter tradidisse docuerit, repraesentetur [21]). Ea etiam, quae ab innoxio adhuc marito ante nuptias titulo donationis acceperit, vel durante matrimonio largitione viri ad eam ante proscriptionem pervenerint, apud eam firmiter permaneant [22]).

§. 1. Si quid etiam in emancipatos liberos ante tempus criminis ac reatus patrem contulisse clarnerit, integrum iisdem [23]) citra inquietudinem reservetur. Quod vero nec uxor nec emancipati liberi potuerint vindicare, captum a publicis personis ita [24]) ad me [25]) referri specialiter censeo, ut illud quoque addatur, utrum filios habeat, qui damnatus est, simulque adiiciatur, utrum iidem apud se ex causa donationis aliquid vindicaverint. §. 2. Sed in his, qui fiscalibus actibus nexi sunt, et pro rationiniis proscribuntur et condemnantur, placuit, si quid proprium uxor habuerit vel a marito datum ante initium actus, ex quo origo fraudis ac vitii in iudicium [26]) deducta est, si quid deinde in emancipatos filios donatione collatum est [27]), antequam crimen oriatur, intemeratum apud accipientium iura persistere; nec quidquam fisco in qualibet causa teneatur obnoxium, nisi quod in dominio proprio, quum obligari ortus est [28]), habuit [29]), vel quod agens tam suo quam uxoris [30]) vel filiorum vel cuiuscunque praeterea nomine comparavit [31]). Exceptis duntaxat Caesarianis, id est [32]) Catholicianis, qui ab omni iuris beneficio excluduntur, nisi probata a me [33]) purgataque ratiocinia fuerint, ut, quod innoxie habuerint, transmittendi copiam habeant. Dat. III. Non. August. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [396.]

10. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio P. P. — Quando quis quolibet crimine damnatus capitalem poenam deportationemve [34]) sustineat, si quidem sine liberis mortuus sit, bona eius ad fiscum perveniant; si vero filii [35]) vel nepotes ex defunctis filiis relicti erunt, dimidia parte aerario vindicata, alia eis reservetur. Idem est, et si postumos dereliquerit. Decurioni vero, qui hoc incurrerit, si liberos non habeat, succedat curia, bonaque universa detineat aut ipsa per se, aut suo ordinatura periculo munera subiturum. Sin autem erit soboles curiali, etsi ea necdum procreata est, integris patris fortunis fulciatur. Si filia vel filiae fuerint, pars dimidia ad eas deveniat [36]) facultatum, altera dimidia [37]) ad curiam. Sin autem mares curiales fuerint intermixti, dimidia pars eis curiae nomine deferatur, et aliam [38]), quam in commune omnibus tribuit indulgentia principalis, pro virili dividant [39]) portione. Excepta sola maiestatis quae-

---

[a]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de bonis proscript. IX.* 42.; *iungendae videntur l.* 3. *C. de sponsal. V.* 1., *l.* 1. *C. si rector prov. V.* 2., *l.* 16. *C. de testam. VI.* 23., *l.* 1. *C. de primic. XII.* 7. — [b]) *hausta ex l.* 15. *Th. C. de bonis proscript. IX.* 42., *additis* §§. 1. *et* 2. *ex l.* 1. *Th. C. eod., ex qua et fluxit l.* 24. *C. de donat. int. vir. et uxor. V.* 16.; *Bas. LX.* 52. 16. — *Sch. f — l.* — [c]) *hausta ex l.* 24. *Th. C. de bonis proscript. IX.* 42., *addita parte legis* 6. *Th. C. eod.*

[1]) casarii *Theod. C., quem sequitur Bk.*; caesarii *in nonnullis mss. esse, Russ. in marg. monet.* — [2]) iuga *ins. Hal. Bk.* — [3]) terram *Hal. Bk.* — [4]) instrumentum *ed. Schf.*; insistentium *Russ. in marg.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char., Theod. C.*; et *ins. Pac. Sp. Bk.* — [6]) mobilium *mss. Pl.* 1. *Gt.* — [7]) *Theod. C.*; entheticis *ms. Bg.*; epothecis *ms. Pl.* 1., *secunda manu*; apothecis *rell.* — [8]) aut palatinis — missis *om. Theod. C.* — [9]) *mss. Pl.* 1. *Bg., edd. Schf. Nbg., Theod. C.*; publici *ms. Pl.* 2., *Hal. et rell.* — [10]); *mss. Pl.* 1. *Bg., Theod. C.*; singulatim *mss. Pl.* 2. *Gt.* sigillatim *edd.* — [11]) perferatur *Theod. C.* — [12]) inferatur *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal.* — [13]) *subscr. om. Hal.* — [14]) sunt *Theod. C.* — [15]) damno *ms. Pl.* 1.; damnose *Theod. C., cum quo facit ms. Pl.* 2. — [16]) liberis damnati *om. Theod. C., ut et mox* deportati. — [17]) *subscr. om. Hal.* — [18]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; eius *ins. edd.* — [19]) modo *om. ed. Schf.*; a quoquo, *om.* modo, *edd. Nbg. Hal.* — [20]) inaniter *om. mss. Pl.* 1. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — [21]) praesentetur *Theod. C.* — [22]) maneant *mss. Bg. Gt., omnia mss. Russ., ed. Nbg.* — [23]) et *ins. Theod. C.* — [24]) captum et incorporatum ita *Theod. C.* — [25]) nos *et mox* censemus *ms. Pl.* 1., *Hal.* — [26]) nunc *ins. ms. Bg.* — [27]) est *om. Theod. C.* — [28]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., omnia mss. Russ., edd. Nbg. Schf., Theod. C.*; orsus est *ms. Gt.*; coepit *Hal. et rell.* — [29]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., ed. Nbg., Theod. C.*; habuerit *edd. Schf. Hal. et rell.* — [30]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., Theod. C.*; suae *ins. ms. Pl.* 1., *edd.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal., Theod. C.*; comparaverit *Russ. et rell.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., edd. Nbg. Schf., Cont. in marg.*; vel *Hal. et rell.*; Καισαριανῶν ἤτοι Καθολικιανῶν *Schol. Bas.*; id est Cathol. *om. Theod. C.* — [33]) a nobis *ms. Pl.* 1., *Hal.* — [34]) vel deportationem *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.* — [35]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., ed. Nbg.*; vel filiae *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [36]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg., Theod. C.*; devolvatur *edd.* — [37]) pars *ins. ms. Pl.* 1., *ed. Nbg.*; altera pars *ms. Pl.* 2. — [38]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., Theod. C.*; aliam *edd.* — [39]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt., ed. Nbg., Theod. C.*; dividat *ms. Pl.* 1.; dividatur *edd. Schf. Hal. et rell.*

quaestione; quam si quis sacrilego animo assumpserit [1]), iuste poenam ad suos etiam posteros mittet [2]). Dat. X. Kal. Februar. Constantinop. D. N. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss. [3]) [426.]

Authent. ut nulli iudicum. §. fin. (Nov. 134. cap. ult.) — *Bona damnatorum seu proscriptorum non fiunt lucrum* [4]) *iudicibus aut eorum officiis, neque secundum veteres leges fisco applicantur, sed ascendentibus et descendentibus* [*et ex latere* [5])] *usque ad tertium gradum, si supersint. Uxores vero eorum dotem et ante nuptias donationem accipiant. Si vero sine dote* [6]) *sint, de substantia mariti accipiant partem legibus definitam, sive filios habeant, sive non. Sed si neminem praedictorum habent, qui deliquerunt, eorum bona fisco sociantur. In maiestatis vero crimine condemnatis veteres leges servari iubemus.*

11. A. [a]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Ἐάν τις ὡς ἐπὶ τυραννίδι [7]) ἐλεγχθεὶς δήμευσιν ὑπομείνῃ [8]), οἱ [9]) ἔχοντες αὐτοῦ πράγματα καὶ διάγοντες ἐν τῇ βασιλίδι πόλει εἴσω δύο μηνῶν ὀφείλουσιν αὐτὰ προσαγγεῖλαι, εἰ δὲ μὴ διάγοντες ἐν τῇ βασιλίδι πόλει εἴσω ὀκτὼ μηνῶν. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσουσι, μετὰ τῶν πραγμάτων τὸ τετραπλάσιον παρέχουσι.

Si quis ut perduellionis convictus publicationem bonorum sustineat, ii, qui bona eius detinent et versantur in regia urbe, intra duos menses ea deferre debent; si vero in regia urbe non versantur, intra octo menses. Quod si non fecerint, cum bonis quadruplum praestant.

B. *Epitome eiusdem ex duobus locis apud Eustathium.*

a. Οἱ ἔχοντες τὰ [10]) πράγματα τοῦ κατακριθέντος ἐπὶ τυραννίδι, ἐν τῇ βασιλίδι πόλει εἴσω δύο ἢ τριῶν [11]) μηνῶν, ἢ [12]) εἴσω ὀκτὼ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὀφείλουσι καταμηνύσαι, ἐπείτοιγε [13]) τετραπλασιόνα [14]) παρέχουσι.

Qui bona perduellionis condemnati detinent, in regia urbe intra duos vel tres menses, vel intra octo in provinciis, debent ea deferre; alioquin quadruplum praestant.

b. Οἱ ἔχοντες τὰ [15]) πράγματα ἐν ἐπαρχίᾳ τοῦ διὰ τυραννίδα [16]) δημευθέντος ἐν Κωνσταντινουπόλει [17]), εἰ μὴ εἴσω ὀκτὼ μηνῶν προσάγωσι [18]), τετραπλασιόνα [19]) αὐτὰ καταβάλλουσιν.

Qui in provincia possident bona eius, qui Constantinopoli propter perduellionem proscriptus est, nisi intra octo menses ea deferant, in quadruplo ea praestant.

Tit. L.

[b]) DE BONIS EORUM, QUI MORTEM SIBI CONSCIVERUNT [20]).

1. [c]) Imp. Antoninus A. Aquiliae. — Eorum demum bona fisco vindicantur, qui conscientia delati admissique [21]) criminis metuque futurae sententiae manus [22]) sibi intulerunt. Eapropter fratrem vel patrem tuum si nullo delato crimine, dolore aliquo corporis, aut taedio vitae, aut furore, vel insania, aut aliquo casu suspendio vitam finiisse constiterit, bona eorum tam ex testamento quam ab intestato ad successores pertinebunt. PP. XII. Kal. Iun. duobus [23]) Aspris Conss. [212.]

2. [d]) Imp. Alexander A. Rustico. — Eorum, qui in reatu diem suum functi sunt, si non perduellionis causam sustinuerunt, nec ob metum criminis mortem sibi consciverunt, bona ad successores transmittuntur. Dat. Id. Maii, Alexandro A. II. et Marcello [24]) Conss. [226.]

Tit. LI.

[e]) DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS.

1. [f]) Imp. Antoninus A. [25]), quum salutatus esset ab Ecdiciano [26]) Advento [27]) et Opilio [28]) Macrino, Praefectis praetorio, clarissimis viris, item amicis [29]), et principalibus [30]) officiorum, et utriusque ordinis viris, et processisset, oblatus est [31]) ei Iulianus [32]) Licinianus, ab Aelio [33]) Ulpiano tunc legato in insulam deportatus. Tunc [34]) Antoninus Augustus dixit: Restituo te in integrum provinciae tuae. Et adiecit:

---

[a]) *Graecae const. argumentum servatur* 1., *in Bas. LX.* 52. 17. (*T. VII. p.* 873.), *cum quibus conveniunt Synopsis LX.* 52. 15. (*ed. Leuncl. p.* 539.) *et Attaliatae Synops. LXXIX.* 9. (*Leuncl. ius GR. T. II. p.* 71.); 2., *apud Eustathium XIV.* 11. *et XXI.* 1. (*ed. Zachariae. p.* 150. 171.). *Textum* 1, *ex Synopsi restituit Ant. Augustin. in coll. graec. const., receperunt Pac. Sp. Bk. Locum Eustathii XIV.* 11. *restituit Cont.* 66. *in Praetermissis fol.* 15., *receperunt Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.*; *utrumque locum Eustath. dedit Bk.* — *Graecae const. lacuna hic notatur a ms. Vat., post rubr. tit. seq. a ms. Bg. et ab uno cod. Russardi.* — [b]) *Dig. XLVIII.* 21. — [c]) *Bas. LX.* 53. 3. *et* 4. (*T. VII. p.* 880.) — *Sch. o. p.* (*T. VII. p.* 882.) — [d]) *Bas. LX.* 53. 5. — *Sch. q.* — [e]) *Dig. XLVIII.* 23. — [f]) *Bas. LX.* 68. 5. (*T. VII. p.* 927.) — *Sch. c.* (*T. VII. p.* 931.)

[1]) assumit *l.* 6. *Th. C. cit.*; sumpserit *Hal.* — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*; mittit *l.* 6. *Th. C. cit.*; transmittet *edd.* — [3]) *subscr. om. Hal.* — [4]) *mss. Pl.* 1. 2., *edd. Schf. Hal. Russ.*; *lucro edd. rell.* — [5]) *verba inclusa desunt in mss. meis et abesse debent secundum Nov.* 134. *cap.* 13. — [6]) *sine dolo Sp. insigni mendo typogr., quod servatur a Bk.* — [7]) τυραννίδος *Attaliata.* — [8]) ὑποστῇ *Attaliata.* — [9]) μὲν *ins. Synops., Attaliata.* — [10]) τὰ *om. Cuiac.* — [11]) ἢ τριῶν *om. Cuiac.* — [12]) καὶ *Cuiac.* — [13]) μετὰ τῶν πραγμάτων *ins. Cuiac.* — [14]) τὸ τετραπλάσιον *Cuiac.* — [15]) τὰ *om. Cuiac.* — [16]) ἐπὶ τυραννίδι *Cuiac.* — [17]) ἐν Κωνσταντ. *om. Cuiac.* — [18]) προσαγγείλωσι *Cuiac.* — [19]) τετραπλάσιον *Cuiac.* — [20]) De bonis mortem sibi conscientium *mss. Cas. Vat. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *in ms. Vat. serius correctum* consciscentium. — [21]) que *om. ms. Pl.* 1., *contra Eas.* — [22]) manum *mss. Pl.* 1, 2. *Bg. Gt.* — [23]) et *ins. Cont. et rell.* *praeter Bk.*; *subscr. om. Hal. Russ.* — [24]) et Martia. A. *Cont. Char. Pac.*; *subscr. om. Hal. Russ.* — [25]) Imp. Ant. A. *om. Hal.* — [26]) *ms. Pl.* 1.; ab ecdiano, ab hoclatiano, ab dautiano *mss. mea rell.*; ab daciano *ed. Schf.*; ab Hocdiano *ed. Nbg.*; ab Gentiano *Hal.*; a Gentiano *Russ. et rell.*; ab Ecdeciano *Cuiac. Obss. XV.* 3. — [27]) *mss. Cas. Pl.* 2. *Bg.*, *Cuiac. l. c.*; avento *ed. Schf.*; et auto *ms. Pl.* 1.; et Advento *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [28]) opellio *ms. Cas.*, *edd. Nbg. Schf.*; Oppiliano *ms Pl.* 1.; Oppillio *ms. Pl.* 2. — [29]) magistris *Cuiac. l. c.* — [30]) principibus *Cuiac. not. in Cod.* (*Opp. T. X. p.* 733. *ed. Neap.*) — [31]) oblatusque esset *Hal. in not.* — [32]) Ἰουνιος *Schol. q. ad Bas. LX.* 68. 11. — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *veteres libri Cuiacii* (*Obss. XV.* 3.); ab Ellio *ms. Cas.*; abelliano; ab Opellio *ed. Nbg.*; ab Opilio *Hal. et rell.* — [34]) Tunc *om. mss. Cas. Pl.* 2.; Tunc Ant. A. *om. ms. Pl.* 1.

adiecit: Ut autem scias, quid sit in integrum [1]), honoribus et ordini tuo et omnibus ceteris [2]).

2. [a]) Idem A. Quieto. — Quum patrem tuum in metallum damnatum fuisse proponas, eiusque [3]) bona merito a fisco occupata sunt [4]), non [5]) ideo, quod ex indulgentia mea poena tantummodo metalli liberatus esset [6]), etiam bonorum restitutionem impetravit, nisi speciale beneficium super hoc fuerit impetratum.

3. [b]) Imp. Alexander A. Stratonico [7]). — Si debitor poenam sententiae passus est, quam bonorum ademtio secuta est, quamvis [8]) postea civitati Romanae restitutus non totam substantiam, sed aliquid ex indulgentia principis, ut haberet, impetravit, aeris tamen alieni ex praecedente tempore [9]) poena liberatus est. Si vero partem bonorum accepit, pro rata portione eius tenetur. Quodsi ob pecuniam debitam fisco bona eius occupata sunt, mansit una cum [10]) fideiussoribus propriis creditoribus obligatus.

4. [c]) Idem A. Valentinae. — Tutor filiorum [11]), quorum te bonorum possessionem accepisse dicis, in metallum damnatus, et postea ex indulgentia generali regressus, quanquam locupletior sit, actione tutelae administratae tibi non tenetur, si non [12]) gratia sententiae facta specialiter statum pristinum cum bonis [13]) recuperavit [14]).

5. [d]) Idem A. Iuliano [15]). — Si ademtis bonis in insulam datus sis [16]), quamvis ex indulgentia communi rediisti, actiones tamen, quascunque habuisti, remanent in causa bonorum publicatorum, nec ex ordine est, quod petis, ut contra heredes tutorum actiones tibi praestentur.

6. [e]) Imp. Gordianus A. Fabiano [17]). — In insulam deportato filio, hacque ratione vinculo paternae potestatis exemto [18]), si postea ex indulgentia divi Alexandri, ut proponis, reditus in patrium solum praecedensque dignitas restituta sit, potestas tamen patria repetita non videtur.

7. [f]) Imp. Philippus A. et [19]) Philippus C. [20]) Cassio. — Generalis indulgentia nostra reditum exsulibus seu deportatis tribuit, non etiam loca militiae pridem ademta concessit, neque integram atque illibatam existimationem reservavit.

8. [g]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. Seleuco [21]). — Frustra adhuc servum esse tui iuris existimas, qui in metallum datus [22]) poena eius postea liberatus est. Per huiusmodi enim indulgentiae occasionem integrari dominium prius non placuit; verum idcirco tamen impune tibi eum praeses provinciae iniuriosum esse non patietur. Quodsi quid rerum tuarum tenet, procurator vobis iudex erit; fisci enim coepit esse mancipium.

9. [h]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Restitutae et aliis [23]). — Si pater vester in insulam deportatus generali indulgentia restitutus est, nec, ut liberos in potestatem reciperet, specialiter impetravit, in dubium non venit, hereditatis commodum per vos ei acquiri, quos sententia contra eum prolata patresfamilias effecit, nequaquam potuisse.

10. [i]) Iidem AA. et CC. [24]) Demetrio. — Quum indulgentia nostra interveniente sis reversus ad lares tuos, frustra vereris, ne ex annotatione [25]) praesidis, quae iam abolita est, calumniam patiaris.

11. [k]) Iidem AA. et CC. Philippo. — Casus eius, qui fundi moverat quaestionem, et ex benignitate nostra facta in eum [26]) cum bonis restitutio, statum pristinum causae non immutavit.

12. [l]) Iidem AA. et CC. Tryphoni P. P. [27]) — Si deportationis sententiae veniam indulgentia nostra consecuta [28]) suam recepit substantiam, se protegere sceleris poena contra creditores, quo minus iure debitum solvat, improbe conatur.

13. [m]) Imp. Constantinus A. ad Maximum P. U. — In quaestione testamenti, quod deportati filius remeante patre fecisset, remotis Ulpiani atque Pauli notis, Papiniani placet valere sententiam, ut in patris sit filius potestate, cui dignitas ac bona restituta sunt. §. 1. Ita tamen, ut gesta per filium, cuius consilia [29]) legitima aetas firmaverat, rata sint, eodem in potestatem patriam redeunte, ne eorum rescissio efficiat, quod est maxime absurdum, eodem tempore nec in patris nec in sua quemquam fuisse potestate. §. 2. Minores enim aetate iure quidquam agere prohibentur. Quibus si damnato patre tutor datus est, necesse est, ut ab officio suo [30]) recedat, regresso eo, quem non solum nomine redire, sed etiam officium suum nulla pravitate corruptum liberis praebere oportet, ut eorum bona tueatur et augeat. Nam si patria potestate ad corrumpendi atque effundendi patrimonii licentiam abutetur [31]), ut furioso ac dementi, item [32]) prodigo, libidinum omnium vitiorumque servo, non est eorum pecunia committenda [33]). Ab administratione fugiat,

---

[a]) *Bas. LX.* 68. 6. — *Sch. d. e.* — [b]) *Bas. LX.* 68. 7. — *Sch. f — h.* — [c]) *Bas. LX.* 68. 8. (*T. VII. p.* 928.) — *Sch. i. k.* (*T. VII. p.* 932.) — [d]) *Bas. LX.* 68. 9. — *Sch. l.* — [e]) *Bas. LX.* 68. 10. — *Sch. m — o.* — [f]) *Bas. LX.* 68. 11. — *Sch. p. q.* (*T. VII. p.* 933.) — [g]) *Bas. LX.* 68. 12. — *Sch. r.* — [h]) *Bas. LX.* 68. 13. (*T. VII. p.* 929.) — *Sch. s. t.* — [i]) *Bas. LX.* 68. 14. — *Sch. u.* — [k]) *Bas. LX.* 68. 15. — *Sch. x. y.* (*T. VII. p.* 934.) — [l]) *Bas. LX.* 68. 16. — [m]) *l.* 1. *Th. C. de sentent. passis. IX.* 43.; *Bas. LX.* 68. 17. — *Sch. z — e.*

[1]) *mss. Pl.* 1. 2. *Gt.*; restituere *ins. ms. Bg.*, *edd.*, *sed a Russ. cancellis notatur*; τὸ κατὰ πόδα *in Schol. Bas. not.* 32. *citato sic habet*: ἵνα μέντοι εἰδῆς, τί ἐστιν ἀκέραιον, τουτέστι τῇ τιμῇ καὶ τῇ τάξει ἤτοι τῇ καταστάσει τῇ σῇ. — [2]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*; restituo *addit ed. Schf.*; te restituo, *quod habent edd. Nbg. Hal. ante* honor., *hic ins. Russ. et rell.*; *sed v. not.* 1. — [3]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; eius quidem *Cont. et rell.* — [4]) sint *Hal. Russ.* — [5]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; nec *Cont. et rell.* — [6]) est *ms. Bg.* — [7]) Stratoniciano *mss. Cas. Vat.*; Stratoniano *ms. Bg.* — [8]) etiam *ins. mss. Pl.* 1. 2. — [9]) tempore *abfuit a ms. Bg.* — [10]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Nbg.*; suis *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [11]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *omnia mss. Russ.*; tuorum *ins. edd.* — [12]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*; ex *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [13]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *ed. Nbg.*; omnibus *ins. edd. Schf. Hal. et rell.*, *male*; *v. leg. praeced.* — [14]) *mss. Pl.* 1. *Bg.*, *edd. Nbg. Hal.*; recuperaverit *rell.* — [15]) Iulio *mss. Vat. Pl.* 1. — [16]) *mss. Bg. Gt.*, *etiam Schol. Bas.* εἰς νῆσον δοθεὶς; deportatus sis *rell.*, *praeter Hal. Bk.*, *apud quos est* deport. es. — [17]) P. P. *addunt Hal. et rell.*, *contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg. et ed. Nbg.* — [18]) excepto *mss. Bg. Gt.* — [19]) Phil. A. et *om. mss. Bg. Cas. Vat.* — [20]) et Phil. C. *om. edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [21]) P. P. *addunt ms. Bg.*, *Cont.* 66. *et postea rell.*, *contra mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *et edd. Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62. — [22]) *mss. Pl.* 2. *Bg. Gt.*; damnatus *ms. Pl.* 1., *edd. rell.* — [23]) Restituto, *omiss.* et aliis, *Hal. Russ. Cont.* 62. — [24]) et CC. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. *Bg.* — [25]) ex notatione *ms. Pl.* 2., *sed* ἐκ τῆς ἀποσημειώσεως *Schol. Bas.* — [26]) in eum *om. mss. Pl.* 1. *Bg.*; facta est ei *ms. Gt.* — [27]) P. P. *om. mss. Cas. Vat. Pl.* 1. — [28]) consecutus *ms. Pl.* 2. — [29]) consilium *mss. Pl.* 2. *Bg.*, *ms. Pl.* 1. *secunda manu*, *edd. Nbg. Hal.* — [30]) suo *om. Theod. C.* — [31]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; abutatur *Russ. et postea rell.* — [32]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Hal.*, *Theod. C.*; itemque *edd. Schf. Russ et rell.* — [33]) *mss. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt.*, *edd. Nbg. Schf.*, *Theod. C.*; quin *ins. Hal. et rell.*

fugiat, neque tutor esse desinat, omniaque minoris dispendia suis ipse damnis praestet. Sententia vero deportationis nullo patrem praeiudicio deminuat. Quem si comperta integritas ut natura [1]), ita officio liberis restituerit, ei gubernacula rerum tradenda sunt, cuius ad imitationem publici iuris provisa custodia est. Quae nisi bonis patribus detur, luctuosior erit [2]) reditus, quam discessus. §. 3. Ideoque tantum ad restitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionem sententia valuit, utque deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentiae restitutio [3]) bonorum ac dignitatis uno nomine amissorum omnium sit recuperatio. Et filii emancipationem a patribus [4]) officiis petant, ut libertatem non damnationis, sed lenitatis paternae testem habeant. Dat. XVIII. [5]) Kal Octob. Sirmii, Crispo II. et Constantino II. CC Conss. [321.] [a])

---

[a]) *Dion. Gothofr. male hic adnotaverat, deesse constitutionem, restitutam a Cuiac. in Obss. XX. 31. Sed ut nihil hic deest, ita Cuiac. l. c. ex Bas. edidit leg. ult. C. de poenis IX. 47. Nihilominus deficientis const. signum habet Sp.*

[1]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Bk., Theod. C.;* naturae *edd. Nbg. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Theod. C.;* filiis *ins. edd.* — [3]) indulgentia reditus *Theod. C. ed. Haenel.* — [4]) cum *ins. ms. Gt., ed. Schf.* — [5]) XVII. *Hal., a quo abest* II. *post* Constant.

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER DECIMUS.

Tit. I.

[a]) DE IURE FISCI.

1. Impp. Severus et Antoninus AA. [1]) Attico et Severo. — Si prius, quam fisci rationibus pater vester obligaretur, perfectam praediorum donationem fecisse fuerit probatus, quod citra fraudem creditorum gestum est, non rescinditur [2]).

2. Imp. Gordianus A. Sereno [3]). — Instar rei iudicatae obtinere minime potest [4]) computatio a tabularius facta, nisi sententia procuratoris fuerit comprobata.

3. Idem A. Atticae. — Si minore pretio, quam res est, aperta fraude emtoris vel gratia, quae obligata sunt, a [5]) fisco venierunt [6]), aditus procurator meus debitam quantitatem inferenti restitui ea praedia iubebit.

4. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Mucatraulo [7]). — Certa forma super metoecis [8]) data est, qui [9]) iussu principis in aliam civitatem translati sunt. Nam praedia eorum, quae, antequam demigrarent [10]), habuerunt, si ab eis distracta non sunt [11]), fisci rationibus vindicari [12]), iam pridem decretum est, nisi aliud speciali praecepto augusta maiestas decreverit. Ut igitur a principibus salubriter statutum est, ita [13]) salvis his, quae utiliter placuerunt, parentibus heredes eos exsistere non [14]) oportere, nulla legis sanctione statutum est.

5. Exemplum sacrarum literarum eorundem AA. ad Flaccum [15]). — Prohibitum est, cuiuscunque bona, qui fisco locum fecisse existimabitur, capi prius, quam a nobis forma fuerit data. Et ut omni provisionis genere occursum sit caesarianis, sancimus, licere universis, quorum interest, obiicere manus his, qui ad capienda bona alicuius venerint, quae succubuerint [16]) legibus, ut, etiamsi officiales ausi fuerint a tenore datae legis desistere [17]), ipsis privatis resistentibus a facienda iniuria arceantur. Tunc enim is, cuius interest bona alicuius non interpellari, officialibus, volentibus ea capere, debet acquiescere, quum literis nostris cognoverit, non ex arbitrio suo caesarianos [18]) ad capiendas easdem venisse facultates, sed iustitiae vigorem [19]) id fieri statuisse.

6. [b]) Imp. Constantinus A. ad provinciales. — Iustas etiam et quae locum habent fisci actiones praecipimus concremari ob hoc solum, quod suis temporibus prolatae non sunt. Iam [20]) calumniae privatorum eo saltem arceantur exemplo, quo [21]) iustas fisci lites silere [22]) praecipimus. Dat. III. Kal. Iun. [23]) Constantino A. V. et Licinio C. Conss. [24]) [319.]

7.

---

[a]) *Dig. XLIX.* 14. — [b]) *l.* 3. *Th. C. de iure fisci. X.* 1.; *Bas. LVI.* 2. 6. (*T. VI. p.* 706.)

[1]) *ms. Hfn.*, *Cont. in marg. ex codd.*, *Cui.*; Imp. Alexander A. *Hal. et rell.* — [2]) rescribitur *ms. Hfn.* — [3]) *Cui.*; Serenio *Hal. et rell.* — [4]) Instar obtin. min. pot. rei iudic. *ms. Hfn.* — [5]) *mss. Hfn. Rg.* 1., *omnes vett. codd. Cuiacii*, *omnes codd. Russardi*, *ed. Schf.*, *M. Vacar.*, *Azo*; a *om. ms. Rg.* 2., *Hal. et rell.* — [6]) *mss. Hfn. Gt.*, *Hal. Cui.*; venierint *edd. Schf. Russ. et rell.* — [7]) *Cui. Cont.* 76.; Niceti *Hal. et rell.*, *impr. Cui.*; Nictylo *Russ. in marg.* — [8]) *Hal. Cui. Bk.*, *Alciat.*; *alias* metroëcis *sec. Azon.*; metoroicis *Russ.*; metroicis *mss. Hfn. Rg.* 1. 2., *mss. Russardi*, *edd. Schf. Cont. et rell.* — [9]) quae *et mox* translata *ms. Hfn.* — [10]) demigrarentur *ms. Hfn.* — [11]) *Hal. Cui. Bk.*; essent *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [12]) applicari *Azo.* — [13]) ita *om. ms. Hfn.*, *et alias desuse notat Azo.* — [14]) *Hal. Cui.*; minime *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [15]) Exemplum dyoclec. et maximiani *ed. Schf.*; *etiam ms. Hfn.* Exempl. dic. ā. — [16]) *ms. Gt.*, *omnia mss. Russardi*, *Cui. in comment.*, *Bk.*; qui succubuerint *ms. Hfn.*, *vett. libri Cuiacii*; qui succubuerit *edd. rell.* — [17]) discedere vel desistere *ed. Schf.*, *et inter haec verba variare libros docet Azo.* — [18]) *Hal. Cui.*; id est officiales *ins. ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [19]) vigore *ms. Hfn.*, *Russ. in marg.* — [20]) *mss. Hfn. Rg.* 2., *var. l. gl.*, *Theod. C.*, *Cui. in comment.*; sunt, ut iam *edd. omnes.* — [21]) quod *ms. Hfn.*, *var. l. gl. et ap. Azon.* — [22]) simile *ms. Hfn.* — [23]) Iul. *Cui.* — [24]) *subscr. om. Hal.*

7. [a]) Idem A. ad Volusianum P. U. [1]) — Defensionis facultas danda est his [2]), quibus aliquam inquietudinem fiscus infert, quum facultates eorundem adhuc controversia pendente, inquietari describique fas non sit. Ubi ergo controversia exstiterit, fisco alicuius patrimonium vindicante, apud eum omnibus facultatibus constitutis cognitio ventiletur, ut, quum rei exitus debere eas vindicari probaverit, tum [3]) demum res persequi liceat, et super modo facultatum ac rerum interrogationem haberi, quae per conditionales servos investiganda est, ut, si quid subtractum fuerit, exigatur, et extrinsecus tantum aliud [4]) mulctae nomine, quantum fuerat per fraudem ablatum. §. 1. Sane in huiuscemodi [5]) quaestione si caesariani nomen inciderit, ad usurpationem constitutionis istius non debebit accedere [6]), siquidem consuetudo fraudum [7]), quibus praedicti [8]) omnia temerare consueverunt, exceptionem eorundem meruerit [9]). Dat. prid. Kal. Ian. Sirmio [10]), Constantino [11]) A. VII. et Constantio C. Conss. [326.]

8. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Dracontium [12]), Vicarium Africae. — Qui in contractibus scelestis [13]) ac fisco perniciosis interversorum [14]) maculosis sese [15]) fraudibus implicuerint [16]), quadrupli redhibitione teneantur. Dat. XV. Kal. Decemb. Adrumeto [17]), Valentiniano et Valente AA. Conss. [365.]

9. [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Patricio, Comiti rerum privatarum [18]). — Super creandis susceptoribus periculo procuratorum rei dominicae dispositionem tuae sublimitatis firmam esse praecipimus, ita ut, omni ambitione cessante, quae statuta sunt, quaeque antiqua consuetudine [19]) commendantur, in pabulis [20]) vel sumtu [21]) familiae ministrando intemerata permaneant; super irenarcha [22]) et optione omni antiqua consuetudine observanda. Dat. III. Kal. Ian. Constantinop. Theodosio A. IX. et Constantio II. [23]) Conss. [420.]

10. [d]) Idem AA. [24]) Palladio, P. P. Orientis. — Eorum patrimonia mortuorum, qui vitae suae tempore diversis conscientiam suam dicuntur pollluisse criminibus, fisci rationibus nequaquam competere vel ab eo alienari censemus, nisi post publicam accusationem eos constiterit fuisse convictos. Dat. VIII. Id. Iul. Ravennae, Eustathio et Agricola Conss. [25]) [421.]

11. [e]) A. *Graecae const. epitome ex Bas.*

Πᾶσα δημοσία δίκη ἐντὸς ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν μετρουμένων πληρούσθω, εἰ μὴ ἄρα συμβῇ, κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἢ πρόσωπα ἢ δικαιώματά τινα ἕτερα ἐξ ἐπαρχιῶν ἀχθῆναι κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν, ἢ αὐτοὶ οἱ ἐναγόμενοι τὴν αἰτίαν ὑπερθέσεως παράσχωσιν ὡς ἀπαράσκευοι.

Omnis fiscalis causa intra sex menses post litis contestationem numerandos finiatur, nisi forte accidat, ut sit necesse, vel personas vel instrumenta quaedam ex provinciis in regiam urbem arcessiri, vel ipsi, qui conveniuntur, causam dilationis praebeant quasi imparati.

B. *Eiusdem epitome ex Eustathio.*

Πᾶσα φισκαλία δίκη ἤτοι δημοσίου ταμείου εἴσω ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν περαιούσθω, εἰ μήτοι ἡ ὑπέρθεσις αναγκαία ἐστίν.

Omnis causa fiscalis sive publici aerarii intra sex menses post litis contestationem finiatur, nisi dilatio omnino necessaria sit.

Tit. II.

DE CONVENIENDIS FISCI DEBITORIBUS.

1. Imp. Gordianus A. Saturnino et aliis. — Non iniusta ratione desideratis, repromissa [26]) fisco indemnitate, eos priore [27]) loco conveniri, qui reliqua contraxerunt, mox ad vos perveniri, qui ab his quaedam mercati estis.

2. Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Patrophilo [28]). — Fisco quidem contra te manet actio, quamvis [29]) argentum, quod inferre debebas, rationibus fuerit relatum, si cautioni [30]), quae tibi super eo exposita est, tabularius non subnotaverit [31]). Aequum tamen est, ut prius de bonis eius, qui exactor fuit, si solvendo est et [32]) conveniendi eius facultas datur, indemnitati fisci satisfiat, tunc a te [33]), si servari hic modus non possit, reposcatur.

3.

---

[a]) *l.* 5. *Th. C. de iure fisci. X.* 1. — [b]) *l.* 10. *Th. C. de iure fisci. X.* 1. — [c]) *l.* 17. *Th. C. de iure fisci. X.* 1. — [d]) *hausta ex l.* 30. *Th. C. de petition. X.* 10.; *iungendae l.* 3. *C. de requirendis. IX.* 40 *et l.* 4. *C. de bonis vacant. X.* 10. — [e]) *graecae const. epitome servatur* 1., *in Bas. LVI.* 2. 11. (*T. VI. p.* 706.), 2., *apud Eustathium XIX.* 12. (*ed. Zachariae p.* 167.). *Textus* 1., *restitutus a Cuiacio in ed trium libror. Cod.*, *receptus a Cont.* 66. 71. *Char. Pac. Sp. Bk. Utrumque textum restituit Ant. Augustin. in coll. graec. const.*, *quod sequor. Graecae const. lacunam notat ms. Vat.*, *Azo.*

[1]) *is*, *ad quem data est const.*, *abest a Theod. C.* (*cfr. Haenel. not. u. ad l.* 5. *Th. C. cit.*); ac profecto Volusianus P. U. non commemoratur *ad a.* 326., *cfr. Gothofr. in Chronol. p. XXVII.* — [2]) his *om. Hal. Cui.* — [3]) *Hal. Cui.*, *Theod. C.*; tunc *edd. rell.* — [4]) *var. l. gl. et ap. Azon.*, *Theod. C.*; exig. extrins. et aliud tantum *Hal.*; exig. et extrins. integrum aliud tant. *ed. Schf.*; exig. et extrins. integrum tantum aliud *Russ. et rell.*; exig. ut extrins. integr. aliud tant. *ms. Hfn.* — [5]) huiusmodi *Char. Pac. Sp. Bk.* — [6]) accidere *Azo*, *sec. quem alias est* agere. — [7]) fraudium *et mox* consuerunt *Theod. C.* — [8]) praedicta *var. l. gl.* — [9]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*, *Theod. C. ed. Haenel.*; meruit *Russ. et rell.* — [10]) *Cui. Cont.* 62. 66. 76., *Theod. C.*; Sirmii *Cont.* 71. *et rell.* — [11]) Constantio *Sp.*; *subscr. om. Hal. Russ.* — [12]) Clearchum *Hal.* — [13]) scelestibus *ed. Schf.*, *var. l. gl.* — [14]) perversorum *var. l. gl.* — [15]) se *mss. Hfn. Gt.*, *Hal. Cui.* — [16]) implicuerunt *Theod. C.*, *et mox* in quadr. redhibitionem. — [17]) *Cui.*, *Theod. C.*; Adrumeti *Russ. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [18]) *Cui. in designandis dignitatibus utitur diversis scribendi compendiis*, *quae non adnotabo.* — [19]) observanda *ins. ed. Schf.* — [20]) inculpabilis *et alias* in parabolis *var. l. gl. et ap. Azon.* — [21]) sumptum *mss. Hfn. Gt.*, *Azo.* — [22]) irenarcho *ms. Hfn.*, *Azo.* — [23]) III. *Bk. sec. fastos.* — [24]) et Constantius A. *ex Theod. C. ins. Bk.*; *sed v. leges nostrae iungendas.* — [25]) *subscr. om. Hal.* — [26]) Non iusta ratione si desideratis promissa *ms. Hfn.* — [27]) principali *emendatiores codd. Cuiacii*, *ed. Schf.*, *var. l. gl.* — [28]) *vett. codd. Contii*, *ms. Vat.*, *Cui.*; Erophilo *Hal. et rell.* — [29]) *Hal. Cui. Bk.*; quod *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [30]) *ms. Hfn.*, *vett. codd. Cuiacii*, *ed. Schf.*; cautionem *Hal. et rell.* — [31]) *Hal. Cui. Bk.*; subnotavit *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [32]) et *alias abesse notat Russ.* — [33]) a te *post* reposcatur *collocant Hal. Cui.*; ad te *ms. Hfn.*

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [1]) Ianuario et aliis. — Quoniam Augerio [2]) ac filio eius ad exigenda reliqua consortes vos atque consocios [3]) esse dicitis [4]), eisque certorum [5]) duntaxat nominum exactionem mandatam, nec inter eum [6]) et ceteros, qui exactores fuerant nominati, confusae exactionis mutuum periculum constitutum [7]), sed separato muneris obsequio [8]) discretam sollicitudinis rationem fuisse asseveratis, a iure non discrepat, ut prius ex bonis exactorum, qui principali loco ad exactionem fuerant destinati, indemnitati fiscali satisfiat, postque eos, si solidum debitum exsolutum non sit, nominatores conveniri. Rationalis igitur noster iuris ordinem sequetur, excussisque exactorum facultatibus, nec non etiam nominatorum, si fiscus in universi debiti quantitate securitatem indemnitatis consecutus non fuerit, etiam vos ad restituenda fiscalia debita adstringet.

4. [a]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Archelaum, Comitem Orientis. — Hi, qui fisco nostrae mansuetudinis obnoxii sunt, omissa [9]) frustratione teneantur, ut, quod [10]) suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exsolvere, servatis, quum compleverint, allegationibus propriis, si quas adversus quoscunque ex suis contractibus debitores competere sibi ex iure crediderint, ita ut adversus eos, quos sibi obnoxios asseverant, legibus et indiciis experiundum esse cognoscant. Dat. III. Non. Iul. Noviodunо, Valentiniano NB. P. et Victore Conss. [11]) [369.]

5. [b]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus [12]) AAA. Fortunatiano, Comiti rerum privatarum. — Inter chartulas confiscati [13]) brevis quidam asseveratur inventus, qui nomina continebat debitorum seu contractuum [14]). Quum tamen neque testibus credita pecunia probaretur [15]), neque cautionibus ea [16]), quae brevi inserta sunt, ostendantur [17]), iniquum [18]) esse perspeximus, ut sub propriae [19]) adnotationis manu unusquisque [20]) faciat debitorem. Occasionis igitur huiusmodi [21]) calumniam praesente volumus inssione cohiberi, ut, brevis vanitate [22]) reiecta, nullus ad redhibitionem de his, quorum nomina conscripta sunt, urgeatur. Quod et [23]) in aliis similibus causis observandum esse censemus. Dat. prid. Non. Iul. Hierapoli, Gratiano A. IV. et Merobande Conss. [377.]

Tit. III.

DE FIDE [24]) ET IURE HASTAE FISCALIS ET DE ADIECTIONIBUS [25]).

1. Imp. Antoninus [26]) A. Curtiae. — Quod in libellum contulisti, procuratori meo, ad cuius officium desiderium tuum pertinet, allega. Cui si probaveris, non auctore procuratore vel eo, cui [27]) vendendi fuit facultas, neque habitis hastis [28]), neque omni ordine peracto venditas res esse, et id, quod ex causa iudicati debes, exsolveris, rescissa venditione mala fide facta easdem res recipies cum fructibus, quos [29]) ad emtorem mala fide pervenisse vel pervenire debere [30]) constiterit. PP. Non. Ian. Antonino A. IV. et Balbino [31]) Conss. [213.]

2. Imp. Gordianus A. Heracleoni. — Duplex ratio desiderium tuum invat, et quod praetermissa hastarum solemnitate possessiones tuas ex officio distractas suggeris, et quod pretii vilitate ob exiguum debitum gratiosam emtionem in fraudem tuam utilitatemque [32]) rationum mearum adversarium commentum fuisse dicis. Quapropter illicita ista redargue, tam indemnitati fisci consulturus, quam tuae securitati opem [33]) laturus. PP. V. Kal... Gordiano A. et Aviola Conss. [34]) [239.]

3. Idem A. Crispo — Etsi instrumenta emtionis non exstent, quibuscunque tamen probationibus uxor tua ostenderit, ad se eam domum pertinere, quam a fisco eius nomine dicis comparatam, pretiumque ab ea exsolutum, et in eam dominum translatum [35]), frustra fiscum ex persona matris eius referre quaestionem procurator meus non sinet. PP. V. Kal. Novemb. Gordiano A. [36]) et Aviola Conss. [37]) [239.]

4. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [38]) Marcellinae. — Si tempora, quae in fiscalibus [39]) hastis statuta sunt, patiuntur, quum etiam augmentum te facturam esse profitearis, adi rationalem nostrum, ut instam [40]) uberioris [41]) pretii oblationem admittat [42]). PP. III. Id. Ian. Sirmii, ipsis IV. et III [43]) AA. Conss. [44]) [290.]

5.

[a]) *l. 2. Th. C. de fisci debitor. X. 16.; iungenda videtur l. 1. C. de vestibus holov. XI. 8.; Bas. LVI. 2. 4. (T. VI. p. 706.)* — [b]) *l. 3. Th. C. de fisci debitor. X. 16.; Bas. LVI. 2. 5. (T. VI. p. 806.) In ms. Hfn. haec const. est prima tit. seq.* — [c]) *Bas. LVI. 6. 4. (T. VI. p. 710.)*

[1]) et CC. *et mox* et aliis *om. ms. Vat.* — [2]) Augurio *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; Agerio *Cui.* — [3]) sociatos *mss. Rg. 1. 2., ed. Schf., var. l. gl.*; socios *ms. Gt., var. l. gl.*; socios vel sociatos *ms. Hfn.* — [4]) dicatis *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.* — [5]) ceterorum *Russ. Cont. 62., impr. Cui. in comment.* — [6]) inter vos *corr. Cui. in comment. ex quibusdam codd.*; te et eum *alias* inter vos et eum *Russ. in marg.* — [7]) est *addit ms. Hfn.* — [8]) quo *ins. ms. Gt., omnia mss. Russ.* — [9]) amissa *ms. Hfn.* — [10]) de *ins. ed. Schf.* — [11]) *subscr. om. Hal.* — [12]) *Cui. Bk., Theod. C.*; Iidem *Hal. et rell., at non sunt iidem.* — [13]) deportati *Theod. C.* — [14]) contractorum *Theod. C.* — [15]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; probetur *Russ. et rell.* — [16]) ea *et mox* brevi *om. Theod C.* — [17]) doceantur *Theod. C.*; ostenderentur *Hal. Cui. Bk.* — [18]) facile *Theod. C.* — [19]) *Cui., Theod. C.*; propria *ms. Hfn., edd. rell.* — [20]) *ms. Hfn., Hal. Cui., Theod. C.*; sibi *ins. edd. rell.* — [21]) huius *ms. Gt., Theod. C.* — [22]) varietate *var. l. gl.* — [23]) et *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [24]) instrumenti *ins. ms. Gt., ed. Schf.*; instrumentorum *ins. mss. Rg. 1. 2., Hal. Russ. Cont. 62., M. Vacar. Lectionis varietatem iam notavit glossa.* — [25]) additionibus *Hal. Russ. Cont. 62.*; actionibus (*fortasse corr.* auctionibus) *var. l. ap. Azon.* — [26]) Alexander *Hal. Russ. Cont. 62., contra codd. Contii* — [27]) cuius *ms. Gt., ed. Schf.* — [28]) *alias* istis, *alias* actis *notat glossa.* — [29]) quod *ms. Hfn.* — [30]) vel pervenire debere *desunt in libro Martini, notante Azone.* — [31]) II. *ins. Bk.; subscr. om. Hal. Russ.* — [32]) *mss. Hfn. Rg. 2., Russ. Cont. 62. Cui.*; in utilitatemque *edd. Schf. Cont. 71. 76. Char. Pac. Sp.*; inutilitatemque *vetus cod. Contii, ms. Rg. 1., Cui. in comment., Cont. 66. Bk., var. l. ap. Azon.*; contraque utilitatem *Hal. Glossa ad h. v. sic habet:* „*repete* in, *vel si habes* in, *dic* in *pro* contra." — [33]) *Cui.*; operam *ms. Hfn., edd. rell.* — [34]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [35]) et in eam domin. translat. *absunt a libro Martini, monente Azone, et a ms. Hfn.* — [36]) *Bk.*; V. *ins. Cui. Cont. 76. Sp. contra omnes hui. anni subscriptt.* — [37]) *haec subscr., licet a Cui. restituta, abest a Cont. 66. 71. Char. Pac.* — [38]) et CC. *om. Bk propter subscr.; v. not. 43.* — [39]) *veteres libri Cuiacii et Contii*; actionibus vel *ins. ms. Gt., edd. Schf. Hal.*; vel actionibus *ins. ms. Hfn.*; auctionibus vel *ins. Russ. et rell. Glossa ad h. v. sic habet:* „*alias* hastis, *alias* actionibus [*in nonnull. edd.* auctionibus], *alias utrumque.*" — [40]) ut iuxta ius *Russ. in marg.* — [41]) ut iuxtam debitoris *ms Hfn.* — [42]) pertinet *addit ed. Schf., in qua paulo ante pro* adi *est* ad. — [43]) *videtur scribendum* ipsis V. et IV., *ut sit a. 293., propter inscr.* — [44]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71 Char. Pac.*

5. [a]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Viventium, P. P. Galliarum [1]). — Quaecunque pro reliquis prodigorum in [2]) annonario titulo ceterisque [3]) fiscalibus debitis in quibuscunque corporibus sub auctione [4]) licitanda sunt, fisco auctore vendantur, ut perpetuo penes eos sint iure dominii, quibus res huiuscemodi sub hastae solemnis arbitrio fiscus addixerit. Et si quidem [5]) unquam, ut a fisco facta venditio possit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet, quum etiam minoribus, si quando aliquid ex rebus [6]) eorum pro fiscalibus debitis adiudicatur [7]) emtoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiatur aetatem. Dat. III. Non. Novemb Treviris [8]), Valentiniano NB. P. et Victore Conss. [369.]

6. [b]) Iidem AAA. ad Felicem, Comitem sacrarum largitionum [9]). — Si qui [10]), proscribente ac distrahente fisco, debitorum [11]) fiscalium emerint facultates, pro earum rerum tantum pretio [12]) obnoxii sint, quas eos patuerit [13]) decursis hastis et proscriptione habita comparasse. Nam ita eos munimus, ut nullius conventionis reliquorum fiscalium nomine patiamur extrinsecus subire iacturam [14]). Dat. IV. Id. Novemb. Marcianopoli, Valentiniano NB. P. et Victore Conss. [15]) [369.]

7. [c]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Αὐτοκράτωρ Ζήνων τῷ Δομινίκῳ [16]). — *Εὰν δημευθέντος τινὸς ἡ οὐσία πιπράσκεται, ἔξεστι καὶ τῷ κόμητι* [17]) *τ ν ἰδιοκτήτων τοῦ βασιλέως, καὶ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων, καὶ τῷ τοῦ δημοσίου συνηγόρῳ ἀγοράζειν τινὰ πράγματα ἐκ ταύτης τῆς οὐσίας, μηδενὸς διαβάλλοντος τὸ συνάλλαγμα.* PP. III. Kal. August. post consulatum [Basilisci II. [18]) et] Armati [19]). [477.]

Imp. Zeno Dominico. — *Si alicuius proscripti bona venduntur, licet comiti rerum privatarum Imperatoris, et scholae palatinorum, et advocato fisci emere aliquas res ex eo patrimonio, nemine hunc contractum calumniante.*

Tit. IV.

DE VENDITIONE RERUM FISCALIUM CUM PRIVATIS COMMUNIUM.

1. Imp. Alexander A. Epictoto [20]). — Forma est, quoties ad fiscum vel minima portio rei pertinet [21]), ut [22]) universa a procuratoribus meis distrahatur [23]), sed pretium partis tantum in fiscum redigatur, reliquum [24]) dominis partium restituatur [25]). Emtorem igitur praediorum, de quibus libellum dedisti, apud suum iudicem conveni, usurum defensionibus, si quae sibi competunt. PP. VII. Kal. Octob. Fusco [26]) et Dextro Conss. [27]) [225.]

Tit. V.

NE FISCUS REM, QUAM VENDIDIT, EVINCAT [28]).

1. [d]) Pars epistolae Imp. Alexandri A. ad Rationales [29]). — Gravissimum [30]) verecundia mea duxit, ut, cuius rei pretium, quum bona fide esset addicta [31]), semel fiscus acceperit, eius controversiam referat. Non solum ergo [32]) emtorem ab eadem statione, sed ne ab alia quidem quaestionem pati debere aequum est, quum etiam in his venditionibus, emtore non inquietato, officia inter se possint experiri. Dat. XV. Kal. Mai. Modesto et Probo Conss. [33]) [228.] 2.

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de fide et iure hastae. X.* 17.; *est pars maioris const., cuius laciniae servantur in Vatic. fragm.* §. 37. — [b]) *l.* 2. *Th. C. de fide et iure hastae. X.* 17. — [c]) *epitomen graecae const. ex Bas. LVI.* 6. 7. (*T. VI. p.* 711.) *restituit Cuiac. in ed. trium librorum Cod., receperunt Cont.* 66. *et rell. Graecorum lacuna hic notatur a cod. Hafniensi, ad rubr. tit. seq. autem a cod. Barberin.* (*notante Blumio*). — [d]) *Bas. LVI.* 6. 1. (*T. VI. p.* 711.)

[1]) Valens, Grat. et Valentin. ad Clearchum *Hal.* — [2]) et *ed. Schf.* — [3]) ceterisve *Theod. C.* — [4]) subhastacione *ed. Schf.*; sub actione *ms. Hfn.* — [5]) *edd. Schf. Hal. Russ. Cui. Bk.*; si quid *ms. Hfn., Cont. et rell., Theod. C. Verum litera quoque fragmentorum Vatic. nos videtur iuvare; v. Buchholtz p.* 34. *not. o.* — [6]) ex rebus *om. Vat. fr.* — [7]) addicatur *Hal. Cui., contra Theod. C.* — [8]) III. Id. Mar. Ravennae *Cui., qui pro suo die ad vet. libros provocat, sed Russ. et rell.* (*ab Hal. enim abest subscr.*) *sequi maluerunt Theod. C.*; IIII. id. nov. Trev. acc. *Vat. fr.* — [9]) *dignitas abest ab Hal.* — [10]) quis *et postea* emerit *ms. Hfn., edd. Schf. Hal.* — [11]) debitorem *Sp. vitio typ.* — [12]) pretiis *Theod. C.* — [13]) putaverit *ms. Hfn.* — [14]) subiicere iacturae *ed. Schf.*; ut nullius conventioni patiamur extrins. subiacere *Theod. C., et* conventioni *etiam est in ms. Hfn.* — [15]) *hanc subscr. Cuiacii, quam recepit Bk., praetuli ei, quam habent ex Theod. C. Russ. et rell., scil.* Dat. VII. Id. Mart. Marcianop. Valentiniano et Valente AA. Conss. (365.) *Hanc enim respuit series legum chronologica, nostram autem fulcit, quod a.* 369. *Valens Marcianopoli constitit, nec obstat locus in const. praecedente; nam l.* 5. *est Valentiniani, l.* 6. *Valentis.* — [16]) *hui. const. inscr. et subscr. restitutae sunt a Cont.* 62., *quas in ipsius const. interitu servari non sine exemplo est, cfr. l.* 4. 5. *C. III.* 2., *l.* 4. *C. VI.* 34., *l.* 5. *C. VII.* 51.; *nomen eius, ad quem data est const., omiserunt Cui. Cont.* 66. 71. *Char. Pac. Sp.* — [17]) *κομητι Fabrot., Bk.* — [18]) *haec Basilisci mentio suspecta est, cfr. not.* 29. *ad l.* 9. *C. VIII.* 4. — [19]) Armasii *Cont.* 62.; *nomina consulum omissa sunt a Cui. Cont.* 66. *et rell. praeter Bk.*; *cfr. not.* 16. — [20]) *Cui. Cont.* 66. *et postea rell.*; Eupleo *Hal. Russ. Cont.* 62. — [21]) pertineat *mss. Hfn. Gl., ed. Schf.* — [22]) *alias deest* ut, *monente glossa.* — [23]) *Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; distrahantur *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Russ. Cui. Bk.* — [24]) pretium *ins. ed. Schf., a qua mox abest* partium. — [25]) *ed. Schf., in qua const. incipit a* quoties, *hic addit vv.* forma est, *et sic legisse videtur Azo.* — [26]) II. *ins. Bk.* — [27]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [28]) Si f. r. q. vendiderat repetat *M. Vacar.*; vendicet *pro* evincat *ms. Hfn.* — [29]) *sic inscribitur in cod. Hafniensi et a Cuiacio* (*nisi quod hic habet* Rationalem); *eandem inscr. flagitat Cont. in marg., eamque a codd. probari indicio sunt etiam Hal. Russ., apud quos ante rubricam tituli est* Pars epistolae, *post rubr. autem* Imp. Alex. A. ad Hermiam; *Cont. et rell. in textu delent vv.* Pars epist. *et solummodo inscribunt* Imp. Al. A. ad Herm. — [30]) Pravissimum *ms. Hfn.* — [31]) pretium bona fide cum est addicta *ms. Hfn.* — [32]) erga *ed. Schf.* — [33]) *subscr. om. Hal. Russ.*

2. [a]) Imp. Marcianus A. [1]) Palladio P. P. Orientis [2]). — Retractare fiscum, quod semel vendidit, aequitatis bonestatisque ratio non patitur. Dat. V. [3]) Kal. Ian. Constantinop. Marciano A. et Adelphio Conss. [4]) [451.]

Tit. VI.

DE HIS [5]), QUI EX PUBLICIS RATIONIBUS MUTUAM PECUNIAM ACCEPERUNT.

1. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. [6]) ad Probum P. P. — Si quis ab exactoribus [7]), tabulariis [8]), arcariis, officiisve [9]) rationum foenebrem pecuniam sumserit, detectus in eodem ad quadrupli poenam ex hac auctoritate teneatur. Dat. IV. Id. Mart. Treviris, Valentiniano et Valente AA. [10]) Conss. [368.]

2. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Palladio, Comiti sacr. larg. [11]). — Sciant omnes, accipiendi [12]) mutuo ex largitionibus sacris auri non patere cuiquam facultatem. Quodsi quis aurum ex nostro aerario privatis commodis profuturum occulte, aut cautionis aut sponsionis fide ut debitor redditurus [13]), sine nostra auctoritate [14]) acceperit, ablatis bonis omnibus perpetuae deportationis subdetur exsilio. Is etiam, qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodaverit ac [15]) dederit, capitali sententiae [16]) subiugetur. Dat. [17]) XII. Kal. Aug. Heracleae, Eucherio et Syagrio Conss. [18]) [381.]

Tit. VII.

POENIS FISCALIBUS CREDITORES PRAEFERRI.

1. [d]) Imp. Alexander [19]) A. Marcello. — Rem suam persequentibus poenae exactio postponitur. Sicut itaque in sortis quantitate fisci persecutio potior est, ita in [20]) triplo, quod poenae nomine adiectum est, propria forma servanda [21]) est. PP. Kal. Iul. Iuliano [22]) et Crispino Conss. [23]) [224.]

Tit. VIII.

DE FISCALIBUS USURIS.

1. Imp. Antoninus A. Antiocho [24]). — Eius summae, quam tibi poenae nomine inflictam probaturus es, usurae non exigentur; nec enim mulctam tibi procurator meus [25]) irrogavit ultra quam placitum est, sed poenam te iussit inferre. PP. XV. Kal. Decemb. Sabino [26]) et Anulino [27]) Conss. [216.]

2. Imp. Alexander A. Victorino. — Si sub pignore creditum fuit, etiam fiscum, qui successit in locum debitoris, usuras praestare oportet, si eas dependi saltem pacto placuit. PP. III. Non. Septemb. Iuliano et Crispino Conss. [28]) [224.]

3. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Fiscum etiam nostrum parere sanctioni nostri numinis [29]) iubemus, per quam usque ad dimidiam centesimae usuras stipulari creditoribus, exceptis certis personis, permisimus [30]), ut ipse etiam fiscus ultra [31]) dimidiam centesimae partem a debitoribus suis minime exigat, sive principaliter ei promiserunt, sive a prioribus suis creditoribus actiones ad eum quocunque modo devolutae sunt. Dat. VIII. Id. April. Constantinop. Decio V. C. Cons. [32]) [529.]

Tit. IX.

DE SENTENTIIS ADVERSUS [33]) FISCUM LATIS RETRACTANDIS.

1. Imp. Antoninus [34]) A. Aristaeo [35]). — Causas, in quibus contra fiscum indicatum est, intra triennium retractari posse, et post id tempus, si praevaricatio arguatur vel manifesta fraus probetur, notum est. Dat. [36]) Non. Iul. duobus [37]) Aspris Conss. [38]) [212.] [e])

TIT. X.

---

[a]) *Bas. LVI.* 6. 2. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de his qui cum dispensat. X.* 24.; *Bas. LVI.* 6. 1. — [c]) *l.* 2. *Th. C. de his qui cum dispensat. X.* 24.; *Bas. LVI.* 6. 2. (*T. VI. p.* 712.); *fortasse iungenda l.* 8. *C. de vectigal. IV.* 61. — [d]) *Bas. LVI.* 6. 1. (*T. VI. p.* 712.) — [e]) *Paratitla ad coll. const. eccl. I.* 3. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1271.) *citant legem* 10. *hui. tit.*, *cuius initium esse dicunt* Θεσπίζομεν, *et sic pergunt:* σημείωσαι ὅτι ὁ βουλευτὴς καὶ ὁ ταξεώτης δύνανται γενέσθαι κληρικοί, κἂν δημόσια χρεωστῶσιν. ἑτέρῳ δὲ λόγῳ, ὅτι τολμηρῶς καὶ ῥιψοκινδύνως ἔρρωται ἡ ἐπὶ τούτοις χειροτονία [*nota, quod curialis et cohortalis fieri possint clerici, licet fisci debitores sint; alio autem dicto, quod non sine temeritate et periculo rata sit in eos collata ordinatio.*] *Viri docti de errore in numeris admisso cogitaverunt, et Ant. Augustin. quidem graecam const. tituli secundi hui. libri, Leunclav. autem* (*Notatt. I.* 58.) *legem* 2. *nostri tit. inde haurire voluerunt. Sed ab omni restitutione merito abstinuerunt editores Codicis, quum ille locus cum l.* 12. *et* 53. *C. de episc. et cler. I.* 3. *manifesto pugnet. Cfr. etiam Nov.* 123. *c.* 15. *et Nov.* 137. *c.* 2.

[1]) *Cui.*; Impp. Valentin. et Martian. AA. *Bk.*; Impp. Hon. et Theod. AA. *Hal. et rell.* — [2]) Orientis *om. Hal. Russ.* — [3]) *Cui.*; V. *om. rell.* — [4]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [5]) iis *et mox* acceperint *Cui.* — [6]) Valent., Val. et Gratianus AAA. *Hal. Russ. Cont.* 62., *contra Theod. C.* — [7]) actoribus *Hal.*; *sed* απαιτητῶν *Bas.* — [8]) *Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; et *ins. ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ. et rell.* — [9]) *mss. Hfn. Gt., omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; officiisque *Hal. et rell.* — [10]) *Cui. Bk., Theod. C.*; AA. *om. Cont. et rell. Caeterum secundum utriusque Impp. consulatum* (368.), *non primum* (365.) *intelligi, recte censent Iac. Gothofr. et Haenel.*; *subscr. om. Hal.* — [11]) *Cui. Bk., Theod. C.*; Palladio P. P. *Hal. et rell.* — [12]) neque dandi neque accipiendi *Theod. C.*, *a quo mox abest* non. — [13]) redibiturus *ed. Schf.* — [14]) sine nostra auct. *om. Theod. C.* — [15]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui., Theod. C.*; aut *Hal. et rell.* — [16]) capitali sententia *ms. Hfn.*, *Theod. C.* — [17]) *fortasse supplenda haec subscr. ex l.* 8. *C. IV.* 61., *v. Haenel. in not. f. ad l.* 2. *Th. C. cit.* — [18]) *subscr. om. Hal.* — [19]) Antoninus *Hal. Russ. Cont.* 62. — [20]) ita ut in *ms. Hfn.* — [21]) ferenda *mss. Hfn. Pl.* 1. *Gt.*, *vett. Cuiacii*; tenenda *ed. Schf.* — [22]) II. *ins. Bk. et sic saepius.* — [23]) *Cui. Cont.* 76. *Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [24]) Antigono *Hal. Russ. Cont.* 62. — [25]) noster *ed. Schf.* — [26]) II. *ins. Bk.*, *sed saepius deest num. in hui. anni subscriptt.* — [27]) Anullino *Cui.*; *subscr. om. Hal. Russ.* — [28]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [29]) nominis *Azo.* — [30]) permisit *var. l. ap. Azon.* — [31]) ultra *om. ms. Gt.* — [32]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [33]) contra *ms. Gt.*, *Hal.* — [34]) Alexander *Hal. Russ. Cont.* 62., *contra cod. Contii.* — [35]) *Cui.*; Aristeo *cod. Contii*; Acutiano *Hal. et rell.* — [36]) *Cui.*; PP. *Cont. et rell.* — [37]) et *ins. Char. Pac. Sp.* — [38]) *subscr. om. Hal. Russ.*

Tit. X.

DE BONIS VACANTIBUS ET DE INCORPORATIONE.

1. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Sirioni, Rationali [1]). — Scire debet gravitas tua, intestatorum res, qui sine legitimo herede decesserint, fisci nostri rationibus vindicandas, nec civitates audiendas, quae sibi earum vindicandarum ius veluti ex permissu vindicare nituntur; et deinceps quaecunque intestatorum bona a [2]) civitatibus obtentu privilegiorum suorum occupata esse compereris, ad officium [3]) nostrum eadem revocare non dubites. Dat. prid. Id. April. Annibaliano et Asclepiodoto Conss. [4]) [292.]

2. [b]) Imp. Constantinus A. ad Aemilium, V. P. Rationalem [5]). — Si quando adnotationes nostrae contineant, possessionem sive domum, quam donaverimus, integro statu donatam, hoc verbo ea vis continebitur, quam ante scribebamus [6]): cum adiacentibus et mancipiis et pecoribus et fructibus et omni iure suo; ut ea, quae ad instructum possessionis vel domus pertinent, tradenda sint. Dat. VI. Id. Mart. Mediolani, Constantino A. III. et Licinio [7]) Conss. [313.]

3. [c]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus [8]) AAA. ad Florianum [9]), Comitem R. P. [10]). — Si quando aut alicuius publicatione aut ratione iuris aliquid rei nostrae addendum est, rite atque solemniter per comitem rerum privatarum, deinde per rationales [11]) in singulis quibusque [12]) provinciis commorantes incorporatio impleatur [13]), et diligens stilus sigillatim omnia adscribat [14]). Tituli vero, quorum adiectione praedia nostris sunt consecranda substantiis [15]), non nisi publica testificatione proponantur [16]); gravissimis statim subdendis suppliciis, qui huiusmodi aliquid propria usurpatione tentaverint. Dat. IV. Kal. April. Valentiniano NB. P et Victore Conss. [17]) [369.]

4. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. [18]) Palladio P. P. — Vacantia [19]) mortuorum bona tunc ad fiscum iubemus [20]) transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea vel iuris titulo legitimum reliquerit intestatus heredem. Dat. VIII. Id. Iul. Ravennae, Eustathio [21]) et Agricola Conss. [22]) [421.]

5. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hermocrati [23]), Comiti R. P. — Si vacantia vel alio modo [24]) bona delata legibus ad aerarium perhibeantur, certi palatini electi et iureiurando obstricti mittantur, ut eorum instantia praeses provinciae, praesente fisci patrono, diligenter inquirat, cuius vacans cadensque [25]) fuerit patrimonium, quantumque vel quale videatur. Et [26]) quum, data reclamandi copia, nullum id [27]) iure possidere vel vindicare constiterit [28]), locumque aerario factum esse tam ipsius relatione quam publicorum monumentorum fide constiterit, rerum nobis notitia intimetur, ut iussu nostro vacantia vel aliae res [29]) nomine occupentur aerarii. Quae forma etiam in parte bonorum, vel in una alterave re, seu actione una vel etiam pluribus servetur. Nam si quid per fraudem in dispendium aerarii fuerit admissum, missi quidem exsecutores non evitabunt [30]) indignationem, praeses autem facultatum parte dimidia mulctabitur, fisci vero patronus detrimentum, quod [31]) vitio eius fisco ingeritur, resarcire urgebitur. Dat. VII. Id. Octob. Constantinop. Dn. [32]) Theodosio A. XV. et qui fuerit nuntiatus [33]) Conss. [435.]

Tit. XI.

DE DELATORIBUS.

1. Imp. Alexander A. Basso [34]). — Si ei, qui capere potest [35]), tacitum fideicommissum relictum est, cessat delatio. His enim prohibetur tacite relinqui [36]), qui palam relictum capere non possunt. PP. XIII. Kal. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [7]) [223.]

2. Imp. Gordianus A. Eutychemo [38]). — Monente officii sollicitudine, quin immo [39]) iussu procuratoris, ut causam ab alio delatam convenienti diligentia instrueres [40]), non ipsum voluntarium delatoris [41]) munus suscepisse te, actorum lectio, quae precibus intexta sunt, manifeste declarat. Eapropter ne quid in persona tua [42]) quod est sectae temporum meorum alienum, attentetur, praeses provinciae vir clarissimus ad sollicitudinem suam revocabit. PP. VIII. Id. Septemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

3.

---

[a]) *Bas. LVI.* 6. 1. (*T. VI. p.* 711.) — [b]) *l.* 1. *Th. C. de bonis vacant. X.* 8.; *Bas. LVI.* 6. 2. (*T. VI. p.* 712.) — [c]) *l.* 1. *Th. C. de incorpor. X.* 9. — [d]) *hausta ex l.* 30. *Th. C. de petition. X.* 10.; *iungendae l.* 3. *C. de requirendis. IX.* 40., *et l.* 10. *C. de iure fisci. X.* 1. — [e]) *hausta ex l.* 5. *Th. C. de bonis vacant. X.* 8.

[1]) *Cui. Cont.* 76.; ad Eucharium *Hal. et rell.*; *glossa dignitatem comitis rer. privat. in inscr. habuisse videtur.* — [2]) *ed. Schf.*; a *om. Hal. et rell.* — [3]) ad fiscum *quidam cod. Cuiacii et vet. cod. Contii*, *quod probat uterque in notis.* — [4]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [5]) *Russ. Cont. Char. Pac., Theod. C.*; *Cui. pro* V. P. *substituit* R. P. *et sic post* Rational. *addidit* rei privatae; *Sp. Bk. servato utroque inscribunt* ad Aem. V. P. Ration. rei priv.; ad Albinum P. U. Romae *Hal. Cfr. Gothofr. in comment. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [6]) conscribebamus *Hal. Cui.* — [7]) III. *add. ex fastis Bk.* — [8]) Grat. Valent. et Theod. *Hal.* — [9]) *Hal., Theod. C. ed. Haenel.*; Florentinum *Bk.*; Florentium *Russ. et rell.*; *sed v. supra VI.* 4. 2., *et infra XI.* 61. 4., *XI.* 65. 2., *XI.* 67. 4. — [10]) Praef. Augustalem *Hal.* — [11]) dein rationales *Theod. C.* — [12]) quibuscunque *Hal. Cui.* — [13]) compleatur *Theod. C.* — [14]) scribat *Hal. Cui.*; ascribat *ed. Schf.* — [15]) nominibus *Theod. C. et mox* ponantur, *quod et habet ms. Hfn.* — [16]) illis *ins. ed. Schf.* — [17]) *subscr. om. Hal.* — [18]) *Hal. Cui.*; et Constantius A. *ex Theod. C. ins. Russ. et rell.*; *sed v. leges nostrae iungendas.* — [19]) Caduca *Theod. C.* — [20]) ad competitores iubemus ex nostra lege *Theod. C.* — [21]) Eustachio *Russ. Cui.* — [22]) *subscr. om. Hal.* — [23]) *Cui., Theod. C. ed. Haenel.*; Hermostrato *Hal.*; Hieritocrati *Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Bk., Theod. C. ed. Gothofr.*; Herritocrati *Cont.* 76.; Hierocrati *Pac. Sp.* — [24]) vac. vel caduca bona *Theod. C.*; aliquo modo *ed. Schf.* — [25]) caducumque *Theod. C.* — [26]) *ms. Gt., Theod. C.*; ut, *plena interpunctione post* videatur *deleta, edd. Cod., quas tuetur ms. Hfn.* — [27]) *edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; vel *ins. Russ. et rell., contra omnia mss. Russardi*; *tam* id *quam* vel *abest a ms. Hfn.* — [28]) constiterit *om. Hal. Cui. Bk., contra Theod. C.* — [29]) vacantia vel caduca *Theod. C.* — [30]) devitent *ms. Hfn.* — [31]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Russ. in marg., Theod. C.*; pro *ins. Hal. et rell.* — [32]) Dn. *om. Cui.* — [33]) Theod. XV. et Valentiniano IV. AA. *Cui., contra Theod. C. quidem, sed convenienter cum l.* 6. *C. I.* 5. — [34]) Haterio *Hal. Russ.*; Blasso *ms. Pl.* 1. — [35]) poterat *ms. Pl.* 1. — [36]) relinquere *mss. Pl.* 1. *Gt. Hfn.* — [37]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [38]) Nicontio *Hal. Russ.*, Eutichemo *Cui.* — [39]) omnino *Azo.* — [40]) instruens *Hfn., ed. Schf.* — [41]) delationis *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [42]) tua *om. ms. Hfn.*, *a quo et mox absunt* temporum meorum.

3. Idem A. Caecilio [1]). — Nulla macula vel crimine delatoris adspergitur is, qui, quum ab officialibus fundum seu domum fisci possidere contenderetur, non se, sed alium eius rei possessorem esse monstraverit [2]). PP. prid. Kal. Iul. Gordiano A. II. et Pompeiano [3]) Conss. [241.]

4. [a]) Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. [4]) Candido. — Ex varia statutorum diversitate ad id decursum est, ut hi, qui reipublicae causas defendunt, delatorum criminibus non teneantur, quum omnibus notissimum sit, eos solos exsecrabiles nuntiatores esse, qui fisco deferunt. PP. III. Kal. Septemb. Carino et Numeriano AA. [5]) Conss. [284.]

5. [b]) Imp. Constantinus A. ad provinciales. — Omnes iudices invigilare praecipimus [6]), delatores sine [7]) fisci advocato denuntiantes poenis afficere. Apertissimi enim iuris est, ut, quod ex cuiuscunque [8]) patrimonio ceciderit in casum [9]), et legibus et retro [10]) iuris ordine, fisci advocatis agentibus, vindicetur. Sed quia nonnulli praecipites secundum ius possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus [11]), qui se laesos existimant, contra delatores severitatem iudicum implorare ferro districtam [12]). Dat. XI. [13]) Kal. April. Constantinop. Constantio et Albino Conss. [335.]

6. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Panhellenio [14]), Consulari Lydiae [15]). — Servum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum severissimae sententiae subiugari, etiamsi obiecta probaverit, excepto crimine maiestatis [16]). Dat. VII. Kal. Novemb. Constantinop. Antonio et Syagrio Conss. [382.]

7. [d]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Ὅυτε οἰκέτῃ οὔτε ἐλευθέρῳ ἔξεστι καταμηνύειν, ὅθεν μηδεὶς εὐλαβείσθω μήτε θανατον μήτε οὐσίας ἀφαίρεσιν. Εἰ δέ τις ἢ ἄλλως πως καταμηνύσει τινά, ἢ ὡς εὑρόντα θησαυρὸν διαβαλεῖ, οἰκέτης μὲν ὢν παραχρῆμα διδόσθω πυρί, καὶ μαλισια εἰ τοῦ δεσπότου κατηγορεῖ, ἐλεύθερος δὲ ὑπάρχων, καὶ τῆς οὐσίας ἐκπίπτων καὶ τῆς πολιτείας, ἔξω τῶν ὅρων τῆς ῥωμαϊκῆς γινέσθω βασιλείας.

Neque servo neque libero homini liceat deferre, ex quo aut mortem aut bonorum amissionem nemo pertimescat. Quodsi quis alia quavis ratione quem deferat vel ut thesauri inventorem denuntiet, servus quidem statim igni tradatur, maxime si dominum deferat, liber autem homo, et bonis ademtis et civitate amissa, extra fines romani imperii abeat.

8. [e]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Μὴ ἐξέσιω τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις λέγειν, ὡς περιηχήθησαν, τινὰ κατέχειν δημόσια, καὶ διὰ ταύτης τῆς ἀφανοῦς κατηγορίας ἐπιβουλεύειν ἑτέροις, ἀλλὰ καὶ ὁ καταμηνυτὴς παρέσιω, καὶ η ποιότης αὐτοῦ σκοπείσθω. §. 1. Καὶ μηδὲ υἱὸς πατέρα ἢ μητέρα, ἢ ἀπελεύθερος πάτρωνα ἐπὶ δημοσίοις καταμηνυέτω, μηδὲ ὁ ἐξορίαν ὑπομείνας ἢ ἐπὶ συκοφαντίᾳ κατακριθεὶς ἢ πληγὰς παρὰ τοῦ ἄρχοντος δεξάμενος, μηδὲ ἕτερον πρόςωπον ἀπὸ νόμου εἰργομένον ἀκουέσθω. §. 2. Οἰκέτης δὲ ἢ [17]) ἐπὶ δημοσίᾳ αἰτίᾳ ἢ ἐπὶ ἄλλῃ τινὶ τοῦ δεσπότου κατηγορων, ἐν αὐτῷ τῷ [18]) φθέγγεσθαι τὴν κατηγορίαν αποτεμνέσθω, εἰ καὶ ἀληθεύει κατὰ τοῦ δεσπότου. §. 3. Καὶ ἡ σχολὴ δὲ τῶν παλατίνων ἐὰν καταμηνύσῃ τινὸς (μόνη γαρ αὕτη καὶ δύναται καταμηνύειν καὶ ἀναγκάζεται), ἢ καὶ ἕτερος ὁ ἐκ τοῦ νόμου συγχωρούμενος, μνημονευέτω τοῦ καταμηνύοντος ο τοῦ δημοσίου προεστώς. §. 4. Καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τῆς βασιλίδος πόλεως ἐστὶν ὁ καταμηνυθείς, ἐκ διαλαλιᾶς τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν ὑπομιμνησκέσθω, καὶ μηδὲν πλέον πάσῃ τῇ τῶν παλατίνων σχολῇ καὶ τῷ κατὰ καιρὸν πριμικηρίῳ [19]) καὶ τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις διδότω τῶν τεσσαρων νομισμάτων, μήτε ὑπὲρ τῆς ὑπομνήσεως, μήτε ὑπὲρ προβολῆς τοῦ

Ne liceat fisci advocatis dicere, sibi esse relatum, detinere quemquam bona fiscalia, et propter occultam eiusmodi accusationem insidias aliis struere; sed adsit delator eiusque qualitas spectetur.

§. 1. Et neque filius patrem vel matrem, aut libertus patronum ex causa bonorum fisco inferendorum denuntiet, neque exsilium passus aut calumniae causa damnatus aut fustibus a magistratu caesus aut alius quis lege prohibitus audiatur.

§. 2. Servo autem sive de fiscali causa sive de alia qualibet dominum accusanti, quum in eo est, ut accusationem enuntiet, vox interdicatur, etiamsi vera contra dominum deferat.

§. 3. Schola vero palatinorum si quem detulerit (haec enim sola et potest deferre et debet), vel etiam alius, cui id lege conceditur, delatoris memor sit fisci patronus.

§. 4. Et si quidem in regia urbe est is, qui delatus est, ex decreto comitis rerum privatarum conveniatur, neque amplius quatuor nummis solvat toti palatinorum scholae et pro tempore primicerio et fisci advocatis pro conventione vel productione procuratoris. In singulis autem cognitionibus legitimos sumtus dicto iudicio praebeat tam pro ipsa cognitione, quam pro actorum

---

[a]) *Bas. LVI.* 7. 4. (*T. VI. p.* 712.) — [b]) *fons est l.* 3. *Th. C. de petition. X.* 10.; *Bas. LVI.* 7. 5. — [c]) *l.* 17. *Th. C. de petition.*; *Bas. LVI.* 7. 6. — [d]) *graecam const. ex Bas. LVI.* 7. 7. (*T. VI. p.* 713.) *restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod.*; *secuti eum sunt Cont.* 66. *et rell. Graecorum lacunam ad rubr. tit. seq. adnotant ms. Barberin.*, *cod. Russ.*, *cod. Cont.*, *Azo.* — [e]) *graecam const. ex Bas. LVI.* 7. 8. *primus restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod.*; *sequuntur eum Cont.* 66. *et rell. Notae deficientis graecae const.*, *in not. anteced. memoratae*, *et huc pertinent*; *accedit Eustath. XI.* 14. (*ed. Zachariae. p.* 143.), *qui ex §. 5. nostrae const. hausit. In Synopsi VI.* 8. (*ed. Leuncl. p.* 47.) *est §. 2. et ex parte §. 6.*

[1]) *Cui. Bk.*; Chloelio *Hal. et rell.* — [2]) non monstraverit *var. l. gl.* — [3]) *Cui. Bk.*; Pontiano *Cont. et rell.*; *subscr. om. Hal. Russ.* — [4]) Imp. Philippus A. *Hal. Russ. Cont.* 62.; *Carum recte delere vult Reland. fast. cons. p.* 251. — [5]) *Cui. Sp. Bk.*; AA. *om. Cont. et rell.*; *subscr. om. Hal. Russ.* — [6]) et *ins. Theod. C.*, *a quo mox absunt* sine f. adv. denunt. — [7]) sive *ed. Schf.*; *sed xρὴ διὰ τοῦ συνηγόρου τοῦ δημοσίου προςαγγέλλειν Bas.* — [8]) *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*, *M. Vacar.*; cuiusque *Hal. et rell.* — [9]) in casum *ms. Hfn. Hal.*, *M. Vacar.*; in causa *ms. Rg.* 2. — [10]) *mss. Hfn. Rg.* 1. 2., *ed. Schf.*, *Theod. C. ed. Haenel.*; recto *Hal. et rell.*, *var. l. gl.*, *M. Vacar.* — [11]) *mss. Hfn. Rg.* 1. 2. *Gt.*, *omnia mss. Russardi*, *Theod. C.*, *M. Vacar.*; licentiam *ins. edd.* — [12]) destrictam *Theod. C.*; distractam *ms. Hfn.*; districtam *aliae* distractam *glossa in ed. Schf.*; districtam *alias* destrictam *glossa in edd. Cont.* — [13]) *Russ. Cui. Cont. Char. Pac.*, *Theod. C.*; X. *Hal.*; II. *Sp. Bk.* — [14]) *Hal. Cui.*; Panellino *Theod. C.*, *Bk.*; Pallio *Russ. et rell.*; Panclemo *ms. Pl.* 1. — [15]) Lybiae *Hal.*; Lidie *ms. Pl.* 1. — [16]) exc. crim. mai. *om. Theod. C.* — [17]) ἢ *om. Synops.* — [18]) *Synops.*; τὸ *Bas.*, *edd. Cod.* — [19]) πριμηκηρίῳ *Bas. ed. Fabr.*

τοῦ ἐντολέως. Καθ' ἑκάστην δὲ διαγνωσιν τα νεμομισμένα δαπανήματα ἐν τῷ εἰρημένῳ δικαστηρίῳ παρεχέτω, καὶ ὑπὲρ τῆς διαγνώσεως αὐτῆς, καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πεπραγμένων ἐκλήψεως. Καὶ ἀνεύθυνος μὲν ὢν ἀπαλλαττέσθω τῆς δίκης. εἰ δὲ ὑπεύθυνος φανείη, μὴ αὐτὰ μόνα, ἅπερ ἔχων εὑρίσκεται πράγματα, ἢ τὸ χρέος, ὅπερ ἐχρεώστει, ἀποδιδοτω, ἀλλὰ καὶ τὰ συμβάντα τῷ ταμείῳ δαπανήματα ἐν διπλασίῳ [1]) διδότω, ὑπὲρ ᾗ μάτην ἐδικάσατο. §. 5. Ἐὰν δὲ πράγματα μόνα καταμηνύεται, ὡς διαφέροντα τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ, ἀγνοεῖται δὲ ὁ ταῦτα διακρατῶν, καὶ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει τὰ πράγματα ἢ ὑπὸ τὴν αὐτῆς ἐνορίαν [2]), ἢ ἀκίνητοις μὲν οὖσιν αὐτοῖς, μὴ ἐπιβαλλέτω τίτλους ἡ σχολὴ τῶν παλατίνων, μήτε ἐπιβαινέτω αὐτοῖς, ἀλλὰ προγράμματα προτιθέτω ὁ κόμης τῶν ἰδιοκτήτων τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς περιφανεσι τόποις τῆς βασιλίδος, καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα διακεῖται, ἐπιτρέπων ἑκάστῳ ἀντιποιουμένῳ τούτων τῶν πραγμάτων εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν καταλαμβάνειν τὸ αὐτοῦ δικαστήριον, καὶ συνίστασθαι τοῖς ἑαυτοῦ δικαίοις ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις δαπάναις, εἴτε αὐτὸς ὁ κατέχων τὰ πράγματα βούλεται ἀπαντήσει, εἴτε φίλος αὐτοῦ, εἴτε οἰκέτης, εἴτε ἀπελεύθερος, ὅταν ἄπεστιν ὁ τῇ ἀληθείᾳ ταῦτα κατέχων, πληρουμένων καὶ ἐπὶ αὐτῷ πάντων, ὅσα περὶ τοῦ φύλακος τῆς νομῆς νενομοθέτηται. Ἐὰν δὲ μήτε αὐτὸς ὁ τῆς ὑποθέσεως κύριος, μήτε ἐντολεὺς αὐτοῦ νεμόμενος, μήτε φύλαξ τῆς νομῆς φανείη εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν, καὶ τοῦτο αὐτο γένηται δῆλον ἐν ὑπομνήμασι, γινέσθω μὲν ἐπὶ νομῆς τῶν πραγμάτων το ταμεῖον, μηδενὸς προκρίματος ἐπαγομένου τῷ κυρίῳ τῶν πραγμάτων ἐν ταῖς ἁρμοζούσαις αὐτῷ περὶ τούτων δικαιολογίαις. Εἰ δὲ κινητὰ ἢ αὐτοκίνητα εἴη τὰ καταγγελθέντα πράγματα, μηδὲ ταῦτα κατεχέτω τὶς προπετῶς, ἀλλ' ἀναζητείσθω ὁ ταῦτα νεμόμενος, καὶ ὑπομνησθεὶς ἀγωνιζέσθω τὴν δίκην ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις δαπανήμασι καὶ ὅροις. Διὰ δὲ πάντων τῶν ἐννόμων τρόπων καὶ ἀποδείξεων, ἐγγράφων ἢ καὶ ἀγράφων, ἀνερευνάσθω τὰ πράγματα, καὶ διὰ τῶν δυναμένων εἰδέναι τὸ ἀληθὲς προσώπων εἰδότος τοῦ ἐναγομένου, ὡς, ἐὰν ἡττηθῇ, οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν δίκην γινόμενα δαπανήματα ἀπαιτήσεται, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τα πράγματα παρ' αὐτῷ φανέντα καὶ την τούτων διαιτμησιν. §. 6. Ταυτα καθόλου περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων ἡ διάταξις νομοθετήσασα, ἐπιφέρει λοιπὸν ἰδικὴν νομοθεσίαν περὶ των διὰ τυραννίδα δημευομένων, λέγουσα, τὸν ἐπὶ τούτοις καταμηνύοντα μηδὲ μηνυτὴν καλεῖσθαι, ἀλλα ἑτοίμως προςέχεσθαι, καὶ εἰ μὲν συκοφαντήσωσιν οἱ προςαγγείλαντες, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μηνυταῖς αὐτοὺς τιμωρεῖσθαι, ἐὰν δὲ διελέγξωσι τὰ μηνυθέντα, μὴ μόνον ἀπαλλάττεσθαι τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ ὀγδοην μοῖραν των προςαγγελθέντων πραγμάτων αὐτοις κομιεῖσθαι. §. 7. Τους δὲ καταγγελθέντας, ἐὰν μὲν τὰ παρ' αὐτῶν κατεχόμενα πράγματα ἤτοι ἡ οὐσία πᾶσα ἐλάττων εἴη τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν, προς την διατίμησιν αὐτῶν τὰς ἐγγύας διδοναι. εἰ δὲ ὑπερβαίνει τὰς πεντήκοντα λίτρας, ἄχρι μὲν τῶν πεντήκοντα παρέχειν καὶ αὐτοὺς τὰς ἐγγύας, ἐπὶ δὲ τῇ λοιπῇ ποσότητι διόμνυσθαι, προςτιθέντας ἐν τῇ ἐξομοσίᾳ, ὡς προςεδρεύσωσι τῷ δικαστηρίῳ αὐτοὶ ἢ οἱ τουτων ἐντολεῖς, καὶ οὐκ ἀπολειφθήσονται τοῦ δικαστηρίου τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως. Ἐὰν δὲ μετὰ την ἐξομοσίαν ἀπολειφθέντες τρίτον κληθεῖεν, ἑκάστης κλήσεως ὑπὲρ δέκα ἡμέρας γενομένης, γένηται δὲ καὶ τρία κατ' αὐτῶν κηρύγματα, καὶ μήτε οὕτως φανεῖεν αὐτοὶ ἢ οἱ ἐντολεῖς αὐτῶν ἢ [3]) διεκδικηταί, ἐπιβαινέτω μὲν τοῖς πράγμασι τὸ ἱερώτατον ταμεῖον, φυλάττεσθαι δὲ τὸ ἀπόκριτον τοῖς ἀπολιμπανομένοις.

actorum conscriptione. Quodsi obnoxius non sit, absolvatur a causa; sin vero obnoxius esse inveniatur, non solum ipsas res tradat, quas habere noscitur, aut debitum, quod debet, sed etiam sumtus in duplo reddat, quos fiscum fecisse contigerit in causam, de qua temere litem suscepit.

§. 5. *Si vero solae res deferantur, nec sciatur, quis sit earum possessor, sintque res in regia urbe eiusve suburbanis, si quidem immobiles fuerint, ne eis titulos schola palatinorum imponat, neve eas occupet, sed edicta proponat comes rerum privatarum Imperatoris in spectatissimis regiae urbis locis, et in quibus res consistunt, permittatque cuicunque contradicturo, de his rebus intra triginta dies suscipere apud se iudicium et sub iam dictis sumtibus de iure suo contendere, sive ipse rerum possessor contradicere velit, sive amicus eius, sive servus, sive libertus, quum abest is, qui vere eas res possidet; servatis etiam in hoc omnibus, quae de custode possessionis constituta sunt. Quodsi neque ipse causae dominus, neque procurator eius possidens, neque custos possessionis intra triginta dies compareat, idque in actis manifestum factum sit, possessionem earum rerum fiscus adipiscatur, nullo praeiudicio domino rerum circa allegationes ipsi competentes inferendo. Sin vero res delatae mobiles aut se moventes fuerint, neque hae praepropere occupentur, sed prius requiratur earum possessor, et conventus litem agat sumtibus et terminis iam dictis. Omnibus autem legitimis modis et probationibus, scriptis vel non scriptis, scrutari eas res oportet, et ab iis personis, quae veritatem scire possunt; scituro reo, si succubuerit, non solum sumtus in eam litem factos a se repetitum iri, sed etiam res, quas habere eum patuerit, et aestimationem earum.*

§. 6. *His generaliter de fiscalibus rebus constitutione comprehensis, subiicit deinde specialem legem de publicatis propter perduellionem, dicens, eorum nuntiatorem delatorem non vocari, sed promte suscipi; et si quidem hi nuntiatores calumniati fuerint, perinde eos puniri, ac alios delatores. sin vero obiecta probaverint, non solum a poena liberari, sed etiam octavam partem bonorum denuntiatorum ferre.*

§. 7. *Denuntiatos autem, si res ab eis possessae vel universa eorum substantia minor sit quinquaginta auri libris, usque ad quantitatem, cuius aestimatae fuerint, fideiussores dare; sin vero excedat quinquaginta libras, etiam eos ad quinquaginta usque libras dare fideiussores, de reliqua autem quantitate iuriiurando committi, adiicientes in ea cautione iuratoria, adfuturos in iudicio se vel procuratores suos, nec iudicium sacrarum rerum privatarum principis deserturos. Quodsi post iuratoriam cautionem deserentes ter vocati fuerint, denis diebus inter singulas citationes interiectis, et tria in eos proclamata proposita fuerint, ac si ne sic quidem comparuerint ipsi vel procuratores eorum vel defensores, bona occupet sacratissimum aerarium, servata tamen absentibus defensione.*

§. 8.

[1]) *Bk.; ἐν διπλασίων Cui. et rell.; ἐκ διπλασίων Bas. ed. Fabr.* — [2]) *fortasse εἰσὶν hic excidit propter seq. οὖσιν; delendum videtur seq. ἢ.* — [3]) *Cui.; ἢ tns. Bk.; ἢ om. edd. rell., in eodem vitio typ. perseverantes.*

μένοις. §. 8. Εἰ δὲ τὰ προσαγγελθέντα πράγματα ἐν ἐπαρχίᾳ διάκειται, καὶ ἡ ἀφ' ἑαυτοῦ κινούμενος ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων ἢ ἐκ προστάξεως τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως ἐξεταζει τὴν ὑπόθεσιν, μηδὲν ταραχώδες μηδὲ βίαιον γινέσθω, ἀλλὰ τὰ μὲν δαπανήματα τῆς δίκης εἰς τὸ τρίτον μέρος τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει γινομένων παρεχέσθω. §. 9. Ἕκαστος δὲ προσαγγέλλων ἢ τῷ κομητι τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, ἢ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων, ἢ τοῖς λαμπροτάτοις τοῦ δημοσίου συνηγόροις, ἢ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν, γινωσκέτω, ὡς, εἴτε ἐπιμένας τῇ δίκῃ φανείη συκοφάντης, εἴτε ἀποστῇ τῆς κατηγορίας καὶ ἀφανὴς γένοιτο, σίμμετρον μὲν ἔχων περιουσίαν καὶ μὴ δεδιὼς τὴν ἐν αὐτῇ τιμωρίαν, καὶ πληγὰς βαρυτάτας ὑπομένει, καὶ διηνεκῶς ἐξωρίζεται. ἐὰν δὲ στρατείαν ἔχῃ ἢ σεμνὸν ἐπιτήδευμα ἢ περιουσίαν ἄρχουσαν [1]), ἐκπίπτει καὶ τῆς στρατείας καὶ τῆς οὐσίας, καὶ οὐδὲ τὴν βασιλίδα πολιν οὐδὲ τὴν ἐπαρχίαν οἰκῆσαι συγχωρεῖται. §. 10. Παραφυλαττόντων τὸν νόμον τοῦ τε κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ σχολῆς, καὶ τοῦ παραβαίνοντος αὐτὸν ἐφ' ἑκάστῳ κεφαλαίῳ πεντήκοντα χρυσοῦ λίτρας πρόστιμον ἀπαιτουμένου. Εἰ δὲ ἐν ἐπαρχίᾳ παραβαθείη τι τούτων, ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίᾳ ἀνὰ τριάκοντα χρυσοῦ λιτρῶν καὶ οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς ἀπαιτείσθωσαν. Ἵνα δὲ τὰ τῶν προστίμων τοιτων μὴ λανθάνῃ, ἔξεστι καὶ αὐτοῖς τοῖς ἠδικημένοις καταμηνύειν τὸν παραβάντα τὸν νόμον, καὶ προσαγγέλλειν τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἢ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ ἀζημίως, ἵνα ταυτα δι' αὐτοῦ μανθάνων ὁ βασιλεὺς αὐτῷ τῷ μαγίστρῳ τὴν τῶν προστίμων εἰσπραξιν ἐπιτρέψῃ.

§. 8. *Si vero res delatae in provincia constitutae sint, et praeses provinciae sive sponte sua sive ex iussione comitis rerum privatarum principis in causam inquirat, nihil turbide, nihil violenter fiat, sed sumtus litis in tertiam partem eorum, qui in regia urbe solvuntur, praebeantur.*

§. 9. *Quicunque autem deferat vel comiti rerum privatarum principis, vel scholae palatinorum, vel clarissimis fisci advocatis, vel clarissimis provinciarum praesidibus, noverit, se, sive in lite perseverans calumniator apparuerit, sive ab accusatione destiterit et latitaverit, mediocres facultates habentem et poenae pecuniariae contemtorem gravissimis verberibus subiectum et perpetuo relegatum iri. Si vero militiam habeat vel honestum aliquod officium vel idoneas facultates, et militia excidet et facultatibus, et tam in regia urbe quam in provincia habitare vetabitur.*

§. 10. *Hanc legem observent et comes privatarum principis et, quae ei obsequitur, schola; et qui eam transgreditur, ob violata singula eius capitula quinquaginta librarum auri mulctae subiiciatur. Quodsi in provincia horum quid neglectum fuerit, ob quemvis neglectum triginta auri librae tam a praesidibus provinciarum quam ab officiis, quae sub iis sunt, exigentur. Ne quis vero eam mulctam effugiat, ipsis etiam iniuria affectis licet deferre legis transgressorem et impune denuntiare sacratissimo Imperatori vel gloriosissimo magistro, ut ab eo edoctus Imperator ipsi magistro mulctarum exactionem committat*

Tit. XII.

DE PETITIONIBUS [2]) BONORUM SUBLATIS [3]).

1. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. — Quisquis in crimine maiestatis deprehensus fuerit et punitus, bonaque [4]) eius, sicut plectendi consuetudo criminis habet, fiscus invaserit, nullus eadem sub spe [5]) munificentiae principalis audeat proprio iuri [6]) poscere. Qui contra legem id ausus fuerit sperare, quod non licet, reus violatae legis habeatur. Sed quoniam plerumque ita in [7]) nonnullis causis [8]) inverecunda petentium inhiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus, ne [9]) rescripto quidem nostro adversus formam latae legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen [10]) desiderante atque poscente, concedi [11]) cuiquam voluerimus, huiusmodi tantum valeat liberalitas. Dat. XVI. Kal. Decemb. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio I. [12]) AA. Conss. [380.]

2. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio [13]) P. P. — Omne semen [14]) alienas appetendi fortunas stirpitus eruere cupientes nulli deinceps volumus petitionis rerum esse licentiam, etsi [15]) intestatus quisquam quaequamve [16]), ac nullis ex numero propinquorum exsistentibus [17]) vel uxore vel marito, fati munus impleverit [18]), cuiuscunque sit conditionis aut sectae, seu quolibet titulo res fuerit fiscalis. §. 1. Nemo audeat ad petitionem rerum defuncti defunctaeve, cuiuscunque fortunae aut sectae sit, si [19]) fisco nostro locus pateat, adspirare. quum ne illis quidem, quorum actu atque officio petitionum procedebat effectus, impune liceat sanctionibus nostris adversari. Sed vir illustris quidem cuiuscunque temporis quaestor, si oblatae petitioni subscripserit vel etiam responsum dederit, virque illustris comes rerum privatarum, si vel instrui permiserit vel petitionem (si qua insinuatur) admiserit, indignationem nostri numinis [20]) sustinebit [21]), ceterisque fiet [22]) vindictae et [23]) temeritatis exemplum. Memoriales vero, qui excipienda huiusmodi rescripta vel implenda curaverint, et palatinos, qui instruxerint vel gesta admissae petitionis ediderint, bonorum proscriptione puniri decernimus. §. 2. Pari forma res etiam civiles et ad ius publicum pertinentes ab omni petitione munien-

---

[a]) *l.* 15. *Th. C. de petition. X.* 10. — [b]) *hausta ex Nov. Theod. XXV.* (*ed. Berol.*), *v. not.* 13.

[1]) *Cui. Cont.* 66.; *ἀρχοῦσαν Cont.* 71. *vitio typ., quod servant rell.* — [2]) petitis *ms. Hfn.*, *veteres libri Cuiacii, ed. Schf.*, *Azo.* — [3]) bonor. subl. *om. Azo*; „*alias* bonorum, *alias deest* bonor.“ *glossa.* — [4]) bonisque *ed. Schf.* — [5]) *ms. Bg.* 2., *ms. Bg.* 1. *prima manu, Cuiac. in comment., Theod. C.*; specie *edd.*; spē *ms. Hfn.* — [6]) *Cui., Theod. C.*; iure *ms. Hfn., edd. rell.* — [7]) ita ut *ms. Hfn.* — [8]) causis *om. Cui., Theod. C.* — [9]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; nec *edd. rell.* — [10]) vestro iudicio tamen *ms. Hfn.* — [11]) concedere *ed. Schf.* — [12]) 1. *om. Hal. Cui.* — [13]) Zoilo *Nov. Theod.*; *si itaque nostra inscr. vera est, nostra const. hausta est ex alio exemplo eiusdem legis ad Florentium P. P. dato, cuius tamen a.* 444. *aliud vestigium non exstat.* — [14]) Omnes enim *mss. Hfn. Bg.* 1. 2., *ed. Schf.*, *var. l. gl.*, *improbante Accursio*, „*quia leges Codicis non continuantur.*“ — [15]) *Hal. et rell. plene interpungunt post* licentiam, *mox autem minus plene post* fiscalis; *sed v. Nov. Theod. Iam glossa hic haesit, monet enim ad v.* etsi: „*incipit versus.*“ — [16]) *vel., codd. Cuiac.*; quisquam quaeve *ms. Hfn., ed. Schf., Nov. Theod.*; quisquam quaequam (*om.* ac) *ms. Gt.*; quispiam quaepiamve *Hal.*; quisquam quaedamve *Russ. Cui. Cont. et rell.* — [17]) exstantibus *Nov. Theod.* — [18]) et *ins. ms. Hfn., ed. Schf., Nov. Theod.* — [19]) et *ed. Schf.*; et si *Nov. Theod.*; sed *ms. Hfn.* — [20]) nominis *var. l. gl.* — [21]) sustinebunt *Nov. Theod.* — [22]) fient *ms. Hfn., Nov. Theod.*; fierent *ed. Schf.* — [23]) et, *quod ex geminatione oriundum videtur, abest a Nov. Theod.*

muniendas esse censemus, scilicet nec pragmatica iussione, vel [1]) sacra adnotatione, vel quolibet oraculo divino, seu [2]) mandatis, si qua [3]) contra hanc sanctionem nostram fuerint impetrata, quodcunque [4]) roboris habere valituris. Dat. XI. Kal. Mai. Theodosio A. XVIII. et Albino Conss. [5]) [444.]

Tit. XIII.

DE HIS, QUI SE DEFERUNT.

1. [a]) Imp. Constantinus A. Maximo [6]), Rationali [7]) Hispaniarum [8]). — Is, cuius tacitae [9]) fidei commissa fuerit hereditas, statim officio gravitatis tuae nuntiet, et gesta prodat, et continuo, quod actum fuerit, renuntiet, et [10]) post hanc fidem tertiam ab [11]) omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quodsi ab uxore defuncti istud ad officium [12]) devotionis tuae fuerit revelatum, ipsa etiam [13]), quam defunctus esse voluit heredem, si gesta aperuerit [14]), tali praemio mancipetur, ut ex omni patrimonio medium consequatur, et cum fisco nostro celebret divisionem, id [15]) etiam habitura privilegium, ut prior eligat optionem [16]); et tunc occultator ille gestorum, fisci et mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio suo ac [17]) fisco vindicato, in insulam deportetur. Dat. Id. Mart. Gallicano et Basso Conss. [18]) [317.]

Tit. XIV.

SI LIBERALITATIS IMPERIALIS SOCIUS SINE HEREDE DECESSERIT [19]).

1. [b]) Imp. Constantius A. [20]) Orioni, Comiti R. P. [21]) — Iubemus, ut, si quis forte ex his, quibus communiter a nobis aliquid donatum sit, nullo herede relicto [22]) decesserit, ad consortem potius solatium, quam ad personam aliam pars decedentis perveniat. Dat. XV. Kal. Iul. Mediolani, Philippo et Salia Conss. [23]) [348.]

Tit. XV.

DE THESAURIS.

1. Impp. Leo et Zeno AA. [24]) Epinico, Consulari [25]). — Nemo in posterum super requirendo in suo vel alieno loco thesauro, vel super invento ab alio vel a se effusis precibus pietatis nostrae benignas aures audeat molestare. Nam in suis quidem locis unicuique, dummodo sine sceleratis ac puniendis sacrificiis aut alia [26]) qualibet arte legibus odiosa, thesaurum (id est condita ab ignotis dominis tempore vetustiore mobilia [27])) quaerere et invento uti liberam tribuimus facultatem, ne ulterius Dei beneficium invidiosa calumnia persequatur, ut [28]) superfluum sit hoc precibus postulare, quod iam lege permissum est, et postulanda [29]) imperatoriae maiestatis videatur praevenire liberalitas. In alienis vero terrulis nemo audeat invitis, immo [30]) non [31]) volentibus vel ignorantibus dominis, opes abditas suo nomine perscrutari. Quodsi nobis super hoc aliquis crediderit esse [32]) supplicandum, aut praeter huius legis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus invenerit, totum hoc locorum [33]) domino reddere compellatur, et velut temerator legis saluberrimae puniatur. Quodsi forte vel arando vel alias terram [34]) colendo vel quocunque casu, non studio perscrutandi, in alienis locis thesaurum invenerit, id, quod repertum fuerit, dimidia retenta, altera [35]) dimidia data, cum locorum domino partiatur. Ita enim eveniet [36]), ut unusquisque suis fruatur et non inhiet [37]) alienis. Dat. VI. Id. Octob. Leone iuniore A. Cons. [38]) [474.]

TIT. XVI

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de his qui se defer. X.* 11. — *Bas. LVI.* 7. 1. (*T. VI. p.* 717.)

[b]) *fons est l.* 2. *Th. C. si petitionis socius. X.* 14.;

[1]) nec *Nov. Theod.* — [2]) vel *Nov. Theod.* — [3]) cui, *et mox* fuerit impetratum, *Nov. Theod.* — [4]) *ms. Hfn.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cui.*; quidquam *Nov. Theod.*; quippiam *Hal. et rell.* — [5]) *Nov. Theod. in cod. Ottobon. ita subscriptum est:* Dat. X. Kal. Maii. Const. Theud. A. XVIII. Cos. (*cfr. Zirardini ad Nov. Theod. p.* 247.); *subscr. om. Hal. Russ.* — [6]) Maximo *om. Cui.*, *Theod. C.* — [7]) Rationalibus *Theod. C.* — [8]) Rat. Hisp. *om. Hal. Russ.*; Hisp. *om. Cont.* 62. — [9]) tacite *Hal. Russ.* — [10]) et *om. mss. Hfn. Gt.* — [11]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*, *Theod. C.*; ex *edd. rell.* — [12]) istud officio *Theod. C. et vet. lib. Cuiacii.* — [13]) *mss. Hfn.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; persona *ins. Hal. et rell.* — [14]) *codex Aboti*, *ad quem provocat Russ. in marg.*, *mss. Hfn. Rg.* 1., *vet. lib. Cuiacii*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; apparuerint *Hal. et rell.* — [15]) idem *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; item *ms. Hfn.* — [16]) portionem *Theod. C.*, *Bk.* — [17]) ac *om. mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [18]) *subscr. om. Hal.* — [19]) defecerit *ms. Hfn.*, *Theod. C. X.* 14. *in rubr.* — [20]) *Cui.*, *Theod. C.*; Impp. Constantius et Constans AA. *Bk.*; Imp. Constantinus A. *Hal. et rell.*; *v. not. seq.* — [21]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; ad Mygdonium *Hal.*; ad Mygdon. Castrensem [S.] Palatii *Russ. et rell. At haec est inscr. legis* 1. *Th. C. X.* 14., *ex qua quum nihil in nostrae const. argumentum translatum sit, nec inscriptio hausta esse potest.* [22]) derelicto *Theod. C.* — [23]) *apud Hal. et rell.*, *exceptis Cui. et Bk.*, *est subscr. legis* 1. *Th. C. X.* 14., *scilicet* Dat. XII. Kal. April. Antiochiae, Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss. (315.); *sed v. not.* 21. — [24]) *ms. Pl.* 1., *mss. Contii*, *Cui. Bk.*; Imp. Leo A. *Hal. et rell.* — [25]) *Cui.*, *quem tuentur mss. Contii et ms. Pl.* 1.; Erythrio P. P. *Hal. Russ. Cont. Char.*; Erychtio P. P. *Pac.*; Eutychio P. P. *Sp. Bk.* — [26]) aliqua *Azo.* — [27]) monilia *coni. Cuiac. in comment.*, *provocans ad l.* 2. *Th. C. X.* 18., *eaque lectio praeplacet Contio in marg.* — [28]) cum *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *sed* ut *est in omnibus Russardi et in ms. Hfn.* — [29]) *Hal. Cui. Bk.*; postulanda *collocant post* liberal. *edd. Schf. Russ. et rell. Glossa in his vv. recenset varias lectiones hasce:* imperatoria magnanimitate, imperatoriae magnanimitatis, imperatoria maiestas, *et mox* liberalitatibus; maiestatis (*om.* imperat.) videatur pervenire liberalitatibus postulanda *ms. Hfn.* — [30]) id est *Cui. in comment. ex quodam cod.*, *quam lect. et ipse probat et Cont. in marg.* — [31]) *Hal. Cui.*; nec *ms. Hfn.*, *edd. rell.* — [32]) esse *om. mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [33]) locorum eorum *mss. Hfn. Gt.* — [34]) *Hal. Cui.*; alienam *ins. ms. Hfn.*, *edd. rell.* — [35]) altera *om. ed. Schf.*; retenta *et mox* dimidia *om. ms. Hfn.* — [36]) inveniet *Azo.* — [37]) immineat *omnia mss. Russardi*, *mss. Hfn. Gt.*, *Azo.* — [38]) *subscr. a Cuiacio restituta abest ab Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

Tit. XVI.

DE ANNONIS [1]) ET TRIBUTIS.

1. [a]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Αἱ σχολάζουσαι τὸ λοιπὸν ἀννόναι [2]) *καὶ αἱ χειραλιτιόναι τῷ δημοσίῳ διεκδικείσθωσαν, καὶ μὴ διαιρείσθωσαν παρὰ τῶν ἀρχόντων ἑτέροις ἢ εἰς δημόσια ἔργα δίχα θείου τύπου, καὶ τὴν δόσιν καὶ τὸν τρόπον του δαπανήματος διορίζοντος. Ἀλλὰ μηδὲ ἐκ τοῦ δημοσίου κανόνος εἰς ἰδιωτικὸν ἢ δημόσιον ἔργον ὕλαι μεταφερέσθωσαν ἢ εἰς ἀγορασίαν ὑλῶν χρήματα διδόσθωσαν ἄνευ θείου τύπου. τοῦ παραβαίνοντος οἴκοθεν τὸ δημόσιον πληροῦντος, καὶ τοῦ προσφόρου σχοινίου βαρυτάτοις ἐπιτιμίοις ὑποκειμένου.*

Vacantes deinceps annonae et capitationes fisco vindicentur, neque a magistratibus aliis distribuantur aut in publica opera insumantur sine sacra forma, qua et ipsa datio et ratio erogationis definitur. Sed neque ex fiscali canone in privatum vel publicum opus materiae transferantur aut in emtionem materiarum pecuniae dentur sine sacra forma. Qui contra venerit, de suo fisci damnum sarciat, et competens scrinium gravissimis poenis subiiciatur.

2. [b]) Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. [3]) Antiocho [4]). — Aes quidem alienum pro portione [5]), ex qua quisque defuncto heres exstiterit, praestari oportet; annonas autem is solvere debet, qui possessiones tenet et fructus percipit. PP. . . . Seculare et Donato Conss. [6]) [260.]

3. [c]) Imp. Decius A. Citicio [7]). — Indictiones [8]) non personis, sed rebus indici solent; et ideo, ne ultra modum earundem possessionum, quas possides, conveniaris, praeses provinciae prospiciet. Dat. [9]) XVII. Kal. Novemb. Aemiliano [10]) et Aquilino Conss. [11]) [249.]

4. [d]) Imp. Constantinus A. ad Proclianum [12]). — Omnes pensitare debebunt, quae manus nostrae [13]) delegationibus adscribuntur, nihil amplius exigendi [14]). Nam si quis [15]) vicarius aut rector provinciae aliquid iam cuiquam crediderit remittendum, quod aliis [16]) remiserit, de propriis dare facultatibus compelletur. Dat. XV. Kal. Iul. [17]) Constantino A. IV. et Licinio IV. Conss. [18]) [315.]

5. [e]) Imp. Constantius A. [19]) ad Uranium [20]). — Omnes omnino ad oblationem [21]) functionum publicarum [22]) oportet urgeri. Lege enim nostra signatum est, nec esse extraordinaria nec vocari [23]), quae solemniter [24]) a provincialibus devotissimis conferenda sunt. Dat. III. Non. Februar Constantio A. II. et Constante Conss. [25]) [339.]

6. [f]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Dracontium, Vicarium Africae [26]). — Pro locis [27]) ac proximitate possessionum annonam ad limites transvehi praecipimus. Dat. XV. Kal. Iul. Mediolani, Valentiniano et Valente AA. Conss. [28]) [365.]

7. [g]) Impp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [29]) AAA. ad Principium P. P. [30]). — In fraudem annonariae rei ac devotionis publicae elicitum damnabili subreptione [31]) rescriptum, manifestum est, iure [32]) non posse vires sortiri. Circa omnes igitur par atque aequalis illationis forma teneatur [33]). Dat. VIII. Kal. Octob. Aquileia, Arcadio A. I. et Bautone Conss. [34]) [385.]

8. [h]) Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. [35]) Cynegio P. P. — Nemo possessorum ad instruendas mansiones vel conferendas species longius delegetur; sed omnes [36]), itineris ac necessitatis habita ratione, delegentur. Dat. X. Kal. Ianuar. Constantinop. Arcadio A. I. et Bautone Conss. [385.]

9.

---

[a]) *Cuiac. in ed. trium libror. Cod. graecae const. epitomen restituit ex Bas. LVI.* 8. 1. (*T. VI. p.* 718.); *secuti eum sunt Cont.* 66. *et postea rell. Dubium tamen, num recte hoc loco restitutum sit, movet allegatio legis* 12 *h. t. in Paratitlis ad coll. const. eccl. I.* 2. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1252.) — [b]) *Bas. LVI.* 8. 2. (*T. VI. p.* 806.) — [c]) *Bas. LVI.* 8. 3. (*T. VI. p.* 718.) — [d]) *fons est l.* 1. *Th. C. de annona. XI.* 1. — [e]) *hausta ex l.* 5. *Th. C. de annona. XI.* 1. — [f]) *hausta ex l.* 11. *Th. C. de annona. XI.* 1. — [g]) *l.* 20. *Th. C. de annona. XI.* 1. *et l.* 9. *Th. C. de divers. rescr. I.* 2.; *fortasse iungenda l.* 1. *C. de apparit. praef. urb. XII.* 54.; *Bas. LVI.* 8. 7. — [h]) *l.* 21. *Th. C. de annona. XI.* 1.

[1]) annona *ms. Hfn.*; *ed. Schf.*, *et sic Theod. C. XI.* 1. *in rubr.* — [2]) *ἀνωναὶ Bk.* — [3]) et Valer. C. *om. Hal. Russ.* — [4]) Alieno *Hal. Russ.* — [5]) portionibus *ed. Schf.*, *et sic habuit Accursius*; portionibus ex quibus *ms. Hfn.* — [6]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [7]) *Cui. Bk.*; Impp. Dioclet. et Maxim. AA. et CC. Herennio *Hal. et rell.*; Decius A. Scilino *vetus cod. Contii.* — [8]) Indictionis *var. l. ap. Azonem.* — [9]) *Cui.*; PP. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; Dat. PP. *Sp. Bk.* — [10]) II. *ins. Bk.* — [11]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [12]) *Cui.*, *Theod. C.*; Albino *Hal.*; ad Proculianum *Russ. et rell.* — [13]) manu nostra *Theod. C.*, *Bk.* — [14]) *Cui. in comment. ex vet. libr.*, *mss. Hg.* 1. 2. *Gt.*, *mss. Russardi*, *Azo*, *Theod. C.*; vel remittendi potestatem esse *addunt edd. omnes*; *sed nec Accurs. haec vv. habuisse videtur*, *quae sane sunt in ms. Hfn.*, *sed praemissa sigla Martini.* — [15]) qui *Theod. C.* — [16]) *ms. Hfn. ed. Schf.*, *Theod. C.*; alii *edd. rell.* — [17]) Constantinop. *ins. Cui. Russ. Cont. Char. Pac.*, *Theod. C.*; *sed v. Haenel. ad l.* 1. *Th. C. cit. not. h.* — [18]) *subscr. om. Hal.*; *de scrupulo*, *quem conss. movent*, *cfr. Haenel. l. c. not. i.* — [19]) Impp. Constantinus, Constantius et Constans AAA. *Bk.* — [20]) ad Taurum P. P. *Hal.* — [21]) obligationem *ed. Schf.*, *var. l. ap. Azonem.* — [22]) oblat. pecuniarum *Theod. C.* — [23]) vacare *ms. Hg.* 1. *prima manu*, *ed. Schf.*, *var. l. gl.* — [24]) specialiter *Theod. C.* — [25]) Constantio II. et Constante AA. Conss. *Bk.*; *subscr. om. Hal.* — [26]) ad Probum P. P. *Hal.* — [27]) loco *Theod. C.* — [28]) *subscr. om. Hal.* — [29]) Valent., Theod. et Arcadius *Bk.*, *recte secundum chronologiam*, *sed contra Theod. C. et fidem librorum*; *cfr. Haenel. ad l.* 19. *Th. C. XI.* 1. *not. d.* — [30]) Arintheo *Hal.* — [31]) obreptione *l.* 20. *Th. C. cit.* — [32]) iure *abest ab omnibus mss. Russ.*, *a ms. Gt. et ed. Schf.*, *a l.* 20. *Th. C. cit.*; *sed est in l.* 9. *Th. C. cit.* — [33]) teneat *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal.* — [34]) *subscr. om. Hal.* — [35]) Iidem AAA. *Bk.*; *v. not.* 29. *ad l.* 7. *h. t.* — [36]) omnis *Theod. C.*, *a quo mox abest* delegentur.

9. [a]) Iidem AAA. Cynegio P. P. [1]) — Mediterraneae civitates antea [2]) maritimis, et maritimae [3]) mediterraneis onerabantur expensis, ut plus haberet dispendii translatio, quam devotionis illatio. Hoc non solum in praesens [4]), verum etiam in posterum prohibemus, ea lege, ut se ultimo noverint supplicio puniendos, qui ista commiserint. Dat. III. Non. Septemb. Valentiae [5]), Honorio NB. P. et Evodio Conss. [386.]

10. [b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Minervio, Comiti R. P. [6]) — Obsistere commodis publicis et statutis necessitatibus non possunt privilegia dignitatum. Unde ut quisque de praediis [7]) emolumenta [8]) consequitur, si non is [9]) evoluto anni spatio intra sex menses omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum, ad ipsos, qui sunt domini praedii, exactionem volumus pertinere. PP. in programmate Vari, viri clarissimi, Vicarii [10]) urbis Romae, Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

11. Iidem AA. Hadriano [11]) P. P. — Indices, quos circa profligenda [12]) aerarii nostri compendia negligentes ac desides fuisse constiterit, omnia, quae in administratione positi perceperunt, emolumenta reddere compellantur. Dat. III. [13]) Kal. Mart. Mediolani, Vincentio et Fravitta Conss. [14]) [401.]

12. [c]) Imp. Theodosius A. [15]) Isidoro P. P. Illyrici. — Id [16]) ab unaquaque provincia censuimus [17]) expetendum, quod ab iisdem nuper esse promissum tua sublimitas indicavit. Ut [18]) nullus vero de cetero ad possessiones eorum (quod maxime formidant) inspector accedat, Macedonum [19]) reliqui exemplum secuti mediae quantitatis, ut obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. Sed Achivi [20]), qui protestati sunt, nihil a se ultra tertiam partem posse conferri, illud exsolvant, ad quod se indubitanter fore idoneos pollicentur. Quae dispositio in perpetuum observabitur; sacrosancta Thessalonicensis civitatis ecclesia excepta, ita tamen, ut aperte sciat, propriae tantummodo capitationis modum beneficio mei [21]) numinis sublevandum, nec extraneorum [22]) gravamine tributorum rempublicam ecclesiastici nominis abusione laedendam. Dat. VI. Id. Octob. Constantinop. Victore V. C. Cons. [23]) [424.]

13. [d]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος Αὔγουστος Ἀνθεμίῳ, ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων. — Ἐαν μὲν αἴτησῃ ἐπαρχία ἢ πόλις κουφισμὸν λαβεῖν τυχικῆς [24]) συντέλειας, ἢ ἐπόπτην ἢ ἐξισωτὴν πεμφθῆναι, ἀναφερέσθω μὲν ἡ δέησις αὐτῶν εἰς βασιλέα, καὶ ἐξ ἐπιλογῆς αὐτοῦ ὁ ἐπιτήδειος πρὸς τουτο πεμπέσθω, ὅρκον πρότερον διδούς. καὶ ἐαν τι μηνύσῃ οὗτος τοῖς ἐπάρχοις, μηδεὶς τύπος διδοσθω ἐπὶ τὴν μήνυσιν αὐτου, εἰ μὴ αὐτοὶ οἱ ἔπαρχοι ἀναδιδάξωσι βασιλέα παντα τὰ παρ' αυτοῦ ἀναδιδαχθέντα καὶ ζητηθέντα, καὶ οὕτως θεῖος ἐκφωνηθείη τύπος, ὁφείλων πασι τρόποις παραφυλαττεσθαι. Ὁ δὲ καθεὶς ἄνθρωπος δεήσεις περὶ τοιούτων ἐννοιῶν, μὴ ἐπιδιδότω· μήτε δέ κουφισμὸς ἢ μείωσις διηνεκῶς ἢ προσκαίρως, μήτε ἐποψία, μήτε ἐξίσωσις γινέσθω χωρὶς βασιλικῆς ἐγγράφου κελεύσεως.

§. 1. *Ἀλλα μήτε ἐκταγὰς ποιείτωσαν οἱ ἔπαρχοι ὑπὲρ χρόνων προλαμβανόντων τὴν αὐτὴν [25]) ἀρχήν, μήτε σιτηρέσια τισὶν ἀφορίζέτωσαν ἢ ἄλλως πῶς χρήματα, ἢ μὴ παρεχόμενα την ἀρχὴν, ἢ παρεχόμενα*

Imp. Anastasius A. Anthemio P. P. — *Si provincia vel civitas relevationem petierit incumbentis forte functionis, vel inspectorem aut peraequatorem mitti, referatur petitio ad principem, exque eius electione idoneus ad eam rem mittatur, iureiurando prius praestito. Qui si retulerit aliquid ad praefectos, ad relationem eius forma non detur, nisi ipsi praefecti omnia, quae ab eo didicerunt et quaesiverunt, principem edocuerint, atque ita sacra enuntietur forma, quae modis omnibus debeat observari. Petitiones vero, quae a singulis hominibus super eiusmodi rebus excogitantur, exhibendae non sunt; et neque relevatio vel deminutio, sive perpetua sive temporalis, neque inspectio neque peraequatio faciendo aliter, quam ex scripta principis iussione.*

§. 1. *Sed neque delegationes faciant praefecti pro tempore ipsorum magistratum antecedente, neque annonas ullis applicent vel quascunque pecunias, aut non praestitas ab initio, aut praestitas quidem, sed vacan-*

---

[a]) *l.* 22. *Th. C. de annona. XI.* 1. — [b]) *l.* 25. *Th. C. de annona. XI.* 1.; *Bas. LVI.* 8. 10. (*T. VI. p.* 719.) — [c]) *l.* 33. *Th. C. de annona. XI.* 1.; *ultima pars huius const. geminatur in l.* 8. *C. de sacros. eccles. I.* 2. — [d]) *graecam const., cuius lacuna in cod. Barberin. ad rubr. tit. seq. laudatur, restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod. Ex quo fonte hauserit, ipse quidem non explicuit, ita ut dubitaret Ant. Augustin. in coll. graec. const., utrum ἐξ ἀδήλου an ἐκ τῶν βασιλικῶν restitutum sit. Vix autem dubium est, Cuiacium inscriptionem et subscriptionem ex vet. ms. Codicis repetiisse, ipsum autem textum ex libro LVI. Basilicorum, quem possidebat. In ed. Fabroti nostra const. est LVI.* 8. 13. (*T. VI. p.* 719.) *Cuiacii restitutionem amplexi sunt Cont.* 66. *et rell.*

[1]) Impp. Theod., Arcad. et Honor. AAA. Probino P. P. *Hal.* — [2]) *omnia mss. Russ., Cui., Theod. C.*; antea a *ms. Gt., ed. Schf.*; ante a *Hal. et rell.* — [3]) *omnia mss. Russ., Cui., Theod. C.*; a *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [4]) in praesenti *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui., contra Theod. C.* — [5]) Melantiae *malult Iac. Gothofr.* — [6]) Caesario *Hal.* — [7]) quisque praedii *Theod. C.*; unusquisque praedii *ms. Hfn.* — [8]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; emolumentum *Hal. et rell.* — [9]) is *om. Theod. C.* — [10]) *Theod. C. Bk.*; Vicarii *om. rell.*; in programmate — urbis *om. Cui., et videntur inserta ex Theod. C.*; *subscr. om. Hal.* — [11]) *Cui., Russ. et Cont. in marg., l.* 6. *Th. C. I.* 10. *nostrae iungenda*; Eutychiano *Hal. et rell., haud dubie ex subscr. legis anteced.* — [12]) profligenda *edd. Schf. Hal.* — [13]) XIII. *Cui. Bk.*; *sed v. subscr. leg.* 6. *Th. C. I.* 10., *quae cum nostra iungenda est.* — [14]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [15]) Impp. Theod. et Valentin. AA. *Hal.* — [16]) Illud *Azo*, *Paratitla ad coll. const. eccl. I.* 2. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1252.), *consentiente eod. Hfn.* — [17]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C.*; censemus *Russ. et rell.* — [18]) *ms. Gt., Cui., Theod. C.*; Ut *om. edd. rell.*; nullius *ms. Hfn.* — [19]) accedat macedo *ed. Schf.* — [20]) *Cui. in comment. ex vet. lib., vetus cod. Contii, Theod. C.*; Sed hi *ms. Hfn. edd. Schf. Hal. Cui.*; Sed et hi *Russ. et rell. Sed nostram emendationem extra dubium ponunt Paratitla in not.* 16. *eitt.* — [21]) nostri *Hal. Cui.* — [22]) *ms. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; externorum *ms. Hfn., Russ. et rell., Theod. C.*; *ἀλλότρια τελέσματα Paratitla l. c. Caeterum* nec in extraneorum *emendare vult Leuncl. Notatt. I.* 59. — [23]) *subscr. om. Hal.* — [24]) *ψυχικῆς emendat Cui. in comment., quod recepit Bk.*; *de animalibus autem functionibus hoc v. accipiunt Cuiac. et rell.* — [25]) *fortasse αὐτῶν.*

μενα μὲν, διὰ δὲ τὴν ἔλλειψιν τῶν ταῦτα κομιζομένων σωμάτων ἀργήσαντα, ἢ διὰ τὸ παυθῆναι τὴν αἰτίαν σχολάσαι, δι' ἣν παρείχοντο τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐκ βασιλικῆς μόνης αὐθεντίας γινέσθω κατὰ τὸν θεῖον ἔγγραφον τύπον. Οἱ δὲ μὴ τοῦτο παραφυλάττοντες καὶ τὸ διδομενον οἴκοθεν ἀποδιδότωσαν καὶ πᾶσαν ἄλλην ζημίαν, ἣν ἂν ὑποσῇ τὸ δημόσιον. §. 2. Μητε δὲ ὑπερθέσεις ἢ προθεσμίας ἐπὶ τούτοις ὀφειλομένοις δημοσίοις ἐνδιδότω τίς, ἢ τὰς νενομισμένας προθεσμίας, χωρὶς ἐγγράφου θείας κελεύσεως. Ὁ δὲ τοῦτο κατὰ αὐθεντίαν οἰκείαν ποιῶν οἴκοθεν καταβαλλέτω τὰ κεχρεωσημένα τῷ δημοσίῳ. §. 3. Μητε δὲ τὰ πολιτικὰ χρήματα, ὅσα ἢ τῷ δημοσίῳ εἰςφέρεται ἢ τοῖς πόλεσιν ἀφώρισται, εἰς ἑτέρας μεταφερέσθω χρείας ἢ προςώποις τισὶν ἀφωρίζέσθω χωρὶς θείας κελεύσεως. §. 4. Καὶ ἡ τάξις δὲ των ἐπάρχων, εἰ μὴ πάντα τὰ περιεχόμενα τῇ διατάξει ταύτα παραφυλάξει καὶ διδάξει τους ἐπάρχους, καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ αἱ πειθόμεναι ταξεις αὐτοῖς, καὶ οἱ λοιποὶ δημοσιεύοντες, εἰ μὴ [1]) ταῖς τοιαύταις κελεύσεσιν ὑπουργήσουεν, οἴκοθεν διδότωσαν ἣν συμβαίνουσαν τῷ δημοσίῳ βλάβην, καὶ ὡς τοῦ νόμου καταφρονήσαντες πεντήκοντα χρυσίου λίτρας προςτιμάσθωσαν. §. 5. Τριμερῶς δὲ πάντα τὰ δημόσια εἰςφερέσθω, τά τε ἄλλα καὶ τὰ λεγόμενα Ἀρμενιακὰ, τουτέστι καλάνδαις Ἰανουαρίαις, καὶ καλανδαις Μαΐαις, καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπινεμήσεως, ἐξίσων τριῶν μερῶν διαιρουμένων τῶν δημοσίων καὶ μηδεμιας καινοτομίας ἐν τῷ μέσῳ γινομένης κατὰ τῶν συντελῶν. Ἐπειδὴ δὲ τὰ Ἀρμενιακὰ τέλέσματα ἐν δύο καταβολαῖς συνετελεῖτο, ἐξεστι τοῖς ταῦτα συντελοῦσιν, εἰ βούλονται, τὴν προτέραν συνήθειαν προτιμᾶν καὶ ἐν δύο καταβολαῖς ἀνὰ ἥμισυ καταβάλλειν [2]), καὶ τὸ ἕτερον ἥμισυ ἐν τῷ Σεπτεμβρίῳ τῆς μελλουσης ἐπινεμήσεως πρὸς ὑπέρθεσιν αὐτοῖς δεδομένον. Τὸ δὲ προαπεσταλμένον [3]) κατα σύνθεσιν [4]) εἰςφερέσθω ἐν τῷ προνομίῳ [5]) ἑκάστης ἐπινεμήσεως, ἐπειδὴ τοῦτο δηλοῖ καὶ ἡ προςηγορία αὐτοῦ. Dat. Kal. April. Paulo V. C. Cons. [496.]

vacantes propter corporum defectum, quibus debebantur, vel propterea, quod causa praestationis pristinae cessaverit: verum haec omnia fiant ex sola principis auctoritate secundum tenorem sacrae formae scripto comprehensae. Quod qui non observaverint, et data ex propriis restituant et omnia alia damna, quae fisco inde acciderint.

§. 2. *Neque etiam prorogationes vel dilationes in his, quae fisco debentur, quisquam praebeat, quam quae legibus definitae sunt, sine divina iussione scripto concepta. Qui autem propria auctoritate id fecerit, de suo debita fisco exsolvat.*

§. 3. *Sed nec pecunias civiles, quaecunque vel fisco inferuntur vel civitatibus deputatae sunt, in alios usus transferat vel quibusdam personis deputet sine sacra iussione.*

§. 4. *Officium autem praefectorum, nisi haec omnia constitutione comprehensa observaverit instruxeritque praefectos, et praesides provinciarum et subdita eis officia et ceteri fiscalibus rebus occupati, nisi his iussionibus paruerint, ex propriis damnum fisco datum praestent, et tanquam legis contemtores quinquaginta auri libris mulctentur.*

§. 5. *Tripertite autem omnia fiscalia inferantur, et quae Armeniaca vocantur et reliqua omnia, scilicet Kalendis Ianuariis, et Kalendis Maiis, et ad finem indictionis, in tres aequales partes fiscalibus divisis, et nulla in medio innovatione collatoribus facienda. Sed quoniam Armeniaca tributa duabus pensionibus solvi solebant, liceat collatoribus, si velint, veterem consuetudinem praeferre et duabus pensionibus aequalibus solvere, et alterum quidem dimidium mense Septembri futurae indictionis. Quodsi vero malint tripertite Armeniaca tributa solvere, habeant ad dilationem sibi concessum mensem Septembrem futurae indictionis. Sed quod προαπεσταλμένον [praeillatum] dicitur, ut convenit, inferatur in cuiusque indictionis exordio; hoc enim et ipsa eius appellatio significat.*

Tit. XVII.

DE INDICTIONIBUS.

1. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio [6]) P. P. — Omnes omnino quocunque [7]) titulo possidentes, quod delegatio superiudicti nomine [8]) videtur [9]) amplexa, velut canones [10]) cogantur inferre, et, ut [11]) ne qua sit dubietas, hac aperta [12]) definitione deceruimus, ut id potius canonis vocabulo postuletur. Nulla igitur domus vel sacri patrimonii vel emphyteutici iuris vel hominum privatorum, etiamsi privilegium aliquod habere doceatur [13]), ab hac necessitate seiuncta sit, quae iam non extraordinarium, ut hactenus, sed ipsis facientibus [14]) canonicum nomen accepit. Dat. VII. Id. Ianuar. Ravennae, Theodosio A. VII. et Palladio Conss. [15]) [416.]

2. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Dario P. P. [16]) — Particulari delegationum notitia ante indictionis exordium singulis transmissa provinciis, collationis modum a possessoribus multo ante prospectum devotionis [17]) solitae, non subitis [18]) calumniis, tua sublimitas faciat imputari, ut et provincialibus subeundi dispendii [19]) necessitas auferatur, et officiis ingerendi [20]) damna licentia denegetur. Dat. V. Kal. Septemb. Apameae [21]), Isidoro et Senatore Conss. [436.]

TIT. XVIII.

---

[a]) *l. 2. Th. C. de indiction. XI. 5.* — [b]) *l. 4. Th. C. de indiction. XI. 5.*

[1]) *Cui. in comment.*; *μὴ om. rell.* — [2]) *Cui. hic ponit asteriscum, signum lacunae.* — [3]) *Augustin. Fabr. Bk.*; *πρὸ ἀπεσταλμένον Cui. et rell.* — [4]) *τὸ συνηθὲς Augustin. in not.* — [5]) *forte προοιμίῳ Augustin. in not.* — [6]) Anthemio *Hal.* — [7]) ex *ins. Theod. C.* — [8]) super indictione *omnia mss. Russ., mss. Bg.* 1. 2., *edd. Schf. Hal. Cui.*, sed *contra ms. Hfn. et Theod. C., et contra Bas., ut Cui. in comment. testatur.* — [9]) videbitur *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *contra Theod. C.* — [10]) canonem *ms. Gt., Theod. C.* — [11]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*; et *om. Cont.* 71. *et rell.*; ut *om. Theod. C.* — [12]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; apertissima *ed. Schf.*; aperte *Cont.* 66. *et rell.* — [13]) doceantur *Theod. C.* — [14]) sed nobis sancientibus *Hal. Bk.* — [15]) *subscr. om. Hal.* — [16]) Eudoxio *Hal.* — [17]) devotioni *emendat Cui. in comment.* — [18]) subditis *edd. Schf. Hal. Cui., contra Theod. C.* — [19]) dispendia *Theod. C.* — [20]) *ms. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; inferendi *Hal. et rell.* — [21]) *Theod. C., Bk.*; Apamiae *Cui. et rell. subscr. om. Hal.*

Tit. XVIII.

DE SUPERINDICTO.

1. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Proconsules, Vicarios [1]) et omnes Rectores. — Nihil superindictorum nomine ad solas praefecturae literas quisquam provincialis exsolvat, neque ullius omnino indictionis titulus, etiam solemnis, immineat, nisi eum [2]) nostro confirmata iudicio et imperialibus nexa [3]) praeceptis sedis amplissimae deposcat indictio, et cogat exactio. Dat. VII. Kal. Iun. [4]) Mediolani, Antonio et Syagrio Conss. [382.]

Tit. XIX.

DE EXACTORIBUS [5]) TRIBUTORUM.

1. [b]) Imp. Constantinus A. ad Aelianum, Proconsulem Africae [6]). — Ducenarii et centenarii sive sexagenarii non prius debent aliquem ex debitoribus convenire, quam a tabulario civitatis nominatim breves accipiant debitorum. Quam quidem exactionem sine omni fieri concussione oportet. Dat. Kal. Novemb. Treviris, Constantino A. IV. et Licinio IV. Conss. [7]) [315.]

2. [c]) Idem A. ad populum. — Nemo carcerem plumbatarumque verbera aut pondera aliaque ab insolentia iudicum reperta supplicia in debitorum solutionibus vel a perversis vel ab iratis iudicibus expavescat. Carcer poenalium [8]), carcer hominum [9]) noxiorum est et [10]) officialium et, cum denotatione [11]), eorum iudicum, quorum de officio certiores [12]) esse debebunt, qui contra hanc legem admiserint. Securi iuxta praesidem [13]) transeant solutores; vel certe, si quis tam alienus ab humano sensu est, ut hac indulgentia ad contumaciam [14]) abutatur, contineatur aperta et libera et in usum [15]) hominum instituta [16]) custodia militari. Si [17]) in obdurata nequitia permanebit, ad res eius omnemque substantiam exactor [18]) accedat, solutionis obsequio cum substantiae proprietate suscepto. Qua facultate praebita [19]), omnes fore credimus promiores ad solvenda ea, quae ad nostri usus [20]) exercitus pro communi salute poscuntur. Dat. [21]) Kal. Februar. Constantino A. VI. et Constantino [22]) C. Conss. [320.]

3. [d]) Imp. Constantius A. Nemesiano, V. P. [23]) Comiti larg. — Quoties quis et privati debitor invenitur et fisci, et [24]) abreptus ab uno officio tenetur [25]), ad universi debiti solutionem, qui eum abstulit, coarctetur [26]), ac totius summae exactionem in se suscipiat, qui eundem avellendum subtrahendumque [27]) crediderit. Dat. IV. Id. Mai. Nizibi, Amantio et Albino Conss. [28]) [345.]

4. [e]) Idem A. ad Eustathium P. P. [29]) — Actores ceterique rei privatae nostrae ad solutionem specierum solemnium debiti vigoris auctoritate [30]) cogantur, ne provinciales rei privatae nostrae fatiget immunitas [31]). Dat. VIII. Id. Mart. PP. Romae, Limenio et Catulino Conss. [32]) [349.]

5. [f]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino P. P. — Apparitores quicunque in collatione [33]) auri praecepti fuerint officii sui adhibere servitium, titulorum debita [34]) et collationum summas relationis suae fide et adnotatione perscribant, sitque ex officialis [35]) instructione officium conscium, quid exactum, quidve perlatum [36]) esse videatur, ne longinqui itineris diversitate susceptor abductus et curiae suae desit, et rei familiaris detriment

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de superindicto. XI.* 6. — [b]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de exaction. XI.* 7.; *fortasse iungendae l.* 1. *C. de lucris advocat. XII.* 62. *et l.* 3. *C. de advoc. fisci II.* 9. — [c]) *l.* 3. *Th. C. de exaction. XI.* 7.; *iungendae videntur l.* 3. *C. de pactis pign. VIII.* 35. *et l.* 1. *C. de infirmand. poen. coelib. VIII.* 58.; *Bas. LVI.* 8. 2. (*T. VI. p.* 721.) — [d]) *l.* 5. *Th. C. de exaction. XI.* 7. — [e]) *l.* 6. *Th. C. de exaction. XI.* 7. — [f]) *l.* 14. *Th. C. de exaction. XI.* 7.; *iungenda l.* 43. *C. de decurion. X.* 31.

[1]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; ad proconss. VV. CC. *Hal. et rell.* — [2]) *ms. Gt.*, *Bk.*, *Theod. C.*; eam *et mox* confirmatam *Hal.*; cum *edd. Schf. Cui. et rell.*; eam *et mox* confirmato *ms. Hfn.* — [3]) *ms. Hfn.*, *omnia mss. Russ.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; nixam *Hal.*; nixa *Russ. et rell.* — [4]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; XVIII. Kal. Iul. *Hal. et rell.*, *praeter Russ.*, *qui edidit* VII. Kal. Iul. — [5]) exactionibus *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C. XI.* 7. *in rubr.* — [6]) *Cui. Sp. Bk.*, *Theod. C.*; ad Ael. Proc. Afr. *om. Hal. et rell.* — [7]) *subscr. om. Hal.* — [8]) carcer poena, *omisso seq.* carcer, *ms. Bg.* 1., *et hoc alterum* carcer *abest quoque a ms. Hfn.* — [9]) omnium *ms. Bg.* 1., *mss. Aured. et Dionys. apud Char. in marg.* — [10]) et *om. mss. Hfn. Bg.* 1. 2., *mss. Aured. et Dionys.*, *Theod. C.* — [11]) et condemnatione *mss. Hfn. Bg.* 1., *ed. Schf.*, *var. l. gl.*; et condemnatio *ms. Bg.* 2.; contemplatione *ms. Gt.* — [12]) coberciones (*l.* coercitiones) *ms. Bg.* 2., *ed. Schf.*, *var. l. gl.*; coerciti citatiores *Theod. C. Restitutionem huius loci depravati saepius, at frustra tentavit Cui.*; *non corruptum locum, sed constructione verborum difficilem contendit Bynkershoek* (*Observat. I.* 2.). *Mihi expeditus esse videtur, dummodo legatur:* quorum de off. coerciti esse debebant, qui *etc.* [*hoc sensu: quorum officium fuisset coercere eos, qui hanc legem transgressi sunt*]. — [13]) iuxta eam *Theod. C.*, *quod probat Cui. in comment.* — [14]) contumeliam *ed. Schf.* — [15]) usu *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cui.*; usus *Theod. C.* — [16]) constituta *Theod. C.* — [17]) *libri quidam Russardi*, *ms. Hfn.*, *var. l. ap. Azonem*, *Theod. C.*; Si quis *edd. Schf. Hal. et rell.*; Qui si *Azo.* — [18]) eius *ins. ms. Hfn.*, *vet. libri Cuiacii*, *ed. Schf.*; *in Theod. C. est* cives eius accedant, *quod probat Cui. in comment.* — [19]) *vet. libri Cuiacii*, *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cont. Char. Pac. Sp.*, *Theod. C.*; exactori *ins. Hal. Russ. Cui. Bk.*, *quae v. ex gl. in textum irrepsit.* — [20]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*, *Theod. C.*; usum *Russ. Cont. et rell.* — [21]) prid. *inserendum videtur ex l.* 3. *C. VIII.* 35.; *de pleniore hui. const. subscr. cfr. not.* 26. *ad l.* 1. *C. VIII.* 58. — [22]) *Theod. C.*, *Bk.*; Constantio *Cui.*, *Russ. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [23]) V. P. (*i. e. viro perfectissimo*) *om. Cui.*, *qui post* Com *ins.* sacr., *contra Theod. C.* — [24]) *Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C. ed. Haenel.*; et *om. ms. Hfn. et edd. rell. Ac Cont.* 66. *quidem et postea rell. praeter Bk. mox plene interpungunt post* solutionem, *male.* — [25]) *Hal. Cui.*; teneatur *rell.*, *Theod. C.* — [26]) *mss. Gt. Bg.* 1. 2., *Cui. in comment.*, *Theod. C.*; coarcetur *ed. Schf.*; coarcet *ms. Hfn.*; coerceatur *Hal. et rell.* — [27]) abstrahendumque *Theod. C.* — [28]) *subscr. om. Hal.* — [29]) *Cui.*; post alia *ex Theod. C. ins. Russ. Cont. et rell. Caeterum pro* P. P. *reponit lac. Gothofr.* Com. R. P., *quia Eustathius hoc anno P. P. non fuit.* — [30]) iudicis *var. l. ap. Azonem.* — [31]) *Cui. in comment.*, *Bk.*, *var. l. gl.*, *Theod. C.*; immanitas *ms Hfn.*, *edd. rell.*, *contra Bas.*, *in quibus secundum Cui. est* ἡ τοῦ βασιλέως ἀτέλεια; innovitas *ms. Bg.* 1., *var. l. gl.* — [32]) *subscr. om. Hal.* — [33]) *ms. Hfn.*, *omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; collationem *Hal. et rell.* — [34]) debitum *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [35]) ex officiali *omnia mss. Russ.*, *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; ex tali *Hal.* — [36]) praelatum *ms. Hfn.*, *Hal. Cui.*; prolatum *Cui. in comment. emendat ex Bas.* τὰ μὲν ἀπήτησε τὶ δὲ ἔτι λοιπάζεται.

menta sustineat. Dat. prid. Id. April. Constantinopoli, Theodosio A. III. [1]) et Abundantio Conss. [393.]

6. Impp. Arcadius et Honorius AA. Theodoro P. P. [2]). — In fiscalibus debitis, hoc est annonariis, ceterisque titulis, qui ad arcam eminentissimae pertinent praefecturae, nec non in iis debitis, quae rationale usurpat officium, rectores provinciarum constringantur, et eos [3]) necessitas maneat exigendi, a quibus exspectatur auctoritas. Dat. VIII. [4]) Kal. Iun. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

7. [a]) Idem AA. Hadriano P. P. [5]) — Missi opinatores [6]) cum delegatoriis iudicibus eorumque officiis insistant, ut intra anni metas id, quod debetur, accipiant; nihil sit his cum possessore commune, cui non militem, sed exactorem, si sit obnoxius, convenit imminere. Iudices itaque, qui provinciales passi fuerint opinatoribus delegari, eiusdem quantitatis duplex poena retinebit, et apparitores ex quolibet officio sententiam deportationis excipient, si per semet exigendos voluerint delegare militibus, et curiales temporale manebit exsilium, si eos, quos solemniter exigere consueverunt, opinatoribus putaverint esse tradendos [7]), quum iudicem oporteat [8]) inquirere debitores, tabularios fideliter providere [9]) nomina debitorum [10]), et [11]) apparitores sive curiales, consuetudine servata regionum, convictis debitoribus imminere; ut, perceptis congruis emolumentis, opinatores impleto anno ad proprios numeros valeant remeare. Qui si ultra annum protracti fuerint, iudices et [12]) officia absque ulla mora de proprio cogantur exsolvere militibus, quod debetur, ipsis adversus [13]) obnoxios repetitione servata. Quodsi ad nos aliqua de retentis [14]) opinatoribus querela pervenerit, in duplum ab his protinus exigetur, ut partem debitam miles, reliquam [15]) fiscus accipiat. Iudicibus quoque eorumque officiis eatenus subveniemus [16]), ut in contumaces debitores cuiuslibet dignitatis auctoritatem suam exserant [17]), ac [18]), si impudenter solutio differatur, actores procuratoresque [19]) eorumque praedia persequantur, de eorum quoque nominibus ad nostram scientiam relaturi. Dat. III. Id. Iul. Mediolani, Vincentio et Fravitta Conss. [20]) [401.]

8. [b]) Impp. Leo et Anthemius AA. Nicostrato P. P. [21]) — Si divina domus aut quilibet [22]) cuiuscunque dignitatis atque fortunae, revera fundos extra metrocomias, non patrocinii gratia, sed emtionis iure vel quolibet alio titulo legitimo possederit [23]), et non impositas reipublicae functiones agnoverit, quemadmodum prior dominus dependebat, omnibus modis possessiones eorum publico vindicentur, et curiae eiusdem civitatis, sub qua iuncti [24]) sunt, assignentur ut publicis commoditatibus circa tributarias functiones undique nostra provisione [25]) videatur esse consultum. Dat. Kal. Septemb. Anthemio A. II. Cons. [26]) [468.]

9. [c]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος Ἀνθεμίῳ, ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων [27]). — *Ἵνα μὴ πολλῶν ἀπαιτούντων τὰ δημόσια καὶ οἱ συντελεῖς βλάπτωνται καὶ αὐτὸς ὁ δημόσιος λόγος, εἷς μόνος κανονικάριος εἰς ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐκ τοῦ προςφόρου πεμπέσθω σκρινίου, ὀφείλων κατεπείγειν τὴν ἐξάνυσιν τῶν κεχρεωστημένων τίτλων τῷ ἰδίῳ σκρινίῳ. Ἐξπελευστὴς* [28]) *μένοι μὴ πεμπέσθω, εἰ μὴ μετὰ παράδρομην τῆς ὁρισμένης προθεσμίας καὶ ἑτέρου μηνός. Τούτου δὲ τοῦ χρόνου διατρέχοντος, πεμπέσθω ὁ ἐξπελευστής, προςτιμωμένου καὶ τοῦ ἄρχοντος καὶ τῆς τάξεως αὐτοῦ καὶ τοῦ κανονικαρίου πρὸς*

Imp. Anastasius Anthemio P. P. — *Ne multitudine eorum, qui tributa exigunt, et collatores laedantur et ipsae fisci rationes, unus tantum canonicarius in quamlibet provinciam ex competente scrinio mittatur, qui solutionem titulorum suo scrinio debitorum urgeat. Compulsor vero non mittatur, nisi post lapsum definiti termini et praeterea unius mensis. Hoc autem tempore exacto, mittatur compulsor, multando praeside et officio eius et canonicario iuxta non exactae pecuniae et negligentiae modum, ita ut idem compulsor et reliqua fiscalia et mulctam exigat. Hisque solis, praesidi et officio et canonicario, compulsor*

---

[a]) *l.* 16. *Th. C. de exaction. XI.* 7.; *Iac. Gothofr. iungit leg.* 4. *C. de lucris advoc. XII.* 62. — [b]) *iungendae l.* 1. *C. ut nemo ad suum patroc. XI.* 53. *et l.* 1. *C. non licere habitat. XI.* 55. — [c]) *Cuiac. in ed. trium librorum Cod. restituit locum ex Bas., qui ap. Fabr. est LVI.* 8. 9. (*T. VI. p.* 721.), *addiditque et inscr. et subscr., quas haud dubie in vet. ms. Cod. invenerat; quae res scrupulum movit Ant. Augustino, ut dubitaret, utrum ex ignoto fonte an ex Bas. restitutum sit. Cuiacium sequuntur Cont.* 66. *et rell. Graecorum lacuna ad rubr. tit. seq. adnotatur in ms. Barberin.; a Cont.* 62. *autem adnotatum fuit, duas deesse graecas const., inque eius rei tutissimum signum ipse ediderat duas subscriptiones, quarum altera cum ea concordat, quam nostrae const. tribuit Cuiac., altera autem cum const. seq. haud dubie coniungenda est; cfr. not.* 16. *ad l.* 7. *C. X.* 3.

[1]) *Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; IV. *Cuiac. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [2]) Theodoro P. P. *om. Hal. Russ.* — [3]) et eis *ed. Schf.*; et ad eos *Hal. Cui. Russ.* — [4]) IX. *l.* 11. *Th. C. II.* 1., *quae cum nostra iungenda est.* — [5]) Hadr. P. P. *om. Hal. Russ.* — [6]) optiones *Hal.*, *et sic saepius in hac const. Caeterum ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ. Cont. Char. Pac. Sp. addunt* id est exactores militaris annonae, *sed absunt haec vv.*, *quae glossam sapiunt*, *ab Hal. Cui. Bk. et Theod. C. et a mss. Aured. et Dionys. apud Char. collatis.* — [7]) credendos *Hal. Russ. Cont.* 62., *contra omnia mss. Russardi et ms. Hfn.* — [8]) oportet *Theod. C.* — [9]) praevidere *edd. Schf. Hal.*; prodere *Theod. C.* — [10]) dominorum *Theod. C.* — [11]) et *om. mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.* — [12]) *edd. Schf. Hal. Cui.*, *Theod. C.*; iudices eorumque *Russ. et rell.*; *etiam* et *abest a ms. Hfn.* — [13]) ipsos *ins. edd. Schf. Hal. Russ.* — [14]) *ms. Hfn.*, *Theod. C.*; in *ins. ed. Schf.*; ab *ins. Hal. et rell.* — [15]) reliquum *Theod. C.* — [16]) subveniemus *Hal. Cui.* — [17]) exerceant *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra vet. libr. Contii.* — [18]) at *Cont.* 66. *et postea rell. praeter Bk.* — [19]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; que *om. ms. Hfn.*, *Russ. et rell. et Theod. C.* — [20]) *subscr. om. Hal.* — [21]) Impp. Theod. et Valentin. AA. *Hal. Russ. Cont.* 62. — [22]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnia mss. Russ.*; quaelibet *ed. Schf.*; quaelibet alia *Hal. et rell.* — [23]) possederit *et mox* agnoverit *edd. Schf. Hal. Cui.*; possederint — agnoverint *ms. Hfn.*, *Russ. et rell.*; *Azo legebat* possident *et notavit*, *alias haberi* possederit. — [24]) *mss. Bg.* 1. *Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; vincti *Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; vici *Cont.* 62. *in marg.*, *quae lectio*, *sane commendabilis et recepta a Bk.*, *neutiquam proposita est a Cui. in comment.*, *ut alii adnotant. Glossa habet: alias* vicissim, *alias* iuncti, *alias* vicini. *In ms. Hfn. est* sub qua vici siti sunt. — [25]) promissione *Azo*, *var. l. gl.* — [26]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [27]) *cfr. not. c. ad h. l.* — [28]) *scr.* Ἐξπελλευτὴς *secundum Nov.* 128. *c.* 6.

πρὸς τὸν οἶκον τῶν μὴ ἀπαιτηθέντων χρημάτων καὶ πρὸς τὴν τῆς ῥαθυμίας ποσότητα, ὥστε τὸν αὐτὸν ἐξπελευσιὴν καὶ τὰ λοιπαζόμενα δημόσια καὶ τὸ πρόστιμον μεθοδεύειν. Μόνῳ δὲ τῷ ἄρχοντι καὶ τῇ τάξει καὶ τῷ κανονικαρίῳ ὁ ἐξπελευσιὴς ἐπικείσθω, ἀφοριζομένης αὐτῷ παραμυθίας καὶ πρὸς τὴν ἐπαρχίαν τὴν χρεωστοῦσαν καὶ πρὸς τὰ διασιήματα. τὴν δὲ παραμυθίαν ταύτην ὁ ἄρχων ἐπιγινωσκέτω καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ καὶ ὁ κανονικάριος, ὡς αἴτιοι γενόμενοι τοῦ πεμφθῆναι τὸν ἐξπελευσιὴν. Ἐξπελευσιὴς δὲ ἕτερος μηδέποτε πεμπέσθω, μηδὲ ἄλλος τὶς μετὰ τὸν ἐξπελευσιὴν. Ἐαν δὲ νομίσωσιν οἱ ἔπαρχοι χρεῶδες εἶναι τὸ καὶ ἕτερον ἐκπέμψαι μετὰ τὸν ἐξπελευσιὴν, τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τούτῳ κρατείτῳ, καὶ τὴν ὁριζομένην αὐτῷ παραμυθίαν ὁ αἴτιος τοῦ πεμφθῆναι αὐτὸν παρεχέτω, τουτέστιν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ καὶ ὁ κανονικάριος καὶ ὁ ἐξπελευσιής. Ἡ γὰρ ἀφορισθεῖσα τῷ κανονικαρίῳ παραμυθία πᾶσι τοῖς μετ' αὐτὸν [1]) πεμπομένοις ἀπαιτηταῖς ἀρκεῖ, καὶ μηδὲν περαιτέρω μήτε τὰ συσιήματα τῶν πόλεων μήτε οἱ συντελεῖς ἀναπείσθωσαν, εἰ καὶ πλείονες πρὸς ἀπαίτησιν ἐκπεμφθείησαν, προστιμωμένων ἑκάστοτε πάντων τῶν ἐκπεμπομένων καὶ μὴ ἀνυόντων τὰ δημόσια. Καὶ ὅσαι δὲ γίνονται ἐκταγαί, τῷ κανονικαρίῳ πεμπέσθωσαν, ὥστε δι' αὐτοῦ καὶ ταύτας ἀνυεσθαι, μὴ αὐξάνεσθαι δὲ διὰ τοῦτο τὴν ἀφορισμένην αὐτῷ παραμυθίαν. Ἐνδοματικὰ δὲ μηδεὶς λαμβανέτω, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα παντελῶς ἀπαλειφέσθω. Εἰ δὲ κατά τι παραβαθείη τὰ νομοθετηθέντα, πεντήκοντα χρυσίου λιτραὶ ἐπιτίμιον ἔστω καὶ κατὰ τῆς τάξεως τῶν ἐπάρχων, καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ τῶν τάξεων αὐτῶν, καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν τῶν δημοσιευόντων προσώπων. Dat. XII. Kal. August. Paulo V. C. Cons. [2]) [496.]

pulsor incumbat, et praebeatur ei solatium, ratione habita provinciae, quae debet, et itineris spatii; quod solatium sibi impositum noverint praeses et officium eius et canonicarius, utpote qui causam mittendi compulsoris praebuerint. Alter autem compulsor nunquam mittatur, nec alius quis post compulsorem. Quodsi vero praefecti alium post compulsorem mitti oportere censuerint, eadem et in hoc valeant, et competens ei solatium praestet is, qui mittendi causam praebuit, hoc est praeses provinciae et eius officium et canonicarius et compulsor. Constitutum namque canonicario solatium pro omnibus post eum missis exactoribus sufficit, nec praeterea quidquam aut corpora civitatum aut collatores praestare cogantur, etiamsi plures ad exactionem missi fuerint, quum omnes singulatim mulctentur, qui missi sunt et publica debita non explicaverint. Quaecunque autem delegationes fiunt, canonicario mittantur, ut ab eo quoque expediantur, at non ideo augeatur solatium ipsi constitutum. Ἐνδοματικὰ [quae pro domanda exactoris instantia dantur] autem nemo accipiat, sed et ipsum eorum nomen penitus aboleatur. Quodsi ea, quae sancita sunt, ex aliqua parte negligantur, quinquaginta auri libris mulctentur et officium praefectorum, et praesides provinciarum, et eorum officia, et ceteri, qui publicas pecunias tractant.

10. [a]) *Epitome graecae const. Anastasii* [3]) *ex Paratitlis ad coll. const. eccl.*

Περὶ τῶν προσφευγόντων ταξεωτῶν ἢ πολιτευομένων, ὅπως δεῖ αὐτοὺς ἀπαιτεῖσθαι τὰς δημοσίους εἰσφορας, φησὶν ἡ διάταξις, παρακελευσαμένη, μηδένα καταβάλλειν ἐπ' αὐτοὺς τὰς συντελείας, εἰ μὴ δημοσιεύσωσιν. [4]) ἐπὶ γὰρ τοὺς προσφεύγοντας ἢ ἄλλως κρύπτοντας [5]) ἑαυτοὺς οὐδεμίαν βούλεται γίνεσθαι παρὰ τῶν συντελεστῶν ἐπ' αὐτοὺς καταβολήν. Dat. prid. Kal. April. Ioanne et Paulino Conss. [6]) [498.]

De confugientibus [ad ecclesias] cohortalibus vel officialibus, quo pacto eos oporteat publica tributa exigere, loquitur constitutio, et iubet, neminem ad eos deferre collationes, nisi in publico fuerint. His enim, qui confugiunt vel alio modo se occultant, nullum fieri vult a collatoribus solutionem.

Tit. XX.

DE SUPEREXACTIONIBUS [7]).

1. [b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Apollodoro, Proconsuli Africae. — Quicquid ultra debitum fuerit elicitum a curialibus vel cohortalibus vel aliis exactoribus, in duplum eruatur, quod provincialibus restitui protinus oportebit. Si quis autem exactorum in [8]) superexactionis crimen [9]) fuerit confutatus, capitali periculo cupiditas eius amovenda [10]) atque prohibenda est, si in iisdem sceleribus perseveret. Dat. prid. Id. Mart. Mediolano [11]), Stilicone et Aureliano Conss. [400.]

TIT. XXI.

---

[a]) *Paratitla ad coll. const. eccl. l.* 12. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1301.) *continent epitomen graecae const. hui. tit., cuius initium fuisse testantur Θεωρίζομεν. Quota fuerit const., codd. quidem variant; sed quum Cont.* 62. (*v. not. praeced.*) *duas graecas const. in calce hui. tit. deesse cum magna fide testatus fuerit, ex Paratitlo illo legis* 10. *haurire restitutionem iusto audacius non est. Ant. Augustin. in coll. graec. const. primus restituit, in Codicem autem primus recepit Bk. Cfr. Leunclav. Notatt. l.* 60. — [b]) *confiata ex l.* 2. *et* 1. *Th. C. de superexact. XI.* 8.; *Bas. LVI.* 8. 1. (*T. VI. p.* 723.)

[1]) *Augustin. in not.*; αὐτῶν *Cui. et rell.* — [2]) *cfr. not. c. ad h. l.* — [3]) *v. subscript.* — [4]) δημοσιεύσουσιν *Augustin. in not.*; δημοσιάσωσιν *Fabr.* — [5]) *Augustin. in not.*; κρύβοντας *idem in textu, Fabr.* — [6]) *Cont.* 62. (*v. not. c. ad l.* 9. *h. t.*); Ioanne Scytha et Decio Paulino Conss. *Bk., sed v. l.* 4. *C. V.* 30. — [7]) superexactoribus *Hal., Leunclav. Notatt. II.* 226. — [8]) in *om. Hal. Cui., Theod. C.*; *v. not. seq.* — [9]) *ms. Hfn., omnia mss. Russ., ed. Schf., Theod. C.*; crimine *edd. rell.* — [10]) monenda *Azo*; admonenda *var. l. ap. Azonem.* — [11]) *locus abest a Russ. Cont. Char. Pac.*; *subscr. om. Hal.* —

Tit. XXI.

DE CAPIENDIS ET DISTRAHENDIS PIGNORIBUS TRIBUTORUM CAUSA [1]).

1. [a]) Imp. Constantinus A. ad Afros provinciales [2]). — Res eorum, qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt, distrahantur; comparatoribus data perpetua firmitate possidendi. Dat. XV. Kal. Iun. Serdicae, Constantino [3]) et Maximo Conss. [327.]

2. [b]) Impp. Constantius et Constans AA. [4]) Restituto [5]), Praesidi Sardiniae. — Satis sit, debitorem annonarum ad solvendi necessitatem capione [6]) pignorum conveniri. Dat. VIII. Id. Decemb. Thessalonicae, Constantio VI. [7]) et Constante III. AA. [8]) Conss. [353?]

Tit. XXII.

DE APOCHIS PUBLICIS ET [9]) DESCRIPTIONIBUS CURIALIBUS [10]).

1. [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. — Ad inferiorum curialium relevandas fortunas et impressionem potentium itidem [11]) curialium cohibendam placuit, ut descriptiones, si [12]) quae per singulos ordines cogentibus diversis negotiis agitantur [13]), non sumant ante principium, quam apud acta provinciarum rectoribus intimentur, et ex eorum fuerint receptae sententiis [14]). §. 1. Sed et aurum, quod ex huiusmodi contributione redigitur, ita debet susceptori aurario consignari, ut securitatibus nomen inferentis, dies, consul, mensis, causa et summa comprehendantur [15]), quo et descriptionis aequitas illustretur, et descriptus [16]) documentis evidentibus fulciatur. §. 2. Hoc etiam observando, ut [17]) quadrimenstruis [18]) quoque brevibus, qui ad [19]) excellentiae tuae officium solemniter dirigunturi, celebratae descriptionis dispunctio [20]) societur, ut omnes [21]) vestrae [22]) potestatis scientiam formidantes, nihil ad relevationem [23]) locupletum atque inopum perniciem audeant pertentare. §. 3. Quod et tunc optimum est custodiri, quum [24]) lucrativae facultates ex bonis curialium curiae obvenerint, ut et inopes et locupletes fructu provisionis simillimae [25]) potiantur. §. 4. Quam dispositionem si quis indicum, numerariorum vel curialium mutilandam esse crediderit, interminationi, quam vestra [26]) sedes statuerit, subiacebit. Dat. VII. Kal. Septemb. Constantinop. Varane [27]) Cons. [410.]

2. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Celeri, Proconsuli Africae. — Semel securitatem de refusione munerum emissam ab alio iudice [28]) non liceat refricari. Et ideo spectabilitas tua, saluberrimae ac iustissimae praeceptionis formam secuta, prohibebit in posterum, eos ad discussionem transacti muneris constringi, quos claruit accepta [29]) securitatis prosperitate laetari. Dat. V. Kal. Mai. Ravennae, post consul. Felicis et Tauri VV. CC. [30]) [429.]

3. [e]) Imp. Marcianus A. Constantino P. P. — Quicunque de provincialibus et collatoribus, decurso posthac quantolibet annorum numero [31]), quum probatio aliqua ab eo tributariae solutionis exposcitur, si trium cohaerentium sibi annorum [32]) apochas securitatesque protulerit, superiorum temporum apochas non cogatur ostendere, neque de praeterito ad illationem functionis tributariae coarctetur [33]), nisi forte aut curialis aut quicunque apparitor vel optio vel actuarius [34]) vel quilibet publici debiti exactor sive compulsor possessorum vel collatorum habuerit cautionem, aut id, quod reposcit [35]), deberi sibi manifesta [36]) gestorum assertione patefecerit. Dat. XV. Kal. Aug. Varane [37]) et Ioanne Conss. [456.]

4. [f]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. [38]) — Securitatibus, quae publicarum functionum gratia sive [39]) in solidum sive ex parte solutae esse conscribuntur, nullam exceptionem non numeratae pecuniae penitus opponi concedimus. Dat. Kal. Iul. [40]) Constantinop. Dn. [41]) Iustiniano A. II. Cons. [528.]

TIT. XXIII.

---

[a]) *hausta ex l.* 4. *Th. C. de exaction. XI.* 7.; *Bas. LVI.* 8. 1. — [b]) *hausta ex l.* 7. *Th. C. de exaction. XI.* 7. — [c]) *l.* 173. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [d]) *l.* 185. *Th. C. de decurion. XII.* 1.; *iungenda l.* 16. *C. de omni agro deserto XI.* 58. — [e]) *Bas. LVI.* 8. 3. (*T. VI. p.* 723.) — [f]) *pars legis* 14. *C. de non numer. pec. IV.* 30.; *Bas. LVI.* 8. 4.

[1]) causa *om. ed. Schf.* — [2]) provinciales *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac., Theod. C.* — [3]) *Theod. C., Bk.*; V. *ins. Cui.*; Caes. V. *ins. Hal. et rell.* — [4]) Idem Aug., *omisso eo, ad quem data est const., Hal. Russ. Cont.* 62. — [5]) Bibulenio Restit. *Theod. C.* — [6]) *mss. Hfn. Gt., Cui. Bk., Theod. C.*; captione *edd. rell.* — [7]) IV. *Bk., ut sit a.* 346., *quod est improbandum propter annum, quo data est l.* 6. *Th. C. XI.* 7.; *de mendo, quod in hac subscr. cubat, v. Haenel. ad l.* 7. *Th. C. cit. not. o.* — [8]) *Cui. Bk., Theod. C.*; AA. *om. Russ. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [9]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; de *ins. rell.* — [10]) curialium *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *var. l. gl. Caeterum* et de distributionibus civilibus *addunt Hal. Russ. Cont. et rell. contra edd. Schf. Cui. et multos codd., inter quos ms. Hfn.*; *Cui. in comment. potius addi oportere suspicatur* et de quadrimenstruis brevibus, *sed de his est tit. C. I.* 42. — [11]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Bk.*; eorundem *var. l. gl. et ap. Azonem*; et itidem *edd. Schf. Russ. et rell.*; itid. curial. *om. Theod. C.* — [12]) si *om. Theod. C.* — [13]) *ms. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; agitentur *ms. Hfn., Hal. et rell.* — [14]) fuer. auctoritate firmatae *Theod. C.* — [15]) comprehendatur *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.* — [16]) *ms. Hfn., var. l. gl., Cui. in comment., Theod. C.*; descriptis *ms. Rg.* 1, *ed. Schf.*; descriptio *Hal. et rell.* — [17]) *Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; in *ins. ms. Hfn., edd. Schf. Russ. et rell.* — [18]) *ms. Hfn., edd. Schf. Bk., Theod. C.*; quadrimestruis *Cui.*; quadrimestribus *Hal. et rell., vid. tit. C. I.* 42. *in rubr.* — [19]) ab *et mox* officio *Theod. C.* — [20]) dispositio *Hal. Cui. var. l. gl., contra Theod. C. et ms. Hfn.* — [21]) omnes *om. Theod. C.* — [22]) nostrae *ms. Gt., ed. Schf.* — [23]) revelationem *Cui.* — [24]) Quod et circa hos optim. est custod., quibus *Theod. C., a quo mox abest* curiae, *idque v. et Cuiac. in comment. eiicere vult.* — [25]) *mss. Hfn. Gt., Cui., Theod. C., var. l. gl.*; simili *edd. Schf. Hal. et rell.* — [26]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Bk., Azo, var. l. gl., Theod. C.*; nostra *edd. Schf. Russ. et rell.* — [27]) *Theod. C, Bk.*; Varana *Cui. Russ. Cont. et rell. Caeterum* V. C. *ins. Theod. C. et ex eo Russ. Subscr. om. Hal.* — [28]) proconsule *Theod. C.* — [29]) acceptae *Theod. C.* — [30]) *subscr. om. Hal.* — [31]) munere *ed. Schf.* — [32]) annorum sibi *ed. Schf.* — [33]) *ms. Gt., Hal. Cui. Bk.*; coarcetur *ms. Hfn.*; coercetur *ed. Schf.*; coerceatur *Russ. et rell.*; *cfr. l.* 3. *C. X.* 19. — [34]) astuarius *var. l. gl.* — [35]) deposcit *ed. Schf.* — [36]) manifeste *et mox* assertionem *ms. Hfn.* — [37]) *Bk.*; Varrone *Cui. Cont. et rell., v. not.* 19. *ad l.* 25. *C. I.* 3.; *subscr. om. Hal. Russ.* — [38]) *Cui. Bk.*; Mennae P. P. *om. Hal. et rell.* — [39]) Securitatibus publicarum functionum sive *Cui. in comment. emendat ex l.* 14. §. 1. *C. IV.* 30. — [40]) Iun. *Cui.* — [41]) *Cui., l.* 14. *C. cit.*; Dn. *om. Cont.* 66. *et rell.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62.

Tit. XXIII.

DE CANONE LARGITIONALIUM TITULORUM.

1. Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Iuliano [1]). — Omnem summam auri vel argenti et reliquarum specierum, quae sacris largitionibus ex more pendunturr, statim ut exactio fuerit celebrata, ad thesauros [2]) uniuscuiusque provinciae vel ad proximos referri [3]) sub obsignatione tabularii [4]) ceterorumque, quos sollicitos esse debere praecedentia iussa decreverunt [5]), et thesaurorum praepositis consignari praecipimus, ut exinde ad sacrum comitatum integer omnium titulorum numerus dirigatur. Dat. XII. Kal. Aug. Merobaude II. et Saturnino Conss. [6]) [383.]

2. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. — Neque sacrarum vel privatarum largitionum [7]) palatina officia ex quacunque causa [8]), ex quocunque titulo fiscalis debiti, quum ad provinciam mittuntur, possessores per se audeant convenire, sive id ex praeterito reliquum trahatur, seu praesentis temporis tributa [9]) solvi conveniat; sed rectores provinciarum frequenter adeundo commoneant, eorumque officiis incumbant. Quodsi rector provinciae imminentem sibi memoratorum declinare molestiam quaerens [10]) vel qualibet alia ratione [11]) iisdem propria auctoritate publicae exactionis permiserit curam, tam ipse quam officium eius vicena auri pondo fisco dependent [12]). Dat. VII. Id. Decemb. Constantinop. Basso et Philippo Conss. [13]) [408.]

3. Impp. Leo et Anthemius AA. Heliodoro, Comiti sacrarum largitionum [14]). — Praecepit nostra serenitas, neque veloci cursui neque alii praeter veterem [15]) consuetudinem gravamini subiacere chartularios, qui de cohortalibus officiis uniuscuiusque provinciae largitionales titulos retractare constituuntur, quum et idem [16]) amplissima praefectura disposuisse perhibeatur, ut his necessitatibus liberati fideliter largitionales titulos valeant retractare. Quodsi aliquo tempore nostra iussio temerario ausu ex aliqua fuerit parte violata, tam rector provinciae quam apparitio [17]) eius triginta librarum [18]) auri condemnatione plectentur. Insuper virum spectabilem comitem Orientis eiusque officium licentiam habere conatus nefarios inhibendi tam moderatorum quam cohortalis officii, quum de ea re admoniti fuerint a palatinis, et [19]) eandem poenam formidantibus, si non omnibus modis pietatis nostrae decreta congruum mereantur effectum.

§. 1. Illud etiam generali forma sancimus, ut in omnibus provinciis tam nominatio specialium susceptorum largitionalium titulorum, quam defensio tractatorum non tantum per viros clarissimos moderatores provinciarum, sed etiam per viros spectabiles proconsules et praefectum Augustalem ac laudabiles vicarios una cum eorum officiis, admonentibus semper, nec non imminentibus palatinis, procuretur [20]), providentibus, ut, post nominationem etiam specialium susceptorum largitionalium titulorum, nulla minuendae exactionis ad sacrum pertinentis aerarium, aut transferendi ad arcarios aut quoslibet alios extraneos titulos, rectoribus provinciarum aut eorum officiis, sed [21]) etiam curialibus licentia permittatur; quadrimestruis [22]) brevibus per idoneum tractatorem eorundem titulorum super commendandis ratiociniis publicis periculo rectorum provinciarum ad sacratissimam urbem transmittendis. Nam quacunque ex parte, quam iussit nostra tranquillitas, si minus fuerit procuratum [23]), poena superius designata tam ipsi indices quam eorum officia se noverint esse plectenda. Dat. VIII. Kal. Aug. Constantinop. Anthemio A. II. [24]) Cons. [468.]

4. Idem AA. Heliodoro, Comiti sacrarum largitionum [25]). — Praecipimus, ut, si forte delegatio, quae ab amplissima praefectura in diversas provincias ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, aut quo modo [26]) exactio eorum debet procedere, nihilominus competentem exactionem eorum a viris spectabilibus tam proconsulibus quam vicariis et viro spectabili comite Orientis et praefecto Augustali nec non [27]) rectoribus provinciarum eorumque officiis et curialibus [28]) procurari; vicenarum librarum auri condemnationem prae oculis habentibus, si quid minus exactum vel illatum fuerit sacro aerario, quam prisca et inveterata consuetudo sacris largitionibus inferri constituit. Dat. Kal. Iul. Constantinop. Anthemio A. II. Cons. [29]) [468.]

Tit. XXIV.

NE OPERAE A COLLATORIBUS EXIGANTUR.

1. [b]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Viventium P. P. — Operarum praebitionem, quae illicite a provincialibus hactenus expetita est, sinceritas tua cessare praecipiat. Dat. X. Kal. Mart. Treveris, Valentiniano NB. P. et Victore Conss. [30]) [369.]

TIT. XXV.

---

[a]) *l.* 17. *Th. C. de exaction. XI.* 7. — [b]) *fons est l.* 1. *Th. C. ne operae a collat. XI.* 10.

[1]) *sic Cont.* 62. *et postea rell.*; Loliano *Cui.*; *nomen abest ab Hal. Russ.*; *fortasse* Ammiano Com. R. P., *cfr. l.* 4. *C. II.* 9. — [2]) thesaurarios *Hal. Bk.* — [3]) deferri *ed. Schf.* — [4]) tabulariorum *ed. Schf.* — [5]) decreverant *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [6]) *subscr. om. Hal. Russ.*; *a Cui. abest* II. *post* Merob. — [7]) Neque agentes in rebus, neque sacrarum privatarum vel largitionum *Theod. C.* — [8]) *omnia mss. Russardi*, *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; vel *ins. Hal. et rell.* — [9]) tributo *Theod. C.*, *var. l. gl.* — [10]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; quaeret *Cont.* 66. *et rell.* — [11]) *ms. Hfn. omnia mss. Russ.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; palatinis *ins. Hal. et rell.*, *sed nec Accurs. hoc v. in textu agnovit.* — [12]) *mss. Hfn. Gt.*, *Theod. C.*; dependet *ed. Schf.*; dependant *Hal. et rell.* — [13]) *subscr. om. Hal.* — [14]) Imp. Leo A. *nihilque supra Hal. Russ.* — [15]) *omnia mss. Russardi*, *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; inveteratam *Hal. et rell.* — [16]) *Hal. Cui.*; et *om. ed. Schf.*; idem et *ms. Gt.*; idem etiam *Russ. et rell.*; id, *omisso* et, *ms. Hfn.* — [17]) *ms. Hfn.*, *omnia mss. Russardi*, *Hal. Cui. Bk.*; apparitor *edd. Schf. Russ. et rell.* — [18]) libris *Russ. Sp.*, *contra mss. Hfn. Gt.* — [19]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; et *om. Russ. et rell.* — [20]) procuretur *deesse in libro Martini*, *testatur Azo.* — [21]) *Cui. in comment. ex omnibus vett. libris*, *provocans ad l.* 3. *C. IX.* 9., *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; vel *Hal.*, *Cui. in textu*, *secuti coniecturam Accursii in gl. ad h. l.*; seu *Russ. Cont. et rell.*; sed nec *ms. Hfn.* — [22]) quadrimestruis *Cui. Russ.*; quadrimestribus *ms. Gt.*, *Hal.* — [23]) procuratio *ed. Schf.*; procurati *ms. Hfn.* — [24]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [25]) Heliod. — largit. *om. Hal. Russ.* — [26]) quoquo modo *Cont.* 66. *et postea rell. praeter Bk.* quō, *om.* modo, *ms. Hfn.* — [27]) et *ins. Cont.* 66. *et postea rell.* — [28]) *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; omnium largitionalium titulorum exactionem *ins. ms. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.*, *improbantibus Russ. et Cont. in marg.*; *idem ins. ms. Hfn.*, *sed omisso v.* exactionem. — [29]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [30]) *subscr. om. Hal.*

Tit. XXV.

DE IMMUNITATE NEMINI [1]) CONCEDENDA.

1. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad populum. — His nostrae serenitatis edictis civitatum tabulariis erit flamma supplicium, si cuiusquam [2]) fraude, ambitu, potestate iniusta [3]) cuiuspiam [4]) profiteretur immunitas, ac non, secundum praecedentem definitionem, omnes omnino, abolita specialium immunitatum gratia, necessitas tributariae functionis, firmata [5]) censitorum [6]), peraequatorum [7]), provincialium iudicum [8]) peraequatione, constrinxerit [9]). Dat. III. Non. Mart. Mediolani, Merobaude II. et Saturnino Conss. [10]) [383.]

2. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. [11]) — Per Bithyniam ceterasque provincias possessores in reparatione [12]) publici aggeris et ceteris huiusmodi muneribus pro iugorum [13]) numero vel capitum, quae possidere noscuntur, adstringi cogantur [14]). Dat. VII. Kal. Novemb. Constantinop. Honorio IX. [15]) et Theodosio V. AA. Conss. [412.]

Tit. XXVI.

DE CONDITIS IN PUBLICIS HORREIS.

1. [c]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Volusianum [16]) P. U. — Omnia, quae in horreis habentur, expendi volumus, ita ut non prius ad id [17]) frumentum extendatur [18]) expensio [19]), quod sub praefectura tua urbis horreis infertur, quam vetera condita fuerint erogata. Et [20]) si forte vetustate species ita corrupta est, ut per semet erogari sine querela non possit, eidem ex nova portione misceatur, cuius adiectione corruptio velata damnum fisco non faciat. Ad istud autem negotium arbitratu ac indicio tuo nobilis [21]), prudens, fidelis, optime sibi conscius pro integritatis meritis [22]) apponatur custos ac mensor, qui vel frumenta modio metiatur, vel iustis aestimationibus [23]) colligat, quanta habeantur in condito. Dat. VI. Id. April. divo Ioviano et Varroniano Conss. [24]) [364.]

2. Iidem AA. [25]) Anthemio [26]), praesidi. — Quum ad quamlibet urbem mansionemve accesseris, protinus horrea te inspicere volumus, ut devotissimis militibus defloratae [27]) et incorruptae species praebeantur. Nam si per incuriam officii gravitatis tuae, sartorum tectorum neglecta procuratione, aliqua pluviis infecta perierint [28]), ad damnum tuum referentur [29]). Dat. VIII. Kal. Septemb. Arelate [30]), divo [31]) Ioviano et Varroniano Conss. [364.]

3. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Anatolio, P. P. Illyrici. — Nulli posthac horreaticas [32]) species contingendi [33]) copia praebeatur. Si vero quisquam temerator horreorum exstiterit, qui sibi ex praedictis aliquid audeat usurpare, hanc poenam sciat nostro arbitrio definitam, ut, deportationis poenae subiectus, totius substantiae cogatur subire iacturam. Dat. VII. Id. Iul. Constantinop. Caesario et Attico Conss. [34]) [397.]

Tit. XXVII.

UT NEMINI LICEAT IN COEMTIONE [35]) SPECIERUM SE EXCUSARE [36]).

1. [e]) Imp. Anastasius A. Matroniano [37]) P. P. — Quotiens urgente [38]) necessitate comparationes frumenti vel hordei [39]) aliarumque specierum quibuslibet provinciis indicuntur, nulli penitus possidentium sese sub cuiuscunque privilegii occasione excusandi tribui facultatem censemus, omnique, cuicunque possidentium, quocunque modo, quocunque tempore, per sacros apices vel etiam pragmaticam sanctionem aut iudicialem forte dispositionem huiusmodi excusatio [40]) data est vel postea data fuerit, licentia minime

---

[a]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de censu XIII.* 10., *ex qua et manavit l.* 9. *C. de agricol. XI.* 47. — [b]) *hausta ex l.* 5. *Th. C. de itin. muniendo. XV.* 3. *In ms. Hfn. haec const. est secunda tit. seq.* — [c]) *fons est l.* 1. *Th. C. de conditis in publ. horr. XI.* 14. — [d]) *l.* 3. *Th. C. de conditis in publ. horr. XI.* 14. — [e]) *iungenda videtur l.* 14. *C. de fundis patrimon. XI.* 61.

[1]) minime *ms. Hfn.* — [2]) cuiuspiam *Hal. Cui.* — [3]) iniusta *et mox* profiteretur immunitas *Cui., Theod. C.*; iniustam — profitentur immunitatem *edd. Schf. Hal.*; iniustam — profiteantur immunitatem *Russ. et rell.*; *ut* iniusta *est in omnibus mss. Russardi. In ms. Hfn. est* cuiuspiam iniusta co (?) profiteretur immunitas. — [4]) cuiuspiam *om. Hal.*; cuiusquam *Cui.* — [5]) formata *var. l. ap. Azonem.* — [6]) censorum *Theod. C. ed. Haenel.* — [7]) *mss. Rg.* 1. *Gt., omnia mss. Russardi, edd. Schf. Cui. Bk.*; peraequatorumque *Hal. et rell.*; peraequat. *om. ms. Hfn.* — [8]) provinc. iudic. *om. liber Martini, notante Azone, ms. Hfn., Hal.* — [9]) peraequationem constrinxerint *ms. Rg.* 2., *ed. Schf.*; peraequationem construxerit *ms. Rg.* 1.; peraequatione, constrinxerint *Russ. Cont. Char. Pac., sed tunc supra legendum foret* necessitate, *quod alias legi testatur glossa. Nobiscum facit Theod. C.* — [10]) *subscr. om. Hal.* — [11]) Anth. P. P. *om. Hal. Russ.* — [12]) possessores et reparationi *Theod. C.* — [13]) *Hal. Cui., Theod. C.*; iugerum *ms. Hfn., edd. Schf. Russ. et rell.* — [14]) *Cui. ex vet. libr., Theod. C.*; astringantur *vetus cod. Contii*; dare cogantur *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. et rell. Sed notante Cuiacio Graeci vertunt* δεσμεῖσθαι ἀναγκαζέσθωσαν. — [15]) *Theod. C., Bk.*; VIII. *Cui. Cont. et rell.*; *subscr. om. Hal. Russ.* — [16]) Apronianum, *qui hoc anno P. U. fuit, non Volusianus, coni. Iac. Gothofr.* — [17]) id *om. mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *at contra Theod. C.* — [18]) tendatur *Theod. C.* — [19]) expensa *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [20]) Et *om. Theod. C.* — [21]) nobis *Hal. Cui., contra Theod. C.* — [22]) *ms. Hfn., var. l. gl. et ap. Azonem, Theod. C.*; pro integritate meritis *ms. Rg.* 2.; pro integritate mentis *ms. Rg.* 1., *edd. omnes.* — [23]) allegationibus *Theod. C. ed. Haenel.* — [24]) *subscr. om. Hal.* — [25]) et Grat. A. *add. Hal. Russ.* — [26]) Arthemio *recte emendat Iac. Gothofr. in Chronol. p. LXX.*; *cfr. l.* 1. *C. XII.* 55. — [27]) *omnes veteres libri secundum Cui., mss. Hfn. Rg.* 1. 2. *Gt., mss. Contii, ed. Schf.*; depuratae *Hal. et rell.*; ἀνθηρὰ — εἶδη *Graeci secundum Cui.* — [28]) iam *ins. ms. Gt., ed. Schf.* — [29]) referantur *Hal. Cui.* — [30]) Arelati *Cui. Bk.*; Arelape, *Norici civitate, non* Arelate, *Galliarum urbe, legi vult Iac. Gothofr.*; *v. Topogr. Cod. Theod. p.* 113. — [31]) *Cui. Bk.*; divo *om. Cont. et rell.*; *subscr. abest ab Hal. Russ.* — [32]) horreothecas *var. l. apud Azonem.* — [33]) corrigendi *ms. Hfn.* — [34]) *subscr. om. Hal.* — [35]) *cod. Contii, Cui. Bk.*; emtione *ms. Hfn., edd. rell.*: comparatione *alius cod. Contii. Cfr. Cuiac. Obss. I.* 35. — [36]) et de munere sitoniae [*vel* sitocomiae] *addunt edd. omnes*; *v. not.* 4. *ad rubr. tit. seq.* — [37]) Macroniano *Cont. Char. Pac. Sp.*; Matron. P. P. *om. Hal. Russ.* — [38]) insurgente *ed. Schf., Azo.* — [39]) *mss. Hfn. Rg.* 1. *Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62.; olei, *quod Cui. in comment. legendum esse suspicatus est, receperunt Cont.* 66. *et rell.* — [40]) *alias* excusationum *haberi, et tunc legi* huius licentia, *ait glossa.*

minime unquam contra tenorem nostrae legis saluberrimae valitura. Adeo namque huiusmodi onera cunctis, pro qua singulos [1]) portione contigerit, volumus irrogari, ut ab iisdem comparationibus nec sacratissimam nostrae pietatis nec serenissimae nostrae coniugis domum pateremur [2]) subtrahere. Dat. III. Kal. August. Constantinop. Olybrio V. C. Cons. [3]) [491.]

[Tit. XXVIII.

DE MUNERE SITONIAE [4])]

2. [1.] [a]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες ἢ ἐν αὐταῖς κεκτημένοι μὴ ἀναγκαζέσθωσαν εἰς ἑτέραν πόλιν ἢ εἰς τὴν μητρόπολιν εἴδη χορηγεῖν. Εἰ δὲ καί τις ἀπαραίτητος αἰτία καταναγκάσῃ [5]) τοῦτο γενέσθαι, τοῖς δικαίοις τιμήμασι τοῖς ἐν [6]) ἐκείνῃ τῇ πόλει κρατοῦσιν, ἐξ ὧν [7]) τὰ εἴδη παρέχεται, πιπρασκέτωσαν, ἐκείνων ταῦτα μεταχομιζόντων των δεομένων τῶν εἰδῶν. Ὑπολογιζέσθω δὲ τοῖς πιπράσκουσι τὰ τιμήματα τῶν εἰδῶν εἰς τὰ συντελούμενα ἐν χρυσῷ παρ' αὐτῶν δημόσια. οὐδὲ γὰρ δίκαιον, νῦν μὲν ἀπαιτεῖσθαί τινα παρέχειν εἴδη, μετὰ χρόνον δὲ αὐτῷ τὰ τιμήματα λογίζεσθαι, οὕτως εὐθηνίας [8]) γενομένης. τοῦ λαμπροτάτου ἄρχοντος ἑκάστης ἐπαρχίας ἐγκινδυνεύοντος [9]) εἰς τὸ καταλογίζεσθαι [10]) τὰ τῶν εἰδῶν τιμήματα κατὰ τὰς ὡρισμένας προθεσμίας ὑπὲρ αὐτῶν ἐκπέμπεσθαι. Μηδεὶς δὲ ἀναγκαζέσθω πιπράσκειν πασαν χρείαν [11]) αὐτοῦ, ἀλλὰ τὰ ἐκπεριττεύοντα εἴδη. ἀσεβὲς γάρ ἐστιν ἀποστερεῖσθαί [12]) τινα [13]) οἰκείων, καὶ ἑτέροις ταῦτα χορηγεῖν ῥ χρυσίου λίτρας ὑφισταμένου ζημίαν καὶ κινδυνεύοντος εἰς τὴν ἀξίαν καὶ τὴν ζώνην αὐτοῦ του παραβαίνοντος τὸν νόμον ἢ συγχωροῦντος αὐτὸν παραβαθῆναι. §. 1. *Μηδεὶς ποιεῖ χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης ἐπιπαιτεσθω τοῖς κιτιωρσιν [14]) συνωνή, καὶ ὅτε δὲ γίνεται, κατὰ θείαν μόνον κέλευσιν γινέσθω, ἐφ' ᾧ τε τὸ [15]) τῆς συνωνῆς χρυσίον ἐκ τῆς συντελουμένης παρὰ τῶν κιτιτορων [16]) ἐν χρυσῷ συντελείας παοκατέχεσθαι, ἐὰν ὅλως τὰ τῆς οἰκείας αὐτῶν συντελείας ἀρχῇ πρὸς τὴν συνωνήν. Ἐὰν δὲ μὴ χρεωσιῶσι δημόσια οἱ τὴν συνωνὴν ἐπιταγένιες, ἢ μέρος χρεωσιῶσιν, ἐν νομίσμασιν εὐσιάθμοις πρότερον τὸ χρυσίον λαμβανέτωσαν, καὶ οὕτως τὸ εἶδος ἀπαιτεῖσθωσαν, μηδενὸς τολμωντος ἢ παράσιαθμα δοῦναι τὰ νομίσματα, ἢ ἐλλιπῶς ταῦτα καταβαλεῖν, ἢ ἄλλως πῶς ζημιῶσαι τοὺς ὑποτελεῖς, ἀλλὰ καὶ τὸ τειραπλάσιον παντὸς*

Qui civitates incolunt vel possessiones in iis habent, non cogantur in aliam civitatem vel in metropolin species conferre. Si vero aliqua inevitabilis causa id fieri coegerit, iustis pretiis, quae in ea civitate obtinent, ex qua praebentur species, eas vendant, illi autem eas asportent, qui species expetunt. Computentur autem venditoribus haec specierum pretia in aurariam, quam fisco debent, collationem; neque enim iustum est, aliquem nunc ad species praebendas urgeri, post temporis vero intervallum ei pretia constitui, postquam hoc modo factum est, ut larga suppetat annonae copia. Et suo periculo cuiuslibet provinciae clarissimus praeses computari faciat specierum pretia secundum terminos ad transmittendas eas constitutos. Nemo autem universum annonam suam vendere cogatur, sed superfluas tantum species; impium enim est aliquem privare suis, et aliis ea suppeditare; centum librarum auri poena mulctando et dignitatis cingulique amissionem periclitante eo, qui legem violaverit violarive permiserit.

§. 1. *Nulla unquam praeter magnam necessitatem possessoribus coemtio indicatur, et quum fiet, ex divina tantum fiat iussione, et tunc coemtionis pretium sit pro collatione a possessoribus in auro debita, si quidem summa collationis, quae ipsis incumbit, pro coemtione sufficiat. Quodsi vero ii, quibus indicta est coemtio, nihil tributi debeant, aut partem tantum, prius in nummis probi ponderis pretium accipiant, et tunc species ab eis exigantur; nemine audente vel improbos nummos dare, vel ex parte tantum solvere, vel alio qua ratione collatores damno afficere, quadruplo eius, quod deest pretio, et damni illati exigendo etiam ab eo, qui minus solverit. Sin vero aliquis*

---

[a]) *graecae const. epitomen restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod. ex Bas. lib. LVI., idque cap. apud Fabr. est LVI. 9. 2. (T. VI. p. 724.); principium est in Synopsi LVI. 9. 5. (ed. Leuncl. p. 472.), quam variae lectionis causa contuli. Cuiacii restitutionem receperunt Augustin. in coll. graec. const., Cont. 66. et rell. Graecorum lacunam notaverunt glossa, Azo (v. not. 4.), Cont. 62.*

[1]) singulis *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.* — [2]) *edd. Schf. Cui.*; patiemur *ms. Gt., Hal.*; patiamur *Russ. et rell.* — [3]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [4]) *haec rubr. cum praecedente* Ut nemini liceat *coniuncta est in edd. Schf. Hal. et rell. (cfr. not. 36. ad tit. praeced.); Bk., quod minime ferendum est, et nostram rubr. praecedenti iungit et separatam hic ponit. Nostram autem rubr. a praecedente esse seiungendam et proprio titulo restituendam, probaverunt Witte (Die leges restitutae p. 79.) et Biener (Revis. d. Iustinian. Cod. p. 67.). Allegationes enim titulorum hui. libri apud Byzant. iuris auctores docent, inter titulos XXII. et XXXI. fuisse unum, quem editiones hucusque ignorabant. Ac hunc quidem quaerendum esse in rubr.* De munere sitoniae, *cum praecedente male coniuncta, iam indicat glossa, quae ad rubr. tit. XXVII. sic notat:* „*alias deest* de munere siton., *et de hoc munere hic non tractat, sed in graeco;*“ *indicat Azo, qui rubricam* de mun. siton. *ad graecum de eo tractatum pertinere ait; indicant alia exempla rubricarum, propriis titulis olim impositarum, in codd. autem et edd. cum aliis rubricis ideo iunctarum, quod sub iis graecae tantum constitutiones positae essent. Hae enim quum non scriberentur, accidit, ut rubricam nullae leges sequerentur, idque librarios movit, ut eiusmodi rubricam cum proxima coniungerent (cfr. not. 23. ad rubr. C. III. 43. et not. 21. ad rubr. C. VI. 48.). Dubium autem de serie titulorum* Ut nemini lic. *et* De mun. siton. *residet, uter debeat praecedere. Seriem enim, quam sequor, suadet Synopsis LVI. 9. 4. (ed. Leuncl. p. 472.); pro inverso ordine stant Paratitla ad coll. const. eccl. I. 3. (Voëlli bibl. T. II. p. 1271.) — Caeterum variant libri in v.* sitoniae, *sic enim habent Hal. Cui. Bk.*; syconiae *ed. Schf.*; sitocomiae *Alciat. Russ. Cont. et rell.*; *Cui. in comment. ait nil referre,* sitoniae *an* sitonici legas, *et hanc ultimam lect. defenderat in Obss. I. 35.* — [5]) *παραναγκάσει Synopsis.* — [6]) *ἐν om. Synopsis.* — [7]) *ἧς Leuncl. in marg., recte.* — [8]) *Synopsis*; εὐθυνίας *rell., male.* — [9]) *εἰ κινδυνεύοντος Synopsis.* — [10]) *τοῖς πιπράσκουσι ins. Synopsis.* — [11]) *χρονίαν Synopsis.* — [12]) *Cui. Cont. Char. Pac., Augustin., Synopsis*; *ἀποστέρεσθαι Fabr., Sp. Bk.* — [13]) *τῶν ins. Synopsis.* — [14]) *κιτιρτωρσιν Cui.* — [15]) *τῷ Cui.*; *τὸ emendat Augustin. in not.* — [16]) *κιτιτώρων Cui.*

παντὸς τοῦ παρ' ἀλλήλου καὶ τῆς ζημίας ἀπαιτουμένου καὶ τοῦ ἑλλιπῶς καταβάλλοντος. Εἰ δὲ καί τις συνωνὴν ἐπιτάξας τολμήσῃ ἢ τὴν ἐπιταγεῖσαν παρανόμως ἐκβιβάσει, πεντήκοντα χρυσοῦ λίτρας προςτιμασάτω, καὶ τῆς στρατείας [1]) καὶ ἀξίας ἐκπιπτέτω, ὑποκείμενος καὶ μείζονι κινήσει [2]). §. 2. Καὶ ὅτε δὲ κατὰ θείαν κέλευσιν γένηται ἐπιταγὴ συνωνῆς, ἕκαστος τῶν κτητόρων πρὸς τὴν ἀναλογίαν τῶν ζευγῶν ἤτοι ζευγοκεφαλῶν ὑποκείσθω τῇ συνωνῇ, μηδενὸς αὐτῆς ἐξαιρουμένου. Ὁ δὲ ὑπὲρ ταύτην τὴν ἀναλογίαν ἀπαιτῶν τινὰ τῶν συντελειῶν προφάσει τῆς συνωνῆς, καὶ ζημίᾳ τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσοῦ λιτρῶν ὑποκείσθω, καὶ ζώνης καὶ ἀξίας ἐκπιπτέτω, καὶ ἑτέραν μείζονα προςδοκάτω κίνησιν. §. 3. Ἀλλὰ ταῦτα χωρὶς τῆς Θρακικῆς διοικήσεως νενομοθέτηται. ἐν Θρᾴκῃ γὰρ, ἐπειδὴ οὐκ εἰς ὁλόκληρον εἰςφέρεται τὰ δημόσια, διὰ τὸ προφάσει τῶν βαρβαρικῶν ἐφοδων ἐλαττωθῆναι τοὺς γεωργοὺς, καὶ μὴ ἀρκεῖν τὴν ἐν εἰδήσει [3]) συντέλειαν τοῖς κατ' αὐτὴν ἱδρυμένοις στρατιώταις, καὶ πάντων μᾶλλον ἀποτρέφεσθαι εἰς αὐτὴν στρατιωτικὰ ἱάγματα ἀνάγκη ἐστὶ συνεχῆς πάνυ γίνεσθαι, ἐπειδὴ μὴ ἐνδέχεται δίχα συνωνῆς ἀποτρέφεσθαι τοὺς ἐν αὐτῇ στρατιώτας, ἐν ἐκείνῃ τοίνυν τῇ διοικήσει ἡ μέχρι σήμερον κρατείτω συνηθεια, ὑποκειμένων καὶ τῶν ἐμπόρων τῇ συνηθείᾳ, πρότερον μέντοι καὶ τοῖς συντελεταῖς καὶ τοῖς ἐμπόροις καταβαλλομένου τοῦ τῆς συνωνῆς χρυσίου ἐν εὐστάθμοις νομίσμασι καὶ ὀβρυζοις, καὶ οὕτως αὐτῶν ἀπαιτουμένων ἀδιαστρόφως καὶ ἀζημίως τὸ εἶδος εἰςφέρειν, τοῦ δὲ ταῦτα παραβαίνοντος τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκειμένου. βέλτιον γὰρ ἀντὶ τῆς ἰδιωτικῆς ἐμπορείας μᾶλλον τοῖς στρατιώταις καὶ τοὺς ἐμπόρους χορηγεῖν τὰς ἀναγκαίας αὐτῶν ἀποτροφας. §. 4. Ἐὰν δέ ποτε διὰ τινας πολεις, μὴ ἔχουσας σιτωνικὰ χρήματα, μήτε ἑτέρωθεν εὐπορούσας, ἀνάγκη γέγονε συνωνὴν ποιήσασθαι, ἐξέστω μὲν τοῖς ἄρχουσι ταύτην ποιεῖν, ἐν μόνῃ δὲ τῇ ἐνορίᾳ τῆς πόλεως τῆς τοῦ σίτου δεομένης καὶ ἐν τοῖς αὐτῆς ὁρίοις, καὶ κατὰ τὰ ἐν τοῖς τοποις κρατοῦντα κατὰ καιρὸν τιμήματα. τοῦτο δὲ παραφυλαττέτωσαν καὶ οἱ πατέρες τῶν πόλεων, καὶ πᾶς ἕτερος τῆς συνωνῆς προνοούμενος. §. 5. Εἰ δὲ καὶ ἀνάγκη γένηται πολιτικὴν γενέσθαι συνωνὴν, ὡς ἐπιζητουμένων εἰδῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, καὶ ἐν ταύτῃ κατὰ θείαν μόνην κέλευσιν προβαινέτω, τοῦ χρυσίου πρότερον κατὰ τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις ὤνια παρεχομένου ἀδιαστρόφως καὶ ἀζημίως, μετὰ τοῦ καὶ τὰ ναῦλα ἐκ τοῦ δημοσίου παρέχεσθαι, ὥστε τὸν συντελεστὴν πιπράσκειν μόνον τὸ ἐπιζητούμενον εἶδος, καὶ πληρωθῆναι τοῖς δεομένοις τὴν χρείαν. §. 6. Μηδὲν δὲ ἐκ ταύτης τῆς διατάξεως καινιζέσθω τὰ ἐπὶ τῇ συνωνῇ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως διαπεπωμένα, ἀλλὰ κρατείτω καὶ ὁ θεῖος τύπος ὁ διατυπώσας τὰ περὶ τῶν ἐπειςάκτων στρατιωτῶν ἀποτροφῆς. §. 7. Ὑποκείσθω δὲ τῷ προςτίμῳ τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν καὶ τὸν εἰς ζώνην καὶ ἀξίαν ὑπομενέτω κίνδυνον ἥτε μεγίστη τάξις τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπαρχων, καὶ οἱ λαμπρότατοι τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες μετὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων, καὶ οἱ κατὰ τόπον ἔκδικοι, καὶ ἄλλοι οἱ δημοσιεύοντες, παραβαίνοντες αὐτοὶ τὸν νόμον, ἢ παραβαθῆναι συγχωροῦντες, ἢ μὴ μηνύοντες ἀνυπερθέτως καὶ ἀληθῶς κατὰ τῶν παραβαινόντων αὐτόν.

quis coemtionem indicere ausus fuerit, aut indictam illegitime exegerit, quinquaginta libris auri mulctetur et militia ac dignitate excidat, et graviori etiam animadversioni subiacebit.

§. 2. *Et quum ex divina iussione coemtio indicta est, quilibet possidentium pro modo iugerum et capitum coemtioni subiaceat, nemine ab ea excepto. Is vero, qui ultra hunc modum aliquid a collatoribus coemtionis nomine exegerit, et poenae quinquaginta auri librarum subiiciatur, et cingulo et dignitate excidat, et aliam graviorem animadversionem exspectet.*

§. 3. *Haec autem extra Thracicam dioecesin constituta sunt. In Thracia enim, quum tributa fiscalia non in solidum inferantur, quia barbarorum incursibus agricolae atteruntur, nec specierum collatio sufficit militibus ibi constitutis, et quum militares cohortes ibi ali absque ulla interruptione opus sit, quod sine coemtione praestari non potest. in illa igitur dioecesi consuetudo, quae in hunc usque diem viguit, servetur, subiectis ei et negotiatoribus, ita scilicet, ut prius et collatoribus et negotiatoribus pretium coemtionis in iustis purisque nummis solvatur, et tunc demum ab eis exigatur, ut integras species et incorruptas inferant, eo, qui contra fecerit, iam dictis poenis subiiciendo. Praestat enim si pro privata negotiatione militibus et negotiatores alimenta necessaria conferant.*

§. 4. *Si vero propter aliquas civitates, quae frumentariis facultatibus carent, neque alia ratione vigent, coemtionem fieri necesse fuerit, liceat quidem praesidibus eam facere, sed in solo civitatis, quae frumento egel, territorio et intra fines eius, atque eo pretio, quod tunc iis locis obtinet. Observent autem hoc et patres civitatum et reliqui omnes, qui coemtionis curam gerunt.*

§. 5. *Quodsi vero coemtionem per civitatem propterea fieri necesse sit, quod in regia urbe annonae deficiunt, in ea etiam ad solam divinam iussionem procedat, pretio prius recte et integre secundum eum modum praestito, quo species in foro illorum locorum venales sunt, et vecturis ex fisco solutis, ita ut collator tantummodo vendat species requisitas, et indigentium necessitati succurratur.*

§. 6 *Nihil vero hac constitutione innovetur in iis, quae de coemtione magnae Alexandrinorum civitatis statuta sunt, sed valeant et haec et sacra forma, quae de alimentis militum evocatorum constituit.*

§. 7. *Subiaceant autem mulctae quinquaginta librarum auri, et periculum cinguli ac dignitatis subeant et summum officium gloriosissimorum praefectorum, et clarissimi provinciarum praesides cum officiis eis subiectis, et locorum defensores, aliique, qui publica negotia tractant, si aut ipsi legem violaverint, aut violari eam patiantur, aut non confestim et congruenter veritati violatores detulerint.*

3. [2.]

---

[1]) *Augustin. Fabr. Bk.*; πρατείας *Cui.*, *haud dubia vitio typ.*, *in quo perseverant reli.* — [2]) νικήσει *Cui. Augustin. Cont. Char. Pac.*, *vitio typ.* — [3]) *fortasse* εἴδεσι

3. [2.] [a]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Ὅταν ἔν τινι πόλει σιτωνου γένηται χρεία, κατὰ δοκιμασίαν καὶ ἐπιλογὴν καθ' ἑκάστην πόλιν ἐπισκόπου καὶ τῶν ἐν τοῖς κτήτορσι πρωτευόντων γινέσθω ἡ ἐπὶ αὐτῷ προβολή, οὐ κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς προβαλλομένοις, οὐδὲ ἐφ' οἷς ἂν βουληθείησαν προσώποις, ἀλλὰ μόνων τῶν ἐπὶ τῆς χώρας ἐκείνης ταξεωτῶν, τῶν στρατευομένων καὶ τῶν ἀποθεμένων τὴν τάξιν, διὰ τῶν εἰρημένων προσώπων πρὸς τὴν σιτωνείαν προβαλλομένων [1]), ἐπειδὴ εὐχερέστερον οὗτοι, ταῖς δημοσίαις χρείαις ἐνιετριμμένοι ἐκ μακρῶν χρόνων, τὸ τῆς σιτωνείας διανύουσι βάρος. Πάσης δὲ ζημίας ἀπαλλαττέσθωσαν οἱ σιτωνοῦντες, καὶ πληροῦντες τὴν εἰρημένην χρείαν κατὰ τὸ δίκαιον λογοθετείσθωσαν. οὐ γὰρ δίκαιον αὐτοὺς ἀντὶ τοσούτων κόπων καὶ ζημιοῦσθαι. χορηγείτωσαν δὲ τὸν σῖτον κατὰ τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ὤνια, καὶ μηδὲν περαιτέρω. Ὁ δὲ παραβαίνων ἢ παραβαθῆναι συγχωρῶν τὸν νόμον, λ' χρυσίου λίτρας ἐπιτίμιον καταβαλλέτω.

Quum in civitate aliqua opus sit sitona, eius creatio fiat arbitratu et electione cuiusque civitatis episcopi et primorum inter possessores, non ut videbitur creatoribus, neque ex quibus voluerint personis, sed soli ex ea regione officiales, militantes adhuc et qui officium deposuerunt, ad sitoniae munus a dictis personis promoveantur, quoniam tales, in publicis negotiis diu exercitati, facilius sitoniae onus expediunt. Ab omni vero damno liberi sint, qui sitoniam administrant, et expleto dicto officio iuste discutiantur. Neque enim iustum est, eos pro tantis laboribus etiam damna subire. Praebeant autem frumenta non maiore pretio, quam quo in foris venire solent. Et qui legem violaverit violarive concesserit, triginta librarum auri mulctam inferat.

5. [4.] [b]) *Epitome graecae const. ex Paratitlis ad coll. const. eccl.*

Προνοίᾳ ἐπισκόπου οἱ κατὰ χώραν ταξεῶται τὴν σιτωνίαν μετέρχονται.

Provisione episcopi officiales cuiusque regionis sitoniam prosequuntur.

Tit. XXVIII. [XXIX.]

DE COLLATIONE DONATORUM VEL RELEVATORUM [2]) AUT TRANSLATORUM SEU ADAERATORUM [3]).

1. [c]) Impp. Valentinianus et Theodosius AA. Hermocrati P. P. [4]) — Dispositionem amplissimae recordationis Antiochi, quae [5]) certam quantitatem ante se relevatis possessionibus nomine canonis indixit [6]), non imminui decernimus; id enim, quoniam [7]) in canonem cecidit, et anniversaria [8]) debet pensitatione persolvi, nec in praeteritum nec in posterum patimur esse concessum. Indulgentiam vero memoratae descriptionis et in anteactum et in posterum tempus non solum in relevatis, verum etiam in donatis, adaeratis, translatisque, seu quodlibet [9]) aliud nomen novae descriptionis excogitatum est, volumus observari, nullamque super his unquam exactionis molestiam formidari, quibus non tantum reliqua praeteriti temporis relaxamus, sed nec in posterum quidquam innovationis aut oneris [10]) adiiciendum [11]) esse censemus, nullique licere deinceps contra divalia statuta relevare suas possessiones. Noverit tamen amplissimae tuae sedis officium, quodsi aliquando nobis [12]) suggestio huic nostrae sanctioni contraria porrigatur, vel si sacris [13]) mandatis (si qua forte citra [14]) suggestionem his piis dispositionibus adversa manaverint [15]) obsequatur, et aliquos [16]) tanquam debitores ex huiusmodi titulo crediderit exponendos [17]), ducentarum librarum auri se [18]) condemnatione mulctandum [19]). Dat. XII. Kal. Decemb. [20]) Constantinop. [21]) Theodosio A. XVIII. [22]) et Albino Conss. [23]) [444.]

TIT. XXIX.

---

[a]) *Graecae const. epitomen ex Bas. (ap. Fabr. LVI. 9. 3.) restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod., receperunt Augustin. in coll. graec. const. Cont. 66. et rell. Eiusdem brevior epitome est in Paratitlis ad coll. const. eccl. I. 3. (Voëlli bibl. T. II. p. 1271.), secundum quas deperditae const. verba initialia fuerunt Θεσπίζομεν σιτώνην. Hausta ex nostra const. fuit l. 17. C. de episcop. aud. I. 4.* — [b]) *Paratitla ad coll. const. eccl. I. 3. (Voëlli bibl. T. II. p. 1271.) brevem sententiam graecae const. exhibent, quae, orsa a verbo Ἤλθεν, legis 4. in hoc tit. locum occupavit; merito itaque colligimus, legem 3. periisse. Fortasse illa nostra iungenda est cum l. 26. pr. C. de episcop. aud. I. 4. Restituit illud Paratitlon Augustin. in coll. graec. const., in Codicem autem Bk. recepit, sed numero tertiam const. h. t. fecit.* — [c]) *hausta ex Nov. Theod. XXXIV.; iungenda l. 17. C. de omni agro deserto. XI. 58.*

[1]) *haec sententia in Paratitlis l. c. sic exprimitur:* Δοκιμασία τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς πόλεως καὶ τῶν ἐν τοῖς κτήτορσι πρωτευόντων ἐκ τῆς κατὰ χώραν τάξεως ὁ σιτώνης προχειρίζεται, ἤγουν μέλλων ἐν τῇ τάξει καταλέγεσθαι, ἢ πληρῶν, ἢ πληρώσας. [*Arbitratu religiosissimi civitatis episcopi et primorum inter possessores ex ipsius regionis officialibus sitona creatur, sive ad officium sit allegendus, sive in officio constitutus sit, sive iam fuerit.*] — [2]) revelatorum *ms. Hfn.* — [3]) aeratorum *var. l ap. Azon.* — [4]) Orientis *addit Bk., quod probat Zirardin. ad Nov. Theod. p. 76.*; Imppp. Val. Theod. et Arcad. AAA., *nihilque supra, Hal. Cont. 62*; *male Russ. haurire voluit inscriptionem et subscriptionem ex l. 6. Th. C. XI. 20.* — [5]) qui *Hal. Cui., contra Nov. Theod.* — [6]) induxit *ms. Hfn., ed. Schf.* — [7]) quod *ed. Schf.*; quod iam *Nov. Theod.*; quandoque *ms. Hfn.* — [8]) anniversariae *et mox* pensitationi *mss. Hfn. Gt., Hal. Russ. Cont. 62.*; anniversarie — pensitatione *ed. Schf.* — [9]) quodcunque *Hal. Cui.* — [10]) muneris *var. l. ap. Azon.* — [11]) addendum *Nov. Theod.* — [12]) vel *ins. Nov. Theod.* — [13]) si legi sacrisve *Nov. Theod.* — [14]) contra *ms. Hfn.* — [15]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Bk., Nov. Theod.*; mandaverint *mss. Rg. 1. 2., ed. Schf., var. l. gl.*; emanaverint *Russ. et rell.* — [16]) alios *ed. Schf., idque flagitat Cui. in comment.* — [17]) exigendos *Cont. in marg.* — [18]) sciat *ins. Hal. Russ. Cont. 62.* — [19]) esse *addunt Hal. Russ. Cont. 62.*; esse existimet *addit ed. Schf.* — [20]) III. Id. Decemb. *Nov. Theod., quam sequitur Bk.* — [21]) *Cui. Bk, Nov. Theod.*; *locum om. rell.* — [22]) XVIIII. *Nov. Theod.* — [23]) *subscr. om. Hal.*; *de falsa subscr. Russardi v. not. 4. ad hanc const.*

Tit. XXIX. [XXX.]

DE COLLATIONE AERIS.

1. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Hilario P. P. [1]) — Aeris pretia, quae a provincialibus postulantur [2]), ita exigi volumus, ut pro viginti [3]) libris aeris [4]) solidus a possessore reddatur. Dat. V. Kal. Iun. [5]) Mediolano, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [6]) [396.]

Tit. XXX. [XXXI.]

DE DISCUSSORIBUS.

1. [b]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus [7]) AAA. ad Arthemium, Vicarium Hispaniarum [8]). — Quoties in disceptatione [9]) constiterit, inique [10]) discussionem fuisse confectam, et fidem facti non poterit approbare discussor, ipse in eodem titulo et in eodem modo ad solvendum pretium urgeatur, in quo alterum perperam fecerit debitorem. Dat. prid. Id. Mai. Valentiniano NB. P. et Victore Conss. [11]) [369.]

2. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae P. P. — Ne [12]), casu amissa securitate publica, quaedam praeda nascatur [13]) collatoribus, decernimus, ut, quando securitates a discussoribus seu apparitoribus expositae ratiociniis publicis continentur, rursus per iniuriam non petantur. Dat. V. Kal. Decemb. Mediolano [14]), Stilicone et Aureliano Conss. [400.]

3. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Apollonio P. P. [15]). — Per singulas provincias vel civitates honoratis usque ad comitivam consistorianam, nec non etiam militantibus et suis obsequiis non adhaerentibus, advocatis quin etiam fori provincialis, mandari discussionis iugorum [16]) sollicitudinem decernimus. Dat. V. Kal. Ianuar. Eudoxio et Dioscoro Conss. [17]) [442.]

4. [d]) *Epitome graecae const. Iustiniani* [18]) *ex Bas.*

Μηδεὶς γινέσθω λογοθέτης χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως, ἰδικῶς μεμνημένης τῆς αὐτοῦ τοῦ λογοθέτου προσηγορίας· μήτε κατὰ κέλευσιν τῶν ἐπάρχων, μήτε ἐκ προσιάξεως ἄλλου οἱουδήποτε δικασηρίου γινέσθω τὶς λογοθέτης ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἢ πολιτικῶν ἔργων, ἢ σιτωνικῶν χρημάτων, ἢ λιμενικῶν, ἢ των περὶ τοὺς δημοσίους ὁλκοὺς τῶν πόλεων δαπανομένων, ἢ περὶ τειχοποιΐαν, ἢ περὶ ὁδοστρωσίαν, ἢ γεφυρῶν ἢ μώλων κατασκευήν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν λουτρωνικων χρημάτων, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν εἰς πολιτικὴν ζήτησιν ἀναφερομένων, χωρὶς βασιλικοῦ τύπου. Αὐτὸς γὰρ ὁ βασιλεὺς, εἴτε ἐκ δημοσίου χρήματα ἐκπέμψῃ πρὸς τειχοποιΐαν ἢ ἑτέρου παντὸς ἔργου κατασκευήν, εἴτε εὕρῃ παρ' ἑτέρου καταλελειμμένα χρήματα πόλεσι, πρὸς ἅπαξ ἢ καὶ διηνεκῶς, οτε ἂν αὐτῷ παρασταίη, πέμπει τὸν λογοθέτην, καὶ τὸ ἔργον ὀφείλοντα μετρῆσαι, καὶ ἀκριβεῖς λογισμοὺς ποιήσασθαι, καὶ εἰς τὸ θεῖον αὐτοῦ κράτος ἀναγαγεῖν, ἐφ' ᾧ τε γενομένης ὀρθῶς τῆς δαπάνης θεῖαν γενέσθαι παρ' αὐτου τοῖς δεδαπανηκόσιν ἀμεριμνίαν, καὶ μηκέτι δευτέραν ζήτησιν αὐτοὺς ὑπομένειν ἢ κληρονόμους αὐτῶν ἢ διαδόχους. Εἰ δὲ καὶ ὁ λογοθέτης πεμπόμενος ἐπιτραπείη ποιῆσαι ἀμεριμνίαν τοῖς ὀρθῶς δεδαπανηκόσιν τα χρήματα, καὶ μετὰ τῆς τῶν λόγων ἐρευνῆς ἐκθηται αὐτῶν ἀμεριμνίαν τοῖς ὀρθῶς δεδαπανηκόσιν, ἔστω καὶ αὕτη κυρία, ὡς μήτε θείας ἀμεριμνίας δεῖσθαι τὸ λοιπόν, μηδὲ ἑτέρας ἀσφαλείας τὸν δαπανήσαντα ἢ τοὺς κληρονόμους αὐτοῦ ἢ διαδόχους, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι

Nemo discussor fiat aliter, quam ex principali iussione, quae specialiter ipsius discussoris appellationem contineat; neque ex iussu praefectorum, neque ex praecepto alius cuiuspiam iudicii aliquis fiat discussor in provinciis sive publicorum operum, sive pecuniarum ad rem sitonicam pertinentium, sive ad portus, sive quae in publicos civitatum aquaeductus impenduntur, sive in murorum exstructionem, sive in vias sternendas, sive in pontes vel aggeres instruendos, sed nec earum pecuniarum, quae ad lavacra spectant vel alio quo modo ad publicam curam referuntur, praeterquam ex principali iussu. Ipse enim imperator, sive ex aerario pecunias miserit ad murorum vel alius cuiuscunque operis constructionem, sive ab alio relictas civitatibus pecunias invenerit, semel vel saepius, quando ei videbitur, mittit discussorem, qui et opus debeat metiri, et rationes diligenter computare et ad suam celsitudinem referre, ut, si recte sumtus facti fuerint, sacra ab eo securitas iis detur, qui sumtus erogaverunt, neque hi vel eorum heredes vel successores secundam quaestionem sustineant. Si vero ipse discussor missus securitatem dari curaverit iis, qui recte sumtus fecerunt, et post rationum examinationem eorum liberationem exhibuerit, haec sit firma, ita ut de caetero nec sacra liberatione nec alia quadam cautione is, qui sumtus erogavit, vel eius heredes vel successores egeant, sed sufficiat a discussore data securitas.

§. 1.

---

[a]) *l. 2. Th. C. de collat. aeris. XI. 21.* — [b]) *l. 1. Th. C. de discussor. XI. 26.; Bas. LVI. 10. 1. (T. VI. p. 728.)* — [c]) *hausta ex l. 2. Th. C. de discussor. XI. 26.; iungendae l. 1. C. de his qui potent. nom. II. 15., l. 18. C. de cursu publ. X. 51., et fortasse l. 2. C. de collat. fundor. XI. 73.* — [d]) *Graecae const. epitomen ex Bas. (LVI. 10. 4. T. VI. p. 729. ap. Fabr.) restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod. Secuti eum sunt Augustin. in coll. graec. const., Cont. 66. et rell. De coniunctione, quae hanc legem et leg. 26. C. de episcop. aud. I. 4. intercedit, cfr. not. d. ad l. 26. cit. In ed. Cont. 62. ad rubricam tit. seq. lacuna graecae const. notata est.*

[1]) Hil. P. P. *om. Hal.*; P. P. *om. Russ. Cont. Char. Pac.* — [2]) *secundum Azon. alias ita est lex:* Aeris pretia quae a possessor. pro solido uno XX. libras aeris reddi constituta a provincialibus postulantur, *alias ita:* Pretia, quae pro solido uno XX. libras aeris reddi constituta [a] provincial. postulantur. — [3]) quinque *ins. Theod. C.* — [4]) *ms. Hfn., Theod. C.*; auri *ins. ed. Schf.*; unus auri *ins. Hal. et rell.* — [5]) Ian. *Cui. Russ. Cont. 62. Bk.*; *sed cfr. Haenel not. c. ad l. 22. Th. C. VII. 4.* — [6]) *subscr. om. Hal.* — [7]) Valent. Theod. et Arc. *Hal. Russ.* — [8]) ad Arth. Vic. Hisp. *om. Hal.* — [9]) discretione *Azo.* — [10]) iniquam *ms. Gt., Hal.*; utique *ms. Hfn.* — [11]) *subscr. om. Hal.* — [12]) diutius *ins. Cui., nescio quo iure.* — [13]) de *ins. ms. Hfn., ed. Schf.* — [14]) CP. *Cui., contra Theod. C.*; *subscr. om. Hal.* — [15]) Apoll. P. P. *om. Hal. Russ.*; *Cont. in cod. invenit* praefecto Augustorum. — [16]) *mss. Hfn. Gt. Rg. 2., Hal. Cui., var. l. gl.*; iugerum *ms. Rg. 1., edd. Schf. Russ. et rell.* — [17]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [18]) *cfr. l. 26. C. I. 4.*

σθαι τῇ τοῦ λογοθέτου ἀσφαλείᾳ. §. 1. Ἐπαγγέλλεται [1]) δὲ καὶ δαπάνας διδόναι τοῖς λογοθέταις ἡ διάταξις, ἐφ' ᾧ τε ἀζημίως αὐτοὺς ποιεῖσθαι τὴν λογοθεσίαν. §. 2. Ὁ δὲ οἴκοθεν δαπανῶν ἢ περὶ ἔργα τῆς πόλεως ἢ περὶ ἄλλην κοινωφελῆ χρείαν, μηδενὶ ὑποκείσθω λογοθεσίῳ, μηδὲ αὐτός, μηδὲ κληρονόμος, μηδὲ διάδοχος αὐτοῦ, μηδὲ ἐπὶ ζητήσει [2]) δημοσίων λογισμῶν, οἷον ἐπὶ κερδῶν, ἢ τῶν λεγομένων ἀγωγικῶν ἤτοι παραπομπικῶν, η τῶν δαπανομένων περὶ τοὺς δημοσίους ὄνους ἢ ὀνηλάτας, η τῶν διωγμητικῶν, καὶ τῶν ἄλλων, ἃ γενικῷ ὀνόματι καλεῖται solemnia [3]). §. 3. Μηδεὶς δὲ τῶν ἀρχόντων πεμπέτω λογοθέτην, ἀλλὰ ἀναφερέτω πρὸς βασιλέα, ἐφ' ᾧ τε παρ' αὐτοῦ πέμπεσθαι τὸν ἐπὶ τούτοις λογοθέτην, μηδὲ ἄχρις ἑνὸς ὀβολοῦ ὀφείλοντα κερδᾶναι, ἀλλὰ τῷ τε δημοσίῳ λόγῳ καὶ τοῖς ὑποτελέσι φυλάττειν τὸ δίκαιον. §. 4. Ἐὰν οὖν εὑρῶν παρά τισι χρήματα δημόσια ὁ λογοθέτης ἀνῇ αὐτὰ καὶ εἰς τὸ θεῖον ornamentum εἰςκομίσῃ, ἔξεστιν αὐτῷ καθ' ἑκάστην λίτραν ἐξ νομίσματα ὑπὲρ θεραπείας παρακατασχεῖν [4]). Εἰ δὲ παρὰ τῶν ὄντων ἐν ἐπαρχίαις ἑκόντων ἢ ἀκόντων ἄχρις ἑνὸς ὀβολοῦ λάβῃ, αὐτὸς μὲν τὸ λαμβανόμενον ἀποδιδότω, τετραπλάσιον ὀφείλων εἰςκομισθῆναι τοῖς δημοσίοις, καὶ ποινῆς βασιλικῆς πειράσθω, ὡς τὸ δημόσιον προδεδωκὼς ἢ τοὺς συντελεσιὰς ἀδικήσας. Ὁ δὲ ἀνασχόμενος παρασχεῖν, ὡς διὰ τοῦτο καθομολογῶν ὑπεύθυνον αὐτὸν εἶναι τοῖς δημοσίοις, ἀπαιτηθήσεται πάλιν τὰ περὶ ὅσων ὑπέμεινε ζήτησιν, ὀφείλοντα εἰςκομισθῆναι τῷ δημοσίῳ λόγῳ. §. 5. Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ τῶν solemnium ζητήσει ὁ βασιλεὺς μανθανων τὸ γενόμενον λογοθέσιον, θείαν ἀμεριμνίαν ἐκτίθεται τοῖς λογοθετήσασι, μηκέτι δεύτερον εὐλαβουμένοις λογοθέσιον, αὐτῷ τῷ λογοθετοῦντι ἐπιτρέπων τοῖς λογοθετουμένοις ποιεῖν ἀμεριμνίαν, ἐφ' ᾧ τε τοὺς ταύτην λαμβάνοντας μηκέτι δευτέραν μένειν λογοθεσίαν. Μήτε δὲ ὑπὲρ τῆς γενομένης ἀμεριμνίας λαμβανέτω τὶ παντελῶς ὁ λογοθέτης, ἀλλ' ἐὰν ὅλως ἐπιχειρήσῃ τι λαβεῖν, ἄδειαν ἐχέτωσαν οἱ κτήτορες καὶ πολῖται, καὶ ἀπωθεῖσθαι τὸν ἐκβιβασμὸν αὐτοῦ, καὶ δεήσεις ἐπιδιδόναι τῷ κατὰ καιρὸν βασιλεῖ, ὥστε πεμφθῆναί τινα κατὰ χώραν, τὸν ὀφείλοντα ποινὴν εἰςπρᾶξαι τὸν ἐπιχειροῦντά τι ἀπαιτῆσαι. §. 6. Εἰ δὲ καί τις ἄρχων μετὰ τὸν παρόντα νόμον χωρὶς θείας ἐγγράφου κελεύσεως πρὸς αὐτὸν πεμπομένης ἀποστείλῃ λογοθέτην ἐπὶ οἱονδήποτε τῶν εἰρημένων, ἔτι [5]) αὐτὸς μὲν ὁ ἄρχων εἴκοσι χρυσίου λίτρας πρόςιμον ὑποστήσεται, ἡ δὲ ταξις αὐτοῦ πέντε καὶ δέκα. §. 7. Μήτε προφάσει ἀνακαθάρσεως ὀχετῶν, ἢ τῶν πρὸς τοῖς τείχεσιν οἰκοδομημάτων καὶ τῆς αὐτῶν καταλύσεως ἢ τῶν ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς γενομένων τῶν καλουμένων προδουλείων καὶ ἐρειπίων, ἢ τῶν ἐν ταῖς μεσοστύλοις τῆς πόλεως οἰκοδομουμένων, ὡς ὀφειλόντων ἀναιρεθῆναι, ἢ περὶ εἰκόνων, ἤτοι τοιουτοτρόπων [6]) ὅλως ἐπινοιῶν ἢ πολιτικῶν ζητήσεων ποιείσθω τινὰς προςιάξεις. Εἰ δὲ καὶ ποιήσει, ἄδειαν ἐχέτωσαν οἱ ἐν ταῖς πόλεσι τὸν ἐντεῦθεν ἐκβιβασμὸν ἀπωθεῖσθαι, καὶ μηδεμίαν ἀπόκρισιν ποιεῖν ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσι [7]), μετὰ τοῦ καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐπαρχιῶν, εἰ τοῦτο τὸ γινόμενον σιωπήσοιεν, καὶ πᾶσαν πολιτικὴν καὶ δημοσίαν βοήθειαν τοῖς αὐτοῖς ὑποκεῖσθαι ἐπιτιμίοις, ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν βουλομένων, δεήσεις ἐπιδιδόναι βασιλεῖ, καὶ δι' αὐτῶν διδάσκειν τὰ γινόμενα, ὡς ἂν ἐκ βασιλικῆς ἀγανακτήσεως ἐπακολουθήσῃ διόρθωσις. Πρὸς τὸ καὶ τοὺς προςιάξαντας ἄρχοντας γενέσθαι τὶ τοιοῦτο εἴκοσι χρυσίου λίτρας προςτιμᾶσθαι καὶ μείζονα προς-

§. 1. *Pollicetur etiam sumtus discussoribus constitutio, ut sine damno discussionem tractare possint.*

§. 2. *Is vero, qui de suo impendit in opera civitatis aut in alium publicum usum, nulli discussioni subiaceat, neque ipse, neque heres vel successor eius, neque perquisitioni publicarum rationum, veluti de lucris, vel de iis, quae agogica vel parapompica dicuntur, vel de sumtibus in publicos mulos vel muliones, vel de iis, quae pro persecutionibus erogantur, vel quaecunque generali nomine vocantur solemnia.*

§. 3. *Nullus vero praesidum mittat discussorem, sed referat ad imperatorem, ut ab hoc earum rerum discussor mittatur, qui ne unius quidem oboli lucrum facere, sed tam publicis rationibus quam collatoribus ius suum conservare debeat.*

§. 4. *Quodsi discussor inventas apud aliquos publicas pecunias exegerit, et in sacrum ornamentum intulerit, licet ei in singulis libris sex solidos pro ministerio suo retinere. Sed si ab iis, qui in provinciis sunt, sive volentibus sive invitis, vel unum obolum acceperit, ipse quidem restituat, quod accepit, quadruplum publicis rationibus inferre cogendus, et poenam a principe infligendam experiatur, quasi proditor fisci et collatorum concussor. Ab eo autem, qui dedit, quasi per hoc ipsum confesso, se fisci rationibus obnoxium esse, rursus exigentur ea, de quibus quaestio fuerat, et publicis rationibus inferentur.*

§. 5. *Et de hac solemnium quaestione imperator, ad quem de peracta discussione relatum est, sacram securitatem discussoribus exponit, qui secundam discussionem iam non reformident, et ipsi discussores permittit discussis dare securitatem, ita ut, qui eam acceperint, secundam discussionem neutiquam exspectent. Neque vero pro securitate a se exposita quid quam accipiat discussor, sed si quid accipere ausus fuerit, licentiam habeant possessores atque cives tam repellendi eius concussionem, quam supplicationibus adeundi principem, ut in eam regionem aliquem mittat, qui poenam debeat ei infligere, qui aliquid extorquere tentavit.*

§. 6. *Quodsi autem aliquis praeses post hanc legem sine sacra iussione scripta, ad eum missa, discussorem ad quodcunque eorum, quae dicta sunt, miserit, ipse quidem praeses viginti auri libris mulctabitur, officium autem eius quindecim.*

§. 7. *Neque magis de purgatione cloacarum, vel de aedificiis, quae muris adiuncta sunt, et eorum destructione, vel de iis, quae in porticibus publicis condita sunt et produlia vocantur, et ruinosis aedibus, vel de aedificatis in intercolumniis civitatum, ut quae destruenda sint, vel de imaginibus, vel de aliis eiusmodi causis vel civilibus quaestionibus ullas iussiones edat. Quodsi fecerit, licentiam habeant cives vim, quae inde sequatur, repellendi, et ad ita praecepta non respondendi; insuper et praesides provinciarum, si tale factum silentio praeterierint, et omnis civilis publicaque apparatio iisdem mulctis subiacent, licentia data iis, qui voluerint, preces porrigendi principi, perque eas gesta indicandi, ut ex imperiali indignatione sequatur correctio. Ad hoc et praesides, qui tale quid fieri iusserint, viginti auri libris mulctentur, et severiorem principis indignationem exspectent; officia autem eis parentia, praeter mulctam quindecim auri librarum, et corporali poena ferientur. Soli enim principi licet, in eiusmodi causis inspectionem mandare viro*

[1]) *Fabr.*, *Bk.*; Ἐπαγγελλέτω *Cui. et rell.* — [2]) *fortasse* ἐπιζητήσει. — [3]) *concinnius fortasse* σολεμνία, *ut in Nov.* 128. *c.* 16. — [4]) *haec dispositio et refertur in Synopsi LVI.* 10. *in rubr.* (*Leuncl. p.* 473.) — [5]) *aliiam quidam corrigit, ut monet August. in not.* — [6]) *sic emendavi ex l.* 26. §. 3. *C. I.* 4., αὐτοτρόπων *Cui. et rell.* — [7]) *forte* προςιάξει *vel* εἰςπράξεσι, *notat Cui. in marg.*, *et* προςιάξεσι *probat August. in not.*

προσδοκᾶν βασιλικὴν ἀγανάκτησιν, τὰς δὲ πεισθομένας αὐτοῖς τάξεις, μετὰ τοῦ προσιμίου τῶν πέντε καὶ δέκα τοῦ χρυσίου λιτρῶν, καὶ τὴν ἐν σώματι τιμωρίαν ὑπομένειν. Μόνον γὰρ ἔξεστι τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐπωφελίαν ἐπιτρέπειν ἀνδρὶ καθαρῷ, καὶ σὺν ἀληθείᾳ καὶ πρὸς ὠφέλειαν τῶν πόλεων τὰ τοιαῦτα ζητοῦντι, καὶ μηδὲν παντελῶς ὑπὲρ αὐτῶν κομιζομένῳ. §. 8. Προνοείτωσαν δὲ οἱ τῶν πόλεων πατέρες καὶ οἱ τῶν κτημάτων εὐπόληπτοι [1]), ὥστε μηδένα πολιτικὸν τόπον ἢ δημόσιον ἢ πρὸς τὰ τείχη, ἢ ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς ἢ λατρείαις [2]), ἢ ὁπουδήποτε κείμενον ὑπό τινων ἀλόγως κατέχεσθαι, καὶ μὴ ἐκδίδοσθαι τόπον πολιτικὸν χωρὶς θείου τύπου. τὰ γὰρ παρ' αὐτῶν μὴ ὀρθῶς ἐκδιδόμενα ἀναιρέσεσθαι, καὶ ζημιοῦνται οἱ ἐξειληφότες. Προνοείτωσαν δὲ οἱ αὐτοί, ὥστε τοὺς ἐκ τύπου θείου ἔχοντας νομὴν ὕδατος μὴ πλεονεκτεῖν τοὺς ἑτέρους, καὶ τὸν μὲν πλέον, τὸν δὲ ἔλασσον λαμβάνειν. §. 9. Ἔργον δὲ ἔστω τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ παλατινῶν διερευνᾶν ταῦτα, καὶ προσαγγέλλειν, καὶ τὴν τῶν ἐπικειμένων προστίμων εἴσπραξιν ποιεῖσθαι, ἢ, ἐὰν ῥαθυμήσειεν, εἴκοσι χρυσίου λίτρας προστιμᾶσθαι, τὴν δὲ τάξιν αὐτοῦ πέντε καὶ δέκα.

viro integro, qui fideliter et pro utilitate civitatum haec perquirat, nec quidquam propterea auferat.

§. 8. *Provideant autem patres civitatum et qui inter possessores bonae existimationis sunt, ne aliquis locus civilis aut publicus, vel ad muros, vel in publicis porticibus vel templis, vel alicubi situs, ab aliquo sine titulo detineatur, neve publicus locus sine sacra forma cuiquam detur. Quae enim non recte data ab iis fuerint, rescinduntur, et damnum sentient, qui acceperint. Iidem provideant, ne, qui ex sacra forma possessionem aquae habent, iusto plus praeripiant ceteris, et hic quidem plus, alter minus accipiat.*

§. 9. *Curae autem sit magnifico comiti rerum privatarum principis et palatinis ipsi subiectis, ut haec perscrutentur et denuntient, impositasque mulctas exigant; quod si neglexerint, viginti libris auri mulctatur ipse, officium autem eius quindecim.*

Tit. XXXI. [XXXII.]

[a]) DE DECURIONIBUS ET FILIIS EORUM, ET QUI DECURIONES [3]) HABENTUR, ET [4]) QUIBUS MODIS A FORTUNA CURIAE [5]) LIBERENTUR.

1. Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Carterio [6]). — Si, quum te pater decurionem esse voluisset, et illo in rebus humanis agente, honor tibi iste delatus est, tenentur quidem etiam heredes eius reipublicae (nam in hac parte vice fideiussoris pater accipitur), sed non ante, nisi tuis [7]) rebus excussis. PP. V. Kal. Decemb. Aemiliano [8]) et Basso [9]) Conss. [259.]

2. Exemplum sacrarum literarum [10]) Diocletiani et Maximiani AA. — Observare oportebit magistratus, ut, decurionibus solemniter in curiam convocatis, nominationem ad certa munera faciant, eamque statim in notitiam eius, qui fuerit nominatus, per officialem publicum perferri [11]) curent, habituro [12]) appellandi, si voluerit, atque agendi facultatem apud praesidem causam suam iure consueto; quem si constiterit nominari minime debuisse, sumtum [13]) litis eidem a nominatore restitui oportebit. — Sine die et consule.

3. Iidem AA. [14]) Iulio [15]). — Quum decurionatus honorem sponte susceperis, ab albo [16]) eximi, licet annosum te esse dicas, non potes. PP. Id. Novemb. Diocletiano A. II. et Aristobulo [17]) Conss. [285.]

4. Iidem AA. [18]) Cassiano [19]). — Quum adoptivum filium ex adoptantis dignitate decurionis filium effici nulla dubitatio sit [20]), pro atrocibus iniuriis eum, quem ad vicem [21]) naturalis pignoris [22]) tibi adscribebas, a praeside provinciae illicitis corporis cruciatibus affici non oportuit, hocque congruenti poena coercebitur. PP. XI. [23]) Kal. Decemb. Diocletiano A. II. et Aristobulo Conss. [285.]

5. Iidem AA. Alexandro. — Filios in potestate patris positos ad munera seu honores non posse devocari [24]), falso tibi persuasum est. Sane si ad nominationem [25]) filii consensum non accommodaveris, ob administrationem ipsius minime conveniri poteris. PP. VI. Id. ... [26]) Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

6. Iidem AA. et CC. [27]) Leontio. — Expertes litterarum decurionis [28]) munera peragere non prohibent iura [29]). Dat. VIII. Kal. Mai. AA. Conss. [293 — 299.]

7. Iidem AA. et CC. [30]) Diogeniano. — Licet indivisa bona fratres habent, nihilominus tamen singuli suo nomine civilibus tenentur muneribus. PP. IV. Id. Mai. [31]) ipsis AA. Conss. [293 — 299.]

8. [b]) Iidem AA. et CC. [32]) Platoniano [33]). — Infamia, quae tibi abominanda est, non etiam amissionis

---

[a]) *Dig. L. 2.* — [b]) *in ms. Hfn. haec est series constitutionum: l. 8. 14. 12. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 9. 10. 11. 13. 22.*

[1]) *Cui. Bk.*; εὐπόληπτοι *Cont. et rell., vitio typ.*; εὖ ὑπόληπτοι *l. 26 pr. C. cit.* — [2]) πλατείαις *l. 26. §. 4. C. cit.* — [3]) curiones *ms. Hfn.* — [4]) et *om. Cui.*; ex *ms. Hfn.* — [5]) curiali *Cui.* — [6]) et Val. C. Carterio *om. Hal. Russ.* — [7]) *mss. Hfn. Gt., Russ. in marg.*; propriis *ins. edd.* — [8]) Aemilio *Cui. et rell. praeter Bk.*; *sed v. Reland. fast. consul. p. 224.* — [9]) II. *ins. Bk.*; *subscr. om. Hal. Russ.* — [10]) Impp., *loco* Exempl. sacr. lit., *Hal. Russ. Cont. 62.*; Exemplum sacratorum *ms. Hfn.* — [11]) perferre *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [12]) illo *addunt mss. Hfn. Gt.* — [13]) sumtus *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [14]) *Cui. Bk.*; et CC. *ins. Hal. Russ. Cont. et rell.* — [15]) Iulio *om. Hal. Russ., a quibus et subscriptiones et nomina eorum, ad quos datae sunt constitutiones, constanter absunt usque ad l. 13. h. t.* — [16]) ab eo *Azo*; albo, *om.* ab, *ms. Hfn., var. l. ap. Azon.* — [17]) Aristobolo *Cui. hic et in seq. subscr.* — [18]) *Cui. Bk.*; et CC. *ins. Hal. et rell.* — [19]) *Cui. Cont. 62.*; S. P. *addunt Cont. 66. et rell.* — [20]) est *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [21]) ad invicem *ms. Hfn., ed. Schf.* — [22]) sobolis *var. l. ap. Azon.* — [23]) *Cui.*; II. *Cont. 62. et rell.* — [24]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; evocari *Russ. Cont. et rell.* — [25]) denominationem *ms. Hfn., ed. Schf.* — [26]) Id. Decemb. *Cont. 62.*; *at in serioribus Contii edd. abest* Decemb. — [27]) et CC. *om. Cui.* — [28]) decuriones *ed. Schf.* — [29]) prohibentur *Azo.* — [30]) et CC. *om. Cui.* — [31]) Paulino *ins. Cui., quod fortasse oriundum ex* Anulino; *et tunc sic restituenda foret subscr.* Dat. — Mai. Tusco et Anulino Conss. (295.) — [32]) et CC. *om. Cui.* — [33]) Plantiniano *Azo, Cont. 62.*

nis oculorum casus, quaesitum tibi adimit honorem. Dat. XV[i] Kal. Febr. Nicomediae, Caess. Conss. [294 — 302.]

9. Iidem AA. et CC. [1]) Aurelio [2]). — In albo decurionum proscriptis [3]) patrem non habenti filios anteferri, constitit [4]).

10. Iidem AA. et CC. Aurelio [5]). — Si ultra septuagesimum aetatis annum patrem tuum esse praeses provinciae perspexerit, eum personalium munerum vacatione perfrui providebit.

11. Iidem AA. et CC. [6]) ad Maximum [7]). — Uxorem pro marito decurione conveniri non posse, procul dubio est [8]).

12. Iidem AA. et CC. [9]) Zotico. — Nec infames immunitatem habere, quum haec privilegii, non notae sit, convenit. Dat. V. Kal. Decemb. [10]) AA. Conss. [299 — 304.]

13. Iidem AA. et CC. [11]) Proculo [12]). — A muneribus decurionatus nec sententia praesidis in perpetuum, nec anni quinquaginta [13]), nec podagrae valetudo praestat excusationem.

14. [a]) Imp. Constantinus A. ad Evagrium P. P. [14]) — Nemo iudex aliquem suo arbitrio de curia liberet. Nam si quis fuerit huiusmodi [15]) infortunio depravatus, ut debeat sublevari, de eius nomine ad nostram scientiam referri oportet, ut certo temporis spatio civilium munerum ei vacatio porrigatur. PP. Id. Mart. Constantino A. III. et Licinio III. Conss. [313.]

15. [b]) Idem A. Mechilio [16]) Hilariano, correctori Lucaniae et Brittiorum [17]). — Universos decuriones volumus a tabellionum officiis temperare. Dat. III. Kal. Febr. Sabino et Rufino Conss. [316.]

16. [c]) Idem A. ad Hilarianum, Proconsulem Africae. — Si quis decurio vel propriae rei causa vel rei publicae cogatur nostrum adire comitatum, is non ante discedat, quam insinuato iudici desiderio proficiscendi licentiam consequatur. Quodsi pro sua audacia parvi aliquis hanc fecerit iussionem, indignationem competentem [18]) sortiatur. PP. VII. Id. Iul. Carthagine, Crispo III. et Constantino III. [19]) Conss. [324.]

17. [d]) Idem A. ad Evagrium P. P. — Qui derelicta curia militaverit, revocetur ad curiam. Dat. XVI. Kal. Iun. Constantino A. VII. et Constantio C. Conss. [326.]

18. [e]) Idem A. . . . . — Si ad magistratum nominati aufugerint, requirantur, et, si pertinaci [20]) animo latere paturerint [21]), his ipsorum bona permittantur, qui praesenti tempore in locum eorum ad duumviratus munera vocabuntur, ita ut, si postea reperti fuerint, biennio integro onera duumviratus cogantur agnoscere. Omnes enim, qui obsequia publicorum munerum declinare tentaverint, simili conditione [22]) teneri oportet. Dat. III. Kal. Octob. Serdicae, Constantino A. VIII. [23]) et Constantio IV. [24]) Conss. [329.]

19. [f]) Idem A. ad Lucretium Paternum [25]). — Vacuatis rescriptis, per quae munerum civilium nonnullis est vacatio praestita [26]), omnes civilibus necessitatibus aggregentur, ita ut nec consensu civium vel curiae praestita cuiquam immunitas valeat, sed omnes ad munerum societatem conveniantur. Dat. VIII. Kal. Novemb. Heracleae, Constantino A. VIII. [27]) et Constantio IV. [28]) Conss. [329.]

20. [g]) Impp. Constantius et Constans AA. [29]) Ordini civitatis Constantinae [30]) Cirtensium [31]). — Magistratus desertores ad eam gravitas tua faciat necessitatem conditionis urgeri, ut, quascunque pro his expensas civitas praerogoverit [32]), refundere protinus ac [33]) repraesentare [34]) cogantur. Dat. XIV. Kal. Febr. Naisso, Acindyno [35]) et Proculo Conss. [340.]

21. [h]) Idem AA. [36]) Nemesiano, Comiti largitionum [37]). — Curiales omnium civitatum nullam pro re privata nostra debent inquietudinem sustinere, nec huiusmodi oneribus velut extraordinariis occupari, quoniam satis est, si civitatum munera per eos congrue [38]) compleantur. Dat. prid. Id. Aug. Bessae, Acindyno et Proculo Conss. [340.]

22.

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [b]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de decurion. XII.* 1.; *iungenda l.* 21. *C. ad l. Corn. de fals. IX.* 22. — [c]) *hausta ex l.* 9. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [d]) *fons est l.* 13. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [e]) *l.* 16. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [f]) *l.* 17. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [g]) *hausta ex l.* 29. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [h]) *l.* 30. *Th. C. de decurion. XII.* 1.

[1]) *Hal. Russ. Cont.* 62.; et CC. *om. Cui. et rell.* — [2]) *hoc nomen, quod ins. Cont.* 66. *et postea rell., valde dubium est.* — [3]) *glossa has varias lect. notat:* praescriptis, *al.* perscriptis, *al.* prae oculis, *al.* praescriptionis; describendo *Hal. Cui. Bk.*; praescriptis *ms. Hfn.*, *quidam codd. Cuiacii, edd. Schf. Russ. Cont. et rell.*; proscribendo *coni. Cui. in comment. Cfr. l.* 10. *D. l.* 2. — [4]) *edd. Schf. Hal. Cui.*; consistit *ms. Gt.*; constiterit *ms. Hfn.*; constat *Russ. et rell.* — [5]) et CC. *om. Cui.* — [6]) et CC. *om. Cui.* — [7]) *Cui.*; Maximinum *Cont. et rell.* — [8]) non est *Russ. in marg.* — [9]) et CC. *om. Cui.* — [10]) *Cui. Bk.*; Febr. *Cont.* 62. *et rell.* — [11]) et CC. *om. Cui.* — [12]) *hoc nomen a Cont.* 66. *restitutum deinde receptum a rell.* — [13]) quinquag. quinque *mavult Cui. in comment.*, *sed contra Eustath. XLIII.* 1. (*ed. Zachariae p.* 237.) — [14]) *Theod. C. ed. Haenel.*; P. P. *om. rell.* — [15]) eiusmodi *ed. Schf.*, *Theod. C.* — [16]) Mechilio *om. Cui.*; *cfr. not.* 1. *ad l.* 21. *C. IX.* 22. — [17]) Brutiorum *Hal.*; Bruttiorum *Bk. Apud Hal. nomina eorum, ad quos datae sunt constitutt., et subscriptiones absunt usque ad l.* 23. *h. t.* — [18]) competentem *om. ms. Hfn.*; deportationis exitum *Theod. C.* — [19]) CC. *ins. Bk.* — [20]) *mss. Hfn. Gt., omnia mss. Russ., ed. Schf., Theod. C.*; eos *ins. Hal. et rell.* — [21]) *omnia mss. Russardi, Theod. C., var. l. ap. Azon.*; potuerint *mss. Hfn. Gt., ed. Schf. Azo*; aperuerint *var. l. ap. Azon.* — [22]) conditioni *Hal. Cui.* — [23]) *Bk.*; VII. *Cui.*; IX. *Russ. et rell., Theod. C.*; *sed v. subscr. seq.* — [24]) Constantino C. IV. *Bk.*, *recte secundum fastos.* — [25]) Paternum *om. Cui.* — [26]) praestituta *Theod. C.* — [27]) VII. *Cui.* — [28]) Constantino C. IV. *Bk.* — [29]) Imp. Constantius A. *Hal.*, *v. Haenel. not. p. ad l.* 23. *Th. C. h. t.*; Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA. *Bk.* — [30]) *Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; Aedesenae *Cui. ex pervetusto cod., quem sequuntur Cont.* 66. *et rell., refragante lac. Gothofredo.* — [31]) *in hoc verbo duplex diversitas notanda est:* 1. *pervaria ipsum scribitur*, Cyrenensium *Hal. Russ. Cont.* 62., Sirenensium *ms. Hfn.*, Circensium *edd. Schf. Cui. Cont.* 66. *et rell.*; Circitorum *hariolatur Alciat.*, Curensium *Azo*; 2. *hoc v. ad inscriptionem trahunt, ut nos, Theod. C. et Bk., sed cum ipsis legis verbis coniungunt* (Circensium magistratus *etc.*) *edd. Schf. Hal. et rell. Quod in ipsa const. imperator alloquitur magistratum, indicio esse videtur, nomen magistratus inscriptioni deesse. De Constantina Cirtensium, Numidiae urbe, cfr. Gothofr. Topogr. C. Theod. p.* 116. — [32]) praerogavit *Theod. C.*; prorogaverit *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cui.* — [33]) se *ins. ed. Schf.* — [34]) repensare *var. l. ap. Azon.* — [35]) Acindino *Cui.*; Acyndino *Theod. C. ed. Haenel. Ea varietas redit in suscr. seq.* — [36]) Impp. Constantius et Constans AA. *Bk.*; *v. not.* 29. *ad l.* 20. *h. t.* — [37]) largit., *quod abest a Russ. Cont. Char. Pac. et Theod. C., restituit Cui.*; *cfr. l.* 3. *C. X.* 19. — [38]) congrua *Theod. C.*

22. [a]) Imp. Iulianus A. Iuliano, Comiti Orientis. — Eos indulserunt veteres principes ex materno genere curialibus Antiochenis adscribi, quos patris conditio [1]) nullius vindicaret iuri civitatis. Dat. V. Kal. Septemb. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Conss. [362.]

23. [b]) Idem A. Iuliano, Comiti Orientis. — Providendum est eorum novitati decurionum, qui nuper nomen curiis addiderunt, ne praeteritis debitis susceptorum onerentur; sed conventis [2]) propter haec debita [3]), qui ea [4]) praecedentibus [5]) delegationibus contraxerunt, nullam eos [6]) molestiam pro sarcina nominationis alienae sustinere patiaris. PP. Beryto [7]), Kal. Novemb. Mamertino et Nevitta Conss. [362.]

24. [c]) Idem A. Leontio, Consulari Palaestinae. — Si quis decurio pater sit XIII. [8]) liberorum, honoratissima [9]) munerum [10]) quiete donetur. Dat. Kal. Mart. Antiochiae, Iuliano A. IV. et Sallustio Conss. [363.]

25. [d]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Byzacenos [11]). — Curiales ultra terminos propriae [12]) civitatis non iubeantur a moderatoribus provinciarum [13]) exhibere sui praesentiam, nisi publica necessitas exegerit. Dat. prid. Id. Septemb. Aquileia, divo Ioviano et Varroniano Conss. [364.]

26. [e]) Idem AA. ad Modestum P. P. — Quidam ignaviae sectatores desertis civitatum muneribus captant solitudines ac secreta, et [14]) specie religionis cum coetibus [15]) monazonton [16]) congregantur. Hos igitur atque in huiusmodi deprehensos erui latebris [17]) consulta praeceptione mandamus [18]), atque ad munia [19]) patriarum subeunda revocari, aut [20]) pro tenore nostrae sanctionis familiarium rerum carere illecebris, quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum. PP. Beryto [21]), Kal. Ianuar. Valentiniano et Valente AA. Conss. [22]) [365.]

27. [f]) Idem AA. Mauris Sitifensibus. — Privilegio militiae paternae se non vindicet, quem avitus [23]) curiae nexus adstringit. Quodsi militari avo et patre decurione nascetur, paternae erit succedaneus functioni [24]). Dat. IX. Kal. Mai. [25]) Treviris, Valentiniano et Valente AA. Conss. [365.]

28. [g]) Idem AA. [26]) ad Volusianum P. U. — Nullus [27]), qualibet praerogativa fultus, a debitis muneribus habeatur immunis. Dat. IV. Kal. Iul. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Conss. [365.]

29. Idem AA. [28]) Germaniano [29]), P. P. Galliarum. — Nati ex inquilinarum nostrae domus matrimonio et patre decurione, non patrum suorum, verum matrum conditionem sequantur. Dat. III. Id. Octob. Valentiniano et Valente AA. Conss. [30]) [365.]

30. Idem AA. [31]) ad Modestum P. P. [32]) — Procuratores reipublicae actionibus publicis debere uti, non venit in dubium.

31. [h]) Idem AA. et Gratianus A. [33]) ad Modestum P. P. — Ex omnibus domibus producti, qui origine sunt curiales [34]), ad subeundam publicorum munerum functionem protrahantur, quippe quum occultatoribus talium praeter iacturam existimationis etiam rerum discrimen incumbat, si ulterius progressi, utilitatem publicam privatis custodiis [35]) et patrociniis posponant. Dat. III. Id. Iul. Ancyrae, Gratiano A. II. et Probo Conss. [371.]

32. [i]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. [36]) ad Neoterium P. P. — Fabricenses ordinibus restituantur, qui originem curialem et propriae [37]) munera declinaverint civitatis; reliqui ne levi quidem inquietudine pulsentur. Dat. XVI. Kal. April. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio I. [38]) AA. Conss. [380.]

33. [k]) Idem AAA. [39]) Eutropio P. P. — Omnes iudices provinciarumque rectores a consuetudine teme-

---

[a]) *l.* 51. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [b]) *l.* 54. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [c]) *hausta ex l.* 55. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [d]) *hausta ex l.* 60. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [e]) *l.* 63. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [f]) *hausta ex l.* 64. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [g]) *l.* 67. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [h]) *l.* 76. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [i]) *l.* 81. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [k]) *l.* 85. *Th. C. de decurion. XII.* 1.

[1]) dignitas *Theod. C.* — [2]) conventos *var. l. ap. Azon.* — [3]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; his *ins. Hal. et rell.* — [4]) quae a *ms. Hfn.* — [5]) *sec. Azon. et gl. in libro B.* (*Rogerii an Roffredi?*) *est* praesentibus. — [6]) eos *om. Theod. C.* — [7]) *Theod. C.*; Byritho *Cui. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; Beryti *Bk.* — [8]) *mss. Hfn. Gt. Bg.* 1. 2., *libri scripti sec. Cuiacium, omnes codd. Russardi, Theod. C.*; XII. *ed. Schf.*; duodecim *Hal. et rell. Ex lectione codicum, scil. XIII., Cui. duobus II mutatis in V. restituere conatur XVI., propter l.* 5. §. 2. *D. L.* 6.; *sed v. Dirksen. l. c. p.* 503. *Caeterum in Theod. C. const. orditur:* Qui pater sit, *om.* decurio. — [9]) honestissima *Hal. Cui.*; honestissimae *et mox* quieti *ed. Schf.* — [10]) munerum *om. Theod. C. et codd. Russardi.* — [11]) *ii, ad quos datae sunt constitutt., et subscriptt. absunt ab Hal. usque ad finem tituli.* — [12]) provinciae *Sp. vitio typ., quod servat Bk.* — [13]) a moderat. prov. *om. Theod. C.* — [14]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; sub *ins. Hal. et rell.* — [15]) ceteris *var. l. gl.* — [16]) monachorum *ms. Gt.*; moznoson *ms. Hfn.*; et monachicis *ed. Schf.*; monazonio *Alciat.*; monozota *alias* monozoton *Azo. Accurate Russ. scribit* monazontωn. — [17]) atque huiusm. intra Aegyptum deprehensos per comitem Orientis erui e latebris *Theod. C.* — [18]) mandavimus *Theod. C., ad quem accedit ms. Gt.* — [19]) *omnia mss. Russardi, Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C., var. l. gl.*; municipia *ms. Hfn., edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [20]) *ms. Gt., Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; ut *ms. Hfn., ed. Schf.*; et *Russ. et rell., sed* ἢ *Paratitla in coll. const. eccl. I.* 3. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1271.) — [21]) *Theod. C.*; Byritho *Russ. Cui. Cont. Char. Pac. Sp.*; Beryti *Bk.* — [22]) *de dubiis, quae movet hic annus, cfr. Huenel. not. b. ad l.* 63. *Th. C. cit. Idem dubium redit in seqq. subscriptt. eiusd. anni.* — [23]) *in veter. libris Cuiacii, in omnibus Russardi est* habitus, *quod v. tantum orthographica ratione diversum est a lectione Theod. C., in quo habetur* avitus; assuetus, *quod haud dubie ex gl. oriundum est, ms. Hfn., ms. Bg.* 2. *recentiore manu, edd. omnes*; adsuetus vel habitus *ms. Bg.* 1. — [24]) *ed. Schf., Theod. C.*; functionis *rell.* — [25]) *Cui. Bk., Theod. C.*; Mart. *Russ. et rell.* — [26]) *Russ. Cui. Bk., Theod. C.*; et Grat. A. *ins. Hal. Cont. et rell.* — [27]) exceptis palatinis *ins. Theod. C.* — [28]) AAA. *Hal.*; *v. not.* 26. *praeced.* — [29]) Germano *Cui. Sp. Bk.*; Germ. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Cfr. Chronol. Theod. C p. LXXXIV.* — [30]) *haec subscr., quam restituerat Cui., omissa a Cont. Char. Pac.* — [31]) *Russ. Cui. Cont.* 62. *Sp. Bk.*; AAA. *Hal. Cont.* 66. *et rell.*; *cfr. not.* 26. *ad l.* 28. *h. t.* — [32]) ad Modest. P. P. *restituit Cui., quem secuti sunt Sp. Bk.* — [33]) *Cui.*; Iid. Augusti *Hal.*; Imppp. Valent., Valens et Gratianus AAA. *Russ. et rell.* — [34]) originis — curialis *ms. Hfn.*; origine — curiali *Theod. C.* — [35]) studiis, *quod habet Theod. C., recepit Bk., cui favet unus cod. Russardi.* — [36]) *Theodosium om. Hal.* — [37]) *ms. Gt., Cui., Theod. C.*; propria *ms. Hfn., edd. rell.* — [38]) I. *om. Cui.* — [39]) Iidem AA. et Theod. A. *Hal.*

temerariae usurpationis abstineant, sciantque, neminem omnino principalium aut [1]) decurionum, sub qualibet culpae aut erroris [2]) offensa [3]), cruciatibus esse subdendum. Quodsi quis forte iudicum in hanc pertinaciam illiciti furoris eruperit, quod [4]) audeat principalem aut [5]) decurionem et suae, si sic dici oportet, curiae [6]) senatorem [7]), tormentis [8]) subdere, viginti librarum auri illatione mulctatus et perpetua infamia inustus ne speciali quidem rescripto notam eluere [9]) mereatur; et officium quinquaginta librarum auri mulctam fisco nostro cogatur inferre, quoniam, ut pertinaciae iudicis sui [10]) resistat, liberam eidem contradicendi permittimus facultatem. Dat. XII. Kal. August. Heracleae, Eucherio et Syagrio Conss. [381.]

34. [a]) Iidem AAA. Floro P. P. — Si quis procurationem facultatum suarum curiali crediderit esse mandandam, totius dignitatis exceptione depulsa, gravissima poena plectetur [11]). Ille vero, qui immemor libertatis et generis, infamissimam suscipiens vilitatem [12]), existimationem suam servili obsecundatione damnaverit, tradatur exsilio. Dat. X. Kal. Novemb. Constantinop. Antonio et Syagrio Conss. [382.]

35. [b]) Iidem AAA. Postumiano P. P. — In filiis decurionum retinendis priorum praeceptorum decreta sublimitas tua custodiat. Eos quoque [13]) qui advocationis obtentu curialia onera declinant, agere [14]) universa compellat, quae, etsi necessitas non exigit, tamen patria non remittit [15]). Ipsos quin etiam [16]) filios magistrorum, qui ex curiali stirpe descendunt, simili modo obnoxios esse decernat. Dat. VIII. Id. April. Constantinop. Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

36. [c]) Iidem AAA. [17]) ad Basilium, Comitem S. L. — Exemplo senatorii ordinis, patris originem [18]) unusquisque sequatur, nec valeant specialiter delata rescripta, si quis se, matris origine defensa [19]), a maiore curia ad minorem transferri fortasse promeruerit; neque ulla pro more provinciae referri sinatur exceptio. Dat. XVI. Kal. Iul. Romae [20]), Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

37. [d]) Iidem AAA. [21]) Postumiano II. [22]) P. P. — Quotiescunque se ex rescriptis nostris aliquid impetrasse contendent [23]) hi, quos obnoxios curiae vel origo fecerit, vel latum inter partes [24]) iudicium designaverit, nullam prorsus spem curiam [25]) declinandi ex colore sacrae iussionis accipiant. Dat. XIV. Kal. August. Constantinop. Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

38. [e]) Iidem AAA. [26]) ad Cynegium [27]) P. P. — Ne quis officialium poenae specie atque aestimatione curiae dedatur [28]), nisi si quis forte curiam defugiens [29]) ob hoc coeperit militare, ne ingenitis [30]) fungatur officiis. Omnes itaque omnino indices tuae censurae subditos admonebis, ne quis eorum [31]) existimet [32]) curiae loco supplicii quemquam deputandum, quum utique unumquemque criminosum non dignitas debeat, sed poena comitari. Dat. VIII. Id. Novemb. Constantinop. Richomere et Clearcho Conss. [384.]

39. [f]) Iidem AAA. ad Eusignium [33]) P. P. — Curiales, qui sese [34]) privilegio domus nostrae defendi posse crediderint, ad curiam retrahantur, et [35]) propriis functionibus mancipentur, et publica damna sarciant. Dat. VIII. Kal. Ianuar. Honorio NB. P. et Evodio Conss. [386.]

40. [g]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. [36]) Cynegio P. P. — Quilibet principalium vel decurionum [37]) vel decoctor pecuniae publicae vel fraudulentus in adscriptionibus illicitis vel immoderatus in exactione fuerit inventus, iuxta pristinam consuetudinem non solum a vobis [38]), quibus propter loci dignitatem rerum summa commissa est, verum et [39]) a iudicibus ordinariis plumbatarum ictibus subiiciatur. Dat. die [40]) Kal. April. Constantinop. Valentiniano A. III. et Eutropio Conss. [387.]

41. [h]) Iidem AAA. Cynegio P. P. — Decuriae fortunam, quam nascendo meruit, suffragiis atque ambitione non mutet; et si vacare per senectutem potuerit, propter ordinationem, quae per plurimos cito definiri solet, curiam non relinquat [41]). Dat. prid. Non. Iul. Constantinop. Valentiniano A. III. et Eutropio Conss. [387.]

42. [i]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Abundantio, Comiti et Magistro utriusque militiae [42]). — Militaribus viris nihil sit commune cum curiis; nihil [43]) sibi licitum sciant [44]), quod

---

[a]) *hausta ex l.* 92. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [b]) *fons est l.* 98. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [c]) *l.* 101. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [d]) *l.* 102. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [e]) *l.* 108. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [f]) *l.* 114. *Th. C. de decurion. XII.* 1.; *fortasse iungenda l.* 4. *C. de metallar. XI.* 6. — [g]) *l.* 117. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [h]) *hausta ex l.* 118. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [i]) *l.* 128. *Th. C. de decurion. XII.* 1.

[1]) ac *Theod. C.* — [2]) *pro* aut erroris *quidam codd. Cuiacii habent* anterioris. *In mss. Aured. et Dionys. est* sub cuiuslibet culpae aut anterioris offensae, *monente Char.* — [3]) plumbatarum *ins. Theod. C.* — [4]) quo *ed. Schf.* — [5]) ac *ms. Hfn.*, *Theod. C.* — [6]) *mss. Rg.* 1. 2., *ed. Schf.*, *Theod. C.*; curiae *post* suae *collocant Hal. et rell.* — [7]) curatorem *var. l. gl.* — [8]) plumbatarum ictibus *Theod. C.* — [9]) eruere *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; vel eruere *Theod. C. ed. Gothofr.* — [10]) sui *om. Theod. C.* — [11]) plectatur *Hal. Cui. Bk.* — [12]) utilitatem *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *var. l. gl.* — [13]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; eosque *Russ. et rell.* — [14]) onera *Theod. C.*, *errore librarii.* — [15]) amittit *var. l. ap. Azon.* — [16]) Quin ipsos etiam *Hal. Cui.*, *contra Theod. C. et ms. Hfn.* — [17]) et Arcad. A. *ins. Bk.*; *sed v. Haenel. not. p. ad l.* 94. *Th. C. XII.* 1. — [18]) municeps *ins. Theod. C.* — [19]) defendens *Theod. C.*; originem defensa *ms. Hfn.* — [20]) Veronae *recte emendat Iac. Gothofr.*; *cfr. l.* 1. *C. l.* 15. *in subscr.* — [21]) AAAA. *Bk.*; *cfr. not.* 17. *ad l. praeced.* — [22]) II. (*i. e. iterum*) *om. Cui.*, *et videtur insertum ex Theod. C.*, *quum inscriptiones in Iust. C. gesti honoris numerum continere non soleant.* — [23]) *mss. Hfn. Gt.*, *Theod. C.*; contendunt *edd.* — [24]) patres *coni. l. Gothofr.*, *quod non probo.* — [25]) curias *ed. Schf.*, *Theod. C.*; decurias *ms. Hfn.* — [26]) Imppp. Valent., Theod. et Arcad. AAA., *Bk.*, *recte*, *si chronologiam spectas*; *sed v. Haenel. not. m. ad l.* 104. *Th. C. XII.* 1. — [27]) Cynegio, *om.* ad, *Cui.* — [28]) edatur *Theod. C.*; cedatur *ms. Hfn.* — [29]) diffugiens *ms. Gt.*, *Theod. C.* — [30]) ingeniti *var. l. ap. Azon.* — [31]) eorum *om. Theod. C.* — [32]) aestimet *Cui.*, *Theod. C.* — [33]) Eusignio, *om.* ad, *Cui.* — [34]) se *Hal. Cui.* — [35]) et ut *Theod. C.*, *sed emend.* ut et. — [36]) Idem *Bk.*, *v. not.* 26. *ad l.* 38. *h. t.* — [37]) si *ins. Hal. et postea rell.*, *contra mss. Hfn. Gt. et omnes codd. Russardi et ed. Schf. et Theod. C. In ms. Hfn. et ed. Schf. mox intruditur* si *post* publicae. — [38]) nobis *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [39]) et *om. mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C. ed. Gothofr.* — [40]) VI. *pro* die *reponere vult Haenel. not. u. ad l.* 117. *Th. C. cit.* — [41]) derelinquat *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.* — [42]) Utriusque milit. *ad ipsa legis verba trahuntur in ms. Hfn.* — [43]) *mss. Hfn. Gt.*, *Theod. C.*; nihilque *edd.* — [44]) sentiant *Azo.*

quod suae non subiectum est potestati; nullum iniuria, nullum verbere [1]), nullum gravi [2]) pulsatione tribunus, dux ille an comes sit [3]), curialem principalemve [4]) contingat. Si quis posthac temerario et inconsiderato ausu ullum ex principalibus viris usurpata attrectaverit iniuria, sciat, se decem libris auri esse mulctandum. Dat. prid. Kal. August. Constantinop. Arcadio A. II. [5]) et Rufino Conss. [392.]

43. [a]) Idem AAA. Rufino P. P. — Omnes, qui curiali obstricti sanguine diversis se officiorum privilegiis et actuum praeiudiciis aggregarunt [6]), reddendos munis esse, non ambiges [7]). Sed nec rescripta aut adnotationes ad munerum fugam prodesse permittimus. Dat. prid. Id. April. Constantinop. Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [393.]

44. [b]) Idem AAA. Rufino P. P. — Nullus solius [8]) materni sanguinis vinculis illigetur, quia mulierum [9]) infirmitas nunquam huiusmodi functionibus reddit obnoxios, a quibus ipsa habetur [10]) immunis. Dat. V. Id. August. Constantinop. Theodosio A. III et Abundantio Conss. [393.]

45. [46.] [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Ennoio, Proconsuli Africae. — Nominationum forma vacillare non debet, si omnes, qui albo curiae detinentur [11]), adesse non possunt, ne paucorum absentia, sive necessaria sive fortuita, debilitet, quod a maiore parte ordinis salubriter fuerit constitutum, quum duae partes ordinis in urbe positae totius curiae instar exhibeant. Dat. XVII. Kal. Iun. Mediolano, Olybrio et Probino Conss. [395.]

46. [45.] [d]) Idem AA. Theodoro P. P. — Ad subeunda patriae munera dignissimi et [12]) meritis et facultatibus curiales [13]) eligantur, ne tales forte [14]) nominentur, qui functiones publicas [15]) implere non possint. Dat. IV. Kal. Octob. Mediolano. [16]), Olybrio et Probino Conss. [395.]

47. [e]) Idem AA. Caesario P. P. — Curiales, qui honorariam adepti sunt comitivam [17]), formidare debent eos, quorum sunt moderationi commissi, nec se existimare ideo meruisse [18]) dignitatem, ut iudicum praecepta despiciant. Quodsi in eadem culpa perseverent [19]), quinque librarum auri mulctae obnoxius subiugetur [20]), honore quoque, quem prodiderit [21]), spoliandus [22]). Dat. IV. Kal. Ian. Constantinop. Olybrio et Probino Conss. [395.]

48. [f]) Idem AA. Florentino [23]) P. U. — In successione curialium decernimus, ut, etiam si patres decesserint [24]), teneatur agnatio. Dat. XII. Kal. Ian. Mediolano, Caesario et Attico Conss. [25]) [397.]

49. [g]) Idem AA. Theodoro P. P. — Omnes, qui quolibet [26]) curiae iure [27]) debentur, cuiuscunque superstitionis sint, ad implenda munia [28]) teneantur. Dat. Id. Febr. [29]) Mediolano, Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

50. [h]) Idem AA. Eutychiano P. P. — Omnes omnino curiales in originalibus ac debitis perpetuo curiis perseverent, et qui ex his ad provinciarum regimen atque administrationem qualibet fraude atque ambitione perveneriint, sciant, se non solum in sua curia remansuros, sed etiam [30]) cunctis rursus ab exordio muneribus servituros. Dat. VIII. Kal. Novemb. Constantinop. Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

51. [i]) Idem AA. [31]) Messalae P. P. [32]) — Quamvis provisum fuerat congruae emendationis occursu,

---

[a]) *hausta ex l.* 134. *et* 137. *Th. C. de decurion. XII.* 1.; *iungendae l.* 44. *h. t., l.* 5. *C. de exactor. X.* 19., *l.* 1. *C. si quis imper. maledix. IX.* 7. — [b]) *hausta ex l.* 137. *Th. C. de decurion. XII.* 1.; *iungendae l.* 43. *h. t., l.* 1. *C. si quis imperat. maledix. IX.* 7. — [c]) *l.* 142. *Th. C. de decurion. XII.* 1.; *iungenda l.* 27. *C. de appellat. VII* 62. *Caeterum hanc const. post sequentem ponunt Russ. Cont. et postea rell.; nostrum ordinem tuentur mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Azo Hal. Cui. Quod vero movit Russardum et rell., ut a serie, quam vett. libri defendunt, recederent, hoc est. Censuerunt illi, sequentem const. esse haustam ex l.* 140. *Th. C. de decurion. XII.* 1., *ex qua et subscriptionem repetierunt. Sed ex l.* 148. *tit. cit. eam esse derivatam, quae legem* 140. *iisdem fere verbis repetit, et series constitutionum in vett. libris et subscriptio a Cui. edita declarat.* — [d]) *hausta ex l.* 148. *Th. C. de decurion. XII.* 1.; *cfr. not. praeced.* — [e]) *l.* 150. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [f]) *hausta ex l.* 19 *Th. C. de divers. offic. VIII.* 7.; *iungenda videtur l.* 1. *C. ubi quis de curiali. III.* 23. — [g]) *l.* 157. *Th. C. de decurion. XII.* 1., *quae iisdem fere verbis in l.* 158. *eod. i. f. repetitur; unde factum est, ut etiam haec ultima const. pro fonte nostrae haberetur.* — [h]) *hausta ex l.* 159. *Th. C. de decurion. XII.* 1.; *iungendae l.* 17. *C. de rescind. vendit. IV.* 44. *et l.* 17. *C. de quaestion. IX.* 41., *probabiliter etiam l.* 6. *C. de modo mulctar. I.* 54.

[1]) ubere *var. l. gl.* (*glossa B. hanc lect. sic interpretatur: „ubere i. e. parva oppressione, ad similitudinem uberum, quae parum premuntur, dum lac promulgetur!“*) — [2]) gravi *alias deesse, adnotat Azo.* — [3]) *mss. Hfn. Gt. Bg.* 1., *veteres libri Cuiacii et omnes Russardi, Theod. C.*; dux ille sit aut comes sit *ms. Bg.* 2.; dux aut comes sit *ed. Schf.*; duxve aut comes *Hal.*; duxve ille aut comes sit *Russ. et rell.* — [4]) ve *om. Theod. C.* — [5]) *recte Bk. num.* II. *restituit ex fastis*; I. *enim, quod habent rell. et Theod. C., tantum ad librarii errorem referri potest.* — [6]) aggregaverunt *Hal. Cui.* — [7]) ambigas *Theod. C.* — [8]) solis *ms. Hfn., Theod. C.* — [9]) mulieris *Hal. Russ. Cui. Cont.* 62. — [10]) habeatur *Theod. C.*; habebatur *ed. Schf.* — [11]) continentur *Theod. C.* — [12]) *ms. Hfn., Theod. C.*; et *om. edd.* — [13]) curiales *om. Theod. C.* — [14]) nec huiusmodi *l.* 148. *Th. C. cit.*; *sed, ut in textu, l.* 140. *eod.* — [15]) debitas *l.* 148. *Th. C. cit.*; *sed* publicas *l.* 140. *eod.* — [16]) *Cui., l.* 148. *Th. C. cit.*; Dat. XIII. Kal. Febr. *Russ. et rell. ex l.* 140. *eod. Cfr. not. c. ad const. praeced.* — [17]) *ms. Hfn., Azo, Theod. C.*; dignitatem *addunt edd.* — [18]) meminisse *ms. Hfn.* — [19]) perseveret *al.* perseverent, *Azo.* — [20]) *mss. Hfn. Gt. Bg.* 1. 2., *ed. Schf., Theod. C.*; obnoxii subiugentur *Hal. et rell., qui hic et in seqq. mutationem numeri aegre tulerunt; cfr. not. sqq.* — [21]) *mss. Gt. Bg.* 1. 2.; prodidit *ms. Hfn.*; perdidit *ed. Schf., var. l. gl.*; prodit *Theod. C.*; prodiderint *Hal. et rell.* — [22]) *mss. Hfn. Gt. Bg.* 1. 2., *ed. Schf., Theod. C.*; spoliandi *Hal. et rell. Ad hunc locum notabilis est glossa, quae sic habet: „alias* obnoxius *et sequentia in singulari, alias* obnoxii *et sequentia in plurali.“* — [23]) Florentio *Cont. Char. Pac.*; Florent. P. U. *om. Russ.* — [24]) patres haec fugerint *Theod. C. longe alio sensu.* — [25]) *subscr. om. Russ.* — [26]) *ms. Hfn., Cui., l.* 157. *Th. C. cit.*; loco *ins. ms. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; modo *ins. Cont.* 66. *et rell., l.* 158. *Th. C. cit. Cfr. Paratitla ad coll. const. eccl. I.* 5. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1291.) *Ὅσοι βουλευτικῇ ὑπόκεινται τύχῃ.* — [27]) iuri *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal Russ., contra Theod. C.* — [28]) *ms Hfn., Theod. C.*; munera *edd.* — [29]) *Cui., l.* 157. *Th. C. cit.*; Sept. *Russ. Cont. et rell., l.* 158. *Th. C. cit.* — [30]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; et *Russ. Cont. et rell.* — [31]) *Cui. Bk., Theod. C.*; et Theod. A *ins. Russ. et rell.* — [32]) post alia *ex Theod. C. ins. Russ. Cont, et postea rell., sed recte haec omisit Cui.*

cursu, quemadmodum curiales, militiae nomine et honore suspenso, officiis redderentur, tamen, quia hoc callido consilio repererunt, ut, evitatis [1]) provinciae suae finibus, tanquam his eorum tantum interdictus fuisset accessus, peregrinos expeterent [2]) commeatus, ne diutius in perniciem curiarum latitandi spes [3]) et solatia [4]) eos impunitatis exacuant [5]), horum cupiditatibus obviamus, ut ex eorum bonis, qui se vel prosecutioni [6]) vel muniis civitatum interdictae dudum ambitione militiae vel qualibet fraude subtrahere conati fuerint [7]), curiis, quas deseruerant, consulatur. Itaque si vocati edictis intra anni metas (hi tamen, qui manifestis curiae nexibus illigantur) latere potius, quam redire maluerint, sciant, post emensum annum, interpellatis provinciarum moderatoribus, ex facultatibus suis curiis, quas destituerunt [8]), consulendum. Neque enim de immaturo praeiudicio temporis possunt brevitatem causari. Dat. XVII. [9]) Kal. Septemb. Theodoro V. C. Cons. [399.]

52. [a]) Idem AA. [10]) Probino, Proconsuli Africae. — Quis tam inveniri iniquus arbiter rerum potest, qui in urbibus, magnifico statu praeditis ac votiva [11]) curialium numerositate locupletibus, ad iterationem quempiam transacti oneris compellat [12]), ut, quum alii necdum paene initiati curiae sacris fuerint, alios [13]) continuatio et repetitae saepe functiones afficiant? Dat. XVI. Kal. April. Mediolano, Caesario et Attico Conss. [397.]

53. [b]) Impp. Honorius et Theodosius [14]) AA. Euchario, Proconsuli Africae. — Duumvirum impune non liceat extollere potestatem fascium extra metas territorii [15]) propriae civitatis. Dat. VI. Id. Mart. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Conss. [412.]

54. [c]) Idem AA. Palladio P. P. — Generali lege sancimus, ut, si quis suum decurionem curiae vindicare maluerit [16]), si praesidis [17]) desit copia, in eundem manus iniectione concessa, sciat, ad examen cognitoris resultantem [18]) esse deducendum, ita ut moderator provinciae, si quaestio fortasse fiducia defensionis ulla generatur, nisi intra tres menses causam originis competenti disceptatione cognoverit, atque convictum cum poena restituerit debitis [19]) muneribus, vel liberum ab inquietudine pronuntiaverit [20]), decem librarum auri mulctam cogatur exsolvere, eius etiam officium pari damni irrogatione teneatur. Dat. V. Non. Mai. Ravenna, DN. Theodosio A. VII. et Palladio Conss. [416.]

55. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Isidoro P. P. [21]) — Si quis [22]) decurio aut subiectus curiae ausus fuerit ullam affectare militiam, nulla praescriptione temporis [23]) muniatur, sed ad conditionem propriam retrahatur, nec [24]) ipse vel eius liberi, post talem ipsius statum procreati, quod patriae debetur, valeant declinare. Dat. III. Non. April. Constantinop. Isidoro et Senatore Conss. [436.]

56. [e]) Idem AA. Isidoro P. P. [25]) — Alexandrinis principalibus, etsi advocatione fungantur, nihilominus onus [26]) peregrinationis incumbat [27]), nec [28]) publica cura, nisi in sua tantum civitate, committatur. Et primus [29]) curiae, quum [30]) muneribus universis expletis ad summum pervenerit gradum, comitivae primi ordinis fruatur post biennium [31]) dignitate praestita, in curialibus tamen permaneat. Dat. prid. Non. Iun. Constantinop. Isidoro et Senatore Conss. [436.]

57. [f]) Idem AA. Isidoro P. P. — Quinque summates [32]) ordinis [33]) Alexandrini a [34]) corporalibus iniuriis immunes esse censemus, ut voce libera commoditates patriae defendant, quum possint, si quid egerint criminose, pecuniariis coerceri dispendiis. Aestimabuntur autem praesente curia viri spectabilis Augustalis iudicio. Dat. prid. Non. Iun. Constantinop. Isidoro et Senatore Conss. [436.]

58. [g]) Idem AA. Isidoro P. P. — Eum, qui triginta annos [35]) in Alexandrina civitate civilibus inhaeserit muneribus, corporalibus muniis [36]), non pecuniariis excusari convenit; habita consideratione videlicet meritorum, ut hoc bene cogniti privilegium consequantur, nec eo passim fruantur indigni. Dat. prid. Non.

---

[a]) *l. 3. Th. C. quemadm. civ. munera. XII. 5. Haec const., si diem et conss. spectemus, a conditoribus Cod. post l. 47. h. t. collocanda fuisset.* — [b]) *hausta ex l. 174. Th. C. de decurion. XII. 1.* — [c]) *hausta ex l. 181. Th. C. de decurion. XII. 1.* — [d]) *hausta ex l. 188. Th. C. de decurion. XII. 1.; geminatur in l. 12. C. de cohortal. XII. 58.* — [e]) *hausta ex l. 189. Th. C. de decurion. XII. 1.; iungendae l. 57. et 58 h. t., l. 1. C. de Alexandr. primat. XI. 28.* — [f]) *l. 190. Th. C. de decurion. XII. 1.; de legibus iungendis cfr. not. e. ad l. praeced.* — [g]) *l. 191. Th. C. de decurion. XII. 1.; quae leges sint iungendae, docet not. e. ad l. 56. h. t.*

[1]) vitatis *ms. Hfn.*; civitatis *Hal. Cui. Russ.* — [2]) exspectarent *var. l. ap. Azon., cui favet ms. Hfn.* — [3]) species *Hal., quod probat Cont. in marg., contra Theod. C. Praeterea* perseveret *addunt Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Sp., contra mss. Hfn. Gt. et omnes codd. Russardi et Theod. C.* — [4]) solatium *Cui. Bk., Theod.; sed pluralem numerum codd. tuentur, v. not. seq.* — [5]) sequantur *Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; exsequentur *ms. Gt.*; exequantur *ms. Hfn., omnia mss. Russardi, edd. Schf. Hal.*; exacuat *Cui. Bk., Theod. C. Equidem consentio Russardo, qui in marg. tam prope ait accedere lectionem codicum ad verbum, quo utitur Theod. C., ut ex hoc illa depravata esse merito censeatur; sequor itaque Cuiacium, at non in singulari numero, quem tot codd. respuunt.* — [6]) *Cui. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Bk., Theod. C.*; persecutioni *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Sp.* — [7]) fraude subtraxerint *Theod. C.* — [8]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.*; esse *ins. Hal. et rell.* — [9]) *repone XII. ex legg. cum nostra iungendis.* — [10]) AAA. *Hal. Russ. Cont.* 62. — [11]) nociva *ms. Hfn.* — [12]) impellat *Theod. C.* — [13]) alia mox *var. l. ap. Azon. Caeterum* et *addunt Hal. et postea rell., contra mss. Hfn. Gt. et ed. Schf. et Theod. C.* — [14]) *Cui. Bk.*; Iidem *Hal. et rell.*; *sed nobiscum facit chronologia et Theod. C. et ms. Hfn., in quo est:* Imp. Hon. A. — [15]) territorii *om. Theod. C.* — [16]) voluerit, *antea omiss.* curiae *Theod. C.* — [17]) iudicis *Theod. C.* — [18]) resistentem *vel* resultantem, *Azo.* — [19]) propriis *var. l. ap. Azon. et in gl.*; debitis propriis *mss. Hfn. Gt.* — [20]) vindicaverit *Theod. C.* — [21]) post alia *ex Theod. C. ins. Russ. Cont. et postea rell.* — [22]) qui *Theod. C. ed. Haenel.* — [23]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C.*; temp. praescr. *Russ. et rell.* — [24]) ne *Theod. C.* — [25]) Praefecto Augustali *Hal., fortasse propter leg. seq. i. f.* — [26]) nihil onus *ms. Hfn., ed. Schf.*; nec onus *cod. Aured. ap. Char.*; nihilominus, *om.* onus, *ms. Gt., Theod. C. ed. Haenel. Mihi scribendum videtur* nihil (*i. e. minime*) onus. — [27]) peregrinationi incumbant *ms. Gt.* — [28]) ne *var. l. ap. Azon.* — [29]) primus *al.* primis *al.* prius *Azo.* — [30]) qui in *Theod. C.* — [31]) frui per quinquennium *Theod. C.* — [32]) summitates *ms. Hfn.*; primates *quidam codd. Russardi, Theod. C.*; *cfr. not. seq.* — [33]) primi ordinis *edd. Schf. Hal.* — [34]) a *om. mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ., contra Theod. C.* — [35]) annis *ms. Gt., Hal. Cui.* — [36]) *mss. Hfn. Gt. Bg.* 1., *Cui., Theod. C.*; iniuriis *ms. Bg.* 2., *edd. Schf. Hal. et rell. Sed abesse* iniur. *a suis codd. Contius in marg. adnotat, et glossa de varietate lectionis ita docet:* „*alias* muniis, *alias* iniuriis *et alias* incuriis. *Ex praeced. const. falsae lect. origo elucet.*

Non. Iun. Constantinop. Isidoro et Senatore Conss. [436.]

59. [a]) Idem AA. Isidoro P. P. — Si quos spontaneos hypomnematographi munificos suis exhortationibus ad publicas nominaverint functiones, iubemus, non exspectandum esse consensum pro tempore viri spectabilis [1]) Augustalis, qui fit plerumque venalis, sed utriusque partis sufficere voluntatem, ut incipiat functio, quam nullus incusat; tunc ad memoratum iudicem tam nominati quam etiam creatoris [2]) consona relatione currente. Quam si suscipere vel confirmare distulerit [3]), sciat, se viginti quinque librarum auri condemnatione plectendum. Dat. prid. Non. Aug. [4]) Constantinop. Isidoro et Senatore Conss. [436.]

60. [b]) Idem AA. Thomae P. P. [5]) — Nullus, qui nexu generis curiae tenetur obnoxius, per substitutam quamcunque personam curiales impleat functiones, sed ipse per se debitum patriae munus exsolvat, etsi spectabili [6]) dignitate decoratus sit, nisi hoc et speciali beneficio sit concessum. Hi vero, qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum curiae muneribus satisfacere non videntur. Dat. V. Kal. Mart. Constantinop. Eudoxio et Dioscoro Conss. [7]) [442.]

61. Imp. Leo A. Iuliano P. P. [8]) — Neque Dorotheum, virum illustrem, et totam eius substantiam, neque Irenaeum, virum spectabilem tribunum et notarium, etsi ante paternas illustres dignitates natus est, ullam inquietudinem pro curiali genere et conditione sustinere decernimus [9]): liberos quoque eorum, qui vel iam [10]) sunt vel futuri sunt [11]), eorumque posteros, quotiescunque continuata temporum et successionum perpetuitate nascentur, a conditione curiali et functione esse liberos; lege divae memoriae Iuliani, quae de materno curialium Antiochenae civitatis genere promulgata est, nihil in persona viri illustris Dorothei, vel viri spectabilis Irenaei, vel adversus facultates eorum, vel adversus liberos eorundem, qui vel iam nati sunt vel postmodum quoquo [12]) tempore nascentur, vel adversus substantias eorum roboris vel iuris [13]) habitura. Circa alias sane universas personas de materno genere, ad memoratae Antiochenae civitatis tantummodo curiam pertinentes, eandem legem praecipimus obtinere propriam firmitatem.

62. Idem A. Constantino P. P. [14]) — Si ille, qui ex filia decurionis Antiochenae splendidissimae civitatis, et patre, qui nullius alterius civitatis muniis debebatur [15]), procreatus est, sub examine provincialis iudicis vel sponte confessus vel certe convictus fuerit [16]), quod ex filia sit curialis progenitus, et albo decurionum adscriptus fuerit, nullam sibi superesse facultatem negandae vel evitandae conditionis existimet: et curialem non adspernari fortunam avi materni sui pertentet, nec dubitet, se muniis [17]) curialibus subiacere [18]). Quodsi quem [19]) curia, de qua praesens sanctio loquitur, natum ex filia curialis minime secundum praestitutam [20]) ordinationem sibi sociandum curaverit, prolem eius pulsare nullo modo penitus poterit; nec enim patimur, conventionem eiusmodi, praetermisso filio, quem curialis filia ediderat, a nepote vel pronepote vel ulterius incipere.

63. Idem A. ad Senatum [21]). — Doctitii, viri clarissimi, iubemus [22]) fortunam super curiali conditione nullo modo esse [23]) inquietandam, nec facultatibus eius, sed eo [24]), qui huiusmodi conamen inierit, sacrilegii poenam luituro. Omnes, qui post peractam illustrem administrationem vel adhuc in ea posito, patri [25]) suo gignuntur, a curialium intentione defendantur [26]) una cum paternis sine dubio substantiis, quas cum persona patris a curiali nexu liberas esse nemo dissimulet.

64. Imp. Zeno A. Sebastiano P. P. [27]) — Neminem ex his, qui, obnoxii curiae constituti, ab initio felicissimi nostrae pietatis imperii comitum [28]) privatarum [29]) nostrae vel piissimae [30]) Augustae partis, sive comitis [31]) largitionum, vel comitis [32]) domesticorum, quaestoris [33]), vel magistri officiorum [34]) ad actum administrationis gerendum provecti sunt vel in posterum proveheuntur, ob hoc curialium munerum laqueos volumus evitare; sed obligatos cum liberis suis, quandocunque progenitis, et facultatibus suis post administrationem depositam curiae commoditatibus inservire, nisi forte aliis privilegiis super hoc legibus cognitis

---

[a]) *l.* 192. *Th. C. de decurion. XII.* 1. *Fortasse iungenda est superioribus tribus const.*; *cfr. not.* 4. — [b]) *ex parte geminatur in l.* 21. *C. de episcop. I.* 3., *nec vero hausta esse dici potest ex l.* 187. *Th. C. de decurion.*

[1]) pro temp. viri spectab. *om. Theod. C.* — [2]) curatoris *Cont.* 62., *var. l. gl.* (*cfr. l.* 5. *C. VI.* 62.); creationis *Hal. Russ.*; creatores *mss. Hfn. Bg.* 1. 2., *Theod. C. Legendum videtur* creatores, *quod maximam fidem habet, et tunc cum Gothofr. emendandum* current. — [3]) distulerint *et mox* sciant — plectendos *var. l. ap. Azon.* — [4]) Iun. *Cui.*, *quod probat Gothofr., ut haec const. coniugatur cum superioribus.* — [5]) Thomae P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; *alias* Theodoro, *Cont. in marg.* — [6]) ex spectabili *ms. Hfn., ed. Schf.*; expectabili *ms. Gt.* — [7]) *hanc subscr., quam restituit Cui., nullus post eum editor recepit, novo exemplo, quanta incuria Contius et alii post eum editores in usu optimorum librorum versati fuerint. Male Bk. subscriptionem legis* 187. *Th. C. cit. recepit* (*cfr. not.* b.), *quae sane et legi* 21. *C. I.* 3. *ab editoribus tribuitur, sed aeque male; equidem in l.* 21. *C. cit. eam subscr. restituo, quam Cui nostrae const. restituit.* — [8]) *Cui. Cont.* 76. *Bk.*; Iuliano P. P. *om. rell.*; *cfr.* [1]. 26. *C. I.* 3. — [9]) decrevimus *Hal. Cui.* — [10]) vel ui iam *Hal. Cui.*; qui iam vel *ms. Hfn.* — [11]) sunt *om. ms. Hfn., edd. Schf. Hal.* — [12]) quocunque *mss. Hfn. Gt.* — [13]) vel iuris *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [14]) *Cui. Cont.* 76. *Sp. Bk.*; Const. P. P. *om. rell.* — [15]) debeatur *ms. Hfn., Hal. Cui* — [16]) fuerit *om. Hal. Cui.* — [17]) muneribus *Hal. Cui.* — [18]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; subiicere *Russ. et rell.* — [19]) qua *Russ. in marg.* — [20]) praestitam *ms. Hfn.* — [21]) *Cui. Cont.* 76. *Sp. Bk.*; ad Senatum *om. rell.* — [22]) monemus *var. l. gl.*; iubem. *om. ms. Hfn., in quo est* clarissimi viri iuvenis, *et mox* fortuna — inquietanda; *cfr. not.* 24. — [23]) esse *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [24]) nec facultates eius scilicet, eo *Cui. in comm. emendat. Profecto textus vix ferendus est; sed vero similius erit, si cum ms. Hfn.* (*not.* 22.) *sic legamus:* Doctitii. clar. iuvenis, fortuna super — modo inquietanda, nec facultatibus eius, sed eo — luituro, omnes *etc*; *quod scribendi genus ab huius aevi genio non abhorret. Verba* clariss. iuvenis *firmantur ab omnibus codd. Russardi.* — [25]) *mss. Hfn. Gt., omn. codd. Russardi, ed. Schf.*; patre, *sublato commate praecedente, Hal. et rell.* — [26]) defendentur *ms. Hfn., ed. Schf.* — [27]) *Cui. Sp. Bk.*; Sebast. P. P. *om. rell.* — [28]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62.; comites *Cui. in comment., Cont.* 66. *et rell., haud dubie ex sua lect. in const. seq. sic emendantes.* — [29]) rerum *ins. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *improbante Cui. in comment.* — [30]) piissimae *om. mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, ed. Schf.*; *cfr. const. seq.* — [31]) *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62.; comitum *ms. Hfn., ed. Schf.*; comites *rell. Caeterum* sacrarum *addunt Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *contra omnes codd. Russardi.* — [32]) *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62.; comitum *ed. Schf.*; comites *ms. Hfn., Cont.* 66. *et rell.* — [33]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62.; quaestores *Cont.* 66. *et rell.* — [34]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russ., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; licet *ins. Russ. et rell.*; *cfr. const. seq.*

cognitis muniantur. Nam alia universa legitima vel ex constitutionibus data privilegia [1]) integra volumus illibataque servari [2]). Ne tamen indulti honoris [3]) inane nomen retinere videantur, dignitatum titulis potiantur, et [4]) per substitutos suarum periculo facultatum curialibus muneribus respondentes, habeant [5]) integra illibataque privilegia dignitatis. Eos vero, qui [6]) praefatas dignitates ante initium nostri imperii consecuti sunt, cum facultatibus suis et post eam dignitatem progenitis filiis a curialibus nexibus vel onere [7]) decernimus [8]) liberari. Hos autem, qui quocunque tempore patricii vel consules aut consulares facti sunt aut in posterum fuerint, aut magistri militum, vel praefecti praetorio Orientis vel Illyrici, vel urbis administrationem in actu positi quandoque gesserunt [9]) aut postea gesserint, omnimodo cum facultatibus suis et post eam dignitatem progenitis filiis a curiarum nexibus vel onere [10]) decernimus liberari.

65. Imp. Anastasius A. Polycarpo P. P. [11]) — Divae memoriae Zenonis sacratissimam constitutionem, quae de curialibus post certas excelsas administrationes seu dignitates conditionis nexu liberandis lata [12]) est, in hac tantummodo parte duximus corrigendam, qua cavetur, eos etiam, qui ante eandem constitutionem (ab initio tamen eiusdem divae recordationis Zenonis imperii) comitis [13]) privatarum [14]) nostrae vel piissimae Augustae partis, seu comitis [15]) largitionum, vel comitis [16]) domesticorum, quaestoris aut magistri officiorum licet [17]) ad actum administrationis gerendum provecti sunt, minime curialium munerum laqueos ob hoc evitare, sed obligatos cum liberis suis, quandocunque progenitis, et facultatibus suis post administrationem depositam curiae commoditatibus inservire, nisi forte aliis privilegiis super hoc legibus cognitis muniantur. His etenim, qui memoratas administrationes vel unam ex his peregerunt, nec non liberis et rebus eorum beneficium, quod ante per illustrem administrationem peractam eis acquisitum est, intactum illibatumque iubemus servari, ut relaxatione conditionis et munerum curialium, per anteriores principales dispositiones sibi concessa, tam ipsi quam liberi eorum, post huiusmodi administrationem adeptam procreati, una cum propriis substantiis potiantur, etsi contigerit, eos post divae memoriae Zenonis constitutionem sive per se sive per [18]) substitutos suos curiae competentia munera subiisse; eadem videlicet constitutione divae memoriae Zenonis ex die, quo promulgata est, suas vires obtinente, quum conveniat, leges futuris regulas imponere, non praeteritis calumnias excitare.

66. Imp. Iustinianus A. Demosthenei P. P. [19]) — Curialibus consortiis consulentes censemus, ut nemo sibi blandiatur, et non certis modis sese liberum esse existimet, sed pro nostra forma tantummodo sciat posse libertatem sibi curialis competere conditionis; omnibus anterioribus modis, quos non comprehendit praesens sanctio, ex praesenti die antiquandis. §. 1. Si quis igitur vel summum patriciatus honorem fuerit consecutus, sive infulis consulatus honorarii aut ordinarii fuerit ampliatus, ut vel consul vel consularis efficiatur, seu praefectorum praetorio infulas susceperit gubernandas, vel urbicariam (in ipso tamen actu) meruerit praefecturam, nec non magistri militum officium gerendum susceperit, is gaudeat, se huiusmodi conditionis esse exsortem et liberum cum suis facultatibus suaque posteritate, quam, postquam meruit [20]) dignitatem vel actum gessit [21]), ediderit, anterioribus filiis in conditione pristina remansuris. Sed et [22]) tam praefecturae [23]) quaestoris, quam viri eloquentissimi fisci patroni tam praefecturae [24]), quae Orientalibus et Illyricianis praesidet [25]) sedibus, quam urbicariae, nexibus curiae liberantur, quum ad fisci patronatum pervenerint, una cum substantiis et liberis suis, quos vel ante habuerint vel postquam ad eundem gradum provecti sunt. Viri etiam clarissimi principes agentium in rebus curiae libertatem ex antiquis legibus consecuti sunt, et viri spectabiles proximi sacri scrinii nostrae [26]) memoriae, et [27]) sacrarum epistolarum, nec non sacri scrinii [28]) libellorum, sacrarumque cognitionum et dispositionum, cum substantiis suis et liberis, quos post emensa [29]) stipendia susceperant [30]). Hoc etiam nos corroborantes intuitu laborum, quos multo [31]), longo [32]) prolixoque tempore pertulerunt, intactum illibatumque conservamus, ut hi omnes fortuna curiali liberentur cum sua substantia suaque sobole secundum ea, quae praediximus. Ex aevo autem sequente progenitos [33]) antea nullius futuri fisci patroni liberos concedimus liberandos, ut ne, quod summis apicibus dignitatum non est concessum, hoc alii sibi audeant vindicare; sed progeniti filii ante, quam ad fisci patronatum pervenerint, in conditione pristina remaneant. §. 2. Aliis autem modis, quam his, quos singulatim [34]) enumeravimus [35]), sive legibus antiquis comprehensi sunt (qualis erat is, quem ex tribus maribus [36]) concessum ante fuerat patri maximo senatui sociare), sive comprehensi anterioribus scitis non fuerant, liberationem competere cuidam curialis fortunae nullo patimur modo; sed sive pragmatica sanctio super hoc processit, sive sententia eminentissimae praefecturae, sive alius modus quicunque excogitatus est, ea omnia penitus vacuari et pro infectis

---

[1]) privilegio *ms. Hfn.* — [2]) observari *mss. Hfn. Gt.* — [3]) honores *mss. Hfn. Gt.*, *omn. codd. Russ.*, *ed. Schf.* — [4]) *Hal. Cui.*; et *om. rell.*, *cfr. not. seq.* — [5]) *ms. Hfn.*, *omnes codd. Russ.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; habeantque *Russ. et rell.* — [6]) vel *ins. mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal.* — [7]) honore *ms. Hfn.*, *Hal. Cui.* — [8]) decrevimus *Hal. Cui.* — [9]) gessere *Hal. Cui.* — [10]) honore *ms. Hfn.*, *Hal. Cui.* — [11]) *Cui. Cont.* 76. *Sp. Bk.*; Polyc. P. P. *om. rell.* — [12]) data *ms. Hfn.*, *omn. libri Russ.* — [13]) *ed. Schf.*; comitum *Hal.*; comites *ms. Hfn.*, *edd. rell.* — [14]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*; rerum *ins. Hal. et rell.* — [15]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal.*; comites *rell. Caeterum* sacrarum *ins. Hal. et postea rell.*, *contra codd. Hfn. Gt. et omnes Russardi.* — [16]) comitis *et mox* quaestoris *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal.*; comites — quaestores *rell.* — [17]) licet *om. Hal. Bk.*, *ex const. praeced.*, *sed male.* — [18]) per *om. Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.* — [19]) Demosth. P. P. *om. Hal. Russ.* — [20]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; meruerit *rell.* — [21]) *Hal. Cui.*; gesserit *ms. Hfn.*, *edd. rell.* — [22]) *Hal. Cui.*; et, *om.* sed, *ed. Schf.*; Sed et *om. rell.* — [23]) praelaturae *Hal. Cui.*; praeturae *var. l. gl.*; praefectura *ed. Schf. Hunc locum corruptissimum ait Cui. in comment.*, *et sic emendare conatur:* Sed et viri eloquentissimi fori patroni, tam praefecturae quae Oriental. *etc.*; *abesse igitur iubet vv.* tam praefect. quaestoris, *quae et desunt in ms. Bg.* 2. *Mihi autem vulgaris lectio bene se habere videtur, dummodo primum* praefecturae *in nominativo pluralis, alterum autem in genitivo singularis numeri intelligatur; quod profecto cuilibet necessarium videbitur, qui antecedentem const. partem recordatus fuerit; cfr. etiam not.* 25. — [24]) praefectura *var. l. gl.* — [25]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; praesident *Russ. Cont. et rell.* — [26]) nostrae *om. ms. Hfn.* — [27]) et *om. ms. Hfn.* — [28]) et sacrarum — scrinii *om. ms. Gt.* — [29]) emersa *ed. Schf.*; emerita *Hal. Cui.* — [30]) susceperint *Hal. Cui. Bk.* — [31]) multos *ed. Schf.* — [32]) longo *om. ms. Gt.*; longuo *Cui.* — [33]) praediximus, ex aevo tamen sequente. Nam progen. *Hal.* — [34]) *ms. Gt.*, *Hal. Cui.*; singillatim *ms. Hfn.*; sigillatim *rell.* — [35]) memoravimus *mss. Hfn. Gt.*; numeravimus *ed. Schf.* — [36]) *Alciatum coniicere* manibus, *Cui. in comment. refert.*

fectis haberi, et curialia corpora suis reddi civitatibus, et substantias [1]) eorum subiacere, nulla excusatione eis penitus competente [a]).

Tit. XXXII. [XXXIII.]

SI SERVUS AUT [2]) LIBERTUS AD DECURIONATUM ADSPIRAVERIT.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Saturnino [3]). — Si libertus vel [4]) ius aureorum annulorum adeptus non est, vel natalibus suis non [5]) restitutus, praeses provinciae non tantum curiae [6]) participare non permittet [7]), sed iuxta legis severitatem congruenti poena ulciscetur [8]).

2. Iidem AA. [9]) Oricinae. — Praeses provinciae, si eum, qui aedilitate fungitur, servum tuum esse cognoverit, si quidem non ignarum conditionis suae ad aedilitatem adspirasse perspexerit [10]), ob violatam servili macula curiae dignitatem congruenti poena afficiet. Si vero, quum opinione publica mater eius pro libera haberetur, ex decurione procreatus, ad capessendum honorem errore lapsus processit, dominio tuo eum subiugabit.

Tit. XXXIII. [XXXIV.]

DE PRAEDIIS CURIALIUM [11]) SINE DECRETO NON ALIENANDIS.

1. [b]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio P. P. [12]) — Si quis decurionum vel rustica praedia vel urbana venditor necessitate coactus addicit, interpellet iudicem competentem, omnesque causas sigillatim [13]), quibus strangulatur, exponat, et ita demum distrahendae possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probaverit. Infirma enim venditio erit, si haec fuerit forma neglecta. Ita enim fiet, ut nec immoderatus venditor, nec emtor (cuiuscunque sit conditionis) inveniatur iniustus. Denique nihil erit postmodum, quo venditor vel circumventum se insidiis vel oppressum potentia comparatoris queri debeat, quandoquidem sub fide actorum et de necessitate distrahentis et de voluntate patuerit comparantis. Quodsi quis contra vetitum occultis molitionibus per suppositas fraude personas cuiuslibet loci, quem tamen ei [14]) decurio distrahebat [15]), comparator exstiterit, sciat, se pretio, quod dedit [16]), esse privandum [17]), et locum, quem comparavit, cum fructibus esse restituendum. Dat. VIII. [18]) Kal. Decemb. Constantinop. Honorio NB. P. et Evodio Conss. [19]) [386.]

2. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. [20]) — Nec venditio rei hereditariae curiae acquisitae, aut debitoris hereditarii, qui solverit, liberatio aliter admittenda est, nisi apud acta, totius vel maioris partis ordinis intercedente decreto, ineundi contractus vel dissolvendae obligationis causa probetur. Ita enim et id [21]), quod ex ea redigitur, ad praediorum iubemus comparationem expendi, quorum reditus omnes, sicut dictum est, eiusdem curiae publicis muneribus, quae solatio egere constiterit, iustissime servabuntur; ex consensu omnium, et [22]) maxime ditiorum, vel [23]) idonea fideiussione oblata conductoribus eligendis. Dat. V. Id. Iun. Constantinop. Felice et Tauro Conss. [24]) [428.]

3. Imp. Zeno A. Sebastiano P. P. [25]) — Curiales vendere quidem res immobiles vel mancipia rustica prohibemus sine interpositione decreti; donationes vero vel permutationes vel quoslibet alios, etiam sine decreto, permittimus celebrare contractus, quoniam et sacrae constitutiones, quae super hoc a retro principibus latae sunt, in plurimis [26]) suis partibus de pretio non redhibendo locutae sunt, ut ex hoc apertissime detur intelligi, solum emtionis [27]) decurionibus sine decreto interdictum fuisse contractum. Quum tamen venditio [28]) intercedente, ut dictum est, decreto [29]) agitur, nullum [30]) eos, vel qui ab his comparant, dispendium, cuiuscunque personae vel causae vel theatralis liberalitatis nomine, quod frequenter fieri dicitur, sustinere decernimus, nec ex tabella [31]) decretum recitari, sed curialium vel maioris partis curiae relatione currente, sine ulla malignitate referentium vel damno contrahentium, ad confirmandam emtionem competentis iudicis proferri sententiam.

Desunt

---

[a]) *ad calcem hui. tit. Cont.* 62. *lacunam graecae const. notat*; *cfr. not. a. in fine tit. XXXIII.* — [b]) *l.* 1. *Th. C. de praed. et mancip. curial. XII.* 3., *adiectis nonnullis ex l.* 2. *Th. C. cod.*; *iungenda videtur l.* 9. *C. de susceptor. X.* 70. — [c]) *iungenda l.* 1. *tit. prox.*

[1]) substantiis *ed. Schf.* — [2]) ante *ms. Hfn.* — [3]) *nomina eorum*, *ad quos datae sunt constitutt.*, *et in hoc tit. absunt ab Hal. Russ.* — [4]) vel *om. ms. Hfn.* — [5]) est *repetunt edd. Schf. Hal. Cui. Bk.* — [6]) curiam *ms. Hfn.* — [7]) *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; permittat *ms. Hfn.*, *edd. rell.* — [8]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; ulciscitur *ms. Hfn.*; ulciscatur *Russ. et rell.* — [9]) Imp. Constantinus A. *Hal. Russ.* — [10]) prospexerit *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.* — [11]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*; decurionum *Hal. et rell.*; *cfr. Theod. C. XII.* 3. *in rubr.* — [12]) Impp. Valentin. et Valens AA. *inscr. Hal.* — [13]) singulatim *ms. Hfn.*; singillatim *Theod. C.* — [14]) ei *om. Theod. C.* — [15]) distrahat *Theod. C.*, *Cui.* — [16]) dederit *Theod. C.*, *ed. Schf.* — [17]) privatum *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal.* — [18]) IV. *l.* 9. *C. X.* 70. — [19]) *subscr. om. Hal.* — [20]) Florent. P. P. *om. Hal. Russ.* — [21]) id *om. ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [22]) et *om. Hal. Cui.* — [23]) vel *in ms. Gt. aliena manu adscriptum est.* — [24]) *Cui. Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [25]) Sebast. P. P. *om. Hal. Russ.* — [26]) pluribus *ms. Hfn.*, *omnes codd. Russardi*, *ed. Schf.* — [27]) *mss. Hfn. Gt.*, *Hal. Cui.*; venditionis *edd. Schf.*, *Russ. et rell.* — [28]) venditione *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [29]) decretum *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; decr. *om. ms. Hfn.* — [30]) nihil *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [31]) tabula *ed. Schf.*; *alias* libello *et alias* tabella, *glossa.*

*) *Desunt duae constitutiones graecae, de quarum argumento vide notam.*

Tit. XXXIV. [XXXV.]

QUANDO ET [1]) QUIBUS QUARTA PARS DEBETUR EX BONIS DECURIONUM, ET DE MODO DISTRIBUTIONIS [2]) EORUM.

1. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. — Si decurionum consortio sit alienus, qui curiali successit, competentis eidem [3]) iuris (sive ex asse, sive ex parte heres sit bonorumve possessor) partem quartam iure optimo a curia peti decernimus. Dat. V. Id. Iun. Constantinop. Felice et Tauro Conss. [4]) [428.]

2. [c]) Iidem AA. Apollonio P. P. — Meminimus, nuper emissa lege divali portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, quae [5]) ex qualibet novissima voluntate, vel ab intestato etiam, ad quemcunque [6]), praeterquam si [7]) ad filios curiales [8]), deferantur [9]), curiarum [10]) deputasse corporibus. Sed multi, tanquam corrumpendi totius patrimonii occasione captata, uniuscuiusque rei sibi particulam vindicando, adeo totas dilacerant facultates, ut, dum participibus relictarum opum nocere cupiunt [11]), sua quoque iura praecipitent. §. 1. Quorum nimiam [12]) licentiam provida dispositione refrenantes [13]), ipsis quidem curialibus occupandi sua auctoritate res mortui copiam denegamus; heres autem, ad quem ab intestato vel ex postrema voluntate, directis vel fideicommissariis verbis, decurrit hereditas, omne patrimonium, quod relictum est, in partes quatuor dividi procuret, ut, rebus totis in sortitum casumque [14]) deductis, vel curiae quadrantis vel heredi aut [15]) fideicommissario per universitatem dodrantis electio ex sortis felicitate [16]) contingat. Ita scilicet et praefati successores et curia promiscui rerum dominii liberabuntur incommodo. Naturale quippe vitium est, negligi, quod communiter possidetur, utque [17]) se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur, denique suam quoque partem corrumpi patiatur [18]), dum invidet [19]) alienae. §. 2. Sed ubi quarta pars bonorum mortui curiae debet offerri, immobiles quidem res, quae nec latere facile possunt, nec cuiquam [20]), si divulgentur, officiunt, sub adspectu etiam curialium aestimari dividique concedimus; mobiles autem res vel se moventes, vel instrumenta, vel si quid aliud [21]) in huiusmodi iure consistat, in medium proferri divulgarique non patimur, sed iuratis successoribus, quum apud se diligenter aestimaverint, quae quantique sint pretii facultates, credi oportere decernimus. Quid enim tam durum tamque inhumanum est, quam publicatione pompaque rerum familiarium et paupertatis detegi vilitatem, et invidiae patere [22]) divitias? §. 3. In exigendis vero debitis, si pretium, quod pro quarta parte actionum curiae competit, successores praestare noluerint, cautionibus iurata fide prolatis in medium, unusquisque a debitoribus convenientem sibi exigat portionem; eque [23]) diverso aes alienum, si cui defunctus fuerat obligatus, tam iidem successores, quam curia pro sua sorte restituere compellantur. §. 4. Quodsi saepe dicti successores sacramentum sibi crediderint excusandum, tunc vero ad similitudinem rerum immobilium diligentior curialibus omnium rerum indago praebebitur, scilicet ut, universis mortui facultatibus in aperto propositis, vel aestimatio rerum vel divisio sub praesentia curialium celebretur. §. 5. In omnibus autem casibus, ubi quarta pars curiae competit, transactiones interpositas firmas illibatasque manere decernimus. §. 6 Ad filiorum vero curialium, vel nepotum ac pronepotum, scilicet decurionum, similitudinem, ad quos integras opes pervenire censnimus, filiam quia etiam neptem proneptemve, principali eiusdem civitatis, unde pater, avus vel proavus oritur, nuptam, rerum vel ab intestato vel ex dispositione ultimae voluntatis

---

a) *Licet graecorum lacunam in codd. hucusque collatis nemo notatam invenerit, tamen, graeca in calce hui. tit. desiderari, ex aliis testimoniis certissimum est; inque ea re consentiunt Cuiac. in comment. ad l. 3. h. t., Cont. et rell. editores. Quid desit, indicat* 1. *Athanas. Scholast. Nov. Iust. VII.* 4. (*Heimbach. Anecdot. T. I. p.* 93.) *vv. δύναται [βουλευτὴς] ὑπὲρ παίδων ἀῤῥένων τε καὶ θηλείων προῖκας καὶ πρὸ γάμου δωρεὰς ἐπιδιδόναι πρὸς τὸ διωρισμένον μέτρον βιβλ. ι. τοῦ κωδ. τῖ. λδ'. διατ. δ'. δύναται δὲ καὶ ἐκποιήσεις ἀκινήτων ποιεῖσθαι κατὰ τὴν διάστιξιν τῆς ε'. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ βῖ. καὶ τῖ.* [*Potest curialis pro liberis masculis et feminis dotes et ante nuptias donationes dare ad mensuram lib. X. Cod. tit.* 34. *const.* 4. *definitam. Potest autem et alienationes rerum immobilium facere secundum distinctionem constitutionis* 5. *eiusdem lib. et tit.*] 2. *Schol. r. ad Bas. XXIX.* 1. 65. (*Fabr. T. IV. p.* 620.) *vv. καὶ ἐπὶ βουλευτῶν εἶπε, ποῖον μέρος ὀφείλει διδόναι ὑπὲρ προικὸς καὶ γαμικῆς δωρεᾶς τῶν παίδων βιβλ. ι. τοῦ κώδικος τιτλ. λδ'. διατ. ε'.* [*Et in curialibus dixit, quantam portionem debeat dare pro dote et antenuptiali donatione liberorum lib. X. Cod. tit.* 34. *const.* 5.] 3. *Nov.* 38. *pr.* §. 2., *quae plurium constitutionum Iustiniani meminit, ex quibus ad nostrum tit. haud dubie referendae sunt eae, quae omnes bonorum curialium alienationes decreto subiiciunt, donationibus autem penitus interdicunt, excepta propter nuptias donatione.* 4. *Nov.* 87., *quae meminit eiusdem const., omnem bonorum curialium donationem prohibentis, sola excepta antenuptiali donatione et dote, cui certum modum lex definivit. — Ex allatis locis iam liquet, certe duas constitutiones recte a nobis desiderari; singulis autem sua argumenta restitui vix possunt, quum Athanasius l. c. et Scholion cit. inter se ita dissentiant, ut, quod ille legi* 4. *tribuit, in hoc ad l.* 5. *referatur. —* b) *iungenda l.* 2. *tit. praeced. —* c) *hausta ex Nov. Theod. XXXI.; iungenda l.* 1. *tit. prox.; cfr. not. a. ad l.* 3. *C. V.* 27.

1) a *ins. ms. Hfn. —* 2) modis tributionis *ms. Hfn. —* 3) eiusdem *ed. Schf. —* 4) *subscr. om. Hal. Russ. —* 5) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; quae *om. Russ. et rell., Nov. Theod. —* 6) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk., Nov. Theod.*; quemque *Cont.* 71. *et rell. —* 7) si *om. ms. Hfn. —* 8) curiales *om. Nov. Theod. —* 9) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Nov. Theod.*; deferatur *Russ. et rell. —* 10) *ms. Hfn., Cui., Nov. Theod.*; curialium *edd. Schf. Hal. et rell. —* 11) cupiant *ed. Schf., Nov. Theod. —* 12) nimiam *vel* noxam (*l.* noxiam), *Azo. —* 13) frenantes *ms. Hfn., Nov. Theod. —* 14) *ms. Hfn., omnia mss. Russardi et vetera Cuiacii, Nov. Theod.*; sortitum casum *ms. Gt., ed. Schf.*; sortium casum *Hal. et rell. —* 15) ac *Nov. Theod. —* 16) condicione *Nov. Theod. —* 17) ut *ms. Hfn.*; ut quia *Azo*; ut quis *ed. Schf., var. l. ap. Azonem. —* 18) patitur *mss. Hfn. Gt., Nov. Theod. —* 19) invideat *ms. Gt.*; invidit *Nov. Theod.*; videat *ms. Hfn. —* 20) quicquam *Nov. Theod.*; cuidam *ms. Hfn. —* 21) *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; si quid, *om.* aliud, *ms. Hfn., ed. Schf.*; si quid etiam *ms. Gt., omnes codd. Russardi, Nov. Theod.*; si quid aliud etiam *Cont.* 66. *et rell.* 22) *ms. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui., Nov. Theod.*; patrie *ms. Hfn.*; exponere *Hal. et rell. —* 23) *Hal. Cui.*; eque et e *ms. Hfn.*; eque ex *ed. Schf.*; aeque ex *Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; atque e *Nov. Theod.*; atque ex *Bk.*

luntatis quaesitarum integrum nullaque parte minutum dominium habere sancimus. Quodsi post parentum obitum inveniantur innuptae vel viduae, in [1]) impuberibus quidem post transactam pubertatem, in aliis vero, quae pubertatem excesserint [2]), vel etiam in viduis post mortem parentis, triennium duntaxat volumus exspectari, ut interim quarta portio suspensa aut [3]) apud eam, si in matrimonio curialis eiusdem civitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat, vel, si intra id temporis [4]) alienum [5]) eadem curia sortiatur maritum penitusve nupta non fuerit, memorata pars totius substantiae [6]) curiae, cum triennii tam urbanorum quam rusticorum praediorum duntaxat fructibus addicatur; ita tamen, ut [7]) et sacramenti tam de quantitate quam de aestimatione rerum mobilium, deque actionibus inferendis vel excipiendis [8]), sicut in extraneis personis dictum est, ratio conservetur. Sed et si mater mortui vel avia tempore, quo filius neposve moritur, in coniugio eiusdem civitatis [9]) curialis inventa fuerit, ne ipsas quidem patimur quartae portionis subire iacturam. Extraneum quin etiam heredem, propinquitatis quidem iure discretum, curiae tamen eiusdem civitatis obnoxium, supradictae portionis dispendio liberamus. Dat. VII. Id. Mart. Constantinop. Dioscoro et Eudoxio Conss. [10]) [442.]

3. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. [11]). — Si quis curialibus muniis [12]) obnoxius, uno forte vel pluribus filiis vel filiabus derelictis, filio quidem vel filiis suae substantiae partem minimam dereliquit [13]), eam tamen quae excludere eos [14]) ab [15]) inofficiosi querela potest, aliis autem suam substantiam dereliquit, ut ex hac patrimonii distributione apud [16]) filium quidem vel filios curiales minima pars substantiae remaneat, totum autem curiale munus masculis immineat, sive filii sint sive nepotes vel pronepotes, curiali tamen conditioni obnoxii; sancimus, huiusmodi iniquitatem resecari, et non minus quarta portione in masculos posse testatorem transmittere, sive unus est filius sive plures, nulla deminutione ex permixtione sororum eis [17]) facienda, ut non solum corporibus, sed etiam substantiis laborantes possint [18]) curiale habere consortium. §. 1. Ad hoc [19]) sancimus, si quis curialis, filiabus pluribus derelictis, ab hac luce fuerit subtractus, quarum una curiali eiusdem nupserit civitatis, aliis filiabus, quae ad huiusmodi vota non migraverint, vel extraneis [20]) in reliquam partem heredibus derelictis, non videri curiae ex sententia legis Theodosianae ad Apollonium scriptae satisfieri; sed omnino [21]) quartam partem patrimonii curia consequatur, sive uni filiae, quae curialibus nuptiis copulata sit, deputanda [22]), sive ex aliis heredibus colligenda, filia procul dubio, quae curiali nupsit [23]), immuni ab huiusmodi quartae datione servanda, quum per maritum eius, quantum ad ipsius personam, curiae sit satisfactum; et hoc [24]) observari, non solum si ultimo elogio condito testator curialis decesserit, sed etiam si intestato [25]) diem suum obierit. Sed [26]) si quid [27]) minus [28]) fuerit vel minime derelictum, hoc modis omnibus filio curiali vel filiae, quae nupta est eiusdem civitatis decurioni, ex substantia patris curialis [29]) vel deputari vel adimpleri; nullo obstaculo curiae opponendo, si secundum praedictam legem filius, nepos, pronepos, pater, avus, proavus curiali morienti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacunque vel dignitate vel occasione fuerint absoluti; in hoc etenim [30]) Theodosianae legi apertissime volumus esse derogatum. Et generaliter definimus, ex omni causa neque masculos liberos neque filias copulatas matrimonio curialis minus quarta [31]) parentis substantiae habere, vel non extantibus filiis vel filiabus, sed aliis heredibus, ipsam curiam secundum anteriores leges quartae curialis morientis habere solatium. Dat. Kal. Iun. [32]) Constantinop. Iustiniano A. II. Cons. [33]) [528.] [a])

TIT. XXXV

---

[a]) *graecae const. lacunam in calce hui. tit. notavam vidit Cui.* (*cfr. comment. ad l.* 3. *tit. anteced.*), *eandemque notam in rubr. tit. seq. habet cod. Barberin., notante Blumio. Augustinus deperditam const. innui censuit in l.* 53. §. 1. *C. de episc. I.* 3. (*cfr. supra p.* 50. *not.* 2.). *Contius, quem sequuntur Char. Pac. Sp., cogitavit de const., cuius meminit Nov.* 18. *c.* 2., *ut curiales filiis suis dodrantem relinquant. Beckius vestigia quaerere iubet in Nov.* 38., *quam respici iam Augustin. voluerat, et vult Bienerus* (*Revis. d. Iust. Cod. p.* 235.). *Equidem licet concedam, const. eam, quae in Nov.* 38. *pr.* §. 3. *vv. καὶ τὰς θηλείας — οὐσίας indigitatur, locum habere potuisse in nostro titulo, neutiquam tamen video, quo iure id pro certo ac vero affirmari possit, ut affirmat Bk.*

[1]) in *om. Hal. Cui. Russ., Nov. Theod.*; in puberibus *ms. Hfn., ed. Schf.* — [2]) adeptae sunt *Nov. Theod.* — [3]) aut *om. ms. Hfn.*; vel *Nov. Theod.* — [4]) *ms. Hfn., Nov. Theod.*; tempus *edd.* — [5]) *mss. Hfn. Gt., omnia mss. Russardi, Cui., Nov. Theod.*; ab *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [6]) totius subst. *om. Nov. Theod.* — [7]) *mss. Hfn. Gt., omnia mss. Russardi et Cuiacii et Contii, ed. Schf.*; et optionis conditio in offerendis rebus quartae partis vel dodrantis *ab Hal., quem rell. in textu sequuntur, addita sunt ex Nov. Theod., nec tamen satis accurate, quum Nov. habeat* et optionis — partis sive eius pretio; *quae diversitas neutiquam nos movere debet, ut ex alio fonte, quam ex Nov. Theod., Haloandrum hausisse censeamus. Haud dubie enim illa verba* vel dodrantis *sunt ex coniectura Haloandri, qua spatium in libro suo post v.* partis *relictum supplevit* (*cfr. Cui. not. ad Inst. III.* 1.). *Quam temere autem Hal. totum illud additamentum interiecerit, est in aprico; eius enim optionis nulla antea mentio habetur, et quae in Nov. Theod. de ea leguntur, a Iustiniano in* §. 1. *nostrae const. resecta fuerunt. Simile ultium admisit Hal. in l.* 3. *C. V.* 27., *cfr. not.* 6. *ad h. l.* — [8]) excipiendisve *Nov. Theod.*; *tam* vel *quam* ve *om. ms. Hfn.* — [9]) eiusd. civit. *om. Nov. Theod.* — [10]) post cons. Dioscori et Eudoxii *praefert Ritter not. x. ad Nov. Theod., et sic in textu habet Bk.* — [11]) Mennae P. P. *om. Hal. Russ.* — [12]) *ms. Hfn., Cui.*; muneribus *rell.* — [13]) *Hal. Cui.*; dereliquerit *edd. rell.* — [14]) eosdem *Azo.* — [15]) de *ms. Gt., ed. Schf.*; a de *ms. Hfn.* — [16]) ad *ms. Hfn., ed. Schf.* — [17]) eius *ms. Hfn., Hal.* — [18]) possit *ms. Hfn.* — [19]) adhuc *mss. Hfn. Gt.*; ad haec *ed. Schf.* — [20]) nupserunt *ins. ed. Schf., cui favet ms. Gt.* — [21]) omnimodo *mss. Hfn. Gt.* — [22]) *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; est *ins. Russ. et rell.*; deputanda copulata sit *ms. Hfn.* — [23]) nupserit *Hal. Cui.* — [24]) haec *mss. Hfn. Gt.* — [25]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; intestatus *Russ. et rell.* — [26]) *mss. Hfn. Gt., Cui.*; et *ins. edd. rell.* — [27]) siquidem *ms. Gt., ed. Schf.* — [28]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; quarta parte *ins. Hal. et rell.* — [29]) *Hal. Cui. Bk.*; modis omnibus *ins. ms. Hfn., edd. rell.* — [30]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Russ.*; enim *rell.* — [31]) parte *ins. ms. Gt., quod propter sequens v. facile vel excidere vel intrudi potuit.* — [32]) *Cui.*; Ian. *Cont. et rell.* — [33]) *subscr. om. Hal. Russ.*

Tit. XXXV. [XXXVI.]

DE IMPONENDA LUCRATIVIS [1]) DESCRIPTIONE.

1. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Apollonium P. P. — Descriptionis onere siliqnarum quatuor, quas ex [2]) lucrativis ingationibus tantum, non humanis vel animalium censibus, neque mobilibus rebus, iubemus indici, etsi curiales non sint, maiores ac posteros liberamus, ut, si pater, avus [3]), proavus filio, nepoti, pronepoti [4]), vel filiae, nepti, proneptive (nec interest [5]), nuptae sint curialibus nec ne) postrema [6]) voluntate vel inter vivos etiam donatione quidquam de suis opibus largiatur, memoratae descriptionis cesset indictio; eque diverso ut [7]), si [8]) posteri [9]) ad maiores praedicta sibi consanguinitate devinctos praefatis titulis suas conferant facultates, nullius accessione gravaminis huiusmodi liberalitas oneretur; in tam enim [10]) necessariis sibi coniunctisque personis sub liberalitatis appellatione debitum naturale persolvitur. Cuius auctoritatem iuris pariter valere sancimus, et si [11]) ab intestato succedant praefati sibi [12]) generis ordine sociati; ex his enim successionibus maxime debiti potius solutio, quam muneris oblatio comprobatur, quae non largientibus etiam dominis ipsa propinquitatis serie deferuntur [13]). Ceteri vero, licet quadam inter se cognatione iungantur, nunquam tamen curiale praedium sine praedicto onere lucrabuntur, nisi forte is, cui lucro res cesserit, eiusdem civitatis ordini sit obstrictus, qui, licet inter extraneos numeretur, vacuum tamen ea functione, quod datum est, consequatur [14]); nam quum personae conditio non mutetur, nec [15]) rei quidem statum convenit immutari. §. 1. Lucrativas vero res eas tantum volumus appellari atque [16]) praedictae descriptionis gravamen [17]) excipere, quae hereditatis, legati, fideicommissi iure, mortis causa donatione [18]) vel cuiuslibet postremae voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter vivos etiam donatio simplici liberalitate confecta lucrativae merebitur et nomen et sarcinam. Si vero vel socer futurus filii [19]) nepotis vel pronepotis sponsae affinitatis coeundae causa donaverit, vel parens etiam filiam [20]), neptem vel proneptem curiali seu extraneo nubentem dotaverit, licet casus eventu res [21]) eius, cui data est [22]), vertatur [23]) ad lucrum, nec inter lucrativas numerabitur, nec descriptionis oneri subiacebit. Nec enim iuris optimi est, matrimonium, quum tot tantisque suis difficultatibus opprimatur, adventitiis etiam cumulare ponderibus. §. 2. Res vero, quae memoratis causis lucrativae semel nomen exordiumque sortita est, licet ab eo, qui susceperat [24]), ad alterum emtionis vel cuiuscunque contractus iure migraverit, cum praedicto descriptionis gravamine procul dubio transferetur, ut vel scienus sibi imputet, qui accepit oneratam, vel si ignoraverit, quod interest consequatur; contraque si cuiuslibet contractus exordio lucrativae [25]) nomen evaserit, etsi postea lucri titulo in dominatum [26]) alicuius cecidcrit, sarcinam memoratae descriptionis effugiet. Nulla enim in huiuscemodi [27]) causis confusionis intercedit occasio, si [28]) ad primordium tituli posterior quoque formetur eventus, nisi forte res decurionis, quae ad eum cuiuslibet mercimonii iure pervenerit, ad alterum fuerit postrema eius voluntate vel [29]) ab intestato vel inter vivos donatione translata; tunc enim, quia semel in personam cecidit principalis, veterum [30]) titulorum nequaquam ratione perspecta, conditionem et onus merebitur lucrativae. Dat. VII. Id. Mart. Constantinop. Dioscoro et Eudoxio [31]) VV. CC. Conss. [442.]

Tit. XXXVI. [XXXVII.]

DE PRAEBENDO SALARIO.

1. [b]) Impp. Constantius et Constans [32]) AA. ad Marcellinum, Comitem Orientis [33]). — Nulli salarium tribuatur ex viribus [34]) reipublicae, nisi ei, qui iubentibus nobis specialiter fuerit consecutus. Dat. V. Non. Octob. Constantinop. Limenio et Catulino [35]) Conss. [349.]

TIT. XXXVII.

---

[a]) *hausta ex Nov. Theod. XXXI., ex qua et venit l. 2. tit. antecad.; cfr. not. a. l. 3. C. de natural. lib. V. 27.* — [b]) *l. 1. Th. C. de praeb. sal. XII. 2.; iungenda l. 2. C. de oper. publ. VIII. 12. In ms. Hfn. rubr. hui. tit. deest, et const. nostra ultima est tituli praeced.*

[1]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui.*; lucrativorum *ed. Schf.*; lucrativis *alias* lucrativorum *Azo, glossa*; lucrativa *Russ. et rell., improbante Cont. in marg., quia codd. refragantur.* — [2]) ex *om. Nov. Theod.* — [3]) vel *ins. ms. Gt., edd. Schf. Bk., Nov. Theod.* — [4]) pronepotive *Nov. Theod.* — [5]) referet *Nov. Theod., omnes codd. Russardi* (?) — [6]) in postr. *Hal. Cui.* — [7]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Bk., Nov. Theod.*; aeque ex diverso ut *ms. Gt., ed. Schf.*; Aeque ex diverso, *om.* ut, *Russ. et rell, sed* ex *abest ab omn. codd. Russardi.* — [8]) vel *ins. ms. Hfn., ed. Schf.* — [9]) *Hal. Cui. Bk., Nov. Theod.*; posteriores *rell., sed v. supra* maiores ac posteros. — [10]) ita enim *Nov. Theod.* — [11]) *ms. Hfn., Hal. Cui., Nov. Theod.*; etiam si *edd. Schf. Russ. et rell.* — [12]) *Hal. Cui., Nov. Theod.*; sibi praefati *Bk.*; praefiniti sibi *ms. Hfn., ed. Schf.*; sibi praefiniti *Russ. et rell.* — [13]) deseruntur *var. l. ap. Azonem.* — [14]) consequetur *Nov. Theod.* — [15]) ne *Hal. Russ. Cui., Nov. Theod.* — [16]) *ms. Hfn., edd. Schf. Bk.*; et *Hal. Cui., Nov. Theod.*; atque a *Russ. et rell.*; *v. not. seq.* — [17]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Nov. Theod.*; gravamine *Russ. et rell.* — [18]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Bk., Nov. Theod.*; donationis *edd. Schf. Russ. et rell.* — [19]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Nov. Theod.*; vel *ins. Hal. et rell.* — [20]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf. Nov. Theod.*; vel *ins. Hal. et rell.* — [21]) *ms. Hfn., Cui. Cont. et postea rell. praeter Bk.*; licet casus eveniat, ut res *ms. Gt., ed. Schf.*; licet casus eventurus *Nov. Theod.*; licet casu mortis vel divortii eventu res *Hal. Russ. Bk. Sed bene Cui. in comment. iam dixit, vv.* mortis vel divort. *interpretis esse, non auctoris.* — [22]) cui datae sunt *ms. Hfn.*; cui dos data *est ed. Schf.* — [23]) revertantur *ms. Hfn., ed. Schf.*; revertatur *ms. Gt.* — [24]) susceperit *ms. Hfn., Nov. Theod.*; suscepit *ed. Schf.* — [25]) lucrativi *ms. Hfn.* — [26]) *ms. Hfn., Nov. Theod.*; donatum *ms. Gt.*; dominium *edd.* — [27]) huiusmodi *ms. Hfn., ed. Schf., Nov. Theod.* — [28]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Nov. Theod.*; etsi *Russ. et rell.* — [29]) vel *om. Nov. Theod.* — [30]) cecidit, principali veterum *Hal.* — [31]) post cons. Dioscori et Eudoxii, *mox om.* Conss., *Bk.*; *v. not. ad subscr. leg. 2. tit. praeced.* — [32]) *Cui. Bk.*; Imp. Alexander A. *Hal.*; Imp. Constantinus A. *Russ. et rell., Theod. C., sed v. Haenel. not. l.* — [33]) *Cui. Bk., Theod. C. ed. Haenel.*; Corr. (Correctorem) *Russ. et rell.*; ad Marc. com. Or. *om. Hal. Caeterum male ex Theod. C. addunt* Post alia *Russ. Cont. et rell., haud vero Cui.* — [34]) *Theod. C., Bk.*; iuribus *rell.* — [35]) Catullino *edd. Cod.*; *subscr. om. Hal.*

Tit. XXXVII. [XXXVIII.]

SI CURIALIS RELICTA CIVITATE RUS HABITARE MALUERIT.

1. [a]) Imp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano P. P. [1]) — Curiales omnes iubemus interminatione moneri, ne civitates fugiant aut deserant rus habitandi causa; fundum, quem civitati praetulerint, scientes fisco esse sociandum, eoque rure [2]) se [3]) carituros, cuius causa impios se, patriam vitando, demonstraverint. Dat. XVIII. Kal. Ianuar. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [4]) [396.]

Tit. XXXIII. [XXXIX.]

[b]) DE MUNICIPIBUS ET ORIGINARIIS.

1. Imp. Antoninus [5]) A. Silvano [6]). — Quum te Biblium origine, incolam autem apud Berytios esse proponis [7]), merito apud utrasque civitates muneribus fungi compelleris.

2. Imp. Gordianus A. Frontoni. — Si, ut proponis, ea, quae ex causa fideicommissi te manumisit, ab ea libertatem iustam fuerit consecuta, quae originem ex provincia Aquitania ducebat, tu quoque eius conditionis eiusque civitatis ius obtines, unde, quae te manumisit, fuit. Eorum enim conditionem sequi ex causa fideicommissi manumissos pridem placuit, qui libertatem praestiterint [8]), non qui [9]) rogaverint.

3. Imp. Philippus A. Patroclo [10]). — Filios apud originem patris, non in materna civitate, tsi ibi nati sunt [11]), si modo non [12]) domiciliis retineantur, ad honores seu munera posse compelli, explorati iuris est.

4. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Secundo. — Origine propria neminem posse voluntate sua eximi, manifestum est.

5. [c]) Imp. Constantinus A. ad Maximum, vicarium urbis [13]). — Si quis [14]) vel [15]) ex maiore vel ex minore civitate originem ducit, si [16]) eandem evitare studens [17]) ad alienam se civitatem incolatus occasione contulerit, et super hoc vel preces dare tentaverit vel qualibet fraude niti, ut originem propriae civitatis eludat, duarum civitatum decurionatus onera sustineat, in una voluntatis [18]), in una [19]) originis gratia. PP. VIII. Kal. Ianuar. Paulino et Iuliano Conss. [20]) [325.]

Tit. XXXIX. [XL.]

[d]) DE INCOLIS ET UBI QUIS DOMICILIUM HABERE VIDETUR, ET DE HIS, QUI STUDIORUM CAUSA IN ALIA [21]) CIVITATE DEGUNT.

1. [e]) Imp. Antoninus A. Paulo [22]). — Non tibi obest, si, quum incola esses, aliquod munus suscepisti, modo si ante quam ad alios honores vocareris, domicilium transtulisti.

2. Imp. Alexander A. Crispo [23]). — Nec ipsi, qui studiorum causa aliquo loco [24]) morantur, domicilium ibi habere creduntur, nisi decem annis transactis eo loci [25]) sedes sibi constituerint, secundum epistolam divi Hadriani, nec pater, qui propter filium studentem frequentius ad eum commeat. Sed si aliis rationibus domicilium in splendidissima civitate Laodicenorum [26]) habere probatus fueris [27]), mendacium, quo minus muneribus fungaris [28]), non proderit.

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Alexandro [29]). — Est verum, eos, qui in territorio alicuius civitatis commorantur, velut incolas ad subeunda [30]) munera vel ad capiendos [31]) honores non [32]) adstringi.

4. [f]) Iidem AA. et CC. Alexandro [33]). — Quum neque originales neque incolas vos esse memoratis, ob solam domus vel possessionis [34]), licet ex substantia decurionis acquisita sit, causam [35]) publici iuris auctoritas muneribus subiugari vos non sinet.

5. [g]) Iidem AA. et CC. Maximo [36]). — Si in patria uxoris tuae vel [37]) qualibet alia domicilium defixisti, incolatus iure ultro te eiusdem civitatis muneribus obligasti.

6. Iidem AA. et CC. Marcellino [38]). — Privilegio speciali civitatis non interveniente, tantum [39]) originis ratione ac domicilii voluntate ad munera civilia quemque [40]) vocari certissimum est.

7.

---

[a]) *l. 2. Th. C. si curial. rel. civ. XII. 18.* — [b]) *Dig. L. 1.* — [c]) *l. 12. Th. C. de decurion. XII. 1.* — [d]) *Dig. L. 1.* — [e]) *Bas. LIV. 2. 1. (T. VI. p. 675.)* — [f]) *Bas. LIV. 2. 4.* — [g]) *Bas. LIV. 2. 5. (T. VI. p. 676.) In ms. Hfn. et ed. Hal. haec const. postposita est sequenti.*

[1]) Post alia *ex Theod. C. ins. Russ. et rell.*, *neque vero Cui.*; Imp. Constantinus A. *inscr. Hal.* — [2]) iure *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi.* — [3]) se *om. ms. Hfn.*; esse *Theod. C.* — [4]) *subscr. om. Hal.* — [5]) *ms. Hfn.*, *cod. Contii*, *Cui.*; Alexander *Hal. et rell.* — [6]) Silvano *om. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. — [7]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; proponas *Russ. et rell.* — [8]) praestituerunt *ms. Hfn.* — [9]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; dari *ins. Russ. et rell.* — [10]) Patroclo *om. Hal. Russ.* — [11]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; sint *Russ. et rell.* — [12]) ibi *ins. ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [13]) Orientis *Russ. ex Theod. C.*, *Bk.*; ad Max. vic. urb. *om. Hal. Cont.* 62. — [14]) qui *Theod. C.* — [15]) *ms. Hfn.*, *Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; vel *om. ms. Gt.*, *ed. Schf.*; cum *ins. Hal. Cui. Cont.* 66. *et rell.* — [16]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; si *om. Hal. et rell.* — [17]) studet *mss. Hfn. Gt.*; studet et *ed. Schf.*; studeat et *Hal. Russ. Cont.* 62. — [18]) voluntate *edd. Schf. Hal.* — [19]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; in altera *Hal.*; et in una *Russ. et rell.* — [20]) *subscr. om. Hal.* — [21]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; aliena *Russ. et rell.*; in alia civ. *om. ms. Hfn.* — [22]) Paulo *om. Hal. Russ.* — [23]) Crispo *om. Hal. Russ. Cui. Cont.* 62. — [24]) loci *ms. Hfn.* — [25]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*; loco *edd. rell.* — [26]) *Hal. Cui.*; Laudicinorum *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; Laodiceorum *Alciat.*, *Russ. et rell.* — [27]) fuerit *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Russ. Cont.* 62. — [28]) fungatur *Russ. Cont.* 62., *contra omnes codd. Russardi.* — [29]) Alex. *om. Hal. Russ.* — [30]) obeunda *mss. Gt. Hfn.*, *var. l. gl.* — [31]) capessendos *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [32]) *negationem ignorant Graeci sec. Cui. in comment.* — [33]) Alex. *om. Hal. Russ.* — [34]) domum vel possessionem *Hal. Russ.* — [35]) acquis. sit, ea causa *Hal.*; acquis. sit causa, *Russ.*; adquis. est causa *Cui. Nobiscum facit ms. Hfn.* — [36]) Max. *om. Hal. Russ.*; Maximae *Cont.* 62. — [37]) in *ins. ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [38]) Marcell. *om. Hal.* — [39]) *edd. Schf. Cui.*; tenet (?) *ms. Hfn.*; tamen *Hal. et rell.* — [40]) quemquam *mss. Hfn. Gt.*

7. [a]) Iidem AA. et CC. Aurelio [1]). — Cives quidem origo, manumissio, allectio [2]) vel [3]) adoptio, incolas vero, sicut et divus Hadrianus edicto suo manifestissime declaravit, domicilium facit. Et in eodem [4]) loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi quis larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus [5]) non sit discessurus, si nihil avocet, unde quum profectus est, peregrinari videtur, quod [6]) si rediit, peregrinari iam destitit [7]).

8. [b]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Senatum [8]). — Senatores in sacratissima urbe domicilium dignitatis habere videntur. Dat. Kal. Mart. Valentiniano A. [9]) et Neoterio Conss. [390.]

9. [c]) Iidem [10]) AAA. Martiano [11]), Comiti Orientis [12]). — Mulieres honore maritorum erigimus, et [13]) genere nobilitamus, et forum [14]) ex eorum persona statuimus [15]). Sin autem minoris ordinis virum postea sortitae fuerint, priore dignitate privatae posterioris mariti sequantur [16]) conditionem [17]), et domicilia [18]) mutamus [19]). Dat. IV. Kal. Februar. [20]) Constantinop. Arcadio A. [21]) II. et Rufino Conss. [22]) [392.]

Tit. XL. [XLI.]

[d]) DE MUNERIBUS ET HONORIBUS [23]) NON CONTINUANDIS INTER PATREM ET FILIUM, ET DE INTERVALLIS.

1. [e]) Impp. Severus et Antoninus AA. Septimio Zenoni [24]). — Sicut honores et munera, quum pater et filius decuriones sunt, in eadem domo continuari non oportet, ita vacationum concessa tempora non aliis prodesse possunt, quam his [25]), qui ad eosdem vel alios honores, eademque vel alia munera denuo vocantur. Pro infante vero filio, quem decurionem esse voluisti, quanquam fidem tuam in posterum adstrinxeris, tamen [26]) onera sustinere non cogeris, quum ad ea [27]), quae mandari possunt, voluntatem dedisse videaris.

2. [f]) Imp. Gordianus A. Cyrillo [28]). — Ab honoribus ad honores eosdem quinquennii datur vacatio, triennii vero ad alios. Legatione autem perfunctis biennii vacatio concessa est.

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. [29]) Critiae [30]). — Intervalla temporum, quae in unius persona locum habent, fratribus, licet communia possideant bona, minime prodesse, frequenter constitutum est. Sane his missis, qui necdum functi muneribus ad haec [31]) idonei constituti vocari debent, vos, si ad obsequium civilium munerum repererit parnisse, ne iterum [32]) interpellemini, praeses provinciae providebit.

Tit. XLI. [XLII.]

[g]) DE MUNERIBUS PATRIMONIORUM.

1. Imp. Antoninus A. Filio [33]). — Civilia munera per ordinem pro modo fortunarum sustinenda sunt.

2. Idem A. Materno. — Munera, quae patrimoniis publicae utilitatis gratia indicuntur, ab omnibus subeunda [34]) sunt.

3. [h]) Imp. Alexander A. Attilio. — Qui immunitatem munerum publicorum consecuti sunt, onera patrimoniorum sustinere debent. In quibus causis et hospites recipiendi sunt.

4. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Neroni [35]). — Non videtur abhorrere [36]) ratione [37]) sententia, qua praeses provinciae equos curiales [38]) alere non personarum, sed patrimonii esse decrevit. Et tamen si iniqua esset, omisso a te appellationis auxilio, necessario permanet.

5. Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Antepisti [39]). — Neque tempore aetatis, neque numero liberorum a muneribus, quae patrimoniorum sunt, excusationem quis habere potest.

6. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Polinestro [40]). — Professio et desiderium tuum inter se discrepant. Nam quum philosophum te esse proponas, vinceris avaritiae caecitate [41]), et onera, quae patrimonio tuo iniunguntur, solus recusare conaris. Quod frustra te facere, ceterorum exemplo poteris edoceri. 7.

---

[a]) *Bas. LIV.* 1. 7. (*T. VI. p.* 675.); *iungenda videtur l.* 11. *C. de appellat. VII.* 62. — [b]) *Cuiac. in comment. iungendam censet leg.* 2. *C. ubi senatores. III.* 24. — [c]) *l.* 7. *Th. C. de iurisdict. II.* 1.; *geminatur in l.* 13. *C. de dignitat. XII.* 1. — [d]) *Dig. L.* 4. — [e]) *posterior hui. rescr. pars legitur in l.* 21. §. 6. *D. ad municipal. L.* 1.; *Bas. LIV.* 7. 1. (*T. VI. p.* 681.) — [f]) *Bas. LIV.* 3. 2. (*T. VI. p.* 676.) — [g]) *Dig. L.* 4. — [h]) *Bas. LIV.* 4. 3. (*T. VI. p.* 678.)

[1]) Aur. *om. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. — [2]) adiectio ad hospitium *M. Vacar.* — [3]) vel *om. ms. Hfn.*; atque *ms. Bg.* 1., *ed. Schf.*; id est *quidam codd. Cuiacii*; vel adoptio *om. ms. Bg.* 2. *Sed Bas. nos tuentur.* — [4]) *ms. Hfn.*, *vett. codd. Cuiacii*, *Russ. Cont. et postea rell. praeter Bk*; Et eodem *ed. Schf.*; Et in eo *Hal. Cui. Bk. Mihi probatur Cuiacii coniectura, qui em.* Et in eo demum. — [5]) rursus *om. ms. Gt.*, *omnes libri Russardi*; *sed est in ms. Hfn.* — [6]) *scribendum censeo* quo, *quod habet ms. Hfn.* — [7]) desinit *var. l. ap. Azon.* — [8]) *inscr. apud Hal. et Russ. est* Imp. Constantinus A. — [9]) IV. *ex fastis ins. Bk.* — [10]) *ms. Hfn.*, *Cui. Bk.*; Impp. Valentin. et Valens *Hal. Russ.*; Imppp. Valentin., Theod. et Arcad. *Cont.* 62. *et rell.* — [11]) Martiniano *Theod. C. ed. Haenel.* — [12]) Mart. com. Or. *om. Hal.* — [13]) et *om. ed. Schf.*, *Theod. C.* — [14]) nobilitamus. Iisdem forum *Theod. C.* — [15]) *Verba suprema* et domic. mutamus *Cuiacio videntur huic loco applicanda, ut in l.* 13. *C. XII.* 1. *et in l.* 7. *Th. C. II.* 1. — [16]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62.; sequentur *Cont.* 66. *et rell.* — [17]) Sin autem — conditionem *om. Theod. C.* — [18]) *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; domicilium *rell.* — [19]) mutamus *om. ms. Gt.*; mutabunt *alias* mutant *Azo.* — [20]) IV. Id Novemb. *Theod. C. ed Haenel.* — [21]) *Theod. C.*, *Bk.*; A. *om. rell.* — [22]) *subscr. om. Hal.* — [23]) De honor. et muner. *ms. Hfn.*, *Cui.* — [24]) Septim. Zen. *om. Hal. Russ.* — [25]) his *om. mss. Hfn. Gt.* — [26]) interim *ins. l.* 21. §. 6. *D. L.* 1. — [27]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi*, *edd. Schf. Cui.*, *l.* 21. §. 6. *D. cit.*; tantum *ins. Hal. et rell.* — [28]) Cyrillo *om. Hal. Russ.* — [29]) *Cui.*; et CC. *om. rell.*; *Hal. et Russ. inscribunt* Idem Augustus. — [30]) Liciae *Cont.* 62.; Aniceto *vel* Niceto *Cont. in marg.* — [31]) hoc *Hal. Cui.* — [32]) *ms. Hfn.*, *vett. libri Cuiacii*; interim *rell.*, *improbante Cui. in comment.* — [33]) *Cui.*; Philino *Cont.* 62.; filio *Cont.* 66. *et rell. praeter Bk.*; filio Philino *Bk. Ab Hal. et Russ. absunt in hoc tit. nomina eorum, ad quos datae sunt const.* — [34]) obeunda *mss. Hfn. Gt.* — [35]) Neroni *abest a Cui. Cont.* 62.; Zenoni *Cuiac. Opp. ed. Fabrot. T. II. p.* 108. — [36]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*; a *ins. Hal. et rell.* — [37]) rationem *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Azo.* — [38]) curules *emend. Cui. in comment.*, *provocans ad l.* 5. *C. XI.* 40., *l.* 7. *C. XII.* 50., *Theod. C. XV.* 10.; *recte.* — [39]) *sic Cont.* 66. *et postea rell.*; a *Cui. in ed. prima nomen abest*, *sed* Pisto *inscribitur in Opp. ed. Fabrot. T. II. p.* 108. — [40]) *Cuiac. Opp. ed. Fabrot. l. c.*, *Bk.*; *nomen om. Cui. in ed. prima et rell.* — [41]) *ms. Hfn.*, *vett. codd. Cuiacii*; avaritiae caecitate et rapacitate *ed. Schf.*; avaritia et rapacitate *Hal. et rell.*

7. [a]) Iidem AA. et CC. Alexandro [1]). — Etiam minores aetate patrimoniorum muneribus subiugari solent. Unde intelligis, te frustra plenam immunitatem desiderare, quum munera, quae impensas exigunt, subire te necesse sit.

8. Iidem AA. et CC. Longino [2]). — Nec protostasiae [3]) vel sacerdotii [4]) vel decaprotiae munera corporalia sunt, sed tantum [5]) patrimonii esse non ambigitur.

9. [b]) Iidem AA. et CC. Marciae [6]). — Patrimoniorum munera mulieres [7]) etiam sustinere debent.

10. Exemplum sacrarum literarum eorundem AA. et CC. ad praesides provinciarum [8]). — Quantum ad extraordinarias indictiones pertinet, praesidibus significamus, ut omnes possessores ceterosque sciant conveniri debere, quandoquidem ea patrimonii munera esse constet, meritoque [9]) ab omnibus agnosci debeant, quo facilius obsequiis publicis pareatur.

Tit. XLII. [XLIII.]

[c]) QUEMADMODUM CIVILIA MUNERA INDICUNTUR.

1. Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Feliciano [10]). — Quum te curatorem ad cogendas angarias creatum appellationem interposuisse proponas, praeses provinciae, si alterius curiae [11]) te esse animadverterit, ad alieni corporis munera vocari non sinet, quia eius patriae [12]) oneribus respondere debes, cui te attributum esse commemoras.

2. [d]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Dionysio [13]). — Maioribus honoribus [14]) functos, ad minores devocari non oportere, rationis est.

3. Iidem AA. Eutychiano. — Quum te omnibus muneribus functum esse asseveres, ad eadem munera, si aliorum civium copia est, qui obsequiis civilibus fungi possunt, praeses provinciae devocari te non permittet.

4. Iidem AA. et CC. Regio. — Ultra modum sumtuum te [15]) muneribus civilibus gravari, levatis aliis, praeses provinciae non patietur, sed aequalitatem [16]), tam iuris quam censurae memor, circa ordinem custodiet.

Tit. XLIII. [XLIV.]

[e]) DE HIS, QUI SPONTE [17]) MUNERA SUSCEPERUNT [18]).

1. Imp. Alexander [19]) A. Feliciano [20]). — Veterani, qui, quum possent se tueri immunitate his concessa, decuriones se fieri in patria sua maluerunt, redire ad excusationem, quam reliquerunt, non possunt, nisi certa lege et pacto servandae immunitatis, vel partem eius honoris [21]) agnoverint [22]).

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [23]) Valerio [24]). — Qui publici muneris vacationem habet, si aliquem honorem, excepto decurionatu [25]), sponte susceperit, ob id, quod patriae suae utilitatibus cesserit, vel gloriae cupiditate paulisper ius publicum relaxaverit, competens privilegium [26]) non amittit.

3. [f]) Imp. Leo A. Pusaeo [27]) P. P. — Qui conditioni non obnoxius curiali quemlibet honorem vel munus voluntate propria in quacumque gesserit civitate, nullum praeiudicium circa fortunam suam statumque sustineat; sed tam ipse, quam liberi eius, et qui ex his in posterum procreandi sunt, ab omni huiusmodi nexu cum suis facultatibus liberi alienique permaneant, ita tamen, ut, si aliqua functio volentibus eis fuerit iuncta, ex qua necesse sit eos aliquid accipere, quod ex data sibi pecunia in reliquis apud eos mansisse [28]) constiterit, solventes, sine ulla molestia vel conditionis suae formidine discedant. Si quis vero ex his omnia decurionum munera vel functiones vel honores, nulla imminente necessitate, sed sua sponte peregerit, eum pro sua liberalitate patrem civitatis, in qua voluntarius municeps apparebit, si hoc ei libuerit, fieri constituique hac lege decernimus. Dat. V. Id. Novemb. Constantinop. Basilisco et Herminerico [29]) Conss. [30]) [465.]

4. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. — Eos, qui curiali fortuna liberi constituti, postea se curiae cuiuscunque civitatis obtulerint, confidere volumus, quod posteritas eorum, non solum iam procreata, sed etiam post talem deditionem procreanda, huiusmodi fortuna libera manebit [31]), sive specialiter sub hac lege curiae se obtulerint, ut ab his [32]) descendentes tali fortuna liberi permaneant, sive nullam huiusmodi [33]) fecerint mentionem, nullo audente dicere, quod nati vel concepti post talem deditionem paternam conditionem sequi debeant; hoc enim speciali beneficio alacriores omnes ad conferendam civitatibus huiusmodi opitula-

---

[a]) *Bas. LIV.* 4. 7. — [b]) *Bas. LIV.* 4. 9.; *abest haec const. a ms. Hfn.* — [c]) *Dig. L.* 4. [d]) *Bas. LIV.* 3. 2. (*T. VI. p.* 676.) — [e]) *Dig. L.* 4. — [f]) *iungenda l.* 1. *C. de off. com. Or. l.* 36.

[1]) *Cui., Bk.*; Alex. *om. rell.* — [2]) Imp. Constant. *A. Hal. Russ.*; Longino, *quod restituit Cui., abest ab omnibus praeter Sp. Bk.* — [3]) prostasiae *ms. Gt., Alciat.*; *sed v. infra l.* 3. *C. X.* 60. *et Theod. C. X.* 23. — [4]) sacradotie *ms. Hfn.*; sacerdotie *ed. Schf.* — [5]) tamen *ms. Gt., quidam codd. Cuiacii.* — [6]) *Cui. Opp. ed. Fabrot. l. c., Bk.*; Marciae *om. Cui. in ed. prima et rell.*; Impp. Valentin. et Valens AA. *inscr. Hal. Russ.* — [7]) *alias* mulierum, *Azo.* — [8]) Iidem AA. et Grat. A. *Hal. Russ.* — [9]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; quae merito *Russ. et rell.* — [10]) *Cuiac. Opp. ed. Fabrot.*; Felic. *om. Cui. in prima ed. et rell.* — [11]) curae *ed. Schf., Azo*; curationis *var. l. gl.*; creationis *var. l. ap. Azonem*; certe create *ms. Hfn.*; creatum *ms. Gt.*; creaturae *vett. codd. Cuiacii*; create aere *ms. Rg.* 2.; certe *ms. Rg.* .; certae *var. l. ap. Azonem.* — [12]) partis *mss. Hfn. Gt. Rg.* 2., *vett. codd. Cuiacii, ed. Schf.*; *sed* patriae *defendit ms. Rg.* 1. — [13]) *nomina eorum, ad quos datae sunt const., in hac et rell. hui. tit. legibus om. Hal. Russ.* — [14]) oneribus *quidam codd. Cuiacii*; *sed* τιμὰς *Bas.* — [15]) de *ins. ed. Schf.* — [16]) aequabilitatem *Cui.* — [17]) *mss. Hfn. Gt., Cui.*; publica *ins. rell.* — [18]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; subeunt *rell.* - [19]) Antoninus *Hal. Russ. Cont.* 62., *contra ms. Hfn.* — [20]) ii, *ad quos datae sunt const., in hoc tit. absunt ab Hal. Russ.* — [21]) oneris *ed. Schf., var. l. gl.* — [22]) agnoverunt *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [23]) Imp. Alexander A. *Hal. Russ.* — [24]) Valerio *om. Cui. in ed. prima, sed est in Opp. ed. Fabrot. II. p.* 111. — [25]) decurionatus *ms. Hfn., ed. Schf., Azo.* — [26]) beneficium *ed. Schf.* — [27]) Puseo *Cui. et rell. praeter Bk.* — [28]) remansisse *ms. Hfn., ed. Schf.* — [29]) Armerico *Russ. Cui. et rell. praeter Bk.*; *sed quo certius ex Russardi et Contii notis est, hanc subscr. ex l.* 1. *C. I.* 36. *fuisse restitutam, eo magis licet vitium in hoc nomine commissum ex l.* 1. *cit. emendare.* — [30]) *subscr. om. Hal.* — [31]) remanebit *Hal. Cui.* — [32]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62.; eis *Cont.* 66. *et rell.* — [33]) huius *mss. Hfn. Gt.*

opitulationem constituere properavimus; ita tamen, ut nec occasione quartae portionis honorum huiusmodi decurionis quicunque successores eius aliquam inquietudinem patiantur, utpote libera eius substantia omni curiali gravamine conservanda. Et si quid defunctus vel ex administratione curialium munerum, vel ex quarta portione ad eandem curiam semel vel saepius devoluta, vel ex alia quacunque causa eidem curiae debuisse probetur, hoc idem [1]) successores curialibus reddere minime dubitent. Illis scilicet, quae super naturalibus filiis, quos naturalis pater sub hac lege curiae dedit vel postea dederit, ut legitimos tam ex testamento quam ab intestato successores habeat, non solum veteribus legibus, sed etiam nostris sanctionibus disposita sunt, praesenti lege excipiendis, ut non ipsi tantum filii naturales, sed etiam ex his procreandi mares paternam sequantur fortunam, vel, maribus liberis minime subsistentibus, quarta pars substantiae mortui curiae deputetur.

Tit. XLIV. [XLV.]

[a]) DE HIS, QUI A PRINCIPE VACATIONEM ACCEPERUNT.

1. [b]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino P. P. [2]) — Nullus vacationem temporariam [3]) curialis accipiat, nisi id forte veris ac probatis causis adnotatio nostra concesserit. Dat. prid. Non. Ian. Constantinop. Theodosio A. III. [4]) et Abundantio Conss. [5]) [393.]

Tit. XLV. [XLVI.]

[c]) DE VACATIONE PUBLICI MUNERIS.

1. Imp. Gordianus A. Ianuario [6]). — Muneris publici vacationem [7]) ea continere, quae non lege, non senatusconsulto [8]), non constitutionibus principum iniunguntur, merito responsum est. Ad quam formam iuris pertinens [9]) si coeperis ad munera extraordinaria a magistratibus devocari, appellatione interposita poteris apud praesidem iuris rationibus protegi.

Tit. XLVI. [XLVII.]

DE DECRETIS DECURIONUM [10]) SUPER IMMUNITATE QUIBUSDAM CONCEDENDA.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Ursatio [11]). — Exceptis qui liberalium studiorum antistites sunt, et qui medendi cura funguntur, decurionum decreto immunitas nemini tribui potest.

2. Iidem AA. et CC. Cassio [12]). — Ordinis ambitiosa decreta sacris constitutionibus reprobantur [13]).

Tit. XLVII. [XLVIII.]

[d]) DE EXCUSATIONIBUS MUNERUM [14]).

1. Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Demetrio [15]). — Etiam hi, qui nostra [16]) procurasse monstrantur, muneribus civilibus, quae dignitati eorum congruunt, fungi debent.

2. Pars actorum Diocletiani et Maximiani AA. et CC. Id. Febr. . . . . [17]) — Inductis Firmino et Apollinario, et ceteris principalibus Antiocheusium adstantibus, Sabinus dixit: (*desunt graeca* [18])). Diocletianus dixit [19]): Certis [20]) dignitatibus data a nobis indulgentia est munerum civilium et personalium, id est his, qui aut ex protectoribus sunt aut ex praepositis. Hi ergo ad munera personalia aut civilia non vocabuntur.

3. Iidem AA. et CC. Mariano [21]). — Tutelae sollicitudo a muneribus civilibus non excusat, utpote quum [22]) nec tres simul iniunctae diversarum dominum huiusmodi beneficium praestent.

4. Iidem AA. et CC. Attalo [23]). — Hydraulae [24]) munerum civilium immunitatem sibi iure concessam probare [25]) minime possunt.

5. [e]) Iidem AA. et CC. Marcellino [26]). — Procuratores absentium reipublicae causa munerum civilium vacationem non habent.

6. Iidem AA. et CC. Gaio [27]). — Venatoribus [28]) immunitas ob hanc professionem solam nullo iure concessa probari potest.

7. [f]) Imp. Constantius [29]) A. ad Catullinum, Vicarium [30]). — Negotiantes [31]) vestiarios, linteones [32]), purpurarios, et parthicarios [33]), qui devotioni

---

[a]) *Dig. L.* 5. — [b]) *l.* 135. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [c]) *Dig. L.* 5. — [d]) *Dig. L.* 5. — [e]) *in ms. Hfn. hoc reser. collocatur post l.* 1. §. *t.* — [f]) *mihi iungenda videtur* §. 1. *C. de oper. publ. VIII.* 12.

[1]) idem *om. ms. Hfn.* — [2]) Impp. Theod. et Valent. AA. *Hal. Russ.* — [3]) *mss. Hfn. Gt., Cui., Theod. C.*; temporalem *edd. Schf. Hal. et rell.* — [4]) *Cui. Russ. Bk., Theod. C.*; A. III. *om. Cont. et rell.* — [5]) *subscr. om. Hal.* — [6]) Ianuario *om. Hal. Russ. Cont.* 62., *etiam Cui. in ed. prima.* — [7]) vacatione, *sed mox* continere *ms. Hfn.* — [8]) senatusconsultis *Hal. Cui.* — [9]) pertinet *et mox* devocari, appellatione enim interp. *Hal.* — [10]) et *ins. ms. Hfn.* — [11]) Ursatio *om. Hal. Russ. Cont.* 62. *Cui. in ed. prima*; Ursino *Cui. in Opp. ed. Fabr. II. p.* 113. — [12]) Cassio *om. Hal. Russ.* — [13]) ambitio a decretis const. reprobatur *ms. Hfn.* — [14]) munerum *om. ms. Hfn.* — [15]) Impp. Diocl. et Maxim. AA. et CC. *Hal. Russ., contra ms. Hfn., in quo est* Imp. Carus A. — [16]) nostro *ms. Hfn., var. l. gl.*; nostro patrimonio *Azo*; nostrum *var. l. apud Azonem.* — [17]) *hunc diem restituit Cui. in Opp. ed. Fabr. l. c., consules perierunt. Abest dies ab omn. edd. praeter Bk.* — [18]) *graeca fuisse, quae Sabinus dixit, plurimorum codicum testimonio constat; aut enim graeca interiecta fuisse consueto signo testantur, aut describendorum graecorum periculum faciunt, sed ita, ut erui hactenus non potuerint. In ms. Hfn. sic invenio:* dixit Sab. grecum, *iam sequuntur viginti duae literae, quae graeci originalis pravissimam imitationem exhibent, et additur* et c. *Hoc* et caetera *Cui. Cont.* 66. *et postea rell. praeter Bk. textui restituerunt; sed mihi verosimilius videtur, interiectum hoc fuisse a librariis, ut significarent totum graecum a se non describi.* — [19]) adstantibus dixit Imperator Diocletianus, *mediis omissis, Hal. Russ. Cont.* 62. — [20]) ceteris *ms. Hfn.* — [21]) *Cui.*; Martiano *Cont. et rell.*; Mar. *om. Hal. Russ.* — [22]) quum *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [23]) Attalo *om. Hal. Cui. Russ Cont.* 62. — [24]) Hydrulae *ms. Hfn.*; *in lib. R. secundum Azon. est* sidrulae aut ae. — [25]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui*; approbare *Hal. et rell.* — [26]) Marcell. *om. Hal. Russ.* — [27]) *Cui.*; Caio *Cont. et rell.*; *nomen om. Hal. Russ.* — [28]) Senatoribus *var. l. gl.* — [29]) *Cui. Bk., Gothofr. in Prosopogr. s. v.* Catullinus; Constantinus *Hal. et rell.* — [30]) ad Catull. Vic. *om. Hal. Russ.*; Vic. *om. Cui. in ed. prima, Cont.* 62. — [31]) Negotiatores *Cui. Bk.* — [32]) lintearios *mavult Cui. in comment., provocans ad vett. liberos et ad l.* 5. §. 4. *D. XIV.* 3.; *sed* linteones *ms. Hfn.* — [33]) *edd. Schf. Bk., Cui. in comment.*; parthiarios *ms. Hfn., Hal. Russ., Alciat.*; particarios *Cont. et rell.*; οἱ πραγματευόμενοι — τὰ παρθικὰ δέρματα *Bas. sec. Cuiac.*

votioni nostrae deserviunt, visum est secundum veterem consuetudinem ab omni munere immunes esse [1]).

8. [a]) Idem A. [2]) et Iulianus C. [3]) ad Taurum P. P. [4]) — Placet, nullum omnino iudicem de cetero provincialibus inferendum aliquid iudicere, ut ea tantum [5]) sedulo conductorum studio pensitentur, quae canonis instituti forma complectitur, vel nostra clementia decernit [6]) inferenda, vel delegatione solemniter sanciente, vel epistolis praecedentibus. Sed si quid urgere forsitan coeperit, referri ad celsitudinem tuam statuimus, et auctore [7]) te fieri, et eo persoluto referri ad scientiam nostram, ut nobis iubentibus roboretur. Si quis autem usurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli repetitione teneatur. Quae severitas iussionis ad [8]) ordinariorum iudicum officiorumque terrorem debebit excurrere [9]), ut, si eorum vel gratiosa conniventia vel ignobili dissimulatione temeritas admiserit curialis [10]), eos quoque damni simplicis [11]) poena castiget. Dat. Kal. April. Mediolano, Constantio A. IX. et Iuliano C. II. Conss. [12]) [357.]

9. [b]) Impp. Valentianus et Valens AA. [13]) ad Claudium, Proconsulem Africae [14]). — Illud convenit praecaveri, ne quis hanc, quae personalis est functio [15]), pretio putet esse taxandam. Dat. Kal. Decemb. Treviris, Valentiniano et Valente AA. [16]) Conss. [365.]

10. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hypatium P. P. [17]) — Privatae rei nostrae privilegiis permanentibus, nihil extra ordinem praedia iure perpetuo consignata sustineant, neque adiectis [18]) saepius ac praeter primum delegationis canonem postulatis [19]) afficiantur impendiis, quandoquidem neque aurario canoni, sub privilegiis aestimato, aliquid ex ea, iubentibus nobis, praebitionum diversitate decutitur [20]), et pari cum ceteris aestimari sorte non convenit, quos praeter annonarias functiones aestimata [21]) perpetuo [22]) pensitationum [23]) praerogativa nexuerunt [24]). PP. Karthagine, Id. April. post consulatum Syagrii et Eucherii [25]). [382.]

11. [d]) Iidem AAA. ad Syagrium P. P. — Eos, qui cum honore comitum, nomine magistrorum, memoriae praefuerint [26]) vel epistolis vel libellis, item eos, qui ibidem peragendis signandisque responsis nostrae mansuetudini [27]) obsecundant, omnium civilium [28]) munerum fieri iubemus exsortes [29]). Igitur qui ex eo gradu [30]) palatio nostro abscesserint [31]), adesse sibi competentia privilegia glorientur; qui vero superioribus dignitatibus creverint, nihilominus huius [32]) loci privilegia praesto sibi fuisse laetentur. Lecta III. Kal. Septemb. Capuae, Antonio [33]) et Syagrio Conss. [34]) [382.]

12. [e]) Iidem AAA. ad Hypatium P. P. — Maximarum culmina dignitatum, consistoriani quoque comites, notarii etiam nostri et cubicularii omnes atque excubicularii [35]) ab omnibus sordidis muneribus vindicentur. Ceteros autem, palatina vel militari intra palatium praerogativa munitos, ita demum privilegium simile contingat [36]), si prioribus statutis se ad eiusmodi [37]) exceptionem [38]) docuerint pertinere, ut non singulis indulta personis, sed in commune dignitati vel corpori huiusmodi beneficia doceantur fuisse concessa; circa [39]) rhetores atque grammaticos eruditionis utriusque vetusto more durante. Sordidorum vero munerum talis exceptio sit, ut patrimoniis dignitatum superius digestarum nec conficiendi pollinis [40]) cura mandetur aut panis excoctio aut obsequium pistrini, nec paraveredorum huiusmodi viris [41]) aut parangariarum praebitio mandetur, exceptis his, quibus ex more Rhaeticus limes includitur, vel expeditionis Illyricae [42]) pro necessitate vel tempore utilitas [43]) adiuvatur. Operarum atque [44]) artificum diversorum, excoquendae etiam calcis obsequia, nulla de talibus adiumenta [45]) poscantur; materiam lignorum [46]) atque tabulata exceptorum virorum patrimonia non praebeant; carbonis quoque, nisi cum [47]) quem moneta solemniter vel [48]) fabricatio secundum veterem morem poscit [49]) armorum,

---

[a]) *hausta ex l.* 8. *et* 11. *Th. C. de extraord. mun. XI.* 16. — [b]) *hausta ex l.* 12. *Th. C. de pistor. XIV.* 3. — [c]) *l.* 13. *Th. C. de extraord. muner. XI.* 16. — [d]) *hausta ex l.* 14. *Th. C. de extraord. muner. XI.* 16. — [e]) *hausta ex l.* 15. *Th. C. de extraord. muner. XI.* 16.; *Bas. LIV.* 6. 12. (*T. VI. p.* 680.)

[1]) *videtur restitui posse subscr. leg.* 1. *C. VIII.* 12. — [2]) *Hal. Russ. Cui. Cont.* 62. *Bk.*; Idem A. Constantinus *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; Imp. Constantinus A. *Sp.* — [3]) et Iul. C. *om. Hal.*; Iul. *om. Russ. Cont.* 62. — [4]) ad Taurum P. P. *om. Hal.* — [5]) tamen *edd. Schf. Hal.* — [6]) decrevit *Hal. Cui.*, *contra Theod. C.* — [7]) *mss. Hfn. Gt.*, *Hal. Cui.*, *Theod. C.*; auctorem *edd. Schf. Russ. et rell.* — [8]) ad *om. Hal.* — [9]) excutere *Hal.*, *Theod. C. ed. Haenel.*; excurre *ms. Hfn.*; *v. not.* 20. *ad. l.* 10. *h. t.* — [10]) *alias* curiales, *et tunc iungitur sequentibus, glossa.* — [11]) similis *Cui. in comment. ex Theod. C. corrigere vult, quem sequitur Bk.*; *sed* simplicis *ms. Hfn.*, *nec Cui. ad codd. pro sua emendatione provocavit*, *sed tantum ad analog. leg.* 15. *h. t.*; *vett. libros pro lect.* similis *allegat Char. in marg.* — [12]) *subscr. om. Hal.*; *Russ. ex l.* 11. *Th. C. cit. hanc repetiit subscr.* Da. XIV. Kal. April. Constantinop. Valentiniano et Valente AA. Conss. (365.), *sed tunc inscr. non quadrat.* — [13]) *Gratianum addere vult Iac. Gothofr.*, *ut subscr. ad a.* 368. *vel* 370. *referri possit*; *cfr. not.* 16. — [14]) ad Claud. Proc. Afr. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [15]) est, functionem *Theod. C.* — [16]) *II. vel III. inserere vult Iac. Gothofr.*, *v. Haenel. not. h. ad l.* 12. *Th. C. cit.*; *subscr. om. Hal. Russ.* — [17]) ad Hypat. P. P. *om. Hal.*, *a quo et in rell. hui. tit. legibus abest is, ad quem data est const.* — [18]) abiectis *Cui. in comment. ex Theod. C.*; *sed Haenel. nostram lect. recepit.* — [19]) postulantis *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ.*, *var. l. gl.* — [20]) decurritur *ms. Hfn.*, *var. l. ap. Azonem*; discutitur *var. l. gl.* — [21]) *omnes codd. Russardi, Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; aestimatas *edd. Schf Russ. et rell.*; existimatas *ms. Hfn.* — [22]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi*, *Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*, *Azo*; perpetua *edd. Schf. Russ. et rell.*, *var. l. gl.* — [23]) pensitationis *Val.* — [24]) nexuit *Hal.*; nexuerint *Theod. C.* — [25]) *subscr. om. Hal.* — [26]) *ms. Hfn.*, *Theod. C.*; praefuerunt *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; praefuere *rell.* — [27]) *Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; mansuetudinis *rell.* — [28]) vilium *Theod. C.* — [29]) *alias* extorres, *Azo.* — [30]) e *ins. Theod. C.* — [31]) *mss. Gt. Bg.* 1. 2., *Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*, *adstipulante glossa*; accesserint *ms. Hfn.*, *var. l. gl.*; decesserint *var. l. gl.*; adhaeserint *edd. Schf. Russ. et rell.* — [32]) *ms. Hfn.*, *Theod. C.*; huiusmodi *ed. Schf.*; eius *Hal. et rell.* — [33]) Antonino *Sp.*, *vitio typ.* — [34]) *subscr. om. Hal.* — [35]) ex — cubicularii *Theod. C.*; excubicularii *Cui.* — [36]) *Theod. C.*, *Bk.*; contineat *rell.* — [37]) *ms. Hfn.*, *Theod. C.*; huiusmodi *edd.* — [38]) exactionem *Theod. C. ed. Gothofr.*, *male.* — [39]) ecclesias *ins. Theod. C.* — [40]) polline *var. l. gl.* — [41]) *Cui. Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; iuris *rell.* — [42]) *Alciat. invenit* illiritae, *sed recte ex antiquo cod. emendavit* Illyricae. — [43]) utilitatis *var. l. ap. Azonem et Alciatum.* — [44]) *edd. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; quoque *ms. Hfn.*, *Hal. et rell.*, *improbante Cui. in comment.* — [45]) adiumento *Hal.* — [46]) lignum *Theod. C.*, *probante Cui. in comment.* — [47]) *Hal. Bk.*, *et sic legere mihi videor in ms. Hfn.*; eum *rell.* — [48]) sollemniterve *ms. Hfn.* — [49]) pascit *var. l. gl.*; poscuntur *Azo*; possit *ms. Bg.* 1 *et* poscitur *mss. Hfn. Bg.* 2.

rum, ab huiusmodi viris [1]) praebitio desistat [2]); publicis vel sacris aedibus [3]) construendis [4]) atque reparandis capituli [5]) atque temonis necessitas nulla mandetur; legatis atque allectis sumtus possessio huiusmodi privilegiis munita non conferat [6]). Hoc tamen his patrimoniis prosit, quae dignitatem proprio videntur nomine possidere. Eos etiam, qui simili honore functi [7]) sunt, generali praerogativa a praebitione sordidorum munerum vindicamus. Dat. V. Id. Decembr. Antonio et Syagrio Conss. [8]) [382.]

13. [a]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Neotherium [9]) P. P. [10]) — Sordidorum munerum excusatio [11]) delata personis ad heredem successoremve transire non potest. Neque enim potest esse perpetuum, quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis atque militiae indulsisse nos constat. Dat. XVIII. Kal. Mai. Mediolano Arcadio A. I. et Bautone Conss. [12]) [385.]

14. [b]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [13]) AAA. Tatiano, P. P. Orientis. — Eam legem, quam de extraordinariis sordidisque muneribus expressis vocabulis functionum et insignibus dignitatum sine ulla ambage praescripsimus, ita circa eos, in quos nostra munera redundarunt, esse praecipimus servandam, ut iisdem beneficiis, non quamdiu militaverint, sed quamdiu vixerint, perfruantur. Dat. XI. Kal. April. Mediolano Tatiano et Symmacho Conss. [14]) [391.]

15. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Messiano, Comiti S. P. — Evidenter atque absolute iubemus, ne fundi ad patrimonium nostrum pertinentes, seu conductionis titulo seu perpetuo [15]) iure teneantur, aliquid praeter ordinem superindicti vel pretii [16]) nomine vel [17]) de sordidis quibuscunque muneribus agnoscant. Nam et hoc a divis principibus impetratum [18]) est, et a nostra serenitate reparatum. Quisquis igitur indicum contra fecerit, quinque pondo auri de facultatibus [19]), alia de officiis suis, totidem [20]) et de curialibus, qui exsequi male [21]) iussa festinant, noverit erruenda. Dat. XVII. Kal. Iul. Mediolano, Olybrio et Probino Conss. [22]) [395.]

16. [d]) Iidem AA. et Theodosius A. [23]) Melitio P. P. [24]) — Ab illustribus [25]) personis sordida munera et extraordinariae necessitatis damna removemus. Dat. XV. Kal. Mart. Ravenna, DD. NN. Honorio IX. et Theodosio V. AA. Conss. [26]) [412.]

Tit. XLVIII. [XLIX.]

[e]) DE QUIBUS MUNERIBUS VEL PRAESTATIONIBUS NEMINI LICEAT SE EXCUSARE.

1. [f]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Herculio, P. P. Illyrici [27]). — Comparationi [28]) transvectionique specierum universi sine ullo privilegio coarctentur ad necessitates Illyricianas [29]); nam in his duntaxat titulis nullum sub quopiam [30]) cessare privilegii velamento censemus. Sed sub hac conditione, quum tempus exegerit, huiusmodi collationi succumbant [31]), ut non tantum requiratur idoneus, verum universi pro portione suae possessionis ingationisque ad haec munia coarctentur, et a summis sarcina ad infimos usque [32]) decurrat. Dat. III. Id. April. Constantinop. Basso et Philippo Conss. [33]) [408.]

2. [g]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Taurum P. P. — Quum ad felicissimam expeditionem numinis [34]) nostri omnium provinciarum per loca, qua iter arripimus, debeant nobis solita [35]) ministeria exhiberi, neminem ab angariis vel parangariis vel planstris vel quolibet munere penitus excusari praecipimus, sed omnes, sive ad divinam nostram domum, sive ad venerabilis Augustae, vel ad sacrosanctas ecclesias, vel quaslibet illustres domos pertinent, nec lege pragmatica nec divina adnotatione sacrove oraculo excusatos, indictionibus magnificae tuae sedis tempore nostrae expeditionis obedire [36]) decernimus. Dat. XIII. Kal. Mart. Constantinop. Valentiniano A. VI. [37]) et Nonio [38]) Conss. [39]) [445.]

3. Imp. Leo A. Dioscoro P. P. [40]). — Hac providentissima lege statuimus, omni excusatione cessante, nullaque persona vel dignitate [41]) penitus excepta,

---

[a]) *hausta ex l.* 16. *Th. C. de extraord. muner. XI.* 16. — [b]) *l.* 19. *Th. C. de extraord. muner. XI.* 16. — [c]) *l.* 20. *Th. C. de extraord. muner. XI.* 16. — [d]) *l.* 23. *Th. C. de extraord. muner. XI.* 16. — [f]) *Dig. L.* 5. — [e]) *l.* 4. *Th. C. de equorum collat. XI.* 17. — [g]) *repetita est pars hui. leg. in l.* 11. *C. de sacros. eccl. I.* 2.; *fortasse ex nostra manavit l.* 21. *C. de cursu publ. XII.* 51.; *Bas. V.* 1. 4.

[1]) iuris *var. l. gl., Hal.*; *v. not. seq.* — [2]) praebitione desistant, *et paulo ante* carbones *edd. Schf. Hal.* — [3]) sedibus *var. l. ap. Azonem.* — [4]) conservandis *ms. Hfn., Azo.* — [5]) *Cui. Bk., Theod. C.*; capitalis *mss. Hfn. Rg.* 1. 2., *edd. rell.*; capitationis *var. l. gl.* — [6]) ferat *mss. Aured. et Dionys. apud Char. in marg., Theod. C.* — [7]) perfuncti *Theod. C.* — [8]) *subscr. om. Hal.* — [9]) Neoterium *Theod. C., Bk.* — [10]) Iidem Augusti *Hal.*; *Cui. imperatorum nomina sic habet:* Iidem AAA. et Arcad. A. — [11]) excusatione *Theod. C., male.* — [12]) *subscr. om. Hal.* — [13]) Iidem *Bk.*; *verum et ms. Hfn.* Imp. Val. A.; *cfr. l.* 16. *et* 18. *Th. C. XI.* 16. *in inscr.* — [14]) *subscr. om. Hal.* — [15]) perpetuario *Hal.* — [16]) petiti *ins. Theod. C.*; *Gracci sec. Cui.* petiti *quidem habent, sed ignorant* pretii. — [17]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; vel *om. Cont.* 66. *et rell.* — [18]) *omnes codd. Russardi, edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; imperatum *ms. Hfn., Russ. et rell.*; *sed* αἰτηθὲν *Graeci sec Cui.* — [19]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.*; suis *ins Hal. et rell.* — [20]) et de off. suis totidem, *omiss.* alia, *Hal.* — [21]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont. Bk., Theod. C.*; mala *Char. Pac. Sp.* — [22]) *subscr. om. Hal.* — [23]) et Theod. A. *om. Hal.*; Impp. Honor. et Theod. AA. *Bk., recte sec. chronolog., sed contra Theod. C.* — [24]) *male* post alia *ex Theod. C. ins. Russ. Cont. et postea rell., neutiquam vero Cui.* — [25]) illustri *Azo.* — [26]) *subscr. om. Hal.* — [27]) Imp. Aurelianus A. *Hal. Russ.*; Illyr. *om. l.* 4. *Th. C. cit., sed est in l.* 49. *Th. C. XV.* 1., *in qua l.* 4. *geminatur.* — [28]) Constructioni murorum et compar. *Theod. C.* — [29]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C.*; Illyricanae *Russ. et rell., contra omnia mss. Russardi*; *cfr. not.* 27. *ad l.* 5. *C. VI.* 38. — [30]) quodam *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Russ. Cont.* 62., *Theod. C. ed. Gothofr.*; *sed* quopiam, *quod ex coniectura Haloandri mihi esse videtur, recepit Haenel.* — [31]) succumbat *mss. Hfn. Gt.* — [32]) usque ad infirmos *ms. Hfn.* — [33]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [34]) *ms. Hfn., Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; nominis *omnes codd. Russardi, edd. Schf. Russ. et rell.* — [35]) solita *om. ms. Gt., et a Russ. cancellis notatur*; solida *Hal.* — [36]) subaudire *var. l. apud Azon.* — [37]) *Cui. Bk.*; V. *Cont. et rell.*, *l.* 11. *C. cit., in qua tamen* VI. *emendandum fuisset.* — [38]) Nonio *om. Cont. Char. Pac.*; Numo *l.* 11. *C. cit.* — [39]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [40]) Imp. Leo A. *Hal. Russ. Cont.* 62. *et Cui. in ed. prima*; *sed in serior. edd.* (*Opp. ed. Fabr. T. II. p.* 120.) *Cui. habet ut nostra inscr., quam et recepit Bk.*; Imp. Leo A D S. *Cont.* 66. *et rell.* — [41]) *ms. Hfn., omnes codd. Russardi, ed. Schf. Cui.*; personali dignitate *Hal. et rell.*

cepta, in quibuscunque locis administrationi sublimitatis tuae commissis opus exegerit, murorum constructionem seu comparationem frumenti aliarumque specierum sine ullo impedimento, prout commodum atque necessarium magnitudo tua perspexerit [1]), fieri.

Tit. XLIX. [L.]

[a]) QUI AETATE [2]) SE EXCUSANT.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Severino et ceteris scholaribus Arabiae [3]). — Quum vos affirmetis liberalibus studiis operam dare, maxime circa iuris professionem, consistendo in civitate Berytiorum provinciae Phoenices [4]), providendum [5]) utilitati publicae et spei vestrae [6]) decernimus, ut singuli usque ad vicesimum quintum annum aetatis suae studiis non avocentur.

2. Idem AA. et CC. Theodoro [7]). — Quum filios tuos, patria potestate liberatos, adhuc minores legitima aetate esse dicas, merito postulas, ut liberalibus studiis non avocentur. Et ideo muneribus personalibus, quae ad patrimonium non pertinent, non adstringentur, si civium inopia non est.

3. Idem AA. et CC. Plautiano [8]). — Manifesti iuris est, maiores quinquaginta quinque [9]) annis invitos ad munera personalia vocari non posse. Quum itaque septuagenario maiorem te esse profitearis, si a nominatione facta appellationis auxilium interposuisti, tueri te notione praesidis provinciae potes iure concesso.

Tit. L. [LI.]

[b]) QUI MORBO [10]).

1. Imp. Gordianus A. Cassiano [11]). — Si ea caecitate pater tuus oppressus est, ut utriusque oculi aciem prorsus amiserit, levamentum personalium munerum sentiet [12]).

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Iuliano [13]). — Quum articulari [14]) morbo debilitatum te esse dicas, iuxta iuris publici auctoritatem a personalibus muneribus vacationem habebis [c]).

3. Idem AA. et CC. Celae [15]). — Podagrae quidem valetudo nec ad [16]) personalium munerum prodest excusationem; verum quum ita te valetudine pedum afflictum dicas, ut rebus propriis intercessum [17]) commodare non possis, rector provinciae, si [18]) allegationibus tuis fidem adesse perspexerit, ad personalia [19]) munera te vocari non patietur.

4. Idem AA. et CC. Regino [20]). — Casus corporis patris munerum personalium filio iure non praestat excusationem.

Tit. LI. [LII.]

[d]) DE HIS, QUI [21]) NUMERO LIBERORUM VEL PAUPERTATE EXCUSATIONEM MERUERUNT.

1. Imp. Alexander [22]) A. Verecundo [23]). — Numerus liberorum ab honoribus [24]) non excusat.

2. [e]) Imp. Philippus A. et Philippus C. Severo [25]). — Filium ab hostibus captum ac necdum reversum ad excusationem munerum personalium patri proficere non posse, magis placuit [26]).

3. Idem A. et C. [27]) Nomo [28]). — Nepotes in locum [29]) parentum succedentes vice eorum prodesse consueverunt. Ideoque [30]) si quinque numerus liberorum ex amissorum filiorum nepotibus suppletur, a muneribus personalibus is, quem patrem tuum esse dicis, iuxta constituta excusatur.

4. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Domno [31]). — Quum facultates tuas omnes [32]) in filium tuum contulisse te, nec quidquam habere proponas, respectu eius patrimonii, quod tuum esse desiit, muneribus civilibus non adstringeris.

5.

---

[a]) *Dig. L. 5.* — [b]) *Dig. L. 5.* — [c]) *Inter l. 2. et 3. h. t. repetuntur in ms. Hfn. leges* 9. 10. 11. 13. *C. de decurion. X.* 31. *Quod vitium, cui ansam haud dubie dederunt extrema verba leg.* 13. *cit. nec podagrae valetudo praestat excusationem, in plures codd. videtur irrepsisse, deque eo certe cogitavit Hugolinus in glossa, quae apud Azonem ita legitur: „Istae 4. leges in quibusdam lib. vacant, et bene, quia sunt supra de decurionibus.“* — [d]) *Dig. L. 5.* — [e]) *fortasse iungenda l.* 1. *C. qui aetate. V.* 68.

[1]) prospexerit *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui.* — [2]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; Qui professione *Azo*; Qui aetate vel professione *Hal. et rell. Glossa de hac diversitate sic docet: „Quidam habent* Qui aetate, *alii* Qui professione, *et infra in l.* Manifesti *habetur* Qui aetate.“ *Apparet inde, quod et Azo post l.* 2. *h. t. docet, hunc scilicet titulum in quibusdam codd. in binos divisum fuisse, quorum prior rubricam tulit* Qui professione se excusant *et l.* 1. *et* 2. *comprehendebat; posteriori vero inscriptum erat* Qui aetate *et legem tertiam subiectam habuit.* — [3]) *Cui. in ed. serior.* (*cfr. not.* 40. *ad l.* 3. *tit. praeced.*); Severino — Arab. *om. Hal. Russ.*; Severino et aliis *Cui. in ed. prima, Cont.* 62.; Sever. et aliis scholar. Arab. *Cont.* 66. *et rell.* — [4]) *omnia vetera exemplaria Russardi*; Phoenicis *ms. Gt.*; Phenicis *ed. Schf.*; Phoenicae *Hal. Cui.*; Phoeniciae *Russ. et rell.* — [5]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Russ. Cont.* 62.; providendo *Hal. Cui. et rell.* — [6]) nostrae *Hal. in textu*; *alias* vestrae, *idem in not.* — [7]) Theodoro, *quod restituit Cui., tamen abest ab omnibus praeter Sp. Bk.* — [8]) Plautiano *om. Hal. Russ.* — [9]) quinquaginta *habent Bas. sec. Cui. et Eustathius* (*ed. Zachariae p.* 238.); septuaginta *emendare vult Cui. in comment., atque ita in libris mssis adnotatum invenit.* — [10]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; se excusant *addunt Hal. et rell.* — [11]) Cassiano *abest a Cui. in ed. prima, sed restit. in serior. ed.* (*Opp. ed. Fabr. T. II. p.* 122.); *nullus autem editor praeter Bk. nomen recepit.* — [12]) senties *ms. Hfn., var. l. gl.* — [13]) *Cui.* (*in Opp. ed. Fabr. l. c., at non in ed. prima*) *Bk.*; Iuliano *om. rell.* — [14]) *mss. Hfn. Gt., vetus cod. Alciati, Azo, edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; auriculari *codd. Russardi, Cont.* 66. *et rell.* — [15]) Celae *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; Celsae *Cont. in marg.* — [16]) ad *post* prodest *ponitur in ms. Hfn., ed. Schf.* — [17]) intercessionem *Hal.* — [18]) adi rectorem provinciae, qui si *ms. Gt., ed. Schf.* — [19]) corporalia *mss. Hfn. Gt. Rg.* 1. 2., *ed. Schf., var. l. gl.* — [20]) *nomen, quod restituit Cui., abest ab edd. rell. praeter Sp. Bk.* — [21]) in *ins. ms. Hfn.* — [22]) Antoninus *Hal. Russ., contra ms. Hfn.* — [23]) Verecundo *om. Hal. Russ. Cont.* 62. *et Cui. in ed. prima.* — [24]) *Cui. in comment. ex libris veterr. et Graecis et l.* 2. §. 1. *D. L.* 5.; *alias* honoribus, *alias* muneribus *var. l. gl.*; oneribus *rell.* — [25]) Severo *om. Hal. Russ.* — [26]) *fortasse repetenda subscr. ex l.* 1. *C. V.* 68. — [27]) et C. *om. Cui.* — [28]) Nomo *om. Hal. Russ. Cont.* 62. *et Cui. in ed. prima.* — [29]) *Hal. Cui. Bk.*; in loco *ms. Hfn.*; loco *edd. rell.* — [30]) et ideo *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [31]) Domno, *quod restituit Cui., abest ab edd. omnibus praeter Bk.* — [32]) omnes *deest in ms. Gt. et omnibus Russardi; sed est in ms. Hfn. et apud Azonem.*

5. Idem AA. et CC. Martinae [1]). — De personalibus muneribus, quae feminis pro sexus conditione indicuntur, exemplo marium quinque superstitum numero liberorum eas excusari, divi parentes nostri constituerunt.

6. [a]) Imp. Constantinus A. Dalmatio. — Eos, qui cuiuscunque sexus liberos quinque habent [2]), impetrata semel vacatione potiri convenit, ita ut, si [3]) in hoc numero aetatis legitimae filius inveniatur, obeundis statim pro suo patre muneribus applicetur, patribus, qui filios vel filias quinque habuerint, promissa legibus immunitate servanda. §. 1. Quodsi quis propter censum tenuiorem [4]) vacationem meruerit, atque hoc probaverit, beneficio potiatur, si [5]) propter [6]) rerum angustias ad personalia vocatur [7]) obsequia. Dat. XIV. Kal. Februar. Sirmio, Crispo III. et Constantino II. [8]) Conss. [324.]

Tit. LII. [LIII.]

DE PROFESSORIBUS ET MEDICIS.

1. Imp. Antoninus A. Numisio [9]). — Quum te medicum legionis secundae adiutricis esse dicas, munera civilia, quamdiu reipublicae causa abfueris, suscipere non cogeris. Quum autem abesse desieris, post finitam eo iure vacationem, si in eorum numero es [10]), qui ad beneficia medicis concessa pertinent, ea immunitate uteris.

2. [b]) Imp. Gordianus A. Aureliano [11]). — Grammaticos seu oratores [12]) decreto ordinis probatos, si non se utiles studentibus praebeant, denuo ab eodem ordine reprobari posse, incognitum non est.

3. [c]) Imp. Philippus A. Ulpiano [13]). — Poetae nulla immunitatis praerogativa invantur.

4. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. — Oratione divi Pii liberalium studiorum professores, non etiam calculatores continentur.

5. Idem AA. et CC. Finidemo [14]). — Nec intra [15]) numerum praestitutum ordinis invito [16]) medicos immunitatem habere, saepe constitutum est, quum oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.

6. [d]) Imp. Constantinus A. ad Volusianum. — Medicos, et maxime archiatros vel ex archiatris, grammaticos [17]) et professores alios literarum et doctores [18]), una cum uxoribus et filiis, nec non et rebus, quas in civitatibus suis possident, ab omni functione et ab omnibus muneribus [19]) civilibus vel publicis immunes esse praecipimus, et neque in provinciis hospites recipere, nec ullo fungi munere, nec ad iudicium deduci [20]), vel exhiberi, vel iniuriam pati, ut, si quis eos vexaverit, poena arbitrio iudicis plectatur [21]). Mercedes etiam eorum [22]) et salaria reddi iubemus, quo facilius liberalibus studiis et memoratis artibus multos instituant. PP. Kal. August. Sirmio, Crispo [23]) et Constantino CC. Conss. [321.]

7. [e]) Imp. Iulianus A. [24]) — Magistros studiorum doctoresque excellere oportet moribus primum, deinde facundia. Sed quia singulis civitatibus adesse ipse non possum, iubeo, quisquis docere vult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus decretum curialium mereatur, optimorum conspirante consensu. Dat. XV. Kal. Iul. Acc. IV. Kal. August. Spoletio, Mamertino et Nevitta Conss. [362.]

8. [f]) Impp. Valentinianus et Valens [25]) AA. ad Probum [26]) P. P. — Reddatur unusquisque patriae suae, qui habitum philosophiae indebite et insolenter [27]) usurpare cognoscitur, exceptis his, qui a probatissimis approbati ab hac debent colluvione [28]) secerni. Turpe enim est, ut patriae functiones ferre non possit, qui etiam fortunae vim se ferre profitetur. Dat. XIV. Kal. Februar. Sirmio, Valentiniano NB. F. et Victore Conss. [369.]

9. [g]) Idem AA. et Gratianus A. [29]) ad Praefectum P. U. — Archiatri, scientes, annonaria sibi commoda a populi commodis ministrari [30]), honeste obsequi tenuioribus malint, quam turpiter servire divitibus. Quos etiam [31]) ea patimur accipere, quae sani offerunt pro obsequiis, non ea, quae periclitantes pro salute promittunt [32]). Dat. III. Kal. Febr. Treviris, Valentiniano et Valente III. AA. Conss. [370.]

10. [h]) Idem AAA. [33]) ad Olybrium P. U. — Si

---

[a]) *hausta ex l. 1. Th. C. de his qui numero liber. XII. 17.* — [b]) *Russ. in marg. notat, in uno addi: hic deest l. una graeca et tit. graecus.* — [c]) *Azo hanc const. ignorat.* — [d]) *hausta ex l. 1. 2. 3. Th. C. de medicis. XIII. 3.* — [e]) *l. 5. Th. C. de medicis. XIII. 3.* — [f]) *l. 7. Th. C. de medicis. XIII. 3.* — [g]) *hausta ex l. 8. Th. C. de medicis. XIII. 3.* — [h]) *pars legis 9 Th. C. de medicis. XIII. 3.; iungenda l. 7. C. de postulando. II. 6.*

[1]) *Cui. (ed. Fabrot.), Bk.;* nomen *abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. *et Cui. in ed. prima,* Marcia *Cont.* 66. *et rell.* — [2]) habeant *edd. Schf. Cont. Char. Pac., Theod. C.* — [3]) convenit, aut si *ms. Hfn., Azo, var. l. gl.* — [4]) tenuem *Theod. C.* — [5]) nec *pro* si *Hal. Cui. Bk., at contra ms. Hfn. et Theod. C.; ipse quoque Cui. in comment. ita haec vv. interpretatur, ut tacite nostram lect. probet.* — [6]) praeter *var. l. ap. Azon.* — [7]) vocetur *Hal. Cui. Bk.;* vocabatur *Theod. C., sed* vocabitur *coniicit Gothofr.* — [8]) III. CC. *Bk.; subscr. om. Hal.* — [9]) *Cui. (ed. Fabrot.), Bk.;* Numisio *om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [10]) eris *ms. Hfn., ed. Schf.* — [11]) *Cui. (ed. Fabrot.), Bk.;* Aurel. *om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [12]) rhetores *var. l. gl.* — [13]) *Cui. (ed. Fabrot.), Bk.;* Ulpiano *abest a rell., etiam a Cui. in ed. prima.* — [14]) *Cui. Bk.,* Phuidemo *Cont. et rell.;* Concedaemoni *Russ. in marg.;* nomen *om. Hal.* — [15]) infra *ms. Hfn., a quo abest* Nec. — [16]) *edd. Schf. Cui., Ant. August. in Emendatt. (Opp. T. II. p.* 103.) *ex cod. Albornotiano;* invitos *ms. Hfn., Hal. et rell.;* imminutos *Russ. in marg.* — [17]) etiam *ins. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [18]) *ms. Hfn. et edd. omnes addunt* legum, *sed contra Theod. C. et refragantibus Graecis, qui secundum Cui. sic vertunt:* καὶ οἱ παιδευταὶ καὶ οἱ ἄλλοι διδασκαλοι τῶν γραμμάτων. — [19]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.;* vel *ins. Russ. et rell.* — [20]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk.;* nec eximi *ins. Hal. et rell.* — [21]) plectetur *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal.; ac Hal. quidem paulo ante* vel *habet loco* ut, *ms. Gt. autem* et. — [22]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui., l. 1. Th. C. cit.;* eis *edd. Schf. Russ. et rell.* — [23]) *hic et post* Constant. *Bk. ins.* II.; *subscr. om. Hal. hic et in rell. hui. tit. constitutt.* — [24]) *magistratus lacunam punctis indicant edd. Theod. C.* — [25]) *Gratianum addit Bk., recte secundum chronolog.; cfr. Haenel. not. 6 ad l. 7. Th. C. cit.* — [26]) *Russ. Cui. Bk., Theod. C.;* Mamertinum *Cont. et rell., aut ex subscr. const. anteced. aut ex l. 6. Th. C. XIII. 3.* — [27]) insolemniter *ms. Hfn.* — [28]) *Cui. in comment., Theod. C. ed. Haenel.;* collusione *rell.* — [29]) *Hal. Cui.;* et Grat. A. *om. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.;* Idem AAA. *Bk.; cfr. not.* 25. *ad leg. praeced.* — [30]) ministrari *in Theod. C. desideratur.* — [31]) tantum *Hal. Cui., sed contra Theod. C.* — [32]) remittunt *ms. Hfn.* — [33]) *Cui. Bk., Theod. C.; AA. rell.; cfr. not.* 29. *ad leg. praeced.*

Si quis [1]) in archiatri defuncti locum est [2]) promotionis meritis aggregandus, non ante eorum [3]) particeps fiat, quam primis, qui in ordine reperientur, septem vel eo [4]) amplius indicantibus idoneus approbetur; ita tamen [5]), ut, quicunque fuerit admissus, non in [6]) priorum numerum statim [7]) veniat, sed eum ordinem consequatur, qui, ceteris ad priora subvectis [8]), ultimus poterit inveniri. Dat. VI. Id. Mart. [9]) Valentiniano et Valente III. AA. Conss. [370.]

11. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Monachio [10]) P. P. — Grammaticos, oratores [11]) atque philosophiae praeceptores, nec non etiam medicos praeter haec, quae retro latarum sanctionum auctoritate consecuti sunt privilegia immunitatesque, frui hac praerogativa praecipimus, ut universi, qui in sacro palatio inter archiatros militarunt, quum comitivam primi ordinis vel secundi adepti fuerint, aut maioris gradum dignitatis adscenderint [12]), nulla municipali, nulla curialium conventione [13]) vexentur, seu indepta [14]) administratione, seu accepta testimoniali [15]) meruerint missionem; sint ab omni functione omnibusque muneribus publicis immunes, nec eorum domus ubicunque positae militem seu iudicem suscipiant hospitandum. Quae omnia [16]) filiis etiam eorum et coniugibus illibata praecipimus custodiri. Haec autem et professoribus memoratis eorumque liberis deferenda mandamus. Dat. prid. Kal. Decemb. Constantinop. Constantio et Constante Conss. [414.]

Tit. LIII. [LIV.]

DE ATHLETIS.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Hermeti [17]). — Athletis ita demum, si per omnem aetatem certasse, coronis quoque non minus tribus certaminis sacri (in quibus vel semel Romae seu antiquae [18]) Graeciae) merito coronati, non aemulis corruptis ac redemtis, probentur, civilium munerum tribui solet vacatio.

Tit. LIV. [LV.]

DE HIS, QUI NON IMPLETIS STIPENDIIS SACRAMENTO SOLUTI SUNT.

1. Imp. Antoninus A. Vanno [19]). — Ignominiae causa sacramento liberati honoribus abstinere debent; a muneribus autem civilibus excludendi [20]) non sunt.

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Caro [21]). — Quum ob provectae aetatis senium sis dimissus, honestam missionem consecutum te esse, ambigi non potest. Habebis itaque a civilibus muneribus, nec non etiam honoribus vacationem. Non tamen ea privilegia, quae his competunt, qui pleno stipendiorum numero funguntur, usurpare te ius permittit, quando non perfecto statuto militiae tempore, nec omnibus stipendiis decursis, sacramento solutum te esse etiam ipse confitearis.

3. Iidem AA. et CC. Philopatori [22]). — Veteranis ita demum honorum [23]) et munerum personalium vacatio iure conceditur, si post vicesimum annum militiae, quam in legione vel vexillatione militaverint [24]), honestam vel causariam missionem consecuti esse ostendantur. Unde quum te in cohorte militasse commemoras [25]), intelligis supervacuo [26]) vacationem tibi velle flagitare.

TIT. LV.

---

[a]) *hausta ex l.* 16. *Th. C. de medicis. XIII.* 3.

[1]) qui *Theod. C.* — [2]) *hoc* est *pervarie collocatur*, *post* defuncti, *post* promot., *post* aggreg., *et sic Hal. Cui.* — [3]) honorum *corrigit Cramer in Zeitschr. f. gesch. RW. T. I. p.* 293., *quod non necessarium.* — [4]) eo *om. Hal. Cui.*, *contra Theod. C.* — [5]) tamen *om. Theod. C.* — [6]) ad *Theod. C.* — [7]) num. ac statum *Hal. in textu, sed in notis, ut nos.* — [8]) subiectis *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal.* — [9]) Dat. Kal. Mart. *l.* 7. *C. II.* 6., *sed v. not.* 3. *ad leg. cit. Locus est* Treviris, *ut docet l.* 7. *cit.* — [10]) *Theod. C. ed. Haenel.*, *Bk.*; Monachio *rell.* — [11]) rhetores *ms. Hfn.*, *var. l. gl.*, *Azo.* — [12]) militarunt cum comitiva primi ordinis vel secundi, *reliquis usque ad v.* adscender. *omissis*, *Theod. C. ed. Haenel.* — [13]) curialium collatione, nulla senatoria vel glebali descriptione *Theod. C.* — [14]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; indempta *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ. Cont.* 62.; in empta *Hal.*; ademta *Cont.* 66. *et rell.* — [15]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; testimonialem *rell.* — [16]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnia mss. Russardi*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; in *ins. Hal. et rell.* — [17]) Imp. Alex. A. *Hal. Russ.*, *contra ms. Hfn.*; Hermeti *om. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac.*, *sed restituerat iam Cui.* — [18]) in antiqua Graecia *Hal. Bk.* — [19]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *Bk.*; Vanno *om. rell.*, *etiam Cui. in ed. prima.* — [20]) *ms. Hfn.*, *Azo*, *Hal. Russ. Cont. et postea rell.*; excusandi *ed. Schf.*; excusati *Cui. Secundum gl. alias est* excusandi *et alias* excusati. — [21]) Caro *om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac.* — [22]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *Bk.*; Philopatori *om. rell.* — [23]) *Cui.*; honerum *ms. Hfn.*; onerum *edd. rell.* — [24]) militaverunt *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal.* — [25]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; commemores *Russ. Cont. et rell.* — [26]) supervacuam *Azo*, *qui alias* superflue, *alias* superfluam *esse notat*; superbam *ms. Hfn.*

Tit. LV. [LVI.]

QUIBUS MUNERIBUS EXCUSANTUR [1]) HI, QUI POST IMPLETAM MILITIAM VEL ADVOCATIONEM PER PROVINCIAS SUIS [2]) COMMODIS VACANTES COMMORANTUR, ET DE PRIVILEGIIS EORUM [3]).

1. [a]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Οἱ πληρώσανιες στρατείαν ἢ συνηγορίαν, πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῖς προνομίοις, μήτε σιτωνίαν ἢ ἐλαιωνίαν ἢ ἐποψίαν ἔργων ἢ λογοθέσιον [4]) ἢ ἐκδικίαν ἢ πατερίαν ἢ λογιστίαν ἢ ἀγορανομίαν ποιείτωσαν, ἀλλ' ἔνθα ἂν οἰκῆσαι βουληθῶσι, μήτε ὑπανιᾷν ἀναγκαζέσθωσαν τοῖς ἄρχουσι περαιτέρω πυλῶν, μηδὲ εἰς συλλόγους ἄκονιες [5]) καλείσθωσαν, μήτε ὀνομαζέσθωσαν ἢ ὀνομαζέτωσαν, μήτε διαγραφὰς παρεχέτωσαν προφάσει συνηθειῶν ἢ θεωρητικῶν. Ἐχέτωσαν δὲ καὶ μίαν οἰκίαν ἐλευθέραν μηπάτων τῶν ἐπιδημούντων στρατιωτῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς τόποις διατριβόντων, δηλονότι τῶν ἐχόντων ἀξίας τινὰς τὴν ἰδίαν ἀτέλειαν κεκτημένων. ἡ γὰρ διάταξις αὕτη προσείθησι ταῖς προτέραις εὐεργεσίαις, καὶ οὐκ ἀφαιρεῖται ἐξ αὐτῶν. Παρεχέτωσαν δὲ τὰ δημόσια, καὶ τιμάτωσαν τοὺς ἄρχοντας, καὶ τιμάσθωσαν παρ' αὐτῶν. Ὁ δέ τι τῶν ἐν τῇ διατάξει παραβαίνων ἢ παραβαθῆναι συγχωρῶν, πεντήκοντα λίτρας χρυσοῦ προστιμηθήσεται.

Qui militiam vel advocationem impleverunt, praeter ea privilegia, quae iam adepti sunt, nec frumenti aut olei comparandi curam vel inspectionem operum vel ratiocinium vel defensionem civitatis vel patris civitatis munus vel curationem reipublicae vel curationem annonae exerceant; sed, ubicunque habitare voluerint, nec praesidibus ultra portas obviam ire cogantur, nec ad conciones vocentur inviti, neque nominentur vel nominent, neque descriptiones praebeant consuetudinum vel spectaculorum nomine. Unam quoque domum habeant liberam ab onere hospitii venientibus militibus et ibi dispositis praebendi; iis scilicet, qui dignitate aliqua praediti sunt, suam immunitatem obtinentibus. Haec enim constitutio priora beneficia auget, non minuit. Sed fiscalia praebeant, et honorent praesides, ac honorentur ab eis. Qui vero hanc constitutionem violaverit, aut violari permiserit, quinquaginta librarum auri mulctam sustinebit.

[Tit. LVI. [LVII.]

DE CONDUCTORIBUS VECTIGALIUM FISCI [6]).]

2. [1.] Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Punico [7]). — Non alios a muneribus et honoribus vacationem habere, quam qui mancipatum suo nomine vectigal a fisco conducunt, certum est. Quare eos, qui ab his quaedam exercenda accipiunt, nullis privilegiis esse munitos, haud dubii iuris est.

Tit. LVI. [LVIII.]

DE LIBERTINIS.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Bucillo [8]). — Conditio libertinitatis de muneribus civilibus tribuere non potest excusationem, nec [9]) in ea quidem civitate, ubi domicilium libertinus habet.

Tit. LVII. [LIX.]

DE INFAMIBUS.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [10]). — Infames personae, licet nullis honoribus, qui integrae dignitatis hominibus deferri solent, uti possunt [11]), curialium tamen vel civilium munerum vacationem non habent; sed et [12]) solemnibus indictionibus ob tutelam publicam eos satisfacere necesse est.

Tit. LVIII. [LX.]

DE REIS POSTULATIS.

1. [b]) Imp. Alexander A. Martiano [13]). — Reos

---

[a]) *graecam const. excidisse, iam Hal. et Cont.* 62. *ad rubr. hui. tit. notaverunt, et ex permultis aliis testimoniis manifestum est. Primus eam ex libro Bas. LIV.* (*ap. Fabr. LIV.* 7. 1. *T. VI. p.* 681.) *restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod., quem secuti sunt Cont.* 66. *et rell.* — [b]) *iungenda l.* 6. *C. de procurator. II.* 13.

[1]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; excusentur *Russ. et rell.* — [2]) suis *om. ms. Hfn.* — [3]) *ms. Hfn., Cui. Bk.*; et de conductoribus vectigalium fisci *addunt Hal. et rell. Sed haec verba separatam constituisse rubricam, et nostrae rubricae ideo iuncta fuisse, quod huic nostrae graeca tantum const. subiecta esset, quae a librariis omissa, iam rubrica sine const. cum sequente rubr. coniungeretur, ex pluribus causis certissimum est. In ed. Schf. rubr. ita legitur, ut post vv.* de privileg. eorum *sic pergatur:* ista lex greca est de conductor. vectig. fisci; *similem rubr. in ms. Barberin. invenit Blumius*; *glossa ad vv.* de privileg. *sic notat:* „*de hoc nil est in nigro, sed in constitutione graeca, sic supra tit.* de relig. et sumtib. funer. et de aleatoribus (*IV.* 43. *et* 44.), *quia nil dicit ibi de aleatoribus, et tit.* ad Trebell. et de incertis pers. (*VI.* 48. *et* 49.);" *tandem allegationes titulorum apud iuris Graeco-Romani auctores evincunt, inter titulos* 53. *et* 70. *hui. libri excidisse unum, cuius restituendi periculum vix alio loco, quam hoc ipso, fieri potest.* (*cfr. Witte Die leges restit. p.* 78.). — [4]) *Cui. Fabr.*; λογοθεσίαν *Cont. et rell.* — [5]) *Cui. in comment., Fabr., Bk.*; ἀπόντες *rell.* — [6]) *Cui. Bk.*; *rubr. abest a ms. Hfn.*; *in omnibus edd. rell. rubr. coniuncta est cum rubr. tit. anteced., cfr. not.* 3. — [7]) *ms. Hfn.*; Provinciae *Cui.* (*ed. Fabrot.*); *nomen eius, ad quem data est const., om. Hal. et rell.* — [8]) *Cui. Sp. Bk.*; Bucilro *Cont.* 76.; *nomen om. rell.* — [9]) ne *Hal. Cui. Bk.* — [10]) Imp. Antonin. A. *Hal. Russ. Cont.* 62., *quod falsum nomen depromtum videtur ex l.* 3. *C. XII.* 36., *cuius aliqua verba in nostra const. repetuntur.* — [11]) *ms. Hfn., Hal. Cui.*; possint *rell.* — [12]) *ms. Gt., ed. Schf., Cui. in comment.*; et *om. rell.* — [13]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *Sp. Bk.*; Mart. *om. rell.*, *etiam Cui. in ed. prima.*

Reos criminis postulatos, novos honores appetere non debere, antequam purgarent [1]) innocentiam suam, et a divis parentibus nostris [2]), et a me saepe rescriptum est. Dat. VI. Kal. Mart. Maximo II. et Aeliano Conss. [3]) [223.]

Tit. LIX. [LXI.]

DE HIS, QUI IN EXSILIUM DATI VEL [4]) ORDINE MOTI SUNT.

1. [a]) Pars edicti Imp. Antonini A. PP. Romae, V. Id. Iul. duobus Aspris Conss. [5]) [212.] — Quibus posthac ordine [6]) suo vel advocationibus [7]) ad tempus interdicetur, post impletum temporis spatium non prorogabitur infamia.

2. Imp. Gordianus A. Ulpio [8]). — Ad tempus exsulare decurio iussus, et impleto tempore regressus, pristinam quidem recipit dignitatem, ad novos vero honores non admittitur, nisi tanto tempore his [9]) abstinuerit, quanto per fugam abfuit.

Tit. LX. [LXII.]

DE FILIISFAMILIAS [10]) ET QUEMADMODUM PRO HIS PATER TENEATUR.

1. Impp. Severus et Antoninus AA. [11]) — Patrem, emancipato filio consentientem, ad decurionatum non teneri, dubii iuris non est; tunc enim consentiendo pater ad decurionatum obligatur, si filium in potestate habeat. Consentire autem etiam is videtur, qui non testificatur dissentire nominationi.

2. Imp. Antoninus A. Aspasio [12]). — Quum appellasse te dicas, ostendis, causam ad te pertinere; potueras enim nominato filio tantum contestari, et non consentire honori [13]) ei delato.

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. — Si hi [14]), qui cum patre ad protostasiae munus vocati sunt, etiam nunc in patria potestate constituti sunt, ab huiusmodi necessitatibus liberentur, quum ex eadem familia ac domo [15]) duos ad ista obsequia destinari periniquum videatur. Sane eos, quos emancipatos esse atque ex familia exiisse manifestum est, sine cunctatione retinere debebis.

4. Idem AA. et CC. Alexandro [16]). — Sine periculo tuo magistratus filium tuum curatorem constituit, nec appellandi tibi necessitas incumbebat. Sane nominator, qui filium in potestate positum non consentiente patre ad munus devocavit, si tamen ex voluntate tua antea filius decurio factus non erat, detrimento muneris obligabitur.

Tit. LXI. [LXIII.]

DE PERICULO SUCCESSORUM PARENTIS.

1. Imp. Alexander A. Claudiano [17]). — Si de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromisit, ideoque etiam sacerdotem te creari impetravit, onus erogationis commune omnium heredum eius esse, praeses provinciae non ignorabit.

Tit. LXII. [LXIV.]

DE MULIERIBUS, IN QUO LOCO MUNERA SEXUI CONGRUENTIA VEL [18]) HONORES AGNOSCANT.

1. Imp. Philippus A. [19]) Marthae [20]). — Eam, quae alinude oriunda, alibi [21]) nupta est, si non in urbe Roma maritus eius consistat, non apud originem suam, sed apud incolatum mariti ad honores seu munera, quae personis cohaerent, quorumque is sexus capax esse potest, compelli posse, saepe rescriptum est. Patrimonii vero munera necesse est mulieres in his locis, in [22]) quibus possident, sustinere.

Tit. LXIII. [LXV.]

[b]) DE LEGATIONIBUS.

1. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Chilino P. P. [23]) — Pater trium incolumium liberorum legationibus publicis liberatur.

2. Idem AA. et Valerianus C. [24]) Marco [25]). — Quum vos proprio nomine sumtus ob defensionem publicam susceperitis, id, quod ad proprias erogationes collega vester acceperat [26]), non vobis reddere heredes eius oportet, sed si in ea causa est, ut restitui omnino oporteat, reipublicae debent potius inferre. Sane si honorariis advocatorum erat ea quantitas destinata, restitui illud vobis, qui haec [27]) praestaturi estis, non iniuria postulatis. Eum autem collegam vestrum, quem defensione [28]) patriae destitisse dicitis, apud provinciae praesidem desertae legationis [29]) arguere potestis.

3.

---

[a]) *hoc edictum tractatur in l.* 3. §. 1. *D. de decurion. L.* 2. — [b]) *Dig. L.* 7.

[1]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.;* purgaverint *Russ. Cont. et rell.* — [2]) meis *ms. Gt., ed. Schf.* — [3]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *Sp. Bk.; subscr. om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [4]) *ms. Hfn., Cui.;* ex *ins. ed. Schf.;* ab *ins. Hal. et rell.* — [5]) *ms. Hfn., cod. Contii, Cui. Bk.;* Imp. M. Antoninus [A.] Diogeni *Hal. et rell. Sed ex Azone etiam et ed. Schf. apparet, hanc const. orsam fuisse a vv.* Pars edicti. — [6]) *Cui., l.* 3. §. 1. *D. L.* 2.; ordini *rell.* — [7]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ., l.* 3. §. 1. *D. cit.;* advocationi *Cont. et rell.* — [8]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *Bk.;* Ulpio *om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [9]) his *om. Hal.;* is *ed. Schf.* — [10]) familias *om. ms. Hfn.;* familiarum *Hal.* — [11]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *habet* AA. * PP., *ita ut nomen praef. praet. excidisse videatur.* — [12]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.;* Aspas. *om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [13]) *edd. Schf. Cui.;* honeri *ms. Hfn.;* oneri *edd. rell.* — [14]) hi *om. ms. Hfn.* — [15]) *edd. Schf. Cui. Bk.;* hoc modo *ms. Hfn., Hal. et rell.* — [16]) *Cui. Cont.* 76. *Sp. Bk.;* Alex. *om. rell.* — [17]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.;* Claud. *om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [18]) et *edd. Schf. Cui.;* vel honores *om. ms. Hfn.* — [19]) AA. *Cui. in ed. prima, vitio typ.* — [20]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.;* Marthae *om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [21]) alii *ed. Schf.* — [22]) in *om. ms. Hfn., ed. Schf.* — [23]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.;* Chil. P. P. *om. rell., et Cui. in ed. prima.* — [24]) et Valer. C. *om. Cui.* — [25]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.;* Marco *om. rell., et Cui. quoque in ed. prima.* — [26]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.;* acceperit *Russ. Cont. et rell.* — [27]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui. Bk.;* hoc *rell.* — [28]) *ms. Gt., Cui.;* defensionem *ms. Hfn., omnes codd. Russardi;* in defensionem *ed. Schf.;* a defensione *Hal. et rell., verum et ab Azone praepos. abfuit;* defensorem *var. l. ap. Azon.* — [29]) allegationis *ms. Hfn., vet. libri Cuiacii, qui hanc lect. in comment. probat, pro usu verbi* allegat. *provocans ad l.* 1. §. 6. *D. III.* 1.

3. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Mutiano [1]). — Transmarina legatione apud nos perfunctos, constitutum est, biennii vacationem munerum civilium et honorum habere, non eos, qui de proximo obsequium reipublicae videntur exhibuisse.

4. [a]) Impp. Constantius et Constans AA. [2]) ad Titianum [3]). — Universi omnino ex-comitibus vel ex-praesidibus, qui [4]) suffragio perceperint [5]) dignitates [6]), civilibus oneribus [7]) muneribusque teneantur adstricti, ne commoda publica cum [8]) umbratili suffragiorum pactione lacerentur. Eos tamen a praedictis oneribus excipi oportebit, qui in legationibus publicis versati sunt. Dat. prid. Kal. Iul. Treviris, Placido et Romulo [9]) Conss. [10]) [343.]

5. [b]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius [11]) AAA. Apodemio [12]), P. P. per Illyricum [13]). — Si quod extraordinarium consilium [14]) postulatur, quum vel ad nos est mittenda legatio, vel vestrae [15]) sedi [16]) aliquid intimandum, id, quod inter omnes communi consilio tractatumque convenerit, minime in examen cognitoris ordinarii referatur [17]). Provincialium enim desideria, quibus necessaria saepe fortuitis [18]) remedia deposcuntur, vobis [19]) agnoscere atque explorare permittimus, ut sit [20]) examinis tui, quae [21]) ex his auxilio tuo protinus implenda sint, et quae clementiae nostrae auribus intimanda videantur. §. 1. In loco autem publico de communi utilitate provincialium [22]) sententia proferatur, atque id, quod maioris partis probaverit [23]) assensus, solemnis firmet auctoritas. Dat. V. Kal. Aug. Constantinop. Arcadio A. II. et Rufino Conss. [24]) [392.]

6. [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio P. P. [25]). — Quoties ab Alexandrina civitate [26]) legatio destinatur, universos curiales praecipimus, qui intra urbem consistunt, si non aegritudine vel alia inexcusabili [27]) necessitate impediuntur, in locum curiae convenire, et decreta sua propria subscriptione firmata viro spectabili praefecto Augustali insinuare, ut eius relatione comitati tuis virtutibus suas petitiones intiment, et sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur. Dat. III. Non. Octob. Constantinop. Dn. Theodosio A. VII. et Palladio V. C. Conss. [416.]

Tit. LXIV. [LXVI.]

DE EXCUSATIONIBUS ARTIFICUM.

1. [d]) Imp. Constantinus A. ad Maximum [28]). — Artifices artium brevi subdito [29]) comprehensarum [30]), per singulas civitates morantes, ab universis muneribus vacare praecipimus, siquidem ediscendis [31]) artibus otium sit [32]) accommodandum, quo magis cupiant et ipsi peritiores fieri, et suos filios erudire. Dat. IV. Non. August. Feliciano et Titiano Conss. [33]) [337.]

Et est notitia ista [34]): architecti, medici, mulomedici [35]), pictores, statuarii, marmorarii, lectarii [36]), seu laccarii [37]), clavicarii [38]), quadrigarii, vel quadratarii, quos graeco vocabulo λιθοδήκτας [39]) appellant, structores, id est aedificatores, sculptores ligni, musarii [40]), deauratores, albini, quos graeci κονιάτας appellant, argentarii, barbaricarii, diatretarii [41]), aerari, fusores, signarii [42]), fabricarii [43]), bracarii [44]), aquae [45]) libratores, figuli, qui graece dicuntur κεραμεῖς, aurifices, vitriarii [46]), plumbarii [47]), specularii, eborarii, pelliones, fullones, carpentarii, sculptores, dealba-

---

[a]) *hausta ex l.* 36. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [b]) *hausta ex l.* 12. *Th. C. de legatis. XII.* 12., *admixtis quibusdam ex l.* 4. *Th. C. eod.* — [c]) *hausta ex l.* 15. *Th. C. de legatis XII.* 12.; *fortasse iungenda l.* 17. *C. de episcop. I.* 3. — [d]) *l.* 2. *Th. C. de excusat. artif. XIII.* 4.

[1]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; *nomen abest a rell., etiam a Cui. in ed. prima.* — [2]) *Cui. Bk*; Imp. Constantinus A. *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; Impp. Constantinus et Constans AA. *Sp.* — [3]) ad Titian. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Dignitatem Titiani om. et Theod. C.* — [4]) vel qui *ms. Hfn.* — [5]) perceperit *mss. Bg.* 1. 2. — [6]) suffragia perc. dignitatum *var. l. gl.*; *in ms. Bg.* 2. *est* dignitatis. — [7]) honoribus *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [8]) sub *Theod. C., quod probat Cui. in comment., sed nullis codicum testimoniis fulcitur.* — [9]) *Theod. C., Bk.*; Romylo *Cui. Sp.* — [10]) *Theod. C., Cui. Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [11]) *Honorium delet Bk., recte sec. chronolog., sed et contra Theod. C.* — [12]) Apodem. *om. Hal.* — [13]) P. P. Illyrici *Hal. Cui.* — [14]) concilium *ed. Schf., Theod. C.* — [15]) *Cui., Theod. C.*; nostrae *rell.* — [16]) sedili *Theod. C.*; *sed v. Haenel. not. e. ad h. v.* — [17]) perferatur *Theod. C.* — [18]) *mss. Hfn. Gt.* — [19]) solis *ins. Theod. C.* — [20]) *Cui. Bk., l.* 4. *Th. C. cit.*; ut sint *ms. Hfn., edd. Schf. Cont. et postea rell.*; ut sibi *Russ.*; sicut *ms. Gt.* — [21]) quaenam, *mox om. sint, Theod. C.* — [22]) provincialium *om. Theod. C.* — [23]) probabit *ms. Gt.*; probarit *Theod. C.* — [24]) *subscr. om. Hal.* — [25]) Monax. P. P. *om. Hal.* — [26]) ab Alexandr. civit. *om. Theod. C.* — [27]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; excusabili *Hal. et rell.* — [28]) Impp. Theod. et Valentin. AA. *Hal.* — [29]) brevi subditos *ed. Schf.*; urbis subdito *var. l. ap. Azon.*; urbi subditos *ms. Hfn. Sed dicit notitiam legi subiectam.* — [30]) comprehensi *var. l. gl.* — [31]) *ms. Gt., Theod. C.*; in dicendis *ed. Schf.*; in discendis *ms. Hfn., edd. rell.* — [32]) est *Hal. Cui.* — [33]) *subscr. om. Hal.* — [34]) *Hal. Cui.*; Et not. est ista *Russ. Cont. et postea rell.*; ista *om. ms. Hfn.*; Et est not. sic *vett. libri Cuiacii, ed. Schf., consentientibus Bas., quae a Cui. in comment. in summam criticae operae utilitatem diligenter collata sunt*; Et not. est ista *om. Theod. C.* — [35]) *Cui. in comment. ex Bas.* ἰατροὶ ἱπποιατροί; medici vel malomedici *ms. Hfn.*; mulomedici *om. rell.*; *verum et Accurs. mulomedicos habuisse videtur, et habet eos notitia in Theod. C., quae sane a Iust. Cod. plurimum recedit. Cfr. et Cramer in Zeitschr. f. gesch. RW. T. I. p.* 302. — [36]) *mss. Hfn. Gt., Cui. ex vett. libris*; lecticarii *edd. rell.*; χραββατοποιοὶ *Bas.* — [37]) *ms. Gt., Cui. ex vett.*; lacarii *ed. Schf.*; actarii *glossa*; arcarii *Alciat., Hal. et rell.*; *sed* οἱ τὰ λακκία ποιοῦντες *Bas.*; securii seu lacarii *ms. Hfn.* — [38]) clavicularii *quidem codd. Cuiacii, ed. Schf.*; cavidarii *complures codd. Cuiacii*; καρδαμάριοι *Bas.* — [39]) *Cui. ex Bas.*; spectas *ms. Hfn., ed. Schf.*; πηκτας *Hal. et rell., Alciat., qui in suo habebat* poetas. — [40]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Azo*; μουσωτοὶ *Bas.*; musivarii *Hal. Bk., Theod. C.*; musearii *Russ. Cont. et rell., glossa*; munerarii *quidam codd. apud Alciatum, qui in suo habebat* muscarii. — [41]) diatritarii *Theod. C., Bk.*; diacretarii *ed. Schf.*; *Alciat. coni.* diabathrarii *vel* diatrocharii, *sed praefert nostram lect., quam et servat Azo.* — [42]) lignarii *Hal.*; γλυπτοὶ *Bas.* — [43]) fabricarii *om. ms. Hfn., ed. Schf.*; fabri *Cui.*; τέκτονες *Bas.* — [44]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; bracharii *glossa, Russ. Cont. et rell.*; βρεχάριοι *Bas. Caeterum* perticarii *addunt Hal. Bk.*, particarii *autem Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; *sed om. h. v. ms. Hfn., codd. Russardi, edd. Schf. Cui.* — [45]) *Cui. Bk., Theod. C.*; atque *rell.*; *Graeci sane simpliciter vertunt* ζυγοστάται. — [46]) vitrarii *ms. Hfn., Azo*; vitrearii *ed. Schf., Cui. in comment.*; ὑελουργοὶ *Bas.* — [47]) plumarii *Cui. ex Bas. et vett. libris*; plummarii *ms. Gt.*; *sed* plumbarii *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. et rell.*; *etiam in Theod. C.* plumbarii, *non* plumarii *recensentur.*

dealbatores, cusores linarii [1]), tignarii [2]), bractearii, id est *πεταλουργοί* [3]).

2. [a]) Impp. Constantius et Constans AA. ad Leontium P. P. [4]) — Mechanicos [5]) et [6]) geometras et architectos, qui divisiones partium omnium incisionesque servant, mensurisque et [7]) institutis operam [8]) fabricationibus [9]) stringunt, et eos, qui aquarum inventos ductus et [10]) modos docili librationе ostendunt, in par studium docendi atque discendi nostro sermone compellimus [11]). Itaque immunitatibus gaudeant, et suscipiant docendos, qui docere [12]) sufficiunt. Dat. prid. Non. Iul. Leontio et Sallustio Conss. [13]) [344.]

Tit. LXV. [LXVII.]

DE POTIORIBUS AD MUNERA NOMINANDIS.

1. Imp. Antoninus A. Basilidi [14]). — Si ipse vocatus ad munera civilia, potiorem alium nominandum putaveris, age causam tuam.

Tit. LXVI. [LXVIII.]

SI PROPTER INIMICITIAS CREATIO FACTA SIT.

1. Imp. Alexander A. Aniceto [15]). — Si propter inimicitias ad munera civilia creatus es, hanc tibi nominationem non nocere, praesidis aequitas faciet, quum et publicae utilitatis intersit, non ex inimicitia [16]) creationes fieri debere, sed existimatione [17]) vera et commodo rei publicae.

Tit. LXVII. [LXIX.]

DE SUMTUUM RECUPERATIONE.

1. Imp. Gordianus A. Dionysio. — Muneribus civilibus non fungeris, quae personis mandantur, si quinque filios incolumes habeas [18]). At si contra id privilegium ad munus fatigandi tui causa quidam te devocaverint, tuque appellatione interposita securitatem reportaveris, a nominatoribus sumtus, quos in litem feceris, recuperabis.

Tit. LXVIII. [LXX.]

SI POST CREATIONEM QUIS DECESSERIT.

1. Imp. Gordianus A. Astitico [19]). — Si ante diem subeundi honoris atque muneris pater tuus defunctus est, conveniri eo nomine heredes eius non oportere, praeses provinciae minime ambiget.

Tit. LXIX. [LXXI.]

DE TABULARIIS, SCRIBIS, LOGOGRAPHIS ET CENSUALIBUS [20]).

1. [b]) Impp. Constantius et Constans AA. ad Catullinum P. P. [21]) — Nullus [22]) omnino ex tabulariis vel scribis vel logographis [23]) eorumque filiis in quocunque officio militet [24]), sed ex omnibus officiis, nec non et [25]) si intra nostrum palatium militant [26]), necdum impleto quinquennio, reperti et retracti protinus officiis [27]) municipalibus reddantur. Dat. VIII. Kal. Iul. Lauriaco, Marcellino et Probino Conss. [28]) [341.]

2. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. [29]) — Quicunque decurionum sponte se censuali ministerio mancipaverit, conditionem habeat, quam ipse delegit [30]), depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si eum necessitas quaestioni subdendum [31]) invenerit. Dat. XV. Kal. Octob. Constantinop. Richomere et Clearcho Conss. [32]) [384.]

3. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Hadriano P. P. — Generali lege sancimus, ut, sive solidis provinciis sive singulis civitatibus necessarii fuerint tabularii, liberi homines ordinentur, neque ulli deinceps ad hoc officium patescat aditus, qui sit obnoxius servituti; sed et si quis dominorum servum suum sive colonum chartas publicas agere permiserit (consensum enim, non ignorantiam volumus obligari), ipsum quidem, in quantum interfuerit publicae utilitati

---

[a]) *l.* 3. *Th. C. de excusat. artif. XIII.* 4. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de tabular. VIII.* 2.; *Bas. LIV.* 8. 1. (*T. VI. p.* 682.) — [c]) *l.* 4. *Th. C. de tabular. VIII.* 2. — [d]) *l.* 5. *Th. C. de tabular. VIII.* 2.

[1]) *Cui.*; *τῶν λιναρίων κνησταὶ Bas.*; cusores signarii *ms. Gt.*; clusores istigarii *ms. Hfn.*; clusores, trigarii *edd. Schf. Hal.*; cusores, trigarii *Russ. Cont. et rell.* — [2]) *Hal. Cui. Russ.*; cisiarii *Cont. et postea rell.*; *abest hoc artificium a ms. Hfn. et ed. Schf.* — [3]) petalurge *ms. Hfn.*; pentalarge *ed. Schf. Caeterum Russ. subscriptionem, quam supra dedimus, huic notitiae adponit, contra Theod. C.* — [4]) Iidem Augusti *Hal.* — [5]) Mathematicos *Hal. Alciat., male.*; Mechaniticos *Russ.* — [6]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; et *om. rell.* — [7]) et *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [8]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; opera *Hal. et rell.* — [9]) fabricationi *Theod. C.* — [10]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; aquar. ductus inventos et *Cui.*; aquar. ductus et inventos *Hal. et rell.* — [11]) perpellimus *Cui., Theod. C. ed. Haenel.* — [12]) doceri *ms. Gt.* — [13]) *subscr. om. Hal.* — [14]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Basil. *om. rell.* — [15]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; *nomen om. rell.* — [16]) amicitia *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [17]) *ms. Hfn., Cui. ex vett. libris in comment.*; examinatione *Hal. Cui.*; aestimatione *edd. Schf. Russ. et rell.* — [18]) habeas *Hal. Cui.* — [19]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; *nomen abest ab edd. rell. Caeterum Alexandro tribuitur hoc rescr. ab Hal. et Russ., contra ms. Hfn.* — [20]) De tabular. holographis et scribis censualibus *Hal. in marg.*; *sed. v. Theod. C. ed. Haenel. VIII.* 2. *in rubr.* — [21]) *Cui. Bk., Theod. C.*; Imp. Alexandr. A., *nihilque praeterea*, *Hal. et rell.* — [22]) *ms. Hfn., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui., Azo, Theod. C.*; Nulli *Hal. et rell.* — [23]) vel decurionibus *Theod. C., in quo haec l. repetitur tanquam l.* 31. *de decurion. XII.* 1. — [24]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; militent *Hal. et rell.* — [25]) *ms. Hfn., Theod. C.*; etiam *rell.* — [26]) militent *Theod. C.* — [27]) prot. curiis officiisque *Theod. C.*; *cfr. not.* 23. — [28]) *subscr. om. Hal. Cont. Char. Pac.*; *omni ratione carent Russ. et Sp., qui veram subscr. ex Theod. C. restituunt, in inscr. autem ab Hal. non recedunt.* — [29]) *Cui.*; Iidem AAA. *Theod. C, sed ita, ut ipsi impp., quos Cuiacii inscr. habet, sic denotentur*; Imp. Gordianus A. *Hal. et rell. praeter Bk.*; Imppp. Valentinianus, Theodos. et Arcad. AAA. *Bk., recte secundum chronolog., sed contra Theod. C. et contra vestigia verae lectionis in mss. Cod. Iust., in quibus Gordiani nomen, quod et habet ms. Hfn., haud dubie oriundum est ex depravato Gratiani nomine. Caeterum* Neoterio *addit Bk.*, Neutrio *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *nescio ex quo fonte, sed suspicor ex l.* 3. *Th. C. eod.* — [30]) *mss. Hfn. Gt., Cui., Azo, Theod. C.*; elegit *edd. Schf. Hal. Bk.*; elegerit *Russ. et rell.*; qua ipse degit *var. l. ap. Azon.* — [31]) *ms. Gt., Cui., Theod. C.*; quaestionis subeundum *ms. Hfn.*; quaestionis subeundae *edd. Schf. Hal. et rell.*; quaestioni subeundae *var. l. ap. Azon.* — [32]) *Cui. Sv. Bk., Theod. C.*; *subscr. om. rell.*

tati [1]), pro ratiociniis, quae servo sive colono agente tractata sunt, obnoxium attineri [2]), servum autem competentibus affectum verberibus fisco addici. Dominorum enim interfuit ab initio providere, ne publicis actibus privata servitia immiscerentur. Dat. VIII. Kal April. Mediolano, Vincentio et Fravitta [3]) Conss. [401.]

4. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. P. [4]) — Boëthos logistarum [5]), demogrammateos [6]), logographos, diastoleas [7]), quae vocabula publicis dicuntur subiacere necessitatibus, sive quolibet alio nomine nuncupentur, non honore aut alicuius privilegii colore subnixos, pro definitione legum inexorabilium suam fortunam subire compelli, quatenus nec publicis quidquam neceatur aut minuatur utilitatibus, et suis corporibus illi reddantur, quos vel patris vel maiorum obligatio vel sua constringit.

Tit. LXX. [LXXII.]

DE SUSCEPTORIBUS, PRAEPOSITIS ET ARCARIIS.

1. [a]) Imp. Constantinus A. ad Eufraxium, Rationalem trium provinciarum [8]). — Susceptores publicos absque omni mora aurum censemus suscipere, ne quis per hanc occasionem sumtus facere compellatur. Nam si solvere volens a suscipiente fuerit contemtus, testibus adhibitis contestationem debebit proponere, ut, hoc probato, et ipse securitatem debitam, commissi nexu liberatus, cum emolumentis accipiat, et, qui suscipere neglexerit, eius ponderis, quod debebatur, duplum [9]) fisci rationibus per vigorem officii praesidis [10]) inferre cogatur. Quod autem susceptores iudice, cuius interest, negligente violaverint, ex ipsius iudicis facultatibus sarcietur [11]). Dat. XIV. Kal. Aug. Paulino et Iuliano Conss. [12]) [325.]

2. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Secundum P. P. [13]) — Iuxta inveteratas leges nominatores susceptorum et eorum, qui ad praeposituram horreorum et pagorum creantur, teneantur obnoxii, si minus idonei sint [14]), qui ab eisdem fuerint nominati, nec quidquam ex eorum substantia, celebrata per interpositam personam emtione, mercentur. Dat III. Kal. Aug. Constantinop. Valentiniano et Valente AA. Conss. [15]) [365.]

3. [c]) Iidem AA. [16]) ad Mamertinum P. P. [17]) — Susceptores novi non modo praesentis anni debita, verum etiam species, quas ex reliquis inferunt [18]), quia novae sunt ac recentes [19]), suscipiant. Dat. prid. Kal. Novemb. Romae [20]), Valentiniano et Valente AA. Conss. [21]) [365.]

4. [d]) Iidem AA. ad Florentium, Comitem S. L. [22]) — Neminem susceptionis munere functum ad idem munus adstringi, nisi se prius vinculo sollicitudinis superioris absolverit. Nam neque eos, qui placuerint, gravare iusti [23]) est, neque illos [24]), qui displicuerint, tenere prudentis [25]). Integro igitur singuli anniversario anno transcurso cogantur exponere, quibus titulis suscepta disperserint, ut facilius, si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare iacturam. Non perpetui autem exactores teneantur in continuata [26]) vexandorum provincialium potestate, velut concussionum dominatione, sed per annos singulos indiciaria sedulitate mutentur, nisi aut consuetudo civitatis aut auctoritas [27]) ordinis eos per biennium esse compellat. Dat. XV. Kal. Octob. Mantebri, Gratiano NB. P. et Dagalaipho Conss. [28]) [366.]

5. [e]) Iidem AA. ad Germanianum, Comitem S. L. [29]) — Quotiescunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut [30]) auri massa transmittitur, in septuaginta duos [31]) solidos libra feratur accepta [32]). Dat. VI. Id. Ianuar. Romae [33]), Lupicino et Iovino Conss. [34]) [367.]

6. [f]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Chilonem [35]). — Frumenta, quae [36]) horreis inferuntur, pro illationis modo illico apocharum cautionibus adnotentur. Non autem oportet in horreis fiscalibus nisi fiscalia frumenta constitui. Dat. V. Id. April. Treviris, post consulatum Gratiani A. III. et Equitii V. C. [37]) [375.]

7.

---

[a]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de susceptor. XII.* 6.; *iungenda l.* 1. *tit. seq.* — [b]) *l.* 8. *Th. C. de susceptor XII.* 6. — [c]) *l.* 10. *Th. C. de susceptor. XII.* 6. — [d]) *hausta ex l.* 11. *Th. C. de susceptor. XII.* 6., *adiectis quibusdam ex l.* 22. *Th. C. eod. Apud Hal. nostra const. posita est post l.* 8. *h. t.*, *de cuius rei causa cfr. not.* 22. — [e]) *hausta ex l.* 13. *Th. C. de susceptor. XII.* 6.; *iungenda l.* 2. *C. de metall. XI.* 6. *et fortasse l.* 1. *C. de vet. numism. pot. XI.* 10.; *Bas. LVI.* 5. 1. (*T. VI. p.* 710.) — [f]) *l.* 16. *Th. C. de susceptor. XII.* 6.

[1]) *mss. Hfn. Gt.*, *Bk.*, *Theod. C.*; utilitatis *edd. Schf. Hal. et rell.* — [2]) *ms. Gt.*, *Cui.*, *Theod. C.*; obtineri *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; detineri *Hal. et rell.* — [3]) Fabricio *Hal. Russ.*; Fravitto *Cui. in ed. prima.* — [4]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Cyro P. P. *om. edd. rell.* — [5]) *Cui. Bk.*; *Οἱ βοηθοὶ τῶν λογιστῶν Bas. secund. Cui.*; Boethos locistarcum; Boethos, logistas *rell.* — [6]) *Cui. Bk.*, *Cont. in marg.*; *δημογραμματεῖς Bas. secund. Cui.*; medogramatheas *ms. Hfn.*; medographos *ed. Schf.*; medogrammateos *rell.*; *scribendum videtur* demogrammateas. — [7]) diastoleos *ms. Hfn.*, *Cui.*; diascolos *ed. Schf.*; *διαστολεῖς Bas. secund. Cui.* — [8]) Imp. Antoninus A. *Hal. Russ. Caeterum* post alia *ex Theod. C. inscriptioni addunt Cont.* 66. *et postea rell.* — [9]) in duplum *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal.* — [10]) officii tui *Theod. C.* — [11]) Quod — sarcietur *om. Theod. C.* — [12]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [13]) Imp. Alexand. A. *Hal. Russ.* — [14]) sunt *edd. Schf. Hal. Cui.* — [15]) *subscr. om. Hal.* — [16]) *Cui. Bk.*; Idem A. *ms. Hfn.*, *Hal.*; Impp. Valentin. et Valens AA. *Russ. et rell.* — [17]) ad Mamert. P. P. *om. Hal.* — [18]) quae ex reliquis inferuntur *Theod. C.* — [19]) sunt accrescentes *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *improb. Cui. in comment.*; sunt abcrescentes *ms. Hfn.* — [20]) Remis *coni. Ritter. ad Theod. C. l. c.*; *Gothofr. in Chronol. mensem tentat.* — [21]) *subscr. om. Hal.* — [22]) Iidem AAA. ad Paulinum praefectum Augustalem *Hal.*, *quae est inscr. legis* 22. *Th. C. cit.*, *cuius et subscriptionem nostrae const. adposuit; eaque re haud dubie motus est, ut nostram const. post. leg.* 8. *h. t. collocaret.* — [23]) iustitia *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi*, *ed. Schf.*; iustitiae *Hal. Russ.* — [24]) *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; eos *Hal. et rell.* — [25]) *mss. Hfn. Gt.*, *Cui.*, *Theod. C.*; est *addunt edd. rell.* — [26]) continuanda *Hal. Russ. Cont.* 62. — [27]) *Cui. cum Theod. C. scribit* raritas; *τὸ σπάνιον Graeci.* — [28]) *Cui. Bk.*, *l.* 11. *Th. C. cit.*; *Hal. et rell. huc referunt subscript. legis* 22. *Th. C. cit.* Dat. prid. Kal. Dec. Constantinop. Honorio NB. P. et Evodio Conss. (386.), *quod series legum chronologica non fert; cfr. not.* 22. — [29]) Idem Aug. *Hal. Russ.* — [30]) et *Cui.*, *Theod. C.*; *glossa ait:* „aut *pro* et.“ — [31]) *in vet. cod. ante rasuram Haloandro scriptum videtur* duodequinquinta *aut certe* quinquaginta; *sed num. in textu bene se habet, ut docent Graeci et Theod. C.* — [32]) accepto *Theod. C.* — [33]) Remis *emend. Gothofr.* — [34]) *subscr. om. Hal.* — [35]) *Cui. Russ.*, *Theod. C.*; Probo P. P. *Cont. et postea rell.*, *quod per errorem a l.* 15. *Th. C. tit. cit. huc transscriptum suspicor.* — [36]) de *ins. mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal.* — [37]) *subscr. om. Hal.*

7. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. [1]) Have Hypati K. N. [2]) — Diu minime penes ipsos susceptores maneat facta collatio, sed statim, quodcunque a provincialibus fuerit exsolutum, sacris thesauris inferatur. Dat. III. Kal. Mai. Constantinop. post consulatum Antonii [3]) et Syagrii [4]) [383.]

8. [b]) Iidem AAA. [5]) Cynegio P. P. — Exactores vel susceptores in celeberrimo coetu curiae, consensu et iudicio omnium, sub actorum testificatione firmentur, provinciarumque rectoribus [6]) eorum nomina, qui ad publici [7]) munus officii editi [8]) atque obligati fuerint, innotescant. Et animadvertant, quicunque nominaverint, ad discrimen suum universa, quae illi gesserint, redundare. Dat. VI. Kal. Novemb. Constantinop. Honorio NB. P. et Evodio Conss. [380.]

9. [c]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [9]) AAA. Cynegio P. P. — Modios aeneos vel [10]) lapideos cum sextariis atque ponderibus per mansiones singulasque civitates iussimus collocari, ut unusquisque tributarius, sub oculis constitutis rerum omnium modis, sciat, quid debeat susceptoribus dare; ita ut, si quis susceptorum conditorum modiorum sextariorumque vel ponderum normam putaverit excedendam, poenam se sciat competentem esse subiturum. Et submotis, quae contra utilitatem populorum omnium hactenus gesta sunt, frumenti quinquagesimas, hordei quadragesimas, vini et lardi [11]) vicesimas susceptoribus dari praecipimus. Humanitatis autem necessitate commoti [12]), in Armeniae partibus susceptoribus [13]) longinquitatis causa frumenti et hordei quadragesimas, vini et lardi quintas decimas dari praecipimus. Dat. IV. Kal. Decemb. Constantinop. Honorio NB. P. et Evodio V. C. Conss. [14]) [386.]

10. [d]) Iidem AAA. Cynegio P. P. [15]) — Susceptores praesentibus defensoribus et modum iugationis possessorum et species singulas vel earum [16]) numerum [17]) quantitatemque perscribant [18]). Dat. IV. Kal. Decemb. Constantinop. Timasio et Promoto Conss. [389.]

11. [e]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Benigno, Vicario urbis Romae. — Securitates semel publicatas et gestis lectas vini [19]) susceptoribus imputari, et coeptam [20]) arcae [21]) discussionem volumus in apertum quaesita ratione deduci, et omnes publicas securitates, quae gestis tenentur, a susceptoribus accepto ferri. Dat. VI. Id. Iun. Mediolano, Stilicone [22]) et Aureliano Conss. [400.]

12. [f]) Iidem AA. Pompeiano, Proconsuli Africae [23]). — Si aliquid a susceptore vel [24]) tabulario fraudis admissum esse [25]) possessor deprehendat, nemo eorum semel de [26]) interversione convictus id rursus officium gerat, in quo ante decoxit, etsi rescriptum nostrum elicitum clandestina supplicatione tulerit [27]). Dat. prid. Kal. Ian. [28]) Mediolano, Stilicone [29]) et Aureliano Conss. [400.]

13. [g]) Iidem AA. et Theodosius A. [30]) Lucio, Comiti sacr. larg. — Duos tabularios seu numerarios [31]) et susceptores totidem per universas provincias oportere constitui, clementia nostra praecepit. Scire autem volumus praetorianam amplissimam praefecturam, eos [32]), qui aurum largitionale susceperunt [33]), nihil cum arcae ratiociniis habere commune, iudices autem provinciarum quinque libris auri mulctandos et primates officiorum capitali poena plectendos, si hoc non fuerit custoditum. Dat. VI. Kal. Februar. Basso et Philippo Conss. [408.]

14. [h]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Kuchario [34]). — Humilioribus [35]) officiis aut extraordinariis oneribus occupari curiales non patimur, ne publica vacillet utilitas. Susceptionem [36]) itaque vestium aequius est ab officio proconsulari vel ab his, qui in eodem meruerunt, solemniter [37]) procurari. Horum namque interest huiusmodi explorare rationem et quaerere qualitatem eorum [38]), quorum ad constituendum [39]) commodior cura est. Neque enim aequum est, ut ad officium lucra [40]), ad curialem susceptionis tantum damna pertineant. Hanc igitur ab ordinibus iniuriam submovemus, exceptis his, si [41]) qui curialium in [42]) officio memorato aut militasse aut militare fuerint deprehensi [43]). Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Conss. [412.]

15. [i]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Volusiano P. P. [44]) — Aurum sive argentum quodcunque a possessore confertur, arcarius vel

---

[a]) *fons est l.* 17. *Th. C. de susceptor. XII.* 6. — [b]) *l.* 20. *Th. C. de susceptor. XII.* 6. — [c]) *l.* 21. *Th. C. de susceptor. XII.* 6.; *Bas. LVI.* 11. 9. (*T. VI. p.* 733.); *fortasse iungenda l.* 1. *C. de praediis decur. X.* 33. — [d]) *l.* 23. *Th. C. de susceptor. XII.* 6. — [e]) *l.* 26. *Th. C. de susceptor. XII.* 6. — [f]) *hausta ex l.* 27. *Th. C. de susceptor. XII.* 6.; *iungendae l.* 1. *C. ad l. Iul. de ambitu. IX.* 26., *l.* 3. *C. de lueris advocat. XII.* 62.; *Bas. LVI.* 11. 12. — [g]) *l.* 30. *Th. C. de susceptor. XII.* 6. — [h]) *l.* 31. *Th. C. de susceptor. XII.* 6. — [i]) *hausta ex l.* 32. *Th. C. de susceptor. XII.* 6.; *iungenda l.* 5. *C. de exsecutor. XII.* 61. *In ms. Gt. et ed. Schf. nostra const. est prima tit. seq.*

[1]) *Arcadium addit Bk.* — [2]) Imp. Gordianus A. *inscribit Hal.* — [3]) Antonini *Sp. vitio typ.* — [4]) Syagri *Cui.* — [5]) Imppp. Valentin., Theod. et Arcad. AAA. *Hal. Bk., contra Theod. C.* — [6]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Theod. C. ed. Haenel.*; rectores *Russ. et rell.* — [7]) *Cui., Theod. C.*; publicum *rell.* — [8]) dediti *ed. Schf.* — [9]) Iidem *Bk.*; *cfr. not.* 5. *ad const. praeced.* — [10]) atque *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; seu *Hal.* — [11]) laridi *Bk., Theod. C., et sic infra.* — [12]) commoniti *Theod. C.* — [13]) susceptoribus in Armenia *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; susceptoribus in Armeniae susceptionibus *Cui. Bk., Theod. C. Ut ed. Schf., ita Hal., sed vv.* in Armenia *ante v.* commoti *positis.* — [14]) *ab Hal. haec et reliquae hui. tit. subscriptt. absunt.* — [15]) *hic et in rell. huius tit. inscriptt. ab Hal. abest is, ad quem data est const.* — [16]) *Cui. Bk., Theod. C.*; eorum *rell.* — [17]) munerum *Sp. vitio typ.* — [18]) *Cui., Theod. C.*; praescribant *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; describant *Hal. et rell.* — [19]) binis *Theod. C. ed. Gothofr.* — [20]) receptam *Hal.*; exceptam *var. l. ap. Azon.*; exceptas *et mox* discussiones *ms. Gt.* — [21]) *ms. Hfn., Cui. Bk., Theod. C.*; mercedis *edd. Schf. Hal. et rell.* — [22]) Stilichone *omnes praeter Bk., cum quo facit Theod. C.* — [23]) Pompei. suo salutem *Russ. Cont.* 62; Pompeiano, *nihilque praeterea, Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [24]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; a *ins. Hal. et rell.* — [25]) admissum et *Theod. C.* — [26]) de *om. mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; in *Theod. C., Bk.* — [27]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; detulerit *Cui. Bk., Theod. C.*; intulerit *Hal. et rell.* — [28]) Iun. *l.* 1. *C. IX.* 26. — [29]) *cfr. not.* 22. *ad l. praeced.* — [30]) *Cui. Bk., Theod. C.*; et Theod. A. *om. rell.* — [31]) seu numerar. *om. Theod. C.* — [32]) Super hoc autem admonuimus et praetor. ampl. praefect., quo sciret, eos *Theod. C.*; praefecturam et eos *Hal.* — [33]) susceperint *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui.* — [34]) suo salutem *addit Theod. C. Est hic Eucharius Proconsul Africae.* — [35]) Humilibus *Theod. C.* — [36]) *ms. Hfn., codd. Russardi, edd. Schf. Cui., Theod. C.*; Susceptorem *Hal. et rell.* — [37]) solemnitatem *Azo.* — [38]) earum *coni. Iac. Gothofr., probante Haenel.* — [39]) contuendum *Theod. C.*; consuendum *coni. Cuiac. Obss. II.* 8.; custodiendum *ms. Hfn., non male.* — [40]) lucella *Theod. C.* — [41]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C., var. l. ap. Azon.*; si *om. Hal. et rell.* — [42]) in *om. Theod. C.* — [43]) fuerit deprehensus *Theod. C.* — [44]) post alia *ex Theod. C. addunt Russ. Cont. et rell., at non Cui.*

vel susceptor accipiat, ita ut provinciae moderator eiusque officium ad crimen suum noverit pertinere, si possessoribus ullum fuerit ex aliqua ponderum iniquitate illatum dispendium. Et quidquid ex provinciis ad nostrum dirigetur [1]) aerarium, id ad illustres viros erarii nostri comites relatione deferatur. Dat. III. Kal. Mart. Ravenna, post consulatum Felicis et Tauri VV. CC. [429.]

Tit. LXXI. [LXXIII.]

DE PONDERATORIBUS ET AURI ILLATIONE.

1. [a]) Imp. Constantinus A. ad Eufraxium [2]), rationalem trium provinciarum. — Aurum, quod infertur a collatoribus, si quis vel solidos voluerit vel materiam appendere [3]), aequa [4]) lance et libramentis paribus suscipiatur. PP. [5]) XIV. Kal. Aug. Paulino et Iuliano Conss. [6]) [325.]

2. [b]) Imp. Iulianus [7]) A. ad Mamertinum P. P. — Quoties de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio, placet, quem sermo graecus zygostaten [8]) appellat, per singulas civitates constitutum, qui [9]) pro sua fide atque industria neque fallat neque fallatur, contentionem dirimere. Dat. IX. Kal. Mai. Salonae, Iuliano A. IV. et Sallustio Conss. [363.]

Tit. LXXII. [LXXIV.]

DE AURI PUBLICI PERSECUTORIBUS [10]).

1. [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. [11]) — Auri persecutores partim nulla praemissa, ut assolet, persecutoria aurum praesumunt [12]), partim diutius retentant, quod statim fuerat assignandum. Ideoque censemus, ne quis absque praecepto viri illustris comitis sacrarum largitionum vel coquendum aurum sumat, vel capiat deinceps retinendum. Dat. XIII. Kal. Aug. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [13]) [409.]

Tit. LXXIII. [LXXV.]

DE HIS, QUAE EX PUBLICA COLLATIONE ILLATA SUNT, NON USURPANDIS.

1. [d]) Imp. Constantinus A. — Nullus iudicum id [14]), quod a republica ex collatione susceperit, mutui interventione opposita vel invadat vel conetur invadere. Dat. prid. Non. Mart. Treviris, Paulino et Iuliano Conss. [15]) [325.]

2. [e]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Have Lampadi K. N. [16]) — Nullus penitus ex eo, quod refertur in conditis vel in arca continetur, ad quemlibet titulum usurpet, nisi forte praesumendi facultatem sublimium potestatum iussione perceperit. Dat. III. Id. April. Constantinop. Antonio et Syagrio Conss. [382.]

3. [f]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae P. P. [17]) — Sciant iudices, nihil sibi ex privatae rei canone vel ex [18]) eo, quod ex iisdem titulis exegerint, ad necessitates alias transferre licere, nisi malint gravissima severitate suam licentiam coerceri. Dat. XVI. Kal. Iun. [19]) Mediolano, Theodoro V. C. [20]) Conss. [399.]

Tit. LXXIV. [LXXVI.]

DE AURO CORONARIO.

1. [g]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [21]) AAA. Cynegio P. P. — Ad collationem auri coronarii placuit neminem absque consuetudine esse cogendum. Dat. XV. Kal. Febr. Constantinop. Richomere et Clearcho Conss. [22]) [384.]

Tit. LXXV. [LXXVII.]

DE IRENARCHIS.

1. [h]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. [23]) — Irenarchae, qui ad provinciarum tutelam quietis ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam, a decurionibus indicio praesidum provinciarum idonei nominentur. Dat. VIII. Kal. Ianuar. Constantinop. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [24]) [409.]

TIT. LXXVI.

---

[a]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de ponderator. XII.* 7.; *iungenda l.* 1. *tit. anteced.*; *Bas. LVI.* 5. 1. (*T. VI. p.* 710.) — [b]) *efformata ex l.* 2. *Th. C. de ponderator. XII.* 7. — [c]) *l.* 1. *Th. C. de auri prosecut. XII.* 8.; *iungendae videntur l.* 7. *C. de navicular. XI.* 1., *l.* 2. *C. de off. civil. iud. I.* 45. — [d]) *l.* 1. *Th. C. de his quae ex publ. collat. XII.* 9. — [e]) *l.* 1. 2. *Th. C. de his quae ex publ. collat. XII.* 9. — [f]) *l.* 3. *Th. C. de his quae ex publ. collat. XII.* 9.; *geminatur in l.* 5. *C. de collat. fundor. patrimon. XI.* 64. — [g]) *l.* 5. *Th. C. de auro coronar. XII.* 13.; *iungenda l.* 7. *C. de oper. publ. VIII.* 12. — [h]) *formata ex l.* 1. *Th. C. de irenarch. XII.* 14., *sed ita, ut sententia eius in contrarium versa sit.*

[1]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C.*; dirigeretur *ms. Hfn.*; dirigitur *Cont.* 66. *et rell.* — [2]) Eufrasium *Theod. C. ed. Haenel.*; *ab Hal. in hac et in seq. const. abest is, ad quem data est.* — [3]) apprehendere *ed. Schf.*, *Azo.* — [4]) aeque *Sp. vitio typ.*, *quod retinet Bk.* — [5]) Dat. *l.* 1. *tit. anteced.* — [6]) *subscr. in hac et seq. const. om. Hal.* — [7]) Iustinianus *Hal. Russ.* — [8]) *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; zygostatem *rell. edd. Caeterum* zygost. *post* constitutum *ponitur in ms. Hfn. et ed. Schf.*, *quod magis accedit ad Theod. C.* — [9]) qui *om. Hal.*, *qui post* industria *ins.* ut. — [10]) prosecutoribus *Cui.*, *Theod. C.*, *et sic in ipsa const. iidem habent* prosecutores — prosecutoria. — [11]) Impp. Valentin. et Valens AA. *inscribit Hal.* — [12]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; persequi *ins. Hal. et rell.* — [13]) *subscr. om. Hal.* — [14]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*, *Theod. C.*; id *om. Cont.* 71. *et rell.* — [15]) *ab Hal. desunt subscriptt. in hoc tit.* — [16]) *ab Hal. in hac et in seq. const. deest is, ad quem data est.* — [17]) *ex Theod. C.* post alia *addunt Russ. et rell.*, *at non Cui.* — [18]) ex *om. Theod. C.* — [19]) VI. Kal. Iul. *l.* 5. *C. XI.* 64. — [20]) *Theod. C.*, *Bk.*; V. C. *om. rell.* — [21]) Valentinianus, Theodos. et Arcad. *Bk.*, *sed v. Theod. C. et not.* 12. *ad l.* 7. *C. VIII.* 12.; Impp. Arcad. et Honor. AA., *nihilque praeterea*, *in inscr. habet Hal.* — [22]) *subscr. om. Hal.* — [23]) Imp. Antonin. A. *inscr. Hal.* — [24]) *subscr. om. Hal.*

Tit. LXXVI. [LXXVIII.]

DE ARGENTI PRETIO, QUOD THESAURIS INFERTUR.

1. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano P. P. [1]) — Iubemus, ut pro argenti summa, quam quis thesauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem, ita ut pro singulis libris argenti quinos solidos inferat. Dat. XI. Kal. Mart. Constantinop. Caesario et Attico Conss. [2]) [397.]

---

[a]) *l. 1. Th. C. de argenti pret. XIII. 2.*

[1]) Imp. Constantinus A. *inscr. Hal.* — [2]) *subscr. om. Hal.*

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER UNDECIMUS.

[Tit. I.

DE TOLLENDA [1]) LUSTRALIS AURI COLLATIONE [2]).]

1. [a]) *Epitome graecae const.* [3]) *ex Bas.*

Συγχωρεῖ πᾶσιν εἰς τέλειον τὴν συντελείαν τὴν τοῦ χρυσαργύρου, ἐξῃρημένων τῶν πόλεων ἢ κωμῶν τῶν λαβουσῶν τι κατὰ τελευταίαν βούλησιν ὑπὲρ

Omnibus penitus remittit auri et argenti collationem, exceptis civitatibus aut vicis, qui aliquid ultima voluntate sub hoc collationis onere acceperunt, vel etiam

---

[a]) *graecae const. epitomen ex Bas. LVI.* 12. 1. (*ap. Fabr. T. VI. p.* 734.) *restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod.; secuti eum sunt Cont.* 66. *et rell. De notis deficientis graecae const. cfr. not.* 2. *ad rubr. hui. tit. Praeterea Cont.* 66. *in Praetermissis fol.* 19. *haec edidit ex perantiquo cod., quae graecae const. argumentum continere sibi videbantur: Indictionibus trino lustro digestis, auri primo pro rebus functio praeter annuum canonem indicitur: aurumque, quod ex tali collatione dependitur, est lustrale. Quindecim vero annorum spatium, in se quinquennii continens tria lustra, primo aurum, secundo argentum, tertio aes exsolvere collatores perurget. In lustra vero conglomeratio per subadiuvas, melloproximos, adiutores et arcarios ad hoc officii deputatos, sub forma exactionis inserta, hoc expedito cursu perstringat. Ipsi textui haec inserta fuerunt a Cont.* 71. *Char. Pac.; sed profecto male. Haud dubie enim sunt antiqua glossa ad vv. lustralis auri, quam Accursius non recepit, fortasse quia magnam eius partem iam in gl. ad rubr. C. de indiction.* (*X.* 17.) *relatam haberet; nostro enim loco ad vv. lustralis auri Accurs. ait: „dic, ut in rubr. supra de indict. notatur.“ Cfr. etiam de illo Contiano P. Pithoeus ad Cod. p.* 244. *not.* 1.

[1]) tollenda *om. edd. Schf. Hal. Bk.; sane vero hic tit. est de tollendo hoc oneris genere, nihilque receptum est ex Theod. C. XIII.* 1., *ubi agnoscitur et accuratius definitur.* — [2]) *Accidit in hac rubr., quod assolebat, si cui graeca tantum const. subiecta esset, ut scilicet ipsa rubrica cum sequente in unam coniungeretur* (*cfr. not. ad rubr. tit. C. X.* 55.). *Apud Hal. itaque et Russ. Cont. Char. Pac. Sp. prima huius libri rubrica sic audit:* De navicularii seu naucleris publicas species transportantibus, et de tollenda lustr. auri collatione. *At verioris rubricae pleraque documenta exstant. In mss. Rg.* 1. 2. *et ed. Schf. rubricae sic habentur: „*De lustralis [lustrali] auri collatione constitutio graeca. De navicularii — transportantibus.“ *Idem de suo cod. notat Cont. in marg. ita: „posterior rubricae pars* (de toll. lustr. auri collat.) *primo loco scripta est in vet. meo mso, ibique notatur, graecam const. ad hanc particulam pertinentem deesse.“ Veriorem rubricae habitum et indigitat glossa, quae ad vv.* lustralis auri *sic habet: „de hoc nil in nigro; sic supra* Quibus muneribus (*X.* 55.).“ *Recte itaque Cui. rubricam illam in duas divisit, primam fecit* De lustr. auri collat., *cui duas graecas const. ex Bas. subiecit, secundam autem posuit* De navicularii. *Editores autem post Cui.* (*excepto Bk.*) *restitutas quidem ab illo graecas const. receperunt, sed in rubrica dividenda secuti eum non sunt, ita ut in editionibus, quae nunc usu maxime vulgantur, rubricae* De navicularii — collatione *octo const. subiectae sint, duae graecae, quae de lustrali auro tractant, et sex latinae, quae ad navicularios pertinent.* — [3]) *has duas graecas const. Anastasii esse, Cuiac. arbitratur, quum ille imperator aurariam collationem sustulisse a pluribus auctoribus dicatur* (*de quibus v. comment. Ias. Gothofr. ad l.* 1. *Th. C. XIII.* 1.)

ὑπὲρ τοῦ συντελεῖν τοῦτο, ἤγουν ἐὰν ἀπὸ τοῦ δημοσίου δίδοται[1]) τι ὑπὲρ τοῦ συντελεῖν τοῦτο. Οἱ δὲ τὸ τέλος τοῦτο παρέχοντες ἄδειαν ἐχέτωσαν, εἴτε ἐν Κωνσταντινουπόλει εἴτε ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καταβαλεῖν αὐτὸ εἴτε τὸν[2]) τέταρτον κατ' ἐνιαυτὸν εἴτε ὑπὲρ τετραετίαν, δίχα μέντοι ζημίας καὶ διαστροφῆς. Εἰ δέ τι ἐκ περιττοῦ ἢ[3]) μετὰ τὸ τοιοῦτο τέλος, ἀναλισκέσθω εἰς ἀναγκαίας χρείας τῆς πόλεως, οἷον ἔργα ἢ σιτωνείαν ἢ φῶτα ἢ τὰ ὅμοια. Ἑκατὸν δὲ λίτρας ὁρίζει πρόσιμον τῇ σχολῇ τῶν παλατινῶν καὶ τοῖς ἄρχουσι καὶ τῇ τάξει καὶ τοῖς πολίταις, εἰ ταῦτα παραβαθείέν ποτε.

etiam si quid a fisco sub ea collationis lege datum est. Qui vero tale onus agnoscunt, licentiam habeant, Constantinopoli vel in provincia id solvere aut quartam partem singulis annis, aut praeterlapso quadriennio, sine damno ac dispendio. Si quid vero supersit ex ea collatione, in civitatis necessitates impendatur, veluti opera vel frumenti coemtionem vel lumina vel similia. Constituit autem centum librarum mulctam scholae palatinorum, et praesidibus et officio et civibus, si haec quandoque transgressi fuerint.

2. [a]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Μηδεὶς διαγραφέσθω εἰς θεωρητικὰ ἢ ἄλλα τινὰ προφάσει τοῦ κουφισθῆναι τὴν συντελείαν τοῦ χρυσαργύρου, ἐπεὶ ἡ προειρημένη ποινὴ ἐπικείσεται.

Nemo describatur in spectacula vel alia quaedam obtentu immunitatis ab auraria functione; praedicta enim poena imminebit.

Tit. I. [II.]

DE NAVICULARIIS SEU NAUCLERIS [4]) PUBLICAS [5]) SPECIES TRANSPORTANTIBUS [6]).

3. [1.] [b]) Imp. Constantius A. et Iulianus C. Olybrio P. U. [7]) — Nullam vim oportet naucleros [8]) sustinere delegatas species annonarias transferentes, nec concessiones perpeti nec aliquod genus incommodi, sed venientes ac remeantes omni securitate potiri; decem librarum auri [9]) mulcta proponenda his, qui eos inquietare tentaverint. Dat. Kal. Iun. Romae, Constantio [10]) IX. et Iuliano C. II. Conss. [11]) [357.]

4. [2.] [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eusebio P. P. — Comperimus, naucleros [12]) susceptas species in negotiationis emolumenta convertere. Ideoque decernimus, ut intra annum, quas susceperint, inferant species, et securitates reportent, quae etiam diem illationis edoceant, ut [13]) intra alterum annum eis reddantur, a quibus species praestitae sunt [14]). Dat. X. Kal. Ianuar. Mediolano, Arcadio IV. [15]) et Honorio III. AA. Conss. [396.]

5. [3.] [d]) Iidem AA. Flaviano P. U. — Ab his, qui in naucleros [16]) praedas egerunt, volumus eorum commodis satisfieri. Et ideo ne crescat in posterum eorum audacia, sancimus, ut, quicunque in rapinis fuerit deprehensus, poena [17]) quadrupli teneatur. PP. Romae in foro Aproniani, IX. Kal. Febr. Stilicone [18]) et Aureliano Conss. [400.]

6. [4.] [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. — Quum navarchorum coetus circiter [19]) provincias Orientis inopia navium titubaret, et investigandae classis obtentu insularum secessus obiret [20]), et, navigandi opportunitate transacta, iudiciorum indignatio sine transvectionis exspectaretur effectu, merito celsitudo tua, praefecto Augustali et insularum praeside conventis [21]), Alexandrinae et Carpathiae [22]) classis summates et nonnullos alios naucleros eo [23]) professionis adduxit, ut onus frumentarii commeatus, qui [24]) per Orientales navarchos ex Alexandrinae civitatis conditis consueverat ad sacratissimam urbem transferri, in suam fidem susceptum, ad eadem augustissimae urbis horrea comportarent, solatiis [25]) pro mercedula praestitis ex tributariae pensitationis immunitate vel ex eo [26]), quod vocatur φιλικόν [27]), nec non etiam aliis, quae cognitionis [28]), limavit [29]) examen. Dat. XIV. Kal. Febr. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

7. [5.] [f]) Iidem AA. [30]) Anthemio P. P. — Qui fiscales species suscepit [31]) deportandas, si recta navigatione contemta, litora devia sectatus, eas avertendo distraxerit, capitali poena plectetur. Dat. XIV. Kal. Aug. Constantinop. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

8.

---

[a]) *graecae const. epitomen ex eodem libro et tit. Bas. (apud Fabr. LVI. 12. 2.) restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod.; secuti eum sunt Cont. 66. et rell.* — [b]) *l. 9. Th. C. de navicular. XIII. 5.* — [c]) *hausta ex l. 26. Th. C. de navicular. XIII. 5.* — [d]) *hausta ex l. 29. Th. C. de navicular. XIII. 5.; Cui. in comment. haud recte coniungit leg. 24. C. de excusat. et temp. ear. V. 62.* — [e]) *hausta ex l. 32. Th. C. de navicular. XIII. 5.; iungenda l. 6. C. de naufrag. XI. 5., et fortasse etiam l. 1. C. de frumento Alexandr. XI. 27.* — [f]) *l. 33. Th. C. de navicular. XIII. 5.; iunge l. 1. C. de auri publ. persecut. X. 72., l. 2. C. de off. civil. iud. I. 45.*

[1]) *δίδοται Fabr.* — [2]) *scribendum videtur τὸ, scil. μέρος, et sic habet Augustin.* — [3]) *Fabr. Bk.; εἰ Cui. et rell.* — [4]) naucleriis *ms. Hfn., ed. Schf., et sic saepius.* — [5]) publicis *ms. Hfn., Hal.* — [6]) *de coniunctione hui. rubricae cum rubr. anteced. cfr. not. 2.* — [7]) Imp. Constantinus A. *Hal., a quo in hoc tit. absunt li, ad quos datae sunt constitutt. Caeterum pro Olybrio Orphitum reponit Iac. Gothofr.* — [8]) navicularios *ed. Schf., Theod. C.* — [9]) decem auri libras *Theod. C. ed. Haenel.* — [10]) A. *ins. Bk.* — [11]) *ab Hal. ab in hac const. et in rell. hui. tit. subscriptio.* — [12]) navicularios *Theod. C.*; nauclerios *ed. Schf.* — [13]) et *ms. Gt., ed. Schf.* — [14]) *edd. Schf. Hal. Cui.*; sint *Russ. Cont. et rell.* — [15]) *Cui. Bk.*; III. *rell., et idem mendum est in Theod. C.* — [16]) navicularios *Theod. C.* — [17]) in poenam *Theod. C.* — [18]) *Theod. C., Bk.*; Stilichone *rell.* — [19]) circa *Hal. Cui. Bk., contra ms. Hfn. et Theod. C.* — [20]) conspiraret *Hal.* — [21]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; civitatis *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [22]) *ms. Hfn., Theod. C.*; Carpatiae *rell.* — [23]) *ms. Hfn., Cui. Bk., Theod. C.*; suae *ed. Schf.*; eius *Hal. et rell.* — [24]) quod *Hal. Cui. Russ., contra ms. Hfn. et Theod. C.* — [25]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; salariis *Russ. et rell.* — [26]) immunit. et eo *Hal. Cui.* — [27]) vocatur graece ἀλειτουργησία *Hal., Alciat.*; *sed* φιλικόν *et Theod. C. tuetur et graeci verbi vestigia in ms. Hfn.* — [28]) quae tuae cognit. *Theod. C.*; quae cognit. tuae *Cui. Bk.*; verum tuae *nec habuit Accursius*; cognitionibus *ms. Hfn.* — [29]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui. Cont. et postea rell., Theod. C.*; limabit *ms. Gt.*; libravit *Hal., var. l. gl.*; libuit *Russ.* — [30]) Impp. Theod. et Valentin. AA. *Hal. Cui.* — [31]) susceperit *Theod. C.*

8. [6.][a]) Idem AA. Faustino P. P. [1]) — Iudices, qui in portibus [2]) dioeceseos suae onusta navigia, quum prosperior [3]) flatus invitat, sub praetextu hiemis immorari permiserint, una cum municipibus et corporatis [4]) eiusdem loci fortunarum propriarum feriantur dispendiis. Nauclerí [5]) praeterea poenam deportationis excipiant, si aliquid fraudis eos admisisse fuerit revelatum. Dat. XVIII. Kal. Septemb. Ravennae, Varane [6]) V. C. Cons. [410.][b])

Tit. II. [III.]

DE PRAEDIIS ET OMNIBUS REBUS NAVICULARIORUM.

1. [c]) Impp. Valentinianus et Valens [7]) AA. ad Aurelianum, Praefectum annonae [8]). — Omnum etiam mansuetudinis nostrae in his, quae navicularío nomine [9]) obnoxia sunt, agnoscere praecipimus debitam functionem. Dat. III. Kal. Octob. Lupicino et Iovino Conss. [10]) [367.]

2. [d]) Idem AA. et Gratianus A. [11]) Chiloni [12]), Proconsuli Africae. — In his, quae navicularii vendunt, quoniam intercipere contractum emendi vendendique fas prohibet, emtor navicularii functionem pro modo portionis comparatae subeat; res enim oneri addicta [13]) est, non persona [14]) mercatoris [15]). Neque navicularium [16]) iubemus fieri eum, qui aliquid comparavit, sed eam partem, quae emta est, pro suo modo ac ratione esse munificam. Nec enim totum patrimonium ad functionem navicularium [17]) occupandum erit, quod habuerit [18]), qui rei exiguae mercator accessit, sed illa portio, quae ab initio navicularii fuit, ad pensionem huiusmodi [19]) functionis sola tenenda est, residuo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum est, otioso et immuni servando. §. 1. Domus [20]) vero, quarum cultu decus urbium potius quam fructus acquiritur, ubi a navicularíis veneunt, pro tanto modo ad hanc pensionem obligari placet, quantum habebant emolumentum, quum pecunia mutuarentur [21]). Ubi vero spatia [22]) loci et exiguitas nullam habuit [23]) pensionem, aut exstructio, cuius est ardua difficilisque molitio, aut decus sumtuosum, aut, ut est plerumque liberale institutum, habitationem quis [24]) suam ornamento urbis adiecit [25]), nolumus munificentiam, quae postea addita est, improbam licitationem aestimationis excipere [26]); sed vetusta potius loci species et pensio cogitetur, quam cultus hodiernus, qui per industriam hominis animosi accessit. Dat. III. Non. Aug. post consulatum Gratiani A. III. et Equitii V. C. [375.]

3. [e]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae P. P. — Hi, qui fundos navicularíae functioni adscriptos a navicularíis acceperunt quolibet ad se titulo transeuntes, secundum agri opinionem, quae antiquitus habebatur [27]) adscripta, navicularíam functionem suscipere cogantur, neque eas conditiones sibi existiment [28]) profuturas, quas venditor minus idoneus in se recepit [29]) impositas ementis arbitrio [30]); hac tamen pactione [31]) servata, ut, si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiam auctores transscripti praedii teneantur obnoxii, sitque hoc in promptu, ut damnis fiscalibus primitus ab idoneis consulatur. Dat. XIV. Kal. Mart. Mediolano, Theodoro V. C. Cons. [399.]

Tit. III. [IV.]

DE NAVIBUS NON EXCUSANDIS.

1. [f]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Longiniano P. P. [32]) — Multi naves suas diversorum nominibus et titulis tuentur. Cui fraudi obviantes praecipimus, ut, si quis ad evitationem publicae necessitatis titulum crediderit apponendum [33]), sciat, navem esse fisco sociandam. Nam ut privatos quoque non prohibemus habere navigia, ita fraudi locum esse non sinimus, quum omnes in commune, si necessitas exegerit, conveniat utilitatibus publicis obedire, et subvectionem [34]) sine dignitatis privilegio celebrare. Dat. III. Id. Ianuar. Ravenna, Arcadio A. VII. [35]) et Probo Conss. [36]) [406.]

2. [g]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio P. P. — Iubemus, nullam navem ultra duorum millium modiorum capacem [37]) ante felicem embolam vel publicarum specierum transvectionem aut privilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut praerogativa personae publicis utilitatibus excusari posse

---

[a]) *l. 34. Th. C. de navicular. XIII. 5.; iungenda videtur l. 4. C. quae res venire. IV. 40.* — [b]) *signum deficientis graecae const. in fine tit. ponunt Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.; videtur illud referendum ad graecas const. de lustralis auri collat.* — [c]) *hausta ex l. 5. Th. C. de praediis navicul. XIII. 6.* — [d]) *l. 7. Th. C. de praediis navicul. XIII. 6.* — [e]) *l. 8. Th. C. de praediis navicul. XIII. 6.* — [f]) *l. 2. Th. C. de navib. non excus. XIII. 7.* — [g]) *hausta ex Nov. Theod. IX.; nostra const. totidem verbis legitur in l. 10. C. de sacros. eccl. I. 2.; fortasse cohaeret l. 21. C. de cursu publ. XII. 51.*

[1]) post alia *ex Theod. C. addunt Russ. et rell., at non Cui.* — [2]) *Theod. C. ed. Haenel., Bk.*; portubus *Cui.*; partibus *rell.* — [3]) posterior *var. l. ap. Azon.* — [4]) municipiis incorporatis *var. l. ap. Azon.* — [5]) Navicularii *Theod. C.*; nauclerii *ms. Hfn., ed. Schf., et sic saepius.* — [6]) *Theod. C., Bk.*; Varana *rell.* — [7]) *Gratianum addit Bk., recte secund. chronologiam, at contra Theod. C.* — [8]) *ab Hal. nomina et dignitates eorum, ad quos datae sunt constitt., in hoc titulo absunt.* — [9]) nomini *ms. Gt., Bk.* — [10]) *ab Hal. haec et rell. subscriptt. in hoc tit. absunt.* — [11]) Idem AAA. *Bk.; cfr. not. 7. ad leg. praeced.* — [12]) *Theod. C. ed. Haenel., Cui.*; Achiloni *Russ. Cont. et rell.* — [13]) adiecta *ms. Gt., ed. Schf.* — [14]) *ms. Hfn., Cont. Char. Pac., Theod. C.*; personae *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Sp. Bk.* — [15]) mercantis *Theod. C.* — [16]) illico *ins. Theod. C.* — [17]) funct. navicularii muneris *Theod.*; *idem*, sed *om.* muneris, *habet ms. Gt.* — [18]) *edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C.*; habuit *rell.* — [19]) modi *om. Theod. C.* — [20]) Domos *Theod. C.* — [21]) *cod. Aured. a Char. collatus, Theod. C. ed. Haenel*; pec. mutuaretur *mss. Hfn. Bg.* 1. *edd. omnes*; pec. mutarentur *Cui. in comment.*; pecuniaria mutarentur *ms. Bg.* 2.; mutarent *al.* mutuaretur *al.* permutaretur *al.* compararetur *Azo*; mutarentur *al.* mutuaretur *al.* permutaretur *glossa.* — [22]) *ed. Schf., Theod. C.*; spatio *ms. Hfn.*; spatium *Hal. et rell.*; spatii et *ms. Gt., seq.* et *omisso.* — [23]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; habuerint *ed. Schf.*; habuerit *rell.* — [24]) aut (ut est plerumque) liberale institutum: qui habitationem *Hal.* — [25]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; adiecit *Hal. et rell.* — [26]) improba licitatione aestimationis accipere *Hal.* — [27]) habetur *ms. Gt., Cui., Theod. C.* — [28]) aestiment *ed. Schf., Theod. C.* — [29]) recipit *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; receperit *Theod. C.* — [30]) *Cui. in comment. ex veter. libris, Bk., Theod. C.*; imponentis arbitrio *Hal., Cui. in textu*; impositae mentis arbitrio *ms. Hfn., edd. rell.* — [31]) ratione *Theod. C.* — [32]) Long. P. P. *om. Hal.* — [33]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; opponendum *Russ. Cont. et rell.* — [34]) subiectionem *ms. Hfn.* — [35]) VI. *Bk., recte secund. fastos, sed convenit Theod. C.* — [36]) *Hal. om. subscr.* — [37]) capacitatem *Nov. Theod.*

posse subtractam; nec si coeleste contra proferatur oraculum, sive adnotatio sit sive divina pragmatica [1]), providentissimae legis regulas oppugnare [2]) debebit [3]). Quod etiam in omnibus causis cupimus observari, ut generaliter, si quid huiusmodi [4]) contra ius vel utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. Quicquid enim in fraudem istius legis quolibet modo fuerit attentatum, id navigii [5]), quod excusatur, publicatione corrigimus. Dat. IX. [6]) Id. April. Constantinop. [7]) Theodosio A. [8]) XVII. et Festo [9]) Conss. [439.]

Tit. IV. [V.]

NE QUID ONERI PUBLICO IMPONATUR.

1. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Rufino P. P. [10]) — Oneri publico sarcinam privatam ne quis imponat, nec audeat portitores frumenti ad suscipiendum onus aliqua necessitate compellere. Hoc enim facto atque commisso non in dispendium solum atque naufragii damnum tenebitur obligatus, verum etiam publicae coercitionis experietur vigorem. Dat. V. Id. Ian. [11]) Constantinop. Olybrio et Probino Conss. [12]) [395.]

Tit. V. [VI.]

DE NAUFRAGIIS.

1. Imp. Antoninus A. [13]) Maximo [14]). — Si quando naufragio navis expulsa fuerit ad littus, vel si quando reliquam [15]) terram attigerit, ad dominos pertineat; fiscus meus sese non interponat. Quod enim ius habet fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compendium sectetur?

2. [b]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Modestum P. P. [16]) — Si quis navicularius naufragium se [17]) sustinuisse affirmat [18]), provinciae iudicem, eius videlicet, in qua res agitur, adire festinet, ac probet apud eum testibus eventum, relatioque [19]) ad sublimissimam referatur praefecturam, ita ut, intra anni spatium veritate revelata [20]), competens dispositio procedat. Quodsi per [21]) negligentiam praefinitum anni spatium fortasse claudatur, supervacuas serasque interpellationes [22]) emenso anno placuit non admitti. Dat. PP. Berati [23]), Non. Iun. Modesto et Arintheo Conss. [24]) [372.]

3. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. navicularis Afris [25]). — Quoties obruta vel submersa fluctibus navi examen adhibetur competentis iudicis, duorum vel trium nautarum [26]) quaestione habita, ceteri ab huiusmodi nexu liberentur. Quid est enim, quod non abunde intra praefinitum numerum sollers quaesitor inveniat? Circa [27]) magistros navium, quibus est scientia plenior, immoretur; qui si fatali sorte defuerint, in alios inquisitio transferatur [28]). Sane si universos violentia tempestatis obruerit, ne veritas lateat, a liberis nautarum sive magistrorum intra indicia [29]) constitutis super eorum quaeratur interitu, quos navicularius naufragio periisse contendit. Susceptionis autem necessitas ex Kalendis Aprilis [30]) in diem Kalendarum Octobris mensura [31]) servabitur. Dat. VIII. Id. Februar. Treviris, Gratiano V. et [32]) Theodosio I. AA. Conss. [380.]

4. [d]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano P. P. — Pro his, quae semel a collatoribus illata naufragiis perierunt [33]), nolumus [34]) nobis aliquam cum possessoribus, sive senatores sive privati sint, communionem esse, vel aliquid periculi ad eos redundare. Dat. XV. Kal. Aug. Constantinop. Tatiano et Symmacho Conss. [391.]

5. [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. navicularis per Africam [35]). — De submersis navibus decernimus, ut levato velo istae causae cognoscantur. Et si quisquam de talibus negotiis aliquid accepisse detegitur, iudex, apud quem constiterit, his conquerentibus, qui nudantur, pro qualitatibus personarum multandi, removendi, proscribendi [36]) habeat potestatem. Si vero causarum talium cognitores, libelli datione [37]) vel planaria [38]) interpellatione commoniti, intra biennium has causas audire neglexerint, et hoc fuerit tempus elapsum, praeiudicium noceat eatenus cogni-

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. ne quid oneri publ. XIII.* 8. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de naufrag. XIII.* 9. — [c]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de naufrag. XIII.* 9. — [d]) *hausta ex l.* 4. *Th. C. de naufrag. XIII.* 9. — [e]) *l.* 6. *Th. C. de naufrag. XIII.* 9.

[1]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Nov. Theod.*; sanctio *ins. Hal. et rell., contra omnes codd. Russardi.* — [2]) excusare *l.* 10. *C. cit., male.* — [3]) debet *ms. Gt., Nov. Theod.* — [4]) *ms. Hfn., ed. Schf., Nov. Theod., l.* 10. *C. cit.*; eiusmodi *Hal. et rell.* — [5]) in navigii *Nov. Theod.*; id navigium *ms. Gt.* — [6]) VII. *Nov. Theod.*; VIII. *l.* 10. *C. cit.* — [7]) *Cont.* 76., *Nov. Theod.*; *locum om. rell.* — [8]) *Nov. Theod., Cont.* 76. *Bk.*; A. *om. rell.* — [9]) et Festo *om. Cont.* 76., *Nov. Theod.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac.* — [10]) Imp. Antonin. A. *inscr. Hal.* — [11]) Iun. *emend. Iac. Gothofr., quia in inscript. Theodosius non nominatur, et hanc coni. in textum recepit Bk.* — [12]) *subscr. om. Hal.* — [13]) *ms. Hfn., cod. Contii, Cui. Bk.*; Imp. Constantinus A. *Hal. et rell.*; *videtur haec Antonini const. innui in l.* 12. *D. XLVII.* 9. — [14]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Max. *om. edd. rell.* — [15]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui.*; aliquam *Hal. et rell. Scribendum videtur* reliqua terram attigerint, *cfr. Salmas. de modo usurar. p.* 207. — [16]) *Gratianum om. Hal., a quo per hunc tit. absunt ii, ad quos datae sunt constitt.* — [17]) se *om. Theod. C., Cui.* — [18]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; affirmet *Hal. et rell.* — [19]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.*; etiam *ins. Hal. et rell.* — [20]) relata *Theod. C.*; relevata *Cui. in ed. prima, vitio typ.* — [21]) huiusmodi *ins. Theod. C.* — [22]) actiones *Theod. C.* — [23]) *scr.* Beryti, *quod habet Bk. Quod etiam in hoc vitio Iust. C. concordat cum Theod. C., mirum esse non debet, quum pleraeque subscriptiones horum trium librorum non ex libris mssis Iust. C., sed ex Theod. C. restitutae fuerint*; *quae res inde merito colligitur, quod multo rariores sunt subscriptt. earum constitutionum, quae ex Theod. C. hauriri non potuerunt.* — [24]) *Hal. om. hanc et rell. subscriptt. in hoc tit.* — [25]) *Cui.*; sal. [salutem] *ex Theod. C. ins. Russ. Cont. et rell.* — [26]) naufragium (*lege* naufragum *i. e.* naufragorum) *var. l. ap. Azon.* — [27]) Primo circa *ed. Schf.* — [28]) transferetur *Theod. C.* — [29]) indicia *var. l. ap. Azon.* — [30]) ex die Kalendarum apalium *ms. Hfn.*; Aprilib. *Theod. C.* — [31]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Russ. Bk., Theod. C. ed. Haenel.*; mensura *rell.* — [32]) *Cui. Bk.*; Gratiano vel *Russ. et rell., Theod. C.* — [33]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; perierint *Russ. Cont. et rell.* — [34]) volumus *Hal., sed correctum in not. recogn. op.* — [35]) post alia *ex Theod. C. ins. Russ. Cont. et rell., at non Cui.* — [36]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; proscribendique *Hal. et rell.* — [37]) aditione (editione *emend. Gothofr.*) *Theod. C.* — [38]) *Theod. C. ed. Haenel., Cui. in comment., Brisson. de V. S. h. v.*; plenaria *ms. Hfn., edd. omnes Cfr. l.* 4. *C. III.* 11.

cognitori [1]), ut, naviculario propter vitium iudicis absoluto, mediam oneris eius partem, propter cuius probandam amissionem legitimo duntaxat tempore cognitio petebatur, iudex cogatur inferre, residuam vero officium eius exsolvat. Dat. XVI. Kal. April. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Conss. [412.]

6. [a]) Iidem AA. Anthemio P. P. — Super naufragiorum, quae contigerint, casibus usitato more habita quaestione, si quis [2]) calculus modiationis dicatur tempestate maris deperiisse [3]), sub tuae sedis auditione nequaquam feratur acceptus, sed haec dispendii iactura [4]) in omne nauclerorum [5]) concilium, pro rata scilicet contingentis muneris, deferatur. Dat. XIV. Kal. Februar. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

Tit. VI. [VII.]

DE METALLARIIS ET METALLIS ET PROCURATORIBUS METALLORUM.

1. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Cresconium, Comitem metallorum [6]). — Perpensa deliberatione duximus sanciendum, ut, quicunque [7]) metallorum exercitium vellet [8]) affluere, is labore proprio et sibi et reipublicae commoda compararet [9]). Itaque si qui sponte confluxerint [10]), eos laudabilitas tua octonos scrupulos [11]) in ballnca, quae graece χρύσαμμος [12]) appellatur, cogat exsolvere. Quidquid autem amplius colligere potuerint [13]), fisco potissimum distrahant, a quo competentia ex largitionibus nostris pretia suscipiant [14]). Dat. IV. Id. Decembr. Parisiis [15]), Valentiniano et Valente AA. Conss. [16]) [365.]

2. [c]) Iidem AA. [17]) ad Germanianum, Comitem S. L. — Ob metallicum canonem, in quo propria consuetudo retinenda est, quatuordecim uncias ballucae pro singulis libris constat inferri. Dat. VI. Id. Ianuar. Romae [18]), Lupicino et Iovino [19]) Conss. [367.]

3. [d]) Imppp. Gratianus, Valentinianu et Theodosius AAA. Floro P. P. [20]) — Cuncti, qui per privatorum loca saxorum venam laboriosis effossionibus [21]) persequuntur, decimas fisco, decimas etiam domino repraesentent, cetero [22]) modo [23]) suis desideriis vindicando. Dat. IV. Kal. Sept. Constantinop. Antonio et Syagrio Conss. [24]) [382.]

4. [e]) Iidem AAA. Eusignio P. P. [25]) — Quum procuratores metallorum intra Macedoniam, Daciam mediterraneam, Moesiam [26]), seu Dardaniam [27]), soliti ex curialibus ordinari, per quos solemnis profligatur exactio, simulato hostili metu, huic se necessitati subtraxerint, ad implendum munus [28]) retrahantur, et nulli [29]) deinceps licentia laxetur prius indebitas expetere dignitates, quam subeundam procurationem fideli sollertique exactione [30]) compleverint. Dat. IV. Kal. Aug. Mediolano, Honorio N. P. et Evodio V. C. Conss. [31]) [386.]

5. [f]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Romulo, Comiti S. L. [32]) — Per annos singulos septem [33]) per hominem scrupuli [34]) largitionibus inferantur ab aurilegulis, non solum in Pontica dioecesi, verum etiam in Asiana. Dat. XI. Kal. Mart. Constantinop. Arcadio A. II. et Rufino Conss. [392.]

6. [g]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. [35]) Paterno. — Quosdam operta humo esse saxa dicentes id agere cognovimus, ut, defossis in altum cuniculis, alienarum aedium fundamenta labefactent. Qua de re, si quando huiusmodi marmora sub aedificiis latere dicantur, perquirendi eadem copia denegetur. Dat. XVII. [36]) Kal. April. Constantinop. Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [393.]

7. [h]) Imp. Theodosius A. Maximino, Comiti S. L. [37]) — Metallarii sive metallariae, qui quaeve ea regione deserta, ex qua videntur oriundi vel oriundae [38]), ad externa [39]) migraverint, indubitanter sine ulla temporis praescriptione ad propriae originis stirpem

---

[a]) *hausta ex l.* 32. *Th. C. de navicul. XIII.* 5.; *iungenda l.* 6. *C. de navicul. XI.* 1., *et fortasse etiam l.* 1. *C. de frum. Alexandr. XI.* 27. — [b]) *l.* 3. *Th. C. de metallis. X.* 19. — [c]) *l.* 4. *Th. C. de metallis. X.* 19.; *iungenda l.* 5. *C. de susceptor. X.* 70. *et fortasse l.* 1. *C. de vet. numism. potest. XI.* 10. — [d]) *l.* 10. *Th. C. de metallis. X.* 19.; *Bas. LVI.* 12. 3 *(T. VI. p.* 734.) — [e]) *fons est l.* 5. *Th. C. de procurat. gynaec. l.* 32. *(ed. Haenel), quam nostro aevo detexit Vesmius in cod. palimps. Taurinensi.* — [f]) *l.* 12. *Th. C. de metallis X.* 19.; *Bas. LVI.* 12. 5. *(T. VI. p.* 735.) — [g]) *hausta ex l.* 14. *Th. C. de metallis X.* 19. — [h]) *hausta ex l.* 15. *Th. C. de metallis. X.* 19., *additis quibusdam ex l.* 5. *Th. C. eod.*

[1]) cognitoris *ed. Schf.* — [2]) qui *Theod. C.* — [3]) *edd. Schf. Hal. Cui.*; deperisse *rell.* — [4]) lacuna *Theod. C.* — [5]) naviculariorum *Theod. C.*; nauclerio-rum *ed. Schf.* — [6]) ad Cresc. com. metall. *om. Hal.* — [7]) in *ins. Hal.* — [8]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C.*; velit *Russ. Cont. et rell.* — [9]) *ms. Hfn., Theod. C.*; comparet *edd. omnes.* — [10]) *ms. Gt., edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; conduxerint *mss. Hfn. Bg.* 1. 2., *Hal. et rell.*; „*alias* confluxerint *et bene*" *glossa.* — [11]) *Azo, Theod. C.*; scrupulos *rell.*; scropulos *var. l. ap. Azon.* — [12]) chrysoma *malunt alii, ut refert Alciat.*; *sed* chirssamos *ms. Hfn. Caeterum* quae — appellatur *om. Theod. C.* — [13]) potuerit *et mox* distrahat *Azo, secundum quem alii habent, ut nos.* — [14]) suscipient *Theod. C.* — [15]) Parisiis *Cui. Russ. Cont. Char. Pac.* — [16]) *subscr. om. Hal.* — [17]) et Gratian. A. *addit Hal., a quo absunt* ad Germ. C. S. L. — [18]) Remis *mavult Gothofr.* — [19]) *Theod. C. ed. Haenel., Bk.*; Ioviano *rell.* — [20]) Floro P. P. *om. Hal.* — [21]) effusionibus *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, Hal., Cui. in ed. prima.* — [22]) *fortasse* caetera; certe *Hal. in textu, sed* τὸ λοιπὸν *Bas.* — [23]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, ed. Schf., Theod. C.*; propriis *ins. Hal. et rell.* — [24]) *subscr. om. Hal.* — [25]) *lac. Gothofr. in Chronol. p. CXXIV., Bk.*; Eusinic P. P. *Cui. Sp.*; *abest nomen et dignitas a rell.* — [26]) Daciam, mediterr. Misiam [Mysiam] *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; Misiam *est etiam in ms. Hfn. et ed. Schf. Scrib.* Moesiam *seu* Mysiam. — [27]) Dardanariam *ms. Hfn., Azo. Dicuntur provinciae ad Praefecturam Illyrici pertinentes; cfr. Notit. dign. Or. ed. Böcking. p.* 13. 14. — [28]) onus *ms. Hfn., Azo.* — [29]) nulla *ms. Hfn.* — [30]) *ms. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C., var. l. ap. Azon.*; devotione *ms. Hfn., rell.* — [31]) *subscr. rest. ex Theod. C., abest a rell.* — [32]) Impp. Valent. et Theod. AA. *inscr. Hal.* — [33]) septeni *Theod. C., Cui. Cont.* 52. — [34]) scripuli, *ut in l.* 1. *h. t., Theod. C.* — [35]) Iidem AAA., *ita ut impp. in l.* 5. *inscripti dicantur, Theod. C., Cui., quod sane non convenit chronologiae, sed codicibus probatur; etiam ms. Hfn.* Idem A. — [36]) VII. *Hal.* — [37]) Impp. Theod. et Valentin. AA. *inscr. Hal.* — [38]) sive metalluriae *et mox* quaeve *et* vel oriundae *om. Theod. C.* — [39]) *ms. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *Theod. C. ed. Haenel.*; ad extera *ms. Hfn.* ad externam *Cont.* 66. *et rell.*

stirpem laremque una cum sua sobole revocentur, etiam [1]) quos domus nostrae [2]) secreta retineant. Sciant autem, nullum exinde praeindicium fisco esse generandum, etiamsi quis ex his, quem metallicum esse constiterit, privatis censibus suum nomen indiderit. Dat. V. Id. Iul. Constantinop. Victore V. C. Conss. [3]) [424.]

Tit. VII. [VIII.]

DE MURILEGULIS ET GYNAECIARIIS [4]) ET PROCURATORIBUS GYNAECII, ET DE MONETARIIS ET BASTAGARIIS [5]).

1. [a]) Imp. Constantinus A. ad Bithynos [6]). — Monetarios in sua semper conditione durare oportet, nec dignitatis cuiuscunque privilegio ab huiusmodi conditione liberari. Dat. XII. Kal. Aug. Gallicano et Basso Conss. [7]) [317.]

2. [b]) Idem A. ad Felicem. — Procuratores rei privatae et [8]) baphii [9]) et gynaecii [10]), per quos et privata nostra substantia tenuatur [11]), et species gynaeciis [12]) confectae corrumpuntur, in baphiis [13]) etiam admixta temeratio naevum [14]) adducit [15]) inquinatae alluvionis [16]), suffragiis abstineant, per quae memoratas administrationes adipiscuntur; vel, si contra hoc fecerint, gladio feriantur [17]). Dat. Kal. Nov. Aquis, Dalmatio et Zenophilo Conss. [333.]

3. [c]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Germanum, Consularem [18]). — Ingenuae mulieres, quae se gynaeciariis sociaverint [19]), si conventae denuntiatione solemni splendorem generis contuberniorum vilitati [20]) praeferre noluerint, suorum maritorum conditione teneantur. Dat. IV. Kal. Iul. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Conss. [365.]

4. [d]) Iidem AA. [21]) ad Auxonium P. P. — Quod ad praesens remedium pertinet, quintum [22]) animal bastagariis [23]) pro reparatione [24]) praebeatur. Dat. Id. Decemb. Marcianop. Valentiniano et Valente [25]) AA. Conss. [365?]

5. [e]) Iidem AA. et Gratianus A. [26]) ad Filematium [27]), Comitem S. L. — Qui aliquem ex familiis [28]) gynaecii in latebris habere comperti sunt, quinque librarum auri damno subiiciantur [29]). Dat. XII. Kal. Septemb. Ciliciae [30]), Modesto et Arintheo Conss. [372.]

6. [f]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Eucherium. — Qui textrini nostri mancipia occultatione celaverit, ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectetur. PP. Karthagine, III. Kal. Mart. post consulatum Auxonii [31]) et Olybrii. [380.]

7. [g]) Iidem AAA. ad Hesperium P. P. — Edicimus, ne qua mulier splendidioris gradus monetarii adhaerens consortio decus nativae libertatis amittat. Quodsi quam [32]) ab hac praeceptione [33]) statutum nostrae serenitatis [34]) abduxerit, ea vel legitima admonita conventione discedat, vel, si complexui monetarii putaverit inhaerendum, non ambigat, se sibi [35]) et liberis praeiudicaturam, et eius conditioni esse nectendam. §. 1. Si qua vero originaria seu colonaria [36]) possessionis alienae, ignaro domino seu sciente, monetario associabitur, hi conventi mox iuri agrorum debitas personas retrahere festinent, vel de cetero sciant repetendi facultatem silentii sui conniventia perdidisse. §. 2. Sed ut monetario nullam extraneam [37]) necti volumus, ita et ex [38]) monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari. Dat. prid. Id. Mart. Aquileia, post consulatum Auxonii [39]) et Olybrii. [380.]

8.

---

[a]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de murilegulis. X.* 20.; *Bas. LIV.* 16. 1. [b]) *l.* 1. *Th. C de procurat. gynaec. I.* 32. *(ed. Haenel.); detecta a Vesmio; cfr. not. e. ad tit. anteced.* (*T. VI. p.* 687.) — [c]) *l.* 3. *Th. C. de murileg. X.* 20. — [d]) *l.* 4. *Th. C. de murileg. X.* 20. — [e]) *l.* 7. *Th. C. de murileg. X.* 20. — [f]) *l.* 9. *Th. C. de murileg. X.* 20.; *Bas. LIV.* 16. 6. *(T. VI. p.* 688.) — [g]) *hausta ex l.* 10. *Th. C. de murileg. X.* 20.

[1]) si *ins. Hal. Cui.* — [2]) et *ins. mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ., contra l.* 5. *Th. C. cit.* — [3]) *subscr. om. Hal.* — [4]) gyneciariis *et mox* gynecii *Hal.*; gymnaeciariis *habuisse videtur Accurs.* — [5]) et de vestiariis *additur in duobus codd. Russardi, in ms. Gt.* — [6]) *ab Hal. in hoc tit. absunt ii, ad quos datae sunt const.* — [7]) *subscriptt. omnes in hoc tit. absunt ab Hal.* — [8]) *Sic Cui. exordium legis restituit partim ex mssis partim ex Bas., quae ita habent:* Ἐπειδὴ οἱ καθολικοὶ τῶν ἡμετέρων πραγμάτων, ἔτι μὲν καὶ οἱ βαφεῖς; Procurat. rei priv. et *om. Hal. Russ.*; *Cont. autem et rell. ediderunt* Felicem procuratorem rei priv. Baphii *etc. Verum quidem est, quod Char. in marg. affirmat, codices nobis cognitos omnes legem ordiri a v.* Baphii; *sed hoc contra Cuiacium non multum facit, cuius codices, etsi ignoremus qui fuerint, certe melioris notae fuerunt, quam ii, quibus usi sunt editores post eum. Accedit, quod pleraeque const. inveniuntur ad Felicem datae omissa dignitate, l.* 23. *C. V.* 37., *l.* 2. *C. VII.* 49., *l.* 1. *Th. C. XIII.* 4., *l.* 6. *Th. C. XIII.* 5. *Omne dubium removet Theod. C.* — [9]) bachii *ed. Schf.*; bathii *ms. Hfn.*; Baphei *Hal. Bk., Leunclav. (Notatt. II.* 228.); βαφεῖς *Bas.*; *sed v. not. seq.* — [10]) gynaeciarii *Hal. Bk., Leunclav.*; cinegii *ms. Hfn.*; gynaecei *Theod. C.*; γυναικειάριοι *Bas.*; *sed et* baphii *et* gynaecii *debent esse genitivi singular.*; *cfr. l.* 5. *C. IX.* 27. — [11]) tenea-ur *ms. Hfn., var. l. ap. Azon.* — [12]) *ms. Hfn., edd. bc.*); *Caeterum Hal. hic commate interpungit, suotaro commate post* corrump. — [14]) temerationem vim *ms. Hfn.*; temeratione vim *edd. Schf. Hal.*; temeratio vim *Cui.*, temeratione vini *al.* temeratione veri *Russ. in marg.* — [15]) adducunt *Hal. Fortasse locus valde depravatus sic restituendus:* in baphiis etiam admixta temeratione virus adducitur inquinatae alluvionis; *sed folium Taurin. vulgatam lect. tueri videtur.* — [16]) ab lutionis *esse videtur in ms. Gt.* — [17]) ferientur *ms. Hfn. subscr rest. ex Theod. C.* — [18]) Germanianum Com S. L. *corrig. Iac. Gothofr.* — [19]) sociaverunt *Hal. Cui. Cont.* 62. — [20]) utilitati *ms. Hfn., ed. Schf.*; veluti utilitati *var. l. ap. Azon.* — [21]) et Grat. A. *ins. Hal. Bk., contra Theod. C.*; *v. not.* 25. — [22]) decimum *Theod. C.* — [23]) bastangariis *ms. Hfn., ed. Schf., Azo*; *glossa proponit lect.* bestiariis *aut* bacharis *aut* vastagiariis; *sed recte Alciat. hoc nomen derivat a* βαστάζω. *Cfr. Bücking Annotat. ad Not. dign. Or. p.* 254. — [24]) reprobatione *omnes* (?) *codd. Russardi, ms. Bg.* 1.; reportatione *Hal.*; *v. l.* 7. *C. XII.* 51. — [25]) II., *ut sit a.* 368., *ins. Iac. Gothofr., quem sequitur Bk.*; *de causis v. Haenel. not. h. ad l.* 4. *Th. C. cit.* — [26]) *Cui.*; Iid. Augusti *Hal.*; Iidem AAA. *Bk., v. not.* 21. *ad l. praeced.*; Imppp. Valentin. Valens et Grat. AAA. *Russ. Cont. et rell.* — [27]) Philematium *Theod. C.* — [28]) famuliis (*leg.* famulis) *ms. Hfn.*; familia *ed. Schf.* — [29]) subiugentur *ms. Hfn.*; subiicientur *Theod. C.* — [30]) Cyzici *aut* Seleuciae *reponere vult Iac. Gothofr.* — [31]) Ausonii *Theod. C. ed. Haenel., Bk.* — [32]) *ms. Hfn., Cui. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; qua *edd. Schf. Hal. et rell.* — [33]) praesumtione non abduxerit *coniicit Iac. Gothofr.* — [34]) perennitatis *ms. Gt., Cui., Theod. C.* — [35]) sibi *om Theod. C.* — [36]) colona *Theod. C.* — [37]) extraneam *om. Theod. C.* — [38]) ex *om. Theod. C.* — [39]) Ausonii *Theod. C. ed. Haenel, Bk.*

8. [a]) Idem AAA. [1]) Trifolio, Comiti S. L. — Aeternam fiximus legem, ne unquam bastagariis [2]) militiam vel [3]) suam deserere liceat, vel aliam, antequam eam impleverint, surreptiva [4]) impetratione tentare. Dat. IX. Kal. Aug. Heracleae [5]), Richomere et Clearcho Conss. [384.]

9. [b]) Idem AAA. [6]) ad Principium P. P. — Si quis naviculam [7]) functioni muricis et legendis conchyliis deputatam ausus fuerit usurpare, duarum librarum auri illatione teneatur. Dat. VI. Kal. Octob. Aquileia, Arcadio A. [8]) et Bautone Conss. [385.]

10. [c]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Philometori [9]), Comiti S. L. [10]) — Lotas [11]) in posterum sericoblattae [12]) et metaxae huiusmodi species inferri praecipimus; viginti librarum auri condemnatione proposita his, qui scriinium canonum tractant, prioribus etiam cuiuscunque [13]) officii, si statuta coelestia a quoquam [14]) passi fuerint temerari. Dat. V. Kal. Iul. Constantinop. Arcadio A. VI. et Probo Conss. [406.]

11. [d]) Imp. Theodosius A. et Valentinianus C. Maximino, Comiti S. L. [15]) — Murileguli, qui, relicto [16]) atque despecto propriae conditionis officio, vetitis se infulis dignitatum et cingulis penitus denegatis munisse dicuntur, ad propriae artis et originis vincula revocentur. Ab illis autem, qui rebus eorum videntur inhiasse, quos in sua origine permanere et solemnibus ministeriis inservire manifestum est, omnia, quaecunque constiterit ex quocunque titulo possessa, antiquis possessoribus restituantur. Quodsi alienigenae detentatores [17]) oneribus conditionis extraneae [18]) maluerint subiacere, quam restituere facultates, et futura deinceps agnoscant munia [19]) sibi esse subeunda, et de praeterito, si qua ipsis possidentibus reliqua colliguntur, a semetipsis sciant sine aliqua excusatione solvenda. Dat. XVII. Kal. Novemb. Constantinop. Victore Cons. [424.]

12. [e]) Idem A. et C. Maximino, Comiti S. L. — Hi, qui ex filiabus murilegulorum et alienae originis patribus sunt vel fuerint procreati, iura maternae conditionis agnoscant. Dat. IX. Kal. Iun. Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Conss. [425.]

13. [f]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Acacio, Comiti S. L. [20]) — Si quis ex corpore gynaeciariorum vel lintearioruin vel [21]) linyphariorum [22]), monetariorum vel [23]) murilegulorum vel aliorum similium, ad divinas largitiones nexu sanguinis pertinentium, voluerit [24]) posthac de suo collegio liberari, non quoscunque, nec facile in locum proprium, freti dextrae triumphalis absolutione [25]), substituant, sed eos, quos omnibus idoneos modis sub ipsis quodammodo amplissimae tuae sedis obtutibus approbaverint; ita tamen, ut is, qui ab huiusmodi conditione iuxta formam coelitus datam beneficio principali fuerit absolutus, universi [26]) generis sui prosapiam in functione memorati corporis permanentem cum omnibus eius, qui absolvitur, rebus obnoxiam largitionibus sacris futuram esse non dubitet. Dat. VII. Kal. Mart. Constantinop. DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss. [426.]

14. [g]) Idem AA. . . . . Com. S. L. [27]) — Privatae vel lintearіae [28]) vestis magistri, thesaurorum praepositi, vel baphiorum ac textrinorum procuratores ceterique, quibus huiusmodi sollicitudo committitur, non ante ad rem sacri aerarii procurandam permittantur accedere, quam satisdationibus dignis eorum administratio roboretur; sciturі, se [29]) prosecutorias quidem sacras posthac sibimet postulandas [30]).

15. [h]) Idem AA. Valerio, Comiti S. L. [31]) — Qui aut patre conchylilegulo [32]) geniti probabuntur aut matre, memoratae adscriptioni obnoxios se esse non ambigant [33]). Dat. X. Kal. April. Constantinop. Hierio et Ardabure [34]) Conss. [35]) [427.]

16.

---

[a]) *hausta ex l.* 11. *Th. C. de murileg. X.* 20. *Caeterum in Synopsi (ed. Leunel. p.* 463.) *statim post epitomen legis* 6. *h. t. sequitur locus, qui numerum fert LIV.* 16. 8., *atque ita se habet:* Ὁ ὑπονοθεύων γυναῖκα ἀφορισθεῖσαν τῷ γυναικείῳ δύο λίτρας δίδωσι. [*Qui corrumpit mulierem deputatam gynaeceo duas libras solvit.*] *Leunclav. in Notat. II.* 229. *aut deperditam legem graecam, aut legis* 9. *h. t. epitomen in illo loco quaerere voluit. A restitutionis periculo certe abstinendum est.* — [b]) *l.* 12. *Th. C. de murileg. X.* 20. — [c]) *l.* 13. *Th. C. de murileg. X.* 20. — [d]) *l.* 14. *Th. C. de murileg. X.* 20.; *Bas. LIV.* 16. 11. — [e]) *l.* 15. *Th. C. de murileg. X.* 20. — [f]) *l.* 16. *Th. C. de murileg. X.* 20. — [g]) *fortasse iungenda l.* 23. *Th. C. de divers. offic. VIII.* 7. — [h]) *hausta ex l.* 17. *Th. C. de murileg. X.* 20.

[1]) Impppp. Grat. Valent. Theod. et Arcad. AAAA. *Bk.*, *contra Theod. C.* — [2]) vastagariis *ms. Hfn.*; vastagiariis *var. l. gl.*; *cfr. not.* 23. *ad l.* 4. *h. t.* — [3]) vel *om. ms. Hfn.*, *Hal. Cui.*, *contra Theod. C.* — [4]) *ms. Hfn.*, *omnes codd. Russardi*, *Cui.*, *Theod. C.*; surreptitia *edd. rell.* — [5]) Heracliae *Cui.* — [6]) Imppp. Valent. Theod. et Arcad. AAA. *Bk.*, *contra Theod. C.* — [7]) mulierculam *aut*, *si hoc longius recedere videatur a scriptura vocis prioris*, ancillam *vel* ancillulam *coni. Leunel. Notat. II.* 229. *propter locum Synopseos, quem ad nostram const. refert.*; *cfr. not. a. ad l. praeced.* — [8]) Augusto, *om.* Arcad., *Cui.*; Arc. A. I. *Bk.* — [9]) Filometori *Cui. Russ.* — [10]) Impp. Arc. et Honor. AA. *inscr. Hal.* — [11]) Notas *Alciat.*, *male.* — [12]) serica blattae *Theod. C. ed. Gothofr.*; sericablattae *Theod. C. ed. Haenel.*; series blacte *ed. Schf.*; sericobaptae *Alciat.*, *quo spreto ipse postea voluit* sericoblattae. — [13]) eiusdem *Theod. C.* — [14]) quopiam *Hal. Cui.*; quodam *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [15]) Impp. Theod. et Valent. AA. *inscr. Hal.* — [16]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; derelicto *rell.* — [17]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; detentores *rell.* — [18]) externae *Theod. C.* — [19]) *ms. Hfn.*, *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; munera *rell.* — [20]) Iidem Augusti *inscr. Hal.*; *cfr. not.* 15. *ad l.* 11. *h. t.* — [21]) sive *Theod. C.* — [22]) linipharіorum *ms. Hfn.*, *Bk.*; linifariorum *ms. Rg.* 1., *Cui. ex mss.*; linyfariorum *Theod. C. ed. Haenel.*; limphariorum *ed. Schf.*; lymphariorum *Hal. et rell. Sed derivanda est vox a* λίνον ὑφαίνειν. *Cfr. Böcking Annot. ad Not. dign. Or. p.* 254. — [23]) ac *Theod. C.*; monetariorumve aut *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [24]) voluerint *ac supra* Si qui *ed. Schf.* — [25]) freti triumphali absolutione *ms. Hfn.*, *Hal.*; freti ex triumphali absolutione *Russ. Cont.* 62.; freti dextrae ex triumphali absolutione *ed. Schf.*, *et idem fere ms. Rg.* 1.; freti et ii ex triumphali substitutione *ms. Rg.* 2. *Veram lectionem*, *quam tuetur Theod. C.*, *ex codd. restituit Cui.* — [26]) universam *Theod. C.* — [27]) *Cui. Bk.*; Com. S. L. *om. rell.* — [28]) lintharii *ms. Hfn.*; linthearie *ed. Schf.*; linteae *Cui. Rectius fortasse* lineae, *cfr. l.* 23. §. 1. *D. XXXIV.* 2. *et Böcking. Annot. ad Notit. dign. Or. p.* 253. — [29]) *Hal. Cui. Bk.*; nec *rell.* — [30]) *fortasse restitui potest subscr. ex l.* 23. *Th. C. VIII.* 7. — [31]) *Theod. C.*, *Cui. Bk.*; Val. Com. S. L. *om. rell.* — [32]) conchilii legulo *ms. Hfn.*; conchilegulo *ed. Schf.*; conchylegulo *Alciat.*, *Hal. Russ. Cont.* 62.; conchyliolegulo *Theod. C.* — [33]) dubitent *ms. Hfn.*; ambigent *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ.*; *Cont.* 71. *vitio typ. om.* non, *quod imitatur Char.* — [34]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; Ardabure *Russ. Char. Pac. Sp.*; Ardaburio *Theod. C. ed. Haenel.* — [35]) *Cui. Russ. Char. Pac. Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.*

16. [a]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Μηδεὶς, ὡς ἔτυχεν, τοῖς δημοσίοις σωματείοις ἐγγραφέσθω, εἰ μὴ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον καὶ ἐκ γένους ὢν τοιούτου καὶ ἡλικίας καὶ τέχνης ἐστὶν ἐπιτήδειος, πράξεως γινομένης ἐπὶ τούτῳ παρὰ τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας, καὶ κατατεθεμένου τοῦ σωματείου, ὅτι ἐπιτήδειός ἐστι. καὶ τὰ προαιρούμενα εἰς ἡμᾶς ἀναφερέσθω, ὥστε ἡμᾶς πάλιν ἐπικυρῶσαι διὰ θείων συλλαβῶν τάξιν προβατορίας λαμβανουσῶν. Εἰ δὲ παραβαίη ταῦτά τις, οὔτε τὰς παραμυθίας λήψεται τὰς ἐντεῦθεν, οὔτε κοινωνήσει τῷ σωματείῳ, ἀλλὰ βασανισθεὶς ἐξορισθήσεται διηνεκῶς ἐκ τῆς ἐπαρχίας, καὶ πᾶς δὲ συνεργήσας τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκείσεται, καὶ μάλιστα ὁ πραιπόσιτος.

Nemo, ut evenit, publicis corporibus adscribatur, nisi urgente necessitate et ex eiusmodi genere oriundus tam aetate quam arte sit idoneus, actis super eo apud praesidem provinciae habitis, et corpore, eum esse idoneum, deponente. Gesta vero ad nos referantur, ut nos rursum sacris literis vicem probatoriae habituris ea corroboremus. Quodsi vero aliquis haec violaverit, neque ulla solatia inde percipiet, neque sociabitur corpori; sed tormentis subiectus in perpetuum extra provinciam relegabitur, et eisdem poenis subiacebit, qui opem tulerit, maxime vero praepositus

Tit. VIII. [IX.]

DE VESTIBUS HOLOVERIS [1]) ET AURATIS ET DE INTINCTIONE [2]) SACRI MURICIS.

1. [b]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus [3]) AAA. Archelao, Comiti S. L. [4]) — Auratas ac sericas paragandas [5]) auro intextas viriles [6]) privatis usibus contexere conficereque prohibemus, et a gynaeciariis [7]) tantum nostris fieri praecipimus. Dat. V. [8]) Non. Iul. Nebioduni [9]) Acc. XV. Kal. Aug. Martianop. Valentiniano NB. P. et Victore Conss. [369.]

2. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Floro P. P. — Nemo vir [10]) auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragandas, nisi hi tantummodo, quibus hoc propter imperiale ministerium concessum est. Non enim levi animadversione plectetur, quisquis vetito se et indebito non abdicaverit indumento [11]). Dat. III. Kal. April. Constantinop. Antonio et Syagrio Conss. [382.]

3. Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. . . . . — Vellera adulterino colore fucata [12]) in speciem [13]) sacri muricis intingere [14]) non sinimus, nec tinctum cum rhodino [15]) prius sericum [16]) alio postea colore fucari, quum de albo omnium colorum tingendi copia non negetur; nam capitalem poenam illicita tentantes suscipient [17]).

4. [d]) Imp. Theodosius A. Maximino, Comiti S. L. [18]) — Temperent universi, cuiuscunque sint [19]) sexus, dignitatis, artis, professionis et generis, ab huiusmodi speciei possessione, quae soli principi eiusque domui dedicatur. Nec pallia tunicasque domi quis sericas [20]) contexat [21]) aut faciat [22]), quae tincta conchylio [23]) nullius alterius permixtione contexta sunt [24]). Proferantur ex aedibus tradanturque tunicae et [25]) pallia ex omni parte texturae cruore infecta conchylii. Nulla stamina subtexantur tincta conchylio, nec eiusdem infectionis arguto pectine solidanda fila decurrant. Reddenda aerario holovera [26]) vestimenta virilia [27]) protinus offerantur. Nec est, ut quisquam de abiurato pretio conqueratur, quia sufficit calcatae legis impunitas. Ne quis vero nunc huiusmodi suppressione in laqueos novae constitutionis incurrat; alio quin ad similitudinem laesae maiestatis periculum sustinebit. Dat. XVII. Kal. Februar. Constantinop. Victore V. C. Cons. [424.]

5. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Apollonio, Comiti S. L. — Purpurae nundinas, licet innumeris sint constitutionibus prohibitae, recenti quoque interminatione vetamus. Et ideo septimum de scrinio exceptorum, sextum [28]) de scrinio canonum, quintum

---

[a]) *graecae const. epitomen ex Bas. LIV.* 16. 16. (*T. VI. p.* 688.) *restituit Cui. in ed. trium libror. Cod. Secuti eum sunt Cont.* 66. *et postea rell. Graecorum lacunam ad rubr. tit. seq. notant Hal. Russ. Cont.* 62. — [b]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de vestib. holov. X.* 21.; *iungenda videtur l.* 4. *C. de conven. fisci debit. X.* 2. — [c]) *l.* 2. *Th. C. de vestib. holov. X.* 21.; *Bas. VI.* 25. 7. — [d]) *l.* 3. *Th. C. de vestib. holov. X.* 21. — [e]) *hausta ex l.* 18. *Th. C. de murileg. X.* 20.

[1]) *Cui. Bk., Theod. C. ed. Haenel.*; oleberiis *ms. Hfn.*; oloberis *edd. Schf. Russ. Cont.* 62.; holobaris *Hal.*, *praeeunte Bartolo*; holoberis *Cont.* 66. *et rell.*; holobryzis *coni. Alciat.*, *secundum quem alii malunt* holosericis. — [2]) tinctione *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui.* — [3]) *Gratianum om. Theod. C., Cui. Russ. Sed Haenel. edidit* Impp. Valent. et Valens. AA. et Grat. A. — [4]) *Comes Orientis dicitur Archelaus in l.* 4. *C. X.* 2.; *cfr. Haenel. ad l.* 2. *Th. C. X.* 16. *not. i. Ab Hal. absunt in hoc tit. ii, ad quos datae sunt const.* — [5]) peragaudas *ms. Hfn.*, *Hal.*; parachlamydas *malunt alii*, *notante Alciato.* — [6]) tam viriles quam muliebres *Theod. C.* — [7]) *Cui.*; et gineciarii *et mox* nostri *ms. Hfn.*; sed gynaeceis *Theod. C.*; et in gynaeceis *idem ed. Haenel., Bk.*; et in gynaeciariis *edd. rell.* — [8]) III. *l.* 4. *C. X.* 2. — [9]) *Cui. Cont.* 66. 71. *Char. Pac., Theod. C.*; Novioduni *Bk., recte, v. l.* 4. *C. cit.*; Nebioduni *rell. Ab Hal. subscr. in hoc tit. absunt.* — [10]) vir *et mox* nisi hi — concessum est *om. Theod. C.* — [11]) indutu *Theod. C.* — [12]) fuscata *ms. Gt., ed. Schf.* — [13]) specie *mss. Hfn. Gt., Hal.* — [14]) tingere *Hal.*; nitere *ms. Hfn.* — [15]) crodino *ms. Hfn.*, *var. l. ap. Azon.* — [16]) *Cui. in comment. ex tribus codd., ed. Schf.*; serico *ms. Hfn., edd. rell.* — [17]) suscipiant *ms. Gt., Hal. Cui.* — [18]) Impp. Arcad. et Honor. AA. *inscr. Hal.* — [19]) qui cuiuscunque sunt *Theod. C.* — [20]) serica *Theod. C.* — [21]) contextet *Azo*; coniestet *ms. Hfn.* — [22]) *plene hic interpungunt Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; *et Hal. loco sequentis* quae *habet* Pallia. — [23]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; quae *ins. Cont.* 66. *et rell.* — [24]) subtexta sunt *Theod. C.*; contexta sint *Hal. Cui. Russ.* *Caeterum commate hic interpungunt Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Sp.* — [25]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; aut *Hal. et rell.* — [26]) *Cui. Bk., Theod. C.*; holobara *Hal.*; olobera *ms. Hfn., ed. Schf.*; holobera *Russ. Cont. et rell. Caeterum Hal. plene interpungit post* aerario, *deleto puncto post* decurrant. — [27]) virilia *om. Theod. C.*; *cfr. not.* 10. *ad l.* 2. *h. t.* — [28]) de scrinio exceptorum, sextum *om. Theod. C.*

quintum de scrinio tabulariorum [1]) ad baphia [2]) Phoenices per certum tempus mitti praecipimus, ut fraus omnis eorum prohibeatur solertia, timentium, ne quaesitis longo [3]) sudore stipendiis careant; etiam viginti librarum auri condemnatione proposita. Dat. VIII. Id. Mart. Constantinop. Isidoro et Senatore Conss. [436.]

Tit. IX. [X.]

DE FABRICENSIBUS.

1. [a]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano P. P. [4]) — Omnibus fabricis [5]) non pecunias pro speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri praecipimus, ut venae nobilis [6]), et quae facile deducatur ignibus seu liquescat, ferri materies praebeatur, quo promtius, ademta fraudibus facultate, commodo publico consulatur. Dat. XV. Kal. Nov. Theodosio A. II. et Cynegio Conss. [7]) [388.]

2. [b]) Idem AAA. Rufino, Magistro officiorum [8]). — Primicerium fabricae post biennium non solum vacatione, verum etiam honore donari praecipimus, ita ut inter protectores [9]) eiusdem fabricae per [10]) biennium [11]) adoraturus aeternitatem nostram suo quisque tempore dirigatur. Dat. VIII. Id. Mart. Mediolano [12]), Valentiniano A. IV. et Neoerio [13]) Conss. [390.]

3. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Osio, Magistro officiorum. — Stigmata, hoc est nota [14]) publica, fabricensium brachiis ad imitationem tironum infligantur [15]), ut hoc modo saltem possint latitantes agnosci; his, qui eos susceperint vel eorum liberos [16]), sine dubio fabricae vindicandis, et qui subreptione quadam declinandi operis ad publicae cu-

inslibet sacramenta militiae transierunt [17]). Dat. XVIII. Kal. Ianuar. Constantinop. Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

4. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. — Si quis consortium fabricensium crediderit eligendum, in ea urbe, in [18]) qua natus est vel in qua domicilium collocavit, his, quorum interest, convocatis primitus [19]) acta conficiat, sese [20]) doceat non avo, non patre curiali progenitum, nihil ordini [21]) civitatis debere, nulli se civico munieri [22]) obnoxium, atque ita demum, gestis confectis vel apud moderatorem provinciae vel, si is absit, apud defensorem civitatis, ad militiam, quam optaverit, suscipiatur. Quodsi absque hac cautione quispiam ad fabricensium consortium obrepserit, sciat, se ad ordinis, cui debetur, patriaeque suae munera esse deducendum [23]), ita ut nulla eum nec temporis nec stipendiorum praerogativa defendat. Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. Honorio IX. et Theodosio V. AA. Conss. [412.]

5. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Aureliano, Comiti rerum privatarum [24]). — Iure provisum est, fabricenses artibus propriis inservire, ut exhaustis laboribus immorentur [25]) cum sobole professioni, cui nati sunt. Denique quod ab uno committitur [26]) totius delinquitur periculo numeri, ut, constricti nominationibus suis, sociorum actibus [27]) quandam speculam gerant, et unius damnum ad omnium transit [28]) dispendium. Universi itaque, veluti in corpore unius formae [29]), unius dococtionis [30]), si ita res tulerit, respondere cogentur. Dat. prid. Non. Novemb. Constantinop. Theodosio A. [31]) XVI. et Fausto [32]) Conss. [438.]

6. Impp. Leo et Anthemius AA. Eufemio [33]), Magistro officiorum. — Eos, qui inter fabricenses sacrae fabricae sociati sunt, vel eorum uxo res

---

[a]) *l. 2. Th. C. de fabricens. X. 22.* — [b]) *l. 3. Th. C. de fabricens. X. 22.* — [c]) *l. 4. Th. C. de fabricens. X. 22.* — [d]) *l. 6. Th. C. de fabricens. X. 22.* — [e]) *hausta ex Nov. Theod. VI.; iungenda l. 5. C. de heredit. decurion. VI. 62.*

[1]) quartum de scrinio vestiariorum *addunt Hal. Russ. Cont.* 62., *contra omnes codd. Russardi*; quartum de scrinio (*omiss.* vestiar.) *addit cod. Victor. secundum Cont. in marg.*; *Alciat. in antiquis codd. invenit* at quatuor de scrinio vestiarii, *et sic legendum arbitratur:* at quatuor de scrinio baphiae ad Phoenices. *Sane sub Comite sacr. larg. est scrinium vestiarii sec. Notit. dignit. Or.* (*ed. Bücking p.* 42.), *sed scrinium baphiorum ibi non commemoratur.* — [2]) bapheia *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. — [3]) multo *Theod. C.* — [4]) Imp. Constantinus A. *inscr. Hal.*, *a quo absunt in hoc tit. ii, ad quos datae sunt constitutt.* — [5]) fabricensibus *Hal. Cui.*, *contra ms. Hfn. et Theod. C.* — [6]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*, *var. l. gl.*; *ad eandem lectionem redeunt literae Hal. et ed. Schf.*, *in quibus est* bene nobilis; venerabiles *mss. Rg.* 1. *Hfn.*, *Azo*; venerabilis *ms. Rg.* 2., *Russ. Cont. et rell.*; bene habilis *var. l. gl.*; vorabiles *var. l. ap. Azon.* — [7]) *ab Hal. subscriptt. in hoc tit. absunt.* — [8]) Idem Aug. *inscr. Hal.*; *cfr. not.* 4. *ad l. praeced.* — [9]) ut protector *var. l. ap. Azon.*; *etiam a ms. Hfn. abest* inter. — [10]) post *Hal. Cui. Bk.*, *cui lect. favet glossa.* — [11]) eiusdem fabricae per biennium *om. Theod. C.*, *et pro glossemate haec vv. habent Russ. Cui. et Iac. Gothofr. ad l.* 3. *Th. C. cit.*; *secundum Russ. et Gothofr. sunt codd.*, *in quibus ea absunt. Profecto male intellectum adorandae purpurae ritum sapiunt; cfr. Gothofr. ad l.* 1. *Th. C. l.* 8. *et Bücking Annot. ad Notit. dign. Or. p.* 456. — [12]) Mediol. *om. Cui.* — [13]) *Theod. C. ed. Haenel.*, *Bk.*; Neotherio *rell.* — [14]) notata *Hal.*, *refragante glossa.* — [15]) infligantur *Theod. C.* — [16]) *ms. Hfn.*, *Cui.*, *Theod. C.*; liberis *edd. rell.* — [17]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*, *Theod. C.*; transierint *rell.* — [18]) in *om. ms. Hfn.*, *Cui.*, *Theod. C.* — [19]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; prius *Hal. et rell.* — [20]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; seseque *rell.* — [21]) ordinis *Cui. in ed. prima*, *Theod. C. ed. Gothofr.*, *at non Haenel.* — [22]) *mss. Aured. et Dionys. a Char. collata, ms. Gt.*, *Cui. Bk.*, *Theod. C.*, *Brisson. s. v.* Civicus; nulli seculi commanere *ms. Hfn.*; nulli se civi commanere *edd. Schf. Hal. et rell.* — [23]) reducendum *ms. Hfn.*, *quod probo*; revocandum *Theod. C.* — [24]) *Cui. Cont.* 76. *Bk.*, *l.* 5. *C. VI.* 62.; Aureliano Cons. PB. *Nov. Theod.*; Aurel. — privat. *om. rell.* — [25]) exhausti laboribus immoriantur *Nov. Theod.* — [26]) *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*, *Nov. Theod.*; id *ins. Hal. et rell.* — [27]) coetibus *Azo*, *secundum quem alias est* artibus. — [28]) transeat, *quod sane concinnius videtur, ex Nov. Theod. recepit Bk.*; *sed codd. refragantur.* — [29]) uniformi *Nov. Theod.*, *Bk.* — [30]) unius decoctioni *coni. Cui.*, *recepit Bk.*, *sed vix dici potest* „*fraudi respondere*" *ita ut denotet:* „*pro fraude respondere;*" visus decoctionis *Nov. Theod.*; unius decoctioneis *et mox* reprendere *Hal. Sensus loci vix dubius esse potest, ac bene eum illustrat l.* 5. *C. VI.* 62., *sed verbis per coniecturam medendum esse videtur, fortasse ita:* veluti in corpore unius fortunae, de unius decoctionibus — respondere cogentur. — [31]) ipso A. *Nov. Theod.* — [32]) XVII. et Festo *Cui. in ed. prima, Cont.* 76., *ut sit a.* 439., *contra Nov. Theod.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac.* — [33]) Eufirmio *Russ. Cont.* 62. *Videtur idem esse, qui a.* 496. *sub Anastasio Praef. praet. fuit secundum l.* 32. *C. VIII.* 54. *Glossa ad v.* sublimitatis *ait: loquitur Eufemio magistro offic*

res aut filios, qui itidem inter fabricenses militare dicuntur, non alibi pulsare volentibus respondere praecipimus, nisi in iudicio tuae sublimitatis, ad cuius iurisdictionem potestatemque pertinent; nec eos post stipendiorum finem [1]) militiae super civilibus vel curialibus muneribus, quibus nullo modo subiacere monstrantur [2]), a viris clarissimis rectoribus provinciarum vel eorum officiis praeter licitum inquietari.

7. Iidem AA. [3]) Eufemio [4]), Magistro officiorum. — Nullus fabricensium conductioni [5]) vel administrationi vel agriculturae alienarum rerum se posthac immiscere conetur; dominis quidem, si qui [6]) contra haec statuta meae pietatis venire ausi fuerint, res vel praedia, quae, scientes quod fabricenses sunt, iisdem fabricensibus ministranda commiserint, amissuris, fabricensibus vero gravissime coercitis, post facultatum suarum amissionem, perpetua [7]) exilii poena et [8]) animadversione retinendis. §. 1. Quoties sane in translatione armorum angariae necessariae fuerint, sublimitas tua literas ad eminentissimam iubeat dirigi praefecturam, et numerum ei armorum, et ex quo loco transferenda sunt, indicare [9]), ut continuo super praebendis angariis pro numero eorum, quae transferuntur, armorum praeceptione sua viros clarissimos moderatores provinciae conveniat, ut secundum missam a sublimitate tua notitiam naves vel angariae confestim de publico praebeantur. Quodsi aliqua tarditas vel negligentia post datas a sublimitate tua ad eminentissimam praefecturam literas in destinandis auctoritatibus [10]) amplissimae [11]) sedis intercesserit, et ex hoc armorum transvectio fuerit impedita, quinquaginta libris [12]) auri tam numerarium [13]) pro tempore officii eiusdem [14]) amplissimae sedis, quam alios, quorum interest, condemnari praecipimus, eamque auri quantitatem protinus exactam fisci viribus [15]) aggregari; mulcta praeterea triginta librarum auri proposita tam viris clarissimis, qui provincias regunt, quam eorum apparitoribus [16]), si conniventibus his armorum subvectio [17]) tarditate aliqua fuerit praepedita [18]).

Tit. X. [XI.]

DE VETERIS NUMISMATIS POTESTATE.

1. [a]) Impp. Valentinianus et Valens AA. Germano P. P. [19]) — Solidos veterum principum veneratione formatos ita tradi ac suscipi ab ementibus et distrahentibus iubemus, ut nihil omnino refragationis oriatur, modo ut debiti ponderis sint et speciei probae; scituris universis, qui aliter fecerint, haud leviter in se vindicandum.

2. [b]) Idem AA. et Gratianus A. [20]) ad Iulianum P. P. [21]) — Pro imminutione, quae in aestimatione solidi forte tractatur, omnium quoque pretia specierum decrescere oportet.

3. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Arintheo P. P. [22]) — Universos auctoritas tua proposito edicto commoneat obryzatorum [23]) omnium solidorum uniforme pretium postulare, capitali scilicet supplicio puniendo, qui vel iussa nostrae maiestatis avaritiae caecitate contemserit, vel aeternales vultus, dum fraudibus studet, duxerit viliores [24]).

Tit. XI. [XII.]

NULLI LICERE IN FRENIS ET [25]) EQUESTRIBUS SELLIS [26]) ET IN BALTEIS MARGARITAS ET SMARAGDOS ET HYACINTHOS APTARE, ET DE ARTIFICIBUS PALATINIS.

1. Imp. Leo A. Leontico [27]). — Nulli prorsus liceat in frenis et equestribus sellis vel in balteis suis margaritas et smaragdos [28]) et hyacinthos aptare posthac vel inserere. Aliis autem gemmis frena et equestres sellas et balteos suos privatos exornare permittimus. De cucurniis [29]) vero omnem prorsus qualiumcunque gemmarum habitum praecipimus submoveri. Fibulis quoque in chlamydibus his utantur, quae solo auro et arte pretiosae sunt. Si quis autem contra interdictum pietatis meae fecerit, sciat, se continuo quinquaginta libris auri esse mulctandum. §. 1. Nulli praeterea privatorum liceat (exceptis scilicet ornamentis matronalibus, et tam muliebrium quam virilium annulorum habitu) aliquid ex auro et gemmis, quod ad cultum et ornatum [30]) imperatorium pertinet, facere, neque illud sub hoc [31]) colore et praetextu praeparare, quod velit clementiae principali velut aliquod munus offerre; pietas enim mea huiusmodi dona non expetit, neque regium sibi offerri a privatis cultum requirit. Sane si quis posthac aliquid contra vetitum

---

[a]) *fortasse iungendae l. 5. C. de susceptor. X. 70. et l. 2. C. de metall. XI. 6.*; *Bas. LIV.* 18. 1. (*T. VI. p.* 689.) — [b]) *Gothofredo in Chronol. p. LXXX. inngenda videtur l. 2. Th. C. de canone frument. XIV.* 15. (*l.* 1. *Iust. C. eod. XI.* 22.); *Bas. LIV.* 18. 2. — [c]) *Bas. LIV.* 18. 3.

[1]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; et *ins. Hal. et rell.* — [2]) demonstrantur *ms. Gt., Cui.* — [3]) *Cui.*; Imp. Anastas. A. *Hal. et rell., verum et ms. Hfn.* Idem A. — [4]) Eufemio *om. Russ.*, *qui dignitatem habet, fortasse ex glossa ad v.* sublimitas; Eufirmio *Cont.* 62. — [5]) *alias* condictioni *glossa*; *alias* conditioni *Azo.* — [6]) qui *om. ms. Hfn.* — [7]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui.*; perpetui *edd. Schf. Russ. Cont. et rell.* — [8]) et *om. ms. Gt.* — [9]) indicet *Hal.* — [10]) auctoribus *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Azo, var. l. gl.* — [11]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Russ. Bk.*; tuae *ins. edd. Schf. Cont. et rell.* — [12]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui.*; in quinquaginta libras *Russ. Cont. et rell., at contra omnes codd. Russardi.* — [13]) numarium *ms. Gt.*; munerarium *habuisse videtur Azo.* — [14]) pro temp. off. eiusd. *om. ms. Gt., et alias abesse docet Azo*; pro temp. off. *om. ms. Hfn.* — [15]) *edd. Schf. Cui. Bk.*; iuribus *rell.* — [16]) apparitionibus *ms. Hfn., var. l. ap. Azon.* — [17]) transvectio *Hal. Cui. Bk.* — [18]) impedita *ed. Schf.* — [19]) Imp. Constantin. A. *inscr. Hal. Russ.* Pro Germano P. P. *repone* Germaniano Com. 8. L. — [20]) *Cui.*; et Grat. A. *om. rell.* — [21]) Iul. Praef. annonae *mavult Gothofr., v. not. b.*; Idem Aug. *inscr. Hal. Russ.* — [22]) Arinth. P. P., *restitut. a Cui., om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [23]) obridia eorum *ms. Hfn.*; obriciatorum *ed. Schf.*; obrizatorum *Hal.*; τὰ ὄβρυζα *Bas.* — [24]) *mss. Hfn., Rg.* 1., *vet. codd. Cuiacii, var. l. ap. Azon., Cui.*; violare *edd. rell. Etiam Bas. nostrae lect. melius conveniunt.* — [25]) et *om. Cui.*; in *Hal.* — [26]) et habenis *ins. ms. Gt.* — [27]) Imp. Iustinus A. *inscr. Hal. Russ.*, *sed* Imp. Leo A. *ms. Hfn.*; *Leontici nomen ex imperatoris nomine effictum fuisse suspicor.* — [28]) et smaragdos *om. Cont.* 71., *haud dubie vitio typogr., in quo persistunt Char. Pac.* — [29]) curcuniis *ms. Hfn.*; curcumis *ms. Gt., ed. Schf.*; curcumiis *omnes vet. libri Cuiacii*; *Alciat. neotericos vituperat, qui malunt* cucumis, *et ipse dubitanter coniicit* gutturniis. *Fortasse* carrucis. — [30]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; ornamentum *Russ. Cont. et rell.* — [31]) hoc *om. Cui.* (*ed. Fabrot.*), *sed est in ed. prima.*

vetitum huiusmodi sanctionis effecerit, et offerenda clementiae meae ornamenta, quae usibus regiis deputata sunt, auro gemmisque [1]) decorata ausus fuerit praeparare, centum librarum auri condemnatione sciat se esse feriendum, capitali quoque [2]) subdendum esse supplicio; ornamenta enim regia intra aulam meam fieri a palatinis artificibus debent, non passim in privatis domibus vel officiis [3]) parari. Unde summa severitate sancimus, ut quod in cultu ornatuque nostro sacrum et adoptabile [4]) est, id facere temeritas privata non audeat. Si quis sane contra vetitum tranquillitatis meae aliquid fecerit, definitam superius mulctam ab his per officia palatinorum exigi et sacris largitionibus nostris iubemus inferri.

Tit. XII. [XIII.]

DE CLASSICIS.

1. [a]) Impp. Valentinianus et Valens AA. Auxonio P. P. [5]) — Classem Seleucenam aliasque universas ad officium, quod magnitudini tuae obsequitur, volumus pertinere, ut classicorum numerus ex incensitis [6]) vel adcrescentibus compleatur, et Seleucena ad auxilium purgandi Orontis [7]) aliasque necessitates Orientis comiti [8]) deputetur. Data Indictione XII. [9]) [369.]

Tit. XIII. [XIV.]

DE DECURIALIBUS URBIS ROMAE [10]).

1. [b]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Trifolium P. P. [11]) — Si quis decurialem [12]) de auferendis privilegiis putaverit lite pulsandum, intelligat, se decuriae [13]) interpellare debere indicem. Dat. XIV. Kal. Februar. Mediolano, Timasio et Promoto Conss. [14]) [389.]

2. [c]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Exsuperantio [15]), Iulio et ceteris decurialibus [16]). — Leges [17]) tam a superioribus principibus quam a divo parente [18]) nostro conditas nostra auctoritate firmamus. Singulos itaque iudices scire volumus, ne quis huic collegio iniuriis corporalibus tentet notam atterere [19]), neque ab his commodis, quae rationibus approbantur, audeat separare. Huic enim collegio volumus antiquam privilegiorum praerogativam servari. Dat. VIII. Id. Iul. Romae, Honorio A. VI. et Aristaeneto Conss. [20]) [404.]

Tit. XIV. [XV.]

DE PRIVILEGIIS CORPORATORUM URBIS ROMAE.

1. [d]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. [21]) ad Alypium P. U. [22]) — Nulli sit liberum, nulli permissum, ut novum aliquid urbis incolae in urbe sustineant, sed in honorem aeternae urbis corporatis indulta suffragia valere praecipimus. Cura autem rectorum provinciarum corporati urbis Romae, qui in peregrina [23]) transgressi sunt, redire cogantur, ut servire possint functionibus, quas imposuit antiqua solemnitas. Dat. prid. Id. Iul. Aquileia, Tatiano et Symmacho Conss. [24]) [391.]

Tit. XV. [XVI.]

DE PISTORIBUS.

1. Imp. Leo A. Viviano P. P. [25]) — Quicunque ex mancipibus [26]) comitis horreorum dignitatem et officium vel ambitione vel gratia vel pecunia seu quolibet alio modo posthac fuerit assecutus, exutus dignitate, quam contra interdictum nostrae serenitatis adeptus est, mulctatus etiam viginti libris auri, ad mancipium [27]) denuo consortium collegiumque revocetur. Omne etiam speciale beneficium, quocunque modo contra hanc sanctionem fuerit impetratum, penitus conquiescat.

TIT. XVI.

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de classicis. X.* 23. — [b]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de decur. urb. Rom. XIV.* 1. — [c]) *l.* 4. *Th. C. de decur. urb. Rom. XIV.* 1. — [d]) *l.* 2. 3. 4. *Th. C. de privileg. corporat. XIV.* 2.

[1]) auroque et gemmis *ms. Gt., Cui.*; gemmis auroque *ms. Hfn., ed. Schf.* — [2]) capitalique *ed. Schf.* — [3]) *mss. Hfn. Gt., vet. codd. Cuiacii, edd. Schf. Cui.*; officinis *Hal. et rell.*; *cfr. l.* 1. *C. IV.* 25. — [4]) optabile *ms. Hfn., ed. Schf., var. l. ap. Azon.*; adorabile *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *sed in ed. prima, ut nos.* — [5]) Auxonio P. P. *om. Hal. Caeterum* Orientis *addit Cui., sed abest a Theod. C.* — [6]) incensetis *ms. Hfn., Theod. C. ed. Gothofr.* — [7]) *Cui., Theod. C.*; orentis *ms. Hfn.*; Orientis *edd. rell., quod haud dubie ex seq.* Orientis *ab ignaris librariis depravatum*; *v. Brisson. s. v.* Oriens. — [8]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.*; comiti Orientis *Hal. et rell.* — [9]) *subscr. om. Hal.* — [10]) De curialibus urb. Rom. *ms. Hfn., Hal.*; De curialibus urb. Rom. vel decuriis *ed. Schf.*, *v. Theod. C. XIV.* 1. *in rubr.* — [11]) Impp. Arc. et Honor. AA. *inscr. Hal.* — [12]) curialem *Hal., Azo.* — [13]) *ms. Hfn., codd. Russardi, edd. Schf. Cui., Theod. C.*; curiae *Hal. et rell.* — [14]) *subscr. om. Hal.* — [15]) *hoc comma deest apud Cui. in ed. prima.* — [16]) Iidem Aug. *inscr. Hal.* — [17]) *mss. Hfn. Gt., Cui., Theod. C.*; curiales *ins. Hal.*; decuriales *ins. edd. Schf. Russ. Cont. et rell.* — [18]) patre *Theod. C.* — [19]) addere *coni. Cramer.* (*Zeitschr. f. gesch. RW. T. I. p.* 303.), *quo non opus est.* — [20]) *subscr. om. Hal.* — [21]) *Cui. Russ. Bk., l.* 2. *Th. C. cit.*; Imp. Valent. A. *ms. Hfn.*; Impp. Honor. et Theod. AA. *Hal. Cont. et rell.* — [22]) Alyp. P. U. *om. Hal.* — [23]) peregrinationem *ms. Gt., Hal.*; peregria *Cui. vitio typ.* — [24]) Dat. XV. Kal. April. Med. Caesario et Attico Conss., *quae est subscriptio legis* 3. *Th. C. cit., Russ.*; *sed repugnat inscriptio et id, quod fieri assolet in constitutionibus, quae ex pluribus conflatae sunt, scilicet ut ex ea, quae numero prior est, et inscr. et subscr. hauriantur.* — [25]) Imppp Grat. Valent. et Theod. AAA. *inscr. Hal. Russ.*; *verum et ms. Hfn.* Imp. Leo; P. P. *om. Cont. Char. Pac.* — [26]) *ms. Gt. prima manu, liber Aured. a Char. collatus, aliique vet. libri notante Char., Cui.*; mancipiis *rell.*; *cfr. l.* 1. 2. *C. XI.* 23. *et not. seq.* — [27]) *Cui.*; ad mancipium *ms. Hfn., ed. Schf.*; ad mancipiorum *ms. Gt.*; ad antiquum *Hal. et rell.*

Tit. XVI. [XVII.]

DE SUARIIS [1]) ET SUSCEPTORIBUS VINI ET CETERIS CORPORATIS [2]).

1. [a]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Albinum P. U. [3]) — Porcinarii urbis aeternae, quum pervigilem laborem populi Romani commodis exhibeant, sordidis semper muneribus liberentur. Dat. VIII. Kal. Septemb. Romae, Timasio et Promoto Conss. [389.]

2. [b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Florentio P. P. [4]) — Quicunque ex corporibus [5]) suariorum, sive excipiendae necessitate litis adstrictus, seu [6]) inferendae voluntate spontanea provocatus, iudicium voluerit experiri, fori urbani adiutorium [7]) praestoletur [8]). [Dat. XVIII. Kal. Februar. Romae, Basso et Philippo Conss. [408.] [9])] [c])

Tit. XVII. [XVIII.]

DE COLLEGIATIS ET CHARTOPRATIS [10]) ET NUMMULARIIS.

1. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. U. — Qui sub praetextu decanorum seu collegiatorum, quum id munus non impleant, aliis se muneribus conantur subtrahere, eorum fraudibus credimus [11]) obviandum, ne quis sub specie muneris, quod minus exsequitur, alterius muneris [12]) oneribus relevetur, ne [13]) argentariorum vel nummulariorum [14]) munera declinentur ab his, qui dici tantummodo collegiati vel decani festinant. Ideoque si quis eorum sub nudae appellationis velamine collegiatum seu decanum se [15]) appellat, sciat, pro se alium subrogandum, qui praedicto muneri sufficiens approbetur, subrogatione videlicet memoratorum vel eorum, qui moriuntur, primatum eius, qui subrogatur, admissa [16]) iudicio. Quod autem supra numerum, qui encantis [17]) brevibus continetur, nemo se quolibet patrocinio vel cuiuslibet assumta potentia debeat excusare, hoc nostrae est serenitatis censere, et [18]) tuae sublimitatis tuique officii cautius [19]) observare. Hoc inter omnes aequa lance servari praecipimus, nullo divinae domus patrocinio, nullo [20]) sacrosanctarum ecclesiarum reverentia, nullo qualibet vel cuiuslibet potentia se excusante. §. 1. Sed ne tantum circa munera relevanda supplicibus consuluisse noscamur, illud etiam dicendum [21]) observandumque esse censemus, ut chartae venditio, quae de provinciis ad corporatos supplicum per innovationem [22]) translata est, primae constitutionis [23]) terminis concludatur, hoc est, quod in [24]) initio dispositionis constitutum est, id in posterum nulla addita [25]) novatione servetur. Dat. X. Kal. April. Theodosio XVII. et Festo Conss. [26]) [439.]

TIT. XVIII.

---

[a]) *hausta ex l.* 6. *Th. C. de suariis. XIV.* 4. — [b]) *Russ. Cont. in marg. nostram const. ex l.* 8. *Th. C de suariis efformatam censent. Gothofredo l.* 7. *Th. C. eod. iungenda videtur. Cfr. not.* 9. — [c]) *graecam const. in hoc tit. desiderari verisimillimum est. De susceptoribus enim vini et ceteris corporatis, quorum rubrica meminit, nihil in utraque const. latina tractatum est, et Hugolinus apud Azonem ad v.* susceptor. *sic adnotat:* „*de istis non tractat hic in nigro, sed dic quod tractat in Graeco; sic supra Ad Trebell.* (*VI.* 48. *et* 49.) *et supra De aleae lusu* (*III.* 43. *et* 44.).“ *Eadem sententia subest glossae, quae de susceptoribus nihil in nigro esse ait, et ita pergit:* „*sic supra De conductor. vectig. fisci* (*X.* 55.).“ *Restitutionis periculum fecit Ant. Augustin., qui in coll. graec. const. ex Synopsi LIII.* 17. 1. (*ed. Leuncl. p.* 454.) *epitomen legis* 3. *sic haurire voluit:* Οἱ οἰνέμποροι, ὡς ἂν συμφωνήσουσι, πιπράσκουσι. οὐδεὶς γὰρ ἀναγκάζεται πωλεῖν ἀπαρεσκόμενος τῷ μέτρῳ ἢ τῷ τιμήματι, καὶ μάλιστα εἰ μηδὲν γίνεται παρὰ τὴν συνήθειαν τοῦ κλίματος. [*Negotiatores vini, quemadmodum contraxerint, vendunt; nemo enim cogitur vendere mensura aut pretio, quod sibi displiceat, praesertim si nihil contra consuetudinem regionis fiat.*] *Sed Augustinum non secuti sunt editores, et recte; est enim illud cap. haustum ex l.* 71. *D. de contrah. emt. XVIII.* 1., *et apud Heimbachium in ed. Bas. est lib. XIX. tit. I. cap.* 69. — [d]) *pars hui. const. geminatur in l.* 9. *C. de sacros. eccl. I.* 2.

[1]) variis *Russ.*; suasariis *ms. Hfn.* — [2]) et ceteris corporatis *om. codd. omnes Russardi, et certe utraque const., qua constat tit., tantum de suariis tractat.* — [3]) Imp. Constantin. A. *inscr. Hal., a quo et abest subscr.* — [4]) Florent. P. P. *om. Hal. Russ.*; Florentino P. U. *l.* 7. *Th. C. cit., et sane praefecto urbi data esse videtur nostra const.*; Hilario P. U. *Russ. in marg. ex l.* 8. *Th. C. cit.*; *cfr. not. b.* — [5]) corporalibus *Hal. Russ., contra omnes codd. Russardi.* — [6]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui. Russ. Cont.* 62.; sive *edd. Schf. Cont.* 66. *et rell.* — [7]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Bk.*; auditorium *edd. Schf. Russ. et rell.* — [8]) postuletur *var. l. ap. Azon.* — [9]) *haec subscr. a Russ. ex l.* 8. *Th. C. cit. restituta, recepta est a Char. Pac. Sp. Bk., spreverunt eam Cui. et Cont., et profecto bene; nam si nostra const. legi* 7. *aut* 8. *Th. C. cit. iungenda est, certe propter inscriptionem magis probanda est coniunctio cum l.* 7., *quam cum l.* 8., *et sic I. Gothofredo visum est. Rectius autem utraque coniunctio pro incerta habetur et a repetenda ex Theod. C. subscriptione abstinetur.* — [10]) cartopatris *ed. Schf.*; chartopatris *Azo, qui alias h. v. deesse notat.* — [11]) credidimus *ms. Hfn., Cui. Caeterum* esse *addunt Hal. Russ. Cont. et rell., contra ms. Hfn. et edd. Schf. Cui. et l.* 9. *C. I.* 2. — [12]) muneris *om. l.* 9. *C. I.* 2. — [13]) nec *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [14]) numulariorum *Hal. Russ. Cont.* 62., *et sic iidem in rubrica*; *defendit eos l.* 9. *C. I.* 2.; vel nummul. *om. ed. Schf.* — [15]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., l.* 9. *C. I.* 2.; colleg. se vel decanum *Russ. et rell.* — [16]) admisso *ed. Schf.*; amisso *ms. Hfn.* — [17]) *ms. Hfn., Cui. in comment.*; in cautis *rell.*; *cfr. Brisson. h. v., l.* 9. *C. XI.* 47. *l.* 4. *Th. C. XI.* 16. — [18]) censureve *ms. Hfn.*; censure *ed. Schf.*; et *abest quoque a ms. Gt.* — [19]) evidentius *ed. Schf.* — [20]) *edd. Schf. Cui.*; nulla *rell.* — [21]) edicendum *mavult Cui. in comment.* — [22]) invocationem *Hal. Russ. Cont.* 62.; *sed opponuntur primae constitutionis termini.* — [23]) dispositionis *var. l. gl. ex Azone.* — [24]) in *om. et Schf.* — [25]) adiecta *Azo*; adita *ms. Hfn., var. l. ap. Azon.* — [26]) *Cui. Sp. Bk., l.* 9. *C. I.* 2.; *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

Tit. XVIII. [XIX.]

DE STUDIIS LIBERALIBUS URBIS ROMAE ET CONSTANTINOPOLITANAE.

1. [a]) Imp. Theodosius A. et Valentinianus C. [1]) . . . . P. U. [2]) — Universos, qui, usurpantes sibi nomina magistrorum, in publicis magistrationibus cellulisque collectos undecunque discipulos circumferre consueverunt, ab ostentatione vulgari praecipimus amoveri, ita ut, si quis eorum post emissos divinae sanctionis affatus, quae prohibemus atque damnamus [3]), iterum forte tentaverit, non solum eius, quam meretur, infamiae notam subeat, verum etiam pellendum se ex ipsa, ubi versatur illicite, urbe cognoscat. Illos vero, qui intra plurimorum domos [4]) eadem exercere privatim studia consueverunt, si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent, nulla huiusmodi interminatione prohibemus. Sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra capitolii auditorium [5]) constituti, hi omnibus modis privatarum aedium studia sibi interdicta esse cognoscant, sciturl, quod, si adversus coelestia statuta facientes fuerint deprehensi, nihil [6]) penitus ex illis privilegiis consequentur [7]), quae his, qui in capitolio tantum [8]) docere praecepti sunt, merito deferuntur. §. 1. Habeat [9]) igitur auditorium [10]) specialiter nostrum in his primum, quos Romanae eloquentiae doctrina commendat, oratores quidem [11]) tres numero, grammaticos [12]) vero decem; in his etiam, qui facundia graecitatis [13]) pollere noscuntur, quinque numero sint sophistae et grammatici aeque decem. Et quoniam non in [14]) his artibus tantum adolescentiam gloriosam optamus institui, profundioris [15]) quoque scientiae atque doctrinae memoratis magistris sociamus auctores. Unum igitur adiungi ceteris volumus, qui philosophiae arcana rimetur, duos quoque, qui iuris ac legum voluntates [16]) pandant, ita ut unicuique loca specialiter deputata assignari faciat tua sublimitas, ne discipuli sibi invicem possint obstrepere vel magistri, neve linguarum confusio permixta vel vocum aures quorundam aut mentes a studio literarum avertat. Dat. III. Kal. Mart. Constantinop. Theodosio A. XI. et Valentiniano [17]) Conss. [425.]

Tit. XIX. [XX.]

DE HONORATORUM VEHICULIS

1. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [18]) AAA. Nebridio P. U. [19]) — Omnes honorati seu civilium seu militarium [20]) vehiculis dignitatis suae, id est carrucis [21]), intra urbem sacratissimi nominis semper utantur. Dat. III. Kal. Febr. Constantinop. Honorio NB. P. et Evodio Conss. [386.]

Tit. XX. [XXI.]

DE PRIVILEGIIS URBIS CONSTANTINOPOLITANAE.

1. [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Philippo P. P. Illyrici [22]). — Urbs Constantinopolitana non solum iuris Italici, sed etiam [23]) ipsius Romae veteris praerogativa laetetur. Dat. prid. Id. Iul. Eustathio et Agricola Conss. [24]) [421.]

Tit. XXI. [XXII.]

DE METROPOLI BERYTO [25]).

1. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hormisdae P. P. [26]) — Propter multas iustasque causas metropolitano nomine ac dignitate [27]) Berytum decernimus exornandam, iam suis virtutibus coronatam. Igitur haec quoque metropolitanam habeat dignitatem. Tyro nihil de iure suo derogatur [28]). Sit illa mater provinciae maiorum nostrorum beneficio, haec nostro, et utraque dignitate simili perfruatur [29]).

TIT. XXII.

---

[a]) *l.* 3. *Th. C. de studiis liberal. XIV.* 9.; *Cui. iungit leg.* 1. *C. de professorib. qui in urbe Const. XII.* 15. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de honorat. vehic. XIV.* 12. — [c]) *hausta ex l.* 45. *Th. C. de episcop. XVI.* 2., *adiectis nonnullis ex l.* 1. *Th. C. de iure ital. urb. Const. XIV.* 13.; *ex parte geminata in l.* 6. *C. de sacros. eccl. I.* 2.; *Bas. LIV.* 23. 1. (*T. VI. p.* 689.)

[1]) *Cui. Russ. Bk.*, *Theod. C.*; Impp. Theod. et Valent. AA. *Hal. Cont. et rell.* — [2]) P. U., *omisso nomine, Cont. Char. Pac.*, *Sp.*; *etiam* P. U. *om. Hal. Russ.*, *Theod. C.*, *licet ad praefectum urbi const. datam esse certum sit*; Theophilo P. U. *Cui. Bk.*, *vix aliunde, quam ex l.* 1. *C. XII.* 15., *quae a Cui. nostrae coniungitur. Sed l.* 53. *Th. C. XV.* 1., *quae cum nostra multo certius coniungitur, data est ad* Constantium P. U., *huiusque nomen propter praecedens* C. *vel* Caes. *profecto facilius excidere potuit. Malo itaque* Constantio P. U. — [3]) mandamus *Azo.* — [4]) domus *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.* — [5]) adiutorium *ms. Hfn.* — [6]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; nil *Hal. et rell.* — [7]) *Cui.*, *Theod. C.*; subsequentur *ms. Gt.*; consequantur *rell.* — [8]) *ms. Hfn.*, *Theod. C.*; tantummodo *edd.* — [9]) habeant *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *male.* — [10]) adiutorium *ms. Hfn.* — [11]) quidem *om. Hal. Cui.*, *sed est in ms. Hfn. et Theod. C.* — [12]) grammatici *Hal. Russ. Cont.* 62., *cfr. not.* 9. — [13]) *ms. Hfn.*, *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; facundia ac rectitatis *ms. Rg.* 2.; facundiam egravitatis *ms. Rg.* 1.; facundia graecanitatis *Hal.*; facundia gravitatis *edd. Schf. Russ. et rell.*, *sed opponitur Romanae eloquentiae. Secundum Azon. legitur* graecitati, *al.* atrocitatis, *al.* gravitati, *al.* gravitatis. *Secundum glossam alias est* garrulitatis, *lepida coniectura.* — [14]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; in *om. Russ. et rell.*, *Theod. C.* — [15]) profundiores *ms. Gt.*, *Theod. C. ed. Gothofr.* — [16]) formulas *Theod. C.* — [17]) C. *ins. Bk.*; *subscr. om. Hal.* — [18]) Valent. Theod. et Arcad. *Bk.*, *recte quidem, sed refragante Theod. C.* — [19]) Nebridio P. U. *om. Hal.*, *a quo et abest subscr.* — [20]) dignitatum *ins. Theod. C.*, *et haud dubie ex eo Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk. et profecto facile h. v. excidere potuit propter seq.* dignitatis. — [21]) biiugis *addit Theod. C.*; carruchis *Hal. Cui.* — [22]) Phil. P. P. Illyr., *restitut. a Cui.*, *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [23]) etiam *om. ms. Hfn.* — [24]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [25]) De metropolitano *ms. Hfn.* — [26]) Hormisdae P. P., *restitut. a Cui.*, *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [27]) *mss. Hfn. Gt.*, *Cui.*; civitatem *ins. rell.* — [28]) *mss. Hfn. Gt.*, *Hal. Cui.*; derogetur *edd. Schf. Russ. et rell.* — [29]) *Hormisda annis* 448 — 450. *praef. praet. commemoratur, l.* 3. *C. I.* 1., *l.* 8. *C. V* 14., *l.* 8. *C. V.* 17., *l.* 1. *C. VI.* 52.; *quod, quum desit subscr., non supervacaneum est adnotare.*

Tit. XXII. [XXIII.]

DE CANONE FRUMENTARIO URBIS ROMAE.

1. [a]) Impp. Valentinianus et Valens AA. [1]) ad Iulianum, Praef. annonae. — Nautici [2]) apud praesidum [3]) aut magistratuum acta conniteantur [4]) incorruptas species suscepisse, eorumque, apud quos deponitur ista testatio, praesens adspectus probet [5]), nihil in his esse vitii. Quod eo tempore, quo ad sacrae urbis portum pervenit, praefecturam ingiter observare praeceptum est. Dat. XVIII. Kal. Iul. Remis, Gratiano A. I. [6]) et Dagalaifo [7]) Conss. [366.]

2. [b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Senatum et populum [8]). — Si quid frumenti vel olei [9]) urbicarii canonis remissione indultum est speciali beneficio, contra commodum publicum [10]) elicita non valeant. Dat. XVII. Kal. Mai. [11]) Mediolano, Caesario et Attico Conss. [397.]

3. [c]) Idem AA. Messalae P. P. — Neminem patimur in mutando canone urbis Romae nostrae clementiae beneficium postulare; sed [12]) ea rescripta, quae quoquo modo potuerint impetrari, suscipi non sinimus. Eos vero, qui contra haec fecerint, in duplum retinendos esse decernimus. Vicarios, quin etiam ceteros iudices, nisi deinceps ab usurpatione urbicarii canonis abstineant, deportationis poena detineri, primates officiorum capitali supplicio subingari, perpetua [13]) auctoritate sancimus. Dat. prid. Non. Septemb. [14]) Altino, Theodoro V. C. Couss. [399.]

Tit. XXIII. [XXIV.]

DE FRUMENTO URBIS CONSTANTINOPOLITANAE.

1. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Urso P. U. — Nulli, ne divinae quidem domui nostrae, frumentum de horreis publicis pro annona penitus praebeatur, sed integer canon mancipibus consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda. Ita enim debet canon ab inclytae memoriae Constantino praestitus [15]), nec non a divo pietatis meae avo Theodosio [16]) auctus expendi, quoniam crescit inopia, si frumenta, quae pro annona tribuuntur, ad usus alios deputata cognoscantur; cogentur enim de publico sibi [17]) emere, quae aliis vendere potuissent. Dat. X. Kal. Aug. Constantinop. Theodosio A. VII. et Palladio Couss. [18]) [416.]

2. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Leontio P. U. — Auri statuta quantitas [19]) ad coemtionem frumentariam sit perpetuo dedicata, nec liceat cuiquam postea, administratione urbicariae potestatis percepta [20]), aliquid ex eadem [21]) suma minuere vel ad quoscunque alios usus convertere; sed sub gestorum testificatione certum fiat, et quod mancipibus mutui [22]) nomine datum est, et quod ab iisdem sit excepta omni concussione solvendum. Eum autem, qui hanc formam ausus fuerit inquinare [23]), quantitatem, in qua suam calliditatem exercuerit, in duplum redhibere iubemus, et quicquid ex praedicta ratione accreverit [24]), ad cumulum eiusdem [25]) auri quantitatis et frumentarii tituli fomitem [26]) redundare, legisque huius tenorem aeneis tabulis incidi. Dat. V. Kal. Decemb. Constantinop. Ariovindo [27]) et Aspare Conss. [434.]

Tit. XXIV. [XXV.]

DE ANNONIS CIVILIBUS.

1. [f]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. [28]) Proculo P. U. — Annonas publicas [29]) non tam titulis dignitatum, quam singulorum

---

[a]) *l. 2. Th. C. de can. frum. urb. Rom. XIV.* 15. — [b]) *hausta ex l. 3. Th. C. de can. frum. urb. Rom. XIV.* 15.; *iungenda l. 3. C. quae res venire. IV.* 40.; *Bas. LIV.* 24. 2. (*T. VI. p.* 690.) — [c]) *hausta ex l. 4. Th. C. de can. frum. urb. Rom. XIV.* 15., *adiectis pluribus ex l. 5. Th. C. eod.*; *Bas. LIV.* 24. 3. — [d]) *l. 2. Th. C. de frum. urb. Const. XIV.* 16.; *Bas. LIV.* 25. 1. — [e]) *l. 3. Th. C. de frum. urb. Const. XIV.* 16.; *Bas. LIV.* 25. 2. — [f]) *l. 10. Th. C. de annonis civicis. XIV.* 17.

[1]) *ms. Hfn., Bk.; Gratianum cum Theod. C., at refragante subscr., addunt Cui. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; Imppp. Theod. Arcad. et Honor. AAA. *inscr. Hal., apud quem in hoc titulo desunt ii, ad quos datae sunt constitutt.* — [2]) Nautici annonae *ed. Schf.* — [3]) curatorum *Theod. C.*; praesidem *mss. Hfn. Gt., Azo, secundum quem alias est* praesidum. — [4]) fateantur *Theod. C., qui post* incorruptas *ins.* se, *idque recepit Bk.* — [5]) prohibet *ms. Hfn.* — [6]) Grat. N. P. *Bk., quod inscriptio flagitat.* — [7]) Dagalaipho *Bk.*; *subscr. om. Hal. in hac lege et in seqq. hui. tit.* — [8]) et populum *om. Russ. Cont. Char. Pac., sed v. legem nostrae iungendam.* — [9]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C., Leunclav.* (*Notatt. II.* 230.); hordei *Hal. et rell.*; *sed ἐλαίῳ Bas.* — [10]) *mss. Hfn. Gt., codd. Russardi, edd. Schf. Cui., Theod. C.*; rescripta *ins. Hal. et rell.* — [11]) Martii *in omnibus secundum Russ. in marg.*; *cfr. l. 3. C. IV.* 40. — [12]) *Cui.*; etiam *ins. rell.* — [13]) perpeti *Theod. C.* — [14]) Dat. IV. Kal. Oct. *Russ. Cont.* 62. *ex l. 6. Th. C. cit.*; *dies, quem cum Cui. Sp. Bk. habemus, cum l. 5. Th. C. cit. congruit*; *subscr. om. Hal. Cont.* 66. 71. 76. *Chur. Pac.* — [15]) praestitutus *Theod. C., var. l. ap. Azonem.* — [16]) Theodosio *om. Theod. C.* — [17]) si frumento, quod pro annona tribuitur, ad usus alios dedutato cogentur sibi de publico *Theod. C. ed. Haenel*; *atque haec scriptura genuina etiam in Cod. Iust. fuisse videtur, nam ms. Hfn. ita habet:* si frumenta quae pro annona tribuuntur ad usus alios deputata cognoscantur sibi de publico, *et ed. Schf. ita:* si frumenta quae pro ann. tribuuntur ad usus alios deputata cogentur sibi de publico. *Ita apparet, non solum v.* enim *respui, sed et v.* cognoscantur *ex geminatione verbi* cogantur *haud dubie oriundum esse.* — [18]) *subscr. in hac et seq. const. om. Hal.* — [19]) Sexcentarum undecim auri librarum quantitas *Theod. C.* — [20]) *nostram lect., quam restituit Cui. et quae congruit cum Theod. C., tuentur mss. Hfn. Rg.* 2.; post administrationem — perceptam *ms. Rg.* 1., *edd. Schf. Hal. et rell. Verum et Azo habet* postea *et* praecepta, *et glossa adnotat:* „*alias* post perceptam, *alias* postea percepta." — [21]) memorata *Theod. C.* — [22]) mutuo *var. l. gl.* — [23]) inquietare *Theod. C., Cui., quod probo, nam bene opponitur perpetuae dedicationi.* — [24]) excreverit *mss. Hfn. Gt.*; adcrevit *Cui. (ed. Fabrot.)* — [25]) memoratae *Theod. C.* — [26]) *Cui. (ed. Fabrot.) Bk., Theod. C.*; formitem *Cui. in ed. prima, vitio typ.*; firmiter *rell.* — [27]) *Theod. C. ed. Haenel.*; Areobindo *Bk.*; Ariobindo *rell.* — [28]) *Honorium delet Bk., quod chronologiae, at non Theod. C. convenit*; Imp. Theod. A. *inscr. Hal.* — [29]) civicas *Theod. C.*

rum viritim [1]) meritis attributas divi Constantini liberalitate, satis [2]) claruit. Ideoque nihil ex his scholarum nomine vindicetur, sed pro uniuscuiusque merito quae sunt concessa, serventur, ut, quicunque [3]) perceptarum annonarum emolumenta vel in heredes proprios iure sanguinis transfuderunt vel in extraneos distractionis titulo transscripserunt, maneat, quod gestum est vel hereditatis merito vel alienationis arbitrio. Dat. VII. [4]) Kalend. Iul. Constantinop. Arcadio A. II. et Rufino Conss. [5]) [392.]

2. [a]) Impp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. [6]) — Centum viginti quinque modios frumenti, praeter solitum canonem, per singulos dies de praesenti sexta indictione ex die Kalendarum Ianuarii [7]) nomine parapeteumatis [8]) de horreis publicis huius almae urbis insita nostrae pietatis liberalitate tribuimus, datis sacris apicibus ad sublimissimam quoque per Orientem praefecturam, quibus possit et modum nostrae donationis agnoscere, et incunctanter praebere, quae iussimus. Quam modiationem ingiter et [9]) in perpetuum civibus nostris debere conferri, valitura in aevum hac lege sancimus [10]).

Tit. XXV. [XXVI.]

DE MENDICANTIBUS VALIDIS.

1. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Severum P. U. [11]) — Cunctis affatim [12]), quos in publicum quaestum incerta [13]) mendicitas vocavit [14]), inspectis, exploretur in singulis et integritas corporum et robur annorum, atque [15]) inertibus et absque ulla debilitate miserandis necessitas inferatur, ut eorum quidem, quos tenet conditio servilis, proditor studiosus et diligens dominium consequatur, eorum vero, quos natalium sola libertas prosequitur [16]), colonatu perpetuo fulciatur, quisquis huiusmodi lenitudinem [17]) prodiderit ac probaverit; salva dominis in eos actione, qui vel latebram forte fugitivis vel mendicitatis subeundae consilium praestiterunt. Dat. XII. Kal. Iul. Patavi, Antonio et Syagrio Conss. [382.]

Tit. XXVI. [XXVII.]

DE NAUTIS TIBERINIS [18]).

1. [c]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum P. U. [19]) — Qui navem Tiberinam habere fuerit ostensus, onus reipublicae necessarium agnoscat. Quaecunque igitur navigia [20]) in alveo Tiberis inveniuntur [21]), competentibus et solitis obsequiis mancipentur [22]), ita ut nullius [23]) dignitas aut privilegium ab hoc officio vindicetur. Dat. VIII. Id. Octob. Altino, divo Ioviano et Varroniano Conss. [364.]

Tit. XXVII. [XXVIII.]

DE FRUMENTO ALEXANDRINO.

1. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. [24]) — In aestimatione frumenti, quod ad civitatem Alexandrinam convehitur [25]), quicquid de crithologia et zygostasii munere [26]) et pro nauclerorum [27]) tuenda substantia eminentia tua disposuit, roboramus. Atque ut curialibus praedae auferatur occasio, iubemus, eos ad huiusmodi sollicitudinem affectandam nunquam accedere, sed designata officia, tuis provisionibus examinata, sollicitudinem praedictam implere. Dat. V. Kal. Febr. Constantinop. Honorio IX. et Theodosio V. AA. Conss. [28]) [412.]

2. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA.

---

[a]) *Cfr. ad hanc leg. lac. Gothofr. in comment. ad l.* 14. *Th. C. de annon. civ. XIV.* 17. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de mendicant. non inval. XIV.* 18.; *Bas. LIV.* 27. 1. (*T. VI. p.* 691.) — [c]) *l.* 1. *Th. C. de nautis tiber. XIV.* 21. — [d]) *l.* 1. *Th. C. de frum. Alexandr. XIV.* 26.; *fortasse iungendae l.* 6. *C. de navicul. XI.* 1. *et l.* 6. *C. naufrag. XI.* 5. — [e]) *l.* 2. *Th. C. de frum. Alexandr. XIV.* 26.; *iungendae l.* 56. 57. 58. *C. de decurion. X.* 31., *l.* 1. *tit. prox.*

[1]) *Cui.*, *Theod. C.*; virorum *Hal. Russ. Cont. et postea rell.*; vir. *om. ed. Schf.*; *alias abesse* singul. *dozet Azo. Ad Cuiacii lect. proxime accedit ms. Hfn., in quo est* viris immeritis, *et defendunt eam Bas., quae vertunt* καθ' ἕκαστον. — [2]) sat *ms. Hfn.*, *Theod. C.*; sane *Hal. Cui.* — [3]) quaecunque *Hal.* — [4]) VIII. *Cui.* — [5]) *subscr. om. Hal.* — [6]) Imp. Martianus A. *Hal. Russ.*; Imp. Martianus A. Tatiano P. P. *Cui. Bk.*; *sed tres Impp., quos restituit Cont. tuetur Gothofr.* (*cfr. not. a.*); Imp. Arch. A. *ms. Hfn. Secundum Gothofr. data est const. ad Aurelianum P. U.* — [7]) Ianuariarum *Hal.*; ianuarum *ms. Hfn.*; Iuniarum *Gothofr. ex cod.* (*cfr. not. a.*) — [8]) peritteumatis *Hal. Russ. Cont.* 62., *Alciat.* (*a* περιττεύειν *superfluere*); parapeteumatis *restituit Cui. et derivat a* πέτος (*tesserae*); *defendunt eum omnes veteres libri et ms. Hfn. et ed. Schf.*, *sed reprehendit Gothofr.*, *qui mavult* peritteumatis; *cfr. l.* 2. *C. XI.* 27. — [9]) et *om. ed. Schf.* — [10]) *Gothofr.* (*cfr. not. a.*) *Theodosium III. et Abundantium Conss.* (393.) *subscribere vult.* — [11]) Imp. Valentin. A. *inscrib. Hal.*, *a quo abest subscr.* — [12]) *mss. Bg.* 1. 2., *codd. Russardi*, *Cui.*, *Theod. C.*; affatim *om. rell.* — [13]) incepta *Theod. C.*; *sed bene se habet* incerta, *i. e. nondum explorata.* — [14]) *ms. Hfn.*, *Cui.*, *Theod. C.*; vocaverit *rell.* — [15]) ea *ins. Theod. C.* — [16]) *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C. ed. Haenel*; persequatur *ms. Hfn.*; persequitur *Hal. et rell.* — [17]) *ms. Hfn.*, *var. l. gl. et apud Azon.*, *Cui. Cont. et postea rell.*, *Theod. C.*; plenitudinem *mss. Gt. Bg.* 2., *ed. Schf.*, *Azo*; levitudinem *Hal. Russ.* — [18]) nauticis Tyberinis *Hal.* — [19]) Imppp. Valent Theod. et Arc. AAA. *inscr. Hal.*, *a quo abest subscr.* — [20]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; quodcunque igitur navigium *ms. Hfn.*, *Hal. et rell.* — [21]) *ms. Gt.*, *Cui.*, *Theod. C.*; inveniantur *ed. Schf.*; invenietur *ms. Hfn.*, *Hal. et rell.* — [22]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; mancipetur *rell.* — [23]) nulla *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [24]) Anth. P. P. *om. Hal.* — [25]) cohibetur *ms. Hfn.* — [26]) quicquid decreto elogii* in sitostasii munere *Hal.*, *illiusque asterisci causam prodit ms. Hfn.*, *in quo est* quicquid decreto. Grecum elogii zigostasii munere; quicquid decreto elogii de sitostasii mun. *coni. Alciat.*; *glossa ad v.* crithol. *notat* „*nomina sunt officiorum, et in libro Martini est emendatum* debito decreto elogii"; quicq. decreto elogii de zygostasii mun. *Russ. Cont.* 62. *Sed veram lect.*, *ad quam prope accedunt mss. Bg.* 1. 2. *Gt.*, *convenienter cum Theod. C. restituit Cui.*, *receperunt Cont.* 66. *et rell.*; *consentiunt Bas.*, *quae sec. Cui. sic vertunt:* ὁ ἐρχόμενος σῖτος ἀπὸ Ἀλεξανδρείας χριθολογείσθω [*Cui. in ed. prima*, χριθολογεῖσθω *Cui. ed. Fabrot.*] εἰς Ἀλεξανδρείαν καὶ σταθμιζέσθω. — [27]) naucleriorum *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C. ed. Gothofr.* — [28]) *ab Hal. subscr. abest.*

AA. Isidoro P. P. [1]) — Diurnos centum et decem modios alimoniis Alexandrinae civitatis addi decernimus, ut nemo privetur eo, quod nunc usque percepit [2]), et perissochoregiae [3]) nomen penitus amputetur, et tesserae designentur et nostrae pietatis nomine censeantur. Dat. prid. Non. Iun. Constantinop. Isidoro et Senatore Conss. [436.]

Tit. XXVIII. [XXIX.]

DE ALEXANDRIAE PRIMATIBUS.

1. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Isidoro P. P. [4]) — Corporatos civitatis Alexandrinae repurgandi fluminis onere liberamus, et pro tenore dispositionis tuae [5]) quadringentos solidos ex dinummio [6]) vectigali memoratae civitatis praecommodari decernimus, ita ut ex titulo navium modis omnibus repensetur [7]). Dat. prid. Non. Iun. Constantinop. Isidoro et Senatore Conss. [436.]

Tit. XXIX. [XXX.]

DE IURE REIPUBLICAE.

1. Imp. Antoninus A. Dionysio [8]). — Si quid adversus rempublicam indefensam in ea specie, in qua neque defensores creati fuerint, neque ut crearentur placuerit [9]), statutum est, actionibus eius nihil est praeiudicatum.

2. Idem A. Phorodio et aliis [10]). — An respublica, in cuius locum [11]) successistis, ideo quia [12]) satisfecisse vos [13]) debito proponitis, ius pignoris in eo fundo habeat, apud suum iudicem quaeritur. Si enim neque beneficio sibi concesso id ius nacta est, neque specialiter in obligatione pignoris sibi prospexit, causa eius non separatur a ceteris creditoribus, qui habent personalem actionem.

3. Imp. Alexander A. Saturnino. — Rempublicam ut pupillam [14]) extra ordinem iuvari, moris est.

4. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [15]) Urbano. — Si secundum legem civitatis respublica, cuius meministi, ruina collapsis aedificiis tuis, distraxit aream, nihil contra huius [16]) legis tenorem rector provinciae fieri patietur.

Tit. XXX. [XXXI.]

[b]) DE ADMINISTRATIONE [17]) RERUM PUBLICARUM.

1. Imp. Philippus [18]) A. Crescentiae [19]). — Fundum vectigalem, si suis quibusque [20]) temporibus debitae quantitates inferantur, invito possessore auferri non posse, manifestum est.

2. [c]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Iulio et Zenodoro [21]). — Contra eos, qui rempublicam administrantes, per officii necessitatem [22]) sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt, quanti reipublicae interest satis non esse acceptum, dirigendam [23]) actionem perspicitis [24]). PP. VII. Kal. Decemb. [25]) Caess. Conss. [294 — 305.]

Tit. XXXI. [XXXII.]

[d]) DE VENDENDIS REBUS CIVITATIS.

1. [e]) Imp. Antoninus A. Herculiano [26]). — Si sine ulla conditione praedia vendente republica comparasti, perfecta venditione nulla ratione vereris, ne adiectione [27]) facta auferri tibi dominium possit. Tempora enim adiectionibus praestituta [28]) ad causas [29]) fisci pertinent, nisi si qua civitas propriam legem habeat.

2. Impp. Valerianus et Gallienus AA. — Quamvis incrementum conductioni factae publici praedii videtur [30]) offerri, non tamen additamenti specie oportet fidem locationis infringi, praesertim quum tantum iam temporis ex contractu decessisse [31]) proponas.

3.

---

[a]) *l. 2. Th. C. de Alex. pleb. primat. XIV. 27.; de legibus iungendis cfr. not. e. ad l. anteced.* — [b]) *Dig. L. 8.* — [c]) *geminatio legis 8. C. ut in possess. legat. VI. 54.* — [d]) *Dig. L. 8.* — [e]) *Cuiac. in Obss. II. 24. hoc rescr. relatum esse censet in l. 21. §. 7. D. ad municip. L. I., ubi pro Idem respondit reponere vult Iidem rescripserunt.*

[1]) Isid. P. P. *om. Hal.* — [2]) percipit *ms. Hfn.*; coepit *Hal.*, *a quo abest seq.* et. — [3]) perisico regie *ms. Hfn.*; perisso corregiae *invenit Alciat.*, *qui corrig.* perissichoregiae. — [4]) Isid. P. P. *om. Hal.*, *a quo et abest subscr.*; *post* Impp. *Theod. C. ins.* DD. NN. — [5]) pro tenore et dispositione tua *Theod. C.* — [6]) solidos * ex dinumo *Hal.* (*quid asteriscus significet, nescio*), *etiam Cui. in ed. prima* dinumo. — [7]) repraesentetur *ms. Hfn.* — [8]) *nomina eorum, ad quod data sunt rescripta, restituit in hoc tit. Cui.*; *omnia absunt ab Hal. Russ. Cont.* 62., *in legg.* 1. 3. 4. *absunt a Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [9]) *mss. Hfn. Gt.*, *Cui.*; placuit *edd. rell.* — [10]) et aliis *om. Cui.*, *videntur que ab editoribus adiecta, quia plures alloquitur imperator; sed haec res non impedit, quominus unus rescriptum petierit et ad unum datum fuerit, cfr. l. 4. C. IX. 45.*; Aphrodisio *Cui.* (*ed. Fabrot.*) — [11]) vos *ins. mss. Hfn. Gt.*, *omnes cod. Russardi, ed. Schf.* — [12]) eo quod *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi, ed. Schf.* — [13]) vos *om. mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [14]) ut pupillam *cancellis includit Russ.*; *at abesse haec verba a codd.*, *nulla exstant certa testimonia.* — [15]) Imp. Decius A. *ms. Hfn.* — [16]) huius *om. ms. Hfn.* — [17]) administrationibus *ed. Schf.* — [18]) Gordianus *Hal. Russ.*, *contra ms. Hfn.* — [19]) Crescent. *om. Hal. Russ.*; Crescentio *Cont.* 62. — [20]) quibuscunque *mss. Hfn. Gt.*, *Hal. Cui.* — [21]) Iulio et Zenod. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; Iulio et *om. l. 8. C. VI. 54.* — [22]) civitati *ins. l. 8. C. cit.* — [23]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*, *l. 8. C. cit.*; esse *ins. Hal. et rell.* — [24]) prospicitis *mss. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; dirigendam certum est actionem *l. 8. C. cit.* — [25]) Suppos. VII Kal. Mart. *l. 8. C. cit.*; *subscr. om. Hal. Russ Cont. Char. Pac.* — [26]) Hercul. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Semel adnotasse sufficiat, permultas inscriptt., quas Cui. edidit pleniores, spretas fuisse a Cont. Char. Pac., at receptas a Dion. Gothofredo, quo auctore Sp. eas habet.* — [27]) addictione *et mox* addictionibus *Hal* — [28]) praestita *Hal. Russ.* — [29]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; causam *Russ. Cont. et rell.*; *v. l. 21. §. 7. D. L. 1.* — [30]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; videatur *rell.* — [31]) ex contractu discessisse *ed. Schf.*; ex contractus die cessisse *ms. Gt.*

3. a) Imp. Leo A. Erythrio P. P. [1]) — Si quae hereditatis vel legati seu fideicommissi aut donationis titulo domus aut annonae civiles aut quaelibet aedificia vel mancipia ad ius inclytae urbis vel alterius cuiuslibet civitatis pervenerint [2]), super his licebit civitatibus venditionis pro suo commodo inire contractum, ut summa pretii exinde collecta [3]) ad renovanda sive restauranda publica moenia dispensata proficiat. Indefessa vero cura prospicientes, ne quis adversus civitatum commoda quidquam moliri possit incommodi, sed sine ulla fraude seu nundinatione vel colludio [4]) seu conniventia huiusmodi venditiones procedant, hoc [5]) in posterum observandum esse censemus, ut, si quidem ad hanc inclytam urbem domum vel civiles annonas aut alia quaelibet aedificia vel mancipia pertinentia contigerit venumdari, non aliter nisi imperiali auctoritate vendantur. In provinciis vero, praesentibus omnibus seu plurima parte tam curialium quam honoratorum et possessorum civitatis, ad quam res praedictae pertinent, propositis sacrosanctis scripturis, sigillatim [6]) unumquemque eorum, qui convenerint, iubemus sententiam, quam putent [7]) utilem patriae suae, designare, ut ita demum, decreti recitatione in provinciali iudicio interveniente, emtor competentem possit habere cautelam. Hos autem venditionum contractus, sive iam completi fuerint, sive postea ineundi fuerint [8]), stabiles esse censemus. Dat. V. Kal. Mart. Marciano et Zenone Conss. [9]) [469.]

Tit. XXXII. [XXXIII.]

b) DE DEBITORIBUS CIVITATUM.

1. Imp. Antoninus A. Diodoro [10]). — Non prius debitorem reipublicae honorem in republica subire, quam id, quod debere constiterit, conventus exsolverit, tam meis quam divorum principum constitutionibus declaratur.

2. c) Imp. Constantinus A. Verino S. [11]) — Apud eos, quos superstites integris facultatibus esse perviderit [12]), vel quorum heredes incolumia retinent patrimonia, sortes reipublicae perseverare debebunt, ita tamen, ut annuas usuras suis quibusque [13]) temporibus exsolvant, quum simul et reipublicae utile sit, retinere idoneos debitores, et ipsis [14]) commodum, cumulum debiti minime nutriri. §. 1. Et quia nefas est, obnoxiis corporibus alienatis [15]) circumscribi civitates, placuit, si quis debitor rei publicae civitatis quidpiam ex eo patrimonio, quod habuit, quum pecuniam rei publicae sumeret, donaverit vel distraxerit vel qualibet in alium ratione contulerit, qualitate rei alienatae perspecta atque omnibus debitoris facultatibus consideratis, quas habuit, quum ei pecunia crederetur [16]), pro rata ab eo, qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex sorte atque usuris postulari. Itaque quoties minus idoneum deprehenditur eius patrimonium, cuius nomen civitati alicui invenitur obnoxium, iudex omni diligentia et [17]) sollicitudine debebit inquirere, ad quos ex qualibet conditione transierint debitoris facultates, ut singuli aequa aestimatione habita pro rata rerum, quas possident, conveniantur, personalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis solventibus liberatur. Ab eo autem, a quo constat fortunarum suarum partem maximam recessisse, etiam reliquam portionem, quae apud eum resederit, transferri ad idoneum oportebit. §. 2. Quodsi quispiam debitor rei publicae civitatis, fisco nostro locum fecerit, emtores, qui ex [18]) fisco nostro comparaverint, manifestum est secundum ius vetus et rescripta divorum [19]) constitutionesque nostras nullam debere molestiam sustinere. §. 3. Quodsi quis debitor non comparuerit [20]), vel certe omnia sua ita consumserit, ut nemo aliquam rem ex eius bonis possideat, id debitum convenit ad dispendium rei publicae pertinere. Ideoque cura patris civitatis apud idoneos vel dominos rusticorum praediorum pecunia collocanda est. PP. III. [21]) Kal. Febr. Volusiano et Anniano Conss. [22]) [314.]

Tit. XXXIII. [XXXIV.]

DE PERICULO NOMINATORUM.

1. d) Imp. Gordianus A. Severino [23]). — Hi, qui a te collegaque tuo magistratus creati sunt, etiamsi maxime fideiussores non exegistis, tamen, si per id temporis [24]), quo magistratus honor deponebatur, solvendo fuerunt [25]), periculo vos creationis non fecerunt obnoxios ex eo, quod casu aliquo patrimonium eorum mutilatum sit, quum cessationi suae id debeant imputare damnaque reipublicae (si qua ob culpam eorum passa est) sarcire, qui, quum nomine publico eos convenire potuissent, id facere supersederunt.

2.

---

a) *prior pars hui. const. repetitur in l.* 12. *C. de hered. instit. VI.* 24.; *de legibus fortasse iungendis v. not. a. ad l.* 17. *C. de collat. VI.* 20., *iisque addi posse videtur l.* 22. *C. de oper. publ. VIII.* 12. — b) *Dig. L.* 8. — c) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de curator. Kalend. XII.* 11. — d) *Bas. LIV.* 1. 1. (*T. VI. p.* 675.)

[1]) Eryth. P. P. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; Erithrio P. P. *Cui.* — [2]) pervenerant sive pervenerint *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*; perveniant sive pervenerint *ms. Gt.*, *Hal.* — [3]) collata *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*, *var. l. ap. Azon.* — [4]) seu nundinat. vel collud. *om. ms. Hfn.* — [5]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui.*; etiam *ins. Hal. et rell.* — [6]) singulatim *ms. Gt.*, *Hal. Cui.* — [7]) *mss. Hfn. Gt.*, *Hal. Cui.*; putet *rell.* — [8]) fuerint *om. ed. Schf.* — [9]) *subscriptionem restitui ex l.* 12. *C. VI.* 24. (*cfr. not. a.*) — [10]) *Cui. in ed. prima, Sp. Bk.*; Diadoto *Cai.* (*ed. Fabrot.*); *nomen om. rell.* — [11]) Locrio Verino suo S. *Russ. ex Theod. C.*; Verino suo *Cui.* (*ed. Fabr.*); Verino *Cui. in ed. prima*; Verino suo sal. *Bk.*; *is, ad quem data est const.*, *abest ab Hal. Cont.* 62. — [12]) provideris *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Russ.* — [13]) quibuscunque *Hal. Cui.*, *contra Theod. C. et ms. Hfn.* — [14]) *ms. Hfn.*, *Cui.*, *Theod. C.*; sit *ins. rell.* — [15]) sorte *ins. edd. Schf. Russ. Cont.* 62.; forte *ins. Hal.*, *utrumque refragante Theod. C.* — [16]) pecuniae crederentur *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [17]) diligentiae, *om.* et, *Theod. C.*; et *abest etiam a ms. Hfn.* — [18]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; a *Hal. et rell.* — [19]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; principum, *quod in hoc genere loquendi additum esse solet*, *addunt Hal. et rell.* — [20]) comparaverit *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Russ.*, *inepte.* — [21]) III. *om. Cui.* — [22]) *subscr. om. Hal. Cont.* — [23]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Sevino *Cui. in ed. prima*; Serino *Sp.*; *nomen om. rell.* — [24]) *ms. Hfn.*, *omnes codd. Russardi*, *edd. Schf. Cui.*; tempus *Hal. et rell.* — [25]) fuerant *ms. Hfn.*; fuerint *ms. Gt.*, *Hal. Cui.*

2. Idem A. Rufino [1]). — Si successoris tui successor non idoneum loco suo [2]) magistratum denominaverit, administrationis eius periculum ad tuam personam spectare nequaquam potest. Etenim nominati successoris [3]) duntaxat quisque periculum suscipere compellitur, nec ad nominatoris nominatorem manus iure porrigi possunt.

Tit. XXXIV. [XXXV.]

DE PERICULO EORUM, QUI PRO MAGISTRATIBUS INTERVENERUNT.

1. Imp. Antoninus A. Augustali [4]). — Fideiussorem [5]) magistratuum in his, quae ad reipublicae administrationem pertineant [6]), teneri, non in his, quae ob culpam vel delictum eis [7]) poenae nomine irrogentur, tam mihi quam divo Severo patri meo [8]) placuit.

Tit. XXXV. [XXXVI.]

QUO QUISQUE ORDINE CONVENIATUR.

1. Imp. Antoninus A. Luciano [9]). — Etsi duobus simul cura pecuniae civitatis, non tamen separatis portionibus, mandetur, singuli non pro virili portione, sed in solidum reipublicae obligantur. Quum autem de indemnitate civitatis [10]) eius quaeritur, prius eius bona, qui administravit, ac mox, si satisfieri non poterit [11]), collegae conveniuntur. Vos tamen, qui heredes unius ex curatoribus exstitistis, damno, si quod post mortem eius dolo vel culpa collegarum accessit, onerari, non est rationis.

2. Imp. Gordianus A. Valerio [12]). — Quoties duobus non separatim, sed pro indiviso munus iniungitur, et ita, ut unusquisque eorum periculo solidi tatis [13]) videatur obstrictus, manus ad nominatorem, priusquam utrique, qui id munus administraverunt, solemniter fuerint excussi, nulla ratione porrigi possunt. Si vero separatis portionibus ad munus nominati sunt, prius pro portione conveniantur qui [14]) administraverint, item fideiussores eorum. Si nec ab his quidem [15]) indemnitas fuerit servata, tunc demum creatorem, ac si ne is quidem sufficiat, novissime participem muneris conveniri debere, praeses non ignorat [16]).

3. Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Theodosio [17]). — Si ita duumviri creati estis [18]), ut mutuo periculo teneamini, in dubium non venit, vicariis damnis vos esse obstrictos, quum [19]) in magistratibus prius nominatores conveniendos esse (hoc quod in persona vestra [20]) custodiri desideratis), constitutum est.

4. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Dioni [21]). — Quum te et collegam tuum magistratus vestri tempore publicum foenus collocasse proponas, nec potuisse debitum a quibusdam reipublicae restitui, quum paratus sis pro te id, quod solus gessisti, reipublicae satisfacere, consequens est, rempublicam, si separati actus vestri fuerint, contra successores [22]) collegae tui vel rerum eius possessores prius ob personam eius progredi [23]), et, si solida indemnitas reipublicae servata non fuerit, nominatores eius interpellare, ac postremo loco, si quid ex nomine collegae tui defuerit, ob culpae nexum te interpellare. Priores enim nominatores veluti fideiussores placuit obstringi.

Tit. XXXVI. [XXXVII.]

NE QUIS LIBER INVITUS ACTUM [24]) REIPUBLICAE [25]) GERERE COGATUR.

1. Imp. Alexander A. Urbico [26]). — Si, ut proponis, decreto ordinis ad libertatem ductus es, non debere te invitum actum reipublicae administrare, curator reipublicae non ignorat, praesertim quum servi huiusmodi officia administrare debeant.

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Tiberio [27]). — Si, quum ingenuus esses, ad actum gerendum a republica compelleris [28]), auxilium praesidis et iuris praesidia, prout usus exigebat, implorare potuisti.

Tit. XXXVII. [XXXVIII.]

SUMTUS INIUNCTI MUNERIS AD OMNES COLLEGAS PERTINERE.

1. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [29]) Diodoro [30]). — Quum ad munus exhibendarum angariarum cum aliis creatus, a consortibus muneris sollicitudine deserta, solum te functum esse proponas, sumtuum detrimenta, si qua acciderint, collatione eorum, quos munus oportuerat [31]) participare, provisione praesidis dividentur. Quodsi [32]) etiam a te obsequium derelictum esse cognoverit, quid censurae publicae congruit, non ignoret [33]).

TIT. XXXVIII.

---

[1]) *vetus cod. Contii, Cui.*; Idem A. *ms. Hfn.*; Imp. Philippus A. et Philippus C. *rell.* — [2]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk.*; sui *Hal. et rell.* — [3]) nominatis successoribus *ms. Hfn.* — [4]) *Cui. Sp. Bk.*; Luciano *Cont.* 66. 71. 76. *Char.*; *sed v. l.* 1. *tit. seq.*; *nomen om. rell. Caeterum Gordiano tribuitur hoc rescr. in ms. Hfn.* — [5]) *edd. Schf. Cui., Azo.*; Fideiussores *rell.* — [6]) *mss. Hfn. Gt.*; pertinent *edd.* — [7]) ei *ms. Hfn., ed. Schf.* — [8]) meo *om. mss. Hfn. Gt.* — [9]) Luciano *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [10]) civitatis *om. ms. Hfn.* — [11]) potuit *ms. Hfn.*; potuerit *ed. Schf.* — [12]) *Cui. in ed. prima, Sp. Bk.*; Valeriano *Cui.* (*ed. Fabrot.*); *nomen om. rell.* — [13]) *Cui. in comment. ex vet. emendat* sodalitatis. — [14]) *mss. Hfn. Gt., Cui.*; id *ins. Hal.*; id munus *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [15]) fideiussoribus *ins. ms. Hfn., Hal.* — [16]) ignoret *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [17]) Idem Aug. *Hal. Russ.*; Imp. Car. A. *ms. Hfn.* — [18]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui. Bk.*; hoc expresso, *quae vv. sunt interpretatio particulae* ita, *ins. Hal. et rell.* — [19]) quum *pro* quamvis, *ait Cui. in comment.* — [20]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; nostra *Russ. Cont. et rell. Caeterum pro* desideratis, *quod habent ms. Gt. edd. Hal. Cui. Bk., est* consideratis *in ed. Schf.*, considerasti *in ms. Hfn.*, considerastis *apud Russ. Cont. et rell.* — [21]) Dioni *om. Hal. Russ. Cont.* — [22]) *Hal. Russ. Bk.*; actus vestri contractus fuerint, successores *rell.* — [23]) *ms. Hfn., Hal. Bk.*; aggredi *ed. Schf.*; congredi *Cui. Russ. Cont. et rell.* — [24]) curam *var. l. gl.* — [25]) reipubl. *om. Cui.* — [26]) Impp. Valerian. et Gallien. AA. *inscr. Hal. Russ.*; *verum et ms. Hfn.* Imp. Alex. A. — [27]) Tiber. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; Tyberio *Cui.* — [28]) compellereris *ed. Schf.* — [29]) *Cui. Bk.*; Imp. Maximinus A. *Hal. Russ.*; Imp. Maximian. A. *Cont. et rell.* — [30]) *Cui. in ed. prima*; Dioscoro *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; *nomen om. rell.* — [31]) oportuit *ms. Hfn., ed. Schf.* — [32]) qui si *ms. Hfn., ed. Schf. Sequens* etiam *om. Hal.*, et *habet Cui.* — [33]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; ignorabit *Hal.*; ignorat *Russ. et rell*

Tit. XXXVIII. [XXXIX.]

DE HIS, QUI EX OFFICIO, QUOD ADMINISTRAVERUNT, CONVENIUNTUR.

1. Imp. [1]) Antoninus A. Octavio [2]). — Foenoris reipublicae, quod non tua culpa perditum esse apparuerit, sufficit sortis damnum, non etiam usurarum eius [3]), sustinere.

Tit. XXXIX. [XL.]

DE SOLUTIONIBUS ET LIBERATIONIBUS DEBITORUM CIVITATIS.

1. Imp. Alexander A. Quatuorviris et Decurionibus Fabretanorum [4]). — Cautiones servorum publicorum ita demum firmam securitatem debitoribus praestant, si curatorum assignantium vel eorum, quibus exigendi ius est, auctoritate subnixae sunt. Quum autem is, qui exsolvisse dicitur, solam scripturam actoris [5]) suscipientis pecuniam promat, ea tantum defensio consuevit admitti, si, quod exsolutum est, rationi reipublicae profecisse doceatur. Sane curator vester, si fraude servi constiterit effectum, ut interciperentur a curatore illatae a debitoribus quantitates, de peculio eius, quod eo modo deest, restituet.

Tit. XL. [XLI.]

DE SPECTACULIS ET SCENICIS [6]) ET LENONIBUS.

1. [a]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Hesperium, Proconsulem Africae [7]). — Non invidemus, sed potius cohortamur amplectenda felicis populi studia, gymnici [8]) ut agonis spectacula reformentur. Verumtamen quum primates viri populi studiis [9]) ac voluptatibus [10]) grati esse cupiant, promtius permittimus, ut integra voluptas [11]) sit, quae volentium celebratur [12]) impensis. Dat. VI. Id. Mart. Treviris [13]), Valente V. et Valentiniano AA. Conss. [14]) [376.]

2. [3.] [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Valerianum P. U. [15]). — Eos, qui agitandi munus exercent, illustris auctoritas tua nullis, praeter [16]) circense certamen, affici noverit oportere suppliciis. Dat. VIII. Id. Mai. [17]) Eucherio et Syagrio Conss. [381.]

3. [2.] [c]) Iidem AAA. ad Valerianum P. U. [18]). — Quisquis equos, quos vel serenitas nostra [19]) vel ordinarii consules tribuunt voluptatibus ad commodum compendiumque privatum abduxerit [20]), unius librae auri condemnatione mulctetur. Dat. VIII. Kal. Mai. Triv. Eucherio et Syagrio Conss. [21]) [381.]

4. [d]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino P. P. [22]). — Si qua in [23]) publicis porticibus vel in his civitatum locis, in quibus nostrae solent imagines consecrari, pictura pantomimum veste humili et rugosis sinibus [24]) agitatorem aut vilem offerat histrionem, illico revellatur [25]), neque unquam [26]) posthac liceat in loco honesto inhonestas adnotare personas. In aditu [27]) vero circi vel in theatri prosceniis ut collocentur, non vetamus. Dat. III. Kal. Iul. Heracleae, Arcadio A. III. et Honorio A. II. Conss. [28]) [394.]

5. [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. [29]) — Nemo indicum ex quacunque civitate in aliud oppidum vel ex provinciae solo equos curules, aurigas, bestias, histriones [30]) cives tentet traducere, ne, dum popularibus plausibus intemperanter [31]) serviunt, et publicarum rerum statum fatigent, et festivitatem impediant in cunctis oppidis celebrandam; ita ut, si quis hanc violaverit iussionem, poena teneatur ea, quae legum violatores persequitur. Dat. VIII. Id. August. Constantinop. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [32]) [409.]

6. [f]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. [33]) Florentio P. P. — Lenones patres et dominos, qui suis filiabus [34]) vel ancillis peccandi necessita-

---

[a]) *l.* 3. *Th. C. de scenicis. XV.* 7. — [b]) *l.* 7. *Th. C. de scenicis. XV.* 7.; *Bas. LIV.* 5. 2. (*T. VI. p.* 679.); *iungenda const. seq. Caeterum lex Eos qui tertia, lex Quisquis secunda est in mss. Hfn. Gt., in edd. Schf. Cui. et apud Azonem, ac recte quidem, ut docet Theod. C.* — [c]) *hausta ex l.* 6. *Th. C. de scenicis. XV.* 7.; *iungenda const. praecedens; cfr. not. b.* — [d]) *hausta ex l.* 12. *Th. C. de scenicis. XV.* 7.; *iungenda l.* 4. *C. de episc. aud. I.* 4., *et fortasse l.* 1. *C. de apparit. com. Or. XII.* 57. *Cfr. Schol.* 2. *ad Bas. XXI.* 2. 4. (*ed. Heimb. T. II. p.* 435.) — [e]) *l.* 3. *Th. C. de spectacul. XV.* 5.; *Bas. LIV.* 5. 5. *LIV.* 37. 5. (*T. VI. p.* 679. 691.) — [f]) *l.* 2. *Th. C. de lenon. XV.* 8.; *ex parte geminata exstat in l.* 12. *C. de episcop. aud. I.* 4.; *Bas. LX.* 38. 1. (*T. VII. p.* 679.) — *Sch. a — c.* (*T. VII. p.* 683.)

[1]) *Hal. Cui. Russ.*; M. *ins. Cont. et rell.* — [2]) *Cui. Sp. Bk.*; Octavio *om. rell.* — [3]) eius *om. ms. Hfn.* — [4]) *fortasse* Fabraternorum. *Inscr. ex cod. restituta a Russ.*; Imp. Alex. A. *inscr. Hal. Cont.* 62.; Imp. Alex. A. Quatuorviris *Cui.* — [5]) auctoris *ms. Hfn., ed. Schf., male.* — [6]) scaenicis *Cui. Sp.*; *cfr. Haenel. not. c. ad Theod. C. XV.* 7. *rubr.* — [7]) Imp. Constantinus A. *inscr. Hal. Russ.* — [8]) *sic emendavit Alciat. consentit Theod. C.*; gynaecii *invenit Alciat.*; gimnicii *ed. Schf.*; gucencii *ms. Hfn. Sed* gymnici *habet exemplar Victor. secundum Cont. in marg.* — [9]) studiosi *ms. Hfn.* — [10]) voluntatibus *omnes* (*?*) *libri Russardi, contra ms. Hfn. et Theod. C.* — [11]) *Hal. Russ. Cui. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; voluntas *ms. Hfn., omnes libri Russardi, edd. Schf. Cont.* 66. *et rell. Sed commutatio utriusque vocis crebra est, cfr. not.* 17. *ad l.* 1. *tit. seq.* — [12]) celebretur *edd. Schf. Bk., Theod. C.* — [13]) Triv. *Cui.* — [14]) *subscr. om. Hal.* — [15]) ad Valer. P. U. *om. Hal.* — [16]) propter *Hal. Cui.*; εἰ μὴ περὶ αὐτὴν τὴν ἱπποδρομίαν ἁμαρτήσωσιν *Bas.*, *et haec interpretatio bene convenit cum lect.* praeter, *quam codd. et Theod. C. tuentur.* — [17]) Dat. VIII. Kal Mai. Triv. *Cui.*, *ut eadem sit subscr., quae legis seq cum nostra haud dubie iungendae. Sed quum* Id. Mai *omisso loco etiam l.* 7. *Th. C. cit. habeat, et vitio, quod inest subscriptioni, alio modo medendum esse videatur* (*cfr. Haenel. not. bb. ad l.* 6. *Th. C. h. t.*), *nihil muto Subscr. om. Hal.* — [18]) ad Valer. P. U. *om. Hal.* — [19]) vestra *var. l. ap. Azon.* — [20]) adduxerit *edd. Schf. Hal.* — [21]) *cfr. not.* 17. *ad l. anteced.*; *subscr. om. Hal.* — [22]) Ruf. P. P. *om. Hal.* — [23]) in *om. Hal. Cui.*; Si quam *et mox* picturam *var. l. gl. et ap. Azon.* — [24]) signis *ed. Schf.*; insignibus *Hal.* — [25]) repellatur *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal.* — [26]) neque iam *ms. Hfn., Hal.*; nec iam *omnes codd. Russardi.* — [27]) adytis *Azo*; aditus *ms. Hfn. Sed* ἐν ταῖς εἰσόδοις *Schol. Bas.* (*cfr. not. d.*) — [28]) *subscr. om. Hal.* — [29]) Anthem. P. P. *om. Hal.* — [30]) bestias histr. *om. Theod. C.* — [31]) intemperate *Theod. C. ed. Haenel.* — [32]) *subscr. om. Hal.* — [33]) Iidem AA. *Hal.* — [34]) filiis *Theod. C.*

cessitatem imponunt, nec iure frui dominii, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione [1]) subduci, ne potestatis iure frui valeant, neve quid eis ita possit acquiri. Sed ancillis filiabusque, si velint, conductisve pro paupertate personis, quas [2]) sors damnavit humilior, episcoporum liceat, iudicum etiam defensorumque implorato suffragio omni miseriarum necessitate absolvi, ita ut, si insistendum eis lenones esse crediderint vel peccandi ingerant necessitatem invitis, amittant non solum eam, quam habuerant [3]), potestatem, sed proscripti poenae [4]) mancipentur exsilii, metallis addicendi publicis; quae minor poena est, quam si praecepto lenonis cogatur quispiam coitionis [5]) sordes ferre, quas nolit. Dat. XI. [6]) Kal. Mai. Felice et Tauro Conss. [428.]

7. [a]) **A.** ***Epitome graecae const. Leonis ad populum*** [7]) ***ex Bas.***

Μηδεὶς πορνοβοσκείτω τοῦ λοιποῦ, μηδὲ πόρος ἐντεῦθεν τοῖς λαργιτίοσιν εἰςαγέσθω. Μήτε οὖν δούλην ἢ ἐλευθέραν προϊστάτω [8]) *τίς, ἐπεὶ, εὐτελὴς μὲν ὢν ὁ τοῦτο ποιῶν, πρὸς τῷ* [9]) *τιμωρηθῆναι καὶ μεταλλίζεται ἡ ὑπερόριος* [10]) *ἐξορίζεται· στρατείαν δὲ ἔχων ἢ ἐπιτήδευμα σεμνὸν, ἀπολλύτω* [11]) *καὶ αὐτὴν σὺν τῇ οὐσίᾳ. Ὡσαύτως καὶ οἱ θυμελικοὶ τούτων ἀπεχέσθωσαν. Εἰ δὲ δοῦλον* [12]) *εἴη τὸ προσιαθέν* [13]), *παρὰ παντὸς ἐκδικείσθω προῖκα, εἴτε ἀνήρ, εἴτε γυνή, εἴτε κληρικὸς ἢ μοναχὸς τοῦτο* [14]) *ἐκδικεῖ. Ταῦτα δὲ φυλαττέτωσαν οἱ ἄρχοντες, οἱ μείζονες καὶ οἱ ἥττονες, καὶ αἱ τάξεις αὐτῶν, ποινὴν ὑφορώμεναι καὶ εἰς τὸ σῶμα καὶ εἴκοσι λιτρῶν.*

Nemo deinceps lenocinium exerceat, neque quidquam ex eo quaestu largitionibus inferatur. Itaque nemo ancillam aut liberam prostituat; etenim humilior, qui id fecerit, poenis subiectus et in metalla datur aut extra limites relegatur, militiam autem vel honestum officium habens etiam hoc amittat simul cum bonis suis. Similiter etiam thymelici hisce abstineant. Quodsi mancipium prostitutum sit, a quocunque vindicetur gratuito, sive vir sive femina sive clericus aut monachus vindicet. Haec autem observent magistratus, sive maiores sive minores, et officia eorum, poena et in corpus et viginti librarum imminente.

B. ***Supplementum eiusdem ex Paratitlis ad coll. const. eccl.***

Βιβ. ια'. τίτλ. μα'. διάτ. σ'. ἧς ἡ ἀρχὴ Lenones. Ἡ ὑπεξούσια, παρὰ τοῦ ἑαυτῆς πατρὸς ἢ δεσπότου ἐπὶ πορνείᾳ προτεθεῖσα, δύναται προιέναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀπαλλάττεσθαι τῆς τοιαύτης ἀνάγκης. Τὰ αὐτὰ καὶ ἡ ἑβδόμη διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου γενικῶς φησίν.

Lib. 11. *tit.* 41. *const.* 6., *cuius initium* Lenones. *Quae in potestate est, a patre suo vel domino ad stuprum prostituta, potest adire episcopum et ab eiusmodi necessitate liberari. Eadem quoque constitutio septima eiusdem tituli generaliter dicit.*

Tit. XLI. [XLII.]

DE EXPENSIS LUDORUM PUBLICORUM [15]).

1. [b]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Marcello [16]). — Quum praesidem provinciae impensas, quae in certaminis editione erogabantur, ad refectionem murorum transtulisse dicas, et quod salubriter derivatum est, non revocabitur, et solemne certaminis spectaculum post restitutam murorum fabricam iuxta veteris consuetudinis legem celebrabitur. Ita enim et tutelae civitatis instructae murorum praesidio providebitur, et instaurandi agonis voluptas [17]), confirmatis his, quae ad securitatis cautionem spectant, insecuti [18]) temporis circuitione repraesentabitur.

Tit. XLII. [XLIII.]

DE AQUAEDUCTU.

1. [c]) Imp. Constantinus A. ad Maximilianum, Consularem aquarum. — Possessores [19]), per quorum fines formarum [20]) meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus [21]) volumus esse immunes, ut eorum opera aquarum ductus sordibus oppleti [22]) mundentur, nec ad aliud superindictae [23]) rei onus iisdem possessoribus

[a]) *graecae const., quam allegant Schol. Bas. ad XXI.* 2. 4. *et ad LX.* 38. 3., *epitome servatur* 1) *in Bas. LX.* 38. 1. (*T. VII. p.* 679.), *cuius cap. pars relata est* 2) *in Synopsin LX.* 38. 1. (*ed. Leuncl. p.* 528.); 3) *pauca ex const. deperdita referunt duo Paratitla ad coll. const. eccl. l.* 3. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1271.) *Textus* 1. *a Cuiac. in ed. trium libror. Cod. restitutus, receptus est a Cont.* 66. *et rell. Equidem edendum censeo textum* 1. *et alterum Paratitlon. Caeterum hausta fuit ex nostra const. l.* 14. *C. de episc. aud. l.* 4. — [b]) *Bas. LIV.* 38. 1. (*T. VI. p.* 692.) — [c]) *l.* 1. *Th. C. de aquaeductu. XV.* 2.; *Bas. LVIII.* 19. 1. (*T. VI. p.* 794.)

[1]) indignitate *ms. Hfn.* — [2]) qua *Cui. in ed. prima, vitio typ.* — [3]) *ms. Hfn., Theod. C.*; habuerint *edd.* — [4]) poena *Theod. C. ed. Gothofr., consentit ms. Hfn.* — [5]) communionis *var. l. gl.* — [6]) XI. *om. Hal., qui subscriptionem habet, haud dubie ex l.* 12. *C. I.* 4. — [7]) *cfr. l.* 14. *C. I.* 4. *in inscr.* — [8]) *προϊστάσθω Synops.* — [9]) *τὸ Synops.* — [10]) *ὑπερορίως Synops., Bas. ed Fabrot.* — [11]) *ἀπόλλυται Synops.* — [12]) *δούλη Synops.* — [13]) *προσαχθέν Synops., l.* 12. *C. cit.* — [14]) *τούτου Synops.* — [15]) publicor. ludor. *Hal. Cui.*; publicorum *om. ms. Hfn., edd. Schf. Russ. Cont.* 62. — [16]) *Cui. Sp. Bk.*; Marcello *om. rell.* — [17]) voluntas *ms. Gt.* — [18]) insecuta *et mox* praesentabitur *Hal.* — [19]) *Theod. C. ed. Haenel., Bk.*; Imp. Const. A. Aquarum possessores *Hal.*; Imp. Const. A. ad Maximilianum Cons. [Cos.] Aquarum possess. *Cui. Russ. Cont.* 62.; Imp. Const. A. ad Maximum Com. S. L. Aquarum possess. *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Imp. Const. A. ad Maximilianum Consularem. Aquarum possess. *Cont.* 66. *ex cod., et sic rell. edd. Fere omnes itaque edd. v.* Aquarum *ab inscr. separant, et pro verbo initiali ipsius const. habent; quam male, docuit Iac. Gothofr. ad l.* 1. *Th. C. X.* 8. *et ad l.* 1. *Th. C. XV.* 2., *et docent Bas., quae ordiuntur a. v. Οἱ οἰκήτορες. Consularis aquarum sub dispositione praefecti urbis commemoratur in Not. dign. Occ.* (*ed. Böcking. p.* 16.) — [20]) forinarum *coni. Alciat.* — [21]) muneribus *ms. Gt., var. l. gl.* — [22]) opplecti *ms. Hfn., liber Martini sec. Azon.*; opilati *ed. Schf.*; completi *ms. Gt., Hal. Cui.* — [23]) indictae *al.* ductae *Azo.*

scribus attineudis, ne circa res alias occupati repurgium [1]) formarum facere non curent [2]). Quod si neglexerint, amissione possessionum mulctabuntur; nam fiscus praedium eius obtinebit, cuius negligentia perniciem formae congesserit [3]). Praeterea scire eos oportet, per quorum praedia aquaeductus [4]) commeat, ut dextra laevaque de [5]) ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant; observante officio iudicis [6]), ut, si quo tempore pullulaverint, excidantur, ne earum radices fabricam formae corrumpant. Dat. XV. Kal. Iun. Gallicano et Symmacho Conss.[7]) [330.]

2. [a]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Pancratio P. U. [8]) — Si quis de cetero vetiti furoris audacia florentissimae urbis commoda voluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex aquaeductu publico derivando [9]), sciat, eundem fundum, fiscalis tituli proscriptione [10]) signatum, privatis rebus nostris aggregandum. Dat. VIII. . . . . [11]) Constantinop. Timasio et Promoto Conss. [389.]

3. [b]) Iidem AAA. Albino P. U. Romae [12]). — Eos, qui aquae copiam vel olim vel nunc per nostra indulta meruerunt, usum [13]) aut ex castellis aut ex ipsis formis iubemus elicere [14]), neque earum fistularum, quas matrices vocant, cursum ac soliditatem attentare, vel ab ipso aquaeductu trahere. Quodsi quis aliter fecerit, non solum id, quod prius iure beneficii fuerat consecutus, amittat [15]), verum pro conditione quoque personae severissima poena plectetur. Dat. V. Kal. Septemb. Romae, Timasio et Promoto Conss. [16]) [389.]

4. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Asterio, Comiti Orientis. — Usum aquae veterem [17]) longoque dominio constitutum singulis civibus [18]) manere censemus, nec ulla novatione turbari, ita tamen, ut quantitatem singuli, quam veteri licentia [19]) percipiunt, more usque in praesentem diem perdurante percipiant; mansura poena in eos, qui ad irrigationes agrorum vel hortorum delicias furtivis aquarum meatibus abutuntur. Dat. Kal. Novemb. Caesario et Attico Conss. [20]) [397.]

5. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. P. [21]) — Si quis per divinam liberalitatem meruerit ius aquae, non viris clarissimis rectoribus provinciarum, sed tuae praecellentissimae sedi coelestes apices intimare debebit; condemnatione contra illum, qui preces moderatoribus insinuare conatur, quinquaginta librarum auri, et [22]) contra universos administratores, qui rescriptum per subreptionem elicitum suscipere moliuntur, proponenda, apparitoribus nihilominus eorumdem virorum clarissimorum provinciae moderatorum animadversionibus pro vigore tui culminis subiugandis; et amplissima tua sede dispositura, quid in publicis thermis, quid in nymphaeis [23]) pro abundantia civium conveniat deputari, quid his personis, quibus nostra serenitas [24]) indulsit, ex aqua superflua debeat impertiri.

6. [d]) Iidem AA. Cyro P. P. [25]) — Omnis servitus aquarum aquaeductus Hadriani sive domorum, sive possessionum, sive suburbanorum, sive balneorum, vel per divinos affatus intimatos in quolibet iudicio vel per usurpationem impertitos, penitus exprobretur; maluimus [26]) etenim, praedictum aquaeductum nostri palatii, publicarum thermarum ac nymphaeorum commoditatibus inservire. Et decernimus, hanc dispositionem modis omnibus in posterum servari, nemini licentia tribuenda, ab eodem aquaeductu precibus oblatis usum aquae petere, vel eum audere perforare; scientibus his, qui qualibet ratione putaverint ad huiusmodi molimen [27]) accedere, vel officio, si ausum fuerit instruere vel minus instructis precibus parere, centena pondo auri mulctae nomine fiscalibus rationibus [28]) se esse illaturos. §. 1. Super his sancimus, sulcum publicum [29]) aquarum nullis intra decem pedes arboribus coarctari, sed ex utroque latere decempedale spatium integrum illibatumque servari. §. 2. Praeterea de plumbeis fistulis ducentibus ad thermas, quae Achillis [30]) nuncupantur, quas providentia tuae magnificentiae [31]) factas fuisse cognovimus, eandem formam servari censemus. Etenim memoratas fistulas thermis tantum et nymphaeis, quibus eminentia tua deputaverit, volumus inservire; facultate praebenda tuae sublimitatis apparitoribus circumeundi sine formidine domus, suburbana, balnea [32]), ad requirendum, ne qua deceptio vel suppressio vel insidiae contra publicam utilitatem a quoquam penitus attentetur [33]).

7.

---

[a]) *l. 4. Th. C. de aquaeductu. XV. 2.; Bas. LVIII. 19. 2. (T. VI. p. 795.)* — [b]) *l. 5. Th. C. de aquaeductu. XV. 2., additis multis ex l. 6. Th. C. eod.* — [c]) *l. 7. Th. C. de aquaeductu. XV. 2. Abest haec const. a ms. Hfn.* — [d]) *Bas. LVIII. 19. 6.*

[1]) respurgium *ms. Hfn., ed. Schf., et sic invenerat Alciat.* — [2]) occurrant *ms. Gt., Cui., Theod. C.*; occurrent *al.* current *Azo.* — [3]) concusserit *ms. Hfn., ed. Schf., Azo*; contraxerint *Hal.*; concesserint *ms. Rg. 1.*; concesserit *ms. Rg. 1.* — [4]) ductus *Theod. C.* — [5]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; ex *Russ. Cont. et rell.* — [6]) observ. tuo officio *Theod. C.* — [7]) *subscr. om. Hal.* — [8]) Impp. Valentin. et Valens AA. *inscr. Hal. Proculum P. U. substituendum esse Pancratio, suspicatur Haenel.* — [9]) derogando *ms. Hfn., Azo*; derigando *omnes codd. Russardi*; dirigendo *ed. Schf.* — [10]) *ms. Hfn., Cui., Theod. C.*; praescriptione *edd. rell.* — [11]) *quod haec lacuna etiam in Theod. C. est, novum esse indicium videtur, subscriptiones in his tribus libris ab editoribus non ex mss. Iust. Cod., sed ex Theod. C. restitutas fuisse. Subscr. om. Hal.* — [12]) Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA. *inscr. Hal.* — [13]) eius usum *Theod. C.* — [14]) eligere *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont. 62., contra Theod. C.* — [15]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., l. 6. Th. C. cit.*; amittet *rell.* — [16]) *Cui. Bk., l. 5. Th. C. cit.*; et PP. IV. Kal. Iun. Constantinop. Olybrio et Probino Conss. (395.) *addunt Russ. Cont. et rell., quae est subscr. legis 6. Th. C. cit. Ea autem insipida addita est ab editoribus, quum dubit haererent, utrum legis 5. an legis 6. Th. C. cit. subscriptio a compositoribus Cod. Iust. adscripta fuerit. Cfr. not. ad subscr. leg. 1. C. XI. 44.* — [17]) vetere *ed. Schf., var. l. ap. Azonem.* — [18]) civilibus *Hal. in textu, sed corr. in notis.* — [19]) veteris licentiae *ed. Schf.* — [20]) *miror, quod in hac const. Hal. habeat inscriptionem plenam et subscriptionem.* — [21]) Cyro P. P. *om. Hal. Russ. Cont. 62.* — [22]) et *om. ms. Hfn., edd. Schf. Hal.* — [23]) lymphaeis *var. l. gl., sed rectum iam vidit Alciat.* — [24]) perennitas *ms. Gt., cum quo faciunt ms. Hfn. et ed. Schf.* — [25]) Cyro P. P. *om. Hal. Russ.* — [26]) *ms. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Bk.*; malumus *ms. Hfn., Cont. et rell.* — [27]) *Cui. ex vet., Cont. 66. et postea rell.*; molumentum *ms. Gt.*; emolumentum *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Russ. Cont. 62., improb. Russ. in marg.* — [28]) rationibus *om. ed. Schf.* — [29]) publicarum *Hal. Cui.* — [30]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; Achilleae *Alciat., Hal. et rell.* — [31]) *ms. Hfn., Cui. Bk.*; providentiae tuae magnificentia *edd. Schf. Hal. et rell.*; *sed nos tuentur plures codd. Russardi.* — [32]) valinea *ms. Hfn.* — [33]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; attententur *rell.*

7. Idem AA. Eutychiano P. P. [1]) — Ad reparationem aquaeductus [2]) huius almae urbis omnia vectigalia, quae colligi possunt ex universis scalis [3]) huius inclytae urbis, et ex operariis, qui Cyzicenii [4]) dicuntur, ad refectionem eiusdem aquaeductus procedere. Illo videlicet observando, ut nemo eorum, qui ius aquae possident, quamcunque descriptionem sustineat [5]); nam exsecrabile videtur, domos huius almae urbis aquam habere venalem.

8. Imp. Zeno A. ad Adamantium P. U. [6]) — Hac lege sancimus, ut, si quis amplissimam praefecturam gubernans aurum aquaeductui deputatum ad alterum quodlibet opus, non aquaeductibus vel aquae publicae competens, exstruendum vel curandum putaverit convertendum, de suis facultatibus eandem summam aquaeductus titulo repensare [7]) cogatur. Separatus vero arcarius aurum aquaeductus suscipiat, gloriosissimorum consulum liberalitate [8]) vel ex aliis titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum vel postea colligendum.

9. Idem A. Sporatio [9]). — Diligenter investigar decernimus, qui publici ab initio fontes, vel, quum essent ab initio [10]) privati, postquam publice usum praebuerunt, ad privatorum usum conversi sunt, sive sacris apicibus per subreptionem impetratis, ac multo amplius si auctoritate illicita nec appetito colore sacri oraculi huiusmodi aliquid pertentatum fuisse dignoscitur, ut ius suum regiae civitati restituatur, et, quod publicum fuit aliquando, minime sit privatum, sed ad communes usus recurrat; sacris oraculis vel pragmaticis sanctionibus adversus commoditatem urbis quibusdam impertitis iure cassandis, nec longi temporis praescriptione ad circumscribenda civitatis iura profutura.

10. [a]) Idem A. Pontio [11]). — Decernimus, ne quid a quacunque persona qualibet dignitate praedita [12]) contra minuscularios [13]) aquaeductus vel fontes publicos, qui ad aquaeductus confluunt, pertentetur. Sed et si quis clam vel palam, auctoritate confisus, de iisdem paragogiis [14]) vel fontibus aquam traduxerit, vel clandestinis insidiis forte surripuerit, publicis aquaeductibus eam restituere compellatur. Hoc etiam praecipimus, ne in posterum a quolibet iuxta eosdem aquaeductus plantari qualescunque arbores possint, ne ex stirpibus labefactentur parietes aquaeductuum, quod [15]) antiquis etiam constitutionibus interdictum esse dignoscitur. Scientibus universis, quod in posterum super huiusmodi commissis suburbanum vel praedium vel balneum vel aquae mola [16]) vel hortus, ad cuius usum aqua publica fuerit derivata, vel si quid ex his iuxta aquaeductum positum ad eum pertinet, qui plantavit arbores aquaeductibus noxias, ad quemcunque pertineat locum vel hominem vel domum [17]), proscriptionis titulo subiacebit, et fisci viribus [18]) vindicabitur [19]); nulli super huiusmodi poena, nec per sacros apices, venia tribuenda. §. 1. Universos autem aquarios vel aquarum custodes [20]), quos hydrophylacas nominant, qui omnium aquaeductuum huius regiae urbis custodiae [21]) deputati sunt, singulis manibus eorum felici nomine pietatis nostrae impresso signari decernimus, ut huiusmodi adnotatione manifesti sint omnibus, nec a procuratoribus domorum vel quolibet alio ad usus alios avellantur, vel angariarum vel operarum nomine teneantur. Quodsi quem ex iisdem aquariis mori contigerit, eum nihilominus, qui in locum defuncti subrogatur, signo eodem notari praecipimus, ut, militiae quodammodo sociati, excubiis aquae custodiendae incessanter inhaereant, nec muneribus aliis occupentur.

11. Imp. Anastasius A. [22]) Sergio [23]) P. P. — Divinam dispositionem, ab inclytae recordationis principe Theodosio super his, qui aquam sibi de publicis aquaeductibus seu fontibus praeberi desiderant, promulgatam, hac etiam lege in sua firmitate durare sancimus, quatenus nemo vel in hac sacratissima civitate vel in provinciis sine divinis apicibus, de sacro epistolarum scrinio more solito edendis, et iudicio tuae celsitudinis vel aliis, quorum interest, intimatis vel [24]) intimandis, aquam de publico aquaeductu seu fonte trahere permittatur; his, quicunque nostra iussa violaverint seu violare concesserint [25]), denarum librarum auri condemnatione aliaque gravissima indignatione feriendis.

TIT. XLIII.

---

[a]) *Bas. LVIII.* 19. 10.

[1]) Eutych. P. P. *om. Hal. Russ.* — [2]) *ms. Gt., Cui.*; *consentiunt Bas.*; aquaeductuum *rell.*; *cfr. Iac. Gothofr. ad l.* 23. *Th. C. XV.* 1. — [3]) *Cui. tam ex veteri scriptura quam ex Graecorum metaphrasi, Cont.* 66. *et postea rell.*; callibus *mss. Hfn. Bg.* 2.; calculis *ms. Bg.* 1., *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; fisalibus *Azo, secundum quem est in lib. Martini* callibus, *alias* calculis, *alias* collibus, *easque varias lectiones et recenset glossa.* — [4]) *mss. Gt. Bg.* 1., *Cui.*; cizecenii *ms. Hfn.*; edicenii *ms. Bg.* 2.; zizacenii *ed. Schf.*; Zizaceni *Cont.* 62. *Russ.*; Cizicenici *Hal.*; Cyziceni *Alciat.*, *Cont.* 66. *et rell.* — [5]) sustineant *mss. Hfn. Gt.*, *Hal. Cui.* — [6]) ad Adam. P. U. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; ad Amantium P. U. *Cui. Cont.* 66. *et rell.*, *sed improb. Cont. in marg. Cfr. l.* 32. *C. IV.* 65., *l.* 12. *C. VIII.* 10. — [7]) repraesentare *ms. Gt.*, *quidam codd. Cuiacii*, *Azo.* — [8]) *cfr. l.* 2. 3. 4. *C. XII.* 3. — [9]) *Cui. Bk.*; Spor. *om. Hal.*; Poratio *Russ. et rell.* — [10]) *ms. Gt.*, *Cui.*; fontes *ins. rell.* — [11]) Pontio *om. Hal.*; Sipontio *Cont.* 62. — [12]) persona quamlibet dignitatem praetendat *Cui. ex vet.* — [13]) *ms. Hfn. Bg.* 1., *edd. Schf. Cui. Cont.* 66. *et postea rell.*; minuscurisas *ms. Bg.* 2.; munuscularios *ms. Gt.*, *Russ. Cont.* 62.; muscularios *Alciat.*, *Hal. Cfr. l.* 1. *C. I.* 55., *l.* 3. *Th. C. XI.* 28. — [14]) parolociis *ms. Hfn.*; paralogiis *edd. Schf. Russ. Cont.* 62. *Sed rectum iam vidit Alciat.*, *quem sequuntur Hal. Cui. et rell.* — [15]) quod et, *om.* etiam, *Hal. Cui.* — [16]) aquariola *Pyrrhus*, *notante Russ. et Cont. in marg.*; *sed* ὑδρομύλιον *Bas.* — [17]) *Azo sic adnotat:* „*in libro M. cancellatum est* locum et domum *vel totum istud est cancellatum* qui plantaverit *etc. usque ibi* praescriptionis *et est talis litera* ad eum pertinet praescriptionis titulo *etc.*“ *Glossa Accursii hanc notam fere integram recepit.* — [18]) *Cui. Bk.*; iuribus *rell.* — [19]) *ms. Gt.*, *Cui. Bk.*; vindicetur *rell.* — [20]) custodias *ms. Hfn.* — [21]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*; custodes *Hal. et rell.* — [22]) Imp. Iustinian. A. *Hal. Russ.*; *sed* Imp. Ant. A. *ms. Hfn.* — [23]) Suo P. P. *Cui. in ed. prima*; Servio P. P. *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Servo P. P. *Russ. Cont. et postea rell.*; *nomen et dignit. om. Hal. Equidem reponendum censui* Sergio; *cfr. l.* 5. *C. II.* 8., *l.* 6. *C. V.* 27. — [24]) intimatis vel *om. edd. Schf Hal. Bk.* — [25]) consenserint *ed. Schf.*

Tit. XLIII. [XLIV.]

DE GLADIATORIBUS PENITUS TOLLENDIS [1]).

1. [a]) Imp. Constantinus A. Maximo P. P. [2]) — Cruenta spectacula in otio civili et domestica quiete non placent. Quapropter omnino gladiatores esse prohibemus. PP. Beryto, Kal. Octob. Paulino et Iuliano Conss. [325.]

Tit. XLIV. [XLV.]

DE VENATIONE FERARUM.

1. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Mauriano, Comiti domesticorum et vices agenti magistri militum [3]). — Occidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neque aliquam [4]) sinimus quemquam calumniam formidare. Bestias autem, quae ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas civitates retineri [5]) praecipimus; violatoribus eorum quinas libras auri fisci viribus [6]) illaturis. Dat. XIII. Kal. Iun. Constantio et Constante VV. CC. Conss. [7]) [414.]

Tit. XLV. [XLVI.]

DE MAIUMA [8]).

1. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Caesario P. P. [9]) — Clementiae nostrae placuit, ut maiumae provincialibus laetitia reddatur [10]), ita tamen, ut servetur honestas, et verecundia castis moribus perseveret. Dat. VII. Kal. Mai. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. [11]) Conss. [396.]

Tit. XLVI. [XLVII.]

UT ARMORUM USUS INSCIO PRINCIPE INTERDICTUS SIT.

1. [d]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Buleforum [12]), Consularem Campaniae. — Nulli prorsus nobis insciis atque inconsultis quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur. Dat. III. Non. Octob. Altino, divo Ioviano et Varroniano Conss. [364.]

Tit. XLVII. [XLVIII.]

[e]) DE AGRICOLIS [13]), CENSITIS ET COLONIS.

1. [f]) Imp. Constantinus A. ad Aemilianum P. P. [14]) — Nunquam rationibus [15]) vel colligendis frugibus insistens agricola [16]) ad extraordinaria onera trahatur, quum providentiae sit, opportuno tempore his necessitatibus satisfacere. Lecta VII. Id. Mai. Romae, Ianuario [17]) et Iusto Conss. [18]) [328.]

2. [g]) Imp. Constantius A. ad Dulcitium, Consularem Aemiliae [19]). — Si quis praedium vendere voluerit vel donare, retinere sibi transferendos ad alia loca colonos privata pactione non possit. Qui enim colonos utiles credunt, aut cum praediis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi sibi praedium [20]) prodesse desperant. Dat. III. Kal. Mai. Mediolano, Constantio A. IX. et Iuliano C. II. Conss. [21]) [357.]

3. [h]) Impp. Valentinianus et Valens AA. Faventio, Vicario Italiae [22]). — Quisquis ex desertis agris veluti vagos servos liberalitate nostra fuerit consecutus, pro fiscalibus pensitationibus ad integram terrae [23]) professionem [24]), ex qua videlicet servi manare [25]) videntur, habeatur obnoxius. Id etiam circa eos observari volumus, qui ex huiusmodi fundis servos ad possessiones suas transire permiserint. Dat. prid. Kal. Aug. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Conss. [26]) [365.]

4.

---

[a]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de gladiator. XV.* 12. — [b]) *conflata ex l.* 1. *et* 2. *Th. C. de venat. ferar XV.* 11., *inscriptione et subscriptione, ut in eiusmodi coniunctione fieri solet, ex l.* 1. *desumtis. Caeterum Eustath. cap. de septem diebus. n.* 1. *secundum ed. Cui. commemorat constitutionem de bestiis ultra septem dies non retinendis ita, ut lib. XI. tit.* 43. *const.* 2. *dicatur; quapropter Biener.* (*Revis. d. Iust. Cod. p.* 188.), *de nostra const. in duas dividenda cogitavit. Sed v. editionem, quam paravit Zachariae, p.* 129. — [c]) *l.* 1. *Th. C. de maiuma. XV.* 6. — [d]) *l.* 1. *Th. C. quorum usus interd. XV.* 15. — [e]) *Dig. L.* 15. — [f]) *hausta ex l.* 4. *Th. C. de extraord. muner. XI.* 16.; *Bas. LV.* 1. 1. (*T. VI. p.* 693.) — [g]) *l.* 3. *Th. C. de censu sive adscr. XIII.* 10. — [h]) *hausta ex l.* 12. *Th. C. de annon. et trib. XI.* 1.

[1]) penitus tollendis *om. Hal. Russ. Cont.* 62., *Theod. C. XV.* 12. *in rubr.; sed leguntur in mss. Hfn. Gt. et in vet. ms. Contii.* — [2]) Max. P. P. *om. Hal., a quo abest subscr.* — [3]) Mauriano — militum *om. Hal.* — [4]) aliquando *Theod. C., male.* — [5]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; detineri *Hal. et rell.* — [6]) *Cui. Bk., Theod. C.*; iuribus *rell.* — [7]) *Cui. Bk., l.* 1. *Th. C. cit.; subscr. om. Hal.; Russ. autem et rell. non solum nostram subscr. habent, sed ei agglutinant subscr. legis* 2. *Th. C. cit. ita:* et Dat. V. Kal. Oct. Constantinop. Dn. Honorio A. XI. et Constantio II. V. C. Conss. *Simile vitium inerat subscriptioni leg.* 3. *C. XI.* 42. — [8]) manna *ms. Hfn.; Alciat. invenerat* mavima, *sed bene restituit* maiuma. — [9]) Caes. P. P. *om. Hal., a quo et abest subscr.* — [10]) redderetur *Theod. C.* — [11]) AA. *om. Cui.* — [12]) *Cui. Russ., Theod. C.*; Bulephorum *Cont. et rell. Hal. inscr.* Imppp. Valent. Theod. et Arcad. AAA. *et om. subscr.* — [13]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; et *ins. rell.* — [14]) ad Aemil. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [15]) *Cui., Theod. C., consentientibus Bas., quae vertunt* γεωργὸς ἀσχολούμενος — περὶ λογισμούς; sanctionibus *mss. Bg.* 1. 2.; sationibus *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. et rell., quam lect. vulg. defendunt Iac. Gothofr. ad l.* 4. *Th. C. cit. et Leuncl. Notatt. II.* 231., *secundum quem iam in cod., quo usus est graecus interpres in Bas., inerat mendum. Sed quum et Theod. C.* rationibus *habeat, eaque lectio optimum sensum praebeat* (*cfr. l.* 2. *C. XI.* 67.), *quo iure de mendo cogitatur? Varias lectiones omnes, quas attulimus, iam commemorat glossa.* — [16]) insistens agricola *et mox* trahatur *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; insistentes agricolae *et mox* trahantur *Hal. et rell.*; Ὁ γεωργὸς — ἀφελκέσθω *Bas.* — [17]) Ianuarino *Theod. C.* — [18]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [19]) Idem Aug. *inscr. Hal.* — [20]) praedia *Theod. C.* — [21]) *subscr. om. Hal.* — [22]) Favent. Vic. Ital. *om. Hal. Cont.* 62. — [23]) glebae *Theod. C.* — [24]) pensionem *var. l. gl.* — [25]) manere *edd. Schf. Hal. Russ. Cui., Theod. C. ed. Gothofr., var. l. gl.; quod probo, et* manere *dictum videtur pro* emanere, *abesse.* — [26]) *subscr. om. Hal. Cont.*

4. [a]) Iidem AA. ad Modestum P. P. [1]) — Hi [2]), penes quos fundorum dominia sunt, pro his colonis originalibus [3]), quos in locis eisdem censitos [4]) esse constabit, vel per se vel per actores [5]) proprios recepta compulsionis sollicitudine, implenda munia functionis agnoscant. Sane quibus terrarum erit quantulacunque possessio, qui in suis conscripti [6]) locis proprio nomine libris censualibus detinentur, ab huius [7]) praecepti communione discernimus; eos enim convenit, propriae commissos mediocritati, annonarias functiones sub solito exactore agnoscere [8]). Dat. Kal. Mai. Constantinop. Gratiano A. [9]) et Dagalaifo Couss. [10]) [366.]

5. Iidem AA. ad Oricum [11]) P. P. [12]) — Domini praediorum id, quod terra praestat, accipiant, pecuniam non requirant, quam rustici optare non audent, nisi consuetudo praedii hoc exigat.

6. [b]) Iidem AA. et Gratianus A. [13]) ad Germanianum [14]). — Omnes omnino fugitivos adscriptitios, colonos vel inquilinos sine ullo sexus, muneris [15]) conditionisque discrimine ad antiquos penates, ubi censiti atque educati natique sunt, provinciis praesidentes redire compellant [16]).

7. Iidem AAA. [17]) ad Maximum [18]) P. P. [19]) — Quemadmodum originarios absque terra, ita rusticos censitosque servos vendi omnifariam non licebit. Neque vero commento fraudis id usurpet legis illusio [20]), quod in originariis [21]) saepe est actitatum, ut, parva portione terrae emtori tradita, omnis integri fundi cultura adimatur. Sed quum soliditas fundorum vel certa portio ad unumquemque perveniat, tanti quoque servi et originarii transeant, quanti apud superiores dominos et possessores vel in soliditate vel in parte manserunt; et emtor pretium, quod dederit, amissum existimet [22]), nihilominus venditori ad repetendos servos cum agnatione eorum vindicatione concessa. Et si aliqua denique ex causa dissimulaverit legis usurpare beneficium, atque iste sub hac taciturnitate decesserit, et heredibus eius et contra heredes emtoris vindicationem damus, longi temporis praescriptione submota; mala fide [23]) namque possessorem esse nullus ambigit [24]), qui aliquid [25]) contra legum interdicta mercatur.

8. [c]) Iidem AA. [26]) ad Probum P. P. [27]) — Omnes profugi in alieno latebras collocantes cum emolumentis tributariis, salva tamen moderatione, revocentur, scilicet ut, si homines, apud quos [28]) reperiuntur, alienos esse noverant [29]) fugitivos, et profugis in lucrum suum usi sunt, hoc est sive excoluerunt agros fructibus dominis profuturos, sive aliqua ab iisdem sibi iniuncta noverunt [30]), nec mercedem laboris debitam consecuti sunt, ab illis tributa, quae publicis perierunt functionibus, exigantur. Ceterum si occultato eo profugi, quod alieni esse viderentur, quasi sui arbitrii ac liberi, apud aliquem se collocaverunt [31]), aut excolentes terras partem fructuum pro solo debitam dominis praestiterunt, caetera proprio peculio reservantes, vel quibuscunque operis impensis mercedem placitam consecuti sunt, ab ipsis profugis quaecunque debentur, exigantur [32]); nam manifestum est, privatum iam esse contractum. Si qui vero inter agricolas, ut solet [33]), ex quibuscunque commerciis huiusmodi hominibus esse inveniuntur debitores, coram partibus constitutis index ab obnoxiis, quod debetur, exposcat.

9. [d]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. [34]) ad populum [35]). — Immunitates specialiter datae, et iugatio et capitatio [36]), libris publicis et civitatum ac [37]) provinciarum encautariis [38]) sine aliqua probatione factae [39]), penes fruentes ereptae [40]) in functionem pristinam redeant. Dat. III. Non. Mart. Mediolano, Merobaude II. et Saturnino Couss. [41]) [383.]

10.

---

[a]) *l.* 14. *Th. C. de annon. et trib. XI.* 1.; *Bas. LV.* 1. 4. — [b]) *hanc const. om. Cui. in ed. prima; sed quum nihil notum sit, quo subdititiae speciem const. contrahat, quum in editione Cuiaciani operis, quam paravit Fabrotus, loco consueto posita sit, atque ipse Cui. in comment. de causa omittendae eius nihil doceat, pro vitio typographi omissio illa habenda videtur. Iunge leg.* 29. *C. de decurion. X.* 31. — [c]) *Secundum Iac. Gothofr. in Chronol. p. LXXX. forte iungenda l.* 2. *Th. C. si vagum pet. manc. X.* 12. *Equidem iungendam suspicor l.* 1. *C. ne rei domin. vel templ. VI.* 38. — [d]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de censu XIII.* 10.; *iungenda l.* 1. *C. de immun. nem. conced. X.* 25.; *Bas. LV.* 1. 9.

[1]) *Cui., Theod. C.; ad Modestum, om.* P. P., *Russ. ex cod.*; ad Modestinum *Cont. et rell.; nomen et dignit. om. Hal.* — [2]) Hi *om. Theod. C.* — [3]) originariis *var. l. gl.* — [4]) census *Theod. C.* — [5]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; exactores *Russ. Cont. et rell., Savigny in Zeitschr. f. gesch. RW. T. VI. p.* 333. *Nostram lect. agnoscit glossa, quae in ed. Schf. sic habet:* „actores *id est procuratores;*" *et recte ita. Cfr. l.* 11. *Th. C. VI.* 2. — [6]) conscriptis *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *male.* — [7]) *mss. Hfn. Gt., Bk., Theod. C.*; huiusmodi *edd. rell.* — [8]) cognoscere *ms. Hfn., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; agnoscere *Hal. et rell.* — [9]) Grat. Nb. P. *Bk., recte secundum chronolog.* — [10]) *subscr. om. Hal. Cont.* — [11]) Atticum *coni. Iac. Gothofr. in Prosopogr. s. v.* Oricus. — [12]) ad Or. P. P. *om. Hal.*; P. P. *om. Russ., qui nomen restituit ex cod.* — [13]) et Grat. A. *om. Cui. (ed. Fabrot.); cfr. not. b.* — [14]) ad Germ. *om. Hal.*; ad Germanum *Russ. ex cod.*; ad Germanum P. P. *Cui. (ed. Fabrot.). Equidem malo* ad Germanum P. P. Galliarum, *cfr. not. b.* — [15]) numeri *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal.*; numerari *ms. Bg.* 2.; munerum *ms. Bg.* 1. — [16]) *subscr. videtur repeti posse ex l.* 29. *C. X.* 31. — [17]) *Cont.* 66. 76. *Bk.*; Iidem AA. *Cui. Bk.*; Iidem Augusti *rell.* — [18]) *fortasse* Maximinum, *de quo cfr. Iac. Gothofr. in Chronol. ad a.* 374. — [19]) P. P. *om. Russ. Cont. Char. Pac.*; ad Max. P. P. *om. Hal.* — [20]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; illusor *Hal. et rell.* — [21]) originalibus *ms. Gt.* — [22]) et *ins. ms. Gt., edd. Schf. Hal. Russ., quod ex geminatione oriundum videtur.* — [23]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; malae fidei *Hal. et rell.* — [24]) ambiget *ms. Hfn., ed. Schf.* — [25]) aliquid *om. ms. Hfn.* — [26]) AAA. *Bk., et sic reponendum videtur.* — [27]) P. P. *om. Russ. Cont. Char. Pac.*; ad Prob. P. P. *om. Hal.* — [28]) *Hal. Cui., glossa*; si apud quos homines *ms. Hfn., ed. Schf.*; si illi apud quos homines *ms. Gt.*; si hi apud quos homines *Russ. Cont.* 62.; si hi homines, apud quos *Cont.* 66. *et rell.* — [29]) noverunt *Russ. Cont.* 62.; novaverunt *ms. Gt., var. l. gl.* — [30]) nominaverunt *var. l. ap. Azon.* — [31]) et *ins. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [32]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ.*; exigentur *Cont. et rell.* — [33]) *ms. Hfn., omnes codd. Russardi, ed. Schf. Cui.*; assolet *Hal. et rell.* — [34]) *Cui., Theod. C.*; *iidem Impp., sed addito Arcadio, sunt ap. Bk.*; Iidem AA. [Augusti] *Hal. et rell.* — [35]) ad populum *om. Hal.* — [36]) datae iugatio vel capitatio *Theod. C.*; iugationis vel capitationis *coni. Iac. Gothofr. Sed nonne vv.* et iug. et capit. *ita accipi possunt, ut, quasi in parenthesi posita, denotent: sive iugatio sive capitatio condonata fuerit.* — [37]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; aut *Hal. et rell.* — [38]) eucteriis *Hal., Alciat.*; emicaveriis *Russ. Nostram lect. tuentur ms. Hfn., aliquot codd. Russardi, ed. Schf., Theod C.* — [39]) *fortasse rectius comma ponitur post* fruentes. — [40]) arreptae *var. l. gl.*; erecte *ms. Bg.* 1. — [41]) *subscr. om. Hal.*

10. [a]) **Idem AAA.** [1]) **Cynegio P. P.** — Quum antea per singulos viros, per binas vero mulieres capitis norma sit censa, nunc binis ac ternis viris, mulieribus autem quaternis unius [2]) pendendi capitis attributum est. Quocirca sublimitas [3]) tua huiusmodi census per Comanensium [4]) et Ariarateusium [5]) Armeniae secundae, Amasenorum Helenoponti [6]), et Diocaesariensium [7]) Cappadociae secundae urbes [8]) salubris ac temperatae peraequationis [9]) modum monumentis publicis iubebit annecti. Dat. VI. Kal. April. Constantinopoli, **Honorio et Evodio Conss.** [10]) [386.]

11. **Impp. Arcadius et Honorius AA. ad populum** [11]). — Originarios colonos nullis privilegiis, nulla dignitate, nulla census auctoritate excusari praecipimus, sed amputatis omnibus, quae aliquoties per gratiam sunt elicita, domino vel fundo esse reddendos.

12. **Idem AA. Florentino** [12]). — Servos vel tributarios vel inquilinos apud dominos [13]) volumus remanere. Nam quum metu damni [14]) deterritus unusquisque eum, quem incognitum habuerit [15]), a se coeperit propulsare, voluntas fugiendi servis non erit; nemo enim dominum suum deserit [16]), sciens, nusquam sibi latendi locum esse derelictum. Sed aut cognitum sibi ingenuum unusquisque suscipiet, aut eum, qui se liberum esse simulaverit, a se submovebit, metuens his, quae statuta sunt, obnoxius fieri. Si quis igitur ex memoratis fugitivis apud quemlibet fuerit repertus, duodecim libras argenti fisco nostro inferat detentator, ipsi autem, cuius fuerit, praeter eundem fugitivum alterum etiam eiusdem aestimationis inferre decernimus.

13. [b]) **Idem AA. Vincentio, P. P. Galliarum** [17]). — Definimus, ut inter inquilinos colonosve, quorum (quantum ad originem pertinet vindicandam) indiscreta eademque [18]) paene videtur esse conditio, licet sit discrimen in nomine, suscepti liberi, vel utroque [19]) vel neutro [20]) parente censito, statum [21]) paternae conditionis agnoscant. §. 1. Illud etiam servandum est, ut, si quando utriusque fundi idem dominus de possessione referta [22]) cultoribus ad eam colonos, quae laborabat tenuitate [23]), transtulerit, iidemque fundi ad diversorum iura dominorum qualibet sorte [24]) transierint, maneat quidem facta translatio, sed ita, ut praedii eius dominus, a quo coloni probantur fuisse traducti, translatorum agnationem restituat. Dat. III. Id. Iul. [25]) **Stilichone** [26]) et **Aureliano Conss.** [400.]

14. [c]) **Idem AA. Vincentio P. P. Galliarum** [27]). — Si coloni, quos bona fide quisque possedit [28]), ad alios fugae vitio transeuntes, necessitatem conditionis propriae declinare tentaverint, bonae fidei possessori primum oportet [29]) celeri reformatione succurri, et tunc causam originis et proprietatis agitari. Dat. IV. Id. Iul. [30]) Mediolano, **Stilicone** [31]) et **Aureliano** [32]) **Conss.** [400.]

15. [d]) **Impp. Honorius et Theodosius AA. Probo** [33]). — Colonos nunquam fiscalium nomine debitorum ullius exactoris pulset intentio; quos ita glebis [34]) inhaerere praecipimus, ut nec [35]) puncto quidem temporis debeant amoveri [36]).

16. [e]) **Idem AA. Palladio P. P.** [37]) — Mulier, quae fuisse originaria docebitur, si cuiuscunque liberi hominis secuta consortium in urbibus vel in quibuscunque locis victura constiterit [38]), eius omnem sobolem [39]) secundum vetera constituta conveniet revocari. Dat. VI. Kal. Iul. Ravennae, **Monaxio** [40]) et **Plinta Conss.** [419.]

17. [f]) **Idem AA. Ioanni P. P.** [41]) — Per colonum praeindicium possessioni invito vel inscio domino imponi non posse, et iure [42]) et legum auctoritatibus

---

[a]) *l. 2. Th. C. de censitor. XIII.* 11. (*ed. Haenel.*); *iungenda l.* 3. *C. de censibus. XI.* 57 — [b]) *iungendae videntur l.* 14. *h. t., l.* 6. *C. de fundis rei priv. XI.* 65. — [c]) *fons est l.* 1. *Th. C. utrubi IV.* 23.; *iungenda l.* 6. *C. de fundis rei priv. XI.* 65., *et verisimiliter etiam l.* 13. *h. t.* — [d]) *fungo leg.* 8. *C. quae res pignori VIII.* 17. *et leg.* 13. *C. de omni agro des. XI.* 58. — [e]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de inquilinis. V.* 10. — [f]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de pignor. II.* 30., *quae integrior relata est in l.* 8. *C. si aliena res pign. VIII.* 16.; *iungendae l.* 2. *C. ne liceat potentior. II.* 14., *l.* 1. *C. de prohib. seq. pec. IV.* 4., *l.* 13. *C. quod cum eo. IV.* 26., *l.* 4. *C. de exsecutor. XII.* 61.

[1]) *Theod. C.*; Imppp. Valentinianus, Theodos. et Arcad. *Bk.*; Idem AA. *rell.* — [2]) ius unius *Hal. in not.*; *alias* munus, *Azo*; *utrumque contra Theod. C.* — [3]) sublimis auctoritas *Theod. C.* — [4]) Comagenensium *proponit Alciat.*; Commagensium *Theod. C.* — [5]) arinatensium *ms. Hfn.*; Ariatensium *edd. Schf. Russ. Cont.* 62.; Amastrensium *Alciat.*; Amastriensium *Hal.*; Ariarathensium *Theod. C. Caeterum* et *addunt Hal. et rell., contra ms. Hfn. et ed. Schf.* — [6]) Amasinorum Hellesponti *Alciat.*; *sed v. Nov.* 28. *princ.*; *etiam Theod. C.* Hellesponti. — [7]) Aeliocaesariensium *Alciat.*, *Hal.*, *contra Theod. C.* — [8]) urbis *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [9]) *sic liber Martini secundum gl.*, *edd. Schf. Hal. et postea rell.*, *Theod. C.*; peraequatores *Alciat.*; precationes *ms. Hfn.*; peraequatores sunt *var. l. gl.* — [10]) *Theod. C.*; *subscr. om. rell.* — [11]) ad populum *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [12]) *Florentinus praef. urbi commemoratur ad a.* 395 — 397.; Florent. *om. Hal.* — [13]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui.*; suos *ins. Hal. et rell.* — [14]) metu domini *Azo.* — [15]) habuit *edd. Schf. Hal. Cui.* — [16]) deseret *ed. Schf.* — [17]) *Cui. Bk.*; Galliar. *om. Cont. Char. Pac.*; P. P. Galliar. *om. Russ.*; Vincentio P. P. Galliar. *om. Hal.* — [18]) indiscrete eadem *ms. Hfn.* — [19]) vel utroque *om. ms. Hfn.*, *liber Martini secundum Azon.*, *et omisit etiam Accurs.*; *nam gl. ad vv.* vel neutro *sic adnotat:* „*alias* utroque *i. e. altero, alii habent* vel utroque vel neutro.“ — [20]) vel neutro *om. ms. Bg.* 1.; *cfr. not. praeced. et Savigny Zeitschr. T. VI. p.* 279. — [21]) censitos statim *ms. Hfn.* — [22]) *alias* possessionis refectae, *alias* possessione refecta, *glossa.* — [23]) *ms. Hfn.*, *Cui.*; ad eam coloniam, quae labor. tenuit., colonos *edd. Schf. Hal. et rell. Sed* coloniam *et abest a ms. Gt.* — [24]) fronte *ms. Hfn.*, *Azo*, *var. l. gl.* — [25]) *Cui. in ed. prima*; Iun. *rell.*; III. Kal. Iul. *restituendum videtur*, *cfr. Haenel. not. q. ad l.* 1. *Th. C. IV.* 23. — [26]) Stilicone *Bk.*, *recte. Caeterum subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [27]) Vincent. P. P. Gall. *om. Hal.*; P. P. Gall. *om. Russ. Caeterum Cont. et rell. ex Theod. C. addunt* post alia, *at non Cui.* — [28]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; possidet *Cont.* 66. *et rell.*, *Savigny Recht d. Besitzes.* (*ed.* 5.) *p.* 449. *sq.* — [29]) et *ins. Theod. C.*; prima oportet *ms. Hfn.* — [30]) III. Kal. Iul. *Theod. C. ed. Haenel.* — [31]) *Cui. in ed. prima*, *Bk.*; Stilichone *rell.* — [32]) *Cui. Russ. Bk.*, *Theod. C.*; Anthemio *Cont. et rell.*; *subscr. om. Hal.* — [33]) *adde* Comiti sacr. larg. (*cfr. not. d.*); Probo *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [34]) glebae *Cui.* — [35]) ne *ms. Gt.*, *Hal. Cui. Bk.* — [36]) *restituenda subscr. ex legibus*, *quas allegat not. d.* — [37]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; P. P. *om. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; Pall. P. P. *om. Hal.* — [38]) constitit *ms. Hfn.*; consistit *Theod. C.* — [39]) originem *Theod. C.* — [40]) *Theod. C.*, *Bk.*; Maximo *Cui. Sp.*; *subscr. om. rell.* — [41]) P. P. *om. Russ. Cont.* 62.; Ioanni P. P. *om. Hal.* — [42]) iuris *Theod. C.*

ritatibus [1]) declaratur. Dat. V. Id. [2]) Iul. Ravennae, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Couss. [3]) [422.]

18. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Probo P. P. [4]) — Colonos nulla ratione ad ullum, quamvis humilioris militiae, locum sinimus admitti; sed nec apparitores magisteriae potestatis censibus adscriptos probari concedimus, quia [5]) in hac parte et dominorum iuri et publicae consulimus honestati.

19. [b]) *Epitome graecae const. Anastasii* [6]) *ex Bas.*

Τῶν γεωργῶν οἱ μὲν ἐναπόγραφοί εἰσιν, καὶ τὰ τούτων πεκούλια τοῖς δεσπόταις ἀνήκει, οἱ δὲ χρόνῳ τῆς τριακονταετίας μισθωτοὶ γίνονται, ἐλεύθεροι μένοντες [7]) *μετὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, καὶ οὗτοι δὲ ἀναγκάζονται καὶ τὴν γῆν γεωργεῖν καὶ τὸ τέλος παρέχειν. τοῦτο δὲ καὶ τῷ δεσπότῃ καὶ τοῖς γεωργοῖς λυσιτελές* [8]).

Agricolarum alii quidem sunt adscriptitii, et eorum peculia dominis competunt; alii vero tempore triginta annorum coloni fiunt, liberi quidem manentes cum bonis suis, verum etiam ii coguntur et terram colere et reditus dependere. Hoc autem tam domino quam agricolis expedit.

20. [c]) Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P. — Litibus imponentes celeritatem, sancimus, si quando coloni cuiuscunque conditionis contra dominos terrae declamaverint [9]), super hoc ipso dubitantes, utrum is terrae dominus est, nec ne, an ipsi coloni dominium suae terrae possident [10]), (eos tamen dicimus, qui non ex longo prolixoque tempore vel longinqua et inveterata redituum susceptione sufficientem habent cautelam, in quibus casibus ne contradicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis praescriptione vel redituum frequentissima consequentia [11]) colonorum [12]) impetus [13]) excludente), talem esse super redituum vel publicarum functionum praestatione formam censemus [14]), ut, si tales coloni, quales supradiximus [15]), idoneum fideiussorem totius summae, quae ab his dependitur, praestiterint, quod omnes reditus sine ulla procrastinatione, si melior causa dominorum iudicetur, eis restituent, et talis fideiussor per triennium accipiatur, eoque impleto iterum renovetur [16]), coloni in medio nullo modo super reditibus a dominis inquietentur. §. 1. Si autem hoc coloni minime facere voluerint vel potuerint, tunc iidem reditus per officium iudicis annui exigantur per solita tempora, in quae etiam dominis dependebantur, et deponantur in aede sacra [17]), id est [18]) in cimeliarchio [19]), civitatis, sub qua possessio sita est, vel, si localis ecclesia ad susceptionem pecuniarum idonea non sit, in metropolitana ecclesia remaneant cum omni cautela, et post plenissimam definitionem vel dominis dentur vel colonis restituantur. §. 2. Sin autem reditus non in auro, sed in speciebus inferuntur [20]), vel in totum vel ex parte [21]), iterum [22]) per officium iudicis fructus vendantur, et pretia eorum secundum praedictum modum deponantur. §. 3. Haec de reditibus definientes, ad publicas transeamus functiones. Et si quidem coloni more solito eas dependant [23]), ipsi maneant in pristina consuetudine, nullo praeiudicio dominis generando, qui et [24]) quiescentibus colonis et non contradicentibus ad publicum tributarias functiones minime inferebant. Sin autem moris erat, dominos totam summam accipere, et ex ea partem quidem in publicas

---

[a]) *hanc legem graecae const., quae sequitur, postponunt Cont.* 66. *et postea rell. excepto Bk., refragante et temporis ratione et Eustathio (cfr. not. seq.) et editione Cuiacii. Causa male inversi ordinis haec esse videtur. quod a Cui. in ed. prima abest l.* 6. *h. t., indeque factum est, ut apud Cuiacium, ex quo rell. hauserunt, lex graeca numerum ferat* 18. *Caeterum aliquot verba nostrae const. repetuntur in l.* 3. *C. de appar. mag. mil. XII.* 55., *quae hausta est ex Nov. Theod. XIV.* — [b]) *graecae const. epitome servatur* 1) *in Bas. LV.* 1. 18. (*T. VI. p.* 693.), *idque cap. et legitur* 2) *in Synopsi eod. num.* (*ed. Leuncl. p.* 464.); *brevius argumentum est* 3) *apud Eustathium XL.* 6. (*ed. Zachariae. p.* 230.). *Text.* 1. *restitutus fuit a Cuiac. in ed. trium libror. Cod.; nihilominus tamen Cont.* 66. 71. 76. *in eo acquieverunt, ut graecae const. lacunam notarent, et quidem post leg.* 17. *h. t.; textum a Cui. editum receperunt quidem Char. Pac. Sp., sed eo loco inseruerunt, quo Contius lacunam male adnotaverat; Cuiacium et in serie constitutionum recte ordinanda sequitur Bk.* — [c]) *Cui. in comment. recte coniungere videtur l.* 19. *C. de fide instrum. IV.* 21.

[1]) *ms. Hfn., Cui., l.* 8. *C. VIII.* 16., *Theod. C.;* auctoritate *edd. rell.* — [2]) *Theod. C. ed. Haenel.;* V. *om. rell.* — [3]) *Cui. Sp. Bk.; subscr. om. rell.* — [4]) *diversa est inscr. leg.* 3. *C. XII.* 55. *et Nov. Theod. cit.; sed quum de nexu earum legum cum nostra mihi non satis persuasum sit, nihil muto. Pro* Probo *alias legi* Basso, *contendit Cui.* (*ed. Fabrot.*) *in comment.* (*cfr. l.* 3. *C. cit.*). *Caeterum* Imp. Valentin. A. *inscr. Hal. Russ.*, Imp. Theodos. A. *Cont.* 62. — [5]) qui *et mox* consulunt *ms. Hfn.* — [6]) *hanc esse Anastasii legem, ex l.* 23. §. 1. *h. t. merito colligitur; idque Cuiacium et eos, qui eum sequuntur (not. b.), commovit, ut huic const. inscriberent Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος, quod reiicio, ne species genuinae const. huic epitomae obfundatur. Cfr. Leunclav. Notatt. II.* 232. — [7]) *μένοντες om. Synops.* — [8]) *λυσιτελεῖ Synops., et paulo ante τοῖς δεσπόταις.* — [9]) proclamaverint *Hal. Cui.;* reclamaverint *ms. Hfn.* — [10]) an ipsi col. domin. suae terr. poss. *om. ms. Hfn., et sane glossema sapiunt, quod pro interpretandis vv.* nec ne *adscriptum fuit.* — [11]) frequentissima susceptione consequenter *ms. Hfn.* — [12]) dominorum *ms. Hfn., ms. Bg.* 1. *secunda manu, ms. Bg.* 2. *prima manu, var. l. gl.* — [13]) *mss. Hfn. Gt. Bg.* 1., *edd. Schf. Hal. Cui.;* impetum *rell.* — [14]) „censemus *vel hic, vel superius* sancimus, *superabundat, sed habent quidam* formandam *vel* censendam, *vel est hoc propter hyperbaton i. e. longam interpositionem*" *Hugol. ap. Azonem.* — [15]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.;* praediximus *rell.* — [16]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.;* removetur *Cont.* 71. *vitio typ., quod servant Char. Pac.;* removeatur *Sp.* — [17]) sacrosancta *ms. Hfn.;* in aedem sacrosanctam *ed. Schf.* — [18]) *ms. Hfn., codd. Contii, edd. Schf. Cui.;* vel, loco id est, *Hal. et rell. Pleraque ex veteribus libris se in contextu emendasse ait Cui. in comment. Cfr. Nov.* 74. *cap.* 4. §. 2. — [19]) *graecis litt.* χειμηλιαρχείῳ *utuntur Cont.* 66. *et postea rell. contra ms. Hfn., et edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62.; *cfr. l.* 10. §. 3. *C. VII.* 72. — [20]) inferantur *Hal. Cui. Bk.* — [21]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.;* in partem *Hal. et rell.* — [22]) interim *Cui.* — [23]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.;* dependebant *Russ. Cont. et rell.* — [24]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui.;* etiam *rell.*

publicas vertere functiones, partem autem in suos reditus [1]) habere, tunc, si quidem fideiussor a colonis detur, eundem fideiussorem dominis sine praeiudicio litis tantam summam inferre, quantam tributa publica faciunt, ut a dominis publicis rationibus persolvatur; nullo ex hoc colonis praeiudicio generando. Super reditibus enim domini fideiussore [2]) fiant contenti. §. 4. Sin autem fideiussione [3]) cessante ad sequestrationem res veniant, et pecuniae deponantur [4]), ex earum [5]) summa tantam [6]) iudices separare, quanta [7]) ad publicas sufficiat functiones, et eam disponere [8]) dominum accipere, quatenus ipse eam [9]) persolvens publicas accipiat securitates; reliqua quantitate, quae in reditus puros remanet, in tuto collocanda et litis terminum exspectante; nullo praeiudicio sive colonis sive dominis ex huiusmodi fideiussione vel sequestratione vel publicarum functionum solutione generando; sed omni causa in suspenso manente, donec iudicialis sententia, quae de toto negotio procedit, omnem rem aperiat, et ostendat, quis dominus terrae constitutus est [10]), et ad quem publicarum functionum securitas debet in posterum fieri [11]), seu reditus pervenire vel permanere. Recitata Septimo [12]) in novo consistorio palatii Iustiniani. Dat. XV. [13]) Kal. Octob. Chalcedone [14]), Decio V. C. Cons. [529.]

21. Idem A. ad Senatum. — Ne diutius dubitetur, si quis ex adscriptitia [15]) et servo vel adscriptitio et ancilla fuisset editus, cuius status sit, vel quae peior [16]) fortuna sit, utrumne adscriptitia, an servilis, sancimus, ea quidem, quae in anterioribus legibus cauta sunt pro tali progenie, quae ex mulieribus adscriptitiis et viris liberis progenita sit, in suo statu relinqui, et sit [17]) adscriptitia proles [18]) ex tali copulatione procreata. Si quis autem vel ex servo et adscriptitia, vel ab [19]) ancilla et adscriptitio fuerit editus, matris suae ventrem sequatur, et talis sit conditionis, qualis et [20]) genitrix fuit, sive ancilla sive adscriptitia; quod hactenus in liberis tantum et servis observabatur. Quae enim differentia inter servos et adscriptitios intelligatur, quum uterque in domini sui positus est [21]) potestate, et possit servum cum peculio [22]) manumittere, et adscriptitium cum terra dominio suo expellere?

22. [a]) Idem A. Iuliano [23]) P. P. — Quum scimus, nostra iura nolle praeiudicium generare [24]) cuiquam circa conditionem neque ex confessionibus neque ex scriptura, nisi etiam ex aliis argumentis aliquod accesserit incrementum, sancimus, solam conductionem [25]) vel aliam quamcunque scripturam ad hoc minime sufficere, nec adscriptitiam conditionem cuiquam [26]) inferre, sed debere huiusmodi scripturae aliquod advenire adiutorium, quatenus vel ex publici census adscriptione vel [27]) aliis legitimis modis talis scriptura adiuvetur. Melius etenim est in huiusmodi difficultatibus ex pluribus capitulis conditiones ostendi, et non solis confessionibus neque scripturis homines forte liberos ad deteriorem detrahi fortunam. Sin autem et [28]) scriptura, et post scripturam confessio seu depositio, sine vi et necessitate tamen, intervenerit (quid enim, si conductionale [29]) instrumentum vel aliam chartulam, in qua subscripsit [30]), intimavit, et inter [31]) acta deposuit, sese colonum fuisse adscriptitium?), tunc ex utroque genere obligationis, id est tam scripturae quam confessionis vel depositionis, talem eum esse credendum, qualem se [32]) et scripsit et inter acta deposuit. §. 1. Illud quoque non inelegante dubitabatur, si coloni filius per triginta annorum curricula vel forsitan per [33]) quadraginta seu ampliora, adhuc vivente patre et agriculturam peragente, ipse in libera conversatione [34]) morabatur, et dominus terrae, quia per patrem ei satisfiebat, non etiam eius praesentiam exigebat, an post obitum patris, vel postquam forte inutilis is [35]) existat et ruri [36]) non idoneus, potest [37]) excusari filius, longinqua libertate abutendo et quod per multos annos neque agrum coluit neque aliquid colonarii operis celebravit, quum non possit dominus incusari propter suam desidiam, cui per patrem eius omne, quod voluerat, accedebat. In omnibus itaque huiusmodi speciebus satis acerbum nobis videtur, domino praeiudicari colonorum absentia, qui rure [38]) nati, et postea absentes, per suos vel patres vel fratres vel cognatos agriculturam peragebant. Quum enim pars quodammodo corporis eius per cognationem in fundo remanebat, non videtur neque abesse neque peregrinari neque in libertate morari. Maneat itaque domino ius inconcussum, et donec eius vel antiquitas vel posteritas vel cognatio in agrum [39]) remanet, ipse videatur ibi resedisse. Dat. X. Kal. .. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [40]) [531.]

23.

---

[a]) *in ed. Schf. haec const. sequitur post l.* 23. *h. t.*

[1]) in suum reditum *Cui.* — [2]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; fideiussione *Hal. et rell.* — [3]) fideiussione *edd. Schf. Cui.* — [4]) et *ins. edd. Schf. Hal. Cui.* — [5]) eadem *ms. Hfn.* — [6]) tanta *omnes libri Russardi, edd. Schf. Hal. Cui.*; *sed* tantam *ms. Hfn.*, tantum *ms. Gt.* — [7]) quantam *Hal.*; quantum *ms. Gt.*; *mox* sufficiant *edd. Schf. Cui.* — [8]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; dispositionem *Hal. et rell., cfr. not.* 18. *p. praeced.* — [9]) eam *om. ms. Hfn.* — [10]) sit *Hal. Cui. Bk.*; *iidem mox* debeat. — [11]) fieri *om. ms. Hfn.* — [12]) *Cuiac. Obss. XX.* 3.; septies *Hal. et rell.* — [13]) IX. *Cui.* (*ed. Fabr.*) — [14]) XV. K. Oct. Chalc. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [15]) *mss. Hfn. Gt. Bg.* 1. 2., *Hal. Cui.*; et libero vel [ex] adscriptitia *ins. edd. Schf. Russ. et rell.*, *quae verba alias deesse et glossa testatur.* — [16]) rei *ms. Hfn.*, potior *ms. Gt.* — [17]) *ms. Gt., Cui.*; et sit *om. ms. Hfn.*; et sic sit *edd. rell.* — [18]) prole *ms. Hfn., v. not. praeced.* — [19]) ab *om. edd. Schf. Cui.* — [20]) et *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [21]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui.*; sit *Russ. Cont. et rell.* — [22]) vel sine eo *ins. edd. Schf. Cui., quae vv. alias deesse notat Azo. In ms. Hfn. et deest* peculio, *et scriptum est servum* eum manum. — [23]) Ioanni *Cont. in marg.* — [24]) nostro iure nullum praeiudicium generari *ms. Hfn.* — [25]) *Cui. in comment. ex veter. libris, Azo*; *accedunt Bas.* κἂν ἐμισθώσατο ὡς ἐναπόγραφος; conditionem *ms. Hfn., ed. Schf.*; confessionem *Hal. et rell., quae lectio ex vv. praecedentibus* neque ex confession. *efformata videtur et librorum fide destituta*; *etiam glossa hoc tantum adnotat:* „conditionem *alias* conductionem." *Conductio hic denotat, quod paulo post conductionale instrumentum dicitur. Caeterum male in edd. Contii glossatis illa glossa relata est ad vv.* adscriptit. conditionem, *quae mox sequuntur. Cfr. not.* 29. — [26]) cuidam *ms. Hfn., ed. Schf., omnes libri Russardi.* — [27]) ex *ins. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [28]) *mss. Hfn. Gt., Cui.*; est *edd. rell.* — [29]) *Cui. in comment. ex veter. libris, consentientibus Bas.*; conditionale *rell.*; dictionale *Azo*; *cfr. not.* 25. — [30]) *ms. Hfn., Cui.*; et *ins. edd. rell.* — [31]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont. Char. Pac.*; intra *Sp. Bk.* — [32]) se *om. ms. Hfn., Hal.*; et, *quod sequitur, om. ms. Gt., Cui.* — [33]) per *om. mss. Hfn. Gt.* — [34]) conditione *var. l. gl.* — [35]) is *om. ms. Hfn., ed. Schf., a quibus et abest seq.* et. — [36]) iuri *ed. Schf.* — [37]) possit *Hal. Bk.* — [38]) ruri *Hal.*; in iure *ms. Hfn., ed. Schf.*; in rure *ms. Gt., omnes Russardi.* — [39]) agro *ms. Gt.* — [40]) *subscr. a Cui. restituta abest ab Hal Russ. Cont. Char. Pac.*

23. Idem A. Ioanni [1]) P. P. — Quum satis inhumanum est, terram, quae ab initio adscriptitios habebat, suis quodammodo membris defraudari, et colonos, in aliis [2]) terris demorantes, dominos terrae maximis damnis afficere, censemus, quemadmodum in curialium conditione nemo ex temporali cursu liberatur, ita nec adscriptitiae conditioni suppositus ex annalibus curriculis, quantacunque [3]) emanaverint, vel quacunque prolixa negotiatione aliquis [4]) sibi vindicet libertatem; sed remaneat adscriptitius et inhaereat terrae. Et si se celaverit vel separare se conatus fuerit, secundum exemplum servi fugitivi sese dintinis [5]) insidiis furari intelligatur, et sit suppositus una cum omni [6]) sobole sua, etsi in alia terra eam fecerit [7]), huiusmodi fortunae et capitali illationi, nulla liberatione ei penitus competente. §. 1. Quum autem Anastasiana lex homines, qui per triginta annos colonaria detenti sunt conditione, voluit [8]) liberos quidem permanere, non autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare, et ex hoc quaerebatur, si etiam liberi eorum cuiuscunque sexus, licet non triginta annos fecerint [9]) in fundis vel vicis, deberent colonariae esse conditionis, aut [10]) tantummodo genitor eorum, qui per triginta annos huiusmodi conditioni illigatus esset [11]); sancimus, liberos colonorum esse quidem in perpetuum secundum praefatam legem liberos, et nulla deteriore conditione praegravari, non autem habere [12]) licentiam relicto suo rure ad [13]) aliud migrare, sed semper terrae inhaereant, quam semel colendam [14]) patres eorum susceperunt. Caveant autem possessionum domini, in quibus tales coloni constituti sunt, aliquam innovationem vel violentiam eis inferre. Si enim hoc approbatum fuerit et per iudicem pronuntiatum, ipse provinciae moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnimodo [15]) provideat et laesionem, si qua subsecuta est, eis resarcire, et [16]) veterem consuetudinem in reditibus praestandis eis observare; nulla nec tunc licentia concedenda colonis fundum, ubi commorantur, relinquere. Et hoc tam in ipsis colonis, quam in sobole eorum, qualiscunque sexus vel aetatis sit [17]), sancimus, ut et ipsa [18]), semel in fundo nata, remaneat in possessione sub eisdem modis eisdemque conditionibus, sub quibus etiam genitores eius manere in alienis fundis definivimus. §. 2. Nemini autem liceat vel adscriptitium vel colonum alienum scienti prudentique in suum rus [19]) suscipere. Sed et si bona fide eum susceperit, postea autem repererit, eum alienum esse constitutum, admonente domino vel ipsius adscriptitii vel terrae, et hoc faciente per se vel per procuratorem suum, hunc restituere eum [20]) cum omni peculio et sobole sua; et si hoc facere supersederit, omnis quidem temporis, quo apud eum remoratus est, publicas functiones, sive terrenas sive animales [21]), pro eo inferre compelletur [22]) cura et provisione tam eminentissimae praefecturae quam praesidis provinciae. Coarctetur autem et [23]) sic ad restitutionem eius secundum veteres constitutiones et poenas [24]) eis insertas.

24. [a]) Idem A. Hermogeni, Magistro officiorum [25]). — Si qui adscriptitiae conditionis constituti mulieres liberas quacunque mente aut quacunque machinatione, sive scientibus sive ignorantibus dominis, sibi uxores coniunxerunt vel [26]) coniunxerint, in sua libertate permanere tam eas quam prolem, quae ex his cognoscitur procreata, sancimus; illo procul dubio observando, ut, si ex libero marito et adscriptitia uxore partus fuerit editus, is maternae conditionis maculam, et non paternam sequatur libertatem. §. 1. Sed ne adscriptitii putent, sibi impunitum esse tale conamen, quod maxime verendum est, ne, liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis, paulatim huiusmodi hominum conditio decrescat, sancimus, si quid tale fuerit ab adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominum eius, sive per se sive per praesidem provinciae talem hominem moderata [27]) corrigere castigatione, et abstrahere a tali muliere. Quod si neglexerit, sciat, in suum damnum huiusmodi desidiam reversuram [28]).

Tit. XLVIII. [XLIX.]

DE CAPITATIONE CIVIUM CENSIBUS [29]) EXIMENDA.

1. [b]) Imp. Constantinus A. ad Eusebium, V. P. [30]) Praesidem Lyciae et Pamphyliae [31]). — Plebs urbana [32]), sicut in Orientalibus quoque provinciis observatur, minime in censibus pro capitatione sua conveniatur, sed iuxta hanc iussionem nostram immunis habeatur. Dat. Kal. Iun. Constantino A. III. et Licinio III. Conss. [33]) [313.]

TIT. XLIX.

---

[a]) *iungenda l.* 1. *C. de SCto Claud. toll. VII.* 24., *in qua* §. 1. *nostrae const. repetita est, videturque pars esse maioris const., quam Iustinianus de contrahendis solvendisque matrimoniis promulgavit, et cuius aliae partes sunt l.* 54. *C. de episc. I.* 3., *l.* 11. *C. de repudiis. V.* 17., *l.* 1. *C. de raptu virg. IX.* 13. — [b]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de censu. XIII.* 10.

[1]) Iuliano *Cont. in marg.* — [2]) alienis *ms. Gt., Cui.* — [3]) quanticunque *ms. Hfn., Hal. Cui.* — [4]) aliquid *ms. Hfn.* — [5]) diutius *ms. Hfn., edd. Schf. Hal.* — [6]) omni *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [7]) *Azo hic adnotat: vulgarissime loquitur secundum P.* — [8]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui.*; voluerit *edd. rell.* — [9]) *mss. Hfn. Gt., liber Aured. et duo alii mss. a Char. coll., veteres libri Cuiacii, edd. Schf. Cui.*; non per triginta annos fuerint *Hal. et rell. Cfr. Cuiac. de tempor. praescr. c.* 26. (*Opp. ed. Fabrot. T. I. p.* 540.) — [10]) an *ms. Hfn., ed. Schf.* — [11]) est *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [12]) et sancimus non habere *ms. Hfn., Hal.* — [13]) in *ms. Hfn., ed. Schf.* — [14]) esse *ins. mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.* — [15]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui. Bk.*; omnino *edd. rell.* — [16]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; sic *ins. Hal. et rell.* — [17]) sit *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [18]) et ipsa *om. ms. Gt.*; et *om. ms. Hfn.* — [19]) ius *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; *sed* rus *bene restituit Cui. ex veter. libris*; *cfr. not.* 36. 38. — [20]) eum *om. mss Hfn. Gt., ed. Schf.* — [21]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., var. l. gl.*; annales *Russ. Cont. et rell.* — [22]) nec non *ins. Hal. Cui. Bk., et sic quidem, ut ante* nec *interpungant, Hal. autem et Bk. post* provinc. *interpunctionem deleant.* — [23]) *ms. Hfn.*; et *om. edd. excepto Hal., qui ins.* etiam. — [24]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf.*; in *ins. Hal. et rell.* — [25]) *Cont. in marg., l.* 1. *C. VII.* 24., *Biener* (*Revis. d. Ius. Cod.*) *p.* 214.; Ioanni P. P. *Hal. et rell.* — [26]) coniunxerunt vel *om. ms. Hfn., edd. Schf. Russ. Cont.* 62.; *sed v. Nov.* 54. *pr.*; postea *post* vel *ins. mss. Rg.* 1.2., *Hal., M. Vacar.* — [27]) competente *l.* 1. *C. VII.* 24. — [28]) *Subscr. fortasse hauriendа est ex legibus in not. a. dictis.* — [29]) censibus *om. ms. Hfn.* — [30]) ad Eusebium praef. urbis *glossa.* — [31]) *Russ. Cont.* 66. 76., *Theod. C.*; Pamphiliae *Cui. Cont.* 62. 71. *Char. Pac. Sp. Bk.*; ad Euseb. — Pamphyl. *om. Hal.* — [32]) Plebs urb. *om. ms. Hfn.*; *qui hoc fiat, apparet ex Azone, secundum quem Pillius habet:* Imp. Constan. ad Eusebium praefectum plebis urbanae, *et lex incipit* Sicut. — [33]) *subscr. om. Hal.*

Tit. XLIX. [L.]

IN QUIBUS CAUSIS COLONI [1]) CENSITI DOMINOS ACCUSARE POSSINT.

1. Imp. Constantinus A. ad Maximum, Vicarium Orientis [2]). — Quisquis colonus plus a domino exigitur, quam ante consueverat, et quam in anterioribus temporibus exactus [3]) est, adeat iudicem, cuius primum poterit habere praesentiam, et facinus comprobet, ut ille, qui convincitur amplius postulare [4]), quam accipere consueverat, hoc facere in posterum prohibeatur, prius reddito quod superexactione perpetrata noscitur extorsisse.

2. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Nebridio, Comiti Asiae [5]). — Coloni censibus duntaxat adscripti, sicuti ab his liberi sunt, quibus eos tributa subiectos non faciunt, ita his, quibus annuis functionibus et debito conditionis obnoxii sunt, paene est, ut quadam dediti servitute videantur [6]). Quo [7]) minus est ferendum, ut eos audeant lite pulsare, a quibus ipsos, utpote dominis, una cum possessionibus distrahi posse non dubium est. Quam de cetero licentiam submovemus, ne quis audeat domini nomen in iudicio lacessere, et, cuius ipsi sunt, eiusdem omnia sua esse cognoscant. Quum enim saepissime decretum sit, ne quid de peculio suo cuiquam colonorum, ignorante domino praedii, aut vendere aut alio modo alienare liceret, quemadmodum contra eius personam aequo [8]) poterit iure consistere, quem ne [9]) propria quidem leges sui iuris habere voluerunt [10]), et, acquirendi tantum non etiam transferendi potestate permissa, domino et acquirere et habere voluerunt? Sed ut in causis civilibus huiusmodi hominum generi adversus dominos vel patronos [11]) aditum intercludimus et vocem negamus, exceptis superexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis super hoc interpellandi praebuerunt, ita in criminum accusatione, quae publica est, non adimitur eis propter suam suorumque iniuriam experiundi licentia.

Tit. L. [LI.]

DE COLONIS PALAESTINIS.

1. [b]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio P. P. [12]) — Quum per alias provincias, quae subiacent nostrae serenitatis imperio, lex a maioribus constituta colonos quodam aeternitatis iure detineat, ita ut illis non liceat ex his locis, quorum fructu relevantur, abscedere, nec ea deserere, quae semel colenda susceperunt, neque id Palaestinae provinciae possessoribus suffragetur, sancimus, ut etiam per Palaestinas [13]) nullus omnino colonorum suo iure velut vagus ac liber exsultet, sed exemplo aliarum provinciarum ita domino fundi teneatur, ut sine poena suscipientis non possit abscedere; addito eo, ut [14]) possessionis domino revocandi eius plena tribuatur auctoritas.

Tit. LI. [LII.]

DE COLONIS THRACENSIBUS.

1. [c]) Impp. Theodosius et Arcadius [15]) AA. Rufino P. P. [16]) — Per universam dioecesin Thraciarum sublato in perpetuum humanae capitationis censu, iugatio [17]) tantum terrena solvatur. Et ne forte colonis tributariae sortis nexibus absolutis, vagandi et, quo libuerit, recedendi facultas permissa videatur, ipsi quidem originario iure teneantur, et [18]), licet conditione videantur ingenui, servi tamen terrae ipsius, cui nati sunt, existimentur, nec recedendi, quo velint, aut permutandi loca habeant facultatem, sed possessor [19]) eorum iure utatur et patroni sollicitudine et domini potestate. Si quis vero alienum colonum suscipiendum retinendumve crediderit, duas auri libras ei cogatur exsolvere, cuius agros transfuga cultore vacuaverit [20]), ita ut eundem cum omni peculio suo et agnatione restituat [21]).

Tit. LII. [LIII.]

DE COLONIS ILLYRICIANIS [22]).

1. [d]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus [23]) AAA. ad Probum P. P. [24]) — Colonos inquilinosque per Illyricum vicinasque regiones

---

[a]) *haec const. in Theod. C. fuit sub tit. ne colonis inscio dom. (V. 11.), auctore lege Rom. Burgund Tit. XIV.* — [b]) *Secundum Iac. Gothofr. (ad. l. 2. Th. C. V. 9.) iungendae sunt l. 7. C. de omni agro des. XI. 58., l. 4. C. de manc. et col. XI. 62., l. 2. C. de fugit. col. XI. 63., l. 5. C. de agric. et manc. XI. 67.* — [c]) *Secundum Iac. Gothofr. iungenda est l. 4. C. de censib. XI. 57.* — [d]) *ex hac const. hausta est l. 13. C. de operis libertor. VI. 3. Ad hunc tit. et seqq. usque ad l. 2. C. de fundis limitroph. XI. 59. Cramerus adnotavit varias lectiones fragmenti ms. membranacei, quas, si notatu dignae videntur, recensebo, signo usurus ms. Kil. (cfr. Cramers kleine Schriften ed. Ratjen. p. LV.)*

[1]) capite *ins. ms. Hfn.*, *quidam codd. Cuiacii.* — [2]) ad Max. Vic. Or. *om. Hal. Russ.*; Vic. Or. *om. Cont.* 62. — [3]) *mss. Hfn. Gt.*, *Cui.*; exactum *edd. rell.* — [4]) postulasse *ms. Gt.* — [5]) *sic Cont.* 66. *et postea rell.*; Nebrid. Com. As. *om. Hal. Russ. Cont.* 62., *Cui. in ed. prima*; Nebridio, *om. dignitate*, *Cui.* (*ed. Fabrot.*); ad Nebridium Vicarium Asiae *lex Rom. Burgund. l. c.*; *Proconsulis Asiae dignitatem reponere vult Iac. Gothofr.* (*Prosopogr. s. v.* Nebridius). — [6]) debiti servitute videantur *ms. Hfn.*; dediti serv. vid. adstricti *Russ.*; debiti serv. vid. adstricti *edd. Schf. Hal. Cont.* 62. *Bk.* — [7]) „quod, *alias* quomodo est ergo ferendum" *glossa.* — [8]) quo *ms. Hfn.* — [9]) *ms. Hfn.*, *Hal. Cui.*; nec *rell.* — [10]) *hic est statim postea* voluerint *Hal. Cui.* — [11]) et *ins. mss. Hfn. Gt.* — [12]) Impp. Valent. et Valens AA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62.; *alias* civibus *Cont. in marg. ad v.* Cynegio *monet.* — [13]) *ms. Hfn.*, *quidam codd. Cuiacii, ed. Schf.*; Palaestinam *Hal. et rell.*; *cfr. l.* 30. *Th. C. VII.* 4. — [14]) abdito eo, *om.* ut, *ms. Hfn.* — [15]) *Cui.*; Arcad. et Honor. *Hal. Russ.*; Theod. et Valentinianus *Cont. et rell.*, *at sub his impp. Rufinus praef. praet. non commemoratur. Si vera est Gothofredi opinio* (*not. c.*), *scribendum est* Theod. Arcad. et Honor. — [16]) Ruf. P. P. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [17]) subiugatio *var. l. ap. Azon.* — [18]) et *om. ed. Schf.*, *ms. Gt.*, *a quo etiam mox abest* tamen. — [19]) possessor *et mox* utetur *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*; possessores — utantur *Hal. et rell.* — [20]) culture vacuaverit *ms Hfn.*; cultor vacuaverit *ed. Schf.*; cultor evacuaverit *Hal. Cui. Russ.* — [21]) *const.*, *si spectas Impp. in inscript. relatos*, *pertinet ad a.* 392., *ad a.* 393. *vero, si Gothofredi opinio* (*cfr. not. c.*) *vera est.* — [22]) Illyricanis *Russ. Cont.* 62. *Sp.*; *cfr. l.* 5. *C. VI.* 38., *l.* 11. *C. VIII.* 4. — [23]) *Cui. Bk.*, *l.* 13. *C. VI.* 3.; Valent. Theodos. et Arcad. *Hal. et rell.*; *sed v. subscr.* — [24]) ad Prob. P. P. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

nes abeundi rure, in quo eos originis agnationisque [1]) merito certum est immorari, licentiam habere non posse censemus. Inserviant terris, non tributario nexu, sed nomine et titulo colonorum, ita ut, si abscesserint [2]) ad alimnve [3]) transierint, revocati vinculis poenisque subdantur. Maneat quoque eos [4]) poena, qui alienum et incognitum recipiendum esse duxerint, tam in redhibitione operarum et damni, quod locis, quae deseruerant, factum est, quam mulctae, cuius modum in auctoritate iudicis collocamus; ita ut etiam dominus fundi, in quo alienus fuisse monstrabitur, pro quantitate peccati coercitionem subire cogatur, nec sit ignorantiae locus, cum ad criminis rationem solum illud sufficiat, quod incognitum sibi tenuit [5]). Servum etiam in memoratis regionibus si quis receperit, ignorationis excusatione sublata, quadrupli poena teneatur, operarum praeterea compendiis damnisque praestitis. In libertis etiam, quos pari usurpatione susceperit [6]), is modus sit, quem circa liberos colonos duximus retinendum. Dat. III. [7]) Id. Iul. Gratiano A. II. et Probo Conss. [8]) [371.]

Tit. LIII. [LIV.]

UT NEMO AD SUUM PATROCINIUM SUSCIPIAT VICOS VEL RUSTICANOS [9]) EORUM [10]).

1. [a]) Impp. Leo et Anthemius AA. Nicostrato, P. P. Orientis [11]). — Si quis post hanc nostri numinis sanctionem in fraudem circumscriptionemque publicae functionis ad patrocinium cuiuscunque [12]) confugerit, id, quod huius rei gratia geritur sub praetextu donationis vel venditionis seu conductionis [13]) aut cuiuslibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem; tabellionibus, qui talia instrumenta perficere [14]) ausi sunt [15]), bonorum proscriptione plectendis (qui tamen scientes ausi fuerint huiusmodi instrumenta conscribere); vicis etiam vel possessionibus ad patrocinia confugientium [16]) publico vindicandis. §. 1. Hae autem personae, quae contra publicam commoditatem [17]) in clientelam suam [18]) suscepisse collatores detectae fuerint, nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem subire cogentur, mediocris vero fortunae facultatum suarum amissione plectentur; eadem [19]) poena mulctandis etiam his, qui intercedentes ministerium suum huiusmodi nefariis actibus [20]) improba mente praebuerint. §. 2. Quam formam ex eo quidem tempore, quod sacra constitutio a divae memoriae Marciano [21]) promulgata continet, id est in Thracica quidem dioecesi abhinc annis triginta, hoc est a consulatu Aëtii iterum [22]) et Sigisbuldi, in Orientali vero et [23]) Aegyptiaca et Pontica [24]) et Asiana dioecesi viginti octo [25]), hoc est a consulatu Cyri [26]), valere atque exsecutioni mandari praecipimus. Dat. Kal. Septemb. Anthemio A. II. Cons. [27]) [468.]

2. [b]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Μηδεὶς κωμήταις προστασίαν ὑπισχνείσθω, μηδὲ δεχέσθω γεωργοὺς, ἐπὶ τούτῳ ὑπόσχεσιν προσοδων ἢ ἕτερον κέρδος λαμβάνων. Εἰ δέ τις παραβαίη ταῦτα, καὶ τοῖς προειρημένοις ἐπιτιμίοις ὑποπεσεῖται, καὶ ἑτέρᾳ [28]) μείζονι πειραθήσεται [29]) κινήσει. Πρὸς τούτοις καὶ οἱ κωμῆται [30]), εἰ μὲν δοῦλοι εἶεν, τοῖς δεσπόταις ἀποδοθήσονται σωφρονισθέντες, εἰ δὲ ἐλεύθεροι, κ' λίτρας προστιμῶνται [31]), καὶ τύπτονται [32]) μετὰ δέκα τῶν πρωτευόντων τῆς κωμῆς καὶ διηνεκῶς ἐξορίζονται [33]), ἐν ᾧ γνώμῃ παντων ἐγασίασαν [34]).

Nemo vicanis patrocinium polliceatur, neque agricolas suscipiat, propter hoc redituum promissionem aliudve lucrum percipiens. Si quis haec violaverit, et praedictis poenis subiacebit et maioris etiam animadversionis periculum faciet. Praeterea vicani, si quidem servi sint, dominis reddentur castigati, si vero liberi, viginti libris mulctantur, et simul cum decem primis eius vici verberantur et in perpetuum exigantur, dummodo scientibus omnibus secesserint.

---

[a]) *coniungendae l. 8. C. de exactor. tribut. X. 19., et l. 1. C. non licere habitat. XI. 55.; Bas. LVI. 13. 1. (T. VI. p. 735.)* — [b]) *graecae const. epitomen ex Bas. (LVI. 13. 2. ap. Fabr.) restituit Cuiac. in ed. trium librorum Cod.; secuti eum sunt Cont. 66. et rell. et Augustin. in coll. graec. const.*

[1]) agnationisve *mss. Hfn. Kil.* — [2]) *alias* accesserint *var. l. gl., et sic Azo habebat.* — [3]) *mss. Hfn. Kil., edd. Schf. Cui.*; et ad alium *Hal. et rell.* — [4]) *Cui.*; maneat quoque in eos *Hal. Bk.*; maneatque in eos *ms. Gt., edd. Schf. Russ. Cont.* 62.; maneatque eos *ms. Hfn., Cont.* 66. *et rell. Azo sic notat:* maneat *alias* teneat, in eos *alias deest* in. — [5]) tenuerit *Hal. Cui. Bk.* — [6]) susceperint *ms. Hfn., ed. Schf.* — [7]) *III. om. Bk., sed est in l.* 13. *C. VI.* 3. — [8]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *Sp. Bk.*; *subscr. om. rell., etiam Cui. in ed. prima. Cfr. Savigny in Zeitschr. f. gesch. RW. T. VI. p.* 338. — [9]) *mss. Hfn. Kil. Gt., Cui.*; vicos vel rusticos *ed. Schf.*; rusticanos vel vicos *Hal. et rell.* — [10]) eorum *om. mss. Kil. Gt.* — [11]) *Cui.*; Orient. *om. Cont. et postea rell.*; Imp. Leo A. Erythrio P. P. *Hal. Russ.* — [12]) *ms. Hfn., Cui.*; conditionis *ins. edd. Schf. Hal. et rell.*; *sed* εἰς προστασίαν τινὸς *Bas.* — [13]) conditionis *ms. Hfn., ed. Schf.*; *sed* μισθώσεως *Bas.* — [14]) *mss. Hfn. Kil. Gt., edd. Schf. Cui.*; conscribere *Hal. et rell.* — [15]) fuerint *mss. Hfn. Kil. Gt., ed. Schf.* — [16]) confugientibus *ms. Gt., edd. Schf. Cui.*; *quod magis convenit cum Bas.* — [17]) *mss. Hfn. Kil. Gt., edd. Schf. Cui.*; utilitatem *Hal. et rell.* — [18]) *mss. Hfn. Kil. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*; suam *om. Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.* — [19]) eademque *ms. Kil., ed. Schf.* — [20]) artibus *Hal. Russ. Cont.* 62. — [21]) *ms. Hfn., ed. Schf.*; Martiano *Hal. et rell.* — [22]) *mss. Hfn. Kil., ed. Schf.*; II. *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62.; secundo *Cont.* 66. *et rell. Caeterum pro* Aëtii *habent* et *mss. Hfn. Kil., ed. Schf.* — [23]) ex *ms. Hfn.* — [24]) et Pontica *om. ms. Kil.* — [25]) *hunc numerum tuentur mss. Kil. Gt., edd. Schf. Cui.*; XVIII. *ms. Hfn.*; viginti sex *edidit Hal., quem sequuntur rell., haud dubie, quod Cyri consulatus* (441.) *quatuor annis distat a cons. Aëtii et Sigisbuldi* (437.). *Sed contra codicum fidem nihil mutandum, et potius de honorarii consulis dignitate cogitandum, qua prius functus fuerit Cyrus; in multis constitutt. anni* 440. *Consul designatus appellatur, cfr. l. 7. C. I. 14., l. 8. C. II. 7.* — [26]) curi *ms. Hfn.*; curii *ed. Schf.* — [27]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [28]) *Fabr., Augustin., Bk.*; ἕτερα *rell.* — [29]) πειρασθήσεται *Sp. Bk.* — [30]) *Fabr., Bk.*; κώμητες *Cui. et rell.* — [31]) *Cui.* (*ed. Fabr.*), *Fabr., Bk.*; σωφρονισθέντες — προστιμῶνται *om. Cui. in ed. prima, Cont. et rell., Augustin., qui lacunae signum ponit.* — [32]) τύπτωνται *Cui.* (*ed. Fabr.*), *Fabr.* — [33]) ἐξορίζωνται *Fabr.* — [34]) *sic Cui., Fabr., Augustin., Cont.*; *quid denotet verbum, nescio, et sequor versionem Cuiacii, qui de eo non dubitasse videtur;* ἐσασίασαν [*concitaverunt*] *Char. Pac. Sp. Bk.*; *fortasse scribendum* εἰργάσαντο.

[3. [a]) Imp. Iustinianus A. — Si cuiuslibet tributarius iunxerit sibi tributariam uxorem, vel e contrario si cuiuslibet ancilla servo se iunxerit alieno, tam tributarii quam servi filios matrum sequi conditionem, earumque more genitricum suarum dominis subditos esse censemus.]

Tit. LIV. [LV.]

NE RUSTICANI AD ULLUM [1]) OBSEQUIUM DEVOCENTUR.

1. Exemplum sacrarum literarum Diocletiani et Maximiani AA. ad Carisium [2]). — Ne quis ex rusticana plebe, quae extra muros posita capitationem suam detulit [3]) et annonam congruam praestat, ad ullum aliud obsequium devocetur, neque a rationali nostro [4]) mularum fiscalium vel equorum ministerium subire cogatur. — Sine die et consule [5]).

2. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Probum, P. P. Illyrici [6]). — Si qui eorum, qui provinciarum rectoribus obsequuntur, quique in diversis agunt officiis principatus, et qui sub quocunque praetextu publici muneris possunt esse terribiles, rusticano cuipiam necessitatem obsequii, quasi mancipio sui iuris, imponant [7]), aut servum eius vel forte bovem in usus proprios necessitatesque converterint, ablatis [8]) omnibus facultatibus perpetuo subiugentur exilio [9]), et nihilominus rusticanum, qui se in eiusdem operas [10]) sponte propria detulisse desponderit [11]), par poenae severitudo [12]) constringat. Dat. prid. Kal. Octob. Agrippinae, Valentiniano et Valente AA. Conss. [13]) [365.]

Tit. LV. [LVI.]

NON LICERE HABITATORIBUS METROCOMIAE LOCA SUA AD EXTRANEUM TRANSFERRE.

1. [c]) Impp. Leo et Anthemius AA. Nicostrato P. P. [14]) — In illis, quae metrocomiae communi vocabulo nuncupantur, hoc adiiciendum necessario nostra putavit humanitas, ut nulli extraneo illic [15]) quoquo modo possidendi licentia tribuatur; sed si quis ex iisdem [16]) vicanis [17]) loca sui iuris alienare voluerit, non licere ei, nisi ad habitatorem adscriptum eidem [18]) metrocomiae, per qualemcunque contractum terrarum suarum dominium possessionemque transferre; sciente persona extranea, quod, si contra vetitum se huic negotio immiscere vel illic possidere tentaverit, quicunque contractus initus fuerit, carebit effectu, et contractu soluto, si quid praestitum est, hoc tantum reddetur. Dat. Kal. Septemb. Anthemio A. II. Cons. [19]) [468.]

Tit. LVI. [LVII.]

UT NULLUS EX VICANIS [20]) PRO ALIENIS VICANORUM DEBITIS TENEATUR.

1. Imp. Zeno A..... — Grave est non solum legibus, verum etiam aequitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. Idcirco huiusmodi iniquitates circa omnes vicanos [21]) perpetrari modis omnibus prohibemus.

Tit. LVII. [LVIII.]

[d]) DE CENSIBUS ET [22]) CENSITORIBUS ET PERAEQUATORIBUS ET INSPECTORIBUS.

1. [e]) Imp. Constantinus A. ad populum. — Quoniam tabularii civitatum per collusionem potentiorum sarcinam ad inferiores transferunt, iubemus, ut, quisquis [23]) se gravatum probaverit, suam tantum pristinam professionem agnoscat. PP. [24]) XV. Kal. Februar. Romae, Constantino A. III. [25]) et Licinio III. [26]) Conss. [313.]

2

---

[a]) *hanc const. ut subdititiam delevit Cui., et profecto deest in mss. Hfn. Kil., in libro Martini notante Azone, nec eam agnoscit Accursius. Legitur autem in edd. Schf. Hal. et rell., et habent eam codd. saeculi XIV. (Biener Revis. d. Iust. Cod. p.* 232.) *et aliae veteres editiones (Witte Die leges restit. p.* 245.). *In Azonis commentario legis* 1. *h. t. locum occupat. Quodsi iam reputo haec testimonia et argumentum huius legis* 3. *a rubr. tituli prorsus alienum, haec sententia veritatis speciem habere mihi videtur. Nec ad nostrum tit. pertinet illa lex, nec est constitutio Codici a conditoribus eius inserta; sed verosimiliter habenda est pro authentica, fortasse ex Nov.* 54. *excerpta, quam sprevit Accursius, ut alias auth., quae ad tres libros pertinerent (Savigny Gesch. d. R. R. i. MA. T. III. p.* 529. *ed.* 2.). *Quum tamen ea auth. multis codd. adscripta esset, et quidem in iis libris, qui aliis authenticis vacui essent, facile accidere potuit, ut constitutionis habitum indueret. Locus, qui huic (si ita placet) auth. magis conveniret, foret post l.* 21. *C. de agric. XI.* 47. *Caeterum quum authenticas ad tres libros ex Novellis excerpserit glossator Cyprianus, const., de qua disseruimus, fortasse ea est, ad quam respicit quod contra Cyprianum movetur, eum scil. falsas const. fecisse. (Savigny l. c. T. IV. p.* 311. 313.) — [b]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. ne damna provincial. XI.* 11. — [c]) *iungendae l.* 8. *C. de exactor. tribut. X.* 19. *et l.* 1. *C. ut nemo ad suum patrocin. XI.* 53.; *Bas. LV.* 5. 1. (*T. VI. p.* 694.) — [d]) *Dig. L.* 15. — [e]) *l.* 1. *Th. C. de censu. XIII.* 10.

---

[1]) Ut rusticani ad nullum *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.* — [2]) *Cui. Bk., nisi quod om.* sacrar., *quod restitui ex ms. Hfn.;* Impp. Diocl. et Maxim. AA. et CC. *inscr. Hal. et rell., sed nos tuentur mss. Hfn. Gt.* — [3]) detulerit *Hal. Cui.* — [4]) numero *ms. Kil.* — [5]) *Cont.* 66. *ex cod., sequuntur eum rell.;* Sine — cons. *om. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. — [6]) P. P. Illyr. *om. Hal.* — [7]) imponat, *et mox* converterit — subiugetur *Theod. C.* — [8]) sublatis *Theod. C.* — [9]) ultimo subiug. exitio *Theod. C.* — [10]) *Cui. Bk., Theod. C.;* opera *rell.* — [11]) responderit *Theod. C.;* spoponderit *ms. Kil.* — [12]) pari poenae se vinculo *ms. Kil.* — [13]) *subscr. om. Hal.* — [14]) Imp. Leo A. *inscr. Hal. Russ.* — [15]) illic *om. mss. Gt. Kil.* — [16]) istorum *ms. Kil.* — [17]) *Cui. Bk.;* vicaneis *Hal., var. l. gl.;* vicariis *rell. Male, nam* μητροκωμήτας *dici, patet ex contextu et ex Bas.* — [18]) *mss. Hfn. Kil., edd. Schf. Cui.;* eiusdem *Hal. et rell.* — [19]) *subscr. om. Hal. Russ.* — [20]) *Cui. Bk.;* vicaneis *Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.;* vicariis *mss. Hfn. Kil. Gt., ed. Schf. Haec diversitas redit in v.* vicanorum. *Cfr. not.* 17. *ad l. anteced.* — [21]) *Cui. Bk.;* vicaneos *Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.;* vicarios *rell.* — [22]) censibus et *om. ms. Hfn.* — [23]) si quis *ms. Kil.* — [24]) *Cui., Theod. C.;* Dat. *Hal. et rell.* — [25]) IV. *Cui., Theod. C., improb. Gothofr. et corrig. Huenel.* — [26]) *Cui. Bk., Theod. C.;* III. *om. Hal. et rell.*

2. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. [1]) — Quisquis vitem succiderit, aut feracium ramorum foetus hebetaverit [2]), quo declinet fidem censuum, et mentiatur callidae paupertatis ingenium, mox detectus [3]) competenti indignationi [4]) subiiciatur. Illo videlicet evitante [5]) calumniam, quem [6]) forte detegitur laborasse pro copia ac [7]) reparandis agrorum foetibus, non sterilitatem aut inopiam procurasse. Dat. prid. Non. Iun. Constantinop. Eucherio et Syagrio Conss. [8]) [381.]

3. [b]) Iidem [9]) AAA. [10]) Cynegio P. P. — Si peraequatore misso aliquis aut procuratorem suum retraxerit, aut colonum per [11]) contumaciam retractationis [12]) fugaverit, ad eum censuum modum, quem vel eo vel procuratore illius absente peraequator apposuerit, nostrae sanctionis auctoritate [13]) tenebitur. Dat. VI. Kal. April. Constantinop. Honorio NB. P. et Evodio Conss. [386.]

4. [c]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino P. P. — Omne territorium censeatur, quoties defectorum levamen exposcitur, ut sterilia atque ieiuna [14]) his, quae culta vel opima [15]) sunt, compensentur. Dat. III. Non. April. Constantinop. Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [393.]

5. [d]) Iidem AAA. Rufino P. P. — Qui gravatos se esse [16]) a peraequatoribus conqueruntur, et iniusto [17]) oneri impares esse proclamant, competitionis habeant facultatem, ut, quid remissum gratia, quid [18]) interceptum fuerit fraude, convincant, et ex eo levamen accipiant, quod per deformia et criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, ut aliis demeretur; quod [19]) intra annum post codicum oblationem, cui [20]) videbitur, de iniusto onere conqueratur [21]), iniquitatem peraequatoris accuset, ac praestitam gratiam habita competitione [22]) convincat, ut, quod ei fuerat superfluum, ille cognoscat [23]), quem debitae [24]) functioni [25]) fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore, actio denegabitur, exceptis [26]) minoribus, qui fuerint indefensi, his etiam, qui abfuerint [27]) reipublicae causa; qui tamen ex eo tempore quae sunt statuta custodient, ex quo ad agendum habuerint [28]) facultatem. Dat. III. Kal. Decemb. Constantinop. DN. Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Conss. [393.]

6. [e]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eusebio P. P. — Peraequatores ac discussores, si incurrerint culpam negligentiae vel gratiae, non solum honorum [29]) iacturam, verum etiam annonarum in quadruplum multam subire debebunt; ea vero, quae in damnum provincialium fuerint accepisse convicti, in quadruplum cogentur exsolvere. Dat. IV. Kal. April. Mediolano, Arcadio [30]) et Honorio III. AA. Conss. [396.]

7. [f]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Sebastio [31]), Comiti primi ordinis [32]). — Apud eum possessio firma permaneat, cui eam a peraequatore semel traditam fuisse constiterit. Reliqua vero temporis anteacti a novo domino fiscum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dispendio. Si quis vero privatus aut obligatam sibi possessionem, quae deserta huc usque [33]) permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi iure confirmat, allegationes suas sine mora vel per se vel per aliam personam legibus ordinatam [34]) manifestare debebit, ita ut, si aequitatis ratione suadente ad petitorem fuerit translata possessio, is, qui a peraequatore eam susceperit, rei melioratae receptis [35]) sublevetur expensis. Verum ne sub specie litis dominationes [36]) semel constitutae turbentur, sex [37]) mensium spatium censemus debere servari, intra quod is, qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exserat [38]) actiones. Quodsi tempus adscriptum silentio fuerit interveniente transactum, nullum penitus repetendi volumus esse principium. Quodsi quis [39]) eo tempore, quo peraequator praedium alicui addicit [40]), de suo iure

---

[a]) *fons est l.* 1. *Th. C. de censitor. XIII.* 11. — [b]) *l.* 3. (2.) *Th. C. de censitor. XIII.* 11.; *iungenda l.* 10. *C. de agricol. XI.* 47. — [c]) *hausta ex l.* 4. (3.) *Th. C. de censitor. XIII.* 11. — [d]) *fons est l.* 5. (4.) *Th. C. de censitor. XIII.* 11. — [e]) *l.* 8. (7.) *Th. C. de censitor. XIII.* 11.; *Bas. LVI.* 3. 6. (*T. VI. p.* 707.) — [f]) *hausta ex l.* 16. (15.) *Th. C. de censitor. XIII.* 11.; *Bas. LVI.* 3. 7.; *iungenda l.* 15. *tit. seq.*

[1]) *ab Hal. ii, ad quos datae sunt constitutt., ab hac et sequentt. hui. tit. absunt.* — [2]) *Theod. C., Bk., Dirksen l. c. p.* 519.; vetaverit *rell., quod ex v.* hebetav. *omissa aspiratione perfacile oriri potuit*; *al.* necaverit *al.* vitiaverit *Russ. in marg.*; amputaverit *coni. Cui. in comment. propter Bas.* ἐκκοπῇ. *Conieci olim* foedaverit. — [3]) detentus *mss. Hfn. Kil.* — [4]) indignatione *mss. Hfn. Kil., ed. Schf.* — [5]) vitante *Theod. C.* — [6]) *mss. Hfn. Kil. Gt., Hal. Cui.*; qui *rell., Theod. C.* — [7]) *mss. Hfn. Kil. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; pro *ins. Hal. et rell* — [8]) *Hal. om. hanc et seqq. subscriptt. h. t.* — [9]) Imppp. Valent. Theod. et Arcad. *Hal. Bk., contra Theod. C.* — [10]) AA. *Russ. Cont.* 62. — [11]) ad, *et mox* armaverit *pro* fugav., *Theod. C.* — [12]) *mss. Hfn. Kil., edd. Schf. Cui. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; retractionis *Hal. et rell.* — [13]) ad nostr. sanct. auctoritatem *Theod. C.* — [14]) *mss. Kil. Gt., omnes codd. Russardi, Cui. Bk., Theod. C.*; herema *quidam codd. Cuiacii*; arenia *ed. Schf.*; arentia *Hal. Russ. Cont.* 62.; erna *ms. Hfn.*; erema *Cont.* 66. *et rell.*; arenas *coni. Alciat.* — [15]) optima *ms. Kil., var. l. ap. Azon.* — [16]) esse *om. Theod. C.*; se *om. mss. Hfn. Kil., ed. Schf.* — [17]) iniuncto *ms. Gt.* — [18]) *mss. Hfn., Cui., Theod. C.*; quidve *rell.* — [19]) *haec vv. per omissa plura, quae sunt in Theod. C., obscuriora facta sunt.* — [20]) *Theod. C., Bk.*; quod *ms. Hfn.*; quo *rell.* — [21]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; et *ins. Hal. et rell.* — [22]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; compensatione *Hal. et rell.* — [23]) agnoscat *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk., contra codd. et Theod. C.* — [24]) quod indebitae *Hal.* — [25]) functionis *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal.* — [26]) sequestratis *Theod. C.* — [27]) abierunt *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; abierint *ms. Kil.*; aberunt *Cui., Theod. C.*; abfuerunt *Hal. Russ. Cont.* 62. — [28]) habere potuerint *Theod. C.* — [29]) *Cui., Theod. C.*; τῆς ἀξίας ἐκπίπτει *Bas.*; bonorum *rell., quam male, apparet ex quadrupli poena, quam praeterea lex minatur.* — [30]) IV. *ins. Bk., recte secundum fastos.* — [31]) *Cui. in ed. prima, Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac., Theod. C.*; Sebastiano *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Cont.* 76. *Sp. Bk.* — [32]) ordinis primi *Cui.* — [33]) *Cui., Theod. C.*; usque, *om.* huc, *mss. Hfn. Kil. Gt., ed. Schf.*; usque nunc *Hal. et rell.* — [34]) ordinatam *om. ms. Kil.* — [35]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.*; susceptis *Hal. et rell.* — [36]) *ms. Hfn., Cui. Bk., Theod. C.*; donationes *edd. rell.* — [37]) duorum *Theod. C., et sic in fine hui. const.* — [38]) exerceat *Hal. Russ. Cont. et postea rell., contra mss. Hfn. Kil. et edd. Schf. Cui. et Theod. C.* — [39]) *mss. Hfn., Cui. Bk., Theod. C.*; ex *ins. edd. rell., quod alias deesse Russ. in marg. testatur* — [40]) adicit *ms. Kil., ed. Schf.*; adiicit *Hal.*

iure vel per se vel [1]) per homines suos non crediderit actitandum [2]), sex mensium curriculis evolutis in perpetuum conquiescat. Dat. prid. Id. Mart. Ravenna, Honorio A. [3]) XI. et Constantio II. Conss. [417.]

Tit. LVIII. [LIX.]

DE OMNI AGRO DESERTO ET QUANDO STERILES FERTILIBUS IMPONUNTUR [4]).

1. Imp. Constantinus A. Campesti [5]). — Quum divus Aurelianus, parens noster, civitatum ordines pro desertis possessionibus iusserit conveniri et pro his fundis, qui invenire dominos non potuerunt, quos praeceperamus [6]) earundem possessionum (triennii immunitate percepta) solemnibus [7]) satisfacere, servato hoc tenore praecipimus, ut, si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse, eorundem agrorum onera possessionibus et territoriis dividantur. Accepta. . . . . [8])

2. [a]) Idem A. [9]) — Si quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore privati iuris quippiam comparaverit, cuius substantia alias possessiones sustentare consueverat, et succisis quasi quarundam virium nervis reliqua labuntur [10]), earum possessionum onera subiturus est, quae penes distractorem [11]) inutiles permanebunt. Dat. VIII. Id. Decemb. Thessalonica, Feliciano et Titiano Conss. [12]) [337.]

3. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum [13]) P. P. [14]) — Quicunque deserta praedia meruerint sub certa immunitate, ad possessionem impetratorum non prius sinantur accedere, quam vel fideiussoribus idoneis periculo curialium datis, vel fundis patrimonii sui maxime utilibus obligatis, idonea cautione firmaverint, susceptam a se possessionem nullo detrimento publico relinquendam. Dat. VII. Kal. Iun. divo Iovianо et Varroniano Conss. [15]) [364.]

4. [c]) Idem AA. et Gratianus A. ad Crescentem [16]), Vicarium Africae [17]). — Heredes scripti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere, vel, si renuntiandum hereditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex iisdem bonis quocunque titulo et iure perceperint. Dat. IV. Id. Iul. Contionaci, Gratiano A. II. et Probo Conss. [371.]

5. [d]) Impp. Valens et Gratianus AA. ad Anthemium P. P. [18]) — Qui utilia reipublicae loca possident, permixtione facta etiam deserta suscipiant, ut, si earum [19]) partium graventur accessu, quas antea [20]) per fastidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui utraque hac conditione retineant, ut praestatione salva cum desertis et culta possideant, sublata a paucis, quos iniquum [21]) est electa retinere, quum municipes gravatura sit pars relicta [22]).

6. [e]) Impp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. [23]) Nebridio, Comiti R. P. [24]) — Ut quisque [25]) conductor fuerit inventus possessor fundi [26]), qui ex publico vel templorum iure descendit, huic ager iungatur inutilior. Quodsi contra id reluctandum existimaverit, alius possessor sub eadem praestatione quaeratur, vel si voluntarius, qui sit conductor [27]), non invenietur [28]), tunc ad possessores antiquos, id est decuriones vel quoslibet alios, loca iuris praedicti adiunctis inutilibus revertantur, idoneis fideiussoribus praestitis [29]). Dat. XV. Kal. Februar. Constantinop. Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

7. [f]) Idem AA. et Arcadius A. [30]) Cynegio P. P. [31]) — Quicunque defectum [32]) fundum patrimonialem exercuerit [33]), fertilem [34]) idoneumque praestiterit, salvo patrimoniali canone, perpetuo ac privato iure defendat [35]), velut [36]) domesticum et avita

---

[a]) *l.* 4. *Th. C. de annona. XI.* 1.; *fortasse iungenda l.* 3. *C. si propter publ. pensitat. IV.* 46. — [b]) *fons est l.* 14. *Th. C. V.* 13. (*ed. Haenel.*) — [c]) *l.* 17. *Th. C. de annona. XI.* 1. — [d]) *Bas. LVI.* 3. 5. (*T. VI. p.* 707.) — [e]) *l.* 4. *Th. C. de locat. fund. iur. emph. X.* 3.; *iungenda videtur l.* 2. *C. de locat. praed. civ. XI.* 70. — [f]) *hausta ex l.* 30. *Th. C. V.* 13. (*ed. Haenel.*); *Bas. LVI.* 3. 7.; *iungendae l.* 2. *C. de fugit. col. XI.* 63., *et fortasse aliae const.*, *de quibus v. not. b. ad l.* 1. *C. de col. Palaest XI.* 50.

[1]) aut *Hal. Cui.* — [2]) adcitandum *ms. Hfn.* — [3]) *Bk.*, *Theod. C.*; A. *om. rell.* — [4]) apponuntur *ms. Kil.* — [5]) *Cui.*; Campesi *Sp. Bk.*; Camp. *om. rell.* — [6]) peperceramus (?) *Bk.*, *in parenthesi positis vv.* quos peperc. — percepta; perceperamus *edd. Schf. Hal. Cui.*, *contra ms. Hfn.* — [7]) *Hal. Cui. Bk.*; de solennibus *rell.* — [8]) *recte fragmentum subscriptionis v.* Accepta *esse censent Cui. Sp. Bk.*; Accepta *abest a ms. Gt. et ab omnibus Russardi*, *excepto uno*; *deleto puncto post* dividantur *illud verbum ad ipsum legis contextum trahunt Hal. et rell. Cfr. l.* 1. *C. XI.* 63. *i. f.* — [9]) Imp. Constantius A. *Theod. C.*, *minus recte*; Imppp. Constantin. Constant. et Constans AAA. *Bk.* — [10]) labbuntur *Theod. C.* — [11]) desertorem *Hal. Russ.*, *var. l. ap. Azon.*, *contra omnes codd. Russardi*; distractores *Theod. C. Caeterum* inopem *addunt edd. Schf. Hal. Russ. Cont. et postea rell.*, *contra ms. Hfn. et Cui. et Theod. C.* — [12]) *ab Hal. et Cont.* 62. *absunt in hoc tit. subscriptt. omnes.* — [13]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; Mamertium *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [14]) Mam. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [15]) *Theod. C.*, *Bk.*; *subscr. om. rell.* — [16]) *Cui.*, *Theod. C.*; Crescentium *Russ. Cont. et postea rell.* — [17]) Vic. Afr. *om. Russ. Cont.* 62.; ad Cresc. Vic. Afr. *om. Hal.* — [18]) *sic inscr. Cui.*, *non tamen sine mendo*; Impp. Valent. et Theod. AA. *inscr. Hal. et rell.*; Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA. *inscr. Bk.*, *sed ms. Hfn.* Imp. Val. A. — [19]) eorum *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [20]) ante *edd. Schf. Cui.* — [21]) hoc quod iniq. *ms. Kil.* — [22]) quum mun. — relicta *om. ed. Schf.* — [23]) Iidem AAA. et Arcad. A. *Bk.*, *refragante Theod. C.* — [24]) Iidem Augusti [AA.] *inscr. Hal. Russ. Cont.* — [25]) *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; Ut quicunque *ms. Kil.*, *Azo*; Quisquis *ms. Hfn.*, *Hal. et rell.*, *var. l. ap. Azon.*; *alias incipit* Quisquis *alias* Ut quisquis, *glossa.* — [26]) *mss. Hfn. Kil. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; fertilis *addunt Hal. et rell.* — [27]) voluntarius quis conductor *Theod. C.*; qui *om. ms. Hfn.* — [28]) *ms. Hfn.*, *Theod. C.*; inveniet *Cui.*; inveniatur *edd. rell.* — [29]) praebitis *Theod. C.* — [30]) *ita impp. denotavi cum Cui.*, *qui tamen male pro* AA. *edidit* AAA.; Id. et Arch. *ms. Kil.*; Idem A. *ms. Hfn.*; Iidem Augusti [*al.* AA. *al.* AAA.] *Hal. et rell.*, *excepto Bk.*, *qui restituit* Imppp. Valent. Theod. et Arcad. AAA., *eosdem quidem*, *quos ego*, *denotans imperatores*, *sed non ita*, *quemadmodum eos denotatos fuisse codices docent.* — [31]) *Cui. Bk.*; Cyneg. P. P *om. Hal. et rell.* — [32]) *ms. Kil.*, *omnes libri Russardi*, *edd. Schf. Cui. Bk.*; desertum *ms. Hfn.*, *Cui. et rell.*; *sed* ἀγρὸν ἄπορον *Bas. Cfr. Wenck Theod. C. libri V. prior. p.* 309. *not. e.* — [33]) instruxerit *add. Theod. C.* — [34]) *mss. Hfn. Kil.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; et fertilem *Hal. et rell.* — [35]) defendatur *mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *edd. Schf. Cui.*, *at contra Theod. C.* — [36]) *ms. Gt.*, *Theod. C.*; et velut *rell.*

avita [1]) successione quaesitum sibi habeat, suis [2]) relinquat, neque eum aut promulgatione rescripti aut reverentia sacrae adnotationis quisquam a fructu impensi operis excludat. Caeterum eos, qui opimas ac fertiles possident [3]) terras aut etiam nunc sibi existimant eligendas, pro defecta [4]) scilicet portione summam debiti praesentis iubemus implere; illos [5]) etiam, qui emphyteuticario nomine nec ad plenum idoneas nec omnibus modis [6]) vacuas detinent, sic ex illis quoque, quae [7]) praesidio indigent, iustam ac debitam quantitatem debere suscipere, ut, indulto temporis spatio, post [8]) biennium decretum canonem solvendum esse meminerint. Nemo tamen qualibet meriti et potestatis obiectione submoveatur, quominus ad diacatochiae [9]) vicem defectas possessiones patrimonialis iuris accipiat, earum [10]) tributa et canonem soluturus; illud speciali observatione procurans, ut primo vicinas et in eodem territorio sortiatur, dehinc si neque finitimas neque in eisdem locis repererit constitutas, tunc demum etiam longius positas, sed in quantum fieri valet pro interiecto spatio sibimet cohaerentes, pro modo et aequitate suscipiat, ut id [11]) consensu omnium fiat, quod omnibus profuturum est. Dat. VIII. Kal. Novemb. Honorio N. P. et Evodio Conss. [12]) [386.]

8. [a]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano P. P. [13]) — Qui agros domino cessante desertos vel longe positos vel in finitimis [14]) ad privatum pariter publicumque compendium excolere festinat, voluntati suae nostrum noverit adesse responsum; ita tamen, ut, si vacanti ac destituto solo novus cultor insederit, ac vetus dominus intra biennium eadem ad suum ius voluerit revocare, restitutis primitus, quae expensa constiterit, facultatem loci proprii consequatur. Nam si biennii fuerit tempus emensum, omni [15]) possessionis et dominii carebit iure, qui siluit.

9. [b]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius Rufino P. P. [16]) — Qui fundos patrimoniales iure privato, salvo canone, susceperunt [17]), hanc omnes sine ullius exceptione personae propositam [18]) intelligant optionem, ut aut [19]) ea loca, quibus minor est soli foecunditas, cum his, ex quibus fructus uberes capiunt, suscipere et tenere non abnuant, aut [20]), si eorum refugiunt sterilitatem, opimioribus cedant. Dat. VIII. Id. Novemb. Tyro [21]), Arcadio III. et Honorio II. AA. [22]) Conss. [394.]

10. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano P. P. [23]) — Qui per potentiam [24]) fundos opimos [25]) ac fertiles occuparunt, cum quaestuosis uberibusque pro rata portione suscipiant infoecundos ex eadem substantia [26]). Dat. Non. Mart. Constantinop. Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [27]) [398.]

11. Iidem AA. Hadriano P. P. [28]) — Locorum domini intra sex menses edictis vocati revertantur. Qui si adfuerint, et propria teneant, et ea, quae ex praeterito contraxerint, debita redhibere [29]) cogantur. Sin vero [30]) impares esse earum rerum tributis propria confitentur absentia, nec adesse voluerint, penes eos, qui haec [31]) susceperint, et certum quem tributorum canonem promittunt, proprietas possessionis intemerata permaneat, ut, postquam ea exsolverint, sciant, sibi inquietudinem submovendam, nec subreptione cuiusquam competitionis loca, quae tenuerint [32]), auferenda. Quibus etiam illud indulsimus, ut ex eo tempore, ex quo primum loca, de quibus agitur, coeperint possidere, tributa poscantur. Dat. VI. Kal. Septembr. Stilicone et Aureliano Conss. [33]) [400.]

12. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Seleuco P. P. [34]) — Hac definitione sancimus, nullum possessorem neque munificum praedium pro alienis debitis vel destitutione [35]) esse retinendum [36]), neque eorum praediorum defectione [37]) praegravari, quae ex iisdem bonis, quae retinentur [38]), nequaquam esse monstrantur, ne [39]) ullis praestigiis atque commentis exactio [40]) mutiletur. Dat. prid. Kal. Februar. Ravenna, Honorio VIII. [41]) et Theodosio V. AA. Conss. [42]) [412.]

13. [e]) Iidem AA. ad Probum [43]). — Omnium praediorum actores ac domini requirantur. Quorum si

---

[a]) *l.* 12. *Th. C. V.* 15. (*ed. Haenel.*) — [b]) *l.* 34. *Th. C. V.* 13. (*ed. Haenel.*) — [c]) *hausta ex l.* 9. (8.) *Th. C. de censitor. XIII.* 11. — [d]) *hausta ex l.* 31. *Th. C. de annona. XI.* 1. — [e]) *iungendae videntur l.* 8. *C. quae res pignori. VIII.* 17. *et l.* 15. *C. de agric. XI.* 47.

[1]) habita *ms. Hfn. et ed. Schf.*, *quae varietas ad diversitatem orthographiae redit.* — [2]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; suisque *Hal. et rell.* — [3]) retinent, *et mox* aestimant *Theod. C.* — [4]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; deserta *Hal. et rell.* — [5]) eos *Theod. C.* — [6]) nec omnimodis *Theod. C.* — [7]) qui *Hal. Russ. Cont.* 62. — [8]) per *Hal.*; *sed* μετὰ διετίαν *Bas.* — [9]) diatochie *ms. Hfn.*; diacathochie *ms. Kil.*; diachathochiae *ed. Schf.*; diacatharotiae *Alciat.*, *Cont.* 62. *Sed v. l.* 1. *Th. C. X.* 16. — [10]) eorum *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.* — [11]) id *om. Theod. C.* — [12]) *Theod. C.*, *Bk.*; *subscr. om. rell.* — [13]) Orientis *ex Theod. C. ins. Bk.*; Tat. P. P. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [14]) vel finitimos *ms. Kil.*, *edd. Schf. Cui.*, *contra Theod. C.* — [15]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*; omnis *Hal. et rell.* — [16]) Orientis *ex Theod. C. ins. Bk.*; Iidem AAA. et Honor. A. *inscr. Hal. Russ.*; Impp. Theod. et Valent. AA. *inscr. Cont.* 62. — [17]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; susceperint *rell.* — [18]) *mss. Hfn. Kil. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *edd. Schf. Hal. Cui.*, *Theod. C.*; sibi *ins. Russ. et rell.* — [19]) aut *om. ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [20]) ac *ms. Hfn.* — [21]) Tyro metropoli *Theod. C.*; *cfr. l.* 2. *C. XII.* 44.; Tyri *Bk.* — [22]) AA. *om. Theod. C.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [23]) Eutych. P. P. *om. Hal. Cont.* 62. — [24]) impotentiam *Theod. C.* — [25]) optimos *mss. Hfn. Kil. Gt.*, *ed. Schf.*, *crebro vitio.* — [26]) ex eadem substantia *om. Theod. C.* — [27]) *subscr. om. Hal. Cont. Char. Pac.* — [28]) P. P. *om. Russ. Cont.* 62.; Hadr. P. P. *om. Hal.*; Adriano P. P. *Cui.* — [29]) adhibere *var. l. ap. Azon.* — [30]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; se *ins. Russ. et rell.* — [31]) haec *om. ms. Kil.* — [32]) *Hal. Cui.*; tenuerunt *rell.* — [33]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*, *sed restituerat iam Cui.* — [34]) Seleuco P. P. *om. Hal. Cont.* 62. — [35]) *Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; destinatione *ms. Hfn.*; destitutionibus *edd. Schf. Russ. et rell.* — [36]) detinendum *Theod. C.* — [37]) *liber Aured. a Char. collatus*, *Cui. Bk.*, *Theod. C. ed. Haenel.*; depetitione *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Azo.*; defunctione *Hal.*; despectione *Russ. Cont. et rell.* *Secundum Azonem alias est* petitione, *alias* deputatione, *alias* destitutione. *Glossa in ed. Schf. recenset lectiones* despectione *al.* defunctione. — [38]) retinent *Theod. C.* — [39]) nec *edd. Schf. Hal. Cui.* — [40]) actio *ms. Hfn.*, *var. l. ap. Azon.* — [41]) IX. *Bk.*, *recte secundum fastos.* — [42]) *subscr. om. Hal. Cont.* — [43]) *dignitas fortasse haurienda ex l.* 8. *C. VIII.* 17.; ad Probum *om. Hal. Russ.*; ad P.* *Cont.* 62.

si vitio probantur debita fuisse contracta, in absoluto est, ut debeat dominium commutari [1]). Dat. III. Id. Iun. Constantinop. Constante et Constantio Conss. [2]) [414.]

14. [a]) Iidem AA. Aureliano P. P. [3]) — Rura [4]) et possessiones, quas curiales quolibet pacto, publicatis apud acta provincialia desideriis suis, vel reliquerunt vel possidere alios permiserunt, penes eos, qui eas excoluerunt et functiones publicas recognoscunt, firmiter perdurabunt, nullam habentibus curialibus copiam repetendi. Dat. III. Non. Decemb. Honorio X. et Theodosio VI. AA. Conss. [5]) [415.]

15. [b]) Iidem AA. Sebasto [6]), Comiti primi ordinis. — Si quis deserta praedia, quae navalem [7]) sustinent functionem, et in desertis nunc usque [8]) remanent, sub peraequationis [9]) iure perceperit, meliore conditione in omnibus titulis convenit ea relevari, ut gravis sors navalis [10]) esse non possit pro ea, quae resederit [11]), portiuncula, quum aliis fuerit [12]) dispendiis [13]) liberata. Dat. prid. Id. Mart. [14]) Ravennae, Honorio A. XI. et Constantio [15]) II. Conss. [417.]

16. [17.] [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus Celeri, Proconsuli Africae [16]). — Iubemus, neminem curialem pro alieni territorii debitis attineri [17]), sed tantum municipem pro gleba propria conveniri. Dat. V. Kal. Mai. Ravenna, post cons. Felicis et Tauri VV. CC. [18]) [429.]

17. [16.] [d]) Iidem AA. Hermocrati P. P. [19]) — Si quis [20]) auctoritate nostri numinis [21]) de fundis patrimonialibus steriles sub certi canonis pollicitatione susceperit, firmiter eum volumus possidere, sub eiusdem tamen [22]) canonis solutione, quem nostrae maiestatis auctoritas per annos singulos solvendum esse praescripsit [23]), nullamque eos descriptionem aut [24]) adiectionem aut innovationem in posterum sustinere, quoniam nimis absurdum est, eos, qui nobis hortantibus fundos inopes atque egenos [25]) magno labore impenso aut exhausto patrimonio vix forte meliorare potuerunt [26]), utpote deceptos, inopinatum onus suscipere, illudque [27]) velut quadam circumventione deposci, quod si se daturos praescissent, fundos minime suscipere aut etiam colere paterentur. Dat. XII. Kal. [28]) Decemb. Constantinop. Theodosio A. XVIII. [29]) et Albino Conss. [30]) [444.]

Tit. LIX. [LX.]

DE FUNDIS LIMITROPHIS [31]) ET TERRIS ET PALUDIBUS ET PASCUIS [32]) LIMITANEIS VEL [33]) CASTELLORUM.

1. [e]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. [34]) ad Licinium P. P. [35]) — Tiberianus, ad possibilitatem singulorum quorumque [36]) locorum intuens, statuit certas possessiones, quae ad limitem frumenta conveherent [37]). Quocirca generali lege sancimus, Tiberiani dispositionem oportere observari [38]), amoventes, quidquid vel potentia cuiuscunque [39]) elicuit vel furtiva deprecatio, addentesque [40]), nihilominus in futurum nulli licere adversus utilem vetustatem et praesentem legem nostram importuna et respuenda reposcere [41]). Dat. XVIII. [42]) Kal. Octob. Aquileiae, Arcadio A. et Bautone Conss. [43]) [385.]

2.

---

[a]) *hausta ex l.* 6. *Th. C. de patrocin. vicor. XI.* 24. — [b]) *fons erat l.* 19. (13.) *Th. C. de senator. VI.* 2. (*ed. Haenel.*); *iungenda l. ult. tit. anteced.* — [c]) *hausta ex l.* 186. *Th. C. de decurion. XII.* 1.; *iungenda l.* 2. *C. de apochis publ. X.* 22.; *Bas. LVI.* 3. 17. (*T. VI. p.* 708.). *Caeterum seriem constitutionum, quam sequor, habent mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk., Azo, et eam flagitat temporis ratio; sequentem const. nostrae anteponunt Hal. et rell.* — [d]) *hausta ex Nov. Theod. XXXIV.*; *iungenda l.* 1. *C. de collat. donat. X.* 23. — [e]) *fortasse iungenda l.* 7. *C. de annonis. X.* 16.

[1]) computari *var. l. ap. Azon.* — [2]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; *restituit Cui.* — [3]) Aurel. P. P. *om. Hal. Russ.*; P. P. *om. Cont.* 62. — [4]) Arurae *Theod. C. ed. Haenel.* — [5]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [6]) Sebastiano, *om. dignitate, ms. Kil., Russ.*; Sebastiano, *addita dignit., Cui. (ed. Fabr.) Bk.*; *sed Cui. in ed. prima, ut nos. Scribendum videtur* Sebastio. — [7]) novalem *ms. Gt., male. Cfr. l.* 9. *Th. C. XIII.* 6., *quae nostrae iungenda est.* — [8]) huc usque *Theod. C., recte; cfr. l.* 7. *tit. anteced.* — [9]) *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.*; peraequationis, *omisso sub, Bk.*; superaequationis, *uno verbo, rell.*, *idque probat Accursius.* — [10]) *Cui. Bk.*; novalis *ms. Gt., v. not.* 7.; navis *rell.* — [11]) resedit *Hal. Cui., contra Theod. C.* — [12]) fuerint *var. l. gl. et ap. Azon.* — [13]) stipendiis *var. l. ap. Azon.* — [14]) Maii *Theod. C.* — [15]) Constantino *Cui.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [16]) *Cui., Theod. C., l.* 2. *C. X.* 22.; *Imperatores habet sed om.* Celeri Proc. Afr. *Bk.*; Imp. Valentin. A. *inscr. Hal. Russ.*; Imp. Theod. A. *inscr. Cont. et rell.* — [17]) *mss. Hfn. Kil. Gt., edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; detineri *Hal. et rell.* — [18]) *subscr. om. Hal. Cont.* — [19]) Hermogeni, *om. dignit., Russ. Cont.* 62., *quos tuetur ms. Kil.*; Orientis *addit Bk., cfr. not.* 4. *ad l.* 1. *C. X.* 23. — [20]) ex *ins. Nov. Theod.* — [21]) *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk., Nov. Theod., var. l. ap. Azon.*; nominis *rell.* — [22]) vel eiusdem tantum *Nov. Theod., male*; tantum *etiam est in ms. Hfn. Saepissime confunduntur in codd.* tamen (tm̄) *et* tantum (tm̄). — [23]) praescripserit *Hal. Cui.*; perscripserit *Nov. Theod.* — [24]) *mss. Hfn. Kil., ed. Schf., Nov. Theod.*; sive *Hal. et rell.* — [25]) ieiunos *Nov. Theod.* — [26]) potuerint *ed. Schf., Nov. Theod.* — [27]) illud quoque *Nov. Theod.* — [28]) III. Id. *Nov. Theod., quam hic non sequitur Bk., cfr. not.* 20. *ad l.* 1. *C. cit.* — [29]) XVIIII. *Nov. Theod.* — [30]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac., restituerat eam Cui.* — [31]) linitrophis *ms. Hfn.*; limitosis *var. l. gl.*; limitotrophis *Cui., recte, cfr. not. ad l.* 13. *C. XI.* 61. — [32]) *mss. Hfn. Kil., edd. Schf. Cui. Bk.*; et *ins. Hal. et rell.* — [33]) et *Hal. Russ. Cont.* 62. — [34]) *hos impp. cum Bk. restituendos censui, quos non solum flagitat subscr., sed ad quos prope accedunt Hal. Russ. Cont.* 62., *qui habent* Impp. Valentin. et Theod. AA.; Imppp. Valentin. Valens et Gratian. AAA. *Cui. Cont.* 66. *et rell.* — [35]) *in nomine Licinii inest mendum; talis enim praef. praet. hoc tempore non commemoratur. Restituendus cum Gothofr.* (*Chronol. Cod. Theod. p. CXXI.*) *videtur Principius. In suo cod. invenerat Cont.* ad Latinum. *Ab Hal. Russ. Cont.* 62. *absunt in hoc tit. ii, ad quos dctae sunt constitutt.* — [36]) quorumcunque *Hal. Cui.* — [37]) convenirent *ms. Hfn., ed. Schf.*; ad limitum frum. convenirent *ms. Kil., codd. Contii. Glossa sic docet:* „limitem *al.* limitum, *item alias* convenirent *al.* converterent *al.* conveherent." — [38]) servari *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [39]) uniuscuiusque *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; unicunque *ms. Kil.* — [40]) addentes quoque *ms. Kil.* — [41]) deposcere *Russ. in marg.* — [42]) VIII. *l* 7. *C. X.* 16., *et hunc num. restituit Gothofr. in Chronol.* (*v. not.* 35.) — [43]) *subscr., quam restituit Cui., abest ab Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

2. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Asclepiodoto, P. P. et Consuli ordinario [1]). — Quicunque castellorum loca quocunque titulo possident, cedant ac deserant, quia ab [2]) his tantum fas est possideri [3]) castellorum territoria, quibus adscripta sunt, et de quibus iudicavit antiquitas. Quodsi ulterius vel privatae conditionis quispiam in his locis, vel non castellanus miles fuerit detentator inventus, capitali sententia cum publicatione bonorum plectatur [4]). Dat. V. [5]) Non. Mart. Constantinop. Asclepiodoto et Mariniano Conss. [6]) [423.]

3. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Nomo [7]), Magistro officiorum. — Agros limitaneos universos cum paludibus omnique iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio atque arare consueverant, et si in praesenti coluntur, ab his firmiter ac sine ullo concussionis gravamine detineri, et si ab aliis possidentur, cuiuslibet spatii temporis praescriptione cessante, ab universis detentatoribus vindicatos [8]) iisdem militibus sine ullo prorsus (sicut antiquitus statutum est) collationis onere volumus assignari; in his etiam contra eos, qui praeceptionibus nostris obviam venire tentaverint, proscriptionis poena valitura. Nam si quis forte, quod minime audere debuerat, emtionis titulo memorati iuris possidet praedia, competens ei actio contra venditorem intacta servabitur. Dat. prid. Id. Septemb. Constantinop. Maximo II. et Paterio [9]) Conss. [443.]

Tit. LX. [LXI.]

DE PASCUIS PUBLICIS ET [10]) PRIVATIS.

1. [c]) Impp. Valentinianus et Valens AA. [11]) ad Rufinum P. P. [12]) — Quum nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus [13]) rei privatae pensio [14]) debeat ampliari, nequaquam pro libidine ordinum augmenta facienda sunt. Etenim idcirco graviorem pensionem imponi ab ordinibus accepimus [15]), ut animalia ex rebus privatis nostris a locorum pastibus arceantur; quod fieri non oportere, divae memoriae Iulianus prorogata [16]) iussione constituit. Quare excellens auctoritas tua, conventis provinciarum rectoribus, non eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt civitates, sed eam manere decernat [17]), quam statuit antiquitas. Dat. VIII. [18]) Kal. Octob. Lucerae, Valentiniano et Valente AA. Conss. [19]) [365.]

2. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Simplicio, Comiti et Magistro utriusque militiae [20]). Insignis auctoritas tua hac conditione a publicis pratis Apamenis [21]) animalia militum prohiberi praecipiat, ut universi cognoscant, de emolumentis eorum tuique officii facultatibus duodecim libras auri fisci commodis exigendas [22]), si quisquam posthac memorata prata mutilare tentaverit; non minore decernenda poena, si etiam prata privatorum [23]) Antiochenorum fuerint devastata; ita tamen, ut sine laesione provincialium provideant curiales, quo pacto animalium militarium pastui consulatur. Dat. V. Id. Mart. Constantinop. Honorio A. IV. et Eutychiano V. C. Conss. [398.]

3. [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Comitibus et Magistris militum [24]). — Prata provincialium nostrorum, et praecipue rei privatae nostrae [25]), perniciosum [26]) est militum molestia fatigari, ideoque lege ad amplissimam praefecturam promulgata censemus [27]), ne hoc deinceps usurpetur. Super qua re universos, quorum interest, convenire tua magnificentia non moretur, ne permittant [28]), possessores vel colonos pratorum gratia [29]) qualibet importunitate vexari. Dat. Non. Septemb. Honorio X. et Theodosio VI. AA. Conss. [415.]

TIT. LXI.

---

[a]) *l. 2. Th. C. de terris limitan. VII. 15.* — [b]) *hausta ex Nov. Theod. XXXIII.; iungendae l. 4. C. de off. mag. offic. I. 31., l. 4. C. de off. militar. iud. I. 46.; Bas. LV. 6. 3. (T. VI. p. 695.)* — [c]) *l. 2. Th. C. de pascuis VII. 7.* — [d]) *l. 3. Th. C. de pascuis. VII. 7.* — [e]) *l. 5. Th. C. de pascuis. VII. 7.; Bas. LV. 7. 3.*

[1]) Asclepiod. — ordinario, *licet restituta a Cui., absunt tamen a Cont. Char. Pac.* — [2]) *mss. Hfn. Kil. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C.*; ab *om. Russ. et rell.* — [3]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; possidere *Hal. et rell.* — [4]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; plectetur *Hal. Cui. et rell.* — [5]) V. *om. Theod. C.* — [6]) *subscr., quam restituit Cui., abest ab Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [7]) Numo *Nov. Theod.*; Nomo mag. off. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [8]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Nov. Theod.*; vindicandos *Hal. et rell.* — [9]) Paterno *Cui.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [10]) vel *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.* — [11]) *Cui. Bk., Theod. C.*; Imppp. Valentin. Theod. et Arcad. AAA. *Hal. et rell.* — [12]) ad Ruf. P. P. *om. Hal.*; ad Ruf. *om. Russ. Cont. Char. Pac.* — [13]) saltibusque *Hal. Russ. Cont.* 62. — [14]) possessio *ms. Hfn., Azo, secundum quem alias est* pensio. — [15]) accipimus *ms. Hfn., Theod. C.* — [16]) promulgata *ed. Schf., et sic fuit in ms. Hfn.* — [17]) *ms. Gt., edd. Schf. Cui.*; decernant *Theod. C.*; decernet *rell.* — [18]) IX. *Theod. C.* — [19]) *ab Hal. Russ. Cont. Char. Pac. ab hoc tit. absunt subscriptt.*; *sed omnes restit. Cui.* — [20]) *Cui. Bk., Theod. C.*; Simplic. — milit. *om. Hal.*; AA. Magist. mil. *Russ.*; ad Simplicium magist. mil. *Cont. et rell.* — [21]) *ita bene restituit Cuiac. in Obss. I. 19., eamque lect., quam Theod. C. tuetur, recepit in suam ed. trium librorum*; *secutus est Bk.*; *prope accedunt ms. Hfn., in quo est* pratis abamenis, *et ms. Bg. 1. et M. Vacar., quorum lectio est* pratis ab amenis; pratis ab amoenis *codd. Cuiacii*; pratis ac amoenis pascuis *edd. rell., quam insulsam lect. defendit Iac. Gothofr., suo more Cuiacii adversarius. Caeterum Bas. secundum Cui. (ed. Fabrot.) habent* μηδεὶς τοῖς λειμῶσιν Ἀπαμείας καταβοσκέτω, *et ita omne dubium removent.* — [22]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; exhibendas *Hal. et rell.* — [23]) aut *ins. Hal.* — [24]) Comit. et Mag. mil. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [25]) et praec. rei priv. nostr. *om. Theod. C.* — [26]) vel periculosum *addunt Russ. Cont. Char. Pac. Sp., contra mss. Hfn. Gt. et edd. Schf. Hal. Cui. Bk. et Theod. C.* — [27]) censuimus *Cui., Theod. C.* — [28]) *mss. Hfn. Gt., ed Schf., Theod. C.*; neque permittant *in omnibus Russardi*; neque permittat *Hal. et rell.* — [29]) gravi *Cui. Bk., Theod. C., sed haec lectio ad sequens* qualibet *haud bene quadrat.*

Tit. LXI. [LXII.]

DE FUNDIS PATRIMONIALIBUS ET SALTUENSIBUS ET EMPHYTEUTICIS ET EORUM CONDUCTORIBUS [1]).

1. Imp. Constantinus A. Cupito [2]). — Si quis fundos emphyteutici iuris, salva lege fisci, citra iudicis auctoritatem donaverit, donationes firmae sint, dummodo suis quibusque temporibus ea, quae fisco pensitanda sunt, repraesentare cogatur. PP. XVII. Kalend. Iul. Trevir. Constantino A. IV. et Licinio IV. [3]) Conss. [4]) [315.]

2. [a]) Idem A. ad Dracontium [5]). — Patrimonialis fundi pensitationem, seu aurariam seu frumentariam, intra tempus omissam minorum dominio non nocere praecipimus, nec ad fraudem iuris eorum accedere [6]), si, quod solemniter debetur, paulo serius [7]) inferatur; ita tamen, ut, permanente substantia parvulorum, iudex tutorem vel curatorem, per quem differtur illatio, negligentiae suae et deserti officii [8]) poenas exigat, et damna deplorare compellat.

3. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Germanianum, Comitem S. L. [9]) — Quicunque possessiones ex emphyteutico iure susceperint, ea ad refundendum uti occasione non possunt, qua asserant, desertas esse coepisse, tametsi rescripta per obreptionem meruerint. Sed nec avelli eas ab his posse, nec si licitatio ab alio fuerit promissa, sed eas in perpetuum apud eos, qui eas susceperint, et eorum posteritatem remanere, nec si super hoc rescriptum fuerit adversus eos impetratum. Dat. VIII. Kal. Octob. Mediol. Valentiniano et Valente AA. Conss. [365.]

4. [c]) Idem AA. ad Florianum, Comitem R. P. [10]) — Fundi patrimoniales et qui ex emphyteutico iure ad dominum nostram diversis generibus devoluti sunt, sic eis, qui eos poposcerint, cedunt, ut commissi metus esse non possit [11]). Neque enim magis commodamus nostra, quam tradimus ea iure dominii; ita tamen, ut ea, quae in nostra possessione positi praestiterint, et in posterum solvant [12]). Dat. Id. Mart. Treveris [13]), Valentiniano II. et Valente II. AA. Conss. [368.]

5. Imppp. Valens [14]), Gratianus et Valentinianus AAA. ad Modestum P. P. [15]) — Si qui a prioribus colonis vel [16]) emphyteuticari[i] destinatum patrimonialem fundum a peraequatore vel censitore susceperint, perpetuo eundem [17]) atque inconcusso iure possideant, nec quisquam secundus petitor accedat. Dat. IV. Non. Novemb. Gratiano A. IV. et Merobaude Conss. [377.]

6. [d]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [18]) AAA. Nebridio, Comiti R. P. [19]) — Hi, quibus patrimoniales possessiones per Asianam ac [20]) Ponticam dioecesin [21]) vel a nobis vel a divis parentibus nostris sacra largitate [22]) donatae sunt, inconcusse possideant atque ad [23]) suos posteros transmittant [24]). Quod quidem non solum in heredibus, sed etiam [25]) in contractoribus [26]) omni genere [27]) volumus custodiri. Dat. IV. [28]) Kal. April. Constantinop. Richomere et Clearcho Conss. [384.]

7. Idem et Arcadius AAA. [29]) Cynegio P. P. — Quicunque ad emphyteusin [30]) fundorum patrimonialium vel reipublicae iussu nostri numinis venerit, is, si redundantia fortunarum idoneus fuerit ad restituenda, quae desertis forte possessionibus requirentur, patrimonium suum publicis implicet nexibus. Si vero minor facultatibus probabitur, datis fideiussoribus idoneis ad emphyteusin accedat; scientibus his, quos talium rerum cura sollicitat, in se negligentiae [31]) damna, si huiusmodi cautio defuerit, esse vertenda. Dat. VI. Kal. Mai. [32]) Constantinop. Honorio NB. P. et Evodio Conss. [386.]

8. Idem AAA. Clearcho P. P. [33]) — Omnes fundi patrimoniales per Mesopotamiam et Osrhoënam [34]) provincias, quos constat divorum retro principum sanctionibus limiti deputatos, ad ius pristinum sine ullius assertionis revocentur obstaculo, praebituri omnia, quae antea impendenda necessitatibus limitis praeberi [35]) consueverant, ita ut nulli penitus audiantur, qui aut rescripto aut adnotatione dominium vel emphy-

---

[a]) *Iac. Gothofredo iungenda videtur l. 1. Th. C. de collat. fund. patrim. XI. 19.* — [b]) *Bas. LVI. 3. 8. (T. VI. p. 708.)* — [c]) *Bas. LVI. 3. 4.* — [d]) *a literis dio com. r. priv. incipit ms. Veron. et pergit usque ad finem const. seq.*

[1]) conductor. eor. *ms. Hfn., Cui.* — [2]) *Cui. Bk.*; Cypito *Sp.*; *nomen om. rell.* — [3]) *Bk.*; III. *Cui. Sp.*; *sed III. et IV. saepissime commutantur.* — [4]) *subscriptt. in hoc tit. om. Hal. Buss. Cont. Char. Pac., licet Cont. 66. et rell. praecessisset Cuiacius.* — [5]) ad Dracont. *om. Hal.* — [6]) evadere *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; accedere *alias* evadere, *glossa.* — [7]) sepius *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [8]) sui *ins. ms. Gt., ed. Schf.* — [9]) ad German. Com. S. L. *om. Hal. Buss. Cont. Char. Pac.* — [10]) *Cui., Iac. Gothofr. in Prosopogr. s. v.* Florianus, *codex Charondae*; Imppp. Valens, Grat. et Valentin. AAA., *Hal. Buss.*; Imppp. Valens, Grat. et Valentin. AAA. ad Florentium *Cont. Char. Pac. Sp.*; Imppp. Valentinianus, Valens et Grat. AAA. ad Florian. C. R. P. *Bk. Quod ad codicem illum Charondae attinet, vereor sane, ne lectio eius a possessore quodam codicis serius adscripta fuerit ex Cuiaciana editione.* — [11]) metus non esset *var. l. ap. Azon.*; ut colonis submotus esse non possit *ms. Hfn.* — [12]) dissolvant *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [13]) Treviris *Bk.* — [14]) *Valentem, quem bene restituit Cui. et recepit Bk. et tuetur ms. Hfn., om. rell.* — [15]) *Cui. Bk.*; ad Modestum P. P. *om. rell.* — [16]) vel *om. ms. Hfn.* — [17]) eodem *mss. Hfn. Gt.* — [18]) *Bk. delet* Valent. *et addit* Arcad.; *sed v. subscr. seq.* — [19]) com. r. priv. *ms. Veron. nomen et dignitas absunt ab Hal. Buss. Cont. Char. Pac.* — [20]) *mss. Veron. Hfn.*; et *edd.* — [21]) *ms. Veron.*; dioecesim *rell.* — [22]) vel a novis vel divinis parent. nostris sagra largit. *ms. Veron.* — [23]) donatae sunt concusse [*et superscriptum est in*] rint possideant, quae ad *ms. Veron.*, *mendose, ut mihi videtur.* — [24]) mittat *ms. Veron.* — [25]) etiam *om. ms. Hfn.*; et *ms. Veron.* — [26]) *mss. Veron. Gt., quidam codd. Cuiacii*; contractibus *rell.* — [27]) *mss. Veron. Hfn., omnes libri Russardi, ed. Schf.*; omnis generis *Hal. Cui. et rell.* — [28]) III. *et mox* Richome *ms. Veron., quod reliquam subscr. tuetur.* — [29]) *ita restitui secutus ms. Veron.* (Id et arc. aa.) *et Cuiacium* (Idem et Arcadius AAAA.), *censui autem* AAA. *scribendum, ut ex imperatoribus, quos habet inscr. praecedens, tantum intelligantur Valentin. et Theod*; *Hal. et rell. edunt* Idem AAA., *non iniecta mentione Arcadii.* — [30]) *edd. praeter Bk. hic et infra habent* emphyteusim, *contra ms. Veron.* — [31]) *ita correctum in ms. Veron., in quo prima manu fuit* sollicit vdi in se legentiae. — [32]) *mensis esse debet* Mart. *secundum ms. Veron., quod cum reliqua subscr. aperte convenit, licet folium deficiat.* — [33]) *Cui. Bk., sed dignitas suspecta est (cfr. Gothofr. in Prosopogr. s. v.* Clearchus); Nedearcho, *om. dignit., ex cod. edidit Buss. et receperunt Cont. et rell.* — [34]) Osroënam *Cui.*; Osroënem *Azo*; Osdroënam *Alciat., Hal. Buss. Bk.*; Osrophenam *ms. Hfn.*; hursphenam *ms. Gt.*; Sophenam *tres codd. Russardi*; Osdrochenam *Cont. et rell. Cfr Böcking. ad Not. dign. Or. p. 140.* — [35]) praebere *ms. Hfn.*

emphyteusin vel conductionem quolibet genere largitatis de nostra liberalitate meruerint [1]). Dat. prid. Kal. Mai. Constantinop. Honorio NB. P. et Evodio Conss. [380.]

9. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano P. P. [2]) — Universi cognoscant [3]), nihil privato iure, salvo canone, fundis emtis cum patrimonialibus esse commune, ita ut ad eos nunquam patrimonialium fundorum peraequator accedat; gravi mulcta [4]) feriendo eo, qui statuta nostrae clementiae ausus fuerit temerare. Dat. prid. Non. Iul. Nicaeae [5]), Honorio A. IV. et Eutychiano [6]) Conss. [398.]

10. Iidem AA. Eutychiano [7]) P. P. — Fundos patrimoniales eos duntaxat [8]), qui, salvo canone, iure privato nostra liberalitate concessi sunt, cum his patrimonialibus, qui in conditione propria constituti sunt, illustris auctoritas tua iubeat exaequari [9]), ita ut, relevato [10]), quod imminet fatigatis, et [11]) translato in eos, qui [12]) integris viribus florent [13]), adscriptio tributorum aequa lance dividatur [14]). Dat. IV. Id. April. Constantinop. Theodoro Cons. [15]) [399.]

11. Impp. Honorius et Theodosius AA. Probo, Comiti S. L. [16]) — Ius emphyteutici praedii, quod sine obligationis vinculo retentatum est, iudicio nostro immutabile [17]) perdurare praecipimus; possessionem autem, quae sine obligatione [18]) speciali fuerit vitiosa, vetustate temporis volumus [19]) adiuvari. Dat. Id. April. Ravennae, Honorio IX. et Theodosio III. [20]) AA. Conss. [409 vel 412.]

12. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Tauro P. P. et Patricio [21]). — Possessores vel emphyteuticarii patrimoniales, qui fundos minime nunc usque [22]) comparaverunt, eodem largitatis modo nequaquam ad eorum comparationem urgeantur, sed tanquam pretiis depensis, sic eis nostri numinis [23]) beneficio potiantur, ut, quod iuris alter inferendo pretium consecutus est, hoc nostra liberalitate praedictus emphyteuticarius habeat. Illud quoque [24]) ius, in quibus coluit praediis, quod aut ex successione aut ex comparatione privata aut [25]) nostri numinis liberalitate aut quocunque modo possedit, sciat illibatum intemeratumque servari; licentia eis [26]) concedenda etiam libertates [27]) mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticariis, quum fundorum sint domini, praestare. Dat. XIV. [28]) Kal. Iul. Constantinop. Areovindo [29]) et Aspare Conss. [434.]

13. [c]) Iidem AA. ad Florentium P. P. [30]) — Nulli iam in posterum licere praecipimus patrimoniales seu limitotrophos [31]) vel saltuenses [32]) fundos, qui per tractum Orientis positi sunt, ad ius transferre privatum, sive demto sive salvo canone iuris fundorum [33]) immutatio [34]) postuletur; legis temeratores quinquaginta librarum auri poena coercentes [35]), tam videlicet petitorem, quam officium, quod petitionem concedit admitti, licet adnotatio nostra, licet [36]) divina pragmatica contra vetitum proferatur. Dat. VI. Id. Iun. Constantinop. [37]) Theodosio A. XVII. [38]) et Festo Conss. [439.]

14. [d]) Imp. Anastasius A. Matroniano P. P. [39]) — Iubemus, omnes, qui in quacunque diocesi, aut [40]) quacunque provincia, vel quolibet saltu [41]) fundos patrimoniales, vel templorum, aut agonothetici [42]), seu relevatorum iugorum [43]), vel cuiuscunque iuris per quadraginta iugiter annos (possessione scilicet non

---

[a]) *a literis dis emptis incipit ms. Veron. et pergit usque ad litt. vetus in const.* 11. — [b]) *fons est* 39. *Th. C. V.* 13. (*ed. Haenel.*). *A literis tia eis concedenda incipit ms. Veron. et pergit usque ad v. patrimoniales in initio legis* 14. *h. t.* — [c]) *hausta ex Nov. Theod. IV.* — [d]) *Bas. LVI.* 3. 14. (*T. VI. p.* 708.); *iungenda l.* 4. *C. de praescript. XXX. annor. VII.* 39. *Ms. Veron. finit in v. patrimoniales, et denuo incipit a v. solventes pergitque usque ad v. durare.*

[1]) meruerunt *Hal. Cui.* — [2]) Eutych. P. P. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [3]) agnoscant *ms. Hfn.* — [4]) *etiam ms. Veron. scribit* multa. — [5]) *sic edidi ex ms. Veron., cuius diem unice verum esse docet locus additus; nam medio anno Arcadius Nicaeae constitit* (*cfr. Gothofr. in Chronol. ad h. a.*); prid. Id. Nov., *omisso loco, Cui. Sp. Bk.* — [6]) hōn. ā. et eutuchiano *ms. Veron.* — [7]) eutuchiano *ms. Veron.*; Eutych. P. P. *om. Hal.* — [8]) dumtaxat *mss. Veron. Hfn.* — [9]) iubebit exequare *ms. Veron.* — [10]) *ms. Veron.*; onere *addunt edd. Schf. Cui. Ba.*; onere rei *addunt ms. Hfn., Hal. et rell. Caeterum pro* relevato *Azo habet* revelato. — [11]) *Cui. Bk.*; transactio *ms. Hfn.*; translatio, *om.* et., *ms. Veron., edd. rell.* — [12]) in *ins. ms. Veron.* — [13]) *mss. Veron. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk.*; et *ins. Hal. et rell.* — [14]) divinantur *ms. Veron.* — [15]) theōd. ōss. *ms. Veron., quod subscriptionem tuetur.* — [16]) provo com̄. s. l. *ms. Veron.*; *nomen et dignitas abest ab Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [17]) nostro iudicio immutabile *ms. Veron.* — [18]) delegatione *alias* obligatione, *Azo.* — [19]) *mss. Gt. Bg.* 1., *Cui. ex codd. et Bas., Azo*; nolumus *ms. Hfn., edd. rell.* — [20]) *ita habet Cui., sed scribendum est aut* Hon. VIII. et Theod. III., *ut sit a.* 409., *qui est ap. Sp. Bk., aut* Hon. IX. et Theod. V., *ut sit a.* 412., *et hoc praefero, quia Probus comes sacr. larg. ad a.* 412. *commemoratur* (*cfr. l.* 24. *Th. C. VIII.* 4.), *at non ad a.* 409. — [21]) et Patricio *recte ex Theod. C. addidisse videtur Bk.* (*cfr. l.* 20. *C. I.* 3.); *nomen et dignit. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [22]) *cfr. de vv.* nunc usque *l.* 7. *C. XI.* 57., *l.* 15. *C. XI.* 58. — [23]) nominis *ms. Gt., ed. Schf., Theod. C., male; cfr. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [24]) illudque *ed. Schf., cui favet ms. Hfn.* — [25]) a *ms. Hfn., omnes veteres libri Cuiacii, qui in comment. reiicit* aut, *ed. Schf.*; *sed* aut *Theod. C., qui mox habet* nominis. — [26]) ei *Hal. Cui.*; *sed* eis *ms. Veron.* — [27]) liberalitates *ms. Veron., var. l. gl., et probat Azo, qui ait:* liberalitates, *non tamen libertates. Sed ratio decidendi, qua utitur legislator, vulgarem lect. defendit. Cfr. l.* 2. *tit. seq.* — [28]) X$\overline{\text{III}}$. *ms. Veron., sed. XIV. Theod. C., ex quo locum primus hausit Bk.* — [29]) *ms. Veron.*; Ariovindo *Theod. C*; Ariobindo *Cui. Sp.*; Areobindo *Bk.* — [30]) ad flūr. pp. *ms. Veron.*; *nomen et dignit. om. Hal.*; P. P. *om. Russ. Cont.* — [31]) *mss. Veron. Hfn. Bg.* 1., *Cui. in comment.*; limitrophos *edd., Nov. Theod.* — [32]) statuenses *ms. Veron.* — [33]) fundorum *om. Nov. Theod.*; fundo *ms. Hfn.* — [34]) imputatio *ms. Veron.* — [35]) cohercente *ms. Veron., quod melius videtur.* — [36]) *mss. Veron. Hfn. Gt., Cui., Nov. Theod.*; vel *edd. rell.* — [37]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Sp. Bk.*; *locum om. ms. Veron., Cui. in ed. prima.* — [38]) thēod. āā. VII. *ms. Veron.*; *non raro commutantur V et A.* — [39]) Matron. P. P. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [40]) in *ms. Veron.*; quac. diocesi aut *om. ms. Hfn.* — [41]) vel civitate *addunt Hal. et rell., contra mss. Veron. Hfn. Gt. et omnes libros Russardi et edd. Schf. Cui.* — [42]) agonotheci *ms. Hfn.*; agonotetici *ed. Schf.*; ἀγρὸν ἀγωνοθετικὸν *Bas.* — [43]) iugiorum *ms. Hfn., ed. Schf., Azo.*

non solum eorum, qui nunc detinent, verum etiam eorum, qui antea possederant, computanda) ex quocunque titulo vel etiam sine titulo hactenus possederunt, vel postea per memoratum quadraginta annorum spatium possederint, nullam penitus super dominio memoratorum omnium fundorum vel locorum vel domorum a publico actionem vel molestiam aut quamlibet inquietudinem formidare. Sed impositum canonem pro qualitate iuris, cuius praedia sunt vel loca, per singulos annos solventes, pro certo habeant [1]) suum esse, quod possident [2]) vel postea possederint [3]), ita ut [4]) omnibus, ad excludendam omnem quolibet modo ex [5]) publico movendam quaestionem, nudae [6]) et ex [7]) quocunque titulo vel etiam sine titulo corporalis quadraginta annorum iugis [8]) possessionis exceptio possit sufficere. Hoc etiam adiiciendo, ut illi quoque, qui ademto [9]) canone huiusmodi fundos ab initio principali iussione datos sibi fuisse confirmant, si per quadragesimos [10]) annos ademti canonis beneficium iugiter possederunt [11]), nec canonem, cuius ademtionem quadraginta (sicut [12]) dictum est) annorum possessio testatur, possint penitus profligari, eo quod nostrae pietati placuit, in utroque casu, id est tam salvo quam ademto [13]) canone, possessorum iura nostrorum [14]) in eo statu, in quo per quadragesimos [15]) (sicut dictum est) iugiter annos [16]) manserunt [17]), absque ulla innovatione durare. Dat. III. Kal. August. Constantinop. Olybrio V. C. Cons. [491.]

Tit. LXII. [LXIII.]

DE MANCIPIIS ET COLONIS PATRIMONIALIUM ET SALTUENSIUM ET EMPHYTEUTICORUM FUNDORUM.

1. [a]) Imp. Constantinus A. [18]) — Emphyteuticarios gravant coloni, agros praeter consuetudinem usurpantes, quos nullis [19]) culturis erudierunt [20]), quum solemnitas id eos [21]) attrectare permittat, quod eorum labore vel olivetis est obsitum [22]) vel vinetis [23]). Sed et irriguas fontium aquas usurpare conantur, quarum fructus solis emphyteuticariis debentur. Ideoque placuit, ut deinceps aquarum iura potestatesque [24]) penes emphyteuticarios permaneant, tantumque ex eis [25]) colonis impertiatur, quantum culturis eorum agrorum sufficere manifestum est, quos ipsi colunt. Pro modo autem superfluae irrigationis, quam ultra culturas suas usurparint, emphyteuticariis possessoribus pensiones accessionesque praebeant. PP. VII. Id. Mart. Carthagine, Constantino A. V. et Licinio C. Conss. [26]) [319.]

2. Impp. Valentinianus et Valens AA. [27]) ad Germanianum, Comitem S. L. [28]) — Libertates, quas mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticis, qui fundorum non sunt domini, praestiterint, rationales huius [29]) praecepti auctoritate rescindant. PP. XIII. Kal. Mai. Lupicino et Iovino Conss. [30]) [367.]

3. Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Postumiano [31]) P. P. — Cognovimus a nonnullis, qui patrimoniales fundos meruerunt, colonos antiquissimos perturbari, atque in eorum locum [32]) vel servos proprios vel alios colonos subrogari. Edicti itaque huius auctoritate sancimus, eos, qui deinceps aliquid huiusmodi crediderint attentandum, iisdem possessionibus esse privandos.

4. [b]) Iidem AAA. [33]) et Arcadius A. [34]) Cynegio P. P. [35]) — Super patrimonialium refectione fundorum dudum nostris est legibus constitutum, ut hi, qui eos colentes solum eorum verterant, nunc ad alia [36]) loca dirigentes [37]), nunc ad militiam convolantes, ad avitas conditiones et propria iura revocentur. Caeterum eos, qui castrensibus stipendiis otia quieta [38]) meruerunt [39]), veterani constituti, nequaquam placet tela in usum vomeris ligonisque [40]) convertere.

TIT. LXIII.

---

[a]) *fortasse iungenda l. 2. C. quae sit longa consuet. VIII. 53.* — [b]) *de legibus secund. Gothofr. iungendis cfr. not. b. ad l. 1. C. de col. Palaest. XI. 50.*

[1]) habeat *ms. Veron.*, *sed punctum est inter* a *et* t. — [2]) possidens *ms. Veron.*, *sed* t *ultimo* s *superscriptum est.* — [3]) possederit *ms. Veron.*, *superscripto* n *mutatum in* possederint. — [4]) aut *pro* ita ut *ms. Veron.* — [5]) et *ms. Veron.*, *sed correctum in* ex. — [6]) *Hal. Cui.*; nudam *ms. Veron.*; nuda *rell.*, *sed seq.* et *flagitat* nudae. — [7]) *mss. Veron. Hfn.*, *ed. Schf.*; et, *om.* ex, *ms. Gt.*; ex *om.* et *Hal. et rell.* — [8]) iuris *Russ. Cont.* 62., *contra mss. Veron. Hfn. et omnes codd. ipsius Russardi.* — [9]) dempto *Cui.*; dempacto canonem *ms. Veron.*, *correctum in* adempto canone. — [10]) *mss. Veron. Hfn. Gt.*; XL. *ed. Schf.*; quadraginta *Hal. et rell.* — [11]) iungitur (*correct. in* iugiter) possiderunt *ms. Veron.* — [12]) sic ut *ms. Veron.*, *et sic paulo post.* — [13]) depto, *correct. in* adempto, *ms. Veron.* — [14]) *mss. Veron. Hfn.*, *ed. Schf.*; nostrorum iura *Hal. et rell.* — [15]) *mss. Veron. Hfn. Gt.*; XL. *ed. Schf.*; quadraginta *Hal. et rell. Caeterum ms. Veron. hic et paulo ante* (*not.* 10.) *habet* quadragensimos. — [16]) annos *post* quadrag. *collocant Hal. et postea rell.*, *contra mss. Veron. Hfn. et ed. Schf.* — [17]) mansuerunt *ms. Veron.* — [18]) Impp. Valentin. et Valens AA. *Hal. Russ.*; Imp. Const. A. *ms. Hfn. Fortasse addendum* ad Proculum Procons. Africae, *ad quem plures constitutt. hui. anni exstant*; *nostra enim proposita est Carthagine.* - [19]) cunctis *var. l. ap. Azon.* — [20]) erudierint *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [21]) id eos *al.* ideo, *Azo*; ideo eos *ms. Hfn.* — [22]) *ms. Hfn.*, *omnes libri Russardi*, *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Azo*; obstitutum *ms. Gt.*; institutum *var. l. ap. Azon.*; insitum *Hal. et rell.* — [23]) vineis *Hal. Cui. Bk.* — [24]) ius potestatesque *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; ius potestasque, *et mox* permaneat, *Hal. Cui. Bk.* — [25]) ex eis *om. ed. Schf.*; eis *om. mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi.* — [26]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*, *restit. Cui.* — [27]) *Cui. Bk.*; Imppp. Valens, Grat. et Valentin. AAA. *Hal. et rell.*, *serie nominum in nonnullis immutata*; *eaque nomina adeo retinuerunt ii*, *qui inscriptionem reliquam et subscriptionem ex ed. Cui. supplerent.* — [28]) Germ. Com. S. L. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*, *restit. Cui.* — [29]) huiusmodi *ms. Hfn.* — [30]) *Cui. Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [31]) *Cui.*; Posthumiano *Sp. Bk.*; Post. P. P. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [32]) loco *ms. Hfn.* — [33]) *scr.* AA., *ut tantum Valent. et Theodos. intelligantur.* — [34]) *Cui.*; et Arcad. A. *om. rell.* — [35]) Cyneg. P. P. *om. Hal.*; P. P. *om. Russ.* — [36]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *edd. Schf. Cui.*; se *ins. Hal. et rell.* — [37]) diligentes *ms. Gt.*, *idque praefert Cui. in comment.* — [38]) etiam *ins. ms. Hfn.*, *v. not. seq.* — [39]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; iam *ins. Russ. et rell.* — [40]) et ligonis *Hal. Cui.*

Tit. LXIII. [LXIV.]

DE FUGITIVIS COLONIS PATRIMONIALIBUS ET EMPHYTEUTICIS ET SALTUENSIBUS [1]).

1. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [2]) AAA. . . . . P. P. [3]) — Quicunque parvuli ex municipibus vel colonis patrimonialibus vel [4]) saltuensibus, quorum tamen avi ac patres implicati huiusmodi functionibus fuerint [5]), conniventia militaris officii ad stipendium castrense vel officia diversa transierint, ad munera patriae vel ad [6]) agrorum cultus, conventis ducibus, tribunis ac praepositis, revocentur, neque his stipendia [7]) prosint.

2. [b]) Iidem AAA. [8]) Cynegio P. P. — Quisquis colonum patrimonialem aut sollicitatione susceperit aut occultatione celaverit, non solum ipsum restituere, sed etiam libram auri poenae nomine inferre cogatur. PP. [9]) VIII. Kal. Novemb. Constantinop. Honorio N. P. et Evodio Couss. [10]) [386.]

3. Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Anthemium P. P. [11]) — Cuiuscunque adnotationis vel oraculi, dudum impetrati vel postea eliciendi, auctoritate submota, omnes, quos patrimonialium agrorum vinculis fortuna tenet adscriptos, sub quibuslibet gradibus militantes, ad provinciae moderatoris iudicium illico sub idonea intercessione mittentur.

Tit. LXIV. [LXV.]

DE COLLATIONE FUNDORUM PATRIMONIALIUM ET EMPHYTEUTICORUM [12]).

1. [c]) Imp. Constantinus A. ad Proculum, Proconsulem Africae [13]). — Emphyteuticarii possessores, qui mansuetudinis nostrae beneficio ad extraordinaria minime devocantur munera [14]), sicut caeteri provinciales obsequium suum muniendis itineribus impendant. Nulla enim ratione debent ab [15]) hoc, quod in commune omnibus profuturum est, seiungi [16]). PP. Non. Mai. Carthagine [17]), Constantino A. V. et Licinio Couss. [18]) [319.]

2. [d]) Idem A. ad Catulinum, Proconsulem Africae [19]). — Patrimoniales fundos extraordinariis oneribus vel mediae aut tertiae portionis obsequiis fatigari non convenit, quum eosdem et auri speciem et frumenti plurimum modum constet persolvere; ita ut, qui violare statuta tentaverit, puniatur. PP. VI. Kal. Septemb. Carthagine [20]), Constantino A. V. et Licinio [21]) Couss. [319.]

3. [e]) Imp. Iulianus A. [22]) — Omnes, qui patrimoniales fundos sive communiter sive ex asse retinent, pro his conveniendi sunt ad universorum munerum ad eosdem fundos pertinentium pro rata portione vel in solidum functiones, sicut unumquemque privatorum necessitas publicae pensitationis adstringit. Dat. V. Kal. April. Mamertino et Nevitta Couss. [23]) [362.]

4. [f]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Germanianum, Com. S. L. [24]) — Placuit, ut emphyteuticorum fundorum patrimonialiumque possessores, quo voluerint [25]) tempore, et quantum habuerint pensionis paratum (dummodo non amplius, quam in tribus per singulos annos vicibus) officio rationalis assignent, ac de suscepto ab eodem securitatem eodem die pro more percipiant, modo ut intra Ianuariarum Idum diem omnis summa ratiociniis publicis inferatur; gravissimae poenae subdendo officio, si cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquam numerum trinae [26]) illationis excedat) solutionem facere gestienti negaverit susceptionis officium, vel si moram fecerit in chirographo securitatis edendo. Super quo possessores apud curatores [27]) vel magistratus, aut quicunque in locis fuerint [28]), qui conficiendorum actorum habeant potestatem, conveniet [29]) contestari, ut et de officii insolentia constet, in quod [30]) exercenda vindicta est, et his possit esse consultum. Dat. XIV. Kal. Iun. Remis, Gratiano N. P. et Dagalaipho Couss. [31]) [366.]

5. [g]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae P. P. [32]) — Per omnes provincias patrimonialium fundorum ab ordinariis iudicibus canon exigatur, et quicquid exactum fuerit, dirigatur. Sciant vero memorati iudices, nihil sibi ex privatae rei canone, vel ex [33]) eo, quod ex iisdem titulis contigerit [34]), ad necessitates alias transferendum [35]), nisi maluerint [36]), gravissima severitate eorum [37]) licentiam coerceri. Dat. XVI. Kal. Iun. [38]) Mediol. Theodoro Cons. [39]) [399.] TIT. LXV.

---

[a]) *fortasse iungenda l.* 113. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [b]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de fugit. col.*; *iungenda l.* 10. *C. de agric. XI.* 47. — [c]) *l.* 1. *Th. C. de itinere mun. XV.* 3. — [d]) *l.* 1. *Th. C. de extraord. mun. XI.* 16. — [e]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de collat. fundor. XI.* 19. — [f]) *l.* 20. *Th. C. V.* 13. (*ed. Haenel.*) — [g]) *l.* 3. *Th. C. de his quae ex publ. collat. XII.* 9.; *geminata est l.* 3. *C. eod. X.* 73.

[1]) *edd. Schf. Cui.*; et emphyt. vel saltuens. *ms. Hfn.*; saltuens. et emphyt. *edd. rell.* — [2]) *Cui.*; Imppp. Valent. Theod. et Arcad. *Hal. et rell.*; *sed* Imp. Grat. A. *ms. Hfn.*, *in quo secundum morem eius cod. nomen est primi ex imperatoribus.* — [3]) *Cui.*; P. P. *om. rell.*, *et fortasse recte*, *cfr. not. a.* — [4]) aut *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; ut *ms. Hfn.* — [5]) suplicantes ab huiusm. funct. fugerint *ms. Hfn.* — [6]) ad *om. mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [7]) data *ins. Hal. Russ. Cont. et postea rell.*, *contra mss. Hfn. Gt. et omnes libros Russardi et edd. Schf. Cui. In comment. Cui. ait: additur in quibusd. codd.* data, *quod ex subscriptione est.* — [8]) *scrib.* Iidem et Arcadius AAA., *ut in l.* 7. *C. XI.* 61. — [9]) Dat. *Theod. C.* — [10]) *subscr. om. Hal.* — [11]) ad Anthem. P. P. *restit. Cui.*, *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [12]) *Cui. Bk.*, *quos tuetur ms. Hfn.*; emphyteuticariorum *edd. rell.* — [13]) ad Procul. Proc. Afr. *om. Hal. Cont. Char. Pac.* — [14]) devocentur, *om.* munera, *Theod. C.* — [15]) ad *Sp.*, *vitio typ.* — [16]) est, esse seiuncti *Theod. C.* — [17]) Carthagini *Cui.* — [18]) *subscr. om. Hal. Cont. Char. Pac.* — [19]) *Theod. C.*; *sic etiam Bk.*, *qui scrib.* Catullinum; ad Catullinum PP. Africae *Cui.*; ad Ovinium *Cont. Char. Pac Sp. Verum et Russ. in cod. invenit* ad Catulinum, *et sic edidit.* — [20]) Carthagini *Cui.*; Karthagini *Char. Pac.*, *Theod. C.* — [21]) C. *ins. Bk. ex fastis. Subscr. om. Hal. Cont.* — [22]) *Bk.*, *Theod. C. ed. Haenel. lacunae signum addunt.* — [23]) *subscr. om. Hal.* — [24]) *Theod. C. Bk.*; ad Germanum *Cui. Sp.*; *nomen et dignitas absunt a rell.* — [25]) quo potuerint *ins. Theod. C.* — [26]) *mss. Hfn. Gt.*, *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; ternae *edd. Schf. Hal. et rell.* — [27]) *sic recte ex Theod. C. restituit Bk.*; possessores aut procuratores *rell.*, *sine sensu.* — [28]) fuerit, *et mox* habeat, *Theod. C.* — [29]) *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; conveniat *Hal. et rell.* — [30]) *ms. Gt.*, *Cui.*, *Azo*, *Theod. C.*; in quo *ms. Hfn.*, *edd. rell.* — [31]) *Theod. C.*, *Bk.*; *subscr. om. rell.* — [32]) Messalae P. P. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [33]) ex *om. Theod. C.* — [34]) exegerint *Theod. C. et l.* 3. *C. X.* 73., *quod mavult Cui. in comment.* — [35]) transferre licere *Theod. C. et l.* 3. *C. cit.* — [36]) malint *Theod. C. et l.* 3. *C. cit.*; malunt *ms. Hfn.*; maluerit *Cui. in ed. prima.* — [37]) suam *Theod. C. et l.* 3. *C. cit.* — [38]) *Cui.*, *Theod. C.*, *l.* 3. *C. cit.*; VI. Kal. Iul. *Sp. Bk.* — [39]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

Tit. LXV. [LXVI.]

DE FUNDIS REI PRIVATAE ET SALTIBUS DIVINAE DOMUS.

1. [a]) Impp. Constantius et Constans AA. ad edictum Constantinopolitanorum [1]). — Universi cognoscant, has possessiones, quas de fisco nostro comparaverunt seu comparant [2]), nullo a nobis iure retrahi, sed propria firmitate possessas etiam ad posteros suos dominii perpetui [3]) durabilitate dimitti. Dat. prid. Id. Antiochiae, Marcellino et Probino Conss. [4]) [341.]

2. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Florianum, Com. R. P. [5]) — Hi, quos commoditas privatae rei praediorum ad ea postulanda sollicitat, adeant tuae dicationis [6]) officium, et modum suae deliberationis indicent per libellos, certumque habeant, quod unaquaeque villa cum eo onere [7]) vel forma, cui nunc habetur obnoxia, ad novi domini iura migrabit [8]), ut [9]), si quid adiecerit sumtus, cura [10]), sollertia, quicquid [11]) mancipiorum vel pecoris [12]) accreverit, capitationis aut canonis augmenta non patiatur, sed solis dominis heredibusque dominorum sit cessura felicitas. Si quis autem in annis singulis non solverit debitum, ex re ipsius [13]), quod in reliquis remansisse claruerit, sine aliquibus dependere cogetur [14]) induciis. Sane si quem postea minus idoneum factum esse constabit [15]), nec ita, ut expedit, rationem reddere pensionis [16]), res, quas [17]) ex nostris rebus acceperat, ad alium idoneum iure, quo [18]) sanximus [19]), transferentur; nec tamen decoctoris [20]) cuiusque [21]) reliquis, qui novus accedit, onerabitur [22]).

3. Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. [23]) ad Hesperium, Proc. Africae [24]). — Quicunque possessionem rei privatae nostrae acceptam suo nomine vel iure perpetuo [25]) vel titulo conductionis ei crediderit esse tradendam, qui pensare utilitatem [26]) patrimonii nostri solvendo non valeat, is pro eo, quem succedaneum subrogavit, perpetuae solutioni statuatur obnoxius.

4. Iidem AAA. [27]) ad Nebridium, Com. R. P. [28]) — Universi [29]) fundi templorum ad rationalium rei privatae sollicitudinem curamque pertineant, atque ab his, anniversariis [30]) solutionibus postulatis, peculiari (ut semper fuit) studio defendantur.

5. Iidem AAA. [31]) ad Nebridium. . . . . [32]). — Usus aquae, quae [33]) fundorum nostrorum utilitatibus serviebat, plurimorum dicitur usurpatione sublatus, idque procuratorum conniventia vel dissimulatione [34]) perfectum, ut agrorum fertilitas destituta nullos fructus cultoribus praestet. Quia igitur satis iniustum est, statum florentis ante patrimonii aridae sitis molestia fatigari, ad meatus pristinos universum aquae motum, temporis praescriptione submota, praecipimus revocari.

6. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Vincentio, P. P. Galliarum [35]). — Eum, qui collegio vel curiae [36]) vel burgis caeterisque corporibus per triginta annos sine interpellatione servierit, res dominica vel intentio privata non inquietabit, si colonatus vel [37]) inquilinatus quaestionem movere tentaverit; sed in curia [38]) vel in corpore, in quo servierit, remaneat. Dat. III. Kal. Iul. Mediolano, Stilichone et Aureliano Conss. [39]) [400.]

7. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Eudoxium, Comitem R. P. [40]) — Nemo demto [41]) canone ad comparationem dominicae possessionis accedat. Quodsi quis in posterum ad interdictum contractum accesserit, eum volumus pretia perdere [42]) perpetuo, nec expensarum vel melioratae rei fructuum [43]) exactioni compensationem opponere, nec temporis sibimet contra nostra [44]) commoda praescriptione, excepto vetustatis auxilio, blandiri. Palatinum etiam officium, si quoquo [45]) modo contractus eiusmodi fuerit celebratus, vel si talem petitionem instruxerit, quinquaginta pondo auri poenae nomine inferre privato nostrae mansuetudinis [46]) aerario. Nulla liberali-

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. V.* 14. (*ed. Haenel.*); *Bas. LVI.* 15. 1. (*T. VI. p.* 736.) — [b]) *hausta ex l.* 4. *Th. C. V.* 14. (*ed. Haenel.*) — [c]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de his qui condit. propr. XII.* 19.; *iungenda l.* 14. *C. de agricol. XI.* 47., *ad quam v. notam.* — [d]) *hausta ex Nov. Theod. XXVII.*; *Bas. LVI.* 15. 7.

[1]) *Theod. C.*, *Bk.* (*cfr. Wenck. ad h. l.*); Impp. Constantinus et Constans AA. ad Heliodorum *Cui. in ed. prima*; Impp. Constantinus et Constans AA. Edictum ad populum *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Imp. Constantini edictum ad Constantinopolitanos *unus cod. Contii*; Imp. Constantinus A. *Hal. et rell.* — [2]) nostro comparasse noscuntur *Theod. C.* — [3]) perpetis *Theod. C.*; *Haenel vitio typ. habet* domini. — [4]) *Theod. C.*, *Bk.*; *subscr. om. rell.* — [5]) *Cui. Sp. Bk.*, *Theod. C.*; ad Flor. C. R. P. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [6]) *ms. Hfn.*, *Cui.*, *var. l. gl.*, *Theod.*; dignationis *edd. Schf. Hal. et rell.* — [7]) cum ea dote *Theod. C.* — [8]) migraverit *Theod. C.*; migraverint *ms. Hfn.*; migrabat *ed. Schf.* — [9]) ut *om. Theod. C.* — [10]) *mss. Hfn. Gt.*, *Theod. C.*; vel *ins. edd.* — [11]) si quid *Hal. Cui.*, *non* quicquid. — [12]) pecorum *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [13]) e re ipsius cetera *Theod. C.* — [14]) cogatur *Hal. Cui.*, *contra Theod. C.* — [15]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; constet *Russ. et rell.* — [16]) potest *addit ed. Schf.*; ratio reddere pensiones potest *ms. Gt.* — [17]) quam, *et mox* transferetur, *ms. Hfn.* — [18]) quod *ms. Hfn.* — [19]) *ms. Hfn.*, *Cui.*; sancimus *rell.* — [20]) decoctionis *Hal.*, *Cui. in ed. prima.* — [21]) cuiuscunque *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.* — [22]) onerari [honerari] *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; *infinitivum agnoscit Azo.* — [23]) *Cui. Bk.*; *Theodosium om. Hal. et rell.* — [24]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; ad Hesperium, *om. dignit.*, *Cui. in ed. prima*; *nomen et dignit. om. Hal. et rell.* — [25]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*; et *vix aliunde quam ex vitio typ. ins. Cont.* 71., *quem sequuntur Char. Pac. Sp.* — [26]) utilitates *mss. Hfn. Gt.* — [27]) *Cui. Bk.*; Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA. *Hal. Russ.*; Iidem *Cont. Char. Pac.*; Iidem AA. *Sp.*, *et sic in cod. Russardi.* — [28]) *Cui.* (*ed. Fabr.*) *Bk.*; ad eundem *Cui. in ed. prima*; ad Ceperium *codex Russardi*; ad Orebium *Cont. Char. Pac. Sp.*; *nomen et dignit. om. Hal. Russ.* — [29]) *Accurs. ad initium hui. const. notat*, *quosdam hic habere rubricam superiorem.* — [30]) universariis *Russ. Cont.* 62. — [31]) *Cui. Bk.*; Impp. Arcad. et Honor. AA. *Hal. Russ.*; Iidem *Cont. Char. Pac.*; Iidem AA. *cod. Russardi*, *Sp.*; *fortasse* Iidem AA. et Arcad. A., *cuius lect. indicium est in ms. Hfn.* Idem. ac. — [32]) *Cont. Char. Pac. Sp.*; ad eundem *Cui.* (*ed. Fabr.*); ad Nepidium *Cui. in ed. prima*; ad Nepotium *cod. Russardi*; ad Nebridium Com. R. P. *Bk.*; *nomen et dignit. om. Hal. Russ.* — [33]) qui *Hal. Cui.* — [34]) Simulatione *var. l. ap. Azon.* — [35]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; Iidem Augusti *Hal. Russ.*; Imp. Arcadius *nihilque praeterea Cont. et rell.* — [36]) qui curiae vel collegio *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.* — [37]) colonatus quis aut *Theod. C.* — [38]) incuria, *uno verbo*, *Sp. vitio typ.* — [39]) *subscr. om. Hal. Cont.* — [40]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *Cont.* 76. *Bk.*, *Nov. Theod.*; ad Eudox. C. R. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; Com. R. P. *om. rell.* — [41]) adempto *Nov. Theod.* — [42]) fundos reddere *addit Nov. Theod.*, *tuentur Bas.* — [43]) fructum *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *var. l. gl.* — [44]) nostra *om. Nov. Theod.*, *a qua et mox absunt* exc. vetust. aux., *quippe quae addita videntur ex l.* 14. *C. XI.* 61. — [45]) si *om. Hal.*; quo *Nov. Theod.* — [46]) maiestatis *Nov. Theod.*

liberalitate nostrae clementiae, nulla sanctione contra tanta rei privatae commoda valitura, licet adnotatio vel divina pragmatica sit, quae contra vetita canonem vendere [1]) concedit [2]), vel poenam palatino remittat officio. Dat. XIII. Kal. Iun. Constantinop. Anatolio V. C. Cons. [3]) [440.]

Tit. LXVI. [LXVII.]

DE FUNDIS ET SALTIBUS REI DOMINICAE [4]).

1. Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Drepatium, Comitem R. P. [5]) — Si quis ovium vel equarum [6]) greges in saltus rei dominicae [7]) alienus immiserit, fisco illico vindicentur. Quodsi venalis procuratorum conniventia, ut id [8]) deinceps tentetur, admiserit, eos gravissimo iubemus supplicio subiacere.

2. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Paulum, Comitem dominicae rei [9]). — Si qua [10]) loca ad sacrum dominium [11]) pertinentia cuiuslibet temeritas occupaverit [12]), secundum veteris census fidem in sua iura retrahantur [13]); rescriptis per obreptionem impetratis et praescriptione longi temporis et novi census praeiudiciis [14]) in hac causa submovendis. Neque enim aut precatio colorata aut incubatio diuturna aut novella professio proprietatis nostrae privilegium abolere potuerunt. Dat. V. Kal. April. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [15]) [396.]

Tit. LXVII. [LXVIII.]

DE AGRICOLIS ET MANCIPIIS DOMINICIS VEL FISCALIBUS SIVE REI PRIVATAE [16]).

1. [b]) Imp. Constantinus A. ad Constantium [17]) P. P. — Nullus omnino originalis colonus rei privatae nostrae ad aliquos honores vel quaelibet alia civitatis munera devocetur. Non [18]) enim, civitatum ordinibus et caeteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus, ad haec suprema praesidia iniuriosa [19]) nominatione [20]) descendendum est.

2. [c]) Idem A. Ianuario [21]). — Colonos nostros, qui privati sunt, vel ad rationicinia gerenda vel ad colendos agros idonei, retrahi iubemus ac tantum colendis nostris rebus addici, quin etiam in posterum observari, ne quis eorum rem privatam cuiusquam gerendam aut aliquid administrandum [22]) suscipiat.

3. [d]) Idem A. [23]) ad Equitium, Magistrum equitum et peditum [24]). — Servi atque coloni, eorum etiam [25]) filii vel nepotes, vel [26]) quicunque de fundis ac possessionibus nostris clanculo ad officia convolaverint diversa, reddantur [27]), etiamsi armatae habuerint sacramenta militiae. Nos enim etiam eos discingi [28]) iubemus ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.

4. [e]) Idem A. [29]) ad Florianum, Comitem R. P. [30]) — Ex ingenuo et colonis ancillisque nostris natos natasve origini, ex qua matres eorum sunt, facies deputari [31]).

5. [f]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio P. P. — Dominicos colonos neque ad descriptionem patimur devocari, neque extraordinarias pati functiones, maxime quum adversus consuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

6. [g]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Valerio, Comiti R. P. [32]) — Quoties alicui colonorum agrum privati patrimonii nostri placuerit venumdari, non unus tantum, qui forte consortibus suis gravis

---

[a]) *hausta ex l.* 15. *Th. C. de iure fisci. X.* 1., *quae iam relata fuit in l.* 3. *C. ne rei domin. vel templ. VII.* 38. — [b]) *secundum Iac. Gothofr. fortasse cohaeret cum l.* 11. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [c]) *fortasse iungenda l.* 5. *C. de servis fugit. VI.* 1. — [d]) *Iac. Gothofr. iungit legem* 8. *Th. C. de re militari. VII.* 1. — [e]) *iungo legem* 2. *C. de bonis libertor. VI.* 4.; *Bas. LV.* 11. 4. (*T. VI. p.* 696.) — [f]) *de legibus fortasse iungendis cfr. not. b. ad l.* 1. *C. de colon. Palaest. XI.* 50. — [g]) *hausta ex l.* 9. *Th. C. V.* 14. (*ed. Haenel.*), *quae lacunosa exstat.*

[1]) vendi *Nov. Theod.* — [2]) concedit *et mox* remittit *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf.*; concedet — remittet *Nov. Theod.*; concedat — remittat *Hal. et rell.* — [3]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [4]) tamiacae *Hal.*; *cfr. tit.* 68. *hui. lib.*, *et not.* 7. *infra.* — [5]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *Bk.*; ad Dripatium, *om.* C. R. P., *Sp.*; ad Drepat., *iisdem omissis*, *Cui. in ed. prima*; ad Drep. C. R. P. *om. Hal. et rell. Scribendum suspicor* Drepanium, *ut Theod. C. IX.* 42. 13. — [6]) *alias* equorum, *Azo.* — [7]) tamiacae *Hal.*, *quem sequitur Cui.*, *quod miror*, *quum codd. adhuc cogniti omnes* dominicae *defendere videantur. Sed dormitasse Cuiacium censeo, quum in hac l.* 1. *non corrigeret, quod respuerat in rubrica, et quod nec agnoscit in comment.*; *cfr. not.* 11. — [8]) id *om. ms. Hfn.* — [9]) Impp. Theod. et Valentin. AA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62.; *dignitas abest a Theod. C.*; *alias* domorum, *non* domin. rei, *Cont. in marg.*; *cfr. not.* 21. *ad l.* 3. *C. VII.* 38. — [10]) usquam *ins. Theod. C.*, *l.* 3. *C. cit.* — [11]) tameium *Hal.*, *ad quam lect. Cui. in comment. sic scribit*: „*nescio quid moverit Haloandrum, ut hoc loco pro* dominium, *quod paulo post proprietas vocatur, scriberet* tameium *et in rubrica* tamiacae *pro* dominicae.“ — [12]) occupavit *ms. Hfn.*, *Theod. C.*, *l.* 3. *C. cit.* — [13]) retrahentur *Theod. C.* — [14]) praeiudicio *ms. Hfn.*, *quod probo.* — [15]) *subscr. om. Hal. Cont.* — [16]) *omnes codd. Russardi*, *codex Contii*, *edd. Schf. Cui. Bk.*; *prope accedit ms. Hfn.*, *in quo est* fiscalibus sue rei private; fiscal. rei publicae vel privatae *Hal. et rell.* — [17]) *sic recte nomen exscripsit Bk.*; Const. *Cui.*; ad Const. P. P. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [18]) nec *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [19]) incuriosa *ms. Hfn.* — [20]) nominatione *al.* denominatione *al.* terminatione, *glossa. Apud Azon. sic habetur*: „denominatione *vel* nominatione. Dominatione. *In libro M. cancellatum est.*“ — [21]) *Cui. in ed. prima*; Ianuario Comiti Orientis *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Ianuario P. P. *Russ. ex cod.*, *quem sequuntur Cont. et rell.*; *nomen et dignitas absunt ab Hal. Hic* Ianuarius (*sive* Ianuarinus) *sine dignitate obvenire solet*, *cfr. l.* 5. *C. VI.* 1., *l.* 2. *C. VII.* 13., *l.* 1. *C. IX.* 25., *l.* 2. *C. IX.* 40.; *praef. urbi dicitur in l.* 2. *C. IX.* 42. — [22]) ministrandum *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [23]) *Valentiniano et Valenti hanc const. tribuit Gothofr.*; *cfr Prosopogr. s. v.* Equitius, *et not.* 29. *ad l. seq.* — [24]) et redituum *Russ. ex cod.*, *Cont.* 62. — [25]) *Hal. Cui. Bk.*; etiam eorum *ed. Schf.*; eorumque *ms. Hfn.*; et eorum *rell.* — [26]) vel *om. mss. Hfn. Gt.*, *quod probo.* — [27]) recidantur *ms. Hfn.* — [28]) disiungi *ms. Hfn.* — [29]) *ms. Hfn.*, *cod. Russardi*, *Cui.*; Iidem AA. *cod. Iac. Gothofredi* (*cfr. Prosopogr. s. v.* Florianus), *nempe Valentinianus et Valens*, *quibus etiam antecedentem const. tribuit Gothofr.*; Imppp. Grat. Valentin. et Theod. AAA. *Hal. et rell. Equidem probo Gothofredum.* — [30]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *Bk.*; ad Florentinum *Cui. in ed. prima*; ad Florum *Russ. in marg. ex cod.*, *Cont. et rell. Cfr. supra VI.* 4. 2. — [31]) *hauriri posse videtur subscr. ex l.* 2. *C. VI.* 4. — [32]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *Bk.*; Valerio P. P. *Cui. in ed. prima*, *Sp.*; *nomen et dignit. om. rell.*

gravis ac molestus exsistat, sed alii quoque duo vel plures ex simili origine ac iure venientes in supradicta emtione socientur. Dat... Dec. [1]) Constantinopoli, Theodosio... et Valentiniano... Conss. [2]) [426?]

Tit. LXVIII. [LXIX.]

DE PRAEDIIS TAMIACIS [3]) ET DE HIS, QUI EX COLONIS DOMINICIS [4]) ALIISQUE LIBERAE CONDITIONIS PROCREANTUR.

1. Imp. Zeno A. Chryseroti, Praeposito sacri cubiculi [5]). — Si liber colonus vel colona libera tamiaco vel tamiacae matrimonii iure copuletur, filii vel filiae ex huiusmodi contubernio procreati vel procreatae colonis dominicis annectentur. Sin [6]) autem adscriptitius vel servus alienus colonam vel ancillam dominicam [7]) ducat [8]) uxorem, vel adscriptitia vel ancilla colono vel servo nubat dominico [9]), et ex huiusmodi coniunctionibus nati sunt liberi, veterum legum ius tenere sancimus.

2. Idem A. Sebastiano P. P. [10]) — Meminimus pragmaticam sanctionem [11]) iussisse, fundos tamiaci iuris in provinciis positos, nec non etiam possessiones Gonatici [12]) saltus sub certa forma (salvo scilicet canone et tributariis collationibus iisdem praediis impositis) volentibus distrahi, quatenus, quicquid ex pretiis memoratorum fundorum possit restitui, publico inferatur. Sed licet per eandem sanctionem huiusmodi venditionum contractibus plenissima delata sit cautio, attamen, perpetuae emtionis securitati consulentes, huius etiam perpetuae constitutionis auctoritate muniri eosdem emtores praecipimus.

Tit. LXIX. [LXX.]

DE DIVERSIS PRAEDIIS URBANIS ET RUSTICIS [13]) TEMPLORUM ET CIVITATUM ET OMNI REDITU CIVILI.

1. [a]) Imp. Iulianus A. Attico [14]). — Pro aedibus, quas nonnulli in solo reipublicae exstruxerunt [15]), placitam praestare pensionem cogantur.

2. [b]) Idem A. Secundo P. P. [16]) — Pamphyliae [17]) etiam civitates et quaecunque aliae, quicquid sibi acquirant, id firmiter habeant.

3. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Hadriano, Com. S. L. [18]) — Restaurationi moenium publicorum tertiam portionem eius canonis, qui ex locis fundisve reipublicae annua praestatione confertur, certum est satis posse sufficere. Dat. VIII. Id. Aug. [19]) Olybrio et Probino Conss. [395.]

4. [d]) Iidem AA. Caesario P. P. [20]) — Eos, qui auctione [21]) prima fundorum iuris patrimonialis sive templorum possessores effecti sunt vel fuerint, firmum dominium tenere decernimus, ne [22]) ulterius vacillet uniuscuiusque possessio; sed teneat quisque ius proprium, quod dato pretio roboratum est vel fuerit.

5. [e]) Impp. Valentinianus et Martianus AA. Palladio, P. P. Orientis [23]). — Si qui ex titulo donationis vel ex emtione [24]) sive ex [25]) alio quolibet titulo possessiones vel domus vel ergasteria iuris duntaxat civilis, quae huius iuris esse vere probantur [26]), cuiuslibet [27]) civitatis, et praecipue huius aeternae urbis, cui maiorem debemus favorem, tam civilis (ut dictum est) iuris, quam etiam agonothetica possessiones a [28]) consulatu Ausonii et Olybrii, demto civili canone, acceperunt, eos impositum eis [29]) canonem iuxta fidem publicorum monumentorum civitatis [30]), ad quam eaedem res pertinuerint [31]), praebere iubemus [32]). Nam si privati iuris [33]) debita non patimur denegari,

---

[a]) *Gothofr. iungendam suspicatur leg.* 9. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1. — [b]) *Gothofredo iungenda videtur l.* 1. *Th. C. de locat. fundor. X.* 3. *aliaeque Theod. C. leges.* — [c]) *hausta ex l.* 35. *Th. C. V.* 13. (*ed. Haenel.*), *non ex l.* 33. *de oper. publ. XV.* 1., *quod voluit Gothofr. et haud dubie placuerat Cuiacio; Bas. LV.* 13. 11. (*T. VI. p.* 696.). — [d]) *hanc leg. om. Azo; Bas. LV.* 13. 4. — [e]) *hausta ex Nov. Martiani LXXXIII.; Bas. LV.* 13. 5.

[1]) Dec. *om. Bk.* — [2]) *Theod. C., Bk.; subscr. om. rell.* — [3]) tamiaticis *ms. Hfn. Glossa ait:* „*Quidam dicunt debere scribi* De praediis dominicis, *non* tamiacis, *in hac rubr.*“ *Cfr. Alciat. ad h. l. et Nov.* 20. *c.* 2. *et Nov.* 30. *c.* 1. — [4]) tamiacis *Hal.* — [5]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Chiseroti P. P. *Cui. in ed. prima Cont.* 66. *et rell., sed Cont. cancellis notat nomen et dignitatem, inque margine testatur, in suo cod. pro inclusis haberi* proposito sacri; *nomen et dignit. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [6]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; si *rell.* — [7]) tamiacam *Hal.* — [8]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; in *ins. Hal. et rell.* — [9]) tamiaco *Hal.* — [10]) Imp. Iustinianus A. *inscr. Hal. Russ., contra cod. Russardi, qui nostram inscr. tuetur.* — [11]) pragmatica sanctione *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.* — [12]) conaitici *ms. Hfn.*; gomatici *ed. Schf.*; gomaticii *Hal. Russ.*; gunathetici *coni. Alciat.*; Conatrici *al.* gomanici *al.* conatici, *Azo*; canonici *var. l. gl. Sed* τοῦ γοναιτικοῦ δρυμῶνος *Bas. secund. Cui.* — [13]) urbanis et rusticis *om. ms. Hfn.* — [14]) Ecdicio *mavult l. Gothofr.* (*cfr. not. a.*); Attico *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [15]) exstruxerint *edd. Schf. Hal. Cui.* — [16]) Secundo P. P. *om. Hal. Russ.*; Sero P. P. *Russ. in marg. ex cod.* — [17]) Pamphyl. *om. ms. Hfn., Azo. Glossa habet:* „*alias* Pamphyliae *et est nomen provinciae, alias incipit* Etiam civitates.“ *Varietas lectionis inde oriunda, quod v.* Pamph. *pro parte inscriptionis haberetur.* — [18]) *l.* 35. *Th. C. cit., Bk.*; Hadr. P. P. *om. Hal. Cont. Char. Pac. Sp.*; Have Vincenti K. N. *Russ. ex l.* 33. *Th. C. cit., Cui. haud dubie ex eodem fonte; ipse enim in comment.* (*ed. Fabrot.*) *testatur, in codicibus quibusdam esse* Adriano Com. S. L. — [19]) *l.* 35. *Th. C. cit., Bk.*; Dat. III. Non. Iul. Mediol. *Russ. ex l.* 33. *Th. C. cit., Cui., qui de fonte suo quidem silet, at in inscr. fidem librorum auctoritati legis* 33. *cit. ita postposuit, ut et hunc diem ex Theod. C. l. c. hausisse iure censeatur. Cum Russ. et Cui. faciunt Char. Pac. Sp. Abest subscr. ab Hal. Cont.* — [20]) *Cui. Bk.*; Caesario P. P. *om. rell., sed et cod. Russardi habet* Caesario. — [21]) actione *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal.* — [22]) nec *ms. Gt.* — [23]) *Cui. Bk., Nov. Mart.*; Imp. Valentin. A., *nihilque praeterea, inscr. Hal. et rell.* — [24]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; *Nov. Mart.*; vel emtionis *Hal. et rell.* — [25]) ex *om. mss. Hfn. Gt.* — [26]) possessiones iuris civilis tantummodo *Nov. Mart., rell. usque ad v.* probantur *omissis.* — [27]) et cuiuslibet *Nov. Mart.* — [28]) ex *Nov. Mart.* — [29]) impositum praediis, *om.* eos, *Nov. Mart.* — [30]) civitati *ms. Hfn., ed. Schf.*; *Nov. Mart.* — [31]) ad quam praedia pertinuerunt *Nov. Mart.*; pertinuerunt *etiam est in mss. Hfn. Gt.* — [32]) iubeantur *Nov. Mart.* — [33]) privatus iuris (*fortasse* privatis viris) *ms. Hfn.*

denegari, multo magis praebenda sunt civitatibus quae iure debentur, quum sufficiat possessoribus, quod apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quae tamen possessiones iuris civilis canonem privatis largitionibus in praesenti praebent, vel nunquam ademtum vel postea impositum, ad hanc [1]) iussionem non pertinebunt, sed privato aerario canonem, quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebunt, dominio firmiter apud eos successoresque eorum et detentatores pari modo permanente. Dat. XV. Kal. Februar. Constantinop. Martiano A. I. Cons. [2]) [451.]

6. [a]) Imp. Zeno A. Eliano [3]) P. P. — Hac in perpetuum valitura lege sancimus, Nicensium [4]) civitati seu habitatoribus eius tam ius exactionis quadringentorum [5]) solidorum annui canonis civilis reditus, ad suam patriam pertinentis ex possessionibus [6]), id est Calamo [7]) et Heliobomo [8]) nec non Emtorio Varateno [9]) cum Epotio [10]) eorum, sub territorio Apamenae civitatis constitutis, ex nuper lapsa tertia indictione cum ipsa restitui, quam si quid, ex quo sanctio Martiani divae memoriae lata est, ad eiusdem civitatis praeiudicium gestum est, infirmari, et quod ex eadem provisione civitatibus delatum interea [11]) qualibet occasione minutum est, ex auctoritate constitutionis nostrae serenitatis hisdem civitatibus redhiberi, ita ut nec iudiciaria auctoritas nec imperiale rescriptum, quacunque videlicet adiectione munitum, saepe dictae generalis legis vires possit refringere [12]). Quodsi quis aliter fecerit, poena gravi plectetur.

Tit. LXX. [LXXI.]

[b]) DE LOCATIONE [13]) PRAEDIORUM CIVILIUM VEL FISCALIUM SIVE TEMPLORUM SIVE REI PRIVATAE [14]) VEL DOMINICAE.

1. Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [15]) AAA. ad Florum P. P. [16]) — Divi patris nostri aperta praeceptio est [17]), fundos ex re privata nostra ita tradi perpetuariis, ut periculo collocantium officiorumque tradantur. Neque enim quidquam potest ex devotionis plenitudine vacillare, si apparitione [18]) iudiciaria et fundi idoneis attributi sunt et sit [19]) fiscalis indemnitas idonea fideiussione [20]) munita. Quorum si alterum vel utrumque neglectum est, quae ex hoc titulo pensitatio canonica desiderat [21]), ex officiorum facultatibus serventur [22]).

2. [c]) Iidem AAA. Nebridio, Comiti R. P. [23]) — Fundi reipublicae ab his, qui nec [24]) titulo conductionis eos detinent, quique [25]) meliores cultu patrocinante reddiderunt [26]), ne [27]) nostrarum quidem sanctionum (si forte quispiam per subreptionem [28]) meruerit) nutibus auferantur, iuxta legem veterem semel tantum licentia faciendae adiectionis [29]) indulta.

3. [d]) Impp. Arcadius et Honorius [30]) AA. Hadriano P. P. [31]) — Loca omnia fundive reipublicae, propositis prius licenter edictis, dehinc ubi in eum canonis modum contendentium augmenta [32]) succreverint, ut extendi ultra aut superari [33]) alterius oblatione non possint, perpetuariis conductoribus locentur.

4. Iidem AA. Minervio, Comiti R. P. [34]) — Congruit aequitati, ut veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus praeferantur, si facta [35]) per alios augmenta suscipiant.

5. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Volusiano P. P. [36]) — Praedia domus nostrae, si semel iure perpetuo, vel nostra praeceptione vel auctoritate illustris viri comitis aerarii privati, apud aliquem fuerint vel iam dudum sint collocata [37]), ad alium transferri perpetuarium non oportet. Aperte enim definimus hoc edicto, ut a perpetuario nunquam possessio transferatur, etiamsi alteri eam imperator ve exoratus

---

[a]) *Bas. LV.* 13. 6. (*T. VI. p.* 697.) — [b]) *Dig. XIX.* 2. — [c]) *iungenda l.* 6. *C. de omni agro des. XI.* 58. — [d]) *l. Gothofredo iungenda videtur cum l.* 3. *Th. C. de collat. donat. XI.* 20. — [e]) *iungendam enseo leg.* 4. *C. de legib. I.* 14.

[1]) pragmaticam *ins. Nov. Mart.* — [2]) *Cui. Char. Pac. Sp. Bk., Nov. Mart.; subscr. om. rell.* — [3]) *sic Cui.*; Aeliano *Bk.*; Eliano P. P. *om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [4]) Nicenensium *edd. Schf. Russ. Cont.* 62. *Azo*; Nicaeensium *Hal.*; Νικαέων *Bas.* — [5]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui.*; quadraginta *Hal. et rell.* — [6]) *Cui. Bk.*; et possessionibus *ms. Hfn.*; et possessoribus *edd. rell. Nomina possessionum, quae sequuntur, excutere frustra esset*; *sequor Cuiacium.* — [7]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui.*; Callimacho *Hal. et rell.* — [8]) *ms. Gt., Cui.*; heliobimo *ms. Hfn.*; eliobilio *ed. Schf.*; Eliburno *Hal. et rell.* — [9]) *Cui.*; Emptorio Naratteno *ms. Gt.*; emptorio veratorio *ms. Hfn.*; emptorio raraterio *ed. Schf.*; Emptorio et Veratorio *Hal. et rell.* — [10]) epetitio *ms. Gt., multi codd. Cuiacii*; empticio *ed. Schf. Cui. in comment. emendare vult* equitio (*ut Nov.* 30. *c.* 5. §. 1. σὺν αὐταῖς ταῖς τῶν ἵππων ἀγέλαις), *aut* entechio (*ut Nov.* 128. *c.* 8.), *quod firmat liber Aured. a Char. collatus. Certe nomen proprium hic ferendum non est. Verba* cum Epot. eorum sub territorio *om. codd. Russardi*; *etiam a ms. Hfn. absunt vv.* cum Epot. eorum, *sed lacuna indicata.* — [11]) intereat *ms. Hfn.*; intererat *codd. Russardi omnes*; interea et *ed. Schf.* — [12]) *ms. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., Azo*; restringere *ms. Hfn.*; infringere *Russ. et rell.* — [13]) collatione *ms. Hfn.* — [14]) publicae *ms. Hfn.* — [15]) *Cui. Bk.*; Grat. Theod. et Arcad. *Hal. et rell.* — [16]) *Cui. Sp. Bk.*; ad Flor. P. P. *om. rell.* — [17]) *ms. Gt., edd. Schf. Cui.*; praeceptioē *ms. Hfn.*; praeceptione cavetur *Hal. et rell.* — [18]) a paritione *lego in ms. Hfn.* — [19]) *ms. Gt., Cui. Bk.*; et ratio *ms. Hfn.*; et idem *ed. Schf.*; et inde *Hal. et rell.* — [20]) *ms. Gt., Cui. Bk.*; est *ins. rell.*; *v. not. anteced.* — [21]) *ms Hfn., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui.*; desideratur *Hal. et rell.*; *v. not. seq.* — [22]) *ms. Hfn., omnes codd. Russardi, Cui.*; servetur *edd. rell. Emendare Cui. in comment. conatur* eruentur, *quod in libro Aured. invenit Char. At quum haec lectio sit ex coniectura Cuiacii, iure mihi videor suspicari, hanc et alias lectiones, quas Char. ex illo cod. affert, a seriore quodam eius possessore insutas fuisse.* — [23]) *cod. Contii, Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Nibrio *eod. Russardi, Cui. in ed. prima, Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Inibrio *Cont.* 62.; *nomen et dignit. om. Hal. Russ.* — [24]) nec *abest a quibusdam veterr. libris secundum Char., et omittendum censet Cui.*; *etiam Graecos affirmative haec legisse, docet idem Cui. in comment.* — [25]) neque *Hal.* — [26]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Azo*; reddiderint *Russ. et rell.* — [27]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; nec *rell.* — [28]) subreptionem eruerit *ms. Hfn.* — [29]) adlectionis *ms. Hfn.*; addictionis *Hal.* — [30]) *Cui., quem tuetur ms. Hfn., in quo est* Imp. Arc. A.; Honorius et Theodosius *Hal. et rell.* — [31]) *Cui.* (*qui scrib.* Adriano) *Bk.*; Hadr. P. P. *om. Hal. et rell.* — [32]) augmento *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [33]) ab *ins. ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [34]) Min. C. R. P. *om. Hal. Russ.*; Minerbio, *om. dignit., cod. Russardi, Cont.* 62.; *dignitas abest etiam a Cont.* 66. 71. 76. — [35]) si vel vobis facta *ms. Hfn.*; si facta nobis *Hal. Russ. Cont.* 62. *Videtur hoc* nobis *ex praeced.* novis *oriundum.* — [36]) Volus. P. P., *quod restituit Cui., abest ab Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [37]) *ms. Rg.* 1., *vet. codd. Cuiacii, edd. Schf. Cui. Bk.*, collata *ms. Hfn., Hal. et rell.*

exoratus vel sponte donaverit, sive adnotatione sive pragmatica. Cui si forte contra perpetuarium vir illustris comes privatarum [1]), dum allegabitur, acquiescet, et de proprio ipse centum libras auri, et alias centum fisci viribus [2]) palatinum infere cogatur [3]) officium. Nec tamen post allegationem habebit huiusmodi inssio firmitatem, sed nec locabitur alteri, licet ingenti superari [4]) videatur augmento possessio. Iure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuarius securus sit, et intelligat, neque a se neque a posteris suis vel his, ad quos ea res vel successione vel donatione sive venditione vel quolibet [5]) titulo pervenit sive aliquando pervenerit [6]), esse retrahendam. Sane quia non ex omni parte excludenda est largitas principalis, rem divinae domus suae imperator, si velit, donabit ei, qui eam possidet iure perpetuo, sive ipse iam meruerit, sive cuiuslibet tituli iure successerit. Videtur enim suam concedere pensionem, non alteri nocere liberalitas, quae possidentem iure perpetuo dominum [7]) vult vocari. Sane si quis non perpetuo iure, sed ad tempus locatam ab illustri viro comite rerum privatarum possessionem videtur adeptus, non erit [8]) obstaculo principali largitati, si voluerit in alterum donatione [9]) transferre, quod ad definitum tempus alter forte conduxit. Si vero pro tali praedio ab altero conductore offeratur augmentum, sit in arbitrio conductoris prioris, cui res ad tempus locata est, ut, si ipse, quod alter adiecit, obtulerit, maneat penes eum temporalis illa conductio. Si vero idem hanc ipsam rem aliquando meruerit iure perpetuo possidere, habebit et ipse superius expressam perpetuam firmitatem [10]).

Tit. LXXI. [LXXII.]

DE CONDUCTORIBUS ET PROCURATORIBUS SIVE ACTORIBUS PRAEDIORUM FISCALIUM ET [11]) DOMUS AUGUSTAE.

1. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Basso P. P. [12]) — Conductores hominesve augustissimae domus nostrae, quoties de causa ad domum legiam pertinente aliquid quaestionis emerserit [13]), non aliter quam ex legum ordine, quibus similiter omne hominum genus tenetur, vel excipiant vel inferant actiones [14]); nec aliorum litigatorum negotio intercedant, nec sententiam [15]) indicantium aut illicito patrocinii sui fomite iura conturbent, nullive [16]) exsecutionis suae turbulentum ministerium audeant commodare; non privatis se negotiis, non publicis misceant [17]); nec quiescentem domum delatio ulla sollicitet, ne [18]) eos inconsultae pertinaciae sero poeniteat. Gravior enim poena constituenda est in hos, qui nostri iuris sunt, et nostra debent custodire mandata. Dat. prid. Non. Mart. Ravenna, Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss. [19]) [426.]

Tit. LXXII. [LXXIII.]

QUIBUS AD CONDUCTIONEM PRAEDIORUM FISCALIUM ACCEDERE NON LICET.

1. [b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Nestorio, Comiti R. P. [20]) — Nullus palatinorum, qui in officio rei nostrae privatae militat [21]), conductionis [22]) nomine vel per se vel per quamlibet personam, possessionum huiusmodi conducendarum habeat facultatem, quum neque militi neque curiali hoc faciendum permittimus. Dat. VI. Kal. August. Vincentio et Fravitta Conss. [23]) [401.]

Tit. LXXIII. [LXXIV.]

DE COLLATIONE FUNDORUM FISCALIUM VEL REI PRIVATAE VEL [24]) DOMINICAE VEL CIVITATUM [25]) VEL TEMPLORUM [26]).

1. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Firmino, Comiti S. L. [27]) — Ordinariorum iudicum officiis, nec non ipsis rectoribus provinciarum actores [28]) sive conductores dominicos conveniendi licentiam damus, ita tamen, ut rationalibus privatae rei ad exigenda fiscalia debita immineant. Dat. IX. Kal. Iul. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [29]) [398.]

2. [d]) Idem AA. Messalae P. P. [30]) — Palatinos, qui a viro illustri comite rei privatae [31]) cum publicis literis destinantur ad commonitionem iudicis, quo facilius ex praediis rei nostrae conferantur debitae pensiones, cum summa degere praecipimus disciplina. De quorum nominibus, si temere versati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit, ut in eos severissime vindicetur. Dat. Kal. Dec. Mediolani, Stilicone et Aureliano Conss. [32]) [400.]

3. Idem AA. et Theodosius A. [33]) Petronio P. P. [34]) — Omnia praedia, tam ea, quae in re privata olim tenentur [35]), quam illa, quae ex proscriptorum bonis ad fiscum sunt devoluta, eatenus ab huiusmodi privilegiis et excusationibus submoveantur, ut omnes species annonarias, cursitationes etiam debitas, atque integram opinionem [36]) sciant esse solvendam.

TIT. LXXIV.

---

[a]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de conductor. dom Aug. X.* 26., *additis quibusdam ex l.* 1. *Th. C. de actor. rei priv. X.* 4. — [b]) *l.* 6. *Th. C. de locat. fund. iur. emph. X.* 3. *Coniungere vult Cont. in marg. leg.* 18. *C. de rescind. vend. IV.* 44., *cfr. not.* 16. *ad h. l.* — [c]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de offic. com. rei priv. I.* 11. — [d]) *hausta ex l.* 13. *Th. C. de off. praef. praet. I.* 5.; *fortasse iungendas l.* 1. *C. de his qui potent. nom. II.* 15., *l.* 2. *C. de discussor. X.* 30., *l.* 18. *C. de cursu publ. XII.* 51.

[1]) *mss. Hfn. Gt., Cui.*; privatorum *ed. Schf.*; priratarum rerum *Hal. et rell.* — [2]) *Cui. Bk.*; *iuribus rell. Cfr. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [3]) cogetur *Hal. Cui.* — [4]) superare *ms. Hfn., ed. Schf.* — [5]) alio *ins. ms. Gt., Cui. Bk.* — [6]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Hal. Cui.*; pervenit sive aliquando *om. Russ. Cont. et rell.* — [7]) eum *ins. edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [8]) noverit *pro* non erit *ms. Hfn.* — [9]) *ms. Hfn.*, donationem *edd.* — [10]) *subscr. fortasse restitui potest ex l.* 4. *C. l.* 14. — [11]) *ms. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; et *om. rell.*; et dom. aug. *om. ms. Hfn. hoc loco, sed eandem rubr. iam ad leg.* 5. *tit. anteced. adscriptam habet, et ibi sunt illa verba.* — [12]) Imp Theod. A. *inscr. Hal.* — [13]) emergit *Theod. C.* — [14]) actionem *Theod. C.* — [15]) *ms. Gt., Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; sententia *ms. Hfn., edd. rell.* — [16]) nullique *Theod. C.* — [17]) immisceant *ed. Schf.* — [18]) nec *ed. Schf.* — [19]) *subscr. om. Hal.* — [20]) Nest. C. R. P. *om. Hal. Cont.* — [21]) *ms. Gt., Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; militant *ms. Hfn., edd. rell.* — [22]) conductoris *ms. Gt., Cui., Theod. C.* — [23]) *subscr. om. Hal. Cont.* — [24]) vel *om. ms. Hfn.* — [25]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; civitatis *Hal. et rell.* — [26]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; templi *Russ. et rell.* — [27]) Firm. C. S. L., *restit. a Cui., om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [28]) *mss. Hfn. Gt., Cui. Bk., Theod. C.*; *etiam Bas.* διοικητάς *secund. Cuiac.*; auctores *edd. rell.* — [29]) *Theod. C.*; *subscr. om. rell.* — [30]) Messal. P. P. *om. Hal.*; P. P. *om. Russ. Cont.* — [31]) *ms. Hfn., Theod. C.*; rerum privatarum *edd.* — [32]) *Theod. C.*; *subscr. om. rell.* — [33]) et Theod. A. *om. Hal. Russ.* — [34]) Petronio P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; Centronio *cod. Contii. Cfr. Gothofr. Prosopogr. s. v.* Petronius — [35]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; detinentur *Hal. et rell.* — [36]) *cfr. l.* 3. *C. XI.* 2.

Tit. LXXIV. [LXXV.]

DE PRIVILEGIIS DOMUS AUGUSTAE VEL REI PRIVATAE, ET QUARUM COLLATIONUM EXCUSATIONEM HABENT.

1. [a]) Imp. Constans [1]) A. ad Italicum [2]). — Privatas possessiones [3]) nostras ab universis muneribus sordidis placet immunes esse, neque earum conductores nec [4]) colonos ad [5]) extraordinaria munera vel superindictiones aliquas conveniri. Dat. VIII. Kal. Febr. Bononiae, Placido et Romulo Conss. [6]) [343.]

2. Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Claudium [7]). — Rem privatam nostram levandorum provincialium causa canonicas necessitates ea conditione [8]), qua cunctos, volumus [9]) sustinere. Sed excessit occasio iussionem, quandoquidem non locis solitis frumenta, quae sunt ex diversis saltibus convehenda, trahantur, sed eo usque portentur, quo grave atque damnosum est provehere. Proinde spectabilis [10]) sinceritas tua remanentes [11]) in iisdem locis implere faciat proprias functiones, quibus antea frumenta praebebant [12]).

3. Impp. Honorius et Theodosius AA. Minervio, Comiti R. P. [13]) — Pro tironibus in corporibus postulatis pretia conferri ex fundis perpetuariis nostrae rei privatae praecipimus.

4. [b]) Idem AA. Asclepiodoto P. P. — Absit, ut nos instructionem [14]) viae publicae et pontium stratarumque opera [15]), titulis magnorum [16]) principum dedicata [17]), inter sordida munera numeremus. Igitur ad instructiones [18]) reparationesque itinerum pontiumque nullum genus hominum nulliusque dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet. Domos [19]) etiam divinas [20]) tam laudabili titulo libenter adscribimus. Dat. XV. Kal. Mart. Constantinop. Asclepiodoto et Mariniano Conss. [21]) [423.]

5. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Flaviano P. P. [22]) — Excepto patrimonio pietatis nostrae, cuius quidem reditus necessitatibus publicis frequentissime deputamus, universos possessores functiones in [23]) superindictitiis [24]) titulis absque ullius beneficii exceptione agnoscere oportere censemus. Dat. III. [25]) Kal. Mai. Ravenna, Basso et Antiocho Conss. [26]) [431.]

Tit. LXXV. [LXXVI.]

DE GREGE DOMINICO.

1. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Caesario P. P. [27]) — Propositis edictis sublimis magnificentiae tuae minimi maximique moneantur, ut sciant, singulas libras auri ex propriis facultatibus erundas [28]) pro singulis equis vel equabus, sive Hermogenianis sive Palmatiis [29]), nisi sponte eos [30]) obtulerint; in his vero, quos ex aliis gregibus occupatos esse constiterit, sex auri uncias fisci viribus [31]) inferendas. Dat. prid. Kal. Decemb. Constantinop. Olybrio et Probino Conss. [32]) [395.]

Tit. LXXVI. [LXXVII.]

DE PALATIIS [33]) ET DOMIBUS DOMINICIS.

1. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Ioanni, Comiti rerum privatarum [34]). — Consecratas nobis aedes, id est inclyta palatia, ab omni privatorum usu et communi habitatione excipimus.

Tit. LXXVII. [LXXVIII.]

DE CUPRESSIS [35]) EX LUCO DAPHNENSI [36]) VEL PERSEIS [37]) PER AEGYPTUM NON EXCIDENDIS VEL VENDENDIS.

1. Impp. Arcadius et Honorius AA. Silvano [38]), Comiti R. P. — Si quis Daphnensis [39]) luci in Syria vel Persei [40]) in Aegypto arborem [41]) comparaverit, quinque libris auri noverit se esse mulctandum; non minore dispendio et illo feriendo, qui vendere arbores [42]) ausus fuerit, quas non licet emtoribus comparare.

2.

---

[a]) *l.* 5. *Th. C. de extraord. muner. XI.* 16.; *iungenda l.* 6. *C. ubi causae fisc. III.* 26.; *Bas. LVI.* 15. 1. (*T. VI. p.* 736.) — [b]) *hausta ex l.* 6. *Th. C. de itin. mun. XV.* 3.; *ex parte repetita est in l.* 7. *C. de sacros. eccl. I.* 2.; *Bas. LVI.* 15. 4. (*T. VI. p.* 737.). *Coniungenda videtur cum l.* 15. *C. de erogat. milit. ann. XII.* 38. — [c]) *fons est l.* 36. *Th. C. de annona. XI.* 1. — [d]) *l.* 1. *Th. C. de grege domin. X.* 6. — [e]) *l. Gothofredo iungenda videtur l.* 15. *Th. C. de metatis VII.* 8.

[1]) *l.* 6. *C. III.* 26., *ubi cfr. not.* 24.; Imp. Constantius *Cui., Theod. C.*; Impp. Constantius et Constans *Bk.*; Imp. Constantinus *Hal. et rell.* — [2]) ad Italicum *om. Hal. Russ. Cont.* — [3]) res *Theod. C.* — [4]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.*; neque *Hal. et rell.* — [5]) colonos vel ad *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; colonos ad sordida vel *Theod. C.* — [6]) *subscr. om. Hal. Cont.* — [7]) *Cui. Bk.*; *addendum videtur* Procons. Africae; Imp. Valentin. A. *inscr. Hal. et rell.* — [8]) *alias* conductione, *Azo.* — [9]) *fortasse* voluimus. — [10]) *Cui. in comment. notat, pro* spectabilis *vel. libros habere* spectata, *alios* re explorata; *hoc firmat ms. Gt., ad illud prope accedit ms. Hfn., in quo* est exspectata. *Legendum videtur* re spectata. — [11]) remeantes *ms. Gt.*; remeantem *mss. Hfn. Rg.* 1., *vett. libri Cuiacii, ed. Schf.*; rem eandem *coni. Cui.*; remanente *alias* remeante *Azo.*; remeantem *alias* remanentem *glossa in ed. Schf.* — [12]) praebebat *Cui.*; praebeant *omnes libri Russardi.* — [13]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Minerv. C. R. P. *om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [14]) *mss. Hfn. Gt., Theod. C.*; instructiones *edd.* — [15]) operam *ms. Hfn., Theod. C.* — [16]) *ms. Hfn., Cui., Theod. C.*; maiorum *edd. rell.* — [17]) dedicatam *Theod. C.* — [18]) structiones *ms. Hfn.* — [19]) *Hal. Cui. Russ. Cont. Char., Theod. C.*; Domus *rell.* — [20]) ac venerandas ecclesias *ins. Theod.*, *et tale quid male hic intrudere vult Leunclav. Notat. I.* 63.; *cfr. l.* 7. *C. I.* 2. — [21]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [22]) Flav. P. P. *om. Hal. Cont.* — [23]) canonicis et *ins. Theod. C.* — [24]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; superindicti *Hal.*; superindictis *Russ. et rell.* — [25]) XIII. *Russ.* — [26]) *subscr. om. Hal. Cont.* — [27]) Caes. P. P. *om. Hal.* — [28]) servandas *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal.*; *cfr. not.* 22. *ad l.* 1. *C. XI.* 70. — [29]) *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk., Theod. C.*; Palmatis *rell.*; Paladiis *etiam legi posse existimat Alciat.* — [30]) sponte eas *Theod. C.* — [31]) *Cui. Bk., Theod. C.*; *iuribus rell. Cfr. Cui. Obss. XXVIII.* 1. — [32]) *subscr. om. Hal.* — [33]) palatinis *ms. Hfn., ed. Schf.* — [34]) Imp. Constantin. A. *inscr. Hal. Russ.* — [35]) cypressis *Azo*, *var. l. gl.* — [36]) dampnensi *ms. Hfn.*; damnensi *ed. Schf.*; Daphnes *Alciat., Russ. Cont.* 62. — [37]) persidis *ed. Schf., Azo.*; Perseidis *Russ. Cont.* 62., *var. l. gl.* Perseidos *Alciat.* — [38]) *Cui.*; Sylvano *Sp. Bk.*; Silv. C. R. P. *om. rell.* — [39]) Daphnes *Russ. Cont.* 62. *cum Alciato*; damnensis *ed. Schf.* — [40]) *Cui.*; persidis *ms. Hfn., ed. Schf.*; Perseidis *Russ. Cont.* 62.; Perseidos *Alciat.*; Perseis *Cont.* 66. *et rell.* — [41]) *ms. Gt., Hal. Cui. Bk.*; arbores *rell.* — [42]) arborem *et mox* quam *ed. Schf.*

2. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Eudoxio, Comiti sacr. larg. [1]). — Omnes iudices cuiuscunque dignitatis sciant, posthac absque permissu magnitudinis tuae arborem ex Daphnensi luco Antiochenae civitatis praecidendi vel quolibet modo lapsas transferendi licentiam sibimet denegandam. Sed nec alytarcha [2]) unam cupressum, aliis plantatis, excidere sibi licere contendat. Ac [3]) ne solatio antiquitus ei concesso privari per omnia videatur, pro eo, quod ei cupressum excidere denegatur, unam libram auri eum de privatis nostris largitionibus accipere [4]) decernimus; quinquaginta [5]) librarum auri condemnatione huius legis temeratore plectendo.

---

[1]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Com. sacr. priv. *Ritter. ad Nov. Theod. XXVIII.*; P. P. *Cui. in ed. prima, in qua abest Eudoxii nomen, Cont.* 66. *et postea rell.*; *nomen et dignit. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [2]) nec a luco vel a litore *Hal. Russ. Cont.* 62.; a luco *ed. Schf.*, *Azo*; alitarco *var. l. ap. Azon. Alytarcham primus nostro loco restituit Cui. in Obss. II.* 13., *quem defendunt codd. Contii et cod. Loiselli*, *ipso notante Cuiacio*; *firmissimum praesidium est l.* 12. *Th. C. X.* 1. (*quam nostra lex abrogat*) *his vv.*: Et alytarchae urbis Antiochenae plantandi plures, excidendae unius cupressi iubemus tribui facultatem; *accedunt Bas.*, *quae secundum Cui. habent*: *ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἀλυτάρχης τοῦτο ποιεῖν δύναται.* — [3]) At *Russ. Cont. Char. Pac.* — [4]) excipere *Hal. Cui.* — [5]) quinque *ms. Gt.*, *Hal. Cui.*; quinquaginta, *quod alias haberi Hal. in marg. adnotat defendunt ms. Hfn. et ed. Schf.*

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER DUODECIMUS.

Tit. I.

DE DIGNITATIBUS.

1. [a]) Imp. Alexander[1]) A. Severinae[2]). — Si, ut proponitis, et avum consularem et patrem praetorium virum habuistis, et non privatae conditionis hominibus, sed clarissimis nupsistis[3]), claritatem generis retinetis. — Sine die et consule[4]).

2. [b]) Imp. Constantinus[5]) A. Volusiano P. P.[6]) — Neque famosis et notatis[7]), et quos scelus aut vitae[8]) turpitudo inquinat, et quos infamia ab honestorum coetu segregat, dignitatis portae patebunt.

3. [c]) Idem A.[9]) ad Rufinum P. P.[10]) — Maior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis[11]) seu militiae privilegia praeiudicium facere. Dat. V. Kal. Mai. Sirmio, Constantino A. V. et Licinio C. Conss.[12]) [319.]

4. [d]) Impp. Constantius et Constans AA. Philippo P. P.[13]) — Senatorum substantias, quas in diversis locis et provinciis possident, et homines eorum tam a temonariis[14]) oneribus conferendis, quam a ceteris praestationibus, quas iudices describunt, nec non etiam ab omnibus sordidis extraordinariisque et vilioribus muneribus[15]) liberos esse praecipimus, nullaque sorte[16]) constringi functionis indignae.

5. [e]) Imp. Constantius A.[17]) ad Clearchum P. U.[18]) — Nemo praefectus urbi[19]) citra praeceptionem vel scientiam nostram ulli muneri subiuget sena-

---

[a]) *Bas. VI.* 1. 18. — [b]) *fortasse iungenda l.* 21. *C. mandati. IV.* 35., *I. Gothofredo iungenda videtur l.* 1. *Th. C. de ingenuis qui temp. tyr. V.* 6.; *Bas. VI.* 1. 19. — [c]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de privil. eor. qui in sacr. pal. VI.* 35.; *iungenda l.* 2. *C. eod. XII.* 29.; *Bas. VI.* 1. 20. — [d]) *iungenda l.* 1. *Th. C. ne collat. translatio. XI.* 22.; *Bas. VI.* 1. 21. — [e]) *Bas. VI.* 1. 22.

[1]) Antonin. *Hal. Russ.*, *contra ms. Hfn. et cod. Russardi.* — [2]) Severino *cod. Russardi*; Severianae *cod. Contii*; Sever. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [3]) *Hal. Cui. Bk.*; nupseritis *rell. edd.*; *sed nostram lect. defendit ms. Hfn.* — [4]) et Coss. *Cui.*; Sine — cons. *om. Hal. Cont. Char. Pac.* — [5]) Alexander *Hal. Russ.*, *contra ms. Hfn.* — [6]) Volus. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. *Cui. in ed. prima*; P. U. *emend. I. Gothofr. in Chronol. p. XXXVII.* — [7]) adnotatis *vet. libri Cuiacii, ms. Hfn.* — [8]) scelus vitae aut *Hal. Cui.* — [9]) Imp. Gordianus A. *Hal. Russ.* — [10]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*, *Theod. C.*; ad Numphidium *Cui. Cont.* 62.; ad Numphidium P. P. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; *nomen et dignit. om. Hal. Russ.*; Frusiano P. P. *al.* Rufiniano *Cont. in marg.* — [11]) priores dignitates *ms. Hfn.*; *etiam Azo* priores *alias* priorum; *sed* τῆς ἡττονος ἀξίας *Bas.* — [12]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*, *etiam Cui. in ed. prima.* — [13]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Cont.* 76. *Bk.*; P. P. *om. Cui. in ed. prima*, *Cont.* 66. 71. *Char. Pac. Sp.*; Imp. Philippus A. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [14]) temerariis *var. l. gl.*; *sed* τὸ τοῦ τέμονος λειτούργημα *Bas.* — [15]) muneribus *post* sordidis *collocant Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac. Sp.* — [16]) sorde *Russ. et alii editt. in notis.* — [17]) *sic flagitat ms. Hfn. et inscr. legg. seqq.*; Impp. Valerian. et Gallien. AA. *Hal. Russ.*; Idem *Cont. Char. Pac.*; Iidem AA. *Cui. Sp. Bk. Male Theodosio vel Valenti nostram const. adscribit I. Gothofr. in Chronol. p. CXV.*; *id enim prohibet aetas legg. seqq.* — [18]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; *nomen et dignit. om. Hal. Russ.*; *dignitas abest a Cui. in ed. prima, Cont. et rell. Dubia movet Clearchus praef. urbi*; *fortasse restituendus Cerealis.* — [19]) *Hal. Cui. Bk.*; urbis *rell.*

senatorem; nemo curiam nostram immani [1]) pulset iniuria. Si quid enim senatoria praeditis dignitate fuerit forte mandandum, nostro id [2]) iudicio reservandum [3]) est; sit namque dignitas, quae [4]) nobis iubentibus sustinetur.

6. [a]) Idem A. [5]) Orphito [6]). — Ne quis ex ultimis negotiatoribus, vel monetariis, abiectisque officiis, vel deformibus ministeriis [7]) stationariis, omnique officiorum faece, diversisque pastis turpibus lucris, aliqua frui dignitate pertentet. Sed et si quis meruerit repellatur; repulsos autem etiam propriis reddi consortiis oportebit.

7. [b]) Idem A. [8]) ad Senatum [9]). — Quoniam diversi iudices nonnulla opera in quibusdam existimant [10]) urbibus exstruenda, ad huiusmodi necessitatem senatorum substantia non vocetur [11]). Dat. V. Non. Mai. [12]) Tauro et Florentio Conss. [13]) [361.]

8. [c]) Imp. Iulianus A. Sallustio P. P. [14]) — Ius senatorum et auctoritatem eius ordinis, in quo nos quoque ipsos [15]) numeramus, necesse est ab omni iniuria defendere. Dat. Non. Februar. [16]) Constantinop. Mamertino et Nevitta Conss. [17]) [362.]

9. [d]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Symmachum P. P. [18]) — Libertorum [19]) filios adipisci clarissimam dignitatem non prohibemus.

10. [e]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Gracchum P. U. [20]) — Severam indagationem [21]) per tormenta quaerendi a clarissimo nomine [22]) submovemus. Dat. prid. Non. Ian. Treviris, Gratiano A. IV. et Merobaude Conss. [23]) [377.]

11. [f]) Iidem AAA. [24]) ad Procopium [25]). — Senator [26]) vel alius clarissimus privatos habeat filios, editos quippe, antequam susciperet dignitatem; quod non solum circa masculos [27]) dignoscitur [28]) constitutum, verum etiam circa filias [29]) simili conditione servandum. Quum autem paternos honores invidere filiis non oporteat [30]), a senatore vel solo [31]) clarissimo susceptum, in clarissimatus sciendum est dignitate mansurum. Dat. XV. . . . . [32]) Hierapoli, Gratiano A. IV. et Merobaude Conss. [33]) [377.]

12. [g]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Neoterio P. P. [34]) — Iudices, qui se furtis et sceleribus fuerint maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus et honore exuti inter pessimos quosque et plebeios habeantur, nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo se ipsi [35]) indignos iudicaverunt. Dat. XVIII. Kal. Februar. Thessalonica, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Conss. [36]) [380.]

13. [h]) Imppp. Valentinianus [37]), Theodosius et Arcadius AAA. Martiano [38]), comiti Orientis [39]). — Mulieres honore maritorum erigimus [40]), genere nobilitamus, et forum ex eorum [41]) persona statuimus, et domicilia mutamus. Sin [42]) autem minoris ordinis virum postea sortitae sunt [43]), priore dignitate privatae, posterioris mariti sequentur conditionem. Dat. IV. Kal. Februar. [44]) Constantinop. Arcadio A. II. et Rufino Conss. [45]) [392.]

14. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Basso P. P. [46]) — Praecipimus, ut senatori in qualibet provincia constituto nullam habeant iudices iniungendi aliquid forte publici muneris potestatem [47]).

15. [i]) Iidem AA. ad Eustasium [48]). — Claris-

---

[a]) *Bas. VI.* 1. 23. — [b]) *hausta ex l.* 7. *Th. C. de oper. publ. XV.* 1.; *iungenda l.* 23. *C. de appellat. VII.* 62.; *Bas. VI.* 1. 24. — [c]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de exhib. vel transmitt. IX.* 2.; *Bas. VI.* 1. 25. — [d]) *Bas. VI.* 1. 26.; *cfr. not.* 18. — [e]) *l.* 3. *Th. C. de quaestion. IX.* 35.; *Bas. VI.* 1. 27. — [f]) *hausta ex l.* 7. *Th. C. de senator. VI.* 2. (*ed. Haenel.*), *quae mutila exstat*; *Bas. VI.* 1. 28. — [g]) *l.* 1. *Th. C. ad l. Iul. repetund. IX.* 27.; *Bas. VI.* 1. 29. — [h]) *fons est l.* 7. *Th. C. de iurisdict. II.* 1.; *repetita est nostra in l.* 9. *C. de incolis. X.* 39.; *Bas. VI.* 1. 30. — [i]) *Bas. VI.* 1. 31.

[1]) inani *ms. Rg.* 1.; *al.* immani *al.* inani *al.* in manipulis, *glossa.* — [2]) est *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *et abest* est, *quod mox sequitur.* — [3]) servandum *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [4]) si *mss. Hfn. Gt.*, *vett. libri Cuiacii*, *ed. Schf.* — [5]) *Russ. in marg.*, *ms. Hfn.*; A. *om. Cont. Char. Pac.*; Iidem AA. *Cui. Sp. Bk.*; Impp. Diocl. et Maxim. AA. *Hal. Russ.* — [6]) *adde* P. U.; Orphito *om. Hal. Russ.*, *sed a Russ. restituitur in marg.* — [7]) deformis ministerii *ms. Hfn.*; deformis *etiam est in quibusd. codd. Cuiacii. Caeterum* vel *addunt Hal. Russ. Cont. et postea rell.*, *contra mss. Hfn. Gt. et edd. Schf. Cui.* — [8]) *Russ. in marg.*, *ms. Hfn.*; Idem *Cont. Char. Pac.*; Iidem AA. *Cui. Sp.*, *Theod. C.*; Imp. Constantius A. *Bk.*; Iidem AA. et CC. *Hal. Russ.* — [9]) ad Sen. *om. Hal. Russ.*; ad Seriam *Cont.* 62. — [10]) aestimant *Theod. C.* — [11]) devocetur *Hal. Cui.*, *contra Theod. C.* — [12]) *locus est* Gyfyrae, *ut patet ex legg. Theod. C.*, *quas nostrae recte iungunt Gothofr. et Haenel.* — [13]) *Cui. Sp. Bk.*, *Theod. C.*; *subscr. om. rell.* — [14]) Iidem AA et CC. *Hal.* — [15]) esse *ins. Theod. C.* — [16]) D. IX. Feb. *Russ. Cont.* 62. — [17]) *subscr. om. Hal.* — [18]) *Cui. Bk.*; *eadem inscr.*, *nisi quod om.* Symmach., *est apud Cont.* 76.; Iidem AA. et CC. *inscr. Hal. Russ.*; Idem Iulianus *inscr. Cont.* 62. *et rell. Sed* Imp. Val. A. *ms. Hfn. Fortasse scribendum est* ad Symmach. Procons. Africae, *et iungenda l.* 73. *Th. C. XII.* 1. — [19]) Libertinorum *Sp. Bk.* — [20]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*, *Theod. C. ed. Haenel.*; P. P. *Cui. in ed. prima*, *Russ. Cont. et rell.*, *quos tuentur Bas.*; Iidem AA. et CC. *inser. Hal.* — [21]) indignationem *Hal. in textu, nostram lect. habet in not.* — [22]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*; a senatorio nomine *Theod. C.*; a clarissimo homine *Hal. et rell.* — [23]) *subscr. om. Hal.* — [24]) *nomina impp. repetit Bk.*, *qua de causa*, *non video.* — [25]) Imp. Constantinus A. *inscr. Hal. Russ.* — [26]) Si senator *Hal. Russ. Bk.*, *contra vet. libr. Cuiacii et cod. Hfn.* — [27]) viros *Theod. C.* — [28]) masculoscitur (*lege* masculos scitur) *ms. Hfn.* — [29]) *vv.* quod non solum — filias *in parenthesi ponit Bk.*, *quod improb.* — [30]) oportet *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [31]) vel alio *Cui. in comment. ex quodam cod.*, *quod recepit Bk.* — [32]) Dat. XVIII. Kal... *Theod. C.* — [33]) *Cui. Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [34]) Impp. Constantius A. et Iulianus Caes. *inscr. Hal.* — [35]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; se ipsos *Hal. et rell.* — [36]) *subscr. om. Hal.* — [37]) Valent. *om. Theod. C.*; *sed et ms. Hfn.* Imp. Val. A. — [38]) Martiniano *Theod. C. ed. Haenel.* — [39]) Impp. Valentin. et Valens AA. *inscr. Hal. Russ.* — [40]) et *ins. Hal. Cui.*, *contra Theod. C. et ms. Hfn.* — [41]) Iidem *Theod. C.* — [42]) *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; Si *rell.* — [43]) *mss. Hfn. Gt*, *ed. Schf.*; fuerint *Hal. et rell.* — [44]) IV. Id. Novemb. *Theod. C. ed. Haenel.* — [45]) *subscr. om. Hal.* — [46]) Impp. Grat. et Theod. AA. *inscr. Hal. Russ.*; Impp. Grat. et Honor. AA. *inscr. Cont.* 62.; Imp. Theod. A. *inscr. Cont.* 66. 71. — [47]) *hanc const. ad a.* 426. *refert. Gothofr. in Prosopogr. s. v.* Bassus. — [48]) ad Eustathium P. U. *al.* Cuspium *Russ.*; ad Eustathium *Cont.* 62. *et additum est* P. P. *in cod. Contii. Sed nec Eustath. praef. urbi nec Eustath. praef. praet. sub Theodosio et Valentiniano commemoratur.*

Clarissimis vel spectabilibus universis ad genitale solum vel quolibet alio et sine commeatu proficiscendi, et, ubi voluerint, commorandi habitandive permittimus facultatem.

16. [a]) Idem AA. [1]) Apollonio P. P. — Si gravius ullum facinus admittatur, nocente persona extra carceralem custodiam sub fideiussione [2]) habita, super illustribus quidem nobis suggeri iubemus, super caeteris vero quadam minori dignitate decoratis ad tui referri culminis notionem [3]), ut ita demum, quid de admisso crimine constitui oporteat, iudicetur [4]).

17. [b]) Imp. Zeno A. [5]) Arcadio P. P. [6]) — Quoties ex privata cuiuslibet interpellatione civili vel criminali viri illustres conveniendi sunt, nulla dandae fideiussionis [7]) concussione vexentur, sed per speciale privilegium suae committi fidei consequantur, iuratoria ab his cautione tantummodo exponenda. Quam si neglexerint, et contra insertum cautioni sacramentum ipsi vel eorum procuratores abfuerint, in pecuniariis quidem causis super possessione rerum ad eos pertinentium index competens, quod [8]) iuris auctoritas et rei qualitas suggesserit [9]), ordinabit. In criminalibus vero negotiis dignitate quoque, qua se per suum videlicet periurium indignos esse probaverint, spolientur, ut in eos, utpote illustri dignitate per suum facinus privatos, inconsulta etiam nostra pietate, iudicibus legum severitatem liceat exercere. §. 1. Quibus [10]) illustrium dignitatum privilegiis hoc etiam adiiciendum esse censuimus, ut huiusmodi personae nullam ex cuiuslibet indicis sine scriptis habita sententia conventionem [11]) neque in civili neque in criminali causa sustineant.

18. [c]) Imp. Anastasius A. Eusebio, Magistro officiorum [12]). — Iubemus, salvo honore, qui per evocationem [13]) sacrae revocatoriae defertur, durante, licere cunctis tam maiores quam minores potestates [14]) gerentibus, nec non etiam honorariis illustribus, sive ex hac regia urbe, principali [15]) videlicet praecedente consensu, profecti fuerint, sive in provinciis habitantes sacratissimum (suis scilicet poscentibus negotiis) petere maluerint comitatum, sine sacra quoque revocatoria ad hanc regiam urbem pervenire.

Tit. II.

[d]) DE PRAETORIBUS ET HONORE PRAETURAE [16]), ET GLEBA [17]) ET FOLLI [18]) ET SEPTEM SOLIDORUM FUNCTIONE [19]) SUBLATA.

1. [e]) Impp. Valentinianus et Marcianus [20]) AA. Tatiano P. P. [21]) — Nemo ex clarissimis et spectabilibus, qui in provinciis degunt, ad praeturam [22]) postea devocetur. Maneat [23]) unusquisque domi suae tutus atque securus, et sua dignitate laetetur. Dat. XV. Kal. Ianuar. Constantinop. Valentiniano A. [24]) VII. et Avieno [25]) Conss. [450.]

2. Idem AA. ad Senatum [26]). — Glebam vel follem [27]) sive septem solidorum functionem sive quamlibet huiusmodi collationem tam circa personas, quam circa [28]) res ac praedia funditus iubemus aboleri, ut omnis huiusmodi sopita perpetuo conquiescat exactio.

Tit. III.

[f]) DE CONSULIBUS ET NON SPARGENDIS AB HIS PECUNIIS, ET DE PRAEFECTIS ET MAGISTRIS MILITUM ET [29]) PATRICIIS.

1. [g]) Impp. Theodosius [30]) et Valentinianus AA. ad Senatum [31]). — Antiquitus statutum est, consularibus viris caeteros quidem honoratos ipsius trabeae summitate, pares vero insulis consideratione tantum temporis anteire. Quis enim in uno eodem-

---

[a]) *Bas. VI.* 1. 32. — [b]) *Bas. VI.* 1. 33.; *iungenda videtur l.* 3. *C. ubi senatores. III.* 24. — [c]) *Bas. VI.* 1. 34.; *iungenda fortasse l.* 5. *C. de praepos. cub. XII.* 5. — [d]) *Dig. I.* 14. — [e]) *Bas. VI.* 7. 5.; *iungenda l.* 2. *C. de officio praetor. I.* 39. — [f]) *Dig. I.* 10. — [g]) *Bas. VI.* 1. 15. (*l*); *mihi iungenda videtur l.* 33. *Th. C. de petition. X.* 10., *ideoque et aliae, quae huic cohaerent.*

[1]) *Cui. Bk.*; et Arcad. A. *male ins. Hal. et rell. Cfr. supra II.* 7. 9., *X.* 30. 3., *X.* 34. 2., *X.* 35. 1. — [2]) substitutione *mss. Hfn. Gt. Bg.* 1., *vett. codd. Cuiacii, omnes Russardi, ed. Schf.*, *unde Cuiac. in comment. coniectura probabili emendat:* sub tuitione (*scil. militari*); *alias* substitutione *alias* sub fideiussione *glossa in ed. Schf.*; substitutione *al.* sub tuitione *al.* sub fideiussione *Azo.* — [3]) notitiam *Hal. Cui. Bk.* — [4]) *referenda const. ad a.* 442. *vel* 443. — [5]) *ms. Hfn., Cui. Cont.* 76. *Bk.*; Impp. Honor. et Theod. AA. *male Hal. et rell.* — [6]) Arc. P. P. *om. Hal. Cont.* 62., *Cui. in ed. prima.* — [7]) dandi fideiussionem *Hal.*; danda fideiussionis *Cui.* — [8]) *Cui. Bk.*; etiam *ins. rell.* — [9]) suggerit *ms. Hfn., ed. Schf.* — [10]) Quibus *al.* illaesis *Azo.* — [11]) contentionem *ms. Hfn.* — [12]) Imp. Iustinian. A. *inscr. Hal. Russ.*; Imp. Anastas. *inscr. Cont.* — [13]) *omnes libri Russardi, Cui. Cont.* 76. *Bk.*; revocationem *rell.* — [14]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; tam minores quam maiores potestates *vett. libri Cuiacii*; tam minores quam maiores potestatem (!) *Cont.* 76.; tam minoribus quam maioribus potestatem *Hal. et rell.* — [15]) principali *om. Hal.* — [16]) et collatione *ins. ms. Gt. Hal. Russ. Cont. et postea rell. contra ms. Hfn. et edd. Schf. Cui. Caeterum ad v. praeturae glossa notat:* „*al.* praeturae *al.* praefecturae *al.* praetoriae." — [17]) et clavi *ins. Hal. Russ. Cont.* 62., *quod additamentum oriundum est ex varia lectione verbo* gleba *adscripta*; *nam pro* et gleba *in ms. Gt. est* et clav, *et Azo sic refert:* „*in libro Martini* de praetoribus et de honore praetor. et clavi et folli, *alias* clave, folle." — [18]) et forili, *ms. Hfn.*; et pholi *Hal. cum Alciato*; et folle *edd. Schf. Bk.*; et folii *Cont.* 71. *vitio typ., quod servant Char. Pac. Sp. Cfr. Theod. C. VI.* 2. — [19]) *alias* successione *Azo.* — [20]) *Cui. Bk.*; Valent. et (*omisso Marciano, qui tamen in suo cod. legebatur*) *Cont.* 76.; Arcadius et Honorius *Hal. et rell.* — [21]) Tatiano P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; P. U. *Russ. in marg., et sic multi codd. in l.* 2. *C. I.* 39. — [22]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; praefecturam *quidam codd. Cuiacii, Russ. et rell., male*; ἐπὶ τῷ πραίτωρα γενέσθαι. — [23]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui.*; sed maneat *Russ. Cont. et rell.* — [24]) *l.* 2. *C. I.* 39., *Bk.*; A. *om. rell.* — [25]) *l.* 2. *C. cit., Bk.*; Albieno *Cui.*; Albino *Cont.* 76. *Sp. Subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac.* — [26]) ad Senatum *om. Hal. Cont.* 62., *sed agnoscit liber Martini sec. Azonem.* — [27]) pholem *Hal. ex Alciato*; *cfr. not.* 18. *ad rubr. Glossa adnotat:* „*alias deest* Glebam vel follem, *et incipit* Sive;" *et sic est in ms. Hfn.* — [28]) circa *om. edd. Schf. Hal. Cui.* — [29]) praefectis et magistris militum et *om. Hal.*, *contra codd. et improbante Cui.* — [30]) *Theodosium om. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra cod. Russardi.* — [31]) *Cui.*; ad Senatum urbis *codex Russardi*; ad Sen. urbis Constantinopolitanae *Cont.* 66. *et postea rell., sed mihi verosimilius videtur, ad Senatum urbis Romae datam fuisse const. (cfr. not. g., sed cfr. et Ritter. ad Nov. Theod. tit. XLVIII.)*; ad Sen. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.

eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruit [1]) dignitatem? quum posterior, etiam si eiusdem honoris praetendat auspicia, cedere tamen illius temporis consuli [2]) debeat, quo ipse non fuerit. Hoc observando, et si iterata vice fastigia consulatus ad ionis ascenderit; repetiti [3]) etenim fasces virtutes saepe meriti comprobant, non augent, quia nihil est altius dignitate. Quodsi quis prior consul posteriori consuli eidemque patricio posthabitus patriciatum postea consequatur, vinci eum oportet, qui prior meruit patriciatum, postquam iste honore patriciae dignitatis decoratus est.

2. Impp. Valentinianus et Marcianus AA. [4]) Sporatio [5]), Comiti domesticorum [6]) et Consuli [7]). — Ordinem consulatus ad antiquam reduximus [8]) sanctionem, ut sellam nostri [9]) honoris merito, non rapiendi studio populorum agmina sectarentur [10]), ac lucrandi cupiditate deposita venerabilem parentum habitum et felicissima antiquitatis ornamenta conspicerent [11]). Hoc ergo exemplo etiam caeteros procedere consules volumus, nec expendere eos sine effectu [12]) patimur. Cessante ergo ista spargendi vilitate, amplissimi consules procedentes deinceps abstineant hoc errore perdendi [13]), optimoque consilio operi necessario proficiat, quod erat incompetenter proiiciendum. Ad restaurationem itaque aquaeductuum huius amplissimae urbis centena pondo [14]) auri praestentur per singulos consulatus, ut et [15]) consul patriae se dedisse noverit, et data notum sit mansura esse perpetuo. Dat..... Sporatio [16]) et Herculano [17]) Conss. [452.]

3. [a]) Imp. Zeno A.... — Nemini ad sublimem patriciatus honorem, qui caeteris omnibus antepositus, adscendere liceat, nisi prius aut consulatus honore potiatur, aut praefecturae praetorio [18]) vel Illyrici vel urbis administrationem [19]) aut magistri militum aut magistri officiorum [20]), in actu videlicet positus, gessisse [21]) noscatur, ut huiusmodi tantum personis, sive adhuc administrationem gerendo seu postea, liceat (quando hoc nostrae sederit maiestati) patriciam consequi dignitatem. Quoniam vero gloriosissimae huic urbi, quae caput orbis terrarum est, omnifariam credimus consulendum, universos, qui posthac honorarii consulatus insignibus principali munificentia decorantur, centum libras [22]) auri ad reficiendum aquaeductum publicum ministrare censemus, ad similitudinem eorum, qui per annale tempus consularium editione munerum gloriantur. Nam ipsis quoque expedit, ut florentissima civitas, centum auri librarum munificentia sustentata, honorarium quoque sentiat consulatum.

4. Idem A. Sebastiano P. P. [23]) — Sancimus, viris excellentissimis consularibus omnibus, qui iam facti sunt vel postea fuerint, procedendi quoque et re ipsa per annum gerendi consulatus, impetrato videlicet principali iudicio, legitimam [24]) tribui facultatem, ita ut peracta, quam meruerint [25]), processione [26]), non novum aliquid, vel [27]) quod nondum habeant, adipisci, sed consulatus ius, quod semel eis consularitas detulerat, processionis iterasse [28]) beneficio videantur, et in adoranda nostra purpura vel in consequendis cunctis consulum honoribus et privilegiis ex anteriore tempore provectionis ordinem sibimet noverint vindicandum. Hoc etiam observando, ut huiusmodi consul nec centum libras auri, aquaeductibus huius inclytae civitatis pro tenore sacrae constitutionis praebendas, quas quum esset consularis, praestiterat, consul postea creatus, persolvere denuo compellatur.

5. [b]) Imp. Iustinianus A. Ioanni P. P. — Sancimus, viros excelsos patricios, quos in huiusmodi dignitatis apicem augusta maiestas retulerit [29]), illico ab imperialibus codicillis praestitis patresfamilias [30]) effici ac potestate liberari paterna, ne videantur, qui a nobis loco patris honorantur, alieno iuri esse subiecti. Quis enim patiatur, patrem quidem posse per emancipationis modum suis nexibus [31]) filium relaxare, imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit [32]), ab aliena eximere potestate? ne, si contrarium approbetur per quamcunque machinationem, imperialis maiestas minui videatur. Et hoc quidem raro contingere satis certum est; nemo enim facile respexit [33]) filiumfamilias in patriciatus honorem provectum, quemadmodum in consulibus haec res usitata est. Sed ne quid in parte temporis tale eveniat et sine legibus inveniatur, ideo [34]) haec nobis visa sunt sancienda.

TIT. IV

---

[a]) *Bas. VI. 2. 2.* — [b]) *pars hui. const. relata est in §. 4. I. quib. mod. ius potest. I. 12.*

[1]) meruerat *Hal. Cui.*; meruerit *Bk.* — [2]) consulibus *ms. Hfn., ed. Schf.* — [3]) repeti *Cont.* 71. *Char. Pac.* — [4]) Imp. Leo A. *Hal. Russ.*, *contra cod. Russardi et Contii. Cfr. etiam Nov.* 105., *quae nostram const. primam fuisse constitutionum Imp. Marciani perhibet.* — [5]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Aporatio *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Asporatio *Bk.*; *sed v. Ritter. ad Nov. Marc. tit. V.* — [6]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Dom. [vel com.] *ita ut haec vv. in parenthesi variam lect. indicent*, *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; Dom. vel Com. *pessime Sp.* — [7]) *Cont.* 66. *et postea rell.*; et Cons. *om. Cui.* (*ed. Fabrot.*); *nom. et dignit. om. Hal. Russ. Cont.* 62. *In suo cod. invenerat Russ.* Spontio comiti domestico vel orientis. — [8]) reducimus *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk.*, *improbante Cui. in comment.* — [9]) nostram *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; *sed Cui. in comment.*, *ut nos.* — [10]) *Cui. in comment.*; sequantur *ms. Gt.*; sectentur *rell.*; sectentur *al.* sequentur *al.* sequantur, *Azo.* — [11]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ.*, *Cui. in comment.*; conspiciant *Hal. Cui. Bk.*; conspicentur *Cont. et rell.* — [12]) affectu *ed. Schf.* — [13]) perpendi *ms. Hfn.*; perdendi *al.* spargendi *vel* proiiciendi, *Azo.* — [14]) pondera *mss. Hfn. Gt.* — [15]) etiam *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.* — [16]) *v. inscr.*; Asporatio *Cui. Cont.* 76. *Sp. Bk.* — [17]) Herculiano *Sp. Subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac.* — [18]) Orientis, *quod subintelligit Cui. in comment. et abest a ms. Hfn. et ed. Schf.*, *ins. Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; *ita et Bas.* — [19]) administratione *mss. Hfn. Gt.*, *Hal.* — [20]) aut mag. offic. *ignorant Bas. et cancellis notat Russ.*; *cfr. et rubrica.* — [21]) egisse *Hal.* — [22]) librarum *Hal.* — [23]) Sebast. P. P. *om. Hal.* — [24]) legitimam *al.* lege ipsa, *Azo.* — [25]) meruerunt *Hal. Cui. Bk.* — [26]) professione *ed. Schf.* — [27]) ut *ms. Gt.* — [28]) *ms. Hfn.*, *Cui. in comment. ex vett. codd.*; *eadem est lectio in ed. Schf.*, *nisi quod habet* detulerit; consulatus ius, quod semel eis consularis detulerit [detulerat] processio, iterasse *Hal. et rell.*, *quos tuentur ms. Gt. et codd. Charondae. Sic autem adnotat Azo:* „consularitas *al.* consularia, processionis. *in libro meo* detulerat processionis.“ — [29]) extulerit *vett. secundum Cui. in comment.* — [30]) patres familiarum *Hal. suo more, quem sequitur Cui.* — [31]) suae potestatis nexibus §. 4. *Inst. cit.* — [32]) *mss. Hfn. Gt.*, *Hal. Cui. Bk.*, §. 4. *Inst. cit.*; vel fecit vel elegit *ed. Schf.* (*quae lectio oriunda est ex varia lect. ad v.* elegit *adscripta*; *sunt enim vett. codd.*, *qui habeant* fecit, *ut docet Cui. in comment.*); elegerit *Russ. et rell.* — [33]) respexerit *ms. Hfn.* — [34]) et *ins. mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*

Tit. IV.

[a]) DE PRAEFECTIS PRAETORIO SIVE URBI [1]) ET MAGISTRIS MILITUM IN DIGNITATIBUS EXAEQUANDIS.

1. [b]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Ampelium P. U. [2]) — Praefectum urbi [3]), praefectum praetorio et [4]) magistros equitum ac peditum indiscretae ducimus dignitatis, usque adeo videlicet, ut, quum ad privatam secesserint vitam, eum loco [5]) velimus [6]) esse potiorem, qui alios promotionis tempore et codicillorum adeptione praecesserit. Dat. III. Non. Iul. Nasonaci. Accept. III. [7]) Non. Septemb. Modesto et Arintheo Conss. [8]) [372.]

2. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Restituto P. U. [9]) — Quisquis magisterium equitum peditumque susceperit et gesserit ante captam a quoquam praefecturam, is, quum privatus erit et honorem [10]) deposuerit, ex-praefectis, qui provecti [11]) fuerint, praeferatur. Sit igitur sedes prior ante provectis, locus conspectior, decernendi loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior. Dat. VIII. Kal. Iul. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio [12]) AA. Conss. [13]) [380.]

Tit. V.

DE PRAEPOSITIS SACRI CUBICULI ET DE OMNIBUS CUBICULARIIS ET PRIVILEGIIS EORUM.

1. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. [14]) Florentio P. U. [15]) — Sacri cubiculi praepositi ea dignitate fungantur, qua sunt praediti, qui eminentissimam praetorianam vel urbanam meruerint praefecturam aut certe militarem magisteriam potestatem, ita ut sit inter eos post depositas administrationes nulla discretio, sive nostrae serenitatis adoraturi admittantur [16]) imperium, sive pro suo arbitrio solemnes festivitates et coetus vel salutationes vel quaelibet alia officia frequentent, ut in sedibus et in consessu is [17]) eis ordo servetur, quem ordo provectionis ostenderit, sub habitu videlicet ipsis consueto, quum manifeste decretum sit, eum esse potiorem, qui praecesserit [18]), vel illum subsequi, quem recentius probaverit examen. Dat. VIII. Id. Novemb. Constantinop. Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss. [19]) [422.]

2. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Proculo P. P. [20]) — Hac nostrae mansuetudinis aeterna lege sancimus, ut omnes cubicularii, qui de nostro cubiculo exeunt, antequam primum locum obtineant, excepto castrensi et comite domorum, his privilegiis perfruantur, id est ut neque possessiones eorum angarias sive parangarias vel etiam paraveredos in posterum dispositione [21]) tui culminis vel alicuius calumnia dare cogantur, ne sordidis adstricti muneribus decus ministerii, quod militando videbantur adepti, otii tempore et quietis amittant. Domos [22]) quoque eorum, vel in hac sacratissima urbe vel in qualibet alia positas civitate, ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine vindicamus. Provinciarum rectoribus eorumque apparitoribus [23]) denarum librarum auri dispendio feriendis, si mansuetudinis nostrae statuta dissimulare et ex aliqua parte violare tentaverint.

3. [f]) Impp. Leo et Anthemius AA. Ioanni, Comiti et Magistro officiorum [24]). — Cubicularios tam sacri cubiculi mei quam venerabilis Augustae, quos utrosque [25]) certum est obsequiis occupatos et aulae penetralibus [26]) inhaerentes diversa iudicia obire [27]) non posse, ab observatione aliorum tribunalium liberamus, ut in sublimitatis solummodo tuae iudicio propositas adversus se excipiant actiones.

4. [g]) Imp. Leo A. Pusaeo [28]) P. P. — Iubemus, omnes, qui vel iam in sacrum cubiculum cuiuspiam liberalitate donati aliove titulo dati vel dandi principalibus obsequiis inhaerere vel ante meruerunt [29]) vel postea meruerint, licet nulla interveniente scriptura, nulla confectione gestorum, postquam devotissimis cubicularii fuerint sociati, ad conditionem libertatis ingenuitatisque rapiantur raptique videantur. Hoc non solum circa superstites, sed etiam circa mortuos volumus custodiri. Nam quum hoc privilegium videatur principalis esse proprium maiestatis, ut non famulorum, sicut privatae conditionis homines, sed liberorum honestis utatur obsequiis, periniquum est, eos duntaxat pati fortunae deterioris incommoda. Sed testamenta quidem ad similitudinem aliorum, qui ingenuitatis infulis decorantur, pro sua liceat eis condere voluntate; intestatorum vero nemo dubitet facultates, utpote sine legitimis

---

[a]) *Dig. I.* 11. *et* 12. — [b]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de praefect. praet. VI.* 7.; *Bas. VI.* 4. 17.; *iungenda l.* 1. *C. de comit. rei milit. XII.* 12. — [c]) *l.* 2. *Th. C. de praefect. praet. VI.* 7.; *Bas. VI.* 4. 18.; *iungenda l.* 1. *C. de quaestor. XII.* 6. — [d]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de praepos. sacri cubic. VI.* 8.; *Bas. VI.* 25. 1. — [e]) *Bas. VI.* 25. 2.; *cfr. not.* 20. *Pars quaedam nostrae const. denuo occurrit in l.* 3. *C. de silentiar. XII.* 16., *sed hoc casu magis, quam fontis communione factum esse videtur.* — [f]) *Bas. VI.* 25. 3. *Cui. in comment. recte iungit leg.* 3. *C. de castrensianis. XII.* 26.; *fortasse et iungenda l.* 8. *C. de divers. offic. XII.* 60. — [g]) *Bas. VI.* 25. 4.

[1]) urbis *ms. Hfn., edd. Schf. Cui., Theod. C. VI.* 7. *in rubr.* — [2]) P. P. *Cui. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp., contra Theod. C. et cod. Russardi*; Imp. Valentinianus A. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [3]) urbis *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.* Caeterum et *ins. Hal. et postea rell., contra mss. Hfn. Gt. et ed. Schf. et Theod. C.* — [4]) et *om. ms. Gt., Theod. C.* — [5]) *ms. Gt., duo codd. Russardi, Bk., Theod. C., Cui. in comment.*; locum *ms. Hfn., edd. rell.* — [6]) volumus *ms. Hfn., ed. Schf.*; volumus *al.* velimus, *Azo.* — [7]) IV. *Theod. C.* — [8]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 76. — [9]) *hanc inscr., quam flagitat cod. Russardi et Theod. C., restituit Cui., receperunt Cont.* 66. *et postea rell.*; Imp. Leo A. *Hal. Russ.*; Imp. Gratianus A. *Cont.* 62. — [10]) honoremve *Theod. C.* — [11]) praefecti *ed. Schf.*; *Cui. in comment. emend.* qui post provecti, *cum Theod. C., sed ad codd. non provocans; sane vero sequens* ante *flagitat, ut hic inseratur* post. — [12]) I. *ins. Theod. C.* — [13]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [14]) Arcad. et Honor. AA. *Hal. Russ.*; Imp. Honor. A. *Cont.* 62.; Imppp. Arcad. Honor. et Theod. AAA. *codex Russardi.* — [15]) Flor. P. U. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; Floro P. P. *codex Russardi.* — [16]) admittuntur *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C. ed. Gothofr.* — [17]) *Cui. Bk., Theod. C.*; is *om. rell.* — [18]) eum esse, qui praecesserit, potiorem *ed. Schf., Theod. C.* — [19]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [20]) Proc. P. P. *om. Hal.*; Idem et Theodosius * P. P. *Cont.* 62. *Fortasse scribendum* P. U. *et iungendas l.* 21. *Th. C. VI.* 2. *et l.* 22. *Th. C. VI.* 27. — [21]) etiam *ins. Hal. Cui. Bk.* — [22]) Domus *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui.* — [23]) apparitionibus *ms. Hfn.*; *etiam Bas.* τῶν τάξεων. — [24]) *cod. Russardi, Cui. Cont.* 66. *et postea rell.*; Imp. Martianus A. *inscr. Hal. Russ.*; Imp. Leo A. *inscr. Cont.* 62. — [25]) utriusque *ms. Gt., quidam cod. Cuiacii*; utrisque *Russ. in marg.* — [26]) penetrabilibus *ms. Hfn., Hal. Cui.* — [27]) obedire *Azo.* — [28]) *Bk.*; Puseo *Cui. Russ. Cont. et postea rell.*; nom. *et dignit. om. Hal.* — [29]) meruerant *Hal. Cui.*

timis successoribus defunctorum, fisci viribus [1]) vindicari. Et [2]) haec omnia tunc diligenti observatione volumus custodiri, quum sponte suaque voluntate quis dederit eunuchum sacri cubiculi ministeriis adhaesurum. §. 1. Si vero cuidam [3]) fuerit violenter extortus, aut invito domino vel ignaro intra sacrum ausus sit militare cubiculum, liceat domino destinatum sacra ex lege cubicularis interpellare iudicium, et eum, quem probaverit nolente se vel inscio sacrum penetrasse cubiculum, ut suum famulum cum peculio consequatur. Sed [4]) sicut laesis implorandi praesidii facultatem denegari non convenit, ita nec calumniandi viam [5]) patimur diutius esse patefactam. Ideoque tempus quinquennii praefinimus, intra quod contra eum [6]) suas debeant exercere quaestiones, ut, si medio tempore movere distulerint, ulterius eis tanquam in suum famulatum [7]) vindicandi, vel eius ut servi peculium, vel bona quasi liberti copia denegetur. §. 2. Haec omnia, quae super devotissimis cubicularis sancimus [8]), etiam ad cubicularias, quae a dominis in sacrum cubiculum datae vel dandae sunt, superstites atque mortuas, extendi propagarique decernimus.

5. [a]) Imp. Anastasius A. Eusebio, Magistro officiorum [9]). — Iubemus, duobus viris illustribus, praepositis utriusque sacri cubiculi [10]) tam nostrae pietatis quam serenissimae nostrae coniugis, qui [11]) post finitam militiam senatorio fuerint consortio sociati, licere, quoties ad adspiciendos agros suos vel ob aliam causam proficisci voluerint, cingulo uti, quum hoc ad implendum eorum desiderium et ad nullius laesionem respicere videatur [b]).

Tit. VI.

[c]) DE QUAESTORIBUS ET [12]) MAGISTRIS OFFICIORUM ET COMITIBUS SACRARUM LARGITIONUM ET REI PRIVATAE.

1. [d]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Restituto P. U. [13]) — Qui ex-quaesturae [14]) honore aut efficaci [15]) magisterio aut comitiva utriusque aerarii nostri attonito splendore viguerunt [16]), acclamatione excipiantur solita, nec praetereantur ut incogniti. Dat. VIII. Kal. Iul. [17]) Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Conss. [18]) [380.]

Tit. VII.

DE PRIMICERIO ET SECUNDICERIO [19]) ET NOTARIIS.

1. [e]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. [20]) — Praecipua est nostrae pietatis intentio circa notariorum nomen, atque ideo, si unquam huius ordinis viri laborem quiete mutaverint [21]) vel senectute posuerint, seu quum [22]) alia dignitate post hanc [23]) qualibet usi sint [24]), non omittant [25]) prioris vocabulum militiae, sed compendium sequentis honoris assumant. Et si quis ex officio, vel praecipue [26]) sublimitatis tuae, temerarius ad census, discussiones [27]), peraequationes, aliam denique ullam rem inquietator extiterit, officium suum noverit, vel levis culpae offensione detecta, gravis mulctae discrimine fatigandum, et numerariorum corpus exstincto iniuriae auctore minuendum. Dat. XVII. [28]) Kal. Iul. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Conss. [29]) [380.] 2.

---

[a]) *Bas. VI.* 25. 5.; *iungenda videtur l.* 18. *C. de dignit. XII.* 1. — [b]) *In Bas. VI.* 25. 6. *deperditae const.* 6. *hui. tit. epitomen reperisse sibi visus est Heimbach.* (*Ungedr. Const. d. Iust. Cod. p.* 47.); *cui accesserunt Biener.* (*Revision. p.* 235.) *et Bk. Sic autem habet cap. Bas. cit.:* Οἱ προαιπόσιτοι τοῦ λουτροῦ τοῦ βασιλέως λαμπρότατοί εἰσιν ὑπατικοί. [*Praepositi balnei Imperatoris clarissimi sunt consulares.*] *Mihi dubitandum videtur. Primum enim certum indicium, excidisse aliquid, prorsus deest. Accedit, quod titulus Bas. cit. non tantum ex Cod. Lib. XII. tit.* 5. *et* 7. *conflatus est, ut index titul. in cod. Coislin. refert, sed alios etiam fontes habet, ut docet cap.* 7. *eiusd. tit. Quare ante omnia studiose quaerendus est fons capitis* 6. *cit., et ab omni restitutione abstinendum, si verosimile certe factum fuerit, iam exstare eius fontem in Cod. Iust. Mihi hanc rem investiganti sese obtulit l.* 1. *C. de praepos. lab. XII.* 18., *in qua verba priora* (*Qui praepositi laborum al. labarum al. labarorum etc.*) *tam ab antiquis temporibus insigni varietate scripturae laborant. Quodsi censeamus, conditores Basilicorum in suo cod. habuisse praepositi lavacrorum, iam habes fontem capitis cit. in illa lege* 1. — [c]) *Dig. l.* 13. — [d]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de quaestor. VI.* 9.; *iungenda l.* 2. *C. de praef. praet. XII.* 4.; *Bas. VI.* 6. 2. — [e]) *l.* 1. *Th. C. de primicerio. VI.* 10.; *Bas. VI.* 25. 8. *De legibus fortasse iungendis cfr. not. d. ad l.* 16. *C. de testam. VI.* 23.

[1]) *ms. Gt., Cui. Bk.*; iuribus *rell. Cfr. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [2]) Et *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [3]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cont. Char. Pac.*; quidam *Hal. Cui. Sp. Bk.*; quidem *Russ.* — [4]) *ms. Hfn., ed. Schf.*; et *ins. Hal. et rell.* — [5]) nec calumniam *ms. Hfn., et hanc lect. tueri videtur liber Martini apud Azon.* — [6]) eos *Hal. Russ. Cont.* 62. — [7]) famulum *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., quod rectius videtur.* — [8]) sanximus *mss. Hfn. Gt.* — [9]) Euseb. Mag. off. *om. Hal. Cont.* 62., *sed sunt in cod. Russardi.* — [10]) cubili *Cui. in ed. prima, et sic habet Azo in l.* 1. *h. t.* — [11]) qui *om. ms. Hfn. et ed. Schf.; post* militiam *autem ed. Schf. ins.* si. *Quae lectio magis ad Bas. accedere videtur.* — [12]) et *om. ms. Hfn., Cui.* — [13]) Impp. Arcad. et Honor. AA. *Hal. Russ., sed contra cod. Russardi, in quo est nostra inscr., nisi quod abest Gratianus; Cont.* 62. *habet impp., ut nos, sed om.* Restit. P. U. — [14]) quaesturae, *om.* ex, *Russ. in marg. restituere vult, contra Theod. C.* — [15]) *ms. Bg.* 1., *Cui. in comment. ex compluribus vett. libris, Bk., Theod. C.*; officiali *rell. cfr. Iac. Gothofr. in comment. ad l.* 2. *Th. C. cit.* — [16]) ingruerunt *al.* viguerunt, *Azo.* — [17]) Iun. *Theod. C.* — [18]) *Cui. Cont.* 76. *Sp. Bk., Theod. C.*; *subscr. om. rell.* — [19]) *alias secundocerius vocatur.* — [20]) Imp. Leo A. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra cod. Russardi, in quo nostra est inscr.* — [21]) *ms. Hfn., Cui., Theod. C.*; vel abiecerint *addunt edd. Schf. Hal. et rell., quod additamentum ex varia lect. in codd. ad v.* mutaverint *adscripta oriundum esse videtur.* — [22]) cum *om. ms. Hfn.* — [23]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; posthac *rell.* — [24]) sunt *ms. Gt., ed. Schf., Theod. C.* — [25]) obmittant *ms. Hfn.*; amittant *coni. Iac. Gothofr.* — [26]) praecipuae *Theod. C., male.* — [27]) *Cui. in comment., prope accedentibus ms. Hfn. et ed. Schf.* (temerarius assensus discussiones), *nec multum recedente ms. Gt.* (temerarius assensus adversus — *quod v. ex varia lect. in textum recepta haud dubie additum est* — discussiones); temerarius in census discussiones *Theod. C.*; temerario assensu in discussiones *Hal. et rell., quos tuentur codd., quos vidit Char. Cfr. autem leg. seq. vv.* vacationem census *etc. Secundum Azonem est* ascensus *al.* ad sensus *al.* accensus. — [28]) XV. *Theod. C. ed. Haenel.* — [29]) *Cui. Cont.* 76. *Sp. Bk., Theod. C*: *subscr. om. rell.*

2. [a]) Imp. Zeno A. . . . . [1]), Magistro officiorum [2]). — Praeclaram nobilemque militiam spectabilium tribunorum notariorum, qui gloriosis obsequiis nonnihil reipublicae commoditatis afferunt et decoris, diversis beneficiorum titulis muniendam credimus et augendam. §. 1. Nam biennales metas viro spectabili pro tempore primicerio agendis numeris [3]) duximus statuendas. §. 2. Hos autem tribunos, qui suis negotiis occupati minime sacrum palatium curaverint frequentandum, nisi intra annale spatium revertantur, quamvis commeatus iura praetendunt [4]), pro absentia quidem unius anni unius gradus, si vero duobus annis abfuerint, duorum, si tribus [5]), trium, si quatuor, similiter quatuor gradnum subire iacturam, his, qui inferiores eis fuerint, postponendi [6]). Qui vero per quinquennium integrum se praesentare [7]) cessaverint, exemtos [8]) matricula, tantum nomine tribunorum, nec [9]) vero ordine perpotiri, his in hunc modum dispositis [10]), vacationem census, discussionis, peraequationis et cuiuslibet alterius rei habituros. §. 3. Illud praecipue provisionem nostram flagitare perspeximus, ne per ambitionem vel gratiam, aut cuiuslibet occasionis obtentu, vel laborum seu sollicitudinum specie, publicorum [11]) cuiquam liceat aliquando gradnum seriem conturbare, et, temporum ratione calcata, dudum militantibus anteferri, et, quae longis prolixisque stipendiis [12]) defensa iam [13]) pollicetur senectus, gratiosa festinatione surripere. Hoc etiam adiiciendo, ut primicerius post depositam publicam numerorum [14]) sollicitudinem, ac si ipsam gessisset administrationem, cuius consequitur dignitatem, magistri officiorum pro antiqua consuetudine infulas sortiatur, omnibus vacantibus, quamvis tempore praecedentibus, praeponendus [15]).

Tit. VIII.

UT DIGNITATUM ORDO SERVETUR.

1. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [16]) AAA. ad Praetextatum P. P. [17]) — Si quis indebitum sibi locum usurpaverit, nulla se ignoratione [18]) defendat, sitque plane sacrilegii reus, qui divina praecepta neglexerit. Dat. XII. Kal. Iun. Mediolani, Richomere et Clearcho VV. CC. Conss. [19]) [384.]

2. [c]) Impp. Theodosius [20]) et Valentinianus AA. Cyro P. P. [21]) — Omnes privilegia dignitatum hoc ordine servanda cognoscant, ut primo loco habeantur hi, qui in actu positi illustres peregerint administrationes; secundo veniant vacantes [22]), qui praesentes in comitatu illustris [23]) dignitatis cingulum meruerint; tertium vero [24]) ordinem eorum prospicimus [25]), quibus absentibus cingulum illustris mittitur dignitatis; quartum honorariorum, qui praesentes a nostro numine sine cingulo codicillos tantum honorariae dignitatis adepti sunt; quintum eorum, quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris insignia dignitatis. Sed administratores quidem et [26]) comites rei privatae omnibus [27]) vacantibus, omnibus honorariis anteponi censemus. Vacantes autem post administratores [28]) venientes non omnes iam omnibus honorariis credimus praeponendos, sed eos vacantes illis honorariis, qui similem adepti sunt dignitatem, ut praefectorius quaestorio, non quaestorius praefectorio [29]) praeponatur, parique modo quaestorius quaestorio, non vacans comes thesaurorum vel comes rei privatae honorario quaestorio [30]) vel magistro [31]) officiorum praeferatur. Et [32]) inter administratores illos etiam numerari [33]) decernimus, quibus illustribus in sacro nostro consistorio cinctis [34]) aliquid ordinariae dignitatis vel ante commisimus vel postea committemus peragendum, verbi gratia si vacanti magistro militum belli cura committatur. Cur enim aut vir magnificus Germanus magister militum vacans appelletur, cum bellum contra hostes mandavimus? aut cur excellentissimus Pentadius [35]) non egisse dicatur praefecturam, cuius illustribus cincti [36]) dispositionibus vice praetorianae praefecturae miles in expeditione copia commeatuum [37]) abundavit [38]).

TIT. IX.

---

[a]) *Bas. VI.* 25. 9.; *iungo leg.* 11. *C. de metatis. XII.* 41. — [b]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. ut dignit. ordo. VI.* 5.; *Bas. VI.* 1. 55. — [c]) *Bas. VI.* 1. 56.

[1]) *suppleo ex l.* 11. *C. XII.* 41. Illyriciano, *quod prope accedit ad nomen, quod invenit Russ. in suo cod., nempe* Illustri. — [2]) Imp. Iustinianus A. *inscr. Hal. Russ.*, *refragante cod. Russardi;* Mag. off. *om. Cont.* 62. — [3]) agendi muneris *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; *cfr. infra vv.* publicam numerorum sollicitud. — [4]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; praetendant *rell.* — [5]) tres *ms. Hfn.* — [6]) *Hal. Cui. Bk.*; postponendos *ms. Gt. ex correct.*, *vett. libri Cuiacii*; postponendis *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ. et rell. Glossa sic habet:* „postponendis, *alias* dis, *alias* di." — [7]) repraesentare *mss. Hfn. Gt.* — [8]) exceptos *mss. Hfn. Gt.* — [9]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; non *Russ. et rell.* — [10]) positis *mss. Hfn. Gt.* — [11]) *alias* spe publicarum *secund. Azon.* — [12]) dispendiis *in uno optimo libro Russardi.* — [13]) defessa sibi iam *Cui. in comment. ex vett. libris, idque praefert Russ. in marg.*; defessi iam sibi *ms. Gt.* — [14]) munerum *ed. Schf.* — [15]) proponendus *Azo*; proponendis *ms. Hfn.*; praeponendis *edd. Schf. Hal.*, *male et refragantibus Bas.*, *in quibus vacantes* (ἄπρακτοι) *ii esse dicuntur, qui eandem magistri dignitatem acceperunt, licet revera magistri non fuerint*; *cfr. l.* 2. *tit. seq.* — [16]) Imp. Theodos. A. *Hal. Russ.*; Imppp. Valentin. Theod. et Arcad. *Bk.*, *recte secundum chronolog.*, *sed refragante Theod. C. et eod. Russardi.* — [17]) *cod. Russardi*, *Cont.* 62. *Bk.*, *Theod. C. ed. Haenel.*; P. U. *Cui. Cont.* 66. *et postea rell.*; ad Praetext. P. P. *om. Hal.*, *Russ. in textu.* — [18]) *ms Hfn.*, *Cui.*, *Theod. C.*; *ignorantia edd. rell.* — [19]) *subscr. om. Hal.* — [20]) *Theodosium om. Cont.* 62. — [21]) Cyro P. P. *om. Hal. Cont.* 62., *Russ. in textu, qui in marg. nomen et dignit. restituit ex eod.* — [22]) *de vacantibus cfr. not.* 15. *ad l.* 2. *tit. anteced.* — [23]) insignia *ins. Hal.*, *sine sensu.* — [24]) vero *om. ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [25]) perficimus *vett. secundum Cui.* — [26]) *Hal. Cui. Bk.*; et *om. ed. Schf.*; etiam *ms. Hfn.*, *Russ. et rell.* — [27]) *ms. Hfn.*, *Cui. in comment.*; *accedere videtur ms. Hg.* 1. (*Dirksen l. c. p.* 522. *ad vv.* non omnes omnibus *hanc lect. adnotat, sed vix accurate*); omnibus *om. rell.*, *male, nam vacantes et honorarii distinguuntur.* — [28]) administrationes *Hal.* — [29]) ut praefectus praetorio non quaestorius praefectorio *edd. Schf. Cui.*; ut praefectus praetorio praeponatur, non quaestorius praefectorio *Hal.* — [30]) quaestori *Hal.* — [31]) ex magistro *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi, quidam Cuiacii, ed. Schf.* — [32]) Et *om. ms. Gt.*, *Cui.*; Quod *ed. Schf.* — [33]) connumerari *ed. Schf.* — [34]) cunctis *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Cui.*, *sed ita, ut Cui. in comment. corrigat* cinctis; *etiam Bas.* ζωστοί; *al.* cunctis *al.* ductis *glossa*; *cfr. not.* 36. — [35]) *ms. Hfn.*, *Cui. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*, *Azo*; Propentadius *edd. Schf. Hal. et rell.* — [36]) *ms. Hfn.*, *codd. Aured. et Dionys. a Char. collati, Cui. in comment.*; cunctis *edd. omnes*; cincti *al.* cinctis *al.* cunctis *al.* cuncti *Azo.* — [37]) copia commeatum *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; copia et commeatu *Hal. Cui*, *sed in comment. Cui. corrigit* copia commeatuum. — [38]) abundabit *Cui. in comment.*, *quippe illi duo, Germanus et Pentadius, recens designati fuerint ad expeditionem Vandalicam.*

Tit. IX.

DE MAGISTRIS SACRORUM [1]) SCRINIORUM.

1. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Zoilo, P. P. Orientis [2]). — Viris spectabilibus magistris omnium sacrorum scriniorum nostrae benevolentiae liberalitas tribuenda est, qui nostrae quodammodo assidere maiestati videntur. Ideoque post depositum etiam officium ab omni indictionis ouere, seu civilium seu militarium iudicum, prorsus immunes esse praecipimus, ut nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis ulla molestia super suspiciendo quolibet gravamine privato vel publico penitus iniungatur. Hoc beneficium ad proximos etiam sacrorum scriniorum et ex-proximis volumus propagari; quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione [3]) multando, si quid adversus statuta clementiae nostrae innovari concesserit. Dat. V. Kal. Mart. Theodosio A. XVIII. et Albino Conss. [4]) [444.]

Tit. X.

DE COMITIBUS CONSISTORIANIS.

1. [b]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Severino P. U. [5]) — Eos, qui tranquillitatis nostrae consistorii dici comites meruerunt, spectabilibus [6]) proconsulibus [7]) aequari generaliter decernimus. Dat. VII. Kal. Octob. Constantinop. Theodoro V. C. Cons. [8]) [399.]

2. [c]) Imp. Anastasius A. Eusebio, Magistro officiorum [9]). — Viros spectabiles comites consistorianos et coniuges et liberos, quin etiam servos [10]) eorum atque colonos iisdem privilegiis, tam intentiones ab aliis proponendas excipiendo, quam suas contra alios exercendo, perfrui, quibus viri clarissimi principes scholae [11]) agentium in rebus per sacram pragmaticam sanctionem divae [12]) memoriae Zenonis utuntur.

Tit. XI.

DE COMITIBUS [13]) ET TRIBUNIS SCHOLARUM.

1. [d]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Prisciano P. U. [14]) — Praepositos ac tribunos scholarum, qui et divinis [15]) epulis adhibentur, et adorandi [16]) principis facultatem antiquitus meruerunt, inter quos comite [17]) etiam sacri stabuli et cura palatii numerantur, si primi ordinis comitivam cum praepositura meruerunt [18]), et casu ad altiora non pervenerint, deposito sacramento inter eos, qui comites Aegypti vel Ponticae dioeceseos fuerint, quorum par dignitas est, haberi praecipimus [19]). Sin absque [20]) honore comitivae [21]) regimen fuerint nacti, absolutos militia inter eos, qui duces fuerint provinciarum, numerari iubemus. Dat. XII. [22]) Kalend. April. Constantinop. Lucio [23]) V. C. Cons. [24]) [413.]

Tit. XII.

DE COMITIBUS REI MILITARIS.

1. [e]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Ampelio P. U. [25]) — Qui contemplatione meritorum, ducto intra provincias transmarinas strenuissimo [26]) milite, primi ordinis comitivam fuerint consecuti, ea reverentia altissimarum dignitatum viris subiungantur [27]), ut his locum praestent, qui proconsulatus insignibus adornantur [28]). Dat. III. Non.

---

[a]) *Bas. VI.* 6. 15.; *pars hui. const. repetita est in l.* 11. *C. de assessor. I.* 51. — [b]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de comit. consist. VI.* 12. — [c]) *iungenda videtur l.* 2. *C. de privileg. scholar. XII.* 30. — [d]) *l.* 1. *Th. C. de comit. et tribun. VI.* 13.; *iungendae l.* 2. *C. tit. seq.*, *l.* 1. *C. de comit. et archiatr. XII.* 13., *l.* 1. *C. de comit. qui provinc. XII.* 14. — [e]) *l.* 1. *Th. C. de comit. rei milit. VI.* 14.; *iungenda l.* 1. *C. de praef. praet. XII.* 4.

[1]) sacrorum *om. ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.* — [2]) Imp. Anastas. A. *inscr. Hal. Russ.*, *contra cod. Russardi*, *qui nostram inscr. agnoscit*; Imp. Theodos. * P. P. *Cont.* 62. — [3]) damnatione *ms. Hfn.* — [4]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [5]) Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA. *inscr. Hal. Russ.*, *contra cod. Russardi*, *qui nostram inscr. tuetur*; *Cont.* 62. *recte habet imperatores*, *sed om.* Sever. P. U. — [6]) spectabilibus *om. Theod. C.*; et *addit Hal.* — [7]) proconsularibus *Theod. C.*, *quod praefert Iac. Gothofr.* — [8]) *Cui. Sp. Bk.*, *Theod. C.*; *subscr. om. rell.* — [9]) Imp. Iustinian. A. *inscr. Hal. Russ.*, *at contra cod. Russardi*, *qui nostram inscr. tuetur*; *a Cont.* 62. *absunt* Eusebio Mag. off. — [10]) servos quin etiam *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [11]) scholarum *Hal. Cui.*, *contra codd.* — [12]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Bk.*; divinae *ms. Hfn.*, *Cont. et rell.* — [13]) praepositis *ms. Gt.*, *Hal.*; comitibus praepositis *ed. Schf.*; praepositis comitum *var. l. ap. Azonem.* — [14]) Imp. Valentin. A. *inscr. Hal. Russ.*, *contra cod. Russardi*, *qui nostram inscr. confirmat*; *a Cont.* 62. *absunt* Prisciano P. U. — [15]) *Cui. in comment.*, *Cont.* 76. *Bk.*, *Theod. C.*; qui etudinis *ms. Bg.* 1., *cuius falsae lect. origo ex lit. u de suo loco transposita elucet*; quietudinis *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; qui inquietudinis *Hal. et rell.*, *quam lect. mire falsam iam glossa agnoscit*; *nam ad v.* epulis *sic habet*: „*est enim quaedam inquietatio cogitare de epulis*," *et provocat ad l.* 69. *D. XVII.* 2. — [16]) *adandi ms. Hfn.*, *var. l. ap. Azon.*, *male.* — [17]) tribunos (*corr.* tribunus) *Theod. C.* — [18]) meruerint *Theod. C.* — [19]) praecepimus *Theod. C.* — [20]) *ita cum Cui. in comment. et Theod. C. restituendum censui*; *veteres enim libri*, *notante Cuiacio*, *habent* in aliis qui, *alii autem* in aliisque, *atque illud est in ms. Gt. et ed. Schf.*, *hoc in ms. Hfn. et apud Azonem*, *cuius lectio in aliis quae tantum orthographica ratione diversa est. Iam vero sin perfacile mutari poterat in* in *propter literam finalem v.* praecipimus, *et pro* absque *scribi* aliisque; *et sic apparebit*, *lectionem a me receptam multo strictius vestigia codicum sequi*, *quam illam*, *quae est apud Hal. et rell.*, *scilicet* alios qui, *omisso* in. *Lectio cod. Aured. apud Char.* alios qui sine *mihi valde suspecta est*, *et sapit coniecturam recentioris cuiusdam possessoris eius cod.*; *cfr. not.* 22. *ad l.* 1. *C. XI.* 70. — [21]) cuiuslibet scholae *ins. Theod. C.* — [22]) VII. *Cui. in ed. prima*, *contra Theod. C.* — [23]) Ludo *Cont.* 76. — [24]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [25]) Imp. Leo A. *inscr Hal. Russ.*, *at contra ipsius Russ. cod.*, *in quo nostra inscr. confirmatur*, *nisi quod habet* Ampellio; Impp. Valentin. et Valens AA. *inscr. Cont.* 62. — [26]) strenuissime *Theod. C.* — [27]) subiungantur *Bk.*, *quam lect. in Theod. C. iam reponi voluit I. Gothofr.*, *adstipulante l.* 4. *Th. C. VI.* 22. — [28]) *alias* adornatus, *et tunc habeas* praestet, *alias* nominantur, *glossa* praestent *al.* praestet, adornantur *al.* orditur *Azo*; adordinantur *ms. Hfn.*

Non. Iul. Nasonaci [1]), Modesto et Arinthea Conss. [372.]

2. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Prisciano P. U. [2]) — Eos, qui sub comitivae [3]) primi ordinis dignitate peculiariter ad quamlibet provinciam vel provincias defendendas, milite credito, auctoritate nostri numinis destinantur, et eos, qui vicem illustrium virorum magistrorum militum susceperint peragendam, ducibus, qui, praeter Aegyptum et Posticam, in aliis provinciis administraverint, adaequamus. Dat. XII. Kal. April. Constantinop. Lucio V. C. Cons. [4]) [413.]

Tit. XIII.

DE COMITIBUS ET ARCHIATRIS SACRI PALATII.

1. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Prisciano P. U. [5]) — Archiatros intra palatium militantes si comitivae primi ordinis nobilitaverit [6]) gradus, inter vicarios taxari praecipimus, sive iam pridem deposuerunt militiam, sive postea deposuerint [7]), ita ut inter vicarios et duces, qui administraverint, et hos, qui comitivam primi ordinis meruerint, nihil intersit, nisi tempus, quo quis administraverit vel comitivae adeptus [8]) est insignia. Dat. XII. Kal. April. Constantinop. Lucio V. C. Cons. [9]) [413.]

Tit. XIV.

DE COMITIBUS, QUI PROVINCIAS REGUNT.

1. [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Prisciano P. U. [10]) — Eos, qui in [11]) administratione civili ac provinciae gubernaculis sub iurisdictionis licentia comites quoque primi ordinis esse meruerint, vicariae dignitatis post depositam administrationem privilegiis frui oportet. Dat. XII Kal. April. Constantinop. Lucio V. C. Cons. [12]) [413.]

Tit. XV.

DE PROFESSORIBUS, QUI IN URBE CONSTANTINOPOLITANA DOCENTES EX LEGE MERUERUNT COMITIVAM.

1. [d]) Imp. Theodosius A. et Valentinianus [13]) C. Theophilo P. U. [14]) — Grammaticos, tam graecos quam latinos, sophistas et iurisperitos, in hac regia urbe professionem suam exercentes, et inter statutos connumeratos, si laudabilem in se probis moribus vitam esse monstraverint, si docendi peritiam facundiamque [15]) dicendi interpretandique [16]) subtilitatem et copiam [17]) disserendi se habere patefecerint, et coetu amplissimo indicante digni fuerint aestimati, quum ad viginti annos observatione iugi ac sedulo docendi labore pervenerint, placuit honorari, et his, qui sunt ex-vicaria [18]) dignitate, connumerari. Dat. Id. Mart. Constantinop. Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Conss. [19]) [425.]

Tit. XVI.

DE SILENTIARIIS ET DECURIONIBUS EORUM [20]).

1. [e]) Impp. Honorius et Theodosius AA. [21]) Urso P. U. et Aureliano [22]), P. P. Orientis [23]) et Strategio, P. P. Illyrici [24]). — Decuriones nostri palatii post emensum fideliter obsequium postque [25]) deposita sacramenta militiae electionem habeant, sive ex-magistro [26]) officiorum velut agentes dignitatem consequi a nostra maiestate maluerint, sive inter viros illustres comites domesticorum, videlicet inter

---

[a]) *l. 8. Th. C. de comit. rei milit. VI.* 14.; *de legibus huius sanct. iungendis consule not. d. ad l.* 1. *C. XII.* 11. — [b]) *l.* 1. *Th. C. de comit. et archiatr. VI.* 16.; *Bas. VI.* 26. 1. *Quae leges sint coniungendae, docet not. d. ad l.* 1. *C. XII.* 11. — [c]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de comit. qui provinc. VI.* 16.; *Bas. VI.* 26. 2.; *de legg. nostrae iungendis cfr. not. d. ad l.* 1. *C. XII.* 11. — [d]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de professor., qui in urbe Cont. VI.* 21.; *Bas. VI.* 26. 3.; *Cui. iungit l.* 1. *C. de studiis liberal. XI.* 18. — [e]) *fons est l.* 1. *Th. C. de decur. et silent. VI.* 23.; *Bas. VI.* 26. 4.

[1]) Nasonnaci *Cui. Cont.* 76. *Char. Pac. Sp.*; Nasonaci *Theod. C.*, *Bk. Subscr. om. rell.* — [2]) Imp. Anastas. A. *inscr. Hal. Russ.*, *at Russ. contra suum cod.*, *qui nostram inscr. habet*; Imp. Honor. A. *inscr. Cont.* 62.; Post alia *ex Theod. C. addit Cont.* 76. — [3]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi*, *ed. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; comitiva *Hal. et rell.*; *sed v. leg.* 1. *tit. seq.* — [4]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [5]) Imp. Zeno A. *inscr. Hal. Russ.*, *at cod. Russardi*, *ut nos*; Prisc. P. U. *om. Cont.* 62. — [6]) nobilitaverint *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra Theod. C.* — [7]) deposuerint *om. ms. Gt.*, *ed. Schf.* — [8]) indeptus *Theod. C.*; *accedit ms. Hfn.*, *in quo est* indemptus. — [9]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [10]) Imp. Zeno A. *inscr. Hal. Russ.*, *at codex Russardi*, *ut nos*; Prisc. P. U. *om. Cont.* 62.; Post alia *ex Theod. C. addit Cont.* 76. — [11]) *ed. Schf.*, *Theod. C.*; ἐν τῷ ἄρχειν *Bas.*; in *om. rell.* — [12]) *Cui. Cont.* 76. *Char. Pac. Sp. Bk.*, *Theod. C.*; *subscr. om. rell.* — [13]) Impp. Theod. et Valent. AA. *codex Russardi*; Imp. Valentin. A. *Hal. Russ.*; Imppp. Theod. Arcad. et Honor. AAA. *Cont.* 62. — [14]) Theoph. P. U. *om. Hal. Russ.* (*cuius tamen codex sic habet*) *Cont.* 62. — [15]) *mss. Hfn.*, *Cui.*, *Theod. C.*; facundiam *rell.* — [16]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; interpretandi *edd. rell.*, *Theod. C.* — [17]) *Cui.*; si copiam *Hal.*; copiam, *omissa copula*, *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; copia, *om. copula*, *ms. Hfn.*; copiamque *Russ. Cont. et rell.* — [18]) ex vicaria, *spreta lineola*, *rell.* — [19]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [20]) eorum *cancellis notat Russ.*, *et abest a quibusdam*, *notante Contio*; *etiam Theod. C. VI.* 23. *in rubr.* eorum *ignorat*; *sed stare potest*, *quum silentiarii sint sub decurionibus*, *et adiectum eo consilio a conditoribus Cod. videtur*, *ne de decurionibus curiarum cogitetur.* — [21]) *ab Hal. et Cont.* 62. *absunt nomina et dignit.*, *quae sequuntur.* — [22]) *Russ. ex cod.*, *Bk.*, *Theod. C.*; Amiliano *Cui. Cont.* 66. 71. 76.; Aemiliano *Char. Pac. Sp.* — [23]) *Russ. ex cod.*, *Bk.*; com. ord. pr. (*i. e. ordinis primi*) *Cui. Cont.* 66. *et postea rell.*; Comiti Orientis *Theod. C.*; *utrumque male*; *de Aureliano P. P. Orientis a.* 416. *ex plurimis legibus constat. Cfr. Gothofr. Chronolog. p. CLXXXII.* — [24]) Strategie P. P. per Illyricum *Russ. ex suo cod.* — [25]) que *om. Theod. C.* — [26]) ex magistro, *spreta lineola*, *rell. accepto Bk*

inter agentes, taxari, ut tam in adoranda nostra serenitate, quam in salutandis administratoribus, et reliquis praedicti honoris privilegiis, nec non in nostro consistorio his [1]) honor omnifariam observetur [2]). Dat. prid. Kal. Novemb. Constantinop. Honorio X. et Theodosio VI. [3]) AA. Conss. [4]) [415.]

2. [a]) Iidem AA. Venantio P. P. [5]) — Unusquisque decurio vel silentiarius a tironum equorumque praestationibus habeatur immunis; nullam [6]) collationem, quae plerumque poscitur, solvat; nihil his ulla potestas iniungat aut necessitas imponat. Dat. VII. Id. Mart. Ravenna, Asclepiodoto et Mariniano Conss. [7]) [423.]

3. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Flaviano P. P. [8]) — Decurionibus et silentiariis, etiam si ad superiorem gradum successu meliore transcendunt, omnia privilegia, quae iam dudum divorum principum indicio meruerunt, legis istius praeceptione noverint [9]) esse firmata, non praeiudicatura quacunque generalitate pragmatica [10]). Nec angarias vel parangarias sive paraveredos ulla eis amplissimae praeceptionis imponat auctoritas. Sordidis quoque muneribus, excoctione calcis et superindicti gravamine eos liberamus. Domos [11]) quoque eorum, non tantum in hac sacratissima urbe, sed in qualibet alia positas civitate, immunes ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine vindicamus; permissa eis veniendi ad comitatum licentia praeter revocatoriae [12]) securitatem [13]); mulcta [14]) decem librarum auri iudicibus provinciarum eorumque officiis infligenda, si statuta numinis nostri crediderint esse contemnenda [15]). His addimus, ut, quum optatam quietem acceperint, et inter viros illustres [16]) senatores coeperint numerari, honore curiae sine aliqua functione laetentur, immunitatisque gaudio plena dignitatis laetitia [17]) potiantur, ut dignitatem solam habeant ex senatu; sub hac videlicet definitione, ut triginta tantummodo numero ea [18]) privilegia consequantur. Decuriones quoque tres, sed eos tunc demum perpotiri [19]) decernimus beneficiis suprascriptis, quum per continuos tredecim [20]) annos inculpatas excubias peregerint. Dat. IX. Kal. April. Ravennae, Aëtio et Valerio Conss. [21]) [432.]

4. [c]) Imp. Zeno A. Cosmae, Praeposito sacri cubiculi [22]). — Ne ad diversa tracti [23]) viri devoti silentiarii iudicia sacris abstrahi videantur obsequiis, iubemus, eos, qui quemlibet devotissimorum silentiariorum scholae vel eius uxorem civiliter vel etiam criminaliter pulsare maluerint, minime eum ex cuiuslibet alterius iudicio, nisi ex iudicio tantummodo viri excellentissimi magistri officiorum, conveniri.

5. [d]) Imp. Anastasius Antiocho, Praeposito sacri cubiculi [24]). — Iubemus, clarissimorum silentiariorum praeditos militia, etsi genitorum suorum in potestate sint constituti, quaecunque solatiorum seu emolumentorum vel donationum seu hereditatum nomine per militiam vel quamlibet eiusmodi causam [25]) his acquisita sunt vel fuerint, iure castrensis peculii possidere, nec ea posse vel parentes superstites sibimet [26]) vindicare vel auferre, vel etiam post eorum obitum fratres vel eorum alios heredes, quasi ad defunctorum dominium pertinentia, in divisionem deducere; nec enim oportet labores eorum aliis fructum vel lucrum afferre. Hac namque ratione simul et contemplatione nec ipsam militiam vel suffragium, quodcunque pro ea vel ab iisdem viris devotissimis [27]) silentiariis vel a [28]) parentibus eorum vel a [29]) quolibet alio datum est vel fuerit, ab his patimur in successionem [30]) defunctorum parentum conferri, seu nomine collationis in medium easdem offerri [31]) pecunias, vel his imputari. §. 1. Ad haec [32]) de tutelis et curationibus eos excusari sancimus, ne alienarum rerum administrationem subire compellantur, qui propter nostra ministeria nec suis curam seu provisionem diligenter deferre possunt. Insuper eorum liberos, qui dignitas virorum spectabilium comitum seu tribunorum decorat sunt vel fuerint, nullatenus nolentes administrationem praeturae [33]) suscipere seu peragere; omnibus videlicet antelatis privilegiis in persona non tantum in praesenti militantium, sed etiam postea eidem consortio inserendorum, tam tempore militiae quam post eam depositam, observandis. Dat. Kal. Ianuar. Ioanne et Asclepione Conss. [34]) [499.]

TIT. XVII.

---

[a]) *hausta ex l. 2. Th. C. de decur. et silent. VI.* 23.; *Bas. VI.* 26. 5. — [b]) *conflata ex l. 3. et 4. Th. C. de decur. et silent. VI.* 23.; *Bas. VI.* 26. 6. *Cfr. not. e. ad l. 2. C. de praepos. sacr. cub. XII.* 5. — [c]) *Bas. VI.* 26. 7. — [d]) *Bas. VI.* 26. 8.; *pars huius const. repetita est in l.* 25. *C. de excusation. V.* 62.

[1]) is *ms. Gt.* — [2]) reservetur *ms. Hfn.* — [3]) VI. *om. Cont.* 76. — [4]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [5]) Venantio P. P. *om. Hal. Cont.* 62. — [6]) nudam *Theod. C.*, *idque Cui. in comment. reponere vult*, *provocans ad l.* 4. *C. XII.* 19.; *sed textum tuentur Bas.* — [7]) *Cont.* 76. *Bk.*, *Theod. C.*; *subscr. om. rell.* — [8]) Imp. Valentin. A. *inscr. Hal. Russ.*, *at Russ. contra suum cod.*, *in quo nostra est inscr.*; Imp. Theodos. A. *inscr. Cont.* 62. — [9]) noveris *Theod. C. ed. Haenel.* — [10]) *Cui. in comment. emendat* pragmatici, *quod habet Theod. C.* — [11]) Domus *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.* — [12]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; revocarie *ms. Hfn.*; evocatoriae *Cui. Cont.* 66. *et rell.*, *Theod. C.*; *sed* χωρὶς θείας ἀναχλήσεως *Bas. Cfr. l.* 18. *C. XII.* 1., *et l.* 1. *C. I.* 49., *in qua lectio Hal.*, *quam in not.* 7. *retuli*, *vera est.* — [13]) severitatem *Cont. in marg. ex exempl. Victor.* — [14]) et mulcta *Theod. C.* — [15]) temnenda *Theod. C.* — [16]) viros illustres *om. Theod. C.* — [17]) laetitia *al.* licentia, *Azo.* — [18]) numero haec *Theod. C.*; numero et *ms. Hfn.*; numerata *ms. Gt.*, *var. l. ap. Azon.* — [19]) potiri *Theod. C.* — [20]) triginta *Hal. Russ. Cont.* 62., *contra Theod. C.* — [21]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [22]) Idem A. *Hal. Russ.*, *contra cod. Russardi*, *qui nostram inscr. tuetur*; Imp. Zeno A., *om. rell.*, *Cont.* 62. — [23]) tractati *Russ. in marg.*; *sed* ἑλκόμενοι *Bas.* — [24]) Imp. Iustinian. A. *inscr. Hal. Russ.*; *verum Russ. in marg.* Imp. Anastas. A. Policarpo P. P.; Ant. Praep. sacr. cub. *om. Cont.* 62. — [25]) quamlibet eius causam *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; quaml. aliam causam *ms. Gt.* — [26]) *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; sibi *Hal. et rell.* — [27]) devotis *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [28]) a *om. Hal. Cui.*; *sed Bas.* a *agnoscunt.* — [29]) a *om. mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*, *sed est in Bas.* — [30]) successione *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; εἰς κληρονομίαν *Bas.* — [31]) inferri *ms. Gt.*; conferri *ed. Schf.* — [32]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; hoc *Russ. et rell.*; *sed* πρὸς τοῦτοις *Bas.* — [33]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Bk.*, *Cui. in comment.*; praefecturae *Hal. et rell.*; *sed Bas.* τοὺς παῖδας αὐτῶν — μὴ γίνεσθαι πραίτωρας. — [34]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71.

Tit. XVII.

DE DOMESTICIS ET PROTECTORIBUS.

1. [a]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Eusignium P. P. [1]) — Domestici ac protectores osculandi, quum salutaverint [2]), vicarios tui culminis habeant potestatem. Poena enim sacrilegii similis erit, si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt aestimati [3]). Dat. prid. Non. Mart. Mediolano, Valentiniano A. III. et Eutropio Conss. [4]) [387.]

2. [b]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Heliodoro P. U. [5]) — Primicerius [6]) quidem domesticorum et protectorum utriusque scholae post acceptum [7]) tribunatum inter eos spectabili [8]) dignitate potiatur [9]), qui ducatum gerere [10]) meruerint [11]). Alii vero, qui decursis stipendiis ab eodem decem usque numero subsequuntur, consulari [12]), id est clarissimatus dignitate perfruantur cum ipsa loci decemprimorum accessione. Dat. III. Id. Iun. Constantinop. Aëtio et Valerio [13]) VV. CC. Conss. [14]) [432.]

3. [c]) Iidem AA. Sporatio, Comiti domesticorum peditum [15]). — Si quis domesticorum, nulla negotii publici abstrahente sollicitudine, nec ei per commeatum solemniter, ut abesset [16]), facultate concessa, per [17]) biennium obsequiis serenitatis nostrae defuerit, is [18]) retrorsum in ordinem [19]) tractus inferiorem quinque sequentibus postponatur. Si vero triennium eius absentia continuasse monstretur, usque ad decimum locum procul dubio regradetur [20]). Quodsi quadriennio tenus abfuerit, novissimus collocetur. Quinquennio [21]) autem [22]) si fuerit devagatus [23]), ipso iam cingulo spoliandus est. Indignum quippe est, desides a propriis tam diu muniis aberrasse, quos convenit assiduos numerari [24]).

4. [d]) Imp. Iustinianus A. [25]) Vigilantio, Comiti domesticorum, Consulari atque Patricio [26]). — Lege pragmatica sine fine victura praefiniendum ac constituendum credidimus [27]), ut, si quis virorum fortium praesentalium [28]) domesticorum in equitum schola secundicerii [29]) locum adeptus diem interea supremum clauserit, heredes eius non reliqui tantum temporis, quod eidem gradui superesse monstratur, verum etiam insequentis anni, hoc est primiceriatus [30]), solatiis ac emolumentis fruantur omnibus, ut, quod ad quaestum et compendium militiaeque fructum prolixe [31]) pertinet, similis habeatur, ac si superstes permanserit [32]) ad finem usque supremum.

5. [e]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Ἡ διάταξις τὸ προνόμιον τὸ δεδομένον τῷ σεκουνδοκερίῳ τῶν ἱππέων χαρίζεται καὶ τῷ σεκουνδοκερίῳ τῶν πεζῶν.

Constitutio privilegium secundicerio equitum datum largitur et secundicerio peditum.

TIT. XVIII.

---

[a]) *l. 4. Th. C. de domestic. VI. 24.; Bas. VI. 27. 1.; I. Gothofr. iungit leg. 1. C. de off. mag. mil. I. 29.* — [b]) *hausta ex l. 11. Th. C. de domestic. VI. 24., adiectis quibusdam ex l. 7 — 10. Th. C. eod.; Bas. VI. 27. 2.* — [c]) *Bas. VI. 27. 3.* — [d]) *Bas. VI. 27. 4.* — [e]) *In Bas. VI. 27. 5. constitutionis, haud dubie graecae, servatur epitome, quam in fine nostri tit. excidisse verisimillimum est. Id enim suadet et habitus tituli Bas. cit., qui Codicem Iust. presse sequitur nec aliena ab eo videtur immiscere, et argumentum ipsius const., quae alio loco, quam in fine nostri tit., collocata esse non potuit. Quare illud cap. Bas., restitutum ab Heimbachio (Ungedr. Const. d. Iust. Cod. p. 48.) et receptum a Bk., et a me inserendum esse censui.*

[1]) *cod. Russardi, Theod. C.*; Imppp. — AAA. Eusignio P. P. *Cui. Cont. 76. Bk.*; Impp. Valentin. et Valens AA. *inscr. Hal. Russ. Cont. 62.*; Impp. Valentin. et Valens AA. Eusignio P. P. *inscr. Cont. 66. 71. Char. Pac. Sp.* — [2]) *sic interpungunt Hal. Cui. Bk.; Russ. et rell., sublato commate post* salutav., *id ponunt post* vicarios, *improbante I. Gothofr. Verum Bas. ita reddunt sententiam legis, ut osculationem ipsorum praefectorum praet. permittat domesticis.* — [3]) existimati *Russ. Cont. Char. Pac.* — [4]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71.* — [5]) Iidem AA. et Grat. A. *inscr. Hal. Russ. Cont. 62.; at cod. Russardi habet, ut nos.* — [6]) *al.* Primicerii, *Azo.* — [7]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; adeptum *Hal. et rell.* — [8]) spectabili *om. Theod. C.* — [9]) *ms. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; potiantur *ms. Hfn.*; potiantur *al.* potiatur *Azo*; perfruatur *Hal. et rell., quod ex seqq. huc irrepsisse videtur.* — [10]) agere *ms. Gt., Theod. C.* — [11]) meruerunt *Theod. C.* — [12]) *fortasse* ex-consulari, *propter l. 8 — 10. Th. C. cit.* — [13]) Valerio et Aëtio *Theod. C.* — [14]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71.* — [15]) Sporatio — peditum *om. Hal. Cont. 62.*; Sporatero comiti domestici compeditum *Russ. ex suo cod. Cfr. XII. 3. 2. in inscr.* — [16]) abesse, *om.* ut, *ms. Hfn.*; ut *etiam abest a ms. Gt.* — [17]) per *om. ms. Hfn.* — [18]) is *om. ms. Gt., Hal. Cui.* — [19]) in ordine *ms. Hfn.* — [20]) *ms. Hfn., codd. Cuiacii, vett. Contii, edd. Schf. Bk.*; degradetur *ms. Rg. 1.*; regredietur *Hal. et rell., improbante Cui in comment.* — [21]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui.*; quinquennium *Russ. et rell.* — [22]) similiter *ins. Hal. Cui.* — [23]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Bk.*; divagatus *Cont. et rell.*; devocatus *al.* demoratus *Azo.* — [24]) *ita Cui. in comment. ex libris mssis restituit;* muniis aberrantes, quos esse convenit assiduos, numerari *edd. omnes, quae lectio ex male inserto v.* esse *mihi nata esse videtur, cuius originem discere licet ex ms. Hfn., in quo sic habetur:* muniis aberrantes quos convenit essiduos numerari; numerari *al.* honorari *Azo.* — [25]) Imp. Anastas. A., *nihilque praeterea, Hal. Russ. Cont. 62.* — [26]) *Cui. (ed. Fabrot.)*; Vigili comiti consulari ac patricio *Russ. in marg.*; Vigili consulari et patricio *Cui. in ed. prima, Cont. 66. et rell.* — [27]) credimus *edd. Schf. Cui.* — [28]) praesentialium *mss. Hfn. Gt.* — [29]) secundo primicerii *ms. Hfn.*; secundum primicerii *ed. Schf.*; *sed* σεκουνδοκέριος *Bas. Falsae lectioni haud dubie ansam dederunt vv. seqq.* id est primiceriatus. — [30]) primiceratus *ms. Hfn. Cui.*; hoc est primicer. *om. Hal.*, *et huc sine dubio pertinet, quod Cui. in comment. ait* „*Contextum curavi exeudi, uti oportet, quem Haloander depravarat.*" — [31]) prolixae *Cui.* — [32]) *mss. Hfn Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; permansisset *Russ. et rell.*

Tit. XVIII.

DE PRAEPOSITIS LABORUM [1]).

1. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio P. P. [2]) — Qui praepositi laborum [3]) nostro iudicio promoventur, clarissimi sint inter allectos [4]), ita ut ex-consularibus habeantur. Nam et immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat. Dat. III. Id. Novemb. Constantinop. Theodosio A. VII. et Palladio Conss. [5]) [416.]

Tit. XIX.

DE PROXIMIS [c]) SACRORUM SCRINIORUM CAETERISQUE, QUI IN SACRIS SCRINIIS MILITANT.

1. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [7]) AAA. Cynegio P. P. [8]) — Proximos memoriae, epistolarum ac libellorum atque dispositionum [9]) ita vicariorum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro praefectis [10]) dioeceses sibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos [11]) splendor indepti proximatus ostendat [12]), insequentibus praeponendi, qui vicarias postea administraverint. Et nullam iniuriam descriptionis perhorrescant [13]). Dat. prid. Kal. Mai. [14]) Constantinop. Honorio N. P. et Evodio Conss. [15]) [386.]

2. [c]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [16]) AAA. Constantino [17]), P. P. Galliarum [18]). — In sacris scriniis nostris militantes in provinciis [19]) ordinarii vel spectabiles iudices [20]) a salutatione [21]) non arceant [22]), et inviti in consessum accipiantur [23]); scituris vel principe vel corniculario vel capitibus officii [24]), ternas libras auri ex [25]) suis facultatibus eruendas [26]), si consistorium nostrum saepe ingredientibus secretarii iudicum non patuerit ingressus, aut reverentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum iudice societas denegata. Dat. VI. Id. Novemb. Treviris [27]), Timasio et Promoto VV. CC. Conss. [28]) [389.]

3. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Claudio P. U. [29]) — In scriniis palatii militantes, id est memoriae, epistolarum libellorumque ac dispositionum [30]), post viginti annos transactae militiae si discedendum sibi esse decreverint, consulari honore fulti [31]) inter allectos [32]) habeantur, hunc que honorem dignitatis [33]) teneant, qui ex-consularibus deferri consueverit [34]). Nec eos quisquam iniungendo aliquid vel iubendo possit ab impertito otio separare. Dat. XV. Kal. Mart. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [35]) [396.]

4. [e]) Iidem AA. et Theodosius A. Epiphanio P. U. [36]) — Iubemus, ut primum [37]) omnium sit eorum, qui in sacris scriniis nostris (id est memoriae [38]), epistolarum, libellorum et dispositionum) referuntur,

---

[a]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de praepos. lab. VI.* 18. *Cfr. not. a. ad l.* 5. *C. de praepos. sacri cub. XII.* 5. — [b]) *l.* 4. *Th. C. de proximis. VI.* 26.; *Bas. VI.* 28. 1. *Cfr. not.* 14. — [c]) *fons est l.* 5 *Th. C. de proximis. VI.* 26.; *Bas. VI.* 28. 2. *Partem hui. const. repetit l.* 3. *C. de off. divers. iud. I.* 48. — [d]) *l.* 8. *Th. C. de proximis. VI.* 26.; *Bas. VI.* 28. 3. — [e]) *hausta ex l.* 14. *Th. C. de proximis. VI.* 26.; *Bas. VI.* 28. 4.

[1]) *legendum in rubr. et in contextu legis* labororum *vel* labarorum *a laboro vel labaro, imperatorio vexillo. Quodsi* laborum *cum omnibus edd. retineas, habendum est pro contracta forma genitivi plural. Quod codicum testimonia attinet, haec sunt:* labarum *ms. Gt.;* lalaborum *ms. Hfn. in rubr.,* labarum *idem in textu legis;* labarorum *omnes codd. Russardi, et sic et codd. Contii;* libellorum, *quam lect. et Hal. in marg. adnotat, vett. libri Alciati. Apud Azon. est* labarum. *Glossa ad rubr. sic adnotat: „Quidam habent* laborum, *nec dicunt, cui labori sunt praepositi; alii* labarum, *a labiis (forte corrigebant eos, qui male loquebantur de principe!); vel dicit hoc* labarum *signum bellicum . . ., et secundum hoc ponitur pro genit. plural.“ Cfr. l. Gothofr. in comment. ad l.* 1. *Th. C. cit.* — [2]) Imp. *inscr. Hal.;* Idem A. *inscr. Russ., contra suum cod., qui nostram inscr. exhibet;* Monax. P. P. *om. Cont.* 62. — [3]) *cfr. not.* 1. — [4]) electos *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cui. Cont.* 62., *recte improb. Cui. in comment.* — [5]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [6]) praepositis *mss. Hfn. Gt., var. l. gl.* — [7]) Valentin. Theod. et Arcad. *Bk., recte secundum chronolog., at contra Theod. C. et cod. Russardi.* — [8]) Cyneg. P. P. *om. Hal. Cont.* 62. 66. 71. — [9]) ac disposit. *ex l.* 10. *Th. C. VI.* 26. *interpolata videntur.* — [10]) qui profecti *ms. Hfn., ed. Schf.;* qui praefectis *Hal.;* qui praefecti *Russ. Cont.* 62. *Sed Theod. C., ut nos.* — [11]) eos *om. mss. Hfn. Gt., contra Theod. C.* — [12]) ostentat *Theod. C., quem sequitur Bk.* — [13]) Et nullam — perhorrescant *addita videntur ex l.* 12. *Th. C. tit. cit.* — [14]) Ma, *quo siglo et* Mai. *et* Mart. *significatur, Theod. C. ed. Haenel., et* Mart. *praefert Haenel., ut coniungatur l.* 1. *C. de princip. ag. in reb. XII.* 22. — [15]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [16]) Iidem *Bk.; cfr. not.* 7. *ad l.* 1. — [17]) Constantio *Theod. C., improb. I. Gothofr., qui corr.* Constantiano, *cfr. Chronol. p. CXXX.; cum Theod. C. faciunt Russ. (ex suo cod.) et Bk.* — [18]) Galliar. *om. Theod. C.; cfr. not.* 17. *ad l.* 3. *C. I.* 48.; Const. P. P. Galliar. *om. Hal. Cont.* — [19]) in provinc. *et mox* Spectab. *om. Theod. C.* — [20]) *ms. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui. Bk.;* spectabilis iudicis *ms. Hfn., Hal. et rell. Verum et Theod. C.* iudices. — [21]) *mss. Hfn. Gt., Cui. Bk., Theod. C.;* ad salutationem *edd. Schf. Hal. et rell. Caetarum vv.* a salutat. *post v.* provinciis *collocat Cui., seductus ab Haloandro, cuius editione ut fundamento usus esse debet Cui., quum suam pararet.* — [22]) *ms. Hfn., codd. Russardi, Cui. Bk., Theod. C.;* arceantur *edd. Schf. Hal. et rell.* — [23]) accipiant *ms. Gt., codd. Russardi, Cui. Bk., Theod. C.; sed Bas. tuentur* accipiantur. — [24]) officii *om. Theod. C.* — [25]) a *l.* 3. *C. cit.* — [26]) servandas *ms. Hfn.* — [27]) Triveris *Cui.* — [28]) *subscr. om. Hal. Cont.* 62. 66. 71. — [29]) Imppp. Theod. Arc. et Hon. AAA. *inscr. Hal. Russ., at Russ. contra suum cod., in quo nostra inscr. est;* Claudio P. U. *om. Cont.* 62. — [30]) id est mem. — dispositionum *om. Theod. C.* — [31]) functi *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., male.* — [32]) electos *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; electos *al.* allectos *Azo. Cfr. not.* 4. *ad tit. anteced.* — [33]) in senatu *ins. Theod. C.* — [34]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Bk., Theod. C.;* consuevit *edd. Schf. Russ. et rell.* — [35]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [36]) Impp. Arcad. et Honor. AA. *inscr. Hal. Russ., sed Russ. contra suum cod., qui a nostra inscr. eo tantum discrepat, quod nomina trium impp. exscripta habet;* Iidem AA. *inscr. Cont.* 62. — [37]) primo *Theod. C.;* ut patrimonium eorum qui *Russ. aliique in marg.* — [38]) et *ins. Hal. Cui.; etiam hic, ut in l.* 1. *h. t., designatio quatuor scriniorum a Triboniano ad dita est.*

feruntur, secura possessio ab omnibus sordidis muneribus excusata; superindictum non timeant [1]), venalitium non petantur [2]), solumque canonicae indictionis praestent tributum [3]); labore dignitas conquisita extraordinarium munus ignoret, nec ullam temonis [4]) patiatur iniuriam; equorum tironumque praestationem nullus agnoscat, qui vel adhuc in scriniis militat, vel honorem proximi et comitivam primi dispositionum longi temporis sudore quaesivit. Et haec quidem patrimoniis censuimus deferenda. §. 1. Quod autem omnibus constat deferri, adiectu alterius dignitatis perire non patimur, ut, etiamsi prosperioris [5]) fortunae indicio ad honoris ornamenta processerint, vetera tamen eis scriniis labore privilegia quaesita serventur. Dat. Id. Octob. Ravenna, Honorio VII. et Theodosio II. [6]) AA. Conss. [7]) [407.]

5. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Faustino P. P. [8]) — Peculiari praecepitionis nostrae favore praestamus, ut in scriniis memoriae, epistolarum libellorumque ab exceptoribus usque ad melloproximos [9]) dignitatem clarissimorum honoremque percipiant. Et sicut reliqui, qui in iisdem scriniis militant, liberum cum ordinariis iudicibus ingressum secretarii [10]) consessumque habere legibus meruerunt, ita [11]) hi quoque, in quos hanc stipendiorum meritis clarissimatus conferimus dignitatem, cum spectabilibus etiam habere sese reverentiam recognoscant, ut consedendi ingrediendique [12]) secretarium [13]) sciant a nobis licentiam contributam. Dat. VIII. Id. Iun. Ravenna, Lucio V. C. Cons. [14]) [413.]

6. [b]) Iidem AA. Eustathio, viro illustri Quaestori, et Helioni, viro illustri Magistro officiorum [15]). — Pro biennio annum solum agere deinceps decernimus eos, qui in tribus scriniis, memoriae, epistolarum libellorumque, ordine ac merito stipendiorum ad gradum pervenerint proximorum. Dat. VIII. [16]) Id. Februar. Constantinop. Theodosio A. VII. et Palladio Conss. [17]) [416.]

7. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Nomo, Magistro officiorum [18]). — Unicuique, qui in sacris scriniis militat, sui loci merita servari oportere constituimus, et universos, qui ultra numerum statutorum in iisdem scriniis militant, sui gradus respectu per ordinem, quem sortiti sunt, in deficientium statutorum locum (ut tamen ultimis socientur) subire decernimus; scilicet ut nemini penitus liceat, quum sit posterior tempore [19]), locum praecedentis ambire, nisi forte ab eo, qui tempore vincitur, laborum comparatione superatur [20]), ut, quindecim primatum [21]) eiusdem scrinii testimonio cum sacramenti religione subnixus, praecedentibus dignior indicetur. Hanc quoque [22]) observationem extra filios proximorum volumus custodiri. Etenim unicuique [23]) proximo unum de suis filiis, qui temporis duntaxat suffragio nititur, licet parum observasse militiam cognoscatur [24]), insequentibus tempore, qui laborum meritis muniuntur, anteferri posse decernimus. §. 1. Illum tamen, qui locum statuti meretur, proximo quidem ducentos quinquaginta solidos, melloproximo vero vel [25]) adiutori pro consuetudine uninscuinsque scrinii viginti aut quindecim solidos offerre praecipimus. Quodsi quis de supernumerariis, qui [26]) in statuti locum subire debuerat, ne pecuniam offerat, statuti etiam gradum recusare voluerit, sequenti tam offerendae quantitatis praedictae quam subrogandi licentia permittatur, ita videlicet, ut si secundus vel etiam tertius vel alterius cuiuslibet numeri in eadem excusationis voluntate duraverit, accedenti semper eadem copia, quam praecedens recusaverit, tribuatur. Hos autem, qui ad statutorum ordinem progredi noluerint, nec de suo gradu volumus removeri, et, quum vacaverit statuti locus, conditionem, quam antea repudiaverant, id est et offerendae pecuniae et adipiscendi statuti locum, liberam habere praecipimus facultatem.

8. [d]) Iidem AA. Nomo, Magistro officiorum [27]). — Proximos [28]) sacrorum scriniorum, quos fides ac diuturnae observationis industria literataque militia, comitem quin etiam dispositionum, quem probitas ac strenuitas merito commendant [29]), complete tempore suae militiae, comitivae sacri nostri consistorii cingulo in diem vitae potiri, manentibus videlicet iamdudum praestitis salvis privilegiis [30]), decernimus. Quibus enim pietatis nostrae arcana merito committuntur, his pietas nostra vitam cingulo supradictae comitivae ornandam decorandamque decrevit.

9. [e]) Imp. Leo A. Patricio, Magistro officiorum [31]). — In sacris nostris scriniis militantes, per commea-

---

[a]) *l.* 16. *Th. C. de proximis. VI.* 26.; *Bas. VI.* 28. 5. — [b]) *hausta ex l.* 17. *Th. C. de proximis. VI.* 26.; *Bas. VI.* 28. 6. — [c]) *Bas. VI.* 28. 7. — [d]) *Bas. VI.* 28. 8.; *iungenda l.* 6. *C. de princip. agent. in reb. XII.* 22., *quae partem nostrae repetit.* — [e]) *Bas. VI.* 28. 9.

[1]) *Cui. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Bk., Theod. C.*; aut *ins. ms. Hfn., edd. rell.* — [2]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Bk., Theod. C.*; petatur *Hal. et rell. Sed frequens graecismus est in v.* peti. — [3]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; ut *ins. Russ. et rell.* — [4]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; temporis *ms Gt.*; temonum *Hal. et rell.*; teloneis *coni. Alciat.* — [5]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C.*; pro superioris *Russ. Cont. et rell., excepto Bk., qui edidit* pro prosperioris, *haud dubie per err. praepositionem non tollens, quum veram lect. restitueret.* — [6]) *I. Gothofr. emendare vult.* Hon. IX. et Theod. V. (412.), *ut coniungatur l.* 1. *Th. C. VI.* 18. — [7]) *subscr. a Cui. restituta abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [8]) Imp. Theodos. A. *inscr. Hal. Russ., sed Russ. in marg. ex suo cod.* Impp. Hon. et Theod. Fausto P. P.; Faust. P. P. *om. Cont.* 62. — [9]) melopoximos *Alciat.*; mello proximis, *duobus vv., Sp.*; *sed ἕως μελλοπροξίμων Bas. Melloproximus* (*a μέλλειν et* prox.) *est proximi succedaneus.* — [10]) secretarium *ms. Hfn., ed. Schf.*; *scribe* in secretarium, *ut Theod. C.* — [11]) ita *om. mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ.*; *etiam in Theod. C. h. v. ad supplendam lacunam addita est.* — [12]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.*; ingrediendive *Hal. et rell.* — [13]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C.*; sibi *ins. Russ. et rell.* — [14]) *subscr. a Cui. restituta abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [15]) *Cui. Cont.* 76. *Bk., Theod. C.*; Iidem AA. Eustatio quaestori et Hellioni mag. off. *codex Russardi*; Iidem AA. et Valent. A. *inscr. Hal. et rell.* — [16]) VII. *Bk.* — [17]) *subscr. a Cui. restituta abest ab Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [18]) Impp. Valentin. et Martian. AA. *inscr. Hal. Russ., contra cod. Russardi, qui nostram inscr. tuetur, et contra leg.* 11. *h. t., quae huius const. mentionem facit*; Nomo Mag. off. *om. Cont.* 62. — [19]) in *ins. mss. Hfn. Gt.*; *alii mox* abire *pro* ambire. — [20]) *edd. Schf. Hal. Cui.*; superetur *edd. rell.*; superlatus, *om. seq.* ut, *ms. Hfn.* — [21]) quindecimprimatum, *uno verbo, Alciat.*; *sed παρὰ δεκαπέντε πρώτων Bas.* — [22]) hancque *ms. Hfn., quod probo*; quoque *et abest a ms. Gt.* — [23]) cuique *mss. Hfn. Gt.*; cuique unicuique *ed. Schf., quod ex var. l. ortum est, quae in textum irrepsit.* — [24]) cognoscetur *Hal. Cui.* — [25]) melloproximo quinquaginta, *om.* vel, *Hal.*; *sed τῷ μελλοπροξίμῳ ἤτοι τῷ βοηθῷ Bas.* — [26]) qui *post* quis *ins. ms. Hfn., cum quo facit ed. Schf.* — [27]) Nomo Mag. off. *om. Hal. Cont.* 62. — [28]) Magistri proximos *ms. Hfn., Azo, quae lectio ex Nomi dignitate cum ipso legis tenore coniuncta originem habet.* — [29]) commendat *ms. Hfn., ed. Schf.* — [30]) *ms. Hfn., Cui.*; proximis *add. ms. Gt.*; propriis *addunt edd. rell. Sed cfr. l.* 6. *C. XII.* 22. — [31]) Patr. Mag. off. *om. Hal. Cont.* 62.

commeatum non continuatim praestitum ante conventionem profecti, intra indultum temporis spatium erunt cum suis coniugibus [1]) et liberis a conventione securi; ab indictionibus etiam publicorum et [2]) civilium munerum, et [3]) post completam militiam, excusatione potiantur; super domibus quoque, quas in provinciis possident, metatorum molestia liberentur.

10. [a]) Idem A. Illyriciano, Comiti et Magistro officiorum [4]). — [Hac parte [5])] statutos memoriales praecipimus esse in scrinio quidem memoriae sexaginta duos, epistolarum vero triginta quatuor, libellorum quoque triginta quatuor [6]); antiquarios vero, qui habentur in scrinio [7]) memoriae, nunquam minus esse, quam quatuor. §. 1. Suprascripti autem memoriales nullo modo duplici fungantur officio, nec [8]) geminis chartis irrepserint, ut non occupentur [9]) plura in unum se commoda collaturi nihilque reliquis relicturi.

11. [b]) Imp. Anastasius A. Eusebio, Magistro officiorum [10]). — Si quis in sacris nostris scriniis, id est memoriae, dispositionum, epistolarum et libellorum, statutis iam connumeratus, ab hac luce fuerit subtractus, ab eo, quicunque (utpote vacante loco) de substitutis in statutorum consortio fuerit ultimus subrogatus, pro solatio vel suffragio proximi definitam sacraeque constitutioni divae memoriae Theodosii et Valentiniani principum insertam quantitatem defuncti heredes et [11]) successores, vel liberi eius, seu creditores, qui foenus [12]) cum mortuo pro statuti loco ei acquirendo contraxerint, consequantur; ita scilicet, ut, si hereditas vel successio defuncti [13]) minime fuerit suscepta vel adita, tales personae, id est creditores quidem contra caeteros praerogativa sibi servata, liberi autem vel agnati seu cognati non hereditatis, sed privilegii nomine simili modo huiusmodi summam percipiant, sibique petere ac vindicare permittantur; nullius machinatione huiusmodi nostra dispositione retractanda seu violanda, maxime quum viros etiam pro tempore spectabiles eorundem proximos scriniorum, si quis eorum ante completum proximatus actum morte praeventus sit, ad heredes successoresque suos residui temporis proximatus solatia sine quadam imminutione transmittere non dubitetur.

12. Idem A. Celeri [14]), Magistro officiorum. — In sacris scriniis militantes, et parentes atque uxores eorum, nec non liberos ex sententia tantummodo tuae celsitudinis criminales et [15]) civiles intentiones agendum excipere iubemus, insuper etiam colonos seu adscriptitios et servos eorum in hac regia urbe degentes eodem beneficio potiri, fidei pro tempore adiutoris viri spectabilis proximi vel unius ex statutis committendos; ita [16]) ut, si in provincia quicunque memorialis repertus fuerit, iuratoriae cautioni committatur [17]), etsi [18]) non possideat immobilem substantiam, servi nihilominus et coloni ad eum [19]) pertinentes fidei eius tradantur. §. 1. Modum insuper sportularum ad mediocrem deduci quantitatem, et [20]) exsecutoribus de schola agentium in rebus attribuendis unum solidum singulos usque ad finem negotii, proque ingressu in iudicio tuae magnitudinis quolibet modo faciendo duos solidos, et pro editione gestorum exceptoribus dimidiam solidi partem, et si apud arbitrum negotium ventilari contigerit, ipsi quidem arbitro unum solidum et nihil amplius, exceptoribus autem eum observantibus tam pro ipso, quod implere videntur, ministerio, quam pro editione gestorum seu relationis vel definitionis tertiam partem solidi praebere sancimus; nec pro tempore virum spectabilem fisci patronum vel exsecutores, quibus imminendi [21]) litibus sollicitudo iniuncta est, quidquam ab eis exigere [22]) seu profligare [23]) concedi; dimidia [24]) scilicet expensarum, quas in iudicio tui culminis a memoratis personis praeberi statuimus, portione in iudiciis provincialibus ab his agnoscenda; ita ut, si de civilibus annonis vel tutela seu curatione vel novi operis nuntiatione litem eos subire contingat [25]), in maiore quidem iudicio, ad similitudinem sumtuum, quos in iudicio eminentiae tuae dependere praecepti sunt, apud virum autem [26]) clarissimum praefectum annonae seu fisci patronum urbicariae magnificae praefecturae vel architectos, pro modo eorum, quae super arbitris et litibus apud eos exercendis superius statuta sunt, solventes expensas, nihil amplius agnoscere seu dependere cogantur. §. 2. Quae omnia custodiri iubemus, sive per se sive per procuratores aut etiam defensores lites exercere maluerint. Haec [27]), si prolata scriptis sententia moniti sunt [28]) §. 3. Si vero ex depositione seu aliter quis eorum conventus fuerit, nihil eum vel scrinio viri clarissimi adiutoris vel cuilibet [29]) alii nomine sportularum offerre compelli. Omnibus ante latis privilegiis postea, quibus [30]) per anteriores divorum principum sanctiones defenduntur, in persona [31]) tam eorum, qui adhuc militant et [32]) qui postea eandem militiam sortiti sunt, quam

---

[a]) *Bas. VI.* 28. 10. — [b]) *Bas. VI.* 28. 11.

[1]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; coniugalibus *Cont.* 66. *et rell.* — [2]) vel *ms. Hfn., ed. Schf.* — [3]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui. Bk.*; etiam *edd. rell.* — [4]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*); *ad eum prope accedunt, quae Russ. ex suo cod. edidit* Illyr. comit. et mag. offic. ord. ac pater (*fortasse* viro ill. ac patricio); Hilariano comiti magistro offic. *Cont.* 66. *et postea rell., sed Bk. post* com. *ins.* et; *nomen et dignit. om. Hal. Cont.* 62. *Cui. in ed. prima. Pro Illyriciani nomine provocari potest ad XII.* 41. 11. *et XII.* 7. 2., *pro Hilariani autem ad l.* 23. 6. *et XII.* 60. 9. *Cfr. not. seq.* — [5]) *vv.* Hac parte *delenda censeo; irrepsisse videntur ex inscr., cuius ultima verba secundum cod. Russardi* ac patr. *fuerunt* (*cfr. not. anteced.*), *quae facillime in* hac parte *mutari potuisse nemo non videt. Sunt autem id generis vitia frequentissima; cfr. not.* 28. *ad l.* 8. *h. t. Itaque sic scribo:* . . . magistro officiorum ac patricio. — Statutos *etc.* — [6]) libell. quoque trig. quat. *deesse, testatur Russ.; sed defenduntur etiam a Bas.* — [7]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk.*; in scriniis *Hal. et rell.*; *verum et Bas.* ἐν τῷ σκρινίῳ. — [8]) ne *mss. Hfn. Gt., sed* μηδὲ *Bas.* — [9]) occupent *Cui.*; *aucupentur Russ. in marg.* — [10]) Imp. Zeno A. *inscr. Hal. Russ., at Russ. contra suum cod., qui nostram inscr. exhibet.*; Euseb. Mag. off. *om. Cont.* 62. — [11]) vel *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [12]) foenus *al.* foedus, *Aso.* — [13]) diem functi *ms. Hfn., ed. Schf.*; diem defuncti *ms. Gt.* — [14]) Celeri *om. Hal. Russ. Cont.* 62., *sed est in cod. Russardi.* — [15]) seu *ms. Gt., ed. Schf.* — [16]) sed ita *ms. Gt., Russ. in marg.* — [17]) committantur *ms. Hfn.* — [18]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Bk.*; ut etsi *Cont. et rell., refragantibus Bas.* — [19]) eam *Char., vix aliunde, quam ex vitio typ., quod servant Pac. Sp. Bk.* — [20]) et *om. Hal., et mox habet* attribuentes. — [21]) in minuendis *Hal. Russ. Cont.* 62. *Sed Russ. in marg. sic monet:* „imminendi, *ita in lib. Aboti et quinque aliis manuscript., quod rectum est; alii iam ante notarunt, in suis quoque libris reperiri.*“ *Addo cod. Hfn.* — [22]) poscere *mss. Hfn. Gt.* — [23]) flagitare *ms. Gt.*; proflagitare *Russ. in marg. Haec diversitas scripturae frequens est; cfr. not.* 4. *ad l.* 1. *C. I.* 47. — [24]) dimidiam *et mox* agnoscendam *ed. Schf.* — [25]) contigerit *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [26]) *mss. Hfn. Gt*; *edd. Schf. Hal. Cui.*; autem *male om. Russ. et rell.* — [27]) *ms. Hfn., ed. Schf.*; *accedunt Bas.*; Hoc *edd. rell.* — [28]) *in Bas. haec ita vertuntur, ac si legeretur:* si in scriptis sive sententia moniti sunt. — [29]) cuiuslibet *edd. Schf. Hal. Cui. Russ.* — [30]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; privilegiis postea, quam *Hal.*; privilegiis, quibus postea *Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; privilegiis, quibus, *om.* postea, *Bk.* — [31]) personam *Cui.* — [32]) qui adhuc militant et *om. ms. Hfn., contra Bas.*

quam eorum, qui praedictam militiam gradu vacante [1]) iam deposuerunt vel postea deposuerint, servandis, ut eorum commodo ipsi quoque una cum uxoribus et liberis, colonis praeterea et servis propriis perfruantur. §. 4. Et quoniam in controversiis, quas in iudiciis moveri contigerit [2]), aequalitatem litigatoribus volumus servari, et adversariis eorum [3]) pro sumtibus et expensis similem ante latorum beneficiorum praerogativam custodiri. Propter hanc etenim causam et viros devotos memoriales non tantum agendo in quolibet iudicio, sed etiam actiones ab aliis ingerendas excipiendo privilegiis a nobis indultis potiri decernimus. His videlicet, qui militiam virorum devotissimorum memorialium gradu soluto [4]) deposuerunt seu deposuerint, et si quietis amore per provincias domicilium fovere maluerint, omnibus nihilominus privilegiis, quae huiusmodi personis per sacratissimam legem nuper promulgatam a nostra serenitate [5]) praestita sunt, muniendis, et eorum commodis atque auxilio posituris.

13. [a]) Imp. Iustinianus A. Proculo, Quaestori sacri palatii [6]). — Comperimus, divinitus [7]) pridem fuisse dispositum, viros devotos adiutores tuae magnitudinis certos esse in [8]) numero, nec ad huiusmodi nomen vel operam plures licitum esse adspirare, quam in scrinio quidem sacrae memoriae duodecim tantum, septenos vero in duobus reliquis scriniis, id est sacrarum epistolarum sacrorumque libellorum, sed posterioris licentiam temporis, supra modum indulgendo ambitionibus, disturbasse rei merita ac in multitudinem [9]) divulgasse, ut inter memorialium et adiutorum numerum non longum paene intersit. §. 1. Sancimus itaque, reduci eis ac renovari statutum ordinis terminum, non ut eximantur adiutoribus hi, qui praeter [10]) praedictam dispositionem in praesenti exuberant, sed ut interea omnibus aliis interdicatur ab affectando hoc nomen, donec exeuntibus singulis ac recedentibus decrescere [11]) possit vetita conglomeratio, legitimusque iam resideat numerus; non prohibendis viris devotis adiutoribus desistentibus [12]) eodem officio, quum vel ad latercularensis gradum in scrinio sacrae memoriae provecti fuerint, vel secundum locum obtinuerint in duobus aliis scriniis, post quem [13]) proximi creabuntur, licet nondum redacta sit quantitas pristina, tamen alios pro se, quos [14]) elegerint, subrogandos adiutores petere, qui posteriores erunt caeteris. §. 2. Illud etiam disponendum duximus, utpote nonnullis anterioribus exemplis subnixum, nec non iustitiae congruum, ut ab his, quibus concessum est adiutorum [15]) agmini pro se sociare, libellus offeratur viro illustri pro tempore quaestori, petendaque eius subscriptio, tempus atque hominem nec non etiam rem ipsam continens, id est quod inter adiutores ei, quem pro se subrogat, mereri permissum est; ordinandis videlicet iisdem adiutoribus pro ratione temporum, quibus libelli porrecti sunt, ut, etiamsi in [16]) memorialium matricula inferiore loco sit, qui prior in adiutoribus meruit, adiutor quidem habeatur superior, memorialis vero posterior pro utriusque ordinis modo vel discrimine; quod etiam in aliis quoque paene omnibus officiis observari dignoscitur.

14. [b]) Idem A. Tatiano, Magistro officiorum [17]). — Hac lege sancimus, si quando adiutores viri magnifici pro tempore quaestoris sacri nostri palatii in accusationem [18]) civilis causae vel criminalis deducti fuerint, strictum iuris [19]) et integritatis congruum ordinem conservari, ut, si sine scriptis conveniendi sint, nomen eius praecipientis ore designatum esse sufficiat; sin autem scriptis in querimoniam [20]) unus adiutorum aut plures forte ferendi [21]) sint, monumenta sententiarum in persona tantummodo conveniendi adiutoris praecedentium aequum et iustum initium futuro praestent certamini. §. 1. Et quoniam probatioribus exemplis [22]), quam indecorae consuetudini deceat indulgeri, quod in universo devotissimorum scrinio libellensium evicisse monstratur, id in adiutores sacrae memoriae, sacrarum etiam epistolarum transferendum censemus, ut, qui liberam proficiscendi licentiam pronuntiatione [23]) commeatus indepti [24]) fuerint, sine qualibet stipendiorum aut emolumentorum deductione peregre degant; etenim pro tempore viris clarissimis proximis et melioproximis aut eorum adiutoribus absentiae causa vel offerre de suo proprio, aut ex annonis seu stipendiis quidquam relinquere cogendis [25]), quamvis Ianuarias Kalendas indultum excedat spatium, et intra se festum diem contineat. §. 2. Ad hoc illud observari [26]) sancimus, ne alius adiutor propter [27]) quamcunque ambitionem his, qui in praesenti sunt, vel post eorum deminutionem addatur, licet in veterem numerum redacti fuerint.

15. [c]) Idem A. Tatiano, Magistro officiorum [28]). — Certae quidem sunt dispositiones nostri numinis, quas super adiutoribus viri illustris pro tempore quaestoris nostri palatii, quorum obsequio res agitur quaestoria, dedimus. Quarum prima quidem ad supplicationem eorundem adiutorum emissa numero eorum, qui erant illo tempore, quo preces nobis obtulerunt, neque aliquem eximi neque addi [29]) praecipit [30]), praeterquam si quis eorum vel ad latercularensis

---

[a]) *Bas. VI.* 28. 13. — [b]) *Bas. VI.* 28. 14. — [c]) *Bas. VI.* 28. 15.

[1]) gradu invocante *ms. Hfn.*; *alias* gradu vocante *alias* vacante *alias* gratia vacante *glossa.* — [2]) contingit *Hal. Cui.* — [3]) servari, volumus et adversar. eorum *Hal. Bk.*; *sed hoc duplex* volumus *respuunt codd.* — [4]) *edd. Schf. Cui.*; solito *rell.*; *alias* solito *alias* soluto *glossa.* — [5]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; liberalitate *Hal. et rell.* — [6]) Proculo — palatii *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [7]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Bk.*; quidem *ins. Russ. Cont. Char. Pac. Sp.*; *in ed. Schf. est* quidem, *sed deest* pridem. *Caeterum pro* divinitus *Azo habet* diutius. — [8]) in *om. ed. Schf.* — [9]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Bk.*; multitudine, *om.* in, *edd. Schf. Russ. et rell.*; in multitudine *Azo*, *qui al. deesse in monet.* — [10]) praeter *om. ms. Hfn.*; *alii habent* dictam. — [11]) requiescere *ms. Hfn.*; requiescere *al.* decrescere, *Azo, et idem mox:* vetita *al.* inveterata. — [12]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; ab *ins. Russ. et rell.* — [13]) *Cui.*; postquam *rell.* — [14]) alios, quos pro se *Cui.* — [15]) adiutorium *ms. Hfn., ed. Schf.* — [16]) in *om. ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui.* — [17]) Idem Aug. Proculo *inscr. Hal. Russ. Cont.*, *contra cod. Russardi*, *qui nostram inscr. habet. Fons, ex quo illa inscr. fluxit, mihi esse videtur l.* 15. *h. t. vv.* Altera vero per sacram pragmaticam *etc.* — [18]) accusatione *ed. Schf.*, *omnes libri Russardi.* — [19]) stricti iuris *ed. Schf.*; strictum ius *Cui.* — [20]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; in querimonia *Hal. et rell.* — [21]) deferendi *ms. Gt.*; *al.* feriendi. — [22]) *Cui.*; probationibus exemplis *ms. Hfn.*; probationibus exemplisque *ed. Schf.*; probationibus et exemplis *Hal.*; probationibus exemplis magis *ms. Gt.*; probationibus et exemplis potius *Russ. et rell. Secundum gl. alias est* procurationibus *al.* provocationibus. — [23]) praenunciatione *ms. Hfn., ed. Schf.* — [24]) adepti *edd. Schf. Hal. Cui.*; *sed ms. Hfn.* indepti. — [25]) cogendi *ms. Hfn., edd. Schf. Cui., quod rectius videtur, si verba* etenim — cogendi *in parenthesi posueris.* — [26]) observandum *ms. Hfn., ed. Schf.* — [27]) praeter *ms. Hfn.*; *secundum Azon. alias est* per *alias* pro; *cfr. l.* 15. *i. f.* — [28]) Tat. Mag. off. *om. Hal. Cont.* 62. — [29]) adiici *Hal. Cui.*; addici *ms. Gt.* — [30]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ.*; praecepit *Cont. et rell.*

sis gradum in scrinio sacrae memoriae, vel ad secundum locum in duobus aliis scriniis, id est sacrarum epistolarum sacrorumque libellorum et cognitionum, profectus fuerit; nam his licere desistentibus ab [1]) adiutoris officio alios pro se, quos voluerint, adiutores subrogare, ultimum [2]) locum in iisdem adiutoribus obtenturos, licet superiorem in memorialibus habeant. Altera vero per sacram pragmaticam facta est, per quam, excelsae memoriae viro Proculo [3]) suggerente, praecipimus [4]), illos etiam adiutores posse in suum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum casum minus implere suum officium valeant, veluti senium vel morbum vel aliam necessariam causam; quod ex ipsorum adiutorum petitione idem magnificae memoriae Proculus ad nos retulit. Sed in praesenti, ab aliis memorialibus tam in scrinio sacrae memoriae quam in caeteris duobus, sacrarum epistolarum sacrorumque libellorum et cognitionum, relatis aditi [5]), comperimus, deminutionem eorundem adiutorum impediri per memoratam pragmaticam sanctionem, et insuper [6]) venditionis [7]) quodammodo memorati officii locum introductum esse. §. 1. Quod ne de caetero fiat, praesentem sanctionem ad tuam magnitudinem mittimus, per quam iubemus, illis tantum permissum esse secundum prius nostrae serenitatis rescriptum alios in suum locum subrogare, qui vel laterculensis gradum in scrinio memoriae, vel secundum locum in aliis duobus scriniis adepti fuerint, secunda nostra sanctione super hoc capitulo de caetero cessante; nulli [8]) danda licentia eorundem adiutorum, praeterquam si [9]) ad memoratos gradus adscenderit, alium pro se eisdem adiutoribus ex quocunque fortuito casu connumerare, ut eo modo ad veterem numerum iidem [10]) adiutores redeant, et duodecim quidem in scrinio sacrae memoriae, septem [11]) vero in aliis duobus sint, id est sacrarum epistolarum sacrorumque libellorum et cognitionum. §. 2. Illo videlicet observando, ne alius adiutor per quamcunque ambitionem his, qui in praesenti sunt, vel post eorum deminutionem, licet in veterem numerum redacti fuerint, addatur; nam si permutationem, licet fortuiti casus inciderint [12]), prohiberi disposuimus, multo magis prioribus manentibus alios introduci vetamus; caeteris scilicet anterioris sanctionis capitulis in suo robore permansuris [13]).

Tit. XX.

DE AGENTIBUS IN REBUS.

1. [a]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Anthemio, Magistro officiorum [14]). — Nullus de schola agentium in rebus de caetero locum mortui conetur invadere, sed is, qui ordine stipendiorum et laborum merito ad gradum militiae sequebatur, statim atque illum fata subduxerint, in eius praemia percipienda succedat, omni obreptione [15]) cessante. Dat. prid. Kal. Iul. Constantinop. Honorio A. VI. et Aristaeneto Conss. [16]) [404.]

2. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Helioni, Magistro officiorum [17]). — Nulli posthac sine nostrae maiestatis auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia; nam [18]) probata schola et animadversionem vereri [19]) indicis, et nullam timere debet [20]) contumeliam vilitatis. Dat. III. Id. Novemb. Constantinop. Honorio X. et Theodosio VI. AA. Conss. [21]) [415.]

3. [c]) Imp. Leo [22]) A. Patricio [23]), Magistro officiorum. — Matriculam agentium in rebus a tua celsitudine confectam admittentes iubemus, ne ducenarii plus quam quadraginta octo in cingulis [24]) habeantur in posterum; et numerum centenariorum ducenti viri, quos vocante [25]) tempore gradus competentes admiserint, pariqne modo biarchorum nomen meritumque ducenti quinquaginta viri duntaxat, praeterea circitorum trecenti, et equitum quadringenti quinquaginta impleant. §. 1. Sit in aeternum illa quoque fixa stabilisque tuae sublimitatis dispositio, ut [26]), si quis de numero ducenariorum, quos quadraginta octo quotannis esse censuimus, forsitan de luce migraverit, laborum eius fructum successores ab intestato vel ex testamento venientes luctui [27]) dispensent, et ita omnibus inter caeteros [28]) superstites potiantur solatiis tanquam si vivus [29]), qui haec eadem diu speraverat, sibimet vindicasset; qua de causa locum etiam eius successorum intuitu vacare conveniet. §. 2. Nemo autem sine divali probatoria, quam codices in sacro nostro scrinio memoriae positi debeant inserendam accipere, militaribus eiusdem devotissimae scholae stipendiis vel privilegiis potiatur.

4. Idem A. Patricio, Magistro officiorum [30]). — Ex eo, quo primum ducenae vel centenariorum gradum in schola agentium in rebus militantes meruerint, desinant [31]), in sacratissima videlicet civitate constituti, alterius indicis cuiuslibet auctoritate pulsari, vel in alio quolibet examine, praeterquam viri magnifici magistri officiorum, et cui forsitan ipse concesserit, actionibus sui quisque [32]) adversarii respondere. Quod multo magis in criminalibus causis observari decernimus; absurdum est enim, ut in eius salutem vel existimationem valeat quisquam proferre sententiam, cuius de nulla re possit pecuniaria iudicare. §. 1. Huius autem

---

[a]) *l.* 14. *Th. C. de agent. in reb. VI.* 27.; *Bas. VI.* 29. 1. — [b]) *hausta ex l.* 17. *Th. C. de agent. in reb. VI.* 27.; *Bas. VI.* 29. 2. — [c]) *Bas. VI.* 29. 3.

[1]) ab *om. mss. Hfn. Gt.* — [2]) intimum (*leg.* infimum) *omnes codd. Russardi.* — [3]) memoriae Proculo verbo *ms. Hfn.*, *Hal. Cui.*; memor. Proculo viro *ed. Schf.* — [4]) praecepimus *Bk.* — [5]) *Hal. Cui. Bk.*; additi *ms. Gt.*; addicti *ms. Hfn.*; additis *ed. Schf.*; adiici *Russ. Cont. et rell.* — [6]) super *mss. Hfn. Gt.* — [7]) venditioni *Hal.* — [8]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; nullique *edd. rell.* — [9]) si *om. mss. Hfn. Gt.* — [10]) iidem *om. Hal. in textu* (*sed restit. in not.*) *et Cui.* — [11]) *Cui.*; septemni *ms. Gt.*; septimo *ms. Hfn.*; septem *rell.* — [12]) fortuitus casus inciderit *Hal. Cui.* — [13]) duraturis *ms. Gt. et omnes codd. Russardi.* — [14]) Impp. Theod. et Valentin. AA. *inscr. Hal. Russ.*, *at Russ. contra suum cod.*, *in quo nostra inscr. habetur*; Impp. Arcad. et Honor. AA. *inscr. Cont.* 62. — [15]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*, *var. l. gl.*; abiectione *ms. Hfn.*; subiectione *ms. Rg.* 1.; obiectione *edd. rell.* *Sed* συναρπαγῆς *Bas.*; *accedit l.* 2. *C. l.* 31., *quae ad similes locos pertinet.* — [16]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [17]) Iidem Aug. *inscr. Hal. Cont.* 62.; Iidem Aug. Helioni mag. offic. *Russ.* — [18]) nisi *Hal.*, *contra Bas. et Theod. C.* — [19]) animadversione veteris *Hal.*; *etiam in ms. Hfn. est* veteris, *apud Russ. autem* vereris, *cuius omnes codd. habent* vereri. — [20]) debent *Hal. Cui.* — [21]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [22]) Zeno *Hal. Russ.* — [23]) Patricio *om. Cont.* 62. *Russ.*, *at Russ. contra suum cod.*; Patr. mag. off. *om. Hal.* — [24]) *Hal. Russ. Cui. Cont.* 62. 66. 76. *Bk.*; singulis *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cont.* 71. *et rell.* — [25]) *ms. Hfn.*, *Cui.*; vacante *edd. rell.* — [26]) sit *ins. Cui. in ed. prima* (*vitio typ.*) — [27]) *Cui.*; luctu *ed. Schf.*; lucrum *mss. Hfn. Gt.*; et lucrum *Hal. et rell.* — [28]) veteres *ms. Gt.* — [29]) unus *edd. Schf. Russ. Cont.* 62. — [30]) Patr. Mag. off. *om. Hal. Cont.* 62 — [31]) destituant *mss. Gt. Rg.* 1., *var. l. gl.* — [32]) cuiusque *ed. Schf.*; quisquam *Hal. Russ. Cont.* 62.

autem beneficii praerogativam subadiuvis [1]) etiam, qui singulis inveniuntur temporibus, deferri [2]) iubemus, licet hanc in eorum persona more quoque vetere servari cognoverimus; ut tamen post depositum officium memoratum, si non inter centenarios numerentur, communi iam lege respondere non ambigant. §. 2. Praedictas autem omnes centenariorum personas in provinciis repertas concessa nunc speciali fori praerogativa, nisi publicae exsecutionis sollicitudo his iniuncta sit, uti prohibemus, eosque ordinariorum etiam iudicum pro vetere iure sententiis obedire praecipimus.

[Tit. XXI.

DE PRAEPOSITIS AGENTIUM IN REBUS [3]).]

1. [5.] [a]) Idem [4]) A. Patricio, Magistro officiorum [5]). — Agentes in rebus, qui per ordinem consequi solent principatus insignia, in unoquoque scrinio fabricarum et barbariorum [6]) quaternos subadiuvarum [7]) sollicitudine per annum duntaxat integrum procedentes gradatim subire, hac in aeternum valitura lege decernimus; exceptis videlicet universis negotiatoribus, quodlibet [8]) mercimonium per se gerentibus interpositasve personas, quum eis ante sacratissimis constitutionibus interdictum sit militare; exceptis nihilominus his, qui possessionum alienarum sollicitudinem procurationemve susceperint. Eos enim ad haec officia volumus adspirare, quorum labores scholae agentium in rebus testimonio comprobantur. Illi quoque sunt ab hac liberalitate nostrae mansuetudinis excludendi, qui, quum scholae eidem socientur, in sacris scriniis, quibus vir spectabilis [9]) primicerius et tertiocerius praesunt, adiuvantes eos, publicarum chartarum tractatibus [10]) occupantur, et duobus officiis operam suam adhibere non possunt; nam praeter emolumenta, quae de praedictis scriniis consequuntur, principatus etiam solatio debent esse contenti. Quodsi morbo vel aetatis senio capti, vel [11]) imperiti huiusmodi rerum, vel quocunque alio vitio praepediti per se memorati officii curam subire nequiverint, consideratis praecedentibus eorum laboribus, per substitutum chartularium eiusdem scrinii, cui praefuturus est ipse, idoneum [12]), et tam moribus optimis praeditum, quam scientiam peritiamque rerum habentem, electione sua [13]) suarumque periculo facultatum praefatum [14]) munus eos implere praecipimus.

2. [6.] [b]) Imp. Anastasius A. Celeri, Magistro officiorum [15]). — Hac saluberrima sanctione decernimus, agentes in rebus pro conventionibus et modo sportularum exsecutoribus praebendarum, pro [16]) quantitate sumtuum, quae [17]) circa litigia sibimet ab aliis inferenda vel a se contra alios, per semetipsos seu per ordinandos a se procuratores, exercenda convenit ab his agnosci [18]); beneficiis, quae in sacro nostro militantibus ministerio iam pridem per divinas sanctiones indulta sunt, perpotiri, et [19]) fideiussorem idoneum de eadem schola, non autem extraneum offerre compelli; ita tamen, ut privilegia, quaecunque centenariis seu ducenariis vel chartulariis seu viris clarissimis principibus post depositam quoque militiam iam per dispositiones principales impertita et nunc usque observata esse noscuntur, intacta inviolataque custodiantur, quum perabsurdum perque temerarium sit, hanc nostrae liberalitatem pietatis quemquam [20]) astuta interpretatione non ad augmentum anteriorum privilegiorum, sed ad deminutionem convertere concedi; simili videlicet forma pro matribus et uxoribus eorum nec non etiam liberis, sub eorum potestate constitutis nec aliam sortitis vel sortituris militiam [21]), nec non etiam servis ad eos pertinentibus servanda; ita ut in provinciis quoque supradictae personae degentes simili beneficio perfruantur, sportulas tamen et litium expensas pro tertia superius enarratae quantitatis [22]) soluturae; denarum librarum auri condemnatione aliaque gravissima indignatione his feriendis, quicunque nostra iussa quolibet modo seu tempore violaverint seu violari concesserint [23]).

Tit. XXII. [XXI.]

DE PRINCIPIBUS AGENTIUM IN REBUS.

1. [c]) Imppp. Gratianus, Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAAA. Cynegio P. P. [24]) — Agentes in rebus post palmam laboris emeriti principatus honore remuneramus [25]). Atque ideo officiales [26]) tam ad necessitates publicas quam privatas non nisi [27]) principe mittantur auctore, nullarumque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum, etiamsi intercessio in locis degentis officii fuerit impertita. Causarum etiam patronos [28]) volumus esse conventos, ne ignorante principe ullam postulationem intro-

---

[a]) *Bas. VI.* 29. 4. — [b]) *Bas. VI.* 29. 5. — [c]) *l.* 3. *Th. C. de princip. agent. in reb. VI.* 28., *additis pluribus ex l.* 4. *Th. C. eod.*; *Bas. VI.* 29. 6.; *iungenda videtur l.* 1. *C. de proximis. XII.* 19.

[1]) sub aliis *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; subaudinariis *ms. Gt.*; *v. not. seq.* — [2]) praerogativam iis etiam, qui sub aliis cingulis inveniuntur, pro temporibus deferri *Hal.* — [3]) *deest rubr. in mss. Hfn. Gt.*, *in quibusdam codd. Russardi et Contii*, *in edd. Schf. Cui.*; *uncinis eam inclusit Bk. Ac profecto deesse debet, ut docent allegationes titulorum hui. libri apud iuris Graeco-Romani auctores* (*cfr. Witte Die leges restitutae p.* 80. *et Biener Revision p.* 71.) — [4]) *ms. Hfn.*, *Cui.*; Imp. Zeno *Hal. Russ.*; Imp. Leo *Cont. et rell.* — [5]) Patr. Mag. off. *om. Hal. Cont.* 62. — [6]) *Hal. Cui.*; barbaricariorum, *forma consueta*, *Bk.*; barbarorum *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ. et rell.*; *etiam Bas.* τῶν βαρβάρων. *Cfr. l.* 7. *i. f. C. XII.* 24., *l.* 1. *C. XII.* 30., *Böcking ad Not. dign. Or. p.* 245. — [7]) quaternos sub ambarum *Hal. Russ. Cont.* 62.; *sed* τέσσαρας — ὑποβοηθοὺς *Bas.* — [8]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*; quibuslibet *Hal. et rell.*; *sed* οἱανδήποτε πραγματείαν *Bas.* — [9]) viri spectabiles *Cui. in ed. prima*; viri *om. Cui.* (*ed Fabrot.*) — [10]) tractantibus *ms. Gt.*; facientibus *ms. Hfn.* — [11]) *Cui.*; vel *ms. Hfn.*; et *Hal. et rell. Ab ed. Schf. absunt* vel imper. huiusm. rer. — [12]) cui praefecturus est ipse idoneum *Russ. Cont.* 62.; *Cui. comma ponit post* est. — [13]) electionem suam *Hal.* — [14]) subadiuvae *ins. vett. libri Cuiacii.* — [15]) Celeri Mag. off. *om. Hal.*; Idem A. *inscr. Cont.* 62. — [16]) proque *ms. Hfn.* — [17]) pro quantitate sumptuque *ed. Schf.*; *adde* quem, *et lectio rectior videtur.* — [18]) ac *ins. Hal. Russ.* — [19]) et *om. ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [20]) quanquam *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [21]) malitiam *var. l. ap. Azonem.* — [22]) *mss Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; parte *ins. Russ. Cont et rell.* — [23]) *Hal. Cui. Bk.*; consenserint *edd. rell.* — [24]) *codex Russardi*; *concinit Theod. C.*; *Gratianum om Bk.*; *Arcadium om. Cui. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Imp. Zeno A. *inscr. Hal. Russ.*; Imp. Grat. A *inscr. Cont.* 62. — [25]) muneramus *Theod. C.*, *Cui.* — [26]) officiales *et mox* mittantur *omnes codd. Russardi*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*: officialis *et mox* mittatur *ms. Hfn.*, *Russ. et rell.*, *Azo*, *quam lect. defendere videntur Bas.* — [27]) *Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; a *ins. rell.* — [28]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi*, *edd. Schf. Cui.*; ita *ins. Hal. et rell.*

introducant, neve sub unius persona suscepti fraude quadam aliena negotia inserenda [1]) esse pertentent. Quodsi [2]) fuerit definitio contemta, decem libras auri fisco nostro ab officio tuo iubemus inferri. Dat. prid. Kal. Mart. Constantinop. Honorio NB. P. et Evodio Conss. [3]) [386.]

2. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Theodoto P. U. [4]) — Omnia citatoria, omnium scilicet causarum atque personarum, licet sint senatoriae dignitatis, ad principes specialiter revocari praecipimus, actus vero caeteros, qui a [5]) sacratissimo coetu senatus tractari consueverunt, censualium sollicitudine celebrari, nec aliquod praeiudicium [6]) ex subreptivo [7]) rescripto supplicibus inferri. Dat. XII. Kal. Iun. Constantinop. Olybrio et Probino Conss. [8]) [395.]

3. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio, Proconsuli Africae [9]). — Proconsularis apicis dignitatis adiectione principes agentium [10]) in rebus praecipimus decorari. Dat. VII. Kal. Oct. Ravenna, Varane [11]) V. C. Cons. [410.]

4. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Valerio [12]), Magistro officiorum [13]). — Ex agentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorum fidem industriamque probatam sibi existimant [14]), etsi saepe eodem officio fuerint ante perfuncti. §. 1. Et si quis agens in rebus post viginti quinque annorum curricula ob adversam corporis valetudinem militiae finem minime valuerit exspectare, sed ad honorariam ex-principe dignitatem testimonio scholae prosilnerit [15]), iisdem eum privilegiis muniri censemus, quibus hi, qui ad principatus actum progressi sunt, potiuntur. Sed in salutationibus iudicum consessibusque priores eos, qui per longae militiae metas ad principatus actum pervenerint, etsi actus tempore posteriores sint, esse praecipimus; nihil censualibus vel apparitoribus adversus privilegia eorum excogitantibus, tanquam in actu principatus fuerint versati, vicenarum librarum auri condemnatione contra eos [16]) proposita. Dat. IV. Kal. Febr. Constantinop. Theodosio A. XV. [17]) et qui fuerit nuntiatus [18]) [435.]

5. [d]) Iidem AA. Cyro P. P. [19]) — Eos, qui ordine transcursa militia post ducenam ad desideratum principis [20]) pervenerint gradum, aut adiutores viri illustris magistri officiorum exstiterint, quum inter honoratos coeperint numerari, vicarianae dignitatis titulis decorari censemus.

6. [e]) Iidem AA. Nomo, Magistro officiorum [21]). — Principes agentium in rebus, quos saepe saeva pericula vitaeque interdum renuntiatio ad memoratum gradum adduxit, completo tempore militiae suae, comitivae primi ordinis cingulo in diem vitae potiri, manentibus videlicet dudum praestitis salvis privilegiis, decernimus.

7. [f]) Imp. Leo A. Nicosterio [22]) P. P. — Quicunque ex corpore cohortalium militans in schola agentium in rebus filium procreaverit, antequam ad metas militiae suae perveniat, principatus honore decoretur, et [23]), licet ipse post finitam militiam (utpote liber) nulla debeat huiusmodi conventione pulsari, filium tamen cohortali conditioni relinquat obnoxium. Si vero, postquam adeptus fuerit principatum, ediderit filium, is, qui natus est, etiamsi in schola devotissimorum agentium in rebus militiam sortitus non fuerit, ita liber sit ac securus, ut [24]) nec ullis cohortalis officii nexibus obligetur, quasi iam ex patre libero et ab hac conditione penitus alieno progenitus.

8. Imp. Zeno [25]) A. Ioanni, Magistro officiorum [26]). — Multis devotissimae scholae agentium in rebus additionibus permoti, viros clarissimos eiusdem scholae principes, qui finitis militiae stipendiis exeunt, quoties ex maioris iudicis sententiis ipsi vel eorum coniuges aut liberi vel servi aut coloni sive per se sive per procuratores conveniantur, non amplius quam unum solidum exsecutoribus sportularum nomine praebere [27]) compelli, apparitoribus vicariani [28]) seu praesidalis iudicii non nisi tertia parte solidi tantum praestanda; nullasque iisdem concussiones aut vexationes in praebendis fideiussoribus ingeri, sed eos fideiussores, quos locorum defensor existimaverit [29]), dare, ita videlicet, ut pro tenore generalium edictorum hi, qui vel in sacratissima urbe vel in provinciis immobiles possident facultates, adiuratoriae [30]) cautioni et substantiae suae credantur. Hoc etiam adiiciendo, ut nunquam nisi ex sententia in scriptis prolata penitus moneantur [31]). Ad similitudinem insuper aliorum officiorum, quoties civiles vel criminales contra eosdem cognitiones moventur, exsecutorem quidem negotii usque ad finem litis civilis seu criminalis unius esse solidi praestatione contentum. Et pro insinuandis nostrae serenitatis apicibus vel simplici contra obnoxios eorum postulatione deponenda binos solidos ab his vel coniugibus

---

[a]) *l.* 5. *Th. C. de princip. agent. in reb. VI.* 28.; *Bas. VI.* 29. 7. — [b]) *l.* 7. *Th. C. de princip. agent. in reb. VI.* 28.; *Bas. VI.* 29. 8. — [c]) *l.* 8. *Th. C. de princip. agent. in reb. VI.* 28.; *Bas. VI.* 29. 9. — [d]) *Bas. VI.* 29. 10. — [e]) *Bas. VI.* 29. 11.; *iunge leg.* 8. *C. de proximis. XII.* 19. — [f]) *Bas. VI.* 29. 12.

[1]) *Theod. C.*, *Cui.*; inferenda *rell.* — [2]) *alias* Quae si *secundum Azon.* — [3]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [4]) Imp. Anastas. A. *inscr. Hal.*, *etiam Russ.*, *at hic contra suum cod.*, *in quo est nostra inscr.*, *eo tamen diversa, quod* Theodoro *habetur*; Theod. P. U. *om. Cont.* 62. — [5]) a *om. ed. Schf.*; in *Theod. C.* — [6]) aliquid praeiudicii *Theod. C.*; praeiud. *om. Azo.* — [7]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; superreptivo *ms. Gt.*; subreptitio *Hal. et rell.* — [8]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [9]) *Cui. Cont.* 76., *Bk.*, *Theod. C.*; *secundum Cui. in quibusdam codd. pro* Pallad. *est* Arcadio, *et sic legitur in cod. Russardi, qui reliquam inscr. tuetur*; *Idem Aug. inscr. Hal. Russ.*; Imp. Honor. A. *inscr. rell.* — [10]) agentes *Theod. C.* — [11]) *Cont.* 76. *Bk.*, *Theod. C.*; Varana *Cui. Char. Pac. Sp.*; *subscr. om. rell.* — [12]) Valentio *Russ. ex suo cod.* — [13]) Val. Mag. off. *om. Hal. Cont.* 62. — [14]) aestimant *ed. Schf.*, *Theod. C.* — [15]) prosilierit *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62., *Theod. C.* — [16]) contra eos *om. Theod. C.* — [17]) X. *Cont.* 76. — [18]) Conss. *addit Bk.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [19]) Cyro P. P. *om. Hal. Cont.* 62. — [20]) *alias* principatus *secundum Azon.* — [21]) Nomo Mag. off. *om. Hal. Cont.* 62. — [22]) *fortasse* Nicostrato, *ut I.* 3. 28., *I.* 4. 15., *II.* 6. 8., *V.* 14. 9., *IX.* 12. 10., *X.* 19. 8., *XI.* 55. 1., *XI.* 53. 1.; Nicost. P. P. *om. Hal. Cont.* 62. — [23]) et *om. mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui. Secundum Cui. in comment. deest quidem hoc* et *in scriptis libris*, *videtur autem copula deesse supra ante v.* principatus. — [24]) ut *om. ms. Gt.*, *omnes codd. Russardi*; *in ms. Hfn. est* ita ut liber ac securus nec. — [25]) Anastasius *Hal. Russ.*, *contra cod. Russardi*, *et male*, *ut docet l.* 2. *C XII.* 10, *ubi nostra const. citatur.* — [26]) Ioanni Mag. off. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac.*, *sed sunt in cod. Russardi.* — [27]) sancimus *ins. ms. Hfn.* — [28]) vicarianis *edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. — [29]) aestimaverit *edd. Schf. Hal. Cui.* — [30]) iuratoriae *ms. Hfn. ed. Schf.*; adiutoriae *Russ. in marg.* — [31]) moveantur *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Char. Pac.*

ingibus eorum praeberi. Et quotiescunque [1]) exemplaria postulantur, hi, quorum interest, accepto solido, quod petitur, praebere non differant. Pro implendis vero monumentis, unde conveniendi tribuitur exsecutoribus facultas, non ultra quam tres solidos, quibus competit, impertiri praecipimus. Arbitro [2]) vero non amplius quam solidum, et fisci patronis dimidiam solidi partem, notariis vero tertiam usque ad finem, sicut dictum est, causae praestare; super editione quoque chartularum solidi partem dimidiam praebere. Quodsi non apud arbitrum, sed in competentibus iudiciis maioribus cognitio celebretur, inducendi quidem negotii gratia non nisi quatuor solidos eosdem viros clarissimos erogare, gestorum vero excipiendorum causa duos tantummodo solidos dare, et nullius ultra suprascriptas quantitates cuilibet alteri [3]) praestandi sumtus exactione vexari. His omnibus locum habentibus, sive ipsi aliis litem ingerunt [4]), sive ab aliis pulsantur [5]). Dat. Kal. Septemb. Theodorico [6]) Cons. [7]) [484.]

Tit. XXIII. [XXII.]

DE CURIOSIS [a]).

1. [a]) Imp. Constantius [9]) A. ad Lollianum [10]) P. P. — Curiosi et stationarii, vel quicunque funguntur hoc munere, crimina iudicibus nuntianda meminerint, et sibi necessitatem probationis incumbere, non [11]) citra periculum sui, si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit. Cesset ergo prava consuetudo, per quam carceri aliquos immittebant. Dat. XI. Kal. Aug. Mediol. Acc. XII. Kal. Septemb. Arbetione [12]) et Lolliano Conss. [13]) [355.]

2. [b]) Idem A. et Iulianus C. [14]) ad Taurum P. P. [15]) — Agentes in rebus in curis agendis et evectionibus publici cursus inspiciendis nostrorum memores praeceptorum credimus [16]) in omnibus velle profutura reipublicae; ideoque solos agentes in rebus in hoc genere iussimus obsequium adhibere, et non ab alio penitus officio. §. 1. Hi vero pervigili diligentia providebunt, ne quis contra [17]) evectionis auctoritatem moveat cursum, vel amplius postulet, quam concessit evectio. Quisquis igitur aliquid tale perpetrare tentaverit, improbi coepti privetur effectu. §. 2. Demonstretur etiam iudicibus vel curiosis evectio, etiamsi [18]) quis nobis inbentibus festinare memoret in obsequium necessarium, nec praevaleat contumacia vel dignitas. §. 3. Ergo nummum [19]) vetamus exposci pro animalibus in cursu minime constitutis. Quod si forte aliquis existimaverit [20]) perpetrandum, eius quadruplum, quod accepit, inferre cogatur. Dat. XV. Kal. Mai. Mediol. Constantio A. IX. et Iuliano C. II. Conss. [21]) [357.]

3. [c]) Idem A. [22]) ad Agentes in rebus [23]). — Per id tempus, quo cursus tuendi sollicitudinem sustinetis, condemnationes praefectorum praetorio [24]) circa [25]) eos solos irritae sunt futurae, qui servaverint honestatem. Erga eos vero, qui inhoneste et contra decus seculi vel honorem militiae versabuntur, non solum condemnatio mansura est, verum etiam gravio poena est [26]) statuenda. PP. prid. Kal. Dec. Eusebio et Hypatio Conss. [27]) [359.]

4. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Marcello, Magistro officiorum [28]). — Agentes in rebus singulos per singulas provincias mittendos esse censemus, quibus tamen [29]) inspiciendarum [30]) evectionum tantum debeat cura mandari, ut nihil prorsus commune aut cum iudicibus aut cum provincialibus habeant. Nec naves debebunt illicita concussione vexare, nec libellos aut attestationes vel [31]) contestationes litis gratia [32]) suscipere, aut in carcerem quemquam trudere [33]), sed cursui [34]) solum vacare. Dat. Kal. Iun. Constantinop. Olybrio et Probino Conss. [35]) [395.]

Tit. XXIV. [XXIII.]

DE PALATINIS SACRARUM LARGITIONUM ET RERUM PRIVATARUM.

1. [e]) Impp. Constantius et Constans AA. ad Veronicianum [36]), Vicarium Asiae [37]). — Palatini [38]) pro capitibus seu ingis suis tantum pensitationem

---

[a]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de curiosis. VI.* 29.; *Bas. VI.* 30. 1. — [b]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de curiosis. VI.* 29.; *Bas. VI.* 30. 2. — [c]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de curiosis. VI.* 29.; *fortasse iungenda l.* 1. *C. de off. mag. offic. I.* 31.; *Bas. VI.* 30. 3. — [d]) *l.* 8. *Th. C. de curiosis. VI.* 29. — [e]) *l.* 6. *Th. C. de extraordin. muner. XI.* 16.; *Bas. VI.* 31. 2.

[1]) cunque *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [2]) arbitris *Cui.* — [3]) cuiuslibet alterius *Hal.*; cuiuslibet alteri *Cui.* — [4]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; ingerant *Russ. et rell.* — [5]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; pulsentur *Hal. et rell.* — [6]) et Venantio *ins. Bk.*; *sed saepe omittitur hic consul, cfr. Baronii annal. a.* 484. — [7]) *Cui. Cont.* 76. *Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [8]) *ms. Hfn., codd. Russardi, Cui.*; et stationariis *addunt edd. rell. Sed cfr. Theod. C. VI.* 29. *in rubr., unde noster tit. haustus est. Russ. in marg. haec adnotat:* „*In quibusdam libris tota rubr. deest, et recte, opinor; sane tres posteriores ad superior. tit. pertinent*“ *Male, et adversantur Bas. et Theod. C.* — [9]) Constantinus *Hal. Cui. Russ. Cont. Char. Pac.* — [10]) Iulianum *Russ. ex suo cod.*; ad Loll. P. P. *om. Hal. Cont.* 62. — [11]) *ms. Gt., edd. Schf. Bk., Theod. C.*; nec *rell.* — [12]) *Theod. C. ed. Haenel., Bk.*; Arbitione *rell.* — [13]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [14]) et Iulian. C. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; Iulianus A. *cod. Contii.* — [15]) ad Taur. P. P. *om. Hal. Cont.* 62. — [16]) credidimus *ms. Hfn., ed. Schf.* — [17]) citra *Cui., Theod. C.* — [18]) etsi *Theod. C.* — [19]) minimum *ed. Schf. Caeterum* iam *ins. Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Sp. Bk., contra mss. Hfn. Gt. et edd. Schf. Cui. et Theod. C. Causam addandae vocis dedit oratio, quae valde inconcinna reddita est resecatis multis, quae in Theod. C. leguntur.* — [20]) praeaestimaverit *Theod. C.* — [21]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [22]) et C. *ins. Bk., etiam contra Theod. C.*; Imp. Constantius A. *Hal. Russ.* — [23]) ad Agent. in reb. *om. Hal. Cont.* 62. — [24]) *Cui. Bk., Theod. C.*; praetorio *om. rell., sed additur in Bas.* — [25]) erga *Theod. C.* — [26]) gravior postea *ms. Gt.*; est *etiam abest a ms. Hfn. et ed. Schf.* — [27]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [28]) Idem Aug. *inscr. Hal. Russ.*; Imp. Arcad. A. *inscr. Cont.* 62. — [29]) *edd. Schf. Cui., Theod. C.*; tam *ms. Hfn.*; *Hal. et rell. om.* tamen. — [30]) speciendarum *Theod. C.* — [31]) attestationes vel *om. Theod. C.*; aut attestationes *om. Cui.* — [32]) litis gratia *om. Theod. C.* — [33]) tradere *Theod. C., Bk.* — [34]) curis *ms. Hfn.*; curis suis *ms. Gt.* — [35]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [36]) Beronicianum *Cui. Char. Pac.*; Beronitianum *Sp.*; Veroniciaeno *cod. Russ. Cfr. IX.* 6. 4., *XII.* 50. 1. — [37]) Impp. Valentin. et Valens AA. *inscr. Hal. Russ.*; Imp. Constantin. A. *inscr. Cont.* — [38]) Vicarii palatini *ed. Schf., var. l. gl. Mendum oriundum est ex v.* vicar. *de inscr. relato in ipsum contextum.*

tionem atque obsequia recognoscent [1]), extraordinariis et sordidis muneribus et susceptionibus [2]) et temonariis oneribus liberati. Dat. Non. Mai. Constantinop. Constantio IV. et Constante III. AA. Conss. [3]) [346.]

2. [a]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Titiano, Comiti S. L. [4]) — Nullus thesaurensis vel officialis comitis thesaurorum semel deprehensus eversor quocunque pacto aut repetat militiam suam, aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem, vel sese transferat ad aliam quamcunque militiam. Dat. VIII. Kal. Februar. Antiochiae, Gratiano A. IV. et Merobaude Conss. [5]) [377.]

3. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Pancratio, Comiti R. P. [6]) — Prisco iam nunc ordine revocato, de palatino potius officio ad regendum [7]) principatum officii comitis domorum per Cappadociam mittantur [8]), quales comes etiam domorum, si inhonestum aliquid gesserit [9]), vereatur. Idoneos itaque singulis annis e numero mittendariorum ad hoc eligere debebis et mittere. Dat. prid. Non. Iul. Scopis, Ausonio et Olybrio Conss. [10]) [379.]

4. [c]) Iidem AAA. ad Hesperium [11]) P. P. — Nihil omnino ullis iudicibus [12]) cum palatinis nostrae clementiae, quicunque a [13]) comitibus diriguntur, sit commune atque coniunctum, sed excepta reverentia, quae non solum ab inferioribus, sed etiam a maioribus et in provincia degentibus [14]) rectoribus provinciarum [15]) debetur atque defertur, suis quisque necessitatibus obsecundet. Dat. VIII. Id. Decemb. Sirmio, Ausonio et Olybrio Conss. [16]) [379.]

5. [d]) Iidem [17]) AAA. Nebridio, Comiti R. P. [18]) — Quidam post impletum ordinem militiae palatinae, quam [19]) gesserant, honoremque transactum ad exceptorum scrinia transire nituntur. Hac igitur lege sancimus, ut nulli prorsus dehinc ista audendi [20]) relinquatur occasio; sed unusquisque eius scrinii, quod [21]) primum militando elegit [22]), ordinem persequatur, nec in alterius loco finem militiae requirat, qui [23]) iam proprii ordinis transegerit principatum. Dat. V. Id. Octob. Constantinop. Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

6. [e]) Iidem AAA. ad Probum P. P. [24]) — Ab officiis [25]) palatinorum excellentia tua sciat ita penitus esse [26]) recedendum, ut neque ipsa postmodum licitum sibi credat iisdem aliquid iniungere, et praeterea [27]) provinciarum rectores prohibeat quidquam ulterius tale conari. Dat. VII. Kal. Novemb. Mediol. post cons. [28]) Merobaudis II. et Saturnini [29]) [384.]

7. [f]) Iidem AAA. Trifolio, Comiti S. L. [30]) — Scriniis omnibus largitionum comitatensium infra scriptas decernimus dignitates, ut, his contenti, ambiendi sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiamsi speciale beneficium emendicato suffragio quisquam valuerit [31]) impetrare. Annonas etiam iuxta definitum dignitatum modum volumus postulari [32]), nec amplius quidquam praesumi. §. 1. Brevis, quas [33]) dignitates per singula scrinia officium [34]) sacrarum largitionum habere statuimus [35]), hic est [36]): Scrinii exceptorum perfectissimus [37]) ordinis secundi numero [38]) unus, id est primicerius exceptorum unus [39]); ducenarii duo, id est tertiocerius [40]) et quartocerius; centenarius unus, id est [41]) primicerius instrumentorum; epistolares numero duo; formae primae numero triginta sex; formae secundae numero quatuor; formae tertiae numero tres. Scrinii numerorum perfectissimus [42]) ordinis tertii numero unus; ducenarius [43]) numero unus; centenarii numero duo [44]); epistolares numero duo; formae primae numero tres; formae secundae numero unus; formae tertiae numero duo.

---

[a]) *hausta ex l.* 14. *Th. C. de divers. offic. VIII.* 7.; *Bas. VI.* 31. 3. — [b]) *l.* 2. *Th. C. de palatinis. VI.* 30.; *Bas. VI.* 31. 4. — [c]) *hausta ex l.* 4. *Th. C. de palatinis. VI.* 30.; *Bas. VI.* 31. 5. — [d]) *l.* 5. *Th. C. de palatinis. VI.* 30.; *Bas. VI.* 31. 6. — [e]) *l.* 6. *Th. C. de palatinis. VI.* 30.; *Bas. VI.* 31. 7. — [f]) *l.* 7. *Th. C. de palatinis. VI.* 30., *quae in brevi subdito plurimum recedit a Iust. Cod.*; *Bas. VI.* 31. 8. *Glossa de brevi illo sic monet:* „*est falsa haec lex circa literam in omnibus fere libris.*" *Cuiac. in comment. verissime de se testatur, notitiam legi subiectam, misere depravatam, a se locis quam plurimis fuisse emendatam*; *Contius* 66. *autem, qui alias Cuiacii operam sprevit, in hac certe constitutione magnum virum secutus est.*

[1]) recognoscant *Theod. C.* — [2]) et sord. mun. et suscept. *om. Theod. C.* — [3]) *subscr. om. Hal. Cont.* — [4]) Tit. C. S. L. *om. Hal.*; Tatiano comiti *Russ. ex suo cod.*; Imp. Grat. A. *inscr. Cont.* 62. 66. 71. *Caeterum series imperatorum apud Hal. Russ. Bk. est* Valens, Grat. et Valentin., *quod sane convenit chronologiae, sed non Theod. Codici.* — [5]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [6]) Com. R. P. *om. Russ.*; Pancrat. Com. R. P. *om. Hal. Cont.* 62. — [7]) gerendum *Cui.*, *Theod. C.* — [8]) dimittantur *al.* mittantur, *Azo.* — [9]) si secus se gesserit *Theod. C.*; gesserit *al.* gesserint, *Azo.* — [10]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [11]) *Russ. ex cod.*, *Theod. C.*; Hesperio *Cui. Char. Pac. Sp. Bk.*; Esperio *Cont.* 76.; Hesp. P. P. *om. Hal. Cont.* 62. 66. 71. — [12]) iudicibus *alias* militibus *et alias* comitibus, *glossa.* — [13]) consistorianis *ius. Theod. C.* — [14]) et in prov. degentibus *om. Theod. C.* — [15]) rectori provinciae *Theod. C.* — [16]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [17]) Imppp. Valentin. Theod. et Arcad. *Bk.*, *contra Theod. C.* — [18]) Nebrid. C. R. P. *om. Hal. Cont.* 62. 66. 71.; Nebridio P. P. *Russ. ex suo cod.*, *Pac.* — [19]) quem *mss. Hfn. Gt.* — [20]) audiendi *ms. Hfn.* — [21]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; quem *rell. Secundum Russ. in marg. in omnibus codd. est* a se primum militando electi; *sane in ms. Hfn. et ed. Schf. est* electi. — [22]) delegit *Theod. C.*; *v. not. anteced.* — [23]) quia *ms. Hfn.*, *Hal. Russ. Cont.* 62.; quae *ms. Gt.* — [24]) ad Probum P. P. *om. Hal. Cont.* 62. — [25]) officio *mss. Hfn. Gt.* — [26]) esse *om. ms. Hfn.*, *Theod. C.* — [27]) propterea *Hal. Russ. Cont.* 62., *apud quos mox est* prohibeant; *male, nam praefectus prohibere iubetur.* — [28]) *vv.* post cons., *quae subscriptionem reddunt plane singularem, tollere vult Iac. Gothofr. Cfr. Reland. Fast. consul. p.* 384. *sqq.*, *et subscr. const. seq.* — [29]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [30]) Trifol. C. S. L. *om. Hal. Cont.* 62. — [31]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi, ed. Schf.*; voluerit *Hal. et rell.*, *Theod. C.* — [32]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; praestolari *ms. Gt.*; praestari *Hal. et rell.* — [33]) quam *ms. Hfn.*, *Azo, secundum quem alias deest* Brevis; quem *Hal. Russ. Cont.* 62. — [34]) officiorum *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra omnes codd. Russardi.* — [35]) statutum est *Cui.*, *Theod. C.* — [36]) hic est *om. Cui. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*, *Theod. C.*; *sed sunt in ms. Hfn. et ap. Azon.* — [37]) praefectus *Hal.*; perfectissimi *ed. Schf.* — [38]) numeri *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [39]) idem primicerius exceptorum numeri unius *ed. Schf.*; item secundicerius numero unus *Hal.*; id est primicerius. Omnis scholae perfectissimus unusquisque primicerius: exceptorum nu. unus *Russ. Cont.* 62., *ad quos prope accedit ms. Gt.*, *in quo tamen pro* unusquisque *est* idem. *postea correctum in* id est. — [40]) duo, unus tertiocerius *Hal.* — [41]) unus. Item *Hal.* — [42]) praefectus *Hal. Russ. Cont.* 62.; perfectiss. *Cui. in ed. prima, et sic infra saepius.* — [43]) ducenarii *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; quisque ducenarii *Russ. Cont.* 62.; ducenarii *et mox* duo *ms. Gt.* — [44]) centenarius num. unus. Secundo *Hal.*

duo. Sacri [1]) scrinii tabulariorum [2]) perfectissimus [3]) ordinis tertii numero unus; ducenarius numero unus; centenarius numero unus; epistolaris numero unus; formae primae numero tres; formae secundae numero quinque. Scrinii canonum perfectissimus [4]) ordinis tertii numero unus; ducenarius numero unus; centenarius numero unus [5]); epistolares numero duo; formae primae numero quatuor; formae secundae numero quatuor. Scrinii mittendariorum ducenarius numero unus; centenarii numero duo [6]); epistolares numero octo [7]); formae primae numero septem [8]); formae secundae numero triginta tres [9]). Scrinii aureae [10]) massae perfectissimi [11]) ordinis tertii numero unus, id est primicerius sacrae massae numero unus, item secundocerius [12]) numero unus; ducenarii numero duo, id est, tertiocerius et quartocerius; centenarii [13]) numero sex; epistolares numero quatuor [14]). Aurifices [15]) specierum perfectissimus numero unus [16]); ducenarii numero quatuor; centenarii numero sex; epistolares numero octo; formae primae numero decem et septem [17]); formae secundae numero quatuor. Aurifices [18]) solidorum ducenarii numero unus; centenarii numero octo; epistolares numero sex; formae primae numero novem; formae secundae numero triginta. Sculptores et caeteri aurifices [19]) centenarii numero unus; epistolares numero quinque; formae primae numero sex; formae secundae numero decem et octo. Scrinii auri ad responsum perfectissimi ordinis primi numero unus; perfectissimi ordinis secundi [20]) numero duo; ducenarius numero unus; centenarii numero duo; epistolares numero tres; formae primae numero quatuor; formae secundae numero duo; formae tertiae numero unus. Scrinii a miliarensibus perfectissimus ordinis primi [21]) numero unus; ducenarius numero unus; formae primae numero unus; formae secundae numero duo; formae tertiae numero tres. Scrinii vestis perfectissimus [22]) ordinis tertii numero unus; perfectissimus ordinis secundi numero unus; ducenarii numero unus; centenarii numero unus [23]); epistolares [24]) numero duo; formae primae numero septem; formae secundae numero decem; formae tertiae numero quatuor. Officialium sacrarum vestium ducenarii numero tres; centenarii numero tres; epistolares [25]) numero duo; formae primae numero duodecim; formae secundae numero decem; formae tertiae numero octo [26]). Deputati [27]) sacrae vestis perfectissimi [28]) secundi ordinis numero duo; ducenarii numero duo; centenarii numero duo; epistolares numero duo; formae primae numero tres. Scrinii ab argento [29]) perfectissimi [30]) ordinis secundi numero unus; epistolares numero unus; formae primae numero sex; formae secundae numero tres; formae tertiae numero unus. Scrinii a pecuniis perfectissimus ordinis [31]) secundi numero unus; formae primae numero unus; formae secundae numero duo; formae tertiae numero quinque. Argentarii comitatenses ducenarii numero unus; centenarii numero duo; epistolares numero tres; formae primae numero octo; formae secundae numero viginti quinque. Barbaricarii centenarii numero duo; epistolares numero quinque; formae primae numero octo; formae secundae numero unus. Dat. IV. Id. Iun. Heracliae [32]), Richomere et Clearcho Couss. [33]) [384.]

8. [a]) Idem AAA. [34]) Trifolio, Comiti S. L. [35]) — Placuit iusta et [36]) omnibus mittendariis [37]) palatini officii [38]) profutura suggestio [39]), qua [40]) insinuasti, ut ex iisdem annui singuli [41]) ex ducenariis, terni ex centenariis [42]), habito provisionis intuitu,

---

[a]) *l.* 8. *Th. C. de palatin. sacr. largit. VI.* 30.; *Bas. VI.* 31. 9.

[1]) sacri *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [2]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; tabellariorum *Hal. et rell.* — [3]) perfectus *ms. Hfn.*; praefectus *ms. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [4]) canonis praefectus *Hal.* — [5]) ducen. num. unus; cent. num. unus *om. ms. Hfn., ed. Schf.* — [6]) quinque *Hal. Russ. Cont.* 62., *quos tuentur mss. Hfn. Gt.* — [7]) VII. *ms. Hfn.*; IX. *ed. Schf.* — [8]) octo *Hal. Russ. Cont.* 62.; quinque *ms. Gt.* — [9]) XXIII. *ms. Hfn.* — [10]) auri *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; sacrae *Hal.*; Scrinii aur. massae *om. Russ. Cont.* 62., *de quorum lectione cfr. not.* 14. — [11]) praefectus *Hal.* — [12]) secundicerius *Hal. Russ. Cont.* 62. — [13]) item tertiocerius num. unus, ducenarii num. duo, et quartocerius centenarii *Hal.* — [14]) *Russ. et Cont.* 62., *omiss. vv.* Scrinii aureae massae, *sic ediderunt:* perfectissimi ordinis nu. III. idem primicerius sacrae massae perfectum numerum, idem secundicerius ducenarii nu. II. idem tertiocerius ducenarii, et quartocerius centenarii num. VI. epistolarium numero IIII. — [15]) Artifices *Hal.* — [16]) perfect. num. unus *om. Hal.*; perfecti numerum *ed. Schf.*; perfectum numerum *Russ. Cont.* 62. — [17]) XVIII. *mss. Hfn. Gt., quibus accedit ed. Schf.*; octo *Hal. Russ. Cont.* 62. — [18]) Artifices *Hal.* — [19]) artifices *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [20]) Scrinii (Scriniarii *Hal. Russ.*) ad responsum per formam primam numero unus, per formam secundam *Hal. Russ. Cont.* 62. *De scrinio auri ad responsum cfr. Böcking ad Notit. dign. Or. p.* 255. — [21]) Scriniarii ad limitem per formam primam *Hal.*, *et sic Russ. Cont.* 62., *nisi quod om.* primam; scriniarii ad militem per formam *ms. Hfn., ed. Schf. Veram lect. restituit Cui. Cfr. Böcking. l. c. p.* 256. — [22]) scriniarii vestis per formam *ms. Hfn., ed. Schf.*; Scrinii nostri per formam *Hal. Russ. Cont.* 62. — [23]) perfectiss. ord. secundi num. unus; ducen. num. unus; centen. num. unus *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [24]) per formam epistolaris *Hal. Russ. Cont.* 62. — [25]) epistolarum *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Russ. Cont.* 62. — [26]) VIIII. *mss. Hfn. Gt.*; X. *ed. Schf.* — [27]) deputatis *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Russ. Cont.* 62. — [28]) per formam, *eadem diversitate, qua saepius in hac const., mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [29]) ab argentariis *Hal. Russ. Cont.* 62. *Cfr. Böcking. l. c. p.* 256. — [30]) per formam *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [31]) Ad pecunias per formam ordinis *Hal. Russ. Cont.* 62.; *in ms. Hfn. et ed. Schf. haec notitia graduum in scrinio a pecuniis abest, quod fortasse rectum. Nam argentarii et barbaricarii, qui sequuntur, potius scrinio ab argento, quam scrinio a pecuniis iungendi videntur. Cfr. Böcking. l. c. p.* 257. — [32]) Heracleae *Theod. C. ed. Haenel., Bk.* — [33]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [34]) et Arch. (*scr.* Arcadius A.) *ins. Russ. ex suo cod.* — [35]) Trifol. C. S. L. *om. Hal. Cont.* 62. 66. 71. — [36]) *Cui. Bk., Theod. C.*; iusta *ms. Gt., var. l. ap. Azon.*; iuste et *Cont.* 76.; iuste *ms. Hfn., edd. rell.* — [37]) *Cui. Bk., Theod. C.*; et *ins. rell. Etiam glossa hoc* et *agnoscit et dictum esse ait pro* id est. — [38]) *mss. Hfn. Gt., Cui. Bk., Theod. C.*; palatinis officiis *edd. rell.* — [39]) successio *alias* suggestio, *Azo*; κατὰ τὴν συγκεστιόνα τοῦ κόμητος *Bas.* — [40]) *Cui. in comment., Theod. C.*; quam *rell.* — [41]) *ms. Hfn., edd. Schf. Bk., Theod. C., Cui. in comment.*; annuis singuli *ms. Gt.*; annis singuli *Cont.* 76.; annis singulis *edd. rell.*; annis singulis singuli *coni. Cramer.* — [42]) *maxima hic locus laborat lectionis et interpunctionis diversitate. Nostram lect. habent ms. Hfn., edd. Schf. Cont. et rell., Theod. C.*; ducenarii tantum et centenarii *Hal. Cui.*, *sed improb. Cui. in comment.*; ducenarii terni, ex centenariis *Russ.*; *glossa ad v.* terni *monet, alias esse* tamen, *alias* tantum, *alias* terni. *Quod interpunctionem attinet, comma ponunt post* singuli *et post* terni *Cui. in comment., Bk.*; *post* terni *commate interpungunt Cont. et rell.*; *sed viam, quam nos ingressi sumus, probant Iac. Gothofr. et Haenel, et flagitant Bas., in quibus est:* ἀπὸ τῶν μιττενδαρίων ἀπολέγονται τέσσαρες, εἰς μὲν ἀπὸ τῶν δουκεναρίων, τρεῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἑκατονταάρχων.

intuitu, cingulo liberentur. Dat. IV. Id. Mart. Constantinop. Arcadio A. I. et Bautone V. C. Conss. [1]) [385.]

9. [a]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius [2]) AAA. Nestorio, Comiti R. P. [3]) — Non aliter quilibet in officio sacrarum largitionum vel [4]) privatarum [5]) cingulum militiae sibi sumendum existimet, nisi nostrae mansuetudinis adnotationem meruerit. Dat. prid. Id. Aug. Ancyrae, Stilicone II. et Anthemio Conss. [6]) [405.]

10. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni P. P. [7]) — Palatinos, qui, sacrarum remunerationum rationem tractantes inculpanter [8]), ad calcem terminumque militiae pervenerint [9]), nec non etiam adiutores [10]) et primicerios diversorum officiorum praecipimus habere privilegia, quae nuper agentium in rebus scholae [11]) nostra sunt mansuetudine contributa, scilicet ut a tironum praebitione memorati reddantur exsortes, caeteraque onera non agnoscant. Dat. VII. Id. Iun. Ravenna, post cons. Honorii IX. et Theodosii V. AA. [12]) [413.]

11. [c]) Iidem AA. Anysio, Comiti S. L., et Tauro, Comiti R. P. [13]) — Ad similitudinem sanctionis, quam de proximis sacrorum promulgavimus scriniorum, etiam in officio sacrarum largitionum atque privatarum [14]) pro biennio annum sub perpetua observatione praecipimus custodiri, ita ut et privilegia, quae huiusmodi officiis vel primiceriis [15]) sacris legibus deferuntur, integra illibataque serventur. Dat. III. Kal. Iul. Constantinop. Theodosio A. VII. et Palladio Conss. [16]) [416.]

12. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Maximino [17]), Comiti S. L. [18]) — Viros devotos palatinos non oportet [19]) in hac regia urbe apud virum illustrem praefectum urbi litigare compelli, nisi de aedificatione domorum et servitutibus et annonis orta videatur causa; in aliis vero causis, tam pecuniariis quam criminalibus, apud viros illustres tantummodo comites suos respondere. Rectoribus autem provinciarum intra administrationis suae fines inter praesentes palatinos, nec causis publicis occupatos, cognoscere tam pro civili quam pro criminali causa permittimus, sic tamen, ut non aliter criminalis sententia adversus eos proferatur, nisi ex suggestione provincialis iudicii vir illustris comes, sub quo militat, certioratus hoc ei permiserit.

13. [e]) Iidem AA. [20]) Eudoxio, Comiti S. L. [21]) — Inter alias praerogativas, quas antea meruerant scholae societatis [22]) sacrarum largitionum, primicerius et tres [23]) primicerii scriniorum tribuni praetoriani militaris [24]) dignitate fruantur, nulla eis ex cuiuslibet iudicis praeceptione iniungenda publica vel privata necessitate.

14. [f]) Iidem AA. Florentio P. P. [25]) — Iubemus viros devotos palatinos rei nostri numinis privatae eisdem privilegiis decorari, quibus etiam palatini, qui in sacris largitionibus deferuntur. Quum enim par similisque militia sit, iustum et competens videtur, iisdem utrumque officium privilegiis gloriari. Primicerios itaque officii tresque primates scriniorum rerum privatarum finito tempore militiae inter tribunos militares praetorianos, salvis iisdem praestitis privilegiis sacris constitutionibus, nostram clementiam adorare decernimus, ita tamen, ut nullam iniunctionem, nullam sollicitudinem privati vel publici negotii quolibet iudiciario praecepto sustinere possint, sed excepta [26]) omni necessitate omnique fatigatione indeptae dignitatis honore potiantur.

Tit. XXV. [XXIV.]

DE STRATORIBUS [27]).

1. [g]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Zosimum, Praesidem novae Epiri [28]). — Per omnes provincias edictum generale misimus, ut ab [29]) stratoribus [30]) unus tantum solidus probae [31]) nomine posceretur, et in offerendis equis certam formam, staturam, aetatem [32]) provinciales nostri custodiendam esse cognoscant [33]). Quos etiam fisco certo modo solidorum obnoxios fecimus, si, quod stratores petere interdictum est [34]), illi dare stratoribus non timerent.

---

[a]) *l.* 18. *Th. C. de palatin. sacr. largit. VI.* 30.; *Bas. VI.* 31. 10. — [b]) *l.* 20. *Th. C. de palatin. sacr. largit. VI.* 30.; *Bas. VI.* 31. 11. — [c]) *hausta ex l.* 21. *Th. C. de palatin. sacr. largit. VI.* 30.; *Bas. VI.* 31. 12. — [d]) *Bas. VI.* 31. 13. — [e]) *Bas. VI.* 31. 14. — [f]) *Bas. VI.* 31. 15. — [g]) *l.* 1. *Th. C. de strator. VI.* 31.; *Bas. VI.* 32. 1.

[1]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [2]) *Bk.*; Theod. Arcad. et Honor. *Russ. ex suo cod.*; Valent. Theod. et Arcad. *Hal.*; Arcad. et Honor. *Cui. Cont.* 76.; Theod. et Arcad. *Cont.* 62. *et rell.* — [3]) Nestori comiti Orientis *cod. Russardi*; Nest. C. R. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [4]) largitionum vel *om. Theod. C.* — [5]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; rerum *ins. Hal. et rell.* — [6]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [7]) Imppp. Theod. Arcad. et Honor. AAA. *inscr. Hal. Russ.*; Imp. Honor. A. *inscr. Cont.* 62. 66. 71.; *at cod. Russardi tuetur nostram inscr., quam restituit Cui.* — [8]) *ms. Hfn.*; inculpatim *Cui., Theod. C.*; inculpantur *edd. rell. Sed Bas.* τοῖς τὸν λόγον τρακτάσασιν ἀμέμπτως. — [9]) *Cui., Theod. C.*; pervenientes *rell.* — [10]) adiutorem *ms. Hfn.*; *concinit Theod. C.* — [11]) a *ins. Theod. C., Bk.* — [12]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [13]) Anysio — R. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71.; Impp. Arcad. et Honor. AA. *inscr. Hal. Russ., contra cod. Russardi et contra l.* 6. *C. XII.* 19. — [14]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; rerum *ins. Hal. et rell.* — [15]) primicerio *Theod. C.* — [16]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [17]) *codex Russardi*; Maximo *Cui. Bk.*; *sed v. XI.* 6. 7., *XI.* 7. 11. *et* 12., *XI.* 8. 4. — [18]) *Cui. Bk.*; Imp. Theod. A. *inscr. Hal. et rell.* — [19]) oportere *ms. Hfn., ed. Schf.* — [20]) Idem A. et Valentin. Caes. *Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [21]) Eudox. C. S. L. *om. Hal. Cont.* 62. 66. 71. — [22]) sociatis *ms. Hfn.*; sociati *cont. Cui. in comment.* — [23]) *alias* res, *alias* tres, *glossa.* — [24]) *ms. Hfn., ed. Schf.*; tribuni militaris praetoriani *Hal. Cui.*; tribuni praetoriani militari *rell.*; *cfr leg. seq.* — [25]) Florentio P. P. *om. Hal. Cont.* 62. — [26]) excepti *Hal. Bk.* — [27]) statoribus *Hal., quam lect. praeferri ab Alciato, Cont. in marg. monet. Secundum Cui. in comment. nihil refert*, stratores *dixeris an* statores; *sed* στρατώρας *Bas.* — [28]) Impp. Arcad. et Honor. AA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62., *at Russ. contra suum cod., qui ad nostram inscript. prope accedit.* — [29]) *Cui. Cont.* 76. *Bk., Theod. C.*; ab *om. rell.* — [30]) statoribus *Hal., et sic infra*; *cfr. not.* 27. — [31]) proprio *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; *at Bas.* ὑπὲρ ἑκάστης πρόβας. — [32]) *ms. Hfn., Theod. C.*; formam statutam aequalem *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; formam, staturam et aetatem *Cui. Cont.* 66. 76. *Bk.*; formam statutam et aetatem *Cont.* 71. *et rell.* — [33]) cognoscerent *Cui., Theod. C.* — [34]) petere nunquam metuunt *Theod. C.*

rent [1]). Officium quoque gravitatis tuae centum argenti libris mulctabitur, si sciens, praedictam rem gestam fuisse, non illico eam severitati iudiciariae prodidisset [2]). Dat. XIII. Kal. Iul. Apolloniae, Valentiniano et Valente [3]) AA. Conss. [4]) [365.]

Tit. XXVI. [XXV.]

DE CASTRENSIANIS [5]) ET MINISTERIANIS.

1. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Narsi, viro spectabili Comiti et Castrensi S. P. [6]) — In officio spectabilitatis tuae secundum formam divalium responsorum post completum tempus praefinitum, id est biennium, prioribus decedentibus [7]) insequentes ad locum pro merito laborum stipendiorumque succedant, nec ulla licentia tribuatur his, qui impletum deposuerint [8]) officium, denuo ad eandem militiam vel sollicitudinem remeandi. Dat. VI. Id. [9]) Februar. Constantinop. Theodosio A. VII. et qui fuerit nuntiatus [10]) [416.]

2. [b]) Idem AA. [11]) Scholastico, viro spectabili Comiti et Castrensi S. P. — Si quis primae vel secundae vel tertiae formae specialiter inter statutos gradum coelitus valuerit impetrare, supernumerarius [12]) ultimus formae tertiae in matriculis habeatur. Dat. prid. Id. Ianuar. Constantinop. Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss. [13]) [422.]

3. [c]) Impp. Leo et Anthemius AA. [14]) Ioanni, Comiti et Magistro officiorum [15]). — Hi, qui in schola vestis sacrae militant, vel matres eorum vel uxores criminalem vel civilem litem contra se commovendam [16]) in nullo alio, nisi in sublimitatis tuae suscipiant examine.

4. [d]) Impp. Leo et Zeno Mariano, Comiti et Magistro officiorum [17]). — Ante omnia nullius penitus [18]) alterius iudicis minoris vel maioris sacro ministerio nostro deputatos, quorum officia sigillatim brevis subter annexus continet, nisi a tuae duntaxat magnitudinis sententiis conveniri, ut in nullo penitus alterius iudicis foro pulsantium, nisi in tuae tantummodo amplitudinis examine praebeant aliquando responsum. §. 1. Sed ne in hoc ipso iudicio enormibus molestentur dispendiis, vel ex nudis conveniantur facile iudicis [19]) cuiuscunque mandatis, ipsis quoque sportulis et fideiussionibus modum constituimus observandum, ante omnia decernentes, ne quando sine scriptura vel interpellatione deposita, ac sententia prorogata tuae magnitudinis, eademque non edita, conveniri possint [20]), conventos vero non alium fideiussorem, nisi actuarium vel unum ex primatibus suae scholae exsecutoribus pro responsione suae personae sine scripto praestare, sive per se ipsos [21]), sive per procuratorem datum [22]) in iudicio responsuri sunt, et [23]) sive in causis civilibus appetantur, sive in criminalibus accusentur [24]). §. 2. Nec ultra conventionis nomine sportularum quam unum aureum, exsecutoribus usque ad finem litis praestent, quemcunque contigerit conveniri. Inducendorum sane nomine et cognitionum exercendarum standaeque [25]) personae gratia, ex simplici postulatione contra eos habita, sive ex appellatione subsecuta, vel alio quolibet modo in iudicio deponatur, tribus tantummodo solidis usque ad terminum negotii eos, qui accepturi sunt, praecipimus semper esse contentos. In cognitionalibus vero gestis edendis duos tantummodo praestari solidos. §. 3. Haec autem privilegia non in eorum tantummodo, sed in matrum quoque et uxorum personis valere et ad integrum permanere; filiis quoque et maritis easdem [26]) fideiussionis nomine, si necessitas interpellationis exegerit, tradi, nec alios vades exigi; ipsosque, dum militant, et post emensam militiam cum his, qui ex tempore priori [27]) praestitae sibi pragmaticae sanctionis eiusdem militiae stipendia implesse noscuntur, omnibus privilegiis perfrui (cunctis nihilominus capitulis sacris affatibus divae recordationis Martiani, quos se meruisse asserunt, valituris, excepto hoc, quod in diversis iudiciis tunc respondere praecepti sunt), hac sanctione decernimus. §. 4. Advocato quoque fisci, exceptoribus etiam, qui apud arbitros hoc utuntur officio, ab exordio incipiendo usque ad terminum finemque negotii tertiam duntaxat solidi partem praebituros; in huiusmodi autem arbitrorum gestis edendis non ultra praestare, quam dimidiam solidi partem; et, quum per provincias constitutus [28]) fideiussore [29]) conventus caruerit, adiuratoriae [30]) tantummodo cautioni committi, nec ullo tempore, nisi ex tuae duntaxat magnitudinis sententia

---

[a]) *l.* 1. *Th. C. de castrensian. VI.* 32.; *Bas. VI.* 32. 2. — [b]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de castrensian. VI.* 32.; *Bas. VI.* 32. 3. — [c]) *Bas. VI.* 32. 4.; *iung. l.* 3. *C. de praepos. sacr. cubic. XII.* 5. — [d]) *Bas. VI.* 32. 5.

[1]) timent *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [2]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Azo*, *Theod. C. ed. Haenel.*; prodiderit *Hal. et rell.* — [3]) IV. *inserere vult Iac. Gothofr.*, *ut sit* a. 373. — [4]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [5]) castrensiariis *ms. Gt.*, *Hal. Russ. Cont.* 62.; consistorianis *ms. Hfn.*, *et sic habebat liber Cy.* (*Cypriani*), *monente Azone et glossa*; *sed* Περὶ — κασιρενσίων *Bas.* — [6]) Imp. Constantius A. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [7]) discedentibus *edd. Schf. Hal.* — [8]) deposuerunt *Hal. Cui.* — [9]) Id. *om. Sp.* — [10]) Conss. *addit Bk.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [11]) Idem Aug., *omissis rell.*, *Hal. Cont.* 62.; Idem A. Scholastico castrensi sacri Palatii *Russ. ex suo cod.*; Iidem AA., *omissis rell.*, *Cont.* 66. 71. — [12]) super numerariis *ms. Gt.*, *omnes codd. Russardi*, *Hal.*; *sed Bas.* γένηται — ἔσχατος ὑπεραρίθμιος. — [13]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [14]) Imp. Leo A. *ms. Hfn.*, *cod. Russardi*; Imp. Leo *Cont.* 62.; Impp. Valent. et Theod. AA. *Hal. Russ.* — [15]) Ioanni — officior. *om. Hal. Russ.*; comiti et *om. cod. Russardi*; Ioanni Com. et *om. Cont.* 62. — [16]) commovendam *delet Russ. in marg.*; movendam *Hal. Cui.* — [17]) Imp. Zeno A. *inscr. Hal. Russ.*; Imp. Leo A.* mag. offic. *Cont.* 62.; Impp. Leo et Anthemius AA. Mariano com. et mag. sacr. larg. *cod. Russardi.* — [18]) penitus *post* iudic. *collocant Hal. Cui.* — [19]) iudicis *om. mss. Hfn. Gt*, *ed. Schf.* — [20]) posse *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [21]) Se ipsi *mss. Hfn. Gt.*, *omnes Russardi*, *ed. Schf.*; se ipsum *Hal. Cui.* — [22]) sive procuratore dato *ed. Schf.*; sive procuratorem dato *ms. Hfn.* — [23]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui.*; et *om. edd. rell.* — [24]) incusentur *mss. Hfn. Gt.* — [25]) sistendaeque *Hal. Bk.*; praestandaeque *Russ. Cont.* 62.; *verum et in omnibus Russardi* standaeque; ὑπὲρ στάσεως προσώπων *Bas.* — [26]) *ms. Hfn.*, *Cui.*; eadem *ed. Schf.*; eodem *Hal.*; eiusdem *edd. rell.* — [27]) *Cui.*; prioris *rell.* — [28]) constituto *ed. Schf.*; constitutis *Hal.*; constituta *al.* constituto, *Azo.* — [29]) *ms. Hfn.*, *omnes codd. Russardi*, *edd. Schf. Cui.*; fideiussoribus *Hal. et rell.* — [30]) iuratoriae *omnes libri Russardi*; adiutoriae *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; ἐξωμοσία καταπιστεύονται *Bas.*

sententia conveniri (exceptis tributariis et munerum functionibus et criminibus [1]), quae in locis inquiri, flagitari et vindicari generalia legum praecepta constituunt), praesenti sanctione decernimus; viro clarissimo adiutore sublimitatis tuae in speculis constituto, ne quid ex his, quae statuimus, aliqua subreptione violetur [a]).

Tit. XXVII. [XXVI.]

DE DECANIS.

1. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Helioni, Comiti et Magistro officiorum [2]). — Quatuor [3]), qui ex corpore decanorum ad primum militiae gradum pervenerint, biennii spatio primiceriatus gerant officium, neque ulterius cuiquam liceat in hoc immorari [4]), ut, omni gratia et ambitione cessante, post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes [5]). Dat. prid. Non. Novemb. Constantinop. Theodosio A. VII. et Palladio V. C. Couss. [6]) [416.]

2. [c]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Nomo [7]), Magistro officiorum [8]). — Nostrae pietatis famulationibus adhaerentes decanos non oportet pro desiderio pulsantium ad alia protrahi [9]) iudicia, sed viri illustris tantum magistri officiorum observare examen. Hoc namque modo, neque mansuetudinis nostrae obsequia decipiuntur, et agentibus adversus eos iure adhibetur responsum. Ad exemplum itaque devotissimorum scholarium [10]) nulli licere memoratos ad alind iudicium trahere, et pulsatos priorum fidei [11]) scholae permitti praecipimus.

Tit. XXVIII. [XXVII.]

DE MENSORIBUS.

1. [d]) Impp. [12]) Honorius et Theodosius AA. Aemiliano, Magistro officiorum [13]). — Primicerius mensorum biennio expleto agentis in rebus ultimi [14]) militiam sortiatur. Dat. X. Kal. Aug. Ancyrae, Stilicone II. [15]) et Anthemio Couss. [16]) [405.]

Tit. XXIX. [XXVIII.]

DE PRIVILEGIIS EORUM, QUI IN SACRO PALATIO MILITANT [17]).

1. [e]) Imp. Constantinus A. Palatinis bene meritis S. [18]) — A [19]) palatinis, tam his, qui obsequiis nostris inculpata officia praebuerunt, quam illis, qui in scriniis nostris, id est memoriae, epistolarum libellorumque, versati sunt, procul universas calumnias sive nominationes iubemus esse submotas, idque beneficium ad filios eorum atque nepotes ipso ordine sanguinis pervenire, atque immunes eos a cunctis muneribus sordidis et personalibus permanere cum universis mobilibus et mancipiis urbanis, neque iniurias eis ab aliquibus inferri; ita ut, qui haec [20]) contemserit, indiscreta dignitate, poenas [21]) debitas exigatur [22]). Dat. IV. Kal. Novemb. Treviris [23]), Volusiano [24]) et Anniano Couss. [25]) [314.]

2. [f]) Idem A. ad Rufinum P. P. [26]) — De cubiculis [27]) nostris vacatione donatos vel diversis obsequiis palatinis, memoriales etiam, qui in scriniis memoriae, epistolarum, libellorum sacrarumque dispositionum referuntur, nec non et si qui in utroque officio palatinorum, comitatensium singularumve urbium, et officio admissionum [28]) et castrensis sacri palatii militant, privilegia volumus habere, ut nec ipsi nec filii nec [29]) nepotes eorum ad honores vel munera municipalia devocentur. Quibus omnibus condonamus ne exactorum vel turmariorum [30]), quos capitularios vocant, curam subeant, vel obsequium temonariorum [31]) vel pentaprotiae [32]) aut etiam tironis praestationem [33]) agnoscant. Nam beneficiis nostris ita digni sunt, ut etiam censualibus vel personalibus vel corporalibus muneribus liberentur, et habeant castrense peculium, sive

---

[a]) *In fine huius legis desiderari brevem seu notitiam ministerianorum, quae in princ. commemoratur, recte adnotavit Cui. in comment.; quam lacunam et in quibusdam codd. significari, Aut. August. in coll. graec. const. testatus est. Praeterea autem et graecam const. excidisse, Cuiac. et August. in codd. notatum repererunt. Sed vereor, ne haec nota orta sit ex male intellecto signo omissae illius notitiae; nam Bas., quae in his titulis Codicem Iust. presse sequuntur, nulla vestigia praetermissae graecae const. habent.* — [b]) *l. 1. Th. C. de decanis. VI. 33.; Bas. VI. 33. 1.* — [c]) *Bas. VI. 33. 2.* — [d]) *l. 1. Th. C. de mensor. VI. 34.; Bas. VI. 33. 3.* — [e]) *l. 1. Th. C. de privileg. eor., qui in sacr. pal. VI. 35.; Bas. VI. 33. 4.* — [f]) *hausta ex l. 3. Th. C. de privil. eor., qui in sacr. pal. VI. 35.; iung. l. 3. C. de dignitat. XII. 1.; Bas. VI. 33. 5.*

[1]) et criminibus *om. ms. Gt.; sed καὶ ἐγκλημάτων Bas.* — [2]) Imppp. Theod. Valent. et Arcad. AAA. *inscr. Hal. Russ., at Russ. contra suum cod., qui nostram inscr. tuetur*; Imp. Honor. A. *inscr. Cont. 62.* — [3]) Quatuor *alias deesse Cont. in marg. monet; et deest a Bas., sed est in Theod. C.* — [4]) cuiquam hoc loco liceat immorari *Theod. C.* — [5]) subsedentes *ms. Hfn.* — [6]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71.* — [7]) Nonio *Russ. ex suo cod.* — [8]) Nomo Mag. off. *om. Hal. Cont. 62.* — [9]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal Cui.*; pertrahi *edd. rell.* — [10]) devotissimarum scholarum *mss. Hfn. Gt.; sed οἱ σχολάριοι Bas.* — [11]) fidei priorum *Hal. Cui.* — [12]) *Arcadium ins. Theod. C., Bk.; contra cod. Russardi, qui integram inscr. habet.* — [13]) Imp. Zeno A. *inscr. Hal. Russ.*; Imp. Honor. A. *inscr. Cont. 62.* — [14]) *mss. Hfn. Gt., Cui. Bk., Theod. C.*; militis *Hal. et rell.; sed γινέσθωσαν ἔσχατοι μαγιστριανοί Bas.* — [15]) *Cont. 76. Bk., Theod. C.*; II. *om. rell.* — [16]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71.* — [17]) militarunt *Cui., Theod. C. VI. 35. in rubr.; sed στρατεύονται Bas. VI. 33. in rubr.* — [18]) Palat. b. mer. S. *om. Hal. Russ. Cont. 62.*; Palat. bene meritis suis Salutem *Theod. C. ed. Haenel.* — [19]) a *om. mss. Hfn. Gt.* — [20]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; hoc *rell.* — [21]) ad poenas *ms. Gt.; cfr. not. seq.* — [22]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Cont. 76., Theod. C.*; exsolvat *Hal. et rell., qui graecismum, quem vera lectio sapit (ἀπαιτεῖσθαί τι), non intellexerunt. Cfr. Cramer kleine Schriften p. 85.* — [23]) Triveris *Cui. Cont. 76.*; Treveris *Char. Pac. Sp.* — [24]) II. *ins. Bk.* — [25]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71.* — [26]) ad Ruf. P. P. *om. Hal. Cont. 62.* — [27]) cubilibus *ms. Hfn.* — [28]) amissionum *ms. Gt., edd. Schf. Hal.* — [29]) vel *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [30]) summariorum *Hal. in marg.* — [31]) teleonariorum *coni. Alciat., quae coniectura nec displicet Contio; sed τὸ τοῦ τέμωνος Bas.* — [32]) prototypiae *Theod. C.; τὸ τῆς πενταπρωτίας Bas. Cfr. Alciat. h. l.* — [33]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf Cui., probante Russ. in marg.*; praesentationem *Hal. et rell.*

sive adhuc palatium [1]) observent, sive optata quiete donati sint [2]). Quibus omnibus privilegiis coniungimus agentes in rebus, licet [3]) militaribus videantur esse subnixi. Dat. V. Kal. Mai. Sirmio, Constantino A. V. et Licinio C. Conss. [4]) [319.]

3. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio P. P. [5]) — Ex aula nostra decedentes [6]) viri ab omnibus [7]) iniunctis habeantur immunes; numerariorum [8]) fastus [9]) vel rapaces quaestus, tanquam experientes et idonei, non patiantur. Dat. III. Non. Februar. Constantinop. Eucherio et Syagrio VV. CC. Conss. [10]) [381.]

4. [b]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Piniano [11]) P. U. [12]) — Omnes, qui in palatio militando diversis actibus paruerunt [13]), in tantum [14]) eius dignitatis, cuius meruerint missionem, obtinere noverint [15]) insignia, ut his omnibus praeferantur in ordine atque consessu, qui posteriore tempore regendas provincias dignitatesque susceperint palatinas. Si quis autem temeraria usurpatione statuta violare tentaverit, sacrilegii poenam sustineat. Dat. prid. Non. Iul. Mediol. Acc. IV. Kal. Septemb. Honorio NB. P. et Evodio Conss. [16]) [386.]

Tit. XXX. [XXIX.]

DE PRIVILEGIIS SCHOLARUM.

1. [c]) Impp. Theodosius [17]) et Valentinianus AA. Florentio [18]), Comiti et [19]) Magistro officiorum [20]). — Viris spectabilibus comitibus [21]) scholarum verberandi degradandive [22]) senatores ac lucenarios licentiam denegamus. Ea namque, quae tali commotione digna sunt, ad tuae sublimitatis volumus referri notitiam. §. 1. Insuper etiam domesticos eorum non senatores vel ducenarios centenariosve fieri decernimus; poena quinque librarum auri plectendo, quisquis hanc divinam iussionem excesserit, scrinio vero barbariorum [23]), si tale quid vel attentari passum fuerit, vel attentatum contra leges non suggesserit, decem librarum auri condemnatione percellendo [24]). §. 2. Illud etiam observari non sine ratione conveniet [25]), ne is [26]), cui domestici officium per militiae gradum vel [27]) quinquennii tempus interdici censuimus, familiaritate comitis simulata [28]) rem prohibitam alio nomine valeat usurpare. Dat. XVI. Kal. April. [29]) Constantinop. Cyro [30]) Cons. [31]) [441.]

2. Impp. Leo et Zeno [32]) AA. Eusebio, Magistro officiorum. — Hac lege decernimus, ut, qui in singulis scholis militant, quique post emensa stipendiorum curricula ad primiceriorum gradum pervenerint [33]), et adorata nostrae divinitatis [34]) purpura virorum clarissimorum comitum [35]) meruerint dignitatem, tam cingulo quam privilegiis omnibus sibimet competentibus perfruantur, ac deinceps usque ad finem vitae foro tuae celsitudinis tantummodo subiaceant, nec [36]) ex alterius cuiuslibet sententia civile subire litigium compellantur. In criminalibus sane controversiis et in publicis tributis et [37]) adversus tales viros provincias moderantium congruam iurisdictionem volumus observari, ne sub praetextu concessi privilegii vel flagitiorum crescat auctoritas, vel publica vacillet utilitas.

3. Imp. Zeno A. Longino [38]), Magistro officiorum [39]). — Quoties super causa civili vel etiam criminali, ex sententia videlicet iudicii tui culminis, scholares vel eorum coniuges (sive adhuc vivent [40]) mariti, sive post mortem eorum in viduitate constitutae sunt), matresve eorum in viduitate permanentes, aut liberi, qui non specialiter alterius iudicis iurisdictioni subiectam conditionem sortiti sunt, et servi ad eos pertinentes conveniuntur, minime eos easve extranei fideiussoris exactione vexari, sed pro consuetudine vetustissima et iugiter observata numerarium suae scholae fideiussorem praebere iubemus. Hoc videlicet observando, ut in criminalibus causis quinque alios primates ex triginta viris, a primicerio usque ad tricesimum [41]) retro numerandis, una cum numerario (volentes [42]) scilicet et non recusantes) praebeant fideius-

---

[a]) *hausta ex l.* 11. *Th. C. de privil. eor., qui in sacr. pal. VI.* 35.; *Bas. VI.* 33. 6. — [b]) *l.* 13. *Th. C. de privil. eor., qui in sacr. pal. VI.* 35.; *Bas. VI.* 33. 7. — [c]) *hausta ex Nov. Theod. XXIX.; iungenda l.* 3. *C. de off. mag. offic. I.* 31., *in qua pars nostrae const. repetita est.*

[1]) in palatio *Theod. C.* — [2]) sunt *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [3]) meritis *ins. Theod. C.* — [4]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [5]) Eutr. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [6]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; discedentes *Hal. et rell.* — [7]) oneribus *ed. Schf.*; honeribus *ms. Hfn.* — [8]) *mss. Hfn. Gt., Cui., Theod. C.*; numeratiorum *ed. Schf.*; numerariorumque *Hal. et rell.* — [9]) faustus *cod. Russ., ut forte legendum sit* haustus *vel* pastus. — [10]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [11]) Octaviano *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *sed in ed. prima* Piniano, *ut Theod. C.* — [12]) Iidem Aug. *inscr. Hal. Russ.*; Iidem et Arcad. *inscr. Cont.* 62. — [13]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; paruerint *Hal. et rell.* — [14]) volumus in tantum *Hal. Russ. Cont. et postea rell.*; *sed* volumus *abest a ms. Hfn. et edd. Schf. Cui.*; *cfr. not. seq.* — [15]) *edd. Schf. Cui., Theod. C.*; noverint *om. rell.*; *cfr. not. anteced.* — [16]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [17]) *cod. Russardi, Cui. Cont.* 76., *Nov. Theod.*; Arcad. *ins. Hal. et rell.* — [18]) *Cont.* 76. *Bk., Nov. Theod.*; Phlegrethio *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Pleitio *Cui. in ed. prima, Cont.* 66. 71. *Char. Pac. Sp.*, *quos tuetur cod. Russardi. Cfr. not.* 31. *ad l.* 3. *C. I.* 31. *Scribendum videtur* Phlegethio *hic et in l.* 3. *cit.* — [19]) Comiti et *om. Cont.* 76., *Nov. Theod., contra cod. Russardi.* — [20]) Florentio — offic. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [21]) *alias* militibus, *glossa*; seu comitibus *ed. Schf.* — [22]) ingradandive *ms. Hfn.*; regradandive *Cui. Cont.* 76., *Nov. Theod.* — [23]) *Hal. Cui.*; barbaricariorum, *scriptura magis usitata, Bk.*; barbarorum *rell., Nov. Theod. Cfr. Böcking ad Not. dign. Or. p.* 245. — [24]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; plectendo *Hal. et rell.* — [25]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Nov. Theod.*; convenit *edd. rell.* — [26]) ne quis *Nov. Theod.* — [27]) vel *om. Nov. Theod.* — [28]) simulatam *mss. Hfn. Gt.* — [29]) XV. Kal. Mai. *Nov. Theod.*; XVI. Kal. Mai. *Cont.* 76. *Sed mens. Aprilem restituit Cui.* — [30]) Caro *Cui. in ed. prima, Char. Pac.*; V. C. *addunt Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Cont.* 76. *Bk., Nov. Theod.* — [31]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [32]) Honor. et Theod. *Hal. Russ. Cont.* 62. — [33]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; pervenium *Hal. et rell.* — [34]) dignitatis *ms. Hfn.*, *Azo.* — [35]) comitum *om. ms. Hfn.* — [36]) ne *ms. Hfn., Hal. Cui.* — [37]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui.*; etiam *Bk.*; ita et *Hal.*; ita etiam *Russ. et rell.* — [38]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Longino *om. rell.* — [39]) Imp. Anastas. A. *inscr. Hal. Russ.* — [40]) *Hal. Cui. Bk.*; viverent *rell.* Praeterea earum *ins. Hal. Russ. Cont. et postea rell., contra mss. Hfn. Gt. et edd. Schf. Cui.* — [41]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; triginta *Cont.* 66. *et rell.* — [42]) volentes *et mox* recusantes *Cui.*; volente — recusante *rell., sed quam male, docent vv. seqq.* aut recusantibus quinque — viris. *Cfr. not. seq.*

fideiussores, aut recusantibus quinque, sicut dictum est, viris, extraneus [1]) in criminibus tantummodo publicis fideiussor una cum numerario [2]) praebeatur; ita ut exsecutoribus non amplius ab his, quam unus solidus, sive per se sive per procuratorem [3]) respondere maluerint, praebeatur. §. 1. In subeundis autem cognitionalibus certaminibus, quoties causa fuerit arbitro delegata, pro contestatione [4]) litis unum solidum, et pro definitione ab arbitro recitanda alterum unum, et nihil amplius dari [5]) decernimus. §. 2. Quodsi causa in iudicio tui culminis ab ipsa contestatione litis vel relatione indicis aut appellatione interposita ventilatur, pro inducenda cognitione non amplius quam tres solidos, et chartarum vel recitandorum in cognitionibus instrumentorum nomine, editionis [6]) quin etiam gestorum, duos tantummodo solidos dabunt. §. 3. Quoties sane apud viros clarissimos provinciarum moderatores, ex delegatione scilicet sententiae tuae magnitudinis, contra viros fortissimos scholares vel eorum coniuges vel [7]) liberos vel servos cognitio celebretur, non amplius quam dimidiam partem consuetorum sumtuum praeberi decernimus. Hoc etiam adiiciendo, ut, qui acceptis commeatibus ad provincias profecti fuerint, usque ad quinque mensium spatium, intra quod ipsis erit remeandi licentia, nullam penitus actionem super civili videlicet negotio (exceptis criminibus et tributariis functionibus), sustineant. Ne tamen ibi quoque, post quinque scilicet commeatus menses [8]), ex sententia iudicii tuae magnitudinis conventi in exigendis fideiussoribus [9]) aliquod sentiant detrimentum, adiuratoriae [10]) eos cautioni iubemus committi. §. 4. Quoties autem ex verbis, et sine ulla scriptis prolata sententia, iidem fortissimi scholares vel eorum matres seu coniuges, ut dictum est, aut liberi aut servi moneantur, nihil pro [11]) ipsa exsecutione sportularum nomine penitus eos vel eorum matres seu coniuges aut liberos, secundum superius datam distinctionem, vel servos praebere decernimus. Sed si talis sit negotii vilitas [12]), ut etiam sine scriptis, consentientibus videlicet partibus, super eo [13]) possit cognosci, exspectato sine scriptis (sicut dictum est) habendae cognitionis eventu, si deteriorem calculum reportaverint, sportularum nomine unum tantummodo solidum exsecutori praestabunt. Si vero causae qualitas habendam in scriptis cognitionem flagitaverit, in hoc necesse est casu, interlocutione in scriptis proferenda, ea, quae superius de quantitate sportularum decidendarumque [14]) cognitionum disposita sunt, observari.

Tit. XXXI. [XXX.]

[a]) DE CASTRENSI OMNIUM PALATINORUM PECULIO.

1. [b]) Imp. Constantinus A. ad Severum P. U. [15]) — Omnes palatinos, quos edicti nostri iam dudum certa privilegia superfundunt, rem, si quam [16]), dum in palatio nostro morantur, vel [17]) parsimonia propria quaesierint, vel donis nostris fuerint consecuti, ut castrense peculium habere praecipimus. Quid enim tam ex castris est, quam quod nobis consciis, ac prope sub conspectibus nostris acquiritur? Sed nec alieni sunt a pulvere et labore castrorum, qui signa nostra comitantur, qui praesto sunt semper actibus, quos intentos eruditis [18]) studiis itinerum prolixitas et expeditionum difficultas exercet. Ideoque palatini nostri, qui privilegiis edicti uti potuerunt [19]), peculia sua praecipua retineant, quae, dum in palatio nostro constituti sunt, aut labore (ut dictum est) proprio aut dignatione [20]) nostra quaesierint. PP. X. Kal. Iun. Constantino A. VI. [21]) et Constantio C. Conss. [22]) [320.]

Tit. XXXII. [XXXI.]

DE EQUESTRI DIGNITATE.

1. [c]) Impp. Valentinianus et Valens AA. [23]) ad Mamertinum P. P. [24]) — Equites Romanos secundum gradum post clarissimatus dignitatem obtinere iubemus. Dat. prid. Kal. Novemb. Philippopoli, divo Ioviano et Varroniano Conss. [25]) [364.]

Tit. XXXIII. [XXXII.]

DE PERFECTISSIMATUS DIGNITATE.

1. [d]) Imp. Constantinus [26]) A. ad Paternum Valerianum [27]). — Codicillis perfectissimatus fruantur [28]), qui impetraverunt [29]), si abhorreant a conditione servili, vel fisco aut curiae obnoxii non sint, vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo negotio constiterint, nec sibi honorem venali suffragio emerint, nec rem alicuius administraverint.

TIT. XXXIII.

---

[a]) *Dig. XLIX.* 17. — [b]) *l.* 15. *Th. C. de privil. eor., qui in sacr. pal. VI.* 35.; *Bas. LVII.* 2. 1. (*T. VI. p.* 755.) — [c]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de equest. dign. VI.* 36.; *Bas. VI.* 34. 1. — [d]) *l.* 1. *Th. C. de perfectiss. dign. VI.* 37., *quae truncata superest*; *Bas. VI.* 34. 2.

[1]) *Cui.*; viris extraneis, *deleto commate*, *rell. Mirum est, quod editores post Cuiac. ne in notis quidem lectionis Cuiacianae h. l. meminerint, quae vulgatam optime correxit.* — [2]) his *ins. Sp., male.* — [3]) procuratores *Hal. Cui.* — [4]) testatione *ms. Hfn.* — [5]) dare *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [6]) *Cont.* 66. *et postea rell., excepto Bk., male interpungunt post* instrumentorum *et post* editionis, *deleto comm. post* nomine. — [7]) vel *om. mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [8]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*; post. V. solidos comm. menses *ms. Gt.*; post quintum scilicet comm. mensem *Hal. et rell.* — [9]) fideiussionibus *mss. Hfn. Gt.* — [10]) iuratoriae *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; adiutoriae *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *vitio typ., ut mihi videtur. Nam* adiuratoriae *Cui. in ed. prima. Cfr. not.* 30. *ad. l.* 4. *C. XII.* 26. — [11]) pro *om. mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *edd. Schf. Hal.*, *Cui. in ed. prima.* — [12]) levitas *ms. Hfn.* — [13]) ea *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ.*; eos *Cont.* 76. — [14]) dicendarumque *mss. Hfn. Gt.*; dedendarum *alias* dicendarum, *Azo.* — [15]) ad Sev. P. U. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [16]) *alias* si quando, *glossa.* — [17]) si *ins. ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C. ed. Gothofr.* — [18]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; intentos et eruditos *Hal. et rell.* — [19]) potuerint *Theod. C.*; potuere *Hal. Cui.*; poterunt *coni. Cramer.* — [20]) *hanc lect. Theodosiani Cod.*, *quam confirmat ms. Hfn.*, *praetuli scripturae* donatione, *quae est apud rell.* — [21]) VII. *corr. Iac. Gothofr.*, *recepit Bk.*, *ut sit a.* 326. — [22]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Pro* Constantio *scrib.* Constantino, *si subscr. anni* 320. *retinenda videbitur.* — [23]) *Cui. Cont.* 76. *Bk.*, *Theod. C.*; Imp. Iustinian. A. *Hal. Russ.*; Imp. Valentinian. A. *Cont.* 62. *et rell.* — [24]) ad Mamertin. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [25]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [26]) *ms. Hfn.*, *Hal. Cui. Cont.* 76. *Bk.*, *Theod. C.*; Iustinianus *rell.* — [27]) ad Patern. Valer. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [28]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; fruentur *Hal. et rell.* — [29]) impetraverint *ms. Hfn.*, *Theod. C.*

Tit. XXXIV. [XXXIII.]

QUI MILITARE POSSUNT VEL NON POSSUNT, ET DE SERVIS AD MILITIAM VEL DIGNITATEM [1]) ADSPIRANTIBUS, ET UT NEMO DUPLICI MILITIA, VEL DIGNITATE ET MILITIA SIMUL UTATUR.

1. Impp. Severus et Antoninus AA. Antonio suo Sal.[2]) — Si militiae nomen dare vultis, offerte vos his, qui probandi ius habent. Non autem ignoratis, eos, qui litis causa militiam appetierunt [3]), postulantibus adversariis solvi sacramento solere.

2. [a]) Impp. Diocletianus et Maximianus AA. [4]) Valerio, militi [5]). — Non tantum decurionum filiis, sed omnibus in fraudem civilium munerum nomina armatae militiae dantibus fraudem prodesse displicuit.

3. Impp. Arcadius et Honorius AA. [6]) Pulcro [7]), Magistro utriusque militiae [8]). — Cura pervigili observare debebit sublimitas tua, ne coloni vel saltuenses aut ultro se offerentes ad militiam suscipiantur armatam, aut cogantur inviti.

4. Imp. Leo A. Dioscoro [9]). — Omnes omnino curialis vel cohortalis conditionis constituti nullam armatam militiam in posterum arripiant.

5. [b]) Imp. Iustinus [10]) A. Licinio [11]), Magistro officiorum. — Eis [12]) quidem, quibus indultum hactenus demonstratur, quo binis aut ternis pluribusve mereantur cingulis, non coniunctis ex prisca consuetudine, sed absectis atque discrepantibus, detur electio, quem retinendum sibi potius censeant, quem deserendum cognoscant, ut in eo, quod optaverint, firmiter maneant, eo, quod despexerint, sine dubitatione repellantur. §. 1. In posterum vero nemini prorsus facultas pateat eodem tempore plus, quam unius ordinis nomen affectare, interdicendis in commune cunctis (ut dictum est) binis pluribusve militiis, nec dignitatem coniungere cuilibet alii cingulo concedendis [13]), ut, et qui supplicandum de re vetita nobis existimaverint, poena decem librarum auri pro temeritate, quamvis infructuosa, plectantur, et qui susceperint iussionem augustam per subreptionem elicitam [14]), quod nonnunquam contingit, decem librarum auri mulcta feriantur; scriniis etiam, nec non officiis, quorum hoc intersit [15]), si non restiterint et hanc pragmaticam legem obiecerint [16]), decem librarum auri dispendio puniendis. Si quid autem contra hoc perpetretur, sciant omnes, quod extra concessum admissum est aut actum fuerit vel notis conscriptum publicis, simile habeatur, ac si nec impetratum nec pronuntiatum omnino nec insertum esset ullis [17]) matriculis. §. 2. Sciturís etiam omnibus, qui merentes in ordinibus armatis sive civilibus administrandas provincias seu regendos [18]) quoslibet numeros vel iam [19]) sunt seu de caetero fuerint iussione nostra sortiti, et, ut servetur eis gradus, augusta promeriti [20]) sanctione, parem indulgendam sibi licentiam, postquam deposuerint sollicitudinem, aut in priore cingulo protinus persistendi, nullo vindicando titulo dignitatis, quem [21]) sollicitudo media praestiterit [22]), aut retinendi splendorem, quem acquisierint [23]) administrationis obtentu, verum priore cingulo desistendi [24]). §. 3. Monente [25]) tamen innata nobis [26]) clementia liberum esse cunctis prospeximus [27]), si militia, qua [28]) decedendum est, inter eas habeatur, quas volentibus licet distrahere, et in alios eam conferendi et pretia conseque di [29]), prout in hisdem agminibus consuevit [30]) hactenus. §. 4. Excipiendis videlicet nec deducendis in hanc perpetuo conservandam legem pragmaticam his [31]), qui binas militias simul compositas et sociali nexus consortio fuerint assecuti, ut in [32]) viris dicatissimis [33]) scholaribus atque candidatis fieri moris est, nec non in [34]) viris devotis laterculensibus et pragmaticariis vel a secretis contingit [35]), quos memorialium aut etiam agentium [36]) in rebus adornat cingulus [37]), et si qui simili stipendiorum iunguntur [38]) copula. Dat. Kal. Aug. Constantinop. [39]) Iustino A. iterum et Opilione Conss. [40]) [524.]

6. [c]) Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. [41]) — Super servis, qui postea ad quandam militiam adspirare tentaverint, vel scientibus vel ignorantibus dominis, praecipimus, si quidem ignorantibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem iudicem, et suam ignorantiam eo, quod contrarium minime probatur, ostendere, eoque modo spoliatos eos militia in suum dominium trahere; sin vero scientibus his servi militaverint, cadere quidem eos non tantum dominio eorum, sed etiam omni patronatus iure, illos vero ingenuos effectos, si quidem utiles ad militiam eis datam visi [42]) fuerint, in ea durare, sin vero minime idonei

---

[a]) *Bas. LVII.* 1. 2. (*T. VI. p.* 751.) — [b]) *Bas. LVII.* 1. 5. *A. vv.* dignitatis quem sollicitudo *incipit ms. Veron. et pergit usque ad finem fere tituli.* — [c]) *Bas. LVII.* 1. 6. (*T. VI. p.* 752.)

[1]) ad militiae dignitatem *Hal.* — [2]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; suo Sal. *om. Cui. in ed. prima, Cont.* 66. *et postea rell.*; Anton. suo Sal. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [3]) *ms. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; appetierint *rell.* — [4]) Imp. Alexander A. *Hal. Russ.*; Imp. Dioclet. A. *ms. Hfn., Cont.* 62. — [5]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Valer. mil. *om. rell.* — [6]) Dioclet. et Maximian. AA. *Hal. Russ.* — [7]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Pulcro *om. rell., quem Pulcrum mag. mil. alias commemorari haud memini*; *fortasse* Simplicio. — [8]) Mag. utr. mil. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [9]) *haud dubie add.* P. P., *ut I.* 3. 32. *et* 35., *II.* 7. 15.; Dioscoro *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [10]) Iustinian. *Cont.* 71. *Char. Pac. Sp.*; *sed v. subscr.* — [11]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Licinio *om. rell.* — [12]) *ms. Hfn., omnes libri Russ., ed. Schf., Cui. Azo.*; His *rell.* — [13]) concedi *Hal. Cui.* — [14]) illicitam *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [15]) interest *Hal. Cui. Bk., contra ms. Hfn. et ed. Schf.* — [16]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; abiecerint *Russ. et rell.* — [17]) illis *ms. Hfn., ed. Schf.* — [18]) *ms. Hfn., Cui.*; regendas *ed. Schf.*; gerendos *Hal. et rell.* — [19]) etiam *ins. Hal. Cui.* — [20]) promeritis *ms. Hfn., Russ. Cont.* 62., *Hal. in not.*; pro meritis *ed. Schf.*; augustam promeriti sanctionem *ms. Gt.* — [21]) *ms. Veron., ed. Schf.*; que *ms. Hfn.*; quam *Hal. et rell.* — [22]) praestitit *ms. Veron., in quo mox in v.* retinendi *deest lit.* i. — [23]) adquisierit *ms. Veron., cui accedit ed. Schf.* — [24]) desistente *ms. Hfn., ed. Schf.*; *al.* desistente *al.* desistendo *al.* di, *glossa.* — [25]) Moderante *var. l. gl.* — [26]) innato a novis *ms. Veron.*; *et sic infra* vinas *pro* binas. — [27]) *ms. Veron., Cui.*; perspeximus *rell.* — [28]) quae *ms. Veron.* — [29]) praetia conferendi *ms. Veron.* — [30]) *mss. Veron. Hfn.*; consueverit *edd.* — [31]) *sic ms. Veron.*; eis *rell.* — [32]) in *om. Hal. Cui., contra ms. Veron.* — [33]) *mss. Veron. Hfn., edd. Schf. Cui.*; devotissimis *Hal. et rell.* — [34]) in *om. ms. Hfn., Hal. Cui., contra ms. Veron.* — [35]) contigit *ms. Veron. Caeterum* et *ins. Hal.* — [36]) memorialium etiam aut agentum *ms. Veron.* — [37]) *mss. Veron. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; cingulis *codd. Russardi*; cingulum *Russ. et rell. Vide in initio const. vv.* cingulis .... quem retinendum. — [38]) coniunguntur *Hal. Cui., contra ms. Veron.* — [39]) dat. k. aug. *ms. Veron., in ult. sigla latent mensis et locus.* — [40]) *hanc subscr. restitui ex ms. Veron.* — [41]) Mennae P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; Menae pp. *ms. Veron.* — [42]) eis visi datam *ms. Veron.*

idonei sint, ea privari. Super illis autem servis, qui iam militarunt et adhuc in eadem militia perseverant, licentiam dominis damus intra triginta dierum spatium, ab eo tempore connumerandorum [1]), quo praesens sanctio divulgata [2]) fuerit, vel nostram adire clementiam vel competentes iudices, et suam innocentiam [3]) commendare, eosque in suum recipere dominium [4]). Quo tempore transacto, simili modo tam dominio quam omni patronatus iure cadere eos necesse est. Dat. VIII. Id. Apr. Constantinop. Decio Cons. [5]) [529.]

7. [a]) Idem A. Ioanni P. P. [6]) — Si quis servum suum dignitatem habere, quemadmodum militiam, fuerit passus, spolietur et dominio servi et iure, quod pertinet [7]) ad patronos. Cui enim ferendum est, homines a nostra manu donationes accipientes adhuc inter servos haberi, et forte cum suis dominis nostram purpuram adorantes [8])? In his itaque casibus, in quibus non militia, sed dignitas volentibus dominis servis acquiritur, eadem iura reserventur [9]), quae antea posita sunt, ne videatur nostra sanctio aliquid habere imperfectum. Sciant autem domini, ad exemplum praeteritae nostrae constitutionis, quae de huiusmodi servis loquitur, quod, nisi hoc intra triginta dies, ex quo eis hoc fuerit notum, manifestaverint, et competentem iudicem adierint, et spoliare eos dignitatibus curaverint, dominium eorum et ius patronatus amittant [10]), nobis deliberantibus, postquam dominio servi fuerint liberati [11]) et inter ingenuos connumerati, si oportet [12]) eos habere dignitatem, vel ea quasi indignos spoliari. Dat. Kal. Sept. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [13]) [531.]

8. [b]) *Epitome graecae const. Iustiniani* [14]) *ex Bas.*

Ἡ διάταξις ἑλληνικὴ οὖσα βεβαιοῖ τὴν πρώτην διάταξιν τούτου τοῦ τίτλου, ἣν λέγουσαν, μηδένα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν δύο στρατείας ἔχειν, προστιθεῖσα, ὅτι οὐδεὶς ὀφείλει οὔτε στρατείας ἄλλας μετέναι καὶ τοῖς τριβούνοις νοταρίοις ἐγκαταλέγεσθαι. Ἀπαιτεῖ δὲ ὑπομνημάτων πραιτουμένων ἕκαστον κατατίθεσθαι, τί μᾶλλον ἐπιλέγεται των στρατιῶν ἢ τῶν ἀξιωμάτων, ὁρίζουσα χρόνον εἴσω τριῶν μηνῶν μετὰ τὸ γνῶναι ταύτην τὴν διάταξιν, ὥστε ἐνὸς τούτου προσιέναι τὸν βουλόμενον ἐν μὲν Κωνσταντινουπόλει τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ τὴν οἰκείαν φανεροῦν προαίρεσιν. Εἰ δὲ συμβαίνει [15]) παραδραμεῖν τὸν χρόνον τοῦτον, κελεύει αὐτοῖς [16]), εἰ μὲν στρατείας πολλὰς ἔχοιεν, μίαν καὶ μόνην ἔχειν, εἰ δὲ στρατείαν καὶ ἐπισιτολὰς τριβούνων νοταρίων, μένειν μόνον τριβούνους [17]), εἰ δὲ στρατείαν καὶ κόμητος ἀξίαν, τὴν μὲν στρατείαν ἀπολλύειν, τὴν δὲ ἀξίαν τοῦ κόμητος τοῦ ὑψηλοῦ βήματος [18]) ἔχειν, μηδενὸς πραγματικοῦ τυποῦ παρὰ τὰ διηγορευμένα μέλλοντος ἰσχύειν. Ἐὰν δέ τις στρατείαν ἔχων ἄρχων ἐπαρχίας γένηται, καὶ λάβῃ θεῖον τύπον περὶ τοῦ φυλαχθῆναι αὐτῷ τὸν ἴδιον τόπον, κελεύει ἡ διάταξις τοῦτον τὸν τύπον ἰσχύειν, ἵνα ὁ μὲν στρατείας φυλάττεται [19]) τόπος, μηκέτι δὲ κεχρῆσθαι καὶ τῷ ἐκ τῆς ἀρχῆς ὡς εἰκὸς προσγενομένῳ αὐτοῖς ἀξιώματι. Εἰ δέ τι τοιοῦτο ἐπιχειρήσωσιν ἑκάτερόν τινες ποιεῖν καὶ δύο τυχὸν στρατείαις [20]) κεχρῆσθαι, ἑκατέρων ἐκπίπτουσιν. Ὁρίζει δὲ πρόσιμον εἴκοσι λιτρῶν κατὰ τῶν παραβαινόντων, εἰ καὶ θεῖον τύπον ὡς εἰκὸς προσποριζομένων, καὶ ταύτῃ τῇ θείᾳ διατάξει ἐναντιουμένων· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων, τῶν τὸν τοιοῦτον θεῖον τύπον προσδεχομένων.

Constitutio graece scripta confirmat priorem huius tituli constitutionem, qua cavetur, ne quis eodem tempore duas militias habeat, adiiciens, ne quis ad alias militias accedat et simul tribunis notariis adnumeretur. Exigit etiam, ut apud acta quisque deponat, quid potius sibi eligat militiarum vel dignitatum, et definit tempus trium mensium inde a notitia huius constitutionis, ut intra hoc, qui voluerit, adeat Constantinopoli comitem rerum privatarum, in provinciis vero praesides, et suam voluntatem manifestet. Quodsi hoc tempus decurrere contigerit, praecipit constitutio, ut, si plures habeant militias, unam eamque solam retineant, si militiam et epistolas tribunorum notariorum, tribuni tantum maneant, si militiam et comitis dignitatem, militia exuantur et dignitatem comitis primi ordinis retineant; nulla pragmatica forma contra haec statuta vim obtinente. Quodsi quis militiam habens fiat praeses provinciae, et divinam formam de custodiendo sibi proprio gradu meruerit, iubet constitutio hanccce formam valere, ita ut gradus quidem militiae servetur; neque vero eum uti dignitate ex provinciae administratione fortasse conquisita. Si qui vero utrumque eiusmodi affectare et duplici forte militia uti conati fuerint, utraque excidunt. Definit etiam mulctam viginti librarum in transgressores, etiamsi sacram formam fortasse obtinuerint et divinae huic legi adversati fuerint, similiter quoque in praesides, qui eiusmodi sacram formam susceperint.

TIT. XXXV.

---

[a]) *Bas. LVII.* 1. 7. — [b]) *Graecae const. epitomen ex Bas.* (*apud Fabr. LVII.* 1. 8. *T. VI. p.* 753.) *restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod., quam receperunt Cont.* 66. *et postea rell. Nostra aetate detecta quidem est genuina const. in palimps. Veronensi, sed iniuria temporum ita evanida, ut haud multae lineae continuae legi potuerint. Quapropter potissimus restitutionis fons hodieque quaerendus est in Bas., satiusque duxi illud msi Veron. ἀνέκδοτον ad appendicem reiicere, quam mutilam const. lacunarumque signis repletam in ipso Codicis textu ponere.*

[1]) connumerandum *Hal. Cui. Bk., contra mss. Veron. Hfn.* — [2]) dibulgata *ms. Veron.; cfr. not.* 26. *ad l.* 5. *h. t.* — [3]) *mss. Veron. Rg.* 1., *Cui. ex vet. et Graecis, qui ipso testante vertunt ἀθωότητα;* ignorantiam *ms. Hfn., edd. rell.* — [4]) *ms. Veron., edd. Schf.*; dominium recipere *rell.* — [5]) *hanc subscr. restitui ex ms. Veron.* — [6]) Ioanni P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [7]) pervenit *ms. Gt. et omnes Russardi, contra mss. Veron. Hfn.* — [8]) adhorantes *ms. Veron.* — [9]) *ms. Veron., omnes libri Russardi, Hal. Cui.*; reservantur *ms. Gt.*; serventur *ms. Hfn., edd. rell.* — [10]) amittat *ms. Veron., et statim postea novis pro* nobis; *cfr. not.* 2. *ad l.* 6. *h. t.* — [11]) fuerint servi liberantibus *ms. Veron. vitio, cui ansam dedit v.* deliberantibus. — [12]) *mss. Veron. Hfn., ed. Schf.*; oporteat *edd. rell.* — [13]) *hanc subscr. restitui ex ms. Veron., in quo sic legitur:* d. k. sept. post ss. lamp. et or. vc. — [14]) *ms. Veron. incipit* Ὁ αὐτὸς βα . . λεύς. — [15]) συμβαίνοι *Fabrot.* — [16]) αὐτῷ *et mox* ἔχοι *Fabrot.* — [17]) τριβοῦνον *Fabrot* — [18]) *cfr. Cuiac. Obss. VII.* 10. — [19]) φυλάττηται *Fabrot.* — [20]) *Fabrot.*; στρατείας *Cui. et rell.*

Tit. XXXV. [XXXIV.]

NEGOTIATORES NE MILITENT.

1. Imp. Iustinianus A. Mennae P. P. [1]). — Eos, qui vel in hac alma urbe vel in provinciis cuidam ergasterio praesunt, militare de caetero prohibemus, exceptis argenti distractoribus, qui in hac alma urbe negotiantur. Hos enim, utpote utiles omnium [2]) contractibus, armata quidem militia penitus abstinere sancimus, aliam vero quamcunque sine metu praesentis sanctionis posse sibi acquirere. Si qui vero negotiatores, quos omni militia prohibuimus, iam militarunt, eis licentiam damus negotiationem quidem relinquere, militiam vero retinere, scientibus, quod, si postea negotiantes appareant, militia privabuntur. Quod et in argenti distractoribus huius almae urbis, si armatam militiam iam sortiti sunt, tenere volumus, ut relicta negotiatione liceat eis in eadem militia durare. Negotiantes etenim post hanc sanctionem huiusmodi militia privabuntur; illis, qui ad armorum exstructionem suam professionem contulerint, minime prohibendis ad competentem suae professionis venire militiam, et huiusmodi negotiationem nihilominus retinere

Tit. XXXVI. [XXXV.]

[a]) DE RE MILITARI.

1. Imp. Antoninus A. Annae, militi [3]). — Stipendia et donativa temporis, quo apud hostes fuisse te dicis, restitui tibi postliminio regresso restitutoque non iure desideras.

2. [b]) Idem A. militibus cohortis primae. — Viginti stipendia si implestis, sordida munera militiae [4]) vobis non indicentur.

3. Idem A. Iuliano. — Milites ignominia missi, quum infamia notentur [5]), nullis honoribus, qui integrae dignitatis hominibus deferri solent, uti possunt. Habeant autem morandi, ubi velint, potestatem, praerogatam in eis locis, quibus [6]) specialiter arcentur [7]).

4. [c]) Imp. Alexander A. Attico [8]). — Defunctorum in desertione bona confiscari, divus Marcus et [9]) Antoninus pater meus constituit.

5. Imp. Gordianus A. Valentino et aliis militibus. — Quum allegatis, septem annos in desertione egisse maritum sororis vestrae, et indulgentia nostra esse restitutum, non recte desideratis, ut id tempus, ac si in castris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore, quod ad desertores pertinet, restitutus ex indulgentia nostra residuo militare debebit; ideoque nec stipendia temporis, quo in desertione fuerit, exigere poterit.

6. [d]) Idem A. Buto, militi [10]). — Semel causaria missis militibus instauratio non solet concedi obtentu recuperatae valetudinis melioris, quando non temere dimittantur, nisi quos constet, medicis denuntiantibus et iudice competente diligenter [11]) examinante [12]), vitium contraxisse.

7. Idem A. Domno, veterano [13]). — Frustra vereris, ne nota, quae propter delictum militare intercessit, existimationem [14]) tuam iam veterani laesisse videatur, maxime quum nec ex eo delicto, quod et [15]) in paganorum potest cadere personam, notatos milites post missionem placuerit esse famosos.

8. [e]) Imp. Philippus A.... — Causaria missus [16]) nulla existimationis macula adspergitur.

9. [f]) Imp. Constantinus A. et C. [17]) — Si quis barbaris scelerata [18]) factione facultatem depraedationis in Romanos dederit, vel si quis alio modo factam diviserit, vivus comburatur. Dat. IV. Kal. Mai. Severo et Rufino Conss. [19]) [323.]

10. [g]) Imp. Constantius [20]) A. Titiano P. P. [21]) — Quicunque militum ex nostra auctoritate familias suas ad se venire mernerint, non amplius quam coniugia [22]), liberos, servos etiam de peculio castrensi emtos, neque adscriptos censibus, ad eosdem excellentia tua dirigi faciat. Dat. III. Kal. Iun. Limenio et Catulino Conss. [23]) [349.]

11. [h]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [24]) AAA. Cynegio P. P. — Tribuni vel milites nullam evagandi per possessiones habeant facultatem [25]); cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant; aut [26]) si quis tam necessaria scita contemserit, de eo ac tribuno eius ad nostram scientiam, rectorum ac defensorum relationibus protinus referatur [27]), quatenus severissime in eos animadvertatur. Dat. IV. Id. April. Constantinop. Richomere et Clearcho Conss. [28]) [384.]

12. [i]) Idem AAA. [29]) Richomeri, Comiti et magistro utriusque militiae. — Quum supra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit [30]), id [31]) provida auctoritate decernimus, ut nullus omnino immundo

---

[a]) *Dig. XLIX.* 16. — [b]) *Bas. LVII.* 3. 2. (*T. VI. p.* 756.) — [c]) *Bas. LVII.* 3. 4. — [d]) *Bas. LVII.* 3. 6. — [e]) *Bas. LVII.* 3. 8. (*T. VI. p.* 757.) — [f]) *l.* 1. *Th. C. de re milit. VII.* 1.; *Bas. LVII.* 3. 9.; *iungenda l.* 1. *C. de commeatu. XII.* 43. — [g]) *l.* 3. *Th. C. de re milit. VII.* 1. — [h]) *l.* 12. *Th. C. de re milit. VII.* 1. — [i]) *hausta ex l.* 13. *Th. C. de re milit. VII.* 1.; *Bas. LVII.* 3. 12.

[1]) Mennae P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [2]) *ms. Hfn.*; omnibus *rell. Sed cfr. Edict. IX. i. f. vv.* χρησίμους ἑκάστῳ. — [3]) Annae mil. *om. Hal. Russ. Cont.* 62., *a quibus usque ad l.* 16. *h. t. absunt ii, ad quos datae sunt constitutt.* — [4]) militiae *om. Hal.*; *nec Bas. agnoscunt h. v.* — [5]) notantur *ms. Hfn., ed. Schf.* — [6]) *ms. Hfn., vett. codd. Cuiacii, ed. Schf.*; in quibus *Hal. et rell.* — [7]) *sic Cui. in comment. emendavit ex Graecis* χωρὶς τῶν ἰδιωτῶν ἀπηγορευμένων αὐτοῖς; *cum Cui. faciunt codd. Aured. et Dionys. secundum Char., Bk.*; arguentur *vett. libri Cuiacii, ms. Hfn., edd. rell.* — [8]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Sp. Bk.*; Attico *om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [9]) et *om. ms. Hfn., ed. Schf.* — [10]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Bruto mil. *Bk.*; But. mil. *om. rell. Fortasse scrib.* Boetho; *cfr. not.* 10. *ad l.* 11. *C. IX.* 41. — [11]) etiam *ins. ms. Hfn., ed. Schf.* — [12]) investigante *ms. Gt., ed. Schf.*; investigante vel examinante *ms. Hfn.* — [13]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Domno vet. *om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [14]) aestimationem *edd. Schf. Hal.* — [15]) *ms. Hfn.*; etiam *ed. Schf.*; *tam* et *quam* etiam *om. edd. rell.* — [16]) missio *Bk., male.* — [17]) et C. *om. Hal. Cui.*; *sed cfr. Haenel. not. o. ad l.* 1. *Th. C. VII.* 12. — [18]) celebrata vel sclerata *ms. Hfn.* — [19]) *subscr. om. Hal.* — [20]) Idem *Hal. et rell., excepto Bk., qui habet* Impp. Constantius et Constans AA. *Sed unum tantum imp. agnoscit Theod. C. Equidem huius Cod. auctoritatem secutus, et nisus fidei msi Hfn., in quo est* Imp. Const., *Constantium reponendum censui.* — [21]) Tit. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* — [22]) *edd. Schf. Cui., var. l. gl., Theod. C.*; coniuges *ms. Hfn., edd. rell.* — [23]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [24]) Valentinianus, Theodosius et Arcadius *Bk. Sed Theod. C., ut nos.* — [25]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C.*; sed *ins. Russ. et rell.* — [26]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; at *Hal. et rell.* — [27]) deferatur *Theod. C., a quo absunt, quae sequuntur.* — [28]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [29]) Impp. Arcad. et Honor. AA. *Hal. Russ.*; Imp. Theod. A. *Cont.* 62., *quem tuetur ms. Hfn.* — [30]) consistat *mss. Hfn. Gt., Hal.* — [31]) *Cui. Bk., Theod. C.*; idque *ms. Hfn.*; ideoque *ed. Schf.*; ideo *Hal. et rell.*

immundo fimo sordidatis [1]) fluentis commune poculum polluat, neve abluendo equorum sudores [2]) deproperans [3]) publicos oculos undatus [4]) incestet, sed procul a cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluviorum hoc ipsum faciat. Dat. VI. Kal. Iun. Vincentiae, Tatiano et Symmacho Conss. [5]) [391.]

13. [a]) Impp. Arcadius [6]) et Honorius AA. Romuliano P. U. — Nemo miles ex his, qui praesentes divino [7]) obsequio nostrae clementiae deputati sunt, et qui in hac esse [8]) urbe praesente comitatu [9]) concessi sunt, quive de aliis numeris vel legionibus sunt, vel sibi vacet vel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat. Qui autem in huiusmodi facinore fuerint convicti, militia exuti poenas consentaneas luere compellantur [10]); hi vero, qui in privato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinque libris auri mulctae nomine feriantur. §. 1. Sin [11]) vero quisquam missus a numero vel a tribuno ad comitatum serenitatis nostrae pervenerit (aliter enim eos hoc facere vetamus), illico se viris illustribus comitibus, sub quorum regimine constituti sunt, offerre festinet, et causas profectionis exponat, ut et responsum coeleste mereatur, et citam remeandi accipiat facultatem. §. 2. Si quos autem milites per provincias, relictis propriis numeris, passim vagari praesides earum cognoverint [12]), correptos [13]) faciant [14]) custodiri, donec de his clementiae nostrae auribus intimetur, et quid fieri oporteat decernamus. Dat. Kal. Febr. Constantinop. Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [15]) [398.]

14. [b]) Idem AA. Stiliconi [16]), Magistro militum. — Contra publicam utilitatem nolumus a numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur comites vel duces, quibus regendae militiae cura commissa est, non solum a [17]) comitatensibus ac palatinis numeris ad alios numeros milites [18]) transferri non licere, sed ne ipsis quidem seu de comitatensibus [19]) legionibus, seu de castris [20]) riparensibus [21]), castrensianis [22]) caeterisque cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam, nisi hoc augusta maiestas publicae utilitatis gratia fieri insserit: quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque convenit devenire. Quodsi qui contra fecerint [23]), per singulos milites singulas auri libras a se noverint exigendas. Dat. XIV. Kal. April. Mediolano, Stilicone et Aureliano Conss. [24]) [400.]

15. [c]) Imp. Leo A. Aspari, Magistro militum. — Milites, qui a republica armantur et alunturur, solis debent utilitatibus publicis occupari, nec agrorum cultui et custodiae animalium vel mercimoniorum quaestui, sed propriae munii insudare militiae. Nullum praeterea ex militibus posthac praedictis obsequiis vacare magnitudo tua patiatur, sed frequentes in numero suo esse iubeat, ut armorum quotidiano exercitio ad bella se praeparent. Quodsi quis ex militaribus iudicibus ullos militum tam divinis quam regiis vel privatis domibus ac possessionibus diversisque aliis obsequiis contra interdictum serenitatis nostrae crediderit deputandos, sciat, a se [25]), qui contra vetitum fecerit, et ab eo, qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas. Dat. prid. Non. Iul. Constantinop. Leone A. Cons. [26]) [458.]

16. Idem A. Dioscoro [27]). — Militares viros civiles curas arripere prohibemus, aut si aliquam huiusmodi sollicitudinem forte susceperint, et militia statim et privilegiis omnibus denudari decernimus; formidantibus his motum nostrae serenitatis, qui temeritate saluberrimis statutis obviam ire tentaverint.

17. Imp. Zeno A. Marciano, Magistro militum [28]). — Neminem in ullo [29]) numero equitum vel peditum vel in quolibet limite sine nostri numinis sacra probatoria in posterum sociari concedimus, consuetudine, quae hactenus tenuit, antiquata, quae magisteriae potestati vel ducibus probatorias militum facere vel militibus adiungere licentiam tribuebat, ut hi tantum in numeris vel in limitibus [30]) militent, qui a nostra divinitate probatorias consequuntur. Viros autem eminentissimos pro tempore magistros militum, nec non e viros spectabiles duces, si supplere numeros pro his, qui fatalibus sortibus decrescent, necessarium esse putaverint, veritate discussa, per suggestionem suam nostrae mansuetudini declarare, qui et quanti et in quo numero vel limite debeant subrogari, ut ita demum, prout nostrae sederit maiestati, divina subnotatione subnixi militiam sortiantur; officio, quod tuae sublimitatis actibus obsecundat, centum librarum auri dispendio ferendo, si ex aliqua parte, quae statuit nostra serenitas, fuerint violata.

18.

---

[a]) *l.* 17. *Th. C. de re milit. VII.* 1., *adiectis plerisque ex l.* 15. *et* 16. *Th. C. eod.* — [b]) *l.* 18. *Th. C de re milit. VII.* 1. — [c]) *iungenda l.* 31. *C. de locato. IV.* 65.

[1]) sordidatis *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal.*, *Cui. in ed. prima.* — [2]) sudore *Theod. C.*; sudorem *ms. Hfn.* — [3]) deproperus *Theod. C.* — [4]) nodatos *var. l. ap. Azon.* — [5]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.* — [6]) Theodos. *Hal.* — [7]) diurno *Hal.*, *improbante Cui. in comment.* — [8]) *ms. Hfn.*, *Cui.*, *Theod. C.*; sacra *ms. Gt.*; alma *edd. Schf. Hal. et rell.* — [9]) praesenti comitatui *Hal. Russ. Cont.* 62. — [10]) compellentur *Hal. Cui.*, *et mox* librarum *iidem.* — [11]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; Si *edd. rell.* — [12]) cognorint *Cui.* — [13]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; correctos *rell.*; *sed nostra lectio magis probatur Graecis, qui secundum Cui. vertunt* συναρπασθέντας. — [14]) facient *Sp.* — [15]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [16]) *Theod. C.*, *Bk.*; Stilichoni *Cui. Cont.* 66. *et rell.* — [17]) a *om. ed. Schf.*; de *Theod. C. In ms. Hfn. absunt vv.* ac palatinis — seu de comitatensibus. — [18]) militem *Theod. C.* — [19]) *ingeniose et, ut mihi videtur, rectissime Cui. in Obss. I.* 25. *restituit* ipsis quidem pseudocomitatensibus, *sed ipse hanc coni. in textu suae edit. non recepit, in commentario autem sic monuit:* „*placet emendatio, nisi numeros pro vexillationibus accipias; aliae erant vexillationes comitatenses, aliae legiones comitatenses.*“ *Cfr. de pseudocomitat. Notit. dign. Or. cap.* 5. 6. 8. (*ed. Böcking.*) — [20]) castris *om. Theod. C.*, *Bk.* — [21]) ripariensibus *Theod. C.* — [22]) castricianis *Theod. C.* — [23]) fecerint *et mox* noverint *Cui.*, *Theod. C.*; fecerit — noverint *ms. Hfn.*; fecerit — noverit *edd. rell.* — [24]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [25]) *ms. Hfn.*; sciat se *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; sciat se ab eo *Hal. et rell. Glossa monet:* „*alias se. alias a se.*“; sciat et ab eo *Russ. in marg.* — [26]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [27]) *add.* P. P.; *cfr. not. ad l.* 4. *C. XII.* 34. — [28]) Marc. Mag. mil. *om. Hal.*; Marc., *quem restituit Cui.* (*ed. Fabrot.*), *abest a rell. excepto Bk.* — [29]) in nullo *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; in nostro *ms. Gt.* — [30]) *ms. Hfn.*, *Cui.*; vel in militiis *edd. Schf. Hal.*; vel militiis *Russ. Cont.* 62.; vel limitibus *Cont.* 66. *et rell.*

18. [a]) Imp. Anastasius[1]) A. Ioanni, Magistro militum praesentalium [2]). — Tam collatores et provinciales quam fortissimos milites, prout oportet, gubernari, minimeque laesionem aliquam seu dispendium perpeti properantes, esse necessarium prospeximus, dicatissimos [3]) milites, qui de diversis [4]) praesentalibus numeris per Orientis partes noscuntur consistere, virorum spectabilium ducum iussionibus obedire, ut, quicquid emerserit, quod pro communi securitate curandum est, hoc protinus, utpote militari praesidio in proximis locis constituto, competens possit mereri remedium; ita videlicet, ut etiam agentibus causas, tam criminaliter quam civiliter, praefati milites iam non apud magnificam magisteriam per Orientem potestatem vel ex sententiis seu praeceptionibus eius, sed per interlocutiones seu dispositiones tam excelsae tuae sedis, sub cuius iurisdictione consistunt, quam eorumdem ducum respondeant. §. 1. Eo scilicet observando, ut ad-responsum [5]), quem [6]) de officio tuae sublimitatis huc usque ad praedictam magisteriam per Orientem potestatem moris erat destinari, viris spectabilibus ducibus inhaesurus mittatur [7]), tam per se quam per adiutores suos eosdem iudices observare, et iussiones eorum implere curaturus [8]); licentia [9]) non deneganda, et ad-responsum, qui de officio alterius viri excelsi magistrum militum praesentalium [10]) pro hac nostra dispositione destinatur, in locis, in quibus apparitionis tuae sublimitatis ad-responsum non contigerit reperiri, suam sollicitudinem pro emergentibus maxime causis peragere. Cuius etiam illi, qui de altero officio mittendus est, praebemus facultatem, ut non tantum per adiutores suos [11]) ad-responsum, sed etiam invicem se adiuvando, nec publicis nec privatis causis vel executionibus abesse videantur. Ad singulos etenim duces ad-responsum de apparitionibus vestris [12]) non perspeximus oportere destinari, ne per multitudinem eorum qualibet machinatione damna contra milites nostros augeri contingat. §. 2. Ut autem omnifariam tam publicae commoditati quam fortissimis prospiciatur militibus, sportularum nihilominus exactionem merito censuimus moderandam. Et iubemus, nec ipsis ad-responsum, nec adiutoribus eorum pro criminalibus seu civilibus causis, etiamsi ex publicis causis descendere vel ad publicam causam pertinere dicantur, licere aliquid plus, quam unum solidum a singulis, vel nolentibus vel spontanea voluntate offerentibus, suscipere militibus, ita ut, si universitas numeri seu principiorum [13]) monenda sit, duplicata quantitate tantummodo sportulas accipiant; in [14]) his etenim causis nec plures, quam duos primates, quorum nomina semel ac primum gestis intervenientibus fuerint publicata, patimur conveniri, syndico videlicet, prout consuetudo deposcit legibusque cautum est, ordinando. Hoc quoque adiecto, ut pro omnibus [15]) quibuslibet expensis ingressus in iudicio duciano faciendi [16]) unum tantum [17]) solidum, nihilque amplius, milites vel syndici litigantes dependere [18]) compellantur, ut huiusmodi solatium ad commodum [19]) ad-responsum et eius adiutorum et exceptorum proficiat; nihil sibi [20]) usurpare vel suo nomine poscere vel viris devotis principibus [21]), qui ducianum observant iudicium, vel ducianam apparitionem [22]) de praefatis litibus concedendis; ita videlicet, ut super litis expensis in personis [23]) etiam eorum quicunque milites pulsare maluerint, eadem forma servetur. §. 3. Erit autem arbitrii atque aestimationis virorum spectabilium ducum, pro qualitate negotiorum vel quantitate, quae devotissimis militibus ab adversariis eorum ingeritur, vel suam audientiam interponere litigiis, vel eorum discussionem [24]) dicatissimis principiis [25]) seu arbitris in locis degentibus committere. §. 4. Quibus viris spectabilibus [26]) ducibus et eos observantibus ad-responsum seu adiutoribus eorum curae sit, si quando ad eosdem duces milites fuerint accersiti [27]), vel de locis, in quibus constituti sunt, moveri [28]) praecepti, ne quolibet modo curiales seu collatores quibusdam afficiantur dispendiis, ita scilicet, ut pro militibus inspiciendis, quandocunque voluerint viri spectabiles duces, etiam praesentales devotissimos milites adhibere, non immodicam multitudinem eorum tempore pacis convocare procurent. §. 5. Sin vero etiam necessitate [29]) poscente milites ad alia perveniant loca, laesionibus contra curiales seu collatores nihilominus modis omnibus abstineant. Et si tam [30]) eundo quam [31]) redeundo triginta tantum dies oportet [32]) eos proficisci, ipsi suas expensas sibi praebendas, collatoribus seu curialibus minime prae-

---

[a]) *in vv. qualibet machinatione* (§. 1. *i. f.*) *incipit ms. Veron., et pergit usque ad l.* 4. *tit. seq. vv. patri cuius in po.*

[1]) Iustinus *cod. Contii*, *sed* Anast. *ms. Hfn.*, *et hunc flagitat subscr.* — [2]) *fortasse scrib.* praesentali *ut in Not. dign. Or. cap.* 5.; Ioanni — praesent. *om. Hal.*; Ioanni *et* praesent. *om. Russ. Cont.* 62. *Idem Ioannes esse videtur, cui inscripta est l.* 4. *C. l.* 29. — [3]) ditatissimos *ed. Schf.*, *et sic habuit Accurs.*, *qui sic adnotat:* „*id est ditissimos, a dito ditas, id est divitem facere.*" — [4]) terrae *ins. ed. Schf.* — [5]) ad responsum, *duobus verbis*, *Hal. Cui. Russ. Cont.*; *uno verbo legi volunt Char. et postea rell.*; *equidem ad analogiam aliorum magistratuum, quorum nomina simili modo formata sunt*, *veluti* ex-praefecto, *scribendum censui* ad-responsum. — [6]) quod *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Russ. Cont.* 62.; quos *Hal.*; qui *Cui.* — [7]) inhaesuris mittatur *ed. Schf.*; inhaesuris mittantur *ms. Gt.*; inesurus mittatur *ms. Hfn.*; in mensuris mittantur *Hal. Russ. Cont.* 62.; in mensuris *alias* inhaesurus, *glossa et similiter Azo. Variae lectiones inde oriundae, quod librarii non viderent*, ad-responsum *ut verbum masculini generis usurpari.* — [8]) curaturos *Hal. Russ. Cont.* 62.; *alias* curaturis *et alias* curaturus, *glossa et Azo.* — [9]) *Hal. Cui. Bk.*; ei *ins. rell.*, *sed tunc delendum videtur seq.* et. — [10]) praesentialis *ms. Hfn.*; praesentialiter *Hal.*; praesentialium *ms. Gt.*; praesentalis *edd. Schf. Russ. Cont.* 62. — [11]) idem *ins. ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; vel *ins. Hal.*; id est *ins. Russ. Cont.* 62. — [12]) *ms. Hfn.*, *Cui. Bk.*; apparitoribus nostris *edd. Schf. Hal. et rell.*; *verum* apparitionibus *in omnibus Russ sardi.* — [13]) primiceriorum *var. l. ap. Azon.* — [14]) in *om. ms. Veron.* — [15]) et *ins. Hal. Russ. Cont.* 62.; omnibus quibus licet *ms. Veron.* — [16]) *mss. Veron. Hfn.*; ingressus in iudicio duciano faciendis *ed. Schf.*; faciendis in ingressu iudicii duciani *Hal. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; faciendis ingressus in iudicio duciano *Cui. Cont.* 66. *et rell.* — [17]) *mss. Veron. Hfn.*, *omnes Russardi, ed. Schf.*; tantummodo *Hal. et rell.* — [18]) deperdere *ms. Veron.* — [19]) et *ins. Hal. Russ. Cont.* 62., *contra mss. Veron. Hfn.* — [20]) si *ms. Veron.* — [21]) principalibus *Hal. Russ. Cont.* 62. — [22]) *scribendum videtur* duciana apparitione. *Ms. Veron. hic legi non potuit.* — [23]) persona *mss. Hfn. Gt. et ed. Schf.*, *contra ms. Veron.* — [24]) discussione *Hal. Russ. Cont.* 62. — [25]) principis *ms. Veron.* — [26]) spectavilibus *ms. Veron.*, *et sic infra* spectaviles, sivi. — [27]) arcessiti *ms. Veron.* — [28]) movere *ms. Veron.* — [29]) necessitatem *ms. Veron.* — [30]) *mss. Veron. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; in *ins. Hal. et rell.* — [31]) in *ins. Hal. Cui.*, *contra mss. Veron. Hfn.* — [32]) *mss. Veron. Hfn.*, *Hal. Cui.*; oporteat *edd. rell.*

praegravandis, suscipere non cessent; sin autem ulteriore [1]) tempore in aliis locis necesse sit eos commorari, expensas eis ulterioris, ut dictum est, temporis, ad quae pervenerint loca, ministrari. §. 6. Quoniam vero [2]) comperimus, quosdam temerario [3]) atque iniquo proposito anteriore tempore [4]) certose [5]) memoratis militibus tam in iudicio sublimitatis tuae, quam apud excelsam magisteriam per Orientem potestatem in accusationem deduxisse, et eos [6]) eodem tempore ad diversa quoque protraxisse iudicia, diversasque [7]) super iisdem personis iisdemque [8]) causis et negotiis prolatas fuisse sententias, ne postea nihilominus tantae contra milites nostros insidiae tantaque confusio querelis, quas [9]) eis ingeri contigerit, generetur [10]), nemini licere [11]), apud sedem magnitudinis tuae accusatione contra militem seu milites praesentales deposita conventioneque oblata, eundem vel eosdem milites [12]) criminaliter seu [13]) civiliter per iussionem virorum spectabilium [14]) ducum inquietare, antequam negotium [15]) ex priore actione prioreque conventione finem legitimum sortiatur. Idemque versa vice observari, ut, si quidam [16]) miles seu milites praesentales provisione [17]) viri spectabilis ducis incusati ac admoniti [18]) fuerint [19]), licentia denegetur agenti postulationem seu accusationem in iudicio tuae sublimitatis contra eundem militem vel eosdem milites [20]) deponere. Nec si [21]) eundem vel eosdem tam criminaliter quam [22]) civiliter obnoxios esse firmaverit, facultatem eidem agenti superesse [23]), separatis intentionibus suis, pro criminalibus quidem iudicium tuae celsitudinis, pro civilibus autem viri spectabilis ducis sublimitatem [24]), seu [25]) versa vice, occupare. §. 7. Si quis vero ad huiusmodi tam audacissimum tamque aequitati contrarium conamen prosiluerit [26]), eum pro pecuniariis quidem negotiis iactura litis et damnorum, quae vitio eius contigerunt [27]), solutione percelli, pro criminalibus autem quasi calumniatorem convictum [28]) legum aculeos sentire. §. 8. Dispositiones autem ante latas non ad imminuendam potestatem magisteriae per Orientem administrationis, sed pro tuitione locorum ac securitate [29]) publica noscimur praestitisse, quum non dubium sit, ipsos etiam duces, quibus fortissimi praesentales milites parere praecepti sunt, sub eadem excelsa potestate [30]) esse constitutos. Dat. Kal. Ianuar. Constantinop. Anastasio A. et Ruphino [31]) Conss. [32]) [492.]

Tit. XXXVII. [XXXVI.]

[a]) DE CASTRENSI PECULIO MILITUM ET PRAEFECTIANORUM [33]).

1. [b]) Imp. Alexander A. Prisciano [34]). — Si in potestate tua filius tuus fuit eo tempore, quo quaedam nomine eius emisti, ea tua esse non dubitatur. Peculio autem castrensi cedunt res mobiles, quae eunti in militiam a patre vel a matre aliisve propinquis [35]) vel amicis donatae [36]) sunt, item quae in castris per occasionem militiae quaeruntur. In quibus sunt etiam hereditates eorum, qui non alias noti esse potuerunt, nisi per militiae occasionem, etiamsi res immobiles [37]) in his erunt. Matris autem hereditas, quamvis in militia delata sit, ad peculium castrense non pertinet. In castrensi vero peculio praedium donatum non esse constat, quamvis emta ex castrensi peculio praedia eius conditionis efficiantur. PP. Id. Nov. Maximo [38]) et Aeliano Conss. [39]) [223.]

2. Idem A. Felici [40]). — Filiusfamilias alienationem nullius rei sine voluntate patris habet [41]), nisi castrense peculium habeat. PP. VIII. Kal. Iul. Iuliano [42]) et Crispino Conss. [43]) [224.]

3. Idem A. Feliciano, militi [44]). — Errat, qui tibi [45]) persuasit, quod nexu paternae [46]) potestatis iure sacramenti solutus es. Manent enim nihilominus

---

[a]) *Dig. XLIX.* 17. — [b]) *fortasse iungenda l.* 4. *C. famil. ercisc. III.* 36.; *cfr. not.* 34.

[1]) ulterore, *et mox* commemorari *ms. Veron.* — [2]) temporis atque per vero, *intermediis omissis, ms. Veron.* — [3]) *mss. Veron. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; animo *ins. Hal. et rell.* — [4]) tempore *om. ms. Veron.* — [5]) *mss. Veron. Hfn.*; e *om. Cui.*; de *edd. Schf. Hal. et rell.* — [6]) *ms. Veron.*; eosdem *edd. omnes, sed deest* eosdem *in mss. Hfn. Gt. et in omnibus Russardi.* — [7]) diversas quoque *Hal. Cui. Bk., contra mss. Veron. Hfn.*; *v. not. seq.* — [8]) diversas quae super isdem personis isdem quae *ms. Veron., et similiter mox* tantaque confusio quaerellis, *et infra* conventionequae. — [9]) quas *om. ms. Veron., in quo pergitur* eis inceri contingit. — [10]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui.*; geretur *ms. Veron.*; generentur *Russ. et rell.* — [11]) *mss. Veron. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; liceat *Russ. et rell.* — [12]) *mss. Veron. Hfn. Gt., ed. Schf.*; milites *om. Hal. et rell.* — [13]) *mss. Veron. Hfn. Gt., edd. Schf.*; vel *Hal. et rell. Caeterum in ms. Veron. pro* criminaliter *est* criminalibus. — [14]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; iudicum vel *ins. Hal. et rell.* — [15]) *vv.* ducum — negotium *om. ms. Veron.* — [16]) *mss. Veron. Gt.*; quidem *ms. Hfn., edd.* — [17]) per iussionem *ms. Hfn.*; iussione *ms. Veron., in quo sic pergitur:* ut satis admoniti fuerint. *Ipsa haec lectio et verborum, quae desiderantur, omissio fortasse orta est ex scribendi compendiis quibus vv.* viri spectabilis ducis *in antiquis codd. denotarentur.* — [18]) moniti *ms. Hfn., edd. Schf. Cui., quod probo.* — [19]) *mss. Veron. Hfn. Gt., ed. Schf.*; incusatori *ins. Hal. et rell.* — [20]) militem *ms. Veron.* — [21]) si v *ms. Veron., fortasse* si vel. — [22]) qua *et mox* agente *ms. Veron.* — [23]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui.*; et *ins. Hal. et rell. Nos et tuetur ms. Veron., in quo est* superesse paratis in intentionibus. — [24]) viris spectavilis ducis, *om.* sublimit., *ms. Veron.* — [25]) sub *Hal.*; *sed* seu *ms. Veron.* — [26]) prosilierit *Hal. Cui., contra ms. Veron.* — [27]) contigerint *ms. Veron.* — [28]) convinctum *ms. Veron.* — [29]) locorum hac secutate *ms. Veron.*; severitate *alias* securitate, *Azo.* — [30]) sub eandem excelsam potestatem *ms. Veron.* — [31]) *sic ms. Veron.*; Rufino *l.* 3. *C. I.* 30. — [32]) *subscriptionem restitui ex ms. Veron.* — [33]) et praefecti annonae *ed. Schf., Azo*; et praefectis annonae *Hal. Russ. Cont.* 62., *contra mss. Veron. Hfn. et ipso Cont. in marg. improbante*; *cfr. Cui. ad §. ult. I. de testam. milit.* — [34]) Impp. *ms. Veron., in quo seqq. usque ad vv. potestate* tua *legi non potuerunt*; Prisciano *om. Hal. Russ. Cont.* 62. *Secundum Cui. in comment. in quibusdam codd. nostra const. scripta est ad Antonium* (*ad quem data est l.* 4. *C. III.* 36.), *sed Gallicus codex habet* Prisciano. — [35]) a matres aliis vel propinquis *ms. Veron.* — [36]) donata *mss. Veron. Hfn., ed. Schf.* — [37]) qui non alias noti esse optulerunt, nisi res immob. *ms. Veron.* — [38]) max. *ms. Veron.* — [39]) *subscriptionem restitui ex ms. Veron.* — [40]) Felici, *quod nomen tuetur ms. Veron., om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [41]) habent *ms. Veron.* — [42]) iūliano *ms. Veron.* — [43]) *subscriptionem restitui ex ms. Veron.* — [44]) *ms. Veron., Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Felic. mil. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; mil. *om. Cui. in ed. prima, Cont.* 66. *et rell.* — [45]) tivi *ms. Veron.*; *cfr. not.* 26. *ad l.* 18. *tit. antecad.* — [46]) patriae *Cui., contra mss. Veron. Hfn.*

hilominus milites in potestate parentum [1]), sed peculium castrense proprium habent, nec in eo ius ullum [2]) patris est. PP. III. Id. Oct. Iuliano et Crispino [3]) Conss. [4]) [224.]

4. Imp. Gordianus A. Gallo, militi [5]). — Quum allegas, te [6]) a fratre tuo eodemque commilitone in eisdem castris institutum heredem, successionem eius potius in [7]) castrensi peculio tuo, quam patri [8]), cuius in potestate es, per te quaesitam videri, rationis est. Etenim peregrinationis labor sociatus [9]), commilitii [10]) eius et obeundorum munerum consortium affectioni fraternae nonnihil [11]) addidisse, quin immo vice mutua cariores invicem sibi [12]) reddidisse credendum [13]) est.

5. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Philostrato [14]). — Intelligis, filio, qui militavit, defuncto, peculium eius penes patrem remansisse, non hereditatem patri quaesitam.

6. [a]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Zoilo P. P. [15]) — Ius castrensis peculii tam scriniarios quam exceptores caeterosque, qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noscuntur, ac si in legione prima adiutrice [16]) nostra [17]) militent, inviolatum habere praecipimus [b]).

Tit. XXXVIII. [XXXVII.]

DE EROGATIONE MILITARIS ANNONAE.

1. [c]) Imp. Constantius A. et Iulianus C. Helpidio [18]) P. P. [19]) — Repetita consuetudo monstravit [20]), expeditionis tempore buccellatum [21]) ac panem, vinum quoque atque acetum, sed et lardum, carnem etiam vervecinam militis nostros ita solere percipere: biduo [22]) buccellatum, tertio [23]) die panem; uno die vinum, alio die acetum; uno die lardum, biduo carnem [24]) vervecinam. Dat. XVI. Kal. Iun. Hierapoli, Constantio [25]) X. et Iuliano C. III. Conss. [26]) [360.]

2. [d]) Imp. Iovianus [27]) A. Secundo P. P. [28]) — Vicesimo [29]), non amplius, lapide milites sibi iubemus paleas convectare [30]). Dat. V. Kal. Octob. Aedesa, Ioviano et Varroniano Conss. [31]) [364.]

3. [e]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Victorem, Magistrum militum [32]). — Coenaticorum nomine milites et super his stantes [33]) nihil penitus a provincialibus accipere audeant. Sciant etenim milites, quod oportet eos, commoda sua, quae in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes, extrinsecus detrimentis provinciales non adficere. Dat. VI. Kal. Ian. [34]) Bonamansione, divo Ioviano et Varroniano Conss. [35]) [364.]

4. [f]) Iidem AA. [36]) ad Auxonium P. P. [37]) — Sicut fieri per omnes limites [38]) salubri prospectione praeci-

---

[a]) *iungenda l.* 3. *C. de apparit. praef. praet. XII* 53., *Bas. LVII.* 2. 6. (*T. VI. p.* 755.) — [b]) *Hal. et Cont.* 62. *ad calcem hui. tit. lacunam graecae const. adnotant, de qua et codd. adhuc cogniti et iuris Graeco-Romani auctores silent. Mihi videtur nihil deesse, illaque nota prodiisse ex errore glossae. In rubrica scilicet sui. tit. tractari dicitur De peculio — praefectianorum. Iam vero huius argumenti const. in ipso tit desiderari videbatur Accursio, sive quod non intelligeret, ipsam legem* 6. *esse de praefectianis, sive quod falsam lectionem De pec. — praefecti annonae* (*cfr. not.* 33. *ad rubr.*) *in suo libro haberet. Quare ad hanc ultimam rubricae partem ita adnotavit: „de hoc non dicitur in textu; sic supra De religiosis in rubr.“ His igitur verbis indicare voluit, similem esse habitum nostri tituli, qui est tituli De religiosis* (*IV.* 44.), *in cuius calce graecam const. de aleae lusu deesse censuit* (*cfr. supra p.* 216. *not.* 23., *p.* 219. *not. d.*). *In hanc Accursii sententiam ivisse Hal. et Cont.* 62. *mihi videntur, quum graecae const. lacunam ad finem nostri tit. adnotarent. Accedit, quod uterque editor hoc lacunae signum in ea Codicis parte habet, in qua ex habitu editionum, quas paraverunt, luculenter apparet, eos destitutos fuisse veteribus libris, qui eiusmodi lacunarum memoriam soli conservare solent.* — [c]) *l.* 6. *Th. C. de erogat. milit. annon. VII.* 4. — [d]) *l.* 9. *Th. C. de erogat. milit. annon. VII.* 4. — [e]) *l.* 12. *Th. C. de erogat. milit. annon. VII.* 4. — [f]) *l.* 15. *Th. C. de erogat. milit. annon. VII.* 4.

---

[1]) parentium *ms. Veron.* — [2]) *mss. Veron. Hfn., ed. Schf.*; ullum ius *Hal. et rell.* — [3]) iiii. et crisp..o *ms. Veron.* — [4]) *subscriptionem restitui ex ms. Veron.* — [5]) *ms. Veron., Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Gallo mil. *om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [6]) te *om. ms. Veron.* — [7]) ex *ms. Veron., quod praeferendum videtur.* — [8]) *mss. Veron. Hfn. Gt.*; patris *ed. Schf.*; patri tuo *Hal. et rell.* — [9]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; laborem sociatum *Russ. Cont. et rell.* — [10]) commiliti *ms. Hfn., ed. Schf.*; commilitoni *Hal.*; commilitiae *Cui.*; a commilite *ms. Gt.* — [11]) non nihilum *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Azo.* — [12]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Hal. Cui.*; eos *ins. Russ. Cont. et rell.* — [13]) credendus *Hal.* — [14]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; et CC. Philostr. *om. Hal. et rell.* — [15]) Imp. Const. A. *inscr. Hal.*; Imp. Const. A. P. P. [praef. praet.] *inscr. Russ. Cont.* 62. — [16]) primae adiutricis *Hal.*; adiutricis *var. l. gl.* — [17]) *Cui., Azo.*; nostra p. *ms. Hfn.*; nostrae reipublicae *edd. Schf. Hal. et rell. Lectio nostra proxime accedit ad Bas.* δοκοῦσι γὰρ τῆς πρώτης λεγεῶνος εἶναι τῆς τῷ βασιλεῖ βοηθούσης. *Cfr. etiam l.* 3. *C. XII.* 53. *i. f.* — [18]) Elpidio *Theod. C. ed. Haenel.* — [19]) Imp. Constantinus A. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62.; P. P. *om. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [20]) monstrabit *Theod. C.* — [21]) bucellatum *ms. Hfn., ed. Schf.* — [22]) *mss. Hfn. Gt., Azo, Theod. C.*; in duobus diebus *edd. Schf. Hal. et rell.*; *glossa notat:* „*alias* biduo *et alias* duobus diebus. — [23]) *mss. Hfn. Gt., Theod. C.*; in tertio *edd.* — [24]) carmen *Sp.*, *titio typ.* — [25]) Constantino *Cui. Char. Pac.*; A. *ins. Bk.* — [26]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [27]) Iovinus *Cui. Cont.* 66. 71. 76. *Char., Theod. C. ed. Gothofr.* — [28]) Imp. Valentin. et Valens AA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62., *consentiente ms. Hfn.* — [29]) E vicesimo *Theod. C., Bk.* — [30]) *alias* convelare, *glossa in ed. Cont., quam non invenio in ed. Schf.* — [31]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.*; Iuliano A. IV. et Sallustio Conss. (363.) *Bk., quam emendationem non probo; licet enim verum sit, mense Septembri iam mortuum fuisse Iovianum, certum tamen est, etiam post eius mortem eiusmodi subscriptiones inveniri, quibus leviori medela succurri potest, si scribatur* divo Ioviano. *Quodsi causae mutandorum consulum ex loco constitutionis petantur* (*cfr. Sp. in not.*), *eae non satis fortes esse mihi videntur, ut tam audacter mutetur. Equidem cum cod. Hfn.* (*cfr. not.* 28.) *in inscr. reponere mallem* Impp. Valentin. et Valens AA., *subscriptionem autem ita retinere, ut scribatur* divo Ioviano. — [32]) Iidem AA. et Grat. A. *inscr. Hal. Russ Cont.* 62.; *cfr. not.* 28. *ad leg. anteced.* — [33]) *mss. Hfn. Gt., Cui. Bk.*; et eorum super hiis stantes *ed. Schf.*; et eorum superinstantes *Hal. et rell.* — [34]) Iun. *corr. lac. Gothofr.* — [35]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [36]) et Grat. A. *ins. Bk., contra Theod. C.* — [37]) Imppp. Valens Grat. et Valent. AAA. *inscr. Hal.*; *idem, additis* P. P., *inscr. Russ.*; Iidem AAA. * P. P. *inscr. Cont.* 62. — [38]) milites *Azo, var. l. gl.* —

praecipimus, species annonarias [1]) vicinioribus limitibus a provincialibus ordinabis ad castra conferri. Sed in veteranis [2]) castris constituti milites duas alimoniarum partes ibidem [3]) de conditis sumant, nec amplius quam tertiam [4]) partem ipsi vehere cogantur. Dat. V. Non. Mai. Martianopoli, Valentiniano NB. P. et Victore Conss. [5]) [369.]

5. [a]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus [6]) AAA. ad Probum P. P. [7]) — Actuarii, nisi expleto triginta dierum spatio pittacia [8]) authentica confestim tradiderint, species, quas ex fiscalibus conditis [9]) dissimulaverint excludere, vel numero, cuius ratiocinia pertractant, supersederint erogare, de propriis facultatibus vel militibus ipsis vel fiscalibus horreis adigantur [10]) inferre. Dat. VI. Id. April. Sirmio, Valentiniano et Valente... [11]) AA. Conss. [370 aut 373.]

6. [b]) Iidem [12]) AAA. ad Modestum P. P. [13]) — Fortissimi ac devotissimi milites annonas et capita [14]) singulis diebus aut certe competenti tempore, id est priusquam annus elabatur [15]), de horreis consequantur; aut si perceptionem suam ac si [16]) debitam studio voluerint protelare, id, quod [17]) competenti tempore minime perceperint, fisci nostri commodis vindicetur. Dat. prid. Non. April. Antiochiae, Gratiano A. IV. et Merobaude V. C. Conss. [18]) [377.]

7. [c]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [19]) AAA. Rufino P. P. [20]) — Nulli militarium [21]) pro his annonis, quae in provinciis delegantur, repudiata ad tempus speciarum copia, et inopiae occasione captata, pretia liceat postulare; ita ut, si quis propter [22]) anni abundantiam suscipere oblata neglexerit, ac postea, impositis pro necessitate rerum pretiis, repudiata taxaverit, neque id, quod contra hanc legem expetit, sinatur exigere, neque id [23]), quod accipere dissimulaverit, consequatur. Dat. III. Kal. Aug. Constantinop. Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Conss. [24]) [393.]

8. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Hilario P. P. — Provincialium commodis nos convenit subvenire. Ad omnium itaque [25]) numerorum sive vexillationum aut etiam scholarum tribunos vel [26]) viros illustres comites sublimitas tua faciat pervenire, ut [27]) meminerint, foenum militibus iustis [28]) capitibus praestandum iuxta legem divi Valentiniani, nec tamen [29]) ad oppidum deferendum. Dat. XVI. Kal. Iul. [30]) Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [31]) [396.]

9. [e]) Iidem AA. . . . . [32]). — Excellentia tua erogationis per susceptores factae modum quantitate brevium conferri perficiat [33]), ita ut, quo [34]) die numeris datum sit, diligentius exploretur, ac, si quid amplius actuarios vel optiones accepisse constiterit, quam brevium datorum scriniis nostris veritas continet, memorati in duplum reddere compellantur; susceptoribus ea summa imputanda, quam semel flagitantibus eisdem [35]) erogasse monstraverint. Nam ad illustres quoque [36]) magistros utrinsque militiae sacri apices cucurrerunt, quibus provida sanctione decrevimus, ut breves ante indictionis principium, summa fide ac veritate confecti, ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos a susceptoribus erogatio celebretur. Dat. VIII. Kal. April. Constantinop. Honorio A. IV. et Eutychiano V. C. Conss. [37]) [398.]

10. [f]) Iidem AA. Eutychiano P. P. [38]) — Iubemus, per omnes provincias cunctis numeris ac militibus a Novembri mense de novello vino annonam dari, quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio. Dat. X. Kal. Iun. Constantinop. [39]) Honorio A. IV. et Eutychiano V. C. Conss. [398.]

11. [g]) Iidem AA. provincialibus provinciae proconsularis [40]). — Opinatoribus [41]), id est exactoribus militaris annonae, nullum sit cum provinciali [42]) commercium, ita ut a ducibus [43]) vel officio provinciali omnis summa debiti postuletur, intra anni spatium conferenda. Dat. prid. Kal. April. Mediolano, Vincentio et Fravitta [44]) Conss. [401.]

12.

---

[a]) *l.* 16. *Th. C. de erogat. milit. annon. VII.* 4. — [b]) *l.* 17. *Th. C. de erogat. milit. annon. VII.* 4. — [c]) *l.* 20. *Th. C. de erogat. milit. annon. VII.* 4. — [d]) *l.* 23. *Th. C. de erogat. milit. annon. VII.* 4. — [e]) *l.* 24. *Th. C. de erogat. milit. annon. VII.* 4. — [f]) *hausta ex l.* 25. *Th. C. de erogat. milit. annon. VII.* 4. — [g]) *l.* 26. *Th. C. de erogat. milit. annon. VII.* 4.

[1]) *Theod. C. hic ins.* a, *quod mox ab eo abest.* — [2]) *verba fere desperata, quae in Theod. C. sic habentur:* et invito oneris, *Cui. in comment. coni.* Vitoneris (*Graeci enim* βεκωμινοῖς), *refragante Haenelio. Locum sane seu regionem, ubi castra constituta sunt, designari, verisimillimum est. Cfr. de Bethoro, seu quae alia sit orthographia, Böcking. ad Not. dign. Or. p.* 367. — [3]) itidem *mss. Hfn. Gt., omnes libri Russardi, ed. Schf.* — [4]) in *ins. Theod. C.* — [5]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [6]) Iidem *Bk.* (*cfr. not.* 36. *p* 755.), *contra Theod. C.* — [7]) Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA. *inscr. Hal. Russ.*; Iidem AA. *inscr. Cont.* 62. — [8]) pitatia *ms. Hfn.*; pictacia *edd. Schf. Hal.*; pyctatia *Russ. Cont.* 62. — [9]) creditis *mss. Hfn. Gt., omnes libri Russardi, ed. Schf.* — [10]) *Cui. Bk., Theod. C.*; addicantur *rell.* — [11]) *num. consulatus III. aut IV. excidit; nam de utroque Imp. primum vel iterum consule cogitari non potest. Cfr. Haenel. not. f. Subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [12]) Imppp. Valens Grat. et Valent. *Bk., recte secundum chronolog., at contra Theod. C.* — [13]) Imppp. Valent. Theod. et Arcad. AAA. *inser. Hal. Russ.*; Imp. Grat. A. *inscr. Cont.* 62. — [14]) capitum *Theod. C.* — [15]) elevetur *alius* elabatur, *Azo.* — [16]) ac sibi *Hal. Bk., sed videtur haec lect. codd. auctoritate destituta esse.* — [17]) et id, *om.* quod, *ms. Gt.*; *etiam Russardi codd. ins.* et. — [18]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [19]) Theod. Arcad. et Honor. *Bk., contra Theod. C.*; *etiam ms. Hfn.* Imp. Val. A. — [20]) *Hal. Russ. inscr. eosdem impp., quos habet Bk.*; Impp. Valentin. et Valens AA. *inscr. Cont.* 62. — [21]) militum *ms. Gt., ed. Schf., Azo.* — [22]) per *omnes libri Russardi*; pro *Azo.* — [23]) illud *Theod. C.* — [24]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [25]) utique *Theod. C.* — [26]) per *Theod. C., Bk.* — [27]) uti *Hal. Cui.* — [28]) iisdem *Theod. C.* — [29]) nec tamen *alias* nec tantum, *Azo.* — [30]) *Haenel. in not. addit* Mediolano. — [31]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [32]) *Hal. Cui. in ed. prima, Theod. C.*; Iid. AA. Eidem *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Iid. AA. * P. P. *Russ. Cont. et rell. Etiam Graecos notare, hanc const. esse datam ad Praef. praet., Cui. in comment. monet. Idem docet formula* Excellent. tua. — [33]) prospiciat *ms. Gt., Hal. Russ. Cont.* 62. — [34]) ex quo *Theod. C.*; quod die *ms. Hfn., var. l. ap. Azon.* — [35]) *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; eosdem *ms. Hfn., Russ. et rell. Sed nobiscum facit Theod. C.* — [36]) *mss. Hfn. Gt., Theod. C.*; viros *ins. edd.* — [37]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [38]) Eutych. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [39]) *Theod. C., Bk.*; *locum om. Cui. Char. Pac. Sp.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [40]) provincial. prov. procons. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; provincial. pro. consularis *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [41]) Optionibus *Hal., a quo absunt seqq.* id est exactor. milit. annon.; *ea et desunt in Theod. C.* — [42]) *ms. Hfn., Cui., Theod. C.*; provincialibus *edd. Schf. Hal. et rell.* — [43]) iudicibus *Theod. C., Cui.* — [44]) Eravitto *Cui.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.*

12. [a]) Idem AA. et Theodosius A. Anthemio P. P. [1]) — Septem [2]) dierum [3]), per quos [4]) resistentes tribuni [5]) emolumenti gratia solemniter stellaturae [6]) nomine [7]) consequuntur species [8]), non aliter adaerentur [9]), nisi ut in foro rerum venalium distrahuntur. Dat. V. Id. April. Constantinop. Arcadio A. VI. et Probo V. C. Conss. [10]) [406.]

13. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. [11]) — Lege repetita censemus, ut, si quis militum [12]) interclusam specierum exactionem refricare tentaverit, vel adaerationes statutas ausus fuerit immutare, tam vir spectabilis dux centum librarum auri, quam eius etiam officium pari condemnationis summa quatiatur, adiecta sacrilegii poena, quae divalium scitorum violatores palam insequitur. Dat. X. Kal. April. Constantinop. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [13]) [409.]

14. [c]) Idem AA. Constantio, Magistro militum [14]). — His scholaribus, quibus laborum intuitu regendos numeros dederimus [15]), de aerariis annonis singulos solidos per opinatores [16]), caballationis [17]) quoque rationem pro administrato tempore debitam, quando militibus erogatur, sine mora praeberi oportet, vel, si quis eorum, antequam accipiat, in fata concesserit, quod ex utraque causa ei debebatur, heredibus eius restitui. Dat. XIII. Kal. Decemb. [18]) Constantio et Constante VV. CC. Conss. [19]) [414.]

15. [d]) Idem AA. Asclepiodoto P. P. [20]) — Annonas omnes, quae universis officiis atque sacri palatii ministeriis et sacris scriniis caeterisque cunctarum adminiculis dignitatum assolent delegari, quasque hi, qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate ac libidine sua graviter ex provincialium visceribus eruebant, ad similitudinem militum, quibus aerariae praebentur annonae, adaerari [21]) praecipimus, ut omnibus superius [22]) designatis emolumenta debita in pretiis dispositio tui culminis pro publica utilitate [23]) taxatis praecipiat erogari. Dat. XVI. Kal. Mart. Constantinop. Asclepiodoto et Mariniano Conss. [24]) [423.]

16. Imp. Anastasius A. Longino, Magistro equitum ac peditum [25]). — Iubemus [26]) per hanc divinam dispositionem [27]), eos, quibus ex officio tuae sublimitatis militarium meritorum seu cuiuslibet praestationis committitur erogatio, in primis iurare, pro iustitiae ratione iniunctam sibi sollicitudinem peracturos. Et secundum praesentem saluberrimae nostrae dispositionis observationem solatium (sicut dictum est) publicum erogator [28]) manu sua sine ullo dolo vel [29]) fraude singulis militibus numeret [30]), quatenus unusquisque miles, accepto per suam manum solatio, ipse cum actuario de negotiatione actuariis permissa secundum rationem agat iustitiae; hoc videlicet observando, ut pro singulis solidis actuario, sive statim sive post unum duosve seu amplius annos restitutum fuerit debitum, minus quidem uno tremisse, pro temporis scilicet brevitate, pacisci liceat. Amplius autem, quam unum tremissem, nullus actuarius pro quoquo tempore seu annorum spatio pacisci penitus permittatur, nec ulla possit actuarius machinatione pro temporis prolixitate unius quantitatem tremissis excedere. §. 1. Si qua tamen inter actuarium et militem super pactione seu [31]) negotiatione tempore erogationis emerserit dubitatio, iubemus, eidem militi dandas pecunias ab erogatore [32]) principiis [33]) dari, et non [34]) secundum hactenus observatam [35]) consuetudinem easdem pecunias vel [36]) ab erogatore [37]) vel ab actuario retineri, quatenus causa apud devotissima principia, propositis sacrosanctis scripturis, inter actuarium et militem tractetur, ut ex omni parte miles nullum damnum sub quacunque occasione (praeterquam id, quod eum ex iusta et permissa actuariis negotiatione debere constiterit) patiatur. §. 2. Super his vero, quos datis forte commeatibus abesse contigerit, haec volumus observari, ut pecuniae, quae erogandae sunt, usque ad triginta milites, quos tantummodo datis commeatibus dimitti sacra constitutio continet, apud devotissima principia sequestrentur, illorum scilicet tantummodo militum, quorum intra triginta commeatales viros constitutorum actuarius tempore erogationis pittacia [38]), utpote habita super pactione, protulerit, quatenus, quum iidem redierint milites, causa apud devotissima principia secundum praefatum modum tractata, utriusque partis indemnitati similiter consulatur; non danda pro tempore tribuno licentia triginta viris amplius sub commeatus

[a]) *fons est l.* 28. *Th. C. de erogat. mil. ann. VII.* 4. — [b]) *hausta ex l.* 30. *Th. C. de erogat. mil. ann. VII.* 4. — [c]) *l.* 34. *Th. C. de erogat. mil. ann. VII.* 4. — [d]) *l.* 35. *Th. C. de erogat. mil. ann. VII.* 4.; *fortasse iungenda l.* 4. *C. de privil. dom. Aug. XI.* 74.

[1]) Idem AA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [2]) semper *Theod. C.* — [3]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; diebus *Hal. et rell. Glossa hanc varietatem iam notavit.* — [4]) per quas *ms. Gt., ed. Schf., Theod. C. ed. Gothofr.*; *alias deest* per *secundum Azonem.* — [5]) *Cui., Theod. C.*; per quos tribuni praetoriani *Hal. et rell., sed v.* praetoriani *ignorant ms. Hfn. et ed. Schf., in quibus solum est* p. q. tribuni *et v.* resistentes *mox sequitur* (*cfr. not.* 8.) — [6]) stillaturae *ed. Schf., var. l. ap. Azonem. Cfr. Iac. Gothofr. et Ritter ad h. l.* — [7]) species *ins. Russ. Cont. et postea rell., contra ms. Hfn. et edd. Schf. Hal. Cui. et Theod. C.* — [8]) *Cui., Theod. C.*; consequuntur resistentes species *ms. Hfn., ed. Schf.* (*cfr. not.* 5.); consequuntur (*addito commate vel duobus punctis*) species resistentes *Hal. et rell.* — [9]) *alias* adhibentur *alias* advehentur, *glossa.* — [10]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [11]) Idem AA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [12]) militum *om. Cui., Theod. C.* — [13]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [14]) Impp. Honor. et Theod. AA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [15]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.*; dedimus *Hal. et rell.* — [16]) optiones *Hal.*; *cfr. not.* 41. *ad l.* 11. *h. t.* — [17]) *alii coniic.* capitationis, *alii* cataballationis *s.* catabolationis; *cfr. Haenel. not. d. ad h. l.* — [18]) *Haenel. in not. add.* Ravennae. — [19]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [20]) Imp. Leo A. *inscr. Hal.*; Imp. Leo A. * P. P. *inscr. Russ. Cont.* 62. — [21]) adhaerere *Hal. Russ. Cont.* 62. — [22]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, ed. Schf., Theod. C.*; supra *Hal. et rell.* — [23]) auctoritate *Theod. C.* — [24]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [25]) Imp. Anast. A. *inscr. Hal.*; Imp. Anast. A. * Magist. eq. *inscr. Russ. Cont.* 62. *Etiam glossa ad v.* sublimitatis *ait:* „*loquitur magistro equitum.*" — [26]) Iubemus *post* disposit. *collocant ms. Hfn., ed. Schf.* — [27]) constitutionem *ms. Gt., ed. Schf., var. l. ap. Azon.* — [28]) erogaturos *ms. Hfn., ed. Schf.* — [29]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; et *Hal. et rell.* — [30]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; enumeret *Hal. et rell.* — [31]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; vel *Hal. et rell.* — [32]) erogatione *ms. Gt., Cui.* (*ed. Fabrot.*); *quod ferri potest, si erogationem accipias pro magistratu, ut v. g. optionem.* — [33]) *Cui. in ed. prima*; principii *ms. Hfn.*; principis *edd. rell.*; principibus *Russ. in marg. Recte Cui. in comment. monere mihi videtur, de pecunia apud principia deponenda caveri.* — [34]) *negationem addit Cui. ex Graecis* καὶ μὴ κατὰ τὴν μέχρι νῦν συνήθειαν; *secutus eum est Bk.*; non *om. rell.* — [35]) obtinentem *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [36]) easdem pecunias vel *desunt in uno cod. Russardi.* — [37]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui.*; principis *ins. Hal. et rell.* — [38]) *Cui.*; pittacea *ms. Hfn.*; pictacia *edd. Schf. Hal. Bk.*; pyctacia *Russ. et rell. Cfr. not.* 8. *ad l.* 5. *h. t.*

meatus [1]) occasione dimittere. §. 3. Sin vero saluberrimam constitutionem offendendo [2]) amplius, quam triginta viros datis commeatibus tribunus dimittere ausus fuerit, pecunias quidem, quae post praefatorum triginta virorum numerum per commeatus dimissis militibus erogandae fuerant, publicae rationi [3]) erogator non dubitet reportandas. §. 4. Sciat vero tribunus, praeter iam constitutas super huiusmodi facinore interminationes, sese de [4]) propriis facultatibus singulis militibus, quibus, ultra numerum triginta virorum sub nomine commeatuum eos dimittendo, causam [5]) non [6]) consequendi publica solatia dederit, quidquid ob iniquam dimissionem amiserint, solutorum. Nec prius idem tribunus ab eodem discedat [7]) numero, nisi omnes huiusmodi milites, id est quos post permissam triginta virorum quantitatem commeatus nomine dimiserit, indemnes in hac parte atque illaesos reddiderit. §. 5. Hoc etiam adiiciendo, ut sub gestorum testificatione tam decem ex devotissimis principiis, primates eorum videlicet, quam unusquisque caput scholae iuratus deponat, sub praesentia sua rem, sicut superius dispositum est, fuisse subsecutam, et sub obtutibus suis unumquemque militem solatium suum manu sua ab erogatoris [8]) dextera suscepisse; et huiusmodi [9]) gesta, relatione a viro clarissimo tribuno vel devotissimis principiis intra tres menses mittenda, ex quo profectus [10]) fuerit, numerandos, ad nostram referat pietatem. §. 6. Hoc videlicet ante omnia curando, ut pro tempore erogator, postquam datae fuerint ex publico pecuniae [11]), intra duos vel tres menses seu quatuor, pro qualitate scilicet spatiorum, commissam sibi sollicitudinem erogationis non dubitet faciendam; vel si ulterius apud se pecunias publicas, differendo erogationem, ausus fuerit retinere, sciat, se modis omnibus damnum, quod ex negotiatione miles sustinuerit, ex propriis facultatibus militi [12]) solutorum. §. 7. Scientibus his, qui praefatae dispositionis observantiam, sive in differenda ultra sigillatim definitum temporis spatium erogatione, sive in qualibet alia parte, fuerint egressi, non solum sese militiae cingulo amissionem, verum etiam facultatum quoque suarum publicationem pro tanto subituros flagitio; et insuper erogationum quoque sollicitudinem ab officio tuae celsitudinis, si imperatoria fuerit violata dispositio, ad alios transferendam, si non [13]) idem officium, simulatque huiusmodi fuerit a quolibet facinus perpetratum, ad notitiam nostrae mansuetudinis vel certe ad scientiam illustrissimae magisteriae referre curaverit [14]) potestatis, ut eiusdem apparitionis periculo tale flagitium principales minime possit aures latere, quatenus ex omni parte eodem delicto revelato, quicunque saluberrimas nostrae [15]) pietatis ordinationes ausus fuerit violare, interminatas minime possit poenas evadere; ita ut [16]) singulis militibus, qui non observato in eorum persona tenore dictae [17]) dispositionis laesi fuerint, liceat sacratissimum nostrum, per unum forte vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos, petere comitatum [18]), et porrectis precibus, quod contra nostram dispositionem passi sunt, approbare, eoque facto statutis violator imperatoriae dispositionis supplicis percellatur. §. 8. Illud praeterea omnibus modis observari decernimus, ut erogator omnes pecunias, quae mortuis militibus usque ad diem mortis eorum debitae fuerant, secundum iam datam divalem dispositionem uxoribus vel liberis eorum non dubitet ministrandas [19]).

17. Idem A. [20]) Arcadio [21]) P. P. [22]) — Quum saepe contingit [23]), propter quasdam maximas et inexcusabiles rationes quibusdam ad custodiam vel [24]) aliam huiusmodi causam milites deputari vel etiam [25]) deputatos esse, et non convenit [26]) hoc modo publicum aliquod damnum seu dispendium sustinere, iubemus, si qui fortissimi milites ex quocunque numero, curiis vel quibusdam corporibus vel sacrosanctis ecclesiis vel aliis personis pro custodia, ut dictum est, vel tali alia causa a nostro numine deputati sunt vel fuerint, ne per eorum translationes circa annonarum vel capitum [27]) eis praebendorum erogationem [28]) publicis rationibus quaedam laesio ingeratur, eadem [29]) de proprio personam seu [30]) personas, cui vel quibus deputati sunt vel fuerint [31]), modis omnibus agnoscere; hoc tantummodo de publico pro iisdem annonis et capitu [32]) praebendo et imputando, quod in locis, ex quibus praefati milites pervenient seu pervenerint, imputabatur, vel si antelatam praestationem supradictae personae recusaverint, eosdem milites non recedere de suis locis, vel eos, qui recesserint, sine quadam mora ad ea redire. Hoc omnilariam custodiendo, ut nemo devotissimorum militum cuicunque personae seu corpori sine speciali nostrae serenitatis iussione scriptis proferenda deputetur. Officio tuae celsitudinis, si hanc nostrae mansuetudinis formam, quoties super militibus quibusdam deputandis aliquid statutum fuerit, gestis insinuare, et quid eos, quibus dati sunt, prout nobis placuit, agnoscere oportet, itidem publicare minime curaverit, tam dispendium, quodcunque publicum hac ex causa sustinuerit, ei de proprio resarcire, quam triginta librarum auri mulctam propter desidiam suam, immo magis conniventiam, dependere cogendo; rectoribus nihilominus provinciarum et apparitoribus eorum, si statuta nostra violaverint seu violari concesserint, eiusdem condemnationis solutione percellendis.

18.

---

[1]) commeatuum *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [2]) offerendo *mss. Hfn. Gt.*, *Russ.*; auferendo *Cont.* 62. — [3]) rationis *Hal.* — [4]) de *om. mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [5]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; causa *Hal. et rell.* — [6]) non *ab omnibus abesse*, *Russ. in marg. contendit*; *sed est in ms. Hfn. et ed. Schf.*, *nec abesse potest.* — [7]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; decedat *Russ. Cont. et rell.* — [8]) erogatoribus *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Azo*, *secundum quem alias est* erogationis. — [9]) huius *Hal. Cui. Bk.* — [10]) praefectus *ms. Hfn. Caeterum* mittenda *post* fuerit *collocant Hal. Cui. Bk.* — [11]) publicae pecuniae *var. l. ap. Azon.* — [12]) *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; militi *Hal. et rell.* — [13]) *ms. Hfn.*; si vero *edd. omnes*, *puncto post* transferendam *posito. Sed tunc ita inconcinna fit oratio, ut codicem Hfn. sequendum duxerim.* — [14]) procuraverit *ms. Gt.*, *omnes Russardi*, *ed. Schf.* — [15]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *edd. Schf. Cui. Bk.*; constitutionis vel *ins. Hal. et rell.* — [16]) ita in *ms. Gt.*; ita ut in *ed. Schf.* — [17]) datae *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; rectae *Hal. Cui.* — [18]) *Cui. ex codd. et ex Graecis*, *Bk.*; commeatum *rell.* — [19]) manifestandas *ms. Hfn.* — [20]) *ms. Hfn.*, *Cui.*; Imp. Iustinianus *Hal. et rell. Sed Anastasii esse debet haec const.*, *quia eiusdem etiam est l.* 19. *h. t.* — [21]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Arcadio *om. rell. Dubium mihi est hoc nomen, quippe quum tantum sub Zenone Arcadium Praef. pract. invenerim*; *cfr. III.* 24. 3., *IV.* 20. 14., *VIII.* 13. 1., *XII.* 1. 17., *XII.* 50. 10., *XII.* 61. 6. — [22]) P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [23]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; contingat *Russ. Cont. et rell.* — [24]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*; ob *ins. Hal. et rell.* — [25]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; iam *ins. Hal. et rell.*; deputari vel etiam iam *om. codd. Russardi.* — [26]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; conveniat *rell.* — [27]) capituum *Hal et alii in not.* — [28]) erogationes *ms. Gt.*, *ed. Schf.* — [29]) *ms. Hfn.*, *Cui.* (*ed. Fabrot.*); eandem *Hal. Cui. in ed. prima*; eandem rem *edd. Schf. Russ. et rell.* Eandem *alias* eadem, *Azo.* — [30]) *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; etiam *ins. Hal. et rell.* — [31]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf Bk.*; hoc *ins. Cui.*; haec *ins. Hal. et rell.* — [32]) *Hal Cui. Bk.*; capite *rell.*

18. [a]) *Epitome graecae const. Anastasii* [1]) *ex Bas.*

Ἡ διάταξις κελεύει, πρότερον ἐπὶ χάρας παρακρατεῖσθαι τὰ εἰς στρατιώτας δαπανώμενα, καὶ τηνικαῦτα τὰς λοιπὰς αἰτίας τοῦ δημοσίου προβῆναι. Οὐδὲ γὰρ χρὴ μόνας τὰς ἐκπομπὰς κατεπείγεσθαι, ῥαθυμεῖσθαι δὲ τὰ στρατιωτικὰ δαπανήματα. Τοὺς δὲ ἄρχοντας καὶ τὰς πόλεις καὶ πάντα τὸν ἕτερον δημοσιεύοντα, εἴ τι παραβαθῇ τῶν θεσπιθέντων, αἱ τὰ χρήματα παρέχειν οἴκοθεν τοῖς στρατιώταις, καὶ πρόστιμον ἑκατὸν λιτρῶν χρυσίου θεσπίζομεν.

Constitutio iubet, in regione prae caeteris retineri ea, quae militibus eroganda sunt, ac tunc demum reliquas causas fisci procedere. Neque enim oportet solas transmissiones urgere, negligere vero militares erogationes. Magistratus autem et civitates vel quicunque alii publica tractant, si quid eorum, quae sancita sunt, violatum fuerit, et de suo pecunias militibus solvere, et mulctam centum librarum auri inferre sancimus.

19. [a]) A. *Epitome graecae const. Anastasii* [2]) *ex Bas.*

Ἡ διάταξις κελεύει, ἵνα, ἐὰν στρατιῶται ὑφεσιῶτες μὴ ὦσιν ἐν ταῖς οἰκείαις ἀγγαρείαις, ἀλλὰ ἢ εἰς βοήθειαν ἠφορίσθησαν προσώποις τισίν, ἢ κατὰ ἄφεσιν ἀπελύθησαν, μὴ λαμβάνειν τὰς ἀννόνας αὐτῶν τὸν ὑπομνηματοφύλακα ἐν εἴδει, διὰ τὸ μὴ φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐν χρυσῷ, διατιμωμένου τοῦ εἴδους κατὰ τὸν ὅρκον παρεχόμενον [3]) παρά τε τῶν τριβούνων καὶ τῶν βικαρίων καὶ τῶν δομεστίκων καὶ ὑπομνηματοφυλάκων καὶ ὀπτιώνων, οὐδὲν ἧττον καὶ μετὰ τὸν ὅρκον λογοθετουμένων, καὶ, εἴτε ἂν εὑρεθείησαν ψευσάμενοι, ἐν διπλῷ καταβαλλόντων. §. 1. Εἰ δὲ καὶ [4]) στρατιώτης ἐξαργυρίσαι βουληθείη τὰς παρεχομένας αὐτῷ ἀννόνας, λήψεται τὰ χρήματα κατὰ τὴν τράπεζαν. εἰ δὲ τὸ εἶδος λαμβάνει, λήψεται τὸ ἐν τῇ χώρᾳ χορηγούμενον κατὰ δοκιμασίαν τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου καὶ τοῦ λαμπροτάτου ἐκδίκου τῆς πόλεως. Εἰ δὲ καὶ ὁ ὑπομνηματοφύλαξ ἀγοράσῃ παρὰ στρατιώτου τὰς ἀννόνας αὐτοῦ, καὶ αὐτός [5]) λαμβάνει αὐτὰς παρὰ τοῦ συντελεστοῦ ὡς ἐκχωρηθείσας αὐτῷ, πάλιν κατὰ τὴν τράπεζαν λαμβάνειν αὐτόν, εἰ μὴ παρὰ τὸ εἶδος βούλεται ὁ συντελεστὴς προσαγαγεῖν. Εἰ δὲ καὶ οἱ συντελεσταὶ βουληθείησαν ἑκουσίως πωλῆσαί τινα τοῖς στρατιώταις, οὐ κωλύομεν τοῦτο γίνεσθαι, εἰ καὶ μέλλουσιν ἐκ τούτου κερδαίνειν, ἥττονα ποσότητα εἰδῶν παρέχοντες αὐτοῖς παρὰ τὴν δημοσίαν τράπεζαν. Μὴ ἐξέστω δὲ τοῖς πολίταις ἐκ τούτου βλάπτειν τὸν συντελεστήν, ἵνα, ἐὰν αὐτοὶ κακῶς συμφωνήσωσιν, ἀναγκάζωσι τὸν συντελεστήν, καθὼς συνεφώνησε [6]), παρασχεῖν τὰ εἴδη. §. 2. Ἐυροῦσα δὲ ἡ διάταξις, ὅτι καί τινες τῶν χαρτουλαρίων τῶν γενναιοτάτων ἀριθμῶν ἤτοι φοιδεράτων συνωνοῦνται ἑαυτοῖς σῖτον, ἵνα τὸ μὲν δημόσιον δίδωσιν αὐτοῖς κατὰ τὴν τράπεζαν τὰ τοῦ σίτου τιμήματα, αὐτοὶ δὲ ὡς προηγορακότες εἴδη κερδαίνουσι, κελεύει ἡ διάταξις, μηδένα συντελεστὴν ἄκοντα ἀπαιτεῖσθαι παρέχειν αὐτοῖς συνωνήν. εἰ δὲ ἑκουσίως πωλῆσαι ζητήσῃ τις αὐτοῖς, μὴ ὑπερβαίνειν αὐτοὶ τὰ τιμήματα τῆς τραπέζης εἰς τὴν ποσότητα τὴν μέλλουσαν λόγῳ ἀννόνων τοῖς στρατιώταις χωρηγεῖσθαι. Εἰ γὰρ ἔξωθεν ἑτέραν ποσότητα βουληθῇ ἀγορᾶσαι, τότε κεκώλυται πραγματεύσασθαι, ὡς καὶ πᾶς στρατιώτης. Ταῦτα δὲ πάντα δείκνυσι μέλλουσα

Constitutio praecipit, ut, si milites propriis ministeriis non inserviant, sed aut in auxilium deputati sint personis quibusdam, aut per commeatum dimissi, actuarius annonas eorum non in speciebus accipiat, sed in auro, aestimatis speciebus iuxta iusiurandum praestitum a tribunis et vicariis et domesticis et actuariis et optionibus, a quibus nihilominus, licet iusiurandum dederint, ratio reddenda, et, si mentiti esse detecti fuerint, duplum inferendum est.

§. 1. *Quodsi miles adaerari velit competentes sibi annonas, accipiet pecunias secundum rationem mensae; si vero species malit, accipiet quas ea regio parit, arbitratu religiosissimi locorum episcopi et clarissimi defensoris civitatis. Sin autem actuarius a milite emerit annonas eius, et ipse eas accipit a collatore tamquam sibi concessas, ut rursus secundum rationem mensae accipiat, nisi malit collator species ipsas inferre. At si collatores sua sponte velint mercari cum militibus, id fieri non prohibemus, etiamsi exinde lucrum facturi sint, minorem specierum quantitatem eis praestantes, quam secundum rationem mensae publicae. Ne tamen civibus ex eo laedere collatorem liceat, ita ut, si ipsi perperam conventiones inierint, cogant collatorem secundum eam conventionem species inferre.*

§. 2. *Quia vero invenit constitutio, quosdam ex chartulariis fortissimorum numerorum vel foederatorum sibi coemere frumentum, ut fiscus eis secundum rationem mensae solvat aestimationem frumenti, ipsi autem, ut qui ante comparaverint, species sibi habeant, praecipit constitutio, ne quis collator invitus eorum coemtioni parere cogatur. Sed si quis sua sponte eis vendere velit, non excedant pretia mensae in ea quantitate, quae annonarum nomine militibus praebenda est. Nam si aliunde aliam quantitatem emere velint, prohibentur mercari, sicut quilibet miles. Quae omnia ostendet futura retractatio, qua omnes, qui quandocunque fraudati fuerint, eius, quod sibi arripuerint, duplum*

---

[a]) *Duarum graecarum constitutt. epitomas ex Bas. (apud Fabr. LVI. 17. 18. et 19. T. VI. p. 738.) restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod. Secuti eum sunt Cont. 66. et rell. Firmant hanc restitutionem Paratitla ad coll. const. eccl. I. 3. (Voëlli bibl. T. II. p. 1272.), quae particulam legis 19. referunt, simulque testantur, genuinam const. orsam fuisse a v. Θεσπίζομεν. Equidem et illud cap. ex Bas. et hoc Paratitlon restituendum censui, quod solus Ant. August. in coll. graec. const. hucusque restituerat. Ex hoc Paratitlo plurimum praesidii habet Bieneri sententia (Revis. d. Iust. Cod. p. 190. 216.), qui ex hac nostra l. 19. haustam esse censet leg. 18. C. de episcop. aud. I. 4.*

[1]) *Anastasii hanc const. fuisse, ex aetate legis 17. et 19. coniicitur.* — [2]) *cfr. not. a. et leg. 18. C. I. 4.* — [3]) *Augustin., Fabr.; κατὰ τὴν ὅρκου παρεχομένου Cui. Cont. 66.; κατὰ τὴν τραπέζαν ὅρκου παρεχομένου Cont. 71. et rell.* — [4]) *καὶ om. Fabr.* — [5]) *αὐτὸν Cui. in ed. prima, Augustin. Fortasse hic scribendum αὐτὸν λαμβάνειν, et mox omittendum λαμβάνειν αὐτόν.* — [6]) *συνεφώνησαν Augustin. in not., quod probo.*

μέλλουσα γίνεσθαι ἀναψηλάφησις, ἀναγκάζουσα πάντα ἄνθρωπον τὸν ὁτεδήποτε ψευσάμενον σφετερισάμενον διπλάσιον καταθεῖναι, ἵνα τὸ μὲν ἁπλοῦν λάβῃ ὁ ἐκδικητής, τὸ δὲ ἕτερον ἁπλοῦν τὸ δημόσιον §. 3. Πάντες δὲ οἱ στρατιῶται, οἱ προσπαραμένοντες προσώποις τισίν, ἐν ἐξαργυρίσμῳ λαμβανέτωσαν τὰς ἰδίας ἀννόνας κατὰ τὸν ἐξαργυρισμὸν τῆς τραπέζης, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς κεφαλιτίονας· καὶ μὴ ζητείτωσαν τὰ εἴδη, εἰ μὴ ἑκὼν ὁ συντελεστὴς ταῦτα καταβάλοι. Τοῦ παραβῆναι τί ποτε τῶν προειρημένων τολμῶντος μέγιστον κίνδυνον ὑφορωμένου, εἴτε τριβοῖνος, εἴτε βικάριος ἐστιν, εἴτε δομέστικος, εἴτε ὑπομνηματοφύλαξ, εἴτε ὀπτίων, εἴτε πρωτος ἀριθμοῦ, εἴτε ταξεώτης τοῦ στρατηλάτου, ἐὰν συμβῇ τί ποτε παρὰ τὸ ἀληθὲς γνωρισθῆναι ἢ ἐπιχειρισθῆναι, καὶ μὴ παραχρῆμα δηλωθῇ καὶ ἀνασταλῇ. ἡ γὰρ ἀναψηλάφησις πάντα τὰ παρὰ τὴν διάταξιν γινομένα ἀπελέγξει.

duplum restituere cogentur, ita ut simplum accipiat vindex, alterum simplum autem fiscus.

§. 3. *Omnes autem milites ad personas quasdam deputati in adaeratione accipiant annonas suas secundum adaerationem mensae, eodemque modo capitus; species vero non petant, nisi sua sponte collator eas inferat. Eo, qui aliquid ante dictorum violare ausus fuerit, maximum periculum subituro, sive tribunus sit, sive vicarius, sive domesticus, sive actuarius, sive optio, sive princeps numeri, sive officialis magistri militum, quum contigerit unquam aliquid contra veritatem innotescere vel attentari, neque confestim id manifestetur et denuntietur. Retractatio enim omnia, quae contra constitutionem facta fuerint, coarguet.*

B. *Supplementum eiusdem const. ex Paratitlis ad coll. const. eccl.*

Ὁ στρατιώτης δοκιμασίᾳ τοῦ ἐκδίκου, ἐν ᾧ μὴ πάρεστιν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων, καὶ τοῦ θεοφιλοῦς τῶν τόπων ἐπισκόπου λαμβανέτω τὸ εἶδος παρὰ τοῦ συντελεστοῦ.

Miles arbitratu defensoris, quum abest provinciae praeses, et religiosi locorum episcopi species a collatore accipiat.

Tit. XXXIX. [XXXVIII.]

DE EXCOCTIONE [1]) ET TRANSLATIONE MILITARIUM ANNONARUM.

1. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Stiliconi, Comiti et Magistro utriusque militiae [2]). — Opinatores [3]), quibus species in diversis provinciis delegantur, contra omnem consuetudinem [4]), nullis consistentibus familiis [5]), excoctionem panis efflagitant [6]). Illustris igitur auctoritas tua novam usurpationem contra auctoritate repellat [7]), ut, quum opinatores [8]) in provinciis [9]) delegantur, vetus consuetudo servetur. Dat. Id. Septemb. Mediolano, Theodoro V. C. Cons. [10]) [399.]

2. [b]) Idem AA. et Theodosius A. [11]) Adriano [12]) P. P. — In excoctione buccellati, quod devotissimis militibus convenit praeparari, in translatione etiam annonae nullius excipiatur persona, videlicet ut ne [13]) nostra quidem domus ab his habeatur immunis. Et si quisquam [14]), quod non opinamur, implere quae sunt praecepta neglexerit, in procuratorem eius severissime vindicetur, ita ut, si huiusmodi contumaciae dominum conscium esse constiterit, quadruplum id, quod pro eius capitatione poscitur, post-

habita dilatione solvatur [15]). Dat. IX. Kal. April. Romae, Honorio A. VI. et Aristaeneto [16]) Cons. [404.]

Tit. XL. [XXXIX.]

DE MILITARI VESTE.

1. [c]) Impp. Valentinianus et Valens AA. Auxonio P. P. [17]) — Omnem canonem vestium ex Kalendis Septembris [18]) ad Kalendas Aprilis nostris largitionibus tradi praecipimus; proposita poena [19]) rectori provinciae vel eius officio condemnationis quae tuae institiae videbitur. Dat. XIV. Kal. Decemb. Martianopoli, Valentiniano et Valente [20]) Cons. [365.]

2. [d]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. Modesto P. P. [21]) — Provinciae Thraciarum [22]) per viginti [23]) iuga seu capita conferant vestem; Scythia et Mysia in [24]) triginta iugis seu capitibus interim annua solutione dependant; per Aegyptum et Orientis partes in triginta terrenis [25]) iugis, per Asianam vero et Ponticam dioecesim ad eundem

---

[a]) *l. 1. Th. C. de excoct. et translat. VII. 5.* — [b]) *l. 2. Th. C. de excoct. et translat. VII. 5.* — [c]) *l. 2. Th. C. de milit. veste. VII. 6.* — [d]) *l. 3. Th. C. de milit. veste. VII. 6. Abest haec const. a ms. Gt.*

[1]) exactione *ed. Schf.*, *sed v. ipsas leges.* — [2]) Imp. Theodos. A. *inscr. Hal.*; Imp. Theodos. A. * Mag. mil. *inscr. Russ.*; Imp. Arcad. A. * Mag. mil. *inscr. Cont.* 62. *Utrique dignitatem ex gl. hausisse videntur.* — [3]) Optiones *Hal.*, *var. l. gl.*; *cfr. not.* 16. *ad l.* 14. *et not.* 41. *ad l.* 11. *tit. anteced.*, *et not.* 8. *infra, unde apparebit, constanter ita immutasse Haloandrum.* — [4]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; a *ins. Russ. Cont. et rell.* — [5]) famulis *Russ. Cont.* 62. — [6]) *Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; efflagitent *rell.* — [7]) percellat *Theod. C.* — [8]) optiones *Hal.*; *cfr. not.* 3. — [9]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*, *Theod. C.*; in provincias *Russ. Cont. et rell.* — [10]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [11]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; Id. A. et Valent. A. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62.; et Theod. A. *om. Cont.* 66. *et rell.* — [12]) ad Hadrianum *Theod. C.* — [13]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; nec *Russ. et rell.* — [14]) quispiam *Hal. Cui.* — [15]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; solvetur *rell.* — [16]) Aristeneto *Cui. Char. Pac. Sp.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [17]) Orientis *add. Bk.*; Imppp. Valent. Theod. et Arcad. AAA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [18]) usque *ins. Hal. Cui.*, *contra Theod. C.* — [19]) poena *post* videbitur *collocat Theod. C.* — [20]) *Cui. Char. Pac.*, *Theod. C.*; AA. *ins. Sp. Bk.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [21]) Imppp. Theod. [Valent. *Cont.* 62.] Arcad. et Honor. AAA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* — [22]) Prov. Thrac. *om. ms. Hfn.*, *haud dubie quod ea vv. ad inscr. pertinere viderentur*; *cfr. Azonem in not. seq.* — [23]) XXX. *ed. Schf.*; tricena *Russ. Cont.* 62.; *al.* quinquaginta *et ita incipit lex* Per viginti, *Azo.* — [24]) pro *ed. Schf.* — [25]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; in tricenis ternis *Hal. et rell.*

eundem numerum in capitibus seu ingis annuae [1]) vestis collatio dependatur; ita ut per Orientem provinciae [2]) in titulo auri comparatitii, quod per ingationem redditur, compensationis gratia perfruantur, exceptis Osroena [3]) et Isauria; nam easdem [4]) constat aurum comparatitium minime redhibere [5]). Dat. V. Id. Aug Hierapoli, Gratiano A. IV. et Merobaude V. C. Conss. [6]) [377.]

3. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Marciano [7]), Comiti S. L. — Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos solidos dari praecipimus [8]). Dat. XVI. Kal. Februar. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [9]) [396.]

4. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Asclepiodoto P. P. — Militaris adaeratio vestis a collatoribus exigatur, sacratissimis videlicet largitionibus inferenda, ita ut quinque eius partes fortissimis militibus erogentur in pretio, sexta vero portio, a gynaeciariis clementiae nostrae absque ulla vel ipsorum vel publica incommoditate pro eadem contextione [10]) suscepta, iunioribus [11]) gregariisque militibus in ipsa, quam maxime eos desiderare constiterit, specie praebeatur. Dat. VII. Id. Mart. Constantinop. Asclepiodoto et Mariniano Conss. [12]) [423.]

Tit. XLI. [XL.]

DE METATIS ET EPIDEMETICIS.

1. [c]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Theodoto, Magistro officiorum [13]). — Si quis mensorum [14]) nostrorum manum [15]), qua deputatas singulis quibusque domus enotant [16]), et postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitaverit, ad instar falsi reus ex hac auctoritate [17]) teneatur. Dat. VI. Kal. Nov. Constantinop. DN. Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Conss. [18]) [393.]

2. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Osio, Magistro officiorum [19]). — In qualibet vel nos ipsi urbe fuerimus, vel [20]) hi, qui nobis militant, commorentur, omni [21]) tam mensorum [22]) quam etiam hospitum iniquitate submota, duas dominus propriae domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus ac securus possideat portiones, ut, in tres domo divisa partes [23]), primam eligendi dominus habeat facultatem, secundam hospes, quam voluerit, exsequatur, tertia domino relinquenda. Plenum enim aequitate atque iustitia est, ut, qui aut successione fruitur, aut emto [24]) vel exstructione gaudet, electam praecipue indicio suam partem [25]) teneat et relictam. §. 1. Ergasteria vero, quae mercimoniis deputantur, ad praedictam [26]) divisionis iniuriam non vocentur, sed quieta sint et libera, et ab omni hospitum iniuria defensata solis dominis conductoribusque deserviant. Sane si stabulum, ut assolet, militari viro in tertia domus parte defuerit [27]), ex ergasteriis, nisi id dominus qualibet occasione providerit, pro animalium numero vel domus qualitate deputabitur. §. 2. Illustribus sane viris non tertiam partem domus, sed mediam [28]) hospitalitatis gratia deputari decernimus; ea duntaxat conditione servata [29]), ut alter ex his quilibet, quive maluerit [30]), divisionem arbitraria [31]) aequitate faciat [32]), alter eligendi habeat optionem. §. 3. Et firmissimum perpetuo quod iussimus perseveret, ita ut triginta libras [33]) auri, qui illustri [34]) sunt praediti dignitate, fisco nostro se [35]) illaturos esse cognoscant, caeteri vero militia sciant se esse privandos, si generale praeceptum amplius usurpando, quam iussimus, reprehensibili temeritate violaverint. Dat. VIII. Id. Febr. Constantinop. Honorio [36]) IV. et Eutychiano Conss. [398.]

3. [e]) Iidem AA. Vincentio P. P. [37]) — Cunctos iudices scire volumus, a praetoriis ordinariorum iudicum, his praesentibus, abstinendum. Dat. XVI. Kal. Febr. Mediolano, Stilicone et Aureliano VV. CC. Conss. [38]) [400.]

4. [f]) Iidem AA. Aemiliano, Magistro officiorum. —

---

[a]) *l.* 4. *Th. C. de milit. veste. VII.* 6. — [b]) *l.* 5. *Th. C. de milit. veste. VII.* 6. — [c]) *l.* 4. *Th. C. de metat. VII.* 8. — [d]) *l.* 5. *Th. C. de metat. VII.* 8.; *Bas. LVII.* 12. 2. (*T. VI. p.* 759.) — [e]) *l.* 6. *Th. C. de metat. VII.* 8. — [f]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de metat. VII.* 8.; *Bas. LVII.* 12. 4. (*T. VI. p.* 760.)

[1]) annua *Theod. C.* — [2]) per Orientis provinciam *var. l. ap. Azon.* — [3]) exceptis ostroenatis *ed. Schf.*; exc. Histroneatis et Osdroena *Hal.*; exc. Ostroe natis et Osdrohenia *Russ. Cont.* 62.; exc. Osroene *Theod. C., Bk. Multis coniecturis tentat haec vv. Alciat.* — [4]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.*; eas demum *Hal. et rell.* — [5]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; debere *Hal. et rell.* — [6]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [7]) *Cui. Cont.* 66. 71. 76.; Martiano *Char. Pac. Sp. Bk.*; Martiniano *Theod. C.*; Marc. C. S. L. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [8]) praecipias *Theod. C.* — [9]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [10]) contestatione *var. l. ap. Azon., ed. Schf.* — [11]) *edd. Schf. Cui. Bk., var. l. ap. Azon., Theod. C.*; iugnioribus *ms. Hfn.*; minoribus *edd. rell.* — [12]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [13]) Imppp. Theod. Arcad. et Honor. AAA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62.; *eosdem impp. habet Bk.* — [14]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; metatorum *Hal. et rell.* — [15]) manu *ms. Gt., ed. Schf., Theod. C. ed. Gothofr.*; *etiam ms. Hfn.* manu, *sed om.* qua; *alias deesse* manum, *Azo monet.* — [16]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui., Theod. C.*; denotant *Hal. et rell.* — [17]) *mss. Hfn. Gt., omnes libri Russardi, edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; reus constituti huius auctoritate *Hal. et rell.* — [18]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [19]) Osio Mag. off. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [20]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; in qua *ins. Hal. et rell.* — [21]) *ms. Hfn., Cui. Bk., Theod. C.*; omnium *edd. rell.* — [22]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; metatorum *Hal. et rell.* — [23]) domus divisae partes *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; *etiam omnes libri Russ. habent* domus divisae. — [24]) *ms. Gt., Cui., Theod. C.*; emtor *ms. Hfn., ed. Schf.*; emtione *Hal. et rell.* — [25]) rem *Theod. C.* — [26]) praedictae *Theod. C., in quo mox* ab omni hospitantium. — [27]) id *ins. Hal. Russ. Cont.* 62. *Cui. Bk., contra Theod. C.*; *Hal. et Bk. vero* id, *quod proxime sequitur, delent.* — [28]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; dimidiam *Hal. et rell.* — [29]) *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; observata *Russ. et rell.* — [30]) *ms. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; alter ex quilibet his quive maluerit *ms. Hfn.*; alter ex his, si libet atque maluerit *Hal. et rell. Etiam glossa hanc lect. respuit, secundum quam alias est* quilibet *alias* quibuslibet. — [31]) arbitrari *ms. Hfn.*; arbitrii *Theod. C.*; arbitraria *al.* arbitrii *al.* arbitri, *Azo.* — [32]) *mss. Hfn. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; et *ins. Russ. Cont. et rell.* — [33]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C.*; librarum *Russ. Cont. et rell.*; *cfr. not.* 35. — [34]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui. Bk., var. l. ap. Azonem, Theod. C.*; illustrissima *Hal. et rell.* — [35]) *ms. Hfn., Cui., Theod. C., codd. Russardi*; poena *ins. ed. Schf.*; poenam *ins. Hal. et rell.* — [36]) A. *ins. Bk., contra Theod. C.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [37]) Vincentio P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [38]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.*

rum [1]). — Fabricensium domibus ubique [2]) constitutis omnem molestiam hospitum praecipimus amoveri, quo [3]) et Antiochensibus et caeterarum civitatum fabricis similis [4]) domorum excusatio praebeatur, absente scilicet sacro comitatu [5]). Dat. XI. Kal. Febr. Constantinop. Stilicone et Aureliano Conss. [6]) [400.]

5. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni P. P. [7]) — Devotum possessorem ab omni inquietudine liberamus. §. 1. Primo igitur omnium ad nullum praedium [8]) publicum vel privatum, domus nostrae vel cuiuscunque iuris, nullus [9]) metator [10]) accedat, si a quoquam fuerit destinatus. Licentiam enim domino, actori ipsique plebi serenitas nostra commisit, ut eum, qui praeparandi gratia ad possessionem venerit [11]), expellendi habeat facultatem, nec crimen aliquod pertimescat, quum sibi arbitrium ultionis suae sciat esse concessum: recteque sacrilegium [12]) prior arceat, qui primus invenerit [13]). Administrantem vero eiusque officii proceres, quorum praeceptio [14]) inhibitam personam ad agrum aliquem destinaverit, in tempus [15]) proscribi debere censuimus. §. 2. Solam sane hospitalitatem sub hac observatione concedimus, ut nihil ab hospite, quod vel hominum vel animalium pastui [16]) necessarium creditur, postuletur, omnimque sit acceleratum iter atque continuum, nec ulli liceat residere, ne diuturnitas commanentium ulla ex parte praedium vexet. Decem etiam librarum auri mulcta ferietur, quisquis administrator, togatus [17]), apparitor ullus, aut militans, vel [18]) iter agens [19]) ullo in loco aliquid ab hospite postulaverit. In tantum enim inhiberi sceleratum morem iubemus, ut ipsis quoque praebentibus impunitum esse non patiamur, si quid [20]) sponte contra praeceptum nostrum probati merint obtulisse. Datum prid. Id. Iun. Ravenna, post consulatum Honorii IX. et Theodosii V. AA. [21]) [413.]

6. [b]) Idem AA. Adriano [22]), P. P. — Africae hoc [23]) prospectum est, ut [24]) infausta hospitalitatis praebitio tolleretur, nec balneum quisquam [25]) a domino aedium postulet. Dat. V. Non. Mart. Ravenna, Constantio et Constante Conss. [26]) [414.]

7. [c]) Idem AA. Eustathio P. P. [27]). — Devotissimos milites ex procinctu redeuntes vel proficiscentes ad bella muri [28]) sacratissimae urbis singulae turres in pedeplanis suis suscipiant. Dat. V. Non. Mart Constantinop. Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss. [29]) [422.]

8. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. [30]) Helioni, Magistro officiorum [31]). — Archiatros nostri palatii, nec non urbis Romae, et magistros literarum, pro necessariis artibus et [32]) liberalibus disciplinis, nec non picturae professores, si modo ingenui sunt, hospitali molestia, quoad vivent [33]), liberari praecipimus. Dat. XIV. Kal. Septemb. Hierio et Ardaburе [34]) Conss. [427.]

9. [e]) Idem AA. Nomo [35]), Magistro officiorum. — Omnes, qui metata in suis domibus praestant, sive hospitia praebuerint metatoribus, seu [36]) quolibet pacto satis eis fecerint, nullam vel pensionis vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogantur. §. 1. Deinde neminem volumus cuiuslibet loci vel ordinis, in hac Florentissima urbe domum propriam excusantem, metatum sibi in alienis aedibus privilegio militiae vindicare. Quod et in provinciis observari oportet. Caeteris vero, quibus illustris dignitas sub [37]) cingulo vel citra cingulum pro [38]) solo honore delata est, excusandarum aedium licentiam penitus denegamus. Hoc iuris etiam in his praecipimus observari, quos ipsa quidem administrationis conditio spectabiles novit, honor tamen additus a nostra liberalitate reddit illustres. Sciturisque omnibus, quod, si quis, quum cingulo perfruatur, et excusationem ita propriae domus impetraverit, ut a pensione etiam portionis tertiae si immunis, et militiae causa metatum in [39]) alienis domibus sibi crediderit vindicandum, si quidem honore praeditus excusationis ius habeat, carebit legum privilegiis, quas fraudare conatus est; si vero inter eos, quibus

---

[a]) *l.* 10. *Th. C. de metat. VII.* 8. — [b]) *l.* 12. *Th. C. de metat. VII.* 8. — [c]) *hausta ex l.* 13. *Th. C. de metat. VII.* 8. — [d]) *hausta ex l.* 18. *Th. C. de medicis. XIII.* 3.; *Bas. LVII.* 12. 8. — [e]) *hausta ex Nov. Theod. VII.*; *Bas. LVII.* 12. 9. (*T. VI. p.* 761.)

[1]) Aemil. Mag. off. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [2]) *ms. Hfn.*, *Cui.*; ubicunque *edd. rell.*, *improbante Russ. in marg.* — [3]) *Cui.*; Sed *Hal. Bk.*; quod *ms. Hfn.*, *edd. rell.* — [4]) similibus *ms. Hfn.* — [5]) commeatu *ms. Gt.*, *var. l. gl.*; sacro comeatu alias comitatu *ms. Bg.* 1., *varia lectione ipsi textui inserta.* — [6]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [7]) Imp. Theod. A. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [8]) per Africam vel *ins. Theod. C.* — [9]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C. ed. Gothofr.*; ullus *Hal. et rell.*, *Theod. C. ed. Haenel.* — [10]) mensor *Cui. Bk.*, *Theod. C.* — [11]) mulctandi *ins. Theod. C.* — [12]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; sacrilegum *Hal. et rell. Caeterum a Theod. C. abest* prior. — [13]) *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; invenit *Hal. et rell.* — [14]) praecepto *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*, *male.* — [15]) in tempore *ms. Gt.*, *omnes Russardi*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*, *in quo mox est censemus.* — [16]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; pastum in [*scr.* in pastum] *ms. Hfn.*; pascuis *Hal. et rell.* — [17]) *ms. Gt.*, *ms. Aured. a Chart coll.*, *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; rogatus *mss. Hfn. Bg.* 1., *omnes libri Russardi*, *ed. Schf.*; togator *ms. Bg.* 2.; erogator *Hal.*; rogator *Russ. Cont. et rell.* — [18]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; apparitor ullus vel militans vel *Cui. Bk.*; apparitor ullusve militans vel *Hal.*; apparitorve ullus militans scilicet vel *Russ. et rell.* — [19]) interagens *ingeniose coni. Cui. in comment.*, *et defendit eum ms. Bg.* 1. — [20]) vel *ins. Theod. C.*; etiam *ins. ed. Schf.*; ex *ins. ms. Hfn.* — [21]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [22]) Hadriano *Bk.*, *Theod. C.* — [23]) *ita scribendum esse, luculentissime probant lac. Gothofr. et Ritter. ex legg. cum nostra iungendis* (*l.* 11. *Th. C. VI.* 29. *l.* 33. *Th. C. VII.* 4.); *secutus eum est Bk.*; Adriano Proc. Africae. Hoc *Cui.*; Adriano Procur. Africae. Hoc *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Idem A. et Valentin. Caes. Hoc *Hal. Russ. Cont.* 62. — [24]) ne *et mox* toleretur *Hal.* — [25]) nec privatum quisque *Theod. C.* — [26]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [27]) Eustath. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [28]) novi *ins. Theod. C.*, *exque eo et ex Graecis hanc vocem recepit Bk.* — [29]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [30]) Idem Aug. *Hal. Russ.*; Imp. Theod A. *Cont.* 62. — [31]) Hel. Mag. off. *om. Hal. Cont.* 62. — [32]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; vel *Hal. et rell.*; καὶ *Bas.* — [33]) viverent *ed. Schf.*, *Theod. C.*; ἐφ' ὅσον ζῶσιν *Bas.* — [34]) Ardaburio *Theod. C. ed. Haenel.*; *subscr. om. Hal. Cont.* — [35]) Numo *Nov. Theod.*; Nomo Mag. off. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [36]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*, *Nov. Theod.*; sive *Russ. et rell.* — [37]) cum *Nov. Theod.* — [38]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Nov. Theod.*; suo *ins. Hal. et rell. Secundum Russ. in marg. alias deest* solo. — [39]) in *om. mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; *sed est in Nov. Theod.*

quibus nulla suffragatur dignitas, numeretur, centum [1]) librarum auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione mulctabitur. Dat. XVII. Kal. Febr. Constantinop. Theodosio A. XVII. [2]) Cons. [439.]

10. [a]) Impp. Valentinianus et Martianus AA....., Magistro officiorum [3]). — Hac lege sancimus, ut, si quis consularem ac patriciam meruerit dignitatem, tres domos proprias, dum superest, habeat hospitum immunitate securas, heredes vero eius, filii, aut pater aut mater, nepotes, aut frater aut soror, aut uxor, duarum domorum suarum excusatione potiantur. Si quis vero consulatu tantummodo gloriatur, duas semis domos suas [4]) immunes habeat; post fata vero eius memorati heredes unam semis domum suam habeant sullis hospitiis praegravatam. Pari privilegio perfruantur cum memoratis heredibus, qui solius patriciae dignitatis sine consulatu decoratur insignibus. Praefectorii vero nec non et magistri militum duas domos suas habeant, quoad vixerint, hospitibus liberatas; heredes vero eorum memorati unam defendant domum suam simili excusatione munitam. Magistri vero officiorum vel quaestores unam semis domum suam, quoad vixerint, habeant hospitum onere liberatam; heredes vero eorum praedicti unam ab hospitibus iure defendant. Comites autem domesticorum et protectorum et sacrarum largitionum et privatarum [5]), et vir spectabilis primicerius notariorum singulas domos suas ab hospitum gravamine, dum vivunt, gaudeant esse securas; memorati vero heredes eorum mediam partem unius domus suae sciant excusatione muniri, residuae vero partis dimidiae tertiam portionem hospitibus deputandam esse cognoscant. Si qui illustres honorarias dignitates quascunque sine actu coelitus impetraverunt, aequo animo suas domos hospitibus post hanc legem pandant pro tertia, quae legibus praefinita est, portione; exceptis videlicet ergasteriis, quae in plateis vel angiportis esse noscuntur. Quod in omnibus domibus, quae hospitales sunt, observari iubemus; ita ut nemo vel ex sacro rescripto vel ex divina adnotatione seu pragmatica sanctione contra hanc legem uti possit excusationis auxilio. His omnibus, quae per hanc legem constituimus, in hac aeterna urbe observandis.

11. [b]) Imp. Zeno [6]) A. Illyriciano, Magistro officiorum [7]). — Decem post primicerium tribunos in domibus, quas in hac regia urbe possident, metatorum iussimus vacationem mereri.

12. [c]) *Epitome graecae const. Iustiniani* [8]) *ex Bas.*

Μηδεὶς ἄρχων ἐν τῷ περινοστεῖν ζητείτω προφάσει ἐπιδημητικῶν ἢ προφάσει ἀφοπλισμοῦ χρύσιον [9]). *Εἰ δὲ τοῦτο ποιήσει, καὶ ἐκβάλλεται τῆς ἀρχῆς, καὶ δημεύεται, καὶ ἐξορίᾳ διηνεκεῖ ὑποβάλλεται* [10]).

Nullus praeses in circumeundo provinciam requirat aurum obtentu adaerationis metatorum aut obtentu armorum privationis. Quodsi hoc fecerit, et exuitur dignitate, et bonis publicatis perpetuo exsilio subiicitur.

Tit. XLII. [XLI.]

DE SALGAMO HOSPITIBUS NON PRAEBENDO [11]).

1. [d]) Impp. Constantius et Constans AA. [12]) Leontio P. P. [13]) — Ne quis [14]) comitum vel tribunorum aut praepositorum aut militum nomine salgami gratia [15]) culcitras [16]), lignum, oleum a suis extorqueant [17]) hospitibus; sed [18]) nec volentibus hospitibus in praedictis speciebus aliquid auferant [19]). Sed provinciales sint nostri ab hac praebitione securi, comitibus, tribunis, vel certe praepositis militibusque gravi vexationi subiacentibus. Dat. V. Id. Octob..... Conss. [20]).

TIT. XLIII.

---

[a]) *Bas. LVII.* 12. 10. — [b]) *iung. l.* 2. *C. de primicer. XII.* 7. — [c]) *Epitomen graecae const. ex Bas.* (*ap. Fabr. LVII.* 12. 12. *T. VI. p.* 762.) *restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod. Secuti eum sunt Cont.* 66. *et rell. De coniunctione, quae hanc const. et leg.* 26. *C. de episcop. aud. l.* 4. *intercedit, cfr. not. d. ad l.* 26. *cit. et Biener. Revision d. Iust. Cod. p.* 218. — [d]) *l.* 2. *Th. C. de salgamo. VII.* 9.

[1]) centenarum *Nov. Theod.* — [2]) *Nov. Theod., Bk.*; XVII. *om. Char. Pac. Sp.*; Theodos. et Valentiniano AA. *Cui.; subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [3]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Mag. off. *om. rell.*; Imp. Valentin. A. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [4]) suas *alias abest secundum Russ. in marg., sed male, ut docent seqq.* — [5]) *Cui.*; et privatarum largitionum *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; et rerum privatarum *Hal. et rell.* — [6]) Leo *Hal. Russ.*; *at* Zeno *ms. Hfn.* — [7]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Illyric. Mag. off. *om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [8]) *hanc esse Iustiniani const., colligitur ex l.* 26. §. 8. *C. I.* 4. *Effinxit inde Cui.* (*ed. Fabrot.*) *hanc inscr.: Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός, quam recepit Bk., quod non sequor, ne epitomae ex Bas. repetitae color genuinae const. addatur. Itaque iam doleo, hoc a me admissum fuisse in l.* 4. *C. III.* 2. — [9]) *cfr. Nov.* 128. *c.* 21. *et Nov.* 134. *c.* 1. — [10]) *de aetate constitutionis constat ex subscr. leg.* 26. *cit. Mallem, me hanc subscr. in l.* 4. *C. III.* 2. *non restituisse.* — [11]) *mss. Hfn. Gt., omnes Russardi, edd. Schf. Cui., Theod. C. VII.* 9. *in rubr.*, praestando *Hal. et rell.* — [12]) *Cui. in ed. prima, Bk.*; *concordat Theod. C. ed. Haenel*; Impp. Constantinus et Constans AA. *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Imp. Constantinus A. *Hal. et rell.* — [13]) *Cui., Theod. C.*; Leont. P. P. *om. Hal. et rell. Cfr. not.* 1. *ad l. seq.* — [14]) qui *mss. Hfn. Gt.* — [15]) salgami gratia *om. Theod. C.; sunt quidem in ms. Hfn. et ed. Schf., sed addita sigla, quae denotat* id est. *Mihi aut scribendum videtur* salgami gratiam id est culcitras *etc., aut omittendum v.* gratia, *quod facile irrepere potuit ex varia lectione vel interpretatione, quae ad v.* nomine *adscriberetur.* — [16]) culcitas, *forma usitatiore, ms. Hfn. et Theod. C.* — [17]) extorqueant *ms. Gt.* — [18]) sed *om. Theod. C., qui sic pergit:* nec invitis vel magistratibus vel hospit. — [19]) *ms. Hfn., Hal. Cui., Theod. C. ed. Gothofr.*; auferatur *ed. Schf.*; auferat *Russ. Cont. et rell.* — [20]) *Theod. C.*; Conss. *om. rell.*; *etiam dies abest ab Hal. Russ. Cont. Refert ad annos* 342 — 344. *nostram const. Iac. Gothofr.; his enim annis Leontius Praef. praet. fuit.*

Tit. XLIII. [XLII.]

DE COMMEATU.

1. [a]) Imp. Constantinus et C. [1]) — Ne cui liceat praepositorum vel tribunorum cohortium vel vicariorum et familiarium eorum tempore expeditionis quocunque genere [2]) cuiquam de militibus a castris atque signis, vel his etiam locis, in quibus [3]) praetendant [4]), discedendi commeatum dare. Si quis vero contra hanc legem facere ausus fuerit, et militem contra interdictum commeatu [5]) dimiserit eo tempore, in quo barbarorum incursio exstiterit, et tunc, quum praesentes in castris atque apud signa milites esse debeant [6]), quisquam abfuerit, capite vindicetur. Dat. IV. Kal. Mai. Severo et Rufino Conss. [7]) [323.]

2. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Syagrio, Magistro officiorum [8]). — Quicunque de scriniis, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officiis palatinis, his videlicet, qui sacrarum et privatarum remunerationum comitibus obsecundant, sex mensium spatium supra diem commeatus aut inssionem evectionis abfuerit, is in inferiorem locum, quinque antelatis posterioribus, devolvatur [9]); is vero, qui anni vacationem arbitratu proprio, indiciarii praecepti oblitus, assumserit, a decem post se militantibus transeatur [10]); ac deinde quum iam aliquis desidia quadriennio [11]) officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus postferatur; qui vero nec post quadriennii quidem tempus, militantium [12]) non immerito matriculis auferatur. Dat. Kal. Octob. Auxonio [13]) et Olybrio Conss. [379.]

3. [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Gaisoni [14]), Comiti et Magistro militum [15]). — Si quis [16]) sine commeatu aliquo annum in penatibus propriis vel in quibuslibet locis desidiosa quiete transegerit, decem sequentibus postponatur; in quo vero biennium talis [17]) culpa deprehenditur, viginti sibi antepositos congemiscat; tertius autem annus triginta praelatos iure deflebit, ita ut quartus exemto [18]) matriculae nullam [19]) veniam derelinquat. Dat. prid. Id. Iun. Ravenna, post consulatum Honorii IX. [20]) et Theodosii V. AA. [413.]

Tit. XLIV. [XLIII.]

DE TIRONIBUS.

1. [d]) Impp. Valentinianus et Valens AA. [21]) Modesto P. P. [22]) — Nullus tiro [23]) vagus aut veteranus aut censibus obnoxius ad militiam accedat. Dat. XIV. Kal. Octob. Hierapoli, Valentiniano et Valente III. AA. Conss. [24]) [370.]

2. [e]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [25]) AAA. Eutropio P. P. [26]) — Quisquis mancipium iuris alieni [27]) in tirocinio militiae scribi curaverit, convictus ac proditus auri libram aerario nostro cogatur inferre, mancipio scilicet domino, si factum ignoraverit, reddendo. Dat. Id. Mai. Tyro Metropoli. PP. Beryto [28]), Antonio et Syagrio Conss. [29]) [382.]

3. [f]) Impp. Honorius et Theodosius AA. ... Comiti S. L. [30]) — Tirones in scholis loco semper posteriore ponantur. Nec enim patimur quemquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui et laborum assiduitas et stipendiorum prolixitas suffragatur [31]). Dat. VII. Kal. Decemb. Ravenna, Basso et Philippo Conss. [32]) [408.]

TIT. XLV.

---

[a]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de commeatu. VII.* 12.; *iungenda l.* 9. *C. de re milit. XII.* 36. — [b]) *l.* 2. *Th. C. de commeatu. VII.* 12. — [c]) *l.* 16. *Th. C. de desertor. VII.* 18. — [d]) *hausta ex l.* 6. *Th. C. de tiron. VII.* 13. — [e]) *l.* 11. *Th. C. de tiron. VII.* 13., *additis quibusdam, quae similia sunt legi* 6. *C. qui militare poss. XII.* 34. — [f]) *l.* 19. *Th. C. de tiron. VII.* 13.

[1]) *Theod. C. ed. Haenel., Bk., l.* 9. *C. XII.* 36.; *idem, sed om.* et C., *Cui. Cont.* 62.; Impp. Arcad. et Honor. AA. *Hal. Russ.*; Impp. Constantinus et Constans AA. Leontio P. P. *Cont.* 66. *et rell. Quum anquirerem, unde magistratum* (Leont. P. P.) *Contius hauserit, hunc eius rei verum fontem invenisse mihi visus sum. Contius, qui in edit. d. a.* 1566. *ex Cuiacio supplere solet inscriptiones in prioribus suis editionibus mancas, quum negligentius in ea re versaretur, eam inscr., quam Cui. in praecedente const.* 1. *de salgamo restituerat, adscripsit ad legem nostram; editores sequentes, excepto Bk., pro sua maxima negligentia in Contii vitio perseveraverunt.* — [2]) praepositorum vel decurionum vel tribunorum cohort. quoc. gen. *Theod. C.* — [3]) in locis, quibus *Theod. C.* — [4]) pertendant *mss. Hfn. Gt., Cui. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac., Theod. C. ed. Gothofr.; sed* praetendant *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Sp. Bk., Theod. C. ed. Haenel.* — [5]) *ms. Gt., Bk., Theod. C. ed. Haenel.*; commeatum *rell.* — [6]) debebant *ms. Gt.* — [7]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [8]) Impp. Theod. et Valent. AA. *inscr. Hal. Russ.*; Impp. Grat. et Valent. AA. *inscr. Cont.* 62. — [9]) revolvatur *Theod. C.* — [10]) transferatur *ms. Gt., Hal. Russ. Cont.* 62. — [11]) quadriennii *ed. Schf., Azo.* — [12]) militaverit *ed. Schf.*; militandum *Azo, Theod. C. ed. Gothofr.*; militantum *ms. Hfn.* — [13]) Ausonio *Theod. C. ed. Haenel, Bk.; subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [14]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk., Theod. C.*; Haisoni *Cui. in ed. prima, Cont.* 66. 71. *Char. Pac.*; Haisonni *Cont.* 76.; Hausoni *Sp.* — [15]) Gaisoni — milit. *om. Cont.* 62.; Imp. Zeno A. *inscr. Hal. Russ.* — [16]) Qui, *om.* Si, *Theod. C.* — [17]) *ms. Hfn., Cui. Bk., Theod. C.*; biennio talis *ms. Gt., ed. Schf.*; biennalis *Hal. et rell.* — [18]) exemplo *Azo, var. l. gl.* — [19]) nulli *Theod. C.* — [20]) *Bk., Theod. C.*; VIII. *Cui. Char. Pac. Sp.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [21]) *Cui., Theod. C.*; Imppp. Valens Grat. et Valentin. AAA. *Hal. Russ.*; Imp. Valentin. A. *Cont.* 62.; Impp. Valentin. et Theod. AA. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Imppp. Valentin. Valens et Grat. AAA. *Bk., recte, si chronolog. spectes.* — [22]) Modesto P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [23]) tyro *Hal. et postea rell., excepto Bk., et sic saepius.* — [24]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [25]) Theod. Arcad. et Honor. *Hal. Russ. Cont.* 62. — [26]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Eutrop. P. P. *om. Hal. et rell., etiam Cui. in ed. prima et Theod. C. Ad Consularem Phoenices datam const. censet Iac. Gothofr.* — [27]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.*; Quisquis al. iur. manc. *Hal. et rell.* — [28]) Beryti *Bk.* — [29]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [30]) *Cui. Bk., Theod. C.*; Imp. Anastas. A. *inscr. Hal. Russ.*; Imp. Honor. A. *inscr. Cont. et rell.* — [31]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; suffragantur *Russ. et rell.* — [32]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.*

Tit. XLV. [XLIV.]

DE LITORUM ET ITINERUM CUSTODIA.

1. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Eustathio P. P. [1]) — Saluberrima sanctione censemus [2]), ne merces illicitae [3]) ad nationes barbaras deferantur. Et quaecunque naves ex quolibet portu seu littore dimittuntur [4]), nullam concussionem vel damna sustineant; ita tamen, ut earum nauclerí deponant, in quam provinciam iturí sunt, ut hoc manifestato nulla contra eos postea indignatio seu concussio quoquo modo [5]) procedat. Dat. XIV. Kal. Octob. Constantinop. DN. Theodosio A. IX. et qui fuerit nuntiatus [6]). [420.]

Tit. XLVI. [XLV.]

DE DESERTORIBUS ET OCCULTATORIBUS EORUM [7]).

1. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Syagrio P. P. [8]) — Si quis forte desertorem agro tectoque [9]) susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere, actor quidem vel procurator loci, qui [10]) hoc sciens prudensque commiserit, capitali supplicio subiugetur, dominus vero, si huius rei conscius fuerit, praedii, in quo latuerit desertor, amissione puniatur. §. 1. Si quis autem desertorem prodiderit mediocris loci ingenuus, immunitate potiatur. §. 2. Neque solum de his loquimur [11]), qui proxime signis felicibus applicati militiae rudimenta timuerunt [12]), verum etiam [13]) qui stipendiis militaribus degenerem latebram praebuisse monstrantur. §. 3. Desertor autem habebitur quisquis belli tempore aberit [14]) a signis. Horum qui sponte processerit, peccati anterioris supplicium non timebit. Sin vero flagitiosa ignavia delitescat, per eum, in cuius domo fuerit, invigilantibus extrinsecus [15]) quoque officiis publicis, ubicunque correptus severitati iudicis offeratur, degeneri morte gladium [16]) subiturus. §. 4. Si [17]) autem rector provinciae propositam severitatem vel gratia vel dissimulatione distulerit, patrimonii atque existimationis damno subiiciatur, et in officii primores [18]) capitaliter vindicetur. Dat. [19]) Id. Iul. Romae, Gratiano V. [20]) et Theodosio I. AA. Conss. [21]) [380.]

2. [c]) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius [22]) AAA. Adriano [23]) P. P. — Si desertores inventi resistendum atque armis obtinendum [24]) putaverint, tanquam rebelles in ipsis temeritatis suae conatibus opprimantur [25]); ita tamen, ut provinciarum iudices sollicita cautione disquirant, ne sub falsarum tractoriarum [26]) nomine desertionis suae crimen defendere moliantur, nec [27]) suppositis aut [28]) commentitiis epistolis evadendi habeant facultatem. Dat. VI. Kal. Mart. Ravenna, Theodosio A. I. et Rufino Conss. [29]) [403.]

3. [d]) Iidem AAA. [30]) Longiniano [31]) P. P. — Qui relictis militaribus castris se ad depraedationes [32]) vel latrocinium contulerint, severitatem iudicis [33]) non evadant. Dat. IX. Kal. April. Ravenna, Arcadio A. VI. et Probo V. C. Conss. [34]) [406.]

Tit. XLVII. [XLVI.]

*) DE VETERANIS.

1. [f]) Imp. Constantinus A. [35]) — Quum introisset [36]) principia, et salutatus esset [37]) a praefectis et tribunis et viris [38]) eminentissimis, acclamatum est: Auguste Constantine, Deus te nobis servet [39]). vestra salus [40]) nostra salus; vere dicimus, iurati dicimus. Adunati [41]) veterani exclamaverunt: Constantine

---

[a]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de litor. custod. VII.* 16. — [b]) *conflata ex l.* 4. *et* 5. *Th. C. de desertor. VII.* 18. (*cfr. not.* 8.); *iungenda l.* 4. *C. pro quib. caus. servi. VII.* 13. — [c]) *hausta ex l.* 11. *Th. C. de desertor. VII.* 18. — [d]) *l.* 15. *Th. C. de desertor. VII.* 18. — [e]) *Dig. XLIX.* 18. — [f]) *l.* 2. *Th. C. de veteran. VII.* 20. *Sententia finalis addita esse videtur ex l.* 9. *Th. C. eod. Cfr. etiam not.* 18. *pag. seq.*

[1]) Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA. *inscr. Hal. Russ.*; Eustathio P. P. *om. Cont.* 62. — [2]) censuimus *ed. Schf.*; decrevimus *Theod. C.* — [3]) illicite *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *quod pro var. lect. habendum non est.* — [4]) demittuntur *Theod. C.* — [5]) quoquo modo *om. mss. Hfn. Gt.* — [6]) Conss. *addit Bk.*, *contra Theod. C.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [7]) eorum *om. edd. Schf. Hal.*; et occultator. dignitatum *ms. Hfn.* — [8]) Imp. Theodos. A. *inscr. Hal. Russ.*; Syagrio P. P. *om. Cont.* 62. *Caeterum haec est inscr. leg.* 4. *Th. C. cit.*, *quod notabile videtur propterea, quia principium nostrae const. petitum est ex l.* 5. *Th. C. cit.*, *reliqua autem ex l.* 4. — [9]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; tectove *Hal. et rell.* — [10]) qui *om. Theod. C.*, *sed deesse non potest.* — [11]) solum eos loquimur *Theod. C.* — [12]) tenuerunt *ms. Hfn.* — [13]) etiam *om. Theod. C.* — [14]) abit *ms. Hfn.*; abierit *Hal. Russ. ont.* 62. — [15]) forinsecus *Theod. C.* — [16]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; degener mortem gladii *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*; degenerem mortem gladii *omnes codd. Russardi*; degeneris mortis gladium *Hal. et rell.* — [17]) *ms. Hfn.*, *Theod. C.*; Sin *edd.* — [18]) priores *Hal. Cui.* — [19]) PP. *Theod. C.*, *Bk.* — [20]) *Bk.*; VI. *rell.* — [21]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [22]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; Arcad. Theod. et Honor. *Cont. Char. Pac. Sp.* — [23]) Hadriano *Bk.*, *Theod. C.*; Adr. P. P. *om. Cont.* 62.; Imp. Leo A. *inscr. Hal. Russ.* — [24]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi*, *Cui. ex vet. libr.*, *Theod. C.*; oppugnandum *edd. Schf. Hal. et rell.*; obnitendum *ms. Aured. a Char. coll. Graeci vertunt secundum Cui.* διὰ τῶν ὅπλων κρατῆσαι. *Azo notat:* opponendum *alias* optinendum *vel* oppugnandum. — [25]) oppetantur *ms. Hfn.*, *var. l. ap. Azon.* — [26]) tractatoriarum *edd. Schf. Hal.*, *Azo. Sed cfr. infra XII.* 52. — [27]) ne *Theod. C.* — [28]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; et *Hal. et rell.* — [29]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [30]) AA. *Bk.* — [31]) *Theod. C. ed. Haenel.*, *Bk.* (*cfr. supra XII.* 3. 1. *et Theod. C. XIII.* 11. 10.); Longino *Cui. Cont.* 66. *et rell.*; Long. P. P. *om. Cont.* 62.; Idem Aug. *inscr. Hal. Russ.* — [32]) *ms. Hfn.*, *Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; praedationem *ed. Schf.*; depraedationem *Russ. et rell.* — [33]) severit. publicam *Theod. C.* — [34]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [35]) Imp. Const. A. *ad ipsum legis contextum trahunt nonnulli codd. Contii*, *Hal. Russ. Cont.* 62., *sed Cont.* 62. *ita*, *ut illa vv. etiam inscriptionis loco repetat. Cfr. l.* 1. *C. IX.* 51. — [36]) *quidam codd. Contii*, *Hal. Cui. Russ. Bk.*, *Theod. C.*; introissent *Cont. et rell.* — [37]) *post* esset *commate interpungit Haenel.*; *v. l.* 1. *C. IX.* 51. — [38]) et a viris *et mox* acclamatum esset *quidam codd. Contii*, *Hal.* — [39]) Dii — servent *Theod. C.* — [40]) nostra salus, *ut idem bis habeatur*, *Hal. Russ. Cont.* 62.; vestra salus *om. ed. Schf.* — [41]) vere dicimus iurati, dicimus adunati: *Hal.*

tine Auguste, quo [1]) nos veteranos factos [2]), si nullam indulgentiam habemus? Constantinus Augustus dixit: Magis magisque conveteranis meis beatitudinem angere debeo, quam minuere. Victorinus veteranus dixit: Muneribus et oneribus universis locis conveniri non sinamur [3]). Constantinus Augustus dixit: Apertius indica, quae sunt maxime [4]) munera, quae vos contumaciter gravant. Universi veterani dixerunt: Ipse perspicis [5]). Constantinus Augustus dixit: Iam nunc magnificentia [6]) mea omnibus veteranis id esse concessum perspicuum sit [7]), ne quis eorum in ullo [8]) munere civili, neque [9]) in operibus publicis conveniatur, neque in ulla [10]) collatione, neque a magistratibus, neque vectigalibus [11]). In quibuscunque nundinis interfuerint, nulla [12]) ob venditionem [13]) proponenda dare debebunt. Publicani quoque, ut solent [14]) agentibus supplere [15]), ab eisdem veteranis amoveantur; quiete post labores suos perenniter perfruantur. §. 1. Fisco nostro quoque eadem epistola interdiximus [16]), ut nullum omnino ex his inquietaret [17]); sed liceat eis emere et vendere, optimis [18]) negotiis pecuniam tractare, et mercimonia agitare, ut [19]) integra beneficia eorum sub seculi nostri otio et pace perfruantur [20]). Sed etiam nullo munere civili, id est corporali seu personali, vel de portorio [21]) onere eos affici concedimus. Dat. Kal. Mart. [22]) civitate Velovocorum, Constantino A. VI. et Constantio [23]) C. Conss. [320.]

2. [a]) Idem A. Maximo P. P. [24]) — Providendum est, ne veterani, qui [25]) protectoria dignitate cumulati, aut honores varios pro meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur iniuriis, quum [26]), si quis in hoc crimine fuerit deprehensus, rectores provinciarum, pro iurisdictione sua examinantes factum, pro sui qualitate eos coerceant. Dat. IV. Kal. Ian. [27]) Triveris, Iuniano et Iusto Conss. [28]) [328.]

3. [b]) Imp. Constantius A. [29]) Evagrio P. U. [30]) — Veterani, qui ex negligentia vitae neque rus colunt nec aliquid honestum peragunt, sed latrociniis sese dederunt [31]), omnibus veteranorum privilegiis exuti, poenis competentibus a provinciarum rectoribus subiiciantur. Dat. III. Id. Aug. Constantio A. VI. et Constante II. Conss. [32]) [353.]

4. Impp. Honorius et Theodosius AA. Eustathio [33]) P. P. et Nestorio P. P. Illyrici. — Nullus eorum, qui sacramentis inhaerere desierit, vel volens permittatur, vel invitus militare cogatur observare iudicium; sententiis [34]), quae non his observatis latae fuerint, nullam firmitatem habentibus, nisi forte reperiatur ibi tempore militiae coepta cognitio. Tunc enim, velut necdum cingulo deposito, sub militari iudice rem tractari dinirque praecipimus, nisi principali beneficio specialiter indulto quidam ex his sese defendant.

Tit. XLVIII. [XLVII.]

DE FILIIS OFFICIALIUM ET [35]) MILITARIUM, QUI IN BELLO MORIUNTUR.

1. [c]) Imp. Constantinus A. Evagrio [36]). — Hi, qui ex officialibus quorumcunque officiorum genit' sunt, sive eorumdem parentes adhuc sacramento tenentur,

---

[a]) *hausta ex l. 5. Th. C. de veteran. VII.* 20.; *iungenda l. 2. C. de offic. rector. prov. I.* 40. — [b]) *hausta ex l. 7. Th. C. de veteran. VII.* 20. — [c]) *l. 3. Th. C. de fil. militar. apparit. VII.* 22.

[1]) quid *ms. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; quod *ms. Hfn.; alias* quid *alias* quod, *Azo.* — [2]) facis *ms. Hfn., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; facit *ms. Gt.* — [3]) sinantur *ms. Hfn.* — [4]) *ms. Hfn., Cui., Theod. C.*; maxima *edd. Schf. Hal. et rell.* — [5]) scilicet *ins. ms. Gt., Theod. C.*; Sed *ins. ms. Hfn.*; et *ins. ed. Schf.* — [6]) munificentia *Theod. C., quod probo.* — [7]) veteranis dico id esse concessum. perspicuum sit *Hal.* — [8]) in nullo *mss. Hfn. Gt.* — [9]) *hic et mox saepius* neque *reposui ex mss. Hfn. Gt. ed. Schf. et Theod. C., pro* nec, *quod habent Hal. et rell.* — [10]) *ed. Schf.*; in nulla *mss. Hfn. Gt., Theod. C. ed. Gothofr.*; ulla, *om.* in, *Hal. et rell.* — [11]) *bene Haenel. hic plene interpunxit.* — [12]) nulla *et mox* proponenda *ms. Hfn., Theod. C.*; nullam — proponendam *ed. Schf.*; ulla — proponendam *Cui.*; ullam — proponendam *Hal. et rell. Cfr. Iac. Gothofr. in Glossar. s. v.* proponere. — [13]) ob vendit. *om. Theod. C.*; ad vendit. *ms. Hfn.*; adventionem *ms. Gt.*; adinventionem ad venditionem *ed. Schf.* — [14]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; adsolent *Hal. et rell.* — [15]) *scribendum videtur* supercompellere, *ut Theod. C.*; *nam* superpellere *est in ms. Hfn., in vet. cod. Cuiacii et in ed. Schf., atque Azo sic notat:* suppellere *alias* superpellere. — [16]) *ms. Hfn., Cui., Theod. C.*; interdicimus *edd. rell.*; *cfr. not. seq.* — [17]) *mss. Hfn. Gt., Cui., Theod. C.*; inquietet *edd. Schf. Hal. et rell.* — [18]) oportunis *ed. Schf., quam lect. veram censeo. A Theod. C. absunt* optimis — agitare. *Recepta videntur ex l. 7. Th. C. eod.* — [19]) nec solum *edd. omnes*; *sed quum ms. Hfn. cum Theod. C.* ut *habeat, ms. Gt. autem* et, *vix dubium esse potest, quin lectio* nec solum *a librario efficta fuerit, ut seqq.* sed etiam *habeant, ad quod commode referantur.* — [20]) *comma hic ponunt edd. rell.*; *v. not. anteced.* — [21]) *Cui. (ed. Fabrot.)*; deportorio *ms. Hfn., Cui. in ed. prima*; de portitorio *Azo*; deportatorio *edd. Schf. Hal. et rell. Sed cfr. Theod. C. VII.* 20. 9. *X.* 19. 8. — [22]) in *ins. Bk., Theod. C.*; *ex eodem cum Bk. recepi* Velovocorum *pro eo, quod rell. habent* Belovocorum. — [23]) Constantino *Bk.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [24]) *Cui. (ed. Fabrot.) Bk., Theod. C. ed. Haenel.*; Maximo P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; P. P. *om. Cui. in ed. prima, Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.* — [25]) qui *om. ms. Hfn., Theod. C.*; *sed in Theod. C. mox est* aut qui. — [26]) *mss. Hfn. Gt., Cui., Theod. C.*; quod *edd. Schf. Hal. et rell.* — [27]) *Theod. C., l. 2. C. I.* 40.; Iun. *Cui. Char. et rell.* — [28]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [29]) *Bk.*; *concordat Theod. C.*; Imp. [Impp. *Hal.*] Constantius [Constantinus *Cont.* 62.] A. et Iulian. Caes. *Hal. Russ. Cont.* 62.; Idem A. *Cui. Cont.* 66. *et rell.* — [30]) *Cui. in ed. prima, Cont.* 66. *et postea rell., excepto Bk.*; P. P. *Cui. (ed. Fabrot.) Bk. Sed Theod. C., ut nos. Ab Hal. Russ. Cont.* 62. *absunt* Evag. P. U. — [31]) dedunt *Hal. Cui. Bk.* — [32]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [33]) *eos, ad quos data est const., restituit Cui. (ed. Fabrot.), recepit solus Bk., qui pro* Eustachio, *quod Cui. habet, reposuit* Eustathio. *Pro Nestorio, quem praef. praet. sub illis impp. non invenio, fortasse restituendus est Isidorus; cfr. supra I.* 19. 6., *X.* 16. 12. — [34]) *ms. Hfn., ed. Schf.*; *eandem lectionem, nisi quod* servare *pro* observare *legunt, tuentur ms. Gt., Cui.*; militare cogatur, seu stare iudicum sententiis: *Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Sp., pessime; nec melius Bk., apud quem est* militare cogatur seu stare. Iudicum sententiis. — [35]) *edd. Schf. Cui.*; et *om. rell., sed deesse non potest, nam de filiis in bello mortuorum tantum est l. 3. h. t.* — [36]) P. P. *addit Bk., recte quidem, ut Theod. C. XII.* 1. 19. *docet*; *sed omissa dignitas in nostra const. a compositoribus Cod. videtur.*

tur, sive iam dimissi erunt [1]), in parentum militiam vocentur. Dat. prid. Non. Aug. Basso et Ablavio Conss. [2]) [331.]

2. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. [3]) Neoterio [4]). — Filios primipilariorum [5]) paternam sequi conditionem oportet [6]).

3. [b]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Εὰν τις ἐν πολέμῳ τελευτήσῃ ὁπωσδήποτε [7]) στρατευόμενος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐὰν εἷς ἐστιν, ἢ πολλῶν παίδων ὁ μείζων παραχρῆμα εἰς τὸν τόπον τοῦ πατρὸς ὑπεισερχέσθω, καὶ τὰς ἀννόνας τὰς αὐτὰς λαμβανέτω, εἰ μέχρι βιάρχου ἦν ὁ πατήρ. Εἰ δὲ ἀνώτερος ἦν τοῦ βιάρχου, βίαρχον μόνον γίνεσθαι τὸν παῖδα. Προδήλον γάρ, ὅτι ὁ μείζων ταύτην ἔχων τὴν παραμυθίαν φροντίζει καὶ τῶν ἰδίων ἀδελφῶν.

Si quis quocunque modo militans in bello moriatur, filius eius, si unus sit, vel ex pluribus filiis maior natu statim in locum patris succedat, et easdem annonas accipiat, si pater usque ad biarchi duntaxat gradum pervenerit. Quodsi altiorem obtinuerit, filius eius fiet tantummodo biarchus. Manifestum enim est, maiorem natu, in quem eiusmodi solatium confertur, fratrum etiam suorum curam habiturum.

Tit. XLIX. [XLVIII.]

DE OBLATIONE [8]) VOTORUM.

1. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Basilio P. U. [9]) — Quando votis communibus felix annus aperitur, in una libra auri et solidis [10]) obryziacis [11]) principibus offerendi devotionem animo libenti suscipimus, statuentes, ut deinceps sequentibus annis uniuscuiusque sedulitas principibus [12]) suis talia ingerat [13]) semper et deferat. Dat. III. Non. Mart. Mediolano, Olybrio et Probino Conss. [14]) [395.]

Tit. L. [XLIX.]

DE NUMERARIIS, ACTUARIIS ET CHARTULARIIS ET ADIUTORIBUS [15]), SCRINIARIIS ET EXCEPTORIBUS SEDIS EXCELSAE CAETERORUMQUE IUDICUM TAM CIVILIUM QUAM MILITARIUM

1. [d]) Imp. Constantinus A. ad Veronicianum, Vicarium Asiae [16]). — Vorax et fraudulentum numerariorum propositum, qui diversis obsequiis [17]) rectoribus obsequuntur, ita inhibendum est, ut antea sancivimus [18]), et nunc itidem [19]) sancimus, conditioni eos subdi tormentorum, et eculeis [20]) atque lacerationibus subiacere. Dat. XIV. Kal. Iun. Optato et Paulino Conss. [21]) [334.]

2. [e]) Impp. Valentinianus et Valens AA. Clearcho [22]). — Qui numerarii [23]) appellari consueverant consularium atque praesidum duntaxat [24]), tabularii post hanc nostram sanctionem [25]) vocabuntur, scientes, se tormentis esse subiectos, nisi indicibus vel [26]) his, qui provecti nostro iudicio ad provincias venerint, vel exactoribus debitorum aut [27]) reliquorum [28]) modum frequenter ingesserint sub actorum testificatione; quos scire oportet, cum his, qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta. §. 1. Triennii tamen [29]) spatio tabulariorum decet tempus omne concludi. Dat. XIV. Kal. Mart. Constantinop. Valentiniano et Valente AA. Conss. [30]) [365.]

3.

---

[a]) *efformata videtur ex l.* 11. *Th. C. de fil. militar. appar. VII.* 22.; *cfr. not.* 6. — [b]) *Graecae const. epitomen ex Bas. (apud Fabr. LVII.* 7. 3. *T. VI. p.* 758.) *restituit Cuiac. in edit. trium libror. Cod.; secuti eum sunt Cont.* 66. *et rell. Excidisse illam ex Cod inde coniici potest, quod, ut Cui. in comment. monet, sine ea in rubr. frustra adiectum esset et militar., qui in bello moriuntur. Ex Synopsi LVII.* 7. *rubr. (ed. Leuncl. p.* 477.) *breviorem hui. legis sententiam restituere conatus Leunclav. Notatt. II.* 236. — [c]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de oblat. votor. VII.* 24. *Cfr. M. Lipenii strenarum historia in Graevii Thes. Ant. T. XII. p.* 449. *sqq.* — [d]) *l.* 4. *Th. C. de numerar. VIII.* 1.; *Bas. VI.* 35. 1. — [e]) *hausta ex l.* 9. *Th. C. de numerar. VIII.* 1.; *Bas. VI.* 35. 2.

[1]) *mss. Hfn. Gt., Theod. C.*; dimissi sunt *edd. omnes*; dimiserunt *alias* dimissi sunt, *Azo.* — [2]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [3]) Impp. Arcad. et Honor. AA. *inscr. Hal. Russ.*; *verum* Imp. Grat. A. *ms. Hfn.* — [4]) *Cui. (ed. Fabrot.) Bk., qui et addit* P. P.; Have Neoteri karissime nobis *Theod. C.*; *is, ad quem data est const., abest a rell.* — [5]) primipilarium *Theod. C.* — [6]) *quodsi revera fons nostrae const. est l.* 11. *Th. C. cit., quod et Gothofredo et Haenelio placet, ita est subscr. restituenda:* Dat. VI. Id. Sept. Sirmio, Gratiano V. et Theodosio, I. AA. Conss. (380.) *Sed haud dubie dubitavit Cuiac., an ex illo fonte nostra fluxerit, eaque de causa a restituenda illa subscr. abstinuit. Profecto enim l.* 11. *cit. tantum exceptiones statuit, quas regulae, quam nostra const. ponit.* — [7]) ὁπωσ δήποτε *Fabr. Bk.* — [8]) obligationibus *Azo*; officio *ms. Hfn.*; *al.* observatione *al.* obligatione. — [9]) Basil. P. U. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; *Hal. ne imp. quidem habet.* — [10]) solidos *ms. Hfn.* — [11]) *Cui.*; obriciacis *ms. Hfn.*; obriciatis *ed. Schf.*; obryzatis *Hal. et rell. Ita habet Theod. C.*: auri solidi septuaginta duo obryziaci; *Gothofr. coni.* solidis septuaginta duobus obryziacis *vel* solidos septuaginta duos, obryziaci. — [12]) principalibus *Hal. Russ.*; principalibus *alias* principibus, *Azo.* — [13]) ingerat *et mox* deferat *Theod. C. ed. Haenel., Bk.*; ingerant, *om. rell., ms. Hfn.*; ingerant — deferant *ms. Gt., edd. Schf. Cui.*; inferant — deferant *Hal.*; inferat — deferat *Russ. et rell.*; inferant *al.* ingerant, *Azo.* — [14]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [15]) sive *ins. Hal. Russ. Cont.* 62. *Sane Bas. VI.* 35. *in rubr.* βοηθῶν ἤτοι σκρινιαρίων. — [16]) ad Veron. Vic. As. *om. Cont.* 62.; Impp. Valentin. et Valens AA. *inscr. Hal. Russ.* — [17]) obsequiis *cum Theod. C. om. Cui. Bk., male; nam Bas.* ἐν διαφόροις ὑπερεσίαις τοῖς ἄρχουσιν. — [18]) sanximus *Cui.* — [19]) id idem *ed. Schf.*; idem *al.* itidem *al.* ad idem, *Azo.* — [20]) aculeis *Russ. in marg.*; ταῖς ἀκμαῖς *Bas.* — [21]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [22]) Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA. *inscr. Hal. Russ.*; Clearcho *om. Cont.* 62.; P. P., *quae absunt a Theod. C., addit Cui. (ed. Fabrot.)* — [23]) Numerarii qui *Theod. C.*; *sed* Οἵτινες νουμεραρίοι *Bas.* — [24]) *ita recte Cui. et Theod. C. ed. Gothofr. et Haenel. interpungunt; comma post* praesidum *ponunt, ita ut* duntaxat *pertineat ad* tabularii, *Hal. et rell.*; *verum Bas.* τῶν ἀρχόντων μόνων. — [25]) posthac nostra sanctione *Theod. C.*; *sed Bas. non tuentur.* — [26]) vel *ignorant Bas.* — [27]) ac *Theod. C.*; *sed* ἤτοι *Bas.* — [28]) *mss. Hfn. Gt., omnes libri Russardi, edd. Schf. Cui. Bk., Theod. C.*; nomen et *ins. Hal. et rell.*; *sed* τῶν λοιπάδων τὸ μέιρον *Bas.* — [29]) tantum *Hal. Cui., Azo*; *sed* μέντοι *Bas.* — [30]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.*

3 [a]) Iidem AA. Rufino P. P. [1]) — Numerarios amplissimae tuae sedis cingulum habere et militiae ordinem tenere iubemus. Dat. prid. Id. Decemb. Parisiis [2]), Valentiniano et Valente AA. Conss. [365.]

4. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. omnibus Rectoribus provinciarum [3]). — In provinciis singulis duo numerarii, qui et tabularii [4]), collocentur, quo ad unum fiscalis arcae ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur; hoc [5]) sciturl, quod, si ex alienis [6]) quidquam [7]) actibus ad alteram partem illicite fuerit usurpatione translatum, is, qui indicis culpam dissimulatione exerit, gravissimo sit supplicio subiugandus. Dat. III. Kal. April. Constantinop. Antonio et Syagrio Conss. [8]) [382.]

5. [c]) Iidem AA. et Arcadius A. [9]) Principio P. P. [10]) — Exceptores omnes iudicibus provincialibus [11]) obsequentes, qui nec cohortalem militiam sustinere videntur [12]), neque a fisco ullas consequuntur annonas, absque metu dare [13]) coeptis operam, etiamsi decuriones sint, minime prohibemus, dummodo munia [14]) propriae civitatis agnoscant, et peracto secundum morem exceptionis officio ad propriam sibi curiam redeundum esse non nesciant. Dat. IV. Id. Decemb. Aquileiae, Arcadio A. [15]) et Bautone Conss. [385.]

6. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Severo P. U. [16]) — Ne diutius ad cunctorum perniciem actuarii numerariorum consortiis adiuventur, illustris auctoritas tua cunctos ex numerariis [17]) actuariorum societate praecipiat abstinere, atque ab eorum communione discedere. Quodsi haec [18]) moniti custodire neglexerint, iisdem poenis se, quibus actuarios, non ambigant subiacere. Dat. IV. Kal. Iun. [19]) Niciae [20]), Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

7. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio P. P. [21]) — Actuarios tam classium [22]) urbis Constantinopolitanae, quam thymelae [23]) equorumque curulium [24]) civitatum diversarum non aliter, nisi (ut consueverat) manus sanxerit principalis, sublimitas tua praecipiat ordinari. Quodsi [25]) quis talis sub tua fuerit indicatione convictus, profecto irritis his, quae vetita contrectavit [26]), etiam congruam indignationem incurrat [27]). Dat. X. Kal. Iul. Nicomediae, Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss. [28]) [426.]

8. [f]) Iidem AA. Protogeni P. P. [29]) — Scriniarios vel numerarios officii magnitudinis tuae iubemus nullatenus in posterum aut mutuam pecuniam sumere, aut polliceri cuiquam pro publicis expensis cogi; quos nullam post depositam militiam inquietudinem sustinere volumus.

9. [g]) Imp. Leo A. Dioscoro P. P. [30]) — Nemini licere deinceps iubemus in quacunque militia connumerato sollicitudinem actuarii subire, vel post depositam eandem curam ad militiam adspirare, quatenus inter privatos agens omnique militari privilegio denudatus nihil nundinationis vel fraudis circa commendanda ratiocinia, quibus obnoxius est, attentare valeat.

10. [h]) Imp. Zeno A. Arcadio P. P. [31]) — Nulli scriniario liceat pro tempore numerarios plus [32]) quam quaternis vicibus, nec his tamen continuandis adiuvare. Idemque hoc super chartulariis [33]), praebenda pro tempore numerariis opera, observari decernimus, ita ut adiutorem quidem biennii, chartulariorum vero unius anni intervallo continuatio interrumpatur; nulla adiutoribus ad chartulariorum sollicitudinem, quam semel dediguati sunt, descendendi [34]) danda licentia; ita ut Orientalis quidem tractus pro tempore nume-

[a]) *hausta ex l.* 11. *Th. C. de numerar. VIII.* 1.; *Bas. VI.* 35. 3. — [b]) *l.* 12. *Th. C. de numerar VIII.* 1.; *Bas. VI.* 35. 4. — [c]) *l.* 17. *Th. C. de divers. off. VIII.* 7.; *Bas. VI.* 35. 5. — [d]) *hausta ex l.* 14. *Th. C. de numerar. VIII.* 1.; *Bas. VI.* 35. 6. — [e]) *hausta ex l.* 21. *Th. C. de divers. off. VIII.* 7.; *ex eadem et fluxit l.* 6. *C. de divers. off. XII.* 60., *in qua pars nostrae const. repetitur; Bas. VI.* 35. 7. — [f]) *Bas. VI.* 35. 8. — [g]) *Bas. VI.* 35. 9. — [h]) *Bas. VI.* 35. 10.; *iungenda videtur l.* 6. *C. de exsecutor. XII.* 61.

[1]) Ruf. P. P. *om. Hal.*; Ruf. *om. Russ. Cont.* 62. — [2]) *Theod. C., Bk.*; Parisis *Cui. Char. Pac. Sp.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [3]) Imppp. Valent. Theod. et Arcad. AAA. *inscr. Hal. Russ.*; *at verum habet Russ. in marg. In ms. Gt. ipse contextus legis incipit a vv.* Omnibus rector. provinciar., *et pro eo allegari possunt Bas.* — [4]) qui et tabul. *om. Theod. C.* — [5]) hoc *om. ms. Gt., Theod. C.*; *pro omissione etiam stant Bas.* — [6]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; alterius *Hal. et rell.*; *sed ἀπ' ἀλλοτρίων τι πράξεων.* — [7]) quidam *Cui. in ed. prima*; quiddam *Cui. (ed. Fabrot.)* — [8]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — *ita impp. restitui ex Cont* 62. (Iidem et Arcad. AA.) *et ex Russ. in marg.* (Iidem et Arcad. A.); *concordat Theod. C.*; Iidem AAA. [Augusti] *edd. rell. excepto Bk.*; Imppp. Valentin. Theod. et Arcad. AAA. *Bk. Sed extra dubium est, inscriptionem in codd., veluti in ms. Hfn., ordiri a. v.* Iidem. — [10]) Princ. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [11]) provincial. *om. Theod. C., sed agnoscunt hoc v. Bas.* — [12]) qui nec militiam sustinent *Theod. C.* — [13]) navare *Theod. C.* — [14]) *edd. Schf. Cui., Theod. C.*; munera *edd. rell.*; dumodo proprias civitates, *om.* munia, *ms. Hfn., refragantibus Bas., quae et respuunt lectionem, quam Azo profert* propria munera civitatis. — [15]) I. *ins. Theod. C., Bk.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [16]) Severo P. U. *om. Hal.*; Severo *om. Russ. Cont.* 62. — [17]) ab *ins. Theod. C.* — [18]) *edd. Schf. Cui., Theod. C.*; hoc *rell.* — [19]) Iul. *Theod. C.* — [20]) Niceae *Bk.*; *Theod. C. ed. Haenel. Subscr. om. Hal. Russ Cont.* — [21]) *Cui. Bk., Theod. C.*; P. U. *Cont.* 66. *et postea rell.*; Hier. *om. Cont.* 62.; Imp. Leo A. *inscr. Hal. Russ.* — [24]) clarissimae *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. *Cui.*; *sed Cui. in comment. ex libris vet. et Theod. C. bene restituit* classium. *Etiam Bas.* τῶν σιτόλων. — [23]) *ms. Hfn., Cui. in comment. ex vet. libris et Theod. C., Cont.* 66. *et postea rell.* (*sed male hi scribunt* Thymelae, *sicut et Heimb. in ed. Bas.* Θυμέλης); thimile *ed. Schf.*; Antiochiae *Hal. Cui.*; Chimeleae *Russ. Cont.* 62.; Cyreneae *coni. Alciat.* — [24]) equorumque curialium *ms. Gt.*; eorumque curilium *ms. Hfn.*; quarumque curialium *ed. Schf.*; et quarumcunque curialium *Russ. Cont.* 62.; quamque curialium *Hal. Cui. Sed Cui. in comment. veram lect. restituit ex vet. libris et Theod. C.*; *accedunt Bas.* καὶ τῶν ἱππων τοῦ ἱπποδρομίου. *Cfr. l.* 5. *et* 7. *C. XI.* 40. — [25]) Quin si *ms. Hfn., Theod. C.*; quod *alias* quando, *Azo.* — [26]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C., l.* 6. *C. XII.* 60.; contrectaverit *Hal. et rell.* — [27]) incurret *Bk., Theod. C., l.* 6. *C. XII.* 60. — [28]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [29]) Idem Aug. *inscr. Hal. Russ.*; Protog. *om. Cont.* 62. — [30]) *Cui. (ed. Fabrot.) Bk.*; Imp. Leo A. *inscr. ms. Hfn., Cui. in ed. prima*; Impp. Leo iun. et Zeno AA. *inscr. Hal. et rell.* — [31]) *Cui. (ed. Fabrot.) Bk.*; Arcadio P. P. *om. Hal. Russ.*; Arcad. *om. Cui. in ed. prima, Cont. et rell.* — [32]) prius *Bk., vitio typ.* — [33]) *mss. Hfn., Gt., edd. Schf. Hal. Cui.*; in *ins. Russ. et rell.* — [34]) discedendi *ms. Gt., ed. Schf.*; discendendi *ms. Hfn.*

numerariis non nisi ab his scriniariis, qui intra [1]) triginta viros a numerario retro numerandos, Asianae vero dioeceseos numerariis non nisi ab his, qui intra quinquaginta a numerario similiter retro numerandos inveniuntur, Ponticae vero et Thracicae [2]) dioeceseos passim et pro suo libitu [3]) ex omni multitudine eligendorum adiutorum tribuatur facultas. §. 1. Omnia sane commonitoria vel praeceptiones aut evectiones seu quaelibet publica instrumenta non solum adiutoribus [4]), verum etiam provinciae illius, de qua disponitur, tractatori inspiciendi itidemque subscribendi, aliorum quoque, qui una cum eo tractant [5]), in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. §. 2. Si quid autem sine hac observatione ex Orientali vel Asiano vel Thraciano [6]) scrinio fuerit emissum, falsi suspicione non careat, exceptis publicis instrumentis, quae a scrinio Ponticae dioeceseos emittuntur, quod in iisdem instrumentis solum numerarium eiusdem dioeceseos eiusque adiutorem et chartularium subscribere magnitudo tua disposuit; ita ut, si quid huius legis fuerit violatum, numerarii quidem tam gradus sui, quam solemnitatum seu solatiorum universi [7]) anni iacturam, adiutores vero quinquaginta librarum auri, et chartularii quindecim itidem librarum auri poenam subeant.

11. [a]) **Idem A. Cotoni** [8]), **Magistro militum** [9]). — Officio tuae magnitudinis datis precibus postulante, ut numerariorum actus non in biennium, sed in unum annum statuatur, nostra pietas, huiusmodi petitionibus annuens, dispositionem, quae super [10]) biennio promulgata fuerat, super uno tantummodo anno revocavit [11]).

12. [b]) **Imp. Anastasius A. Aspartico, P. P. Illyrici** [12]). — Per hanc divinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea, dum tribuni praetoriani dignitas [13]) eis, qui in scriniis seu gradibus officii tuae celsitudinis deponunt militiam, praebebatur [14]), custoditum [15]) fuisse dignoscitur, hoc super honore quoque comitivae dignitatis eis impertiri, ut sententia pro fine eorum militiae proferenda dignitatis etiam mentionem contineat. Haec quoque [16]) tantummodo, et sine speciali codicillorum vel divinorum apicum sanctione, ad eandem dignitatem adipiscendam et privilegia eam sequentia sufficiant [17]); ita tamen, ut primi ordinis comitivam per interlocutionem eiusdem potestatis mereantur [18]) cornicularius et chartularius [19]) et primiscrinius et numerarius scrinii Macedoniae et scrinii Daciae et scrinii operum et scrinii auri. Hoc eodem in his etiam, qui post novellam dispositionem divae memoriae Zenonis, quae de iisdem personis loquitur [20]), deposuerunt militiam, obtinente.

13. [c]) ***Epitome graeca const. ex Bas.***

Ἡ διάταξις κελεύει, τὰς παραμυθίας, ἃς ἐλάμβανεν ὁ ταβουλάριος ἐν τοῖς μεγάλοις τρισὶ σκρινίοις, τοῦτ' ἐστι τῆς ἀνατολικῆς καὶ Ποντικῆς διοικήσεως, δίδοσθαι τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ ταβουλαρίῳ, οὐκ ἐξ ἴσου μέρους, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἡμίσεος τῷ πρώτῳ διαφέροντος, τοῦ δὲ τρίτου τῷ δευτέρῳ, τῷ δὲ τρίτῳ τοῦ ἕκτου, ὥστε καὶ τὸ δημόσιον ἔχειν τὸ ἀσφαλές, καὶ ἕκαστον αὐτῶν διὰ τῶν ἐνιαυτῶν λαμβάνειν ἐνιαυτοῦ τελείου ἀννόνας. Κελεύει δέ, τὸν τρακτεύοντα ἐπαρχίαν ἅμα τῷ γενέσθαι ταβουλάριον ἀφίστασθαι τοῦ τρακτάτου τῆς ἐπαρχίας, ἵνα μήτε περὶ πλείονα ἀπησχόληται καὶ βλάπτηται ἐκ τούτου τὸ δημόσιον, μηδὲ ἀμελῶν, ὡς εἰκός, τῶν ἐπαρχιῶν ἐγκαλῇ τοῖς ἅμα αὐτῷ νουμεραρίοις, ὡς αἰτίοις γενομένοις. Αὐτοὶ δὲ οἱ τρεῖς ἐπιλεγέσθωσαν τοὺς ὀφείλοντας αὐτοῖς ὑπουργεῖν εἰς τὴν τῶν δημοσίων ἐξάνυσιν, ἵνα, ἐὰν οἱ τρακτευταὶ τῶν ἐπαρχιῶν ὑπέρθωνται καταβάλλειν ἐπὶ αὐτοὺς τὰ δημόσια, τοῦ τρακτάτου ἐκπίπτωσιν. Οἱ μέντοιγε τῶν ὅπλων ταβουλάριοι ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι δουλευέτωσαν τῇ τάξει, χωρὶς τῶν ἰδίων ἀννόνων· ταύτας γὰρ λήψονται κατὰ τὴν μέχρι νῦν κρατοῦσαν συνήθειαν, τὴν βουλομένην εἰς πολλοὺς διαιρεῖσθαι τὰς τῷ πρώτῳ ἀνηκούσας συνηθείας.

Constitutio iubet, solatia, quae accepit tabularius in magnis tribus scriniis, scilicet Orientalis et Ponticae dioeceseos, dari primo et secundo et tertio tabulario, non ex aequa parte, sed ita, ut dimidia pars ad primum pertineat, tertia ad secundum, ad tertium sexta, ut et fiscus securitatem habeat, et quisque eorum per annos accipiat integri anni annonas. Iubet etiam, tractatorem provinciae, simulac factus sit tabularius, desistere tractatione provinciae, ut ne circa plura occupatus sit et fiscus inde damnum sentiat, neve neglecta, ut probabile est, provincia numerarios, qui cum eo sunt, accuset, quasi causam damni dederint. Ipsi autem illi tres eligant eos, qui sibi ad exactionem fiscalium opem ferre debeant, ita ut, si tractatores provinciarum fiscalia eis solvere differant, tractatione excidant. Armorum tamen tabularii in caeteris omnibus inserviant officio, praeter annonas sibi competentes; has enim accipient secundum eam, quae adhuc obtinet, consuetudinem, quae inter plures dividi vult ad primum pertinentes consuetudines.

TIT. LI.

[a]) *Bas. VI.* 35. 11. — [b]) *Bas. VI.* 35. 12. — [c]) *Titulus Bas. VI.* 35., *qui nostro titulo respondet, et seriem legum in eo presse secutus nihil, quod ab eo alienum est, videtur immiscere, in ultimo cap.* (13.) *sententiam refert constitutionis de tabulariis, quae iam pro deperdita graeca const. coniectura valde probabili habetur Vestigia eius nulla habuimus, donec illud cap. restitueretur ab Heimbach.* (*Ungedr. Const. d. Iust. Cod. p.* 49.), *quem secutus est Bk.*

[1]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; inter *Russ. et rell.*; *μέχρι Bas.* — [2]) Thraciae *Cui.*, *accedente ed. Schf.*; *sed Θρακικῇ Bas.* — [3]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*; libito *rell.* — [4]) adiutori *mss. Hfn. Gt.*, *accedunt Bas.* — [5]) tractent *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; contractet *ms. Hfn.* — [6]) tracico *ms. Hfn.*; Thracico *rectius, cfr. not.* 2. — [7]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*; unius *ins. Hal. et rell.* — [8]) *Cui. in ed. prima, Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; Coctoni *Cui.* (*ed. Fabrot.*); Caroni *Sp. Bk.*; *nomen om. rell.* — [9]) *dignit. om. Hal.*; magist. milit. offic. *Russ. Cont.* 62., *haud dubie ex glossa Accurs. ad v.* magnitudinis. — [10]) super *om. ed. Schf.*; *cfr. not. seq.* — [11]) disposit. quae super uno tantumm. anno promulgata fuerat revocavit *ms. Hfn.*, *et sic alii libri habent secundum Cui. in comment.*; *etiam ms. Gt. ita, nisi quod habet* super unum — annum. — [12]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Aspart. P. P. Illyr. *om. Hal.*; Aspart. *om. Russ. Cont.* 62. 66. 71. *Char. Pac. Sp.*; Aspart. *et* Illyr. *om. Cui. in ed. prima, Cont.* 76. — [13]) *ms. Gt.*, *Cui.*; dum tribuni et praetoriani dignitas *ms. Hfn.*; tribunis praetorianis dum dignitas *edd. Schf. Hal. et rell.* — [14]) praebeatur *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [15]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; et custoditum *Hal. et rell.* — [16]) *Hal. Cui.*; haecque *ms. Hfn.*; Hoc quoque *edd. rell.*; aeque *Azo.* — [17]) *edd. Schf. Hal. Cui.*; sufficiat *ms. Hfn.*, *edd. rell. Male cum ms. Hfn. scribere:* contineat, haecque — sufficiat. — [18]) *ms. Gt.*, *Cui.*; id est *ins. ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; hi id est *ins. Hal. et rell.* — [19]) et chartular. *om. mss. Hfn. Gt.*, *Bas.*, *a quibus tamen et abest* numerarius, *quem codd. tuentur. Cfr. Notit. dign. Or. cap.* 3 *ed. Böcking.* — [20]) *ms. Hfn.*, *Cui. Bk.*; quae de hiis poenis et eisdem personis loquitur *ed. Schf.*; quae de iisdem poenis loquitur et de iisdem personis *Hal. et rell.* *Praeterea* quae *ante* deposuerunt *intrudunt Hal. Russ. Cont.* 62.

Tit. LI. [LII.]

DE CURSU PUBLICO ET [1]) ANGARIIS ET PARANGARIIS.

1. [a]) Imp. Constantinus A. Titiano [2]). — Equos, qui publico cursui deputati sunt, non lignis vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus; poena non defutura [3]) contra eum, qui aliter fecerit. Dat. prid. Id. Mai. Sabino et Rufino Conss. [4]) [316.]

2. [b]) Idem A. Acyndino P. P. [5]) — Praesidibus et rationalibus caeterisque, quibus propterea respublica [6]) et annonas et alimenta pecoribus subministrat, usurpandi paraveredi licentia derogetur. Sed nec alia via [7]) eundi quisquam habeat facultatem, nisi per quam [8]) cursus publicus stare dignoscitur; excepta videlicet tua sublimissima sede, cui cursus publicus, et proficiscendi per eum licentia, et ubi ratio exegerit, praesto est. PP. XV. Kal. Mart. Constantino A. VII. et Constantio C. Conss. [9]) [326.]

3. [c]) Imp. Constantius [10]) A. [11]) Tauro P. P. [12]) — Evectiones ab omnibus postulentur, et tam indices quam custodes publici cursus minime transire patiantur, antequam seriem evectionis adspexerint. Quodsi quis putaverit resistendum, et sine evectione iter facere detegitur, vel ultra tempus, quod evectioni insertum est, publico cursu uti conatus sit, ubi [13]) repertus fuerit, eundem [14]) inbemus retineri, et, si quidem dignitate praeditus sit, de eius nomine ad prudentiam [15]) tuam et ad illustrem virum comitem et magistrum officiorum referri. Adversus caeteros vero protinus indignatio competens exercenda est, quos sinceritas tua pro loco graduque militiae ibidem coerceri posse crediderit. Dat. VIII. Kal. Iul. Mediolani, Constantio A. IX. et Iuliano C. II. Conss. [16]) [357.]

4. [d]) Imp. Iulianus A. Mamertino P. P. [17]) — Parhippum eum videri et habendum esse, si quis [18]) usurpato uno vel duobus veredis, quos solos evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat. Nihil autem interesse debet nec ad crimen vocari, utrum agens in rebus suo [19]), anne [20]) mulionis itineri [21]) subingando modo [22]) evectionis [23]) datae formae [24]) licentiam non excedat. Dat. V. Id. Septemb. Mamertino et Nevitta Conss. [25]) [362.]

5. [e]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum, Correctorem Lucaniae et Brittiorum [26]). — Si quis per publicum cursum iter faciens, cuiuscunque dignitatis vel militiae, ab itinere recto deverterit [27]), poena in eum competens proferatur. Dat. VIII. Kal. April. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Conss. [28]) [365.]

6. [f]) Idem AA. et Gratianus A. ad Ampelium P. U. [29]) — Evectionum copiam senatui, quum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est, ita tamen, ut quum [30]) a nobis evocatur, aut a clementiae nostrae veneratione discedit [31]). Si quis ergo posthac contra vetitum sibi cursum publicum illicita temeritate praesumserit, motum in se nostrae mansuetudinis excitabit. Dat. III. Id. Decemb. Triveris, Gratiano A. II. et Probo Conss [32]) [371.]

7. [g]) Idem [33]) AAA. ad Hesperium P. P. [34]) — In omnibus provinciis veredorum quarta pars reparetur [35]). Stabula autem ut impensis publicis exstruantur, contra rationem est, quum provincialium sumtu, in quorum locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda, et utilius sit tam publico quam his, quos stercus animalium pro suo solatio habere concedimus. Dat. III. Kal. Mart. Triveris, Gratiano A. IV. et Merobaude Conss. [36]) [377.]

8. [h]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus [37]) AAA. Floro, Comiti R. P. [38]) — Ut

---

[a]) *fons est l.* 2. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5.; *Bas. LVII.* 17. 1. (*T. VI. p.* 762.) — [b]) *hausta ex l.* 3. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5.; *Bas. LVII.* 17. 2. (*T. VI. p.* 763.) — [c]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5., *additis nonnullis ex l.* 22. *cod.*; *Bas. LVII.* 17. 3. — [d]) *hausta ex l.* 14. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5. — [e]) *hausta ex l.* 25. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5. — [f]) *hausta ex l.* 32. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5. — [g]) *hausta ex l.* 34. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5. — [h]) *hausta ex l.* 40. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5., *ex qua et fluxit const. seq. Quid conditores Cod. moverit, ut illam legem* 40. *in duas dissecarent, adeoque posteriorem eius partem priore loco ponerent, equidem non video.*

[1]) et *om. ms. Hfn.*, *Cui.*, *Theod. C. VIII.* 5. *in ubr.* — [2]) Titiano *om. Hal.*; *a Russ. et Cont.* 62. *etiam hoc nomen abest, sed add.* P. P. — [3]) defectura *ms. Hfn.*, *Azo.* — [4]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [5]) Acynd. P. P. *om. Hal.*; Acynd. *om. Russ. Cont.* 62. — [6]) res publicae, *et mox* subministrant *Theod. C.*, *probante Cui. in comment.* — [7]) *Cui.*; aliam viam *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; per aliam viam *Hal. et rell.* — [8]) per hanc quam *ms. Hfn.*; per hanc ubi *ed. Schf.*; hanc *alias* quam, *Azo.* — [9]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [10]) Constantinus *Cui. Cont.* 66. 71. 76. *Char.* — [11]) et Iulianus C. *bene addit Theod. C. ed. Haenel.* — [12]) Impp. Arcad. et Honor. AA. *inscr. Hal.*; *eodem modo Russ. Cont.* 62., *sed additis* P. P. — [13]) ubiubi *Hal. Bk.* — [14]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; ibidem *Hal. et rell.* — [15]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; providentiam *Hal. et rell.* — [16]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [17]) *Cui. Sp. Bk.*, *Theod. C.*; Mamert. P. P. *om. rell.*; Impp. Honor. et Theod. AA. *inscr. Hal. Russ.* — [18]) *ms. Hfn.*, *omnes eodd. Russardi*, *edd. Schf. Cui. Bk.*; qui, *om.* si, *Hal. et rell.* — [19]) itineri *hic ins. Hal. et postea rell.*, *quod ms. Hfn. ed. Schf. et Theod. C. post* mulionis *collocant.* — [20]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; an *Russ. et rell.*; *alias* nec ne *alias* anne, *glossa.* — [21]) itineris *ms. Hfn.*, *ed. Schf.* — [22]) *hunc locum desperatum ita sanare studet Iac. Gothofr.*, *ut scribat* subiungat, dummodo. — [23]) evectiones *var. l. ap. Azon.* — [24]) formam et *Theod. C.*, *Cui.* — [25]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [26]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Sp. Bk.*, *Theod. C.*; ad Symmachum — Brittiorum *om. rell.*; Imp. Theodos. A. *inscr. Hal. Russ.* — [27]) *ms. Hfn.*, *Bk.*, *Theod. C.*; divertit *Cui.*; diverterit *edd. rell.* — [28]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*, *etiam Cui. in ed. prima.* — [29]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; et Gratianus — P. U. *om. Hal.*; ad Ampel. P. U. *om. Russ. Cont. Char. Pac.*, *Cui. in ed. prima*; P. U. *om. Sp.*, *Theod. C. Sed cfr. l.* 10. *Th. C. IX.* 16. — [30]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; ita tamen, cum aut *Russ. et rell.* — [31]) discedat *ms. Gt.*, *ed. Schf.*; discendat *ms. Hfn.* — [32]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [33]) Imppp. Valens Grat. et Valentinian. *Bk.*, *recte secundum chronolog.*, *at contra Theod. C.*; Idem A. et Valentin. Caes. *inscr. Hal. Russ.* — [34]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Sp. Bk.*, *Theod. C.*; ad Hesp. P. P. *om. rell.* — [35]) reparatur *Azo.* — [36]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [37]) *Cui.*; Idem *Bk.*, *cfr. not.* 33.; Imppp. Valent. Grat. et Valens *Cont. Char. Pac. Sp.*; *Gratianum et Valentem om. Hal. Russ. Quum const. nostra ex l.* 40. *Th. C. cit. desumta esse censenda sit, inscribendi videntur Gratianus, Valentin. et Theodosius, in lege seq. autem* Idem AAA. *Sententiam hanc fulcit cod. Hfn.*, *qui in inscr. nostrae const. habet* Imp. Grat. A. — [38]) Floro P. P. *Theod. C.*, *quod rectius videtur*; *nomen et dignit. om. Hal. Russ. Cont.* 62.; ad Ausonium P. P., *cui inscripta est l.* 35. *Th C. eod.*, *quidam, monente Cui. in comment.*

Ut agendi itineris possit esse moderatio, deni [1]) veredi per dies singulos ex utraque parte dimittantur; poena quinque librarum auri minime defutura contra eos, qui statuta nostra neglexerint [2]).

9. [a]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Floro P. P. [3]) — Iudicibus faciendae evectionis copiam denegamus, quum id tantum nostro numini, et tuae sedi, nec non viro illustri magistro officiorum sit reservandum, quum neque praefecto urbi nec magistris militum nec ducibus nec vicariis nec cuiquam alii praeter memoratas duas potestates a nobis hoc concessum sit. His enim tantum ambulandi facultatem iudices ex suo arbitrio praebituri sunt, quos in transmissionem [4]) publicarum functionum persecutores [5]) viderint constitutos; scituri, si definitionem nostram excesserint, se quidem viginti quinque auri libris, officia [6]) vero quinquaginta esse mulctandos. Dat. X. Kal. Aug. Constantinop. Antonio et Syagrio Conss. [7]) [382.]

10. [b]) Iidem AAA. Philagrio, Comiti Orientis [8]). — Gravissimae poenae acerbitate proposita evectionum contractus, animalium quoque publicorum merces, et ementis et distrahentis coercitione prohibemus. PP. Beryto [9]). Dat. XII. [10]) Kal. Octob. Antonio et Syagrio Conss. [382.]

11. [c]) Iidem AAA. Cynegio P. P. [11]) — Nullus evectione utatur privatus, tametsi valuerit impetrare. Dat. VI. Non. Mart. Constantinop. Richomere et Clearcho Conss. [12]) [384.]

12. [d]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [13]) AAA. Cynegio P. P. [14]) — Quoniam veredorum quoque cura pari ratione tractanda est, sexaginta libras [15]) sella cum frenis, sexaginta iidem averta [16]) non transeat; ea conditione, ut, si quis praescripta moderaminis imperatorii libramenta transcenderit, eius sella in frusta caedatur averta vero fisci viribus [17]) deputetur, exceptis auri centenariis [18]), quae necesse [19]) est ab hippocomis in solitis sacculis reportari. Dat. XV. Kal. Iul. Constantinop. Arcadio A. I. et Bautone Conss. [20]) [385.]

13. [e]) Iidem AAA. Floro P. P. [21]) — Non patimur hippocomos per eos, qui veredis utentur [22]), indigna spoliatione vexari, siquidem nonnulli veredarii [23]) saga eorum [24]) dicuntur auferre vel praecidere [25]). Quocirca per omnes iudices et curiosos miserabilis removeatur iniuria, scientibus cunctis, quod [26]), si observata non fuerit nostra sanctio, non solum damna resarcire, verum etiam notam et mulctam, qui neglexerit, subire cogetur. PP. XV. Kal. Iul. Triveris, Valentiniano A. IV. et Neoterio [27]) Conss. [390.]

14. [f]) Iidem AAA. [28]) Potamio, Praef. Augustali [29]). — Publici cursus exhibitio secundum locorum consuetudinem vel curialibus vel cohortalibus debet committi, vel his, qui suo periculo ab eminentissima praefectura [30]) sub competenti cautela excipiunt. Dat. III. Kal. August. Constantinop. Arcadio A. II. et Rufino Conss. [31]) [392.]

15. [g]) Imppp. Arcadius et Honorius AA. Dextro P. P. [32]) — Si quis vel per unam mutationem [33]) veredum superducendum esse crediderit, in [34]) quadruplum superductorum animalium pretium fisci viribus [35]) inferat. Dat. XV. Kal. April. Mediolano, Olybrio et Probino Conss. [36]) [395.]

16. [h]) Iidem AA. Remistheo [37]), duci Armeniae [38]). — His tantummodo utendi cursus publici facultas concessa est, qui legati de diversis gentibus ad nostram clementiam properare festinant. Dat. V. Kal. Mart. Constantinop. Caesario et Attico Conss. [39]) [397.]

17.

---

[a]) *hausta ex l.* 40. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5.; *cfr. not. h. ad l. anteced.* — [b]) *fons est l.* 41. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5. — [c]) *hausta ex l.* 44. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5. — [d]) *hausta ex l.* 47. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5.; *Bas. LVII.* 17. 12. — [e]) *hausta ex l.* 50. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5. — [f]) *hausta ex l.* 51. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5. — [g]) *hausta ex l.* 53. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5.; *Bas. LVII.* 17. 15. — [h]) *hausta ex l.* 57. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5.

[1]) seni *Theod. C.* — [2]) *non dubito, quin restituenda sit subscr. legis* 40. *Th. C. cit.*; *cfr. not.* 37. *ad hanc l.* — [3]) *cfr. not.* 37. *ad l. anteced.*; Floro *om. Cont. Char. Pac., Cui. in ed. prima*; Impp. Leo et Anthem. AA. *inscr. Hal. Russ.* — [4]) transmissione *ms. Hfn., Theod. C.* — [5]) prosecutores *Theod. C., Cui., Brisson. de V. S. s. h. v.* — [6]) officium *Theod. C.* — [7]) *Cui. (ed. Fabrot.) Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [8]) *Cui. (ed. Fabrot.) Bk., Theod. C.*; Philagio, *om.* Com. Or., *Cui. in ed. prima, Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; Philagio Com. Ord. *Sp.*; *nomen et dignit. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [9]) *Theod. C. ed. Haenel.*; Byrito *Cui. (ed. Fabrot.)*; Byato *Sp.*; Beryti *Bk.* — [10]) *Cui. (ed. Fabrot.), Theod. C.*; XV. *Sp. Bk. Caeterum subscr. abest ab omnibus praeter Cui. (ed. Fabrot.) Sp. Bk.* — [11]) *Cui. (ed. Fabrot.) Bk., Theod. C.*; Cyneg. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; P. P. *om. Cui. in ed. prima, Cont.* 66. *et rell. Caeterum Bk. edidit* Imppp. Valent. Theod. et Arcad. — [12]) *Subscr. abest ab omnibus praeter Cui. (ed. Fabrot.) Sp. Bk.* — [13]) Iidem *Bk.*; *cfr. not.* 11. — [14]) P. P. *om. Cui. in ed. prima, Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; Cyneg. P. P. *om. Cont.* 62.; Imp. Leo A. *inscr. Hal. Russ.* — [15]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Cui. Bk., Theod. C.*; auri *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [16]) adverta *ed. Schf.*; aperta *vel* adverta, *Azo*; βέοτα *Bas.*, *sed Fabr. in marg.* ἀβέρτα. — [17]) *Cui. Bk., Theod. C.*; iuribus *rell. Cfr. Cui. Obss. XXVIII.* 1. — [18]) *mss. Hfn. Bg.* 1. 2., *edd. Schf. Cui. Russ. et postea rell.*; exc. aurigentenariis *Azo, secundum quem alias est* centenariis, *alias* generiis; exc. aurigariis *Hal.*; aurigenariis *alias* auri centenariis, *glossa*; τὰ τοῦ χρυσοῦ κεντηνάρια *Bas.* — [19]) *ms. Hfn., omnes libri Russardi, edd. Schf. Cui.*; necessarium *Hal. et rell.* — [20]) *Cui. (ed. Fabrot.) Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [21]) Floro P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; Floro *om. Theod. C.*; P. P. *om. Cui. in ed. prima, Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; *Iac. Gothofr. potius cogitat de Constantiano praef. praet.* — [22]) uterentur *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.* — [23]) veredariis *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. — [24]) sagorum *Azo, et sic invenit Alciat.*; saga deorum *ed. Schf.* — [25]) velpraecidere *om. ed. Schf., Theod. C.* — [26]) ut *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.* — [27]) *Theod. C., Bk.*; Neolerio *Cui. (ed. Fabrot.)*; Neobario *Sp.*; *subscr. om. rell.* — [28]) Impp. Theodos. et Arcad. AA. *Bk., etiam contra Theod. C.* — [29]) Potam. Praef. Aug. *om. Hal. Russ.*; Praef. Aug. *om. Cont.* 62. — [30]) *alias* ad eminentissimam praefecturam, *Azo.* — [31]) *Cui. (ed. Fabrot.) Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [32]) Imp. Zeno A. *inscr. Hal. Russ.*; Dextro P. P. *om. Cont. Char. Pac., Cui. in ed. prima.* — [33]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C., var. l. ap. Azon.*; pro una mutatione *Hal. et rell.* — [34]) in *ins. Hal. Cui.* — [35]) *Cui. Bk., Theod. C.*; iuribus *rell. Cfr. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [36]) *Cui. (ed. Fabrot.) Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.* — [37]) *Theod. C., Bk.*; Remitheo *Cui. Cont. et rell.*; Remisth. duc. Arm. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [38]) Armen. *om. Cui. in ed. prima, Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [39]) *Cui. (ed. Fabrot.) Sp. Bk.*; *subscr. om. rell.*

17. [a]) Idem AA. Vincentio P. P. [1]) — Nemo mulionem mutationibus deputatum vel per sollicitationem vel [2]) receptionem [3]) subtrahere audeat, decem libras argenti poenae nomine inferre [4]) formidans. Dat. XII. Kal. Mart. Mediolano, Honorio A. IV. et Eutychiano [5]) Conss. [398.]

18. [b]) Idem AA. Messalae P. P. [6]) — Animalia publica, dum longe maiore ac periniquo pretio pabula aestimantur, per mancipes atque apparitores aperte vexantur. Ne id contingat, sublimitas tua disponat, ut neque [7]) pabula mutationibus desint, neque provinciales ultra, quam institiae sinit ratio, praegraventur. Dat. XV. [8]) Kal. Decemb. Stilicone et Aureliano Conss. [400.]

19. [c]) Idem AA. et Theodosius A. Septimio [9]), Proconsuli [10]) Africae. — Comperimus, provinciales et pabula et pecuniam pro [11]) equorum cursualium [12]) solemni ratione conferre, et extrinsecus etiam [13]) paraveredorum onere praegravari. Provinciarum igitur rectores procurent, ne unquam cursus publicus veniat in querelam, et occasio deceptionis curiales vel provinciales [14]) animalia indebita praestare compellat. Dat. VII. Kal. April. Ravenna, DN. Theodosio A. I. et Rumorido Conss. [15]) [403.]

20. [d]) Idem AAA. Anthemio P. P. [16]) — Nemo ducum, ingressus semel provinciam suam, postmodum [17]) itineribus faciendis cursu atque angariis ipse sive suum utatur officium, sed expedisionem militarem iumentis propriis exsequantur [18]). De cohortalinis etiam officiis eadem lege sancimus, ne quis ex his per provinciam suam discurrens veredo uti conetur in posterum, quum sacra prohibitum sanctione cognoscant [19]). Quodsi quis ducum vel apparitorum vel cohortalium [20]) temerario animo ea, quae decernimus, contemnenda [21]) putaverit, per singula animalia, quibus usus fuerit, singularum librarum auri illatione mulctabitur. Dat. IV. Non. August. Constantinop. DD. NN. Honorio VII. et Theodosio II. AA. Conss. [22]) [407.]

21. [e]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro P. P. [23]) — Nullus penitus cuiuslibet ordinis seu dignitatis, vel sacrosancta ecclesia, vel domus regia tempore expeditionis excusationem angariarum seu parangariarum habeat.

22. Imp. Leo A. Pusaeo [24]) P. P. — Cursum clabularem [25]) ab omni Orientali tractu, nec non ab his civitatibus aliarum regionum, quarum instructio tui culminis meminit, tolli amputarique decernimus, ita tamen, ut, in transitu fortissimorum militum (quando nostra serenitas disposuerit, ex aliis ad alia eos loca deduci, evectionesque animalium secundum consuetudinem a nostra fuerint aeternitate [26]) consecuti), et in armorum tam confectione [27]) quam translatione servata consuetudine, in profectione quin etiam legatorum [28]) animalium dominis, qui ea solent accepta mercede locare, praebenda pensio arcae tui culminis imputetur. Tractorias [29]) videlicet animalium super memoratis causis nulli alii iudici, cuiuscunque sit dignitatis, nisi tuo tantummodo culmini faciendi licentiam patere, decernimus.

23. Imp. Anastasius A. Armenio P. P. [30]) — Iubemus, nemini licere, cuiuscunque scholae vel officii vel militiae seu conditionis, per totius Orientalis tractus partes ob quamcunque causam proficiscenti seu redeunti, supra unum veredum unumque paraveredum, cum evectione tamen iudiciali, movere, nisi specialis ei praestita sit nostrae serenitatis quantitatem animalium continens evectio; exceptis procul dubio his, qui pecunias publicas devehunt, quum in hac parte sine nostra quoque speciali auctoritate tanta convenit [31]) animalia moveri, quanta transvehendae pecuniae summa et eius tuitio deposcit. Quinquaginta librarum auri his feriendis condemnatione, quicunque nostra iussa quolibet modo seu tempore violaverint seu violare concesserint.

TIT. LII.

---

[a]) *hausta ex l.* 58. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5. — [b]) *l.* 60. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5.; *de legibus cum nostra iungendis cfr. not. c. ad l.* 2. *C. de discussor. X.* 30. — [c]) *l.* 64. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5. — [d]) *l.* 66. *Th. C. de cursu publ. VIII.* 5.; *Bas. LVII.* 17. 20. — [e]) *hausta videtur ex l.* 2. *C. de quibus muner. X.* 48., *et iungenda legi* 11. *C. de sacros. eccles. I.* 2.; *Bas. V.* 1. 4. *Cfr. not.* 23.

[1]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*, *Theod. C.*; Lucentio *Cui. in ed. prima*, *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; *nomen et dignit. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [2]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ.*; per *ins. Cont. et rell.* — [3]) obreptionem *ed. Schf.* — [4]) inferre *om. ms. Hfn.*, *et abest alias*, *docente Azone.* — [5]) *Theod. C.*, *Bk.*; Eutychio *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Sp.*; *subscr. om. rell.* — [6]) Mess. P. P. *om. Hal.*; Mess. *om. Russ. Cont.* 62. — [7]) neque — neque *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; nec — nec *Hal. et rell.* — [8]) V. *Theod. C.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [9]) Septimino *Theod. C.*, *probante Gothofr.* — [10]) *Theod. C.*; Proc. *Cui. Bk.*; Procur. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; et Theod. — Afr. *om. Hal. Russ.*; A. Septim. Proc. Afr. *om. Cont.* 62. *Cfr. Cramer in Zeitschr. f. gesch. RW. I. p.* 298. — [11]) *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; cursu *ins. Hal. et rell.*, *sed a Russ. cancellis includitur.* — [12]) censualium *Hal. Russ. Cont.* 62. — [13]) etiam *om. ms. Gt.*, *Theod. C.* — [14]) vel provinc. *om. Theod. C.* — [15]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [16]) Idem Aug. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62.; P. P. *om. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [17]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; in *ins. Hal. et rell.* — [18]) *ms. Hfn.*, *Bk.*, *Theod. C.*; exequatur *edd. rell.* — [19]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; cognoscat *Russ. et rell.* — [20]) officiorum *ins. Hal. et postea rell.*, *contra mss. Hfn. Gt. ed. Schf. et. Theod. C.* — [21]) contendenda *ms. Hfn.* — [22]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [23]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Cyro P. P. *om. rell.*; Imp. Anastas. A. *inscr. Hal. Russ. Mihi videtur ad Taurum P. P. data fuisse const. propter leges nostrae verosimiliter iungendas*, *cfr. not. e. Quae si vera est coniectura*, *ex illis legibus etiam constat de subscriptione.* — [24]) *Bk.*; Pusco *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *sed v. l.* 36. 1., *X.* 43. 3., *XII.* 5. 4.; Pus. *om. rell.*; Imp. Iustinus A. *inscr. Hal.*, *eodemque modo Russ.*, *sed additis* P. P. — [25]) *ms. Gt.*, *Cui. in comment. ex quibusdam codd.*; ambularem *ms. Hfn.*, *edd. Sed cfr. l.* 23. *Th. C. VIII.* 5. *et Gothofr. ad h. l.* — [26]) *ms. Hfn.*, *Cui.*; serenitate *edd. rell.* — [27]) convectione *Hal. Bk.*; evectione *ms. Gt. Cfr. l.* 7. *C. XI.* 9. — [28]) ligatorum *ms. Hfn.*, *var. l. ap. Azon.*; locatorum *ms. Gt.* — [29]) tractatorias *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62.; *cfr. tit. seq. in rubr.* — [30]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Armenio P. P. *om. rell. Quem Armenium praef. praet. alias non inveni*, *et propterea emendaverim* Anthemio, *ut X.* 16. 13., *X.* 19. 9. *Hal. et Russ. inscr.* Imp. Iustinian. A. — [31]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; conveniat *Russ. et rell.*

Tit. LII. [LI.]

DE TRACTORIIS [1]) ET STATIVIS [2]).

1. [a]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino P. P. [3]) — Tractoriae [4]) cum stativis solitis tantummodo bidui [5]) tempus accipiant. Nulli vero penitus cum necessariis sibi personis [6]) praebeantur, nisi his tantummodo, qui animalia atque equos sacro usui necessarios [7]) prosequuntur [8]); ita tamen, ut his dimissis in tractoriarum corpore [9]) quinque dierum numerus adscribatur, ut nullus ultra [10]) hoc temporis spatium ad residendum, in quo libitum fuerit loco, copiam nanciscatur. Dat. VII. Kal. Septemb. Constantinop. Arcadio A. II. et Rufino Conss. [11]) [392.]

Tit. LIII. [LII.]

DE APPARITORIBUS PRAEFECTORUM PRAETORIO [12]) ET PRIVILEGIIS EORUM.

1. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. Mamertino P. P. [13]) — Praefecturae corniculariorum, qui annis singulis exeunt, post transactos corniculos nostram adorare purpuram volumus; quo honore perfunctis, quum iam missionem tenuerint, liberum otium damus, ut ad susceptionem vel cuiuslibet necessitatis officium minime devocentur. Dat. III. Kal. Febr. Mediol. Valentiniano et Valente AA. Conss. [14]) [365.]

2. [c]) Iidem AA. [15]) Zosimo, Praesidi Epiri novae [16]). — Praefectianos [17]) ad perniciem provincialium exactionibus in provinciis, vel potius lucris et quaestibus suis sese immiscere vetamus. Praeterea [18]) vel horreorum gerere custodiam, vel curarum [19]) ius atque arbitrium sibi praesumere his denegamus. Horum si quis praesentis legis temerator existat, volumus eum competenti motu et indignatione percelli [20]). Dat. XIV. Kal. Decemb. Mediol. Valentiniano et Valente IV. AA. Conss. [21]) [373.]

3. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Zoilo P. P. [22]) — Cornicularii et primiscrinii, numerarii insuper, qui, in officio tuae sublimitatis per ordinem obsequiis militiae terminatis, desideratam laborum requiem sortiuntur, pro multis erga rempublicam sudoribus ab omnibus indictionibus tam militarium quam civilium iudicum semper habeantur immunes, et civilium tantum iudicum, non etiam militarium, iurisdictioni subiaceant. §. 1. Huic sanctioni addendum esse censemus, ut, si quis praefectianus [23]), dum militat, vel post depositum cingulum, sine testamento, quod legibus comprobatur, nullisque ab intestato successoribus derelictis, fati munus impleverit, omnes eius patrimonii facultates provisione [24]) magnificae tuae sedis non fisci viribus [25]), sed arcae tui culminis rationibus vindicentur. §. 2. Scriniariis autem et exceptoribus caeterisque, qui in officio tui culminis merent [26]), quum in legione prima adiutrice nostra militant, audientiam tantummodo in causis, in [27]) quibus pulsantur, tuae celsitudinis [28]) deputamus. In provinciis vero commorantes, rectoribus earum eos respondere iubemus, nisi publicum officium aliquod eis iniunctum sit.

Tit. LIV. [LIII.]

DE APPARITORIBUS PRAEFECTI URBIS.

1. [e]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. [29]) Principio P. P. [30]) — Praeter eos, qui de officio eminentium potestatum, numero stipendiorum et curriculis evolutis, urbisque praefecturae [31]) serenitatis [32]) nostrae annis singulis attingere purpuram venerarique praecepti sunt, nulli prorsus eorum, qui provincialia officia peregerunt [33]), tranquillitatis nostrae muricem adorare sit liberum, omnium suffragiorum obreptione cessante. Dat. XIV. [34]) Kal. Octob. Aquileia, Arcadio A. [35]) et Bautone V. C. Conss. [36]) [385.]

2.

---

[a]) *l.* 2. *Th. C. de tractoriis. VIII.* 6. — [b]) *hausta ex l.* 8. *Th. C. de divers. offic. VIII.* 7. — [c]) *hausta ex l.* 1. *Th C. ne praefectianus. XII.* 10. — [d]) *iungenda videtur l.* 6. *C. de castr. pec. mil. XII.* 37. — [e]) *hausta ex l.* 16. *Th. C. de divers. offic. VIII.* 7.; *fortasse iungendae l.* 7. *C. de annon. X.* 16. *et l.* 1. *C. de fundis limitroph. XI.* 59.

[1]) tractatoriis *Hal. Russ. Cont.* 62., *et sic saepius*; tractatoribus *ed. Schf. Sed cfr. Theod. C. VIII.* 6. *in rubr.*, *et Eustath. cap.* 4. *de duobus diebus* (*ed. Zachariae p.* 128. *not.* 70.), *secundum quem graece est* τραχτωρεῖαι; *in vett. glossis verbor iur.* (*Otto Thes. III. p.* 1812.) *est* τραχταῶρια. — [2]) statuis *ms. Hfn.*; statutis *ed. Schf. Veram lect. restituit Alciat. Graeci* σταῖβα, *cfr. Eustath. l. c. et vett. glossae cit.* — [3]) Imp. Constantin. A. *inscr. Hal. Russ.*; *Honorium delet Bk.*, *contra Theod. C.*; Rufino P. P. *om. omnes*, *praeter Cui. Sp. Bk.* — [4]) Tractatoriae *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal.*; Tractatores *Russ. Cont.* 62. — [5]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; biduum *Russ. et rell.*; biduum *alias* bidui, *Azo.* — [6]) sibi personis *om. Theod. C.* — [7]) necessarios *alias* deputatos, *Azo.* — [8]) persequuntur *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62. — [9]) praefinitus *ins. Theod. C.* — [10]) intra *Russ. aliique in notis.* — [11]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [12]) praetor. *om. ms. Hfn.* — [13]) Imp. Leo A. *inscr. Hal. Russ.*; Mamert. P. P. *om. Cont.* 62. — [14]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [15]) et Gratian. A. *ins. Bk.*, *contra Theod. C.* — [16]) Zosimo — novae *om. Hal. Russ.* — [17]) Praefectiarios *ms. Hfn.*, *Hal. Russ. Cont.* 62., *Azo.* — [18]) Propterea *alias* praeterea, *Azo.* — [19]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; curiarum *Hal. et rell.* — [20]) propelli *ms. Hfn.*; *alias* propelli *alias* perpelli, *Azo.* — [21]) *subscr. om. Hal.* — [22]) Imp. Anastas. A. *inscr. Hal. Russ.*; Zoilo *om. Cont.* 62. — [23]) praefectiarius *Hal. Russ. Cont.* 62.; *cfr. not.* 17. *ad l. praeced.* — [24]) pro iussione *var. l. ap. Azon.* — [25]) *Cui. Bk.*; iuribus *edd. rell. Cfr. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [26]) inhaerent *ms. Gt.*, *ed. Schf.* — [27]) in *om. ms. Gt.* — [28]) *ms. Hfn.*, *Hal. Cui. Russ. Cont.* 62. *Bk.*; celsitudini *rell.* — [29]) Valentin. Theod. et Arcad. AAA. *Bk. Sed. v. not.* 29. *ad l.* 7. *C. X.* 16. *In Theod. C. est* Iidem AA. (*scil. Valent. et Theod.*) et Arcad. A. — [30]) Princ. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [31]) urbique praefecti *Theod. C.*; urbis quoque praefecturae *ed. Schf.* — [32]) et serenitatis *edd. Schf. Hal. Cont.* 62.; et severitatis *Russ.* — [33]) *mss. Hfn. Gt.*, *Theod. C.*; peregerint *edd.* — [34]) VIII. *l.* 7. *C. X.* 16.; XVIII. *l.* 1. *C. XI.* 59. — [35]) *I. ins. Bk. ex Theod. C.* — [36]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.*

2. [a]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio P. P. [1]) — Quicunque illustris urbanae sedis apparitor clandestina fraude pistorem concusserit, concussus atque convictus perpetui [2]) panificii [3]) nexibus addicatur [4]). Dat. VII. Kal. Ian. Ravennae, Honorio A. XI. et Constantio [5]) II. V. C. Conss. [417.]

Tit. LV. [LIV.]

DE APPARITORIBUS MAGISTRORUM MILITUM ET PRIVILEGIIS EORUM [6]).

1. [b]) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Arthemium [7]), Correctorem. — Qui sese in officiis magistrorum equitum ac peditum militare [8]) monstraverint, ab omni nominationis iniuria excusentur. Dat. XIII. Kal. Octob. Aquileia. Acc. XV. Kal. Novemb. Salerni, divo Ioviano et Varroniano Conss. [9]) [364.]

2. [c]) Iidem AA. Mamertino P. P. [10]) — Qui [11]) in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt, ordinis sint [12]) militaris [13]).

3. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Basso P. P. [14]) — Probari apparitores magisteriae potestatis neque curiales neque cohortales [15]) neque censibus volumus adscriptos [16]). Dat. prid. Non. Mart. Constantinop. Cyro V. C. Cons. [17]) [441.]

4. Iidem AA. Apollonio, Magistro militum praesentali, et Anatolio, Magistro militum per Orientem [18]). — Numerarios virorum illustrium magistrorum militum, tam praesentalium quam Orientalium, qui ordine et [19]) stipendiis militiae fuerint decorati, exeuntes tribunis praetorianis partis militaris, sudoribus eorum beneficium deferentes, sociari praecipimus; ita videlicet, ut post completam militiam ab omnibus indictionibus tam militarium quam civilium indicum semper habeantur immunes. Principatus vero munere functos tribunis vigilum militaribus aggregari volumus.

5. [e]) Imp. Anastasius A. [20]) . . . . [21]) Magistro militum [22]). — Eos, qui in officiis vestris [23]) merentes statutorum tantummodo numero inserti sunt, fori praescriptione muniri, caeteros vero, qui supra [24]) huiusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes, et apud illustrissimas praefecturas et apud clarissimos provinciarum rectores de quolibet pulsari et conveniri et sine cingulo praescriptione respondere negotio sancimus [25]).

Tit. LVI. [LV.]

DE APPARITORIBUS PROCONSULIS ET LEGATI.

1. [f]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. [26]) ad Flavianum [27]), Proconsulem Africae. — Officio, quod tuis meritis obsecundat, non curialem quemquam, nec ex caeteris corporibus

---

[a]) *l.* 22. *Th. C. de pistor. XIV.* 3. — [b]) *fons est l.* 1. *Th. C. de privil. apparit. VIII.* 3. — [c]) *Bas. LVI.* 17. 2. (*T. VI. p.* 738.). *Secundum Iac. Gothofr. nostra const. hausta est ex l.* 6. *Th. C. de susceptor. XII.* 6., *idque amplexus est Bk., quemadmodum subscr. ab eo restituta declarat.* — [d]) *hausta ex Nov. Theod. XIV.; iungenda l.* 33. *C. de appellat. VII.* 62., *et fortasse l.* 18. *C. de agric. XI.* 47. — [e]) *hanc const. etiam ex Nov. Theod. XIV. haustam censet Ritter. not. dd. ad Nov. cit., et in eadem sententia sunt Cui.* (*ed. Fabrot.*) *et Bk., ut inscr. et subscr. ab iis editae docent. Sed quamquam aliquoties acciderit, ut una const in duas pluresve partes eidem titulo insertas discinderetur* (*cfr. l.* 7. 8. 9. *C. I.* 55.), *hoc tamen sine exempl. est, eiusmodi partes non continuo positas fuisse, sed ita separatas, ut alia const. alius aetatis inter eas interiiceretur. Accedit, quod Anastasium plerique libri exhibent* (*cfr. not.* 20.), *et quod post Theod. et Valent. etiam alii Impp. eiusdem argumenti leges tulerunt, cuius est nostra const., quemadmodum docet l.* 3. *C. de off. mag. mil. I.* 29. — [f]) *hausta ex l.* 4. *Th. C. de off. procons. I.* 12.

[1]) Pallad. P. P. *om. Cont.* 62.; Impp. Arcad. et Honor. AA. *inscr. Hal. Russ.* — [2]) perpetuis *Theod. C.* — [3]) *ms. Hfn., Cui., Theod. C.*; panificii *Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Sp. Bk.*; beneficii *ms. Bg.* 1., *ed. Schf. Glossa sic monet:* „*si habes* beneficii, *habeas* abdicetur (*et sic est in ed. Schf.*), *si* panificii, *habeas tunc* addicetur.“ — [4]) *mss. Hfn. Gt., Azo, Theod. C.*; addicetur *Hal. et rell. Cfr. not. anteced.* — [5]) *Cui. Russ. Char. Pac., Theod. C.*; Constantino *Sp. Bk. Subscr. om. Hal. Cont.* — [6]) militum — eorum *om. ms. Hfn.* — [7]) Artemium *Cui. Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.*; Imppp. Valent. Val. et Grat. AAA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [8]) militasse ac *ins. Theod. C.* — [9]) *subscr. om. Russ. Cont.* — [10]) Impp. Theod. et Valent. AA. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [11]) Quicunque *Hal.* — [12]) sunt *ms. Gt., ed. Schf.* — [13]) *Bk. subscriptionem ex l.* 6. *Th. C. cit.* (*cfr. not. c.*) *sic restituit:* Dat. XV. Kal. Aug. Valentiniano et Valente AA. Conss. (365.). *At non satis certum esse videtur, nostram const. ex l.* 6. *cit. manasse.* — [14]) Ariovindo Mag. mil. *Nov. Theod., Bk.*; *equidem non ausus sum recedere a Cuiacio, qui haud dubie ex codd. Bassum restituit, maxime quum nec l.* 18. *C. XI.* 47. *nec l.* 33. *C. VII.* 62. *Ariovindum in inscr. habeat. Martiano Imp. tribuitur nostra const. ab Hal. Russ.* — [15]) *mss. Hfn. Gt., Hal. Bk., Nov. Theod.*; neque in aliquo officio cohortales, *om.* neque curiales, *Cui. adstipulante ed. Schf.*; neque curiales in aliquo officio neque cohortales *Russ. Cont. et rell.* — [16]) *ms. Hfn., ed. Schf., Nov. Theod.*; adscriptos volumus *Hal. et rell.* — [17]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Cont.* 76. *Sp. Bk., Nov. Theod.*; *subscr. om. rell., etiam Cui. in ed. prima.* — [18]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *Bk.*; *nomina et dignitates eorum, ad quos data est const., om. Hal. Russ. Cont.* 62.; Apollonio, *rell. omissis, Cui. in ed. prima Cont.* 66. *et rell.* — [19]) et *om. ms. Hfn.* — [20]) *Cui. in ed. prima, Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Imp. Zeno A. *Hal. Russ.*; Iidem AA. *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.* (*cfr. not. e.*); *verum et ms. Hfn.* Imp. Ant. (*crebro vitio pro* Anast.) A. — [21]) Ariobino *ins. Cui.* (*ed. Fabr., at non in ed. prima*); Ariovindo *ins. Bk.*; *uterque haud dubie eo adductus, quod in Nov. Theod. XIV. fontem nostrae const. quaererent.* — [22]) Mag. mil. *om. Hal.*; Mag. offic. *Russ. Cont.* 62., *vix aliunde quam ex glossa, quae ad v.* vestris *adnotat:* „*loquitur magistro officiorum.*“ *Ex quo verbo coniecerim, nomen non excidisse, sed inscriptum fuisse:* A. magistris militum. — [23]) nostris *Russ. Cont.* 62. — [24]) super *Hal. Cui.* — [25]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Sp. Bk. ita subscribunt cum Nov. Theod.:* Dat. II. Non. Mart. CP. Cyro V. C. Cons. (441.), *quam subscr. merito mihi sprevisse videntur edd. rell.*

[26]) Imp. Constant. A., *omissa rel. inscr., Hal. Russ.*; *Bk. reiecto Valentiniano addit Honorium, recte secundum chronolog., at contra Theod. C.* — [27]) *Cui. Cont.* 66. 76. *Bk.*; Flavium *Cont.* 71., *haud dubie vitio typogr., in quo perseverant Char. Pac. Sp.*; Flaviano *Theod. C.*; Flav. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. *Ab Hal. Russ. etiam abest dignitas, quam Russ. in marg. restituit.*

bus volumus [1]) aggregari; ac [2]) si qui erunt inter apparitores huiusmodi, restitui eos debitis muniis [3]) mox iubemus. Dat. Non. Octob. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [4]) [393.]

2. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. [5]) Victorio, Proconsuli Africae, et Dominatori, Vicario Africae [6]). — Apparitioni tuae et legatorum quadringentos censuimus deputandos, de his duntaxat, quos sibi esse detractos reipublicae membra non queruntur [7]). Dat. XII. Kal. Iun. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [8]) [398.]

3. [b]) Iidem AA. [9]) Messalae P. P. [10]) — In proconsulari provincia officium proconsulare postulet, quod exigere consuevit, nec alienis se partibus impudenter inserat. Dat. III. Kal. Octob. Altino [11]), Theodoro V. C. Cons. [12]) [399.]

Tit. LVII. [LVI.]

DE APPARITORIBUS COMITIS ORIENTIS.

1. [c]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. [13]) Rufino, P. P. Orientis [14]). — In officio comitis Orientis non amplius, quam sexcenti apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus novimus abunde suppetere [15]). Dat. III. Kal. Ian. [16]) Heracleae, Arcadio III. et Honorio II. AA. Conss. [17]) [394.]

Tit. LVIII. [LVII.]

DE COHORTALIBUS [18]), PRINCIPIBUS, CORNICULARIIS AC PRIMIPILARIBUS [19]).

1. [d]) Imp. Constantinus A. edicto suo ad Afros [20]). — Omnes stationarii [21]) neque superex actionem audeant, neque carcerem habeant, neve quis personam, licet pro manifesto crimine, apud se habeat in custodia, sciens, quod, si quid tale fuerit commissum, capite puniendus est. PP. VI. Id. Mai. Karthag. Constantino A. IV. et Licinio IV. Conss. [22]) [315.]

2. [e]) Impp. Constantius [23]) et Constans AA. [24]) Tauro P. P. [25]) — Nullus iudicum quemquam sine sacra probatoria probare audeat vel provehere. Excipimus tamen [26]) officia provincialia [27]) cursus publici sollicitudinem sustinentia; nec enim tanto muneri adminiculum denegari publica permittit utilitas. Dat. VI. Kal. Ian. [28]) Med. [29]) Acc. VIII. Id. Iul. Datiano et Cereale Conss. [30]) [358.]

3. [f]) Impp. Valentinianus et Valens AA. [31]) Festo, Consulari Syriae [32]). — Solita cohortalibus Syriae [33]) privilegia, quae a divo Diocletiano porrecta sunt atque concessa, nos quoque porreximus, ac iubemus, eos non ad sollicitudinem bastagae [34]), non ad functionem navicularium devocandos, non invitos curialibus coetibus adscribendos, verum peracto labore militiae, pastus [35]) primipili competenti sedulitate functione transacta, praerogativam his recusationis offerimus. Dat. VI. Non. Octob. Valentiniano et Valente AA. [36]) Conss. [37]) [365.]

4. [g]) Iidem AA. et Gratianus A. Prob P. P. [38]) — Officia rectorum provinciarum tuae magnificentiae literis volumus admoneri, ut susceptos in officio proprio vel probatos cohortium nomine vel legionum [39]) privilegiis aestiment [40]) inserendos [41]) Dat. XVI. [42]) Kal. Iun. Modesto et Arintheo Conss. [372.]

5.

---

[a]) *hausta ex l.* 6. *Th. C. de off. procons. l.* 12. — [b]) *hausta ex l.* 7. *Th. C. de off. procons. l.* 12.; *fortasse iungenda l.* 3. *C. de apparit. praef. annon. XII.* 59. — [c]) *hausta ex l.* 1. *Th. C. de off. com. Or. l.* 13.; *fortasse iungendae l.* 4. *C. de episcop. aud. l.* 4. *et l.* 4. *C. de spectac. XI.* 40. — [d]) *hausta ex l.* 2. *Th. C. de cohortal. VIII.* 4.; *Bas. LVI.* 17. 1. (*T. VI. p.* 738.) — [e]) *hausta ex l.* 7. *Th. C. de divers offic. VIII.* 7. — [f]) *l.* 11. *Th. C. de cohortal. VIII.* 4. — [g]) *l.* 12. *Th. C. de cohortal. VIII.* 4.

[1]) nec plebeia stirpe progenitum volumus *Theod. C.* — [2]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; at *Hal. et rell.* — [3]) *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; muniis debitis *Hal. et rell.* — [4]) *hanc subscr. primus restit. Bk. ex Theod. C.* — [5]) Imppp. Valentin. Valens et Grat. AAA. *Hal. Russ.* — [6]) *Theod. C.*, *Bk.*; *nomina et dignit. eorum*, *ad quos data est const.*, *om. Hal.*; Procons. Afr., *om.* Victor. et Dominat. Vic. Afr., *Russ. Cont.* 62.; Dominatori Proc., *rell. omissis*, *Cui.*; Dominatori Procons. Afr., *rell. omissis*, *Cont.* 66. *et rell. Sed cfr. Haenel. not. i. ad l.* 4. *Th. C. cit.* — [7]) querentur *Theod. C.*; querunt *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; quaerunt *Hal. Cui. Russ.* — [8]) *subscr. ex Theod. C. primus restituit Bk.* — [9]) *Cui. Cont.* 76. *Bk.*; Impp. Arcad. et Honor. AA. *Hal. et rell.*; *cfr. not.* 5. *ad l. anteced.* — [10]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Cont.* 76.; Messal. Pf. P. et... Pf. annonae *Bk. ex Theod. C.*, *cuius scriptura haud dubie depravata est*, (*cfr. Haenel. not.*** *ad l.* 15. *Th. C. XI.* 7., *ubi Vesmii ingeniosa emendatio laudatur*); Messal. P. P. *om. rell.* — [11]) Altini *Bk.* — [12]) *hanc subscr. ex Theod. C. primus restit. Bk.* — [13]) *Theod. C.*, *Bk.*; *Arcadium et Honorium om. Cont.* 62., *Honorium autem Cui. Cont.* 66. *et rell.*; Imp. Zeno A. *inscrib. Hal. Russ.* — [14]) *Theod. C.*, *Bk.*; Orient. *om. Cui.* (*ed. Fabrot.*); Rufino — Orient. *om. rell. In uno cod. Russardi desunt vv. seqq.* In offic. com. Orient.; *quae lacuna indicio est, etiam in Cod. Iust. Rufini dignitatem plene exhibitam fuisse, ut in Theod. C. Cfr. not.* 33. *ad l.* 3. *tit. seq.* — [15]) sufficere *omnes libri Russardi*, *ed. Schf.* — [16]) Iun. *mavult Haenel.* — [17]) *subscr. abest ab omnibus excepto Bk.*, *qui eam ex Theod. C. restituit.* — [18]) coartalibus *ed. Schf.*, *et sic saepius*; *eaque lectio vulgatissima fuit ante Alciatum, qui veriorem restituit.* — [19]) *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C. VIII.* 4. *in rubr.*; primipilatoribus *mss. Hfn. Gt.*; primipilariis *Hal. et rell.* — [20]) edicto — Afros *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [21]) *alias* officiarii, *Azo.* — [22]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [23]) *Cui. in ed. prima*, *Theod. C.*; Constantinus *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Cont. et rell. Cfr. not. seq.* — [24]) Imppp. Theod. Arcad. et Honor. AAA. *Hal. Russ.*; Imp. Constantius A. et Iulianus C. *Bk.*, *recte secundum chronolog.*, *at contra Theod. C.* — [25]) Tauro P. P *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [26]) praecipimus tantum *Cui. in ed. prima*; excipimus tantum *Cui.* (*ed. Fabrot.*). *Utrumque contra Theod. C.* — [27]) provincialia *om. Theod. C.* — [28]) Iun. *Theod. C. ed. Haenel.* — [29]) *Cui. Char. Pac.*, *Theod. C. ed. Haenel.*; Mediol. *Sp. Bk. Sed cfr. Haenel. not. q.* — [30]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [31]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; Impp. Arcad. et Honor. AA. *Hal. Russ.*; Imppp. Valentin. Val. et Grat. AAA. *Cont. et rell.*, *quod placet Gothofredo et Haenelio.* — [32]) Festo Cons. Syr. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [33]) Solita cohort. Syriae *om. mss. Hfn. Gt.*, *Azo*; *huic lacunae*, *cuius et glossa meminit*, *inscriptio ansam dedit.* — [34]) bastagiae *Hal. Russ. Cont.* 62. — [35]) post *et mox* functionem transactam *edd. Schf. Hal.*; fastus *var. l. gl. Sed cfr. l.* 7. *h. t.* — [36]) *II.*, *ut sit a.* 368., *inserere malunt Gothofr. et Haenel. Cfr. not.* 31. — [37]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [38]) et Grat. A. Probo P. P. *om. Hal. Russ.* — [39]) legionumve *ms. Hfn.*, *Theod. C.*; et legionum *mavult Cui. ex Graecis.* — [40]) *edd. Schf. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; existiment *edd. rell.* — [41]) inferendos *ed Schf.*, *omnes libri Russardi.* — [42]) XV. *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *at non in ed. prima. Subscr. om. Hal. Russ. Cont.*

5. [a]) Idem AAA. [1]) Modesto P. P. [2]) — Quicunque per Osroënam [3]) primipilarium [4]) maiore laetatur numero filiorum, unum loco suo veluti hereditario iure substituat, alterum pro amore patriae Aedesenae [5]) curiae tradat obsequiis, caeteris qua voluerit militia [6]) provisurus. Sin autem duos tantum procreaverit, cohorti satisfacere cogatur et curiae. Quodsi unum procreaverit, eundem ordini patriae restituat, nullo contra hanc formam beneficio valituro. Damus sane licentiam tam patribus eorum quam ipsis, qui huius legis auctoritate civitatum obsequio aggregantur, ut, si quos curiales patrocinio principalium invenerint excusari, in medium proferant, ut et ipsi similibus officiis deputati pareant [7]) impetratis. Dat. III. Non. Decemb. Antiochiae, post consulatum Gratiani A. III. et Equitii V. C. [8]) [375.]

6. [b]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [9]) AAA. Neoterio [10]) P. P. — Si apparitor diffugerit [11]) criminosus, edictum, quo revocari possit, adiecta conditione legibus subsequatur; cui nisi fuerit satisfactum, merito in latitantem a iudice pro qualitate peccati sententia proferetur [12]). Veniam enim talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina sublevamus. Dat. prid. Id. Iun. Mediol. Arcadio A. I. et Bautone Conss. [13]) [385.]

7. [c]) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius [14]) AAA. Tatiano P. P. [15]) — Ordinariorum iudicum apparitores, qui vel speculatorum vel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla stipendiorum contemplatione laxentur, priusquam primipili pastum digesta ratione compleverint. Quodsi ante debitum locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel aegri corporis labem vel defessae [16]) senectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit praetendenda, non prius otio condonetur, quam omne, quod primipilo debetur, expenderit. §. 1. Eos etiam, qui pro sceleribus suis soluto militiae cingulo addicuntur infamiae, ne [17]) integro peculio sub hac occasione laetentur [18]), ita condignae ultioni [19]) volumus subiacere, ut functioni quoque, quae extremae [20]) militiae debetur, nihil ex eorum facultatibus subtrahatur. Dat. III. Non. Mai. Mediol. Timasio et Promoto Conss. [21]) [389.]

8. [d]) Impp. Arcadius et Honorius AA. [22]) Euthymio, Vicario Asiae [23]). — Speciebus [24]) primipilaribus adaerandis [25]) eadem pretiorum taxatio servetur, quae in venalibus publicis poterit reperiri. Dat. V. Kal. Mart. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [26]) [396.]

9. Idem AA. [27]) Clearcho, P. P. Illyrici [28]). — Per Illyricum, in quo plurima ac maxima necessitatum publicarum emolumenta officiis constat praesidalibus expediri, centeni numero singulis iudicibus obsecundent; nec ultra hunc modum vel ad militiam ullus adspiret, vel conniventia iudicum perseveret. Adhibendi autem sunt ad huiusmodi ministeriorum obsequia non illi, qui vano militiae nomine immania [29]) lucra sectentur, sed qui necessitatem officii sollicitudinibus debitis exsequantur.

10. [e]) Idem AA. et Theodosius A. Anthemio P. P. [30]) — Quicunque [31]) chartas vel tabulas vel quodcunque aliud ministerium cohortalis optaverit, non ante accedere permittatur, nisi eius nomen matriculis receptum primitus fuerit; poena proposita his, qui contra statuta coelestia crediderint suscipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium iniungendum. Dat. XVI. Kal. April. Constantinop. DD. NN Honorio VII. et Theodosio II. AA. Conss. [32] [407.]

11. [f]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio P. P. [33]) — Si quis ex grege cohortalinorum urgente criminis insectatione stipendiis fuerit exemtus, aut otio [34]) traditus quietis artibus immoretur, aut si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare, indultum nostrae maiestatis oraculum amplissimae tuae sedi offerat allegandum. Dat. XIII. Kal. Mart. Constantinop. Honorio X. et Theodosio VI. AA. Conss. [35]) [415.]

12. [g]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Isidoro P. P. [36]) — Si cohortalis apparitor aut obnoxius cohorti ad ullam [37]) adspiraverit dignitatem, spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus, ad statum pristinum revocetur; liberis etiam in tali eius conditione susceptis fortunae patriae mancipandis.

---

[a]) *l.* 79. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [b]) *hausta ex l.* 15. *Th. C. de cohortal. VIII.* 4. — [c]) *l.* 16. *Th. C. de cohortal. VIII.* 4. — [d]) *hausta ex l.* 19. *Th. C. de cohortal. VIII.* 4. — [e]) *hausta ex l.* 20. *Th. C. de cohortal. VIII.* 4.; *fortasse iungenda l.* 17. *C. de iure deliber. VI.* 30. — [f]) *hausta ex l.* 26. *Th. C. de cohortal. VIII.* 4. — [g]) *hausta ex l.* 30. *Th. C. de cohortal. VIII.* 4., *addita* §. 2. *ex l.* 28. *eod.*; §. 1. *nostrae const. repetita est in l.* 55. *C. de decurion. X.* 31.; *unde* §. 3. *fluxerit, nescio.*

[1]) Imppp. Valens, Grat. et Valentin. AAA. *Bk.*, *contra Theod. C.*; Iidem AA. *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac.* — [2]) Modesto P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [3]) Osdrenam *ed. Schf.*; Osdroënam *Hal. Bk.*; Osdrosenam *Russ. Cont.* 62. — [4]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; primipilaris *ms. Hfn.*; primipilariis *ed. Schf.*; primipilarius *Hal. et rell.* — [5]) *ms. Hfn.*, *omnes codd. Russardi, Cui. Cont.* 66. *et postea rell.*; *consentit Theod. C. et gl.*; Osdrenae *ed. Schf.*; Osdroënae *Hal*; Osdrosenae *Russ. Cont.* 62.; Desenae *Azo.* — [6]) quam vol. militiam *ms. Gt.*, *Theod. C.* — [7]) careant *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *eaque lect. placet Iac. Gothofredo*; *sed secundum Russ. in marg. in pluribus et melioribus est* pareant, *quod confirm. Theod. C.* — [8]) *subscr. om. Hal. Cont. Char. Pac.* — [9]) Valent. Theod. et Arcad. AAA. *Bk.*, *ex fastis*, *at contra Theod. C.*; *etiam ms. Hfn.* Imp. Grat. A.; Impp. Honor. et Theod. AA. *Hal. Russ.* — [10]) *Bk cum Theod. C.*; Neotherio *Cui. Cont.* 66. *et rell.*; Neot. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [11]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*, *Azo*, *Theod. C.*; defugerit *Hal. et rell.* — [12]) proferatur *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Russ. Cont.* 62., *Azo.* — [13]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [14]) Iidem *Bk.* (*cfr. not.* 9. *ad l. anteced.*), *sed* Imp. Val. *ms. Hfn.*; Imp. Theodos. A. *Hal. Russ.* — [15]) Tat. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [16]) defensae *ms. Hfn.* — [17]) nec *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Russ.*, *contra Theod. C. et ms. Hfn.* — [18]) laetantur *Hal.* — [19]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; eos *ins. Hal. et rell.* — [20]) extrema *Cui. Bk.*, *Theod. C.*, *in quo mox est* debebatur. — [21]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [22]) Imp. Valentin A. *Hal. Russ.* — [23]) Eyth. Vic. As. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [24]) In speciebus *Bk. ex Theod. C.* — [25]) *alias* adimendis, *alias* adhaerendis *glossa.* — [26]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [27]) Idem Aug. et Martianus A. *Hal. Russ.* — [28]) *Cui.* (*ed. Eubrot.*), *apud quem vitio typ. est* Cleatcho, *Bk.*; Clearcho — Illyr. *om. rell. Mihi maxime dubius est hic magistratus, quum sub Arc. et Hon. Clearchum praef. praet non invenerim.* — [29]) inania *var. l. gl.* — [30]) Iidem Aug. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [31]) ad *ins. Cui. Bk.*, *Theod. C.* — [32]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [33]) Imp. Leo A. *inscr. Hal. Russ.*; Anthem. P. P. *om Cont.* 62. — [34]) optio *ms. Hfn.* — [35]) *subscr. om Hal. Russ. Cont.* — [36]) Imp. Zeno A. *inscr. Hal. Russ.* — [37]) posthac *ins. Theod. C.*

pandis. §. 1. Quodsi quis ex his ausus fuerit ullam affectare militiam, nulla praescriptione temporis muniatur, praeter eam scilicet, quae ex quadraginta [1]) annis colligitur, sed ad conditionem propriam retrahatur, ne [2]) ipse vel liberi eius [3]), post talem ipsius statum procreati, quod cohorti debetur, valeant declinare. §. 2. Sed nec ad aliam cohortalinus vel cohortalini filius audeat adspirare fortunam, cui maiorum suorum exempla praeiudicant. §. 3. Sed etiam cunctos, qui diversarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas scilicet, vel gemmarum argentique vestiumve [4]) venditores, apothecarios etiam, caeterosque institores aliarum mercium quibuscunque ergasteriis adhaerentes, iubemus a provincialibus officiis removeri, ut omnis honor atque militia a [5]) contagione huiusmodi segregetur. Dat. III. Non. April. Constantinop. Isidoro et Senatore Conss. [6]) [436.]

13. Idem AA. Florentio P. P. [7]) — Nullum ex-primipilaribus, nullum ex-principe [8]) cohortalis officii vel ad aliam posse militiam adspirare, vel ministeriis sibi contra publicam utilitatem blandiri, vel ad quamlibet aliam dignitatem ad praeiudicium [9]) praeteriti status accedere concedimus. Quodsi contra hanc tam [10]) saluberrimam formam vel responsa coelestia quaedam militia aut dignitas audacter eliciatur, pro ingestis haberi, etiamsi speciali adnotatione nostrae indulgentiae eam obtinuisse videatur, nec assertionem ei quoquo modo patere, qui se memoratis artibus publicae studet commoditati subtrahere, sed statim civitatis, unde oriundus est, curiae tradi praecipimus.

14. [a]) Imp. Leo A. Constantino P. P. [11]) — Quisquis cohortalibus adhuc obsequiis obligatus vel regimen provinciae, vel cingulum cuiuslibet militiae dignitatisve quoquo modo meruerit, ante omnia contra licitum usurpatis impetratisve careat, etiamsi ultronea nostra liberalitate ius gerendae provinciae vel militiae seu dignitatis [12]) cuiuspiam sibi iactaverit fuisse delatum. Dehinc universis solatiis conditionis, quam spreverat [13]), defraudatus, ne quid eorum omnino per se vel per interpositam personam possit acquirere, primipili tantum munus implere cogatur; mox curialibus civitatis, in qua natus est, in diem vitae suae functionibus inhaesurus, ita scilicet, ut etiam hi, qui post impletam talem militiam quodlibet militiae dignitatisve genus affectaverint, curiae patriae suae restituantur. Dat. VI. Kal. Ian. [14]) Constantinop. Leone A. IV. et Probiano Conss. [471.]

Tit. LIX. [LVIII.]

DE APPARITORIBUS PRAEFECTI ANNONAE

1. [b]) Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. [15]) ad Rufinum P. U. [16]) — Apparitores urbanae praefecturae annonario officio sese non inserant [17]), sed apparitorum aemulatione secreta, ministerio suo annonae praefectura fungatur [18]). Dat. III. Id. Iul. Valente V. et Valentiniano AA. Conss. [19]). [376.]

2. [c]) Impp. Arcadius et Honorius AA. [20]) Messalae P. P. [21]) — Praefectus annonae canonem, qui ad officium suum pertinet, per compulsores suos exigat, et cum [22]) officio suo retineatur obnoxius, qui ad implendum canonem devotionis suae exactionem non ostenderit.

Tit. LX. [LIX.]

DE DIVERSIS OFFICIIS ET APPARITORIBUS IUDICUM [23]) ET PROBATORIIS EORUM.

1. [d]) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Severo, Magistro militum [24]). — Si quando praefectus praetorio vel vicarius aut rector provinciae significaverit, eum, qui chartis ac ratiociniis publicis invenitur obnoxius, ad praeposituram [25]) castri ac militum transiisse, retractus illi assignetur officio, a [26]) quo ad necessitatem praestandi ratiocinii devocatur; in [27]) reiecti vero locum is potissimum destinetur, cui meritorum [28]) adstipulentur [29]) insignia. Dat. X. Kal. Ianuar. Gratiano A. II. et Probo Conss. [30]) [371.]

2. [e]) Imppp. Gratianus, Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAAA. [31]) Eusignio P. P. [32]) — Nullus ex his, quos claruerit militia resolutos, indebita denuo sacramenta sine Augusti [33]) affatibus suscipiat. Si quis autem id per obreptionem forte meruerit, quinque librarum auri mulctetur incommodo. Dat. prid. Id. Iul. Mediol. Honorio NB. P. et Evodio Conss. [34]) [386.]

3.

---

[a]) *pars prior repetita est in l.* 13. *C. de offic. rect. prov. l.* 40. — [b]) *hausta ex l.* 7. *Th. C. de off. praef. urb. l.* 6. (*ed. Haenel.*) *iungenda l.* 3. *C. de off. praef. urbi. l.* 28. — [c]) *suspicor iungendam esse l.* 3. *C. de apparitor. procons. XII.* 56. — [d]) *l.* 11. *Th. C. de divers. offic. VIII.* 7. — [e]) *l.* 18. *Th. C. de divers. offic. VIII.* 7.

[1]) *ms. Hfn., vetus cod. Contii, edd. Schf. Cui.*; ix *ms. Gt.*; triginta *Hal. et rell.*; praeter eam — colligitur *om. Theod. C., ac nescio, quo iure Cont. in marg. pro num. XL. ad Theod. C. provocare potuerit.* — [2]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf., Theod. C.*; nec *Hal. et rell.* — [3]) eius *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [4]) ve *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; et vestium *Hal. Cui. Bk.* — [5]) a *om. mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui.* — [6]) *subscr. om. Hal. Russ.*; *Cont. eam haud dubie hausit ex l.* 55. *C. X.* 31. — [7]) Florent. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; Idem Aug. *Hal. Russ.* — [8]) *in vv.* ex-primip. *et* ex-princ. *virgulam om. edd. rell.* — [9]) apud iudicium *omnes* (*!*) *libri Russardi.* — [10]) tam *om. ms. Hfn., ed. Schf.* — [11]) Const. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.; Imp. Anastas. A. *Hal. Russ.* — [12]) *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.*; vel dignitatis *et rell.* — [13]) speraverat *ms. Hfn., edd. Schf. Hal.* — [14]) VII. Id. August. *l.* 13. *C. I.* 40. *Subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [15]) Imp. Antonin. A. *Hal. Russ.* — [16]) *l.* 3. *C. I.* 28., *Bk., Theod. C. ed. Haenel.* (*male Wenck.* ad Ruf. Pompeium); Rufino P. P. *Cui.* (*ed. Fabrot.*); *nomen et dignit. om. rell.* — [17]) inferant *ms. Hfn., omnes libri Russardi*; ingerant *ed. Schf.* — [18]) *ms. Hfn., Bk. Theod. C.*; praefecturae fungantur *edd. rell. Etiam Azo monet:* praefecturae *alias* praefectura. — [19]) *ita subscriptionem ex Theod. C. restit. Bk.* — [20]) Imp. Constant. A. *Hal. Russ.* — [21]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Mess. P. P. *om. rell.* — [22]) in *ms. Hfn., ed. Schf.* — [23]) iudicum *om. Theod. C. VIII.* 4. *in rubr.* — [24]) Sev. mag. mil. *om. Cont.* 62.; Imp. Constant. A. *inscr. Hal. Russ.* — [25]) *Cui. Bk., Theod. C.*; praepositum *rell. Verum et Azo* praeposituram *habuisse videtur.* — [26]) a *om. ms. Gt., codd. Russardi.* — [27]) tamen in *Theod. C.* — [28]) multorum *ed. Schf.*; memoratorum *alias* meritorum, *Azo.* — [29]) *var. l. ap. Azon., Theod. C.*; stipulentur *ms. Hfn.*; assignantur *ed. Schf.*; assignentur vel stipulentur *ms. Gt.*; adstipulantur *Hal. et rell.* — [30]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [31]) Imp. Constantius A. *inscr. Hal.*; Impp. Constantinus A. *inscr. Russ.*; *Arcadium om. Cont.* 62.; *Gratianum om. Bk. Verum et ms. Hfn.* Imp. Grat. A. — [32]) Eusign. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [33]) augustis *ms. Gt., Bk., quae locutio usitatior est*; sine August. affat. *om. Theod. C.* — [34]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.*

3. [a]) Iidem AAAA. [1]) Eusignio P. P. [2]) — Nullus apparitor amplitudinis tuae vel de officiis palatinis ad eam provinciam, ex qua oriundus est, vel in qua collocaverit larem, vel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus [3]), obtentu publicae necessitatis vel exsecutor privati negotii dirigatur. Etenim officii tua celsitudinis primiscrinius tres libras auri fisci utilitatibus sine dilatione persolvet, si statuta fuerint temerata; apparitor vero, qui huic se munieri passus est deputari, militia spoliabitur. Haec vero poena etiam caeteris irrogata est, ut, si domesticus aut protector aut [4]) strator [5]) vel agens in rebus vel palatinus utrinsque officii vel ad eandem [6]) provinciam, in qua natus est, vel ad eam, in qua collocaverit larem, cum huiusmodi usurpatione perrexerit, matriculis quidem exemtus ipse, qui se voluerit [7]) mitti, auri libram unam fisci viribus [8]) inferre cogatur [9]), adiutores vero officiorum [10]) palatinorum ac numerarii comitum illustrium virorum sive actuarii libram [11]) fisci viribus [12]) solvant [13]), nisi statuta fuerint custodita. Dat. II. [14]) Non. Decemb. Mediol. Honorio NB P. et Evodio [15]) Conss. [386.]

4. [b]) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. [16]) Silvano, Duci et Correctori limitis Tripolitani [17]). — Qui vel exiguam [18]) rei familiaris substantiam habent, militare in apparitorum numero non videntur. Dat. VI. Kal. April. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Conss. [19]) [393.]

5. [c]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Graccho P. U. [20]) — Quicunque apparitores ob culpam vel negligentiam fuerint iudicato discincti [21]), ad [22]) nullam militiam habeant facultatem adspirandi; nec ex rescripto his ullus aditus reseretur, quos congruit poenae gravissimae subiugari, si contra inhibita quoque sacratissimis constitutis adspirare praesumserint [23]). Dat. VIII. Kal. Aug. Ravenna, Honorio X. et Theodosio VI. AA. Conss. [24]) [415.]

6. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio P. P. [25]) — In his officiis, id est virorum spectabilium proconsulis Asiae, comitis Orientis, praefecti augustalis et vicariorum, quos etiam nominamus sub viginti [26]) interminatione librarum auri, nemo aliter admittatur, nisi eum emissa sacri scrinii [27]) probatoria consecraverit [28]). Quodsi quis talis [29]) sub tua fuerit iudicatione [30]) convictus, profecto irritis his, quae vetita contractavit [31]), etiam congruam indignationem incurret. Dat. X. Kal. Iul. Nicomediae, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss. [32]) [426.]

7. [e]) Iidem AA. Anatolio, Magistro militum [33]). — Ad splendidioris privilegia militiae, posteaquam priorem continuo labore compleverint, eos venientes admittemus [34]), qui ea voto adipiscendi honoris crediderint expetenda, non eos, qui [35]) studio exercendae cupiditatis ambierint [36]), ut velut [37]) in meliore fortuna positi aut ea scelera, quae prius commisisse doceantur, occultent, aut alia deinceps possint impune committere.

8. [f]) Impp. Leo et Zeno AA. [38]) Ioanni [39]), Magistro officiorum. — Viros spectabiles duces eorumque apparitores, nec non limitaneos castrorumque praepositos tantummodo ex sublimis tui indicii sententia conveniri, nec aliis subiacere iudicibus praecipimus; illustribus scilicet ac magnificis viris magistris militum consuetudine ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientis, Thraciarum et Illyrici ex longo tempore hactenus obtinuit, reservata.

9. [g]) Iidem AA. Hilario [40]), Magistro officiorum [41]). — Probatorias memorialium et agentium in rebus, caeterorumque [42]) nihilominus apparitorum praetorianae per Orientem amplissimae praefecturae, eorum etiam, qui in diversorum iudicum officiis numerantur ex sacris probatoriis solito more militiae sacramenta sortiri

[a]) *l.* 4. *Th. C. de exsecutor. VIII.* 8. — [b]) *hausta ex l.* 133. *Th. C. de decurion. XII.* 1. — [c]) *l.* 20. *Th. C. de divers. offic. VIII.* 7. — [d]) *hausta ex l.* 21. *Th. C. de divers. offic. VIII.* 7., *quae et fons est legis* 7. *C. de numerar. XII.* 50. *nostrae const. partem repetentis.* — [e]) *fortasse iungenda l.* 3. *C. de offic. milit. iud. I.* 46. — [f]) *cfr. not.* 38. — [g]) *suspicor iungendas esse l.* 6. *C. de divers. rescr. I.* 23. *et l.* 10. *C. de proximis. XII.* 19.

[1]) *Cui. Cont.* 66. 76.; Iid. Augusti *Cont.* 71. *Char. Pac.*; Iidem AAA. *Sp. Bk.*; Idem A. et Iulian. C. *Hal. Russ.*; Iidem AAA. et Iulian. C. *Cont.* 62. — [2]) Eusign. P. P. *om. Hal.*; Eusign. *om. Russ. Cont.* 62. — [3]) vel qui — commoratus *om. Theod.*; *addita sunt*, *monente Cui.*, *ex l.* 8. *C. I.* 40. — [4]) aut *om. ms. Gt.*, *Theod. C.*; seu *esse videtur in ms. Hfn.* — [5]) *ms. Hfn.*, *omnes libri Russardi*, *ed. Schf.*, *Theod. C.*; stator *Hal. et rell. Sed v. tit. C. XII.* 25. — [6]) eam *Theod. C.* — [7]) voluit *ed. Schf.*, *Theod. C.* — [8]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; iuribus *rell. Cfr. Cuiac. Obss. XXVIII.* 1. — [9]) cogetur *mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *Hal. Cui.*, *Theod. C. ed. Gothofr.* — [10]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Bk.*, *Theod. C.*; et *ins. Hal. et rell.* — [11]) *mss. Hfn. Gt.*, *Cui. Theod. C.*; auri *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [12]) *ms. Gt.*, *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; iuribus *rell.*; *cfr. not.* 8. — [13]) solvent *Hal. Cui.* — [14]) III. *Theod. C.*, *Bk.* — [15]) V. C. *ins. Theod. C.*; *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [16]) Imp. Iulian. A. *inscr. Hal. Russ.* — [17]) *ita magistratum restitui ex Theod. C.*; Silum duci, *addito asterisco lacunae signo*, *Cui.* (*ed. Fabrot.*). *Nullus editor ex lege* 133. *Th. C. cit. nostram legem fluxisse vidit, indeque lacuna in inscr.* — [18]) Vel qui exig. *Cui.*; Qui vero nullam *Theod. C.*, *in quo plura praecesserunt.* — [19]) *subscriptionem restitui ex Theod. C.* — [20]) Graccho P. U. *om. Cont.* 62.; Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA. *inscr. Hal. Russ.* — [21]) districti *mss. Hfn. Gt.*, *Hal. Russ. Cont.* 62., *Azo*; astricti *ed. Schf.*; destracti *ms. Bg.* 1. — [22]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; iam ad *Russ. Cont. et rell.* — [23]) *ita ex Theod. C. restit. Bk.*, *suadente Cui. in comment.*; contempserint *rell. Variare lectionem in codd.*, *colligitur ex Azone*, *qui monet:* contempserint *alias* tentaverint. — [24]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [25]) Hierio P. P. *om. Cont.* 62.; Impp. Arcad. et Honor. AA. *inscr. Hal. Russ.*, *et sic quidem*, *ut Russ. addat* P. P. — [26]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui.*, *Theod. C.*; triginta *Hal. et rell.* — [27]) ex sacris scriniis *Theod. C.* — [28]) consecraret *ms. Hfn.*; consecrarit *Theod. C.*, *var. l. ap. Azonem.* — [29]) talis *om. omnes libri Russardi*, *ms. Gt.*, *ed. Schf.* — [30]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*, *l.* 7. *C. XII.* 50.; abdicatione *Russ. Cont. et rell.*; adiudicatione *ms. Gt.* — [31]) *ms. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*, *l.* 7. *C. cit.*; contractavit *ms. Hfn.*; contrectaverit *Russ. Cont. et rell.* — [32]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [33]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Anatolio mil. *Cui. in ed. prima*, *Cont.* 66. 71. 76. *Char. Pac. Sp.*; Anat. — mil. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [34]) admittimus *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [35]) in *ins. mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [36]) abierint *ms. Hfn.*; ambigunt *ms. Gt.*, *ed. Schf* — [37]) vel ut, *om. priore* ut, *Hal. Cui.*; veluti, *om.* ut, *ed. Schf.* — [38]) Imp. Theodos. A. *Hal. Russ.*; Imp. Leo A. *Cont.* 62. *Leoni et Anthemio tribuuntur l.* 3. *C. XII.* 5., *l.* 3. *C. XII.* 26., *ad eundem Ioannem datae*, *et in simili argumento versatae. Zenonis nomen mihi suspectum est*; *cfr. not.* 41. — [39]) Ioanni *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [40]) *Scrib.* Hilariano, *ut l.* 6. *C. I.* 23. *et l.* 10. *C. XII.* 19. — [41]) Idem A. et Valentin. Caes. *inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. *Leoni tantum tribuitur h. l. a glossa.* — [42]) que *om. ms. Hfn.*, *ed. Schf.*

sortiri decernimus, non passim nec licenter solis auctoritatibus vel sacrarum [1]) literarum exemplaribus; sed ex authenticis tantum sacris probatoriis manu nostra subscriptis et nostro arbitrio praestandis, ita ut nullus his dolus aut fraus possit annecti, de his etiam, qui sunt verae et catholicae fidei, iubemus admitti. Aliter vero militantes, nisi ex his sint, quos solis auctoritatibus [2]) apparitioni aggregari vetusta consuetudo perdocuit, detecta fraude cuiuscunque accusandi studio, non solum mendaci carere militia, sed et proscriptionis stilum subire [3]) decernimus, ac bonorum omnium amissione mulctamus [4]).

10. Idem AA. Erythrio [5]) P. P. — Hac sanctione decernimus, ut in posterum nemini licentia sit edendi exemplaria his, qui sociandi sunt cuicunque militiae, quam sine divinis probatoriis adipisci non possunt, sed periculo primatum uniuscuiusque officii ipsas authenticas sacras [6]), quae divinam nostrae pietatis continent adnotationem, cum subscriptione administrantium, sub quorum iurisdictione consistunt, his, qui militare volunt, praestari; exemplaribus videlicet earum [7]) cum subscriptione eorundem iudicum apud singula quoque officia, prout convenit, reservandis.

§. 1. Quamvis autem manifestum sit, de huiusmodi probatoriarum observatione excepta esse certorum [8]) iudicum officia, tamen, ne ulla [9]) ignorantiae relinquatur occasio, omnium officiorum, quibus necesse est per sacras probatorias militiae sociari, notitiam in sacris apicibus subdendam [10]) esse censuimus. Sub hac igitur observatione omnes, qui sive in hoc [11]) sacro palatio nostro, sive in aliis quibuscunque officiis deinceps militare cupiunt, qui tamen (ut dictum est) non possunt pro tenore sacrarum constitutionum vel veteri [12]) consuetudine, nisi praecedentibus [13]) sacris probatoriis, militiae sociari, sicut subnexa [14]) notitia demonstrat, adipisci praecipimus; scientibus his, qui ex aliqua parte praesentis nostrae serenitatis legis formam conniventia vel negligentia quadam colludere [15]) tentaverint, non tantum amissione bonorum omnium, sed etiam capitis periculo, utpote criminis [16]) falsitatis obnoxios semet ipsos [17]) esse plectendos.

§. 2. Et [18]) est notitia haec [19]). Scrinii memoriae probatoriae agentium in rebus, palatinorum [20]) largitionum, palatinorum [21]) rerum privatarum partis Augustae. Item scrinii sacrarum epistolarum sic: officii [22]) virorum illustrium praefectorum praetorio [23]) Orientis et Illyrici, et urbi [24]), officii proconsulis Asiae et Achaiae, officii [25]) comitis Orientis, officii [26]) praefecti Augustalis, officii comitis divinarum domorum, officii vicariorum Thraciae, Ponti [27]), Asiae, Macedoniae, et thesaurensium classis. Item scrinii sacrorum libellorum sic: officii virorum illustrium [28]) magistrorum militum utriusque militiae in praesenti [29]), Orientis et Illyrici, invitatorum, admissionalium [30]), memorialium, omniumque paedagogorum [31]), cellariorum [32]), mensorum, lampadaricrum eorum [33]), qui [34]) sacris scriniis deputati sunt, decanorum partis Augustae [35]), cursorum partis Augustae, officii virorum spectabilium ducum Palaestinae et Mesopotamiae, novi limitis Phoenices [36]), Osdroënae [37]), Syriae et Augustae Euphratensis, Arabiae et Thebaidis, Libyae, Pentapoleos, utriusque Armeniae, utriusque Ponti, Scythiae, Mysiae primae, secundae, Daciae, Pannoniae, officii [38]) virorum spectabilium Comitis Aegypti, Pamphyliae, Isauriae, Lycaoniae et Pisidiae.

Tit. LXI. [LX.]

DE EXSECUTORIBUS ET EXACTORIBUS.

1. [a]) Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Provinciales et ad Proconsules [39]). — Ne per diversas provinciarum partes aut palatinus exactor accederet, aut illustrium virorum apparitor vagaretur, vel militaris terror inferret formidinem, hac lege sancimus, ut omnes memorati intenti sint ad provinciae rectorem [40]), cum eo agant, illo insistente [41]), disponente et agnoscente [42]) suo periculo rem peragendam [43]), impleant

---

[a]) *l. 6. Th. C. de exsecutor. VIII. 8.*

[1]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.*; militarium *ins. Hal. et rell.* — [2]) *mss. Hfn. Gt., Cui. Bk.*; auctoribus *edd. rell.* — [3]) stilo subiacere *edd. Schf. Hal.*, *et sic habuit Azo.* — [4]) *subscr. fortasse repetenda ex l. 6. C. cit.* — [5]) *Bk.*; Erithrio *Cui. Cont.* 66. *et rell.*; Iidem Aug. *inscr. Hal.*; Iidem Aug. et C. *inscr. Russ.*; Idem A. et C. *Cont.* 66. — [6]) sacras *om. ms. Hfn.* — [7]) *ms. Hfn.*, *Cui.*; eorum *edd. rell.* — [8]) *ms. Hfn.*, *Cui.*; ceterorum *edd. rell. Hanc lect. varietatem et glossa adnotavit.* — [9]) *Hal. Cui. Bk.*; ulle *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; ulla ei *Russ. et rell.* — [10]) mittendam *Azo.* — [11]) hoc *om. ms. Hfn.* — [12]) tere (*leg.* terrae *aut* vetere) *ms. Hfn.* — [13]) praesentibus *mss. Hfn. Gt.* — [14]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui.*; subiecta *Hal. et rell.* — [15]) aut conludere *ms. Hfn.*; vel colludio *Russ. in marg.* — [16]) *edd. Schf. Hal. Cui.*; *consentiunt mss. Hfn. Gt.*; crimini *Russ. et rell.* — [17]) ipsos *om. Cui.*; semet scient *ms. Hfn.* — [18]) *Glossa sic adnotat:* „*Quidam habent rubricam:* Et est notitia scrinii memoriae probatoriae, *et incipit l.* Agentium *etc.*; *sed melius est, ut totum sit de lege praecedenti.*" — [19]) haec *om. mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Cui. Mihi scriptum fuisse videtur* sic, *eique omittendo ansam dedisse literas initiales v. sq.* scrinii; *Hal. ins.* sic *post* probatoriae. — [20]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi, Cui.*; sacrarum *ins. Hal. et rell.*; palatin. largit. *om. ed. Schf.* — [21]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi, Cui. Bk.*; palatin. *om. Hal. et rell.* — [22]) *Hal.*, *Cui. in ed. prima, Bk.*; officiis *Cui.* (*ed. Fabrot.*); in officiis *rell.* — [23]) *mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *edd. Schf. Cui. Bk.*; praetoriis *Hal. et rell.* — [24]) urbis *mss. Hfn. Gt.*, *ed. Schf.* — [25]) officiis *Cui.* (*ed. Fabrot.*), *et sic porro, quoties eadem vox occurrit*, *at* officii *Cui. in ed. prima. Caeterum* off. com. Or. *in ms. Hfn. et ed. Schf. posita sunt post* Augustalis. — [26]) officio *ms. Hfn.*, *ed. Schf.*; *cfr. not. anteced.* — [27]) Ponticae *Cui.* (*ed. Fabrot.*) — [28]) *Cui.*, *Bk.*; illustr. *om. rell.* — [29]) *Cui. Bk.*; utriusque praesentis *ms. Hfn.*; utriusque praefecturae *Hal.*; utriusque praefecti *edd. Schf. Russ. et rell.* — [30]) amissionalium *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Hal.* — [31]) paedagogiorum *Cui. cum ed. Schf.*; pedagogianorum *ms. Hfn.* — [32]) cellarior. *om. ms. Gt.*, *ed. Schf.*; cancellariorum *ms. Hfn.* — [33]) eorumque *Cui.* (*ed. Fabrot.*) — [34]) *mss. Hfn. Gt.*, *edd. Schf. Hal. Cui.*; in *ins. Russ. et rell.* — [35]) *Cui. Bk.*; Augusti *edd. rell.*, *quae pergunt* et cursorum, *ed. Schf. autem* et eversorum. *A mss. Hfn. et Gt. abest* cursorum. — [36]) *Cui. Bk.*; nobilimitis fenicech *ms. Hfn.*; nobil limitis fenices *ms. Gt.*; nobilis comitis phenice *ed. Schf.*; nobilis comitis Phenices *Hal.*; nobilis comitis Phoeniceos *Russ.*; nobilis comitis Phoenicieseos *Cont. et rell.* — [37]) *Cui.* (*ed. Fabrot.*) *Bk.*; Osdroëne *Hal.*, *Cui. in ed. prima*; osdrene *ed. Schf.*; osroene *ms. Hfn.*; chosrene *ms. Gt.*; Corsenae *Russ. et rell. Scrib.* Osrhoënae. — [38]) officium *ms. Hfn.*; officio *ed. Schf.*; *cfr. not.* 25. — [39]) ad Provinc. — Procons. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [40]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; et *ins. rell. In Theod. C. statim ante est:* ut omnis memoratis intentio ad rectorem provinciae sit. — [41]) consistente *ms. Gt.*, *Hal. Russ.*; consistente *alias* insistente, *Azo.* — [42]) *ms. Gt.*, *Hal. Cui. Bk.*, *Theod. C.*; et *ins. rell.* — [43]) *Cui. Bk.*, *Theod. C.*; peragant *e rell.*

impleant[1]), universa. Dat. XVII. Kal. Iul. Mediol. Olybrio et Probino Conss.[2]) [395.]

2. [a]) Iidem AA. Andromacho P. U.[3]) — Quicunque ex[4]) palatio nostro cuiuslibet tituli ad provincias[5]) commeaverit compulsor, exactor, admonitor, portitorve praecepti, agens in rebus, vel palatinus, vel apparitor illustrium potestatum, hoc tantum potestatis arripiat, quod mandatum curae[6]) suae specialiter approbatur[7]), nec, quod iniunctum alteri fuerit[8]), collegii iure praesumat[9]), ne, dum hoc sibi invicem mutui officii licentia partiuntur[10]), agant cuncti, quod singulis credebatur. Dat. prid. Id. Iul. Mediol. Olybrio et Probino Conss.[11]) [395.]

3. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio P. P.[12]) — Sive ex praetoriano officio, sive illustris comitivae sedis[13]) largitionum, nec non et rei privatae nostrae[14]), vel ex quacunque apparitione ad quamcunque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus, sciat[15]), intra anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium iudicem remeare, eique suam efficaciam ostendere, et[16]) quid[17]) eius instantia exactum fuerit, quidve in debitis habeatur, vel[18]) penes quos resederit, vel cuius culpa aut[19]) causa in eadem provincia fuerit derelictum. Quodsi exacto spatio anni[20]) eius regionis visceribus praedator insidens[21]) deprehensus fuerit remorari, tunc absolutus cingulo militia[22]) abiicietur, primoribus[23]) eius militiae decem librarum auri mulcta proposita[24]). Si redire dissimulet[25]), per vices[26]) officiorum ligatus ferreis nexibus cura provincialis officii ad debitum mittatur examen, nec ei liberum sit, ut hoc se privilegio aut occasione defendat, quod sibi aliud negotium vel aliam necessitatem post iniunctam esse cansetur, quum iisdem licentiam anferamus in eadem provincia continuare[27]) exactionem. Dat. X. Kal. Octob. Ravenna[28]), DN. Theodosio A. VII. et Palladio Conss.[29]) [416.]

4. [c]) Iidem AA. Ioanni P. P.[30]) — Nullam possessionem alterius pro alienis debitis publicis vel[31]) privatis praecipimus conveniri. Dat. V. Id. Iul. Ravenna, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss.[32]) [422.]

5. [d]) Impp. Theodosius et Valentinianus[33]) AA. Volusiano P. P. — Contra nostra praecepta si quisquam[34]) vetito[35]) ausu exsecutor[36]) audebit, licebit provinciae moderatori eundem correptum[37]) ad sublimitatis tuae iudicium sub prosecutione[38]) dirigere[39]), licebit provinciali, etsi probatur[40]) obnoxius, exsecutoris[41]) contra vetitum exactionem sibi vindicantis temeritatem legitime repellere. Dat. III. Kal. Mart. Ravenna, post cons. Felicis et Tauri VV. CC.[42]) [429.]

6. [e]) Imp. Zeno A. Arcadio P. P.[43]) — Sancimus, ut eum, cui ex indicio tui culminis quocunque modo, sive studio numerariorum aut tractatorum, vel ipsorum iussu, qui pro tempore amplissimae tuae sedis administrationem suscipiunt, exactio publicarum pecuniarum iniungatur, minime prius liceat aliam sollicitudinem gerendam suscipere, quam[44]) reversus iniunctae sibi causae responsum praebuerit. Si tamen ita sors[45]) tulerit, ut in ea provincia, ad quam exsequendi[46]) causa publici negotii aliquis proficiscitur, alia quoque causa sit exsequenda, non prohiberi unum eundem.

---

[a]) *l. 7. Th. C. de exsecutor. VIII. 8.; Bas. LVI. 17. 2. (T. VI. p. 741.)* — [b]) *l. 9. Th. C. de exsecutor. VIII. 8.; Bas. LVI. 17. 3.* — [c]) *l. 10. Th. C. de exsecutor. VIII. 8. Quae leges sint iungendae, docet not. d. ad l. 8. C. si aliena res pign. VIII. 16.* — [d]) *hausta ex l. 32. Th. C. de susceptor. XII. 6., ex qua et manavit l. 15. C. eod. X. 70.* — [e]) *iungenda videtur l. 10. C. de numerar. XII. 50.*

[1]) compleant *Theod. C.* — [2]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71.* — [3]) P. P. *mavult Iac. Gothofr.;* Androm. P. U. *om. Hal. Russ. Cont. 62.* — [4]) ex *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf.; causa sine dubio in eo latet, quod scriptum erat e, sicut et Theod. C. et Cui. habent, haec autem lit. propter praeced. e in v.* quicunque *excidit.* — [5]) provinciam *Theod. C.* — [6]) *mss. Hfn. Gt., omnes libri Russardi, edd. Schf., Cui. Bk., Theod. C.;* curiae *Hal. et rell.* — [7]) approbetur *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.* — [8]) fuit *ms. Hfn., Theod. C.* — [9]) collegae, usurpare alter iure praesumat *Hal. Russ. Cont. 62.;* collegii iure alter usurpare praesumat *ed. Schf.; idem, sed om. v.* iure, *est in ms. Hfn.; idem, sed om. v.* alter, *est in ms. Gt.* — [10]) patiuntur *ms. Gt., Cui. (ed. Fabrot., at non in ed. prima).* — [11]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* — [12]) Impp. Theod. et Valentin. AA. *inscr. Hal. Russ.;* Pallad. P. P. *om. Cont. 62.* — [13]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.;* sacrarum *Hal. et rell., exc. Cont. 76., qui habet* sedis sacrarum. — [14]) *ms. Hfn., Hal. Cui. Cont. 76. Bk., Theod. C.;* militiae *ins. edd. Schf. Russ. et rell.* — [15]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui., Theod. C.;* se *ins. Russ. Cont. et rell.* — [16]) et *om. Theod. C., Cont. 76.* — [17]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal. Cui. Cont. 76. Bk., Theod. C.;* in *ins. Russ. et rell.* — [18]) *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui., Theod. C.;* et *Hal. et rell.* — [19]) qua *ins. Hal. Russ. Cont. et rell.; sed abest a mss. Hfn. Gt. edd. Schf. Cui. et Theod. C.* — [20]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cui., Theod. C.;* in *ins. Hal. et rell.* — [21]) *mss. Hfn. Gt., Theod. C.;* insidians *edd., improb. Russ. in marg.* — [22]) *ms. Hfn., edd. Schf. Cont. Char., Cui. (ed. Fabrot.), Theod. C.;* militiae *Hal. Russ., Cui. in ed. prima, Pac. Sp.* — [23]) prioribus *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Hal.* — [24]) *solo commate hic interpungunt Hal. et rell., exceptis Cui. Cont. 76. Bk. Caeterum Cui. Cont. 76. cum Theod. C. ediderunt Sin.* — [25]) et, *quod hic ins. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71. Char. Pac. Sp., abest a mss. Hfn. Gt. edd. rell. et a Theod. C.* — [26]) vicarios *edd. Schf. Hal. Russ. Cont. 62. Bk., contra codd.;* per vic. offic. *om. Theod. C.* — [27]) iterare *Theod. C.* — [28]) *locum, qui abest a rell., restitui ex Theod. C.* — [29]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71.* — [30]) Ioanni P. P *om. Cont. 62.;* Imp. Zeno A. *inscr. Hal. Russ.* — [31]) aut *ms. Hfn., ed. Schf.;* sive *Theod. C.* — [32]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71.* — [33]) *Cui. Bk., Theod. C.;* Imp. Anastas. A. *Hal. Russ.;* Impp. Honor. et Theod. AA. *Cont. et rell. Caeterum ab Hal. Russ. Cont. 62. absunt* Volus. P. P. — [34]) quidquam *Cui.;* quis *Azo;* quid *Cont. 76.* — [35]) *ms. Gt., omnes codd. Russardi, edd. Schf. Cui., Theod. C.;* ac temerario *ins. Hal. et rell. A ms. Hfn. etiam absunt* vetito ausu; *sic enim habet:* si quisquam ausus fuerit exsecutor. — [36]) *mss. Hfn. Gt., vetus cod. Contii, Cui. Bk.;* exercere *ed. Schf.;* exactionem *Cont. 66. 71. Char. Pac. Sp.;* exactor *Cont. 76.;* exactionem exercere *Hal. Russ. Cont. 62.;* palatinus *Theod. C.* — [37]) correctum *ms. Gt., Hal., Cui. (ed. Fabrot., at non in ed. prima).* — [38]) sub proscriptione *Hal. Russ. Cont. 62.;* pro subscriptione *ed. Schf.* — [39]) *mss. Hfn. Gt., Bk., Theod. C.;* et *ins. edd. rell.* — [40]) *mss. Hfn. Gt., Theod. C.;* etsi probetur *Bk.;* si probetur *edd. Schf. Hal. et rell. Sed et Graeci nobiscum faciunt secundum Cui. in comment.* — [41]) exsecutoris *et mox* vindicantis *mss. Hfn. Gt., edd. Schf. Cui.;* executor — vindicans, *sublato commate post* obnoxius, *Russ. Cont. 62. 66. 71. Char. Pac. Sp.;* executor — vindicantis, *et tunc comma est post* executor, *Hal. Cont. 76. Nos tuetur Theod. C.* — [42]) *hanc subscr. restit. Bk. ex Theod. C.* — [43]) Sebastiano P. P. *Cont. 62., Russ. in marg.;* Imp. Iustinian. A. *inscr. Hal., Russ. in textu.* — [44]) antequam *mss. Hfn. Gt., ed. Schf.* — [45]) sors *vel* fors, *Azo.* — [46]) exequandi *et mox* exequanda *ms. Hfn.*

eundemque exsecutorem ab hac urbe regia profiscentem duorum simul, non plurium, negotiorum exsecutionem suscipere, dum ipsi quoque tertii non sit iniungendi licentia [1]), antequam de [2]) superioribus responsum portaverit; exsecutoribus his, qui secundam sive simul duas vel etiam tertiam causam passi fuerint exsequendam [3]) suscipere, non solum cingulli et bonorum suorum amissionem, verum etiam perpetui exsilii supplicium subituris. Eandem hanc poenam numerarium quoque et eius adiutores, ad quorum curam, quod violatum est, pertinet, formidare.

7. [a]) *Epitome graecae const. ex Bas.*

Πᾶς ἄνθρωπος, εἴτε θεῖαν κέλευσιν, εἴτε ἄρχικὴν πρόσταξιν ἐκβιβάζων, ὀφείλει πρότερον ἐμφανίσαι τῷ ἄρχοντι, ἵνα ὁ ἄρχων ἐξετάσοι [4]), εἰ μηδεμία πλαστοῦ αἰτία ἐστ ν ἐν αὐτοῖς, ἢ κατὰ συναρπαγήν, ἢ ἐναντιούμενον νόμοις. Ὁ δὲ ἐκβιβασμὸς καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως γίνεται, δηλονότι τῶν θείων λογίων προκειμένων, καὶ πάντων τῶν κτητόρων [5]) τῶν παρόντων ἅμα αὐτῷ τὴν ἐξέτασιν ποιουμένων [6]), καὶ εἰ συνίδοι παρέχειν βοηθειαν. Ἐὰν δὲ ἢ πλαστὸν εὕροι φανερῶς, ἢ νόμῳ ἐναντιούμενον φανερῶς, δεῖ αὐτὸν μὴ ἐκβιβαζειν, ἀλλ' ἀναφέρειν εἰς βασιλέα διὰ τοῦ μαγιστριανοῦ, ἢ εἰς αὐτὴν τὴν ἀρχήν, ἐξ ἧς τὸ πρᾶγμα ἐγίνετο, τὸν δὲ ἐκβιαστὴν ὑπὸ ἀσφάλειαν ποιεῖν τὴν ἐγχωροῦσαν, καὶ τὰ πρόσωπα δὲ τὰ αἰτιασθέντα ὑπὸ προσωπικὴν ἀσφάλειαν ἀζημίως. ὁ γὰρ ἐγχειρίσας αὐτῷ τὸ ἀζημίον περιποιήσει, εἴπερ εὑρεθείη μάτην αὐτῷ ἐγχειρίσας. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γένηται, ὁ μὲν ἐκβιβαζόμενος ἀπωθεῖται τὸν ἐκβιβασμόν. ὁ δὲ ἄρχων, εἰ πρὸς αὐτὸν ἡ κέλευσις γέγονεν, ἢ καί τις ἕτερος ἴσως, πρός τινα ἕτερον ἐγένετο, ὑπὸ ἀσφάλειαν ὀφείλει ποιῆσαι τὸν ἐκβιβαστὴν τὴν ἐγχωροῦσαν. Εἰ δὲ καὶ δυνηθείη τις ἀπωθήσασθαι τὸν ἐκβιβασμόν, ὀφείλει μανθανων ὁ ἄρχων ἀποστῆσαι τὸν ἐκβιβαστήν, ποιεῖν δὲ ὑπὸ ἀσφάλειαν προσωπικὴν τὸν αἰτιασθέντα, καὶ μηνύειν. Εἰ δὲ ῥαθυμήσῃ τούτου ἢ ὁ ἄρχων ἢ ἡ τάξις αὐτοῦ ἢ πρὸς ὃν τὸ γράμμα γέγονεν, οἴκοθεν τῷ ὑπομνησθέντι ποιήσει τὸ ἀζήμιον, καὶ ἐν ὅσῳ ἄρχει, καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι τῆς ἀρχῆς. Ὑπεξαιρεῖ δὲ ἡ διάταξις τοὺς προφάσει δημοσίων ἐνεχομένους. Εἰ δὲ λήμματος ἠτιηθέντες οἱ ἄρχοντες μὴ ποιήσωνται τὴν ἐξέτασιν, προκειμένων τῶν ἁγίων λογίων, εἰ καὶ παρίδωσι, καὶ εἰς χρήματα ζημιοῦνται, καὶ ἐκβάλλονται τῆς ἀρχῆς, καὶ εἰς σωτηρίαν κινδυνεύουσι. Πᾶς δὲ νόμος ἐμφανιζόμενος ὀφείλει πρότερον γίνεσθαι τοῖς ἐπάρχοις καταφανής, τὸν δὲ διακομίζοντα αὐτὸν εἰς τὴν ἐπαρχίαν λαμβάνειν χρυσίνους ἕξ, τὸν δὲ ἄρχοντα σπουδάζειν διὰ προσταξεων οἰκείων πᾶσαις ταῖς πόλεσι ταῖς ὑφ' ἑαυτὸν φανεροὺς καθιστᾶν τοὺς νόμους, ἀζημίως παντελῶς μηδὲ τοῦ ἄρχοντος, μηδὲ τῶν ἐκδίκων, μηδὲ τοῦ διακομίζοντος. Ὁ δὲ κερδάνας διπλάσιον δίδωσι, καὶ εἰ μὲν ἄρχων ἐστίν, ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς, εἰ δὲ ἑτέραν φροντίδα εἶχετο [7]), ἐκβάλλεται τοῦ φροντίσματος.

Quicunque sive divinam iussionem sive magistratus praeceptum exsequitur, prius debet insinuare praesidi, ut praeses inquirat, an aliquod sit falsi vitium in eis, vel obreptio, vel legibus contrarium. Exsecutio autem fit scripto vel sine scripto, divinis videlicet eloquiis propositis, et omnibus possessoribus, qui praesentes sunt, simul cum eo inquirentibus, et, si ita videatur, auxilium laturis. Sed si quid falsum aperte invenerit, aut quod manifeste legi adversatur, oportet eum non exsequi, sed referre ad principem per magisterianum, aut ad ipsum eum magistratum, a quo res processit, exsecutorem autem ad sufficientem cautionem adigere, et personas, a quibus exigendum est, ad personalem cautionem sine ulla impensa; exsecutor enim indemnem eum praestabit, si temere ei litem movisse deprehendatur. Quodsi id non fiat, conventus repellit exsecutionem; praeses vero, si ad eum iussio directa fuit, aut similiter alius quis, ad quemcunque alium directa fuerit, debet ab exsecutore exigere sufficientem cautionem. Sed et si quis potuerit exsecutionem repellere, oportet praesidem, quum rescierit, reiicere exsecutorem, conventum sub personali cautione ponere, et rem deferre. Quod si neglexerit vel praeses vel eius officium vel is, ad quem literae datae sunt, de suo indemnitatem convento praestabit tam durante magistratu quam post depositam administrationem. Excipit tamen constitutio eos, qui nomine tributorum obligati sunt. Quodsi pretio victi praesides non inquirant propositis sacris eloquiis, licet tantum conniverint, et mulctantur, et magistratu eiiciuntur, et de salute periclitantur. Omnis autem lex, quae insinuatur, prius debet praefectis sub oculis poni; eum vero, qui in provinciam portaverit, accipere aureos sex; praesidem autem festinare, ut edictis propriis per omnes civitates sibi subiectas leges publicentur, sine ulla impensa praesidis vel defensorum vel portitoris. Si quis vero inde lucrum perceperit, duplum restituit, et si quidem praeses est, excidit magistratu, si vero aliam administrationem habuit, eiicitur administratione.

Tit. LXII. [LXI.]

DE LUCRIS ADVOCATORUM ET CONCUSSIONIBUS OFFICIORUM SEU APPARITORUM.

1. [b]) Imp. Constantinus A. ad Aelianum, Proconsulem [8]) Africae. — Si quis se [9]) a ducenariis vel centenariis vel fisci advocatis laesum esse cognoscit, adire iudicia et probare iniuriam non moretur, ut in eum, qui convictus fuerit, competenti severitate vindicetur. Dat. VI. Id. Nov. [10]) Treviris [11]). Acc. XV. Kal. Mart. Karthagine [12]), Constantino A. IV. et Licinio IV. [13]) Conss. [315.]

2. [c]) Imp. Constantius A. [14]) Eubulidae [15]), Vicario Africae. — Praeter solemnes et canonicas pensitationes

[a]) *graecae const. epitomen ex Bas. (ap. Fabr. LVI. 17. 7. T. VI. p. 741.) restituit Cuiac. in ed. trium libror. Cod. Secuti sunt Cont. 66. et rell. Graecorum lacunam Cont. 62. iam adnotaverat.* — [b]) *l. 1. Th. C. de concussion. advocat. VIII. 10.; coniungenda l. 3. C. de advocat. fisci. II. 13., et fortasse l. 1. C. de exactor. tribut. X. 19.* — [c]) *hausta ex l. 2. Th. C. de concussion. advocat. VIII. 10.*

[1]) licentia *om. mss. Hfn. Gt., ed. Schf. Glossa ad v.* iniung. *sic monet:* „*subaudi* licentia; *alias est in textu.*" — [2]) de *om. ms. Hfn., ed. Schf.* — [3]) exequandam *ms. Hfn., cfr. not.* 46. *hui leg.* — [4]) *ἐξετάσῃ Fabrot., Bk.* — [5]) *sic emendavit Augustin. in not., quem sequuntur Fabrot. Bk.;* ῥητόρων *Cui. et rell.* — [6]) ποιουμένῳ *coni. Augustin. in not.* — [7]) ἔχετο *Cui.; scrib.* ἔσχετο. — [8]) Aeliano Proc. *Cui., Theod. C.;* ad Ael. Proc. Afr. *om. Hal. Russ.* — [9]) *ms. Hfn., ed. Schf., Theod. C.;* se *post* laesum *ins. Hal. et rell.* — [10]) *Cui. Cont.* 76. *Bk., Theod. C.;* Dat. VII. Id. Nov. *Russ.;* Dat. Kal. Nov. *Cont. et rell.* — [11]) Tyberiade *Russ., qui ex subscr. legis* 3. *C. II.* 13. *se hausisse nostram testatur.* — [12]) *Cui. Cont.* 76. *Bk., Theod. C.;* Acc. — Karthag. *om. Russ. et rell.* — [13]) A. III. et Licin. Caess. III. *Russ.; cfr. not.* 1. *ad l.* 3. *C. cit. Subscr. om. Hal.* — [14]) *Cont.* 76., *Theod. C.;* Imp. Constantinus A. *Cui.;* Imp. Constantius et Constans AA. *Bk.;* Idem A. *Hal. et rell.* — [15]) Eubolidae *Cont.* 76. *Bk., Theod. C., in quo add.* V. C.; Eubul. Vic. Afr. *om. Hal. Russ. Cont.* 62.

sitationes multa a provincialibus indignissime postulantur ab officialibus et scholasticis, non modo in civitatibus singulis, sed et [1]) mansionibus, dum ipsis et [2]) animalibus eorundem alimoniae sine pretio ministrantur [3]). Provinciales itaque cuncti iudices tueantur, nec iniurias inultas transire permittant. Dat. III. Kal. Iul. Leontio et Sallustio Conss. [4]) [344.]

3. [5]) Impp. Arcadius et Honorius AA. Pompeiano, Proconsuli Africae [5]). — Quoties compulsor arguitur in depraedatione convictus, etiam [6]) non consulta clementia nostra poenam subeat legibus competentem. Dat. prid. Kal. Iun. [7]) Mediol. Stilichone et Aureliano Conss. [8]) [400.]

4. [b]) Impp. Honorius et Theodosius AA. [9]) Adriano [10]) P. P. — Curialibus et naviculariis omnibusque corporibus ita subveniri [11]) volumus, ut nihil apparitoribus universorum iudicum liceat, quod ad praedam provincialium [12]) pertinet.

Tit. LXIII. [LXII.]

DE PRIMIPILO.

1. Impp. Valerianus et Gallienus AA. Domitio [13]). — Commoda primipilatus [14]) post administrationem incipiunt deberi, et si is, qui ea percipere debuit [15]), prius rebus humanis eximatur [16]), heredibus petitio salva sit.

2. Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Alexandro [17]). — Obtentu nominis primipili civiles actiones ad alios iudices transferendae non sunt.

3. [c]) Iidem AA. Domnae [18]). — Utilitas publica praeferenda est privatorum contractibus; et ideo, si constiterit, fisco satisfactum esse ob causam primipili, poteris obligatam tibi [19]) possessionem dotis titulo petere, ut satis doti fieri possit.

4. [d]) Idem AA. Dionysio. — Quum ex sola primipili [20]) causa liberos, etiam si patribus heredes non existant, teneri divus Aurelianus [21]) sanxerit, si neque successistis patri vestro, nec quidquam ex bonis eius tenetis, consequens est, a paternis creditoribus vos non conveniri.

Tit. LXIV. [LXIII.]

PUBLICAE LAETITIAE VEL CONSULUM NUNTIATORES VEL INSINUATORES CONSTITUTIONUM ET ALIARUM SACRARUM VEL IUDICIALIUM LITERARUM, EX DESCRIPTIONE VEL AB INVITIS NE QUID ACCIPIANT IMMODICUM.

1. [e]) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [22]) AAA. Floro P. P. [23]) — Quicquid nostrorum unquam nuntiari coeperit [24]) prosperorum, ut [25]) bella si desinunt [26]), si oriuntur victoriae, fastis [27]) si honor datus fuerit regalium [28]) trabearum, compositae [29]) pacis si [30]) erit offerenda [31]) tranquillitas, si [32]) sacros vultus inhiantibus forte populis inferimus [33]), haec [34]) sine immodico [35]) pretio nuntiari excipique sancimus. Gerulum [36]) inbemus esse castissimum; indices nummarios [37]) esse prohibemus [38]); indices statuimus esse sollicitos, ne turpi colludio quaeratur ex miseris pretium [39]) gaudiorum. Quodsi id sacrilega fuerit dissimulatione violatum, et [40]) accipientem pudoris fortunarumque manebit excidium, et cogentem par poena mulctabit, et officium triginta librarum auri vexatione quatietur. Dat. IV. Non. Febr. Constantinop. Merobaude II. et Saturnino Conss. [41]) [383.]

2. [f]) *Epitome graecae const. Iustiniani* [42]) *ex Bas.*

Ἡ διάταξις βούλεται ἐξ νομίσματα μόνον παρέχεσθαι

Constitutio vult, ut sex tantum solidi praestentur a

---

[a]) *l.* 3. *Th. C. de concussion. advocat. VIII.* 10.; *iungendae l.* 1. *C. ad l. Iul. de amb. IX.* 26. *et l.* 12. *C. de susceptor. X.* 70.; *Bas. LVI.* 17. 3. (*T. VI. p.* 743.) — [b]) *Iac. Gothofr. dubius haeret, utrum cum nostra iungat leg.* 16. *Th. C. de exact. XI.* 7. (*quae est l.* 7. *C. X.* 19.), *an leg.* 31. *Th. C. de navicul. XIII.* 5., *et hoc mihi magis probatur. In ed. Schf. nostra const. est pars antecedentis.* — [c]) *Bas. LVI.* 17. 3. (*T. VI. p.* 743.) *et fortasse XXV.* 2. 66. (*T. IV. p.* 46.) — [d]) *Bas. LVI.* 17. 4. — [e]) *fons est l.* 4. *Th. C. ne quid publ. laet. VIII.* 11.; *Bas. LVI.* 17. 1. (*T. VI. p.* 743.) — [f]) *Graecae const. epitome servata est* 1) *in Bas. LVI.* 17. 2. (*T. VI. p.* 743.), *cuius cap. prior pars transiit* 2) *in Synopsin VII.* 6. 67. (*ed. Leuncl. p.* 70.); 3 *brevissimam argumenti partem referunt Paratitla ad coll. const. eccl. I.* 3. *et I.* 4. (*Voëlli bibl. T. II. p.* 1272. 1283.), *quae testantur, initium const. fuisse v.* Θεσπίζομεν. *Textus* 1. *restitutus a Cuiacio in ed. trium libror. Cod.*, *receptus est a Cont.* 66. *et rell.*, *etiam ab Ant. Augustino in coll. graec. const.*, *qui tamen textum* 3. *addendum censuit. Graecae const. lacunam in codd. quibusdam*, *qui in Angliae bibliothecis servantur. notatam vidit Hach* (*Zeitschr. f. gesch. RW. T. V. p.* 190. 193. 198.). *Quae leges iungendae videantur, docet not. d. ad l.* 26. *C. de episcop. aud. I.* 4.

[1]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cont.* 76., *Theod. C.*; etiam *Hal. et rell. Caeterum in ed. Schf. add.* in. — [2]) et *om. mss. Hfn. Gt.* — [3]) *Cui. Cont.* 76. *Bk.*, *Theod. C.*; ministrentur *rell.* — [4]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [5]) Pompei. Proc. Afr. *om. Cont.* 62.; Impp. Grat. et Valentin. AA. *inscr. Hal. Russ.* — [6]) etiam *om. Theod. C.* — [7]) Ian. *Cui. Cont.* 76. *Char. Pac. Bk.*, *Theod. C.*, *l.* 12. *C. X.* 70.; *sed* Iun. *l.* 1. *C. IX.* 26., *et hoc rectius videtur. Cfr. Haenel not. r. ad l.* 3. *Th. C. cit.* — [8]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. 66. 71. — [9]) Iidem AA. *Cont.* 62.; Impp. Arcad. et Honor. AA. *Hal. Russ.* — [10]) Hadriano *Bk.*; Adr. P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [11]) subvenire *ms. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *ed. Schf.* — [12]) provinciarum *ms. Hfn.*, *Azo.* — [13]) Imp. Gordian. A. *inscr. Hal. Russ.*; Domitio *om. Cont.* 62. — [14]) primipilariis *ed. Schf.* — [15]) debuerit *edd. Schf. Hal. Cui Bk.* — [16]) ut *ins. ms. Hfn.*, *Azo.* — [17]) Alex. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [18]) Iidem Augusti et Caess. *hic et in seq. const. inscr. Hal. Russ. Cont.* 62. — [19]) tibi *om. Hal.* — [20]) primipilari *ms. Gt.* — [21]) Traianus *Russ. in not.*, *sed contra codd.* — [22]) *Arcadium addit Bk.* — [23]) Floro P. P. *om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [24]) coepit *ms. Gt.*, *Hal. Cui.* — [25]) ut *om. Theod. C.*, *Bk.*; ad *mss. Hfn. Gt.*, *omnes libri Russardi*, *ed. Schf.* — [26]) desinent *mss. Hfn. Gt.*, *Theod. C.* — [27]) *cod. Aured.*, *Cui. Cont.* 76. *Bk.*, *Theod. C.*; victoriae acitus *ms. Hfn.*; victor. fastus *edd. Schf. Hal. et rell.*, *et hanc lect. agnoscit et interpretatur glossa. Azo monet:* „fastus *alias* faustus." — [28]) *cod. Aured.*, *Cui. Cont.* 76. *Bk.*, *Theod. C.*; vel consulum *ins. ms. Hfn.*, *quod additamentum haud dubie ex glossa est*, *quae in textum irrepsit*; vel consulum vel *ins. edd. Schf. Hal. et rell.* — [29]) *mss. Hfn. Gt.*, *Bk.*; compositaeve *edd. Schf. Hal. et rell.* — [30]) si *cum Bk. ex Theod. C. recepi*; *facile sane excidere potuit propter ult. litt. v.* pacis. — [31]) efferenda *Theod. C.*, *Bk.* — [32]) si *post* inhiantibus *collocant ms. Hfn.*, *Theod. C.* — [33]) inferemus *Theod. C.*; inserimus *ms. Hfn.*; miserimus *alias* inserimus, *Azo.* — [34]) *ms. Hfn.*, *edd. Schf. Cui. Cont.* 76. *Bk.*, *Theod. C.*; hoc *Hal. et rell.* — [35]) immodico *om. Theod. C.*, *additum a compositoribus propter leg. seq.* — [36]) *sic emendavit Cui. ex suis codd. et ex Theod. C.*; *sequuntur eum Cont.* 76. *Bk.*; actum *ms. Hfn.*, *edd. rell.* — [37]) *Cui. ex suis codd. et Theod. C.*; indiges numerarios *ms. Hfn.*; indices numerarios *Bk.*; indigentibus non numerariis *edd. Schf. Hal. et rell.* — [38]) *ms. Hfn.*, *Cui. ex codd. et Theod. C.*, *Bk.*; praebendum *edd. Schf. Hal. et rell.* — [39]) pretii *ms. Hfn.*, *et hanc falsam lect. multi libri habent secundum Azonem.* — [40]) in *ins. edd. Schf. Hal. Cui.* — [41]) *subscr. om. Hal. Russ. Cont.* 62. — [42]) *Iustinian. hanc esse const.*, *apparet ex l.* 26. *C. I.* 4.

χεσθαι ἀφ' ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπὲρ τῶν ἐμφανιζομένων θείων ῥημάτων ἢ γενικῶν προστάξεων ἢ δημοσίων συμβολαίων ἢ ἀνδριάντων, τὸν δὲ πλέον λαβοντα τετραπλάσιον ἀναδιδόναι [1]), κωλυόντων τοῦτο ἀρχοντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βοηθείας. Ὁ μὲν γὰρ ἐπίσκοπος ὑπὸ ἀγανάκτησίν ἐστι [2]) βασιλικήν, ὁ δὲ ἄρχων καὶ ἐκπεσεῖται τῆς ἀρχῆς καὶ δημευθήσεται καὶ ἐξορισθήσεται, καὶ ἡ τάξις δὲ κινδυνεύει [3]). Μήτε διαγραφὴν γενέσθαι προφάσει τοιτων τῶν αἰτιῶν ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐξ χρύσους, μήτε ὡς παρὰ ἑκόντων μηθὲν [4]), ἀλλὰ τὸν λαβοντα διδόναι τὸ τετραπλοῦν. Καὶ ἡνίκα δὲ οἱ πολῖται βουλονται ἑαυτοὺς διαγράψαι τυχὸν ἢ εἰς ἔργον δημόσιον ἢ εἰς σιτώνειαν, ἢ αἰτοῦσι παρὰ βασιλέως τοῦτο ἐπιτραπῆναι, οὐ χρὴ ζημιοῦν αὐτοὺς οὐδὲν ὑπὲρ τοῦτο, ἵνα μὴ οἱ μὲν ἱερεῖς ἀγανακτῶνται, οἱ δὲ ἄρχοντες καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπίπτουσι καὶ ἐξορίζονται καὶ δημεύονται, ἡ δὲ τάξις εἰς σῶμα τιμωρεῖται, εἰ μὴ μηνυθῇ βασιλεῖ τὰ παρὰ τὴν διάταξιν γινόμενα. Ἐξουσίαν γὰρ ἔχουσιν οἱ διαγραφόμενοι ἀντιλέγειν τοῖς διαγράφουσιν· εἰ δὲ μὴ δύνανται τοῦτο ποιεῖν, ἐπικαλεῖσθαι τον ἄρχοντα καὶ βασιλεῖ μηνύειν. Οὐ χρὴ δὲ οὔτε τοὺς πατέρας οὔτε τοὺς σιτῶνας ἢ ἐθνικοὺς ἀποδέκτας παρέχειν ἐκ τῶν οὐσῶν ἐν χερσὶ προσόδων, μηδὲ ποσότητα φυλάττεσθαι τῇ ἀφωρισμένῃ χρείᾳ. Εἰ δὲ παραβῇ ὁ ἄρχων, οἴκοθεν ταῦτα καταβάλλει. χρὴ γὰρ ἀμείωτα τά τε δημόσια καὶ τὰ πολιτικὰ φυλάττεσθαι.

a singulis provinciis pro insinuatione sacrarum literarum vel generalium constitutionum vel publicorum commonitoriorum [5]) vel statuarum, is autem, qui plus acceperit, quadruplum reddat; hoc prohibente praeside et episcopo et primoribus civitatis omnique civili e publico officio. Episcopus enim indignationem principis incurrit, praeses excidet magistratu et bonis publicatis relegabitur, et officium etiam periclitatur. Neque ob has causas descriptionem fieri ultra sex aureos, neque sub specie, quod sponte nil solvant; sed ab accipiente quadruplum inferri. Quum vero cives volunt se ipsos describere, ut puta operis publici aut sitoniae causa, vel hoc sibi concedi a principe expetunt, non oportet eos exinde damnum sentire, ne sacerdotes indignationem incurrant, praesides magistratu excidant et bonis publicatis relegentur, officium autem in corpus plectatur, si principi non denuntiata fuerint, quae contra hanc constitutionem admissa sunt. Licet enim descriptis contradicere describentibus, ac si id facere nequeant, invocare praesidem et ad principem deferre. Sed nec oportet patres civitatum aut sitonas aut provinciales susceptores ex reditibus, quos penes se habent, quidquam praebere, ita ut quantitas ad usum destinatum non servetur. Quod si praeses violaverit, de suo restituet; imminutae enim debent res publicae et civitatum conservari.

[1]) τετραπλασιόνα διδόναι *Synopsis.* — [2]) ἔσται *Synopsis.* — [3]) *ita cum Synopsi, quae in v.* κινδυνεύει *finit, interpungendum censui; eadem est sententia Augustini, ut docet eius versio;* ἐξορισθήσεται. Καὶ ἡ τάξις κινδυνεύει μήτε *Hal. et rell.* — [4]) μηδὲν *Fabrot.* — [5]) *Augustin. Bk.* συμβολαῖα *vertunt contractus, sed v. Cui. Obss. XII. 22.*

CODICIS DOMINI IUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE

FINIS.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA

APPENDIX I.

INDEX GEMINATIONUM [1]).

1. *l.* 4. *C. de sacros. eccl. I.* 2.*
   l. 5. *C. de commerc. IV.* 63.*
2. *l.* 6. *C. de sacros. eccl. I.* 2.
   l. 1. *C. de privil. urb. Const. XI.* 20.
3. *l.* 7. *C. de sacros. eccl. I.* 2.
   l. 4. *C. de privil. dom. Aug. XI.* 74.
4. *l.* 8. *C. de sacros. eccl. I.* 2.
   l. 12. *C. de annon. X.* 16.
5. *l.* 9. *C. de sacros. eccl. I.* 2.
   l. 1. *C. de collegiat. XI.* 17.
6. *l.* 10. *C. de sacros. eccl. I.* 2.
   l. 2. *C. de navib. non excus. XI.* 3.
7. *l.* 11. *C. de sacros. eccl. I.* 2.
   l. 2. *C. de quibus muner. X.* 48.
8. *l.* 21. *C. de episcop. I.* 3.
   l. 60. *C. de decurion. X.* 32.
9. *l.* 41. *C. de episcop. I.* 3.
   l. 23. *C. de testam. VI.* 23.
10. *l.* 51. *C. de episcop. I.* 3.
    l. 29. *C. de pactis. II.* 3.
11. *l.* 54. *C. de episcop. I.* 3.
    l. 1. *C. de raptu virg. IX.* 13.
12. *l.* 2. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 4.[b] *C. quorum appell. non recip. VII.* 65.
13. *l.* 6. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 29. *C. de appellat. VII.* 62.
14. *l.* 11. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 20. *C. de postlimin. VIII.* 51.
15. *l.* 12. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 6. *C. de spectac. XI.* 40.
16. *l.* 14. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 7. *C. de spectac. XI.* 40.
17. *l.* 15. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 8. *C. de postul. II.* 6.
18. *l.* 16. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 5. *C. de sponsal. V.* 1.
19. *l.* 17. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 3. *C. ut nemini lic. X.* 27.
20. *l.* 18. *C. de episcop. aud. I.* 4.*
    l. 19. *C. de erogat. milit. annon. XII.* 38.*
21. *l.* 19. *C. de episcop. aud. I.* 4.*
    l. 11. *C. de defensor. civit. I.* 55.*
22. *l.* 21. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 14. *C. de non numer. pec. IV.* 30.
23. *l.* 22. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 6. *C. de custod. reor. IX.* 4.
24. *l.* 23. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l 2. *C. de priv. carcer. IX.* 5.
25. *l.* 24. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 3. *C. de infant. expos. VIII.* 52.
26. *l.* 25. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 1. *C. de aleator. III.* 43.
27. *l.* 26. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 4. *C. de sportul. III.* 2.
    l. 4. *C. de discussor. X.* 30.
    l. 12. *C. de metat. XII.* 41.
    l. 2. *C. publ. laetit. XII.* 64.
    l. 5. *C. ut nemini lic. X.* 27.*
28. *l.* 27. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 7. *C. de curat. fur. V.* 70.
29. *l.* 28. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 25. *C. de nuptiis. V.* 4.
30. *l.* 31. *C. de episcop. aud. I.* 4.
    l. 2. *C. de annali exc. VII.* 40.

---

[1]) *Geminationes intelligo, quum eadem constitutio diversis titulis subiecta invenitur, vel in plures constitutiones ita dissecata, ut certe partem quandam verbotenus repetitam videamus. De usu indicis geminationum legendus est* **Bienerus** (*Revision d. Iust. Cod. p.* 192 *sqq.*), *a cuius indice* (*lib. cit. p.* 203 *sqq.*) *noster eo discrepat, quod geminationes a* **Bienero** *non adnotatas sane multas continet, paucae autem, quas* **Bienerus** *minus recte recensuisse mihi videretur, praetermissae sunt. Si de qua geminatione dubitandum censeo, asterisco notatur.*

31. *l.* 32. *C. de episcop. aud. I.* 4.
l. 4. *C. de iure emphyt. IV.* 66.

32. *l.* 33. *C. de episcop. aud. I.* 4.
l. 29. *C. de nuptiis. V.* 4.

33. *l.* 3. *C. de off. mag. offic. I.* 31.
l. 1. *C. de privil. schol. XII.* 30.

34. *l.* 1. *C. de off. praet. I.* 39. *
l. 4. *C. de vind. libert. VII.* 1. *

35. *l.* 13.[b] *C. de off. rect. prov. I.* 40.
l. 14. *C. de cohortal. XII.* 58.

36. *l.* 3. *C. de off. divers. iud. I.* 48.
l. 2. *C. de proxim. sacr. scrin. XII.* 19.

37. *l.* 11. *C. de assessor. I.* 51.
l. 1. *C. de mag. sacr. scrin. XII.* 9.

38. *l.* 10. *C. de pactis. II.* 3.
l. 1. *C. de pactis conv. V.* 14.

39. *l.* 11. *C. de pactis. II.* 3.
l. 1. *C. sine censu vel rel. IV.* 47.

40. *l.* 38. *C. de transact. II.* 4.
l. 3. *C. de repud. hered. VI.* 31.

41. *l.* 4. *C. de postul. II.* 6.*
l. 1. *C. de repud. bon. possess. VI.* 19.*

42. *l.* 11. *C. de procurator. II.* 13.
l. 1. *C. de actore. V.* 61.

43. *l.* 9. *C. de negot. gest. II.* 19.
l. 3. *C. de contrah. stipul. VIII.* 38.

44. *l.* 4. *C. in quib. caus. in integr. rest. II.* 41.
l. 3. *C. si tutor vel curat. V.* 42.

45. *l.* 8. *C. de restitut. mil. II.* 51.
l. 8. *C. quib. non obi. l. t. praescr. VII.* 35.

46. *l.* 8. *C. de inoff. test. III.* 28.
l. 2. *C. de iure delib. VI.* 30.

47. *l.* 5. *C. de rebus cred. IV.* 1.
l. 20. *C. de fideicomm. VI.* 42.

48. *l.* 6. *C. de action. hered. IV.* 16.
l. 7. *C. de bonis auct. ind. VII.* 72.

49. *l.* 1. *C. de non numer. pec. IV.* 30.
l. 1. *C. si pign. conv. VIII.* 33.

50. *l.* 14. *C. de non numer. pec. IV.* 30.
l. 4. *C. de apochis. X.* 22.

51. *l.* 6. *C. de compens. IV.* 31.
l. 1. *C. rerum amotar. V.* 21.

52. *l.* 3. *C. de hered. vend. IV.* 39.
l. 1. *C. de novation. VIII.* 42.

53. *l.* 6. *C. de hered. vend. IV.* 39.
l. 3. *C. de his qui a non dom. VII.* 10.

54. *l.* 33. *C. de locato. IV.* 65.
l. 10. *C. unde vi. VIII.* 4.

55. *l.* 5. *C. de donat. ante nupt. V.* 3.
l. 18. *C. ad l. Iul. de adulter. IX.* 9.

56. *l.* 1. *C. de secund. nupt. V.* 9.
l. 4. *C. ad Senatusc. Tertull. VI.* 56.

57. *l.* 8. *C. de testam. tut. V.* 28.
l. 14. *C. de testam. manum. VII.* 2.

58. *l.* 3. *C. in quib. cas. tutor. V.* 36.
l. 11. *C. de excus. tut. V.* 62.

59. *l.* 22. *C. de administr. tut. V.* 37.
l. 4. *C. quando decreto. V.* 72.

60. *l.* 1. *C. de auctor. praest. V.* 59.*
l. 7. *C. de contrah. stipul. VIII.* 38.*

61. *l.* 3. *C. de auctor. praest. V.* 59.
l. 9. *C. de usuc. pro emt. VII.* 26.

62. *l.* 25. *C. de excusat. tut. V.* 62.
l. 5. *C. de silentiar. XII.* 16.

63. *l.* 13. *C. de operis libert. VI.* 3.
l. 1. *C. de colonis Illyric. XI.* 52.

64. *l.* 18. *C. de collation. VI.* 20.*
l. 11. *C. de legit. hered. VI.* 58.*

65. *l.* 15. *C. de testam. VI.* 23.
l. 21. *C. de legat. VI.* 37.

66. *l.* 12. *C. de hered. instit. VI.* 24.
l. 3. *C. de vendend. reb. civ. XI.* 31.

67. *l.* 8. *C. ut in possess. legat. VI.* 54.
l. 2. *C. de administr. rer. publ. XI.* 30.

68. *l.* 7. *C. de suis et legit. VI.* 55.
l. 8. *C. de patria pot. VIII.* 47.

69. *l.* 6. *C. ad Senatusc. Tertull. VI.* 56.
l. 6. *C. in quib. caus. pign. VIII.* 15.

70. *l.* 4. *C. pro quib. caus. servi. VII.* 13.
l. 1. *C. de desertor. XII.* 46.

71. *l.* 1. *C. de Senatusc. Claud. VII.* 24.
l. 24. *C. de agric. XI.* 47.

72. *l.* 3. *C. ne rei domin. VII.* 38.
l. 2. *C. de fundis et salt. XI.* 66.

73. *l.* 8. *C. de pignor. VIII.* 14.
l. 1. *C. etiam ob chirogr. pec. VIII.* 27.

74. *l.* 8. *C. si aliena res pign. VIII.* 16.
l. 17. *C. de agric. XI.* 47.

75. *l.* 17. *C. de accusat. IX.* 2.
l. 10. *C. de calumniat. IX.* 46.

76 *l.* 32. *C. ad l. Iul. de adult. IX.* 9.
l. 9. *C. ad l. Corn. de sic. IX.* 16.

77. *l.* 55. *C. de decurion. X.* 31.
l. 12. *C. de cohortal. XII.* 58.

78. *l.* 9. *C. de incolis. X.* 39.
l. 13. *C. de dignit. XII.* 1.

79. *l.* 3. *C. de his quae ex publ. coll. X.* 73.
l. 5. *C. de collat. fund. patrim. XI.* 64.

80. *l.* 18. *C. de agric. XI.* 47.*
l. 3. *C. de appar. mag. mil. XII.* 55.*

81. *l.* 8. *C. de proxim. sacr. scrin. XII.* 19.
l. 6. *C. de princ. agent. in reb. XII.* 22.

82. *l.* 7. *C. de numerar. XII.* 50.
l. 6. *C. de divers. off. XII.* 60.

APPENDIX II.

INDEX CONSTITUTIONUM INTER SE CONIUNGENDARUM [1].

1. *l.* 1. *C. de summa trinit.* I. 1.
   l. 1. *C. de crim. sacril.* IX. 29.

2. *l.* 3. *C. de sacros. eccl.* I. 2.
   l. 14. *C. de religios.* III. 44.

3. *l.* 7. *C. de sacros. eccl.* I. 2.
   l. 6. *C. de privil. dom. Aug.* XI. 74.
   l. 15. *C. de erogat. mil. annon.* XII. 38.*

4. *l.* 11. *C. de sacros. eccl.* I. 2.
   l. 2. *C. de quibus muner.* X. 48.
   l. 21. *C. de cursu publ.* XII. 51.*

5. *l.* 19. *C. de sacros. eccl.* I. 2.*
   l. 33. *C. de donation.* VIII. 54.*

6. *l.* 11. *C. de episcop.* I. 3.
   l. 12. *C. eod.*
   l. 6. *C. de episcop. aud.* I. 4.
   l. 29. *C. de appellat.* VII. 62.

7. *l.* 17. *C. de episcop.* I. 3.*
   l. 6. *C. de legation.* X. 63.*

8. *l.* 25. *C. de episcop.* I. 3.
   l. 13. *C. de episcop. aud.* I. 4.

9. *l.* 28. *C. de episcop.* I. 3.
   l. 9. *C. de pactis conv.* V. 14.

10. *l.* 50. *C. de episcop.* I. 3.*
    l. 37. *C. de inoffic. test.* III. 28.*

11. *l.* 54. *C. de episcop.* I. 3.
    l. 11. *C. de repud.* V. 17.
    l. 1. *C. de Senatusc. Claud.* VII. 24.
    l. 1. *C. de raptu virg.* IX. 13.
    l. 24. *C. de agric.* XI. 47.

12. *l.* 1. *C. de episcop. aud.* I. 4.
    l. 1. *C. de commerc.* IV. 63.

13. *l.* 4. *C. de episcop. aud.* I. 4.
    l. 4. *C. de spectac.* XI. 40.
    l. 1. *C. de apparit. com. Or.* XII. 57.*

14. *l.* 9. *C. de episcop. aud.* I. 4.
    l. 10. *C. eod.*
    l. 1. *C. de defensor.* I. 55.
    l. 8. *C. eod.*
    l. 9. *C. eod.*
    l. 11. *C. de testib.* IV. 20.
    l. 2. *C. ut intra cert. temp.* IX. 44.

15. *l.* 16. *C. de episcop. aud.* I. 4.
    l. 13. *C. de iur. et facti ign.* I. 18.
    l. 42. *C. de transact.* II. 4.
    l. 5. *C. de sponsal.* V. 1.
    l. 8. *C. de interd. matrim.* V. 6.
    l. 3. *C. de legit. tut.* V. 30.
    l. 11. *C. qui potior. in pign.* VIII. 18.
    l. 10. *C. de contrah. stip.* VIII. 38.*

16. *l.* 21. *C. de episcop. aud.* I. 4.
    l. 14. *C. de non num. pec.* IV. 30.
    l. 4. *C. de apochis.* X. 22.

17. *l.* 5. *C. de haeret.* I. 5.
    l. 3. *C. ne sanct. bapt.* I. 6.

18. *l.* 7. *C. de haeret.* I. 5.
    l. 5. *C. de apostat.* I. 7.
    l. 19. *C. de Iudaeis.* I. 9.

19. *l.* 8. *C. de haeret.* I. 5.
    l. 6. *C. de apostat.* I. 7.

20. *l.* 12. *C. de Iudaeis.* I. 9.
    l. 2. *C. de his qui ad eccl.* I. 12.

21. *l.* 6. *C. de his qui ad eccl.* I. 12.
    l. 2. *C. de seditios.* IX. 30.

22. *l.* 2. *C. de legib.* I. 14.*
    l. 3. *C. eod.*
    l. 7. *C. de prec. Imp. offer.* I. 19.
    l. 5. *C. si contra ius.* I. 22.
    l. 18. *C. de iure delib.* VI. 30.
    l. 11. *C. de suis et legit.* VI. 55.
    l. 5. *C. ad Senatusc. Tertull.* VI. 56.
    l. 3. *C. de bonis matern.* VI. 60.
    l. 1. *C. de bonis quae lib.* VI. 61.
    l. 9. *C. de revoc. donat.* VIII. 56.

23. *l.* 4. *C. de legib.* I. 14.
    l. 5. *C. de locat. praed. civ.* XI. 70.

24. *l.* 5. *C. de legib.* I. 14.
    l. 30. *C. de locat.* IV. 65.

25. *l.* 9. *C. de legib.* I. 14.
    l. 7. *C. de incest.* V. 5.

26. *l.* 5. *C. de iur. et facti ign.* I. 18.*
    l. 20. *C. de pactis.* II. 3.*

27. *l.* 12. *C. de iur. et facti ign.* I. 18.
    l. 14. *C. de contrah. emt.* IV. 38.

28. *l.* 1. *C. de prec. imp. offer.* I. 19.*
    l. 1. *C. pro quib. caus. servi.* VII. 13.*

29. *l.* 2. *C. ut lite pendente.* I. 21.
    l. 13. *C. de appell.* VII. 62.

30. *l.* 3. *C. ut lite pendente.* I. 21.
    l. 2. *C. ubi in rem act.* III. 19.
    l. 19. *C. de appell.* VII. 62.
    l. 2. *C. de litigios.* VIII. 37.

31. *l.* 6. *C. de div. rescr.* I. 23.*
    l. 10. *C. de proxim.* XII. 19.*
    l. 9. *C. de div. offic.* XII. 60.*

32. *l.* 1. *C. de statuis.* I. 24.
    l. 13. *C. de oper. publ.* VIII. 12.

---

[1]) *Quod in edendo Theodosiano Codice dudum I. Gothofredus, et accuratius etiam nostra aetate Haenelius in magnam rei criticae et interpretationis utilitatem praestiterunt, ut scilicet leges, quae propter fontis communionem inter se coniungendae sunt, adnotarent, hoc a Iustinianei Codicis editoribus fere intactum relictum est. Quapropter quod attinet ad constitutiones, quarum fontem in Theodosiano Codice non habemus, in adnotanda earum coniunctione rem fere novam et eam aggressus sum, in qua et diligentissimus quisque facile fallitur. Ignoscant itaque lectores, si quid praetermissum videant in hoc indice vel in notis textui subiectis. Caeterum monendum est, magnam vim, quae coniunctioni illi inest, a me non statim ab initio operis suscepti satis fuisse reputatam; unde factum est, ut, quo magis opus meum progreditur, eo accuratius coniunctionem illam in notis adnotatam reperias. — Si de qua coniunctione dubitandum videtur, asteriscis notata est.*

33. *l.* 3. *C. de off. praef. urb. I.* 28.
l. 1. *C. de appar. praef. annon. XII.* 59.

34. *l.* 1. *C. de off. mag. mil. I.* 29.
l. 1. *C. de domest. XII.* 17.

35. *l.* 3. *C. de off. quaest. I.* 30.*
l. 11. *C. de proximis. XII.* 19.*

36. *l.* 1. *C. de off. mag. off. I.* 31.*
l. 3. *C. de curios. XII.* 23.*

37. *l.* 4. *C. de off. mag. off. I.* 31.
l. 4. *C. de off. milit. iud. I.* 46.
l. 3. *C. de fundis limit. XI.* 59.

38. *l.* 1. *C. de off. com. sacr. larg. I.* 32.
l. 10. *C. de off. rect. prov. I.* 40.

39. *l.* 1. *C. de off. com. Or. I.* 36.
l. 3. *C. de his qui sponte X.* 43.

40. *l.* 2. *C. de off. praet. I.* 39.
l. 1. *C. de praetor. XII.* 2.

41. *l.* 2. *C. de off. rect. prov. I.* 40.
l. 2. *C. de veteran. XII.* 47.

42. *l.* 3. *C. de off. rect. prov. I.* 40.*
l. 4. *C. de iurisd. omn. iud. III.* 13.*

43. *l.* 11. *C. de off. rect. prov. I.* 40.*
l. 3. *C. de commerc. IV.* 63.*

44. *l.* 2. *C. de off. civil. iud. I.* 45.
l. 1. *C. de auri publ. prosec. X.* 72.
l. 7. *C. de navicul. XI.* 1.*

45. *l.* 2. *C. de off. milit. iud. I.* 46.*
l. 24. *C. de poenis. IX.* 47.*

46. *l.* 3. *C. de off. milit. iud. I.* 46.*
l. 7. *C. de div. offic. XII.* 60.*

47. *l.* 7. *C. de assessor. I.* 51.
l. 4. *C. de advoc. div. iud. II.* 7.

48. *l.* 6. *C. de modo mulctar. I.* 54.*
l. 17. *C. de rescind. vend. IV.* 44.
l. 17. *C. de quaestion. IX.* 41.
l. 51. *C. de decurion. X.* 31.

49. *l.* 1. *C. de off. iurid. I.* 57.*
l. 13. *C. de advoc. div. iud. II.* 7.*
l. 3. *C. quae sit longa consuet. VIII.* 53.*

50. *l.* 3. *C. de edendo. II.* 1.
l. 1. *C. de litis contest. III.* 9.

51. *l.* 12. *C. de pactis. II.* 3.
l. 4. *C. ad exhib. III.* 42.

52. *l.* 38. *C. de transact. II.* 4.
l. 4. *C. de postul. II.* 6.*
l. 10. *C. de petit. hered. III.* 31.
l. 1. *C. de repud. bon. poss. VI.* 19.*
l. 3. *C. de repud. hered. VI.* 31.

53. *l.* 43. *C. de transact. II.* 4.
l. 2. *C. de advoc. div. iud. II.* 8.
l. 5. *C. de praescr. trig. ann. VII.* 39.

54. *l.* 7. *C. de postul. II.* 6.
l. 10. *C. de professor. X.* 52.

55. *l.* 8. *de advoc. div. iud. II.* 7.*
l. 1. *C. qui pro sua iurisd. III.* 4.*
l. 32. *C. de appell. VII.* 62.*

56. *l.* 3. *C. de advoc. fisci. II.* 9.
l. 1. *C. de exactor. trib. X.* 19.*
l. 1. *C. de lucris advoc. XII.* 62.

57. *l.* 6. *C. de procurat. II.* 13.
l. 1. *C. de reis postul. X.* 58.

58. *l.* 24. *C. de procurat. II.* 13.
l. 6. *C. unde vi. VIII.* 4.

59. *l.* 2. *C. ne liceat potent. II.* 14.
l. 1. *C. de prohib. sequestr. IV.*
l. 13. *C. quod cum eo. IV.* 26.
l. 8. *C. si aliena res pign. VIII.* 16.
l. 17. *C. de agric. XI.* 47.
l. 4. *C. de exsecutor. XII.* 61.

60. *l.* 1. *C. de his qui potent. nom. II.* 15.
l. 2. *C. de discussor. X.* 30.
l. 2. *C. de collat. fund. fisc. XI.* 73.*
l. 18. *C. de cursu publ. XII.* 51.*

61. *l.* 9. *C. de his quae vi. II.* 20.
l. 6. *C. de dolo malo. II.* 21.
l. 2. *C. si advers. transact. II.* 32.
l. 8. *C. de rescind. vendit. IV.* 44.*

62. *l.* 8. *C. de in integr. rest. II.* 22.
l. 3. *C. qui legit. person. III.* 6.

63. *l.* 9. *C. de in integr. rest. II.* 22.
l. 28. *C. de iure dot. V.* 12.
l. 6. *C. de magistr. conven. V.* 75.

64. *l.* 1. *C. si in communi causa. II.* 26.*
l. 4. *C. de rebus alien. IV.* 51.*

65. *l.* 2. *C. si advers. vendit. II.* 28.
l. 25. *C. de usuris. IV.* 32.*
l. 22. *C. de administr. tut. V.* 37.
l. 4. *C. quando decr. non opus. V.* 72.

66. *l.* 1. *C. si advers. donat. II.* 30.
l. 8. *C. de praediis min. V.* 71.

67. *l.* 2. *C. si advers. solut. II.* 33.*
l. 2. *C. si maior factus. II.* 46.*
l. 11. *C. de testam. manum. VII.* 2.*

68. *l.* 2. *C. in quib. caus. in integr. rest. II.* 41.
l. 16. *C. de inoff. test. III.* 28.

69. *l.* 3. *C. in quib. caus. in integr. rest. II.* 41.
l. 5. *C. de act. emti. IV.* 49.

70. *l.* 3. *C. de his qui ven. aet. II.* 45.
l. 3. *C. si maior factus alien. V.* 74.

71. *l.* 8. *C. de restit. mil. II.* 51.
l. 17. *C. de testam. mil. VI.* 21.
l. 8. *C. quib. non obi. l. t. praescr. VII.* 35.

72. *l.* 5. *C. de recept. arb. II.* 56.
l. 20. *C. de testib. IV.* 20.

73. *l.* 2. *C. de formul. II.* 58.
l. 17. *C. de donat. ante nupt. V.* 3.
l. 22. *C. de nupt. V.* 4.
l. 6. *C. de dotis promiss. V.* 11.
l. 1. *C. unde vir et uxor. VI.* 18.
l. 11. *C. de hered. inst. VI.* 24.
l. 2. *C. de bonis quae lib. VI.* 61.
l. 29. *C. de donation. VIII.* 54.*

74. *l.* 1. *C. de iuretur. propt. cal. II.* 59.
l. 33. *C. de inoff. test. III.* 28.
l. 11. *C. de rebus cred. IV.* 1.
l. 10. *C. de sec. nupt. V.* 9.
l. 5. *C. ad Senatusc. Orphit. VI.* 57.
l. 11. *C. commun. de success. VI.* 59.
l. 18. *C. de quaestion. IX.* 41.

75. *l.* 8. *C. de iudic. III.* 1.*
l. 3. *C. de longi temp. praescr. VII.* 22.*

76. *l.* 9. *C. de iudic. III.* 1.
l. 16. *C. de appellat. VII.* 62.

77. *l.* 1. *C. ne quis in sua causa. III.* 5.
l. 10. *C. de testib. IV.* 20.

78. *l.* 1. *C. ubi de hered. ag. III.* 20.
l. 2. *C. de interd. VIII.* 1.

79. *l.* 1. *C. ubi de ratiocin.* *III.* 21.
l. 7. *C. si quis alteri vel sibi.* *IV.* 50.
l. 9. *C. de bonis auct. iud. poss.* *VII.* 72

80. *l.* 1. *C. ubi quis de curiali.* *III.* 23.*
l. 48. *C. de decurion.* *X.* 31.*

81. *l.* 2. *C. ubi senatores.* *III.* 24.
l. 8. *C. de incolis.* *X.* 39.

82. *l.* 3. *C. ubi senatores.* *III.* 24.*
l. 17. *C. de dignitat.* *XII.* 1.*

83. *l.* 6. *C. ubi caus. fisc.* *III.* 26
l. 1. *C. de privil. dom. Aug.* *XI.* 74

84. *l.* 29. *C. de inoff. test.* *III.* 28.
l. 18. *C. de donat. ante nupt.* *V.* 3.

85. *l.* 4. *C. de inoff. donat.* *III.* 29.
l. 6. *C. de donat.* *VIII.* 54.

86. *l.* 8. *C. de petit. hered.* *III.* 31.
l. 4. *C. commun. de success.* *VI.* 59.
l. 27. *C. de liber. causa.* *VII.* 16.

87. *l.* 11. *C. de petit. hered.* *III* 31.
l. 17. *C. de testam.* *VI.* 23.

88. *l.* 26. *C. de rei vind.* *III.* 32.
l. 10. *C. de praescr. longi temp.* *VII.* 33.*

89. *l.* 28. *C. de rei vind.* *III.* 32.
l. 9. *C. commun. de success.* *VI.* 59.

90. *l.* 13. *C. de servitut.* *III.* 34.
l. 1. *C. de usuc. transform.* *VII.* 31.

91. *l.* 4. *C. fam. ercisc.* *III.* 36.*
l. 1. *C. de castr. pec.* *XII.* 37.*

92. *l.* 24. *C. fam. ercisc.* *III.* 36.
l. 16. *C. de collat.* *VI.* 20.

93. *l.* 3. *C. fin. regund.* *III.* 39.
l. 5. *C. unde vi.* *VIII.* 5.

94. *l.* 2. *C. ad exhib.* *III.* 42.
l. 2. *C. de accusat.* *IX.* 2.
l. 1. *C. de iniur.* *IX.* 35.

95. *l.* 11. *C. de religios.* *III.* 44.*
l. 6. *C. de bonis proscr.* *IX.* 49.*

96. *l.* 10. *C. de rebus cred.* *IV.* 1.*
l. 6. *C. de rer. permut.* *IV.* 64.*

97. *l.* 15. *C. si certum pet.* *IV.* 2.
l. 16. *C. de solution.* *VIII.* 43.

98. *l.* 8. *C. de condict. indeb.* *IV.* 5.*
l. 6. *C. de novation.* *VIII.* 42.*

99. *l.* 7. *C. de obl. et act.* *IV.* 10.
l. 3. *C. vi bon. rapt.* *IX.* 33.

100. *l.* 9. *C. de obl. et act.* *IV.* 10.
l. 9. *C. de exsec. rei iud.* *VII.* 53.

101. *l.* 1. *C. ut act. ab hered.* *IV.* 11.*
l. 15. *C. de contrah. stip.* *VIII.* 38.*

102. *l.* 24. *C. de probat.* *IV.* 19.
l. 1. *C. quando civ. act.* *IX.* 31.

103. *l.* 25. *C. de probat.* *IV.* 19.
l. 3. *C. de sec. nupt.* *V.* 9.
l. 3. *C. de abolit.* *IX.* 42.
l. 9. *C. de calumniat.* *IX.* 46.

104. *l.* 12. *C. de testib.* *IV.* 20.
l. 3. *C. de libert.* *VI.* 7.
l. 21. *C. qui accus. non poss.* *IX.* 1.
l. 17. *C. de accusat.* *IX.* 2.
l. 10. *C. de calumniat.* *IX.* 46.

105. *l.* 14. *C. de fide instrum.* *IV.* 21.
l. 27. *C. de donat.* *VIII.* 54.

106. *l.* 19. *C. de fide instrum.* *IV.* 21.
l. 20. *C. de agric.* *XI.* 47.

107. *l.* 21. *C. mandati.* *IV.* 35.
l. 2. *C. de dignitat.* *XII.* 1.

108. *l.* 3. *C. quae res venire.* *IV.* 40.
l. 2. *C. de can. frument.* *XI.* 22.

109. *l.* 4. *C. quae res venire.* *IV.* 40.*
l. 8. *C. de navicul.* *XI.* 1.*

110. *l.* 3. *C. si propt. publ. pensit.* *IV.* 46.
l. 2. *C. de omni agro des.* *XI.* 58.

111. *l.* 8. *C. de vectigal.* *IV.* 61.*
l. 2. *C. de his qui ex publ. ration.* *X.* 6.*

112. *l.* 31. *C. de locato.* *IV.* 65.
l. 15. *C. de re milit.* *XII.* 36.

113. *l.* 1. *C. de sponsal.* *V.* 1.
l. 3. *C. ad l. Iul. de vi.* *IX.* 12.

114. *l.* 3. *C. de sponsal.* *V.* 1.
l. 1. *C. si rector prov.* *V.* 2
l. 16. *C. de testam.* *VI.* 23.
l. 8. *C. de bonis. proscr.* *IX.* 49.
l. 1. *C. de primic.* *XII.* 7.

115. *l.* 4. *C. de sponsal.* *V.* 1.
l. 4. *C. de sec. nupt.* *V.* 9.
l. 11. *C. soluto matrim.* *V.* 18.
l. 1. *C. si dos const. matr.* *V.* 19.

116. *l.* 20. *C. de nupt.* *V.* 4.*
l. 1. *C. si nupt. ex rescr.* *V.* 8.*

117. *l.* 21. *C. de nupt.* *V.* 4.*
l. 4. *C. de libert.* *VI.* 7.*

118. *l.* 5. *C. de sec. nupt.* *V.* 9.
l. 3. *C. de bonis quae lib.* *VI.* 61.

119. *l.* 6. *C. de sec. nupt.* *V.* 9.
l. 17. *C. de collat.* *VI.* 20.
l. 12. *C. de hered. inst.* *VI.* 24.
l. 4. *C. de bonis quae lib.* *VI.* 61.
l. 3. *C. de vend. reb. civ.* *XI.* 31.

120. *l.* 7. *C. de sec. nupt.* *V.* 9.
l. 31. *C. de donation.* *VIII.* 54.

121. *l.* 24. *C. de donat. int. vir. et ux.* *V.* 16.
l. 9. *C. de bonis proscr.* *IX.* 49.

122. *l.* 8. *C. de pactis conv.* *V.* 14.*
l. 8. *C. de repud.* *V.* 17.*

123. *l.* 17. *C. de donat. int. vir. et ux.* *V.* 16.
l. 11. *C. de solution.* *VIII.* 43.

124. *l.* 5. *C. de testam. tut.* *V.* 28.
l. 10. *C. de fideic. libert.* *VII.* 4.

125. *l.* 8. *C. de testam. tut.* *V.* 28.
l. 21. *C. de testam.* *VI.* 23.
l. 14. *C. de testam. manum.* *VII.* 2.

126. *l.* 4. *C. de confirm. tut.* *V.* 29.
l. 3. *C. quando mul. tut.* *V.* 35.

127. *l.* 6. *C. qui petant tut.* *V.* 31.
l. 1. *C. quando mul. tut.* *V.* 35.

128. *l.* 4. *C. in quib. cas. tut.* *V.* 36.
l. 2. *C. de tut. vel curat.* *V.* 42.

129. *l.* 21. *C. de administr. tut.* *V.* 37.
l. 25. *C. de donat.* *VIII.* 54.

130. *l.* 2. *C. arbitr. tut.* *V.* 51.
l. 1. *C. de usur. pupill.* *V.* 56.

131. *l.* 1. *C. qui aetate.* *V.* 68.
l. 2. *C. de his qui numero.* *X.* 61.

132. *l.* 18. *C. de praed. minor. V.* 71.*
l. 17. *C. de appellat. VII.* 62.*

133. *l.* 5. *C. de servis fugit. VI.* 1.*
l. 2. *C. de agric. XI.* 61.*

134. *l.* 2. *C. de bonis libert. VI.* 4.
l. 4. *C. de agric. XI.* 67.

135. *l.* 1. *C. de iure aur. annul. VI.* 8.
l. 3. *C. de servis reipubl. VII.* 9.*

136. *l.* 2. *C. qui admitti ad bon. poss. VI.* 9
l. 1. *C. de suis et legit. VI.* 55.

137. *l.* 9. *C. qui admitti ad bon. poss. VI.* 9.
l. 15. *C. de testam. VI.* 23.
l. 21. *C. de legatis. VI.* 37.

138. *l.* 2. *C. de bon. poss. cont. tab. VI.* 13.
l. 8. *C. de codicill. VI.* 36.

139. *l.* 3. *C. unde liberi. VI.* 14.
l. 15. *C. de iure delib. VI.* 30.

140. *l.* 18. *C. de collat. VI.* 20.
l. 11. *C. de legit. hered. VI.* 58.
l. 5. *C. de emancip. lib. VIII.* 49.

141. *l.* 25. *C. de testam. VI.* 23.
l. 11. *C. de contrah. stipul. VIII.* 38.

142. *l.* 17. *C. de iure delib. VI.* 30.*
l. 10. *C. de cohortal. XII.* 58.*

143. *l.* 27. *C. de fideicomm. VI.* 42.
l. 23. *C. de donation. VIII.* 54.

144. *l.* 6. *C. ad Senatusc. Tertull. VI.* 56.
l. 10. *C. de legit. hered. VI.* 58.
l. 6. *C. in quib. caus. pign. VIII.* 15.

145. *l.* 7. *C. ad Senatusc. Tertull. VI.* 56.
l. 2. *C. de iure liberor. VIII.* 59.

146. *l.* 6. *C. ad Senatusc. Orphit. VI.* 57.
l. 15. *C. de fideic. libert. VII.* 4.

147. *l.* 5. *C. de hered. decur. VI.* 62.
l. 5. *C. de fabricens. XI.* 10.

148. *l.* 2. *C. de testam. manum. VII.* 2.*
l. 1. *C. de fideic. libert. VII.* 4.*

149. *l.* 1. *C. de servo pign. dato. VII.* 8.
l. 1. *C. de remiss. pign. VIII.* 26.

150. *l.* 2. *C. pro quib. caus. servi. VII.* 13.
l. 1. *C. de falsa mon. IX.* 24.

151. *l.* 4. *C. pro quib. caus. servi. VII.* 13.
l. 1. *C. de desertor. XII.* 46.

152. *l.* 6. *C. de ingen. manum. VII.* 14.*
l. 2. *C. in quib. caus. cessat. VII.* 34.*

153. *l.* 3. *C. quib. ad libert. proclam. VII.* 18.
l. 10. *C. de patria potest. VIII.* 47.

154. *l.* 11. *C. de acquir. possess. VII.* 32.
l. 2. *C. si per vim. VIII.* 5.

155. *l.* 1. *C. ne rei domin. VII.* 38.
l. 8. *C. de agric. XI.* 47.

156. *l.* 4. *C. de praescr. trig. annor. VII.* 39.
l. 1. *C. ut nem. lic. in coemt. X.* 27.
l. 14. *C. de fundis patrimon. XI.* 61.

157. *l.* 3. *C. sentent. resc. non posse. VII.* 50.*
l. 2. *C. quae sit longa cons. VIII.* 53.
l. 1. *C. de mancip. et colon. XI.* 62.

158. *l.* 3. *C. de fruct. et lit. exp. VII.* 51.
l. 31. *C. de appellat. VII.* 62.

159. *l.* 3. *C. quib. res iudic. VII.* 56.
l. 9. *C. de accusat. IX.* 2.

160. *l.* 11. *C. de appellat. VII.* 62.*
l. 7. *C. de incol. X.* 39.*

161. *l.* 12. *C. de appellat. VII.* 62.
l. 16. *C. de poenis. IX.* 47.

162. *l.* 23. *C. de appellat. VII.* 62.
l. 7. *C. de dignit. XII.* 1.

163. *l.* 26. *C. de appellat. VII.* 62.
l. 7. *C. quorum appellat. VII.* 65.

164. *l.* 27. *C. de appellat. VII.* 62.
l. 45. *C. de decurion. X.* 31.

165. *l.* 33. *C. de appellat. VII.* 62.
l. 18. *C. de agric. XI.* 47.
l. 3. *C. de appar. mag. mil. XII.* 55.

166. *l.* 37. *C. de appellat. VII.* 62.
l. 10. *C. quando provoc. VII.* 64.

167. *l.* 1. *C. de interd. VIII.* 1.
l. 3. *C. de aedif. priv. VIII.* 10.
l. 1. *C. quae sit longa cons. VIII.* 53.*

168. *l.* 8. *C. unde vi. VIII.* 4.
l. 16. *C. de accusat. IX.* 2.
l. 1. *C. de abigeis. IX.* 37.

169. *l.* 1. *C. de oper. publ. VIII.* 12.
l. 7. *C. de excus. mun. X* 47.

170. *l.* 2. *C. de oper. publ. VIII.* 12.
l. 1. *C. de praeb. salar. X.* 36.

171. *l.* 7. *C. de oper. publ. VIII.* 12.
l. 1. *C. de auro coron. X.* 74.

172. *l.* 8. *C. quae res pign. VIII.* 17.
l. 15. *C. de agric. XI.* 47.*
l. 13. *C. de omni agro des. XI.* 58.

173. *l.* 3. *C. de pactis pign. VIII.* 35.*
l. 1. *C. de infirm. poen. coel. VIII.* 58.*
l. 2. *C. de exactor. trib. X.* 19.*

174. *l.* 2. *C. de infant. expos. VIII.* 52.*
l. 8. *C. ad l. Corn. de sic. IX.* 16.*

175. *l.* 2. *C. de infirm. poen. coel. VIII.* 58.
l. 1. *C. de iure liberor. VIII.* 59.

176. *l.* 2. *C. de exhib. reis. IX.* 3.
l. 5. *C. de cust. reor. IX.* 4.

177. *l.* 1. *C. si quis imp. maledix. IX.* 7.
l. 44. *C. de decurion. X.* 31.

178. *l.* 9. *C. ad l. Iul. de vi. IX.* 12.
l. 1. *C. de crim. pecul. IX.* 28.

179. *l.* 21. *C. ad l. Corn. de fals. IX.* 22.
l. 15. *C. de decurion. X.* 31.

180. *l.* 1. *C. ad l. Iul. de amb. IX.* 26.
l. 12. *C. de susceptor. X.* 70.
l. 3. *C. de lucris advoc. XII.* 62.

181. *l.* 3. *C. de requir. reis. IX.* 40.
l. 10. *C. de iure fisci. X.* 1.
l. 4. *C. de bonis vacant. X.* 10.

184. *l.* 4 *C. de conven. fisci deb. X.* 2.
l. 1. *C. de vestib. holov. XI.* 8.

185. *l.* 7. *C. de annon. X.* 16.*
l. 1. *C. de fund. limit. XI.* 59.*
l. 1. *C. de appar. praef. urb. XII.* 54.*

186. *l.* 7. *C. de exactor. trib. X.* 19.*
l. 4. *C. de lucris advoc. XII.* 62.*

187. *l.* 8. *C. de exactor. trib. X.* 19.
l. 1. *C. ut nemo ad suum patroc. XI.* 53.
l. 1. *C. non licere habitator. XI.* 55.

188. *l.* 2. *C. de apochis publ. X.* 22.
l. 16. *C. de omni agro des. XI.* 58.

189. *l.* 1. *C. de immun. nem. conc. X.* 25.
l. 9. *C. de agric. XI.* 47.

190. *l.* 1. *C. de collat. donat. X.* 28.
l. 17. *C. de omni agro des. XI.* 58.

191. *l.* 29. *C. de decurion. X.* 31.
l. 6. *C. de agric. XI.* 47.

192. *l.* 39. *C. de decurion. X.* 31.*
l. 4. *C. de metallar. XI.* 6.*

193. *l.* 56. *C. de decurion. X.* 31.
l. 57. *C. eod.*
l. 58. *C. eod.*
l. 59. *C. eod.**
l. 1. *C. de Alex. primat. XI.* 28.
l. 2. *C. de frum. Alex. XI.* 27.

194. *l.* 1. *C. de praed. curial. X.* 33.*
l. 9. *C. de susceptor. X.* 70.*

195. *l.* 2. *C. de praed. curial. X.* 33.
l. 1. *C. quando et quib. quarta. X.* 34.

196. *l.* 1. *C. de susceptor. X.* 70.
l. 1. *C. de ponderator. X.* 71.

197. *l.* 5. *C. de susceptor. X.* 70.
l. 2. *C. de metallar. XI.* 6.
l. 1. *C. de vet. numism. potest. XI.* 10.

198. *l.* 15. *C. de susceptor. X.* 70.
l. 5. *C. de exsecutor. XII.* 61.

199. *l.* 6. *C. de navicul. XI.* 1.
l. 6. *C. de naufrag. XI.* 5.
l. 1. *C. de frum. Alex. XI.* 27.*

200. *l.* 1. *C. de studiis liber. XI.* 18.*
l. 1. *C. de profess. qui in urbe. XII.* 15.*

201. *l.* 2. *C. de spectac. XI.* 40.
l. 3. *C. eod.*

202. *l.* 10. *C. de agric. XI.* 47.
l. 3. *C. de censib. XI.* 57.

203. *l.* 13. *C. de agric. XI.* 47.
l. 14. *C. eod.**
l. 6. *C. de fundis rei priv. XI.* 65.

204. *l.* 1. *C. de colon. Palaest. XI.* 50.*
l. 7. *C. de omni agro des. XI.* 58.
l. 4. *C. de mancip. XI.* 62.*
l. 2. *C. de fugit. colon. XI.* 63.
l. 5. *C. de agric. XI.* 67.*

205. *l.* 1. *C. de colon. Thrac. XI.* 51.*
l. 4. *C. de censib. XI.* 57.*

206. *l.* 7. *C. de censib. XI.* 57.
l. 15. *C. de omni agro des. XI.* 58.

207. *l.* 6. *C. de omni agro des. XI.* 58.
l. 2. *C. de locat. praed. civ. XI.* 70.

208. *l.* 3. *C. de dignit. XII.* 1.
l. 2. *C. de priv. eor. qui in s. pal. XII.* 29.

209. *l.* 18. *C. de dignit. XII.* 1.
l. 5. *C. de praep. s. cubic. XII.* 5.

210. *l.* 1. *C. de praef. praet. XII.* 2.
l. 1. *C. de comit. rei mil. XII.* 12.

211. *l.* 2. *C. de praef. praet. XII.* 2.
l. 1. *C. de quaestor. XII.* 6.

212. *l.* 3. *C. de praep. s. cubic. XII.* 5.
l. 3. *C. de castrensian. XII.* 26.
l. 8. *C. de div. offic. XII.* 60.*

213. *l.* 2. *C. de primicer. XII.* 7.
l. 11. *C. de metat. XII.* 41.

214. *l.* 1. *C. de comit. et tribun. XII.* 11.
l. 2. *C. de comit. rei mil. XII.* 12.
l. 1. *C. de comit. et archiatr. XII.* 13.
l. 1. *C. de comit. qui prov. XII.* 14.

215. *l.* 8. *C. de proxim. XII.* 19.
l. 6. *C. de princip. agent. in reb. XII.* 22.

216. *l.* 9. *C. de re milit. XII.* 36.
l. 1. *C. de commeatu. XII.* 43.

217. *l.* 6. *C. de castr. pec. XII.* 37.
l. 3. *C. de appar. praef. praet. XII.* 53.

218. *l.* 10. *C. de numerar. XII.* 50.
l. 6. *C. de exsecutor. XII.* 61.

219. *l.* 8. *C. de cursu publ. XII.* 51.
l. 9. *C. eod.*

220. *l.* 3. *C. de apparit. procons. XII.* 56.*
l. 2. *C. de apparit. praef. ann. XII.* 59.*

APPENDIX III.

NOTAE RECOGNITI OPERIS.

LIBER PRIMUS.

TIT. I. *l.* 8. *Iustiniani epistola huic legi inserta apud Mansi Coll. Conc. T. VIII. p.* 846. *hanc habet subscr.:* Data VIII. Iduum Iuniarum Constantinopoli domino nostro Iustiniano perpetuo Augusto III. consule.

TIT. III. *l.* 22. *Subscriptionem aliam veraeque similiorem* D. III. Id. Februar. CP. Valent. III. (*scr.* VI. et Nom. Conss. [445.]) *edid. Pithoei in Observ. in C. h. l.*

l. 24. *Secundum Pith. ita subscr.* D. Kal. Mai. Anthemio Cons. (455.)

l. 26. *Secundum Pith. ita subscr.* D. XV. Kal. Octob. Patricio Cons. (459.)

l. 27. *Secundum Pith. ita subscr.* D. prid. Non. Mart. CP. Leone A. III. Cons. (466.)

l. 28. *Secundum Pith. hanc adde subscr.* D. XV. Kal. Sept. CP. Anthemio II. Cons. (468.)

l. 32. *Secundum Pith. ita subscr.* Dat. Kal. Iulii CP. Mar. Cons. (*reponendum videtur* Marciano et Zenone Conss. [469.])

l. 33. *Pith. subscribunt* Dat. CP. pridie Non. April. Martiano Cons. (*fortasse* Marciano et Zenone Conss. [469.]; *mensis suspectus.*)

l. 34. *Pith. addunt* pridie Non. April. Marco Cons. (*v. not. anteced.*)

l. 35. *Diem veriorem ex cod vet. edid Pithoei sic:* Dat. X. Kal. Ian.

l. 37. *Pith. add. hanc subscr.* Dat. V. Kal. Ian. CP. Theodorico Cons. [484.]

l. 38. *Pithoei ex 5. codd. sic subscr.* Idib. April. Theodorico Cons. [484.]

l. 49. *Secundum Pith. ita subscr.* Dat. X. Kal. Septemb. CP. [*fortasse* P. C. *i. e.* post consulat.] Lamprid. [*scr.* Lampad.] et Orest. VV. CC. Consulib.

l. 50. *ad diem* Non. Febr. *Pith. adnotant* Kalend. Septemb.

l. 52. *Secundum Pith. ita subscr.* Dat. Kal. Nov. post Consulat. Lamprid. (?) et Orest. VV. CC.

l. 26. *not. d. Cfr ad. hanc not. l.* 22. *C. VIII.* 12. *not. a.*

l. 5. *C. X.* 27 *not. b.*

l. 31. *not.* 41. *Cfr. l.* 2. *C. VII.* 40. *not.* 17.

TIT. V. *l.* 14. *Adnotant Pithoei, a Cedreno hanc const. ad idem tempus referri, quo lata est l.* 41. *C. de episcop., ita ut sic subscriptio esse debeat* Dat. Kal. Mart. Constantinop. Iustiniano P. P. A. II. Cons.

TIT. VI. *S. Perus. addit legem quartam ita:* Impr. Valentinianus et Marcianus aa. Palladio pp. Religiosus si in doctrina presidibus declinaverit, tormentis exercetur. *Hausisse videtur epitomator ex l.* 4. *C. l. l., quae suo loco in Summa desideratur*

TIT. XIV. *l.* 2. *in subscr. restituerim* Theodosio XII et Valentiniano II. AA., *propter leges probabiliter coniungendas.*

TIT. XXIII. *l.* 7. *In subscr. Basilisci nomen insertum videtur ab Hal., sed abfuisse a cod. Cfr. not.* 29. *ad l.* 9. *C. VIII.* 4.

T. XXIX. *l.* 1. *Subscr. fortasse repetenda ex l.* 1. *C. XII.* 17.

Post l. 4. *in S. Perus. haec sequuntur:* Titulus XXIX. Constitutio graeca et latina. *Numerum tituli inseruisse videtur epitomator, ut numeros suos, qui a tit. XXIII. conturbati sunt, denuo conformaret cum suo codice. Verbis* constitutio latina *haud dubie designatur. l.* 5., *a qua epitomanda abstinuit. Quod autem de const. graeca dicit, confirmat eiusmodi lacunam, de qua et cod. Vat. docet.*

TIT. XXX. *Hic tit. quartam habet const. in S. Perus., et sic quidem:* Impr. Anastasius a. ad Eusebium magister officiorum. De officio quaestoris sua voluntate in alia provincia abierit, et bonis suis amittat per rectorem provincie inquiratur sub pena tres librarum auri. *Fons huius summae, si poenae comminationem intuemur, est l.* 3. *h. t. Si factum reputo, cui poena imponitur, fons quidem non ita luculentus est, sed verisimile est, et hunc esse referendum ad l.* 3. *cit., in qua epitomator pro* peragere *fortasse habebat* pergere *vel* peregre ire. *Cfr. l.* 3. *C. XII.* 43.

TIT. XXXIV. *l.* 1. *lin.* 4. *pro* hoc est *Cuiac. in comment. ad XI.* 70. 1. *reponit* vel *ex emendatioribus codd.*

TIT. XL. *Post l.* 14. *in S. Perus. desunt quidem quinque graecarum const. vestigia, quae usque ad tit. De off. praef. vig. sequuntur, sed habentur hae summae:* Lex 15. Impr. Honorius et Theodosius aa. Polimio pp. Moderator provinciae absque iussiones principis si exierit, multatur. Lex 16. Impr. Archadius et Honorius aa. Polymio consularii [*leg.* com. aa. larg.]. Palatinus officium non observat, nec commercium exerceat. Lex 17. Impr. Leo a. Constantino pp. Iudici liceat, qui perpera agit, resecare. *In his summis nulla deperditarum const. vestigia deprehendo, sed non dubito, quin ex l.* 9. 10. *et* 11. *h. t. haustae sint.*

TIT. LIV. *l.* 6. *not.* 30. *Inscr. recte se habere videtur; in subscr. vero emendaverim* Theodoro V. C. Cons. *propter leges, quas coniungendas esse valde probabile est.*

LIBER SECUNDUS.

TIT. XIII. *l.* 28. *Duo loci ex Eustathio sub hoc num. restituti in ed. Zachariae sunt X.* 5. *et XIX.* 13., *quo auctore locum priorem ita legerim:* Ἐὰν ὁ ἐγγυητὴς τοῦ ἐντολέως μὴ ὁρίσῃ χρόνον, ὅτι ἐὰν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται ὁ ἐντολεύς, καὶ συμβῇ τοῦτο γενέσθαι, ἐντὸς κ' ἡμερῶν ὀφείλει ἕτερον προβαλλεσθαι. [*Si fideiussor procuratoris tempus non definierit, puta si moriatur aut latuerit procurator, et hoc contigerit, intra viginti dies ipse alium dare debet.*]

TIT. XVII. *l.* 2. *Subscr. quidem deest; sed quum respicio eam, quae in ms. Pist. addita est ad l.* 1. *h. t. (cfr. not.* 24.), *non dubito, quin a l.* 2. *ad l.* 1. *aberraverit. Itaque sic subscribendum censeo:* . . IX. Kal. Ian. Philippopoli, AA. Conss.

TIT. XXV. *l.* 1. *In inscr. delenda fuissent* et aliis *addita sunt ex ingenio editorum, qui, quum plure alloquatur imperator, censuerunt, inscriptionem eius modi lacuna laborare. Idem vitium est II.* 26. 1 *III.* 8. 1.

TIT. XLI. *l.* 3. *Subscr. fortasse haarienda ex l.* 5 *C. IV.* 49., *cui eam restitui ex cod. Veron. Similem iam addidit Cuiac. in suo exemplari, scil.* PP. XII. Cal. Oct. AA. CC., *teste Rigaltio in Meerm. Thes. I p.* 368.

LIBER TERTIUS.

TIT. I. *l.* 14. §. 1. *lin.* 17. *Cuiac. in Recitatt. h. t delet v.* spretu, *quod et codd. sui ignorant, nec agnoscunt Graeci.*

TIT. II. *Post epitomen legis* 3. *graecorum lacunam S. Perus. testatur his verbis:* Lex 3. Constitutio graeca hic in his titulo qui minus est in greco.

TIT. X. *Lacunam graecorum in initio hui. tit. S. Perus. confirmat eo, quod solitam eius rei notam habet in fine tit. anteced.*

TIT. XIX. *l.* 2. *Haenel. ad l.* 3. *Th. C. fin. regund. II.* 26. *in subscr. delet* X. *propter leges coniungendas. Accedo.*

TIT. XXIV. *l.* 2. *Gothofredi sententia, qui eum* 13. *Th. C. IX.* 1. *coniungendam putat, non eam habet veri speciem, quam Cuiacii, secundum quem cum l.* 8. *C. X.* 39. *iungenda est. Quapropter subscriptionem non tentaverim.*

LIBER QUARTUS.

TIT. XX. *l.* 1. *Huius graecae const. lacunam testatur et S. Perus.*

Post l. 20. *in Bas. XXI.* 1. 45. *repetitur pars legis* 21. *C. de haeret. l.* 5. *Habet aliquam veri speciem, legem* 21. *C. cit. in fine tit. De testibus geminatam fuisse.*

TIT. XXIV. *l.* 1. *Hanc const. graecam esse, S. Perus. quoque testatur.*

TIT. XXXIII. *Aut. Augustini testimonium, qui in fronte hui. tit. notatam vidit graecam const. in cod. Romano, iam confirmat S. Perus., et quidem ita, ut de lacuna in fine tit. anteced. cum Leunclaio cogitare iam non liceat. Fons restitutionis nullus suppetit.*

LIBER QUINTUS.

TIT. IV. *l.* 20. *Fortasse restituenda subscr. ex l.* 1. *C. V.* 8., *quae iungenda videtur.*

TIT. IX. *l.* 1. *Subscriptionem additam ex l.* 4. *C. VI.* 56. *tuetur Schol. Bas. g.* (*Fabr. T. VI. p.* 52.), *in quo asseveratur, in utraque const. esse eundem Imp et cons.*

TIT. XVII. *l.* 10. *In subscr. post* A. *ins.* PP. *ex ms. Veron.*

l. 11. *Ms. Veron. tuetur textum nostrum in iis lectionibus, quas restitui in not.* 14. 16. 18. 19. 21. 23. *Praeterea ex eodem cod. librisque, quos in notis* 12. *et* 15. *attuli, in textu iam repono* affectu — puta. *rell. habent* affectione — pura.

l. 12. *Ipsa graeca const. in ms. Veron. quidem habetur, sed ita mutila, ut ab epitome ex Das restituta in textu Codicis abstinere non possimus. Ne autem meo iudicio in restituendis quaëibuscunque reliquiis plus iusto tribuere videar, ex Blumii apographo ipsas codicis literas, quas singulae lineae exhibent, repraesentandas esse duxi. Videant harum rerum peritiores, quid inde enucleari possit.*

MS. VERON.

Ο αυτος, βασιλευς Ιωαννηυπαρχω
πρϊον, ζητησεως, εις, ημας, ελθου
σης, τοιαυτης, τινος[1], *εκ, της, κων*
σταντινισωνπολεως, ηπερ, μια
των, επι, της, οσροηνης, πολεων[2]
εστιν, εγνωομεν, ως, παιδες, τινες
πονηροι, τοις, εαυτων, επιβουλευ
ονιες, πατρασιν, παρα, την, των, πα
τερων, γνωμην, διελυσαν, τα, προς
τας, γαμετας, συνοικεςταταις, γαμε
ταις
γυναιρας[3], *α.μεναισατε, ατ*[4], *ραδια*
αυτοις, την, ...
της προγαμου δωρεας, νισηραφια
εντευθεν τη του ινδινονα πτασια
ηον . . . ροιαλειιπροφασε . . ταδωρη
σαμενατυπον[5] *. . . . . .*
λοντεσυναυταιςαξια . . . . . νιου
μον, απορους, τελευταν, παι . . . . . α
αλλη, γαρ, εστιν, διαιςχυνην κατα . .
αντι . καισιιαιγαμεταιηοι τι . . .
αιτοροιψιοσοαρηκατιναι, τηνκισιν
δα . . . . να . . . . . ουτων[6]
.
.
.
.
.
. . . . . ετουτα . .
. . . . ταυ . . ox . . .
κεναμε, βλαπηνκαι ξινμιαντιη
ταρσ, αχριλυσ . . . . ασπαν . ν . . . του, δωρα.
ας οτοιφενι, υποδεξαμεε
τουςιαςχοντορον, μεν, τε, και, οη
. . . . . ουκ, αν
ουτισηοπι[9] *. . υναικα*[10], *ει, τι, μοιχοε*

TEXTUS, QUEM ENUCLEARE POTUI.

Ὁ αὐτος βασιλεὺς Ἰωάννη, ὑπάρχῳ
πραιτωρίων. — Ζητήσεως εἰς ἡμᾶς ἐλθού-
σης τοιαύτης τινὸς ἐκ τῆς Κων-
σταντινίσων πόλεως, ἥπερ μία
τῶν ἐπὶ τῆς Ὀσρόηνῆς πόλεών
ἐστιν, ἔγνωσμεν, ὡς παῖδές τινες
πονηροὶ τοῖς ἑαυτῶν ἐπιβουλεύ-
ονιες πατράσιν παρὰ τὴν τῶν πα-
τέρων γνώμην διέλυσαν τὰ πρὸς
τὰς γαμετὰς συνοικέσια ταῖς γαμεταῖς
ῥαδίαν
αὐτοῖς τὴν
τῆς προ γάμου δωρεᾶς
ἐντεῦθεν
προφάσεως τὰ δωρη-
σάμενα
ἀπόρους τελευτᾶν
ἄλλη γάρ ἐστιν δι' αἰσχύνην

---

[1]) *Vide simile exordium in l.* 14. *C. VI.* 24. — [2]) *cod. primum* πολεως, *dein* πολεων. — [3]) *vel* γυναικας *vel* γυναιξιν. — [4]) αι *vel* πθ *vel* μ. — [5]) πον *vel* πεν. — [6]) των *vel* κον. — [7]) *vel* βλαιτηνν. — [8]) *pro* ουτας *fortasse est* νασεμ, *pro* ι *fortasse* γ, *et pro* σχ *fortasse* ν. — [9]) πι *vel* ιτι. — [10]) *legendum videtur* γυναικα.

σο νοτουειπη . . .
. τουπρου . .
.
. . . . μ. ο λο αυ
. . . . . τα, τοιουτο, παρα, τω-
. ητης δεμια-
ειναι, και, μεν, τον, τοντονεσυ-
προικος, η, προγαμιατας. περεαχα-
ειτ, υικιον[4], αυτοι, ταυτα, επιδεδω
κοτες, ηι υποδεξαμενοι, αλλεπαξ
ιον, τον, ταυτο, πεπραχοταφερε
σθαι, και, τον, εντευθεν, κινδυνο-,
ταυτην, γαρ, της κακουργιας, επιτι
μησιν[5], τοαυτοι, αιτιατον[6], τουμ . . . .
ασεβιαςτοις, πραγμασιν, νομους
μιασαι, εαυτοις, αισχυνην, και, τοις
πησην, ηυπσιν[9], την, εντευθεν, ενα
γειν, απορριαν, και, ταξαν, επι[10], ιων . .
ομεται[11], κατ, αξιον, τοις, μεν, πατρασι
αντιπορευσθαι, καθαπερ, μαρκω
τωφιλοσοφωτα, των, αυτωκρα
τορων, εδοκει, διχα, της, των, παι
δων, συναινεσεως, διαλυειν, το-
γαμον, μεγαλης, εκτος, και, παρα
ιτητου προφασεως τοις, δε, παισιν
ισως και νεοιςουσιν, και, ουδε, το, συμ
φερον, επισταμενοις, η, και, εξεπι
τηδες, καθαπερ, ειποντες, εφθ . . .
κακουργουσιν, δοθηναι, παρρησια-
εαυτους μεν, αισχυνειν, ζημιουν
δε, τους, γεγεννηκοτας. D. III. Id. A.
CP. DN. Iust. pp. A. IV. et Paulino
oss.

γίνεται τοιοῦτο παρὰ τῶν
πατέρων γνώμην, ἀπαιτήσιν μηδεμιὰν
εἶναι
προικὸς ἢ προγαμιαίας δωρεᾶς, κἂν
αὐτοὶ ταῦτα ἐπιδεδω-
κότες ἢ ὑποδεξάμενοι, ἀλλ ἅπαξ
εἰς τὸν τοῦτο πεπρακότα φερέ-
σθαι καὶ τὸν ἐντεῦθεν κίνδυνον·
ταύτην γὰρ της κακουργίας ἐπιτί-
μησιν
νόμους
μιᾶσαι ἑαυτοῖς αἰσχύνην καὶ τοῖς
τὴν ἐντεῦθεν ἐνά-
γειν απορίαν καὶ
τοῖς μὲν πατράσιν
ἀπαγορεύεσθαι, καθάπερ Μάρκῳ
τῷ φιλοσοφωτάτῳ τῶν αὐτοκρα-
τόρων ἐδόκει[12]), δίχα τῆς τῶν παί-
δων συναινέσεως διαλύειν τὸν
γάμον μεγάλης ἐκτὸς καὶ ἀπαραι-
τήτου[13]) προφάσεως, τοῖς δὲ παισὶν
ἴσως καὶ νεοῖς οὖσιν, καὶ οὐδὲ τὸ σύμ-
φερον ἐπισταμένοις, ἢ καὶ ἐξεπί-
τηδες, καθάπερ εἰποντες ἔφθημεν,
κακουργοῦσιν, δοθῆναι παρρησίαν
ἑαυτοὺς μὲν αἰσχύνειν, ζημιοῦν
δὲ τοὺς γεγεννηκότας. Dat. III. Id. A. . . .[14])
Constantinop. Dn. Iustiniano PP. A. IV. et Paulino
Conss. [534.]

TIT. XVIII. *l.* 1. *lin.* 3. 4. ut ipsae res si, *ut nos, ms. Veron.*; *lin.* 5. et *om. idem cod.*

l. 2. *lin.* 5. derogari, *lin.* 7. PP. prid. *ms. Veron.*

l. 3. *lin.* 1. Hostilio, *lin.* 6. 7. PP. VI. K. Sept. Laeto II. et *ms. Veron.*

l. 4. *lin.* 1. Id. A., *lin.* 4. XVI. K. Sept. Fausto II. et *ms. Veron.*

TIT. XXIV. *l.* 1. *lin.* 6. apud patrem an *in marg. addita sunt in ms. Veron.*; *in subscr.* S. XVI. K. Iul. Beroe conss. *idem cod.*

TIT. XXV. *l.* 2. *Inscript. nostram tuetur ms. Veron.*; *idem in subscr. habet, ut cod. Pist.* (*not.* 3.)

l. 3. *lin.* 1. Tatianae, *lin.* 6. Rusticio *ms. Veron.*

l. 4. *Inscript. tuetur ms. Veron.*; *lin.* 3. denegavit, *lin.* 6. negavit *idem cod., in quo saepissime commutantur* b. *et* v.

TIT. XXVI. *l.* 1. *In ms. Veron. haec est subscr.* PP. XIX. K. Iul. Caes. Const. A. VII. et C. conss. *Si itaque numerum consulatus Constantini sequaris, const. referenda ad a.* 326.

TIT. XXVII. *l.* 1. *lin.* 2. perfectissimos, *lin.* 3. duumviralitas. *lin.* 4. phoenicarchiae vel syriarchiae, *lin.* 8. tabernaria vel ex tavernarii, *lin.* 9. vel aviecta vel lenonis, *lin.* 10. publicis, *lin.* 16. sed et uxori, *lin.* 27. existentes, *lin.* 30. 31. ad defensionem fisca-

---

[1]) *pro* ε *fortasse est* σ. — [2]) *in marg. Schol. ita habet:* μεμνησο της κθ του ιβ τ'. [*memineris const.* 29. *tit.* 12.] — [3]) *pro* πε *fortasse est* ω. — [4]) *pro* ιχ *fortasse* χσ. — [5]) *μησιν incerta sunt.* — [6]) *pro* τια *fortasse est* ηι. — [7]) *pro* μ *fortasse* η. — [8]) *pro* ια *fortasse* η. — [9]) *pro* υπ *fortasse* μ. — [10]) ταξαν επι *incerta sunt, etiam lacuna post* ιων *incerta.* — [11]) *pro* ομ *fortasse est* σατ. — [12]) *Cfr. l.* 5. *l.* 1. — [13]) *fortasse* παρατηρητικοῦ; *sed* ἀπαραιτήτου *praeplacet.* — [14]) *non dubito, quin scribendum sit* Aug., *non* April.; *nam ab inscriptionibus vulgatissimum est, ut* A. *pro* Aug. *scribatur*

liorum mensum tempora, *lin.* 33. provinciae interpellaverint, *lin.* 36. proquirens. Lecta *ms. Veron.*

l. 2. *Inscr. nostram tuetur ms. Veron.*; *lin.* 3. pronepotibus aut proneptibus [1]) cuiuscumque *idem cod.*, *qui locum in subscr. restitutum tuetur.*

l. 3. *Lectiones in notis* 6. 7. 10. 13. 17. 19. 25. 27. 28. *a me restitutas tuetur ms. Veron. Praeterea lin.* 13. sortietur, *lin.* 20. sive donatione, *lin.* 21. conferat et quod, *lin.* 25. donationis, *lin.* 38. consuletur *idem cod. Subscriptio ex eodem sic emendanda:* Dat. XVII. Kal. Ian. Constantinop. Eudoxio et Dioscoro Conss. [442.]

l. 4. *lin.* 3. collegimus, *lin.* 8. suorum omnium elegisse se, *lin.* 17. vostrenae, *lin.* 19. vel nascendo, *lin.* 21. cuiuscunque *ms. Veron. In subscr. idem cod. om.* et Severo.

l. 5. *lin.* 1. Sebastiano, *lin.* 9. procreaverunt, *lin.* 11. proles, *lin.* 15. 16. procreatos mox quam, *lin.* 22. dotalibus vel, *lin.* 28. recipiant, *lin.* 34. praecedentibus, *lin.* 35. debeant — delato *ms. Veron. In subscr. idem cod. habet:* D. X. K. Mart. post conss. Armasi . . . . r; *quae subscr. in eo certe verior est, quod Basilisci mentio non fit. Cfr. VIII.* 4. 9.

l. 6. *lin.* 4. 5. potestate sua, *lin.* 9. aliquam quaestionis seu altercationis exercendae, *lin.* 10. astuta, *lin.* 17. proprio, *sed ult.* o. *deleta*, *lin.* 22. Anast. et Agapeto *ms. Veron.*

l. 7. *lin.* 13. dies, *lin.* 14. adoptatio, *lin.* 22. pro ut in adoptatis seu et in adrogatis, *lin.* 28. anteriorem, *lin.* 30. suggesserit, *lin.* 31. ferendae, *lin.* 34. nimis indignum nimis sit impium *ms. Veron. Ex eodem in subscr. suppleo locum* Constantinop.

l. 11. *lin.* 2. per quam, *lin.* 9. qui, *lin.* 13. sive etiam, *lin.* 21. pervenit, *lin.* 23. habuerit, *lin.* 29. progeniti et, *lin.* 30. adferant, *lin.* 40. 41. Oreste, *om.* VV. CC., *ms. Veron. Idem cod. lin.* 14. *om.* in.

l. 12. *lin.* 5. progenitor, *lin.* 11. alia specie, *lin.* 12. habet, *lin.* 16. nullum, *lin.* 18. eis quantum voluerint, *lin.* 22. frenandum, *lin.* 23. in praefatis in speciebus, *lin.* 27. haec, *lin.* 32 — 34. si quid — vocavuli — extendere maluerint, *lin.* 35. post conss. Lamp. et Or. VC. (*scr.* VV. CC.) *ms. Veron.*

TIT. XXVIII. *l.* 1. *lin.* 2. tutorem testamento, *lin.* 3. miscuit, *lin.* 5. administravit, *lin.* 7. PP. XVII. (*vel* XIII.) K. Aug. *ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 7. PP. XVVI. Id. *ms. Veron.*, *in quo respuitur* et *post* duobus, *quod Hal. in subscriptt. hui. anni inserere solet* (*cfr. not.* 15.)

l. 3. *lin.* 1. Gorgiae (*omiss.* et aliis) *ms. Veron.*

l. 4. *lin.* 1. Feliciano, *lin.* 2. dari, *lin.* 3. heredes non instituerit *ms. Veron. Idem cod. in subscr. om.* II. *post* Iuliano.

l. 5. *lin.* 2. Daphno, *lin.* 3. voluit, *lin.* 5. ante tamen tutore alio pupillis dato, *lin.* 5. praesidem et, *lin.* 6. 7. Saeculare II. et *ms. Veron.*

l. 6. *lin.* 2. Domnae, *lin.* 7. S. Non. *ms. Veron. Idem cod. lin.* 4. *om. utrumque* de.

l. 7. *lin.* 1. 2. Tryphenae. Tutelae contra (*om.* actione), *lin.* 2. quem testamento (*om.* in), *lin.* 3. in cuius *ms. Veron.*

l. 8. *lin.* 3. dati, *lin.* 6. A. XVIII. et Feste *ms. Veron.*, *in quo lin.* 5. *abest* Constantinop.

TIT. XXXI. *l.* 8. *lin.* 6. petitionem, *lin.* 7. demoratum (*prima manu* demoratur), *lin.* 9. adseris quam durum *ms. Veron.*

l. 9. *lin.* 1. AA. et CC. Asclepiodoto *ms. Veron.*

l. 10. *lin.* 3. potest *ms. Veron.*

l. 11. *lin.* 4. necessitati, *lin.* 8. Zenone A. IV. (*scr.* III.) *ms. Veron.*, *a quo abest locus.*

TIT. XXXII. *l.* 1. *lin.* 9. ut *et mox* sortiantur *ms. Veron.*

TIT. XXXIII. *l.* 1. *lin.* 2. 3. illustris praef . . . rbi, *lin.* 6. 7. retentari, *lin.* 8. si in regendis, *lin.* 11. conveniet, *lin.* 12. 13. iudicavit solo, *lin.* 18. perveniet, *lin.* 20. quibus neque, *lin.* 23. suis *ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 1. 2. Impp. Valent. Theod. et Arc. AA. Aur. p. u., *lin.* 4. vocarentur *ms. Veron.*

TIT. XXXIV. *l.* 1. *lin.* 2. 3. statu constaret (*om.* tuo), *lin.* 5. non oportuit (*om.* ideo), *lin.* 6. liberto habebaris *ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 1. Id. AA., *lin.* 2. debeat *ms. Veron.*

l. 3. *lin.* 2. curatorem habere falso (*om.* debere), *lin.* 3. PP. XIII. *ms. Veron.*

l. 4. *lin.* 1. Emerito mil. Armatae militiae, *lin.* 4. aut curator, *lin.* 5. administraverint *ms. Veron.*

l. 5. *lin.* 2. Aelianae (*om.* et CC.), *lin.* 8. 8 XV. *ms. Veron.*

l. 6. *lin.* 1. AA. et CC., *lin.* 3. 4. provinciae cum si eam te neglexisse perspexerit, *lin.* 6. prohibeatur. PP. prid. K. *ms. Veron.*

l. 7. *lin.* 1. Rupho. In servilis, *lin.* 4. S. prid. Non. *ms. Veron.*

l. 8. *lin.* 4. Non. Ian. *ms. Veron.*

l. 10. *lin.* 1. 2. Florentino (*om.* militi). Curatorem, *lin.* 3. nec in loco eius alium substitui non ante, *lin.* 4. 5. teque afuturum damni, *lin.* 7. debueris, *lin.* 8. in absentiam tua *ms. Veron.*

l. 11. *lin.* 1. 2. Constantius Caes. ad Vassum P. U.

TIT. XXXVII. *l.* 3. *lin.* 6. nam quod (*om.* id *et* que), *lin.* 8. duobus Aspris *ms. Veron.*

l. 4. *lin.* 4. 5. remittet . r ad praefectum urbis *ms. Veron.*, *in cuius subscr. deerat num.* IV., *sed in marg. add.* II.

l. 5. *lin.* 1. Ruphino, *lin.* 5. Leto *ms. Veron.*

l. 6. *lin.* 2. curatores (*om.* adolescentium), *lin.* 3. institutant, *lin.* 5. sua, *lin.* 6. PP. VI. K. Id. *ms. Veron.*

l. 8. *lin.* 7. 8. PP. VI. Id. Dec. Alex. A. IV et *ms. Veron.*

l. 9. *lin.* 1. Melitiae, *lin.* 3. praeside impetrabis (*om.* provinciae), *lin.* 4. PP. XVI., *lin.* 5. et Clementi *ms. Veron.*

l. 10. *lin.* 2. culpa seu fraude, *lin.* 7. 8. et Clemente *ms. Veron.*

l. 11. *lin.* 6. PP. V. Id. A. *ms. Veron.*

l. 12. *lin.* 2. tutore vestra vel, *lin.* 5. ignoras multum (*om.* non) *ms. Veron.*

l. 14. *lin.* 1. Impp. *ms. Veron.*, *in cuius subscr. et abest II. post* A. *In S. Perus. haec est subscr.* ppp. V. da. Philippo aug. et Tatiano.

l. 16. *lin.* 1 AA. et CC., *lin.* 2. rerum, *lin.* 4. venum eis dare, *lin.* 5. 6. donare, *lin.* 8. prohiberis S. X. *ms. Veron.*

l. 17. *lin.* 3. testamento, *lin.* 4. 5. prohibentur *ms. Veron*

---

[1]) *cod. primum* pronepotibus, *dein correctum* proneptibus.

l. 18. *lin.* 2. officio, *mox om.* te, *ms. Veron.*

l. 20. *In inscr. a ms. Veron. et a S. Perus. abest is, ad quem data est const.; lin.* 6. administravit *ms. Veron.*

l. 21. *lin.* 1. Maximo P. P., *lin.* 4. 5. Dat. III. K. Febr. Sab. et Ruphino (*om.* Romae) *ms. Veron.*

l. 22. *lin.* 4. etiam mancipia (*om.* praedia et), *lin.* 5. omnia intra civitates venderent (*omiss.* quae *et* sunt), *l.* 11. 12. vel que pignore vel in dotem dare (*omiss.* vel in donat. propter nuptias, *quae vr. iam delenda sunt*), *lin.* 13. 14. iudicis probationem causae interpositionem (*om.* et-et), *lin.* 15. quia, *lin.* 17. retineant, *lin.* 20. inventaria, *lin.* 22. et vasculis (*om.* In) *ms. Veron.*

TIT. XL. *l.* 1. *lin.* 3. minoris, *lin.* 4. eum *ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 1. 2. et Licinn. C., *lin.* 3. 4. omnibus, *lin.* 5. in ea protutelae *ms. Veron.*, *a cuius subscr. absunt* Sirmio.... Corinthi.

TIT. XLI. *l.* 1. *lin.* 6. ad vectigalem, *lin.* 9. fisco iam (*om.* te), esse (*om.* factum) *ms. Veron.*

TIT. XLII. *l.* 1. *lin.* 7. et Basso *om. ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 1. 2. et Val. Caess. Euploio. Et eum, *lin.* 10. reposcent *ms. Veron.*

l. 3. *lin.* 2. AA. Stratonicae, *lin.* 7. iure *ms. Veron.*; *cuius subscr. firmat eam, quae ab Haloandro restituta propter subscr. leg.* 4. *C. II.* 41. *pro suspecta habebatur.*

l. 4. *lin.* 2. 3. quapropter exemplo (*om.* quum), *lin.* 5. manifestum est, *lin.* 6. autem, *lin.* 7. pupilli, *ms. Veron.*

l. 5. *lin.* 2. AA. et Severus et Maximianus Caess, *lin.* 3. cum dare, *lin.* 4. ex novis (*depravatum ex* ronis), *lin.* 9. 10. declarat. D. XI. Kal. Ian. Constantio V. et Maximiano conss. *ms. Veron.*

TIT. XLIII. *l.* 1. *lin.* 3. potest, *lin.* 5. desiit iudicio (*om.* in) *ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 3. quod si id fraude esse factum, *lin.* 4. postulas *ms. Veron.*

l. 4. *Subscr. in ms. Veron. haec est:* PP. III. (*vel* V. *vel* X.) Id. Sept. Alex. Alex. (*sic bis*) A. III. et Dione conss. *Praeferenda videtur ob subscr. leg. seq.*

l. 5. *lin.* 4. 5. PP. VIII. K. Ian. Max. II. et *ms. Veron.*

l. 6. *lin.* 5. in loco, *lin.* 9. iniungendus — idoneis, *lin.* 12. extraneis et infamibus *ms. Veron.*

l. 8. *lin.* 6. PP. XIII. K. *ms. Veron.*

TIT. L. *l.* 2. *lin.* 11. dicendis, *lin.* 12. signari non dubio, *lin.* 13. arbitrabitur, *lin.* 16. alitus est, *lin.* 17. consecutus non probet sumptus que recuset *ms. Veron.*

TIT. LI. *l.* 1. *In subscr. post* Oct. *insero* Romae *ex ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 2. fuerunt, *lin.* 3. tutorum, *lin.* 5. dispiciet, *lin.* 6. cessatur (*om.* est) *ms. Veron.*

l. 3. *lin.* 1. Curator qui post, *lin.* 7. redditus, *lin.* 8. PP. XIII. K. Iul. Rom. Laeto II. et *ms. Veron.*

l. 4. *lin.* 4. 5. curatores si (*om.* vel tutores), *lin.* 5. actio competat (*om.* ei), *lin.* 6. in ea quae (*om.* actione), *lin.* 7. gereri debebunt — solum (*om.* modo), *lin.* 8. 9. aestimatur, *lin.* 10. cum curatoribus vel tutoribus *ms. Veron.*

l. 5. *lin.* 3. venire debere, *lin.* 7. patris — quinque *ms. Veron.*

l. 6. *lin.* 2. AA. Septimo et Comoni, *lin.* 8. 9. super desideratis (*omiss.* fluo a nobis), *lin.* 10. possit latera (*om.* hoc), *lin.* 16. habes, *lin.* 17. transferantur *ms. Veron.*

l. 7. *lin.* 2. dolo vel lata culpa vel levi culpa sive curatoris, *lin.* 3. quaesierint, *lin.* 4. hoc etiam in *ms. Veron.*

l. 8. *lin.* 3. 4. novatione neque accepti latione, *lin.* 6. S. XVI. *ms. Veron.*

l. 10. *lin.* 5. probari, *lin.* 7. huius continet, *lin.* 10. S. XI. *ms. Veron.*

l. 11. *lin.* 1. Chrysianae, *lin.* 7. S. V. K. Dec. Anchialo *ms. Veron.*

l. 12. *lin.* 2. quam etiam, *lin.* 3. S. K. Dec. (*om.* X.) *ms. Veron.*

l. 13. *lin.* 6. per solam simplicitatem, *lin.* 10. conscripserit, *lin.* 13. quod scripsit, *lin.* 16. ut et in, *lin.* 23. vetaverint, *lin.* 25. removeantur, *lin.* 28. huiusmodi, *lin.* 29. Dat. K. Aug. *ms. Veron.*

TIT. LII. *l.* 1. *lin.* 6. Id. Mai. *ms. Veron.*

l. 2. *Lectiones in not.* 18. 19. 20. 22. 23. *restitutas tuetur ms. Veron. Caeterum idem cod. in inscr. habet* Impp. Carus C. et Num., *in subscr. autem* PP. emissa XII. (*vel* emissae XV.) K. Apr. Caro II. et Num. conss. *Cfr. infra ad V.* 71. 7.

l. 3. *lin.* 4. primo loco (*om.* in) *ms. Veron.*

TIT. LIII. *l.* 1. *lin.* 2. heredem tutoris ad, *lin.* 8. 9 Ant. A. II. conss. (*om.* et Geta II.) *ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 2. rationes, *lin.* 5. dolo circumveniendi (*om.* vel), *lin.* 6. 7. vero neque dolus neque lata culpa neque fraus heredis, *lin.* 10. duobus Aspris (*om.* et) *ms. Veron.*

l. 3. *lin.* 3. prolati, *lin.* 5. PP. X. Kal. Iul *ms. Veron.*

l. 4. *lin* 1. Muciano, *lin.* 7. 8. transferentibus in heredes in eius (*om.* vobis) *ms. Veron.*

l. 5. *lin.* 2. Artemidoro, *lin.* 4. 5. iudicem tamen velut ex dolo tutoris *ms. Veron.*

TIT. LIIII. *l.* 1. *lin.* 2. 3. tutoris ob negligentiam quae non latae culpae, *lin.* 5. 6. aut gratiae *ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 4. quod eum *ms. Veron.*

l. 3. *lin.* 1. Id. AA. Avitae, *lin.* 4. PP. III. Non. *ms. Veron.*

l. 4. *lin.* 1. Phrontino, *lin.* 4. et in eo autem, *lin.* 6. reddere eos debere, *lin.* 7. Alex. A. II. et *ms. Veron.*

TIT LV. *l.* 1. *lin.* 3. tutelam (*quemadmodum coniecl in not.* 1.), *lin.* 4. 5. cum suspectos (*om.* eos), *lin.* 9. 10. PP. prid. Id. Mai. *ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 3. onerentur, *lin.* 4. debuerunt, *lin.* 6. Iul. et (*om.* II.) *ms. Veron.*

TIT. LVI. *l.* 2. *lin.* 6. imputari, *lin.* 7. Iuliano et (*om.* II.) *ms. Veron.*

l. 3. *lin.* 1. Id. A. Vitaliae, *lin.* 2. hominibus *ms. Veron.*

l. 4. *lin.* 2. et CC. Aur. (*om.* Ditatio et), *lin.* 4. et ut si quidem, *lin.* 5. cursus eius, *lin.* 11. PP III. Id. Febr. Sirmi. *ms. Veron.*

TIT. LVII. *l.* 1. *lin.* 2. utrum ipsis (*om.* cum), *lin.* 3. heredibusve (*om.* seu) *et mox* pro eis se *ms. Veron.*, *in cuius subscr. desunt* X. *et* II.

l. 2. *lin.* 7. rem salvam fore (*om.* pupillo), *lin.* 10. PP. VIII. K. *ms. Veron.*

TIT. LVIII. *l.* 1. *lin.* 5. nomina emisti in rem suam, *lin.* 5. 6. heredes eius iudicati, *lin.* 7. Flaviano *ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 2. solus culpae pupillae, *lin.* 4. 5. actionem adversus contutore tuo, *lin.* 6. PP. prid. Id. Oct. duobus (*om.* et) *ms. Veron.*

l. 3. *lin.* 1. 2. AA. et CC., *lin.* 2. quem et privigni, *lin.* 8. rationes, *lin.* 9. 10. in re eius, *lin.* 10. 11. reliqui si *ms. Veron.*

TIT. LIX. *l.* 1. *lin.* 2. 3. stipulatione pro pupillo habitae (*om.* vel adulto) *ms. Veron.*

l. 2. *lin.* 2. 3. constitutus, *lin.* 4. Kalandas Mai. *ms. Veron.*

l. 3. *lin.* 1. Gaio, *lin.* 3. S. VII. Id. *ms. Veron.*

l. 4. *lin.* 1. A. Iul. P. P., *lin.* 2. omni modo, *lin.* 5. casibus et pupillos (*om.* adultos), *lin.* 6. sit, *lin.* 8. et litem, *lin.* 9. quid vel dicant *ms. Veron.*

l. 5. *lin.* 3. tutoris et unius, *lin.* 4. 5. religionibus, *lin.* 9. dati et unius (*mox abesse videtur* pro), *lin.* 12. singulis *ms. Veron.*

TIT. LXXI. *l.* 2. *lin.* 7. consilio emptore *ms. Veron.*, *quod probo.*

l. 3. *lin.* 4. 5. si tam quam suum esset non tam quam pupillare, *lin.* 6. illivataque *ms. Veron.*

l. 4. *lin.* 3. adulescentis alienare, *lin.* 6. transferre dominio (*om.* sine decreto a), *lin.* 7. igitur et tu si, *lin.* 8. sed si quid (*om.* et), *lin.* 10. debebis, *lin.* 10. 11. Saeculare et (*om.* II.) *ms. Veron.*

l. 5. *lin.* 1. 2. praeses decreverit (*om.* provinciae), *lin.* 6. vetaris, *lin.* 6. 7. Saeculare et (*om.* II.) *ms. Veron.*

l. 6. *lin.* 1. 2. Impp. Carus C. et Num. AA., *lin.* 5. potest, *lin.* 6. venditioni *ms. Veron.*, *ex quo in subscr. legendum est* PP. Non. Mart. (*cfr. not.* 33.)

l. 7. *lin.* 1. Id. AA., *lin.* 3. contulerat minor annis cautionem ei misisti, *lin.* 4. senatus consultum, *lin.* 5. 6. PP. VI. Id. Septembriae emisae [*fortasse* Emesae] Caro et Carino conss. *Cfr. supra ad V.* 52. 2.

l. 8. *lin.* 2. Theodotae, *lin.* 3. donata, *lin.* 7. 8. PP. V. Non. Nov. Diocl. A. II. et Aristobulo *ms. Veron.*

l. 9. *lin.* 1. Muciano, *lin.* 7. 8. Diocl. A. II. et Aristobulo *ms. Veron.*

l. 11. *lin.* 8. 9. causa cognita ei praebetur, *ut nos*, *ms. Veron.*, *ex quo subscr. pleniorem sic restituo:* PP. XII. Kal. Dec. ipsis IV. et III. AA. Conss.

l. 12. *lin.* 4. 8. prid. K. Mai. Heracl. AA. conss. *ms. Veron.*

l. 13. *lin.* 1. Zenonillae, *lin.* 2. vectigale sive emphyteuticum (*om.* vel patrimoniale), *lin.* 4. S. VIII. *et mox fortasse* AA. conss. *ms. Veron.*

l. 14. *lin.* 1. Phrontonio, *lin.* 8. S. XVIII. K. Dec. AA. conss. *ms. Veron.*

l. 15. *lin.* 1. Sabinae, *lin.* 4. senatusconsultum, *lin.* 5. S. VIII. *et mox* AA. *ms. Veron.*

l. 16. *lin.* 14. praestaturus, *lin.* 15. S. VI. Id. Apriliae (*om.* Anchialo) *ms. Veron.*

l. 17. *lin.* 4. tantum, *lin.* 6. S. VII. *ms Veron.*

l. 18. *lin.* 1. 2. et Constantius Caes. ad Sen. . . . . (*reliquae literae evanuerunt*) *ms. Veron.*; *sed* et Constantinus C. ad Severum *S. Perus. Praeterea lin.* 4. ingruentibus, *lin.* 6. examinatissimis causis, *lin.* 8. D. XV. K. Ian. Serdicae Probiano *ms. Veron.*

TIT. LXXII. *l.* 1. *lin.* 3. tutorem, *lin.* 4. tivi praetio praedium reciperaret, *lin.* 7. 8. PP. IV. K. Ian. Ant. II. et Geta II. conss. *ms. Veron.*

l. 4. *lin.* 4. 5. 6. D. Id. Mart. CP. (*scrib.* Const.) VII. et Constante C. conss. *ms. Veron.*

TIT. LXXIII. *l.* 1. *lin.* 2. vel honorario *om. ms. Veron.*, *in quo dies in subscr. sic habetur* PP. V. K. Id. Sept.

l. 2. *lin.* 6. PP. XIV. K. Ian. Gord. *ms. Veron.*

l. 3. *lin.* 2. et CC. Agathae *ms. Veron.*, *ex quo refellitur Cuiac.*, *qui secundum Recitatt. in Cod. IX.* 16. *inscribere voluit* Have Agatho Karissime nobis *Caeterum lin.* 2. tuae *om. ms. Veron.*, *et in subscr. pro* Dat. *habet* PP.

TIT. LXXIV. *l.* 1. *lin.* 2. procuratorem, *lin.* 4. tutori *ms. Veron. In subscr. idem cod. om.* V. *sed convenit cum rel. subscr.*, *ideoque tuetur sententiam, quam in notis* 1. *et* 4. *amplexus sum. Pro eadem stant inscriptiones in S. Perus.*

l. 2. *Inscript. nostram tuetur ms. Veron.*, *et prope accedit ad subscr.*, *quum habeat* D. K. Ian. Sirmi. AA. conss., *ideoque refutat Haloandrum et reliquos.*

l. 3. *lin.* 10. minorum, *lin.* 11. id est viginti-quinque (*om.* post), *lin.* 13. minime retractari (*om.* posse), *lin.* 17. possunt si minor vel, *lin.* 24. accederet, *lin.* 25. eiusdem heredis minoris aetatem *ms. Veron.*, *a quo confirmatur nostra subscr.*, *nisi quod desunt* V. C.

TIT. LXXV. *l.* 1. *lin.* 3. nominaverunt, *lin.* 6. satisdatione, *lin.* 14. potest, *lin.* 16. duobus Aspris (*om.* et) *ms. Veron. Idem cod. lin.* 4. 5. *om.* et si quid praestitissent repetituros.

LIBER NONUS.

TIT. XVI. *l.* 3. *haec const. profecto spuria maxime similis est legi* 1. *C. quando liceat III.* 27., *cuius fons est* 1. 2. *C. Th. ad l. Corn. de sicar. IX.* 14. *Unde oritur suspicio, eam referendam esse ad idem genus subditiitiarum constitutionum, cuius est l.* 2. *C. de feriis. III.* 12.

TIT. XLI. *l.* 9. *in subscr. pro* Emissa *conj.* Emesae; *cfr not. ad subscr. V.* 52. 2. *et V.* 23. 2.

LIBER DECIMUS.

TIT. XXVIII. *De munere sitoniae. Hanc rubr. a praecedente separari vetat C. E. Zachariae* (*Ἀνέκδοτα. p. LII. LIII.*) *propterea, quod tit.* De discussoribus, *qui iam tricesimus primus futurus est, in Theodori Breviario Novellarum passim ut tricesimus allegatur. Nihilominus tamen probo viam, quam ingressus sum. Quum enim certum sit, titulum* De decurionibus *esse tricesimum secundum, et quum propter causas, quas p.* 642. *not.* 4. *attuli, etiamnum maximam habeat veritatis speciem, rubricam* De munere siton. *a rubr.* Ut nemini liceat *esse separandam, de errore in numeris apud Theodorum admisso potius cogitandum censeo.*

LIBER DUODECIMUS.

TIT. XXXIV

l. 8. *Const. genuinae lacinias in ms. Veron. esse, nota b. docuit. In quibus edendis eadem via sequenda videtur, quam supra in l.* 12. *C. V.* 17. *ingressus sum. Accurate igitur et ita, ut linea lineae respondeat, ex apographo Blumii ipsas codicis literas repraesentabo, et meam qualemcunque sententiam de restituendo textu adiiciam.*

MS. VERON.	TEXTUS, QUEM ENUCLEARE POTUI.
Ο αυτοςβα . . λευς σφα	Ὁ αὐτὸς βασιλευς
των	
μεν	
γαρπα	
. . . . . καια	
. νου	
. ο	
.	
.	
.	
.	
.	
π	
ο	
ιμβον	
τον[1])	

[1]) *fortasse* τοτ.

νσ
διια
μ
κατατον ιιιβοια . . ν
ενοιαν απηγοιντοκαι
ειπεραιρετονειων την τουλα-
προταιουκομιτος μαλλον χρεα-
κεκτησθαι η αλλοις συμβολοις
τε περιβλεπτου τριβουνου κε
χρησθαι την αλληνηαλλασταςου
σας αυτοις στρατιας αποθεςθαι
μηκετι τουτωνημιας αυτωνα-
τιλαβεςθαι δυναμενων ηγουν
ειπερεπι της οικειας θελοι δια
μενειν στρατιας τη αξια ης ετυ
χεναναγορευσαι καμον υπερ
του λαμπροτατου τριβουνου α.[2]
ταριουπραιτοριαν . . . .
αυτω συμβολο . εταυτη υ .
τη ουτρεμ θεσπιζο
μενμηνωνεν ων μετα
το . ατα ετον
. ντοννομονγε
νεςθαιμ ηνμεν την βα
. της βλητερ[3]
. νουςτωςαταυ
. παρ
. νιαυ
. χ παντας την . .
. νβ ην φανεραν κατα
λ ννειτε μιαν τις των εξ.-
νων αυτωσιρατιων επιλεξαν
. σιρατιαν αυτον αφιστασθ,
παντως ειτε της περιγενομε
νης απο του λαμπροτατου κομι
τος η και των πεδενων αυταν[4]
συμβολων του λαμπροτατου τρι
βουνου νου
αια γανητα[5]
τραβα ατινια-
επιταχους κ ν
δα ις πω-
αντιγμ νην
κα μη
ε
συ
πα . . ραμεηιτ

κατὰ τὸν τριβουνάτον
νοταρίων καὶ
εἰ προαιροῦνται τὴν τοῦ λαμ-
προτάτου κόμιτος μᾶλλον χρείαν
κεκτῆσθαι, ἢ ἄλλοις συμβόλοις
τοῦ περιβλέπτου τριβούνου κε-
χρῆσθαι, τὴν ἄλλην ἢ ἄλλας τὰς οὖ-
σας αὐτοῖς στρατείας ἀποθέσθα
μηκέτι τούτων ἢ μιᾶς αὐτῶν ἀν-
τιλαβέσθαι δυναμένων. Ἤγουν
εἴπερ ἐπὶ τῆς οἰκείας θέλοι δια-
μένειν στρατείας, τῇ ἀξίᾳ, ἧς ἔτυ-
χεν, ἀπαγορεῦσαι, καὶ μὴ ὑπὲρ
τοῦ λαμπροτάτου τριβούνου νο-
ταρίου πραιτοριανοῦ

θεσπίζο-
μεν μηνῶν ἔνιος τριῶν μετὰ
τὸ διάταξιν
τοῦτον τὸν νόμον γε-
νέσθαι μὲν τὴν βα-
σιλίδα πόλιν

ἐπαρ-
χίαις
πάντας τὴν ἑαυ-
τῶν βουλὴν φανεράν
εἴτε μίαν τις τῶν
αὐτῶ στρατειῶν ἐπιλέξει
στρατείας αὐτὸν ἀφίστασθαι
πάντως, εἴτε τῆς περιγενομέ-
νης ἀπὸ τοῦ λαμπροτάτου κόμι-
τος ἢ καὶ τῶν
συμβόλων τοῦ λαμπροτάτου τρι-
βούνου νοταρίου πραιτοριανοῦ

---

[1]) pro μο fortasse est τω. — [2]) α. incerta. — [3]) litt. λη incertae; fortasse σπ. — [4]) litt. αν incertae. — [5]) α vel ς.

ιε
. τι
.
.
.
.
.
τατοις τριβουνοις να
πραιτοριανοις[1]διωεινσυς
. . . [2]ηνοινειανφαιιιορουνμεν
γνωμην εναξιαμην περ
της μενστρατειας αποθειναι
μενουςιν δε τοις λαμπροτατοις
τριβουνοις νοταντης [3]ημων συ
ναριθμουμενοι ηγουν [4]τω την
αξιαν του λαμπροτατου κομιτος
του δε του κημενεξουσια[5] κονσισ
τε κταντωντωνηδηπεπο
ρις[6]μενων εισιν των θειων πρα
γματων
ναιτεπευ ων πετε των πρα
αετε χ των κατα ταυτ
. στρατειαν η στρατειας
. αξιας ην ποθεν
. τριβουνου τον αριθμου[7]. .
. βλ[8]
. ενεχοντιονε
. . . . θ
.
.
.
. ατευτε
. εξα[9]ταυ
πα
εν

τοῖς λαμπρο-
τάτοις τριβούνοις νοταρίοις
πραιτοριανοῖς, εἰ
μὴ τὴν οἰκείαν φανεροῦν
γνώμην
τῆς μὲν στρατείας ἀποθεῖναι.
Μενοῦσινδὲ τοῖς λαμπροτάτοις
τριβούνοις νοταρίοις ἡμῶν συ-
ναριθμούμενοι.

[1]) διω vel ειμ. — [2]) ν vel π. — [3]) μ vel π. — [4]) litt. τω incertae. — [5]) litt. υσια incertae. — [6]) litt. ρις incertae. — [7]) lit. υ incerta. — [8]) βλ vel κλ. — [9]) τ vel ι.

Typos aere fudernnt SCHELTER & GIESECKE.
Impressio ex Typographeo aulico Altenburgensi.

T 1/3

Biblioteka WSP Kielce
0328849

BOOKKEEPER 2006
0030000105